
2 400 40
MADE IN SPAIN

R-2903

# COMMVNIVM OPINIONVM SYNTAGMA,

*SIVE,*

## *RECEPTARVM I. V. SENTENTIARVM:*

*In quibus varia Prudentum ſelecta Reſponſa, pulcherrimaq; Iuris Quæſtiones, quæ hactenus ſparſim apud diuerſos auctores legebantur, ex vſuq; ſunt communi, digeſtæ, decentiq; ordine collocatæ habentur,*

Nunc primum tres in Tomos diuiſum, ſummo ſtudio, maximâque diligentia adauctum & illuſtratum, vt iuris ſtudioſo nihil deſiderari poſsit.

*Iuriſconſultorum autem nomina, à quibus totum hoc opus decerptum, quidque vnoquoque Tomo contineatur, ſequens pagina docebit.*

Cum Indice rerum atque verborum copioſiſsimo.

del Colegio Mr.

## TOMVS PRIMVS.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2 C. 45 N. 6

LVGDVNI,
SVMPTIBVS PHILIPPI TINGHI FLO[illegible]NT[illegible]
Cum Priuilegio.

# IVRISCONSVLTORVM NOMINA,

## E QVORVM SCRIPTIS HAE COMMVNES OPINIONES, RECEPTAE'QVE SENTENTIÆ DECERPTÆ SVNT.

### Et Tomo Primo quidem, hi:

Franciſcus Viuius ab Aquila Peruſinus.
Ioannes Baptiſta Villalobos Tolletanus.
Ioannes Fichardus.
Franciſcus Turzanus ab Inciſia.
Ioannes Bellonus Tolozanus.
Emanuel Zoares à Ribeira.
Matthæus Gribaldus Mopha.
Franciſcus Riuius.
P. Fichardus Clarom.
Iodocus Damhouderius Brugenſis.
Eraſmus Muſculus Haurienſis.
Benedictus de Capra.
Iulius Clarus.

### Tomo Seundo, hi:

Antonius Gabrilius.
Hippolytus Boncoſſa.

### Tomo Tetio, hi:

Laurentius Kirchouius Megalopolenſis.
Michaël Graſſus Pomeranus.
Iaffred. Lanfrancus Babus.
Antonius Maria Coraius.

*Quarum omnium opinionum generalem habes Indicem hoc poſtremo Tomo, exceptis illis communibus Doctorum I V R. V. criminalibus opinionibus ab Hippolto Bonacoſſa nunc primum in lucem editis: cuius quidem libri, quoniam in manus noſtras hâ editione penè perfecta venit, quæq; in eo continentur, generali illo Indice comprehenſa non fuere, cum tamen ordine ſit alphabetico conſtructus, & Indicis ſpeciem omnino gerat, materiarum ſynopſin ſeparatim edere, ſuperuacuum eſſe cenſuimus.*



# CLARISSIMO VIRO, ET

## PERILLVSTRI MICHAELI ANTONIO

SALVTIO, MANTÆ DOMINO, APVD CHRISTIANISSIMVM REGEM ampliſsimi ordinis equiti, Legionariorum trans Alpes Gallorum Tribuno, arcíſque Lugdunenſis, & trecentorum inibi leuis armaturæ militum Regio Præfecto, Philippus Tinghius S. P. D.

*INTER alias artes omnes, quæ maioribus noſtris incognitæ, patrum noſtrorum memoria inuentæ, ac perfectæ à nobis abſolutæq; ſunt, vna eſſe præclariſsima exiſtimatur, Librorum excudendorum ars. Siue enim quis ſpectare velit, quæ cõmoda, atque vſus ſint per eam vnam hominibus importata: ſiue quam facile ſuum munus, quamq; eleganter, venuſtéque conficiat: cum eo ipſo perfungendo munere, maxime vitæ hominum excolendæ conſulat, atque ad honeſtatem inſtituendæ: facile fateatur, aut nullam aliam, aut hanc vnam eſſe inter cæteras principi loco conſtituendam. Ac nunc quidem alia omitto, quæ tamen magna ſunt, et præclara, quot, quantáque inde adiumenta hominibus ad honeſta ſtudia ſuppeditentur: quam eſt illud admirabile, id, quod ægre tria hominum millia, quorum aſsidua opera dies noctéſque deſcribendo ſit, atque adeò horride, imperite, ineleganterque conficiant, vnius horæ ſpatio ab vno, aut altero, tam apte, decore, ornate, abſolute præſtari? Quod vtinam veniſſet in mentem noſtris maioribus excogitare, quo tempore cum aliæ prouinciæ omnes Europæ, Africæ, Aſiæ, tum Græcia, atque Italia refertiſsimæ ſcriptis doctiſsimorum hominum fuerunt: non tantam nunc eorum factam iacturam docti homines quererentur: non ex Ptolemæi bibliotheca Alexandriæ ita olim celebri, & clara, non ex Eumenis Pergami, inter quos tantæ laudis æmulatio inſignis ad poſteritatem fuit, non ex Pollionis Romæ, ex totius orbis terræ manubiis confecta, non ex Polluce, Laërtio, Athenæo, Plutarcho, aliiſq; qui ſunt tanquam veterum ſcriptorum nomencla-*

*tores habendi, innumerabilem Librorum vim, quorum tanti nobis iactura ſtat, nequidquam deſiderarent: feciſſet enim copia, cum per hanc artem maximus, atque vberrimus eorum prouentus eſſet, vt aduerſus vim omnem vetuſtatis, aduerſus bella, & quæ illa mala conſequuntur, populationes, incendia, euerſiones vrbium, integri ad noſtram ætatem peruenirent. Literæ autem quantum ſemper hominibus conduxerint ad vitam rectè, & laudabiliter agendam, cum alia permulta, tum hoc in primis cuiuis poteſt argumento eſſe, barbarorum hominum mores, atque inſtituta, qui literarum vſum non nouerunt, ſi cum hac humanitate, et vitæ elegantia, quam inter nos colimus, conferantur (etiam ſi non deſint inter nos impij & nefarij homines permulti, qui ſcelere, immanitate, morum fœdtate, & turpitudine contaminare eandem, perderéque conentur) non hominum, ſed ferarum videri. Sed ex omni ingenuarum artium numero, quæ literis excultæ, ac perpolitæ hominibus ad viuendum neceſſaria habentur, magno ſapientium hominum conſenſu eſt iuris prudentia, maxime illis neceſſaria æxiſtimanda. Hac enim vna ciuilia officia, pax, concordia ſtat: hac libertas, vitæ ſecuritas, ſalus, hac priuatorum iura, ſacra, religiones continentur. Qua de re tanta cum id, quod fuit neceſſe, & à veteribus olim multa, viris ſapientiſſimis, quorum nonnulla ad noſtram ætatem monumenta exſtant, & poſt uerſum Romanum Imperium, à noſtris maioribus ſcripta docte, varie, copioſe ſint, quæ penè, nondun hac arte inuenta, obſoleuerunt, opportunè nos quidem hac parte reipublicæ labenti attulimus manum, atque è tenebris iuris prudentium ſcriptis in lucem vindicandis operam impendimus, magno illis ſenper ſubſidio, ni fallimur, aduerſus obliuionem hominum, atque interitum futuram. Quod noſtrum ſtudium non deſperamus, cum aliis permultis, quibus exploratum eſt, tum tibi, vir clariſſime, probatum iri, cuius nominis inſcriptione non diſſimulas, quæ tui animi moderatio eſt, non magis aut ea, quæ ian edidimus, aut quæ nunc ſumus edituri, quam te ipſum augeri plurimum, atque honeſtari. Sunt auem hæ Iuriſconſultorum omnium, quorum nomina hoc tempore, clara habentur, Communes opiniones de rebus maximis in Iure Ciuili, & Pontificio controuerſis: quæ cum aſſiduis penè conuitiis à nobis efflagitarent ſtudioſi homines huius facultatis tam præclaræ, quibus id muneris ſæpe polliciti eſſemus, haud paſſi ſumus, amplius ab illis noſtrum hoc officium deſiderari. Legebantur quidem antea à multis, ſed itatamen legebantur, vt neque in certa capita, quaſi Locos communes, digeſtæ, tanquam ſub aſpectum ſubiicerentur, & parum emendatæ, ac tutæ ab erratorum inſignium labe, non magno iis adiumento eſſent, quibus maxime proſpectum, conſultúmque vellemus. Et ſi autem aliis in omnibus facultatibus, quæcunque ſcribuntur, quo faciliora intellectu ſint, debent certa via, ac ratione tradi, tum in Iure Ciuili hoc maxime agendum: in quo qui verſantur, rarò admodum, ſi velint ſuis ciuibus eſſe vſui, licet otioſi eſſe. Nunc cum illud præſtitiſſe videmur cumulatè, tum hoc etiam egimus, vt ad hanc rationem, quam maximè tanta res poſtulare videbatur, additamentum quoddam accederet, cura maior quædam, atque exactior, ea ipſa ſcripta emendatiora in lucem emittendi. Quod quidem quam nobis contigerit, voluimus certè, atque enixè contendimus, viderint alij: tu interim, clariſſime vir, ac tuo merito maxime nobis obſeruande, et colende, noſtro hoc munere fruere, quod tibi iam ſemel noſtræ in te voluntais, & ſtudij deſponſum monumentum, ita abſoluimus, vt neque illud tamen tua in nos merita æquare, neque ſatis noſtram in te voluntatem declarare fateamur.*

*Vale, & nos vt ſoles ama.*

# Extraict du Priuilege.

*PAR GRACE & Priuilege du Roy, eſt ottroyè à Philippe Tinghi, marchant Florentin, d'imprimer, vendre, & diſtribuer,* Communes opiniones: *ſiue,* Receptæ Iuris vtriuſque Sententiæ, &c. *reduites en trois Volumes, & à preſent augmentées outre les precedentes impreſſions. Et ce pour le temps & terme de ſix ans. Auec defenſes & inhibitions à tous Imprimeurs, Libraires, Marchans, & autres perſonnes quelconques de imprimer, ou fair imprimer, vendre ou diſtribuer deſdits Liures dans les païs & terres de ſa Mageſté, ſinon de ceux qui ſeront imprimez du conſentement, & permiſſion, dudit Tinghi, ſur les peines contenues és lettres patentes dudit Seigneur, Données à Paris, & ſignées*

*Par le Roy à voſtre relation.*

*More.*

# COMMVNIVM OPINIONVM, SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM LIBER PRIMVS.

## A

ABBAS ſolus poreſt hereditatem vel legatum monacho delatum abſque eius conſenſu repudiare, ſecundum Cyn. & Iacob. de Aret. in l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cleric. Bart. in l. tutor. in fin. ff. de bonor. poſſ. Bald. in l. j. in x. quæſt. C. qui admit. Paul. Caſtren. & Alexand. num. 2. in l. legatum ſeruo. ff de legat. j. & Canoniſtas omnes in cap. in præſentia. de probation. quia Monachus ipſe per ſe non dicitur habere velle, neque nolle. cap. ſi religioſus. de elect. in vj. ſed omne ſuum velle dependet à velle Abbatis cùm monachus profitendo, ſicut propriis renuntiauit, ita voluntati ſuæ renuntiaſſe cenſetur, vouendo illa tria ſubſtantia regulæ. cap. nullam x viij. quæſt. ij. Et opinionem iſtam aſſeuerat eſſe magis communem Alexand. in dicta l. legatum ſeruo, num. ,& in l. j. num. 24. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. numero 24. & veriorem dicit Pomates in additio. ad Bart. in d. l. tutor, & Auguſtinus Beroius in cap. Raynutius. numero 384. de teſtam. Contrariam vero partem, videlicet, quòd monachus in acquirendo, magis ſeruo quàm filio æquiparetur, cuius certè factum omnino requiratur, & domino præiudicare poſſit, tenuerunt omnes Legiſtæ & Innoc. in cap. cùm olim. de priuil. Spec. in tit. de ſtatu mona. §. j. verſic. viij. quæritur. Bartol. in l. cùm heredes. in prin. ff. de acquir. poſſeſ. Bald. & Rom. in l. j. C. qui admitti. Angel. in l. Papinianus, in princ. ff. de acquir. hered. Bart. & Bald. & Fulgoſ. in l. fin. in princip. C. de bonis quæ liber. & Rom. in l. is qui heres. in fi. ff. de acquir. heredit. & ita tenent cæteri Legiſtæ magis communiter in locis præcitatis, & iſtam eſſe magis communem ſententiam Legiſtarum facit mentionem Beroius in d. cap. Raynutius. num. 283. circa medium, & num. ſequen. circa fin. Sed, omiſſa omni diſputatione, prima opinio videtur verior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, conſulendóque ſequutus eſt Beroius, vt ipſe cenſuit in d. cap. in præſentia, num. 15. & in dicto ca. Raynutius. Et iſta communis ita amplexa interpretatur vtiliter non habere locum in Prælato qui hereditatem, ſeu legatum eccleſiæ delatum repudiare nullo pacto poteſt abſque capituli conſenſu, quia huiuſmodi repudiatio dicitur eſſe alienatio, ſecundum Bald. in l. pupillorum. C. de repub. hered. & in l. contra §. j. ff. de pact. Paul. de Caſt. in d. l. legatum ſeruo. Anchar. & Imol. in c. j. de rebus eccleſ. non alien. & alios relatos per Alexand. in d. l. legatum ſeruo. vbi ſupponit iſtorum opinionem eſſe magis communem contra Federic. de Senis, conſilio nono contrarium aſſeuerantem. F. Viuius.

ABSENS cauſa reipublicæ reſtituitur ad appellandum. Franc. de Aret. conſ. clx. num. 7. communem dicit. Io. Bapt. Villalobos.

*ADDITIO.* I. Fich. Ratio eſt, quia abſens ex cauſa probabili, voluntariè non dicitur abſcens. Rebuf. in trac. de priuileg. ſchol. Priuileg. lxxvij. numero ſecundo, & ob tale impedimentum non currit tempus, gloſ. in verb. poſt dationem. clem. ſæpe. §. & quia. de verborum ſignific. Vulcur. in l. ſi finita, §. Iulianus. numero 88. ff. de damn. infect. Si verò partim cauſa Reipublicæ, partímque ex ſua cauſa propria fuerit abſens. conſiderabitur quod principaliter obſeruabat, per l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur, & in terminis Iaſ. in l. non ſolùm. §. ſi cum iure, numero ſecundo. ff. de no. oper. nun. gloſ. in verb. negotij. in l. non verè. ff. ex quib. cauſ. maior. & Tiraq. de retract. munic. §. xxx. in gloſ. j. numero ſexto Si autem dubium fuerit, præſumitur ſuum principale motiuum fuiſſe pro ſuo facto priuato, vt nota. Bald. in ca. dilecti. num. 4. de appel. Vnde voluntaria abſentia dicetur, quæ reſtitutionem impedire videtur, Paris in conſil. xcix. Adrian. num. 11. & ſequen. vol. iiij. & text. in l. & qui data. ff. ex quib. cau. maior. Sed an & quando & quomodo abſentia excuſet, & quæ ſit cauſa ad reſtituen. & an abſentia vel præſentia præſumatur, & quando incipiat currere tempus, per Bero. in cap. j. vbi per plures. num. 1. de in integr. reſtit. Tiraquel. in eod. trac. §. xxxv. in gloſ. iij. num. 1. & an ſemper reſtitutio executionem impediat, aliqua per M. Ant. Bardum Senen. in Tract. de tempore vtili & continuo, in cap. v. num. 1, & 2.

Concordat cum hac l. communi, l. x. tit. xxiij. parte iij. & cum hac l. & cum communi concordat l. fi. C. de reſtitut. milit. quæ videtur limitari per l. is qui reipublicæ cauſa. ff. ex quib. cau. maior. cùm abſcens dimiſit procuratorem, qui illum indefenſum reliquit: quia tunc non reſtituitur quod planè eſt cōtra tex. in l. ſed etſi per Prætorem. §. hæc clauſula. ff. eo. quas leges cōcordat gl. dicens l. is, qui. habere locū, quando procurator eſt ſoluendo, alteram autē cùm non ſit ſoluendo, quam ſolutionē Ioan. Mau. in tract. de reſtit. in integ. c. ccclij. repellit. Et concludit, quod ſi abſens dimiſit procuratorem idoneum, qui non appelauit, reſtituitur, ſi autem non erat idoneus non reſtituitur: quas ſolutiones noſtra cōmunis opinio & Aret. non tenent. Aliâs dicunt indiſtinctè reſtitui, & vltra id videtur innuere, quod ſi dimiſit procuratorē, non ſit neceſſaria reſtitutio: ſed quod oportet appellare intra decem dies poſt aduentum, vt aliquid ob rem publicam tribuatur, cum generaliter dominus qui propter negligētiam procuratoris fuit grauatus in non appellando, ſi procurator eſt non ſoluendo, reſtituitur, vt appellet ſecundum gl. Bar. in l. j. §. fi. in verb. audiatur. ff. quando appel. & Fulgoſ. in l. vnic. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non obtempe. & Salic. in authen. hodie. C. de appellat. quos refert Iaſ. in dicto §. ſi procurator. numero 13. vbi ponit regul. & limit. Et nota omnes iſtas opiniones vſque ad nume. 8. pro intellectu dicta l. x. & l. xviij. titulo xxix. parte. iij. & vj. Ioan. Mau. à cap. cccxxxij. vſque ad cap. ccclij. pro intellectu dictarum legum.

Effectus iſtius reſtitutionis operatur, quòd ſubducatur de medio tempus abſentiæ, vel impedimenti, Franc. Balb. de præſcript. par. vj. quæſt. j. caſu xxij. num. 26. communem dicit.

Reſtitutio autem iſta debet peti intra quadriennium, & terminari. l. ſuperuacuam. C. de tempo. in integr. reſtit. & currit à tempore læſionis completæ, completa maiori ætate, vel poſtquam ceſſauit impedimentum, & ſic, finita præſcriptione, ante tamen non currit quadriennium. Balbus ibi, num. 27. communem dicit.

Quadriennium autem licet ſit aſſignatum ad petendam reſtitutionem poſt completam læſionem: tamen ſi læſio ſit per minus tempus, reſtitutio eſt poſtulanda, poſt lapſum illius temporis: vt ſunt x. dies ad appellandum, intra illud tempus debet peti: vel ſi per vnum diem fuerit impeditus cauſa reipublicæ, reſtitutio eſt petenda intra illum diem, Balbus in d. q. j. num. 28. communem dicit.

Tempus iſtud quadriennij licet ſit in proſecutione continuum: tamen à principio eſt vtile, & ſic non currit niſi à tempore ſcientiæ, vel potentię petitionis, Balbus tract. de præſcrip. in vj. par. q. j. caſu. xxij. num. 28. in fine, communem dicit. I. B. Villalob.

*ADDITIO.* Quia ergo quadriennium non currit niſi à die ſcientiæ, vt dicit etiam Ang. in l. à ſententia. §. ſi quis. num. 1. ff. de appel. ideo dicitur vtile à principio, & ex poſt facto continuum, quam opin. etiam ſecutus fuit M. Ant. Bardus. in tract. de temp. vti. & contin. in capitulo iij. Sub. vij. licet aliqui etiam teneant quòd probabiliter ignoras poterit petere reſtitutionem, etiam poſt centum annos, quod videtur mirabile, vt ibi per eum. I. Fich.

Fallit in eccleſia, quia ſemper tempus eſt vniforme: id eſt quadriennium, licet læſio ſit minoris temporis. Idem ibi eodem numero 28. in fine, communem dicit.

Tempus intra quod cauſa reſtitutionis eſt terminãda, ſemper eſt vniforme: id eſt, quadriennium à die petitæ reſtitutionis, Idem numero 28. communem dicit.

Nota quòd abſentibus cauſa reipublicæ non ita fauetur, ſicut minoribus: quia minores reſtituuntur ad integram cauſam, abſentes autem ſolum ad appellandum: Tiraquel. de vtroque retract. lignagier. §. xxxv. gloſ. iiij. num. 46. communem dicit. Io. Bapt. Villalo.

*ADDITIO.* Diſtinguas, Aut abſens defenſus fuit, & vera eſt dicta opinio communis, Iaſ. in l. cum quidam. numero 9. circa med. ff. de acquir. hered. aut non defenſus, quo caſu & ad appellandum, & ad totam cauſam reſtituitur, ſtante probabili impedimento, & æquitate. Iaſ. in l. non quocunque. §. ſi ex bonis. numero 8. 9. & 10. ff. de legatis j. Abb. in cap. ex ratione. num. 1. & 9. de Appel. Alber. in Dictio. in verb. Abſens, ibi. Adde quòd abſens cauſa reipublicæ ſi non fuit defenſus, reſtituitur ad totam cauſam, ac etiam in aliis, prout de anno in iure protomij. abſenti conceſſo, cùm tempus non currat, niſi à die ſcientiæ: Iac. Nouel. in Tract. iur. protomiſ. in §. vij. & numero tertio, & aliis caſibus

ſaltem per clauſulam generalem, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. vt toto titulo.C.de tempor.in integr. reſtit.cum titulo ſequenti, & ibi Scrib.& titu.ff.quibus ex cauſis maior.

Nota tamen,quòd licet in hoc magis fauetur minoribus abſentibus, tamen milites abſentes cauſa reipublicæ, reſtituuntur ipſo iure: minores autem ſubueniuntur petitione reſtitutionis.Bartol.& alij in l. prima C.de iur.& fac. ignor. & Iaſ.cõſilio clix.volumine ſecundo,quod etiam facit pro intellectu d. l.x.& xvii j.de d.Iaſ.meminit Tiraq.in d.§. xxxv. gloſ.iiij.numero 50. Io.Fich.

Amplia iſtam communem, quod in tantum eſt vera: quòd etſi currat longiſſima præſcriptio: nihilominus competit reſtitutio infrà quadriennium. Tiraq. ibi numero 47. communem dicit: de hoc vide in verbo reſtitutio,infrà. Io.B. Villalob.

Abſens quando poteſt condemnari ſecundum formam ſtatuti in cauſa criminali,poteſt procurator interuenire. Angel. in l. penult. §.ad crimen, ff. de pub. iud. fallen. ix. communem dicit, quem refert Auguſtinus in additio. ad Angel. de malefic. in verbo, qui iudex videns quod inquiſitus,in addit. incipienti,tu autem in hac materia. Sed Alex. conſilio cxvj. volum.ij.magis communem dicit contrariam,quod non poteſt admitti. Io. B. Villalob.

Vt autem poſſimus deuenire ad aliquem intellectum legis regni,nota quòd abſens de iure ciuili non poteſt condemnari. l. abſentem. ff. de pœn.& l.abſentem. C.de accuſat. pœna idque maiori relegatione: exceptis tribus caſibus: primus,faciens aliquem ſpadonem l.Cornelia. § lege conſtitutum.ff.ad leg.Cornel.de ſica. Secundus, repertus in venali perfidia apparitor,in l.ne diu. C.de pœnis. Tertius,in crimine læſæ maieſtatis,per conſtitutionem Henrici, quos referr Hippolytus in l. Cornelia.§.conſtitutum.uumero 7.& Cæpol.in conſil.xl. numero 8.in crimen. Et in iſtis verificatur noſtra communis, vt per Hippolyt. in d. §.conſtitutum.& Cæpol.in conſil.xlix.Ex quibus ſtante l.ix. titu.ij. l.iii. ordin.& l.ij.tit.xvij. lib.viii.& pragma. ſi.Complutenſi de iure Regio, cùm per prædictas leges abſens de quocunque crimine poteſt condemnari,etiam ſi pœna ſit capitalis:videtur quòd indiſtinctè in omni cauſa criminali intenta contra abſentem,poteſt interuenire procurator. Sed contrarium tene per l.vij.tit.ix. par.iij.ibi, *el miſmo por ſu porſona*: relatam in d.pragm. ccj. cap.penult. Compluten.vbi innuitur in cauſa criminali non poſſe interuenire procuratorem pro abſente: bene tamen interuenit excuſator proponens cauſas abſentiæ: vt habetur in d.l.vij. ibi, *no viniere en ſu perſona delante el Iuzgador a eſtar a derecho o no embiare o moſtrar eſcuſa derecha por que no pudo venir.* de quo per Angel. de malefic.in verbo, iudex videns quod inquiſiti. ver. quæro an talis bannitus.& hic ad excuſandam abſentiam vel contumaciam.l.penult. in fi. ff.de publi.iudic.l.j.ff.an per ali.cau.app.de quo per Bart. in conſil. 100. & vi.Corn.conſil.fin.l.iij.& conſil.cxxij.l.iiij.& Dec.conſil. ccccxxix.& nota text.in l.ſeruum quoque.§.publicè.de procur.ff.quòd quilibet non tanquam procurator,ſed tanquam quilibet poteſt interuenire ad defendendum abſentem, vel eius innocentiam. & iſtum text. ad hoc not. & ſic illum intelligit Caro.Molin.in addit.ad Alexand.conſi.cxvj. volum. ij.in verſic.procurator.Ex quibus dantur duę differentiæ,inter ius commune,& regni, in d.ll.prima,quòd abſens in cauſis criminalibus, etiam maioribus relegatione, condemnatur. Secunda, quòd non admittitur procurator,licet in hoc ſit conformis legi communi, vt per Alex. in d. conſil.cxvj.Erit etiam tertia, quòd contumax fictus æquè punitur ſicut verus,ibi faciendo, *pregonar en aquel lugar do ſolia morar el emplazado, y ſi morada no le allaren deue ſer pregonado alli do el hierro ſe hizo.* Pro quo eſt notandum,quòd lata ſententia non valet contra abſentem non verum contumacem, vt quia non fuit inuentus perſonaliter. l.ea,quæ. C. quomodo & quando iudex.quia vera contumacia non dicitur,etſi facta ſit citatio ad domum,vel in valuis eccleſiæ, niſi probetur notitia citationis,ſecundum Angel.in l.j.§.biduum.ff.quando appel.ſit & per Ioan. de Ro.deciſio.xlviij. in nouis.quia etiamſi citatus ad domum, præſumatur ſciuiſſe citationem:ſecundum gloſ.in l. ſi legibus. in verbo probatum. C.de epiſ.audi, non tamen dicitur verus contumax. Imo.in c.fi. de eo qui mittitur in poſſeſ. & Felin.in cap.cùm ſit Romana.de appell. quia fictiones non habent locum, quando agitur de incurrenda pœna, Ioan.Andr.in cap.cognoſcentes.de conſtitut.& Iafredus deciſ.iij.Quarta, quia cùm ſecundum opinionem Doct. licet verus contumax non poſſit appellare:fiſcus tamen appellat,ſecundum gloſ. communiter approbatam in clement.vnic.de dol.& contum.per Imol. ibi, de quo per Bart.in l.fin.C.de in integr.reſtit.& Bald.in l.cùm non eo die.C.quando prouoc.non eſt neceſ. & gloſ.in l.j. C. quorum appell. non reci. & Bart. in l.poſt edictum.§ fin.ff.de iudic. & in l.properandum. §. & ſi quidem. C.eod.tit.& Innoc.in cap.j.vt lite non conteſta. & gloſ. in cap.non ſolum de appellat.in vj.& Ang.in §.j.Inſtit.de oblig.quæ ex delicto naſcun. & Ioan.de Imol.in conſil.cxxvj.De iure autem regio fictus contumax, de quibus in d.ll.non appullar:quia in dictis legibus contumax habetur pro confeſſo:quæ verba ſecundum Petr. de Anchara, in repet. cap.j.de conſtit.& Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſtit. & iure. & Imol. in l.inſulam.ff.de verb.oblig.& Alexand. & Aretin.in cap.at ſi clerici. de iudic. num.19.poſt Bart in l.obſeruare.quo.appella.non recip. C.importanr. quòd cõtumax non appellet,licet Bald. in l.ita demum. in verſic. reſtat nunc videre.num.6. C.de procu.teneant contrarium. Et Nellus in trac. banni. in iiij. par. j. temp. in j.quæſt. & alij quos refert Lud. Carrer. in repet.d.l.obſeruare.num.37.Sed tamen primam opinionem tene,& ita obſeruatur, tunc etiam quia in dicta l. Complutenſi. datus eſt ordo, ſi compareat intra annum,quòd audiatur: & iudex de innocentia abſentis debet inquirere.& tenetur vt per Franc.de Aretin.conſil.cxlvj. viſa conſultatione.etiam publicatis atteſtationibus, ad defenſam abſentis poteſt teſtes recipere,vt per Bart.in l.iiij.§.hoc autem.ff.de dam.in lect. & in l.ij.in fi.ff.de quæſt. & Bald.poſt Bart.in authent. at qui ſemel. C. de probatio.& Doct.in cap.fraternitatis.de teſtib. & Iaſ.in l.ſi quis. C. qui teſtam.fac.poſſ.num.7.etſi inuenit eum ſine culpa, eſt abſoluendus. vt eleganter dicit Bart.in conſil.100.à domino Cino,volum.j.quem refert & ſequitur Hyppol.in l.j.§. quis.num.71.ff.de quæſt.vbi congerit plures alios idem tenentes.Et idem diſponit dicta pragma. à contrario ſenſu,ibi,*ſi por el dicho proceſſo pareciere que aya prouança baſtante para le condemnar,* Et ad intellectum de pragm. nota dictum ſatis notabile, quòd fugiens ſi ſponte reuertitur, omnem ſuſpicionem criminis purgat.l.j. C.de requir. re. non enim dicitur receſſiſſe habens animum redeundi.l.quid ſi fugitiuus.§.j.ff.de ædil. ædict.ſicut nec auis, quæ ex nido euolat,breui reuerſura,receſſiſſe dicitur. Bart.in l.j.C.de ſeruis fugi. Et habuiſſe animum reuertendi præſumitur,qui intra annum venit.per d.l.j.& cap.cùm contumacia.de hære.in vj.& ob hanc cauſam licet inducat ſemiplenam probationem fuga contra fugientes: tamen ſi ſponte reuertitur in totum diluitur:vt tenet Coraſi.in l.admonendi.num.75. ff.de iureiur.Et plus dicit Iaſ.in l.admonendi.num.90. in lect.poſt Bar. in l.raptores.C.de epiſ.& cler.quòd fugiens de carcere.ſi denuò eſſet incarceratus etiam inuitus quòd propter illam fugam non eſt condemnandus quæ faciunt pro limita.l.xxxiiij.lib.viij titu. xviij. in ordin. vbi diſponitur quòd carceratus fugiens de carcere habetur pro fractore. & circa d.l.vj.aliàs viij.limit.per Epiſcopum Calagur.in ſuis regulis,in verbo fuga.Item nota,quòd ita ſunt de ſubſtantia,in dicta pragma.banna ac tempora quòd ſi non fuerint ad vnguem obſeruata ,non poteſt abſens condemnari & haberi pro confeſſo:& ita in indiuiduo dicunt Bal. & Iaſ.in authen.quæ ſupplicatio nu.5.C.de precib.imper.offer.& Alex. in l.ij.nume.9.ff.de iudic,per gloſ.in clem.j.de vita, & honeſt. cleri in verbo tertio.& in cap.j.in princ.de milit.vaſal.qui contumax eſt,in verbo tertiam vocationem. Alber.Brunum in tract.de for.& ſolen.in attic. ex quibus conſiſtat forma verſi.xxxvij.& in articulo quando cenſetur aliquid tradi pro forma conclu.xvj. Ex quibus ſi contra abſentem de ſtylo alicuius curiæ obſeruentur alij termini in procedendo ( vt eſt in Compoſtella beati Iacobi)non vendicant ſibi locũ pœnæ iſtarũ legum.

Abſens ſi poſt ſententiam capiatur,audiendus eſt ſuper omnibus cõtentis in proceſſu & ſententia.tam in pœnis corporalibus, quàm pecuniariis,& ita pluries practicaui, cum ibi eſſem iudex maior: præcipuè cùm forma tradita à ſtatuto dicatur ſubſtantialis. Decius in conſilio ccccxxix.num. 5.& de materia dictarum legum,vide Angelum & ſuam additio. Auguſti.in tract. malefic. in verbo videns, quòd inquiſiti per totum.& Hippolyt.in pract.in §.poſtquam,à nume. 35. vſque ad num. 62.& in conſilio lxiiij. numero 43. & in conſilio cxvij. numero 36. & in conſil.cxxxiiij.num.11.& Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.j.§. vij.in princip.numero decimo vſque ad finem,& Ludo. Carrer.in prac.crim. in princip.numero 65.cum aliis,& Iſern.& Matthæ.de Afflict.in conſtit.Neap.incip.Grandiſ.titulo primo.libro ſecundo de materia poſteaquam hæc ſcripſi,reperi Petrum Nuncum de exequendis mandatis regum, conſilio decimoquinto. vbi congerit quatuordecim correctiones iuris communis per dictas leges.

Nota circa lege prima titulo tertio. libro tertio ordin.quæ loquitur de non conteſtanti infra nouennium,& l.v.tit.xvj.lib.etiam iij. ord. de citato ad audiendum ſententiam. quòd contumacia in d. legib. debet eſſe vera,adeò,vt non ſufficiat ficta.vt per Bar.in l. ſi ſe non obtulit.§. condemnatum.ff.de re iudi.& Iaſ.ibi nu.32.item nota circa d. l.j. quod requiritur,quod dicta petitio ſit propoſita in iudicio, parte præſente, vel procuratore ſuo,vt per Ant.in cap.ij.de dilat. & Panorm.in cap.fin. de iudi.& in tantum operatur ficta confeſſio in d.l.j. quòd pars non admittitur ad probandum contrarium.vt per Iaſ.in l.error.C.de iur.& fac. ignor.num.6.& 7.reprehendentem Alexand.tenentem contrarium,de quo per Franc.de Aret.conſil.cxlvj.viſa conſultatione.

Nota etiam, quòd licet per dictam legem non requiratur ſententia, ſed hoc eſt intelligendum verùm quò ad ipſum fictum confitentem,ſecus quò ad ſuum heredem, quia tunc requiritur ſententia, ſecundum Bald.in l.ij. C.de eden. quia confeſſio ficta heredi non præiudicat, vt tenet Bart. in l.j.ff.de priua.delic.verſicu.item quæro, dixi. nota etiam, quòd dicta confeſſio dicitur iudicialis, & ſolennis, vt tenet Aretin.in cap.at ſi clerici.numero 21.de iud.ex Cino. & Bald. in l.quoniam.ff.de iis qui not.infam.& de materia iſtius legis vide Hyppol. ſing. xxvij. & Alex.in addit.ad Bart.in l.transfigere. C.de tranſac. Circa tamen l.v.titulo xvj. vide l.i.j.titulo xxij.par.iij.& l.ix.titulo xxiij. par. ead. & quod Doct.tractant,maximè Ioan.de Imol.in l.ex conſenſu.ff.de appel.& in l.diuus.ff.de in integr.reſtit. & gloſ.in clem. vnic.de dolo & contuma.

in gloſ.

in gloſ.fin.vbi dicitur, quòd non dicitur contumax, niſi pars comparuerit ad accuſandam contumaciam:& vide Bald. in l.falſus.C.de fur. & Alex.in l.contumaci.ff.de re iud. I. B. Vil.

Abſenti liberatio facta non per modum confeſſionis, ſed per modum pacti,ſeu conuentionis,non prodeſt, niſi aliquis nomine abſentis receperit.Eſt magis communis opinio,ſecundum Alex.in conſil.cxxxj. in cauſa & lite.vol.iiij. M.Grib.

pro Abſente nunquid procurator in cauſis maleficiorum admittatur, ex forma tradita à ſtatuto condemnari poteſt. Hoc autem latiùs declarat, & quomodo de iure ciuili procedat, ac quomodo ſecundum leges regni, pluréſque caſus enumerat nec diſtinctionem veri, ac ficti contumacis omittit, & quod de excuſatore, addit deinde aliqua de eo, qui aufugit,& de eo quoque qui ſponte poſt reuerſus fuit. I. Fich.

Abſente parte, ratificatio actus fieri poteſt, & abſenti prodeſt, quia pendet duntaxat à voluntate ratificantis, licèt ex huiuſmodi ratificatione ratificans obligetur, vbi certè præſentia partis non requiritur aliquo pacto,ſecundum Cyn.in l.ſi in fraudem,in fi. C.ſi in frau.patron, vbi refert hoc idem tenere Iac.de Aret. & Pet. eandémque opinionem tenet,& ſequitur Bart.in l.Pomponius.num. 1. ff. de negotiis geſt. & in l.quo enim.§.rem habere.in fi.ff.rem ratam habe.Alex. conſil.cxxvj. in fin.vol.v.Dec.conſil.cclxxxj.& conſil. ccxcvij. & in l. ſemper qui non prohibet,nume.10.ff.de regul.iur.Ioan.de Ana. conſil. lxxxv. & iſta eſt communis opinio,prout ſcribit Crauet.in tract.de antiquitate temporum,in prima par.nume.123.in ver.abſens,& circa hoc poſſet in medium proferri vnum exemplum dictæ communi conſonum in approbatione teſtamenti facta per filium præteritum,quæ,abſque dubio aliquo, prodeſt heredi inſtituto etiam abſenti, ſiquidem actus approbationis(vt ſuprà docuimus)dependet à ſola volūtate approbantis:exemplum hoc refert Angel.in §.ſi verò expreſſim.in authen.de hered.& falcid.duo alia exempla ſimilia, ac prædictæ communi opinioni concernentia refert Bart.in dicta l.Pomponius num.1.Franc.Viuius.

PRO. Abſens in criminalibus nec accuſare nec accuſari,nec damnari poteſt.in l.abſentem.C.de accuſatio.& in l.abſentem.ff.de pœnis.

OB. Primo contrà,abſens accuſare poteſt,per l.quemuis indubitati. C.ad legem Iul.de adult.vbi mulier in quæſtionibus confeſſa de crimine petit accuſatorem in officio publico conſtitutum præſentari, quo tamen abſente contra ream fertur ſententia.

SOL. Specialis ibi eſt caſus, ratio ſpecialitatis eſt duplex, ibi. Prima,quia accuſator abſens erat in ſeruitio reipublicæ. Altera, quia iam rea confeſſa erat de crimine.

OBIEC.Secundò contrà,quòd abſens poſſit damnari,eſt text.in l. ſeruum.§.publicè. ff.de proc. vbi vbicunque damnari poteſt abſens,ibi & defendi poteſt:ergo præſupponitur ibi abſentem condemnari.

SOL.Poteſt abſens condemnari in pecuniaria pœna, & etiam vſque ad relegationem,non pœna capitis:d.l.abſentem.in §.j.de pœn.ff.

OB. Tertiò,ad idem obſtat l.ne diu.C.de pœn. vbi de venali perfidia apparitores etiam abſentes damnantur.Speciale ibi in eo caſu contra apparitorem.

PRO. Abſens cauſa ſtudiorum,abeſſe non videtur.l.quæſitum. vbi Bart.ff.de leg.iij.

Abſens cauſa ſtudiorum,integrè debet fructus ſui beneficij percipere,cap.ſuper ſpecula.extrà de magiſtr.c.tuæ.de cleric. non reſid. & ca.ij. de priuil.in vj.exceptis tamen diſtributionibus quotidianis.in ca. licet. de præbend.in antiq.

PRO. Abſentia cauſa ſtudiorum eſt iuſtiſſima, in l.necnon. ff.ex quib.cau.maior.

PRO. Abſentia ei,qui reipub.cauſa abeſt,non obeſt.l.j.ff.ex quib. cau.maio.niſi dolo malo & data opera abeſſet:vt l.item ij.& l. qui data opera.ff.eodem titulo. I.Bellon.

*ADDITIO.* Ita etiā dicit Ang.in l.liberto.§. litē in iudiciū ff.de neg.geſt. vbi quilibet amicus ſicut pōt in cauſa criminali allegare abſentiā amici.l.ſeruum quoque. §.j. ff. de procur.ita & in ciuili cauſa,probari autem tunc etiam debet abſentia per ipſum allegantem,vt ibi per Ang.in §.j.num. 3.nec talis allegans tenetur appellare, niſi procurator fuerit:Quid autem ſi fuerit inimicus ille allegans? Vide Ang. in d.§. litem.num.2. I.Fichard.

Limita hanc communem ſi velit defendere tanquam procurator: quia tunc non admittitur ſine mandato,Iaſ.in l.is qui.nu.7. C.qui teſta. fac.po.communem dicit. I.B.Villal.

*ADDITIO.* Hāc limitationē ſublimita in duobus caſibus, primò ꝙ hoc intelligat in cauſis ciuilibus cū in criminali ꝓcurator nō audiatur niſi in pecuniariis.Ang. in l.ſeruū quoque.§.publicè.nu.1.& 6. ff.de procur.Secundò ſublimita,niſi de poteſtate,& licentia Principis abſoluta procurator compareret,ſed de ordinaria non poſſit,Angel.ibidem num.5.Inno.in c.veniens.de accuſ.Imo,in l.pen.§.ad crim.n.& ibi Alex.ff.de pub.iud.cum aliis,& hæc eſt cōmunis. Contrariam tamen opi. tenuit Bar.in d. §. publicè. qui licet inſpecto toto corpore iuris Ciuilis vbi is ferè ſemper & vt plurimum, verè,nec mendosè locutus fuit, Nihilominus aliquibus in locis(pauciſſimis tamen)errauit: cuius opi.non ſeruatur in practica.cùm quandoque bonus dormitet Homerus, prout in d.§.publicè,vbi dicitur procuratorem admittē. in cauſa criminali ad innocentiam excuſandam,cuius opi.non ſeruatur,vt ibi dicit Angel.& alij ſequuntur,ac alios errores,qui in ſequentibus additionibus venient in propoſito adnotabo.Quorum errorum aliquos etiam collegit Marr. Lauden.in quodam libel.Notularum Bart.& Ant.Nice.recollegit,Contrarietates eiuſdem,in ſuo lib.Contrariet.Bart.

De iure regio habes l.x,tit.v.pag.iij.& l.v.& xiiij.li.j.tit.x. For.ll. de quo per tex.in c.i.de proc.ꝙ coniuncta perſona,quæ non excedit quartum gradum:& Maritus pro vxore, & ſocius pro ſocio, & coheres pro coherede,& alij de quibus in d. ll. cum cautione admittuntur de rato, tam ad agendum quàm ad defendendum. Extraneus autem ſolùm admittitur ad defendendum cum dicta cautione.Et citra d.l.x.nota vnum, quòd ſi à principio egit ſine mandato, & lis eſt conteſtata, non petita cautione, quòd amplius per reum non poteſt peti cautio, quod videtur contra l.licet.de proc. C. cùm exceptio falſi procuratoris poſſit opponi etiam poſt litem conteſtatam:vt concludit Alex.ibi cum reddat iudicium retro nullum,ſed tamen pro concordia,dic,quòd dicta l.x.loquitur,cùm coniunctus agit pro coniuncto,& concordat cum l. Pomponius.§.fi.de proc.ff.de gl.in c.j.de proc.de quo per Bologni.in addit. ad Ioan.de Ana.in conſi.ciiij.poſt Cyn.in l.inuitus.C.de procu.Lex autem, licèt,loquitur in extraneo agente ſine mandato :De materia falſi procuratoris,vide Ioan.de Ana.conſi.xcvj.& Bologni. in addition.

Nota etiam quòd licet maritus poſſit agere pro vxore ſine mandato, tamen ſi ſemel mandatum recepit, ampliùs non poteſt agere ſine mandato,Iaſ.in l.maritus,C.de procur.nu.8.communem dicit. I.Fich.

Abſolutio ab excommunicatione valet,& tenet etiam nullo præſtito iuramento ab abſoluto ſecūdum gl.in c.cùm deſideres.de ſent.excō. cū qua ſentiūt Abb.ceteríque cōiter ibi teſte Decio in c.queſtioni.nu.5. de appellatio.vbi ipſe ſequitur quoque iſtam cōmunem,& limitat. Sed hoc,iudicio meo,abſque dubio procederet in excommunicatione iniuſta,& non aliter,quia abſoluendus ab excommunicatione iniuſta,iuramentum ipſum præſtare non tenetur,ſecundum gl.fi. in c.ab excommunicato,de reſcript.quam ſequuntur omnes Doctor.communiter, vt meminit ibi Barbat.num.61.& ſeq. F.Viuius.

in Abſolutione à iuramento, vel etiam in ſimplici habilitatione requiri partis citationem. Hoc magis communiter teneri à doctoribus atteſtatur Hippo.Marſil.in repeti.l.de vnoquoque.nu.163.ff. de re iudi. vbi allegat Maria.Sozi.in repet.Rubr.de dila.& Socin. in conſil. lix. in cauſa.verſi.præterea talis vol.iij.plenè in hac materia loquētē,F.Turza.

PRO. Abſurdum eſt euitandum in iure: valet enim argumentum ab abſurdo euitando,l.ratas.C.de reſcind.vend.in l.nec audiendus. ff.de oper.lib.l.nam abſurdum,de bon.lib.ff.in c.j. de cler. non reſiden. in vj. in c.de maioribus.extra de præbendis. I. Bello.

PRO.abſurdum eſt quem redire ad id cui renuntiandum putauit. l. ſi quis iuſiurandum.C.de reb.creditor.

PRO Abſurdum videtur,licere eiſdem partim iudicium defuncti comprobare,& partim euertere.l.nam abſurdum.de bon.libert.I.Bell.

PRO. Abundans cautela non nocet:ſuperflua enim non vitiant actum.in l.teſtamentum.in fine.C.de teſtam.in l.ſi ſeruo.in fi. ff.de adim. legat.in l.pediculis. in §.Labeo.ff.de aur. & arg. legat. vbi non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio. & in l.quæ extrinſecus.ff.de verb.oblig.in reg.non ſolent.ff.de regul.iur.

OB.Contrà inutilis adiectio vitiat actum.in l.actus legitimi.ff.de regul.iur.& in §.ſeruus alienus.Inſtit.qui teſta.tut.dar.poſſ.

SOL. Vbi ſuperfluitas eſt contra formam,& naturam actus, eſt vitioſa,vt ibi:aliàs minimè,vt hic intelligitur. I.Bell.

ABVSIVA inueſtitura quando, ſcilicet, Dominus inueſtit aliquem traditione enſis,vel anuli,non transfertur poſſeſſio feudi in vaſallum, ſed cenſetur illi data licentia,vt eam propria auctoritate apprænhendat. Communem dicit Iulius Clarus lib.iiij.Sent.§.feud.q.xxvj. R.P.Fich.

Accreſcendi Ius in ſucceſſione feudali locum non habet, communis eſt,I.Claro vbi ſuprà,q.lxxvij.

Accreſcendi Ius locum habere in feudis à Principe ſimul conceſſis, magis communem dicit Ioan.Clarus.§.feud.q.lxxvij.V.Sed certè contrariam tenent Cyn.in l.vnic.in fi.C.quando non peten. par.& Molin. in Apoſtil.ad Alexan.conſil.xx.num.8.lib.j.

Accreſcēdi Iuri in emphyteuſi regulariter locus non eſt. Claro ibid. quæſt.xxxix. P.Fichar.

PRO. Acceptilatio eſt imaginaria ſolutio. §. item per acceptilationem,Inſtit.quibus mod.tol.oblig. I. Bell.

PRO. Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. l. cum principalis.ff.de reg.iur.c.acceſſorium.de reg.iur.in vj.

OB. Contrà de l.j.C.de iudic. vbi ſublato principali contractu,non tollitur acceſſorium.

SOL.Hic loquimur de acceſſorio,quod non poteſt eſſe ſine principali,quo ſublato,tollitur & acceſſorium : ibi de acceſſorio quod poteſt eſſe ſine ſuo principali, ideo ſublato principali, non tollitur acceſſorium,vt ibi not.gl.quæ approbatur communiter.

PRO. Acceſſorium cedit principali. l. & ſi non ſunt. in §. peruenimus.& l.ſi quando.ff.de aur.& argen.legato.

PRO Accidens non poteſt eſſe ſine ſuo ſubiecto.l.ij.ff.de vſufruct.

Accuſare licet pœnitentem de delicto. Hanc dicit cōmunem Franc. Areti.in c.accuſaſti.numero 5.de accuſa.in antiq. B.Villal.

Accuſatio, ſicut & inquiſitio, debet continere locum, & tempus. Aret.in c.qualiter,& quando. *el ſecundo.* §.debet.nume. 115. de accuſ. communem ait. Idem.

Accuſatores plures quando non perſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam, ſi velint vnum accuſare, parte opponente, Iudex debet eligere vnum, qui perſequatur accuſationem, ſi tamen pars non opponit, valet iudicium, communem teſtatur idem Aret.in c.olim.nume. 10. de accuſ.in antiquis. Idem.

Fallit ſi plures conſtituunt procuratorem ad accuſandum, tūc procurator nomine omnium perſequitur cauſam, vt ipſemet Aret. ibidem communem dicit,& reſpondet ad dictum Bartol.in l.pen.§. ad crimen. ff. de public. iudic. dicens quòd quando accuſator non proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam: non poteſt inſtituere procuratorem. Quod intelligit, quando accuſator non ſe deberet inſcribi ad pœnam talionis, ſecus tamen, cùm per obligationem ſuorum cauſam iam proſequitur, quod nota. Idem.

Accuſare regulariter poteſt maior viginti annis, quamuis ſit minor vigintiquinque, vt notat, & firmat Bartol. poſt gloſſ. in l. ij. in verb. pupillus.ff.de accuſat. quorum ſententiam ait eſſe communem Abb. & Moder.in cap. j, de accuſat. vbi eam comprobant hac ratione, quia qui poteſt in criminalibus teſtificari, multo facilius poteſt accuſare, maior enim habilitas in teſte, quàm in accuſatore, requiritur, quia crimina per teſtes, non autem per accuſatores probantur, c. licet Heli. de ſimonia, cap. de cætero. & fin. de teſtib. ſed maior xxv. annis poteſt in criminalibus teſtificari. l. in teſtimonium cum ibi notatis. ff. de teſtib. ergo & cætera. Imò valet argumentum de teſte ad accuſatorem, argumento notatorum per gloſſam,& Bartol.in l.qui iudicio.ff.de accuſat. quod procedit affirmatiuè hoc modo: qui admittitur ad teſtificandum in criminalibus, ergo & ad accuſandum admittetur. c.teſtes.iiij. q.iij. F.Viuius.

Accuſare non poteſt infamis infamia iuris,& ſic ab accuſando omnino repellitur. l.qui accuſare.ff.de accuſat. vbi Bartol.& cap. infames. vj.quæſt.j.& idem Bart.in l.infamem.ff.de publi.iudic.Salic. & omnes Legiſtæ communiter in l.criminis.C.qui accuſ.non poſſ.Ange. in tract. maleficiorum.in ver.ad querelam Titij infrà ſcripti ſuper verſic.accuſare non poteſt ille, qui eſt infamis.num.23.Abb.num.7.& omnes Canoniſtæ communiter in cap. 1. de accuſatio. & opinionem iſtam dicunt eſſe communem tam Legiſtarum, quàm Canoniſtarum Modern. ibi,& Hieronym.Chucalon in addit.ad Ang.in tract. maleficior. in loco præcitato, & illa dicitur infamia iuris ne ignorentur termini præmiſſæ communis ſecundum Abb.in dicto capit. primo. quæ eſt ſecundum leges ciuiles, vel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur, vt in l.prima,& ſequen. ff.de is, qui no.infam. vel mediante ſententia, vt habetur in l.infamem.ff.de public.iudic.& in cap.prohibentur.ij. q.ij. & in dicta l.qui accuſare. Et iſte infamis, ſeu potius infamis ex damnatione publici iudicij minimè poteſt in exceptis criminibus accuſare, vt per gloſ. eleganter in l.qui iudicio.ff.de accuſation.quam ſequitur Bart. ibi,& Beroius in dict.cap.j.num.43. vbi recitat communiter approbari, quamuis regulariter inhabiles in criminibus exceptuatis admitrantur ad accuſandum. l. famoſi.ff. ad leg. Iuliam maieſt.l.mulierem. ff. de accuſation.& notat Specu.in titulo de accuſatore in §. primo, circa finem. Idémque obſeruari videmus in infami infamia facti, qui ab accuſando repellitur, ſecundum gloſſ. Abb.nume.7.& omnes Canoniſtas communiter in dicto cap.primo. Gofre. in cap. omnipotens Deus, de accuſat.& Specul.in dict.§. primo. & opinio iſta procedit de iure Canonico,& eſt communis, vt per Modern.in cap.j. Sed de iure ciuili iſte infamis infamia facti accuſare poteſt,& ab accuſatione ipſa nullo pacto repellitur ſecundum Bart.in dicta l.qui accuſare.nume.7. Abb. Maria. Socin. & Ioan. de Imo. in dict. capitulo primo.& iſtam ſcribunt eſſe communem opinionem Beroius ibi numero 44. & Hieronym. Chucalon in add.ad Angel. in tracta. de malefi. in loco ſuprà citato, & iſta infamia facti dicitur, quando eſt læſa fama, ſeu æſtimatio alicuius propter factum ab eo commiſſum apud bonos, & graues viros, vt per Dyn.in cap. infamibus, de regul.iuris libro vj.& Bartol. in l.j. de is qui not.infa.& dicit Bald.in l.neminem.C.de inceſt.& inutil. nupt. quòd habens vnam vxorem, & vnam concubinam eſt infamis ipſo facto, & non admittitur ad accuſandum de publico crimine, & ſimiliter habens duas concubinas, quia infamis eſt, vt voluit gloſſa ſecundum eum, in §.finali in fine, in authentica, quibus modis naturales efficiantur legitimi. imò iſte concubinarius accuſare non poteſt eum, qui eius concubinam carnaliter cognouit, niſi eſſet eius patronus ſecundum Bartolum, in l. ſi vxor.in principio.ff. de adulteris. & ibi per Alexandrum. Item ſubditus non poteſt accuſare ſuum ſuperiorem, & præſertim eo caſu, quando ſuperior in accuſatione inſtituta, vel inſtituenda aduerſus eum opponat, quòd ſubditus iſte eſt criminoſus, vilis opinionis,& malæ famæ, ita voluit Abb.in capit. nulli epiſcoporum, numero 7. de accuſatione, vbi refert ita tenet Innocent. & communiter omnes. Idémque videmus in ſeruis, familiaribus & libertis, qui nullo modo accuſare poſſunt eorum patronum, ſeu dominum. l. penult. & final.C.qui accuſa.non poſſ.& ita firmat Angel.in dict.tract.malefic. in verſic.ad querelam Titij.numero 27.& Gandi.in tractat. de malefic. ſub rubrica, qui accuſare poſſunt.numero 2. imò ſeruus, vel familiaris ipſe non ſolùm repellitur ab accuſando dominum, ſed etiam puniri debet. l.iniquum.C.qui accuſ.non poſſ.& capitul. final.§.ſi quis. iij. q. vltima,& hoc limitat, declarátque Felyn.in quatuor caſibus, in dicto capitul. nulli, qui text. intelligitur, ac interpretatur in familiari criminoſo ſecundum communem intellectum, de quo per Decium in capitul. dilecti. de except. Sed ſi accuſatio facta foret à perſonis iſtis prohibitis, parte non opponente, certè procederet, & valeret proceſſus ſecundum Doctores omnes in dicto capitulo primo. Bartol. & ibi Alexand. in l.j.§.accuſationem.ff.ad turpill. Follerius in practi. crimi. in verſicul. audiantur exceptiones proponendæ per eos, numero 41. Angel. in dicto verſicul.ad querelam Titij, numero 40. & iſta eſt communis opinio teſte Areti. in dicto capitulo primo, & Hieronymus Cuchalon in additio.Angel.in dicto verſiculo ad querelam Titij. ſuper numero 40. F. Viuius.

Accuſari poteſt Iudæus abſolutus per pœnitentiam de crimine ante baptiſmum commiſſo,& ſic baptiſmus ipſe non tollit accuſationem & pœnam delicti. vt voluit gloſſ. Hoſtien. Innoc. Ant. Abb. & Pet.de Peruſio in cap.gaudemus.de diuor.Cardin. Alexand.in ca.deinde. xxvj. diſtinct.Abb.Maria.& Aretin.in cap.de his.extra de accuſa.vbi Ioannes de Ana. & Auguſtinus Beroius numero decimoquinto, aſſeuerant iſtorum opinionem eſſe magis communem, & idem fatetur Dec. conſilio cxxx.& Marquardus de Suſannis in tractatu de Iudæis, & infidelibus, in iij.par.cap.quinto numero primo & additionator ad Tho.Ferrat. in cautela xxiiij.ſuper num.4.in litera A. In contrariam verò partem, videlicet, quòd Iudæus per baptiſmum euitet accuſationem criminis per ipſum perpetrati, inclinauerunt gloſ. in cap. quod autem.trigeſimoſecundo quæſtione prima. Calderi. Ant. Ioānes de Imola, & Felyn. in dicto cap.de his.& Ruinus in cōſilio decimotertio, volumine quinto, vbi ſcribit, quòd in iudicis arbitrio reſidet eligere hanc vltimam ſententiam, hoc idem ſequitur Marcus Anton. Blancus in pract.crimi.in cautelis pro reis defendēdis, cautela j.numero tertio & ſequen.& Thomas Ferrat.in d.cautela xxiiij.num.4.poſt medium, vbi refert quòd ita tenēt communiter Theologi, & in facti contingentia mediante patrocinio præſtito per Ruinum cuidam Iudæo effecto Chriſtiano poſt commiſſum magnum furtum fuit obtentum Paduæ, & demum iſtorum opiniones non parum conatur reducere ad optimam conſonantiam, & concordiam Beroius in dicto cap.de his. numero decimoquinto & decimonono, ſed ego amplector iſtam vltimam opinionem tanquam magis piam,& canonicam ob rationes citatas,& aſſignatas per omnes Doct. relatos. F.Viuius.

Accuſatio falſi, ac cæterorum criminum regulariter durat vſque ad viginti annorum ſpatium, & ſic accuſatio ſeu querela in iſtis criminibus poteſt tolli dicto tempore, quo elapſo amplius de falſo cognoſci nequit. l.querelam. C. ad legem Corneliam de falſ. vbi gloſ. & omnes Doctores hoc firmant. Angel. Aretin. in tract. maleficiorum. in verſ.falſario.in quæſt.incip. quæro vſque ad quantum tempus, Gandinus in dicto tractatu malefic. in titulo qui accuſare poſſunt. numero 28. Paul.de Caſtr.conſilio clxxxiiij.volumine antiquo, & iſtam ait eſſe magis communem opinionem Boërius deciſione vigeſimaſexta, numero quinto, & ſequen. Idem videmus in inquiſitione ex officio iudicis, quæ tollitur ſimiliter viginti annis ſecundum Bart. Sal. Raph. & omnes in dicta l. querelam. & Anchara. conſilio nonageſimo, vbi tenet, quòd ſublato iure querelandi, eſt ſublatum ius inquirendi. Iſtorum Doctorum opinionem aſſerit eſſe communem Iaffredus deciſione ccccl xxxvj. F.Viuius.

Accuſator, vel fiſcus in cauſis criminalibus non cogitur expimere diem in accuſatione, ſed ſufficit ſolummodo exprimere locum, annum & menſem delicti. l.libellorum.ff.de accuſationibus,& l.in cauſis.C.eodem titulo, vbi textus & Doctores hoc idem habet etiam locum in cauſis ciuilibus: nā actor in ipſis cauſis ciuilibus, non tenetur exprimere diem contractus, nec diem confeſſionis, dicti, vel proteſtationis, nec diem rogatus notarij, ſed ſufficit exprimere ſolum annum, & menſem abſque die. l.prima.§.æditiones ff.de æden. vbi textus glo,& Doctores tamen vbicunque reus in criminalibus negotiis petit per accuſatorem, vel Fiſcum aut delatorem ſeu denuntiatorem, ſeu inquirentem exprimi diem delicti prætenſi, pro quo moleſtatur dicendo velle diem in præmiſſis exprimi ad ſui defenſionem,& pro ſui defenſione, quia vult probare ſe illa die, quæ nominabitur alibi fuiſſe, puta Aquiliæ vel vult probare teſtes contra eum deponentes illa die fuiſſe alibi, vel vult redarguere de falſo iudicio,& probationes, quæ contra eum allegātur, tūc accuſator, denuntians, delator,& inquirēs,& teſtes tenētur exprimere diē præciſum,& locū loci, ad hoc vt poſſit probari contrarium. Nam vbicunq; omiſſio loci, vel depoſitionis teſtium eſſet dānoſa reo,& ei auferret defenſionē, tūc exprimi debet locus loci, & dies certus, alioquin non valent acta contra eum, nec probatio, text.eſt,& ibi notat Bar.in l.

arbitraria

arbitraria.§.ſi quis Epheſ.vbi notat Bart.per illum text. & ibidē Bald. & Ang ff.de eò quòd certo loco,& hoc idem tenet Bart. in l.is qui reus. nume. 10.ff.de public.iudic.& in dicta l.libellorum,nume.12.& iſta eſt magis communis opinio,de qua atteſtantur Docto,in præcitatis locis. F. Viuius.

Accuſatus, vel inquiſitus, pendente accuſatione, promotus, & electus ad aliquam dignitatē.& poſteà abſolutus, caſu iſto abſolutus non eſt retinendus in dignitatē,ſed deponendus & puniendus. l. qui ſtatus. & lege fin.ff.de re milit.& ita concludunt Innoc.in cap.accuſatum. de ſimon.& omnes Doctores in cap.omnipotens Deus,de accuſationibus, vt per Auguſtinum Beroium ibi,nume.5.Contrarium verò tenet Ioannes Andreas cum aliquibus relatis per ipſum in dicto cap.omnipotēs, per text.in l.qui de libertate. ff. de libera.cauſ. quorum ſanè opiniones conatur,more ſuo,concordare Beroius in dicto cap.omnipotens.nu.5. poſt Abb.ibi.& ſimiliter iſte accuſatus criminaliter, accuſatione pendente, non poteſt eſſe teſtis, nec in teſtem admittitur contra alium in cauſa criminali.cap.fin.de teſtib.& ibi Doctores.Specul.in titul.de teſte.§.j.verſic.item pendente,& ibi Ioannes Andr.& Baldus in additio. quia ex pēdentia huiuſmodi accuſationis aggrauatur opinio accuſati, vt non dicatur integri ſtatus ſecundum Docto.præcitatos. F. Riuius.

P R O. Accuſatus accuſatorem ſuum accuſare, pendente accuſatione,non poteſt,in l.neganda.C.de iis qui accuſar.non poſſunt.Bellon.

Acquiſitorum nomine veniunt ea tantum, quæ laboribus & induſtria parantur, non autem legata, donationes, vel alia gratuitò obuenientia,idque communiter receptum teſtatur Ioan.Pyrr.Angelber.ſuper conſuet.Aurel.Tit.de Societate inter vir.& vxor.c.xj. I.Fich.

Acquiſitorum alia cauſa eſt,alia acquirendorum.l.qui autem. ff. quæ in fraud.cred.l.j.§.confertur.ff.de coll.bonorum. Bello.

Actio hypothecaria & actio perſonalis de dote ſimul in eodem libello intentari poſſunt.§.ſed neque ad res.ibi,ſiue ambabus.& in auth. de fideiuſſ. nam hypothecaria ipſa eſt acceſſoria ad perſonalem actionem ſecundum Cyn.Bar.num.18.Fulg.& Bologninum latiſſimè,nume. 117.cum aliis ſeq.in l.ædita.C.de æden.Fabrum & Iaſ.num.110. in §. item ſeruiana,inſtitut.de actio.& hoc non habet contradictorem aliquem ſecundum Bald.in tract.de præſcrip.in iiij.par.num.15.& Boër. deciſi.cccxxxiiij.num.1.ergo acceſſorium hoc ſapit naturam ſui principalis,iuribus vulgaribus,& text.in d.l.ſed neque debet intelligi, vt ibi ab initio ſimul,& ſemel fiat cumulatio actionis perſonalis, & hypothecariæ ſecundum Dyn.in regula, nullus pluribus. de reg.iur. lib.vj. Cæterum præcitata.l.ædita.loquitur de vna actione poſita poſt aliam; tunc enim cumulatio non admittitur, & opinionem iſtam Dyn. dicit communiter ſeruari Alberi. in d.l.ædita.& ſecundum eam iudicauit Senatus Burdegalenſis in facti contingentia,vt refert Boër.in d.deciſio. cccxxxiiij.num.3.Bald.verò in d.l.ædita. voluit eleganter, quòd etiam ex poſt facto cumulatio iſta perſonalis actionis, & hypothecariæ admittatur,& ita per hanc Bald.doctrinam fuit concluſum,ac deciſum in ſacro regio concil. Neapolitano,teſte Capitio in deciſio. lxxx. Aliqui etiam ex allegatis Doct.voluerunt circa præmiſſa vnum valde curioſum,ac potiùs pompoſum,videlicet,quòd actor proponens plures actiones ad idem competentes in caſibus permiſſis proteſtari debeat, quòd non intendit ſolutionem conſequi, niſi ex vna,tamen (quicquid Doctores iſti ſuadeant) ob hoc libellus non vitiatur propter omiſſionem huiuſmodi proteſtationis ſecundum omnes Canoniſtas communiter in cap.conſtitutus.de in integ. reſtitu. quorum opinionem communem eſſe atteſtatur Ripa.in l.j.§.quia autem.num.11.ff.quorum legato.contra gloſſ.in l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tribu.contrarium aſſeuerantem,& communiter damnatam ibi ab omnibus. F. R.

Actio oritur ex pacto nudo de iure Canonico. Bapti. de San. Blaſio in rubr.de cre.q.xxv.diſt.iij.Alci.in c.cum contingat,nume. 113. de iureiurand.& Corn.conſil.ij.vol.j.litera B.communem dicit.B. Villalob.

*ADDITIO.* Quinimò hodie attenta diſpoſitione Canonica, & ei inhærendo, dicitur nullum pactum eſſe nudum, cùm veſtiatur fomento dictæ legis,quæ pacta nuda confirmat,& talis confirmatio pacti nudi veſtimentum dicitur,vt de communi dicit Bero.in cap.primo. num.174.de iudic.Vbi etiam in numero ſequenti accommodato argumento probare nititur idem poſſe dici de iure Ciuili, quòd (cùm ſit extra communem) omitto, & eo magis hoc,ſi de bono, & æquo agatur.Pariſ.in conſi.xxxiiij.in iſta conſultatione.num.11.vo.primo.

Concordat cum hac communi l.iij.titul.viij.libr.iij.ordin. & libro primo.titulo ſecundo,libro primo. For.ll. vbi dicta lex diſponit, quòd abſenti acquiritur obligatio facta cuicunque perſonæ quæ eſt contra l.vij.titulo ij.part.v.Sed tene dictam l.iij.& circa intellectum illius legis nota verbum notabile Bartol.in l. j. §. ſublata. ff. ad Trebellian. quem refert Dida.Segu.in l.filius. ff. de verborum obligation. numero 75.quod ſi ex forma ſtatuti alteri per alterum acquiritur actio: intelligitur de directa, quæ limitat communem opinionem de notario acquirenti alteri, quòd intelligitur de vtili, ſecundum Alcia. in dicto capitulo cùm contingat, de iureiurand. numero 133. & infrà in verbo notarius,quam intellige,quando ſtatutum diceret, quòd transfertur de vno ad alium, vt per Bartol.in d.§.ſublata.& Iaſon.ibidem in ſecunda lectura num.24.



Limita iſtam communem in pollicitatione, Fort. Gartia.in capitulo primo,de pactis,numero duodecimo.libro ſexto.& Alcia.in rubr.ff. de verb.oblig.numero 15.communem dicit.

Vt autem tyronibus ſatisfiat, pollicitatio in hac limit. dicitur, cùm ſtamus ſolùm in promiſſione;vt ſi promitterem centum Petro abſenti,nullo acceptante pro eo ante, quàm acceptetur promiſſio, ſi reuocetur:non inducitur obligatio.de quo per dominum Fort. in deciſion. capitulo primo.& Doctores in Rubric. ff. de verborum obligatio. vbi dicitur, quòd poſtquàm pollicitatio eſt acceptata: iam tum tranſit in pactum,& hoc videtur innuere dicta l.iij.ibi, *En qualquier manera que vno ſe quiſò obligare aberte.* Cùm ex pollicitatione nulla etiam naturalis obligatio inducatur,vt per Bartol.in l.ſi vnus. §. pactus.numero 16. ff.de pact. & Alcia. in dicta rubrica. numero 14. & naturalis obligatio ineſt ex ſimultaneo conſenſu,l.j.ff.de pactis.

Aduerte quòd in dicta lege iij. pactum nudum, & ſtipulatio æquiparantur:& (cùm æquiparatorum idem ſit iudicium. gloſſa in capitu. ſi poſtquàm. de electione. in vi. )dicendum eſt, quòd ſicut obligatus ex ſtipulatione pœnitens non tenetur ad factum, ſed ad intereſſe, ſecundum communem opinionem: ita obligatus ex pacto, vt per Deci. in repet.cap.j.de iudi.num.20.

Limita tamen iſtam communem,niſi aliàs obligatio eſſet facta cum iuramento:quia tunc præcisè tenetur ad factum. Fort. Gratia. in dicta lege prima.numero 16.communem dicit.& dictus Fortu. per plura fundamenta ſtante diſpoſitione.l.j.de pactis.& de l. iij. concludit non eſſe neceſſarium iuramentum ad hoc quòd obligatus teneatur præcisè ad factum.Et intellige dictam legem iij. & iſtam communem quò ad obligationem principalem:ſecus quò ad acceſſoriam,vt in fideiuſſore, ſecundum Baldum,in l.j.in fin.de pactis.vbi dicit fideiuſſionem factam per nudum pactum abſque ſtipulatione eſſe nullius momenti, & vide Deci.conſi.xciij.num.3.

Actio quæ ex pacto nudo geminato oritur de iure ciuili. Alcia. in rubr.de verb.oblig.ff.num.19.verſi.hinc infertur.communem dicit.

Nota etiam ad limitationem d.communis, quòd ſi pollicitatio fiat præſenti,& tacenti,valet:quia videtur conſentire.Alcia.in d.rubr. nu.2. communem dicit. B.Villalob.

Actio de dote competit filiæ, & non patri:licet dos ſit profectitia, quando ſtipulatum ſit dotem reddi filiæ,& pater habebit adminiſtrationem,& vſumfructum.Curt.Iuni.conſi.clij.numero.1.& 3. communem dicit. Bapt.Villal.

*ADDITIO.* Amplia,vt dicta filia poſſit actionem habere,ſi voluerit etiam quòd ſtipulatum non fuerit ſibi dotem reddi, prout ſi promiſſores,conſtante matrimonio, dotem, ſeu dotis partem non ſoluerint,neque ſtipulati fuerint ſol.matrim. eis dotem reſtitui, cùm ſtatim mulier intelligitur tacitè ſtipulata: & actio ſibi quæſita pro dicta dote,ſiue eius parte nondum ſoluta:Pariſ.in conſilio cxv. Vidi proceſſum,numero 2.& ſeq.vol.ij.Et in hac materia dixit Bart.in l.ſi cum dotem.cir.princ.verſicu.vel dic tertio. ff. ſol. mat. quòd licet pactum nudum de appropriando ſibi actionem dotis factum à patre non valeat, tamen inducitur præſumpta donatio in caſu omiſſo. Quæ opin.reprobatur per Bald.Franc.de Aret. Sal.Angel.Imol. Rom. Paul. de Caſtro, Alexand. & moder. aliquos in d. l. ſi cum dotem.cir. princ. licet maior pars nominatorum Doctorum fortè ob reuerentiam, & auctoritatem Bartoli,ipſum non nominauerint.Altera verò pars,vt Imo.& Alexand. apertè dicant ſe tenere contra opin. Bartol. & dicunt actionem ipſam inter patrem & filiam communem eſſe reputandam, & an dicta actio competens patri & filiæ vnica ſit, vel duæ, ponit Alberi.in l.qui hominem.§.ſi gener.ff.de ſolut.vbi dicit vnicam eſſe.

Nota iſtam communem ad declarationem l.xxx. titul.ij.part.iiij.dicens, quòd ſoluto matrimonio viua filia, dos reſtituitur patri & filiæ, quam intellige ſi ſtipulatum ſit reddi filiæ, competit ipſi filiæ actio: & pater habebit vſumfructum tantum,per l.xlvij.in ordin.tamen filia nupta,eſt liberata in perpetuum à poteſtate patris:& efficitur ſui iuris, & ſic ſoluto matrimonio, actio de dote competit filiæ, & habebit vſumfructum excluſo patre:vt per Roderi.Suarez in l.ix.tit.ij.lib.j.For.ll.in fine:in quibus etiam repellitur communis opinio, poſita in verbo Fœmina.& vide Anton.Gumer.in d.l.Tau.l.liij. I.Fichardus.

Actio dotis non naſcitur,niſi ſoluto matrimonio.Ioan. Coraſ.in l.qui liberos.num.4.ff.de ritu nupt.communem dicit.

Fallit in viro vergente ad inopiam, quia tunc poteſt peti ante ſolutum matrimonium.& ſic in caſu l.ſi conſtante.ff.ſol.matrim. Gomeſ.in §.fuerat.Inſtit.de act.communem dicit,numero 41.

Amplia iſtam fallentiam,etiam ſi non ex ſua culpa, ſed caſu acciderit paupertas.Ioan.Lupus in repet.cap. per tuas.de donatio. inter vir.& vxor.num.24.in princ.communem dicit.

Contrarium iſtius ampliationis habetur per l.xxix.tit.ij part.iiij.vbi diſponitur totum contrarium,imò quòd ſi non ex culpa mariti mulier non poteſt repetere dotem,de qua meminit Ioannes Lupus numero 6. & 24.de quo etiam per Segu. de bonis lucra.constante matrimonio, numero 9. Et nota ſatis notabile verbum Epiſcopi Calagu. in repet.

ad Ioannem Lupum, in verbo, Maritus ſi male non adminiſtra, quòd licèt mulier non poſſit repetere à viro per d.l.ix.dotem, tamen ab aliis creditoribus (vt illa præferatur, & vt dos aſſignetur) ſibi repetit: quod quotidie in practica venit: Et quando mulier poteſt repetere dotem, vide text.l.xxix.& l.viij.tit.xxix.part.iij.& Ioan. Lup. conſil.xlvj. & 100.num.23. B.Villal.

Nota tamen quòd hæc actio repetitionis dotis, durante matrimonio ob paupertatem mariti, non habet locum in extraneo: cui reſtituenda eſt dos poſt ſolutum matrimonium, idem Gome.in dicto.§. fuerat.num.1.communem dicit. B.Villal.

Actio hypothecaria, quæ competit mulieri pro dote ſortitur effectum à tempore dotis promiſſæ.Boër.deciſ.cccxxxj. nume.1. communem dicit.

Nota iſtam cõem ad intel.l.xvij.titu.ij.par.v.& l.xxiij.tit.13.part.v.

Actio hypothecaria tacita quæ competit mulieri pro dote, non tollitur per expreſſam poſteà ſecutã.Boër.deciſ.cccxxxij.nu.1. cõem dicit.

Actio hypothecaria cedi poteſt debitori, Boë.deciſ.cccxxxv.num.3. communem dicit, vbi concluditur poſſe cedi extraneo, contra Bar.in l. fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſ. B. Villal.

P R O. Actio & paſſio ſimul in eundem non concurrunt, ſecundum philoſophos: bene facit textus in l.penult.ff.de arbit. vbi nemo ſe prohibere, nec ſibi imperare poteſt: eſſet enim agens & patiens ſimul, quod eſſe non poteſt.

O B I E C. Cõtrà primò de l.j.C.de ſer.fug.vbi ſeruus ſui furtũ facit.

S O L. ibi ſpeciale in ſeruo fugitiuo ad impediẽdum vſucapionem. Ratio eſt, ne fuga ſeruorum dominis damnoſa ſit.

O B.Secundò contrà in heredes actiones tranſeunt actiuè & paſſiuè.l.quoties.C.de hered.inſtit.l.vnic.vt actio ab hered.& contra hered. actio incip.& toto tit.C.de hered.act.

S O L. Hæc regula intelligitur, vbi ex eadem cauſa actio & paſſio concurrunt. In contrario autem, actio actiua ab herede exercetur, paſſiua verò à creditoribus teſtatoris & ſic ex diuerſis cauſis, & diuerſis reſpectibus actio cum paſſione concurrit.

O B I E C. Tertiò obſt.l.ſecundum naturam ff.de reg.iur. vbi onus & emolumentum circa eandem perſonam concurrunt, & ſic eſt agens & patiens ſimul.

Prætereà quis eſt actor, & reus ſimul in eodem iudicio. l.in tribus.ff. famil. erciſ. & Hermaphroditus agit, & patitur in coitu, de quo in l. quæritur.ff.de ſta.homin.

Vltimò, omne animal facit & patitur.l.hæc verba ille aut ille. in fi. ff.de verb.ſignific.

S O L. Tu dic, quòd non eodem tempore. Ioan.Bellon.

Actio iniuriarum ciuilis, eſt perpetua.Ioan.Balbus tract. de præſcrip. par.iiij.quæſt.j.num.3.communem dicit.

De iure regio durat per annum tantum.l.xxij.tit.ix.par.vij.& vide in verbo, Delicta, infrà.

Nota autem, quòd actio iniuriarum ciuilis, quæ durat in perpetuum, ſolùm eſt in tribus caſibus, de quibus in l.lex Cornelia. §. lex itaque. ff. de iniur.prætoria tamen non durat niſi per annum.l. ſi non conuicij. de iniur. I. B. Vill.

*A D D I T I O.* In contrarium, quòd talis actio, vtcunque ciuilis ſit annalis, tenet, atque communiorem eſſe dicit Ioan.Oldendor.in ſuis claſſibus Actionum.tit.de Actio.iniu.ex l. Corne. Et ſimiliter communem dicit Franciſc.Mar.Deciſ.Delph.192.nume.6.par.ij. Ego verò in meis obſeruationum annotatis inuenio, Iudicium Cameræ Imperialis, ſequi priorem opinionem communem. Et ita fuiſſe iudicatum in cauſa Hanaue contra Straſburg.Anno 1537. Et rurſus eodem anno in cauſa Gobell.Contra Coln.&c. Io.Fich.

Actio confeſſoria, & negatoria non ſolùm competunt pro ſeruitutibus, ſed etiam pro aliis iuribus incorporalibus: vt pro iuriſdictione, præſentatiõe, guidagio, paſſagio, vel pro aliis ſimilibus. Iaſ.in l.ſi prius. ff.de noui.oper nunt.nu.4.in fin.communem dicit. B. Villal.

Actio confeſſoria, aut negatoria ad hoc, quòd competat, requiritur contradictio. Et ſufficit verbalis facta in iudicio, etiam ſi in libello de illa non fiat mentio.Iaſ.in l.ſi prius.num. 16.& 18. communem dicit. B. Villal.

Actio, ſeu accuſatio criminalis cum tollatur per viginti annos, ita etiam & inquiſitio tollitur. Bald. tract. de præſcr. quarta parte quartæ par.q.ij.num.2.communem dicit. Bap. Vill.

Actio in libello non eſt exprimenda de neceſſitate, ſi tamen exprimatur minùs aptè, libellus tamen valet, Iaſo.in l.edita actio.C. de eden. num.3.communem dicit. B. Villal.

*A D D I T I O.* Sufficit enim quòd ex narratis colligatur, & ita practicatur, quam practicã tradunt gl.Bar.& cõiter omnes in l.j.in princ.ff. de eden.& Can.in c.dilecti.de iud.in antiq.Pariſ.in conſil. lxxvj.ad reſolutionem.num.6.vol.1.

De iure regio idem diſponitur in l.ij.tit.j.lib.iij. ord. Nota, quòd per illam legẽ proceditur in cauſa ſola veritate facti inſpecta, & vide quindecim effectus iſtius clauſulæ ad practicam neceſſarios per Ruber. Mara.de ordi.iudici.part.iiij.diſt.ix.nu.32. cum ſequ.& alios effectus dictæ clauſulæ vide per Cato.de Graſſatio.in regu.Franciæ ius. xij.verſi.iij.eſt notandum Et nota in ver.hinc eſt verbum ſatis notabile ex Bald. per illum text.in c.tuæ, vt lite non cont.& Iaſ.in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.& gloſ. in l.j.§.ſi quis argentum. ff.depoſi. & Roma.in l. non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no.oper nun. quòd executio facta pro vero debito vigore illius clauſulæ, non reuocatur propter ordinẽ non ſeruatum, quòd ſummè notandum eſt contra iudices faciles ad reuocandum executionem propter modicum quid ordinis non ſeruatum præcipuè in præconiis. Et vide plura accumulata ad intel.d.l.ij. per Nunium in reſpon. primo poſt trac. de exequendis mandatis regum per totum. Io.Fich.

Actio negatoria, vel confeſſoria competit contra impedientes præſentare, Roch.in verſi.Ius.de iur.patro.num.6.cõem dicit. B. Villal.

Actio oritur ex ſententia confirmante, & non ex confirmata: Communem dicit Iaſ.in l.j.num.11.& poſt eum ibidem Ripa num.15. ff.de re iudicata. Bapt. Villal.

Actio iudicati oritur ex ſententia lata in actione reali, ita dicit communiter tenere Doc.Franciſ.Rip.in l.miles qui.§.iudicati.num.6.ff.eo. Bapt. Villal.

Actio oritur ex ſententia arbitri cum pœna, vel ſine pœna poſt homologationem tacitam, vel expreſſam, de iure Canonico. Magis communem inquit Alex.in l.ait prætor.in princ.nu.3.ff.eod.Bapt. Villal.

Actio ex ſtipulatu competens extraneo ad dotem reſtituendam eſt ſtricti iuris. Communem teſtatur Rip.in l.ij.in prin.nu.12.ſolut. matrimo.& in l.j.nu.23.eod.tit. B. Villal.

Actio ex ſtipulatu competens marito habet naturam bonæ fidei. Communem ait idem Rip.in d.l.j.nu.23.ff.ſol.matr. B. Villal.

Actio publiciana eſt in rem origine prætoria, vtilis, perpetua, competénſque alicui ratione iuris, ſeu rei bona fide quæſitæ facta traditione, vel quaſi à poſſidente, quem certè putabam eſſe dominum ex titulo habili ad tranſlationem dominij contra habentem facultatem reſtituendi ad declarationem iuris ſui, ſecundum Pet.de Bella perti. Ioan. Fabrum & omnes in §. ſed iſtæ. Inſtitu.de actio. quorum opinionem, ſeu definitionem latè proſequitur Iaſ.ibi.num 7.cum multis ſeq. & latiùs ibidem eam explicat, declarat, ſequitur, & dicit eſſe communem Gomeſius, nu.6.d.§.ſed iſtæ.

Actio publiciana competit emptori bonæ fidei cauſam habenti à malæ fidei poſſeſſore, nec competit aliquo modo vero, & directo domino, ſecundum Specu.in tit.de actio.& peti. §.ſequitur, Azo.in Summa.ff.tit.de publiciana.§.videndum.Iac.Bu.Fabrum, Nicol. de Neapol. & omnes in §.ſed iſtæ.Inſtitut.de actio. Legiſtas omnes etiam in l. eum qui.§.Prætor ait.ff.de public.& Canoniſtas in c.Abbate de ſenten.& re iud.lib.vj.& iſtorum opinionem ſequitur legendo Iaſ. in d.§. ſed iſtæ. nu.59.cum ſeq.vbi recitat eam eſſe magis communem, Alexan.quoque, num.9.& Rip.num.31.in l.rem, quæ nobis.ff.de acqui.poſſ. quia acquirens rem iuſto titulo, & bona fide à non domino, qui mala fide poſſedit, certè iſta mala fides auctoris ſibi bona fide acquirenti nocere non poteſt, nec debet, quo minùs ſibi publiciana in rem actio competat, & agens actione iſta publiciana, non tenetur neceſſario probare ipſum non dominum ſecundum Specu.in d.§.ſequitur verſ. ſin autem velis. Bald.in d.l.eum qui.§.in publiciana, Aret.& Iaſ.nu.76.in d. §. ſed iſtæ.

Actio publiciana ad hoc vt competat neceſſe eſt, quòd actor nõ modo habuerit titulum à non domino, bonámque fidem, verum requiritur etiam quòd habuerit poſſeſſionem vacuam, id eſt, quòd abſens ciuilem poſſeſſionem non habeat, & ſic neceſſariò requiritur quòd agenti publiciana tradatur poſſeſſio vacua, ſecundum Cyn.& Bartol.in l. cum res.num.2.& 7.C.de probat.& alios relatos per Alex.conſi.xlv. vol iij. & per Doc.in d.l.cùm res. Ratio per præmiſſos ſcribent.& Iaſ.in §.ſed iſtæ.num.16.& ſeq.Inſtitut.de actio. aſſignatur eſt hæc, quia publiciana non competit ei, qui non poteſt vſu capere.l.eum qui.ff.de public. & ſic procedit argumentum de vſucapione ad publicianam. Opinionẽ iſtam ſcribit eſſe magis communem Alexand.in l.rem quæ nobis.num.8.circa fin.ff.de acqui.poſſ.& Præpo.in c. redintegranda. iij. q. j. Aduerte ad vnum valde vtile circa præmiſſa, quòd bonæ fidei poſſeſſor poſt curſum xxx. vel xl. annorum habet, ſiue acquirit exceptionem, & publicianam actionem contra dominum, imò vtilem in rem, & per conſequens acquirit vtile dominium, vel effectum dominij. l. ſi duo.§.j. ff.de iureiuran.ſecus autem ſi foret malæ fidei poſſeſſor: quia tunc non acquireret niſi exceptionem. Diſtinctionem iſtam tradidit glo. & omnes in l.traditionibus.C.de pactis, quam ſcribit magis communiter approbari Alexan.ibi num.3.à Doc.& Additionator ad eundem Alex.in loco premiſſo fatetur iſtam eſſe magis communem opinionem tam ſcribentium ibi, quàm & conſulentium omnium in variis conſiliis.

In eccleſiam transfertur dominium ex ſolo titulo donationis ſine traditione.l.fin.C. de ſacroſanctis eccleſ.tamen ipſi eccleſiæ publiciana non competit, niſi actualiter tradatur poſſeſſio.l.j & l.traditionem. ff. de publiciana, & ita voluit Specul. in titul. de locato. §. nunc aliqua. verſic.lviij.Bald.in l.quotiens.j.C.de rei vend.Ioan. Andr.Anto. Card. Floren.Imo.& Panormi.in c.ij.extra de conſuet.& in terminis Cornæ. cõſi.cclxxxvij.nu.7.& ſeq.vol.iiij.& conſi.cxvij.nu.24.vol. & iſtorum

opini

opinionem declarat Iaſ.in §.ſed iſtæ.numero.36.& 75.Inſtitu.de actio. & Gomeſius d.§.ſed iſtæ.nu.26.vbi recitat eſſe communẽ. F.Riuius.

In actione publiciana quadruplicem formam libellandi ponunt glo. Dyn.Faber.Aret.& alij in §.ſed iſtæ.Inſtitu.de actio.Sed tertia forma libelli in publiciana tradita ibi per gloſſ.eſt iſta quando actor alternatiuè libellum ipſum conciperet, peteréque rem ſeu bona ad ſe ſpectare,& pertinere iure dominij, vel quaſi, & ſic poſſet publiciana cum petitorio alternatiuè cumulari.& libellus iſte de ſola conſuetudine procedit ſecundum gloſ.præmiſſam & idem tenet gl.in c.ſecundo extr. de libel.obla.& vide alios congeſtos per Fel.in ca.cùm contingat.de offi. deleg.& in cap.ij.de appel.& ita conſuluit Soci.iunior conſi.cxxviij.numero.1.cum aliis ſeq.vol.ij.& opinionem iſtam vſque ad ſaturitatem explicat,& declarat quomodo,& quando procedat Iaſ.in d.§.ſed iſtæ. numer.70.cum aliis ſequenti. ſcribit eam eſſe communem, videlicet quòd libellus prædictus alternatiue formatus de conſuetudine procedat. F.Riuius.

Actio in rem,ſiue vt Doctores loquuntur rei vẽdicatio datur, conceditúrque contra poſſidentem cum tit. l. officium. in fin. ff.de rei vend. Sed publiciana nunquam conceditur contra eum, qui poſſidet cum titulo.l.ſiue autem.§.ſi duobus.vbi Bart.& alij notant. ff. de publician.& rationẽ diuerſitatis aſſignãt Bart.& omnes in l.hæreditatis.C.de petit. hæred.quam ſequitur Iaſ.in §.ſed iſtæ.num.19.& ſeq. Inſtitut.de actio. & communem dicit ibi Gomeſius.num.13.At hoc non procedit,quando titulus eſſet acquiſitus ab extraneo,& non ab hærede poſt mortem defuncti, quia tunc publiciana conceditur contra titulo poſſidentem, ſecundum Salic.in l.ij.C.de petit.hæred.& in l.fin. C. de edic. diui Hadrian.toll.& Alexand.conſil.xc.volum.ij.Fallit etiam dicta communis opin.quando per reum exciperetur de titulo ante ſententiam, quia eo caſu publiciana datur contra titulo poſſidentem ſecundum Cyn. Bald. & Paul.Caſtren.in l.cogi.in fin.de petit.hæred.C. F.R.

Actio quæ oritur ex l. ſi quis argentum.§.fin. C.de donat.appellatur condictio ex lege.dicit text.quòd licet donatio non ſit vallata ſtipulatione,vel traditione,ſed nudo pacto, tamen agitur ex ea,præcipuéque ad pias cauſas.Vnde ampliatur primo d.§.fina. d.l.ſi quis argentum, vt actio non oriatur hodie ex nudo pacto donationis,ſed propter pactum lex introducat condictionem ex lege ſecundum Bart.in l.legitima.ff.de pact.quem ſequuntur communiter ſcribentes,vt ibi refert Alex.& Iaſ. Lex enim in donatione non fouet pactum, imò illud nudum remanet, nec actionem parit,verum lex ipſa ob pactum producit actionẽ ſecundum Bart.& Imo.in l.fideiuſ.§.j. ff. de fideiuſſ. obſeruátque lex in caſu iſto,quòd rex quandoque,qui licet valeat vnum paruum comitem potentem facere ſic,vt ipſe per ſe bellũ faciat,id certè non facit rex,ipſe, ſed illo paruo comite in ſua paupertate dimiſſo propter ipſum facit bellum,vt tradit exemplum hoc Bart.in d.l.legitima,quem omnes cõmuniter ſequuntur,vt ſuprà deduximus,& de communi iſta teſtatur etiam Iaſ.in §.in perſonam.num.47.Inſtit.de action.& Portius in §.j.num.3. Inſtitut.de donatio.In contrariam verò partem inclinarunt Glo. Fulg. & Cardin.in d.l.legitima, quorum fundamenta tolluntur per ſcriben. in d.§.j.Sed Iaſ.in d.§.in perſonam.num.58.cognoſcens quæſtionẽ iſtorum fore de lana caprina,ac fruſtra laborare Doct.circa præmiſſam altercationem protulit magnũ verbum, quod quatenus attinet ad quæſtionem hanc nullius,aut paucæ,admodum vtilitatis eſt,an hodie oriatur actio ex nudo pacto de donando,an verò ex lege propter pactum, Secundo loco ampliatur.d. §. fin. vt procedat,habeátque locum ſimiliter in donatione cauſa mortis ſecundum glo.ſingularem, & ibi Bar.in l.cùm pater.§.Mæuio.ff.de leg.ij.& hoc idem tenet Bald.poſt Cyn.in l. j C.de donat.cauſa mor.& opinionem iſtorum dicit eſſe communem Ioan.de Imo.in l.cum ex cauſa.ff.de re iudic. quamuis ipſe ibi præcipitanter aſſeueret per nonnulla fundamenta contrariam ſententiam veriorem, quæ omnia tollit Angel.in d.§.in perſonam. num.61.& ab hac opinione gl.& tantorum Patrum non fore recedendum in iudicando, & conſulendo,ſuadet Rom.in d.l.j. C.de donat.cauſa mor.Tertiò ampliatur d.§.fi.vt procedat etiam in donatione præſumpta,vt puta quando aliquis promitteret ſcienter abſque cauſa,quo caſu præſumitur donatio ſecundum glo.in l.hactenus.§.j.& ibi Bart. ff.de conſti.pecun. & opinionem iſtam ſequuntur complures Doct.quos cumulat Iaſ.in d.§. in perſonam,num.65.& videtur,ac apparet magis communis.Quarto loco ampliatur d. l. ſi quis argentum. §. fin. vt procedat quoque in donatione facti.Sed hoc non tranſit ita abſolutè,& ſimpliciter,nam Aret. in §.j.Inſtit.de donat.relatis opinionib. hinc inde,tenet circa præmiſſa diſtinctionem Bald.in l.ex placido.quæſt.ix. C. de rerum permut. & in tract.de pact.num.33.& Imol.in l.in ædibus.§.j.ff.de donatio.quam ſequitur Cacialupus in tract.de pact.in vj.q.num.45. Alex.& Iaſ.in d.l. iuris gentium.§.ſed cum nulla.ff.de pactis.Ergo duo caſus conſiderandi ſunt:Primus,quando donatio continet merum factum,vt ire Romam quando animo donandi tibi promitto,& circa iſtum primũ caſum poſt Guli.& Rayn.in d.§.ſed cum nulla,inclinauit in partem negatiuam,& plures alij,quos refert ibi Iaſ. nu.29. & iſtorum opinionem fatetur audacter eſſe communem Ruinus in l. ij. ff. de legat. j. Sed contrarium aſſeuerant Socin.Iunior ibi.Bald.Fulg.& alij plures, quos citat, & ſequitur Iaſ.in d.§.ſed cum nulla,quorum fundamenta optimè & doctiſſimè tollit Gart. in c.j.de pactis.in vj.& communem iſtam in actu practico tanquam veriſſimam ſequendam amplectendámque fore totis viribus ſuademus:Secundus caſus eſt,quando factum miſtam habet traditionem,puta quando factũ animo donandi promitto tibi,putà quòd cretam,vel lapidem poſſis eximere de fundo meo,videor enim tunc donare cretam illam,vel lapidem per te eximendum, & patientiam eximendi promittere,vt Imol.declarat in dicta l.in ædibus.§. primo & iſtam partem affirmatiuam circa præmiſſum ſecundum caſum poſt Baldum in locis citatis tenet Cacialupus. Imol.in dicta l. in ædibus. §.primo.Aretin.in dicto §.primo Inſtitut.de donat. Alexand.in dicto §. ſed cùm nulla,& fuit de mente Bart.in l.qui ſaxum, vbi etiam ſentit Imo. ff.de donat.Ampliatur autem d.l.ſi quis argentum in duobus aliis caſibus per Iaſ.in d.§.in perſonam quos videre per te poſſes. F.Riuius.

Actio perſonalis cum mala fide nullo tempore præſcribitur. Balbus de præſcrip.in iiij.par.q.viij.nu.2.communem dicit. B.Villal.

*ADDITIO.* Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. dicit quod malæ fidei debitor præſcribit in actionib.perſonalibus:cùm fundamentum huius præſcriptionis ſtet ſecundum eum in ſola negligentia non petentis,& non in facto & animo preſcribentis.Quod dictum reprobat Bald.in l.j. nume. 12. C.de ſeruit. & aqua,& in authent.ad hæc num.8.C.de vſur. Angel.in d.§. fin.viam. num. 2. & ibi Imol. dicens ſe ita conſuluiſſe:& alij Scrib.Alexand.in conſil.clxxxv. Viſo titulo quæſtionis.num.26.circa fin. Innoc. Ant.de Butr.Abb.Imol. & alij in cap. fi.de præſcrip.cum aliis,ac ipſemet Bart.quaſi tacitè ſe retractans contrarium tenuit in l.omnes populi.in ver. idem in legibus. Sed in d.§.ſi viam,iudicio eccleſiæ ſe remittit.

Notat & alium errorem Bar.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter. ff.ex quib.cau.maior.iij.dictinct. inter actiones reales & perſonales in reſtitutione vſucapionis finitæ in præſentia,quia reſtitutio conceditur, quamuis vſucapio in præſentia ſit finita ſecundum opinionem Bulg. quam communiter Doctor. ſequuntur contra Bartol. in l. quod tempore.C.de reſtit.mili.& ibi Baldus numero 3.vbi etiam Bart.circa med. videtur tenere opin.Bulg. I.Fich.

Actionis appellatione latè ſumpto vocabulo venit officium iudicis. l.actionis verbo.ff.de action.& obligat.iuncta l.inquilino,cum ibi notatis in glo.in verb.actio.ff.de dam. infect.& ita firmant & tenent gloſ. in l.j.ff.de æden. Tiraque.in tract.de vtroque retractu in tit.de retractu conſanguineorum.§.xxxv.gloſ.iiij.num.39.fol.ccxxvij.& Doctor.omnes communiter in ca.fin.de offic.iudic.& in l.j.ff.de iuriſdic.omnium iudic.prout de iſta communi facit mentionem Alexand. numero 22.& Decius ibidem numero 23.& Iaſ.in princip.inſtitut.de action.num.54. cum aliis ſeq.& in d.l.j.num.8.& ſeq.vbi ponit octo differentias inter officium iudicis,& actionem. F.R.

Actionis natiuitatem licet dies tacita impediat,tamen non impedit natiuitatem obligationis,quæ ſtatim naſcitur ante diem, quæ tacitè ineſt, & ſubintelligitur ratione loci ſecundum Bart.& omnes in l.interdum.ff.de verb.obliga.quorum doctrinam ſequitur vltra alios ibi Alexan.& ponit eſſe communem nu.3.Cagnolus quoque,& Deci.nu.9.& ſeq.in l.in omnibus obligationibus.ff.de regul.iuris. vbi eam plurimũ declarat,& ab omnibus ferè contrariis tuetur. F.Riuius.

Actionem Iniuriarum ad recantationem ſiue reuocationem (vt eſt apud noſtros Germanos vſitatiſſimum) inſtitutam ciuilem eſſe,& non criminalem,crebriore calculo apud Dom. Aſſeſſores Iudicij Cameræ Imperialis,receptum eſſe, teſtatur Ioachi. Minſing.obſer.xcviij.Cent. j.ibidemque pluribus rationibus hanc receptam ſententiam defendit. I.Fichard.

Actionem ex natura rei,in qua ipſa actio continetur,vel ad quam cõpetit,iudicari mobilem,aut immobilem,notat Din.in l.poteſt.ff.de auto.tut.glo.in l.j.C.ſi aduer.tranſ.& in authen.de non alie.reb.§.j.& in l.ſi ad rem ſoluendam.C.de præd.mi.illud Docto.communiter,tenere, ſecundum Bart.in l.ſi ſic legatum.§.ſi quis ita.verſ.vlti.per legem iſtam nu.5.ff.de leg.j.Hinc eſt dicit idem Bart.quòd ſi minor actionem habeat ad fundum,vel ad centum alternatiue,& liberum ſit debitori ſoluere quod maluerit:ſi fundum ſoluerit,vt actio ſibi cedatur,ceſſio non valebit,ſi facta ſit abſque iudicis decreto.quemadmodum enim minor alienare non poteſt rem immobilem ſine iudicis decreto.l. lex quæ. C. de adminiſtrat.tutor.& l.ob æs.C.de præ. mi.ſic & actionem ad illam competentem citra iudicis decretum cedere prohibetur, & ceſſio aliâs facta non valebit,ſi verò debitor ſoluerit centum,tunc ceſſio actionis ad centum tanquam ad rem mobilem facta tenebit. F.Turza.

Actione iniuriarum tenetur qui dicit alicui, tu mentiris, licet dicat prouocatus,& verum:Boërius in conſuetudinibus Bitur. conſilio primo.ex Bart.in §.ait prætor ex l.item apud Labeonem.ff.de iniur.communem dicit. B.Villalob.

Actione iniuriarum non tenetur qui alicui obiicit crimen quod conuenit reipublicæ vt pateſiat ſi probat.Boë.ibidem communem dicit.

De iure regio ſiue conueniat reipublicæ, ſiue, non,ſi verum dicat:& probet non tenetur l.j.titu.ix.part.vij.vt aliqui intelligunt: Sed tamen intellige dictam legem ſecundum iſtam communem,& dicta.l.hoc in-

ſinuat ibi, *por que los fazedores del mal ſe recelen de lo fazer.*

Amplia iſtam communem vt habeat locum etiam ſi obiicitur alicui in iudicio, vel ad excludendum accuſationem, vel ad excipiendum. Alexand. in l. iij. ff. de liber. & poſthum. communem dicit ſecundum Boc. vbi ſuprà.

Reſtringe iſtam ampliationẽ, ſi probet, licet mitius puniatur. Boc. in conſi. j. poſt conſti. Bitur. communẽ dicit ex Ancha. in cõſil. cxxxv. B. V.

Actiones vtiles habens præfertur habenti directas vbi concurrunt, & tendunt ad eundem effectum ſi vtiles cauſatæ ſunt ex contractu eius, in cuius perſona erant, vel repræſentabantur directè. Alex. conſil. xv, viſo, & conſiderato, circa princip. vo. vj. magis communem eſſe ſcribit. M. Moph. Gribald.

Actiones perſonales directæ ſemper ambulant cum perſona, & adeò infixæ ſunt oſſibus noſtris, vt vix diuelli à nobis queant, ſicut nec character baptiſmi à baptizato, in l. actionum duo ſunt genera. ff. de actio. & oblig. vbi not. in l. ſi Sticho. ff. de peculio, & l. iij. vbi gloſ. ff. pro ſoc. Vnde licet cedam tibi actionem, non tamen debetur tibi, ſed mihi: & ſi rei vendicationem cedam tu non es dominus, ſed ego, not. glo. in l. planè. ff. famil. erciſcund.

P R O. Actiones pœnales de eadem re concurrentes nunquam alia aliam conſumit. in l. nunquam. ff. de acti. & obli. in §. fi. Inſtit. ſi quad. pau. feciſ. dic.

P R O. Actiones prætoriæ rei perſecutoriæ, poſt annum durant, cæteræ intra annum, l. in honorariis. ff. de actio. & obli. I. Bellon.

Actiones plures perſonales etiam diſſimiles poſſunt in eodem libello accumulari, Commeſſius in c. diſpendia. de reſ. nu. 33. lib. 6. communem dicit. B. Villalob.

*ADDITIO.* An in realibus, & perſonalibus, ſeu criminalibus plures actiones intentari poſſint, & quæ per Alber. in l. ad officium, numero. 1. C. com. diuid. & in l. conductores. numero. 4. C. locati. Et nota in hac materia actionum, quòd Bartol. in l. j. ff. de eo quod certo loco tenuit quòd actio arbitraria facit, vt quis in quolibet loco conueniatur. Quæ opi. communiter à gloſ. Iac. Butr. Gul. Ang. & aliis ibi reprobatur dicentibus, quòd debet cõueniri in loco idoneo, ſcilicet domicilij, ſiue ibi fuerit præſens, ſiue non. Sed cauti notarij hodie apponunt, vt quis conueniri poſſit in tali & tali loco & alibi vbicunque fuerit inuentus, vt dicit Bar. in d. l. j. numero 4. I. Fich.

Actionum diuerſarum cumulatio ex eodem fonte, cauſa, ſeu facto naſcentium, & ad diuerſa tendentium non admittitur ſecundum Cyn. in l. interdum. ff. de public. iudic. & in l. j. C. quando ciuil. actio crimi. præiu. Bart. in l. edita, num. 15. C. de eden. vbi ponit exemplum in eo, qui agit actione vi bonorum raptorum, & furti. l. j. ff. vi bono. rapt. quia abſolutoria lata in vna, poſſibile eſt, quòd pariat exceptionem in alia. Opinionem iſtam ſequuntur omnes Docto. communiter in d. l. edita, vt refert ibi Belogninus, num. 120. & cæteri Mod. & Iaffredus in deciſio. cclxxxvij F. Riuius.

Actor non poteſt ſuſpendere petitorium, & proponere poſſeſſorium retinendæ aſſerendo nolle procedere in petitorio, donec ſit expeditum poſſeſſorium. Communem inquit Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero. 154. ff. de acquiren. poſſeſſio. B. Villalob.

Actor ſi in libello expreſſit diem contractus, & teſtes deponentes de contractu, dicant ſe non recordari de die, tamen probant. Communem teſtatur ſubtilis Aret. in ca. qualiter, & quando, ij. §. debet. nu. 130. extra de accuſ. ex ſententia Bar. in l. is, qui reus, ff. de publ. iudic. Quod tamen intelligit Aret. quando in libello eſt inſerta clauſula. Non aſtringens ſe ad probationem ſuperfluam, &c. B. Villal.

Actor intentans accuſationem criminalem, & petens reum cõdemnari poteſt incidenter petere damnum reſtitui, & ſe indemnem conſeruari. Idem Aret. in d. c. qualiter & quãdo, §. ad corrigendos. nu. 139. communem dicit, & Bart. in l. interdum. ff. de public. iudic. Idem.

Actor ſuſpendens petitorium, & interdictum recuperandæ intentans, etiam ſi in poſſeſſorio obtinuerit, debet probare petitorium, aliâs ſuccumbet, Ioan. Cora. in l. naturaliter. nihil § commune, ver. & quanquã. nu. 21. & 22. de acq. poſſ. ff. communem dicit. Idem.

Actor inſtrumenta ſua reo ad exceptionem & reus viciſſim actori ad replicam ſuam, non autem intentionem principalem fundandam edere tenetur. Communem dicit Iaſ. in l. fi. C. de eden. B. Vil.

Actor an poſſit conſtitui ad cauſas futuras, habes in l. item eorum, §. ſed & ſi ita, ff. quòd cuiuſque vniuer. no. & ibi Bart. Inquantum autẽ aliqui voluerunt hoc quod dictum eſt de perſecutione appellationis non habere locum in appellatione ab interlocutoria per rationem. l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procurat. ſed quòd illam omnino perſequi teneatur. Sali. tamen dixit hoc verum niſi cauſa appella. ab interlocutoria eſſet tractanda in loco remoto: quia tunc cum ob hoc remoueatur ab aliis procurationibus, & negotiis ſuis non tenetur perſequi. l. ſancimus. ad fin. C. de aduoca. diuerſo. iudic. & l. ſed & hæ. §. non ſolum. cum concor. de quibus in glo. ff. de procurat. pro quo facit quod no. Bald. in l. inuitus. C. de procurato. tenens quòd generalis procurator non teneatur perſequi cauſas appellationis extra prouinciam per d. §. non ſolùm. Rationẽ tamen Sali. reprobat idem Alex. vbi ſuprà, motus, quia ratio per Doct. allegata, quę ſumitur ex d. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem, procedit etiam iſto caſu, videlicet, quando cauſa appellationis eſt tractanda in loco remoto à loco, in quo iudicatum fuit: & imputet ſibi qui mandatũ ſuſcepit ad agendũ cauſam, in qua ſciebat appellãdum eſſe ab interlocutoria ad Tribunal iudicis in alio loco remoto, arg. l. qui bona. §. de illo, cum ſimil. ff. de dam. infect. quæ ratio ſecundum ipſum Alex. ceſſat in d. l. ſancimus. Recurre ad ipſum Alex. vbi ſuprà, & ibi diffuſius hanc materiam declaratam, & explicatã habebis. Habes etiam, an vbi non cogitur, poſſit, ſi velit perſequi. F. Turz.

P R O. Actor debet ſequi forum rei, & in ciuilibus, & in criminalibus cauſis. l. actor. C. vbi in rem act. exer. debet. in l. iuris ordinem. & l. in criminali. C. de iuriſdict. omnium iudic. in cap. ſi quiſquam, x. q. j. cum. ibi ſemper cauſa, & cap. pulſatus. & can. neminem. iij. q. vj. cap. ſi clericus. & cap. cum ſit generale. extra de foro comper.

O B I E C. Contrà de l. fi. in fi. C. vbi in rem act. exer. de. & c. ſanè. extrà. de for. comp. vbi actor debet conuenire reum ſub illo iudice, in cuius prouincia res eſt litigioſa.

SOL. Dic ꝙ ratione rei, de qua agitur, ſortiri quis forũ tenetur, vt ibi.

O B I E C. Secundò. Contrà, de c. quòd clericis. extrà, de for. comper. vbi actor non conuenit reum coram ſuo iudice, in ciuitate Pariſienſi in cauſis pecuniariis.

S O L. Ibi ſpeciale Pariſiis: quia Epiſcopus ibi habet temporalem iuriſdictionem, vt ibi no. gloſ.

O B I E C. Tertiò contrà, de aut , habita. C. ne filius pro patre, vbi ſcholares agunt apud tres iudices, quos ſibi elegerint.

S O L. Ibi fauore & priuilegio ſcholarium. I. B.

Actorem reali actione agere volentem, licèt gloſ. in cap. ſanè. de for. compet. admoneat, vt reum, de & ſuper re, ad quam agere intendit coram iudice prouinciæ, vel diœceſis, in qua res ſita eſt, conueniat. Goſ. tamen, quem Inno. in cap. dilectus filius. ſecundo. de reſcript. & Calder. in dicto cap. ſanè ſequuntur, voluit, quòd ſit in ipſius actoris optione, vel coram prædicto, vel & coram domicilij iudice agere, quibus aſſentit ibi Abb. in verſ. gloſ. ij. qui hanc communem teſtatur, & comprobat ex not. l. fin. in fin. C. vbi in rem act. & in capit. fin. eodem titulo, de foro competen. F. Turz.

Actore non probante tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, reus debet abſolui. Iaſ. in l. non eſt nouum. num. 5. C. de eden. communem dicit. & quando reus eſt ſolus abſoluendus ab inſtantia cauſæ, vide Thomam Grammat. vol. xxxj. & Cou. in reſo. lib. j. c. i. num. 8. B. Villal.

*ADDITIO.* Fallit, quando actor eſt poſſeſſor, & reus non poſſeſſor, qui petunt ſibi beneficiũ adiudicari, cùm tũc quilibet ſit actor, & reus, & neutro probãte, quilibet ab impetitione alterius abſoluitur, & ſi reus tunc dedit obiectũ, & non probauit, debet in expenſis condẽnari, & aliis ſimil. caſib. vt per Nice. Milis in ſuo repert. in verſ. Actore. I. F.

P R O. Actore non probante, reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edendo, l. ij. C. de probat. l. fin. C. de rei vendica. cap. cum eccleſia Sutrina, extrà, de cauſ. prop. & poſſeſſ. & cap. vnic. vt eccleſiaſt. benef. ſine diminu. confer. I. Bellon.

P R O. Actore non probante reus nullam defenſionem vel probationem præſtare cogitur, in l. fruſtra. & l. actor. C. de probatio. in cap. accuſator. vj. quæſt. v.

O B I E C. Contra de l. in exceptionibus. ff. de probat. vbi reus probare tenetur, ſicut actor.

S O L. Exceptionem ſuam probat reus, vt ibi. non autem intentionem actoris.

O B I E C. Secundò contrà de l. circa. ff. eod. tit. vbi reus probat.

S O L. Ibi reus tranſtulit in ſe onus probandi.

O B I E C. Tertio opponitur de l. j. §. edenda. ff. de eden. vbi reus exhibere tenetur inſtrumenta agenti.

S O L. Cùm reus vſurus eſt inſtrumentis, edit illa, aliâs ſi nolit vti illis, non exhibet aliquo modo ad fundandam ſcilicet intentionem actoris. in l. qui accuſare. C. eod. tit.

O B I E C. Quarto obſtat l. ne quiſquam. ff. eod. tit. vbi inſtrumenta exhibentur agenti pro fiſco.

S O L. Speciale eſt ibi in cauſa fiſci, quòd fiſco eduntur ad fundandam intentionem ſuam. Vel dic quòd ibi fiſco eduntur ad ſuam replicationem fundandam, vt ibi not. Bart.

O B I E C. Vltimò opponitur. de l. argentarius. in prin. ff. de edendo vbi tenetur argentarius reus edere rationes aduerſario actori.

S O L. Ibi textus loquitur de rationibus communibus vtrique, & argentario, & agenti; non mirũ igitur ſi eas edere teneatur. l. prætor. in princ. ff. eodem. I. Bellon.

Acta facta inter alios non probant: faciunt tamen qualem probationem. Ioan. Franc. de Ripa in dicta l. is apud. numero trigeſimoſexto. communem dicit. B. Villal.

Acta facta in vna inſtantia inter eaſdem perſonas fidem faciunt in alia. Cur. Iun. in l. ij. num. 93. C. de eden. communem dicit.

Fallit, ſi non eſſent teſtes publicati: quia tunc nõ faciunt fidem. Cur. Iun. in d. l. ij. & Felin. in cap. cùm cauſa. de teſtib. communem dicunt. Et confeſſio in alio iudicio probet. vide in verbo Confeſſio.

Et nota

Et nota diſtinctionem Ant.in ca.Albericus.de teſti.quem refert Marian.in Specu.aureo.in v.par.nu.56.in quæſtione,domine,quæritur,an poſſint dicta teſtium publicari in ſecunda inſtantia?quòd aut teſtes ſunt producendi: ſi viui & iterum tamen ſunt mortui, poſſunt publicari:& validum eſt ſuum teſtimonium,quod nota. Idem.

Acta facta in ciuili iudicio non faciunt fidem in criminali. Fel.in c. at ſi clerici.nu.12.de iudic.communem dicit.& Ioan.Fr. à Ripa in l.is apud.num.40.C.de eden.faciunt tamen fidem ad inquirendum per l. quòd euitandi.C.de condi.ob cauſam.

Res inter alios geſta, num afferat ſaltem contra alium qualemcunque præſumptionem. I.Fich.

Actus per vniuerſitatem gerendus grauis eſt ponderis, & ad deminutionem patrimonij ipſius vniuerſitatis, veluti rerum, & bonorum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ad ipſam vniuerſitatem obligandam aut alteri ſubmittendam tendit,tunc ſingulorum de vniuerſitate ſpecificanda ſunt nomina in ſyndicatus inſtrumento.iuxta text.in l.fin.C.de vend.re.ciui.lib.xj.& no.Bald.in l.iij.in princ. ff. de re.eo.& in l.ciuitas. verſic.alij dicunt.in fin.ſi cert.pet.Idque à Doct.communiter teneri atteſtatur Alex.in conſil.j.lib.iiij. F.Tirz.

Actus ſequens in ſpiritualibus aduerſus iuramentum tenet, Alci.in c.cùm contingat.de iureiur.num.180.communem dicit.

Nota quòd licet pro actis præſumatur, tamen poteſt probari contrarium quàm in eis ſit contentum.Cou.in reſo.c.j.lib.j.nu.9. communem dicit ex gl.in l.j.C.de iur.haſtæ fiſc.libr.x.in ca.quoniam cōtra. de probat. B.Villal.

Actus legitimus non recipit conditionem, neque diem, intelligitur de actibus expreſſis,ſecus tamen in aliis Couua.in epiſt.iiij.cap.iij. nu. 4.communem dicit. Si autem ſint caſus expreſſi, vide glo.in l. actus de regul.iur.ff.& Dinum in c.actus.de reg.iur.in vj.

Actus præſumitur ex vi mandati etiam ſi poſt longum tempus adimpleatur.Alci.Tract.de præſum.in regu.ij.præſum.xxiiij.numero 4. communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.l.xvij.tit. x.par.vij.& l.x.& xj.titu. iiij.For.ll.committente vim de mandato alterius. B.Villal.

P R O.Actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem. l. actus legitimi.ff.de regul.iur.cap.in electionib⁹.de electio.in vj. I.Bel.

P R O.Actus contra legem pro infecto habetur.l.non dubium.C.de legibus.in can.imperiali.xxv.q.j. I.Bellon.

P R O.Actus regulatur ſecundum naturam ſui ſubiecti.l.eius artificij.ff.de oper.lib.

O B I E C.Contrà de l.ij.in fi.ff. ad legem Aquiliam.Vbi elephantes & cameli licet feram habeat naturam,tamen quia & iumentorum operam præſtant,primo capite legis Aquiliæ continentur.

S O L.Dic quòd ibi inſpicitur conſuetudo,ſcilicet quòd ſoleant ferre onera:quæ conſuetudo eſt altera natura. gloſſ.in l.ſi quis poſthumos, in verb.conſuetudo.ff.de lib.& poſth. I.Bello.

P R O.Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.in l.non omnis numeratio.ff.ſi certum pet. I.Bell.

Aditio hæredtatis,cùm animi ſit,ex ſola voluntate reſultat,licèt per alios actus exteriores declarata non fuerit.Ita communiter tenetur,vide apud Philipp.Cor.conſi.cccxij.nu.5.vol.iij.quem refert & ſequitur Ioan.Dilect.in ar.teſt.ti.xj.cau.xj. dicens quòd ea in re non reſpicimus veritatem ſed animi opinionem ſequimur. B.Villal.

Aditio hæreditatis extinguit obligationem.l.Stichum.§.aditio. ff.de ſolutio. Bellonus.

P R O.Adiuuari nos,non decipi beneficio oportet.l.in commodato. §.ſicut.ff.commod.ca vnic.extrà de commod. I.Bellon.

P R O.Adminiſtratio libera ſpecialiter eſt concedenda. l.quam Tuberonis.verſic.alia eſt cauſa.vbi no.Bal.ff.de pecul. I.Bellon.

Adminiſtratores tenentur ad damnum contingens, ſi aggreſſi ſunt negotia inſolita,etiam ſi ex fortuito caſu contingat.Cur.Iuni.conſi.xix num.communem dicit.

Concor.cum l.xxxiij.tit.vij.par.v.

Amplia in tantum hanc communem eſſe veram, quod non recompenſantur lucra cum damnis,quando aggreſſi ſunt inſolita: Idem Iuni. communem dicit.

Per iſtam & præcedentem communem ampliantur.ll.xxvij. & xxix. titulo.xij.par.v. B.Villalob.

Adminiſtratores publici non poſſunt remittere debitum liquidum paciſcendo,ſed bene negligendo,Iaſ.in l.petens.num.15.C.de tranſact. communem dicit.

Adminiſtratori reipublicæ conuenit,ne ædificia ſuæ adminiſtrationis pereant ruina.Cur. Iun,conſil,xix.nu.8.communem dicit.

Concor.cum hac communi l.xxiij. de correctoriis. Et nota quòd in tantum eſt vera hæc communis, quòd ſi alij ſint officiales ſubalterni ad illud opus peragendum,quòd ſi principalis ex cauſa hac puniatur:nō poteſt petere ab aliis ſubalternis,idem Curt.Iun.d.conſil.xix. nume.8. communem dicit.Et nota aliud,quòd opus publicum firmatur per quindecim annos, & ſi poſt periit,non dicitur periiſſe ex defectu magiſtri operis.l.xxj.tit.xxxij.par.iij. B.Villalob.

Adoptiuus non habet poteſtatem ſuccedendi in feudo:nec diſtinguitur aut feudum ſit nouum:aut antiquum. Curt. Iuni. conſilio cxxxviij. num.7.communem dicit. B.Villalob.

Aduenæ poſſunt prorogare iuriſdictionem illius, qui illam exercet inter ſubditos.Iaſ.in l.teſtamenta.numero primo.C.de teſtamen. communem dicit:licet illam non poſſint prorogare vltra ſuam iuriſdictionem:vt in Conſulibus mercatorum, qui cognoſcunt de cauſis mercantiæ:Vltra illos caſus etiam mercatores non prorogant, vt per Iaſo.ibi, quam communem dicit. B. Villalob.

P R O. Aduentitia hodie non conferuntur, ſicut nec caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia.l.fin.de col.C. I.Bellon.

P R O. Aduerſatiua dictio ponit diuerſitatem caſuum, & in iure, & in facto,no.gloſſ.& Bart.in l.hoc amplius. §.de his autem.ff.de damno infect. Ioan.Bellon.

Aduocatus qui propriam cauſam perſequitur, non repetit ſalarium, ſi vincat cauſam.Boë.deciſ.ccx. num.3. communem dicit. Fallit tamen ſi ceſſauit aduocare in alia cauſa:quia poteſt petere intereſſe. Hippol.in Rub.ff.de fideiuſſ.num.313. B.Villalob.

P R O.Aduocati æquiparantur militib.l. aduocati. C. de aduoc. diuerſ.iudi. Ioan.Bellon.

De Aduentitiis, ſine conſenſu patris, etiam cum iuramento diſponere non poteſt filiuſfamil.nec eadem alienare,vel obligare. Eſt magis communis opinio ſecundum Curt. Iunior. in conſilio clij, præſupponitur,volumine ſecundo. Moph.Gribald.

P R O. Aduocatus,ſeu procurator paciſci de quota litis non poteſt, l.ſumptus.ff.de pact.l.litem.C.de procur.l.ſi contra licitum.C.mandat. Imo puniri debet.l.ſi quis C.de poſtul. I.Bellon.

Aduocati ſalarium non poteſt excedere centum aureos. l.j.§.ſi cui. in fi.de variis,& extraordi.cogni.tamen in criminibus capitalibus hoc nō procedit,quia defendere delinquentem in cauſa capitali, in effectu iſta poſtulatio eſt merces eximij laboris.l.ſi pater.§.ſi quis.in fin.& ibi ſingulariter Ang.ff.de donat.& pariformiter vbi ageretur de infamia per ea,quæ notat glo.in l.iuſta cauſa.ff.de manumi.vindicta & in cap. vnico de legatorum,ex tra de offi.dele.& ita Ray.de Forli.& Bal. mirabiliter in l.j.C.manda.dicentes quòd ſicut pro vita tuenda maximum ſalariū eſt debitum aduocato,ita pro ſtatu dignitatis conſeruando,quia à pari procedunt mors & infamia.Sed aduerte ad vnum hîc,quòd ſi aduocatus propriam conduceret cauſam & obtineret in ea vtique non poſſet pro ſalario aliquid petere ratione aduocationis,& poſtulationis. ſicut pro aliena cauſa petere poſſet,vt per rotam Roman.deciſi.ccccxxxiiij. in antiquis,& Canoniſtas omnes communiter in cap.finem litibus, de dolo & contum.Lanfrancum in repet.c.quoniam contra falſam.nu.15. de probat.& Legiſtas omnes pleno ore,in l.properandum.§. ſin autem alterutra parte.C.de iudiciis,& Iac.de Aret.in tract.de expen.verſi. ſed quid ipſemet,& præfatam opinionem communem ſequuntur & atteſtantur Mod.in d.c.quoniam contra,& in c.finem litibus,hoc verò nō habet locum in aduocato,qui propriam cauſam conduxerat petente ſuum ſalarium tanquam intereſſe,vt tenent Doct.præcitati. F.Riuius.

Aduocati ſalarium debet ſolui poſt litem ſolutam.Iaſ.in l.diem functo.nu.11.ff.de of.aſſe.communem dicit.

De iure regio habes l.ij.in ord.aduo.diſponentem,quod quarta pars debetur ſolum in principio litis,& alia quarta pars cum ſit publicatio teſtium:& quarta lata ſententia,& alia quarta in fine cauſæ. B.Vil.

Aduocatus in vna cauſa pro vno etiam ſi mutetur inſtantia non aduocabit pro alio.Petrus Munius de exequen.mand.Regum capitul.cōmunem dicit ex glo.in l.fin.ff.de poſtulan. B.Villal.

Aduocatus,qui obligatus eſt ad defendendum aliquem in cauſa an teneatur illum defendere in cauſa appellationis à ſententia definitiua, & quid in cauſa appellationis ab interlocutoria, quid item ſi eſſet interlocutoria cognoſcenda in loco remoto. I.Fich.

Aduocatus,qui ſe obligauit defendere in cauſa non tenetur defendere in cauſa appellationis à definitiua, ſecùs tamen ab interlocutoria. Iaſ.in l.ita demum.numero.8.C.de procur.communem dicit.

Contrarium diſponitur per l.ij.in ordi.aduocatorum cum cauſa appellationis eſt ventilanda in loco vbi eſt aduocatus.

Fallit ſi interlocutoria eſſet tractanda in loco remoto.Iaſ. in l.inuitus.num.14.de procu.C.communem dicit.

Aduocatus non tenetur iurare cauſam bonam patrocinari:quia aboleuit ab vſu iuramentum.Iaſ.in l.rem non nouam. num.2.C. de iudic. communem dicit.

De iure regio habes l.j.iuncta l.ij.quæ videtur innuere contrarium, & vide l.xxiij.in ordi.aduo.quæ diſponit aduocatum teneri ad recipiēdam relationem cauſæ in ſcriptis vt poſſit reddere rationem de iuſtitia partis. B.Villal.

Aduocatus ſalariatus de publico tranſmittit totum ſalarium heredibus,etiam ſi ipſe moriatur ante tempus. Cur.Iun. in l.diem functo.nu. 53.ff.de offic.aſſeſſo.communem dicit.

Et de iſto ſalario aduocatorum vide in verbo Salarium. B.Vil.

*A D D I T I O.* Aduocatus & procur. an & quando poſſint eſſe

teſtes

teſtes pro eo pro quo fuerunt aduocati & procur. an verò poſſint deponere contra ipſum & in fauorem partis aduerſæ: Alberi. in l. deferre. nu. 2. & ſeq. ff. de iur. fiſc. Pariſ. in conſi. lxx. pro reſolutione dubij. nu. 1. vſque ad numerum 12. vol. 4. & Bero. in c. ex literis. nu. 59. de prob. Milis in repert. in verb. Teſtis. Et an ſi fuit aduoc. & procur. in prima inſtantia poſſit teſtificari in cauſa appellationis. idem Alb. in l. ita demum. nu. 5. C. de proc. I. Fi.

Aduocatus etſi in cauſa, propria licitè ſalarium ſimpliciter petere nõ poſſit, tamen per modum intereſſe, & damni poteſt, Bar. & communiter Doctores hoc tenere aſſerit M nſ. cent. j. obſerua. ij. & vide plenius infrà in verbo Procurator circa numerum. 321. B. Villal.

Adulteri pœna in maſculo eſt pœna moris. Magis communem ait Alex. conſi. xiij. attentis. num. 3. libro 7. B. Villalo.

Adultera perdit dotem ex ſententia iudicis. Coua. in epi. iiij. cap. vij. §. j. num. 1. communem dicit ex Panor. in cap. plerumque. ij. notab. de dona. inter virum & vxorem.

Nota iſtam communem ad intellectũ l. xv. xlj. xvi. par. vij. concordat cum hac communi l. lxxxij. in ordi. tau. iunctal. tit. vij. li. iiij. For. ll. Et de pœna adulterij. de iure regio vide l. j. tit. vij. lib. iiij. & l. ij. tit. xv. lib. viij. ordi. & quæ habes in verbo Matrimonium Quam communem intellige tam in vxore vera, quàm putatiua. ſecũdum gl. cõmuniter approbatã in c. plerumque. de don. inter vir. & vxor. quũ cõmunem dicit Ioan. Lupus in repet. C. de donat. inter vir. & vxor. §. xxxvj. nu. 3. Et idẽ eſt in lucris acquiſitis, durãte matrimonio, vt habetur in l. iiij. tit. vj. lib. iij. For. ll. quæ faciunt ad declarationem & ampliationẽ l. j. tit. iij. libr. iij. For. ll.

Nota quòd exceptio adulterij contra mulierem repetentem dotem durat in perpetuum. Balbus Tract. de præſcri. in iiij. part. quæſt. ij. communem dicit. nu. 9. B. Villalob.

P R O. Aegritudo corporis ſi ſit ſanitas mentis, non impedit ad teſtandum, nec ad contrahendum l. ij. ff. de teſtamen. l. ſanum. C. de tranſact. I. Bellonus.

P R O. Æqualitas delictorum æqualitatem pœnarum deſiderat. in l. ſi quenquam. in fi. C. de epiſ. & cleri. vbi quos par facinus comitatur, & æquat, vtroſque ſimilis pœna comitari debet. ad idem text. in l. quicunque. §. fin. C. de hæred. & in §. fin. in auth. vt fratrum fil. ſucced. colla. ix. in cap. fina. de pœn. libro ſexto.

O B I E C. Cõtrà de l. quædam. ff. de pœn. & l. Pedius. ff. de incen. ruin. & naufrag. vbi aliquando grauior, aliquando leuior pœna imponitur perſonis idem delictum committentibus.

S O L. Illud eſt propter conditionem perſonarum, & rerum qualitatem. vt ibi not.

O B I E C. Præterea par eſt crimẽ rapere, vel raptum raptori ſeruare. l. crimẽ. ad legem Iuliam, de vi plubli. C. & tamen inæqualis pœna ſtatuitur: plus enim punitur raptor, quãm raptam rem ſeruans. in l. vnica. in §. pœnas. C. de raptu virginum ſeu viduarum.

S O L. Dic quòd d. l. crimen. ita intelligitur, quod alterum crimen ex his duobus non eſt alteri diſſimile quo ad pœnam corporis afflictiuã, ſed non quoad pœnam perdendi. & eſt ratio quia minus delinquit qui raptum ſeruat, quam qui rapit. I. Bel.

Ædificare poteſt dominus aream, in quam cadit ſtillicidium: dummodo ſeruitus ſtillicidij non impediatur: & ædificans ſtillicidium recipiat. Bello. conſi. lxj, num. 5, communem dicit, ex gloſ. & Bar. in l. ſeruitus. ff. de ſeruit. & Soci. conſilio cxlj. B. Villalo.

Ædificare caſtrum ad æmulationem priuati, nulli eſt licitum, Boër. deciſ. cccxx. nu. 9. communem dicit.

Item nec ædificare, vt videat hortos religioſorum, aut monialium nemo poteſt. Boër. communem dicit. Idem.

Ædificium factum in re dotali non cedit ſolo: quamuis medietas expenſarum ſit alterius coniugis. Boër. in conſue. Bitu. in reg. *des couſtumes des mariages*. §. ij. communem dicit ex Iaſ. in l. ſenatus. §. Marcellus, ff. de leg. j. Idem.

Quãdo vna res, vel diſpoſitio alteri Æquiparatur, quidquid plus eſt in re, ad quã ſit æquiparatio, adiicitur rei æquiparatæ: ipſi verò, ad quã ſit æquiparatio nihil accedit. Eſt communis opinio cum Bar. in l. j. ff. de lega. j. ſecundum Dec. in conſi. xlvj, viſo puncto, in fi. vol. . Moph. Grib.

P R O. Aequalitas in iudiciis eſt obſeruanda: non enim debet claudicare iudicium. in l. fina. C. de fructibus & litium expenſis. l. non debet actori. ff. de reg. iur. in cano. nullus. iiij. q. iij. & c. nouit. extrà de iud. I. B.

P R O. Aequitas præfertur rigori. in l. placuit. C. de iud. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obl. & l. in ſumma. §. itẽ Varus. ff. de aqua plu. arcẽ.

O B I E C. Contrà imò rigor eſt obſeruandus. in l. proſpexit. ff. qui & à quib. vbi lex quantumlibet dura tenenda, quia ſcripta eſt.

S O L. Aut rigor eſt ſcriptus, & æquitas non ſcripta: & tunc rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ, d. l. proſpexit. aut æquitas eſt ſcripta, & rigor iuris ſcriptus: & tunc æquitas ſcripta præfertur rigori iuris ſcripto, vt in cap. fin. de tranſactionibus, extra, vt hic.

P R O. Aes alienum reſpicit vniuerſum patrimonium, non certas facultates, in l. ſi fideicom. in. §. tracta. ff. de iud.

P R O. Æſtimatio reducenda eſt ad tempus moræ. l. vinum. ff. ſi cer. per. l. in hac. ff. de condi tri. I. Bello.

P R O. Ætas legitima, vel perfecta, dicitur vigintiquinque annorũ. l. fi. C. de his qui ven. æta. impet. I. Bellon.

Æs alienum tenetur ſoluere hæres, & non vſufructuarius, Deciſ. conſilio nonageſimo, & Ioan. Durand. in arte teſtan. titulo ſexto, Paul. communem dicunt. B. Villalob.

Æſtimatio non facit emptionem, quando pretium non eſt condignũ rei. Communem dicit Pariſius in conſil. lxxxj. nu. 1. l. iij. B. Villal.

Æſtimatio facit emptionem Boëri. deciſ. cccxxvij. numero 11. communem dicit. B. Villalob.

P R O. Affectare quiſquam non debet id in quo intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam alij damnoſam futuram. in l. idem iuris. in §. ſtellionem. ff. ad l. Aquil. I. Bellon.

Affectionis ratio non habetur in furto. Ant. Nice. in concor. gloſ. lxxxv. communem dicit. B. Villalob.

P R O. Affectionis ratio in bonæfidei iudicis habetur. l. cum ſeruus extero ff. mandat. I. Bellon.

P R O. Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus. in l. cogitationis ff. de pœn. in l. j. §. j ff. quod quiſque iuris.

O B I E C. Contrà de l. prima. ff. de extraord. crimin. & l. vnica. in princip. C. ſi quacunque præt. poteſt. & l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cleric. & l. ſi quis ſeruo. C. de furtis, & l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & l. . §. beſtias. vbi gloſ. not. ff. de poſtu. vbi punitur affectus, ſicut effectus.

S O L. Affectus non punitur vt hic, vbi ſtatum eſt finibus cogitationis, nec vltra proceſſum fuit: vbi verò ad aliquem conatum proceſſit, tunc affectus punitur in grauiorib. criminibus, vt in contrariis. I. Bell.

Affinitas contrahitur ex ſola copula etiam illicita. Coua. in epi. iiij. q. vij. §. vij. num. 3. communem dicit. B. Villalob.

P R O. Afflictio non debet dari afflicto, vt in illa l. diuus. ff. de offi. præſid. & in l. pœna. in §. fin. ff. Ad l. Pomp. de parri. & in l. tam dementis. C. de epiſc. aud. Vbi furioſo pœna addi non debet, cum ſatis furore ipſo puniatur. ad idem text. in l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iure dot. Vbi pater propter luctum filię defunctę dotem non amittit, ſed recipit, ne duplex ei detur afflictio. adde l. ex facto. in §. Iulianus. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. nauis. in §. fin. ff. ad l. Rhod. de iact. de iure canon. vide text. in can. cùm percuſ. vij. quæſt. j. & in cap. at ſi clerici. in fin. extrà de iudic. & in cap. ex parte. extra de cler. ægrot. vel debil.

O B I E C. Opponitur de l. Romanus. ff. de tut. & cur. vbi in eadem tutela duplex periculum quis ſuſtinet, & fideiuſſionis, & tutelæ.

S O L. Ibi fideiuſſor poteſt etiam eſſe contutor ratione, & fauore tutelæ, quæ publicum munus eſt: & ideo inuitis datur, vt in §. j. Inſtit. de excuſſa. tut. vel curat. & l. necnon. ff. de tut. & curat. dat. ab iis. Ideo ibi non excuſatur, cum neceſſitas legem non habeat.

O B I E C. Præthereà obſtat, quòd in delictis pœna duplex dari poteſt. in l. capitalium. in §. ſolent. de pœn. ff. & in l. j. ff. de iur. pat. in cap. attendendum. xvij. q. iiij. & cap. ſi quis cuiuſlibet. xxj. q. v. in cap. j. extra de calum. & cap. in archiepiſcopatu. extrà de raptorib.

S O L. Duplex pœna poteſt infligi, cùm vtraque per ſe non ſufficit, vt in contrariis. Cum autem vtraque per ſe ſufficit, duplici pœna quis affligi non debet, vt hic. I. Bellon.

Agens ex contractu conditionali, debet probare conditionem purificatam ad intentionem ſuam fundandam, Bellonus conſil. lix. num. 3. communem dicit. B. Villalob.

Agens petitorio, & poſſeſſorio recuperandæ, ſi prius obtinet in poſſeſſorio, & non probet ſe dominum, non debet obtinere in petitorio Communem inquit Alex. & poſt eum Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 148. cum ſeq. ff. de acquir. poſſeſ. B. Villalob.

Agens contra aliquem ad decem, & ſi fuit condemnatus in quinque, ſi de aliis quinque nihil dictum ſit, non ei nocet, quin poſſit agere ad reſiduum. Gozad. conſi. , num. 5, communem dicit, ex ſententia gloſſ. in l. j. in verb. minus. C. ſi aduer. rem iudi. B. Villalob.

Agenti ante tempus duplicatur tẽpus in odium agentis, Ant. de Tremo. in addi. ad Bona. in pract. exce. num. 25. in verbo conditionẽ, in rub. quib. mod. ſuo nomi. communem dicit. B. Villalob.

Agenti poſſeſſorio recuperandæ obſtat abſolutoria lata contra eum in petitorio. Ioan. Cor. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 3. ff. de acquir. poſſeſſio. communem dicit. I. Bellon.

P R O. Agentes, & conſentientes, pari pœna puniuntur: Ro. in. l. iubemus. §. œconomus. vbi gloſ. C. de ſacr. eccl. in can. notum. ij. q. j. & can. facientes. lxxxvj. diſt. c. j. extra de offi. & po. iud. deleg.

O B I E C. Contra qui conſentit furto, qui receptat ſciens furtum, vel conſilium & opem dat, tenetur furti: & tamen agens ſcilicet fur, nõ tenetur, vt filius vel ſeruus. in l. eos qui. C. de fur. iuncta l. ſerui, & filij. ff. de fur. in §. hi, qui. Inſtitu. de oblig. ex delict.

S O L. Ideo ibi non puniuntur agentes, quia nulla actio competit patribus vel dominis contra filios, vel ſeruos. in l. lis nulla. ff. de iud. ideo furti actione non poterant conueniri. vt ibi. I. Bellonus.

Agit vbicunque quis ad ſolidum, & probat tantum ſe ius habere in parte, debet ſuper illa parte obtinere: licet ratione pluris petitionis, ſit condemnandus in triplo expenſarum. Eſt communis opinio ſecundum Alex.

Alex.in conſil.cviij.præſtantiſſ.domine.vol.vij. Moph.Grib.

P R O. Agnatione poſthumi rumpitur teſtamentum. in §.j.Inſtit.de exhered.libert. Ioan.Bellon.

OBIEC. Contrà de l.ſi mater.C.de inof.teſta.

S O L. Hic in maſculis, ibi in fœminis teſtantibus. Ratio eſt differentiæ, quia præteritio matris pro exheredatione habetur. in §. mater. Inſtit.eod.titulo. I. Bellonus.

Agnatis defertur hæreditas per ſtatutum excludens fœminam, ſtantibus agnatis maſculis:& actio competit eis maſculis pro ea conſequêda Iaſ.in l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ex eo ſtatuto.num.3. de leg.j. quem refert Ioan.Nico.in l.generaliter.num.46.C.de ſecund.nupt. B.Villal.

Agnati in feudis antiquis, tantum ad ſeptimum vſque gradum admittuntur. Communem dicit, Iaſ.in l.certum. C.vnde legit.vt refert Minſ.obſer.xcv.cent.ij.Ibi tam concludit, quod in Camera hæc opinio non ſeruetur,ſed imò in infinitum admittantur. I.Fichard.

Agnatus ſi trâsferat partem feudi antiqui in alium agnatum habentem partem eiuſdem feudi,tunc acquirens partem conſocij,tenetur intra annum & diem pro ea petere nouam inueſtituram, ſecùs, ſi per ius acquirendi alicui pars illa contingeret.§.feudum. q,xlix.verſi.Prætereà quæro ex I.Claro. P.Fich.

Alere dominum egenum vaſallus non tenetur.Hanc communem dicit Clarus,allegans Iacob. Ardizonem, Aluar. Epiſcop. Loazeſ. quam tamen duobus caſibus limitat. Primum,ſi ex facto aut culpa vaſalli ad inopiam perueniſſet.Secundò ſi vaſallus ſuperabundaret diuitiis. §.feudum.q.xxiij.ex I.Claro. P. Fich.

P R O. Aliena negotia diligentius debemus tractare,quam propria. l.in re manda.C.mand. Ioan.Bellon.

P R O. Alienam ſuſcipere defenſionem virile eſt officium, & vltra ſexum muliebrem eſſe conſtat.l.alienam.C.de procur.

P R O. Alienam rem inuito domino poſſidere non poſſum.in l.cùm precario.ff.de preca.reg,id quod noſtrum.ff.de reg.iur. Bello.

P R O. Alienas ſucceſſiones teſtator propriis præponere non præſumitur : magis enim ſuos teſtator diligit quàm alios, & magis ſuum ſanguinem quàm alienum in l.generaliter,in §.cum autem. C.de inſtit. & ſubſtitut.in l.cum acutiſſimi. C.de fideicommiſ. & in l. cùm auus.ff. de condit.& demonſt.

P R O. Alienum factum promittere non poſſum, nec promittendo obligari.l.ſtipulatio iſta.in princ.& l,inter ſtipulantem,ff.de verb.oblig. in §.ſi quis alium.Inſtit. de inut.ſtipul. Bellon.

P R O. Alieno facto quis non debet onerari. l, in cauſæ,ff.de procur. l.j.ff.de alie.mut.iud.cauſa fact. I. Bellon.

P R O. Alieno ſcelere quis non debet ditari. in l, vnic. C. ex delict. defuncto.in quant.hered.conuen. I. Bellon.

Alienare prohibitus poteſt nihilominus alienare bona mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.Franc.Aret.in ca.prælatorum. de accuſat. num.10.communem dicit ex Inno.ibidem. B.Villalob.

Aliena re feudum ſine domini conſenſu Vaſallo non licet, etiam ſi ſit in magna neceſſitate conſtitutus, imò etiam ſi fame opprimeretur. Communem dicit.I.Cla.§,feudum.q.xxxj.ver.Pone. P.Fich.

Alienare feudum in præiudicium agnatorum etiam cum conſenſu Domini vaſallo non licet. Communem dicit ex Cur. Iun. §. feudum. quæſt.xlj.in princip.Intellige autem de feudo antiquo:Secus eſt de feudo nouo.ſecundum Andr.de Iſer. in cap.vnic.numero 2. de alien.feud. patern.Sigiſmun.conſ. feudal. lij.numero 1.Rurſum etiam diſtinguunt Doctor. inter feudum Hæreditarium, & non hæreditarium, & dicunt quòd in feudo non hæreditario vaſallus non poſſit diſponere, ſed in feudo hæreditario,etiam ſi ſit antiquum, tenent quòd poſſit vaſallus præiudicare agnatis. P.Fich.

Alienare rem emphyteuticam non licet emphyteutæ,irrequiſito domino.Ita I.Clarus li.ſent.§.feudum.q.xv. P.Fich.

Alienari non poteſt res ſubiecta reſtitutioni ob neceſſitatem prouenientem ex delicto prohibentis,Iaſ.in authen.res quæ.num.20.C.communia de legatis communem dicit, I.Villalob.

Alienari prohibita poſſunt dari ex cauſa dotis.Petr. Raue. in Alpha, aure.in verſi.Alienatio.communem dicit,

Reſtringe hanc communem quòd poteſt dari deſcendentibns tantùm:Idem ibi communem dicit.& Couua, in ſuis reſolu. lib.iij. cap-vj. numero 10.vide alios idem dicentes, & Amplia d.communem etiam ad dotem reſtituendam,etiam poſt appoſitum grauamen, Auenia,conſilio lxj.& Socin.conſilio xxiij.in propoſita conſultatione. volum.iij.& Rube.conſilio lxxviij.numero 1,communem dicit,& Couua.in verbo quarto,magis communem dicit.

Concordat cum l.xiiij. titu.vij.part. iij. Quam legem intellige cum reſtrictione prędicta:& limita communem legem ſi cum prohibitione hominis concurreret prohibitio legis,vt per Ant. Corſ. in notabili. in verbo prohibitio,& vidi Boë.deciſ.cxxix.parte j.num.5. B.Villal.

Alianari bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt per filium ex ſuo delicto condemnatum pro redemptione ſuæ perſonæ. Eſt communis opinio ſecundum Iaſon. in Authen. res, quæ, verſiculo ſexto & vltimo. C. communia de legat. licet Fulg. teneat contrarium : vt ibi per eundem Iaſonem. M. Grib.

Alienari bona prohibita per teſtatorem non poſſunt confiſcari. Eſt communis opinio ſecundum Dec. conſil. ccccxlij.in cauſa. nume. 7. vol.iij. Moph. Grib.

Alienari non poſſunt res eccleſiæ niſi ex cauſa neceſſaria vel vtili eccleſiæ,vel ex cauſa pietatis,vel damni euitandi, Curt.Iuni. conſil. cxxx. num.iij.communem dicit. I. Villal.

Alienans partem rei emphyteuticæ, non ideò cadit tota emphyteuſi,ſed ab illa parte alienata tantum.Ioan.Clarus lib. ſenten.§. feudum.q.xcv.verſi.vltimo. P. Fich.

Alienantis vaſalli filius, vel agnatus admittitur ad reuocationem alienationis ſi cum beneficio inuentarij adierit alienantis hæreditatem. Communem ait Clarus.§.feudum.q.xlij.verſ.Succeſſiuè quæro.

Alienatio feudi quamuis prohibita ſit,tamen licitè fieri poteſt,etiam irrequiſito domino,ſi in proximiores fiat:dummodò feudum tale antiquum ſit,aut paternum. Communiorem eſſe opinionem apparet ex allegatis per Tiraq.in præf.,lib.j.num,52.in qua & ipſe reſidet. I.Fich.

P R O. Alienatio licet prohibeatur,de conſenſu tamen omnium,in quorum fauorem prohibita eſt, poteſt fieri. l. nihil.§.j.ff.de leg.j. in l. cùm pater. in §. libertis. ff. de leg. ij. in l. quoties. C. de fideicommiſſ. I. Bellon.

Alienationis prohibitio extra familiam non extenditur ad heredem legitimum,dato, quòd non ſit de familia, quominus in eum poſſit fieri alienatio: veluti in matrem, vel nepotem ex ſorore. Eſt communem opinionem ſecundum Alexand. conſil. lvj. conſideratis. & Dec.conſilio ccclxxvij. viſis.eundem conſilio xxiij. volum. j. & ibi limitat communem opinionem in final. conſilij. Vide Corne. conſil. ccxxx.vol.iij.Alexand.conſil. lv. ponderatis. circa medium. vol.iij. Iaſ. conſil.cxlij.volu.ij.

Limitatur tamen iſta communis opinio ſecundum Dec, in conſilio cccclxxxj. in caſu.vel quando teſtator vltra prohibitionem adiecit etiam, & quia voluit bona remanere in familia, nam eo caſu propter enixam voluntatem teſtatoris,mater excluditur.Et Dec.ibidem in final. conſil.indiſtinctè tenet contra communem,& dicit aliam omnino veriorem & tenendam. Moph. Grib.

Alienationis prohibitio poteſt fieri per iudicem, Petrus Raue, in Alpha.aure.in verbo Alienatio communem dicit. B. Villal.

Alienationis prohibitio facta ſimpliciter,non inducit fideicommiſſum,niſi in cauſa conuentionis,Eſt communis ſecundum Dec. in conſi. ccxviij. in caſu. verſicul. ſimiliter idem dicendum.volu,ij. Vide Dec.in conſil.xxxviij.circa primum. M. Gribal.

Alienationis prohibitio facta filiis non extenditur ad nepotes familiæ,non egreditur quartum gradum,Iaſ.in l.filiusfamilias.§. diui. num. 109.ff.de leg.j.& Dec.conſi.ccclxxvij.Ioan.Durâ. in arte reſtan. tit.viij. cau.ij.Cur.Iu.conſi.iij.nu.1.communem dicit. B. Villal.

Alienationis prohibitio extra familiam non eſt tantæ potentiæ quin ſucceſſor poſſit habere heredem ex teſtamêto, vel ab inteſtato qui non ſit de familia vt proximiorem cognatum, Iaſ. in d.§. Diui,& Durand. cau.vj.nu.2.communem dicit.

Amplia iſtas communes, etiam ſi expreſſe per teſtatorem eſſet prohibita alienatio:poteſt enim alienari ex cauſa dotis,Iaſ.in authent. res quæ.C.commu.de leg.nume.59.Deci.conſil.cccccxix. communem dicunt.& alij quos refert Couua.in dict.c.vj.in ſecundo caſu vbi etiam limita, ſi aliàs per teſtatorem ſit expreſſum : quòd non alienetur niſi ex cauſa dotis,quam opinionem dicit tenere Cur, Iuni. in d.authent. res quæ. & alios.reprobata opinione Caſtrenſis conſil. lxxx. libr.j.dicentis contrarium quòd non poſſit per teſtatorem prohiberi,& Couua. dicit pro opinione Cur.Iuni.& aliorum eſſe l.xxvj.tau.vbi pater poteſt meliorare filium in tertio bonorum,& imponere quodcunque grauamen. & quod non alienet etiam ex cauſa dotis, Sed in noſtro caſu diſtinguerem, aut ſumus in caſu d.l.xxvij.cum iam alij fratres non priuantur legitima,quæ inter filios eſt tota ſubſtantia patris præter tertiũ, & quintum per l. iij. tau. quæ poteſt vni prælegare, & in hoc caſu bene dicit Iunior:ſi tamen ſumus in caſu in quo pater de nouo conſtituit maioricatum:& filij priuantur ſua legitima ſaltem naturali.Non ergo mirum, ſi dicamus poſſe alienari bona maioricatus pro dote:cum legitima naturalis non poſſit tollit filiis:vt habetur in verbo Legitima. Et in hoc caſu eſſe ſtandum opinioni Caſtrenſis non dubito. Quam diſtinctionem ipſe Couua. in fi.dict.c.vj. videtur ſentire dũ dicit quòd contingit in illis bonis,in quibus teſtator liberè diſponere poſſit,quod nota.

Amplia ſecundò non ſolùm quoad dotem alteri præſtandam, ſed etiam ad reſtituendam dotem per grauatum etiam poſt fideicommiſſum receptum, Ioan. de Anna. conſilio lxj.numero tertio.Bologni.ibidem comemmun dicunt.

Limita primò, ſi alienationis prohibitio ſit facta ſub his verbis, vt ſemper in familia remaneant & proprietas, & poſſeſſio, ex nomine, & genere ipſius teſtatoris in alium nunquam transferantur, ſed ſemper integra remaneant in familia ſine aliqua detractione Trebellianicæ. Sunt hæc verba tantæ potentiæ, quòd nec momento poſſunt extra familiam eſſe in perpetuum.Durand.titu.viij.cau.ij.communem dicit.

Limita ſecundò, ſi alienatio ſit prohibita extra certum genus perſonarum, cenſetur & prohibita heredis inſtitutio; Cur, Iuni. conſil, cxxij, num, 2. communem dicit, B. Villai,

Alienationis prohibitio ſimpliciter facta extra familiam abſolute non inducit fideicommiſſum: ſed facta alienatione in extraneos, Communem dicit Dec, conſi, xxiij. in princ, B, Villal,

Alienationis extra familiam prohibitio à teſtatore facta etſi ſecundum Iuſtiniani Imper. conſtit, in titu, de reſtit. fideicommiſſ, in §, Nos igitur tantum ad quatuor vſque generationes durare, & idcirco non eſſe perpetua cenſeatur, tamen ſi indicta ſit heredibus expreſſis verbis, quod teſtator velit bona hereditaria perpetuo manere apud eius deſcendentes & poſteros de ſua familia, tunc vigore, & vi illorum verborum prædicta prohibitio, quartam & quintam, & aliâs plures generationes egreditur, vt per plurima allegata concludit Didacus Couar, varia, reſolut, lib, iij, cap. v, num, 4. Et ibidem dicit hanc opinionem ſine dubio eſſe communem, licet ſubiungat, ſi Si durum videri, hâc opinionem contra expreſſum Iuſtiniani reſponſum recipere, &c, I. Fich,

Alienationis prohibitio facta heredi extenditur ad nepotes & ad alios, Iaſ. in l, filiusfam, §, diui. ij. ff. de legi, communem dicit,

Limita iſtam communem, ſi heres eſt nominatus nomine proprio, Tiraquel, de retra, Conuenti, gloſſ. vj. numero 25. §. primo, communem dicit, quam reſtringit Ferdi, de Ioazes in d. §. diui, quem refert Tiraquel, de vtroque retract, in præfat, num. 49. ſi alia res prohibita alienari, ſit maiorum: quia tunc etſi ſub nomine proprio extenditur ad hæredem heredis: quod nota, B. Villal,

Alienationis prohibitio ſi eſt facta contemplatione alicuius. vel aliquo modo alicui prodeſt valet, Cur. Iuni. conſil. cxxj. num. 1. communem dicit: quia ſine cauſa non valeret, Iaſ. in l, qui Romæ. nu. 26. ff. verbo, oblig,

Ex hac communi recepit magnum robur. l, lv. par, v. tit. v, prohibens alienationem rei communis poſtquam inter ſocios ſuper illa re eſt ſuſceptum iudicium: tamen ſi non eſt cœptum; poteſt extraneo vendi, & ſocius poteſt retrahere iuxta, l, lxx. in ordi, tau. qui venit ad intellectum l. xij. tit. *de las vendidas, &c.* lib. iij. For, ll. & l, vj. tit, 5, ordi, quæ leges loquuntur de tetractu. B. Villal,

Alienationis prohibitio cum hypotheca ſpeciali illius rei, facit quòd alienatio non valeat quod non faceret generalis. Ant. de Fan, in tract, de pign. in ij, par, nu. 5. communem dicit.

Fallit in contractu locationis, quòd ſi res eſt locata cum prohibitione locationis, etiam ſi ſit generalis, tamen non valet alienatio in præiudicium locationis. Idem Fanus num. 6. mem. j. communem dicit; quæ tamen valeret, ſi alienatio non eſſet prohibita, etiam ſi facta eſſet ſpecialis hypotheca rei locatæ, ſi offeratur intereſſe, Fanus ibi, nu, 6. communem dicit. B, Villal.

Pupillaris ſubſtitutio non impedit alienationem bonorum. Eſt communis opinio ſecund. Iaſ. in l. ſeruum. §. fi. nu. 1, de vulg. Contrarium tenui. in l. in ratione. §. quod vulgo. ad Falcid. ff. Moph. Griba,

P R O. Alienationem intelligimus dominij tranſlationem. in l. j, Cod. de fund, dota, l. alienationis. & l. alienatum. ff. de verb, ſignific. l. ex hoc edicto. in §. alienare, ff, de alien, mut, iudic. cauſ. fact,

O B. Contrà de l. fina. C. de rebus alienis non alien. & c, nulli, extra de rebus eccle. non alienandis vbi alienationis nomine continetur etiam actus per quem dominium non transfertur, vt pignoris obligatio, hypotheca. conditionalis traditio ſeruitutis conſtitutio & ſimilia.

S O L. Propriè ſtrictè alienatio eſt domini; tranſlatio, vt hic, largiſſimè verò & impropriè ex interpretatione legis, eſt cuiuſlibet iuris acquiſitio, vt in contrariis, I. Bellon,

P R O Alienationem rerum dotalium eſſe prohibitam conſtat etiã accedente conſenſu mulieris. in l, lex Iulia. ff. de fund, dot. in l. vnic. in §. & cùm lex Iulia. C. de rei vxor. action, in authen. ſiue à me, C, ad Velleia, in §. j. Inſtit, quibus alien. licet vel non.

P R O. Contrà de l. ſatis. C, in quibus cauſis pig, tacit. contrahat. vbi bona mulieris tacitè obligata ſunt pro primipilo, exhauſtiſque bonis primipili diſtrahuntur,

S O L, Speciale ibi in cauſa primipil,

OB. Oſtat etiam diſpoſitio c. cùm contingat. extra de iureiur. & c, licet mulieres de iureiur. in vj, vbi valet alienatio rerum dotalium celebrata, cum conſenſu & iuramento mulieris.

S O. Illud eſt de iure canonico, introductum. & hoc ratione iuramẽti obſeruandi. cùm in alterius damnum eo caſu non redundet; nec vergat in æternæ ſalutis diſpendium, vt ibi not. I. Bellon.

Alienatione prohibita extra familiam non prohibetur quis habere extraneum hæredem ab inteſtato. Alex. conſi. lix. col, vj. lib. vij. & Dec, conſi. xxiij. col. j. in prin. communem tenet, B. Villal.

Alienatione prohibita per ſtatutum in forenſem, ſi teſtator mandat, vt vendantur forenſi: valet venditio, Alex. in l. ſi dignum. ff. ad leg. fal. communem dicit: quem refert A'ci, in l. ij. nu. 12, ff. de verb, ob. B Vil,

Nota, quòd, prohibita alienatione, non intelligitur prohibita alienatio neceſſaria, vt tradit Bal. in auth. res, quæ. C. cõ. de leg. Alber, in ij. par. ſtat. in q. j. prout in epiſcopo prohibito, & iurante non alienare bona eccleſiæ, inconſulto Rom. Pontifice, quia non intelligitur, vbi imminet neceſſitas, quo caſu non ſolum ius non reſiſtit, ſed aſſiſtit, & ita fuit aliàs tantum in vrbe in ſacro Rot. Auditorio, vt tradit M. Ant. Bardus in tract. de temp. Vti. & Contin. in c. xij ſub nu, 12. I. Fich.

in Alienatione feudi tacitus domini conſenſus ſufficit, Aluaro, in c. j. §. præterea quib, mod. feud. amit. in vſib. feud. communem dicit. Quod intelligendum eſt, ſi præſens ſit & contradicere poſſit, ſecundum præceptorem meum Zaſium in Epito. Feud. par. ix. nu, 31. B. Villal.

Alienatione rei alicuius prohibita, cenſetur etiam prohibita præſcriptio eiuſdum regulam eſſe communiter receptam & comprobatam dicit Petrus Beſutius Mediol. in conſil. quod relatum eſt inter conſil, Vlri, Zaſ. in lib, ij, conſil. lv. num. 25. I. Fich.

Alienatione feudi facta in agnatum remotiorem, tunc ſi proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipſo feudo. Sed ſi alienatio facta ſit in extraneum, tunc ad hoc, vt proximior agnatus excludatur, requiritur curſus ſaltem xxx, ann, Communem dicit I. Clarus §. feudum. q, xcij. ver, ſcias tamen. Allegans Alex, conſi. xv. lib, v, item Decium, Iacobin. Balb. & Aluar, ita tenentes. P, Fich,

Alienatiune feudi cum conſenſu agnati proximioris facta, non præiudicat filio conſentientis, ſi modò non ſit eius heres, neque aliquid ex eius hereditate habiturus, quo minus feudum alienatum recuperare poſſit. Sed ſi velit eſſe ſi heres patris conſentientis, non poterit retractare factum defuncti neque feudum recuperare, ita Doct. communiter diſtinguere, ait, I. Clarus. §. feudum, q. xlij, verſ. Sed quæro pone, P. Fich.

Alienatione feudi facta in agnatum remotiorem, proximo agnato conſentiente, non præiudicat agnatis mediis, non conſentientib, communem dicit Clarus, d. §. feudum, q. xlij. ver. ſed mainr, P. Fich.

P R O P, Alimenta debẽtur liberis ex æquitate naturali. l. j. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure, l, ſi quis à liberis, ff. de libetis agnoſcend. I. Bellon. Toloſ,

Alimenta tenetur præſtare pater filio iure naturali l, j. §. ius naturale. ff, de iuſtit. & iure. & cap. ius naturale. j. diſtinct. Limitatur hoc non procedere quotieſcunque filius poſſet viuere à ſeipſo, tunc enim poſſunt denegari alimenta per patrem. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff, de liber. agnoſcend, limitatur etiam in omnibus cauſis, per quas poteſt exheredari filius, quæ quidem cauſæ habentur in §. cauſas in authent, vt cùm de appellat, cognoſcitur, & pariter ex illis cauſis alimenta ipſa denegari poſſunt, vt notat Bartolus in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex is, & in l. diuus, ff, de parri, & in l, ſi patrem, C, de alen. lib. amplia iſtam concluſionem ita explicitam in tantum procedere, quòd etiam non valet ſtatutum quòd pater non teneatur filium educare ſecundum Iacob, de Aren. in d. l. ſi quis à liberis. num. 1. Galeorum in tract, de alimentis. in verb. pone quæſtionem, Specu. in titu. qui filij ſint legitimi, verſic. ſed pone, quidam, & Alberic. de Roſa. in prima parte ſtatutorum. in quæſt. xl. verſic. item quæro & ita tranſeunt omnes Canoniſtæ communiter, vt per Rochum Curt. iur. repetit, cap, quanto. de conſuetud. Amplia ſecundo non valere etiam pactum, quòd pater non teneatur alere filium, cui dedit partem ſuam, ſi poſtmodum ad paupertatem, neceſſitatémque, peruenerit ſecundum Specul, in dicto verſic. ſed pone quidam. in titu. qui filij ſint legitimi. Alberic, in dicto §. ius naturale. Idémque tenet Baldus quod filius qui conſumpſit partem ſuam, quam habuit à patre, poſſit petere alimenta in dicto §. ius naturale. & l. ſcimus, C. de inoffic. teſt. in princip. & in authent. ſi captiui in fine, C, de epiſcop. & cler. & tradit etiã Barba. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Alexan. in l. ſi cùm dotem. §. j. ff. ſol, matrim, & dicit Bart. in l. j. §. parens, circa finem. ff. de lib. agnoſcen, iure non valere pactum, quòd filius alimentari non debeat. Nec videtur mirum, quia valet argumentum de pacto ad ſtatutum, ſecundum Ludouic. Bolog, conſil. xxj. Cùm igitur retulerimus, quòd non valet ſtatutum prohibens alimenta præſtari filiis, ergo nec valebit pactum. Hoc dictum videtur limitare Bald. in Authen, quod ſi rogatus. C. ad Trebellia. niſi filius partem ſibi datam perdidiſſet dolo vel eius lata culpa, & Bald. ſequitur Alexand. in d. l. ſi cum dotem, §. j. vbicunque verò filius etiam legitimam aſſignatam per patrem in vita conſumeret leui culpa adhuc non poteſt pater ei alimenta denegare, ſecundum Bald. in l, ij. §. j, ff, ſolut, matrim. in authent. ſi captiui. C. de epiſcop, & cleric, & in d. l. ſcimus, in princ. & in d. authent. quod ſi rogatus. Specul. in tit. qui filij ſint legitimi. §. j. verſic. ſed pone iij & Alexand. in d, l. ſi cum dotem, §. j. amplia tertio, quòd pater non tantum filiis tenetur præſtare alimenta, ſed etiam liberis, & vxoribus eorum, ſecundum gloſſ. in d. l. ſi quis à liberis. §. non tantum in verb. cetera per l. ſi filia. § j. famil. erciſc. Imò plus pater cogitur pro filio onus dotandi filias ipſius ſubire. l. dotem dedit, de collatio. bonor. ibi quippe officium aui erga neptem ex officio patris erga filium pendet, & ita voluit Bart, & alij in l. j. ff. ſoluto matrim. Bald. in authent, res, quæ. C. communia de leg in l. pater. de euictio. Idem Bald. & Salyc. in l. fin. C. de dotis promiſſio. & idem Salyce. in l, ſi filius. ad Macedonia. & procedit hoc ſecundum præcitatos Doct. quando filius non habet vnde dotet filiam ſuam. Viuius,

Alimenta præterita, quando petuntur in iudicio per actorẽ, libellũs ipſe debet petere frumentum, & vinum, & ſimilia, & ſic ipſam ſpeciem & non illius æſtimationem, vt magiſtraliter docet Barto, quem ceteri

omnes

omnes ſcriben.communiter ſequuntur in l.libertis quos.§.manumiſſis.ff.de alimen.& ciba.lega.in iij.membro ſuæ diſt.vbi ait,quòd quædam ſunt quæ hodie habere expedit, vt frumentum, vinum, & ſimilia, & tunc ipſa ſpecies debet peti,non autem eius æſtimatio, allegat.l. nulli. C.de ærog.mili.ano.lib.xij.niſi propter moram deueniatur ad æſtimationem.De præcitata communi atteſtantur Modern.in allegato. §. manumiſſis,& variis in locis iuris noſtri. Viuius.

P R O.Alimentorum appellatione venit etiam victus & veſtitus,& habitatio,ſine quibus viuere non poſſumus.in l.legat.alim.ff.de alim.& cib.leg.l.victus.verb.ff.de verb.ſig. I. Bellon.

pro Alimentis bona mariti non ſunt vxori tacitè hypothecata. Eſt communis opinio ſecun.Roman.conſil.cccclíiij. in re præſenti,circa fi. verſic.quo ad vltimam.num.28.&c. M. Gribal.

Aliquis comprehendit etiam fœminam:cõmunem dicit, Deci. conſil.lvij.nu.1,idque per l.j.ff.de verb.ſign. B. Villalob.

Alius alia aliud eſt dictio repetitiua ſimiliũ.Cur.Iuni.conſi.cclxxxiij. num.2.communem dicit. B. Villal.

P R O. Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.in l.fin. C.de acquir.poſſeſ.vbi ex aliena malignitate præiudicium alicui generari non debet.& in l.ſi vnus.in §.ante omnia.ff. de pac. vbi conuentio cum vno facta,alij nocere minimè debet.

O B. Oppono de pupillo qui obligatur alij cum auctoritate tutoris. in §.j.Inſtit.de auc.tuto.

S O.Dic quòd pupillus obligando ſe cum auctoritate tutoris,in nullo damnificatur; omne enim damnum de ſuo tenebitur reſarcire pupillo tutor in redditione rationum:vt in l.ſi tutor. ff. de auct., tuto. ſeu cur. I. Bellon.

P R. Alteri ſtipulari nemo poteſt,l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb. obli.§.alteri.Inſtit.de inuti.ſtipul. I. Bellon.

P R.Alterius odio nemo debet prægrauari.in leg.ſi quis in ſuo.in §. legis,C.de inoffic.teſtamen. Vnde ſolet iactari vulgò prouerbium: Filius non portabit iniquitatẽ patris.in l.crimen.& in l.ſi pœna.ff.de pœnis.& in l.ſancimus.C.de pœnis.& in capite,ſi habes.xxiij.quæſt.iij.in cap.ſi compromiſſarius.de elec.in vj.

O B. Contrà de l.quiſquis.§.filij.C.ad leg. Iul.ma.& de c.vergentis, extrà de hæretic.vbi ob delictum patris filius punitur.

S O.Speciale eſt ibi in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis. Regulariter contrà.

O B. Opponitur etiam de l.ſatis.C. in quibus cauſis pigno. tacitè, vel hypothec.contrahit.vbi mulieris dos tacitè obligatur pro primipilo,ita quòd ſi bona primipili exhauſta ſint,diſtrahitur.

S O. Dic quòd ibi vxor tenetur pro marito in cauſa tantùm primipilari:non aliàs,l.lex Iulia.ff.de fundo dot.& §.j.Inſtitut. quibus ex cau. alien.licèt vel non.

O B.Præterea obſtat l.cùm heres.ff.de diuerſ.& temp.præſcr. vbi vitia defuncti tranſeunt in heredem.

S O. Vitioſa defuncti vſucapio continuatur in heredem,vt ibi.Cùm pro vna eadémque perſona teſtator, & hæres reputentur. in §. j. in authent.de iureiu,à mort.præſt. I. Bellon.

P R. Alternatiua, Vel, ponitur pro,id eſt,quando ponitur inter duo idem importantia.gloſſ.in rub.ff.ſi ager.vect.vel emph.

P R. Alternatiua eſt incerta. l. vbi autem non apparet. in §. qui illud aut illud.ff.de verbo.obligation. Bellon.

P R.Altius vſque ad cœlum tollere quis poteſt ædes ſuas, niſi ſeruitutem debeant.l.altius.C.de ſer.& aqua. Bellon.

P R.Ama ſcientiam ſcripturarum,& carnis vitia non amabis,in ca. nunquam. in prin.no.de conſecr.diſt.v. Bellon.

P R.Ambitioſa decurionum decreta reſcindi debent.l.ambitioſa.ff. de decret.ab ord.faciend. Bellon.

P R.Ambulatoria eſt voluntas hominis,vſque ad vltimum vitæ ſpiritum.in l.iiij.de adimen.leg.can.vltima voluntas.xiij.q.ij.in cap. cùm Marthæ.extrà de celebr.miſſar. Bellon.

Amicus nõ pôt agere pro amico ſine mãdato.l.tutori.ff. de neg.geſt. Alex.in l.exigendi.C.de procurator.in l.j.§.lex Falcidia. ff. ad legẽ falc. Iaſ.verò in d.l.exigendi.aſſerit, ꝙ in puncto iuris poſſet ſuſtineri cõtraria opinio,& intelligit ꝙ amicus admittatur pro amico quotieſcunque eſt coniunctus maxima amicitia,Felyn.tamen in c.corã,de offic. deleg. Alex.& Moder.in d.l.exigendi,Rip.in c.cum M.Ferrarienſis,nu.61. de conſtit.& Blancus in trac.de compromiſſis.in iij.quæſt.nu. 48.in ver.amicus.atteſtantur cõem opin. eſſe, amicum non admitti pro amico ad agẽdum abſque mandato.Hoc verò.ſ.ꝙ amicus non admittatur pro amico ſine mandato,fallit, cùm cauet de rato:ſicut coniunctus pro coniuncto ſecundum Tiraque.poſt alios congeſtos per eum in trac.de pœnis temperandis,aut remittendis in cauſa xxij.nu.34. Guliel. de Cugn. in l.ſed & hæ.ff.de procurat.licet ibi Fulg.intelligat hoc de amico coniuncto maxima amicitia,de quo per Rom.in ſingu.in verſic.amicus & per Bart.in l.non ſolum.§.qui alieno,nu. 1.& ibi Alex. in addit.ad eum. ff.de procur.& ibi per Alex.vbi dicit quòd amicus agit interdicto recuperandæ.l.j.C.ſi per vim,vel alio modo,& per eundem.in l.cũ alienam. C.de leg.& in l.exigẽdi.de proc. & per Fely.in d. c.coram. & Marcum Mantuæ in ſuis apophtheg.apophtheg.lxxv.interpretatur etiã hoc non procedere de iure municipali,nam ſtante. ſtatuto exorbitãte,diſponentéque coniunctos,ſeu affines agere ſine mandato pro cõſanguineis extenditur ad amicos,vt not.Guliel.de Cug.in d.l.ſed & hæ.in prin.Dyn. Saly.in d.l.exigendi Bar.in d.§.qui alieno.Spec.in tit.de aduoc.§.obiicitur.verſic.eſt quartus ordo,& Ioan.And,in c.fi.de poſtulat. F.Viuius.

Amicitia ſimplex non inducit talem tantámque præſumptionem in teſtem,vt repellatur à teſtimonio,Marcus Ant.in tract.de iud. num. 170 communem dicit. B.Villal.

P R. Amicorum omnia ſunt cõia.capite dilectiſſimis. xij.q.j Bellon.

P R O.Amor,& vinum æquiparantur.in §.fi.Inſt.de ſucceſ. quæ fie. per bon.& ibi gloſ. Bellon.

P R O.Amor pecuniæ eſt quaſi materia omnium criminum. in cap. his igitur.xxiij.diſt. Bellonus Toloſ.

P R O.Ampliatio,vel deminutio membrorum non nocet.in l. non ſunt liberi.ff.de ſtatu hominum. Bellon.

P R O. Amplius.aduerbium eſt repetitiuum ſuperiorum. l. legata inutiliter.ff.de leg.j,l.ſi ſic locutus.de leg.iij. Bellon.

P R O.Anima eſt multò pretioſior corpore.c.cum infirmitas, extrà de pœ.& remiſ.in antiq. Bellon.

P R O.Anima eſt præferẽda cæteris rebus corporalibus.l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl.c.præcipimus.xij. q. j. c. ſolitæ. de maior. & obed. Bellon.

P R O. Animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur, oblationibus,precibus,ieiuniis & eleemoſynis.can. animæ defunctorum. xiij. quæſt.ij. Bellon.

P R O. Animus eſt facti.l. bonæfidei emptor. ff. de acquir. rerum dom. Bellon.

P R O. Animal brutum caret ſenſu & ratione, ideóque iniuriam inferre nõ dicitur.l.j.ff.ſi quad.pau.feciſ.dicat. nec per cõſequẽs puniri.

O B I E C. Contrà de c.mulier. xv. q.j. vbi pecus morte mori debet, & Leuit.30.

S O L. Ideo punitur ibi, vt tali flagitio contaminata indignam refricet facti memoriam,non propter culpam.

P R.Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni.

Anno ſi debes,in fi.teneberis anni.gl.in §.qui hoc anno.Inſtitut.de inut.ſtip.in verb.præteritis. Bellon.

P R O.Annui reditus inter immobilia computantur à iure clemen. exiui de Paradiſo.§ cúmque de verb.ſign. Bellon.

Annus inceptus non habetur pro completo,quando ex diſpoſitione iuris, vel ſtatuti requiritur, quod contrahentes ſint alicuius ætatis: ſecus,ſi dicit quòd ab eo exiſtentibus in tali ætate contrahitur ſecundum gloſſ.in clem.fi.de ætate & qualit.quam communem dicit Franc.Cur. Iun.conſi.cxiij.vol.j.quam refert Couua.in epi.iiij.c.ij.nu.2. B.Villal.

No.iſtam communem ad intel.l.vj.tit.j.par.iiij.

Annus qui datur,& ex cauſa biennium ad perſequendum appellationem,dicitur ad inchoandum proceſſum,& appellationem exercendam.Gul.Papæ conſi.lxxiij.in prin.communi dicit. B. Villal.

Etiam idem Guid.in ſing.ccxv. primum fatale, vbi etiam de tertio anno,& Franc.Marc.in deciſ.mil.clxxxiiij.nu.26.& ſeq.Et an & quando concedatur ſecundus & tertius annus aliqua per M. Anto. Bard. in tract.de temp.vti,& contin.in c.b.per totum. I. Fich.

Concor,cum l.iij.tit.xvj.lib.iij.ord.Et nota circa iſtam.l.quòd ſi poſt terminum iſtius legis ſententia proferatur pro appellante;eſt ipſo iure nulla,ſecundum Bald.in l.ſuperuacuam.C.de tempo. in integ. reſtit. num.3.quem refert gloſſ.in l.viij.tit.xix.par.vj. Et nota etiam circa d.l. in fine.verſi. *e ſi por culpa del, &c. fincare de lo librar pague las coſtas y dannos a las partes*,quod verbum eſt intelligendum, ſi cum inſtãtia partis,& proteſtatione neceſſaria poſt concluſum in cauſa petatur à partibus:aliàs ſententia remanet deſerta.de quo vide Philip.Franc.in cap.ex ratione.i.de appellat.& præpoſitio.numero 36.& vide quæ habes infrà in verbo inſtantia & vide etiam in verbo Appellatio.nu.23.vbi tractatur de impedimentis,quæ impediunt appellationem proſequi. Fich.

Annui reditus emptio.de iure licita eſt. Ioan. de Ripa, in lib. j. de legi.c.xix.num.6.communem dicit.& vide Ioan.de Ana c.in ciuitate de vſuris & de hac materia copiſius vide per Didadum Pic carro. in tract.de cenſi.in conſi.ſuper ſtatuto ville de gandapipe.

Annuos reditus ex ſua propria natura nec immobiles eſſe,nec mobiles(quantum ad ius commune attinet)ſed tertiam quãdam ſpeciem conſtituere tradit And.Tiraq.lib.j.de retract.§.j.glo.vj.in ver. Rentes num.3.ſecundũ Panor. in cap.nulli.de reb.Eccleſ.non alienan.& quoſdam alios quos ibi allegat.Si tamen ad alterutrum eorum trahẽdi ſint, certè immobilium naturam eos ſecuturos ait.Et inde fieri, vt plerique omnes dicant annuos reditus inter immobilia cenſeri per l.ſi quis inquilinos.ff.de leg.j.& expreſſum textum in Clement. exiui.§.cunque annui reditus,de verb.ſigni.vbi dicitur Cúmque annui reditus inter immobilia cenſeantur à iure &c.& l.iubemus.ij.C.de ſac.ſanc.eccleſ. I.F.

Idem tamen poſtea.nu.7.limitat hoc ita procedere, ſi reditus ſint perpetui,aut certè ad longum tempus conſtituti,ſecus ſi ad modicũ.per multa ſibi allegata tales autem videntur cenſus redimibiles,de quibu

annotaui infrà,in verbo reditus. B. Villal.

P R. Antiquitatis notitia eſt neceſſaria.§.j.Inſtit.de teſta. ord. in cap. fuerunt. vij.diſt. B. Lon.

Antiquum dicitur, quod excedit metas centum annorum ad hoc, quòd credatur de ſolennitatibus extrinſecis,Iaſ.in l.cum aliquibus. nu. 7.C.de iur.delic.communem dicit. B. Villal. Hanc & Cagnolus in l. velle.ff.de regul.iur.communem eſſe ait.

Eandem communem dixit Alex.in l.cum aliquis,C. de iure delib.Et pluries in conſi.& rurſus Iaſ.in j.Lectu.l.admonendi,num.246.ff.de iureiur.Et poſt multas allegationes Aymon Crauetta in celebri ſuo tracta.de Antiqui.temp.par.j.nu.5. I. Fichard.

Antiquum tunc dicitur ad hoc quòd teſtes de auditu, aut de credulitate admittantur,vel ad hoc quòd fama probet ſi decurſi ſunt centum anni. Aymon.in tract.de anti.temp.in j.par.nume. 4.communem dicit approbata opinione Innoc.in c.veniens.de verb.ſign. B. Villal.

in Antiquis licet probationes leuiores ſufficiant tamen quando apparet iuſtitia rei,vel poſſidentis:plena probatio requiritur cõtra eum, Aymon in d.tract.in verbo viſo de fama.num.32.communem dicit ex Innoc.in c.cùm cauſam.de prob. Villalob.

de Antiquo vt aliquid dicatur eſſe requiritur tempus 100. annorum. Eſt communis opin.ſecun.Iaſ.in conſi.lxxxj.in hoc puncto.vol.j.

ex Anuli delatione(præſertim in locis,in quibus hoc ſignum à mulieribus ſolet paſſim circumferri) probetur matrimonium præſumptiuè,& ſimiliter ex ſola fama,vel cũ mutuis tractatibus pro viro,& vxore,aut ex ſola dotis,& donationis propter nuptias nominatione in inſtrumento facta,ſeu ex ſola cohabitatione matrimonium probetur eſſe contractum:controuertunt Doctores in c.illud.de præſumpt. & cap. per tuas.de probat.receptior tamen Doct.eſt opin. matrimonium non probari,vt tradit Soc.in cõſi.xxxix.viſis,& inſpectis.in j.par. F.Turzã.

Appellans poteſt dicere, tempus finiendæ appellationis incipere currere à die appellationis, in ſcriptis interpoſitæ, & non antè, licèt prius viua voce appellauerit.Eſt magis communis opinio ſecund.Alex. in conſi.lxxxij.viſo proceſſu.circa fi.vol.vj. Moph.Gribal.

Appellans non poteſt deſerere appellationem ſi appellato intereſt: vt appellationem perſequatur, & ſic, eo inuito, non poteſt renuntiare appellationi.Gomeſ.de triena.q.54.verſi.hinc voluit.cõem dicit.B.Vill.

Appellanti impedito perſequi ſuam appellationem per principem, non currit tempus primi anni.Deci.in c.ex ratione.num.6. de appella. communem dicit.

Impedito, facto inferioris iudicis,conceditur ſecundus annus.Deci. in d.c.ex ratione.num.7.communem dicit.

Impeditus in ſecundo anno, reſtituitur ſolùm ad tempus, in quo durauit impedimentum.idem ibi.nu.12.communem dicit.

Nota quòd impeditus etiam ex facto iudicis ad hoc,quòd reſtituatur,vel concedatur ſecundus annus: non requiritur quòd ipſe proteſtetur,Hieron.Cagnol.in l.in omnibus.ff.de regulis iuris.nume. 15.communem dicit. Et ne putes contrariari huic communi quæ poſita ſunt in verbo Annus ſuprà: illud eſt quando ſtat per partes quod non petit & proteſtetur cum inſtantia.hic autem non ſtat per partes,ſed ſolùm per iudicem Et nota omnes iſtas opiniones communes ad intel. & ampliationem & limita.l.iij.titul. xvj. libro iij. ordin. de qua in d. numero 3. B. Villal.

De impedimento ad appelland. & perſequend. tradit M. Anton. Bard.in Tracta.de Tempo.Vti.& contin.in cap.quarto,per totum.Vbi de impedimento ex facto appellati, ex facto Principis ſeu Iudicis, ex facto appellati ex facto appellantis,& appellati ſimul,& ex facto tertij prouenientis,& an & quando tale tempus currat. I. Fich.

Appellare non licet à iudicibus,quos communi conſenſu partes ſibi elegerint à iudicibus.ij.quæſt.vj. I.Bellon.Toloſ.

Appellare non licet à Iudice non impartiente officium ſuum non poſtulatum.Communem inquit Ripa.in l.iiij.§.hoc iudicium. numero 87.ff.de dam.infect. B. Villal.

Appellari ab interlocutoria de non exequendo non poteſt. Felyn. in cap.quòd ad conſultationem.verſicu.à pronuntiatione.de ſenten. & re iudic.Deci.in cap.nouit.iiij.notab.de appell. Craue.conſi.cclxxiij. nobilis domine commiſſarie.hancque ſequitur ſententiam tãquam à Doct. communiter obſeruatam Alexan.quem etiam ipſe refert conſi.xcv. viſis proceſſibus.lib.ij.

P R. Ab executore ſententiæ non appellatur.in l.ab executore.ff.de appel. Bellon.

Appellatur de iure canonico à poſſeſſorio,non autem de iure ciuili. Cur.Iun.conſilio clxviij.numero 39.communem dicit, quam intellige quòd non appellatur, id eſt, appellatio executionem non impedit:tamen bene procedit appellatio,Ioan.Cota. in naturaliter.§. nibil commune.numero 8.ff.de acqui.poſſeſ.in antelud.repet. Toloſ. B. Vill.

Bart.in l.ij.ff.de appel.recip.dix. quòd etiam de iure ciui. à poſſeſſorio appellatur quamuis executioni ſententia mittatur.Quæ opin.communiter non tenetur,vt per Bald.in l.ij.C.de epiſc.audien,gloſ. & Bart, Cin.& Bald.in l,j.C.ſi de mom.poſſeſ.ſue.appel.

De iure regio ſi ſunt duæ conformes ſententiæ in iudicio poſſeſſorio.non appellatur,lib.xviij.in ord.de Madrid.

Idem dicit Maranta in ſuo Speculo par.vj.verſi. ſecundus actus principalis.numero 294.vbi etiam dicit magis communem eſſe, vt limitetur illud,appellare non poſſe in poſſeſſorio, &c. quo ad effectum retardandæ executionis.Appellatio enim procedit quidem, & operatur, vt cauſa deuoluatur ad ſuperiorem , ſed interim executio latæ ſententiæ non impeditur.Et ſubiungit,ita ſeruari in practica. Nec enim verũ eſt ſimpliciter,cauſam poſſeſſorij eſſe modici præiudicij , maximè quando agitur de perdenda poſſeſſione,vt pulchrè declarat Io.Coraſ.in l.naturaliter.§.nihil commune,numero 26.ff.de acqui. poſſ. Et plenius atque notabilius Maran.in d.verſ.ſecundus actus.nu.301. I. Fich.

P R O. Appellatio extinguit ſententiam.in l.j.§.fi.ff.ad Turp.

O B. Contrà de l.furti.§.j.verſi.ſi autem.ff.de iis,qui not.infa.& l.fin, §.illud.C.de temp.appell.vbi appellatio ſuſpendere videtur iudicatum.

S O. Dic quod verum eſt,quòd per appellationem extinguitur pronuntiatum. quod autem in contrariis dicitur, ſi appellatio non proſequatur retro habere effectum ſententiam,illud eſt fictione iuris,ſecundum gloſſ.ibi. I. Bellon.

Vide Prateium , Appellatio, inſpecto præſenti ſtatu , extinguit ſententiam:ſed futuro conſiderato,ſolum ſuſpendit, Anton.de Tremo. in addi.ad Bona:in practi.exceptionem in rubric.de impe.execu. nume. 1. communem dicit.

Fallit in executione,vel mandato exequendo,quia non ſuſpendit nec extinguit:ad hoc quòd executio impediatur Alc.in l.j.§.ſi quis ita. ff. de verb.obligat.communem dicit,tamen valet appellatio , vt in ſimili de poſſeſſione Ioan.Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune.nume.8. ff.de acqui.poſſ.& ſic debet intelligi Oria in cap.quoniam contra falſam, de proba in verbo interlocutiones.& Soc.in tract.fallen. in verbo appellatio.re.ij.& Alex.conſi.xcv.num.5.

Nota iſtam communem ad intellectum.l.clxj.ſtyli.

Fallit etiam prima in caſibus expreſſis in l.xj.titul.xvj.lib.iij. ord.& in l.xvj.& xiij. & xiiij.tit.xxiij. part.iij.& in aliis caſibus, quos enarrat Nice.in concor.glo.concor.vj. vbi ponit cxxj. caſus in quibus non habet locum appellatio, quem vide. Et nota quòd per d.l.xvj. euacuatur vnum quod quotidie torquet Doctores: an in criminalibus, in quibus condemnatus non admittitur appellans:an ſit neceſſarium quòd ſit conuictus,& confeſſus vel ſi vnum ſufficit, d. l. declarat vnum tamen ſufficere ibi,*por que los teſtigos o por ſu conoçimiento*, cum ad veritatẽ diſiunctiuè ſufficiat quòd vna pars ſit vera,vt tradunt doct.in c.inter ceteras. de reſcript. B. Villal.

Appellatio reducit cauſam ad illum priſtinum ſtatum in quo erat poſt lit.conteſt.Maran.in Spec.Aureo par.iiij.diſt.vj.nu.16.communem dicit. B. Villal.

*ADDITIO.* Ideò Capic.in deci.xxviij.in cauſa magnifici. numero 6.dixit,quòd quæ opponi debent in cauſa principali ante litem conteſtatam,non poſſunt opponi in cauſa appellationis.& condemnatus in prima inſtantia, pendente ſecunda , non poteſt ſoluere ad effectum euitand. quadruplum vel aliam pœnam, vt in ciuilibus intereſſe, nec poteſt moram purgare,niſi fortè libellus alternatiuus eſſet vt tradit M.Ant.Bard.in tract.de temp.vti.& contin.in c.iij.nu.3. I. Fich.

Appellatio non poteſt tolli per ſtatutum.Anto.Nice.in concor.gloſſ, concor.vj.in fi.communem dicit.

Intellige in ſtatuto inferiorum,Ioan.de Ripa.in ca.primo.nume.45. de reſcript.communem dicit. B. Villal.

Appellatio in cauſis feudal.debet fieri ab inferiore domino ad proximiorem,qui ſit ſuperior,& ab illo ad magis ſuperiorem, communem dicit I. Clar.Sentent.§.feudum.quæſt.xc.verſic.vlti. I. Fich.

Appellatio ſub his verbis,appello ad competentem iudicem, valet: Rober.Maran.in ord.iud.par.vj.num.120.communem dicit ex Bart.in l.j.§.j.ſi quis.verſic.quæro,quid,ſi aliquis.ff.de appel.

Amplia ad appellationem alternatiuam.Felin.in c.ij.nume.2. vbi latiſſimè,de appel.communem dicit.

Intellige iſtas communes,ſi certioretur,ad quem appellet intra decem dies:qui dantur ad appellandum.Alex.in conſi.lxxix.in cauſa.numero 5.vol.vij.communem dicit. Villal.

Appellatio prima eſt perſequenda,Maranta par.vj.nu. 132. communem dicit ex Bar.in l.cum procurator.§.ſi dominus,ff.de no.ope. nun.

Amplia,ſi ſecunda ſit in ſcriptis:& prima fuerit viua voce incõtinenti à ſententia definitiua facta.Idem Maranta communem dicit ex Bar. in d.§.ſi dominus.& Pau.conſi.vij.vol,j.& conſi.cclxx.& Lud. Roman. conſi.xlj.in præſenti,num.2.& Pan.in c.dilecto.de appell.licèt Alexan, in d.§.ſi dominus.tenuerit contrarium. B. Villal.

Limita,niſi prima appellatio eſſet inualida , quia tunc ſecundæ validæ poſſit adhærere appellans. ita Minſ.obſer.vij. cent.j. vbi dicit hoc communiter Doctores tenere,in d.l.cum procurator.§.ſi dominus,&c. Si enim quis pluries appellauit, tum in ipſius ſtat arbitrio , quam velit perſequi.vna tamen electa,cæteræ concidunt. Idem Minſing.obſ. lxj, cent.ij. I. Fich.

Appellatio ab interlocutoria non põt fieri viua voce,ſed in ſcriptis à diffinitiua tamen ſic,dũmodo fiat incontinenti,Maranta ibi. nume. 124.

commu

communem dicit ex Cornæo,conſi.xcv.vol.iiij.&Bald. in l. litigatoribus.C.de appel.

In continenti, in hoc dicatur,dum iudex ſedet pro tribunali non ſe diuertens ad actus extraneos,etiam ſi per totum diem ſtet in foro ſedens pro tribunali.Maran.in d.tract.de ord.par.vj.nume.525.communem dicit quem videas. B. Villal.

Simile in teſte, qui debet in continenti dictum ſuum corrigere, quia intelligitur antè,quàm à præſentia examinãris diſcedat,& quid, non diuerterit Abb.Bal.Fely.in c.præterea.de teſt.cogen. Si verò teſtis notæ fidei,& auctoritatis fuerit,poterit ſe corrigere vſque ad publicationem,per M Ant.Bard.in Tract.de temp.Vti.& contin. in c.xj.nu.2. cum tribus ſequen.prout etiam in teſtamento,vt ibi per eum. I. Fich.

Nota iſtas communes ad intel.l.xxij.tit.xxiij.par.iij.& l.v.tit.xvj.lib.iij.ord.& nota quòd licet per d.l.v, contumax non appellet: poteſt tamen tertius pro ſuo intereſſe appellare.Bar.in l.j.§.interdum.verſicul. quæro,Imperator.ff.à qui.appel.non licet.Et not.l.iij.titu.ij.lib. vj.ord. quòd citatus non dicitur contumax etſi compareat coram iudice in ſecunda hora,licèt ſit citatus ad primam,ſi ſolitus eſt ius reddere etiam in ſecunda.

Appellatio non debet pronuntiari deſerta per iudicem à quo ex ſolo lapſu anni,ſed requiritur quòd labatur biennium.Maran.num. 220, magis communem dicit ex Bar.in auth.ei,qui appellat. C. de tempor. appell. B. Villal.

Appellatio,cum copia iudicis non poteſt haberi,neceſſe eſt quod fiat coram honeſtis viris ſaltem coram vno viro honeſto, & tabellione,& teſtibus.Præpo.in c.ſi iuſtus metus.nu.8.de appel.cõem dicit. B. Villal.

Et hoc cum proteſtatione de abſentia aut alio impedimento iudicis, c.ſi.& ibi ſcrib.cõmuniter de appell.etiam ſi fiat coram ſimplici ſacerdote,refert M.Anton.Bard.in Tract.de Temp. Vti.& contin.in cap.iij. num.1. I. Fichar.

Nota iſtam communem ad intel.l.xxij.tit.xxiij.part.iij.

Appellatio extraiudicialis facta iudici requirit expreſſionem cauſæ, vel probabilis coniecturæ:ſecus tamen,ſi fiat parti,Panor.in c.cùm ſit Rom.num.10,de appell,communem dicit, B. Villal.

Appellatio tam iudicialis, quàm extraiudicialis non ſuſpendit factum de præterito.Deci.in c.bonæ.num.17.de appell.communem dicit,& ſic intelligitur.c.conſtitutis.de appel. B. Villal.

Appellationis tempora à iure communi ſtatuta ſeruanda ſunt,etiam in cauſis feud.com,Clarus.§.feudum.q.xcj. P. Fich.

Appellationis iudicem indiſtinctè non debere prius cognoſcere appellationis articulum, quàm principale negocium, Doct. communiter tradunt in c.vt debitus,de appel.Sed ſi appellans petierit,vt,omiſſo appellationis articulo,Iudex ipſe principale negotium cognoſcat, id facere poterit,per tex.in c.cordi.eod.tit,de appell.in vj. & latius per Abb. in d.c.vt debitus. F. Turzan.

Appellationi nunquam eſſe per iudicem deferendum,niſi euidenter ſibi conſtet illam eſſe admittendam,voluit Ioan.And,in c.ad Roma.ij, quæſt.vj.Innoc.autem in c.paſtoralis.de offic,delega.tenet appellationi ſemper eſſe deferendum, vbicunque Iudex in iure, vel in facto meritò poteſt dubitare, háncque opinionem communem eſſe teſtatur Collecta.in c.vt debitus.de appel. F. Turzan.

Appellationi,reclamationi,nullitatis dictioni,& reductioni ad arbitrium boni viri compromittentes renuntiare poſſe,voluere Bar.Bald. & Salic.in l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.Caſtr.conſi.ccliiij.aliàs cclxj.viſis compromiſſo,laudo,puncto.& aliis per text.in l. non diſtinguemus.§.cùm quidam.ff.de recep.arb.quibus tamen contradicit Alb. de Roſa d.§.arbitrorum,verſic.item quæro,an renuntiari poſſit, cõcludens ſiue re ipſa, ſiue arbitratoris dolo iniquum ſit, laudo reclamari poſſe,iuramento & renuntiatione non obſtantibus, vt plenè per ipſum, in l.ſi quis arbitratu Lucij,verſi. item quæro nunquid renuntiari poſſit. ff.de verb.oblig.& in l.non videtur fraudare.ff.de reg.iur.Idem concludit Dy.in c.ſcienti.de reg.iur.lib.vj.Caſt.conſi.cxxiij.verſic.ij.vidẽdum eſt,in no.impreſſ.Spec.in tit.de arbit.§.ſequitur.verſic. quid ſi compromiſſum. & ibi Ioan. And.in verb. viri, latè Cap. Toloſ. deciſ.cclxvij.& Guid.pap.quæſt.cccccxix.& latiſſimè Boër.deciſ.cclxxxiiij.nu.18. verſi. ſed Paulus de Caſtr.& hoc communiter teneri affirmat ipſe Alberi. d.§. arbitrorum.prout etiam refert idem Boër.vbi ſuprà. F. Turza.

etiam in Appellatione ab interlocutoria,ſi pars eſt præſens,debet lis conteſtari,ſicut diffinitiua. Eſt magis commun.opin.ſecund. Aretin. in conſi.xx.in quæſtione,circa fi.nu.5. Mop. Gribald.

Appellatus,non poteſt præfigere terminum appellanti : ſicut poteſt appellans ſibi præfigere,Pano.in c.perſonas.nu.6.de appellat. communem dicit. B. Villal.

P R O. Appellatione domini vſufructuarius non continetur.in l.falſus.in §.fin.ff.de furt.vbi vſufructuarius dominus non eſt.ad idem text. in l. rectè dicimus. ff. de verb. & rerum ſignif.vbi vſuſfru. pars dominij non eſt.

O B. Contrà de l.in venditione.ff.de bo.auct.iud.poſſid. vbi appellatione domini vſufructuarius quoque continetur.& l.iij.ff.de vſufruc. vbi pars dominij eſt vſuſfructus.

S O L. Vſufructuarius eſt dominus impropriè,ſcilicet in vſufructu: vnde dominus eſt vtilis,non directus. gloſ. & ibi Baldus in lege proprietatis.C.de probatio. Bellon.

P R O.Appellatione clericorum veniunt presbyteri, diaconi, ſubdiaconi,lectores,& cantores,§.presbyteris.in authentic.de ſanct. Epiſcopus collat.ix. Bellon.

P R O.Appellatione filiorum veniunt nepotes.l. liberorum. ff. de verborum ſinification.

O B.Contra de l.quod ſi nepotes.ff.de teſta. tut.& §. finali. Inſtitut. qui teſt. tut.dare poſſunt.Vbi aliter filij,aliter nepotes appellantur.

S O L.Filij aut nominantur à lege,aut à teſtatore:ſi à lege continent nepotes:ſi verò à teſtatore in teſtamento minimè. Bellon.

P R O, Appellatione liberorum non veniunt adoptati.l.fidei commiſſum.ff.de condi.& demonſtra. Bellonus.

P R O.Appellatione præparati præparatorium continetur. l. in argento.ff.de aur.& argen.legat. I.Bellon.

P R O.Appellatione ſententiæ ſimpliciter prolatæ intelligitur definitiua.ita not.glo.in l.j.§.biduum.ff.quand.appellan.ſit.& in l. quod iuſſit.in verbo,ſententiis.ff.de re iud. Bellon.

P R O.Apellatione partis ſimpliciter dimidia intelligitur, in l. de ætate.§.ſi interrogatus.ff.de interrogato,actione.Hoc intellige in dubio.Nam quandoque pars de minima intelligitur.in lege inſulæ ff. de iudic.vbi inſulæ ſunt pars prouinciæ, & tamen pars minima ſunt. & vide pro hoc gloſſ.in cap.auaritiæ.in verbo aut earum parte.de elect. in vj Bellonus.

P R O.Appellatione facti continetur non factum.l.ſecunda,§.item ſi in facto.ff.de verbor.oblig. Bellon.

P R O.Appellatione materiæ continetur materiatum quod ad ſui naturam reuerti poteſt.lege,quæſitum.§.illud.ff.de legat.iij. Bellon.

P R O.Appellatione reſidui totum continetur,lege ſecundo. C. de hered.inſtit. Bellonus.

A R B I T E R, vel arbitrator excedens fines mandati retractatur talis exceſſus:Curt.Iuni.conſilio lxxix.num.2.communem dicit.

Concor.cum lege.xxxiiij.tit.iiij.par.iij. Villal.

Arbiter cũ clauſulis ampliſſimis ſolum poteſt lædere.in 6. par.Cur. Iuni.conſi.lxxix.nu.4.& conſi.cxxvj.nu.13.communem dicit.

Amplia quòd poteſtas etiam ampliſſima data arbitris nõ facit quin pro enormi læſione non poſſit peti reductio laudi.Decius conſi. xxxix. nu.communem dicit.

Per has cõmunes intellige l.xxvij.tit.xj.par.iij.& l.ix. & xvij. tit. viij. lib.v.tit.x.par.v.quæ in diuerſis caſibus loquuntur: cum à parte aliquid moderandum relinquitur ad arbitrium alterius partis. I.Villal.

*ADDITIO.* In præſenti materia Bart.in l.ſocietatẽ.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.dixit ꝙ enormis læſio vſque ad ſextam partẽ totius quod petitur,dicitur,Quæ opin.cõmuniter non tenetur,quia Iudicis arbitrio relinquitur.gl.in verſi.definierit.in §.pretiũ.Inſtit.de empt.& vẽd. Cyn. in.l.fin.C.de contr.emp.Rain.in rep.l.ſi libertus.ff.de ope. lib. & Bald. in l.j.in princip.C.ſi aduer. vendi.pig.cum aliis. Et ſimiliter circa reductionem Bar.in d.§.arbitrorum tenet quòd cauſa reductoria infra biennium petatur. Quæ opin.non ſeruatur, licet in totum non approbet quia durat xxx.annis.l.ſicut. C.de præſcri. xxx.ann.& Bald. in l. fi.C.de contra empt. I.Fich.

Nota quòd ſi in compromiſſo ſit renunciatum appellationi,& reductioni ad arbitrium boni viri:talis renunciatio non valet.Cur.Iuni.conſi.lxxix.nu.4.communem dicit. B.Villal.

De iure regio eſt l.xxxv.titu.iiij.part.iij.quæ prohibet appellationem niſi in caſibus.l.xxxiiij.eo.tit.ſed d.l.intellige,niſi aliàs lędatur vltra ſextam partem vt in nu.104. Nota tamen ꝙ per l. xliij. in ord.de Madrid. ſententia arbitrorum debet mendari executioni non obſtante appellatione datis fideiuſſoribus,& cum aliis in ea contentis,& de materia d. l. xliij.vide in verbo Compromiſſum. B.Villal.

Arbiter non acquirit alteri ſine ceſſione.Panorm. in procem. decreta.num.23.commmunem dicit.

Arbitris electis,ſi vnus præmoriatur ſentẽtia aliorum eſt nulla: Cur. Iun.conſi.lxxix.num.1.communem dicit.

Concordat cum l. lxxviij.tit. iiij. par. iij. vbi ponit limitationem ad iſtam communem quam vide. B.Villal.

Arbitrij ſententia prolata,non citata parte,non tenet,nec valet etiã ſi in compromiſſo dictum fuerit, quòd arbiter ferre ſententiam ipſam poſſit,abſentibus partibus, ſecũdum Spec. in tit.de arbi.in §.excipitur. in fin.quẽ ſequitur Ioan.de Imo.in c.cùm delictus ext.de arbit.& Alex. in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig.& Felin.in c.olim.de re iudic.Iſtorum opinionem ſcribit Boër.deciſio.cclxxxiij.num.39. non habere dubitationem aliquam Sed hoc limitatur,non procedere, ſi in compromiſſo eſſent adiecta illa verba quòd arbitri poſſent laudare,ferréq; ſententiã, partibus abſentibus & non citatis, tunc enim bene valebit ſententia,non citatis partibus ſecundum Guil.de Cun.in l.epiſcopale. vlt. q.C.de epiſcop.audien.quem ſequitur Bald.in l.ſi quis ex conſenſu.eod. tit.Paul.Caſtr.Alexã.Soci.& Iaſ.in iij.q.in d.l.ſi quis arbitratu, & opinionem iſtorum Boëri.fatetur eſſe communem in dic.deciſio.cclxxxiij.

nu. 34.cum quatuor ſeq.contra Bar.in d.l.ſi quis arbitratu, contrarium aſſeuerantem,nu.7.& in practica refert obſeruari Marſ.in ſing.clxxiij. ſunt quotidie compromiſſa. Iſtam partem ſequitur etiam conſulendo Bald.conſi.cclxij.in Chriſti nomine nunquid arbiter.vol.j.Barbar.conſil.xviij.nu.17.vol.j.Ioan.de Imo.conſi.vlt.& Ioan.de Ana.cõſi. lxxxiij. viſis his.Ancharra.conſil.cclxx & Roma.conſil.lxj.vbi concludit,quòd Piſis ſeruatur dicta opinio Gui.de Cun. & ſequacium, & communem prædictam intelligunt præcitati Docto.procedere,ſi partes auditæ fuerint plenè ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo, tunc certè in prolatione ſententiæ non requiretur præſentia partis, nec alia citatio,ſecùs ſi partes auditæ non fuerint, & hoc in alio propoſito tactum abunde infrà in verbo,ſententia Princip. F. Viuius.

ab Arbitri perſona non eſſe recedendum,l.in compromiſſis.ff.de arbit.& l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig. Bellon. Toloſ.

Arbitri dati ſecundum formam ſtatuti,magis accedunt ad naturam delegatorum quàm ordinariorum,& ſic ſi diuerſas ſententias protulerunt,adeundus eſt ſuperior vt confirmet quam maluerit, Iaſ. in l.duo iudices,nu.9,ff,de re iud.communem dicit. B. Villal.

Arbitratorem ſententia non producit effectum, ac actionem, niſi poſt triginta annos, intra quos ſemper poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri Io.de Rip.in c.de reſcrip.nume.5.& Deci.conſil. xxxix. num.60.communem dicit,non intelligas iſtam communem in arbitris iuris:quia à ſententia iſtorum appellatur intra decem dies per l.fi. titu. iiij.par.iij. B. Vil.

Arbitratores non coguntur eligere tertium in caſu diſcordiæ:Deci. in c.cùm ſpeciali,de appel.nu.7.communem dicit.

De iure regio arbitratores non poſſunt compelli: tamen partes & arbitratores per ordinarium poſſunt compelli ad eligendum tertium. l.xxix.titul.iiij.part.iij.ſi non ſit data poteſtas arbitratoribus vt eligant tertium,ſed ſi data eſt ſibi poteſtas ad petitionem cuiuſque partis poſſunt compelli,l.xxvj.eod.tit. B. Villalob.

P R O.Arbitria ſunt hodie redacta ad formam iudiciorum.l.j.ff. de recept.arbit. Bellon.

P R O. Arbitrium, & æſtimatio alicuius electi reducitur ad arbitrium boni viri.in l.fideicommiſſa.in §.quanquam.ff.de leg. iij.l. fideicommiſſaria.ff.de fi.lib. I. Bellon.

Arbores fructiferas in fundo feudali Vaſallus incidere non poteſt. ex Io.Clar.Sent.§.feud.quæſt.xlvij. P. Fich.

Archidiaconus,qui eſt Archidiaconus,& Canonicus in eadem eccleſia,duplicem vocem habet in electionibus,vt archidiaconus(inquam) & vt Canonicus.c.cùm olim,vbi Abbas,& Doct.poſt glo.quorum opinionem aſſeuerat eſſe communem ibi Feli. ſimiliter qui eſt Archidiaconus, & Canonicus debet obtinere ob præſentiam perſonalem duplices diſtributiones,eas inquam,quæ Archidiacono tantum,& Canonico tantum debentur ſecun.Ioan.And.& Abb.Feli.in d.ca. cum olim. Bald.& Card.ei ſubſcribentem in conſil.liij.quamuis iudicio meo præcipitanter Ant.in dict.cap.cum olim,teneat contrarium,videlicet quòd Archidiaconus, & Canonicus ſimul ob perſonalem præſentiam non poſſit habere,niſi ſimplices diſtributiones,& cum Anton.ſentiunt Rochus Curt.in c.fi.de conſuetu.& Gomeſi.in tract.de expectatiuis.num. 54.& licet præfata opinio Ioan.And.ſit aliquantulum dubia,vt putat Aret.in c.iij.de probatio. tamen ea verior eſt, & magis communis vt referunt Doctores.in dict.cap.cum olim,& tanto magis procederet de plano,& abſque dubio ſententia Ioan. And.& obtineret ſi per cõſuetudinem fuerit recepta ſecundum Bald.& Card.in d. conſi.liij.Deci.in c.cùm omnes.in prima lectura.& ex ea ibi.num.52.de conſt. quamuis Curtius in loco præcitato malè, & abſque aliqua ratione aſſerat adeò eſſe veram Anton.opinionem quòd nec contraria conſuetudine poſſit admitti. F. Viuius.

Archidiaconus,aut alius prælatus inferior non poteſt imponere nec petere charitatiuum ſubſidium, & iij.part,j.niſi hoc habeat ex priuilegio,vel conſuetudine.Boër.deci.cxxxiij.nu.2.communem dicit.& vide in verbo Charitatiuum.

Concor.cum l.viij.tit.xxiij.part.j. quæ loquitur de charitatiuo ſubſidio. B. Villal.

Archiepiſcopus poteſt delegare conſecrationem Epiſcopi. Alcia. in c.quod ſedem,nu.7.de offic.ord.communem dicit. B. Villal.

Archiepiſcopus poteſt viſitare Diœceſim ſuorum ſuffraganeorum, etiam non data negligentia ſuffraganei.Franc.de Aret.in c. ſicut olim. de accuſ.nu.13.communem dicit approbata gl.ibi ex tex.c.fi. de cenſi. lib.vj. Idem.

P R O. Arguere licet de milite ad clericum.glo.communiter approbata,in l.miles,ff.de re iud.& pro hoc vide Accur.in l. ſtipendia. C. de execut.rei iud.& in §.j.Inſt.de mil.teſtam.clericus enim eſt miles cœleſtis.in c.epiſcopus.extra de præbendis. Bellon.

P R O.Argumentum ab auctoritate valet.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat. hom.l.j.ff.de legibus.l.ſi pater.ff.de ſolut.l.Cicero.ff.de pœn.in c. nunquam.de conſec.diſt.v.in c.forus.de verborum ſignificat.

O B. Contrà, ſtandum non eſt auctoritat. in l. ſed diui. ff. de rerum diuiſ.in l.prima.ff.de contrah.empt.

S O L. Auctoritates Philoſophorum,Poëtarum,& Oratorum, bene poſſunt allegari in cauſis, ſed opiniones eorum poſſunt reprobari, vt in contrariis.gl.in §.item pretium.Inſt.de empt.& vend. Bellon.

Argumentum de alimentis ad dotem valet,& tenet ſecundum Cyn. in l.in omni.C.de admi.tut.Cyn.& Bal.in l.ſi mater.C.de iure dot.Bar. in l.fi.ff.de iis quibus vt indig.Pau.de Caſtr.& Imo.in l.j.ff.ſol.matrim. & Ruinus conſi.cx. iiij.vol.j.& conſi cxcix.nu.9.vol.ij.vbi ait, hanc eſſe communem opinionem. F.Viuius.

Argumentum à contrario ſenſu habet locum regulariter in legibus, ſeu verbis legis, & canonis, text. eſt notab.in l.j.§.huius rei.ff. de offic. eius,cui eſt manda.iuriſd.in l.qui teſtamento.§.mulier.ff. de teſtam. & in cap.apoſtolica.in fine.de iis,quæ fiunt à Prælat.in cap. cùm virum. de regularib.cum aliis ſimilibus.Hoc verò procedit quoque in legibus,vel canonibus conditionaliter loquentibus ſecundum Pet.Cyn.& Bal.in l. conuenticula.C.de epiſc.& cler.Bald.& Paul.de Caſtr.in d. l. qui teſtamento.§.mulier.Alexan.in dict.§.huius rei.nume.38.vbi Riminal. Niger, & alij Modern. aſſerunt iſtam eſſe communem opinionem: nec mirum,ſi dictum argumentum ſit in iure fortiſſimum, quia dicitur mẽs legis,vel ſtatuti,vt eſt glo.ordinaria in dict.§.mulier.quæ dicit ſenſum contrarium pro lege accipi,ita quòd iſtud,quod venit à contrario ſenſu habetur perinde ac ſi eſſet in lege expreſſum,quam gloſſ.dicunt ſingularem,& celebrem Bal.& Pau.de Caſtr.in dict.§.mulier,& Bald.in dicta.l.conuenticula.& in cap. primo.de conſtitut. nec iſtud argumentum à contrario ſenſu venit ex interpretatione, & coniectura, ſed ex ſenſu,& mente legis,ſecundum Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure,& in dicta l.prima.ff.de offi.eius,poſt Dyn.& Deci.ibi nu.59. & ſeq. vbi tenet quòd argumentum à contrario ſenſu venit ex mente ſaltem, quæ ſumitur à cauſa finali. Idémque tenet ibidem Curt.Iunior. nu. 42. multa adducens,& reſpondens ad contraria,& Nicolaus Euerardus in ſua centuria.in iiij.loco poſt princ.in loco à contra. ſenſ. hanc opinionem ſequitur etiam,& communem eſſe dicit Sapia,vbi ſuprà,num.99. cum ſeq.quædam adducens pro vtraque parte,& nume.102. dicit argumentum à contrario ſenſu propriè dici ex lege quantum ad mẽtem, ſed non quantum ad verba,& quod dicatur potiùs venire ex mente, & intellectu,quàm ex verbis voluit Paul.Oriā.in dicta l.prima.nume. 99. in fine.poſt Imo.per eum allegatum,Iac.Niger,nume.42.cum ſequen. latè diſcutit articulum,& iſtam opinionem ſequitur: & ibi nume. 44. præſupponit contrariam opinionem eſſe communem, præſupponit etiam quòd contrariam ſententiam teneat Bart. in d.l.j. Sed non eſt verum.Item hoc argumentum non ſolum ſumitur in legibus, vt ſuprà docuimus,ſed etiam habet locum in ſtatutis quoque, & eſt validum in iure ſecundum Bart.in l.omnes.ff.de iuſti. & iure, & in l.non poſſibile. ff.de pactis.Alexan.conſi.lxviij.circa præmiſſam pecuniam. Corſet. in ſing.ſuo primo in ordine argumentum,Bal.Imo. in l. Gallus. §. ille caſus.ff.de liber.& poſthu.& Doct.omnes in d.§.huius rei,Roman.in ſing. cvj.Bal.in l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.Feli.in ca. ſignificaſti.de foro competent.Lauren.de Rodul.in tract.de vſuris.quæſt.cxl.& iſta eſt communis opinio,de qua atteſtatur Rom.in d.ſing. cvj. Felin. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtit.Curt.Iuni.in dicta.l.j.nume.85.& Euerardus in loco præcitato verſicu.& quia ſuprà plenè, & abundè, vbi iſtam ampliationem nonnihil declarat. Aduerte tamen hic quia hoc argumentum à contrario ſenſu non colligitur in ſtatutis correctoriis, vt per Doct.in dicta l.prima.quod interpretatur, quando ſtatutum nihil operatur in ſenſu directo,ſecundum doctrinam Bald.in l.obſeruare. §.proficiſci circa finem.ff.de offi.Procon.quam ſequitur Alexand. poſt Imo.in l.ſi cùm dotem.ff.ſolut.matrimon. & Felin. in d. cap. ſignificaſti.Et ex hoc verificatur illa deciſio notabilis Dyn.& Cyn.quam ſequitur Bal.Pau.de Caſtr.& omnes in dicta l.conuenticula, nume.4. de ſtatuto Florentino diſponente quòd non ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ patri ſuccedant,vt ſcilicet ſumatur argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris communis,ita quòd,ſtantibus filiis,fœminæ non ſuccedant,aliàs nihil operaretur in ſenſu directo,& iſta eſt communis opinio, vt patet ex allegatis per Alexand. & Iaſon. in dicta l. prima. quam communem ſequuntur Deci. ibi numero 59. Curti. Iunior.numero 37. Felin. in dicto capitulo, ſignificaſti. l. multa adducens, & Euerardus in loco præcitato,verſiculo primo,vt procedat quando lex. Et iſtam communem latè tradit Albert.Brunus in ſuo tract. quòd ſtantibus maſculis,in ſeptima articul.in prima quæſtione eam ſequens, & defendens.Similiter hoc argumentum habet locum in vltimis voluntatibus, etiam ſi diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis.l. aliquando.ff.de conditio. & demon.& in l.ſi legatum purè, in princip. ff. de adimen.legat.tradit Corſetus in dict.ſingul.primo Iaſon.in d.l. prima.numero 50. Deci. numero 47. & iſtam ampliationem plurimum declarat Euerardus in loco, de quo ſuprà verſicul. item circa præmiſſa quæro,Iaſ.in dicta l.prima.vbi Modern.præſertim Curti.Iunior dicunt communem,num.59. F.Viuius.

Argumentum à contrario ſenſu non ſolùm ſumitur in legibus, ſed etiam in contractibus bonæ fidei,& ſtricti iuris, & in vltima voluntate,& in mandatis,& in reſpon.Curt.Iun.in l.j.numero 59. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.communem dicit.

Amplia

Amplia in ſtatutis, Idem numero 85. communem dicit.

Limita iſtam ampliation. niſi reſultaret correctio iuris communis. Idem nu. 96. & in conſi. xciij. nu. 4. communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem ſi aliàs ſtatutum de nihilo ſeruiret in ſenſu directo; ſi argumentum à contrario ſenſu non ſumeretur. Idem Curt. Iuni. conſi. xciij. num. 6. communem dicit.

Fallit primò dicta regula generalis, niſi ſequeretur aliqua turpitudo, ſi ſumeretur argumentum à contrario ſenſu. Idem Curt. Iuni. in d. l. prima ibi, ſecunda datur generalis limitatio communem dicit.

Fallit ſecundò, ſi reſultaret correctio legum. Idem ibi communem dicit. B. Villal.

PRO. A contrario ſenſu valet argum. in l. j. §. huius rei fortiſſimum eſt argumentum. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. in l. qui teſtamento. §. mulier, ff. de teſtam.

OBIEC. Contrà de l. conuenticula. C. de epiſc. & cleric. vbi conuenticula illicita exercere non licet extra eccleſiam. Ergo à contrario ſenſu in eccleſia liceret: quod non eſt dicendum. ad idem text. in l. nemo. C. de iuriſ. omn. iud. vbi poſt litem recuſari non debet iudex. ergo à contrario ante litem deberet recuſari: quod eſt falſum.

SOL. Argumentum à contrario ſenſu non valet, vbi reſultat abſonus intellectus contra legem. in l. ij. C. de cond. inſert. Bellon.

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet. Curt. Iun. conſi clxxj. nu. 3. communem dicit. B. Villal.

PRO. Argumentum ducitur ab actu teſtamentario, ad actum iudicialem, & contrà: vnde par videtur auctoritas teſtatoris, & iudicis l. non eſt mirum. de pign. act. ff. Bellon.

PRO. Argumentum à definitione valet. l. j. §. j. ff. de dolo malo. in l. prima vbi Bar. ff. de teſtam.

OB. Contrà de l. omnis definitio. ff. de reg. iur.

SOL. Definitionē dare in iure ciuili periculoſum eſt: omnis enim bona definitio debet conſtare genere, & differentia, ſecundum Bart. in d. l. j. de teſtam. Sed magna eſt penuria differentiarum ſecundum Dialecticos: ideo parum eſt, vt definitio ſubuerti non poſſit; ſed licet arguere à definitione in eo, quòd conuerti debet definitio cum ſuo definito, & contrà, vt hic. Vel dic, quòd illa lex intelligitur de regula quæ patitur multas exceptiones. definitio enim regula eſt. in l. j. ff. de regul. Car. vt ibi gl. intelligit, non de hac definit. Bellon. Toloſ.

PRO Argumentum à partium enumeratione valet. l. re coniuncti. vbi Bar. ff. de leg. iij. in §. j. vbi Ang. Inſtit. de oblig. ex quaſi contract. in §. actionum. vbi gl. Inſtit. de actio. Bellon.

PRO. Argumentum ab etymologia vocabuli valet. l. j. ff. de iuſtit. & iur. l. ij. § appellata. vbi latè Bar. & Doct. ff. ſi cert. pet. in l. j. ff. de acquir. poſſ. in l. ſenatus. in §. donatio. ff. de dona. cauſ. mor. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. ff. in §. ſicariis. Inſt. de pub. iud.

OB. Contrà non licet ita arguere, teſtamentum dicitur quòd teſtatio mentis ſit. §. j. Inſt. de teſt. ord. ergo teſtatio mentis eſt teſtamentum. nam legatum & codicilli ſunt teſtatio mentis, & tamen non ſunt teſtamentum.

SOL. Ab etymologia valet argumentum tantum negatiuè, vt exempli cauſa, Teſtatio mentis non eſt, ergo non eſt teſtamentum. valet argum. non affirmatiuè, vt in contrariis. Bellon.

PRO. Arma legibus indigent, & leges armis, in l. vnica. in princ. C. de Inſt. cod. confi. & in prooemio Inſt. vbi gl. Bellon.

PRO. Arma magis quàm iura ſcire milites ſacratiſſimus legiſlator exiſtimauit, in l. fi. §. j. C. de iur. delib. l. j C. de iur & fact. igno. Bell.

PRO. Armorum appellatione non ſolùm tela & gladij, ſed & fuſtes & lapides ſignificari intelligimus in l. armorum. ff. de verb. ſig. in §. recuperandæ. Inſt. de interdict. Bellon.

Arrha quæ datur in contractu ſponſaliorum redditur danti ſoluto matrimonio, Præp. in c. Gemma, deſpon. communem dicit.

Differunt tamen iſtæ arrhæ ab arrhis de quibus loquitur l. j. & ij. tit. ij. lib. iij. For. ll. & lex 50. cum ſequenti in deciſ. tau. quæ datur in præmium pudicitiæ, quæ etiam poteſt aſſignari mulieri corruptæ. l. j. tit. ij. lib. iij. For. ll. & l. vj. tit. j. lib. iij. For. ll. Iungo quæ mulieres ſunt, nec ſunt donationes propter nuptias, de quibus loquitur. l. j tit. xj. part. iiij. & l. vij. & xxiij. tit. xj. ea. part. & Pala. Ruber. in repet. c. nuper. de dona. inter vi. & vxo. in prin. nume. 1. & 2. Nota quòd iſtæ arrhæ de quibus loquitur l. 50. tau. debent excedere decimam partem bonorum mariti per d. l. Nec obſtat pragma. cj. in curiis de Madrid. de anno. 1534. quia illa pragma. non loquitur niſi in iocalibus. Et in hoc deceptus eſt additionator ad do. de Segma. in l. j. §. ſi vir. nume. 134. ff. de acquir. poſſ. quia in iure regio maximum diſcrimen eſt inter arrhas, & iocalia, vt probatur in l. lij. in d. ord. tau. & ſoluto matrimonio. arrhæ de quibus loquitur d. l. 50. Arrhæ enim ſunt mulieris & ſuorum heredum etiam ab inteſtato per l. lj. tau. Iocalia autem ſunt mariti cum diſtinctione de qua in d. l. lij. & per illam legem intelligitur l. iij. tit. xj. par. iiij. de qua per Ioan. Lupum in d. repet. rubr. col. vj. §. iij. nu. 5. Nec obſtat verbum appoſitum in d. pragma. *ni en otra coſa*, quia dictio alia, eſt repetitiua ſimilium, vt dictum eſt & cùm ſit facta mentio in d. pragma. de veſtibus & iocalibus, & de illis intelligēda vt euitetur legum correctio. Et nota quòd dictum eſt arrham non poſſe excedere decimam partem bonorum quæ intelligantur niſi.

Aliàs contractus arrharum ſit iuratus ſecundum Alex. conſi. xxvij. vol. j. & Segu. in l. j. §. ſi vir. nu. 138. ff. de acq. poſ. & Io. Lupus in d. rep. Rub. §. xxiiij. ſed Rodericus Guarz. in l. j. *di de las Arras*. q. iij. For. l. xxxij. tenet non firmari iuramento promiſſionem per l. vi. lib. iij. foro iud. incip. *muchas vezes*. quæ opinio corroboratur per D. Alciat. in c. cùm contingat. num. 134. de iureiurand. vbi dicit, quòd quoties per ſtatutum adnullatur contractus, adnullatur & iuramentum: quia tale iuramentum nullum robur contractui præſtat quominus ſaltem compellatur recipiens relaxare iuramentum vt in expreſſo tenet Fede. de Senis conſi. cclxxij. & d. l. vj. fuit ſancita per omnes prælatos Hiſpaniarum in conci. iiij. Toletano Honorio papa primo & Siſuando rege Hiſpaniæ & Gallaciæ. & ſi non poteſt dici ſtatutum laicale: nec eſt facienda vis in poteſtate ſtatuentium quod dictum Io. Lupum torquet, & cogitandum reliquit: ſed præſuppoſita l. j. tau. quæ præter partitas, ac ordinamenta, ac pragmaticas omnes alias ll. repellit, nec ſtandum eſſe foris declarat niſi quatenus ſunt in obſeruantia: nulli dubium eſt d. l. vj. nullum robur obtinere & diceti eſſe in obſeruãtia, incumbit onus probandi, vt in ſimili determinat d. Roderic. in prooe. folio 2. & 3. non tamen ita exactè ſicut conſuetudo vbi ponit duas limitationes: prima, ſi eſſet notoria obſeruantia alicuius fori. quia tunc ſufficit proponere ac allegare notorietatem licet non probetur, vt per Bald. in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. ſecunda, ſi teſtes non recordentur caſum accidiſſe ſecundum Cyn. in l. ij. C. quæ ſit longa conſuet. ſed contra Rode in quantum dicit quòd dicenti eſſe in obſeruantia incumbit onus probandi, eſt l. iiij. tit. j. lib. v. ordi. in fi. loquens de l. ij. tit. j. lib. iij. For. ll. in qua cauetur quod ſoror quæ eſt in poteſtate fratrum, ſi matrimonium contrahit, priuatur hæreditate, & in d. l. iiij. diſponitur quòd d. l. ij. obſeruetur dicens, *no enuargante que por longo tiempo no aya ſido vſada pues por otras nueſtras leyes no fueron reuocadas.* & ſic dicens quòd non ſit in vſu: ille debet probare cùm ll. ſemper ſint in viridi obſeruantia l. Arriani. C. de hæretic. Domini. in cap. primo. de conſti. in vj. Panorm. in cap. Ioannes de cler. coniug. & Felyn. in cap. j. de treug. & pace & vide l. iiij. titu. iiij. libro. j. ordi.

Nota quòd dictæ arrhæ, de quibus loquitur d. l. 50. non confiſcantur ex delicto mariti l. iij. tit. viij. lib. viij. ordi. & proprietas illorum debet reſeruari filiis primi matrimonij, ſi maritus ſecundo nupſerit. Franc. Cremon. in fin. clxxij. & l. xxiij. titu. xj. par. iiij. & l. xxvj. tit. lxxiij. par. v. & de iſtis arrhis vide in verbo pœna. B. Villal.

Arrogato decedente qui inſtitutus eſt à patre, & ab arrogante, ſubſtitutis diuerſis, vel ſine ſubſtitutione ſubſtitutus à patre naturali, vel heres patris ab inteſtato ſuccedit in bonis patris naturalis; ſubſtitutus ab arrogante, vel eius heres ab inteſtato ſuccedit in bonis arrogantis. Iaſ. in l. arrogator. nu. 39. ff. de adopt. communem dicit. B. Villal.

PRO. Ars naturam imitatur. in §. minorum. Inſtitu. de adoptio.

PRO. Ars artium eſt regimen animarum. c. cum ſit ars artium. de electiõn. extra.

PRO. Articulus, tunc, extremitatem temporis ſignificat l. iiij. §. j. ff. de condi. & demon. I. Bellon.

ASCENDENTES poſſunt per ſtatutum priuari legitima in totum. Io. de Rip. de legi. reſpon. vij. nu. ſi. communem dicit de legitima deſcendentium, vide infra in verbo legitima. numero. 65. B. Villal.

Aſcendentibus non minus quàm deſcendentibus relinquenda eſt legitima titulo inſtitutionis. Com. dic. contra Bar. I. Clarus. §. teſtamentū. q. xxxvj. verſi. ſed quæro tu ſcis. Pius Fich.

Aſſaſini omnes illi dicuntur, qui pecunia alióve pretio conducti homines occidunt, ſeu percutiunt, nihil tale ab eis præcauentes, ſecundū Dominic. Anchar. Imol. Vanchelium, & Probum in cap. j. de homici. in vj. eam conſtitutionem intelligentes in iis, qui aliquem Chriſtianū mandant occidi per homicidas pecunia ad id conductos, etiã ſi homicidarij Chriſtiani ſint. Idémque tenent Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. nume. 14. ff. de iniuriis, & in l. Cicero. ff. de pœnis. Pau. de Caſtr. in l. j. §. fi. ff. de eo per quem factum erit, Bal. & Sal. in l. non ideo minus. C. de accuſatio. Ang. in l. qui ſepulchra. C. de ſepulch. viola. Alex. conſi. clxvj. videretur. nu. 1. vbi dicit cur aſſaſſinus ſic appelletur lib. vij. Marſi. in practi. crimi. §. examinanda. nu. 21. & §. diligenter. nume. 156. & in l. vnica. numer. 105. C. de raptu virginum. Carreri. in practi. crimin. titu. de homi. §. circa tertium, in princ. Grammati. voto viij. & xj. & Capicius deciſio, clv. quorum opinio communis eſt, & conſuetudine recepta, teſte Aretin. conſi. clxiij. ſicut num. 17. & eſt adeò recepta, vt pauci ſcriben. admodum refragentur, vnde is, qui potum abortionis cauſa dederit, & ſequutus fuerit abortus infantis iam animati, pœna mortis puniendus eſt, l. pen. C. de ſicari. & l. diuus. ff. de variis & extraordi. crimi. Si verò abortus eſſet infantis nondum animati, pœna extraordinaria exilij puniendus veniret, l. ſi mulierem. ff. de ſicar. & ibi Marſil. & Ioan. Igneus in l. j. §. occiſorum. ff. ad Sillania. & not. in c. ſi aliquis per illum text. de homici. ſed dato quòd non mors, nec abortus fuerit ex potione illa ſequutus vilis damnandus eſt in metallum, & honeſtus in inſulam relegandus amiſſa parte bonorum, text. eſt in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis: tamen nota, fœmina quæ ob pecuniam

niam fœtum etiam nondum animatum potionibus ſumptis abegerit, vt locus fiat ventris ſubſtituto, mortis pœna eſt punienda, tex. eſt inſignis in d.l.Cicero, quem ad hoc dixerunt celebrem, & ſingularem Feli. & Anania. in c.ſi aliquis de homicidio, Card. in c.ſicut ij.eod.titu. Deci.conſ.cxxxv. Ananias, & ibi Bologni.conſi.j.col.fi. F.Riuius.

Aſſertioni alicuius ſtatur cum aliquid permittitur cum cauſa, quòd ſit cauſa. Bello.conſi.xlix.nu.12.communem dicit. B.Villal.

Aſſertio facta à perſona prohibita, quæ non poteſt liberè talem actum facere, niſi concurrente eo quod aſſeritur, ſuſpecta redditur, & in fraudem legis emanata dicitur, ita quòd ei non creditur. Ber.latè, qui communem dicit conſi.cxxxv.& conſi.ccvj.volu.j.Rimi. in l.ſi forte. poſt gl.Bar.Alex.& Iaſ.ff.de caſt.pec. Io.Fich.

Aſſeſſorem imperitum eligens, tenetur & obligatur ex ſententia iniuſta. Cur.Iun.in rubrica de offic.eius cui.nu.25.ff.cõem dicit. B.Vill.

PRO. Aſſeueratio ſeu profeſſio nuda non inducit ius, neque probationem. in l.non nudis. C.de probationib. in l.neque profeſſio. C. de teſtam. I.Bellon.

ATTENTATA poſt appellationem iudicialem ſunt omnino reuocanda, poſt appellationem autem extraiudicialem, reuocantur ſolùm ea, quæ ſunt contra appellationem. Deci.in c.bonæ.nu.18. de appel.communem dicit. B.Villal.

Attentata contra appel.extraiudicialem non ſunt nulla ipſo iure, ſed veniunt reuocanda, communem dicit Philip.Franc.in c.j.in prin. extra de appel. I. Fichard.

Atteſtationes non publicatæ, etiam inter eaſdem perſonas coram alio iudice non probant. Fel.in c.cauſam, quæ.nu.13.de teſtibus. communem dicit, etiam ſi iudex coram quo producuntur, ſit ſecundæ inſtantiæ. Alex.conſi.lxxxij.nu.20.vol.iij.communem dicit, quem refert Fel.in d.c.cauſam quæ. B.Villal.

PRO. AVARVS eſt inſatiabilis, cui totus mundus nec obolus eſt. vnde ſemper auarus eget. Eccl.v. in c.ſicut hi.xlvij.diſt.

PRO. Auarus eſt cæcus. in c.auaritiæ cæcitas. vbi canonic. de elect. lib.vj. Bellon. Toloſ.

PRO. Auariſſimum genus eſt mulierum: facilius enim ſe obligat, quàm alicui donet mulier. l.ſed ſi ego. in fine. vbi gloſ.ff.ad ſenatuſcon. Velleia. Bellon.

PRO. Auaritia eſt omnium malorum mater. §.cogitatio. circa medium. in auth.vt iud.ſine quoq.ſuffr.coll.ij. Bellon.

PRO. Auaritia legitimis ictibus eſt ferienda. l.ſi quis in ſuo. C. de inoffi.teſtam. Idem Bell.

PRO. Audacia circa licita approbatur, & circa illicita reprobatur. in l.Gallus.§.videndum.ff.de lib.& poſth.iuncta l.ſi quis in tantam fureris audaciam. C.vnde vi. Bellon.

Aureus, & ſolidus in iure inter ſe æquipatantur, & hæc ſolidorum nominatio pro aureis accipitur l.quotieſcunque. C.de ſuſceptio.lib.x. Præpo.& c.vbi ait eſſe caſum Rogerius. in l.ſi pater.§.fin.ff.de donatio. nam ſecundum eum dicitur ibi, quòd ſolidus legalis valet aureum. Hoc quippe non exprimit ille text. ſed tantum quòd libra auri eſſe debet de ſeptuaginta duobus ſolidis. Illi ſolidi an ſint aurei text. ille non aperit aliter. vnde certius, & melius probatur in §.finali. Inſtitut. de pœna teme.litigan. iuncta l.penultima. in fine.ff.de in ius vocand. ibique gloſſ.& Iaſ.notant, & ea iura ita vnita ad hoc perpendit Aldobran. in §.ſed hoc iure. numero 3. Inſtitut.de Atilia. tuto. & idem firmar, & tenet gloſſ.Bald.Salice.in l.quicunque. C. de ſeruis fugiti. & in l.finali. & ibi Bald. & Paul.de Caſtr. C.communia de lega. Nicola.de Neapo. & Faber in §.primo. Inſtitut. de donation. Solidi autem inde appellari reperiuntur (vt arbitratur Budæus quem citat Aldobran. in loco præcitato) quaſi iuſti, & integri ponderis, ſeu (& forſan melius ſecundum gloſſ.in l.j.C.de vet.num.pot.lib.xi.) à ſoliditate qui de ſolo auro fiunt, & iſti dicuntur aurei legales, quorum ſeptuaginta duo conſtituunt libram auri. d.l.quotieſcunque ſecundum communem intellectum not.glo.in d.l.ſi pater.§.fin.& in l.fin.ff.de in ius vocando, & ibidem Iaſ.gloſſ.in §.nos autem, inſtit.de Attilia. tuto. Canna, in tract. de inſinuatione in ij.par.q.xxxj. meritò ex hoc infertur ad vnum valde vtile quòd cum hodie aurei, quibus vtimur, vt Veneti, Florentini, & id genus deminuti reperiantur, & minoris ponderis circumferantur adeò quòd nonaginta ſex aurei requiruntur ad conſtituendam libram auri, colligitur ſeu ſequitur ex præfatis vtiliter donationem vſque ad ſeptingentos aureos, & vltra valere poſſe ſine inſinuationis interuentu, & ſic in maiori ſumma aureorum nunc decurrentium, ita Paul. de Caſtr. in d.l.final. C.communia de lega. in princip. Iaſon. in dicta l.fina. ff.de in ius vocan. Decius conſilio cxxxxix.num. 2.& conſi. ccccxxxij. numero 15. Soci. conſilio xlviij. volumine primo. Soci. Iuni. conſilio cxviij.nu.10.vol.j.& Bell.conſi.iiij.col.pen.& ſeq. F.Viuius.

Auocatio cauſæ facta per Papam, operatur, quòd facta per iudicem etiam ignorantem aduocationem, non valeat, Ioan.de Ripa, in ca. cum M.de conſt.nu.96.communem dicit.

Intellige ſi fiat motu proprio papæ, ſecùs tamen ſi ad petitionem partis. Idem ibi communem dicit. B.Villalo.

Auocatio cauſæ dicitur eo ipſo quòd Romanus pótifex incipit cognoſcere. Idem Ripa. ibi.num.197.communem dicit. Villalo.

Auctoritas doctorum ſolùm eſt probabilis & non neceſſaria, Cur. Iuni. conſilio clx.nume.4.& conſilio cxxxvj.nu. 8. communem dicit. Villalobos.

Auth.quas actiones. C.de ſacroſanct.eccleſ.habet locum in quolibet loco pio vel villa. Cur.Iun.conſi.cxxxiiij.nume.38. communẽ dicit. Villalobos.

Authen.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vend.habet locum etiam in donationibus. Cur.Iun.conſi.cxlj.nume.2.communem dicit, & Anto.cum Dec.conſi.clxxxij.in princip. Villalo.

Auus excludit in ſucceſſione neptis fratres non vtrinque coniunctos, Bello.conſi.xxiiij. in princi.communem dicit ex gloſ.in l.j.ff. de iuris.& fact.ignor.in ver.potiorem. Villalo.

De iure regio quicũque aſcẽdẽs excludit fratrẽ defuncti per l.vij.tau.

Auus poteſt hodie pupillariter ſubſtituere nepoti præterito ex filio emancipato, communem aſſerit Franc. Ripa in l.ij. numero 31. de vulgari & pupil. B.Villalob.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM,

## *LIBER SECVNDVS.*

B

BANNITVS cum bonorum confiſcatione non inhabilitatur adeò, quin bonorum, quæ ſibi ex teſtamento legitimo, & valido deferuntur, in alio loco exiſtentium, & illorum ſucceſſionis capax ſit: Bonorum verò in loco, à quo bannitus reperitur conſiſtentium, vel etiam in alio loco ſibi ex forma ſtatutorum loci, à quo eſt bannitus delatorum ſucceſſionis indignus efficitur incapax & inhabilis. Conſuluit Alex. hanc tradens pro communi ſententia conſilio xxvj. circa primum. libro j. F.Turz.

Bannitus, & condemnatus in centum cum adiectione, quòd ſi non ſoluerit intra decem dies poſtquam venerit in fortiam communitatis, amputetur ei lingua, ſi eo deducto in fortiam prædictam, & in carceribus exiſtente non ſoluerit & interim fiat nouum ſtatutum quòd omnes banniti retrò, ſiue in ęre, ſiue in perſona rebanniantur, ſoluta certa pecunię quantitate, quam iſte exiſtens in carceribus ſoluit, an dicatur rebannitus, & poſt plurimorum ſententias quas Iaſon refert denique in l.ſi is, qui pro emptore. in fin.ff.de vſucap. fuit opinionis, quòd ſtatutum ſibi ad euadendam pœnam abſciſsionis linguæ proſit, & eam dicit benigniorem interpretationem, teſte quoque Bart. ergo amplectendam, l.interpretatione, & l.hodie.ff.de pœn. cum concor. de quibus in Gloſſ. in d.l.interpretatione. P.Turz.

Bannitus eſt capax ſucceſſionum, quæ ipſi deferuntur ex diſpoſitione iuris communis ex I.Claro Sentent.§.teſtamentum.q.xx. P. Fich.

Bannitus etiam ſi impunè offendi poſſit, tamen retinet beneficia iuris communis, etiam quo ad bona poſita intra territorium illius ciuitatis à qua bannitus eſt. Hanc magis communem eſſe contra Iaſonem dicit I Clarus.§.teſtamentum.q.xx.verſ.Et hæc quidem. Pius Fich.

Bannitus teſtari poteſt ſecundum Ius cõmune, ſed ſecundum ſtatuta ciuitatis à qua exulat non poteſt teſtari, ita communem eſſe dicit idem ibidem.q.xv. Pius Fichard.

Bannitus non amittit beneficia iuris communis, ſed eius tantum ciuitatis, cuius banno ſuppoſitus eſt. Eſt cõmunis opinio ſecundum Alexan.conſil.xxvj. circa princi. verſic.& per hoc patet. vol.j. Moph.Grib.

Bannitus licet per ſententiam poſſit occidi, non tamen intra tempus, cùm agitur contra bannum vel ſententiam per viam nullitatis, vel appellationis, Iaſ.in l.poſſideri.§ ſi ſeruum quem.nu.8.ff.de acquir.poſſ. communem dicit. B.Villalob.

Bannitus non amittit ea quæ ſunt iuris ciuilis, ſed ſolum iura ciuitatis illius, ex qua eſt bannitus: Curt. Iuni. conſilio clxxxij. numero.4. communem dicit.

Amplia iſtam communem etiam quo ad bona exiſtentia in illa ciuitate. Gozad.in conſilio xcvj.nu.7.communem dicit. B.Villalob.

De iſtis bannitis, & relegatis vide l.iij. cum ſequentibus titu. xviij. par.iiij. Idem.

Bannitus aliàs deportato, aliàs relegato æquiparatur. gloſſ.in §.item is cui. Inſtit.quib.mod.ius pat.pot.ſol. Bellon.Toloſ.

Banniti noſtri temporis æquiparantur relegatis, Curt. Iuni. conſilio clxxxij.numero 8.Alex.in l.ex facto.ff.ad Trebel.communẽ dicit. Villa.

Banniti tantum ea perdunt, quę ſunt ſuę ciuitatis, ex qua banniuntur, non autem quæ ſunt iuris naturalis, & communis, vt ſunt ſucceſſiones teſtamentariæ, vel ab inteſtato, &c. communem dicit. Nellus in dicta

prima part.nu.5.& quæſt.5.Item Petrus Girar.in Singula.nu.14.Franc. Curt.conſ.lx.Lud.Bolog.conſ.lxx.in princ.Corn conſ.lv.vol.ij.Bald.in l.ex facto.ff.ad Trebel.qui omnes dicunt hanc eſſe communem, vt eos refert & ſequitur Iac.Nouel.in Tract.Protomi.§.6.nu.58. I.Fich.

Bannitorum bonis publicatis, intelliguntur ſolum præſentia, non etiam futura.Communem dicit Nel.in Tract.de Bannitis in j.parte ſecundi temporis.nu.18.ſiue in xviij.quæſt. B.Villal.

Baptiſmus tollit omnem pœnã ſpiritualem,non temporalem.Communem dicit Ioan.de Ana.in cap.de his.de accuſ. & Deci.conſil. cxxx. numero ſecundo. B.Villal.

Baptizatus baptiſmo Ioannis,iterũ deberet baptizari baptiſmo Chriſti.Præpoſit.in cap.dedit baptiſmum.j.q.j.communem dicit. B.Vill.

Barbarius de quo in l.Barbarius.ff.de officio Præto.nec liber,nec verus Prætor fuit.Iaſ.in dicta l.Barbarius.numero 1. & 19.& 23.communem dicit. Bapt.Villal.

PRO. Beatius eſt dare quàm accipere,ſecundum Apoſtolũ actuum xx.in fi.& in cap.cum Marthæ.§.ſanè.extra de celebrar. miſſa. ratio eſt, quia dando homo placet,capiendo verò diſplicet. Bellon.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat,
Det,capiat,quærat,plurima,pauca,nihil.

PRO.Bella ſunt permiſſa de iure.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.in.§. ius autem gentium.Inſtit.de iure nat.gent.& ciuil. & l. qua actione.§.j. ff.ad legem aquiliam.

OBIEC. Contrà imò ſunt prohibita per l. vnicam. C. de glad.lib. ij.& cano.monomachiam.ij.& quæſt.iiij.

SOL. Ibi de ſingulari certamine,hic de bello pub.vel ciuili. Bell.

Beneficiatus contrahens matrimonium,ipſo iure perdit beneficium. Couuar.in epiſt.iiij.cap.vj.§.iiij.numero 4.& per Raue.in comp.t.iuris de cler.coniuga.communem dicunt.

Intellige dictam communem in matrimonio de præſenti, ſecùs tamen in ſponſalibus de futuro. Panorm. in cap. primo. de cler.coniug. communem dicit.

Beneficium ſi permutatur,irrequiſito patrono,tenet permutatio,licet veniat annullanda,Bertr.conſil.cxciij.vol.ij.nu.2.communem dicit.

Beneficia in dubio cẽſentur realia,Bello.conſil.xx.nu.8. communem dicit ex Bart.in l.fin.ff.de ſerui.lega.& Dec.conſil.cclxij.

Beneficium eccleſiaſticũ ſi vni cõferatur,& iterũ ſecundo,præfertur prior:& ſi ſecundus adeptus ſit poſſeſſionẽ.Couu.in reſolutio.c.xvj.lib. xiij.communem ait ex Dyn.in reg.qui prior.de reg.iur.lib.vj. B.Vill.

Beneficium eccleſiaſticum,ordinem præſertim annexum habens,homicidam retinere nõ poſſe,etiam poſt peractam pœnitentiã probatur ex text.in c.miror.50.diſtinct.& in c.in quibuſdã de pœnis, ſecundum Ioan.Andr.ibi,quod ideò eſt,quia ille, qui non poteſt dicere officium non poteſt obtinere,& recipere beneficium.cap.quòd à te.& c.diuerſis fallaciis.de cler.coniug.c.cum ſecundum. de præbend.quia beneficium datur propter officium, cap.fin. de reſcript. in vj. & tradunt Legiſtæ in l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſanct.eccleſiis. Homicidam ipſo iure non eſſe priuatum beneficio,ſed priuandum volunt communiter Doctores in cap.inquiſitionis.de accuſa.& in cap.cùm non ab homine. de iudic. & in cap.cum noſtris.de conceſſio. præbend. vbi præſertim Innocen. ante finem gl.primæ:quam conclu.tanquam commu.ſequitur Felin.in d.cap.inquiſitionis.verſic.in contrarium.tradens cautelam, vt ante priuationem homicida taliter renuntiet amico,qui poſt abſolutionem,& diſpenſationem ei retrò cedat.Fallit tamen dicta concluſio in homicida committente homicidium qualificatum,puta cum aſſaſſinio ſecundum ipſum Felin.in d.cap. inquiſitionis. Quare talis homicida ipſo iure eſt priuatus beneficio per text. in cap.j. de homicid.in fi. lib.vj.ibi ipſo facto &c.& quantumcunque aliquis beneficiatus, vel prælatus ſit notoriè criminoſus,non propterea eſt priuatus beneficio,neque dignitate,nec depoſitus ipſo iure,& ſi ſit homicida, dummodo non qualificatus,vt dixi ſecundum Bald.in l.cùm fratrem.verſic.circa inſtrumentum. C.de his qui.vt indi. dicentem notorium nunquam habere vires ad aliquem deponendum,vel priuandum, niſi ſequatur ſententia priuationis,vel depoſitionis.& dixit Anch. in cap.peccati venia.de regul. iur.in prima oppoſit.lib.vj.illud certum eſſe,quòd ſi homicida promoueatur ad beneficium,recipit titulum. Allegat Innocen. in præallegat. cap.in literis.de conceſ.præben. voluit quòd Abb.in cap.fin. not. v. de exceſ.prælat.quòd homicida, vel irregularis non ſit ipſo facto beneficio ſuo priuatus, ſi homicidiũ, vel irregularitas ſecura eſt collationem beneficij,vt optimè probari dicit in cap.ex literis.eodem tit. & in cap. clericis.ne cler. vel mo.& Fed. de Sen. conſil. 50. quod incipit à collatione.& cap.voluit quòd collatio facta periuro,non ſit nulla,ſed annulanda:allegat Ioan.Andr.poſt Compoſt.in cap. capitulum. de reſcript. in gloſ.verſic. quid ſi,eligitur. Adde,& vide Rot.deciſio. cclxij. incip. religioſo in Nouis. F.Turzan.

PRO. Beneficium principis latiſſimè eſt interpretandum l. beneficium.ff.de conſtit. princip. cap.cum dilecti. extrà,de donat. cap. cum olim extrà,de verb.ſignific.

OBIEC. Contrà de l.ſi quando.C.de inoffic.taſtamen.vbi ſi concedatur reſcripto principis libera teſtandi factio intelligitur communi tantum iure non limitari.

SOL. Ibi ea ratione, ne videatur princeps, qui iura communia tuetur,totam obſeruationem teſtamentorum,quæ fuit tot vigiliis excogitata,vno verbo velle euertere,vt ibi dicitur.

OBIEC. Secundò contrà de l.ij.§.ſi quis à principe. ff. ne quid in loco public.& l. nec auus. C. de emancip.lib.& l. quoties. C.de precib. imp.offer.

SOL.Non pleniſſimè ſunt interpretanda beneficia,vt lædãt alium.

OBIEC. Vltimò contrà de cap.quamuis.de præbend.in vj.vbi reſcripta Principis ſtrictè interpretanda ſunt.

SOL Ibi in literis beneficialibus,hic in beneficiis. Bellon.

PRO. Beneficium inuito non datur.l. hoc iure. in §. non poteſt. ff. de donat.

OBIEC.Contrà,Liberatio debiti inuitis nobis per alium contingit.l.ſolutionem.ff.de ſolu.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt. ad idem text. in l. ſeruus vetante.ff.de verb.oblig.vbi inuito domino ſeruus acquirit.

SOL.Melior conditio noſtra,etiam inuitis nobis,poteſt fieri per obliquum,ſcilicet per alium, ſed directò nemini inuito liberalitas confertur,vt hic. Bellonus Toloſ.

PRO.Beneficia principalia ipſi principes ſolent interpretari. in l. ex facto.ff.de vulg.& pupill.ſubſtitutione.

PRO.Beneficia non vacantia promitti vel concedi non debent. c. nulla.de conceſſ.præb. Bellonus.

PRO,Benefacienti nobis eſt benefaciendum.in l.ſed & ſi.§. conſuluit.ff.de petit.hered.

PRO.Bis idem exigi natura non patitur.l.bona fide de reg.iur.l. qui bis.ff.de verb.oblig.

OBIEC.Contrà de §. fin.Inſtit.ſi quad.paup.feciſ.dica. vbi actiones pœnales de eadem re concurrunt,vna aliam non conſumit.

SOL.Hoc intellige verum in petitione:ſecus eſt in actione:vt hic. ita gloſ.in l.nunquam.ff.de actio.& oblig. Bellon.

Beneficiorum ſola inæqualitate non reſcinditur permutatio.Eſt cõmunis opinio ſecundum Dec.in conſi.ccx. viſo puncto. vol.ij. Moph. Gribaldus.

Bigamus non eſt,qui contraxit matrimonium cum corrupta ab eo. Panor.in c.cum te.de cler.coniug.communem dicit. B.Villalob.

Concordat cum l.xxxv.tit.v.part.j.

Binubis mulier ſecundò nubens licet euitat pœnas:non tamen introductas in fauorem filiorum.Dec.conſi.lxxxiij.& cxxx. & Ioan. Durand.in arte teſtan.tit.vj.cau.xviij.Ioan.Nico.in conſil.de ſecund.nupt. & Ioan.de Carro.in l.j.C.de ſecund.nupt.nu.72.& Deci. in capi.eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.35.de conſtitu.communem dicit.

Ex quo priuatur ſucceſſione filij impuberis ſi contraxit matrimoniũ, non petito tutore ante contractum matrimonium, Io. Nico. in dicto cap.conſi.nu.2.communem dicit.

Fallit primo ſi contrahat de licentia viri:quia euitat omnes pœnas binubentis.Ioan.Cora.in lib.iij.Miſcel.cap.j.nume.12.communem dicit;quam intellige,ſi non habeat filios:quia eorum requiritur etiam licentia.Io.Cor.in l.filium quem.nume.30.cum ſeq.C.famil. erciſc. ſed tamen Ioan.de Ripa in l.fœminæ.de ſecun.nupt.C. nu. 19.& Dec. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.35.de conſtit.indiſtinctè communẽ dicit.

Fallit ſecundò quia licet mulier teneatur reſeruare filiis primi matrimonij proprietatem bonorum lucratorum in primo matrimonio prouenientium ex bonis mariti præmortui;non tamen bona illa quæ prouenierunt ex donationibus factis ab extraneo. Ioan. de Ripa d.l. fœminæ.nu.52.communem dicit:etiam ſi contemplatione viri facta ſit.Deci.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.35.

Fallit tertiò,ſi mulier inſtituatur heres à filio non facta differentia, ſi contraxit matrimonium ſecundum ante vel poſt mortem filij:nam tunc ſuccedit cum aliis filiis.Ioan.Carro.in authen.ex teſtamento.numero.5.& 13.de ſecundis nupt.communem dicit.

Fallit quartò,in ſucceſſione aui,quia licet mater priuetur ſucceſſione filiorum:& tenetur reſeruare proprietatem bonorum filiis quæ prouenerunt à patre,non tamen extenditur ad bona,quæ ab auo prouenerunt filiis,Ioan.de Carro.in dicta authen. ex teſtamento.num. 27. communem dicit.

Fallit quintò,ſi non ſupereſt aliquis filius ex illo matrimonio, quia tunc in omnibus ſuccedit,etiam quo ad proprietatem. Idem numero 46.communem dicit.

Amplia illam communem,qua cauetur,quòd mulier tenetur reſeruare filiis primi matrimonij omnia lucra,quæ ad mulierem peruenerunt ex primo matrimonio:quod in tãtum eſt verum:quòd licet abſtinuerit ſe à tertiis nuptiis,lucra habitá ex ſecundo matrimonio licet ad filios primi matrimonij pertineant omnia lucra illius matrimonij, nihilominùs filij primi matrimonij ſuccedunt vna cum filiis ſecundi in lucris habitis ex dicto ſecundo matrimonio. Ioan Nic.in l.general.ter. numer.13.C.de ſecun.nupt.communem dicit.

Amplia ſecundò,iſtam communem concluſionem,quòd non ſolùm mulier ſecundo nubens incurrit in pœnas introductas in fauorem filiorum,ſed & mulier luxurioſè viuens incidit in omnes pœnas binubentis.

bentis,tam in illis quæ ſunt ſublatę,quàm in iſtis, ſi adſunt filij primi matrimonij.Ioan.Nic.in d.l.generaliter.num,15.communem dicit.

Plus dicit l.ix.tit.xij. libr.iij. For, ll.ꝙ ſi mulier luxurioſè viuit poſt mortem mariti:perdit donationem factã ei per maritum.& l. v, tit.iiij. par.v.ordin.dicit,quòd perdit omnia acquiſita durãte matrimonio,etiã ſi non ſit additum per maritum.ꝙ caſtè viuat.Ioan Lupus in repe. rub. de don,inter virum & vxorem.§.67,nu,4.de quib.per D.Ioan.Lupum in d.rubr.§,xj.nume.5.& §.lxvij.per totum. Quid tamen de tutela,vel de dote,& quid de ſucceſſione filiorum mariti decedentium ab inteſtato:de dote quidem tractat Paul.Caſtrenſis in l.ſororem. C,de iis,quib. vt indig,& Iaſ.in l.fideicommiſſum.C.de fideicom.& Feli. & Dec.in c, paſtoralis.de iudi.Alciat.in tract.Præſum.regul.ij.præſum.ix.& Boë.q, cccxxxviij.nu.Panor.in c.vxoratus. de conuer.coniug. Ioan. Lupus in repet.rub.§.lxvij.num.6.Ludo. Roma.ſingul. cccxj.ex quibus elicitur hæc concluſio.Mater vitam inhoneſtam agens poſt mortem viri perdit dotem de rigore iuris.ſecùs tamen de æquitate,paraphernalia,& lucra quæcunque de bonis mariti prouenientia ex æquo,& iuſto perdit quo ad tutelam,vide Ioannem de Garro.in authent,eiſdem pœnis.C,de ſecundis nuptiis.num.16.& 20.& Boër.in d.quæſt.cccxxxviij. Ex quibus fac concluſionem, Mater meretricando, vel fornicando poſt mortem viri perdit tutelam filiorum.De ſucceſſione verò,vide Paul,de Caſt.in l.omnem. C ad Tertil, & Bald. in Marga, in verbo Mater. & Ioan.de Garro.in authent.ex teſtamento. C.de ſecun.nuptiis, nume.30. & Ciſonta.in l,vi,in deciſio.tau.& Hypol, ſingul. ccccclxxxviij. ex quibus reſultant conclu.& correlaria ſequentia.

Mater luxurioſè viuens poſt mortem mariti, intra vel poſt annum luctus priuatur ſucceſſione bonorum prouenientium à patre filiis decedentibus ante pubertatem,ex quo ſequitur,quòd filiis decedentibus poſt pubertatẽ,non priuatur mater ſucceſſione eorum. Sequitur ſecundum correlarium,ꝙ mater nõ priuatur ſucceſſione bonorum per filios acquiſitorum aliunde quàm ex bonis patris etiã ſi mater meretricetur.

Adde & tertium de marito,quia dictæ pœnę ita aſtringunt maritum ſicut mulierem Dec.conſil,ccxxx,& lxxxvij,& Ioan. Duran.in arte teſtandi tit.vj.cauſa xviij.communem dicit.

Maritus ſecundò nubens,ſtantibus filiis primi matrimonij, priuatur proprietate omnium bonorum ad eum deuolutorum titulo lucratiuo ex bonis mulieris prædefunctæ.Ioan.Nico.in l.generaliter.num.8. C,de ſecund.nupt.Ioan. de Rip.in l.fœminæ. §. illud, de ſecund, nupt, num.1.communem dicit.

Concor, cum iſta communi l.xv. Taur. & nota iſtam communem inquantũ dicit lucratiuo titulo:ſecus enim eſt in bonis lucratiuis durante matrimonio,quia de his tam vir,quàm vxor poſſunt diſponere:cùm habeant dominium & poſſeſsionem,ſoluto matr,illorum,l.xiij.tau.de quo vide per Bald.in l.fi.C.de bonis Iu.conſtante matrimonio.nu.86.

Ex quibus maritus ſuccedens vni ex filiis primi matrimonij tenetur reſeruare deuolutam ſucceſsionem aliis filiis ſuperſtitib.ex primo matrimonio,Ioan.Nico.in d.l,generaliter,num.9.communem dicit,

Item ſi maritus lucratur certam partem dotis ex ſtatuto, & tranſit ad ſecunda vota,tenetur reſeruare partem illam filiis primi matrimonij Ioan.Nic,in d.l.generaliter,num,38.& Ioan.de Ripa,in l.fœminæ. eod,tit,nu.47,communem dicit,

Nota,quòd ſi pater alienat bona,quæ tenetur reſeruare filiis primi matrimonij:& filius ſuperſtes inſtituatur heres vniuerſalis per patrem, cùm teneatur de euictione,non vendicat rem alienatam.Ioan.Nico.in d,lege generaliter.num.33,communem dicit,& vide in verbo Filius,

Amplia iſtam communem etiam quo ad legitimam: cùm legitima non ſit niſi deducto ære alieno.Ioan,Nico.ibi num,32.in ij, par, communem dicit,ex gl,in l.cùm à matre, in verb.non prohiberis, C,de rei vend,quam intellige,ſi pater tenetur de euictione:aliâs poteſt repetere filius contra factum patris,idem ibi num,33.communem dicit ex Bar. Angel,Paul.& Corn.in l.fin.§.in computatione.de iure deli,C.

Nota iſtam communum & ſecundum eum intellect.l.vigeſimatertia titulo xiij,par,quinta,

Maritus binubus qui tenetur reſeruare bona filij primi matrimonij; non tenetur ſatiſdare de eis conſeruandis.Ioan.Nic.in d.l.generaliter. num.19,communem dicit,& intelligit communem,ſi eſt ſoluendo.

Nota iſtam communem ad intellect.l.xv.in deciſ.tau.

Maritus binubens,qui ex forma ſtatuti lucratur certam partem dotis,non habebit,filiis primi matrimonij ſtantibus, niſi eam partem, quæ vni ex dictis competit.Bertrand.in l.hac edictali, de ſecund, nupt. C.nu,20,communem dicit.

Fallit,niſi aliud de mente ſtatuti comprehendatur; idem, num, 21, communem dicit.

Nota quòd illud aufertur marito ex diſpoſitione d.l. hac edictali, non eſt merè legitima,ſed eſt pœna,quàm filij lucrantur ex illa l.idem num,10,ver.ita tamen,communem dicit.

Item nota quod per ſtatutum poteſt derogari legi hac edictali,vbi maritus habebit pluſquam vnus ex filiis ſuperſtitibus: idem Bertrand. d.l.hac edict.nu.81.communem dicit. Villal.

Beneficij collatio ad capitulum,ſiue canonicorum collegium vbicunque pertinet,ſi fiat,abſentibus canonicis,qui tamen ſunt in ciuitate,non vocatis, eſt nulla, vel ſaltem nulla decernenda & declaranda. Felin.in cap.cùm omnes.Dec.ver,iij. concluſio & ibi communiter alij ſcrib.de conſtit.in antiq.Quinimo voluit Oldr.conſi.clix.impugnatur, ꝙ etiam abſentes à ciuitate ſunt vocandi,aliàs non ſubſiſtit ipſa collatio.Limitatur tamen Oldr,ſententia ſecundum Craue.conſil.lxxxviij. quæritur parte j.non procedere,quando talis vocatio periculum eſſet ipſi capitulo,& collegio allatura,vt dubitaretur de præuentione Papę, vel Apoſtolicæ ſedis legati:quia iſto caſu taliter abſentibus etiam non vocatis ad ipſam collationem,ad euitandam præiudicium quòd eis,& eorum iuribus inferretur,procedere poſſent, allegat gl. in pragmat. de collato.§.item viſum,verſ.non valeant cart.lxxxviij,quod an verum ſit affirmare tibi nequeo.quia dictam pragmaticam nunc videre nequeo, cum penes me non extat,tu autem qui illa poſſides per te videas,iſta tamen abſentia à ciuitate non præſumitur,niſi probetur ex eo quòd canonicus ſua in eccleſia reſidere tenetur, ne præſumamus delictum contra iuris regulas.Oldr.conſil.cxcviij.incip.circa primum punctũ. Hinc eſt quod clericus à ſua eccleſia abſens, præſumitur ex propoſito abeſſe. Imo in cap,fin.de eo, qui mit. in poſſeſſ.tit in tract. ſuo de benefic. parte iiij,q.v.col.ij.in latiori impreſſione. F.Turza.

BONA alicuius non ſufficere ad ſoluendũ debita,probatur per modum traditum per gloſſ.in l.cùm de lege.ff.de prob.etiam ſi agatur de magno præiudicio communem aſſerit Ioan.Fran.à Ripa.in l. ſi conſtãte,numero 18.ff.ſoluto matrimonio, B.Villalo.

Bona damnatorum confiſcata applicantur illi domino,in cuius ſunt iuriſdictione.Eſt communis opinio ſecundum Alber.Brun.conſ.xxxj. verſic.ad prædicta facit. M.Gribald.

Bona data in ſolutum creditori ex ſecundo decreto efficiuntur creditoris irreuocabiliter,nec per debitorem poſſunt amplius recuperari.Eſt magis communis opinio ſecundum Deci.in conſil.ccccclviij. in cauſa magnific.in princip.volum.iij. Moph.Gribald.

PRO. Bona eccleſiæ ſunt pauperum.cano.fin.xvj.q.j. Bello,

Bona feudalia non veniunt in eiuſmodi generali alienatione,ſi quis generaliter omnia bona quæ habet in tali loco alienauerit.ex Clar. ſenten.§,feudum.q.xxxj.verſ.in propoſito. P.Fich.

PRO. Bona fides in contractibus eſt obſeruanda. in l,bona fides. ff.depoſit.in l,bonam fidem,C.de action.& oblig. Bellon.

OBIEC. Contrà de l,in cauſæ,ij.in §,idem Pomponius.ff,de minorib.Vbi licet contrahentibus inuicem ſeſe decipere,

SOL. Intelligere hoc verum, ſi abſit doſus.vt ibi not, Bellon.

PRO. Bona exiſtimatio præfertur commodo pecuniario.l.cum ex plurib.ff.de ſolutionibus.& l.in pecudum.§.vlt.ff.de vſuris. Bellon.

PRO. Bona intelliguntur deducto ære alieno.l.ſubſignatum.§.bona.ff.de verb.ſig. Bellon.

PRO. Bona parentum debentur liberis de iure naturali. in l. cum ratio.ff.de bo.dam.in l.ſcripto,in fin. ff,vnde libe. in §. primũ. in auth. de hæred.& fal.in ca.ius naturale.j.diſt. Bellon,

PRO.Bona liberorum debentur parentibus ratione tantum pietatis ſeu miſerationis ordine conuerſo mortalitatis,hinc verſus.

Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato.in l.nam & ſi parentibus,vbi glo.C.de inofficioſo teſtamento,in l.ſcripto.in fi,ff.vnde liberi.

OBIEC. Contrà imo etiam de iure natu,debentur.per §.j.in auth. de hæredit,& fal,colla.j,vbi legitima portio bonorum de neceſſitate debetur & liberis & parentibus ſecundum naturam.

SOL. Ibi legitima pars debetur liberis iure naturæ propriè: parentibus verò impropriè.verbum enim ſemel in oratione poſitum,poteſt ſtare propriè & impropriè.ſicut in §.j.in verbo,debetur.Inſtitut.de action.vt ibi not. Bellon.

Bona mariti non ſunt tacitè hypothecata pro alimentis vxoris.Roma.conſi.cccclliij,nume.28.communem dicit. B.Villalob.

Bona paraphernalia ſi ſunt in dominio mariti.ſoluto matrimonio condici poſſunt:ſi autem dominium non eſt,tranſlatum in maritum. cùm ſint in bonis vxoris,ſoluto matrimonio vendicantur. Cur. Iuni. conſil.xciij.numer.12.communem dicit. B.Villalo.

Nota iſtam communem ad intelle.l.xvij.tit.xj.par.iiij,

Bona dotalia ſi alienentur per mulierem conſtante matrimonio etiã de conſenſu viri,alienatio eſt nulla,Rodo.Suarez.in l.ti.*de las arias*.cõmunem dicit,quam intelligit niſi confirmetur morte quem vide.

Bona ſubiecta fideicommiſſo pro reſtitutione dotis alienari poſſunt,Deci conſilio cxix.in prin.Et hoc etiam ſi obligatio reſtitutionis dotis facta ſit poſt fideicommiſſum,ibi,verſic,hoc probatur. B.Villa.

*ADDITIO.* Ratio eſt quia fideicommiſſa ampliantur & declarantur per rationem & cauſam quibus diſponentes ad illa facienda moti fuerunt,quod attendi debet Pariſ.conſi.lxxij.ad verã nu.87. vol. iiij.Quod dictum & communis opin.fallit,vt per Pariſ.in conſi,lij.nu. 33.vſque ad 38,volu,ij. I.Fich,

Bona fides requiritur in præſcriptione triginta annorum.Deci. conſi.cclxvij,communem dicit,

Nota iſtam communem cum ſeq.ad intell.l.lxiij. tau, quæ loquitur in præſcriptione trigenaria.

Bona fides ſemper præſumitur in poſſeſſore, etiam abſque titulo vbi ius non contradicit, Balb.in l.Celſus.de vſuc.part.iij.verſi.tertia habet conc'u nu.9.communem dicit, niſi contrarium probetur. Coua.in regul.poſſeſſor.de reg.iur.tit.vj.§.vj. nu.2.par. ij.communem dicit ex glo.in c.ſi diligenti.de præbend.

Fallit niſi appareat aliàs antiquior poſſeſſor. Idem in iiij. conclu.cõmunem dicit,& illam tertius non poteſt opponere.

Reſtringe iſtam limit. ſi poſſeſſio ſecunda durauit per triginta annos: quia præſumitur bona fides. Idem in dicta l. Celſus. communem dicit.

Amplia iſtam reſtrictionem etiam ſi poſſeſſor triennalis ingreſſus ſit poſſeſſionem propria autoritate. idem Couar.in reg.poſſeſſor. parte ſecunda §. octauo.numero tertio. communem dicit ex Bart. in l. vltima. C. vnde vi. B.Villalo.

ſuper Bonis certis conuentio facta inuenis valet, licet facta ſuper omnibus non valeat, ex quo nõ relinquitur facultas teſtandi. Eſt communis opinio ſecundum Socyn.in conſi. x. verſic.confirmatur, quod conſilium eſt inſertum inter conſilia Brun.Aſten. Gribald.

Bona futura non veniunt in alienatione bonorum. Cur.Iuni. conſi. cxcix.nu.15.communem dicit. B.Villal.

Bonorum poſſeſſio non eſt miſti imperij.Cur.Iun in l.j.nu.32. ff. de iur.om.iud.communem dicit. Idem.

Bonorum poſſeſſio poteſt delegari.idem ibi communem dicit.

Bonorum poſſeſſio, vnde liberi, non tranſit ad deſcendentes. Alex. conſi.xx.vol.j.& in l.emancipata. C.qui admi.communem dicit.quem refert Io.Durand.in arte teſtan.tit.xj.cau xi.ij. Villal.

PRO. Bonarum mentium eſt ibi etiam culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt.ca itul.final.v.diſt. Bellon.

PRO. Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos.l.bonæ fidei emptor.ff. de acquiren.rerum domi.in l.fructus.ff.de vſur.in §.ſi quis à non domino.Inſtit.de rerum diuiſ. Bellon.Tol.

PRO. Bonæ fidei contractus non patitur hanc conuentionem, vt emptor rem amittat,& venditor precium retineat.in l. emptorem. in §.qui autem.ff.de actio.empt. Bellon.

PRO. Bonus præſumitur qui eſt bonæ nationis, malus verò qui eſt malæ nationis & bonus præſumitur natus ex bonis parentibus, malus autem malis, vnde verſus,

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Qualis erit mater.filia talis erit.l.quod ſi nolit.in §.qui mãcipia vbi glo.& doct.ff.de ædil.edict. Bellon.

PRO. Bonus vir lites execratur: ait enim lex, quod non eſt contemnenda cius cogitatio, qui lites execratur. l. item ſi res. §.final.ff.de alieno.mut.iud.cau.fact.

PRO. Boni viri debent potius velle mori, quàm peccare. l. iſti quidem.in fine.ff.de eo quod metus cauſa.

OBIEC. Contra de l.j. ff. de bon. eorum qui ante ſenten. mort. ſibi conſciue. vbi reus criminis poteſt corrumpere accuſatorem ſuum. vnicuique enim licet qualitercunque ſanguinem ſuum redimere. nihil enim precioſius vita.

SOL. Quantum ad animum pertinet, maior metus peccandi quàm mortis debet eſſe bonis. quantum verò ad corpus humanum, vita nihil charius, vt ibi. Bellon.

PRO. Boni præmiis, mali verò pœnis affici debent.l.prima.ff.de iuſtitia & iure.

PRO. Boni mores præualent diuitiis. l. ſcire oportet. §. cum reliquis.ff.de tut.& cur. Bellon.

PRO. Bono melius inueniri poteſt.l.vbi autem non apparet. ff. de verborum obligat. Bellon.

PRO. Bonum eſt habere bonum nomen, vt Accurſij dictum ex eo quòd ſoleat contra tenebras iuris ciuilis accurrere. l. facta. §. ſi danda. vbi Accur.ff.ad Trebell. Bellon.

PRO. Bonorum poſſeſſores loco hæredum ſunt. l. ſecunda. ff.de bonorum poſſeſſ. Bellon.

PRO. Bonitas intrinſeca rei conſiderari debet ſecundum tempus contractus.in l.cum quid.ff.ſi certum petatur.

OBIEC. Contrà de l.vinum.ff.eod.titu. vbi æſtimatio rei non fit ſecundum tempus contractus, ſed petitionis.

SOL. Ibi de æſtimatione bonitatis extrinſecæ, ſcilicet quòd tantum res valeat, vt ibi no. glo. Bellon.

PRO. Breuitas termini non vitiat contractum bonæ fidei. l. inſulam.§.qui in operis.vbi not.Bart.ff.locati. Bellon.

Breuiloqua ſubſtitutio naturaliter non comprehendit fideicommiſſariam. Iaſon conſilio centeſimotrigeſimoquarto, volumine primo dicit communem, ſequitur Roland. à Valle. conſilio vigeſimoquinto, numero ſecundo.

Limita niſi ſimiliter iuncta eſſet compendioſa, vt per eundem Roland.d.conſil.num.10. I.Fich.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARUM RECEPTARUM,

## *LIBER TERTIVS.*

C

CADVCITATIS pœna ſolùm habet locum, volente domino. Curt. Iun. conſil.cx. numero 23. communem dicit. B.Villal.

CÆCVS an donare poſſit cauſa mortis coram v.teſtibus, vel vtrum vj.teſtes (prout eſt neceſſe in teſtamento) ſint adhibendi.magna eſt inter Doct. contentio. Hippolitus Rimi. autem in lect.Super Tit. de donat.Inſt.in princ.num.625.dicit communem eſſe, quòd poſſit etiam coram v.teſtibus rectè donare. quam ibidem & ipſe ſequitur atque firmat. I.Fich.

Cæcus ſi teſtari velit inter liberos, ſufficiunt duo teſtes, nec requiritur, alia forma vel ſolennitas à iure ciuili introducta. com.dicit Clarus. §.teſtamentum.q.xvij.ver.ſed quæro.

*ADDITIO.* An requiratur Sententia declaratoria voluntatis, vel ſimplex voluntas ſufficit, per Iaſ.in l. in emphyteuticariis. numero 12.C.de iure emphyteuti.cum aliis per eum adductis, & per Fel.in aliis caſib.in c.j.nu.23.de conſtit.& Albe.in l.lex vectigali, num.3. ff.de pig. Quo verò ad expulſionem idem dicendum. Alber. in d.num. 3.dicit communem eſſe opinionem, quòd authoritate iudicis fieri debeat, & num.6.vbi ſi per biennium penſio ſoluta non fuerit & poſtea ſit recepta. Sed an in contractu emphyteut.finità generatione dominus emphyteotam inſerere patiatur, intelligatur tacitè renouaſſe, ſicut in colono & inquilino dicitur. Iaſ.in l.j. nu.65.& ſeq.eod.tit.communem eſſe opinionem, quod quando contractus requirit ſcripturã, prout emphyteoticus, nunquam ex patiẽtia intelligitur renouatus, & not.Bald.in l.vnic. num.32.C.quando non petentium par. In reliquis autem de tacita renouatione & cõtinuatione locationis & ſocietatis ponit etiam Marc.Ant. Bald.in tract.de tempo.Vti.& contin. in cap.iiij.num. 10. Idem.

PRO. Calamitas matris filio nocere nõ debet, §. & econtrario. Inſtit.de ingenuis. Bellon.

PRO. Calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij in l. fi.C.de accu.& in l.fin.C.de calumnia. Bellon.

Calumniari videtur qui non probat. Præpoſi. in cap. ſi quenquam.§. notandum.num.72.q.communem dicit. B.Villal.

Cambia dummodò non excedãt communem conſuetudinem, ſunt licita.Iaſ.in l.j.nu.39.de ſumma trinit.communem dicit. B.Villal.

*ADDITIO.* Intelligas de cambiis veris, licitis & realibus, vt refert ita multos tenere Hie.de Luca.in Tract. de camb. in vltimo termino, ſeu §.num.22.Bal.in rubr.C.de conſtit.pecu.& Pari.in conſil.xcj. Viſo.num.2.vol.j.cum aliis. Quo verò ad cambia ſicca, & quæ ſint cambia ſicca per eundem in eodem loco num.19.& 25.

Canon ſi perſonaliter concedit diſpenſationem, ex hoc videtur conceſſa diſpenſatio etiam in delictis grauioribus adulterio.Franc.Aret.in c.at ſi clerici.§.de adulteriis.num.13. de iudi. communem ait ex Ioan. And.in c.dilectus, de temp.ordi. B.Villal.

Cap.non redintegranda.iij.quæſt.j.datur contra ſingularem ſucceſſorem, poſſidentem cum titulo & bona fide. Ioan. Cora. l. naturaliter. in §.nihil commune.verſ.expeditur.num.66.ff.de acquirenda poſſeſſion.communem dicit,& Rip.in l.rem quæ nobis.nu.17.inquit ita communiter tenere tam Legiſtas, quàm Canoniſtas.ff.eod. Villal.

Item communem dicit Alex.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poſſeſ. refert.Minſing.obſer.lxxxv.cent.iij.& dicit in camera ſeruari. I.Fich.

Amplia dictum cap.nomen etiam, contra tit. poſſidentem. Ioan. de Ripa de leg.lib.j.reſpon.j.num.83.communem dicit. Villal.

Amplia ſecundò, d.cap.non ſolùm pro recuperanda poſſeſſione rerum immobilium, ſed etiam mobilium. Iaſ. in l.rem quæ nobis. ff. de acq.poſſ.num.19.communem dicit. Idem.

Amplia tertiò d.cano.non ſolùm pro rebus eccleſiæ, ſed etiam laicorum competit remedium illius c.Ioan.Coraſius d.§.nihil cõmune.verſi. expeditis.num.98.ff.de acquir.poſſeſſio.communem dicit.& Ripa in l. rem quæ nobis.num.25.ff.eod. B.Villal.

Redintegrandæ conuentus reus tam in poſſeſſorio quàm petitorio iudicio, poteſt alterum in iudicio nominare, cuius nomine poſſidere ſe dicat: Veriorem & communiorem opinionem dicit Iacob. Menoch.in 15.remedio recu.poſſeſſ.num.485. I.Fich.

Limita dictum cap. redintegrandæ. ſi concurrant titulus, poſſeſſio, ac bona fides, quia tunc contra ſingularem poſſeſſorem non competit. Ioan.de Rip.in c.viij.de donat.in fi.communem dicit, de quo per Panorm.in c.ad ſedem.de reſt.ſpo.& Alex.in conſi.xcj.vol.v. B.Vil.

Redintegrandæ quod non ſolùm ad xxx.ann. Verum etiam perpetuò duret communiorem videri dicit Miſing.Obſer.lxxxvj.Cent.iij. I.F.

Canonicatus

Canonicatus eſſe non debet ſine præbenda,cap.relatum, & cap.dilectus,extrà,de præben.in antiq. I.Bellon.

Canonicus non poteſt agere pro canonico ſine mandato. Ioan. de Ripa in cap.cùm M.Ferrar.num.61.communem dicit. B.Villal.

In Canonicum ſi vnus ex capituli prouiſione receptus ſit, alter verò pòſt, idque mandati apoſtolici vigore, quamuis receptus auctoritate capituli ad primò vacaturam præbendam, admittendus videatur, per text.in cap.eum cui,de præben.in vj,contrarium tamen verius eſſe cenſetur ſecundum Abb.in cap.relatum. de præbend. dicentem text. illum procedere quando prior,& alter receptus, ius habent pariter affectum, Sic autem in caſu receptus auctoritate Capituli ius habere non dicitur ad præbendam primò vacaturam,ſed ad petendum vt ſibi de præbend.prouideatur.cap.hi qui.eod.tit.de præbend. in vj. Et licet Innoc. tenuerit,quòd receptus auctoritate apoſtolica mentionem ſuis in literis facere teneatur de recepto auctoritate Capituli, aliàs literæ huiuſmodi ſubreptionis vitio ſubiiciantur, & ob id excipi poſſit, prouiſum auctoritate apoſtolica admittendum non eſſe, communiter tamen Doctores voluere,vt refert Abb. in d. cap. relatum mentionem hanc neceſſariò non eſſe faciendam,aliàs ſequeretur, quòd canonici,& capitulum facilè poſſent pontificiam poteſtatem illudere, ſicque communiter obſeruari ait. F. Turzan.

Canonum computatio in gradibus conſanguinitatis eſt aſpicienda vtroque iure,Coua.in epiſt.iiij.c.vj.§.v.nu.8.cōmunem dicit. B.Vill.

Capitulum potuit,de locato.in antiq.non debet extendi ad feudum: cùm loquitur in emphyteoſi. Deci.in conſil.cxxxviij. numero 5.communem dicit. Bapt.Villalob.

Capitu. paſtoralis, de exceptionibus non ſolùm habet locum in dilatoriis exceptionibus,ſed etiam in peremptoriis:quia iudex poteſt aſſignare tempus ad illas proponendas.Iaſ.in l.pro tribunali.num.26.de re iudic. ff.communem dicit.

De iure regio eſt taxatum tempus infra quod dictæ exceptiones tam peremptoriæ, quàm dilatoriæ ſunt proponendæ tam per l. ſecundā titulo vj.libro iii,ord.quàm per l.viij. in ordin. de Madrid. in pragma. Et nota circa d.ll.dictum notabile.Iaſ.in l.ij.nume. 23.de re iudic. ff.quod iudex non poteſt abbreuiare dictum.tempus,& de iſtis Exceptio, vide in verbo exceptio, Villalob.

Capitu.conſilium,& conſenſus requiritur in poſtulando per Epiſcopum charitatiuum ſubſidium.q.xxxij.communem dicit. B.Villal.

Captatoria teſtatoris diſpoſitio,vt quæ pendeat ex alieno arbitrio, vel in alienum arbitrium confertur,licet regulariter non valeat,tamen in relictis ad pias cauſas valet : communem adfirmat I.Clarus. §.teſtamentum quæſt.lxvj.verſic.iiij.infertur. P.Fich.

Captatoria voluntas ad pias cauſas valet : magis communem dicit Alex.conſil.xiiij.num.9.lib.j. B.Villal.

P R O. Captatoriæ inſtitutiones reprobantur à iure, quæ conferuntur in ſecretum alienæ voluntatis.l.captatorias.ff.de hered.inſtit. Bell.

P R. Caput eſt pars hominis principalior,per quam cognoſcimur. l. cùm in diuerſis.ff.de reli.& ſumpt.funer. Bellon.

P R. Capite ægrotante,omnia membra ęgrotant.in Cano.ſicut.vij. quæſt.j. Idem.

P R. Carcer ad continendos homines, non ad puniendos dari debet.l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœnis.l.fi.C.de cuſtodia reor.

OBIEC. Contrà, imò carcer non ſolùm datur ad cuſtodiam, ſed etiam ad pœnam,vt c.quamuis.de pœnis.lib.vj.

S O L. ibi de iure canonico. Bellon.

Carceratus,Proceſſus contra carceratum agitatus quod valeat, & non ſit nullus,communior opinio eſt,vt dicit Maria. Socin.in tract. de cita.in v.prin.ar.quæſt.xxviij.quia iniquiſſimum eſſet propter impedimentum vnius,perire ius alterius.Vide tamen eum ibidem pulchrè diſtinguentem. Ioan.Fich.

Carceratum dominum propter debita vaſallus non tenetur liberare,niſi facto,vel culpa vaſalli dominus debita illa contraxiſſet. Communem ait Clarus Sentent.§.feudum q.xxiij. P.Fich.

Cardinalis poteſt à Papa impetrare licentiam teſtandi de bonis quæſitis ex fructibus ſuorum beneficiorum.idem §.teſtium. quæſtio.xxvij. verſic.Sed ante poterit. Pius Fich.

P R. Caſtitas ſola eſt quæ poteſt cum fiducia animas hominum Deo præſentare.in §.ſancimus.in auth.de leno.

P R. Caſtitatis atque pudicitiæ obſeruatio, præcipuum debitū eſt ingenuis atque illuſtrib.mulierib.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orficia. Bellon.

Caſtro conceſſo,cui nulla adhæret iuriſdic.nec mixtum nec merum imperium à Principe tranſlatum, cenſebitur, ſed remanebit ſub iuriſdictione illius loci ſeu ciuitatis cui antea adhærebat. Aliud erit, ſi Princeps expreſſe iuriſdic.quoque contuliſſet.Curt.Iunior in l.j.ff.de iuriſd. om.iud.communem dicit,ſequitur Didacus Pract. quæſt. cap.j.verſic. 10.num.6.Adde j.in verſic.iuriſdictio. I.Fich.

P R. Caſus omiſſus diſpoſitioni iuris communis relinquitur.l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthum.

P R. Caſus ſuperueniens non tollit legitimè factum.in l.ij.ff.de itin. actúque priua.in l.ij. cui.ff.de teſtam.in l.j. §.ſi quis autem. ff. de bonor. poſſeſſ.contra tab.in l.qui furere,ff.de ſtatu homin.l.patre furioſo.ff.de iis,qui ſunt ſui vel alieni iur. in l. in ambiguis. §.non eſt nouum. ff. de reg.iur.factum legitimè.de reg.iur.in vj.

OBIEC.Contra de l.ſi quis filio exheredato.in §.irritum. ff.de iniuſt.rupt.irrit.facto teſtam.& l.qui ex lib.in §.teſtamento.ff.de bonor. poſſeſ.ſecundum tab.vbi teſtamentum ritè factum à principio rumpitur per amiſſionem libertatis vel ciuitatis, vel propter condēnationem ad beſtias vel alios caſus ſuperuenientes.

S O L.Vbi aliquis incidit in crimen punibile,tunc ritè prius factum tollitur,vt ibi.Vbi autem incidit in crimen non punibile, ſecus eſt, vt in furore:ob furorem enim nemo punitur. in l.diuus. ff.de offic.præſid.

Vel dic,quòd ibi loquitur in inſtitutione heredis,quæ non tenet irreuocabiliter:ambulatoria eſt enim voluntas defuncti vſque ad vltimū vitæ ſpiritum,hic verò in actu irreuocabili. Bellon.

PR.Caſus dementis correctio fit ſapientis,gl.in §.titulos.in auth.de manda.princip. Idem.

P R.Caſus fortuiti non præſtantur in bonæ fidei iudiciis,nec ſtricti iuris.l.quæ fortuitis.C.de pign.act.l.j.§.ſi eo tempore. ff. de adminiſtrat.rerum ad ciuit.pertinen. in l.contractus. de reg.iur.ff.

O B.Contrà,de l.ſubſtracto,C.de fur.vbi caſus fortuitus præſtatur.

S O.Ibi in odium furis vel raptoris,quos nullus caſus fortuitus excuſare debet.l.j.C.quod metus cauſ.in l.i.§.rectiſſimè.ff.de vi.& vi arma.cum ſemper ſint in mora alienas res cōtrectantes inuitis dominis. l.in re.& l.fin.ff.de condictio.fur.

O B.Secundò,contrà de l.fin.C. de cond.inſer. vbi ſeruus tenetur, de caſu fortuito.

S O. Ibi ratione libertatis,quæ eſt inæſtimabilis. l.libertas. ff. de regulis iuris. Bellon.

Caſus vnius fortuiti expreſſio vel ſpecificatio,facit extendi verba generalia ad alios fortuitos,non ſpecificatos.Eſt cōmunis opin.ſecūdum Alex.conſil.iij.viſo inſtrumento,verſic.fortificantur prędicta volum.j.

Suſcipiens in ſe periculum,etiam omnium caſuum fortuitorum,licet caſus omnino extraneus,& inſolitus occurrat,tamen obligatur. Eſt communis opinio Doc.in l.ſed & ſi quis.in §.quæſitum.ff.ſi quis cautio contra Bart.ibi ſecundum Dec.in conſil.vij.vol.j. M.Gribal.

Caſus non expreſſus habendus eſt regulariter pro omiſſo. l.commodiſſimè.ff.de liber.& poſthum.& ibi Doctor.& in l. Gallus. §.& quid ſi tantum.eod.tit.cum traditis per Dec.conſil.cccxciiij.verba teſtamenti. & Socin.conſil.v.in primo,num.4. volum.iij. Hoc verò non procedit, vbicunque ex coniecturis appareret teſtatorē voluiſſe ad caſum omiſſum extendi diſpoſitionem ſuam.l.Lucius.ff.de liber.& poſthu.ideoque ſubſtitutus poſt mortem vxoris cui prædium relictum erat, donec vidua permaneret,prædium habebit ſtatim muliere ad ſecundas nuptias tranſeunte,ſecundum Ioan.And.in addi.Specul.in rub.de ſecun. nupt. & Baldum in authent.quod locum.C.de ſecundis nuptiis.Pau.de Caſt. in l.ſi mater.C.de inſtitut. & ſuſtit. ſub condit. fact. Alexand. in d. §. & quid ſi tantùm. & in l.mulier. C. ad Trebel. & conſilio 100. viſa parte teſtamenti.volum. iiij. Ex hoc etiam deciditur, quòd ſi teſtator filium naſciturum inſtituerit, eique ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque decederet, aliquem ſubſtituerit, ſubſtitutus, etiam non nato filio,admitteretur.l.fin.C.de poſth.hered.inſti. ſecundum Gul.de Cun. quem poſt Bart.refert & ſequitur Socin.in l.j.ff.de vulga.& pupil.& faciunt notata per eundem conſil.v.in princ. volum.iij. & per Dec.conſi. ccxxvij in caſu,eſt & communis opinio, quòd ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum,vt per Doct.in d.§.& quid ſi tantùm.cùm iis,quæ ſcribit Iaſon conſilio cciij.Vannoctus volum. j. niſi ex veriſimili teſtatoris mente aliud dicendum eſſet,vt per Ancharan. conſil.ccclvij. ex ſerie teſtamenti & Fulg.conſilio xlix.ex facto proponitur, de quo latè diſputat Barbat. in cap. Raynutius. de teſtamen. Interpretatur quoque iſta communis opinio,ſi ſubſtitutio eſſet facta in pœnam inſtituti, ſecundum Bartol.in l.pater Seuerinam.ff.de condit.& demonſtratio. & Dec. conſil.cclxxiij.in caſu.in conſi .ccxc.domina.& conſil.ccxcviij.vel tractaretur de extenſione facienda de perſona ad perſonam, quæ nunquā fit etiam de veriſimili mente teſtatoris. l. Titius.in princ. ff. de liber. & poſthum.cum aliis relatis per Dec.conſil.cccxciiij.pro vera reſolutione, & Iaſonem conſil.ccxx.teſtator.volum.ij. F.Viuius.

PR. Caſum aduerſamque fortunam expectare non debemus. in l. inter ſtipulantem.in § ſacram.ff.de verb.oblig.

O B. Contrà,de l.diuortio.verſic.ſed etſi facere. ff.de negot.geſt.vbi habetur ratio caſus fortuiti,aduerſæque fortunæ.

S O. Ibi ſpectatur,quod in futurum contingere poteſt,propter delictum geſtoris,qui à ſe non exegit.vt ibi not.

P R. Cauſa intelligitur de proxima & immediata,& etiam de remota & immediata.l.vxori.ff.de auro & argen.leg.vbi Bart.

P R. Cauſa debet præcedere ipſum effectum. l. quod dictum. ff. de pactis. Bellonus Toloſ.

P R. Cauſa,vel lis ſemel finita,retractari non debet.l.cauſas vel lites. C.de tranſact.& l.poſtquam liti.C.de pactis.

Ob.Cōtrà,de l.admonēdi.ff.de iuriiur.vbi cauſa de nouo retractatur.

S O L. Illud fit propter inſtrumenta de nouo reperta, quibus quis

vſurus

vſurus eſt,vt ibi. Bellonus.

Cauſa,vel credulitas iuſta excuſat à pœna. Cur.Iunior cõſilio cxxxij. nume.11.communem dicit. Bapt.Villal.

Cauſa non præſumitur in diſpenſatione Principis contra ius gentium. Alcia.de præſump.regu.iij.præſump.viij.nu. 3.communem dicit.

Cauſa in qua agitur ad pœnam applicandam parti: etſi agitur pro delicto,dicitur ciuilis: ſecus,ſi pœna applicetur fiſco.Iaſ.in rubr.de iudic. ff.num.2.communem dicit. B.Villal.

Cauſa meri,& miſti imperij non poteſt delegari propter infirmitatem. Ant de Tremo.in additio.ad Bon.in pract.except.in rubric.de impe.& except.quæ contra reſp.in verbo proficiſci.nu.7.communẽ dicit.

De iure regio ordinarius non poteſt delegare cauſam in quam venit imponenda pœna capitis vel mutilationis membri,vel in cauſa ſtatus, niſi ſit abſens de mandato Regis,& tunc delegatus cognoſcit in cauſa vſque ad ſententiam:& ſuperſedet vſque ad aduentum ordinarij qui cauſam decidat li.18.titu.4.parte.3.& vide in verbo.delegari.num. 37. B.Villalobos.

Cauſæ minimæ quæ dicẽtur,relinquũtur arbitrio iudicis Iaſ.in l.imperium.nume.32.ff.de iuriſdi.omnium iudic.communem dicit.B. Vil.

Cauſa dicitur magna,vel modica ſecundum qualitatem perſonarum inter quas verſatur,vt per Bartolum & alios communiter in l. admonendi.ff.de iureiuran.& in l.in bonæ fidei.C.eod.titu.& Canoniſtas in c.fi.ext.de iureiur. Ratio aſſignatur iſthæc,quia inter aliquos cauſa decem librarum erit magna,inter aliquos verò negocium centum florenorum eſſet parua, vt notat ſcribentes poſt glo.in l.ſed & ſi ſuſceperit, §,ſed & ſi proponas.ff.de iudiciis,vbi glo.in verb.modica ponit exemplum in regina Mathilda dicente: Aliquantulũ terrę dono illi eccleſiæ, quæ tamen in effectu donabat 30. milia iugera terræ in territorio Cremonenſi,& licet contentio eſſet de re magna tamen ſi ea de poſſeſſione,non autem de proprietate contenderetur,eo caſu profectò non diceretur cauſa magna l.vnica.C.ſi de momenta.poſſ.& l.momentaneæ, C.qui legitim. perſo. non habent ſtan.in iudi: ſecundum doctrinam. Ioan.And.in c.ex inſinuatione extr.de procurato.communiter approbatam per Doct.Bar. & alios in præcitata l.admonendi,quamuis conetur ibi Curti.per plures rationes ſuadere contrariũ,& malè. F. Vi.

P R.Cauſarum merita partium aſſertione panduntur.in l.final. C. ſi per vim vel alio mod.cap.1.tum ex literis.extrà de in integr. reſtitu. Bellonus.

Cautio Mutiana in contractibus locum non habet. Eſt communis Doct.opin.in l.ſiue apud acta. C.de tranſact. & in l. fina. de cond. ob cauſ.per tex.ſing.in §.ſi quis ita.Inſt.de verb.obl. M.Gribal.

Cautio, verbum quando eſt prolatum à lege ciuili intelligitur de nuda promiſſione: ſi autem à lege prætoria,eſt cum pignore,aut fideiuſſore.Iaſ.in l.ſancimus.nume.1.C.de verbo.ſignifi.communem dicit. B.Villalob.

Cautio,cùm eſt præſtanda de conſilio ſapientis: ſimpliciter non adiecto quod pręſtetur idonea,vel ſufficiens,vel ſimilis,non tenetur præſtare fideiuſſorem,aut pignus,nec ſapiens hoc poteſt declarare. Iaſ. in d.l. ſancimus.num.4.communem dicit. Idem.

Cautio quæ eſt præſtanda, per vſufructuarium non poteſt remitti à teſtatore.Iaſ.conſi.40.volu.1.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellect.l.31.& 22.ti.31.part.3. Idem.

P R.Cautionis verbo nudam promiſſionem ſignificamus. l. ſancimus.C.de verb.ſign. Bellon.

CAVTIONEM de præſtandis legatis, vel fideicommiſſis teſtator poteſt remittere,l.2.C.vt in poſſeſſ.quo. lega. iſtam concluſionem ſequuntur Doct.in l.nemo poteſt,ff.de lega.1.quam amplia primò vt etiam procedat ſi heres eſſet dilapidator bonorum, adhuc teſtator poteſt ei remittere huiuſmodi ſatiſdationem,l.fin. in princ.ff. vt lega. nomine caue.Amplia,& ſecundo loco quòd ſimiliter teſtator poteſt remittere cautionem Mutianam.l.fin.ff.de manu.teſta.& ita notat Angelus in §.præfatæ autem,per illum text. in authen.de nuptiis. hæc concluſio ita declaratur vt non procedat in cautione de vtendo,ac fruendo arbitrio boni viri, quæ quidem à teſtatore remitti non poteſt l.ſcire debetis.C.vt in poſſe.lega.& l.1.C.de vſufructu,nam illa cautio cõcernit fauorem heredis,quam teſtator remittere non poteſt,ſecundum glo.in d.l.ſcire debetis.communiter approbatam à ſcribent.in dicta l. nemo poteſt,& vltra Doct.inibi atteſtantur de communi Guido Papę conſi.63.in ſecundo dubio,& Crauetta, conſi.174.numer.3. cum aliis ſequen.vbi ipſe per complura conatur ſuſtinere,fulcireque contrariam partem.Iſta verò communis vera eſſet, quando vſusfructus reperiretur conſtitutus in vltima voluntate.ſecus ſi inter viuos: quia inter viuos poteſt conſtitui vſusfructus.§.conſtituitur.Inſtitu.de vſufruct. & tunc principalis conſtituens poteſt remittere talem cautionem, vt per Bart. in l.j.C.de vſufruct.& ita debet intelligi d.l.ſcire debetis.& eodem modo debet intelligi argumentum à contrario ſenſu(ibi minimè in teſtamento remitti poſſe)ergo extra teſtamentum ſiue per heredem,ſiue per teſtatorem bene poteſt remitti,quia quilibet poteſt ſibi præiudicare: hic non ab re inueſtigandum eſſe arbitror,quæ ſit ratio diuerſitatis,cur teſtator poſſit remittere ſatisdationem heredi de præſtandis legatis,vel fideicommiſſis d.l.2.& tamen non poteſt remittere ſatisdationem de vtendo fruendóque arbitrio boni viri l. 1. C.vſuf.& d.l.ſcire debetis, Glo.igitur ibi aſſignat duas rationes diuerſitatis. quarum primã reprehendit Bar.in d.l.nemo poteſt,& ſequitur ſecundam r.quia teſtator inuitaretur ad delinquendum, hanc rationem tenet idē Bart. in l.pactum inter hæredem.ff.de pact.& in d.l.j. C.de vſufruct. quoniam huiuſmodi remiſſio de vtendo,ac fruendo arbitrio boni viri ſonat in turpitudinem,quod vſufructuarius poſſit dilapidare,& abuti: ideoque nihil valet huiuſmodi cautionis remiſſio,& dato exploratum ſit teſtatorem nõ poſſe remittere ſatiſdationem de vtendo boni viri arbitrio, tamẽ eam poteſt remittere heres,vt probat text.in d.l.ſcire debetis.in verbo teſtamento.à contrario ſenſu gl.Bart.in præcitata l.j.C.de vſufr.quorũ opinionem audacter ſcribit eſſe communem Alberic. in l. iiij. C. de vſufr. & Dec.conſi.ccccxviij.cui aduerſatur Iaſ.& Crotus in d.l.nemo poteſt. Iaſ.inquam in ſecunda lectura.circa finem. F.Viuius.

P R. Cautius eſt negotiandum.l.inciuilem.C.de furt. Bel.Toloſ.

P R.Cedens bonis ciſve cadens,neque agit,neque conuenitur.l.item ſi vnus.ff.de arbitr.

Cedens bonis non liberatur obligatione naturali,nec ciuili,ſed competit exceptio.Ant.de Tremo.in additio. ad bona. in practic. exceptio. rubr.de impe.except.quæ contra reſp. nu.10. in ver.fecerit. cõem dicit.

Nota iſtam communem ad intellectum l.j. titu.v. parte v. & vide in verbo Condemnatus. B.Villal.

Cedens nõ poteſt eſſe teſtis pro ceſſionario: cõmunem dicit Lanfrãc. in repet.c.quoniam.in verſic.teſtium depoſitiones.de proba. I.Fich.

Cedere volens bonis condemnatus ad pecuniam ſoluendam ex actione iniuriarũ contra ipſum intentatam,non debet admitti ipſe reus ad dictum beneficium ceſſionis bonorum,ſed iſthæc pœna debet conuerti in corporalem, vt per Doctor. in l. j. qui bonis cedere poſſunt. & latiſſimè per Couarruuias in tractatu variarum reſolutionum iuris Pontificij & Cæſarei,in ſecundo libro,cap.primo numero 8. Iſta concluſio videtur probari per textum expreſſum in l. ſed ſi vnius.§.ſi cùm antè. ff.de iniuriis.vbi ſeruus fuerat condemnatus ad certam pœnam actione iniuriarum, dominus autem poterat ſoluendo noxam redimere ſeruum ab iniuria,& nihilominùs tradidit illum ſeruum verberandum,& fuit liberatus: & hoc ſimiliter procedit de plano ſi dictus condemnatus non poſſet totam ſummam ſoluere,ſuper qua exriterat condemnatus, excepto vno denario, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum, quam ſequitur, commendat, & citat Gomeſius in §.pœnales.num.38. Inſtitut.de actionibus. & Boër.deciſio. cccxlix. num.8.vbi latè diſputat. F.Viuius.

Ceſſio alicuius debiti magni ſi facta ſit, requiritur inſinuatio, ſicut in donatione ſimplici.communem dicit Clarus Sent. §. donet. quæſt. xvj.verſic.Idémque. P.Fich.

Ceſſio ex cauſa donationis non inſinuata, eſt nulla. Cur.Iun.conſil. cxxvj.num.14.communem dicit. B.Villal.

Ceſſio quando non eſt facta ex cauſa oneroſa,exceptio quæ obſtaret cedenti, indiſtinctè obſtat ceſſionario.Eſt communis opinio ſecũdum Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſi patri.ff.ſoluto matr.& Dec.in conſil. lix. licet in cauſa.circa finem.volum.j. Moph.Gribald.

Ceſſionis bonorum beneficium non eſt concedendum illi,qui anteà habuit quinquennale,quod effluxit.gloſſ.notab.in l.cùm ſol.in fine.C. qui bonis cedere poſſunt.Et illam in hoc communiter omnes Doctor, ſequi,dicit Matth.de Affli.deciſ.ccclxxviij.num.2. I.Fich.

Ceſſionarius agens ſuo nomine non tenetur à principio facere fidem de ceſſione.Communiter ita teneri dicit Alex.in l.Ariſto. ff. de acquir. hered.refert Dec.conſil.cccxj.num.j. B.Villal.

Ceſſionarius dicitur propriè eſſe creditor,ſecundum Iacob. Butr. in j.ff.ſi cert.pet.quem ſequuntur communiter Doct.ibi: & ita conſuluit Roman.conſil.cxlij.quòd ceſſionarius. in princ. & conſil. ccij. non eſt dubium.mouentur præfati Doct.ad ſic concludendum per l.ij.C.de donatio.vbi appellatur debitor ceſſionarij ille,cui nomen ceſſum fuit,ſimiliter facit quia priuilegia conceſſa principali, conceduntur etiam ceſſionario. l.ij.in fine.C.de priuil.fiſci & ceſſionarius ipſe dicitur dominus, vt per Bald.in l.eos.§.fin. C. de appellationibus. & ad hoc etiã facit,quod ſcribit Bald.in l.ſi ſic.ff.de leg.j.vt tradit ibi Alex.Iſtã communem ſequitur,citátque Decius prima lectura. in fine. & Niger in d. l.j.ff.ſi cert.pet.circa finem.quam latè ventilat Veronen.in l.creditores quæſt.iiij.ff.de verb.ſignific. & latiſſimè diſputabat ad vtranque partẽ Præceptor meus acutiſſimus Rainaldus Rodulphus Peruſinus,dum interpretabatur.d.l.j.vbi aſſerebat iſtam communem non carere difficultate,propter quamplurima in contrarium allegata per Doctor.paſſim, quæ omnia more ſuo ſubtiliter, & doctè fœdere diſtinctionis concordare conabatur,prout etiam concordat Alciat. Bolognettus, & cęteri Modern.ibi circa finem.Iſta autem cõmunis interpretatur non procedere, quando principalis creditor eſſet excommunicatus, & alij cederet ſuam actionem, tunc enim exceptio excommunicationis cedenti obſtat,ſed non obſtat ceſſionario,vt pulchre deducit,& concludit Ant. Galeſius in tract. de formulis obligationibus cameralis formu.de reſponſa petente executionum,num.3.& ſeq. F.Viuius.

P R. Cenſura

P R.Cenſura eccleſiaſtica vbi exprimitur, excommunicatio intelligitur, in cap.quærenti. extrà.de verb.ſignific. Bellon.

Cenſualiſta cautionem non ſoluens, non priuatur cenſu.Decius conſil. cxxxviij.numero 5.communem dicit. B.Villalob.

Certioratio non requiritur aliqua cùm contrahitur cum minore iuramento mediante, Ioan.Maur.in tracta.de reſtitut.in integ.cap.cxiiij. & Iaſ.in authen,ſacramenta.num.56.C.ſi aduer vendi.communẽ dicit.

Nota iſtam communem ad intellectum l.iij.titu.xij.par.v.vbi dicitur quòd ſi mulier certioretur non iuuantur Velleiano, B.Villal.

Certioratio nulla requiritur ad hoc vt minor excludatur à beneficio reſtitutionis in integrum, ſed nec ſpecialis renunciatio, Eſt magis communis opinio ſecundum Alexand.conſil.xxvij.viſo libello.verſ.& quia vbi iuramentum volum.j.quoniam iuramentum habet vim certiorationis ſecundum eundem. Grib.

In muliere pro alio intercedente, cum iuramento non requiritur certioratio beneficij Velleiani.Eſt communis opinio ſecundum Alexand, in dicto conſil.xx, verſiculo.non obſtat, Moph.Gribal.

P R.Certa eſt nummorum æſtimatio, l.nummis.ff.de in litem iur.

P R.Certus & determinatus debet eſſe numerus clericorum in eccleſia.§.j.in auth, vt determin.ſit num.cler, colla.j.

O B.Contrà quia numerus canonicorum determinatus augetur, in cap.cùm Mat, Ferrarienſis, extrà de conſtitur.

S O.Ibi ex juſta & rationabili cauſa augeri poteſt, ſuperexcreſcentibus ſcilicet eccleſiæ fructibus ad diuini cultus augmentum.

P R.Ceſſante cauſa ceſſat effectus.in l.adigere.in §,quamuis.ff.de iur. patro.& cap.ſi Chriſtus.extra, de iureiur.& c,cũ ceſſante, extrà de appel,

O B I E C.Contrà de l.ij,§.fin,ff,de donatio.& l.j,in fine.ff,de minor. & l.j.§.ſexum,ff,de poſtu, vbi cauſa prohibitiua, quòd mulieres non poſſint poſtulare eſt propter impudicas fœminas:ergo ſi ſint aliquæ bonæ poterunt poſtulare ceſſante cauſa impedimenti:prætereà cauſa in legato adiecta ceſſante quia falſa, legatum non vitiatur; toto titulo, C.de falſa cauſa adiect.

Cauſa finali ceſſante ceſſat effectus: vt hic.Secùs, ſi ſit cauſa impulſiua: vt in contrariis.vt in d.§.ſexum.Ratio alia finalis erat, ne virilib.officiis mulieres ſe immiſcerent.l.ij.ff.de reg.iur. Bellonus.

P R. Ceſſante vna cauſa finali & altera remanente, non ceſſat effectus, l.liberorum.§.j.ff.de his qui no.infam.& in §.affinitatis.Inſtitutio, de nuptiis. Bellonus.

P R.Ceſſante cauſa priuilegij, ceſſare debet ipſum priuilegium.l.generaliter.ij.C.de epiſco.& cleric.l.Titia.§.vſuras.ff.de lega.ij.l. ne quidam.C.de teſtam. militat.vnde ceſſante clerico ab eccleſia debet carere præbenda gl.in verb.adiuuantur.in §.illis autem, Inſtitut.de militari teſtament. Bellonus.

P R.Ceſſante ratione legis ceſſat & ipſa lex.in leg.quod dictum.ff, de pact. Bellonus.

P R.Ceſſante neceſſitate, ceſſare debet pariter quod vrgebat. can, quod pro neceſſitate.j.q.j. Bellonus.

Charitatiuum ſubſidium ſi petatur per Epiſcopum:& ſubditi dicunt non adeſſe cauſam rationabilem ad ſoluendum ſunt eligendi arbitri, vt de cauſa cognoſcant, ſi tamen ſubditi conquerantur de Epiſcopo quòd ipſos grauat ſine rationabili cauſa metropolitanus iudex erit.Remig.de charitate ſubſidi.q.vj.in fi.communem dicit,

Nota quòd cùm agitur de charitatiuo ſubſidio: plenariè eſt cognoſcendum.Remigi.ibi in q.vij.communem dicit. B.Villalob.

Charitatiuum ſubſidium non poteſt remitti, idem q. lxiiij. communem dicit, B.Villalob,

Charitatiuum ſubſidium quod in totum non petatur:non præſcribitur.Idem q.50.communem dicit, B.Villalobos,

Charitatiuum ſubſidium debet ſolui per illum qui fructus percepit: non autem per nouum poſſeſſorem.Idem q,59.communẽ dicit. Idem,

Charitatiuum ſubſidium non exigitur à monaſteriis, idem q.34.cõmunem dicit. Idem,

Charitatiui ſubſidij exactio eſt de iure dioceſano:Idem q. 14. communem dicit. B.Villalob,

P R.Circuitus ſunt euitandi l.ſingularia, ff,ſi cert. pet.l.dominus teſtamento.ff.de condictio. indebit. l, ne in arbitris, §,fin.C.de arbit. in l.fin.C.de adop.in clem,auditur, de reſcrip.in clem,

O B.Contra de l.ij.in princip. ff, ad l.Rhod, de iactu. vbi damnum paſſus agit cum magiſtro, & magiſter cum vectore, & ſic fit circuitus.

S O.Dic quòd etiam ibi circuitus euitari poteſt:quia ſi magiſter agere nolit, vel retinere merces, recta via aget damnum paſſus, vt ibi gloſſ.declarat.

O B. Prætereà contrà de l. ſi vſusfructus, in princ, ff. quemadmod, vſusfruct.caueat. Vbi vſufructuarius cauet domino, & fideicommiſſarius fructuario:& ſic cum circuitu.

S O. Illud eſt ibi propter ſpem vſusfructus, vt ibi not. Bellon.

Citare ad domum ſufficit.Hæc fuit opinio Din.in l.prima. ff. de lib. agnoſc,text.in l.ſcire oportet.ff.de excuſ.tuto. qui alternatiuè loquitur ad faciem, vel ad domum, in quibus alternatiuis ſufficit alteram partẽ eſſe veram.reg.in alternatiuis.de reg.iur.in vj.Sed hæc ſua opinio damnatur à Doct.in cap.cauſam, quæ de dol.& contu.ratione illa quia iura communiter volunt, vt quis primò citetur perſonaliter, ſi reperiri poteſt, & vbi reperiri non poteſt, tunc demum admittunt citationem ad domum, d,cap.cauſam & in d.l.j.de lib.agno. & decidit Bart. in l. iiij. §. quòd ait prætor, ff.de dam,infect.Ad l.ſcire. reſpondet, quòd illa eſt alternatiua ordinis, id eſt vt primò in faciem, ſi poteſt, aliàs ad domum citetur:ſimile eſt in c.mandato.de præben.in vj. Quando autem dicatur non reperiri, variæ fuere opiniones. Prima fuit Hoſtien. in d. cap. cauſam quòd oportet, abeſſe citandum à prouincia ad hoc vt ſufficiat citatio ad domum, innuens, quòd ſi ſit in prouincia, debeat citari perſonaliter, Alia fuit Inno, opinio in cap. fin.de eo qui mit. in poſſ.quòd ſufficit quòd abſit à ciuitate, per id quod habetur in auth,de exhibend. re.§. fin.alia fuit Bart.in d.l,iiij.§.prætor ait, diſtinguentis:quòd aut ſumus in iis quæ celeritatem requirunt, & tunc ſufficit quòd non reperiatur in iudicio, vt citari poſſit ad domum d.§, prætor ait. iuncta l.j. ff, eodem. ſi verò cauſa celeritatem non exigit, ſufficit citandum abeſſe à ciuitate, ſi citandus nunquam fuit citatus, vt quia ſit prima citatio.l. vt perfectius. C, de anna.except.& tenet Inn.in cap.fin.de eo qui mitti in poſſeſſion. eſt enim ſibi imputandum, ſi non dimiſit procuratorem.durum quidem eſſet, quòd per totam prouinciam perquirere tenetur.Scias tamẽ quòd vigore citationis ad domum, ſolùm proceditur ad ea, quæ ſunt leuis præiudicij, puta ad miſſionem in poſſeſſionem etiam contra abſentem ex cauſa reipub,l,ignorare.C.de reſtitut. milit. Intellige quando prima citatio fit ad domum, ſecus, ſi aliàs fuiſſet perſonaliter citatus, quia tũc ſufficit ad quoſcunque actus, etiam ad ſententiam, citatio. ad domum, vt concludit Rot.deciſ.48.titulo de citatio in no.Et de citatione ad domum vide per Innoc, & latè per Abb. in d.cap. fin. de eo qui mitti.in poſſeſſ.cauſa rei ſeruan, F.Turzan,

Citatio partis licet quando is qui propria auctoritate poſſeſſionem ingredi poteſt, petit ſimpliciter ſibi dari familiam à iudice, ad ſcandalũ euitandum, non requiratur tamen quando petit ex vrbanitate ſibi dari licentiam ingrediendi, tunc requiritur citatio. Eſt magis communis opinio ſecundum Alex, in conſil, 131, in cauſa & lite verſic.ſecundo, præſuppono.volum,4.Ratio eſt in promptu, Nam ex quo quis eligit viam iudicij, videtur meticuloſus, & ad viam facti redire non poteſt. l. de pupillo.§.meminiſſe, de op,no, nunc.ſec.Bald.in l.ij.verſic.decimo quæro. C.de ſeru.& aq.Sequitur Alexand, in conſil.cxxx in caſu.in princ.verſi. & ſic ex iſto infertur, volu,iiij.Et inde colligi poteſt, deterioris aliquando fore conditionis, qui potius eligit viam iuris quàm facti. quod nota perpetuò, Moph.Gribald,

Citatio partis requiritur in executione ſententiæ faciendæ.l.j. C. de iureiur, & facti igno, Bart.not, in extrauagan.ad reprimendum, in verb. executionem. quo mod, in læſ, maieſt. quem ſequuntur Alexand. in l.à diuo Pio.§.in venditione, num. 35.ff.de re iudic. & ibidem Iaſ. num. 9. & Vincen.Hercul.num.32, & Maranta in tract. iudiciorum, in vj.par. in 3.actu.num.16, & ſeq.vbi dicit non fore neceſſariam citationem partis hoc caſu; quando fieret executio in eadem re, ſuper qua lata ſententia ipſa extitit, ſed vbicunque à ſententia appellatum eſſet, ac appellatio deſerta reperiretur, tunc quippe in executione facienda debet citatio tanquam neceſſaria præmitti à iudice, à quo, ad dicendum cauſam, quare ſententia executioni mandari non debeat, alioquin executio nõ teneret ſecundum Bart.in l.j.ff.nil no, appel.pen.Bald.Saly.& omnes in l.ſi contra, C, de appel.Rotam deciſio.422, in nouis, & iſtam ait eſſe cõmunem opinionem Maranta in loco præcitato, Præmiſſa concluſio ita declarata, putà quòd partis citatio requiratur in executione ſententiæ, ampliatur, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali, cum militet eadem ratio ſecundum Cyn.in l.ab executione. C. quorum appel, non recipian, cum quo tranſeunt Ioan.de Imol.& Alexan.in d.§.in venditione, & quamuis Bart, aſſeueret ibi contrarium, tamen ibi Iaſ. numero 9.refert opinionem Cyn, eſſe magis communem, & veriorem in iure dixit Alexand.in d,loco, F.Viuius,

Citatio eſt fundamentum ordinis iudiciarij tam in definitiua, quàm in interlocutoria: quæ parit præiudicium parti.Ant.de Tremo.in addit, ad Bona.cur.in prac,de except, in rub,de impe, excep.numero 17.in verbo alij caſus.communem dicit,

Concor.cum hac communi prœ.tit.7.par.8.

Amplia cum Papa cõmittit cum clauſula ſi conſtiterit, vel ſi ita compereris: aliàs eſt nullum, quicquid fit. Iaſ.in l.certum eſt.numero, 19. C, vnde legi.communem dicit,

Amplia ſecundò.in inhibitione facienda per iudicem appellationis: quia non poteſt fieri ſine citatione partis.Iaſ.in l.nequicquam.num.31. ff.de offic.præto.communem dicit.

Amplia tertiò, in diſpenſatione facienda in præiudicium agnatorum ad aliquem actum, Coua.in epiſt, iiij.cap.lxxxviij, §.viij. numero 5.communem dicit.

Reſtringe primò iſtam ampliationem in legitimatione facienda per patrem: quia tunc non requiritur citatio agnatorum: Cur.iuni, conſilio lxxv.& Iaſ.conſil.x.vol.iij.& idem Curt.iuni.conſil.clvij.nu.3.& Coua, in d.epiſt.quarti cap.viij.§.ix.num.7.communem dicit.

Reſtringe dictam reſtrictionem quò ad excludendum ſubſtitutum, quia

quia requiritur citatio.Deciſ.conſi.lxxxv.& Coua.in d.§,ix.nu.8. communem dicit & vide in verb.legitimatus.

Reſtringe ſecundò,dictam tertiam ampliationem: ſi facta per mortem patris,appareat voluntas principis volentis legitimatum ſuccedere in hereditate,cum præiudicio ſucceſſorum,qui tunc valet etiam ipſis non citatis.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm, ff. de liberis & poſthumis, communem dicit.

Reſtringe hanc reſtrictionem ſi iam ſit adita hereditas per ſucceſſorem:quia oportet citare adeuntes.Coua.in d.§.ix,nu,9. communem dicit ex Ruino.in d.§.& quid ſi tantum.

Fallit primò, dicta communis, in abſolutione iuramenti ad effectum agendi,quia non requiritur citatio.Alci.in c,cum contingat.de iur.iurand.communem dicit: ſed ſi petitur abſolutio ad effectum diſſoluendi contractum ex toto,citatio requiritur. idem Alci.ibi magis communem dicit,

Fallit ſecundò ſi præiudicium ſit minimum, Iaſ. in l.ne quicquam, ff.de offi.Proconſul.nu.25.communem dicit.vide triginta & vnam limitationem ad dictam regulam in Spec. aureo per Robert. Maran.in ſexta parte in primo membro iud.à prin.vſque ad nu,58.& vide quindecim ſupra centum per Nice.in concord.gl,conſi.lij. B.Villal,

Citatio præſumitur interueniſſe,etiam ſi in ſententia non ſit facta mentio de citatione.Iaſ,in l, ſi ſe obtulit,§,condemnatum.nu.8. ff. de re iud.communem dicit.

Amplia primò in antiquis quæ excedunt metam triginta annorum, Bello.conſi,xlix.communem dicit,

Amplia ſecundò,in ingroſſatione inſtrumenti , in antiquiſſima ingroſſatione præſumitur citatio.Boë.dcc.xxxvij.nu.8.par.j.verſi.& iſta eſt communis communem dicit. B.Villal.

Citatio domini,qui dedit procuratorem ad cauſam,non facit eum contumacem,Veram,& communem teſtatur Rip,in l.Furioſo nu. 10, ff.de re.iud, B.Villal.

Citatio in caſibus,in quibus non requiritur: ſi tamen fiat minus ſolẽnis,tenet actus.Ant,Nic,in cõcor.gl.conc.lij. in fi. cõem dicit,B.Vill,

Citatio ad omnes actus , etiam à diffinitiua, operatur quod non ſit neceſſaria alia citatio:etiam ſi citatus non ſit de longinquis partibus, Iafre.Balbus deciſ.xlij.communem dicit.Intellige iſtam communem, quando daretur contumacia partis , & fuerit comminata ſententia vt per Nic.vbi ſupra limit.decima. B.Villal,

Citatio etiã ſola perpetuat iuriſdict. Iudicis delegati,nec requiritur litis conteſtatio.Quòd autem hoc procedat etiam de iure Ciuili,communiter teneri,atteſtatur Iaſ, in l. & quia ff, de Iuriſ. omn, iud. vt eum allegat Alciat.in c.gratum ex.de offi.deleg. Nec tamen per eam inducitur litis pendentia, niſi reus fuerit per eam inſtructus , de quibus rebus in iudicium trahatur.Sic deciſum fuit in iudicio cameræ Imper.vt teſtatur Minſingerus obſer.xxvj.Cent.iiij.vbi vide etiam quinque alia requiſita. I.Fichard.

Citatio prima poteſt incipere à procuratore.Iaſ.in l.eum, num. 1.C. de proc,communem dicit.

Fallit in vniuerſitate quia citatio prima debet fieri in collegio., ſeu vniuerſitate.Balbus deciſio,lxxx.communem dicit. B,Vilal.

Citatio in criminalibus,debet fieri de commiſſione iudicis:alias eſt nulla.Mar.Ant.in trac,de ind. nu.334.communem dicit.

Citatio inualida,conualidatur per cõparitionem ſubſecutam: Balbus de præſcrip.in ſecunda ſpecie,ſecunda parte ſextæ partis principalis.quæſt.prima.communem dicit.

Amplia iſtam communem etiam ſi nulla citatio interueniat, ſi citandus comparet ſponte valet actus.Sebaſtia.Vanti.de nullitate proceſ.§.quibus mod.ſent.nul.repa.nume,116.communem dicit ex Bald, Alex.in l.j.ff.de feri.

Citato non ſufficit probare impedimentum ; ſed quod aggreſſus fuit adimplere,non potuit.Boë,deciſione xl,nu.4.& 5.cõem dicit.

De iure regio tenetur excuſatorem mittere l.v.titu.iij.l.j.For.ll. & ſic intel.l.xj.tit.vij.par.iij.quas intellige vt in communi ſequenti,

Limita,ſi impedimentum eſt notorium.Boër.d. deciſ.xl.nu.7. communem dicit. B.Villal.

P R. Citò violatur auro iuſtitia , nullámque reus pertimeſcit culpam,quam redimere nummis exiſtimat , capitulo pauper. vndecima quæſtione tertia. I.Bellon.

P R. Ciuibus relictum ciuitati videtur relictum. l,ciuibus ff. de rebus dubiis, Bellon.

P R. Ciuitas illa apud Platonem rectiſſimè ordinata traditur , in qua quiſque proprios neſcit affectus,can.j.viij,diſt. Bellon.

P R.Ciuilia iura tolli poſſunt.l,non eſt nouum.ff.de legib,in §.fi.inſtitut.de leg,agnat.tut,& §.pen.Inſt.de iur.nat.gent.& ciuili.& §. at hi qui,Inſt,de her.ab inteſt. Bellon,

Ciuis nouus non tenetur ad collectas impoſitas pro debitis veteribus. Brunus de augmento , concluſione quinta , limitatione decima, communem dicit. B.Villal.

Ciuitas ſine licentia ſuperioris poteſt ſtatuere.Gozadi.conſil.xxxv. nu.16.magis communem dicit. B.Villal.

Clauſula rato manente pacto,ponitur, in odium contraueniẽtium, Fel.in c.intelleximus.de iudiciis.communem dicit. B.Vill.

Clauſula,ſaluo iure addẽdi vel minuendi, non operatur quòd poſt litem conteſtatam poſſit aliquid addi vel minui in libello.Iaſ.in l. edita actio nu.41.C.de edend.communem dicit. B.Vill.

Clauſula ſi ex certa ſcientia Principis ſi expreſsè non ponatur.ſufficit quòd apprehendatur:Fel.in c.ſi quem de ſent.excom. communem dicit. B.Villal.

Clauſula quælibet quæ poteſt Principem retardare ad concedendum,requiritur quòd exprimatur in diſpenſatione.Curt.Iun. in conſi. lxxxiij.communem dicit. B.Villal.

Clauſula non obſtante, in reſcripto Principis operatur quòd tale reſcriptum valeat,etiam contra ius,etiam ſi auferatur ius tertio. Curt. Iun.conſi.clvij,nu.23.communem dicit. B.Villal.

Clauſula, quòd procedatur abſque recuſatione , etiam à Principe: intelligitur de friuola: Ant.de Trem.in additio.ad Bonacur. in practica exceptionum.in rubrica de impe.& except.quæ contra reſ.nume. 8.in verſi.libellum.communem dicit. B.Villal.

Clauſulæ codicillaris vim habet magna adfectio , ſeu dilectio teſtatoris erga perſonam cui relinquitur,eundémque effectum operatur gloſſ.ſingularis & communiter approbata in verbo,debuiſſe,l.in teſtamento.ff.de fideicommiſ.lib.ſecundum Iaſ.in l.j.in ij.repet.verſi.v.ibi diſponebatur.Matth. Moph.Grib.

P R.Clauſula quantumlibet generalis non refertur ad ea, de quibus non cenſetur eſſe actum , vel cogitatum inter partes. l. cum Aquiliana.& l.qui cum tutoribus,in §.fi.ff.de tranſactio,l.age.& l. ſi de certa.C.eod.tit.

O B.Contrà,de l.ſub prætextu.ij.reſpon.C.eo.vbi generalis tranſactio in omnibus præiudicat,etiã de quibus nõ eſt cogitatũ inter partes.

S O L. Ibi erat generalis petitio,& tranſactio, Hic autem ſpecialis petitio,& generalis tranſactio, quo ad verba.vel ecõtrà , vnde non refertur niſi ad ſpeciẽ petitã;ita not.gl.in l.tres fratres.ff.de pactis, Bell.

P R. Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata.l. doli clauſula de verborum obligat.ff.l.ſanctio legum.ff.de pœn. & l,quæro. ff. de actionib.emptio.

O B. Contrà,quia clauſula generalis refertur ad ſpecificata.in l.ſi de certa. C. de tranſactio. & in l.age cum Geminiano. C. de tranſactio, Prætereà clauſula generalis plura continens,ad omnia expreſſa refertur.l.ſi ſeruum,in §,inquit lex.ff.ad leg.aqui.l.talis ſcriptura. ff. de leg.j. & l.j,C.de lib,præterit.vel exhered.

S O L. Ibi clauſula generalis fiebat tantùm pro iis , quæ expreſſa ſunt,hic pro aliis:vnde non refertur ad nominata. Bellon.Toloſ.

Clauſula codicillaris habet vim fideicommiſſi ; etiam teſtamento nullo cauſa præteritionis, communem dicit Dec. conſi.cccexc.nu. 10. verſi.ſimile non obſtat. B.Villal.

Clauſula codicillaris per verba futuri temporis appoſita, operatur, quòd in fideicommiſſum inſtitutio reſoluatur: & ſuccedentes ab inteſtato hereditatem ſcriptis heredibus reſtituere teneãtur. Communem dixerunt Alex.cõſi.cxlij.vol.ij.& Philip.Cor.cõſi.ccxxv. vol.iij.I.Fich.

Clauſula codicillaris facit vt etiam teſtamentum , in quo filius eſt præteritus,ſuſtineatur in vim codicilli: Communem dicit Ioan. Clar. Senten.§.teſtamentum,quæſtio.xlvj.contrarium dicit Signorol. conſi. clxxj.num. Pius Fich.

Clauſula codicillaris nihil operatur , ſi in teſtamento poſthumus à teſtatore ignoranter præteritus ſit.Magis communem dicit idem dicto,§.teſtamentum, quæſt,xlvj.verſicu.contrariam. Vide ibidem, quot ſint qui contrarium dicant,& velint quòd operetur fideicõ. Pius Fich.

Clauſula talis à notario in teſtamento appoſita: quòd teſtator velit teſtamentum ſuum valere iure codicillorũ vel donationis cauſa mortis & non aliter , facit vt teſtamentum valeat iure codicillorum tantum:Communem eſſe dicit idem Ioan.Clar,d.§.teſtamentum. quæſt, iiij.verſicu.non omittam. Ait tamen ſe aliquando contrarium conſuluiſſe,ſed non obtinuiſſe. Pius Fich.

laicus poſt delictum factus Clericus,non debet per ſecularem iudicem coerceri.Old.conſi,iiij.quod laicus. Eſt communis opinio ſecundum Alb,in tract.ſtatuto.in iij.par,quæſt. cxlj. in c.ſubiicio. licèt Hypol,teneat oppoſ.ſing,534.incip.attende. Moph.Grib.

Clericus pro crimine nec ciuiliter nec criminaliter , coram iudice ſeculari reconueniri poteſt. Secùs ſi agatur ciuiliter tantùm, in cauſa merè ciuili,& non pro crimine:quia tunc bene poteſt reconueniri.Eſt communis opinio ſecund.Dec.poſt alios,in c.at ſi clerici.verſic.in eadem gl.ibi,clericum,& c.& verſ.ſed difficultas. & verſ. ſed ad hoc. & reſpondetur extra,de iudiciis. Moph.Grib.

Clericus ſi tpe cõmiſſi criminis reaſſumpſit habitũ & tõſurã,priuilegiũ clericale nõ amiſit.Eſt cõis opin.ſecũd. Alex.cõſ.viij. videtur vol.j.

Clericus non deferens habitum, & tonſuram, & immiſcẽs ſe enormitatibus& ſceleribus fori,tamen priuilegium non amittit , niſi prius à ſuo prælato fuerit monitus,& interpellatus. Eſt magis communis & verior opin.ſecund.Alex.conſi.viij.videtur.vol.j. Moph.Grib.

Clericus eſt feudi capax , modò pro tali feudo præſtetur ſeruitium

reale tantùm,nam ſi præſtetur perſonale, & non poſſit per ſubſtitutum expediri, clericus etiam feudum ad eum deuolutum amittit, quod tamen fallit in Epiſcopis, & Cardinalibus, Hanc communem tractat Clarus d.§,feud.quæſt.lxxviij. P.Fich.

Clericus poteſt à Papa impetrare licentiam teſtandi de bonis Eccleſiæ ex eod,§.teſtamentum,quæſt,xxvij.verſi.ſed quæro. P.Fich.

Clericus poteſt teſtari de fructibus extantibus, collectis ex bonis Eccleſiæ,ſiue habeat adminiſtrationem, ſiue non habeat, modò ſanus ſit,nam ſi cœperit infirmari, æquiparatur tantùm vſuario, nec habet aliam facultatem de illis bonis, quàm dandi in eleemoſynam. Hanc magis communem dicit idem §.teſtamentum.quæſt.xxvij.verſic.iiij, videndum.Contrarium tamen tenent Arch,Nic.de Vbald.& Iaſ.conſi.lxxv,lib,iij, P.Fich.

Clericus poteſt teſtari de bonis, quæ conſtat ipſum acquiſiuiſſe ex ſuis laboribus,idem d.§.teſtamentum.q.xxvij. verſi.ſed quid. P.Fich.

Clericus præſumitur in dubio quæſiuiſſe bona ſua intuitu Eccleſiæ. communem dicit I.Clar,§. feudũ,quæſt.xxvij,verſi.ſed quid ſi.P.Fich.

Clerici etiam de quotidianis diſtributionibus teſtari poſſunt,communem dicit d.§.teſtamentum,quæſt.xxvij,verſi.v, Contrarium tenet Nicol.de Vbald.de ſucceſ,ab inteſt.par.vltima.nu.9. P,Fich.

Clerici à poteſtate,& iuriſdictione principis ſecularis, & omnium, & quoruncunque Laicorum ante omnem humanam legem iure diuino fuerunt,ac ſunt exempti ſecundum gl.in c.ſi Imperator.in verb,diuinitas 96,diſt,& in c,quanquam,de cenſi, in vj.quam ſequuntur Doc, omnes in dictis locis,Card, in repet, c.perpendimus. in vij, oppoſi, de ſent,excom.Abb,Fel,& Dec.in c,eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. Roma.ſing.ccccxix.Rota Rom.in antiquis deciſi.840. in titu. de conſuet. Abb.in c.at ſi clerici,nu.23.de iud.Aufreri.in clemen j,de offi.ord, & Fel,in c.ij,de maior.& obed. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& Curt. quoque in c. fi.de conſuet.& Rebuffus in concordantiis, in rub.de protectione.Hoc procedit ſimiliter in clericis primæ tonſuræ,ſeu non habentibus beneficia, & immiſcentibus ſe in delictis enormibus,qui priuilegium fori non amittunt ex eo, quòd veſtibus & tonſura non vtantur,donec ter moniti fuerint à ſuo Prælato, ſeu Epiſcopo,vt à prædictis deſiſtant,& habitum reaſſumant,vt probatur in c. inaudientia.de ſent.excomm.& tenet gl.communiter approbata in c. ex par.ij.de priu.Pan,in c,tuæ,de apoſtat.Henr.Bohic.in c. cùm non ab homine,de iud.Aret.conſi.clxiij,num. 16.Fulgoſi.conſi.clvij.Alex.cõſi. viij.vol.j.Dec.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ nu.6.& conſil. ccxlj. ſcripſi, Soc.conſi.xiij.nu.11.12.& 30.vol.iiij.Alciat.in rub.extra de iud,Grammat.in voto 33.& iſtam opinionem ponunt eſſe communem omnes Doct.præcitati,& ceteri in c.vnico. de cler.coniugat. quam declarant procedere de plano, & abſque dubio aliquo in clericis primæ tonſuræ,qui non forent coniugati.Sed in clericis coniugatis monitio iſta non eſt neceſſaria,prout omnes Doct.affirmant.in d.cap.vnico. Monitionem ſeu citationem aut iſta,vt omnes clerici reaſſumant habitum, aliàs priuentur priuilegio clericali non ſufficit fieri per proclama generale,ſed neceſſario trina monitione perſonali clericus debet citari, ac moneri,vt probat tex.& ibi Card.Inn.& omnes in clem.j. de vita, & honeſta.Cler. Rubeus conſi.lxxvj.nu.2.& Marſil. ſing. cclix. generalis,& quòd iſte Clericus ſimplicis tonſuræ conueniri nequeat in ciuilibus cauſis,& criminalibus coram Imperatore, Rege, Senatu, vel quocunque alio iudice ſeculari etiam incedens abſque habitu, & tonſura non eſt mirum,quia percutiens Clericum huiuſmodi primæ tonſuræ eſt excommunicatus,quemadmodum ſi percuſſiſſet Clericum in ſacris ordinibus conſtitutum,vt in c.quiſquis.xvij.q.iiij.glo,in clem.ij, in ver.clericos.de vita,& honeſta.cler.& ita tenet Ioan.Lupus in tract. de cenſura eccleſiaſt.q.xj.& v.& Grammati dec.x.nu. 1. Afflict.in conſtit.iu.Neapo.lib.1.rub.xix.& Ioan.de Imo.in c.ex literis nu.6.de vita, & honeſt. cler.& opinionem iſtam facit mentionem eſſe communem Albertus Trotius in tract.de vero,& perfecto clerico.in lib.j.dubio.xj. Sed hodie iſti Clerici occaſionẽ,anſamque præbuerunt. Concilio Tridentino non leuem de reuocando,ac annullando omnes leges facientes in eorum fauorem, & ſic Concilium ipſum Tridentinum ſub Pio quarto Pontifice in xxiij.ſeſſione c.vj.incip. nullus prima tonſura initiatus.ſtatuit,& ordinauit,quòd clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudeat fori priuilegio, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat,aut clericalem habitum, & tonſuram deferat. Idcirco,ò clerici,cauete,ne vobis nimis freti in antiquis eccleſiæ conſtitutionibus obliuiſcamini dicti Concilij Tridentini, & accidat vobis,vt euenit cuidã clerico Aquilano in minoribus ordinibus conſtituto,qui incedendo abſque habitu,& tonſura fuit captus à iudice ſeculari cum armis prohibitis,& vigore Concilij prædicti amiſit forum iudicis eccleſiaſtici.

Ordo eccleſiaſticus poſt delictum commiſſum à laico aſſumptus fraude, & dolo,vt forum iudicis ſui declinet,non liberat eum à iudicis ſecularis iuriſdictione,vt tenet & probat Oldr.conſi.4.Bar.in l.1.ff,de pœnis,Ioan.Andr.& alij in c.1.de oblig.ad ratiocinia,quorum ſententia communis eſt,vt apparet ex citatis per Aufr.in clem.1.de offi. ord. reg.1.fallen.xj.Marſi.ſing.d xxxiiij.& Lãber.in c.j. de hær.in vj.q.xiij. & Marquardum de Suſannis in tract.de Iudæis,& infidel.in iij.part.c. v.nu.iij.& ſic per huiuſmodi fori mutationem non impeditur ſecularis iudex eum punire:Sed Bellemera in c.propoſuiſti.q.ij.de foro compe.aſſeruit contrarium quòd abſque vlla fraudis diſtinctione non poſſit crimen hoc à ſeculari puniri:tamen in practica nunquam ego diſcederem à communi prædicta tanquam in iure veriſſima,& fraus in caſu iſto præſumeretur ſi quis poſt delictum,& ante ordinem ſusceptũ fuiſſet accuſatus,ſeu denunciatus, vel infamatus,ſecundum Dyn.in l. Vlpianus.ff.excuſa.tuto.& Doct.in locis præcitatis.Hoc verò limitatur non procedere vbicunque quis feciſſet votum clericatus,vel introeundi religionem ante patratum delictum:tunc enim nullo modo poſſet à iudice laico puniri,cùm votum hoc delicti commiſſi tempus præceſſerit,vt concludit Iaſ.in l.cum quædam puella,num.11. ff. de iuriſdic. om,Gerardus ſing.51.Marſil.ſing.534.qui referunt ita tenere Bal. in l.j. C.an ſeruus ex ſuo facto,aſſerúntque hoc eſſe valde notabile pro euadendo aliquem à mortis pœna, & præſertim quia ſtaretur iuramento ſuo ſecundum allegatos Doct.Caſſaneus tamen in conſuetu,Burgund. rub.j.§.5.ſcribit ſe non credere quòd opinio iſta à practicis admittenda ſit,& eãdem opinionẽ reprobat quoque Claudius Seyſel. in d.l.j. C.an ſeruus ex facto ſuo. Verũ opinio Bald.Iaſ.& ſequacium eſt magis cõmunis,ac eam ſequũtur omnes Criminaliſtæ variis in locis, & Io.de Ana. in c.ad falſariorũ,ext.de cri.fal.& in practica ſeruari dicit Gerard. in d. ſing.51.& caſus iſte euenit in facto hodie hic in Ciuitate Aquilæ,diſcutitúrque coram iudice ſeculari, & adhuc indeciſus pendet. F.Viuius.

Clerici non reſidentes in eccleſiis in quibus habent ſeu obtinent beneficia eccleſiaſtica tenentur omnino ad dicendas priuatim preces horarias à Romano Pontifice & eccleſia priuatiſve inſtitutas,alioquin ipſi clerici reſtituere tenentur fructus beneficij,quos perceperint ex eo iã tempore,quo à dicendis precibus canonicis ceſſauerunt ſecundum Calderi,in c,j.de celebra.miſſa. Domi. in c.fin. de præſcrip, in vj.in j. not. quorum opinionem veriorem ſcribit Deci.in c.cum omnes in ij.lectu. i.de conſtitu.& Andriam.in iiij,ſententia in tract,de reſti.in q.an clericus teneatur reſtituere vltra victum de reditibus beneficij, &c.& Ripam.in l.fi,q.65,C.de reuocan.donat & eandem ſententiam arbitratur tutiorem glo.in Pragma,ſanctione,qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ.In contrariam verò partem inclinauerunt,videlicet,quod dicti clerici non teneãtur aliquo pacto ad reſtitutionem fructuum, Abb.&Cardina.in d.c.j.de celebra.miſſa.Præpoſi.in Summa.44.diſtinct.Silueſt.in verſi.clericus.iiij,q.22.&Fely.in c,poſtulaſti.num.vii.de reſcrip.poſt alios,quorum opinionem communem eſſe ſcribunt Moder.ibi: ſed tamen priorem ſententiam tanquam veriorem comprobauit Sinodus Lateranen. ſub Iulio xj. ſeſſione. ix.De hoc decreto faciunt mentionẽ Ioan.Bernard.præſul Callagurritanus in pract.crimi.c.49.& Martinus Azpilcueta in c.quando autẽ,de conſecr,diſt,j.nu.31.& iſtam opinionẽ contra cõmunem tanquã tutiorem,& veriorẽ,vt ſ.docuimus,ſequendam fore duximus omiſſo multiloquio,& aliis quamplurimis rationibus,quæ allegari poſſent pro eius corroboratione. F.Viuius.

Clericus in bonis patrimonialibus non gaudet priuilegio eccleſiæ, niſi in caſibus à iure expreſſis,vt concludunt omnes Canoniſtæ communiter in c.fin.de foro competen.Deci.in c. Epiſcopus.nu.19.de preben.& dignita.& in C.cum,M.de conſtitu.illuſtris D. Reſtaurus Peruſinus præceptor meus in tract.de Imperatore.q.101.& Balb.in tract, de præſcrip.par.v.q.v.numer.2.vbi ſcribit iſtam eſſe communem.Glo. verò in d,c.Epiſcopus.in verb.ſubſidium,inclinauit in contrariam partem,& Ripa poſt alios citatos per eum in reſponſis tit.de legibus, & longa conſuetudine cap.ij.num tamen quicquid Doct.præcitati ſuadeant contra communem,ob hoc difficile,imò impoſſibile foret contra eam in actu practico obtinere. F.Viuius.

Clericus ſeu prælatus beneficiatus habens adminiſtrationem de beneficij fructibus,vel aliis rebus ex fructibus,eccleſiæ,vel intuitu ipſius eccleſiæ acquiſitis non poteſt teſtando diſponere,quia in vita vſufructuario,& in morte vſuario comparatur ſecundum gl.in c.præſenti,in verb.reſeruari de offi.ordina.lib.vj.Bal. conſili. 80.ad euidentiam lib. v.Cardinalem conſili.110,tria ſunt,& in c.fin.vbi etiam Barbat.de pecul.cleric.& alij plures citati per Bellonum conſilio tertio,numero ſecundo,vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem:Contrariam verò ſentẽtiam videlicet,quòd clericus decedens poſſit tranſmittere ſuę præbendæ fructus ad heredes ſuos: & eam aſſeuerat eſſe communem etiam & nõ fideliter iudicio meo.Antonius Corſetus in ſingula. in verbo.clericus.Imò nota,ſecundum veriorem Doctorum opinionẽ,quòd procedit prædicta communis negatiua,etiam ſi clericus ſimpliciter beneficium ſine adminiſtratione habeat vt concludit Abb.in repetitio. cap,cum eſſes.de teſtamentis.& Geminianus in dicto capitulo præſenti,& nonnulli alij relati per Barbat. in d. cap. fin. Rationabilis quippe eſt hæc ſententia, quoniam clericus ex reditibus ſui beneficij eccleſiaſtici,vltra honeſtũ victum & veſtitum,ſibi quicquam attribuere non poteſt.c.Epiſcopus.duodecima quæſt.prima, quicquid ſupereſt,erogãdum eſt in alimoniam pauperũ.c.quoniam quicquid.xlvj.q.j.& ca.aurum.xj.quæſt.ij.& ſi ex eccleſiæ fructibus clericus ipſe ſibi,vel ſuis prædium emerit,hoc ad eccleſiam pertinet,& ab illa, vt domina, poterit

vendicari

vendicari, ſecundum gl. in can. apoſtolicos in verbo conſtruxiſſe. xij. quæſt. ij. & Doct. in c. inquirendum, de pec. cler. Sed contrariam partem quòd clericus ſimpliciter beneficiatus, tam in vita quàm et á in morte æquiparetur vſufructuario & vtroque tempore faciat fructus ſuos, ſentit gl. & omnes in dicto c. præſenti, & iſtam gl. ponit eſſe communem Imol. in c. peruenit. extrà, de fideiuſſ. & Bellonus in præcitato conſil. iij. nu. 6. cum aliis citatis per eum, & illam ſequendam ſuademus totis viribus in deciſiuis, tanquam veriſſimam, & per conſuetudinem generalem approbatam. Dicta autem prima communis negatiua ita enucleata interpretatur & limitatur non habere locum vbicunque clericus impetraret à ſummo Pontifice priuilegium teſtandi, ac de huiuſmodi rebus diſponendi, quòd Papa ex cauſa concedere poteſt, cùm ad ipſum vniuerſarum eccleſiarum plena diſpoſitio pertineat. c. licet. de præben. li. vj. clem. j. vt lite pendente. vt per Abb. in dicto ca. cùm eſſes, Alex. Iaſ. in l. & militibus. C. de teſtam. milita. Alex. conſi. xv. volu. ij. & Socin. conſi. xiij. præſens conſultatio. & eſt communis opinio, vt dicit Dec. conſi. cxlvij. quæritur de expẽſis, idémque ſecundum Doct. congeſtos per Iaſ. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & hoc de plano procedit, quando Papa moueretur ex iuſta cauſa ad concedendum clerico teſtandi facultatem, ſecundum Abb. in dicto cap. cùm eſſes. quem ſequitur Fel. in c. conſtitutus. de reſcrip. & Barb. in c. cùm in officiis. de teſtam. in antiq. cum aliis relatis per eum ibi. Iuſta cauſa eſſet, ſi clericus ſuis pauperibus conſanguineis ſubuenire vellet: nam ideo bona eccleſiarum comparata ſunt, vt ex eorum fructibus pauperum inopiæ ſuccurratur, c. videntes. xij. quæſt. j. & faciunt notata per Abb. in c. j. de cohab. clericorum & mulierum. Interpretatur poſtremò dicta communis non procedere quando conſuetudo reperiretur in cõtrarium, quia clerici vigore huiuſmodi conſuetudinis diſponere ac teſtari poſſunt de fructibus ſuorum beneficiorum. ſecundum omnes Docto. præcitatos indifferenter, Geminia. ac cæteros in dicto c. finali de offic. or. li. & iſtam opinionem aſſeuerat eſſe communem vltra allegatos ſcriben. Bellon. in dicto. conſi. iij. num. 10. & 12. F. Viuius.

Clerici non poſſunt torqueri, ſtantibus indiciis, niſi ſint infames, & de crimine diffamati, ſecundum Ant. & alios in c. j. de depoſi. Bart. in l. ex libero. ff. de quæſt. Bart. Bald. & reliquos in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler. Bart. & Alex. in l. qui ſine. ff. de quæſt. Iaſ. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdic. omn. iudic. Marſi. in ſing. lv. aduertas ad vnum. vbi refert ita obtinuiſſe in practica in Ciuitate Cumarum, Curt. in tract. nobi. qui dicit etiam ſi contra clericum eſſent mille indicia, torqueri tamen non poſſet, niſi foret de crimine diffamatus, Felin. in c. de hoc. de ſimo. Moder. Hiſpa. latiſſimè in deciſ. criminali, in gl. tortura. & Dec. in c. at ſi clerici. nu. 9. de iud. vbi ſcribit vltra præcitatos ſcriben. iſtam eſſe communem opinionem. Ampliatur hoc etiam procedere, ſi ciuiliter contra ipſum clericum agatur, vt not. Pan. & Philip. Franc. in cap. dilectis. de appel. dummodò non ſit de crimine diffamatus, & infamis, vt per Corn. & Barb. in d. c. j. de depoſi. vbi aſſerunt iſtam eſſe communem opinionem. & Io. Bernar. Diaz. in ſua pract. crim. canonica, in ver. tortura. cap. cxvij. vbi materiam iſtam vſque ad ſaturitatem explicat, & dato quòd clerici ipſi torqueri poſſint concurrentibus præmiſſis, ob hoc tamen tortura eorum non debet ita eſſe ſæua quemadmodum laicorum, ſecundum communem opinionem omnium Doct. quam citat Abb. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. in antiq. & Ioan. Ber. in loco præcitato. Franc. Viuius.

Clerici nunquam fuerunt de iuriſdictione laicorum: & conſtitutiones de hoc loquentes potiùs ſunt declaratoriæ, quàm de nouo promulgatoriæ: gl. in c. Imperator. xcvj. diſt. communem dicunt Card. in capit. perpendimus. de ſent. excom. in repeti. & Alciat. in c. cùm non ab homine. de iudiciis.

Amplia etiam quòd laicus non poteſt eſſe iudex clerici etiam in realibus, nec corã eo cõueniri. Ant. de Tremo. in add. ad Bona. in rubr. quib. mod. ſuo. num. 39. in verbo, ſub iudicibus ſecularibus. cõem dicit.

Concordat cum hac communi l. lvij. tit. vj. par. j. niſi realia proceſſerunt à Rege vel alio potenti coram eo. vel ſi clericus eſt heres laici, & ratione eius conueniatur, debet coram iudice laico reſpondere, vel ſi vendidit coram iudice laico, tenetur de euictione, per d. l. lvij. quod planè eſt contra gl. in c. clericus nullus. in ver. ſecularem. xj. q. j. & gl. in c. is qui in ius. de reg. iur. lib. vj. & tenet Ant. in c. quia V. de iudi. Et Iaſ. adiicit alios plures tenentes in authen. quas actiones. num. 39. de ſacroſan. eccleſ. C. vbi videtur dicere hanc eſſe communem opinionem, ſed iudices ſeculares obſeruant. d. l. lvij. & vide Ruber. in Spec. aure. in v. par. prin, nu. 13. vbi dicit, quòd licet lis cœpta, denuò eſt inchoanda coram iudice eccleſiaſtico, & dicit magis communem, Petrus autem Nunius in c. j. de exec. mandati Regij, num. 29, dicit illam l. lvij. intelligendam quando lis erat cœpta cum defuncto, & non ita indiſtinctè: quæ interpretatio (ſalua eius pace) violat literam: Verba legis hæc ſunt, *quando el clerico hereda los bienes dol home lego, y alguno dennanda contra aquel clerigo por razon del auer que heredo, o de daño que vuieſſe hecho tenudo es el clerigo de fazer derecho ante aquel iuzgador ſeglar do le fuere aquel de quien heredo el auer ſi fueſſe viuo.* Ecce enim legem non diſtinguentem ſi lis ſit cœpta necne: quia licet ſit verum quòd quando lis eſt cœpta cum defuncto, heres tenetur coram illo iudice litem finire vbi cœptum eſt iudicium, per l. vbi cœptum. ff. de iud. ſecundum communem opinionem, vt per Anto. de Trem. in addit. ad Bona. in pract. except. in rubr. quib. mod. ad fi. verſ. itẽ non audiuntur in herede clerico. Magis communis eſt contraria: & ſic non quadrat diſtinctio, cum vnum & reliquum ſit prohibitum: ſed eſt dicendum dict. l. lvij. reſpicere ius ciuile, & opinionem Doctorum antiquorum, qui tenuerunt per l. heres abſens. ff. de iudiciis. vbi Alber. dicit Pergami fuiſſe concluſum clericos heredes laici poſſe conueniri coram iudice laico, licet contrarium ſit de iure canonico, quod nota.

Fallit in clerico degradato actualiter: quia iudex laicus poteſt eum punire abſque aliqua traditione. Alc. in d. capit. cùm non ab homine. communem dicit.

Nota iſtam communem pro intellectu l. lx. tit. vj. part. j.

Fallit ſecundò, ſi reconueniatur per laicum, quia in illo caſu iudex ſecularis erit ſuus iudex. Curt. Iun. in l. ij. nu. 48. ff. de iuriſ. omn. iudic. communem dicit. concord. cum dicta l. lvij. tit. vj. par. j. ſi non data opera laicus moleſtet clericum vt reconueniatur per Maran. in Spec. aureo, part. iiij. diſt. vij. nu. 44. B. Villal.

De Clerico herede laici, vide plura apud Dida. Practic. quęſt. c. viij. nu. 2. & 3. vbi refert communem eſſe, quòd clericus litem cœptam cum defuncto cui ſucceſſit, coram illo iudice laico debeat perſequi. I. Fich.

Fallit tertiò, ſi clericus eſt vaſallus: quia ſubeſt domino laico: & coram eo poteſt conueniri de feudo. Fel. in c. cæterùm. nu. 3. de iud. communem dicit.

Amplia iſtam tertiam limitationem procedere non ſolùm ſi vertitur quæſtio ſuper proprietate: ſed etiam ſuper poſſeſſione. Aret. in cap. cæterùm, nu. 24. de iud. communem dicit ex Panor. ibi. Quam ibidem intelligit, quando agitur per interdicta poſſeſſoria: ſecus tamen ſi intentatur emenda iniuriæ, vel damni paſſi, vel quando agitur criminaliter de poſſeſſione ad pœnam. Tunc enim iudex ordinarius, & non dominus cognoſcit. Imol. & Moder. in d. c. cæterùm.

Reſtringe iſtam tertiam limitationem, ſi clericus vaſallus Regis vocetur à Rege & à Papa, eodem tempore, nam eo caſu potius tenetur obedire Papæ, quàm Regi: Præp. in c. cùm parati, nu. 20. de appel. communem dicit.

Nota iſtam reſtrictionem ad intel. l. xxiiij. tit. ij. lib. iij. ord. imponentis pœnam eccleſiaſticis non venientibus ad mandatum Regis.

Fallit quartò, ſi clericus inueniatur in flagranti delicto, quia poteſt capi à familia Poteſtatis, vt tradatur iudici eccleſiaſtico, Feli. in c. verò. nu. 2. de ſent. excom.

Amplia iſtam fallentiam ad priuatum, qui poteſt capere clericum in flagranti crimine fauore reipublicæ. Fel. in d. cap. ſi verò. cõem dicit.

Amplia ſecundò, ſi clericus in delictis eſt ſuſpectus de fuga, nam tũc à laicis poteſt capi, vt Epiſcopo ſuo tradatur ſine metu excommunicationis, Epiſcopo ratum habente verè, vel fictè. Alciat. in c. cùm non ab homine, de iud. nu. 94. communem dicit.

Amplia tertiò, in creditore, quia poteſt capere clericum abſque mandato. Alc. in d. cap. cur non ab homine. nu. 74. communem dicit.

Fallit quintò, de conſuetudine regni, quia Princeps cognoſcet de vi, & de iniuriis inter eccleſiaſticos. l. v. tit. j. lib. ij. ordin. quæ habuit ortum à c. principes. xxiij. quæſt. v. & c. Regũ. ead. cauſa & quæſt. & textum iuncta gl. in verb. Reges. in c. filiis. xxvj. quæſt. vij. licet contra iſta iura & conſuetudinem, vide tex. in c. placuit. & in c. inolita. xj. quæſt. j. cap. qualiter & quando. de iud. auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. & Rota deciſ. 840. in antiq. dicens, conſuetudine non poteſt introduci, quòd clericus ſubiaceat iudici ſeculari: quib. iuribus vnico verbo reſpondetur, quòd hæc iura generalia ſunt: alia autem ſpecialia, per reg. gener. de reg. iur. in vj. Speciale enim eſt in violentiis, & iniuriis præcipuè cùm ſuperior non ſit in Regno, qui de illis poſſit cognoſcere: vt notat Naua. in præfat. c. cùm contingat. in xvj. cauſa cum agitur de remediis. in alleg. in litera Y. de reſcrip. & de d. l. v. vide Nunium de obſeq. mãd. Regum, c. j. nu. 25. & vide Gul. Bene. in c. Rainutius, in verb. & vxorem nu. 40. & 347. & in verſi. abſque liberis. verb. ij. nu. 45. B. Villal.

*ADDITIO.* Limita etiam quia clericus qui ante clericatum deliquit, poteſt de illo delicto à ſeculari iudice puniri, & hanc limitationem limita, niſi ante commiſſum delictum votum clericatus feciſſet, & ſic retrò trahitur, & hoc ſi fraudulenter feciſſet, Oldr. in cõſ. iiij. Quod laicus, & refert hoc dictum M. Ant. Bard. in trac. de temp. vti. & contin. in c. xj. nu. 13.

P R. Clerici iurare prohibentur. l. cum clericis. C. de epiſc. & cleric. c. j. de iure. caſum. I. Bellon.

P R. Clericis nec vxores nec concubinas licet habere. l. eum qui. & auth. multò magis. C. de epiſc. & cleri. can. interdixit. xxxij. diſt. & can. cum omnibus. lxxxj. diſt. cap. j. & cap. à nobis. de cohab. cler. & mulier. Bellonus Toloſan.

Clericum excommunicatum percutiens, incidit in excommunicationem, Pan. in c. contigit. j. nu. 12. ad fi. de ſent. excom. cõem dicit. B. V.

Clericus propter adulteriũ detruditur in monaſteriũ, & deponitur

ab officio,& beneficio,Coua,in epiſt.4.c.7.§.7.nume.19. & Epiſcopus Calagu.Io.à luco in prac.crimina.c.79.communem dicit.B. Villal.

Clericus ſi per inſidias interfecerit aliquem, debet verbaliter degradari,non autem actualiter:& ſic eſt intelligendus tex.in c.1. de homicid.in antiq. Franc.de Are.in c.cum non ab homine num.80,de iud, communem dicit. B.Villal.

Clericus per ſimplicem fornicationem non deponitur.Fel,in ca, at ſi clerici,nu,8,de iud.communem dicit, B.Villal,

Clericus concubinarius eſt priuandus beneficio: & tenetur ad reſtituendum fructus perceptos.Bell.conſi,56.communem dicit, ex Fel, in c.poſtulaſti de reſcrip.& vide tamen Concilium Baſilæum de concubinariis, B.Villal,

Clericus non poteſt torqueri.Pan.in c,cum in contemplatione. nu, 6,de reg.iuris communem dicit.

Fallit,ſi non ſit diffamatus:quia etiam præcedentibus indiciis, vel confeſſione non poteſt torqueri:niſi ſit diffamatus,Dec.in c,at ſi clerici de iud,nu,9.& Hippol,in ſingul.55.communem dicit. B.Villal,

Clericus paruæ parochiæ poteſt diffamari Pan, in c,inquiſitionis.§. fi.de accuſ,communem dicit, B,Villal.

Clericus habet omnia priuilegia conceſſa militibus armatæ militiæ.Iaſ,in l,miles,nu,11.ff,de re iudic.& ſic non poteſt conueniri vltra id quod facere poteſt.communem dicit, B,Villal.

Clericus in patrimonialibus non gaudet priuilegiis conceſſis eccleſiæ,niſi in caſibus à iure expreſſis, Balbus in tract.de præſcrip.par.5.q. 5.nu,2,communem dicit. B. Villal,

Clericus teſtari poteſt etiam de bonis ab Eccleſia acquiſitis, impetrato ad hoc priuilegio à ſummo Pontifice.Communem dicit Decius, conſi,157.refert dilect,de arte teſt.tit.j.cau,3, I.Fich,

Nota quòd ſtatutum in quo cauetur quòd primogenitus ſuccedat in hæreditate paterna, etiam ſtantibus aliis liberis, ſortitur effectum contra clericum,vel filios,qui effecti ſunt clerici.Ioan.de Rip.in l.j. de legib.reſpon.ij.nu.2.& in reſpon.vj.nu.11.communem dicit, B.Villal,

Clericus eſt vſufructuarius, & non vſuarius de fructibus beneficij; Franc,de Aret.in c.ex literis.de probatio.Ioan. Lupus in repet.rubr,de donatio,inter vir.& vxor communem dicit.

Intellige iſtam communem in vita.nam in morte eſt vſuarius tantùm.Bell. conſi.iij.nu.2.communem dicit.

Limita hunc intellect.in beneficiato ſimplici: quare ſemper eſt vſufructuarius.idem Bello.nu.6.communem dicit,

Limita ſecundò,ſi eſt conſuetudo in contrarium: quòd ſemper ſit vſufructuarius:& quòd poſſit teſtari;Bello.ibi.nu. 9. communem dicit ex Gem.in c.fi.de offic.ordin.& vide latè per Nunium in reſpon, xix, per totum:& præcipuè num.15.poſt trac.de exequendis mandatis regum. B.Villal,

Clericus habens patrimonium ſufficiens, ſi ſeruit eccleſiæ, poteſt viuere de bonis eccleſiæ,Præp.in c.illi autem.xij.quæſt.j.communem dicit. B.Villalob,

Clerici trahentes clericos coram iudice laico, perdunt cauſam per ſententiam,non ipſo iure.Pan.in c.ſi diligenti. de foro compet. nu. 18. communem dicit. Villal.

Clericorum appellatione,in fauorabilibus veniunt canonici,& dignitates, in odioſis non,Alc.in l.ij.ff.de verb.oblig.nu,9.communem dicit. B.Villal,

P R.Coacta voluntas,voluntas eſt,in l.ſi mulier.§.pen. ff.quod met, cau.in can.meritò.vbi gl.xv.q.j.Vnde verſus:

Sícque volens factus,quod nollem velle coactus,

O B.Contrà de l.velle.ff.de reg.iur.vbi velle non creditur,qui coactus ab alio vult.

S O, Coacta voluntas non eſt voluntas ſimpliciter,vt in contrario, ſed ſecundum quid,ſcilicet, coacta:& ita intellige. Vel dic,quòd non eſt verè & propriè voluntas. Bellon.

in Codicillis habet locum regulariter, quod dicitur de teſtamento, & ſicut in teſtamento requiritur,quòd teſtes ſint in conſpectu teſtatoris,ſic etiam in codicillis.Eſt communis opinio,ſecundum Dec. conſi. c.cliiij.in caſu propoſito.circa medium:vbi reprobat opinionem Matheſilla.qui ſingulariter tenuit aliud ſeruari in codicillis & donationibus cauſa mortis,quàm in teſtamentis. Moph.Grib.

Inſtitutio facta in Codicillis,trahitur ad fideicommiſſum.Gloſſ.in verb.voluntatem.eſt communiter approb.in l.verbis ciuilibus. nu. 3. ff.de vulg.& pupil.ſecundum Alex.in conſi.cxciiij.viſis teſtamento & codicillis.circa med.vol.vij.& prædicta opinio procedit etiam,quando præcederet aliud teſtamentum:vt ibid.firmat Alex.Idem.

Rupto teſtamento ex cauſa præteritionis filij iam nati, vel naſcituri,etiam ignoràter præteriti, clauſula codicillaris operatur effectum ſuum.Eſt magis communis opinio ſecundum Alex.in conſi.xxxvij. in cauſa.vol.j.& eſſe magis communem,ſimiliter atteſtatur Corn.in cõſil.ccxxv.vbi latè diſputat,volum.iij.& in conſi.ccxlv. licet. eod. volu. vel ſic.

Codicillaris clauſula operatur fideicommiſſum, etiam poſthumo ignoranter præterito. Eſt magis communis opinio ſecundum Alexan. conſi.xxvj.circa primum.verſi.vel poteſt.vol.j. M.Gribald.

P R.Coæqualitas honoris militiæ, fortior eſt omni militum priuilegio.l.ſed & milites.ff.de excuſatio.tut. Bellon.

P R. Cœpta vſucapio, vel præſcriptio per defunctum, continuatur per heredem.l.cœptam.ff.de vſucap.

O B.Contrà de l.cùm heres.ff.de diuerſ.temp.præſcrip. vbi heres vſucapere non poteſt rem à defuncto poſſeſſam.

S O L.Ibi erat vitioſa defuncti poſſeſſio, ideo nec heres vſucapere poterat, cùm in omne ius defuncti heres ſuccedat, vt ibi in principio dicitur. I.Bellon.

Cognatio ſpiritualis non contrahitur per nuntium,nec per procuratorem.Coua.in epiſt.iiij.c.vj.§.iiij.nu.6,communem dicit ex deciſ, Capel.Toloſ.clvij. B.Villal.

Cognati præferuntur extranèo tantundem offerenti in venditione bonorum debitoris:Communem dicit Tiraq. poſt plurima allegata, in præfat.lib.j.de Retract.nu.42.Et quòd multis ex præallegatis ab eo Doct.eam ſimiliter affirmant eſſe communem. I.Fich.

Collaterales in feudo nouo non ſuccedunt, niſi id expreſsè actum ſit.Communem dicit Clarus Sent.§.feudum.quæſt.lxxix.verſi.ſed quæro. P.Fich.

Collatio bonorum non fit cum aſcendens ſuccedit,deſcendenti: vt ſi pater ſuccedat filio,vel nepoti,Iaſ.in l.ſi emancipata.nume.28.C. de collat.communem dicit. B.Villal.

Collatio beneficij facta cum conditione, ſi vacat,valet,licet non electio.Couar.Reſol.c.xvj.lib.iij.nu.2. communem dicit ex Gomeſ. in reg.de veroſim. notit,obitus.q.j. B.Villal.

*A D D I T I O.* Ratio quare collatio teneat, videtur eſſe hæc, ne quando exiſtentia conditionis iuris(quæ tempore collationis ignorabatur)apparet,vana reputetur.l.multum intereſt.ff.de condit. & demonſtrat, prout in ſimili ſi mulier contrahens ſecundas nuptias, non certificata ad plenum de morte primi viri, matrimonium tenet, ſi eo tempore mortuus fuerat,c.in præſentia.de ſponſ.& ibi gl. & Scribent.

Collatio beneficiorum inter fructus annumeratur,glo. communiter approbata in c.cùm olim extrà,de maior.& obed. Bellon.

Collectari forenſes non poſſunt de ſuis poſſeſſionibus, niſi in proprio territorio vbi collectantur de bonis etiam alibi ſitis.Hoc omnes tenere dicit Bar.in l.libertus.§.ſola. ff.ad municip. & ſimiliter omnes ita tenere dicit Corn.conſi.xxiij.incip.videtur.nu. 3,vol.j.

Hanc concluſionem de iure veram eſſe dicit etiam Rolan. à Valle conſi,xxxij.nu,8.& Marc.Ant.Natta conſi.clx.nu.7.& ſeq. vbi adducit ex Salic.in l.neminem. C. de ſacroſanct. eccleſ. rationem naturalem (quam ſcribit ſemper ſibi placuiſſe) nempe, quòd propterea ratione rerum poſſeſſarum non teneantur forenſes ſubire onera,quia nec honores, nec commoda loci percipiunt, ergo nec collectis grauari debent:& allegat hoc in terminis decident. m,Calder. conſil.vj. quidam ciues Imol.ſub rit,de cenſi. Iſtam opinionem idem Natta ſimiliter in multis ſequen.ſuis conſiliis, quotieſcunque hic punctus incidit, conſtanter tenet.

Nuper reperi,quod prædictam concluſionem Iaco. Philip. Portius quoque ſequitur,Et magis communem dicit,lib.v.concluſ. in iij. concluſione,per complures ibid.in prin.allegatas auctoritates.

Collectas imponere ſubditis ſuis domini inferiores qui ſuperiorem recognoſcunt non poſſunt,niſi hoc habeant ex pacto vel conſuetudine illius loci in ſpecie,Magis communem dicit Clar.§.feudum.ccxxj, P. Fich.

Collegij ius poteſt remanere penes vnum.Pan.in c.ij.de poſtul.communem dicit. B.Villal.

Collegij bona quando ſunt alienanda, & in ceteris arduis & ponderoſis actibus ſingulorum de collegio nomina exprimenda ſunt in alienationis inſtrumento,aliâs alienatio non valet,vt not. Bar.in l.j.nu. 5.de alb.ſcrib.per text.in l.fi.C.de vend.rer.Ciuil.lib.xj.& Bal.in l. Ciuitas.in fine.ff.ſi certum pet.& in l.j.de mag.conue.But in c.j. de ſynd, háncque opinionem communem eſſe atteſtatur Alex.in conſil. j. volu. iiij.& Arch.in c. ſine exceptione xij.q.ij.quam ſequitur Bald. in ca.iij. loco.de probat.Exprimenda ſunt etiam bona alienanda,vt ſcribit Deci.c.cùm omnes.C.de contrah. empt. de conſti.allegat Bald.tacito loco,quem dicit voluiſſe,quod non ſufficeret,ſi in inſtrumento ſyndicatus vniuerſitatis ſimpliciter diceretur ad vendendum bona vniuerſitatis, &c. qui tamen hoc non dicit,& locus omiſſus eſt in rubrica iij. q. C.de contrahen.emp.Sed hoc tantum inquit ſufficere, mandatum de vendendo talia loca factum per eos, qui habent poteſtatem ſtatuendi, ſi autem talem poteſtatem non haberent,non valeret nec ſufficeret, ꝙ generaliter ſyndicus conſtitutus eſſet ad vendendum loca communis, & ita ſe ex facto cõſultum reſpõdiſſe per tex.in l.prohibere.§. planè.ff. qđ vi aut clam. Ex quibus inferri videtur actũ alienationis eſſe valdè præiudicialẽ,& ob id dici poſſe, quòd abſentes,qui ſunt de vniuerſitate,collegio,vel capitulo,qui & in hmõi arduis negociis vocari debẽt,vt not.Imo.in c.ij.de ope.noui nũcia.& ibi Butr.& in c.fi.de maior.& obe. In hmõi quoq; alienatiõe vocãdi ſint,idq; cõiter tenẽt doc.ſecũd.Dec. in c.cũ oẽs.de cõſtitu.vbi alleg. Fed.in conſ. cclxxxvij.caſus talis eſt in

quodam

quodam publico inſtrumento,& in conſi.cxlviij. caſus talis eſt, aliqui ſunt canonici,licet Bald.in auth.hoc ius porrectum.verſi.ſubſequenter quæritur,teneat vocationem hãc abſentium eſſe neceſſariam,quæ op. non procedit,quando abſunt à loco,vbi congregatur vniuerſitas, collegium vel capitulum.Sunt tamen in ciuitate vel oppido vniuerſitatis collegij,aut capituli huiuſmodi,quia tunc habet locum communis, ſecùs autem ſi eſſent extra ciuitatem,vel oppidum,& actus vniuerſitatis collegij ſeu capitularis aliàs quàm ſuprà fuit dictum, actus non valet,vt tenet gl.in dicto c.cum omnes.de conſtit.Cald.conſi.iij.eod. tit. in fi.& quamuis aliqui tenuerint,quòd abſentes tunc quoque ſint vocandi,quando ſunt extra ciuitatem,vel oppidum. communis tamen opinio eſt in contrarium,vt dictum fuit,& firmat Innoc. in dicto cap. cum omnes.& in c.fi.de maio.& obedien. F.Turzan.

Collegio eccleſiaſtico deſtructo, vel quia deceſſerunt omnes,vel fuerant priuati propter delictum, remanet ius, & priuilegium penes ipſam eccleſiam:ſecus in collegio ſeculari,quia non remanet aliquod ius,Pan.in dicto c.ij,de poſtula,præl.communem dicit. B.Villal.

Commiſſio iudicis in citatione non præſumitur,Aret.conſi. xxxiij. nu.5.nec præſumuntur facta, Felin.in c.j.de iud.conclu.j. communem dicunt. B.Villal.

Concor.cum l.j.tit.ij.Forll.& pragma ccj.in prin.quia nuntio non creditur,niſi iuxta officium ſuum.Io.And.in addi ad Specu. de citatione. §.j.in prin. & Dida,de ſecu.in l.ſi ex legati cauſa. nu. 5, ff. de verb. oblig. Idem.

Commoditates feudi vaſallus alienare poteſt. Intellige tamen, vt talis alienatio non valeat,niſi durante vita ipſius,non autem in præiudicium eius,qui eſt ſucceſſurus in feudo,com.dicit Claras. §. feudum, q.xxxi.verſi.ſucceſſiuè. P.Fichard.

In his,quæ Communia ſunt pluribus vt vniuerſis,vt puta in rebus collegij,vel vniuerſitatis,illud attenditur & præualet, quod fit à maiori parte præſentium,vt communiter tradunt Docto.in c.cum omnes, de conſtit.& Alex.in l.iuriſgentium.§.fi.ff.de pact.Lap.allegat. cxxxj. Quæ tamen opinio locum ſibi vendicat in actibus neceſſariis vel ſaltem vtilibus,ſecùs in voluntariis,vt Inno.& alij voluerunt in d.c. cum omnes.& Lap.d.alleg.cxxxj.& glo.in d. c. cum omnes. verbo cõſtitutum,quæ communiter approbatur,ſecundum Dec.d.ca.cum omnes. in fi. F.Turzan.

Communitas,ſeu vniuerſitas non obligatur per priores:niſi eis ſpecialiter ſit commiſſum,Alex.conſi.cxxxv.vol.vij.nu.1,communem dicit. B.V.

Communitas, ſeu concilium non poteſt dare immunitatem ciui, ſecùs tamen extraneo qui ciuis efficitur,Bello.conſi.xxxvij.nu. 1. & 2. communem dicit. B.Villal.

Cõmunis opinio eſt tenenda:niſi opinio particularis fulciatur meliori ratione,Cur.Iun.conſi.lxiij.nu.3,& conſi clx.nu.12. communem dicit:pro qua eſt tex.in l.ſi quis. de cond.indeb. C. vbi Imperator motus eſt per rationem minoris partis contra maiorem, & etiam eſt text. in l.j.C.de vet.iur.enucl.verſi.ſed nec. Quare Doctores imitãtur aues: quia quando vna volat,omnes aliæ ſequuntur.Dec.cõſil.cccclxxxj.nu. 12.& more pecudum vnum ſequuntur,Bell.conſi.lix.nu.12.licet verũ ſit,quòd opinio communis habeat vim conſuetudinis.Bal.in c. innitaris.de conſt.Et nota quòd in conflictu opinionum eſt illa tenẽda quam ſequitur conſuetudo:Remigi.de charitat.ſubſid.in q.an eccleſia, & clerici ſint immunes in regula ccxl.communem dicit. & vide ſeptem regulas per Stephan. de Phedericis de interpretatione in parte vltima, quarum prima eſt quòd in conflictu opinionum illa ſequenda eſt,quæ conſuetudine eſt approbata:vt in opi.gl.l.fi,C. de don. inter virum & vxor.quam conſuetudo approbat:etſi deſtruat textum.

Secunda, quando non conſtat de conſuetudine,illa eſt ſequenda quæ altero iure comprobatur.

Tertia,cùm nec altero iure,nec conſuetudine approbatur:illa eſt ſequenda quæ efficacioribus rationibus comprobatur,ex gloſ.in l.minimè.ff.de legi.

Quarta,ſi ratio euidens non apparet:quæ tutior eſt,eligitur. arg. ca. iuuenis.de ſponſa.

Quinta, illa opinio eligenda eſt, quæ eſt fauorabilis, & propter quam res valet,& non pereat.c.ſi vir.de cõgn.ſpirituali.

Sexta,quòd illa opinio eſt tenenda,quæ à prudentioribus eſt approbata.c.in canonicis.xix.diſt.vt ſunt gl.in iure Ciuili.Bald.in l.precibus, C.de impub.& Inn.& Io.Ant.in iure canonico. Legiſtis in materia legali,& canoniſtis in canonica, quia vnuſquiſque præſumitur peritus in arte ſua.l.j.ff.de ventre inſpiciend.c.propoſuiſti.de probat.

Septima,illa opinio eſt tenenda:quæ à pluribus comprobatur. argu. l.quòd maior.ff.ad municipa. B.Villal.

Hanc Regulam, Adhærendum eſſe communi opinioni,& c.diffuſiſſimè tractat Ioan.Neuizanus in ſua Sylua nuptia.lib.v.ſtatim à principio.vbi refert Iaſ.in l.j.§.ſublata.ff.ad Trebell.docentem,Quando Doctor. dicunt hanc eſſe communem opinionem, quòd hoc ſit bonum verbũ in practica. Item refert etiã elegans dictũ Bal.in cõſ.cxij.vol.j. Quòd rarò bene loquitur,qui contra omnes loquitur. Et Feli.in cap. ceterum. de reſcri.de Barbatia ſcribit, quòd ille ſtudio impugnandi communes opiniones,credens ea via ſe reddere immortalem, ſe piſſime delirauit.



Eandem tamen regulam ipſe Neuizanus poſtea eodem libro v.verſ. Limita modo prædictam regulam &c. decem modis limitat. quarum limitationum vltima hæc eſt, quòd communis opinio ita præualeat, ſiquidem liquidè de hoc conſtet.vtputa, ſi Doctor.atteſtantur eam eſſe communem, ſecùs ſi non ſit liquidum, & ſint Doctor. qui contrariam (quòd non rarò in hiſce Collectaneis reperies,) dicãt eſſe communem: quia tunc propter talem conflictum,res dubia redderetur, vt ibidem latiùs per ipſum. I.Fichard.

Communis opinio illa quoque dicitur, quæ etſi non omnium, tamen plurium illuſtrium Doct.auctoritate iuuatur,& ſuffragiis approbatur.Ita Iaſo,in l.re coniuncti.nu.141.de leg.iij. & in l.ij.C.de inſti.& ſubſt.& in conſi.vlt.vo.iij,Tho.Ferr.cau.xxxj.& alij paſſim. Quinimò & eam opinionem pro communi cenſendam eſſe aſſerit Alexan.conſi. ccij.viſo Themate,circa fin.volu.vij.quæ à Doctor.maioris auctoritatis,& ponderis tenetur.Quod tamen diligentiore excuſſione indiget, quam tu vide apud Mari.& Salomo.in §.Reſponſa.Inſti.de iure natu. gent,& ciuil.vbi elegantiſſimè explicat,quid ſit opinio, quomodo diſtet à veritate,& quando,quomodóque communior cenſenda ſit.Breuiter,ab auctoritate,inquit,ſic naſcitur opinio,quemadmodum à veritate demonſtratio.Circa ea igitur verſatur opinio ſecundum Ariſt. v. Ethi. quæ aliter ſe poſſunt habere, & de quibus probabiliter dubitari contingit.Stulti etenim eſſet dubitare de his,quæ vel lege, vel aperta ratione demonſtrantur.Opinio enim ſi lege vel vera ratione fundatur, tunc non eſt opinio,ſed demonſtratio.Illa ergo communis opinio definitur quæ non à lege neque vera ratione:ſed ſola vel omnium vel plurium auctoritate ſubſiſtit:&c. Et tandem his verbis concludit Ex quibus omnibus conſtat.illam potiorem partem eſſe inter, diſſentientes Doctor.quę numero & auctoritate pręſtat.Et que inter auctoritates ęquales numero pręſtat:& quę inter numero pares grauior eſt:communem quę opinionem ſic poſſe definiri:eſſe de iure nõ aperto:vel ab omnibus probatam ſententiam: vel potioribus. Conſtátque communis opinionis effectus eſſe magnos:quia ius facit.Et ideo ab eo recedere iudici ſine ſuo periculo non licet:&c.Quę in hoc communium opinionũ pelago pro maiore ipſorum terminorum declaratione operæ pretium eſſe duxi annotare. I.Fichard.

Communis opinio ſi habet intellectum certum legis,licet ille nõ ſit verus in ſe,nihilominus ſequens illam in iudicando,vel extrà iudicium non incurrit pœnam legis.Quia communis opinio Doctorum inducit probabilem errorem. Ita dicit Abb. Panor. in cap. j nu.24.Per iura ibi alleg.de poſtul.prælat.vbi vide etiam Apoſtil. I.Fich.

PRO. Communis opinio in dubio eſt ſequenda. l.j. verſicu.& crebrior.ff.de officio quæſt.in l.minimè. ff. de le.adde text.in l.cùm quidã in §.quòd dicitur.ij.ff.de acquirend.hæred.vnde qui iudicat cõtra communem,reus eſt pœnæ.Panor.in cap.j.de conſtitutio,& iudex iudicans contra communem,facit litem ſuam,ſicut ſi iudicaret contra leges ſcriptas.Bart.in l.fin.C.de pœna iudic.qui mal iudic.

OBIEC. Contrà de leg.j. §. ſed neque. C. de.vet.iur. enuc.vbi vnius opinio quandoque præualet.

SOL. Verum eſt,vbi eſt verior & melior. Bellon.

PRO.Communis opinio, vel error facit ius.in l.ſi.ff.de offi.prætor.

OBIEC. Contrà de l.quòd non ratione. ff. de legib. vbi quod errore introductum eſt,per conſuetudinem ſeruari non debet.

SOL. Dic,quòd error vniuerſitatis, vel principis facit ius. Ita intelligitur regula noſtra:erronea autem conſuetudo non facit ius. Ratio eſt,quia conſuetudo conſenſu introducitur.l.de quibus.in fin, ff.de leg. nihil autem tam contrarium conſenſui eſt, quam error qui impedit conſenſum,l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict.omnium iudi.

OBIEC.Secundò opponitur de l.ornamentorum.ff.de auro & argent.lega.vbi hęredis error ius non mutat.

SOL.Dic quòd hęredis error ius non facit:vt ibi,ſicut nec teſtatoris. in l.Labeo.ff.de ſupp.leg.

OBIEC.Vltimo oppono de l.fin.ff.de hered.inſtitu.vbi communis fama ſeu rumor falſus obeſſe non ſolet.

SOL.Ibi fauore vltimæ voluntatis. Bellon.

Communis vſus loquendi omni regulæ,omníque conſtitutioni. in exaudiendis ſermonibus derogat ſolis:fatentur omnes vt ait Mar.Samo in repe.l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iur. I.Fich.

Commutatio ſummarum in odioſis non fit. ſecùs in fauorabilibus. Iaſ.in l.ſi idem, cum eodem.ff.de iuriſdic. omn iudic. numero 3. comlomunem dicit. B.Villal.

In qualibet materia etiam pœnali, & tam odioſa, vel ſtricti iuris, quàm fauorabili,Communis loquendi vſus eſt attendendus,vt doctor. communiter voluere,præſertim Bart.& Alex.in rub.de noui oper. nun. & aliis in locis ibi per ipſum Alexan. adductis,háncque ferè etiam cõmunem eſſe:refert Zacha.in apoſt.ad Abb.in cap.nõnulli de reſcri.Quę tamen non procederet,ſi ſtatuto caueretur,quòd verba ſtatuti propriè ſint intelligenda,tunc enim communis hic loquendi vſus non atten-

deretur, vt tenet Bart.in l.Labeo.ff.de ſuppell.legat. F.Turzan.

Comparatio literarum vnà cum litera, ad quam fit comparatio, facit ſemiplenam probationem ſecundum glo.in l.admonendi. ff. de iureiurand.& in l.in bonæ fidei. C. eodem titul, quam celebrant & ſequuntur Moder.in d.l.admonendi, vbi audacter fatetur ſe vidiſſe practicari iudicem ex æquitate.l.vbicunque.ff.de interroga. actio. compellere debitorem ad reſpondendum, num illa ſcriptura priuata, ſit manu ſua, ac etiam ſcripta propria manu, vt ex ea fiat comparatio. & hoc idem ſentit Angel.in §.ſi quis igitur.authen.fide.de inſtrumen. cæterum.gloſ.in l.iij.§.j. in ver. ſpeciem.ff.de teſti.inclinauit in contrariam partem videlicet, dictam comparationem facere plenam probationem, & ita affirmat ſe vidiſſe communiter ſeruari Alber. in l. comparationes.C.de fide inſtrumen. hócque de plano procederet, ſi talis eſſet comparatio, quæ oſtenderet ſcripturam ſimul cum ſcriptura: ad quam fit cõparatio per omnia ſimilem, hoc itaque caſu plenam probationem faceret.d.§.ſi quis igitur, vbi probatur à contrario ſenſu, & in iſto caſu incorrecta remanebit, d.l. comparationes, vt per Bald. & Saly.in auth.ſed nouo iure, & in d.l.in bonæ fidei.& hoc in caſibus, in quibus ſola literarum comparatio ſufficiat, & plenè probet, procederet quippe, quando ageretur ciuiliter, ſecùs ſi criminaliter, puta in crimine falſi, quia ad probandum falſitatem ſola literarum comparatio non ſufficeret, ſecundum Dec.conſil.cccccxv.& Ripa. in d.l. admonendi.Purpuratus verò ibi voluit fieri poſſe indicium ad torturam ſecundum perſonarum qualitatem, & vtrùm iſta comparatio ſit ſufficiens indicium ad torturam, vide Bartol.declarantem.in l.fin. de quæſtio.& glo.Bart.& Doct.in l.fin.C.famil.erciſc.interpretantur prædicta ſimiliter, quòd in omnibus ſcripturis priuatis excepta apocha ſola, & ſimplex literarum comparatio plenè probat, vt habetur, in d. l. comparationes.Bartol.in l.ſi contractus.C.de fide inſtrumen. vbi ait, quòd d. l. comparationes, volens ex comparatione induci plenam fidem ſolummodo eſt correcta in apocha, non autem in aliis priuatis ſcripturis, quem ſequitur Alexand.conſi.lviij.& cxiiij.libr.vij. & Soci. conſi.iiij.lib.iij.vbi etiam voluit quòd etiam in Epiſtola ſufficiat ſola literarum comparatio, quoad plenam fidem, & ratio eſt quare d.l.fuit correcta in apocha, quia datur à debitore creditori, & ob id ſi ſola comparatio ſufficeret de facili reperiretur, qui literas alienas æmularentur, aut contrafacerent, & quatenus diximus Soci. in dicto conſil. iiij. firmare d.l.comparationes, non eſſe correctam in epiſtola, aliiſque priuatis ſcripturis, dic iſtud etiam ſequi in epiſtola Alexand. d.conſi.lviij. in princip.& cxiiij.Dec.in cap.ij.de fide inſtrum.& conſil.ccxix.in fin. Parpu.in d.l.admonendi.& Curt.Iunior conſi.cxviij.& clxij.& ita iſta omnia pulchre, & doctè referebat illuſtris D. Marcus Antonius Oradinus præceptor meus, interpretans publicè Peruſij.d.l. admonendi, à quo complura alia in iure Cæſareo, Canonicóque didicimus, quæ ponentur in ij.parte huius opuſculi ſuo loco & tempore. F.Viuius.

Compendioſa ſubſtitutio verbis directis hunc in modum concepta, videlicet: Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, Sempronius heres eſto: intra pupillaris ætatis tempora valeret iure directo, pòſt verò iure fideicommiſſi. Ita cõiter tradiderunt Doct.in l.Centurio.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.contra gl.in l.precibus.C.de impu.& aliis ſubſtit.& in c.Ray.de teſta.qui voluerunt quòd propter illa verba, ſi ſine liberis deceſſerit, &c. valeat omni tempore iure fideicommiſſi, qua in re videndus eſt Papien.in ſua praxi in forma libelli, quomodo ex ſubſtitutione agitur, verbo compendioſa. F.Turz.

Compenſatio licet fiat ipſo iure.l.ſi conſtat, & l.fi.C.de compen.eſt tamen neceſſe, quòd ea opponatur ab homine, vt declarant Doct. in d. l.ſi conſtat.in verbo ipſo iure. Interpretantur præfata ſimiliter in debito iurato, quia de debito iurato, ad non iuratum compenſatio non admittitur ſecundum cõem opin. de qua per Iaſ.in l.eum qui. §. ſi iurauero, num.2.ff.de iureiur.& Afflict. deciſi.clxiij.die ſeptimo Octobris, poſt alios à prædictis Doct.citatos. F. Viuius.

Cõpenſatio tollit ipſo iure delictum: ſi opponatur, ſecus tñ Iaſ. in §, in bonæ fidei.nu.80.& Inſt.de act.cõem dicit, vbi ponit aliquas limit.

Ex hoc poteſt opponi Compenſatio contra inſtrumentum habens executionem paratam, ſecũdum Segu.in l.ſi ex legati.ff.de verb. oblig. nu.212.quæ facit ad intel.l.iiij.& v.tit.viij.l.iij.ord. B.Villal.

Compenſatio admittitur in depoſito de expenſis factis in ipſo depoſito, glo.communiter approbata ſecundum Fulg.in l.ſi plures.ff. depoſi.communem dicit. B.Villal.

Cõtrarium eſt determinatum de iure regio.per l.x.tit.iij.part.v. Idẽ.

Compenſatio admittitur in alio contractu præter depoſitum: dum tamen de facili poſſit liquidari, quod relinquitur arbitrio iudicis. Iaſ. in d.§ in bonæ fidei.nu.78.Inſt.de actio. Idem.

De iure regio eſt ſublatũ arbitriũ iudicis, quippe qui taxatus eſt terminus decẽ dierũ ad iſtã liquidationẽ faciẽdũ.p l.xx.tit.xiiij.par.v.idẽ.

Compenſatio admittitur de pecunia ad pecuniam: licet pecunia ſit debita in ſpecie: Alex.in l.ſi fundus.§.ſi ſeruus.& ibi Iaſ.ff.ſi certum petatur.communem dicit.

Nota iſtam communem ad ampliationẽ l.xxj.tit.xiiij.par.v.B.Vill.

Compenſatio admittitur in commodato. Panor.in capit.ij. de depoſit.communem dicit. Idem.

Compenſatio non fit de legato ad debitum, quando legatur res certa, etiam in debito neceſſario: niſi aliàs teſtator declarauerit, Duran.in arte teſt.tit.vi.cau.v.num.3.communem dicit. B.Villal.

*ADDITIO.* Et an & quando fiat compenſatio de vna quantitate diuerſi generis ad alteram, vel diuerſo genere ad aliud diuerſum genus, Tind.in tract.de compenſa, artic.iij.num.7.vbi nonnulla de compenſatione & eius effectu in artic.x.

Competit pro Emphitheuſi condictio ex lege.comm.d. Car.§.emphyteuſis.q.xlvij. P.Fich.

Competit pro feudo condictio ex l. & conſuetudine. comm.d.Car. §.emphyteuſis.q.lxxxix. P.Fich.

PRO. Compoſitum aliquando pro ſuo ſimplici ſumitur.not.glo, in rubr. ff. de dote prælegat.in l.verbum reddendi. ff. de verborum ſignification. Bellon.

Compromiſſum facere de re feudali in arbitros Vaſallus non poteſt. comm.dicit.in §.feud.Ioan.Clarus quæſt.39.

Per nullam cautelam verborũ in compromiſſo appoſitorum, fieri poteſt, quo minus reductio ad arbitrium boni viri peti poſſit, data magna iniquitate, vel læſione. Eſt communis opinio ſecundũ Decium in conſilio xj.verſic.iiij.principaliter.vol.j.& in conſi.xxxix.iuridicam.eo.vol. &.in conſi.lx.eodem vol. M.Grib.

Reductio ſeu reclamatio ab iniquitate laudi, peti poteſt vſque ad xxx.ann.Eſt communis opin.ſecundum Dec.in conſi.xxxix.iuridicam. circa finem.volum.j.

Compromitti de omnibus rebus de quibus alienatio fieri non poteſt, non poteſt. Eſt com.regul.omnium Doct.ſecundum Dec.in conſil. xxxix.iuridicam.vol.j. M.Grib.

Iniquitas autem ſeu enormis læſio laudi dicitur, quãdo reperitur facta læſio, ſaltem in ſexta parte debitæ quantitatis. Vel eſt in arbitrio iudicis, cùm non ſit à lege determinatum. Iſtæ ſunt duę principales Doct. opiniones magis communes, ſecundum Decium in conſil. xxxix. iuridicam.in fin.volum.j.

Pœna l.ſi quis maior, non habet locum in Compromiſſo etiã iurato facta à parte inuita ex neceſſitate ſtatuti vel iudicis. Eſt communis opin. ſecundum Iaſ.in conſi.xij.allegata.ver.nec huic fundamento.vol.j.

Compromiſſi prorogatio debet partib.intimari, aliàs non valet ſententia arbitramentalis. Eſt communis opinio ſecundum Bald. & Dec. conſi.xxxix.iuridicam.in princ. M.Gribald.

Compromiſſum in arbitrum. & arbitratorem in dubio præſumitur pręceſſiſſe vt arbitrator: Alcia in tract.de pręſum.reg.iij.præſump.xxxv. in fin.communem dicit. B.Villal.

Compromitti in ordinarium tanquã in arbitratorem poteſt.Prępo. in cap.fames.iij.q.vij.communem dicit, & ſi compromittatur in ordinarium, tanquam in arbitrum ſententia erit nulla, cum ſit inhabilis. Segu.in l.j.§.ſi vir, num.160.de acquir.poſſ.ff.quæ faciunt ad intell. l. fi. in ordi.de Madrid in pragma vbi mandatur executio fieri ſententiæ arbitri quæ eſt intelligenda, ſi aliàs arbiter erat habilis, vt notat Bart.in l.ij. §.prætor.ff.qui ſatiſd.cogantur. Et idem eſt determinatum in ſententia arbitratorum.per l.viij.in curiis de Madrid anno 1542. Et nota, quòd licet ſit verum quod de iure cõmuni iudices poſſint eſſe arbitratores, vt hic patet, & in gloſſ.in l.ſed & ſi ſeruum. §.ſi quis iudex. ff. de arbi.& comprobatur in xxiiij.tit.iii. par.iij, ſed per l.ix. tit. de correctoriis eſt prohibitum, vt in ſe non recipiant arbitramentum. Nota etiam quòd licet per dictas ordinationes non poſſit opponi exceptio aliqua: tamen exceptio quòd compromiſſum non valuit, vel nouationis, vel cõtrarij laudi poteſt opponi.Bald.in l.ſi.cauſam.nu.4.C.de excep.rei iudic.Item nota, quòd licet diſpoſitum in d.l.ſolum habeat locum ſuper iis, ſuper quibus fuit compromiſſum: nam alias laudum poſt homologatum non valet: vt per Bald. in §.ſententia.de pace Conſtan.in vſib.feud.allegans c. examinata de confirma.vtil.vel inut.tamen arbiter pro bono pacis, poteſt apponere manum etiam ad non deducta in compromiſſo, vt per plura deducit Corſet. ſingu.in verb.arbiter. Nota etiam aliud ad intel. illius legis. quod licet ad hoc quòd habeat executionem paratam, requiritur quod deducatur cõpromiſſum, & ſententia, ac alia contenta in illa l.quod limitatur ſi aliàs ſententia fuit lata præſentibus partibus, & non contradicentibus, quia tunc ſufficit ſolum ſententiam producere, vt mandetur executioni, vt per Alex.in conſi.lxxxiiij.num.3. & 4.volu.4. Nota aliud quod licet data ſit poteſtas arbitris ad prorogandũ terminũ compromiſſi, tamen prorogatio debet intimari partibus, vt notat Dec. conſ.xxxvj.nu.2.quam cõmunem dicit: Vbi etiam dicit, quòd licet arbitri poſſint procedere, partibus abſentibus, nihilominus partes ſunt citãdæ: aliàs ſentẽtia eſt nulla, vbi vide plura de nullitate compromiſſi. B.Vill.

*ADDITIO.* In materia Compromiſſi dicit Bartol.in l.iij.§.tametſi.in fi.ff.de arbit.quòd ſi in compromiſſo arbitratoris appoſita ſint hæc verba eligend.eum vt bonum virum impeditur reductio ad arbitrium boni viri quæ opinio non eſt tuta, quia Iac.But.in l.cum autem. C.de arbi.& ibi Bald.bene. nume.3. dicit quod, communiter ſeruatur quod non obſtan. quacunque cautela verborum poteſt propter enormem læſionem reductio peti ad arbitrium boni viri.per rationes ibi poſitas

ſitas.Nota etiam alium errorem Bartol.in eadem materia,in authen.niſi breuiores.in fin.C.de ſentent.ex peric.recit.vbi creditur dicto arbitratoris ſi in compromiſſo appoſita eſt clauſula,quod in ſcriptis & ſine ſcriptis procedere poſſit.Quæ opinio communiter non ſeruatur,vt notat Cin.& Bal.in l.ne in arbitris, vbi etiam Bart.C.de arbit. & cano. in cap.cum à nobis.de reſtitu.& in capi.ſtatuen.ij.q.vj.niſi ſaluan. Bartol. dicas,quòd credatur arbitratoribus in his, quæ ſunt parui præiudicij, aliâs ſequeretur abſurdum,quod poſſet adire iudicem dicen.plene fuit coram me probatum,& nunquam eius opin.placuit Ang.quæ ſemper ſibi viſa fuit periculoſa,vt in dicta authent. niſi breuiores. numero. 3. Similiter alius error in dicta materia compromiſſi,vt in l.qui Romæ.§. duo fratres.circa princip.ff.de verborũ obligationinib.& ante Bartol, etiam dic,quòd ſuccumbens in cauſa reductoria indiſtinctè tenetur ad pœnam in compromiſſo appoſitam.Quæ opinio communiter reprobatur,vt per Bald.in l.ſi iudex.numero.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alie, & alij,maximè Ange.in d.§.duo fratres numero. 3. dicens quod idem. Bar.conſuluit contrarium. I.Fichard.

PRO.Conceſſo vno inconuenienti ſequitur aliud. l. fin. C. de vſu. rei iudic & l.ratas,C.de reſcind.ven. Bellon.

PRO.Conciliorum ſtatuta, ſuggerente ſpiritu ſancto conſcripta eſſe creduntur.capi.ſi quis diaconus.50.diſtinct. Idem.

PRO.Concubinatus eſt iure ciuili permiſſus. lege.in concubinatu in fine.ff.de concubin.

OBIEC.Contrà de can.nemo.& can.dicat aliquis.xxxiij.quæſt.iiij. vbi quicquid præter vxorem legitimam committitur adulterij crimine damnatur.ergo per conſequens concubinatus prohibetur.

SOL.Hoc verum eſt de iure canonum,vt ibi. Bellon.

PRO.Condemnatio non tenet,vbi ſententia condemnatoria non valet.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudica. Bellon.

Condemnatio in criminalibus, ex indiciis etiam indubitatis, fieri non debet.Eſt communis opinio ſecundum Dec.conſi.clxxv.in cauſa falſitatis,in fin.verſi.præterea etiam ex indiciis. M.Grib.

Condemnatus ad mortem ſi præſens ſit, ita vt poſt condemnationẽ ſtatim facienda ſit executio, efficitur ſeruus pœnę,& ideo teſtari non poteſt. Comm.Ioan.Clarus.§.teſtamentum. quæſt. xxj.in princi. Idem dicendum eſt etiam ſi poſt condemnationem aufugerit ex manibus iudicum,adhuc enim remanet ſeruus pœnæ.Comm.dicit idem §. teſtam. q.xxj.verſ.ſed quid.Si autem iudex eum cundemnaſſet pœna mortis, quæ in iure eſſet prohibita,vt veneni,mallei,vel ſecuris,vel præcipitij non redditur reus inteſtabilis,etiam ſi delictum pro quo condemnatus eſt pœnam mortis mereretur. Com.dicit idem.§. teſtamentum. q. xxj.verſic.ſed pone. P.Fich.

Condemnatus ad mortem,ſi abſens fuerit, & in fortiam communis non venerit,non fit ſeruus pœnę, ideóque teſtari poterit,ſecùs ſi veniat poſtea in fortiam, Communem dicit idem.§.teſtamẽtum.q.xxj. verſi.Aut verò. Pius Fich.

Comdemnatus ad perpetuos carceres ſi laicus ſit,perdit teſtamenti factionem.Hanc dicit eſſe communem opinionem,quæ tamen ipſi nõ placeat.idem in §.teſtamentum.q.xxiij. P.Fich.

Condemnatus ad mortem ſeu ad quancumque aliam pœnam, tempore quo proficiſcitur ad furcas,vel ad aliud ſupplicium deſtinatum, ſi arriperet fugam,& acciperet ſacerdotem portantem per ciuitatem corpus Chriſti abſque aliquo dubio eſſet immunis,ac tutus ab illa pœna.vt per gloſſ.in ca. quæſitum.xiij.q.ij.quam ſequuntur Archidia.ibi, Hoſt.in Summa de immunitate eccleſiarum.Cardin,in clemen.j.§.inſtitu.in fin.de reliq.& vener.ſanctorum. Corſetus in ſing,in ver. Car. & cõmuniter omnes Canoniſtæ in c.ſanè de elect.Roma.ſing.cccxxxv. Cat.Cotra in memo.in ver.rationis idemtitas.Alberi.in capitu,j.de hereti.in vj.nume.18.& iſtam eſſe communem ſcribit Gome.in §.pœnales.nu.50.inſti.de actio.& Io.Lup.in rub.de dona.§.xxxviij.nu.5,quod verum eſt,dummodo ad ipſum corpus recurriſſet, & ſuſcepiſſet communionem,vt habetur per Fel. in c. quærenti.de offic. delega.Similiterque priuilegium Cardinalis liberat iſtum condemnatum à morte. Nam Cardinales habent priuilegium vt ſi condemnatus ad mortem ducatur ad ſupplicium,& ei fiat obuiam Cardinalis ipſe,& pileum apposuerit in caput eius,non poteſt exequi ſententia ad mortem,ſed liberatur ita per Bald.in l.addictos, vbi Paul.de Caſtr.C.de app.Amede. Iuſtinum in tract.ſyndi.nu.253.& Cotta in ſuis memora. in ver. Cardinal.ideoque dat cautelam Cæpo.in ij.caute.in princi.vt condemnatus procuret vt cardinalis tranſeat per viam,per quam ducitur ipſe cõdemnatus,& obuiam ſibi fiat,& apponat in cõdemnati capite pileum, & erit liber,vt per Par.de puteo in tract.de ſyndica.in ver.pœna. verſi. an ſi primo.Tertiò etiam liberatur condemnatus ad mortem,ſi vellet meretricẽ exiſtentem in lupanari ducere in vxorem.vt per Pari de puteo in citato ver.an ſi primo,& in ver.& alia quæ non omitto, vbi ait hoc iure non probari,ſed tantum quod peccata omnia ſibi dimittuntur,& ita practicant Hyſpani,& obſeruant,vt ibi per eum.meretrices enim notas trahere de lupanari, & accipere in vxorem proficit ad remiſſionem peccatorũ.c.inter opera de ſponſa.Nã Oſeas Propheta duxit meretricẽ in vxorem,& illam ex mala bonã fecit,& qui hoc fecerit, non eſt culpandus,ſed laudandus etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis,& abſque culpa aliqua.c.non eſt culpandus Oſeas Propheta xxxij. q.j.faciunt not.per Alberi.in diction.in ver.Meretrix,facit tex.& gloſ. in l.ea quæ.C.de adulte.& ſolennitas iuris humani,& pœna ceſſat, puta quando aliquis ducit puellã meretricem in vxorem, vt bonã reddat,& amplius non precet,ſecundum Abb.conſil.xj.in cauſa.nu. 1.vol. j.c.relatum de teſtamen.in antiq.qui enim in Spiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege humana.c.licet:in prin. de regula. Abb.d.conſil. xj. tunc enim videtur redemptum corpus,& anima puellæ à peccato & à diaboli captiuitate:ergo ceſſat ſollennitas, & pœna iuris. Quartò condẽnatus ad mortem liberatur propter miraculum,vt per Lucam de Penna.in l.j.C.de deſer.& occul.lib.xij.& Dec.in l.fauorabiliores.ff.de reg. iuris.vbi ponunt exemplũ de eo,qui ſuſpenditur ad furcas, & laqueus confringitur,& cecidit ſuſpenſus in terram tunc proculdubio erit liberandus condemnatus ad mortem,ex quo videtur miraculosè factum, & eſt maximum innocentiæ ſignum,hócque intelligit Deci. vbi ſuprà ſi prius fuerit proteſtatus de ſua innocẽtia,vt per Pari. de pute.in dicto ver.pœna.ver.an ſi il.Secundò per dictum Pſal.Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, & per Criminaliſtas omnes variis in locis iuris noſtri.Quintò metus inſtantis periculi,& mortis excuſat delinquentem à capitali pœna ideòque ſi quis tyrannus aut potens dicat alicui non potenti,Occidas talem,alias occidam te,& ille erat in huiuſmodi conſtitutus calamitate, quod ſi eius iuſſum non adimpleret, mitteret minas ad effectum,tunc ſi aliter euadere non poteſt vitam ſuam occidendo excuſatur ſi occidat,nec vtique aliqua pœna punitur propter mortis periculum,ſecundũ Bal.& Alex.in l.liber homo. ff. ad l.Aquil. & Floria.ibi in princip.in l.quod dicitur. ff. ad leg.Aquil.& in l.j.ff. de ſica.Pet.& Cy in l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.Bald.in l.j. q.ij.C.vnde vi.in l.ſeruos.C.ad l.Iuli.de vi.& in c.j.§.iniuria.de pace tenenda.in vſib.feud. Gandi. in rub.de pœn.gl.in l.ſi familia communis in ver.& ſi ſeruus.in verb.agi poterit.ff. ſi fami.fur. fe. Cæp. caute.iiij. & xl.Ioan.de lig.in tracta.de bello.Fely.in c.ſignificaſti.li.ij.circa fin.de homici.Curt.conſi.xx.Iaſ.in §.ſi minus de actio. Dec.conſi.cccxxxvj. & in regula,velle non creditur.ff.de reg.iur.& in l.quod iuſſu. eod.titu.& in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iure.vbi ſcribit iſtam eſſe communẽ opinionem Marſy.conſi.xxv.Corſetus in ſing.in verſ.metus,vbi,etiã hãc fatetur communẽ,& ſequẽdam.& Grammati.voto.xxviij. F.Viuius.

Condemnatus in amputatione manus non præſumitur & intelligitur de debiliori.Alci.tracta.de præſum.reg.iij.præſump.vlti.in fin. communem dicit. Villalob.

Condemnatus per iudicem eccleſiaſticum de delicto miſto poteſt iterum conueniri per iudicem ſecularem.Alci.in c.pernicioſam. num. 128.de offi.ordi.communem dicit. B.Villalo

Nota iſtam communem ad intel.l.ij.tit.viij.lib.viij.ordi.& pragma. j.in pragma.& ad legem factam in curiis Toletanis anno 1525.loquẽtem de blaſphemis.& ad intell.l.viij.ti.ij.li. viij.ordi.contra vſurarios. & ad intell.l.iij.tit.xiiij.par.vij.& pragma.iij.de ſortileg.& ad intellectũ.l.ij.ti.xxj.par.vij.& pragma.lxxxv.de ſodomitis,quæ crimina ſunt miſti fori,& etiam ſacrilegia ſunt miſti fori.vt per Maria. in cap. cum ſit de foro comp.Vnum tamen nota,quòd ſi aliquis committit delictũ cum ſacrilegio,prius eccleſia de ſacrilegio eſt ſatisfacienda,quam fiſcus de calumnia,vt eſt l.ciiij.ſtyl.Nota etiã quod licet iudex ſecularis poſſit cognoſcere de vſurariis:eſt intelligendum quo ad pœnam,non tamen ad declarandum an ſit contractus vſurarius,cum ad eum non ſpectet,vt per Panor.& Docto. in cap. cum ſit, de foro compet.& Alci. in c.pernicioſam,de offi.ordi.nu.77.ſed ſolum punire,quando contractus eſt apertè vſurarius:quia licet laicus non poteſt ſe intromittere in lege canonica,tamen ad eius obſeruantiã poteſt imponere pœnam per glo. ſingu.in clem.ne Romani.de electio.ex qua recipit maximum robur. l. viij.tit.ij.l.viij.& l.i.ord.l.tau.imponens pœnam contrahenti matrimonium claudeſtinum. B.viuius.

Condemnatus propter delictum in pœnam pecuniariam,ſi omnem ſoluerit minimo pretio debet pœna corporali affligi.Boë.deci.cccxlix. nu.8.in fi.ver.quinimò ſi tales,communem dicit. Idem.

Condemnatus in pœnam pecuniariam,ſi non habet vnde ſoluat,petente illo,in cuius fauorem eſt condemnatus: debet luere pœnam in corpore,idem communem dicit.

De iure regio debitor cedit bonis:& ponitur in manu creditoris,vt illi ſeruiat per tempus debiti,vt in l.ij.tit.viij.lib.iij. For.ll.& l.v. tit.viij. lib.v.ord.vbi reformantur ll.For.& l.iiij.tit.v.par.etſi ſunt alij creditores,ille cui traditur tenetur ligare eũ cum circulo ferico groſſo vt digitum,& debitor tenetur portare eũ ſuper forã veſtimenti, vt habetur in pragma.lxxxij.Idẽ videtur faciendum in pœna pecuniaria imponenda propter delictum.vt eſt l.cv. ſtyli.quam legẽ intellige in pecunia applicanda parti ex furto,vt fuit determinatũ in curiis Vallis Oleti.anno domini 1538.non tamen in aliis delictis. Poterit tamẽ iudex moderare pœnam,ſi eſt pauper.per l.iij.tit.xxij.par.v. quã intellige in mulcta, ſecus in pœna vt per Iaſ.in l.ſi quis.nu.28.ff.de iuriſdic. om. iudic. vbi de hac mater.vide Panor.in cap.niſi ſpecialis.de offic.deleg.quod intellige niſi pœnalia ſtatuta loco pœnæ vt in habente monetas falſas : quia ſi non

habet

haber centum marabetinos, erit in vinculis per annum, l.i. lib.iij. tit, x, For.ll. Condemnatus in expenſis liti, debet carcerari ſi non habet vnde ſoluat.l.xcix.& clxviij.ſtyl.niſi, aliàs erit ſalarium aduocati quod remittitur amore Dei ſi non habet vnde ſoluat. Nota quòd ſicut creditor tenetur pæſtare alimenta carcerato: ita & ceſſionarius, Segu. in l. ſi ex legati.num.94.ff.de verb.oblig. B,Villal,

P R O. Condictio, eſt actio.in l,rerum amotarum actio, condictio eſt.ſi.rerum amot.tex.eſt in §.appellamus.Inſtit, de actio. I,Bel,Toloſ.

Condictio canonis redintegranda,iij. q.j. nõ ſolùm in rebus eccleſiaſticis & clericorum (prout aliqui voluere) verùm etiã laicorum,& profanis locum ſibi vendicat, aiunt Anton.de Butr.in cap.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpolia,Innoc,& Ioan,And.in cap,ſæpe,eod,tit.Bart.in l,coloni.de agric.& cenſi.lib.x,Ang.conſil.cliiij,in q,j,& Sol.l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſeſſ.qui hanc communem refert & ſequitur. F,Turzan,

P R O. conditio fit per ſi, modus per vt, cauſa per quia.l.demonſtratio falſa,in §,fin.ff.de condi,& demonſtrat,gloſſ.in l.j.C.de his quę ſub mod.vel cond,fiunt & in rubric,C,de falſ.cauſ.adiec,Bart, in l,j. ff. eod, tit.de condit,& demonſt, Bellon,

P R O. Conditio eſt triplex, caſualis, poteſtatiua, & mixta in l, vnic. §.ſin autem aliquid ſub conditione,C.de cad,tollen, Bellon,

P R O. Conditio eſt de futuro, non de præſenti, vel præterito, l.cum ad præſens.cũ duabus ll.ſequen.ff, ſi cert.pet,l,inſtit,ff, de condi. inſtit.

O B I E C. Contra de lege quibus diebus,in §.quidam. ff. de condi, & demonſtra.vbi valet conditio talis,ſi moritur,& ſic de præſenti.

S O L. Ibi præſens pro futuro ponitur:& exponitur,ſi moritur pro ſi morietur vt ibi glo,dicit, Bellon.

P R O. Conditio nihil ponit in eſſe.l, & ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ.cauſ.teſta.l.legata ſub conditione.ff.de condit. & demonſt, l.cedere diem,ff.de verb,ſignifi, Bellon.

P R O. Conditio debet adimpleri in forma ſpecificata.l,qui heredi, & l.Mæuius.ff. de conditionib.& demonſtrat. Bellon.

P R O. Conditio extitura non reddit conditionalem diſpoſitionem ſed puram.l.ſi pupillus.§,j.ff.de nou,& deleg.

O B I E C. Contra de l.quibus diebus,§. quidam Titio. ff. de condi, & demonſtra,vbi legatum redditur, conditionale per conditionem. ſi moriatur, quæ tamen eſt omni modo extitura.l.j.ff,eod,tit.

S O L. Dic, quòd legatum ſub hac conditione, ſi moriatur, eſt quidẽ purum, quo ad tranſmiſsionem legati, vt in l.heres meus.ff.de cond.& dem.quo ad verò locutionem, eſt conditionale: quia incertum eſt quãdo morietur.l.dies.ff.eod.tit, Idem,

P R O. Conditio purificata pro pura habetur. in l,ſi pupillus. ff. de condit inſtit.l.fi.§.Titius.ff.de condi,& demonſtrat, Idem.

P R O. Conditio ſubintelligenda eſt etiam ſi non apponatur in lege eum quis.ff.de ſolut,vbi conditio ſubintelligitur in contractu, ſi in eodem ſtatu maneat is, cui ſoluendum eſt.in l.cum ſeruus.ff.condit.inſtitutio.& l.auia.ff.de condiction,& demonſtratio.vbi conditio in inſtitutione adiecta, in legato videtur repetita.& in l.ſi cui ff. de ſerui. titu, gen.ibi, nam quedam in ſermone tacitè excipiuntur,& in l. dotis promiſſio.ff.de iur.dot.vbi omnis dotis promiſſio futuri matrimonij tacitam conditionem habet:item in iuramento intelligitur ſemper conditio, excepta legis, aut principis auctoritate.lege finali. ff. qui ſatiſd, cogant.&c, venientes.extra de iureiur.& in reſcriptis, clauſula, ſi preces veritate nitantur.in cap,j.extra de reſcr.

O B. Contra de l, vniuerſa.C.de diuer.reſcrip.& can, dicenti. §. vniuerſa.xxv.q.ij, vbi non valet reſcriptum, niſi ſit expreſſa conditio in reſcripto, ſi preces veritate nitantur,

S O L. Verum eſt ſecundum leges, ſecus ſecundam ius canonicum, vt ibi. Bellonus.

Conditio quæ tacitè ineſt: ita impedit natiuitatem obligationis, ſicut expreſſa, Decius conſilio ſecundo. numero 4. communem dicit, B.Villalobos,

Conditio ſi concipiatur in vltimis voluntatibus quæ potuit contingere, tamen modò non poteſt. vt ſi Titius viuet, qui jam tempore adiectæ conditionis mortuus erat: reiicitur, vt impoſſibilis, Bar. in l.j. ff. de condi.& demon.Coua,in epi.iiij.c.iij.par.iij.§.ij communem dicit.

Conditio inſtitutionis,& legati cum verè non adimpleatur: tamen habetur pro completa ex legis diſpoſitione, & competit actio ex teſtamento.Iaſ.in l.mater.nu.7,C.de inſtit.& ſubſt.communem dicit.Idẽ,

Conditionis euentus non conſtituit debitorem in mora, Decius conſil.o.ij.num.4.communem dicit. Idem.

Conditionalia verba in fideicommiſſo non denotant quem à teſtatore vocatũ ad commodum hereditatis. Alex.conſi.cv, communẽ dicit.

Conditio mixta, ſi deficit per caſum mortis, facit deficere legatum: communem videri ait Deci.in conſi.ccccxxxv.nu.4. Idem,

Conditionalis Donatio propriè quoque Donatio dici poteſt, communem dicit. P.Fich.

Conducens ſciente: rem propriam ab alio quaſi non propriam, nõ perdit dominium. Alexan.in l.ſi aliqua.nu.10.ff.de acquir.poſſeſ.communem dicit,& ibi Rip.nu.16.& nu.18.ſecùs tamen, ſi ignoret rem eſſe propriam, quia tũc nec dominium nec poſſeſsionem perdit. Hieron. Cagno, in lege, nec pignus, nume, 8.ff.de re iudicata communem dicit. B,Villalobos,

Conducens rem propriam ab alio, tanquam rem illius perdit poſſeſſionem, Rip.tenet communem in l,ſi aliquam rem.nu.19. ff. de acquir. poſſ.& acquiritur locatori: vt ibidem ipſe Rip.pariter communem ait. numero.22, Idem,

Conducens rem ſuam, vt ſuam, non perdit dominium, Rip. in d. l. ſi aliquam rem.nu,26.& 29.

Conductio tamen rei ſuæ non valet, communem aſſerit idem Rip. ibidem, numero,32, Idem,

Conductor modicum damnum pati debet æquo animo l.ſi merces, §.vis maior.ff.loca.ſed maximum damnum pati de iure non permittitur aliquo modo: Vnde remiſſio facienda non eſſet conductori, niſi dãnum ſit vltra dimidium iuſti pretij, verbi gratia, ſi ipſe conductor ſoluendo afflictus conuentos reſtaſſet læſus, non ſolùm in tertia parte (vt aliqui Doct.dixerunt), ſed etiã vltra dimidium iuſti pretij, id eſt, quod non recolegiſſet tot fructus deductis ſumptibus, qui æquiualerent dimidiæ penſionis per eum ſoluendæ, quia id probando, tunc poſſet petere remiſſionem mercedis pro rata damni. aliàs non ſecundum opinionem Bar.in lege.licet.C.locati.quam aſſeuerant communem ibi Moderniores.& Fran.Aretin. conſilio lij. viſa, numero primo.citantes ſequentes eam. F,Viuius.

vbicunque (ſecundum vulgi opinionem) damnum per Conductorẽ in re locata paſſum eſt enorme,& intollerabile, debet ipſi conductori fieri remiſſio. Glo.eſt magis communiter approbata, in l.licèt.C.de locat.& in l,ſi vno, in principio. ff,eodem.quam vti magis communem ſequitur Cardi.in cap.propter ſterilitatem, extra codẽ tit. vbi vide Imol, plenè hunc articulum diſcutientem & Socin. conſil.100, in cauſa Baptiſtæ.lib.j. F.Turzan.

Conferri communicarique debet, lucrum dotis vxoris præmortuæ, quod defertur vigore ſtatuti marito, ſiquidẽ obueniat filio, viuente patre, debet cùm aliis fratribus: ſi verò poſt mortem patris, non debet conferri, ſed apud maritum inſolidum remanere. Eſt cõmunis opinio ſecun. Dec.conſil.lxvj.de duobus, in princ, volùm, j. idem Iaſ. in conſil. ſeq. circa propoſitum.in princ.eod.vol.j. M.Grib.

Conferri nõ debet ſimplex donatio facta filio emãcipato, aliis emancipatis, Eſt verior,& magis communis opin.ſecundum Dec. conſil.lix. in caſu. volum.j. Idem.

Collatio locum habet etiam ex teſtamento licet portiones ſint inæquales. Eſt comm.opin.ſecun.Dec.in d.conſil.lix.in fin,vol,j. Idem.

Confeſſio propriè non eſt probatio. Eſt communis opinio ſecundũ Dec.in Rubr.de probat,extra verſi.expedita definitione: Hypp.in Rub. C.eodem titulo, vbi concludunt, quòd ſtatutum loquens de probatione, non habet locum in confeſſione partis, maximè in ſtatuto anguſtante facultatem probandi ex cauſa. Quæ tamen opin. non videtur rationabilis, attento quòd nulla cenſetur melior probatio partis aduerſæ, confeſſione ipſa per quam euacuatur etiam præſumptio iuris,& de iure, quæ nulla alia probationis ſpecie ſuperatur, vt ponunt Doct.in locis ſuprà allegatis, Gribal.

Confeſſio rei, facta per torturam indebitè, & nullis præcedentibus indiciis, non valet, neque ex ea poteſt reus condemnari, dato etiam, quòd millies fuerit ratificata Eſt communis opin.ſecund. Alexan.in l. qui in aliena.§,fin.in fi.ff.de acquir.hered.& Hypp.in conſil.viij.incip.in cauſa magiſtri Ioannis.verſic.nam confeſſio,&c.Idem conſil, xlv, licet allegationes, in princ. Idem,

Confeſſio facta ad liberandum, parti abſenti licet non proſit in vim pacti, tamen valet vt probet aliquem debitorem non eſſe. Eſt communis opin.ſecundum Aret,in conſil.lx.incip,Excellentiſ.doct.nu.1.& Alex,in conſil.ccxlv.ponderatis.circa fin.vol.vj, Idem.

Confeſſio ad hoc vt inducat plenam probationẽ, requiritur quòd ſit facta non ſolùm parte præſente, ſed etiam ipſa parte eam acceptante, ſecun.Alex.conſil.xx.in cauſa appellationis in princ.vol.4. Sed Socin, conſil.ccxxviij.in cauſa Gabrielis.verſ,non obſtat vnum, volum.ij.dicit communem opinionem eſſe in oppoſitũ, quòd imò præſentia ſola ſufficiat in fauorabilibus ipſius præſentis. nam tunc, etiam parte non acceptante expreſſè, talis confeſſio plenè probat. Idem.

Eſt verum, quod Alex, in d.conſil.xx.pro ſua opin.adducit vnum bonum ſimile, videlicet quòd teſtis deponens, quòd talis protulit talia verba præſente Titio, non dicitur probare quòd Titius intellexit. Eſt communis opin.ſecun.Iaſ.in l,ij.§.voluntatem.ff,ſol.mat. de qua vide infrà in verb.Teſtis.nu.4. Idem,

allegans ſolutionem, non cenſetur debitum Confiteri. Eſt communis opin.ſecundum Alex.conſil,clxxxiij.incip.in cauſa. circa fin. vol.vj. contra Dyn.in reg,nullus.de reg,iur.in vj. Idem.

Confeſſio extraiudicialis, abſente parte facta: probat ſemiplenè. Eſt communis opin, ſecun.Iaſ.l.admonendi, verè tenendo tamen,&c. ff.de iureiur. Intellige dummodo per duos teſtes plenè probetur, ſecundum Alexan.in conſil.clij.vol.v.& in conſil ij.vol.vij. Idem,

Confeſſio qualificata non poteſt per aduerſarium diuidi, nec in partem ſine quantitatibus acceptari. Eſt doctrina Bart. communiter approbata.

probata.in l.Aurelius.§.idem quæſiit.de lib.legat. ſecundum Socin. in conſil.ccxciiij.viſo.in fi.vol.ij. Idem.Moph.

Confeſsio facta ſponte in criminalibus abſque tormentis, vel metu tormentorum,etiam nullis indiciis præcedentibus, vel non data indiciorum copia,& ſic data nullitate proceſſus,ſufficit ſine aliqua ratificatione ad condemnandum confitentem,vt eſt text.& ibi not.in cap.j.de accuſa.lib.vj.ita tenet Bald.in addit.Specu.in tit.de confeſ.idem Bald.& Doct.in l.ij.C.quod metus cau.Bal.& Ang.poſt gl.in l.vnic C.de confeſ. Anchar.in clem.vnic.de homic & idem Ang.in l.j. ff. de confeſſ. cũ aliis allegatis per Follerium in practi.crimi.in j.par.iij.partis.in ver. ſi confitebuntur.nu.65.& 68.& iſtam ait eſſe communem opinionem Gandi. in tract.maleficiorum ſub rub.de quæſt.& tormentis ver. quis ſit effectus quæſtionis,& Moder.in cap.at ſi clerici.in prin.de iud.& Follerius in loco præcitato. nu.65. vbi latè limitat iſtam communem in nouem caſibus.Contrarium verò Doct.affirmauerunt in confeſſo in tortura ſemel,quia ſemel confeſſus in tormentis,niſi perſeuerauerit,condemnari per iudicem nequit,vt habetur in l.ſi confeſſus.v.ff.de cuſto. reo.tamen poteſt iterum quæſtionari,vt reſpondẽt omnes Doct. communiter teſte Boëri.deciſ.clxiij.num.28. F.Viuius.

Confeſsio facta coram iudice incompetente,licet non valeat, vt iudicialis,vt per doct.indifferenter paſsim, valebit tamen vt extraiudicialis,& iudex ordinarius poteſt ipſum confitentem ponere ad torturam,quemadmodum ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus, argu. notatorum in l.capite quinto. ff. de adulter. poteſt etiam eundem cogere ad perſeuerandum in huiuſmodi confeſsione extraiudiciali, niſi doceat de errore,& de cauſa variandi, vt voluit Guli. de Cur. & communiter omnes doct.in l.magiſtratibus. ff.de iuriſdic.omn.iudic.quam quidem communem ſequitur,celebrat,& citat Iaffredus deciſ.ciiij. Boëri.deciſi. xc.& lxxxix. Idem.

Confeſsio facta abſente parte in fauorem abſentis, inducit ſemiplenam probationem,ſecundum gloſſ. vlt. in l.capite quinto. ff.de adulteriis.& ita ſentit Bart.conſil.cxxiij.factum ſic ſe habet, & in l.admonendi.ff.de iureiur.quam ſequitur D.Ant.in cap. fin Extra de confeſ. & in c.ſi de iure ext.Bal.in l.j.C.de fur.conſ.cclxj. vol. iij. & alij quamplures relati matri.& conſ.ccclxxiij. in ſecundo dubio.Cor.Paul.de Caſt.conſ. lxxxij.& cclv.Ro.in l.j.ff.ſol. mat. per Pet.Duenas in ſuis regulis,in reg. confeſsio extra iudicium,& iſtam ait eſſe communem opin. Crauetta in tractat.de antiquitate temporum,in j. parte,argumento iij.num.30. & Modern.in d. l. admonendi, vbi ponunt exemplum dictæ communis,ac eam pleniſsimè declarant. Idem.

Confeſsio,ſeu ea,quæ fuerunt dicta ſacerdoti in confeſsione per confitentem,per ipſum ſacerdotem reuelari nequeunt & dato quòd reuelaret iſtam confeſsionem,ſibi nulla fides adhibenda eſſet:hoc verò fallit quotieſcunque ſacerdos eſſet fide dignus, aſſereretque mortuũ,ſeu morientem dediſſe ſibi licentiam de reuelanda confeſsione,tunc enim creditur dicto ſacerdoti, ſecundum Lapum in allegatione ſua. xciiij.mulier in confeſsione,cuius doctrinam refert ſequitúrque Fely. in cap.veniens,*el ſecundo*,de teſtib.pro quo ipſe adducit ibi dicta per Ioan. Cald. conſil.xxv. teſtator habens filios, & quòd clericus, ſeu ſacerdos poſsit reuelare confeſsionem de conſenſu,& licentia expreſſa ſibi data à confitente,firmant omnes canoniſtæ in cap. ſignificaſti. de adulte. & iſtam dicunt eſſe communem opin.Felyn.in c.teſtimonium. de teſti.& Ripa in tract.de peſte.in tit.de remediis ad curandam peſtem. num. 108. ſequitur Cotta in ſuis memorabilibus.in ver.iuramentum. probat difficultatem,& c.poſt medium. Idem Viuius.

Confeſsio coniugum probat inter eos matrimonium interueniſſe. Curt.iun.conſi.xxviij nu.2.comm.dicit.

Concor.l.ij.tit.iij.par.iiij. contra matrimonium de quo tractatur,vel contra aliud non valet.l.vj.tit.xiij.par.iij. B.Villal.

Confeſsio non eſt probatio:Hippo.in rub.de probat.nu.74. & Feli. in rubr.de probat.num.2.communem dicit, De iure regio confeſsio dicitur probatio l.viij.tit.xiij.par.iij. ex qua lege Petrus Nun.in reſpon. 18.num 8.tenet contra Roder.Suarez in l.poſt rem. verſiculo ſed pulchrum.ff. de re iudic. dicentem quòd etiam poſt decem dies datos ad probandas exceptiones in executione admittitur cõfeſſio partis. quòd Nunio non placet ante ſolutionem debiti,quod nota. Idem.

Confeſſio extraiudicialis nihil operatur,Felin.in cap. at ſi clerici.de iudi.communem dicit.

Quo ad materiam huius communis cum ſequent.de iſtis confeſſionibus extraiudicialibus nota.l.ij.tit.vij.libro ij.For.ll. dicentes confeſſionem extraiudicialem non probare: niſi teſtes ſint vocati ſpecialiter ad hoc,idque tempore confeſſionis:vel ſi facta ſit in ſcriptis,vel in hora mortis:quia tunc probat contra ſe:non tamen contra alium:& vide l.vij.tit.xiij.par.iij.

Fallit primò,de iure canonico:quia plenè probat etiam abſente parte,Alci.in rub.de verborum obligat.ff.numero 8.& Felin.in cap.ſi cautio.de fid.inſtru.comm.dicit.

Ex quo infertur,quòd in terris ſubiectis eccleſiæ, abſente parte plenè probat:Curt.iun.conſil.clxviij.num.12.communem dicit.licet Alex. conſi.cccxxiij.vol.ij.cõmunem dicat contrariam:quem Dec.conſ.lxiij. reprehendit & dicit commmunem priorem.

Fallit ſecundò,quòd licet non probet:facit tamen indicium,Alc.in c. cum non ab homine.num.98. de iudi.Marcus Anton.in tract. de iudic. & tortu.num 104.communem dicit.quam intellexit Cal.in l. vnica. C. de confeſ.niſi reus reuocauerit antè,quàm ponatur ad torturam.

De iure verò regio licet reuocet: nihilominus facit magnam præſumptionem:vt in l.cxxx.ij.ſtyli.

Amplia dictum Bal.etiã ſi confeſſio ſit geminata qui prætextu erroris poteſt reuocari.Iaſ.in l.errorẽ.nu.8. de error. calc. C.cõmunẽ dicit.

Fallit tertiò,quia licet non probet confeſſio abſente parte:facta tamen ex cauſa,quæ ſi vera eſſet,obligaret confitentem,inducit legatum, Cur.Iuni conſi.xcvj.nu.4.communem dicit. Idem.

Confeſſio extraiudicialis ſi pars,vel eius procurator eſſet præſens: probat,ſi eſſet cauſa,vt habetur in l. vij. titu. xiij. parte iij.& pro intel. iſtius legis vide infrà.

Fallit quartò in confeſſione liberationis, quia etiam abſente parte probat:Bald.conſ.cccclxvj. vol.iiij. communem dicit:Cõtrariam dicit communem Io.de Ripa in l. conditionis. C.de pactis.nu.21. ex mente Feli.in c.ſi cautio.de fide inſtru.nu.32.& tene ſecundam.

Fallit quintò,quo ad ſemiplenam probationem Aimon de antiq. tempo.par.j.in verſi.propoſitum noſtrum.nu. 30. communem dicit ex Bar.in l.admonendi.de iureiurand.ff. Idem.

Confeſſio facta parte præſente,ſi expreſſè pars non acceptet, non probat.Alci. in rub.ff.de verb.nu.3.& Iaſ.in l.errorum,iij. C.de iuris & fac.ignoran.communem dicit. Idem.

Tu vide de hoc prolixè Pet.à Duen.reg.cxix.vbi allegat Alcia.ibi cõtrarium,dicere,quod imo altera opinio ſit verior, & quòd plures ad hoc alleget auctoritates. I.Fich.

Confeſſio facta in vno iudicio,præiudicat in alio.Panor.in c.per inquiſitionem.nu.12.de elect.communem dicit. De actis vide in verbo acta & in verbo proceſſus infrà. B.Villal.

Confeſſio iudicialis ad hoc,vt probet:de iure regio,aut præiudicet, requiruntur ſex:ætas maior in confitente,ſpontanea voluntas, & non vi vel per metum contra confitentem,parte,vel procuratore præſente, & ſuper re certa,& non cõtra naturam vel leges:vt habetur in l.iiij.tit. xiij.par.iij.& vide l.j.tit.vij.li.ij.For. ll. & l.ij.tit.iij. & l.xj.tit. iiij. part. iij.& vide plures caſus quando confeſſio præiudicet per Hippol. ſingu. cccxxix. Idem.

Fallit primò in confeſſione clerici facta coram iudice ſeculari:quia non probat,nec facit indicium.Marc. Ant.de indic.& tort. nume.114. communem dicit.

Fallit ſecundò,in confeſſione procuratoris facta in vno iudicio,quia non præiudicat domino in alio.Panorm. in d.capit. per inquiſitionem. communem dicit.

Fallit tertiò,in his, quæ non dependent à voluntate partis,quia eis nõ præiudicat confeſſio.Iaſ.in l.error.num.12.C.de iur.& fac.ignor.communem dicit. Idem.

Confeſſio conditionalis vnius actus,qui ſimul & ſemel fuit adhibitus,non poteſt pro parte acceptari,vt ſi confiteatur recepiſſe decem ex mutuo cum conditione de ſoluendo intra annum, vel ſub aliqua alia conditione:ſecùs tamen ſi ex conditione quæ poſt actum interuenit:vt ſi confiteatur recepiſſe,& ſoluiſſe:bene acceptatur pro parte,Boë.deciſ. cccxxxix.num.3.communem dicit.

Limita primam partem communis in confitente homicidium commiſiſſe:ſed ad ſuam defenſionem,quia acceptatur pro parte: & tenetur probare ad ſuam defenſionem homicidium factum, aliàs punitur. Iaſ. in l.vt vim.num.13. ff.de Iuſtit.& iur.communem dicit, quàm intelligit ad condemnandum, non autem ad pœnam corporalem. & Panor. in cap.auditis.de præſcript.

Amplia ſecundam partem communis, ſi per ſtatutum tenetur præciſè reſpondere poſitionibus. aliàs habetur pro confeſſo. vt dicat, ſi mutuum accepi, reſtitui, Boërius in deciſione cccxxxix. numero 4. communem dicit.

Nota iſtã communem ad intel.l.j.tit.iiij.lib.iij.ord.& hodie ſublata eſt omnis dubitatio per l. xj.in ordi.de Madrid.in pragma.vbi eſt diſpoſitum poſitionibus eſſe reſpondendum per verbum confiteor, vel nego,aliàs habetur pro confeſſo.

Nota in l.j.ibi,*y aſi lo deue luego el iuez pronunciar por ſententia.* Et ſic ante pronuntiationem,nõ erit condemnatus & ſi moriatur ante nuntiantem: heres non tenetur ex tali confeſſione per l. manifeſtæ. in fi.ff. de iureiur. & vide Franc. Curt. iun. conſilio lix. & quæ habes in verbo abſens ſuprà. Idem.

Confeſſio admittitur contra præſumptionem iuris,& de iure.Panor. in cap.is,qui fidem,de ſponſal.Alciat.in tract.de præſumpt.par.ij.nu.6. communem dicit.

Amplia ad probationem per indirectum,quia admittitur etiam contra præſumptionem iuris,& de iure.Aymon.de antiqui.temp. par.iiij. verſ.iſta materia ſingularitatis.num.14.communem dicit gloſ.in clem. vnic.de probat.

Limita,quando præſumptio non eſt in fauorem partium,vt in matrimonio,

trimonio,in quo non admittitur confeſſio contra præſumptionem iuris,& de iure.Coua,in epiſt.iij.in cap.iiij.communem dicit. Idem.

Confeſſio facta in tormentis:etiam ſi ſit perſeuerata:non præcedentibus indiciis,eſt nulla:Iaſ.conſil.clxxxviij. volumine ſecundo numero.2.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.legis iiij.& vj.tit.xxx.par.vij.& l.v.tit.xiij.par.iij. Idem.

Confeſſio ſocij in criminibus in caſibus in quibus poteſt interrogari de conſortibus non eſt ſufficiens indicium ad torturam niſi alia ſint indicia.Boër.dec.cccxix.num.1.& 2.Tho.Gramma.in voto vj.numero 2.communem dicit.

Confeſſio mariti in inſtrumento dotali ſe recipiſſe,& habuiſſe mille in dotem,præſumitur tempore dotis recipiſſe:& non ex interuallo, Alci.de præſumpt.regul.ij.num.8.præſump.xxxv.cõmunem dicit. Idẽ.

Confeſſio de dote recepta,non firmatur iuramento.Curt.Iun.conſil.xcv.num.4.communem dicit. Idem.

Confeſſio dotis cum conſtat animo donandi:licet non præiudicet marito,tamen confirmatur morte.Curſ.iun.conſil.xcv.num.6.communem dicit,& vide infrà in verbo Dos. Idem.

Confeſſio recepti,ex quo non conſtat de actuali numeratione: præſumitur facta ex cauſa donationis. Curt. in dicto conſilio numero 3. communem dicit. Idem.

Cõfeſſio filij præiudicat patri:ſicut vera probatio. Boër.deciſ.ccxxj.num.17.communem dicit. Idem.

Confeſſio de dote recepta facta conſtante matrimonio,cenſetur facta in fraudem legis,& ſic nõ nocet nec marito,nec creditoribus:quando fuit renuntiatum exceptioni non numeratæ dotis.Hanc magis communem inquit Alex.conſil.cxlij.vol.v.& Ioan. Crot. in l. ſi conſtante. verſic.ſecunda concluſio.ff.ſol.mat. Idem.

Confeſſio facta in iudicio poſſeſſorio ſummario, facit fidem in petitorio plenario,communem ait Rip.in l.naturaliter.§.nihil comm.nu.120.ff.de acquir.poſſeſſ. Idem.

Confeſſio in vno iudicio facta in alio reuocari poſſit,ſiue ad eũdem, ſeu ad alium emanauerit effectum, Gloſſ. in authent. item poſſeſſor.in verbo.transferat.in fine.C.qui potior.in pigno.habeant. voluit,quòd ſi poſſeſſor conuentus hypothecaria à creditore negauerit rem in bonis debitoris fuiſſe conſtituti pignoris & hypothecæ tempore, ſi conuictus de mendacio,vt quia creditor agens ſuam probet intentionem, id eſt, rem ipſam in bonis ipſius debitoris fuiſſe, rem ipſam retinere velle cõtendat,& nitatur priorem allegando hypothecam,vel alia ex cauſa,putà quòd illam de dicti creditoris conſenſu ſibi retinere liceat,ante omnia eam, vt mendacij pœnam luat,reſtituere cogitur,& exinde audiẽdus erit,ſuámque cum id ſibi alio in iudicio iure non abnegetur, poterit reuocare abnegationem & contra propriam venire confeſſionem. Tu verò concluſionem,quòd confeſſio in vno iudicio facta in alio reuocari poſſit,veram & procedere intellige,quando contra dictam cõfeſſionem fuit in contradictorio iudicio iudicatum,ita declarat & intelligit Alexan.Imo.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſdict.omnium iudic. & docet Barto.in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis,ff.de inoffi.teſtamen. per illum textum vbi Barto.variationem admittit, ſi varians in prima ſuccubuit inſtantia,aliàs ſecus admitti inquit,vide ibidem data ibi facti,& rei contingentia. F.Turzan.

Confeſſio ficta defuncti, quæ ex contumacia oritur an tranſeat ad heredem & ſibi noceat.text.in l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci.& ibi Barto.in l.Manicheos.C.de hæretic. probant negatiuam, dixítque Barto.quod illum text.allegabat aliàs pro caſu ad quæſt. quòd ſi filius eſt contumax,& ſic habitus pro confeſſo,talis confeſſio non nocet patri,vt ex illa puniatur,idque comprobat idẽ Bart.in l.ij.§.ſi is.ff.de bon. eo.qui ſibi mor.conſci.limitatur tamen iſta concluſio tribus in caſibus ſecundum ipſum Barto. in dicta l. ſecunda. Primò in herede latronis. Secundò in herede eius qui in crimine læſæ maieſtatis incidit: Tertio in herede eius qui damnatam ſectatus eſt hereſim.Limitatur quarto ſecundum Baldum in lege vnic.verſi.ſed dubitatur.C. ex delict. def.procedere quando talis confeſſio ſtat in puris terminis confeſſionis, dicta l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci,ſecùs verò,ſi tranſit in condemnationem iudicis,vel legis,puta ſi lex pœnam ipſo iure irrogaret.quia tũc ad heredem tranſiret & ſibi noceret.iſta tamen ficta confeſſio, quæ ex ſententia declaratur,puta aliquis per ſententiam declaratur factus cõtumax & tanquam talis condemnatur, non facit fidem in alia cauſa, ſed in illa tantum. text.eſt in l. ij.§. Diuus.ibi quin non in aliam rem, quam in cauſa &c.ff.eod.de iure fiſci,quod vt menti commendemus valde nos admonet ipſe Bart.in præalleg.l.eius qui delatorem, a.i fin. princip.ff.de iure fiſci. F.Turz.

Confeſſus crimen extra iudicium an poſſit reuocare confeſſionem, ita quòd ex ipſa reuocatione euitet torturam quæ ex ipſa confeſſione eſſet ſibi inferenda,ad quam facit indicium ſufficiẽs, iuxta tradita per Gloſſ.in l.capite quinto.ff.ad legem Iul. de adulter & not. per Doct.in cap.at ſi clerici.de iudi.Barto.in l.qui ſine.nume.3.ff.de quæſtio.Marſi. in lege. repeti. ff. eodem. de quæſtione. vbi dicit quòd cogi poteſt talis confitens perſeuerare in dicta confeſſione.Bald.not.in l.vnica.C.de confeſs.concludit quòd reuocatio fiat re integra,ſcilicet ante torturã & ante vlteriorem proceſſum,prodeſt, vt ex tali confeſſione ſic reuocata non poſſit vlterius torqueri,nec procedi.ſi aliæ non appareant,& ſuperueniant probationes,& indicia,quod nota Idem quod poſſit reuocari confeſſio facta in tormentis ante ſententiam,& condemnationem, voluit Paris de Put.in tractat.ſuo ſolenni Syndica. verſic. teſtis totus.Innocent.in c.per inquiſitionem.de electiõ.vide ad materiam, an,& quando confeſſio criminis eſt vltronea,probabilis,veriſimilis,& poſſibilis,quòd plenè probat ad condemnandum per ipſum Marſi.in l. de minore,in princip.ff.eodem titu.de quæſtio. Ratio eſt,quia in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis,niſi in condemnando.l. proinde. ff. ad legem Aquiliam.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.& exhibitio.reo.l. qui ſententiam.C.de pœnis.cum ſimilib.

PRO. Confeſſio facta extra iudicium, non præiudicat confitenti. glo.in l.j.in verbo,apud iudices,ff.de interrog.actio. Bellon.

PR. Confeſſio debiti recepti apertè denotat liberationem l. pecuniæ.& ibi glo.C.de ſolut. Bellon.

PR. Confeſſus habetur pro iudicato.l.j.ff.de cõfeſ.l.vnic.C. eo. poſt rem.ff.de re iudicata.

OBIEC. Contra quia etiam confeſſus condemnandus eſt: vt l.Iulianus.ff.eod.tit.& l.ſi domus.in §.qui confitetur.ff.de leg.j.

SOL. Simpliciter confeſſus condemnandus non eſt vt hic, ſed vbi non eſt ſimpliciter confeſſus,ſed cum aliqua adiectione qualitatis, vt ſi heres confiteatur ſe quidem debere rem legatam, ſed non poſſe redimere,vel ſpeciem interiiſſe, vel ſimile, ad æſtimationem eſt condemnandus,vt ibi. Bellon.

PRO. confeſſi de ſe ſuper conſcientiis aliorum interrogari non debent.in l.fin.C.de accuſ.& in cap.j.de confeſſ.extra. Bell.

OBIEC. Cõtrà de l.j.C.de falſ.monet.& l.prouinciarũ.C.de feriis.

SOL. Speciales ſunt caſus ibi propter immanitatem criminum, vt latronum inſignium,vel fabricantium falſam monetam, vel committentium crimen læſæ maieſtatis.d.c.j.de confeſſis. Bellon.

Confitens confeſſori ſua peccata tenetur patefacere confeſſori etiã notoria,& nota ipſi ſacerdoti. Naua.in c.j.verſi.ſtatus cui officium. nu.61.de pœnit.diſtin.ij.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.l.xxv.& xxvj. tit.iiij. par.j. loquentium de ſacramento pœnitentiæ. B.Villal.

Confirmatio Donat.in coniug.quæ fit per mortem donantis, retrotrotrahitur ad tempus donationis factæ quo ad fructus perceptos, ſed non reſpectu dominij.comm.dicit.Clarus.§.donatio.quæſt.9.verſiculo ſed quæro. Pius Fich.

Confirmatio etſi facta ex certa ſcientia, non cenſetur confirmatum inualidum cum præiudicio tertij.Ioan.de Ripa de legib.lib.j. reſpon.ij. num.6.communem dicit. B.Villal.

Confiſcatis bonis vaſalli, non intelligitur confiſcatum feudum. Eſt magis communis opin.ſecun.Curt.iunior.in conſil.iiij.ſuper vol.j.poſt Alex.in l.ſi finita.§.ſi de vectigal ff.de damn.infect.

Fallit vbi tale feudum eſſet etiam ad extraneos heredes tranſitorium, ex forma conceſſionis,vel aliter ſecun.Curt.ibidem. M.Mop.Grib.

Congrui retractus ius odioſum,proindéque reſtringendũ eſſe,multos & numero, & ætate, & auctoritate ſuperiores aſſerere dicit Andr. Tiraq.in præfa.lib.j.Retract.nu.58. I.Fich.

Coniecturæ debent eſſe ſufficientes,& quę ex ipſo teſtamento colligi poſſint,ſi velimus dicere teſtatorem ita veriſimiliter voluiſſe.comm. dicit I.Clarus.§.teſtamentum.q.lxxviij.in princ. P.Fich.

Coniuges, Maritus & vxor,teſtari poſſunt in eadẽ ſcriptura:& membrana.Communiter tenent omnes Doct. in l.licet. C.de pact. Et communem dicit etiam Nicola.Bello.conſil.lxxxv. nu.9. vltimò tamen ſuperſtes ſemper poteſt alterare ſuum teſtamentum, nihilominus enim duo eſſe teſtamenta cenſentur.arg.l.eo quod.ff.ſi cert.peta. Et quilibet intelligitur loqui de ſuis bonis & iure ſuo diſcretiuè.l.qui tabernas.ff.de contra.empt.l.ſerui electione. §.cum fundus.de leg.j. cum nemo poſſit alteri teſtari.l.captatorias,ff.de.hære.inſtit. Et pro hac opinione conſuluit in terminis Old.conſil.clxxiiij. I.Fich.

PRO. Coniuncti propter vnitatem ſermonis,quaſi in vnũ corpus repacti intelliguntur.l.vnic.§.his ita definitis.C.de caduc.toll. Bellon.

Coniunctorum appellatione veniunt tranſuerſales ad quartum vſque gradum:idque ad agendum, vt tradunt Guid. de Suza. Cyn. Sali. & Bald.in l.exigendi.C.de procu.Bald.& Ang.in l.non ſolùm. §. ſed & hæ.ff.de procura. Idque ab omnibus approbari dicit Alexan. in conſil. cxlvj videretur.vol.ij. F.Turzan.

PRO. Connexorum idem eſt iudicium.ideo quod de vno dicitur, de altero intelligitur.l.eum actum.ff.de neg.geſt.l.plerunque.ff.de ędil. edict.& in c.tranſlato.extra de conſtit. Bellon.

Conſanguinei verbum legaliter debet intelligi & propriè,niſi conſtet de communi vſu loquendi,qui tamen vſus qualis ſit debet plenè probari.Curt.iun.conſil.clxxvj.nu.6.communem dicit. B.Villal.

Conſanguinei, nulla habita diſtinctione de agnatis, vel conſanguineis,ſuccedunt cõſanguineo ab inteſtato vſque ad decimum gradum, Coua.in epito.de ſucceſſio.ab inteſtato.conclu.xj.communem dicit.

De iure

De iure regio ſuccedunt vſque ad duodecimum gradum.l.vj.tit.xii.par.v.Et no.iſtam communem ad intel. illius l. in quantum aſſignat differentiam agnatorum, & ſolum quo ad fratres, vel eorum filios,in aliis autem non fit differentia per iſtam communem. Et in quantum d.l.extendit ſucceſſionem vſque ad duodecimum gradum :intellige ſecundum computationem legalem,& ciuilem : vt per Præpo.in arbore conſan.numero.49.

Nota quod quando agitur de ſucceſſione patruorum, vel auunculorum,filius fratris ſuccedit in locum patris ſui in ſtirpes,& non capita, ſecùs tamen in qualibet alia ſucceſſione conſanguineorum:quia ſucceditur in capita.Iaſon conſi.clxxiij.nu.2.vol.iiij.communem dicit.

Concordat cum l.v.tit.xiij.par.vj.de quo per l.viij.in deci.tau.

Amplia iſtas communes,non ſolùm in bonis allodialibus, ſed etiam in feudalibus non inuenitur aliquid diſpoſitum, regulantur iſta bona ſecundum ius commune.Iaſ.in d.conſ.communem dicit. Idē Villa.

Conſenſus Epiſcopi qui debet interuenire in donatione iuris patronatus:poteſt interuenire poſt donationem factam.Lamber.in tract.de iur.pa.in ij.par pri.libri q.j.ar.x.nu.5. communem dicit. B.Villal.

Conſenſus domini feudi in alienatione feudi per vaſallum facienda,in quem tranſlatum eſt feudum de voluntate domini, eſt adhibendus,& non vaſalli,qui tranſtulit,Hiero.Cagno.in l.ſocij mei.numero.9 ff.de reg.iur.communem dicit. Idem.

Conſenſus patris expreſſus requiritur in donatione cauſa mortis quam filius facere velit,communem dicit Ioan. Clarus, Sentent. §. donatio.q.vj.verſic.ſucceſſiuè. P.Fich.

Vbicunque requiritur, quòd Conſenſus præſtetur ad integrandam perſonam alicuius , ſufficit quòd in genere præſtetur , abſque eo quod deueniatur ad ſpecificationem indiuiduorum.Eſt communis opinio ſecundum Alexand.conſilio clxxix.viſo ſtatu. verſiculo quinto probatur. volumine ſeptimo. M.Gribal.

Cōnſenſus patris in donatione cauſa mortis quàm filius facere vult, non ſolum requiritur propter patris præiudicium , ſed etiam ad integrandam perſonam filij,& ſic ad ſolennizandum actum com.d.idem in §.D.quæſt,vj.verſic.Habes ergo. Contrar.dicit Alexand.in l.prima cap. de bon.quæ lib. P.Fich.

Conſilium doctiſſimi viri excuſat ab expenſis partem. Curt.conſil. xix.num.4.communem dicit. B.Villal.

Conſilium qui tenetur exigere , non tenetur ſequi , Aymon conſil. j. communem dicit. Idem,

Conſtitutionis tempus non obſeruans,non dicitur obſeruare formá conſtitutionis.Curt.iun.conſil.clxvj.num.4.communem dicit.

Extende de iure regio quo ad tempus vel pretium rei locatæ, vt eſt in l.iiij.titulo viij.par.v.

Conſtitutio corrigens,etiam pœnalis,extenditur ex identitate rationis.Addi.Imol.in clem.j.de reſc.communem dicit. B.Villal.

Conſtitutio , & natura feudi pendet à tenore inueſtituræ , ſecundum quam princeps feudum ipſum concedit , intelligendo de principe qui de feudo liberè & abſolutè diſponere poteſt, communem dicit contra Oldr.conſilio clxxviij.numero tertio.§.feudum,quæſt.octaua.verſiculo Sed hic. P.Fich.

PRO. Conſiderandum eſt in omni actu id,quod principaliter agit, non quod incidenter.l. ſi quis nec cauſam. & l.rogaſti. ff. ſi certum petatur. Bellon.

Conſtitutum poſitum in contractu regulatur ſecundū naturam contractus.Curt.iun.conſ.cxxxj.nu.12.communem dicit. B.Villal.

per Conſtitutum venditor à traditione iuris liberatur, ſed non à traditione facti,quominus adhuc corporalem poſſeſſionem tradere teneatur.Crebrior eſt opi.teſte Dec.conſ.cclxxxj.viſo puncto. verſ.nec huic promiſſioni.vol.ij. Moph.Grib.

Conſtituti cauſula ratione incertitudinis , nihil operatur, Curt.iun. conſ.cxxix.nu.5.communem dicit,vide in verbo Poſſeſſio. B.Villal.

Cōſuetudo quòd Vaſalli poſſint alienare feuda ſine conſenſu Dominorum,valet.communem dicit Ioan.Clarus.§.feudum.quæſt.iij. verſic. quæro nunc. P.Fichard.

Conſuetudo ciuitatis debet attendi quando verba legis poſſunt eſſe dubia,in huiuſmodi caſib⁹ obſeruari ſolita:nec requiritur, quòd ita fuerit iudicatum.Eſt communis opin. ſecundum Alexand.in conſ.clxxxix. viſo ſtatuto.circa fi.vol.vij. M.Grib.

Ad probandum Conſuetudinem tria neceſſariò requiruntur : quòd teſtes deponant de viſu actus,cuius conſuetudo allegatur , item de frequentia talium actuum:tertiò, de temporis diuturnitate : item quartò, quòd deponant tales actus factos fuiſſe,ita & taliter,quòd appareat interueniſſe tacitum conſenſum populi,vel maioris partis. Eſt communis opin.ſecund.Dec.in conſil,ccccl xxxiij.pro reſul.

teſtes ſingulares non probant Conſuetudinem. Eſt communis opin. ſecundum Dec.in conſil.dxxxviij.viſo.vol.iij.& in conſil.ccccij.in cauſa illuſtriſſ.eodem volumine.Decius latè in conſilio ccxv. in cauſa. verſic. quarto, volum.ij. Idem.

doctori excellenti, atteſtanti aliquid eſſe de Conſuetudine , eſt credendum.Eſt commun.opin.contra Bart.ſecund. Dec.in conſil.cccccli x. in cauſa.verſi.fi.vol.iij. Idem.

Ex conſuetudine temporis non memorabilis,ius colligendi vectigalis acquiritur,etiam inſcio principe vel magiſtratu.Eſt magis communis opin.ſecundum Alexan.in conſil.vj.viſo themate.vol.i. Idem.

Conſuetudo vel præſcriptio temporis immemorabilis,habet vim priuilegij,ex certa ſcientia conceſſi nec titulum, vel bonam fidem requirit: ex ea directum dominum acquiritur.Eſt magis cōmunis opinio ſecun. Dec.conſil.ccccxvj.in cauſa domini operarij.nu.6.vol.iij. Idem.

ad inducendam Conſuetudinem contra legem de iure ciuili ſufficit tempus decennale.Eſt magis commun.opin.ſecundum Alexan.in conſi. cxxxij.viſo,volum.j. Idem.

Conſuetudo,ſeu ſtylus reſpiciens deciſoria cauſæ non ligat forenſes, ſecus ſi ordinaria iudicij ſecundum gl.Anton.de Butr.Abb.& communiter Doct.omnes in cap.quod clericis,extra de foro compet.& in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſtit.vbi Abb.in lectu.& repeti. circa fin.& latè Felyn.ibidem verſic.ſeptima declaratio.& verſi. tertius caſus.& ponunt.gl.& doct.in c.quæ contra,viij.diſtinct. cap. certificare,de ſepultu. conſuetudo enim quotieſcunque eſt localis non ligat forenſes,niſi ſubditos,vt ait Oldr.conſil.ccxlviij.& Roma.conſil.clxiij. vbi dicunt quòd conſuetudo Pariſienſis, quæ habet quòd marito præmoriente pars lucri per maritum acquiſiti durante matrimonio applicatur vxori non liget forenſes.Sed ad rem vnde digreſſi ſumus,reuertendo ,declarandum eſſe duximus, quomodo ſtylus ipſe reſpiciat deciſoria cauſæ : dic quòd tunc reſpicit deciſoria cauſę,quum reſpicit modum probandi, poteſt aſſignari exemplum circa hoc in libro priuato mercatoris producto in iudicio,vtrum ei detur plena fides in iudicio,quo caſu proculdubio dicitur reſpicere deciſoria,& non ordinatoria, ſecundum Bart.in l.ictus fuſtium. ff.de iis, qui not. infa. & Bald. in l. j. C. quæ ſit longa conſuetu. in fin.& Aretin. in cap. dilecti. extra de iudic. & Felyn. in d. cap. quod clericus.in fin.de for.com. F.Viuius.

Conſuetudo rationabilis,& æqua poteſt induci decem annorum ſpatio ſecundum glo.in l.de quib.ff.de legib.& in l.ij.C.quæ ſit longa conſuetu.& iſta eſt communis opinio,vt aſſerit Iaſ.in d.l.de quibus. nu.43. Doct.in cap.fin.de conſuetu.in vj.& Grammati. deciſio.lxiiij. num.34. & illa præſertim dicitur conſuetudo rationabilis, de qua meminit text.in d.c.fin.vbi antiquiores canonici debent optare gradatim prębendas vacantes.Dicitur etiam conſuetudo rationabilis, quando ſoluitur aliquid pro lampade ardente ante ſacrā euchariſtiam.c.ad apoſtolicam, de ſimo. Sed iſta conſuetudo non dicitur inducta ex eo , quòd aliqui particulares ex deuotione hactenus fecerūt hos ſumptus,quoniam oportet quod tales particulares impenſas feciſſent animo conſuetudinē ipſam inducendi,non autem ex particulari deuotione, vt per Panorm. in d.cap.fin.requiritur in effectu neceſſariò quòd huiuſmodi impenſæ fuerint factæ,ſciente,& conſentiente vniuerſo populo,vel maiori parte ſaltem ſecundum Can.omnes communiter in d.cap. fin.& Leg.in d. l.de quibus,quam communem ſequitur. & citat Ripa in reſponſis tit. de legibus,& conſuetudinibus.cap.xx.num. 7. Conſuetudo autem rationabilis,quæ dicatur relinquitur ſæpe ſæpius arbitrio iudicis, ſecundum doctrinam Ioan.And.in c.j.de conſt.in vj.communiter ibi,& alibi ab omnibus approbatam. F.Viuius.

Conſuetudinem iniquam & irrationabilem lex decernens nō ſolum præteritam conſuetudinem iniquam,ſed etiam futuram damnat , & ſic conſuetudo futura iſto caſu minimè admittenda eſt,quia legis diſpoſitione apparet iniqua.cap.fin.de conſuetud.ſentit hoc Innocen.in cap. ex parte,verſic.ſed diſtingue,eod.tit. Domi.& alij omnes communiter in cap. j. circa fin.de conſtit. in vj.& Modern. in d. cap. fin. vbi faciunt mentionem de iſta communi. Idem.

Conſuetudo etiam futura procedere non poteſt aduerſus legem,quę ipſam conſuetudinem ſimpliciter reprobauit:nam eam ſenſim iudicat iniquam eſſe.vt per Bart.in l.fin.ff.de leg.ij. Bald.in l.fin. C. de pact. pignor.Domini.& Francum in cap.j.de conſtit.in vj. Abb.in cap.ij.nu.7. de probatio.Aret.in l.iij.ff.de teſta.Imo.in cap.cùm ab omni.num.3.de vita & honeſta.cleri.& Iaſ.in l.cunctos populos.num.74. C.de ſumma trini.& fide.Tiraq.in tract.de retractu in præfatio. nu.18. & ſequèn.hoc idem tenent,& ſequuntur Felyn.& Dec.in d.cap.ij.de probation.num. 2.aſſerentes iſtam eſſe communem.Rocchus Curt.in cap. fi.de conſuet. Iaſ.in l.de quibus,num.55.ff.de legib. & Alex. & Iaſ.in l.ſi mihi & tibi. §.in legatis.circa fin. ff.de leg.j. Idem.

Conſuetudo ex noua cauſa poteſt induci contra legem derogantem, etiam expreſſim futuris conſuetudinibus,vt per Anton. Abb.Rocchum Curt.cap.fin,de conſuet.Domini.in cap.j.de conſtit.in vj. Abb.num.8. & Dec.num.2.in cap.ij.de probatio.quorum opinionem aſſeuerant ibi omnes præſertimque.Moder.eſſe communem, & veriſſimam per nonnullas rationes allegatas per eos. Idem.

Conſuetudo debet eſſe obtenta in contradictorio iudicio ſecundū gloſſ.in §.ex non ſcripto.Inſti.de iure naturali,& in rub.C.quæ ſit longa conſuet.quam ſequitur Alex. conſil. cxxxij. in j.dubio,lib.j. conſilio cxxxvj.vol.ij.& conſil.clxxiij.lib.vj.vbi concludit Alex. quòd requiritur,vt ſit obtenta in contradictorio iudicio , vel ſaltem quòd quis tali vſui,aut conſuetudini aliquando contradixerit, & quòd non obſtante huiuſmodi

huiuſmodi contradictione ſic fuerit obſeruatum, & quòd requiratur ad validitatem conſuetudinis quòd in contradictorio iudicio fuerit obtenta, quod eſt contra legem, tenet Franciſcus de Ramponibus inter conſilia Calderi, conſil.vj, in tit.de cenſibus. Anchara.conſi.clxxviij, viſis, & diligenter inſpectis. Ang.conſi.ccclxvij.in quæſtione vertẽte. & Curt.iun.in tract.feudorum in iiij, part.q.xxx. In contrariam verò ſententiam videlicet, quod non requiratur aliquo pacto conſuetudinem eſſe obtentam in contradictorio iudicio tenet Bar.in l.de quibus, & in repet.illius l.ff.de leg. Abb.con.lxxiij.in iij, dubio, lib.ij, Veronenſis cõſil.xxxj.circa finem Bald.conſ.ccx.lib.j, Iaſ.in d.l.de quibus verſi. in ſecunda parte, & conſi.xxxxvj.volu.j.Crauet.cõſ.lv.nu.6, Soc.con. xcix. lib.j.vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, Corn. quoque conſ.ccxciij.vol.j, & conſ.clxxix. vol.iij. & conſ.clv, vol.iiij. & Tyraq. in tract.primogeni. q.xcj.in fin. & cõtra iſtam cõmunem difficile foret in iudiciis obtinere: qua quidem retenta tanquam veriſſima interpretor eam vt duntaxat procedat in actibus extraiudicialibus, ſecùs in iudicialibus, in quibus requiritur, quòd ſit obtenta conſuetudo in contradictorio iudicio, ſecundum Bald.in præcitato conſi, ccx.lib.j. Areti.in d.§.ex non ſcripto, vbi non facit mentionem de Bal.ſed ſolummodo citat Saly, in d.l. de quibus. Idem.

Conſuetudo non probatur per teſtes ſingulares. Deci.conſi.ccxv.cõmunem dicit. B.Villalo.

Conſuetudo, ſi eſt per legem ſublata, non poteſt de nouo introduci, quia lex ſimpliciter reprobans conſuetudinem, non ſolum intelligitur de præteritis ſed etiam de futuris, Iaſon, in l.cunctos populos num, 74.C, de ſumma trinit. Imol.in cap, cùm ab omni.de vit.& honeſt.cler. nu.3.& Alex.in l.ſi mihi & tibi, §.in legatis.ff.de lega.j.communem dicit. De iure regio cum cõſuetudo nõ poſſit introduci ſine ſcientia Regis.l.v.titulo ij.par.j, per conſuetudinem tollitur talis lex iuxta d. Ant. quem refert Roc, in c.fin, de conſuet.limita. tertia. Idem,

Conſuetudo de Alienando vtile dominium eccleſiæ certo modo non poteſt extendi ad alium modum etiam vtiliorem eccleſiæ, Curt, Iun.conſil, clviij.num.12.dommũnem dicit. B.Villal.

Conſuetudo quæ ſit rationabilis relinquitur arbitrio iudicis Io.Nic. in florib.iuris patronat.lib.j.num. 15.aſſerit communem, ex Ioan.And, in cap j.de conſt.in vj ſuper verbo rationabilia. Idem,

Conſuetudo probatur per Doctores dicentes ita eſſe cõſuetudinem. Communem dicit Dec. conſil.cccccxl.num, 10.& in l.xj, §.mutui datio. in vlt.lectura num.13.cum ſequent.ff.ſi cert, pet. & Alex. quamuis ipſe dicat pet.in lege.poſt dotem.num, 29. ff. ſol.matr. Idem.

Adde pro hac communi opinione ex conſilio lv.vol. iiij.Et rurſus, Decium plenè conſ.cccccxciiij.num. 3.cum aliis Docto ibi allega.item Curtium Iunio.conſil.lx.num.5.Gratum conſil.xij.nume. 58. quem vtrumque allegat, ſequitur ipſemet Mar.Mantua conſil.xcix. nume.10. libr.ij.qui omnes potiſſimùm nituntur auctoritate Bartoli in l.de quib. de ll. I.Fich.

Contrariam verò opinionem, quòd nõ credatur Doctori, quantumuis excellenti & celebri atteſtando conſuetudinem, tenet indiſtinctè, & aſſeueranter Alex.(ſibi tam contrarius) in l.poſt dotem nu.29.ff.ſolut.matr. Franci. Aret. conſ.cxxxiij. Rom. ſingu.ccclxvij. Philip. Cor. conſ.lxxxiij. Iaſ.plenè in d.l.de quibus (vbi ſtrenuè hanc contrariã propugnat) & alij quos allegat Rochus in c.fi.glo.fi.in verſ.Quinto quæro. de conſue. Et ibi concludit his verbis. Ex præmiſſis auctoritatib. apparet, quod iſta eſt cõmunis opinio. & etiam bene fundata in ratione: quia conſuetudo eſt facti: & ea quę ſunt facti, etiã prudentiſſimos fallunt.l.ij, ff.de iur.& fact.igno. Et hoc maximè in cõſuetudine procedit, quæ plerumque variatur, & modo eſt allegãdo nigra, vt inquit Hoſti.in.in prin. ſuæ Summæ.quem etiam refert.Rom.in d.ſing. Hæc Rochus. Quam opinionem nouiſſimè ſecutus eſt etiam Mantua (ipſe quoque ſibi contrarius) conſ.ccxxxj.numero.51.& ſeq, lib.ij.vbi ſimiliter hanc dicit cõmunem. B.Villal.

Conſuetudo ad hoc, vt probetur requiritur quòd teſtes deponant de viſu actus cuius conſuetudo allegatur & quod deponant de frequentia & temporis diuturnitate, & actus tales factos fuiſſe vt appareat interueniſſe tacitum conſenſum populi: communem aſſerit Deci.in conſi. cccclxxxix.nu.25. Idem.

Conſuetudo præſcripta tanto tempore, cuius initij non extat memoria, æquiparatur priuilegio conceſſo à Principe ex certa ſciẽtia, Bal. in ca.vnic, in tit. Quæ ſint Rega. communem dicit Alex, conſil, vj, coll. ij.vol.j. I.Fichard.

Conſuetudo etiam iniuſta, excuſat à pœna: Gomeſ. in cap, j. de conſtit.nume.131, libr.vj, communem dicit. B.Villalo.

Conſuetudo introducitur per decem annos Iaſ.in l.de quibus. ff, de leg.nu.47.communem dicit.concor.cum hac communi l.v, ti.ij.par.j. ibi *diez, o vignte annos*, intellige iſtam communem quando eſt præter ius Io.mona.de iur, patro.libr.j, nu.17. communem dicit ex gl.in c.fi.de conſuet, lib.vj. Idem.

Adde tu omnino Petrum à Duen.in reg.Iur.reg, cxxxviij.cum limitationibus ibi. I.Fich.

Nota quòd ad hoc quòd conſuetudo introducatur, non requiritur quòd in contradictorio iudicio introducatur. Panor. in cap.fin. nu.16. de cõſue.communem dicit: quem refert Tiraquel.de primogeni.quæſt. xcj.in fin. B.Villal.

Eandem pro communi tenet Roch, Curt, in c.fin. in v.requiſito cõſuetudinis, qui alleg. Anto.de Butr. ibidem hanc pro communi (quod & verum eſt) aſſerentem, nu.16. Et inſuper Barba, ibidem aſſerentem, licet arguat in contrarium ſed & dominus Tautemberg.in hac reſidet, concl.lxxxvij, in fin, vbi & ipſe Panor.allegat.dicentem eſſe communẽ. Hanc ſequitur (licet non dicat communem) Iaſon.conſ.xlvj.vol.j. Hanc etiam pro communi ponit Turſanus in opin.ix.cliij. I.Fich.

Conſuetudo ſpecialis non vincit legem Iaſ.in d.l.de quibus.nu. 50. communem dicit. B.Villal.

Conſuetudo alicuius Eccleſiæ in alienationibus rerum Eccleſiaſticum, non poteſt tollere ſollennitates introductas de iure Canonico, communis concluſio, & opinio omnium ſcribentium eſt, dicit Bartho. Caſſ.ſuper conſuet, Burg.in Rub.*des mains mortes*. §.ix. nu.26. I.Fich.

Nota quòd ſimile conſuetudinis non vincit legem, Iaſ.in d.l.de quibus, nume.14.communem dicit. B.Villalo.

Conſuetudo, ad hoc quòd obliget vniuerſitatem ad aliquid faciendum, requiritur quòd introducatur ſciente, ac conſentiente tota vniuerſitate, vel ſaltem maiori parte Ioan, de Ripa, de legib. libr.j.reſpon. xx. Idem,

Conſuetudo operatur circa decimarum quantitatem & ſi minus decima ſoluatur Balbus tract.de præſcript.par.v.q.v.communẽ dicit. Idẽ.

Conſuetudo poteſt facere inhabilem qui aliàs erat habilis de iure communi, ad contrahendum matrimonium. Coua.in epiſt.iiij.cap. vj. §. ix. numero decimonono communem dicit ex gloſſ. in cap. ſuper his de conſan.& affin. Idem.

Conſuetudo obtenta facit, vt etiam forenſes collectari poſſint de bonis ſub ipſius collectantis Iuriſdictione ſitis, Veram & communem eſſe concluſionem dicit Curt.Iunior, conſi.vj. Et ſeq, num. 1, refert & ſequitur Roland.à Val.conſi, vj.num, 32.lib.j. licet aliud ſit de iure communi, vt notaui ſuprà, in verſ, collectari. I.Fich.

*ADDITIO.* Conſuetudo an verificetur in vna vice vel duabus vel pluribus vicibus & an in feudis vel aliis conſuetudinibus. Præpoſit, in tit, qui feud.da poſſ.num.27.in vſi feud, & aliqua per M. Ant. Bard.in tract.de temp, vtl & contin, in cap, xiiij, num, 8. vbi videtur facere differentiam inter ſolitum & conſuetum,

Conſuetudo quamuis (vt quibuſdam placet) non aliter dici poſſit eſſe introducta, quàm ſi in contradictorio iudicio obtenta fuerit, vt puta altera parte contradicente, vel ſecundum illam eſſe conſuetudinem, ſaltem ſemel iudicatum fuerit, vt voluit text, in l.cum de conſuetudine iuncta gloſſ.de legi, & in cap. Abbate ſanè. verbo cõtradictorio, de verb. ſignific. Doctores tamen vtriuſque cenſuræ communiter tenent neceſſariò non requiri, quòd ſemel fuerit iudicatum, conſuetudo enim moribus, ac vtenſium vſibus inducitur.§.ex non ſcripto, Inſtit. de iure naturali. ſicque iudiciarius actus neceſſario non requiritur, aliàs conſuetudo nunquam poſſet introduci: oportet enim, quod initium habeat, & ſic pro conſuetudine iudicari non poſſet, ex quo nunquam obtenta fuiſſet in iudicio in hoc tamen Doctores communiter in vtroque iure non diſſentiunt, videlicet ex actu iudiciali conſuetudinem introduci, vt puta, quia iudex populo ſciente, & non contradicente, aduerſus legem iudicauit, ſicque iudicialem actum ad probandum conſuetudinem ſufficere, non vt actum iudiciarium, ſed quia per huiuſmodi actum populi conſenſus declaratur: háncque opinionem communem atteſtatur Abb.in cap.cum tanto, de conſuetu. vbi ſentit quòd præmiſſa (& quæ ibi tradit Gloſſ.ita ſunt intelligenda.) Illud tamen non eſt ignorandum, quòd vbicunque conſuetudo perfectè fuit introducta, tunc ſolo non interrumpitur actu, ſed tollenda eſt eo temporis curſu, & modo quibus fuit introducta: cum enim conſuetudo iam perfectè inducta pro lege habeatur, tolli non poteſt, niſi tanquam lex, & ad eam tollendam tempus annorum decem ſufficit: ſicque intelligenda eſt gloſſa in l.nemo alieno nomine, §.primo de regulis iuris. Sed ſi conſuetudo nondum eſſet perfecta, tunc actu contrario interrumperetur: ex tali enim actu apparet de tacito populi conſenſu, nolentis conſuetudinem inducere propter actum in contrarium geſtum, argu.text.in l. vbi repugnantia, de reg.iur.& in c. ſolicitudinem.in fin. de appellat, quod etiam tradit Abb.in d.cap.cum tanto.de conſuetudine. F.Turzan.

Conſuetudo ſuper aliquo non inducatur, niſi in contradictorio iudicio id obtentum ſit, Doct, in l. de quibus. ff.de legibus. capitulo finali de conſuetud. Baldus tamen conſilio ccx. caſus talis eſt quidam. ff. libro primo. Socinus conſilio nonageſimonono. Incip, in cauſa. verſiculo & licet illa conſuetudo libro primo, Corn.conſilio ccxciij. verſiculo non enim obſtat. quod non fuit obtenta libro primo & conſilio clv, incip.ex quo ſtatutum libro quarto.ibi licet opituletur, ſit obtenta in contradictorio, non tamen eſt neceſſarium Abb. conſilio ſeptuageſimotertio, in iij.dubio libro ſecundo. Veron.conſilio trigeſimoprimo. in fine. Iaſo. conſilio quadrageſimoſexto libro ſecundo. contrarium ſecuti ſunt, & hanc pro communi allegat Socin. d. conſilio xcix. hac ratione motus, quòd conſuetudo à lege non differt, niſi tanquam

tacitum

tac tum ab expreſſo.& ſicut lex inducitur abſque actu iudiciario expreſſo:ita & conſuetudo,vt concludunt Bal.& alij in d.l.de quibus, & communiter cano.in d.c.fi.de conſuet. F. Turza.

P R. Conſuetudo eſt alternatiua.l.ſi quis poſthumos,vbi gloſſ.ff.de lib.& poſthu. Bellon.

P R O.Conſuetudo eſt optima legum interpres, l. ſi de interpretatione.ff.de legib.c.cum dilectus.extra de conſuet. Idem.

P R.Conſuetudo pro lege obſeruatur, vbi deficit lex. l. de quibus, verſic.inueterata.ff.de leg. l.diuturna,& l.ſed ead.ff.eo,tit.in c.conſuetudo,prima diſtinct. Idem.

P R.Conſuetudo vincit legem,l. de quibus,in fi.ff.de legi. in c, fin. extrà de conſuet. Idem.

O B.Contrà,de l.conſuetudinis,C. quæ ſit lon, conſuetud. canonizata in can.conſuetudinis.vndecima diſtinct.

S O L.Dic,quòd ſi conſuetudo eſt generalis,legem generalem tollit.d.l.de quibus,in fi,ſi verò ſit ſpecialis,legem ſpecialem tollit. in l, venditor.in §.ſi conſtat.ff.commun.prædio , non autem legem generalem.ita intelligunt Doct.finem dictæ l,conſuetudinis. Idem.

P R.Conſuetudo legem non imitatur.in §,ex non ſcripto,Inſtit.de iur.nat.gent.& ciui. Idem,

P R.Conſuetudo firmata eſt , vbi ſimili aliquando contradictorio iudicio quid eſt obtentum,ſeu iudicatum.l,cum de conſuetudine,ff,de leg. Idem,

P R.Conſuetudo vim rei iudicatæ habet. l, nam Imperator. ff, de legib. Idem,

P R.Conſuetudo dat ordinariam iuriſdictionem,in l.j,C,de emancip.liber. Idem.

P R.Conſuetudo mala radicitus eſt euertenda,canon.mala.viij. diſtinct, Idem.

Conſuetudo,vel ſtatutum debet obſeruari reſpectu ſolennitatis actus.Pan.conſi,lij.vol.ij.communem dicit.

Amplia etiam ad teſtamentum,quia per conſuetudinem poteſt tolli ſolennitas teſtamenti.Boë.in conſuetud.in Rub, *des couſtumes concernans les teſtaments.*§.j.communem dicit,approbat opin. Bart. in l,j. C.de ſacroſan.eccleſ,

Nota iſtam communem ad intel.l.iij.tit.ij.li.v. ordi.& l,iij. in ordi, tau, B.Villal.

Conſuetudinis appellatione non venit ſtatutum. Communem dicit Roch,Curt,in c.fi.gl.fi.in verſi.iij.quæro de conſuet.proinde ſi quis fundaret libellum ſuum ſuper conſuetudine,illa vero non extaret,ſed bene ſtatutum eius loco,tunc reus eſſet abſoluendus.ſecundum Bar. in l, de quibus.ff,de legib.quem cæteri communiter (Iaſone excepto) ſequuntur. I. Fich.

Conſuetudine ſemel ſublata, & damnata,nouam quoque cenſeri damnatam maiori numero doctorum receptum eſt, quos ad longum (ſuo more)enumerat Tiraq.in præfat.lib,j.de retract.nu.18.vbi tamen inter cæteros allegat Bal.in aliquot locis diſtinguentem,an conſuetudo ſublata continuerit ius commune necne, I,Fich,

Conſulens aliâs facturo , non tenetur de delicto poſteà commiſſo, Imo,in c.j.de offi,deleg.Fel.in c.ſicut dignum de homic.nu.7.Pan. in c, nuper de ſent,excom. communem dicunt,licet Pan. ibi teneat contrarium.Hiero.Cagno.in l.conſilij non fraudulenti.nu.9 ff.de reg.iur.dicit quòd conſulens non facturo,tenetur in totum;conſulens autem facturo,mitiùs punitur:& hanc diſtinctionem tenet etiam Dec.in d. c.j, nu,9.& communem dicunt.

Nota iſtam communem ad intel.l,ij.tit,ij.part.vij. loquentis de conſulente ad crimen læſæ maieſtatis.& l.j.& ix.tit.vij.par.vij,de conſilio falſi,vel falſæ monetæ & l,iiij.& xviij tit.xiiij.part.xvij.de conſulente filium aut ſeruum,circa furtum domeſticum. Villal.

Contractus etiam in vltimis voluntatib. poſſunt celebrari : & licet vitietur vltima voluntas,tamen remanet contractus.Gloſſ,eſt com,approb,in l.hered.palàm.in fi,ff.de teſt,ſecun.Rom.in conſi.lxxj, pro deciſione. M.Grib.

Contractus innominati correſpectiui , non à conuentione, ſed ab implemento denominantur & iudicantur.Eſt communis opin.contra Accur.ſecun.Alex.in l,cum mota in prin. C.de tranſac. M,Grib.

Contractus metu initus non eſt nullus ipſo iure , ſed cauſat reſciſſionem per actionem quod metus cauſa. ſecùs eſt in contractu dotis, qui proculdubio ſi fieret per metum,eſſet nullus ipſo iure,l.penult. ff. quod metus cauſa.quod eſt in dote, & procedit d.l.penult.etiam ſi per ſtipulationem expreſſam dos promitteretur,vt ſentit gl.& communiter ſcriben.in c.ij.quod metus cauſa.licet Barto.& male ſenſerit contrarium.in d.l.pen.cuius opinionem vltra alios communiter impugnat Bald.Nouellus in tract.de dote,in vj. part.xxxix. priuilegio: & de iſta communi atteſtantur Doctores in variis locis iuris noſtri,& Moder.in d.cap.ij,& in d.l.penultima. His accedit quòd metus reuerentialis non præſumitur, vt eo mediante,actus reſcindere poſſit , præſertimque in marito reſpectu vxoris,in prælato reſpectu Epiſcopi , in patre reſpectu filiæ:& in cæteris his ſimilibus,vt voluit Inn.in c.cauſam matrimonij.de offi.deleg.quem ſequitur ibi Bal.Card.Abb.& Archi.Bart.& alij in l.interpoſitas.C.de tranſactio.& iſta eſt magis communis opinio,de qua atteſtantur Moder.in præcitatis locis: accedit ſimiliter prædictis, quòd metus reuerentialis,cõcurrente maxima læſione,ſufficeret quippe ad reſcindendum contractum,quia aliâs ſola præſentia, & reuerentia viri non ſufficeret,vt per Barto.eleganter in d.l.interpoſitas.& in l. ad inuidiam.C.quod met.cau.& ſcriben,omnes poſt Inno.in d.ca.cauſam matrimonij.Iſta eſt communis opinio teſte Cur. ſeniore in d.l.interpoſitas.Probatio autem iſtius metus remittitur iudicis arbitrio , vt per Bartol.in l,de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de noui ope. nuntiat. Gloſſ.Inno.in c,cùm dilectus,quod met.cau. & gloſſ. & communiter omnes Doct,in d.l.interpoſitas. F.Viuius.



Contractus qui relinquitur in arbitrium alicuius:ſi eſt formatus,valet,aliàs non,Cur.Iuni.conſi,cxxvj.nu, 13.communem dicit, B.Villal.

Contractus permutationis dicitur,in quo contrahentes intenderunt permutare:etiam ſi interueniat pretium,Boë.deciſ,cxliiij, nu. 1. communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Quia ſi contrahentes animo vendendi contraxerint,venditio,ſi permutandi,permutatio,ſi donandi, donatio dicitur, maximè ſi verba etiam conueniant, Tiraq. de retract,municip,§. xxx. in gl.j,nu.237.9.11, & ſeq. vbi ſi dubium erit de quo contractu ſenſerint partes,inſpiciuntur verba:ſi autem ex verbis non dignoſcitur,inſpicitur quod pluris eſt, vt ſi pretium deponderat, venditio, ſi ſpecies ſuperat,permutatio cenſeatur,& alia ad materiam retractus,

Contractus celebratus pro ſe,& filiis,& heredibus,non comprehendit extraneos heredes,Alex,conſi,lvj.nu.2.vol,ij.magis communem dicit ex Butr,in c.dudum,de elec,& in c.examinata,de iud, B,Villal.

Contractus vt dicatur in ſcriptis fieri , requiritur vt expreſsè hoc à partibus actum ſit,vt aliter contractus non valeat,Bar.in l. contractus. C.de fide inſtrum,Et communem dicit Dec.conſi.cccxl,num.3. facit l. contrahitur ff.de pignorib.

Contrarium & quod talis expreſſio non requiratur,tenuit gl. Inſtit. de empt.& vend.in prin.dicens hanc opinionem magis probari, & alteram non eſſe in vſu.Quam gl,ſequitur Caſtrẽ.in d.l.contractus.nu.2. & 3.& Salicet.ibidem nu, 5.dicens hanc opinionem,glo.& Azonis tenere etiam Cy.Iac.But.& communiter Doct,&c, I,Fich,

Contractus eſt licitus,ſi dentur monaſterio quinquaginta ducati,vt alatur per totam vitam,Iaſ.in l,cunctos populos. nu. 63.in prin. lecturæ,C,de ſumma trin.communem dicit. B:Villal.

Contractus ex modicitate prætij,& pacto de retrouendendo,præſumitur pignoratitius,Alex,conſi.xlvj,vol,iij.& Deci.conſil.clxvij. dixerunt eſſe magis communem,vt refert Minſ.obſ, lxij.cent,ij.& quod domini in Camera eam tanquam ſecuriorem , & communiorem ſint ſecuti, I,Fich.

Contractum nullum,defectu ſolennitatum à ſtatuto requiſitarum, puta à minore,vel muliere ſine conſenſu propinquorum celebratum, iuramento non firmari,Doctorum quidam tenuerunt; aliqui contrarium ſentientes,horum tamen communior, & receptior ſententia eſt, vt videre licet in cap.cum contingat.de iureiuran.vbi Butrig. Abb.& Imol,Pau.de Caſtr.in repet.authen. ſacramenta puber. C. ſi aduerſus vendit.Abb.in diſputatione ſua incipiente,ſtante ſtatuto ciuitatis Senarum,Socin.conſi.cxlvij,incip,viſa facti lib,j, Turzanus.

P R O.Contractus ferè omnes ſunt iuris gentium.l.ex hoc iure. ff. de iuſt.& iur. Bellon.

P R O.Contract.ſunt facti.l,conſilio.in §.fi.ff.de cur.furioſ. Idem.

P R.Contractus in dubio intelligitur ſecundùm conſuetudinem. l. ſi prius.§,j.ff.de aqua plu.arcend. Idem.

P R,Contractus claud care non debent.l.Labeo.in §.contractum. ff,de verb.ſignif,in l.conſenſu.ff.de actio.& oblig.

O B.Contrà de §.j,inſt.de auct.tuto,vbi pupilli non obligantur,maiores autẽ obligãtur ex cõtractibus ſine tutoris auctoritate celebratis.

S O.Verum eſt, quòd multi contractus claudicant , & ex vna parte poſſunt tenere, & ex altera non, vt ſi pupillus contrahat cum maiore ſine auctoritate tutoris,vt in l,non eo minus.C.de procurat.& in l.Iulianus,in §.ſi quis à pupillo.ff.de actio.empt. Idem in eccleſiaſticis rebus ſine conſenſu epiſcopi alienatis:quia reuocantur ad ius eccleſiaſt. in can,ſi quis de rebus.xij,quæſt.ij.Idem in ſponſalibus cum impubere contractis,in c.de illis,vbi bona eſt gl.ext.de deſpon.impub.vbi maior minorem expectat ratione ſuæ promiſſionis , non matrimonij. vt ibi not. Idem.

P R,Contrahentes inuicem ſe poſſunt naturaliter decipere. in l. in cauſæ.in §.itẽ Põponius.ff.de minor.l.item.§.quemadmodum.ff. loca.

O B. Contrà quia contractus dolo partium celebratus ipſo iure non valet l.& eleganter.ff.de dolo.

S O.Regula noſtra vera eſt,dummodo abſit dolus,vt ibi not.

O B. Præterea contra de l.ij.C.de reſcind.ven.vbi reſcinditur contractus venditionis,ſi emptor deceptus eſt in iuſto rei pretio.

S O L. Dic quòd contrahentes poſſunt ſe decipere vſque ad dimidium iuſti pretij : ita intelligitur iſta regula : vltra verò dimidium non poſſunt:vt in contrario. Bellon.

P R O.Contractus qui conſenſu contrahuntur,contrario conſenſu

ſu diſſoluuntur l.ab emptione.ff.de pact.§.final.Inſtit. quib. mod. toll. oblig.nihil tam naturale.ff.de reg.iur. Idem.

Contractuum Iuriſgentium Actiones omnes,inuentæ ſunt de iure ciuili.communem dicit Iaſon.numero 48.& Claud.Aquen.num.56.in l.ex hoc.ff.de Iuſt.& Iur. I.Fich.

PR. Contractus à principio ſunt voluntatis, & ex poſt facto neceſſitatis.in l.ſicut.C.de acti.& obligat. in l. in commod.in §.ſicut.ff.commod. Bellon.

PR. Contractus non redduntur in inuitum.in l.nec emere. C. de iure delib. in l.innuit.C.de contrahen.empt.

OBIEC. Contrà,de §.final.Inſtitut.de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.& §.fin.inſtit.de dona.& §.non ſolum.Inſtit.de legi. vbi quis cogitur vendere vel emere.

SOL. Dic quòd ibi ſunt tres caſus ſpeciales.

Primus in odium dominorum.

Secundus fauore libertatis.

Tertius fauore vltimæ voluntatis,vt in contrariis.

Prætereà contrà de l.ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſump. fune. vbi cogitur quis vendere viam ad ſepulchrum.

SOL. Ibi ſpeciale fauore religionis. Bellon.

PRO. Contraxiſſe vnuſquiſque intelligitur in eo loco, in quo vt ſolueret ſe obligauit. l. contraxiſſe, de actio. & obligat.l.iij.ff. de bon. auct.iud.poſſi.

OB. Contrà de l.eum qui.§.j.ff.de conſt.pecu.

SOL. Licet de iuris fictione ibi contrahere videatur,tamen ibi habet forum, vbi verba contractus fuerunt. Et ideo ibi conuenietur. Vel dic,quòd ibi non poteſt conueniri propter legationẽ,vt ibi gl.Bellon.

PRO. Contraria in eodem ſubiecto conſiſtere non poſſunt,vnde allegans contraria non eſt audiendus. in l.j.C.de furt.l.j.ff.man. l. Titiæ.ff.de condit.& demonſt.l.contra maiores,C.de inoff.teſtam.in ca. ſolicitudinem.in fin.extr.de appel.

OB. In contrarium primò allegatur textus. in l.Papinianus. in §. ſed neque impuberis,ff.de inoff.teſtamen. vbi lex variationem heredis admittit,quia poteſt allegare nunc teſtamentum eſſe filij,nunc patris,& ſic contraria allegat.

SOL. Contraria allegans non auditur,intellige hoc in eadem inſtantia, ſeu iudicio, ſecùs in diuerſis inſtantiis, ſeu iudiciis, quia tunc permittitur contraria allegare,vt in contrario:& vide Bart.

OB. Prætereà obſtat l. nonnunquam.ff. de coll. bo.vbi varietas permittitur, & conſilium mutandi prætor non aſpernatur.

SOL. Ibi caſus eſt ſpecialis in hereditate paterna, quæ eſt quaſi nobis debita.vt ibi not.

OB. Adhuc opponitur de l.naturaliter.in §.nihil commune. ff. de acquir.poſ.vbi petitorium quo quis dicit alium & non ſe poſſidere,& poſſeſſorium retinendæ,quo dicit ſe poſſidere,non alium, concurrunt, & ſic concurſus contrarietatis ibi admittitur.

SOL. Ibi diuerſis reſpectibus poſſeſſorium retinendæ, & petitorium ſimul in eodem iudicio intentatur ab vno & eodem: quia petitorium propter naturalem poſſeſſionem alterius intentatur. Poſſeſſorium verò retinendæ propter ciuilem meam poſſeſſionem vel naturalem,quam alius habet à me, ita intelligunt gloſſ. & Doctor. d. §. nihil commune.

OB. Quartò contrà de l.j. C. de ſer. fugit. vbi ſeruus facit furtum ſui,& ſic eſt agens & patiens ſimul,quæ ſunt contraria.

SOL. Ibi ſpeciale in ſeruo fugitiuo,vt interrumpatur vſucapio, ne fuga ſeruorum dominis damnoſa ſit,vt ibi dicitur.

OBIEC. Vltimò onus & emolumentum ſunt contraria, & tamen in eandem perſonam concurrunt. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.

SOL. Dic, quòd non eodem tempore. Hæc autem regula intelligitur, quando ſimul & eodem tempore contraria concurrunt. Bellon.

PR. Contrariorum eadem eſt diſciplina.in l.qui accuſare.ff.de accu.in §.j.Inſtit.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris.& in §.furtorum, inſti. de obli.ex delict.

OB. Contrà imò eſt diuerſa doctrina.per l.j. ff.de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. vbi merum & mixtum imperium delegari poteſt in caſu abſentiæ:à contrario autem præſente magiſtratu delegari non poteſt.Diſſimilis quoque ratio eſt in l.inter ſtipulantem. in §. ſacram. ff.de verb.oblig.

SOL. Eſt eadem doctrina quo ad cognitionem vt hic:quia cognito vno de contrariis,facile cognoſcitur & reliquum:ſecus, quo ad effectus vel iuris diſpoſitionem,vt in contrariis. Idem.

Contrarietas in iure non eſt admittenda, imò potius ſuperfluum. Curt.Iuni.conſi.lxxiiij.num.13.communem dicit. Et ſi contrarietas ſit inter ius canonicum & ciuile, in non concernentibus peccatum, ius canonicum obſeruatur in terris eccleſiæ;ciuile autem in terris imperij.Cur.Iuni.conſi.cxxxvj.nu.4.communem dicit. Deficiente iure regni recurrendum eſt ad ius canonicum,& non ad leges.Ioan.Lupus in reg.iur.de donat.inter vir.& vxor.colum.vj. B.Villal.

Contumacem non notorium,vel manifeſtum iudex non poteſt mulctare ſine citatione,Aret.in c.j.num.81. de iudic. teſtatur communem ex Bar.in l.xj.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit. B.Villal.

Conuentio inter duos de ſucceſſione alicuius diuidenda,non valet: etiam cum iuramento:niſi de conſenſu illius de cuius ſucceſſione agitur,& in voluntate vſque ad mortem durante. Curt. Iun. conſil.xcviij. num.3.communem dicit.

Amplia iſtam communem ad pactum de hereditate viuentis etiam inter filios Iaſ.in l.de quæſtione.C.de pact.nu.5.communem dicit.

Concor.hæc ampliatio cum l.xiij.tit.v.par.v. B.Villal.

Conuentionalis pœna quæ in contractu adiicitur vt loco intereſſe prima ſuccedat an poſſit duplum tranſcendere, fuerunt opiniones variæ vt habetur in glo.in verſi.proferuntur.in l.vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter.Pet de Ancha.conſil.cxlvij.incipien. apud antiquos, & modernos,prout refert Iaſ in l.ſi quis maior.verſic quinto & vltimò. C.de tranſac.de iſto text.cuius dictum,vt etiam inquit Ludoui. Roma. in l.ſtipulatio iſta §.alterius.ff.de verbor.obligat.ſibi arrogat.& appropriat,decidit,quòd vbi contractus in quo ipſa pœna adiicitur iuramento comprobatur pœna ſic appoſita duplum excedere poteſt, allegat ad hoc tex.in d.l.ſi quis maior quem tamen idem Iaſ.hoc non probare ait, cùm non appareat quanta eſſet iſta pœna, & de ipſo text. Ancha. magnum feſtum facere.Sed contra Iaſo.& pro Ancha.ſatis videtur ibi tex. apertus,ponderando in verbis illis reſtituta pœna,quę pactis probatur inſerta,cum illa indefinita, videlicet pœna vniuerſali æquipolleat; l. ſi pluribus,cum multis concordantis,de quibus ibi in gloſſ. ff. de legatis ſecundo capit.ſolitæ. §. nobis, de maioritate & obedient. & clarum ſi quòd in ſtipulatione pœna ad quancunque quantitatem dici poteſt. §. alteri,cum gloſſ.in verſic.quæ ſit.Inſtitut.de inuti. ſtipulat. l. ſtipulatio iſta.§.alteri,ſimiliter cum gloſſ.in verſiculo quantitas, vbi idem text.ff. de verborum obligationib.§.omnes autem,& ibi gloſſ.in verbo, actio, circa fin Inſti.de actio.glo.in dicta lege vnica. §. facimus, in verſiculo proferuntur.C.de ſentent.quæ pro eo, quod inter.ad quam ſe remittit gloſſ.in dicta lege ſtipulatio.§.alteri.ff.de verborum obligationib.& ita ponderaſſe Anchara.arbitror:& in hac opinio.quòd partes contrahentes,pœnam ad quam malunt quantitatem,etiam duplum,triplum quadruplum,& quintuplum aſcendentem in ſtipulationem deducere poſſunt,fuere Vltramont.vt Bart refert in dicta lege ſtipulatio.§.alteri.glo. vero in præallegat.lege prima.C.de ſentent.quæ pro eo quod inter.voluit quòd ſi pœna per verba multiplicatiua adiicitur, puta duplum, triplum,& centuplum,exercere non poteſt, Bartolus in dicta l. ſtipulatio. §. alteri, numero vigeſimo aliter diſtinguit, videlicet aut pœna in inſtrumento adiicitur certa in eadem quantitate quoque expreſſa, puta vendis domũ vel prædium pretio ſpecificato,veluti ſi dicas pro centum florenis,& in fine adiicis clauſulam conſuetam,quæ omnia,& ſingula,attendere,adimplere & obſeruare partes promiſerunt ſub pœna, & ad pœnam dupli,tripli,quadrupli,quintupli,vt ſuprà,& hoc poſſunt & valet vſque ad quantancunque ſummam ſtipulatæ fuerunt, & adiicere poſſunt prout volunt:exempli quoque gratia,vendo pro quinquaginta, & ſubiungo ſub pœna mille. alleg text. in l.ſi dictum.ff.de euictio. Aut apponitur pœna reſpectu incerti,puta ſub pœna dupli, tripli, vel quadrupli,eius quod res vendita valebit:vel eius quod intererit partis,& tunc per hæc nomina duplum tranſcendere non poteſt, alleg.d.l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & ſic in effectu hæc ſua diſtinctio concordare videtur cum gloſſ.ibi in d.verſic.proferuntur.aſſignat diuerſitatis rationem inter primum,& ſecundum caſum,quia primo pœna quantitatem adiectam,& expreſſam excedere non poteſt:ſecundo quidem caſu nimium,& ſatis vltra partium cogitationem,& intentionem aſcendere poſſet:& à Bart.non videtur diſcedendum, cum ſua diſtinctio optimè probetur ex traditis per gloſſ. in d.l.ſi dictum.ff. de euiction.& corroborari videtur per d.gloſ.in dicto verbo,proferuntur,præallegat.Et licet aliqui huius fuerint ſententiæ quòd legalis pœna quadruplum excedere non poſſit,dicto §.omnes,Iuſtitut. de action, gloſſ.tamen in canon.cum deuotiſſima.in verbo,componat, xxij.quæſtion.ij.dicit ſanctius eſſe vt dicatur, quòd tam legalem quàm conuentionalem in infinitum extendi poſſe pro qualitate negotij vel delicti, habito verò reſpectu ad rem quadruplum excedere non debere, vide ibid.& nota quia omnes videntur tenere contrarium. F.Turzan.

PRO. Conuentio dat legem contractui.l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſi. l.contractus.de.reg.iur.ff.

OB. Contrà de l.pacta nouiſſima. C. de pact. vbi conuentio,quæ fuerat facta inter partes,non ſeruatur.

SOL. quia vltima conuentio priori derogauit. Bellon.

PRO. Conuentio facta contra ſubſtantiam contractus facit conuentionem in alium contractum tranſire,vbi ſignificatio verborum patitur,in l.vbi ita donatur.ff.de don.cau.mort.

PR. Conuentio facta in vna re vel perſona,non extẽditur ad aliam in l.ſi vnus,in §.ante omnia.ff.de pact.

OB. Oppono primò de l.fideiuſſoris.verſi.cùm alio.ff.eod.tit.vbi conuentio cum alio facta alij prodeſt.

SOL. Ibi quia principaliter intererat paciſcentis.

OBIEC. Secundò oppono de l.& ſuum. §. fin.cum l. ſeq.& l. reſcriptum in prin.ff.eod.de pact. vbi maior pars creditorum remittens partem debiti præiudicat aliis creditoribus.

SOL. Illud propter eorum vti iterem fieri videtur, quia debitor non eſt ſoluendo,& quia non haberent quem conuenirent, cum heres nollet adire ſine remiſſione partis debiti, vt ibi nota.

OB. Tertiò obſt.l.in cauſæ.§ fi.ff.de procu.vbi ſtipulatio à procur. facta prodeſt domino.

SOL. Ibi quia procurator, & dominus eadem perſona reputantur.

OB. Quartò obſt.l.ſi pupillus.ff.de adminiſtr.tut.vbi conuentio liberatoria facta cum vno tutore, alij tutori prodeſt; idem in magiſtratibus collegis vt ibi dicitur.

SOL. Ibi plures tutores in eadem tutela, vel magiſtratus in eodem. officio, pro vna eadémque perſona reputantur. Ideo pactum factum cum vno, trahitur ad alium.

OB. Quintò & vltimò opponitur de l.tale pactum.in §.fin. de pac. ff.vbi conuentio de fratre extenditur ad filium,

SOL. Ibi conuentio fuerat facta de herede ſuo fratre, & ſic teſtator voluit conſulere ſuo. heredi,& ſic per conſequens filio ſuo. Bell.

PR. Conuicto mortuo, memoria quandoque eius damnatur, l.fi.ff. ad leg.Iul.maieſt.in §.interdum.inſt.de hered.ab inteſt. Bellon.

PR. Copula, &, inter duo extrema poſita, diuerſitatem ponit inter copulata. not. in rubr.ff.de iur,& facti ignoran. & per can. in rubr. de cauſ.prop.& poſſeſ.extra.

OB. Contrà de rub.C.de ſerui.& aqua.vbi copula, &, ponitur inter ſeruitutem, & aquæductum, & tamen aquæductus eſt ſpecies ſeruitutis.l.j.de ſerui.ruſti.prædio.ergo cùm aquæductus ſit ſeruitus, inter ſe non differunt. Simile illud Euangelij, Dicite diſcipulis eius & Petro, Marc.xx.& tamen Petrus erat diſcipulus.

SO. Vbicunque copula, &, ponitur inter genus & ſpeciem, non ſignificat diuerſitatem, ſed ſtat declaratiuè:& tunc exponitur, &, pro, id eſt, vt ibi. Bellon.

PRO. Copulatiua aliquando pro coniunctiua accipitur. in l. ſæpe, & in l,coniunctionem.ff.de verbor.ſignific. Idem.

Copulæ natura eſt ampliare quantum poteſt, etiam ſi ponatur inter duo ſubſtantiua abſque relatiuo, Ripa.de reſcrip.c. ij.nu. 47. communem dicit. B.Villal.

Copulatiuæ quando plura ponuntur, quorum vnum venit vt accidens ſeu qualificans aliud, oportet probare vtrumque.Ripa in d. ca.ij. nu 59.communem dicit. Idem.

Copulatiuorum non requiritur concurſus, quando ponitur copula inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis.Ripa d.c.ij, nume. 54. communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Copula regulariter requirit concurſum copulatorum, Lancel.Gallia.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.11. ff.de lib. & poſt. Fallit tamen vt ibi per eum. Quando autem concurſus requiratur ponit Thom.Calam.in l.prim,nu.64.eod.titu.& alia de copula ponit M.Ant.Bard.in tract.de temp.vti.& contin.in c.xix.nu.16.

PRO. Correctio non eſt fienda per ſubauditos intellectus. gloſſa, communiter approbata, in c.cupientes. §. quòd ſi per viginti.de elect. in vj. Idem.

PR. Correctiones ſunt euitandæ in iure noſtro, niſi expreſsè fiant, in l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam.l.præcipimus.in fi.C.de appell. in l. ſancimus.C.de teſtam.c.cùm expediat.de elect. in vj. Vnde in Correctoriis non ſolet fieri extenſio de vno caſu in alium. in l.ſi verò. §. de viro.ff.ſolut.matrim.in l.fin.& authen.quas actiones. vt ibi not. C. de ſacroſanct.eccl.

OBIEC. Contrà de l.ſi quis ſeruo.iuncta glo.C.de furt.& l.illud, cum gl.C.de ſacroſanct.eccle. Vbi etiam in ſtatuto correctorio fit extenſio de vno caſu in alium.

SOL. Verum eſt vbi eſt eadem ratio, & æquitas, vel vbi ſunt ſimiles caſus, vt ibi. Idem.

PR. Correlatiuorum idem eſt iudicium. nam quod de vno dicitur, de altero neceſſe eſt vt intelligatur, in l,fi.C.de indi,vid,toll.in l, fin. ff. de accep.in l.j.C.de cupreſſ.lib.xij. Idem.

Correctio.§.emphyteuſis.in authen,de non alien.aut permut, rebus eccleſia.inducta eſt per §.licentiam.in authen.de alien.& emphy. quo ad tempus duntaxat, non autem quo ad ſucceſſorum qualitates, vt tenuit Bald.in l.etiam.ff.ſolut.matrim.in l.i.de ſuis,& leg.vbi dixit, emphyteuſim eccleſiaſticam ad alios, quàm liberos & heredes copulatiuè non tranſire, allegat gloſſ. quam valde notandam dicit in d. l. etiam, quam tamen non reperi, puto voluiſſe allegare gloſſ. in l. præcedenti, in verb.eáque.ibi & in eccl.emphyteuſi, quæ alleg.text.in d.§.emphyteuſim.in authen.de non alie. Ad extraneos autem heredes eam non tranſire tenuit Spec.in tit.de loc.§.nunc aliquá.verſ.cxv. Bart. Bald.& Ang.in l.Gallus.§.etiam ſi à parente.ff.de lib.& poſthu. & in l. in conuentionibus de verb.obl. Hancque receptiorem eſſe ſententiam conſuluit Alex.in conſil.clj.viſis Themate,& inſtrumento. & in conſil. ix. vol.ij.Cald.in conſi.vj.tit.de loc.iij.Non tranſit etiam huiuſmodi emphyteuſis ad filium legitimatum tantùm, ſi naturalis, & legitimus extet, vt Alex.in conſi,lx.nu.4.vol.ij.& Ioan.de Imol.conſi.xxvij.dixere, ſed ſi alicui perpetuò conceſſa fuerit pro ſe,& quibuſcunque heredibus, tunc eam ad heredes etiam extraneos tranſire cenſuit Gozad. in conſil.xxxix.& Alexan.d.conſi.ix.volum.ij.ex ſui autem natura tranſit ad deſcendentes, vt gl.Bar.& alij voluere.in d.l.etiam, ſolu.matrimon. Io.And.& alij.in c.in præſentia.de prob.Alex.in conſil.xxxviij volu.ij. F. Turzan.

Correctio fraterna cadit ſub præcepto peccati mortalis.Præp.in c. ſi peccauerit, 2,q.1.Aret.in c.nouit.de iud.communem dicit. B. Villal.

Correctus in caſibus, in quibus non poteſt interrogari de aliis, facit vt iudex poſſit inquirere.Marc. Anton.in tract. de indic. & tortu. ccclxxxix.communem dicit, Idem.

Correlatiuorum idem eſt iudicium, etiam in pœnalibus, Io. Nico. in l,generaliter,nu.26.C.de ſecun.nupt.communem dicit. Idem.

Corrumpens libros archiui publici, comprehenditur ſub pœna legis ſi quis.ff.de iuriſd.omni.iud,Iaſ.in d.l.nu.40.cōmunē dicit, Ibidē.

Quando ſunt duo à lege veteri æquiparata circa quædam, tunc ſi lex noua aliquid corrigat vel inducat de nouo in vno ex dictis duobus æquiparatis, circa ea in quibus erant à iure vet. æquiparata, talis lex noua, aliquid corrigens vel inducens in vno ex dictis æquiparatis, extenditur etiam ad aliud. Eſt communis opin.ſecund.Alexand. in conſi. clxxj.viſis & conſideratis, verſi.in præmiſſis.vol.vij. M.Grib.

in Correctoriis ex maioritate rationis fit extenſio; vel ſic propter maioritatem rationis inducitur Correctio. Gloſ.eſt communiter approbata, in Authen.præterea.C.vnde vir & vxor ſecūd, Anch. in conſ. cccl.in quæſtione,& per eundem latiſſimè.in l.ij.C.de noxal. M.Grib.

Creditor conditionalis non dicitur propriè creditor, ſed impropriè, quia mox ab initio non poteſt exigere.arg.l.debitor. ff. de verb. ſigni.& ita concludit Bart.in l.j.ff.ſi cert.peta.quem ſequuntur communiter Doctor.vt latè ſequitur Alexand.Deci.in prima lectu.nu. 29. & in 2.lectu.in fin.aliíque Modern.ibi.Pro iſta itaque opinione communi allegantur varia iura, præſertímque l. videamus. ff. de liber. leg. vbi ad literam dicitur creditorem conditionalem eſſe impropriè creditorem, faciunt etiam nonnulla alia, quæ curioſis videnda derelinquimus: contrarium verò tenuit Fulgo. & Alciat.in d.l. i. ſeu ipſe Alciat.in l.conditionales, ff.de verb.ſigni.& Vaconius in ſua declaratione.xciij.ſed Deci.in d.l.j.diſtinguendo reſoluit iſtam materiam, quæ diſtinctio ſemper mihi placuit. F.Viuius.

Creditor non dicitur, cui ex delicto, vel legato debetur. Ripa in rubr ff.ſi cert.petat.nu.92.communem dicit.quæ facit in intel.l.ij. tit. viij.lib.iij.For.ll.& aliarum legum, de quibus in verbo condemnatus. B. Villal.

Creditor, ad hoc quòd poſſit habere regreſſum contra fideiuſſores, vel contra tertios poſſeſſores, requiritur non ſolum denuntiatio nuncij poſita in actis quòd non inuenit bona debitoris: ſed etiam pronuntiatio iudicis. Iaſ.in l.ſtipulatio.§.habet autem.nume.7.ff. de noui. oper.nunc.communem dicit. Idem.

Creditor, cui fuit promiſſum certa die ſoluere, vel dare pignora: adueniente die, poteſt præcisè cogere debitorem ad ſoluēdum, Communem eſſe ait Rip.in l.iiij,§.fin.ex quæſt.nu.9.de re iud. Idem.

In mercibus venditi, ſi debitor aufugit, contra creditorem mercium an locum habeat regula: qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, & addit extenſionem cum exceptionibus.nu.209.210.211.

Creditor, qui merces vendidit debitori, ex quo contractu ortum fuit creditum: ſi debitor fugit, non eſt potior in re vendita aliis creditoribus prioribus. Vterque Imol.in l.ſi cum dotem,§.fi.ff.ſolu. matrimon.& Fanus de pigno.& Hippol.in v.par.mem.ij.num.8. Communem dicit,

Amplia iſtam communem ad creditorem ex mutuo, qui non eſt potior in re empta ex pecunia mutuata. Ant.de Fan.in ij.par. mem.j. nu.13.communem dicit.

Limita primò, ſi pecunia fuit mutuata ad illam rem emendam. Fanus in v.par.mem.ij, nu.8.communem dicit.

Concor.cum l,xxx.titu.xiij.part. v.& intel, prout in communi ſequenti,& vide l.xxvij.& xxviij.& xxix.eiuſdem tituli.

Reſtringe iſtam limitationem quantum ad actionem perſonalem: nam habens hypothecam etiam generalem, præfertur creditori ex mutuo ad rem emendam: cum actio mutuantis ſit perſonalis: & non præiudicat actioni reali, idem Fanus nu.8.communem dicit.

Limita ſecundò, in re empta ex pecunia eccleſiæ. Io.de Rip.in l. iuriſconſulto.nu.6.ff.in qui.caſi. pig.vel hypot.contrah.communem dicit.& vide per eum regulas,& limitationes alias. B.Villal.

Creditor cui datus eſt fundus pignori, cui annexum eſt ius patronatus beneficij: non poteſt præſentare, Ioan.Igne.in l.j.§. ſeruus pignori, nu.3.ff.ad Sillan.communem dicit.

De iure regio eſt.l.ix.titul.xj.part. j. quæ videtur diſponere contrarium etiam in locatore. Sed dictam legem intellige in pignore, in quo non eſt ſpes luitionis: de quo per Io.Igneum in d.§.ſeruus.num.8. & in locatore non ad modicum tempus, per glo.in c.ex literis de iu. patro.

& Pau. de Caſtr. conſil. ccclxj. volu. j. & Cæſar. Lamb. de iu. patro. art. ij. quæſt. viij. par. ij. lib. j.

Creditore ſuccedente debitori confunditur actio hypothecaria Io. Cora. in l. frater à fratre, nu. 20. ff. de cōd. indebi. communem dicit. Idē.

P R. Creditor ſoluto debito retinens & celans pignus, tenetur furti. l. ſi quis vxori. §. eum creditorem. ff. de furt. Bellon.

P R O. Creditori licet vigilare ad ſuum conſequendum. l. ſumma. ff. de pecul. Bellon.

Credulitas etiam fatua excuſat à pœna doli, Curt. Iun. con. xix. nu. 4. communem dicit. B. Villal.

P R O. Creſcente delicto, creſcere debet & pœna. l. nemo. in fi. C. de epiſco. audiē. l. relegati, ff. de pœnis. in l. quicūque. C. de ſerui. fugiti.

O B I E C. Contrà nemo duplici pœna debet affligi. in l. licet in §. fin. ff. nau. caup. ſtab. c. presbyter. lxxxj. diſt. c. ſi clerici. extrà. de iudi.

S O L. Duplex pœna dari non debet, cùm vtraque per ſe ſufficit, aliàs bene poteſt inferri duplex pœna. & pro hac ſolutione bene facit textus in can. ſunt plures. de pœn. diſt. iij. Bellon.

P R. Crimen contrahitur, & ſi voluntas nocendi intercedat. l. j. C. ad leg. Cornel. de ſicar. Idem.

P R. Crimina morte extinguuntur. l. fi. in fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. in l. ij. C. ſi reus, vel accu. mor. fuer. Idem.

Criminoſus contra criminoſum non poteſt eſſe teſtis. hoc Barto. & communiter omnes Doct. tenere refert Lanfranc. in rep. cap. quoniam contra. in verbo teſtium nu. 11. extra de probat. I. Fich.

Cumulatio admittitur quando agitur de re, & in materia fauorabili, ſecùs ſi de odioſa. Communis eſt concluſio vt dicit Decius, in l. ſi idem cum eodem, nu. 2. ff. de Iuriſ. omnium Iud. I Fich.

P R O. Curare debet iudex vt ſententiam ferat certam. in §. curare, inſtit. de actio. Bell. Toloſ.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENtiarum receptarum,

## *LIBER QVARTVS.*

### D

DAMNATVS ad mortem non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas. com. dicit Clarus. §. teſtium. quæſt. vj.

Damnatus de crimine ciuiliter efficitur infamis. Io. de Imol. in l. infamem. ff. de publi. iudic. communem dicit. Concor. cum l. ij. titu. vj. par. vij. in fi. B. Villal.

Damnum emergens ex contractu matrimonij, non poteſt peti, niſi doloſè pars ſe habeat, Pan. in c. Gemma, de ſponſ. communem dicit. Idem.

Damnum aliquod ſi contingat in re emphyteutica, vt corroſione fluminis vel chaſmate, &c. ſi damnum tale ſit vt ex eo tota res pereat, excuſatur emphyteuta à ſolutione penſionis: ſi verò pro parte tantùm periit, non excuſatur neque in totum neque pro parte. com. ait Clarus. §. emphyteuſis. quæſt. viij. verſi. Quæro etiam. Pius. Fich.

Damnum eſt deminutio patrimonij. l. iij. ff. de damn. infect. Bellon.

P R O. Damnum fit ex culpa, iniuria ex affectu. l. qui ſeruum. ff. de actio. & oblig. Bellon.

P R. Damnato authore, damnantur & eius libri. in c. fraternitati, extra de hæret. Bell. Toloſ.

Dans pecuniam, non præſumitur animo donandi, Soci. in l. cum quid. ff. ſi cer. peta. communem dicit.

Fallit, ſi eſt in parua quantitate, Ioan. Lupus in reper. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. xj. nu. 1. communem dicit. B. Villal.

P R. Data inſtantia corruit argumentum. in ca. ſicut vrgeri. j. q. vij. & §. pauonum. inſt. de re. diui. Bellon.

Data re in ſolutum creditori, debitor vlteriùs non admittitur ad reuelandum. Deci. conſi. cccccclviij. verſic. in contrarium tamen. Datio cohæredis extranei licet non tollat ſuitatem (quantum ad impediendum tranſmiſſionem) tollit tamen ſuitatem quantum ad confirmationem pupillaris ſubſtitutionis, Communem ait Ripa. in l. j. nu. 166. ff. de vulg. & pup. Idem.

*A D D I T I O.* Datio nominis debitoris in ſolutum ſufficit, licet ceſſus non ſoluerit, Pariſ. in conſi. lxix. Si iuris nume. 14. vol. iiij. ac etiam quod ſit facta per traditionem alicuius rei in ſolutum, nec locus eſt oblationi cautionis quia ſolutum fuit. Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus, in fi. ff. de dam. infec. circa quod noto errorem Bar. in d. §. Iulianus, nu. 53. vbi quandoque datur creditori res in ſolutum qui tunc efficitur dominus, ſed rediens & volens debitum ſoluere audietur intra biennium. Quæ opin. reprobatur, vt per Spec. Imo. Salic. Paul. de Caſt. Ang. & alios, vt refert Alex. in d. §. Iulianus, nu. fi. & Dec. in cōſil. cccccclviij. in cauſa magnifici. nu. 2. qui dicūt quod data re in ſolutū amplius dans non auditur, & hanc communem eſſe. Noto in hoc vnum ſingulare, quod data re in ſolutum non habet locum remedium. l. ij. C. de reſcind. vend. cum pro dicta quantitate ſic æſtimata ſibi eſt imputandū ſi minoris valeat. Iaſ. in l. à Diuo pio. §. ſi pignora. nu. 3. ff. de re iud. Pariſ. in cōſ. lxxxj. conſultus nu. 38. vol. ij. niſi forſan fuiſſet enormiſſima læſio.

P R. Datio tutelæ non recipit diem, neque conditionem. l. actus legitimi. ff. de reg. iur.

O B. Contrà de. §. ad certum. Inſtit. qui teſta. tut. dar. poſſ. vbi dari poteſt tutor & ad diem, & ſub conditione.

S O. Ibi à teſtatore in teſtamento dari poteſt ad tempus, & ſub conditione, ſed à iudice non poteſt. l. muto. §. ſi ſub conditione. ff. de tutel. Bellonus.

P R. Datio in ſolutum inſtar venditionis obtinet. l. ſi prædium C. de euiction.

P R. Datum meretrici non repetitur. leg. idem & ſi. §. ſed & quod meretrici. ff. de cond. ob turp. cauſ.

P R. De apicibus iuris non eſt diſputandum. in l. fideiuſſ. in §. quædam. ff. mand. Bellon.

Debitor debitoris ſi ſe obligat ſe per conſtitutum, vel nudum pactum, non fit nouatio nec liberatur debitor principalis. Eſt communis opin. ſecun. Alex. in conſ. clxxxiij. viſis depoſitionibus. vol. vij. M. Grib.

ad hoc, vt poſſit per iudicem concedi licentia, de capiendo Debitorem ſuſpectum de fuga requiritur inter cætera, quòd fiat plena fides iudici de debito, ita quòd ſolùm deſit citatio partis. Eſt communis opin. ſecund. Corn. in conſ. cxxxvj. viſis. verſ. ad hoc autem. volum. iiij. Nota, quòd multi iudices in hoc errant. Idem.

Debitor capi, ac carcerari poteſt vti ſuſpectus de fuga, probata prius per ſolum iuramentum ſuſpicione fugæ à creditore. & ſic ſufficit iuramentum creditoris, ad hoc vt capi poſſit debitor ſuſpectus, ſecundum Benedictum de Plumbino, & Angel. in repet. l. nemo carcerem. C. de exacto. tributo. lib. x. Roma. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdare cogan. Ioan de Imola poſt prin. & Iaſ. num. 19. in l. ij. ff. ſolut. matr. Pariſ. conſil. cvij num. 54. & ita conſuluit Alex. con. xix. num. 2. volum. iij. & Natta conſil. xix. nume. 2. & 10. Hanc opinionem aſſeuerat Paulus de Caſtr. conſil. ccccclxxiiij. num. 1. volum. j. & totum mundum ſeruare, & eandem opinionem dicit communiter practicare Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo, in vj. quæſt. num. 18. & ita per prædictam communem practicam ego ſæpe ſæpius iudicaui, dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami anno domini. 1561. & 1562. In cōtrariam verò partem videlicet quòd debitor vti ſuſpectus de fuga non poſſit carcerari niſi fuerit priùs legitima ſuſpicionis cauſa allegata, & probata per duos teſtes, inclinauit Bald. conſi. ccxxv. num. 3. & 4. volum. j. & in l. apertiſſimi. num. 9. C. de iudi. Ang. Aretin. in princ. Inſti. de action. nu. 8. Ang. titubanter in l. ſi arbitrio. §. qui ex cauſa. num. 8. ff. qui ſatiſda. cogan. Alex. in d. l. ij. num. 22. Iaſ. in princ. inſtit. de action. num. 91. & in d. l. ſi arbitro, & Pariſ. conſil. cj. num. 5. volum. iij. & iſtam opinionem ait eſſe communem Ripa in ſuis ſingula. reſponſis in titulo de legibus, & longa conſuetudine. cap. xxiij. num. 28. Thomas Parpalias in repetitio. d. l. ij. Quicquid tamen ſuadeant præcitati Illuſtres Doctores, propterea non diſcedo à prima ſententia, quæ quotidie obſeruatur in omnibus Italiæ curiis, & probatur iſta optima ratione, quia hoc caſu periculum vertitur in mora: & res eſt talis, quæ celeritatem deſiderat: & vbicunque periculum eſt in mora ad probationem ſuſpicionis: iuramentum ſufficit, vt eſt gloſſ. & ibi Innocen. in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſta. & in l. ij. vbi Doct. C. vbi in rem actio: & ſic iudex ex prædictis ſecurè, oſtenſo priùs inſtrumento debiti per creditorem, ac præſtito iuramento de ſuſpicione: fugæ poteſt concedere, ac impartiri licentiam capiendi, & carcerandi dictum debitorem: quæ quidem licentia capiendi, etiam die feriata introducta in honorem Dei ſaltē ad hunc effectum, vt debitor præſtet ſuo creditori cautionem de iudicio ſiſti: ſecundum gloſſ. ſingularem communiter ab omnibus ſcriben. approbatam in l. dies feſtos. C. de feriis: in ver. fideiuſſionis, quam gloſſ. cum materia latè explicant Doct. in l. ij. ff. de feriis. Iaſ. & Modern. in d. l. ij. Doct. in §. j. Inſtit. de action. Sed nota congruenter hic, ſi debitor eſſet fugiturus: & arriperet fugam, licitum eſſet ſuo creditori ipſum capere propria auctoritate, & ipſum captum ad iudicem ducere, ſecundum Specu. in titulo de accuſat. verſi. idem forte in debitore. argumento l. ait prætor. §. ſi debitorem. quæ in fraudem credi. idem etiam probatur ex not. per Bald. in cap. j. §. j. de pace iura. firman. Iaſ. in l. j. nu. 71. ff. de offic. eius. Marſil. in ſing. xliiij. & ccxliij. & Pariſ. conſil. cvij. num. 52. & conſi. xcix. num. 3. vol. ii. & Ruynum, conſi. xviij. num. 4. volum. v. Creditor autem non ſolum poſſet capere ſuum debitorem propria auctoritate in actu fugę, ſed etiam illum qui eſſet in fuga mentali ſecundum Caccialupum in d. tract. de debitore fugitiuo in iiij. quæſt. vbi hoc latè probat ex mente Doct. & declarat. F. Viuius.

Debitor recipiens pecuniam nomine mutui, nec indigens iſta pecunia ſibi mutuata, poteſt eandem inuito creditore reddere, & ſic creditor inuitus cogitur illud idem recipere ſecundum Cyn. & Doct. omnes

communi

communiter in l. ij.ff.ſi cert.petat,quia ſufficit, quòd in eodem genere reſtitutio fiat & non poteſt eſſe magis in eodem genere,quàm ſi idem ſit:aliàs,& fortaſſe vrgentiores rationes adducit Dec,in d.l. ij,in j. lect. nu.8.corroborando,tuendo,& allegando iſtam communem licet Bolognet.ibi nu,2.tenet ruditer contrarium: quam quidem communem opinionem declarant præcitati Doct,non procedere, quando res eſſet deteriorata,nam ſi eſſet deteriorata,non poſſet reddi, tunc enim non diceretur eſſe eadem res.l.iij.§.ſi reddita.ff.commoda. Viuius.

Debitorem quantitatis difficultas ſoluendi non excuſat à mora ſecundum Bar.in l.continuus,§.illud,nu.5,& ſeq.per illũ text.ff,de verb, oblig.& in l,quod te,nu.14,ff.ſi certum peta. quem ibidem ſequũtur Alex.nu,9.Zaſius,nu,38.Curt,iuni.nu,37.Iacob,num,3.Ant. de But. & Abb.in c.breui.nu.4.de iureiur,quam quidem opinionem Bart,audacter atteſtati ſunt eſſe communem Ruyn.conſi.cl,nu,3.vol.j.Deci.Iaſ. nu,32.Bart.Socin.nu,32.Purpurat,nu,63.& Rip.nu.52.in præcitata.l, quod te.In contrariam verò ſententiam ruditer iudicio meo inclinarunt Saly.Cuma.Roma.& Deci.nu.13,in d,l.quod te,& Hiero. Gygas in tract,de penſionibus,quæſt,lxxv,nu,3,quicquid tamẽ præfati Doct, præcipitanter ſuadeant contra dictam communem ob hoc ab ea non recedo, quia non eſt tutum recedere ab opinione Bar.ſecundum Paul. Caſtr.conſi,ccciij.viſis omnibus inſtrumentis,Innocen.in c.dilecta.de appell.dicit aſſeſſores nolle à ſententia Bart.recedere,& eo magis non eſſet recedendum à prædicta opinione,quia conſtat eſſe magis communem,vt refert Ruyn,in d,conſi.cl.& iudex,qui contra communem iudicat,cenſetur propter imperitiam iud.caſſe,vt dicit Alex, in l. cum prolatis,& ibi Ang,ff de re iud.Iaſ.in l,fi.ff.qui ſatiſdi.cogã. & Curt, ſen.conſi.xlix.& conſ.xlvj.nu.13.Ideóque dictam communem tanquã veriſſimam mihi ſequendam fore conſtitui, quam communem ita retentam limitat,ac declarat Ruynus in memorato conſi.cl.nu.9.in quatuordecim aliis caſibus eam declarat Purpuratus,in d.l.quod te. numero 64. Idem.

Debitor non poteſt cedere bonis,quando creditor renuntiat iuri illum carcerari faciendi ſecundum doctrinam Bal.in l,j.nu,17,C. qui bonis cede.poſſ.communiter receptam,ac approbatam à ſcrib.ibi, quem ſequuntur etiam Io.Fab.& Iaſ.in §.fi,nu.17.inſtitut. de actio. & de iſta communi opinione atteſtantur omnes Doctores, in præcitatis locis, & ratio huiuſcemodi communis ſententiæ aſſignatur hæc per Bald,in d,l.j.quia ratio carceris ceſſat,qua ceſſante beneficium bonis cedendi ceſſare debet. Idem.

Debitor ceſſionis bonorum beneficio redditur indignus indicans partem bonorum,& partem occultans,ſecundum gl,& Bart.in l,pen. ff.de ceſſione bonor.Bal.& alios Doctores communiter in l.j.C. eo.tit, & Ang.& Iaſ.in §.fi.Inſtit.de actio.Vnde ſi iſte debitor fuerit conuictus quòd partem bonorũ non indicaſſet ex malignitate,& dolo,tunc (vt ſuperius deduximus) ſunt repellendi omni modo ab huiuſmodi beneficio ceſſionis bonorum,tex,eſt in l,fin.ff,quæ in frau.credi,ſecundum lecturam Bar.communiter approbatam ibi,& idem tenet Bar.& alij Doctores,in l,alia,§.eleganter,ff.de ſolut.matrim.& Bald,in l.j.C. qui bon.ced.poſſ.quos Doctores referunt,& ſequuntur Alex. & Paul. de Caſt.in d.§.eleganter: & hoc idem reperitur ſancitum de iure regni in Pragmatica incip.Don.Petrus de Tolleto Marchio Villæ franchæ,vbi habetur,quòd volens cedere bonis,debet omnia bona ſua,& iura indicare,& in actis inſinuare creditoribus inſtãtibus,& debitam quantitatem ipſorum iurium,& bonorum profiteri,vbi Io.Franciſc. Scalionus apoſtillans dictam pragmaticam, nu, 2. & 4.declarat hanc materiam,ſed vbicunque debitor errore, ſeu bona fide non indicaſſet bona omnia ſua creditoribus, vel modica eſſet res, quæ non fuit demonſtrata,non procedit propterea beneficium ob hoc ceſſionis bonorum,ſecundum Bal.in l.fi.§.cùm igitur.C,de iure deliberan. Idem.

Debitor promittens,ac ſe obligans ſoluturum ſuo creditori centum Aquilæ certo die,differénſque tempore debito in dicto loco ſolutionem poſſet vtique conueniri non ſolum Aquilæ,verum etiam in quocunque loco,etiam ſi ibi forum non ſortiatur ſecundum Bald.Saly,& Paul,Caſt,in l.j,ff,de eo quod cert.loco,poſt antiquos ibi, & alios complures congeſtos per Iaſ,in §.plus autem.nu,27.& ſequen,Inſtitut. de action.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.Sed nota vbicunque debitor obligaſſet ſe cum hoc pacto ſeu clauſula, vt poſſet conueniri Aquilæ, & vbique locorum,tunc hæc clauſula nihil operatur, nam,prædicto pacto obſtante,poſſet debitor conuentus declinare forum Aquilæ,niſi promiſiſſet,ac ſe obligaſſet iſte debitor ſoluere, vbique locorum vbi fuiſſet petitum,ſecũdum Doctores.in leg.iij.§. ſi quis ita in primo,ff.de eo quod certo loco,in dicta l,j.eod.tit. in c,j. extr. de iud.Bar.& alios in l,ſi quis,in conſcribendo.C.de Epiſco. & cleric. vbi Alex.nu,6,ait hanc eſſe communem opinionem, & Anto. Galleſius in tract.cameralis obligationis.in ij.par.quæſt.iij.nu.1. Idem.

Debitor non poteſt per pactum ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit, & ſic non poteſt conſentire aliquo modo, vt poſſit compelli,capi, & carcerari propria creditoris auctoritate ſecundum Dyn,Bar.Imo.Ang.Rom.Alex.& omnes magis cõmuniter. in l.alia. §. eleganter.ff.ſolut.matrimon.& Angel.& Modern.ff.de legat.j.per illum text. & alios relatos per Antoni, Galleſium in tracta. cameralis obligationis, in ij. parte quæſtione iiij. numero . Nec valet pactum quòd debitor non cedat bonis ſecundum Iacob.Arena & Bald. in l.j. C.qui bonis cede.poſſ,& alios Doctor. congeſtos per Cottam in ſuis memorialibus,in memo.in verb.ſolui poſt medium, vbi refert,etiam Doctores contrarium aſſeuerantes: quæ quidem concluſio procedit ac ampliatur, vt procedat,etiam ſi huiuſmodi pactum, ſeu obligatio ad carceres eſſet iuramento firmata,vel firmatum, vt per Bal. in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendit.Alexand.in d.§.eleganter, & iſtam ait eſſe communem opinionem Alciat.in ca.cùm contingat. nu. 69.de iureiurand. Idem.

Debitor obligatus ſingulis annis ſoluere par caponum occaſione alicuius rei, eo caſu certum eſt poſſe conueniri officio iudicis vel interdicto poſſeſſorio,& ſic pro annua præſtatione competunt, ſeu conceduntur remedia poſſeſſoria ſecundum Canoniſtas communiter in c.querelam de electio.in vol.Greg.per illum tex.& ita in contingentia facti iudicatum fuit in ſacro Concilio Neapolitano: teſte Afflicto deciſio.cccxcv.nu. 3.4.6.cum duobus ſequen.quamuis legiſtæ omnes affirment cõtrarium in l,ſi certis annis,C.de pactis, Sed veritatem iſtius concluſionis planè abundéque demonſtrat Afflict. in præcitata deciſio.cccxcv.Rip,in l.fi.num, 3.& ſequen,ff,quorum bonorum, & Tyraquellus in tract.de vtroque retractu,in §.j.gl.vj.& §.vj.glo.j.nu. 10.& ſequen, Hic notandum congruenter, vtrum iſte debitor, qui tenetur dare par caponum, liberetur ſoluendo, ac conſignando eos mortuos, Bar.in l,quod te,ff.ſi cert.peta,in vltima quæſt. tenet quòd non liberetur aliquo modo,quem ſequuntur doct.& eius opinionem latè proſequitur ibi Bolog.nu,83. Idem.

Debitor ſpeciei per interitum rei ante moram liberatur actione præſcriptis verbis,ſeu de dolo.l,quod te.ff.ſi cer,peta.vbi Iaſ.nu. 12.& Rip.nume.4.cum multis aliis ſequentibus,quia caſus fortuitus non eſt adſcribendus culpæ debitoris,vt in l.cum duobus,§.damna.ff.pro ſocio, ſed iſte debitor non liberaretur ob hoc à condictione ob cauſam ſecundum communem opinionem omnium Doctorum in præcitatis locis,quam ſequitur Iaſ.in l,fi.nu.12.C.de contrahen. empt. & Ferandus in repetit.l,pacta conuenta,nu.80.in iij.lect.ff.eo.tit,verùm vt faciliùs intelligatur iſta communis,præcitati Doct.tradunt hoc exemplum,videlicet do Sciphum,vt des Stichum,ſed Stichus ante moram periit, profecto non agam præſcriptis verbis in te, vt des Stichum, quoniam eum non potes præſtare, nec ſimiliter agam ad id, quod intereſt mea,nam cùm non fueris moroſus,non eſt ſubrogata obligatio ad intereſſe nihilominus agam ad repetendum Sciphum, ſiquidem datur,conceditúrque mihi ex capite pœnitentiæ cõdictio ob cauſam. Iſtam communem latiùs declarat Bolognettus.in d.l,quod te.nu.55.& ſeq. Idem.

Debitor ſi impetrauit moratoriam exceptionem, debitores illius poſſunt vti eadem exceptione contra eum.Io,de Rip.in Rub.de reſt. nu.4.communem dicit.

Nota quòd iſte debitor qui impetrauit moratoriam exceptionem debet præſtare cautionem creditori,Pyrrhus Angl. in Conſuet. Aure. de executione ex locato.c.xviij.communem dicit ex l. vniuerſa. C. de preci.impe.offeren.vbi etiam Iaſ. dicit quòd non præiudicat hæc exceptio credito iurato, B.Villal.

Debitor alternatiuè ex ſtipulatione,quando verba ſtipulationis ad ipſum referuntur,poteſt eligere quem maluerit.Io.de Rip.in ca. inter cæteras,nu,70.de reſcrip.communem dicit,

Debitor obligatus alternatiuè ad dandum animal, vel centum ſatisfacit,ſi tempore ſolutionis ſit animal debilius quàm tempore obligationis.Curt.Iuni.conſi.xxiiij.communem dicit.

Nota iſtam communem ad corroborationem l. ij.& ix. & xxxix. tit,xiiij.& parte.v.vbi cauetur,quòd obligatus ad dandum animal ad certum tempus,ſi interim moriatur animal ſine fraude obligati liberatur.Plus dicit d.l,xxxix.quòd promittens equum, aut mulum, quòd vno mortuo extinguitur obligatio:& non tenetur ad dandũ alterum. Et de iſtis debitis alternatiuis vide l.xxiiij.tit,vj.par.v.& l.xxiij.titul. ix.par,vj.& l,xxij.tit,xv.par,vij.& Afflictũ in deciſ.Neap.cccxcvij.Idẽ.

Debitor alternatiuè ex ſtipulatione, quando verba ſtipulationis ad ipſum referuntur,poteſt eligere,quem maluerit,Io.de Rip. in c.inter cæteras,nu,70.de reſcr.communem dicit.

Limita in obligato in Paſcha ad dandum centum,aut pignus: quia non ſatisfacit dando pignus:ſed compellitur præciſè ad centum. Iaſ. in l.ſi ſe obtulit.§.ſi ex conuentione.nu.6.ff.de re iudic.Io.de Rip.in d. c.inter cæteras.communem dicunt. Idem.

Debitor coactus per ſuperiorem,vt ſoluat iniuſtè ob iniuriam creditoris,periculum eſt creditoris.Iaſ.in conſi.xxvij.vol.iij.cõem dicit.

In ſimili dicit l.vij.tit. viij.part.v. quòd ſi aliquis habet vineam, vel arbores alicuius, & ad iniuriam ſuam inimici eius fecerunt aliquod damnum,tenetur ad dandum domino.

Debitor obligatus ad dandum certam quantitatem ſoluendo partem,liberatur in parte,ſi creditor velit accipere:aliàs non Alc.in l.ij.§. & harum.ff.de verb.oblig.communem dicit. Idem.

Debitor in quantitate non liquida poteſt offerre certam quantitatẽ, & dare fideiuſſorem de reſiduo ſi apparuerit plus debere. Cur.iuni.cõſ. cxxij,nu.69,communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Debitor ſoluens rem alienam creditori in ſolutũ recipienti extinguit obligationem etiam fideiuſſoris. M. Ant. Bard. in tract.de tem.vti.& contin.in c,xviij,ſub nu,23.communẽ dicit. Quod ſpecialiter limitari poteſt ex benignitate vt fraudibus obuietur: videlicet niſi debitor decoxerit, & hoc idem in vrbe tempore D. Thom. de Tanis Sacræ Rot. Aud.Rota tanquam iudex æquitatis ne debitor & fideiuſſor colluderent, tenuit quod creditori detur regreſſus contra fideiuſſorem,vt per eundem Bardum in eo loco.

Debitor in diem ſi periurium incurrerit,vel ex temporis lapſu, vel quia ex creditoris interpellatione conſtitutus ſit in mora: Quidam in c. debitores,de iureiur.& ibi Butri.inter alios tenuere debitorem hunc abſolutionem a iuramento petere poſſe.mouentur ſic:talis debitor ad duo cenſetur obligatus,videlicet ad ſoluendum in termino,& ad ſoluendũ ſimpliciter.l.Celſus,ff,de arbit.& c. cùm dilectus,de dol.& contuma.& quatenus quidem in termino nõ ſoluit,periurus efficitur,& peccat:quatenus verò poſt terminum ſoluere tenetur peccare non dicitur,ſicque abſolutionem à iuramento petere prohibetur,vel ſaltem ſoluere poterit,elapſo termino,nec peccabit, ſi poſtmodum ſolutum repetierit d.c. debitores,Abba.tamen in c.j.de iureiur.dicit hanc rationem potiùs facere pro communi opinione,quæ habet, poſt periurij incurſum non dari nec peti poſſe abſolutionem à iuramento. idémque tenuit Imol. in c,debitores:ea motus ratione,quòd licet quis poſt diem ſit obligatus non tamen ex hoc ſequitur abſolutionem ab eo peti poſſe.cùm iam inciderit in periurium per tex.in c.quia fruſtra,de vſur.nec ob id debitor ipſe(vt idem Imo.tradit)iuris remedio erit deſtitutus. Quia licet cogatur ſoluere,peterit tamen poſteà ſolutum repetere, Communem hanc ſententiam approbat,& ab ea Fel.non recedit in d.c.ex adminiſtrationis,e,t.de iureiur,vbi atteſtatur ſe vidiſſe ita ſæpius iudicari.Quam tamen opinionem dicit tribus in caſibus non procedere,Primus eſt,quãdo petens abſolutionem in peccato non perſeuerat: licèt enim ſemel contraueniendo in periurium inciderit,abſolutionem tamẽ petere poterit,vt voluit Abb.in d,cap.ex adminiſtrationis,1.& ibi Fel. Secundus eſt,quando iudex prohiberet iurantem intra terminum ſoluere. Tertius quando quis citra dolum periurium incurreret vt potè, ſi in termino non ſoluerit ex culpa,non autem ex dolo,vel ſi aliter excuſatur à periurio ratione neceſſitatis,vel difficultatis,pœna enim adiecta periurio locum non habet,ceſſante dolo vt eleganter tradit Bald. in d.l.obſer.§. proficiſci.de offic.Procon,& leg.& per gloſſ.j.in cap. breui,de iureiurando,cum aliis concordant.de quibus ibi & latè ſcribit Felin.in d.ca. j,vbi concludit,ad hoc vt quis poſſit venire contra actum iuratum,nõ ſufficere primam habilitationem à iuramento factam ad effectum agẽdi, ſed requiri ſecundum,id eſt,relaxationem ipſius iuramenti, exempli gratia, ſi habilitatus à iuramẽto ad effectum agendi dicere velit cõtractum vſurarum,vel metu factum probare tenetur vſuras, vel metũ, non enim ad effectum reciſſionis,& contraueniendi contractui, prima illa ſufficit abſolutio, ſeu habilitatio,ſed requiritur ſecunda, id eſt, relaxatio à iuramento.aſſignat rationem Felin:quia actus habilitationis limitatus eſt illam cauſam agendi duntaxat,ideò limitatum producit effectum.l.in agris.ff.de acquirendo re.domi.licet ergo habilitatio ad effectum agendi ſit aperta via,vt ſublato iuramento, quod ſibi obſtabat,agere poſſit:adhuc tamen iuramentum huiuſmodi obſtat reſpectu obſeruationis contractus.Itaque actus abſolutionis,ſiue habilitationis operari non debet vltra abſoluentis intentionem l.non omnis ff.ſi cer. pet.& ita Fel.intelligere videtur tex,in l.hæc ſcriptura. ff. de condit. & demon. F,Turza,

PRO.Debitor is eſt à quo inuito exigi pecunia poteſt,l.debitor. ff. de verb.ſig. Bellonus.

PRO.Debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari poteſt,l.debitorum.C.de pact. Idem.

PRO.Debitoribus condemnatis ad ſoluendum,quadrimeſtre tempus à iure datur,l.ij.C.de execut.rei iud. Idem,

PRO.Debitum in genere nunquam perit,in ſpecie tamen perit.l, incendium C.ſi cert,petatur.& lege,ſi ex legati cauſa,ff,de verborum oblig. Idem.

Debitum ciuile tantum quocunque errore ſoluatur,ſemper repetitur vt in obligatione literarum confeſſiones mutuæ ſub ſpe futuræ numerationis ex qua naſcitur ante biennium ſola ciuilis obligatio. Iaſ. in l.cùm quis nu,5.C.de iuris & facti ignorantia.communẽ dicit. B. Vil,

PRO.Decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus, quis non poteſt,l,ius noſtrum.ff.de reg.iur.in l.j.§,ſi ex fundo,ff,de here.inſt.& §. hereditas.inſt.de hered.inſtit.

OB.Contrà de l,circa & ſi parentibus,in §. fi,ff.de inof. teſt,vbi teſtator decedit pro parte inteſtatus.

SOL.Hoc verum eſt ex poſtfacto,vt in contrario ſecus ab initio,vt hic. Bellonus.

PRO.Decem homines faciunt populum.& ibi bar.,in l.prætor. in pri. ff.vi bono.rapt.& in can.vnio.vbi gl.x,qua ſt.,ij. Bellonus.

PRO.Decem oues faciunt gregem & quinque porci.l. oues. ff.de abig. Bellonus.

PR.Deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt,in l.ij.in §.verba.ff.ad ſenat Velleia.in c.cùm vniuerſorum,extra de rerum permut.& in cap.inter dilectos.extra de fide inſtru. Bellonus.

PRO.Decet conceſſum à principe beneficium eſſe mãſurum.§. generaliter.in auth.conſti.quæ de dig. Bellonus.

Declaratio domini.& petitio requiritur,vt rei vel Iuris alicuius priuatio incurratur.puta Emphyteuſeos,Feudi Donationis,&c.idque generaliter.vbicunque aliquid ipſo iure ad dominum reuerti dicitur. Bal. in c.j.De cap.Corra.in vſib.Feudo.& in l.fin.C.de reuo.donat. Et probat late(vt inde communis meritò colligi poſſit) Tiraq. in l.ſi vnquam in ver.reuertatur.nu.10.& 11.Et aliquot ſequentibus.Idem tamen Tiraquellus in d.nu.11.cir.fi.refert.in hoc ſufficere etiam tacitam voluntatem domini.Allegat Panor Ant. Alex. Decium (omnes in conſiliis. ). Et Iaſ.in l.poſthumo.verſi.pro iſta opinione.C.de bono poſſ. cont.Tab. quæ loca videre poteris ſi caſus contingat. I.Fich.

Decretum ſecundum etiã in iudiciis realibus interponitur.Eſt com. opi.ſecun.Alex.conſ.ccviij.præſtantiſſ.in prin.vol.vij. Moph.

Decretum ad hoc,vt ex falſa cauſa interpoſitum reddatur nullum.nõ requiritur quod falſa cauſa fuerit expreſſa in ipſo decreto.Eſt communis opinio.ſecun.Alex.in conſi.ccvij.domine.Alex.verſ.circa prędicta. volum.vij. Idem.

bona data in ſolutum creditori ex ſecundo Decreto efficiũtur ipſius creditoris irreuocaciliter,ita quod per debitorem non poſſunt amplius recuperari.Eſt magis com.opi.ſecun. Dec. in conſ. cccclviij. in cauſa magnifici in prin.vol.iij. Idem.

Etiam in realibus ex primo Decreto non transfertur dominium, nec vſucapiendi conditio.Eſt magis com.op.ſecun. Alex.in l.iuſtè poſſidet,in prin.verſ.vbi autem de acqui.poſſ. M.Moph.Gribald.

Decretum præſumitur factum ſolenniter & ex iuſta cauſa, & vera. Alciat.in tractu de præſump.regul.præſump.x.communem dicit. B.Vi.

nota.Decretum interpoſitum eſſe cauſa cognita ſtatur aſſertioni iudicis aſſerentis.Aymon.de antiq.tempor.in ij.part.in verbo,ſed iſta limitatio.num.15.communem dicit. Idem.

Dedicatio facta de ſe,& bonis eccleſiæ ſeculari,intelligitur de boni præſentibus,non autem futuris,vt libera facultas teſtandi in futurũ non impediatur,ſecundum Bart.in authent. ingreſſi.C. de ſacroſanct. eccle.num,14.& iſta eſt communis opinio, vt refert. Socin.in tract.de oblationibus in viij.lib. F.Viuius.

PRO.Defectus in diſpoſitione contra perſonam propter habilitatem ſuperuenientem conualeſcere non poteſt.in §.præterea.inſt. quib. non eſt permiſſ.fac.teſt.vbi teſtamentum impuberis vel furioſi non cõfirmatur,licet poſtea efficiatur pubes vel ſanæ mentis.& in §.an ſeruo. Inſtitut, de legat.

OBIEC.Contrà de l.ſi cognatis.verſic.cæterum.ff.de reb.dubiis.

SOL.Habilitas ſuperueniens ſolo tractu tẽporis non conualidat diſpoſitionem ab initio inutilem ratione perſonæ. l.quòd ab initio. ff. de reg.iur.niſi ex voluntate expreſſa,vel tacita vt in l.j.C.de contract. iudic.vt ibi,teſtator qui legauit cognatis, videtur voluiſſe legare his qui cognati ſunt & tempore teſtamenti & tempore mortis:vt ibi not. Vel dic,quòd ibi diſpoſitio ab initio non fuit inutilis, imo ſemper vtilis: licet quædam perſona ab initio non admittatur,quæ poſtea incipit admitti, Bellonus.

Defendere promittens,de iure,& facto non tenetur armis defendere.Hieronym,Cagno.in l,non videtur.nume,5. ff. de regul,iur. communem dicit. B.Villalobos,

PRO.Defectu paſtoris,gregem dominicum lupus rapax inuadit, c, ne pro defectu,de elect, Idem,

PRO.Defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur,l.ſi quis percuſſorem,ff.ad l.Cornel,de ſic, Idem,

PRO.Definitum non debet latiùs patere,quàm ipſa definitio,& econuerſo.l,j.§.dolum,ff.de dolo malo, Idem.

Delegatio poteſt fieri vt petat conſilium alicuius tertij. etiam ſi ſit delegatio.Felyn.in capit.ſi pro debilitate.de officio delegati. communem dicit. B.Villal.

Delegatio dicitur quãdo aliquis dat debitorem ſuum,vel expromiſſorem , etiam non debitorem,per quem delegans liberatur, Aret.conſ, v,nu.1.& Afflict.deciſ.Neapol.cccliij.num.4.communem dicit ex Bar, in l.delegari.ff,de nouatio.xij.

Delegatus poſt tempus datum ad cognoſcendum poteſt proferre ſententiam,ſi pœna eſt appoſita iudici non determinanti.Feli,in c.de cauſis.de officio delegat.communem dicit. B.Villal,

Delegatus poſt ſententiam latam,non habet cognitionem, Felin.in c.ex literis.de officio deleg,communem dicit.

Fallit primò ſi non obſeruauerit formam mandati:quia etiam poſt ſententiam poteſt reuocare acta,& de nouo cognoſcere.Feli.in c.qualiter,& quando,de accuſat,communem dicit,& Ripa.in lege,quod iuſſit.numero.66.ff.de re iudi,

Fallit ſecundò,quia poteſt mandare executioni ſuam ſententiam.

Panor.in. c.ſignificaſti.de offi.deleg. Ant.de Tremo.in addit.ad Bonac. in pract.exce.in rub.de reſcrip.nu.4.commu.dicit.

Amplia dictam limitationem, non ſolùm quo ad ſuam ſententiam, ſed etiam illius qui vice ſua iudicauit. Iaſ.in l. cùm ſpecialis.num.5. C. de iudi.communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem, & ampliationem in delegato principis: nam delegatus inferioris non poteſt mandare executioni ſuam ſententiam, tamen admonere & excommunicare poteſt.Fel.in c.ſignificaſti de offi.deleg.comm.dicit. Idem.

Delegati iuriſdictio non perpetuatur per actũ citeriorem citatione, vt eſt commiſſio de citando,&c. Iſta eſt ſententia communis contra Bartol.vt refert Iaſ.in l.more.nu.58.circa med.ff.de iuriſ.omnium iudi. Sed per citationem bene perpetuatur, vt ibi, quæ ſententia ſimiliter communis eſt vt ibidem num.præced.57. I.Fichard.

Delegatus Principis,ſiue ante,ſiue poſt litẽ conteſtatam, poteſt facere citationem realem, ſeu perſonalem.Curt.Iuni.in l.ij.num.39. ff.de iuriſdictio.omnium iudic.& in l.cui iuriſdictio.nume.22.ff.eod.titu. communem dicit. B.Villal.

Delegatus inferioris non poteſt,ſiue ante,ſiue poſt litem cõteſtatam facere citationem perſonalem. Curt. Iuni.in d.l.ij.nume. 19.communem dicit.

Fallit ſi timetur de fuga.idem ibi num.30.còmmunem dicit. Idem.

Delegatus datus ſub nomine dignitatis,non tranſit ad ſucceſſorem, quando quis habet dignitatem non nomine proprio. Iaſ.in l.more.nu. 65.ff.de iuriſd.omn.iud.communem dicit. Idem.

Delegatus nõ poteſt minuere,nec augere quadrimeſtre quod datur iudicatis ad ſoluendum. Iaſ.in l.qui tribunnali.numer.5.ff.de re iudic. communem dicit. Idem.

Delegatus poteſt ſibi eligere locũ, vbi ius dicat, Curt.Iuni.in rub.ff. de offi.eius cui man.eſt iuriſd.num.22.communem dicit. Idem.

Delegatus iudex appellationis ſi pronũtiat cauſam appellationis legitimam,an poſſit de principali negotio cognoſcere, & denique Abbas poſt antiquiores.in c.vt debitus.de appellatio. concludit quòd ſic:quia dictum negotium acceſſoriè venit ad ipſam appellationis cauſam,quæ cõmittitur. Et cùm in ipſa cauſa principali etiam acceſſoria includantur c.prudentiam.in fi.de offi.deleg. Ratio tamen iſta videtur dubitabilis,quia illa acceſſoria tantùm cenſeatur commiſſa, & veniunt, ſine quibus cauſa expediri,& commiſſio adimpleri non poteſt.l.ij.ff.de.iurid.omn.iud.not.in c. prætereà.& in c.ex literis.eo.tit.de offic.delegat. ſed cauſa principalis non eſt neceſſaria ad cauſam appellationis, cùm ſine illa poſsit ipſa appellatio expediri.Inn.in d.c.vt debitus.alleg.gl.in c.ſolet.in verſi.per ſuperiorem.de ſenten.excom.in vj.quæ dicit, quòd nec etiam veniunt ea,cum quibus cauſa facilius expeditur.Deci.tamen in d.cap.vt debitus.dicit primam opinionem magis communem.

Delegatus non tenetur citato mittere originale ſuæ cõmiſsionis,ſed ſatis eſt tenorem inſerere citationi,ſecundum communiorem. per tex. in c.j.& ibi Doctor.de dilat.refert Minſing.obſerua,1.Cent.iij. I.Fich.

Delegatus quando eſt periculum in mora:vt in inſigni latrone,poteſt imponere pœnam mortis. Cur.Iuni.in l.prima.ff.de off.eius cui.num. 65. communem dicit Alci.Et plus dicit in ca.quòd ſedem.nume.83.de offic.ordin.eſſe communem opinionem quòd delegato mero imperio in caſu in quo delegatio ſubſiſtit, delegatus poteſt procedere ad vltimum ſupplicium. B.Villa.

Delegatus non poteſt mittere in poſſeſsionẽ ex primo decreto.Iaſ.in l.iubere.num.18.ff.de iuriſd.omn.iud.communem dicit. Idem.

Delegatus inferioris à Principe poſt litẽ conteſtatam poteſt ſubdelegare tam in ciuilibus,quàm in criminalibus.Petr.Nuni.de exeq.mand. Regum c.j.communem ait ex glo.in l.vnica.C.qui pro ſua iuriſ.

Delegatus etiã à principe,non poteſt ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi: quòd tamen poteſt ordinarius.Maran.in tract.de ord.iud. parte quarta.nu.58.communem aſſerit ex Iaſ.in l.j.de offi.eius. B.Vill.

Delegare poteſt Princeps cauſas meri,& miſti imperij.Curt.Iuni.in d.l.j.nume.73,communem dicit. Idem,

Amplia ad delegatum Principis qui poteſt ſubdelegare cauſas meri,ac miſti imperij.Cur.in d,l.j.nu.74.& Alci.in d.c,quòd ſedem.nu.81. communem dicunt.

Amplia ſecundò,in ordinarium propter infirmitatem. Curt.Iuni.in d.l.j.num.81.communem dicit.

Nota iſtas communes cum ſequentibus ad intellect.l.xix.ti.iiij.par. iij.dicentis delegatum à principe poſſe ſubdelegare.

Reſtringe iſtam ampliationem ad infirmitatem grauem,non tamen ad leuem,idem Curt.Iuni.num.81,communem dicit,

Amplia tertiò, in ordinario propter abſentiam neceſſariam, idem Curt.Iuni.num.68.communem dicit.

Nota quòd abſentia neceſſaria præſumitur,idem num. 69. communem dicit.

Nota iſtas omnes cum aliis quatuor ſequentibus ad intelle.l.v.titu. xv.lib.j.ord.quæ aſſumpta eſt à l.ij. tit. lvj.lib.j. For.ll.vbi diſponitur, quòd propter infirmitatem,vel etiam ex aliis cauſis prætores quos vulgò dicimus *aldens*, poſſunt cõmittere alteri exercitium iuriſdictionis: dummodo locum tenens ſit bonus vir:& iuret ſe adminiſtraturũ ius & iuſtitiam. Et nota quòd iſte locum tenens poteſt omnem iuriſdictionem exercere,non poteſt tamen ad mortem quenquam condemnare, licet poſſit abſentes pronuntiare eſſe confeſſos, vt habetur in l.cxxix. ſtyli.licet.xviij.tit.iiij.par.iij.excipiat etiam mutilationem membri,& cauſa ſtatus. Tamen per l.ſtyli ſola mors excipitur. Aduerte, quòd iudex ordinarius datus à Rege, ex iſtis cauſis poteſt alteri committere iuriſdictionem lege hac permittente:aliàs non de iure communi,cùm iſti iudices,ordinarij ſint ſolùm adminiſtratores,vt per Bald. in c.cùm vigeſimum.nume.3.de offic.delega. & vſuarij non poteſt dare vſurarium alium vt in.l.ij.de vſur.quæ etiam per plura comprobat Alciat. in paradoxis.lib.ij.c.vj.non poſſunt vicarios conſtituere in iuriſdictione,vt per Caro.Molin.in conſuet.Pariſienſ.j.in mate.feuda.titu.j.§.j. gloſſ.v. verſ.*le fief*.nume.57.cum ſequente.ex quibus poſſumus concludere iudices ordinarios creatos ab inferioribus recognoſcẽtibus ſuperiorem, non poſſe conſtituere vicarios: niſi de mandato domini: quod cogita hodie, correctoribus ciuitatum per regem datur facultas ponendi vicem gerentem cùm creatur corrector in caſibus permiſſis quem aliàs non poterant ponere per l.x.tit.xvj.libr.ij.ordi.ſine expreſſo mandato. Et de iſtis vicem gerentibus vide Petr. Nun. in cap.iij.correctorum.de exequen.mand.regum.

Nota ſecundò, quòd ordinarius non poteſt Delegare ea, quæ ſunt meri,& miſti imperij,propter multitudinem cauſarum.idem Cur.Iuni. in d.l.j.num.83.communem dicit,de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.

Fallit prima ampliatio, ſi in commiſſione Principis eſt appoſitum verbum,præcipimus.Felin.in cap.eam te,de reſcrip.& in c.pro debilitate.de offi.deleg.Cur.Iuni.in d.l.j.num.80.communem dicit.

Fallit ſecundò, ſi eſt onerata conſcientia delegati: quia non poteſt ſubdelegare.Soci.conſi.xcv.volum.j.communem dicit.

Fallit tertiò,ſi eſt electa induſtria perſonæ delegati.idem Soci.communem dicit.

Fallit quartò,quando delegãtur ea, quæ ſunt conceſſa in ſignum ſupremæ poteſtatis,Curt.Iuni.in l.j.de iuriſ.om.iud.ff.nu. 8. communem dicit.

Fallit quintò, in actuali miſſione in poſſeſsionem: quia licet poſſit ſubdelegari cognitio de mittẽdo in poſſeſſionem,non tamen ipſa miſſio.Cur.Iun.in l.j.de iur.omn.iud.ff.num.36.communem dicit.

Amplia iſtam quintam limitationem ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto.Iaſ.in l.iubere.num.70.ff.de iuriſd.omn.iudic. communem dicit.

Fallit ſextò, quando agitur de remotione actuali tutoris vt puniatur,quia ſolus præſes cognoſcit: ſecus tamen ad remotionem ciuilem. Curt.Iuni.in l.cognitio.nu.7.ff.de offic.eius cui mand.commun.dicit.

Fallit ſeptimò,in cauſa criminali,Alber.in l.j.ff.de offi.eius cui man. communem dicit, ſed Iaſ.ibi tenet contrarium eſſe communem. ſed Boër.in deciſ.vj.num.8.9.& 10.concordat opiniones dicens quòd tota cauſa non poteſt ſubdelegari:ſed articulus cauſæ tantum ſic.

Fallit octauò,in ſubdelegato Principis,Curt.Iuni.in d.l.j.de of.eius. num.80.communem dicit. Idem.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare authoritatem præſtandam in manumiſſione.Cur.Iuni.in l. mandata.num.7.ff.de offi c.eius communem dicit. Idem.

Epiſcopus poteſt Delegare cauſas clerici laico.Curt.Iuni.in rub.i.ff. de offi.eius.cui nume.20.communem dicit. Idem.

Delegatus iudex fungitur vice delegantis tantùm,non autẽ ſua.l.j.§. fi.& l.ſi prætor.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.l.ſolet.ff.de iuriſ.om.iud. in c.ſanè,de offi.& poteſt.iud.dele. Bellon.

PRO. Delegatus iudex delegare nõ poteſt.l.à iudice.C. de iud.& l.fi. ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ. Ratio ponitur in l.j §.fin.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſ.iuncta l.more maiorum.ff.de iuriſ.omn.iud. Idem.

PRO. Delegatus iudex ſententiam ſuam exequi non poteſt. l.à diuo Pio.ff.de re iud.

OB. Contrà de.c.quærenti.extra de offi.& poteſt.iud.dele.

SO. Ibi per annum tantùm exequi poteſt de iure canonico. Bellon.

Delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare,niſi ei ſubdelegandi facultas expreſsè conceſſa fuerit.Eſt communis opin.ſecundum Iaſ. in l.à iudice.C.de iudi. Gribal.

PRO. Delictum perſonæ in damnũ eccleſiæ redundare non debet. in c.venerabilis extra de except. Bellon.

PRO. Delicti venia pœnitẽtibus datur.l. Manichæos.C.de hereti.l. vltima.C.de ſum.trini.& fide cathol. Idem.

Delicto obuiare nemo tenetur de iure ciuili ſecundum gloſ.in l.culpa caret.ff.de reg.iur. quam ſequitur Bart.in l.j.§.ſed in eo.ff.ad Sillania.in l.metum.§.ſed licet.ff.quod met. cauſa.in l.vt vim. ff. de iuſti. & iure,Salic.in l.quiſquis.§.id quod de prædictis.C.ad l.Iuli.maieſ.Rom. conſi.cxvij.Felin.in c.qui alios,de hære.& in c.j.de offic.deleg.vbi etiã Deci.& Barb.Anchara.in c.dilecto de ſenten.excommu.lib.vj.Aret. in §.iuris,in fine,inſtitu.de iuſti.& iure,& Iaſ.in dict.l.vt vim. & iſtã ſcribit eſſe communem opinionem Deci.in d.l.culpa caret,nu.4.& Hieronymus.Chucalon,ibi in addit.in principio, & Franciſcus Conſcius de-

canus Senenſis in c.j. nu.78. de offi,deleg,de iure verò Canonico tenetur quis ſi poteſt obuiare delicto,tueríque offenſum vt per gloſſam in dicta l.culpa caret,& ad hoc facit tex, in dicto cap.dilecto,Tamen Andræas Sycul.in d.c.j affirmat opinionem dict.glo,non eſſe veram,quia etiam de iure canonico nemo tenetur alium iuuare,& hoc in foro cõſcientiæ eſſe dicit,& ita iura citata ſecundum eum intelliguntur,& idẽ tenet Ant.de But,in d.c,quantæ,Abb.in c.j. de reſtitu. ſpoliat. Bald.in l. j.C.de ſeruis fugiti.Io,de Anania in c.ij.de hæreti.Sali. in d.§.id quod. Legiſtæ omnes in d.l.vt vim,& Canoniſtæ,in d.c.quãtę,videlicet quod dictæ gloſſ,intelligantur in foro conſcientiæ,& iſta eſt communis opinio,vt conſtat per ſupra allegata,& atteſtatur Conſcius in d,c,j. nu. 84,& ſeq.vbi etiam Decj.& Iaſ,in d,l,vt vim,licet in præcitatis locis ipſi teneant contrarium, videlicet quod de iure canonico quis teneatur aliquem iuuare.Ego verò ſemper hortarer omnes homines, vt obuiarę deberent delictis propter periculum animæ,& conſcientiæ, quæ cunctis rebus præferenda eſt,quãdo poſſet tutè & abſq; aliquo vitæ diſcrimine,& haberent ſecũ arma apta ad obuiandum delictis,& non aliter, Nam vbicunque quis defenderet extraneum,& eum tuendo alium occideret, non veniret puniendus, ita Iaſ.in dicta l. vt vim.vbi ait iſtam eſſe communem opinionem,& D,Phili,in d.c.j, Sed iſta communis ita enucleata,& explicita interpretatur non habere locum in vaſallo, qui profectò tenetur offenſioni domini ſui obuiarę ſecundum Iaco,Leo. cõſilio cxvij.nu,18.quod reperitur poſitum inter conſi, feudalia Alberti Bruni,& ita tenent Doct,in d.l.vt vim. Limitatur quoque iſta communis in nonnullis aliis caſibus traditis per Barto.& alios in dicta lege vt vim,per Anchara,in dicto cap.j.& Deci,in d.l,culpa caret, numero 5, cum aliis ſeq, F.Viuius.

Delicta præſcribuntur per viginti annos, Boër.deciſ.lxxvj.numero 6.communem dicit. Villal.

Concor.cum l.v.tit.vij.par,v.quæ loquitur in falſario; adulteriũ autem accuſatur vſque in quinquennium,l,quinquennium.ff, de adulte.l, iiij.tit.xiij.par.vij.actio de dolo durat per biennium ad intereſſe, ex damno proueniens agitur per triginta annos, l.vj. tit. xvij. parte vij. & hoc damnum non eſt illud de quo loquitur l.iiij.titulo vij.l.v.ordi. Et circa illam legem vide Geral. in ſingulari lxxij. ponendam regulam, & limitationem, B.Villalobos.

Delicta quæ dicuntur grauia,relinquuntur arbitrio iudicis,Alci.in c. cùm non ab homine.num.28,de iud,communem dicit.

L.xxxiij.titu.v.part.j.tria delicta grauia dicit: crimen hæreſis, ſimonia, & homicidium voluntarium;ſed nota iſtam communem ad ampliationem illius legis. Idem.

Delictis,& in atrocibus habentibus ſpeciale nomen delicti,vt in furto,adulterio,homicidio & ſimilibus,mandatum ſuperioris non excuſat.Eſt vera,& communis opin.ſecundum. Iaſ.in conſi. cxxxvj. dubitatur,circa medium,vol.j, M.Grib.

ſi in accuſatione,vel inquiſitione Delictum deductum fuerit, cum aliqua qualitate aggrauante,& poſtea probatum fuerit tale delictum ſimpliciter,ſine illa qualitate,reus in totum abſolui debet. Eſt comm. opin.ſecundum Rom,in conſil, clxvij. Anchar. circa fin.Vide infrà in verb,qualitas,num.1. Idem,

Delinquens poteſt puniri in loco delicti,& in loco originis ſecundum ſtatuta loci delicti,Alcia.in capitulo perniцioſam.nu. 67. de offi, ordi.communem dicit, B.Villal.

*ADDITIO*, Quando autem hoc procedat. vt puniri poſſit in dictis locis,videat dicta per Anto.Roſel,in tracta,de indulgen.num, 148.cum tribus ſequenti.

Nota iſtam communẽm ad declarationem l.xxxij, tit.ij. par,iij, vbi ponitur locus vbi reus delinquens poteſt conueniri; & etiam ad intellectum l.j,& ij,tit.xvij.lib.viij.ord.loquentium de remiſſionibus faciẽdis per iudices ad requiſitionem iudicis procedentis,Et circa dictas remiſſiones vide l.xviij.tit.j.part,vij.per quam approbatur opi.Bart, in l, ſi cui.§.cùm ſacrilegium.ff.de accuſa.dicentis remiſſionem eſſe neceſſariam;& per d.l,j.reprobatur gl,in l.à diuo Pio.§.ſententiam,in verbo in prouinciis,ff,de re iudi.dicens in ciuilibus non habere locum remiſſionem quę communiter approbatur,& per d.l.diſponitur contrarium; tamen dicta gloſſ,poteſt adaptari ad intellectum l, v, tit,ij.lib.iij, ordi. vbi diſponitur,quòd abſens ex contumacia poteſt citari etiam in alieno territorio;quod planè intelligendum eſt in criminalibus, ſecus tamen in ciuilibus,ratione contractus,iuxta tex.in c,Romana.§. contrahentes,de foro compe,lib.vj,& d.l,j,titu,vij,& l.v.eſt intelligenda in iudice delictum cognoſcente,& non in iudice domicilij,vt per Panor, in cap,fin,de foro comp,ex quibus limitatur noſtra communis in hoc regno.Et vide diſt.Panormi,in d.cap,finali.diſtinguentem inter crimina grauia,& leuia,& ſecundum eius diſtinctionem, intellige dictas leges.

PR.Demonſtratio plerumque vice nominis fungitur.l,nominatim. ff.de cond,& demonſt,l,certum.ff.ſi cert.petat. Bellon.

Denuntiatio quæ fieri debet ab emptore venditori,qui de euictione tenetur, non intelligitur ſimpliciter fieri ad hũc finem,vt vẽditor ſciat, ſed vt aliquid faciat,& incitetur,puta ad ſuſcipiendam litem,et defenſionem. Igitur non ſufficit,quod venditor aliunde habeat notitiam dictæ litis ſed requiritur neceſſariò,quòd ei fiat denuntiatio per emptorem:aliàs non tenetur,de euictione,nec ad expenſas:quia non præſumitur emptorem fuiſſe condemnatum propter malum ius,ſed propter ignorantiam iuris venditori competentis. Eſt communis opinio ſecundum Dec,in conſi,lxxiiij,volu.j. M,Gribal.

Denuntiatio Euangelica in prælatis eſt de præcepto. Alcia. in c,nouit.numer,20.de iudi,communem dicit, B.Villal.

Denunciatio Euangelica non requirit trinam monitionem ,vt dicebat Hoſtien,ſed ſufficiunt quæ Panor.in c,in omni negotio, num. 3. de teſti,communem dicit, Idem.

Denuntiationem Euangelicam poteſt facere criminoſus, cum denuntiat pro proprio intereſſe,Alcia,in capit. nouit,numero.14.de iudi, communem dicit,

Amplia ad accuſationem pro propria iniuria,quam poteſt facere accuſatus de aliquo crimine graui.lege,iiij.tit,primo.parte.vij. Idem.

Deportatus non habet teſtamenti factionem, commun,dicit. in §. T. q.xxij.in prin, P.Fich.

Deportatus ex teſtamento nihil capere poteſt, non tamen ideo ſuccedit fiſcus, ſed alij inſtituti,vel ab inteſtato venientes ſuccedunt ac ſi damnatus non fuiſſet inſtitutus. Idem,

Deportatus,cui ex teſtamento, vel ab inteſtato delata eſt hereditas, eſt incapax,& ſuccedunt alij inſtituti,vel venientes ab inteſtato ac ſi deportatus inſtitutus non eſſet.Alex.conſ.xxvj.in prin.libro.j,magis communem ait, Villal,

Depoſitarius de dolo duntaxat tenetur.l.ſi vt certo.§.nunc videndũ, ff.commoda,& § præterea.Inſtitu,quibus modis re contra. oblig. Sed aduerte,quia non ſolùm de dolo,verum de lata culpa etiam tenetur l, j.C.depoſi.& per gloſ,in capitulo finali.in ver. culpa, extra depoſi.& in d.§.præterea,in ver,dolo, & tradit Bal.conſ,ccxviij,pręmittendum eſt, libro quinto,quoniam dictio illa tantum, non excludit latam culpam l.j.§.j,ff.ſi menſ,fal,modum dixe.Inferri etiam poteſt quòd depoſitarius de leui,& leuiſſima culpa nullo pacto teneatur , vt in principio poſuimus,Concluſio hęc procedit quando depoſitum factum ſit gratia deponentis,quia nulla vtilitas eius verſatur,apud quem deponitur,ideo ſolus dolus præſtatur,vt dicit tex.in d,§.nunc videndum, ſecùs ergo, ſi factum ſit depoſitum contemplatione depoſitarij,tunc quippe de leuiſſima culpa tenetur l. ſi quis nec cauſam in princi.ff. ſi cert.peta, ſecundum communem intellectum,de quo latè ſcripſit Deci.ibi,Eodem modo ſi depoſitario obtulit ſe,de leuiſſima culpa obligatur ſecundum gl. in l.contractus,vbi Deci,ff,de reg,iuris,per l.j.§.ſæpe.ff.depoſi.quia eius occaſione,qui rogauit,contractus videtur celebrari.l.ſi gratuita. §.margaritas. ff,de præſcri. verb.Iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Barba,in c.bona fides.numero tertio, de depoſito,licet ipſe in contrarium põderet tex. ibi in æquiparatione,quam facit de eo, qui ſe obtulit,& de eo,qui pecuniam pro cuſtodia recipit;quem vide ibi,quia firmat quòd quãdo quis ſe obtulit, videatur contractus celebratus gratia recipientis tantùm.Si verò depoſitum factum ſit occaſione vtriuſque, depoſitarius de dolo,lata & leui culpa teneatur ſecundum diſtinctionem, quæ habetur in d.§. nunc videndum & latius hoc tradit Bar. in lege quod Nerua,& Abbas poſt alios in capitulo primo, de depoſito. F,Viuius.

Depoſitarius,qui ſe obtulit depoſito,tenetur etiam de leuiſſima culpa.Barbat.in c.bona fides,de depoſi,communem dicit. Villal,

Depoſitarius,qui recipit aliquid pro depoſito;tenetur de leui culpa. Panor,in d.c.bona fides,nu.3,de depoſi.communem dicit. Idem.

Deſtructa ciuitas,Eccleſia, caſtrum &c.quando retineat,vel amittat iura ſua,hæc diſtinctio ab omnibus approbata eſt. Quod aut deſtruitur facto ſuperioris,ſine ſpe reædificationis,& tunc in totum diſſoluitur, & amittit iura ſua:nec ſi reædificatur,recuperat.Aut deſtruitur à Tyrãno,vel ab hoſtibus,& tunc non amittit iura ſua,ſed ea retinet, & eidẽ reædificatio competit,&c.Ita,ſcribit Nico,Bello,conſi.j.nu.8,per iura ibidem allegata. I.Fich,

Nota iſtas communes:vide l.iiij,tit.ii,par,v.& l,j.tit.xv.lib.iij.For.ll.

Deterioratio notabilis facit vt emphyteuta poſſit expelli,ſiue ſit emphyteuta Eccleſiæ,ſiue priuati,com,dicit Cl,in §.E.q.lxxj, P,Fich.

Dictio taxatiua appoſita in lege continente caſum fauorabilem, vel pium expedit extenſionem ad caſus ſimiles,ſecundum glo, Cyn, Bart. Bald.Saly.& omnes in l.illud.C,de ſacroſan, eccle,vbi donatio vſque ad 500,aureos.quæ tunc fieri poterat ad certas pias cauſas duntaxat,ibi commemoratas nihilominus in aliam cauſam ſimilem poterat fieri ſecundum glo,& omnes,ſequitur Barto.in l,ſerui.ff.de vſucapi.Roma. in l.non erit.§.dato,ff,de iureiur.Bart.& ceteri Doct.in l.ſi conſtante,in ix. q.ff.ſol,mat,Crotus,nu.59.& Ripa nu,86.atteſtantur eſſe communem, & tradit Riminal,conſil.cix,nu,24. F.Viuius.

Dictio perinde cùm apponitur cum dictione per omnia, importat omnimodam æqualitatem,Io.Igne.in l.j.§.ſeruus.nume.14.ff. ad Silla, communem dicit. B.Villal.

PRO.Dictio,& cetera,inducit repetitionem omnium dictorum in præcedenti.in lege Gallus,§. & quid ſi tantum.vbi Bar.de liber. & poſthu. Bellonus.

PRO. Dictio, de, auget. in l. j. ff. depoſi. Idem.

PRO. Dictio magis, aliquando comparatiuè, aliquando electiuè ſumitur gl. in l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud.

PRO. Dictio propter, denotat cauſam remotam: dictio verò, Ex, cauſam proximam. l. eo tempore. §. fin. ff. de pecul. l. prima §. fin. ff. de incen. ruin. Idem

PRO. Dictio excluſiua non excludit ſimiles caſus. in l. ob æs alienũ. iuncta gloſſ. C. de præd. mino. Idem.

PRO. Dictum generale generaliter eſt intelligendum. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. l. iiij. de in ius voc. ff. Idem.

PRO. Dictum generale reſtringitur per rationem. in l. cum pater. in §. dulciſſimis. vbi Bart. ff. de lega. ij. Idem.

PRO. Dictum determinatur ſecundum ſuam cauſam. l. ita autem. ff. de admin. tut. Idem.

Dietæ computantur à loco domicilij. Domin. de Rota in deciſio. dcxliij. in antiquis. communem dicunt.

Pragma. xxv. computat iſtas dietas à fine diœceſis illius, qui conuenitur, & qualibet dieta habet decem leucas in dicta pagma. & in l. viij. ti. iii. lib. ij. For. ll. B. Villal.

Dies indultus à lege miſerationis gratia, non impedit natiuitatem, neque exercitium actionis. Ioan. Franc. à Ripa in l. intra dies. in princi. ff. de re iudicat. dicit hanc opinionem communiter receptam P. Vil.

*ADDITIO.* Diem termini aliqui in terminum computari tenuerunt, aliqui verò contrarium. Attenta autem varia opi. Ceſ. Contar. in l. diffamari. in q. xiiij. nu. 92. magis communem dicit non computari: quod amplia, ac limita, vt per Tiraquel. de retrac. munici. in §. j. gloſ. xj. nu. 20. vſque ad fi. & tetigit etiã Marc. Anto Bard. in tract. de temp. Vti. & contin. in c. iij. ſub nu. 1.

PRO. Dies cœpta pro impleta habetur. lege, qua ætate. ff. de teſtamen. Bellon.

PRO. Dies ſtatuta pro homine interpellat. l. magnam. C. de contrahen. ſtipulat. l. ſi fundum. ff. de verb. oblig. l. traiectitiæ. ff. de action. & obligat. l. ij. C. de iur. emphyt. & c. potuit extra loc. idem.

PR. Dies incerta pro conditione habetur in l. dies incertus. ff. de cõd. & demonſt. Idem.

PR. Dies mortis eſt certus, hora vero eius eſt incerta. l. j. ff. de cond. & demonſt. Idem.

PRO. Differentia eſſe debet inter dantem, & accipientem l. j. ff. de auth. tut. in c. ſi. de inſti. extra. Idem.

PR. Difficile eſt vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. cap. cum principatus. j. q. j. Idem.

PRO. Difficile eſt plures in vnum conuocare. l. ij. in. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iur.

PRO. Diffidentia plerunque iuuenes auertit. §. his igitur. Inſtit de iuſt. & iur. Idem.

PRO. Difficilis probatio eſt interreſſe. l. ſi. ff. de præt. ſtipulatio. Idẽ.

PRO. Difficilimũ eſt iuſtum dolorem temperare. in l. ſi adulterium. in §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult. Idem.

Difficultas excuſat a mora etiam in obligationibus dandi, hanc dicit communem antiquorum vſque ad Alex. ſed quod poſteà Recen. contrarium communiter tenet. Purpur. in l. quòd te. nu. 63. ff. ſi certũ petat. B. Villal.

PRO. Diffugiendum eſt malum, eligendum verò bonum eſt. in §. j. in authent. quib. mod. nat. effic. ſui. Bellon.

PRO. Digniora ſunt præponenda. §. final. Inſtitut. naturali.

OB. Contrà, difficiliora ſunt digniora facillioribus, & nunc imperator de facilioribus prius tractat. §. his igitur. Inſtit. de iuſt. & iur.

SO. In gratiam iuuenum voluit prius leuia, deinde difficilia tradere Imperator in libro inſtitutionum. Idem.

PRO. Dignitas filij gloria eſt & laus patris. in auth. conſtitutio, quæ de digni §. generaliter. Bellon.

PRO. Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Luc. 10. cap. ſecundum apoſtolum. extra de præben.

PRO. Dignum eſt vt qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilẽ cũ aliis ſentiant diſciplinã. in c. recolentes. ext. de ſta. mo. ſeu reg. Idem.

Dilatio per iudicem data, poteſt ab eo commutari, reuocari, vel abbreuiari. Iafre. Balbus deciſ. cccxxviij. communem dicit.

Intellige hanc communem, niſi cui facta fuit dilatio, incepiſſet vti illa, vt per d. Balbum quam nota. pro intellect. l. ij. tit. xv. par. iij. Villal.

Dilatio ſecunda non poteſt dari, niſi cauſa cognita etiam ſi iudex coarctauerit primam: Communem teſtatur Ripa in lege. xj. numero 32. de re iudic. Idem.

PRO. Dilatio conceſſa ſuper principali, cenſetur conceſſa, ſuper acceſſorio. l. cũ ſoluendæ, vbi Bart. ff. de diſtract. pigno. Bellon.

Dilatione aſſignata à lege, ſiue cũ miniſterio iudicis, ſiue ſine eo, iudex non poteſt abbreuiare vel prorogare: niſi aliud inueniatur in lege expreſſum, vel quando tempus datur à lege, ſupplendo defectum iudicis. Iaſ. in l. qui pro tribunali. nu. 22. de re iudi. communẽ dicit. B. Vi.

*ADDITIO.* Iſtæ dilationes & aliæ, ſiue a lege, ſiue ab homine datæ an & quãdo prorogari & abbreuiari poſſunt, & de tempore decẽ dierum ad appellandum aliqua per Marc. Ant Bard. in tract de temporibus Vti. & contin. in cap. iij. num. 4. & ſeq. Nota iſtam communem ad intellect. l. j tit. iij. lib. iij. ord. quæ loquitur in conteſtatione. & l. j. & iiij. de terminis iud. cij. & l. ij. tit. vj. de deſtinatoria proponenda, & probanda, & de aliis terminis ad d. l. poſitis.

PRO. Diligenter fines mandati ſunt cuſtodiendi. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. in fin. extra de reſcri. Qui enim excedit mandatum, aliud quicquam facere videtur, ideo tenetur mandati: vt ibi.

OBIEC. Argumentum contrà de l. ſi is. cui. ff. quemadmodum ſerui. amittit. vbi qui amplius facit quam fieri debet, non facit aliud, ſed plus quàm ſit faciendum, ideo nec præiudicatur ei.

SOL. Strictius eſt obſeruanda forma mandati, quàm ſeruitutis. Ratio, quia in negotiis alienis diligentius verſari debemus, quàn in noſtris. l. in re mandata. C. manda. in vſu verò ſeruitutis vti quodammodo iure meo videor. Non mirùm ergo ſi excedens vſum ſeruitutis nõ tam puniatur, quàm excedens formam mandati. Bellon.

PRO. Dimidium facti qui bene cœpit habet. gloſſ. in l. prima. ff. de orig. iur. Idem.

Diœceſis appellatione venit etiam ciuitas in materia larga, ſecus in ſtricta. Alciat. in cap. pernitioſam, numero ſecundo & tertio. de offic. ordi. communem dicit. Villal.

PRO. Diſcretio eſt omnium virtutum mater. in cap. præſentium. j. quæſt. v. in c. j. de offic. cuſtod. extr. Bellon.

PRO. Diſiunctiua poſita inter perſonas inter quas cadit affectio ordinata, non ſoluitur in coniunctam. l. cum pater. §. pen. ff. de lega. ij. Idẽ.

PRO. Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio. gl. in cap. requiritis. j. q. vij. & in cap. vt conſtitueretur. 50. diſt. Idem.

PRO. Diſpenſatio ſine cauſa non eſt tuta quo ad Deum. gloſ. ſing. in cap. non eſt voti. ext. de voto. & vot. redem. Idem.

PRO. Diſpenſationem exorbitantem à iure oportet velut odioſam reſtringi in cap. j. §. fin. de fil. preſb. lib. vj. Idem.

Diſpenſatio Principis ſine cauſa, valet: ſi tamen alteri committat faciendam non valet, niſi cauſa ſit adhibita. Curt. iun. conſilio lcxxv. communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel. l. xx. tit. xxvj. par. v. vbi dicitur, quòd Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnib. caſibus, in quibus non eſt prohibitum, quam intellige in criminibus maioribus adulterio vt habetur in verbo Epiſcopus.

Fallit in diſpenſatione facta per Papam contra ius diuinum, vel canonicum fundatum in ratione diuina, vel naturali: quia in hac diſpenſatione debet eſſe cauſa expreſſa, aliàs non valet. Ioan. de Ripa in cap. ij. de reſtit. ſpol. num. 19. communem dicit. B. Villal.

Diſpenſatio Romani pontificis in affinitate, prouenienti ex coniunctione carnali, & matrimonio oportet quòd vtrunque exprimatur videlicet affinitas, & publica honeſtas. Coua. in epiſt. iiij. ca. vj. §. vij. num. 4. comunem dicit. Idem.

Diſpẽſatio Romani pontificis de crimine non ſolum operatur in via inquiſitionis: ſed etiam accuſationis. Decius conſilio cxxxvj. numero. 1. communem dicit. Idem.

Diſpenſatio non extenditur ad caſum maiorem, vel habentem maiorem rationem, Cur. iun. nu. 95. nu. 7. comm. dicit. Idem.

PRO. Diſponat teſtator, & erit lex. in §. diſponat. in auth. de nupt. Bellonus.

PRO. Diſpoſitio in filio extenditur ad nepotem. l. filium habeo. ff. ad ſenat. Macedon. Appellatione enim filiorum veniunt etiam nepotes. l. liberorum. in fi. ff. de verb. ſignific. Bellon.

Diſpoſitio hominis verificatur in primo actu. Curt. iun. cõſi. clxxviij. num. 27. communem dicit, de quo tamen plenè omnino videndus eſt Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. B. Villal.

Diſpoſitio authen. ex cauſa. C. de lib. præteri. locum habet in præteritione facta de filio per matrem aut alios aſcendentes. Comm. ait Clar. in §. Teſtamentum. quæſt. lj. verſic. Et quia. Similiter etiam locum habet in filio à patre præterito. communem dicit. quæſt. xxxv. verſic. ſed quid. Idem locum habet tam in præteritione filij nati, quàm poſthumi à patre ſcienter facta. commun. in d. quæſt. lj. verſ. Item quæro. Non autem locum habet in poſthumo à patre ignoranter prætetito, comm. in d. quæſt lj. verſicu. ſed quid ſi poſthumus ſit ignoranter. Contrar. dixit Pariſ. in conſil. lx. num. 13. Neque etiam locum habet quando frater à fratre eſt præteritus & turpis perſona inſtituta, communem dicit. d. §. teſtamentum. quæſt. lij. Hæc tamen opinio ipſi Claro non placet. Tandem locus eſt d. diſpoſitioni ſiue exhæredatio facta ſit non inſerta cauſa legitima, ſiue cauſa ſit inſerta, ſed per heredem non probata. comm. dicit in d. quæſt. lij. verſic. vlt. P. Fich.

Diſpoſitio auth. ex cauſa, facit vt etiam legata & fideicommiſſa ſuſtineantur. comm. in. §. d. q. liiij. verſic. Item ſubſtitutiones. commun. idem Clarus dicit. q. liiij. Quæro etiam. Sed legata facta ipſi filio præterito, vel exheredato non ſuſtinentur, comunem dicit. q. liij. verſic. præterea. Similiter non ſuſtinentur legata facta per teſtatorem turpibus perſonis. communem dicit, q. liiij. verſic. Item. Idem.

Diſpoſitio authen. quòd ſine. C. de teſtam. habet locum etiam ſi filij in ſchedula

in ſchedula non ſint æqualiter inſtituti.comm.dicit in §.teſtamentum, q.xviij.verſ.ſed quæro nunquid. Idem.

Diſpoſitio c.cum eſſes,exrra de teſtamen.locum habet etiam in teſtamentis conditis ad cauſas profanas. Commun. dicit Io. Clarus dict. §. Teſtamentum. q.lvij. Extra tamen terras Eccleſiæ non habet locum ea diſpoſitio,quod tamen intellige quo ad forum ſeculare.nã in foro eccleſiaſtico etiam in terris imperij ſeruatur ea diſpoſitio.com.dicit idem in d.q.lvij.verſi. Extra.cum ſequent. Idem.

Diſpoſitio c.j.an agnat.vel fil.locum habet ſolummodo in feudo hereditario, vel ſimpliciter recepto. communem ait in §.feudum,q.lxxvj Contrar.tenet Iſer.in eo.cap.quem ſequuntur Curt.Bru.& Didac. Idẽ.

Diſpoſitio c, potuit, extra de locato.procedit tantùm in emphyteotis eccleſiæ,non autem in emphyteotis laicorum communem dicit. §.feudum,q.viij.verſi.vlt. Idem.

Diſpoſitione.l.j.C.de ſacro.eccleſ.non ſublatæ ſunt omnes ſolennitates iuris ciuilis in teſtamentis ad pias cauſas.com.d.in §. teſtamento, q.vj.verſicu.Fuit. Idem.

Diſpoſitio l.vnic.C.ſi liberal.imp.lib.x.habet locum etiam, in feudis,quæ communiter aliquibus à principe conceſſa ſunt. Magis. com. dicit in §.feudum.q.lxxviij.Contrar. Cyn.in d.l.vnic. Idem.

Diſpoſitio.l. ſi quis argentum.C.de donat. non habet locum in donatione remuneratoria.com.dic.§.donatio.q.xiiij.verſ.quærò. Idem.

Diſpoſitio d.l.ſi quis argentum non habet locum in donatione præſumpta. §.donatio,q.xiiij.ver.Item quæro. Idem.

Diſpoſitio d.l.ſi quis argentum,locum habet etiam in promiſſione de donando.com.d.in §. donatio.q.xiiij.verſi. diſpoſitio, Contrarium, dicit Alci.in l.j.ff.de verbor.obligat. Idem.

Diſpoſitio l.ſi vnquam.C.de reuocan.donat.locum habet tantum in Donat.omnium bonorum,ſed in qualibet parte bonorum donata,non eſt locus illi diſpoſitioni,com.§.donatio. q.xxij. Idem.

Diſpoſitio dict.l.ſi vnquam non habet locum in donatione ob cauſam.com.in §.donatio.q.xxiij.verſi.item quæro. Idem.

Diſpoſitio dict.l.ſi vnquam habet locum in Donatio.Eccleſiæ facta, non tamen reuocatur Donatio niſi ad legitimam filiis poſtea natis cõpetentem.commun.dicit in §.donatio.q.xxiij.in princ. Idem.

Diſpoſitio dict.l.ſi vnquam.locum habet non ſolum quando legitimi & naturales liberi ſuperueniant,ſed etiam ſi naturales tantùm poſtea naſcantur, communem. in §. donatio. quæſtione. vigeſimaquarta, ver.ſed quæro. Idem.

Diſpoſitio d.l.ſi vnquam non habet locum ſi quis tempore donationis habet naturalẽ aliquem filium,& faciat eum poſt donationẽ legitimari.communem dicit in §.donatio.q.xxiij.verſic.Sed quid. Idem.

Diſpotio.§.ex imperfecto.l.hac conſultiſſima.C.de teſtam. non habet locum in teſtamento inter liberos ſi vnus ex liberis ſit præteritus, commun.dicit in §.teſtamentum.q. viij. verſ.ſed quæro. Idem.

Diſpoſitio.§.ex imperfecto.l.hac cõſultiſſima.C.de teſtam.non limitatur per auth. ſubſequentem quantum ad teſtamentum nuncupatiuũ, ſed ſolum quantum ad teſtamentum in ſcriptis,comm.dicit.Io.Clarus, d.§.teſtamentum.q.xj. Idem.

Diſpoſitio §.ex imperfecto.l.hac conſultiſſ.C.de teſtamen. non habet locum inter liberos naturales tantùm vel ſpurios,comm.dicit.Clarus in §.teſtamentum.q.xij.

Diſpoſitio.d.§.ex imperfecto locum habet etiam in legitimatis.com. dicit Clar.in §.teſtamentum.q.xij.verſ.ſed quid.

Diſpoſitio d.§.ex imperfecto locũ habet etiam inter liberos,qui per ſtatutum ſunt excluſi à ſucceſſione inteſtati.comm.in §. teſtamentum. q.xij.verſicu.Item quæro. Idem.

Diſpoſitio d.§. ex imperfecto locum habet nõ ſolum inter filios primi gradus tantum,ſed etiam vlterioris,vt nepos &c.com. dicit in §.teſtamentum.q.xij.verſ.quæro etiam. Idem.

Diſpoſitio d.§.ex imperfecto non habet locum ſi filius familias teſtetur inter parentes,com.dicit in §.teſtamentum.q.xij.verſ.vlti. Idẽ.

Diſpoſitio §.ſi quis,auth.l.hac conſultiſſima.C.de teſtamen.non habet locum quando in ſecundo teſtamento eſſet præteritus aliquis ex filiis teſtatoris.communem in §.teſtamentũ.q. xcv.verſi.Scias tamen.

Diſpoſitio teſtatoris de perſonis quæ ſibi ab inteſtato ſuccedere poſſent,in dubio intelligitur eo modo & ordine,quo de iure communi vel municipali ad ſucceſſionem ab inteſtato vocarentur.communem in §. teſtamentum.q.lxxvj.verſic.ſecundo infertur. Idem. P.Fich.

P R O. Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.l.apud antiquos.C.de furt.& can.ſi peccauerit.ij.q.j. Bellonus.

Diſtributiones quotidianæ,& ex cõſuetudine abſentibus,& nõ miniſtrantibus,dari nõ debent.c.vnic.de cleri.non reſiden.in vj.vbi Doct. imò nec canonicis ſecundũ iuris diſpoſitionem. Exiſtentibus autem in Epiſcopi ſeruitio,& miniſterio debentur iſtæ diſtributiones.cap.de cetero.de cleri.non reſid.Similiter nec illi,qui literis in aliquo ſtudio operam dant, diſtributiones quotidianas recipiunt, vt not.in c.licet. de præb.vbi gl.Abb.& Doct.communiter in cap. in præſentia. de probat. vbi Modern.hoc latè explicant,quibus adſtipulatur iſtud not. quòd habens à Papa priuil.vt fructus beneficij etiam abſens recipiat,non poſſet quotidianas diſtributiones ex eo habere.text.eſt, & ibi gloſſ. communiter approbata in cap.fin.de reſcript.libro ſexto.gloſſ.& ibidem Doct. in cap.ij.de priuil.eod.lib.tradit.Ioan.Staphi.in tract.de literis gratię.& quamuis pontifex proprio reſcripto iubeat abſenti reddi fructus beneficij ac ſi clericus præſens eſſet, non ob hoc ei diſtributiones quotidianæ debentur ſecundum gloſſ.communiter receptam in d.cap.vnico.de cleri. non reſiden. in vj. & ibi Probus. numero quinquageſimo. & hoc idem dicendum erit vbicunque Pontifex abſenti permitteret fructus percipere,& ei debere ſtatueret,ac ſi reſideret. Adhuc enim ex hac indulgentia fructus beneficij, diſtinctos, & ſeparatos à diſtributionibus quotidianis percipiet, nõ autem ipſas diſtributiones quotidianas,quod annotauit Caſſador. poſt alios in deciſio.vnica.in titulo de clericis non reſidentibus. F.Viuius.

Diſtributum per verbum, quodlibet, tribuit actum cuilibet in ſolidum.Bello.conſi.xx.nume.2.communem dicit.ex Bart.in l.hoc articulo.ff.de here.inſtit.& Curt.Iuni.conſi.xlix.quam intellige quando verba diſtributiua ſunt appoſita inter diſtributiuos principales : ſecùs tamen,ſi ad eorum ſucceſſores referatur,vt ſi inſtitutus eſt Petrus & Sẽpronius:& quilibet eorum tunc vnicuique in ſolidum actum tribuit, tamen ſi inſtituatur Titius,& Caius & filij cuiuſlibet eorum,vel ſi cõcedatur pro Sempronio,& pro quolibet eius filio,vel eius deſcendenti:tunc vno ex filiis deſcendentibus mortuo,non accreſcit alteri, ita in terminis conſuluit Petr.de Anchar.conſi.ccxlv.& Cur.Iun.cõſi.lv.B.V.

P R O. Diuerſa ratio pactum reformat.in l.interpoſitas. C. de tranſact. Bellonus.

P R O. Diuerſa proponens non auditur.l. profeſſio, & deſyderium tuum.C.de mu.patr.lib.x. Idem.

P R O. Diuerſitas nominum diuerſitatem conſtituit effectuum l. ſi idem.C.de codicillis.

O B I E C. Contrà.de l.quicunque.§.idcirco.C.de hæretic.vbi eſt diuerſum nomen hæreticorum,& tamen eadem hæreſis.& l.j.ff.de legat. j.& l.ij.C.communia.de leg.vbi legata & fideicom. diuerſa habent nomina,& tamen habent eundem effectum.

S O L. Diuerſæ appellationes diuerſos effectus conſtituunt,diuerſos tractatus habent,aliàs minimè,vt in contrariis. Idem.

P R O. Diuerſitas factorum exigit diuerſitatem pœnarum. l. ſi ſeruus.ff.de nox. Idem.

P R O. Diuerſitas temporum diuerſitatẽ donationum inducit l.ſancimus.in §.ſi quis autem.C.de donat. Idem.

P R O. Diuerſitatem corporum diuerſitas ſæpe ſequitur animorum. c.quia diuerſitatem.extrà de conceſ.præben. Idem.

P R O. Diuinus cultus eſt ſemper augendus, non deminuendus. in can.vaſa.de pœnitentia.diſt.iij.c.ex parte.extrà.de conſtit. Idem.

Diuidi poſſunt de iure feuda inferiora tantùm.maiora enim(vt Ducatus,Marchiæ, vel Comitatus) non diuidi debent. communem dicit I.Clarus.§.feudum q.xliiij.ſed conſuetudine hodie vbique ferè diuiduntur.de qua conſuet.Gratus in conſil.iiij.nu.29.lib.j. P.Fich.

Diuiſionem inter heredes teſtator prohibere non poteſt.communẽ dicit idem in §.teſtamentum.q.lxvij.ver.quæro an. Idem.

Per ſimplicem diuiſionem non cenſetur remitti fideicommiſſum. Eſt communis opinio ſecundum Decium conſil. cclxvij. non excedit, in princ. & eundem in conſilio lxxix.volum.j. Tamen Deciſ.ibidem limitat communem opinionem procedere in fideicommiſſo de futuro, quod nondum erat purificatum:ſecùs tamen in fideicommiſſo iam purificato,quia in eo non procedit communis opinio.Adde Dec.conſilio lxxix.vol.j.Corn.conſil.cij.licet in hoc.vol.iiij.Dec.conſi.ccxliij.vt clarior.verſic.venio ad ſecundum.vol.j. M.Grib.

volentibus fratribus venire ad Diuiſionem, maior non tenetur facere partes,& dare electionem minori,vt vulgò circumfertur, ſed electio debet fieri ſorte,vel arbitrio iudicis.Eſt cõmunis opi. ſecund.Iaſ.in l.ſi duobus.in j.not.C.com.de leg.& in l.j.ff.ſi certum pet. Idem latiſſimè in §.quædam.Inſtit.de actio. Idem.

Illud quod dicitur in l.ſi creditores C.de pact. quod per receptionẽ partis inducitur tacita Diuiſio,procedit,quando recipiens ſolutionem, recepit illam partem non ſimpliciter.ſed tanquam partem ſpectantem ad ſoluentem,ſeu pro perſona ſoluentis : ſecùs tamen, ſi ſimpliciter dictam partem , & virilem recepiſſet,quia non induceretur diuiſio. Eſt communis opinio ſecundum Alexand.in conſilio clxxviij. viſo proceſſu.volum.vij. Idem.

Fideicommiſſum iniunctum fratribus etiam reciprocum & coæquæuum.per diuiſionem etiam cum clauſula qua promiſerunt ad inuicem,ſe nihil contra talem diuiſionem facturos,non cenſetur remiſſum. Eſt communis opinio contra Angelum ſecundum Alexan.conſi.clxvij. viſis.vol.vij.Adde Dec.conſi.lxxix. diligenter viſo.verſi.venio ad ſecundum.vol.j.vbi dicit magis communem. Idem.

Ex poſſeſſione pacifica decẽ annorum apud vnum ſolùm exiſtente, in re aliàs communi , præſumitur facta Diuiſio. Eſt communis opinio ſecundum Dec.conſil.lxxix.in fin.vol.j.Vel ſic.

Ex poſſeſſione diutina xx.annorum alicuius partis rei communis,& ſuſtentatione onerum dictæ rei , inſolidum præſumitur diuiſio. gloſſ.

communiter

communiter adprobata in l.penulti.C.commu.diuid.Eſt communis opinio ſecundum Alex.in conſil.cxxxix.viſo.in fin.vol.ij. M.Gribald.

Diuiſionem non poteſt prohibere teſtator. Cur.Iun. conſi.cxii. nu.1. communem dicit. Villal.

Diuiſio inter fratres,ſi ſit facienda,non debet maior facere partes, & minor eligere,ſed fit diuiſio ſorte,vel officio iudicis. Iaſon .in l.ſi duobus,nume.7.C.communia de legat.communem dicit. B.Villal.

Idem Iaſ.in l.j.nu.36.ff.ſi cert.peta.plenius tractat,& refert Legiſtas communiter hanc primam opinionem(quæ originaliter fuit Bartol.in l.xj.C.quand.& quib.pars.lib.x.)tenere.Canoniſtas autem communiter tenere contrariam:quod imo maior teneatur diuiſionem facere, & iunior habere electionem.In qua videtur etiã ipſe Iaſ.(licet dicat hũc paſſum eſſe in magna dubitatione) reſidere. Hanc quæſtionem tractat plenè idem Iaſ.in §.omnes autem.nu.61. cum ſeq.Inſtit.de Actio. vbi expreſſè dicit,tenendam eſſe opinionem Canoniſtarum, &c. Declarat tamen eam notabiliter ibidem, Nempe quod maior hîc non capiatur ratione temporis vel ætatis,ſed adminiſtrationis,ſcilicet qui diutiùs adminiſtrauit,hoc dicit probare tex.in cap.j.de Paroch.& quod hoc ibidem expreſſè notant Hoſtien.Ioan.And.Anto.But.& Abb. pro hac cõſuluit Aemi.Ferre.conſil.j.Et dicit Minſing.obſer.xxxvij.Cen.iiij.quod iſta poſterior opinio ſeruetur in Camera. I.Fich.

Diuiſio inter fratres præſumitur,ſi diu fuerint ſeparati,vnuſquiſque partem poſſidens. Boër.deci.lviij. Iaſ.conſi. cxxvij.volu.j.communem dicunt. Et iſtud diu,intelligitur per decennium,vt poſt Alex.communem etiam dicit Stepha.Bertr.conſil.cccxliiij.vol.j.per l.ſi cum.§.Ariſto.ff.qui & à quib.

Limita ſi eſſet inæqualitas poſſeſſionis.Balbus de præſcri. par.iij.q.x. nume,45 communem dicit.

Nota iſtas communes ad intell.l.viij.titu.vj.lib.iij.For.ll. & l.v. tit. xiij.lib.iij.ordi.quæ aſſumpta eſt à l.ij.tit.xj.lib.ij.For.ll.quæ leges dicũt inter fratres habentes rem pro indiuiſo,poſſidens ex tempore non iuuatur,quæ leges concordat cum communi poſita in verſi.præſcriptio.nu. 290.eſt intelligenda non quo ad præſumptionem vt hic de qua per Alexand. conſil.xcvj.vol.ij.& Deci.conſilio lxxix.nu.3.

Nota tamen,& intellige dictas leges,niſi alias vnus fratrum per triginta annos poſſediſſet,vt eſt glo.notabilis iuncto text.in §.j.de perper. & tempo.actio.Inſtit.quam glo.in d.l.viij. Suarez.à num.38.vſque in finem per plura comprobat:dicens,quòd verbum,perpetuò,poſitum in diſpoſitione non tranſcendit triginta annos , vbi dicit quòd licet filio non currat tempus ad ſe immiſcendum in hereditate paterna per l. licet.C.de iure deliber.currit tamen tempus triginta annorum. Et hanc opin.dicit magis communem nume.40.verſi.intellige. ad quod accedit dictũ Ange,& Bart.in l.ſi quis decurio.C.de decur.lib.xj.quòd præſcriptio quadragenaria non cenſetur excluſa per conſtitutionem omnem præſcriptionem excludentem,quod etiam tenet Ang. in l.j. ff.de concu.quem refert Curt.Iun.conſi.clviij. nume.13. quod eſt etiam ex mente d.l.v. ordi.& l.ij. feri.iuncta l.xxj.tit.xxix.part.iij. quia in d.l.v. ſunt æquiparatæ res furtiuæ.& per l.xxj.res furtiua præſcribitur per triginta annos,& ſic res fratrum:cùm de æquiparatis idem ſit iudicium. glo.in cap.ſi poſtquam de elect.in vj.Ange.in §.j.in prin.Inſtit.de legi. paren.tute.no.iij.per text.in l.ſi quis ſeruo. C.de furt.& ibi glo.Barto. & Docto.quod etiam corroboratur per gloſ.in cap.ſolicite. de reſtit. ſpol.Balbus in præſcri.in iiij.part.q.xxiiij.vbi dicitur,quod remedium canonis redintegranda,competit perpetuò,per glo.dicitur non excedere triginta annos,& Balbus dicit communem opinionem. Villal.

Diuiſio non inducitur ex petitione, & ſolutione partis debiti ab vno ex correis debendi receptæ,non expreſſo quod petebatur,& ſoluebatur pro virili Balbus deciſio.ccccccclxxxix.communem dicit. Idem.

Diuiſio ſimplex cum clauſula de non contrauenniendo , non videtur cauſare renunciationem fideicommiſſi,niſi aliter conſtet ex mente diuidentium.Curt.Iun conſilio xlix.numero.12.& ante eum Deci.conſi. ccxliij.nume.2.communem inquiunt. Idem.

Diuiſio ſi petatur reformari non ex eo quòd non potuit fieri , ſed ex eo quòd altera pars minùs recepit,diuiſio in totum non diſſoluitur,ſed arbitrio iudicis tollitur læſio,vel in alia re ad arbitrium non læſi. Lud. Gozard.conſi.xliiij.numero.15.communem ait, ex Bartol. Bal. Docto. in l.j.C.commu.diuid. Idem.

Diuiſio aliàs inualida iuramento confirmatur. Communem dicit. Durand.in ar.teſtan.Tit.iij.numer.2. I.Fichar.

PRO.Diuiſio reddit rem clariorem.in l.j.ff.de do.mal.exce.in §.ſed non vſque.Inſtit.de leg.no.glo.in proœ.Inſtit.in verbo,pertinet. Bel.

PRO.Diuiſio gratia vberioris culturæ,diuerſos fundos non facit. l. Caius.§.Titius.ff.de legatis ſecundo. Bellon.

Doctor,& Aduocatus poteſt eſſe decimo ſeptimo anno.l.j.§.initium. ff.de poſtulan,vnde ſi ipſe tanquam minor allegaret ſe deceptũ,ac læſum in allegatione Iuris,non eſſet reſtituendus omittens quædam allegare in cauſa ſua,allegánſque ex hoc ſe deceptum,& cetera.vt per ſcriben.omnes communiter in l. j. C.qui, & aduerſus quos. & opinionem iſtam ſcribit eſſe communem Boëri. deciſio.cccl.num,7. & Gulielmus Raynerius in l,nihil.§,non capitur.nu.5.ff. de reg.iur.cũ ſit contra eum præſumptio.arg.d.l.j.§.initium,quoniam in ſuo doctoratu fuit approbatus tanquam ſapiens,ita quod in ſuo caſu profeſſio ſua & ſuum deſiderium repugnant,vt in ſimili dicitur in l.profeſſio.cum ibi not.in glo. C.de muneri.patri.libr.x.& tenet Cy.& Docto. in d.§.initium, & Angel.conſi.lviij.& facit quia turpe eſt patricio viro ius,circa quod verſatur,ignorare,vt dicit tex.in l.ij.§.Mutij.ff.de origine iur.& ita etiã tenet Marcus Mantua in ſuis apoptheg.apoph.xx. vbi ait hoc idem dicendũ in mercatore,qui quippe ſi reperiretur deſcriptus in matricula mercatorum & aſſereret ſe in actibus mercantiæ deceptum non audiretur ſecundum Ang.in l.j.C.qui & aduerſus quos,quia ſecundum Mantuam in loco citato,quodam modo mercator iſte allegaret turpitudinem ſuã ab alio non detectam,contra tritam iuris regulam. F.Viuius.

Doctor,vel aduocatus,qui operas ſuas locauerunt caſu quo moriantur,pendente anno locationis tranſmittunt ſalarium annuum ratione illius anni ad heredes,& per conſequens eorum heredes poſſunt petere integrum ſalarium totius anni ſecundum Iaſo.poſt alios in l. diem functo.ff.de offic.aſſeſſo.per tex.in l.poſt duos.C.de adu.diuer.iudi.Ratio dicti huius iſta videtur,quia per eos nõ ſtetit.l.j.§.Diuus.ff.de variis & extraordi.cogni.Iſtam ſcribunt eſſe communem opinionem Mod.in l.diem functo,præſertímque Curt.Iun.inibi.nu.53.Ampliatur hoc etiã habere locum in prætore moriente intra tempus ſui officij,qui quidem ſalarium totius anni tranſmittit ad ſuos heredes,vt tradunt Bar.Angel, Bald.ceteríque communiter in d.l.diem functo.Iſtam communem ſequuntur,atteſtantúrque Deci.ibi.nu.15.Iaſ.nu.38.& Curt.Iun.nu.29. & Ripa in tract.de peſte.in ti. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis nu.115.Ampliatur quoque in Doct.legente & moriente, qui proculdubio tranſmittit ſalarium ad ſuos,ſecundum gloſſ.in d.§.Diuus.vbi hoc idẽ procedere dicit in doctore impedito infirmitate cui etiam debetur totum ſalarium per rationem illius tex.& per elegantem text. in l.cum heredes.§.Stichus.ff.de ſtat.liber.hoc idẽ voluit etiam Bal.l.vnic.quæſt. iij.C.de ſuffrag.Iaſ.Deci.Iacob.Nigri,ceteríque Moder.in d.l.diẽ functo.Alexan.& Dec.in d.l.j.ff.de offic.eius,& ibi excellentiſſimus & celeberrimus Do.Petrus Caleſatus de Plumbino præceptor & promotor meus,nu.265.ait iſtam eſſe communem opinionem,& Curt.Iuni.in d. l.diem functo,contra verò iſtam communem adſertionem nonnulla argumenta adducuntur per Fulg.& Rom.in d.l.j. quibus omnib.abundè reſpondet Deci.& poſt eum doctiſſimè more ſuo D.Petrus ſequendo communem.numero 266.& ſeq. F.Viuius.

Doctori famoſo(quemadmodum eſt Alex.)atteſtanti de conſuetudine,vel conſuetudinem ita eſſe,vel in aliqua particulari Ciuitate ita,& taliter obſeruari credendum eſt ſecundum Bart. in l. de quib.ff. de legi. à quo diſcordant omnes Moder.communiter, & complures alij.Doct. quos congerit Pari.conſi.clviij.vo. iiij. Rochus Curt.in cap.fin.ſectio. vij.nume.9.de conſuet.Hoc Bart.dictum videtur nimis dubitabile , vt referunt Moder.ipſi in d.l.de quibus.& Pariſi.conſi.cv.nu.4.Sed aduerte,ne erres,quia Barto.opinio videtur magis communis vt ſcribit Ioan. Bapt.Ferretus conſi.cij.nu.6.Gratus conſi.xij.nu.58.& ſeq. Deci.in l.ij. §.mutui datio,num.8.ff.ſi cer.peta.vbi eam nonnihil tueri conatur, & Mod.Senenſes conſi.lx.Aſſertio autem prædicta Doctoris de conſuetudine ad tollendum omne dubium ſecundum veriorem,& communiorem opinionem ſaltem inducit præſumptionem.& transfert in partem aduerſam probãdi onus.& hoc vltra alios firmat Dec.conſi.cccccclix.in caſu.& conſilio ccccccxciiij.pro reſolutione.Curt.Iuni. conſi.lx. nume.5.cum aliis cumulatis per Moder.in d.l.de quibus.& Stracca. in tractat.de mercatura in v.par.de Doctorib.nume.6. Procederent quoque præmiſſa abſque dubio etiam in curia duntaxat,in qua verſatus eſt Doctor ille qui ſuis ſcriptis de re aliqua eſſe conſuetudinem atteſtatur, vt per Par.de puteo in tracta.ſyndic.in ver.doctor ſeu aduocatus.Alex. conſi.v.circa primum lib.iij.Deci.conſi.cccclxxij. teſtator. Hoc modo poſſet procedere dictum Bart.in d.l.de quibus.Quatenus verò ſuperi* concluſum fuit,quod ſtandum eſt dicto Doctoris atteſtantis de conſuetudine,dic plenè vt per Iaſ.in d.l.de quibus.per Curt. in d.capi.fin. in ſectio.vij.nu.9.Marſy.in pract.cri.in §.conſtante.& in rep.l.fin. ff. de quæſt. Capiciũ deciſio clxxvj.& Gram.vol.xiij.& in hac quæſtione variauit Deci.in dicto conſi.cccclxxxij.& cccccxcj. ponit Marſi.ſingul. ccccccclxviij.Probus in cap.j.de conſtit.& in rub de conſue.in vj.& adde Zaſium dicentem in d.l.de quibus.ponderandum eſſe an Doct.ſpecificet locum conſuetudinis vt ei credatur. F.Viuius.

Doctor qui per viginti annos publicè legit,efficitur illuſtris.Iaſ.in l. quæcunque.nu.12.ff.de officio eius,communia dicit. B.Villal.

Doctor habet dignitatem communem, teſtatur Fel.poſt Io.de Anani.in capit.quanto.nu.1.extra de magiſt. Idem.

Doctori atteſtanti aliquam opinionem eſſe communem , creditur. Doct.in l.de quibus.ff.de legib.Hieron.Alba.conſi.v. nu. 46. licet enim Doctori de conſuetudine atteſtanti non credatur, quoniam ea facti ſit, in quo vel prudentiſſimi falli poſſunt, vt ſupra dictum eſt,in ver. conſuetudo,tamen aſſerenti aliquam opinionem eſſe in iure fundatam,aut communem,ei creditur,ſecundum regulam,vnicuique in arte ſua credendum eſſe,c.vt conſtitueretur.50.diſt.Et quæ ad hoc congerit Matth. de Afflict.deciſ.cclij.num.10.Et quia doctoribus conceſſa eſt poteſtas

iura interpretandi, licet eorum interpretatio probabilis tantum, non autem neceſſaria ſit ſecundnm gloſ.in l. j. C, de legibus, Et hoc concedunt etiam Alexand,in l.poſt dotem. num, 29. ff.ſolut. matr. atque alij quos ſupra in d, verb.conſuetudo recenſui. Nec admodum controuertitur.Quod ego tamen intelligo,ſi talis Doctor ſit non ſolum excellēs, ſed etiam integræ,atque receptæ fidei,non autem qualis Andreas Barbatia cuius allegationibus non eſt confidendum,vt multi dicūt,quamuis enim fuerit celeberrimus, tamen Doctor cum veritatis obliuione, (quo nihil execrabilius eſt in iuriſconſulto) à quibuſdam appellatur, De quo multa Neuizanus in dicto libro quinto. Syluæ nupt. Calca,conſilio primo in prin.Et plura congeſſit Iacob.Menoch.in xiiij.Remedio, recup.poſſ.num,57. I.Fich,

PRO. Diuites & non pauperes ad officia ciuitatum eligantur, ne pauperes forte non poſſint adimplere officium, l, ad ſubeunda, C, de decur,libro x, Bellon,

PRO. Doctores excellere debent ſcientia, moribus & facundia l, vnica.C.de profeſſ.qui in vrbe Conſt, lib. xij, & l.magiſtros, C.de profeſſ,& med,lib.x Bellon.

PRO, Doctoratus eſt nomen dignitatis,in cap,quanto, vbi Pan, in primo nota.extra de magiſt, Bellon,

Dolus quando requiritur ad incurrendam pœnam: non ſufficit lata culpa.Iaſ.in l,in actionib;nu,23, ff,de in litem iurand, cōmunem dicit, quam refert & ſequitur Coua,in epiſt,iij,c,vj.§.viij.nu.21, B.Vill,

Dolus præſumitur,quando interuenit enormiſſima læſio. Curt,iun, conſi.cxlj.nu,6,communem dicit. Idem,

Dolus præſumptus poteſt remitti. Hieron, Cagn,in l, contractus.nu, 101.ff.de reg,iur.communem dicit,

Intellige iſtam communem in dolo præterito: non tamen in futuro Bart in l. Aurelia,§.Gaius,ff,de libe.lega.Segu,in l.ſi ex legati cauſa, nu, 28.ff.de verb.oblig.pro quibus eſt l,xix.tit.xv,par.v, Idem.

Dolus ſi dedit cauſam contractui bonæ fidei:reddit contractum ipſo iure nullum:ſi tamen erat ſtricti iuris, venit annulādus. Coua,in regul, poſſeſſor.de reg iur,in vj.parte ſecunda.§.vj, nu,6. communem dicit ex gl.in §.actionum.Inſtit,de action. Idem.

PRO. Dolus dicitur delictum,in l.planè.ff,de tutel. & ra. diſtra,& in l.ſi ex cauſa.in §,nunc videndum.ff.de mino. Bellon.Toloſ.

PRO. Dolus aut deſidia alterius alteri nocere non debet. in l,electio.in §.fi.ff.de noxal.actio.& l.iij.ff.de tranſact. Idem,

PRO. Dolus præponderat culpæ.l,ſi mora, ff,ſolu,matr,& in l,item ſi obſtetrix.ff.ad l.Aquil. Idem,

PRO. Dolus ex indiciis perſpicuis probari debet. l, dolum, C, de dolo. Idem,

PRO. Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, & contractum ipſo iure annullat.& l,eleganter.ff.de dolo malo,

OBIEC. Contra de cap,penult,extra quod met.cau. vbi licet dolus det cauſam contractui,non tamen ſubuenitur dolum paſſo, neç reſcinditur contractus.

SOL. Ibi in ſpiritualibus. Idem,

PRO. Doli exceptio eſt exceptionis pacti ſubſidiaria, l,reſcriptum, §.plerunque.ff.de pact. Idem.

Dolo ineſt fraus.l.iuris gentium.§.ſed ſi fraudandi.ff.de pact. Idem,

PRO. Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt. l,dolo. ff. de dol, mal.except.

OBIEC. Contrà de leg.j.in §.rediguntur.ff.quorum legat,vbi legatarij ex illo edicto reſtituunt legata quæ poſſident,vt his reſtitutis,heredem conueniant.

Sol.Hæc regula vera eſt,ſi quod debet ei à quo petitur reddi,clarum ſit & liquidum:aliàs non,vt in contrario.

OBIEC. Præterea oppono de l.ſi quis conductionis. C.locati,vbi ex illa lege reſtituitur poſſeſſio locatori, vt conductor poſtea vendicet dominium ſuum,

SOL. Hæc regula non habet locum in poſſeſſoriis recuperandæ: quoniam in illis poſſeſſor ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus.in l. ſi quis ad ſe fundum. C.ad l,Iul.de vi. Idem.

PRO. Dolo facit qui contra tranſactionem expertus amplius petit.l.eleganter.in §.fin.ff.de condi.indeb. Idem.

Domicilium ſolum retinetur vſque ad annum, & non vlterius,Boë, dec.xiij.nu.8.comm.dicit. B.Villal.

Domicilij mariti ſtatutum eſt attendendum,cum agitur de lucrāda dote per maritum,& non ius commune:nec ſtatutum domicilij vxoris. Curt.iun.conſi.cxx,nu,6.& Iaſ.in l. arrogator. num.44. ff. de adopt. & in l.j.C.de ſumma Trinit.in prima lectura num 24.& in ij.num.60, & Coua.epiſt.iii .cap.vij.nu,6.communem dicit.

Amplia iſtam communem, non ſolum quando agitur de lucranda dote,ſed tiam ſi agatur de reſtituenda,quia non poteſt conueniri in loco contractus,ſed domicilij.Coua.ibi communem dicit.

Limita,niſi bona vtriuſque vxoris & mariti ſint in alio loco: non enim ſtatutum illius loci eſt attendendum. Antonius Rube. conſil. lxxj. communem dicit.

Limita ſecundò,ſi matrimonium ſit contractum eo animo,vt in loco vxoris ambo vitam agant.Coua.in d.cap.vij.num.7. communem dicit. ex Bald in l,fin.C.ſi à non compet.iudic.alias limit. vt per Iaſ. in d.l.arrogator.& in l.j.

Circa materiam iſtarum communium vide l.xxviiij. titu.xj, par.iiij, vbi dicit,quòd quo ad dotem,vel ad arrhas ſponſalitias,vel lucra habita durante matrimonio eſt attendendum ſtatutum, vel conſuetudo loci, vbi contractum eſt matrimonium,quod nota.

Nota etiam quòd ſi vir & vxor deſtinentur viuere in aliquo loco: & contingat quod matrimoniū diſſoluatur in alio,conſiderabitur conſuetudo,& ſtatutum loci vbi matrimonium fuit perfectum vel fuit deſtinatum per eos, & non domicilium vbi matrimonium diſſoluitur, Boë in conſu. Bit.in rub. *Des couſtumes conſernans les mariages & douaires*.§.iiij.communem dicit ex Fely.in c.j.de ſpoſal. Idem.

PRO. Domeſtica teſtimonia de iure reprobantur.l. etiam,& l.parentes.C.de teſtib, Bellon.

PRO, Domini eſt terra & plenitudo eius. Pſal. xxiij. & c.tua,extra de decim. Bellon.

PRO. Domini appellatione,& dominum pro parte contineri poſſe certum eſt.l.j.§.domini.ff.de ſenat.Silla. Idem.

PRO. Dominium à naturali poſſeſſione cœpit. ff. de acquir. poſſeſſ. Idem.

PRO. Dominium & iuriſdictio,dignitas quoque & ſtatus,æquiparantur.l.qui furere.& ibi Bald.ff.de ſta.hom. Idem.

Dominium non transfertur ex ſimplici traditione ſine titulo & cauſa.quando illa cauſa non ſubeſt.neç re,neç ſpe:ſeçus tamen, ſi ſperatur quòd reuiuiſcat, Anton,Gomez,in l,xlv.tau.num,30,communem dicit ex Bart.in l.ſub conditione,in fin,ff.de ſolu,nu.9 B.Villal,

Dominium per contractum habilem,ſola traditione ſimplici transfertur:Idem Anton.Gomez.in d.l.num.91.communem dicit ex gloſ.& Doct.in l.ſi fundum.ff.de fund.dota. Idem.

Nota quòd licet ſola pollicitatione obligatur quis eccleſiæ, & pio loco,vt in l.j.ff.de pollic,non tamen ex ſola pollicitatione,ſine traditione acquirit eccleſia,vel pius locus Dominium. Idem ibi nu.91.comm, dicit ex gl.& Doct,in l.ſi quis rem.§.res etenim.ff.de polli. Idem.

Dominium ex pluribus cauſis proueniens poſt acquiſitum, non retinetur:ſecùs ſi à principio concurrant plures tituli. Anton. Gomez.in l.xlv.taur.num.98.communem dicit ex gloſſ.in l.numerationibus.§.ex pluribus,ff.de ſolu, Idem.

Dominium rei tranſactæ non transfertur per tranſactionem, & ſic renuncians liti per tranſactionem non tenetur de euictione.Idem Gomez.num.71.communem dicit ex Doct. in l.pen, de vſu. pro empt, & Azo,in ſumma de vſucapio.pro empt.num 29. Idem.

Reſtringe iſtam communem ad rem deductam in iudicio,ſi tamen detur alia res diuerſa,vt à lite diſcedatur, ſi res erat dantis, dominium transfertur,ſin autem dat cauſam vſucapiendi, Idem in d.num.71.communem dicit ex Bart.& Paulo de Caſtr.in l.j. ff. pro empto. & ſic dicit intelligendam l. pen. C.pro empto.

Nota quòd ſi iſta res quæ traditur,vt renuncietur,euincatur à tertio, tenetur de euictione tradens, Idem ibi nu.73.cōmunem dicit:ex Doct. in l.ſi pro fundo. C.de tranſactio. Idem.

Dominium probatur per comm. opin.vel famam. Caſſa, in conſuetud.Burg.rub.j.§ ii.& gl.num.15.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Limita veram eſſe in antiquis, Gab. Sarap. in anota.ad Sing.Matheſ.xij. nu.23. Sed quia probatio dominij ſolet eſſe difficilis,an,quando,& quomodo probetur vel præſumatur, vt per inſtrumeutum locationis pro Marc.Anton Bard. in tract.de temp. vtil.& contin.in c.xviij,num.2.vbi de aliis probationibus dominij.

Dominium transfertur per ſententiam. Iaſ.in l.ex hoc inre. nu.45.ff, de iuſt.& iure,communem dicit. Idem.

Dominium rei legatæ tranſit in legatarium à morte teſtatoris fictè: ab adita tamen hereditate verè. Ant.Nice.in concor.gloſ.xciij.communem dicit. Idem,

Dominium non amittit confitens habere in emphiteuſim rē ſuam. Ioan.de Ripa.in l.conditionis.num,23.C,de pact,communem dicit. & vide ſupra in verbo conducens. Idem.

Dominium non probatur per inſtrumentum locationis inter conductorem & locatorem,quando agitur actione reali contra conductorem, Alex.conſi.xxj.vol.iiij.communem dicit. Idem.

Dominium rei non eſt neceſſe probari per actorem agentem cum vendente,vel herede eius, Mathe.Affli.in Neapo.deciſ.xl. communem dicit. Idem.

Dominiū tribus his concurrentibus, videlicet titulo vacuæ poſſeſſionis,traditione & pretij numeratione probari voluit Placen.in l.cum res. C.de proba.Gloſ.tamen ibi,in verb.venditā.contrarium concludit. Mouetur quòd ex iſtis tribus neceſſariò non inferatur emptorem dominū fore,cùm poſſibile ſit venditorem dominum rei venditæ non fuiſſe.l. traditio.ff.de acquir.rerum do. oporteréque neceſſariò probare quòd venditor fuerit dominus,aliàs obſtat regula,quæ ſumitur ex l.neque natales.C.de proba.& ideò Bart in d.l.cùm res.ſequitur d.gloſſ.quam dicit communiter teneri. F.Turzan.

ad proba

ad probationem quaſi Dominij, requiritur titulus, & realitio poſſeſſionis vacuæ. Eſt communis opinio ſecundum Alex. in conſ. clxxxij. viſo proceſſu, verſi. nec etiam puto. vol. vij. M. Grib.

ad Dominium probandum non ſufficit titulus venditionis & interuentus pretij, & poſſeſſio. vacuæ traditio: ſed etiã requiritur, quòd venditor tempore contractus fuerit dominus rei venditæ. Eſt communis opinio ſecundum Alex. in conſilio clxxxij, viſo proceſſu, circa princ. vol. vij. Idem.

Dominij tranſlatio, quæ fit ipſo iure in pacto legis commiſſoriæ, & in diem addictionis non habet locum in aliis pactis reſolutiuis, etiam per verba directa conceptis, Eſt communis opinio ſecundum Alex. conſi. x. videtur. in prin. vol. j. Idem.

pactum l. commiſſoriæ, vel æquipollens, nunquam operatur tranſlationem Dominij ipſo iure in venditorem, niſi appoſitum fuerit in ipſo contractu, ante ius ex contractu quæſitum. Eſt communis opinio ſecund. Alex. in dicto conſi. x. in fi, verſ, v, confirmatur. vol. j. Idem,

licet modus acquirendi Dominij ſit ciuilis, tamen dominium iuris gentium eſt, ſecund. com. opin. vt per Grauet, conſil. ciij. viſis, Idem.

Dominus alienans ſubditos ſuos contra iuris diſpoſitionem debet priuari proprietate ipſius feudi. communem dicit Clarus, §. feudum. q. xxviij. verſi. ſed quæro. Contr Bald. in c. ij. quo temp. mil. P, Fich.

Dominus contra quem peccauit Vaſallus, ſi in vita ſua non querelauit, non transfert illud ius querelandi ad heredes ſuos, intellige ſi dominus ſciuit culpam. communem dicit in §. feudum. q. lxiiij. Idem.

Dominus emphyteuſeos qui poſt incurſam caducitatem recepit ſolutionem penſionis temporis præteriti tantum, ſcilicet elapſi ante caducitatem, & proteſtetur ſuper caducitate, non cenſetur remittere caducitatem emphyteutæ, ſecùs, ſi recipiat penſionem etiam pro tempore futuro, id eſt, decurſo poſt cauſatam caducitatem, nam etiam ſi tunc proteſtetur, cenſetur proteſtatio contraria facto, & irreleuans. Si verò accipiat penſionem ſine proteſtatione, tunc ſiue de præterito ſiue futuro tempore receperit, cenſetur remiſiſſe caducitatem. communem dicit in §. emphyteuſis, q. x. Idem.

Dominus emphyteuſis non tenetur recipere penſionem pro tribus, vel pluribus annis futuris ſimul. communem dicit in §. emphyteuſis. q. xij. verſi. ſed pone. Idem.

Dominus feudi ſi decedat relictis pluribus heredibus, Vaſallus non tenetur ab omnibus petere inueſtituram. communem dicit cõtra Zaſ. in §. feudum, q. xlix. ver. Quæro nunc. Idem.

Dominus non habet cognoſcere, quando conuentus negat ſe eſſe Vaſallum, ſed cognoſcet ordinarius, qui cauſa cognita, remittet ad Dominum, ſi conuentus ſuccubuerit. communem dicit in §. feudum. q. xc, ver. ſed pone. Idem.

Dominus non poteſt cogere ſubditos ad molendum in ſuis molinis niſi id ius haberet ex conſuetudine vel priuilegio. commu. dicit. §. feudum. q. xxx. Idem.

Dominus non tenetur Vaſallo iurare fidelitatem, vt Vaſallus Domino, commun. dicit in §. feudum, q. lxx. Idem.

Dominus poteſt aliquem inueſtire de feudo nondum aperto. com. dicit. in §. feudum. q. xiiij. Idem.

Dominus poteſt directum dominium etiam inuito Vaſallo pignori obligare. commun. dicit. §. feudum. q. xxviij. ver. item quæro. Idem,

Dominus poteſt emphyteutam poſt caducitatem propria auctoritate expellere. comm. dicit. in §. emphyteuſim. q. xj. in prin. Idem,

Dominus qui expulit emphyteutam poſt declaratam caducitatem, ſi proteſtatus ſit ſuper iure ſuo petendi penſiones pro annis ceſſatis, habet adhuc facultatem eas petendi, ſi vero non proteſtatus ſit, vel ſibi reſeruauerit, tunc non poteſt petere penſiones temporis præteriti, commun. dicit I. Clarus contra Bar, in §. teſt. q. x. ver. quæro nunc. Idẽ,

Dominus recipiens à Vaſallo ſeruitium poſt ingratitudinem commiſſam, cenſetur remittere ingratitudinem, niſi ignoraſſet Vaſallum à feudo cecidiſſe. com. in §. F. q. lxiij. Idem.

Dominus, ſi propter aliquam culpam priuetur proprietate feudi, tunc applicatur feudum Vaſallo. communem dicit in §. F. q. lxxij. Claro tamen non placet, Idem.

Dominus ſi ſit laicus, & Vaſalli clerici, nihilominus remanet eorum iudex. com. in §. F. q. xc. verſi. Sed quid ſi Vaſalli, Idem.

Dominus tenetur defendere Vaſallum, vt Vaſallus Dominum. com. in §. F. q. xxvij. etiam contra patrem, filium vel fratrem. com. d. q. xxvij. verſi. Sed nunquid, Idem,

Domino recuſante inueſtituram, nihil præiudicat Vaſallo, imò ipſe dominus debet in eo caſu priuari proprietate feudi, com, in §. F. q. xlix, verſi, ſed quid ſi Vaſallus, Idem P. Fich.

Dominus præſumitur per vim extraxiſſe Vaſallis ſeruitium in quolibet anno præſtandum, niſi dominus probauerit voluntariam præſtationem, Coua, in c. poſſeſſor, de reg. iur, in vj. §, iiij, par, xj, nu. 1, com. dicit ex Alex, conſi, j, nu, xij. vol, iiij. B. Villal,

Dominus non poteſt cogere ſuos ſubditos venire ad ſuum furnum, vel molẽdinum, nec poſſet hoc inducere ſtatuto, nec valet. Coua. ibi. §. iiij. num, 7. communem dicit ex Soc. conſi. cclxxij. volu. j. & ſi valeret, tamen non ligaret Clericos, vel Eccleſiam. Idem ibidem communem ait verſi. hanc, etſi promittatur ex Iaſ. in l. quo minus. q. xxv.. nu. 156. ff. de flumin. Idem,

Dominus propria auctoritate poteſt intrare in re emphyteutica, ſi emphyteuta ceſſauit à ſolutione per biennium, Deci. conſil cxlvj. nu. 7. communem dicit. & Corne. conſi. cclxxj. volu. iij. in littera B. magis communem dicit, Idem,

Dominus poteſt ratificare ſententiam latam in fauorem falſi procuratoris. Iaſ. in l, licet, de procur. nu. 10. communem dicit.

Amplia etiam ad ſentẽtiam latam in fauorem collegij, vel vniuerſitatis agentis ſine auctoritate ſuperioris: quia ſuperior poteſt ratificare. Franc. de Aret. in capitulo, cauſam quæ, de iudi. numero. 34. communem dicit, Idem.

P R O. Dominus probatur ex eo quòd percepit fructus, & diſtrahit bona. l. Titia. ff. de verborum obligatio. §. final. inſtit. de hered. qualitate & differen. Bellonus.

Domino currente ad brauium, ſi cadit equus, & relicto ſeſſore equus præ aliis currit ad brauium, dominus conſequitur brauium. Raue. in alpha. Aur, in verbo brauium, communem dicit ex Cyn. in l, gallus. §. ſi eius. ff. de lib, & poſth, B. Villal,

P R O. Domus tutiſſimum cuiuſque refugium & receptaculum eſt. l, plerique, ff. de in ius voc. Bellonus.

P R O. Domo tranſlata cenſentur venire quoque domui connexa. l, creditor, in §. fin. ff. de actio, empt. l. prędiis. in §. qui domum. ff. de leg. iij. l. ſi quando. C. de bon. vac. lib. x. Bellonus.

Domo vendita, cenſentur venditus hortus ſi eſt additus per domum, aliàs ſecùs, Iaſ, in le, beneficium. ff. de conſtit. princ. nu. 14. communem dicit. B. Villal.

*ADDITIO.* Et hoc ratione connexitatis, quia connexitas operatur, vt vnitas cenſeatur, cum connexorum idem ſit iudicium vulg. iuribus prout in alio caſu vendita domo intelliguntur venditæ ſtatuæ ſi domui cohærent, & ſint affixę & connexę. l. nemini. C. de ædif. priua. l, ſenatus ff. de contrah. emp. cum aliis, & ita fuit iudicatum in vrbe in ſacro Rotæ auditorio, Cor, Iac. Cardin, de Puteo tunc Aud, vt refert. M. Ant. Bard, in Tract, de Temp. Vti: & contin. in cap. xviij. nu, 20.

P R O, Donare eſt perdere. l, filiusfa. de donat, cano. paſtor. j, q. ij. Bel,

P R O. Donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. lege. donari. ff. de donat. Idem,

P R O, Donatio omnium bonorum reuocatur ſuperuenientibus liberis. l. ſi vnquam. C, de reuoca. dona. idem,

Donatarius rei Emphyteuticæ non debet apprehendere poſſeſſionem ſine conſenſu Domini. communem dicit in §, emphyteuſis. q. xv. verſicu. Arbitror tamen. P, Fich,

Donatarius ſi donatori indigenti alimenta denegauerit, poterit reuocari Donatio. com. §, donatio, q. xxj verſi, quid ergo, P. Fich.

Donatio abſenti facta adeo nihil valet vt etiam ſi eccleſiæ, vel piæ cauſæ vel pauperibus facta ſit, & nemo pro ipſis acceptet, non valeat, com. d. §. donatio. q. xij. ver vlt. Idem,

Donatio à patre filio ſtudij cauſa facta, ſiue veſtes, ſiue libri, ſiue aliud quidpiam donatum ſit, ſuſtinetur, nec poteſt à patre reuocari. Ita tenet Clarus in §. donatio, q. viij. ver, iij. Sed magis communis videtur in contrarium, Si tamen donatio à patre in filium facta iuramento firmata ſit, ſuſtinetur, & ita hodie communiter teneri ait in dicta quæſt. viij. verſic, ſed quæro. Idem,

Donatio inter virum, & vxorem iuramento confirmatur, vt But. Cardin, & Imol, tradidere. in ca. cùm contingat. de iureiuran. Fed. Senen. conſil. cxl, per id quod probatur in anth. ſacramenta puber. C. ſi aduer. vendit. & hanc opinionem atteſtatur eſſe commu. Alex. in conſilio. cl. viſis, in vol, ij. F, Turz.

Donatio cauſa mortis quo ad modum, & ordinationem, ſcilicet dũ in eſſe deducitur, æquiparatur contractui, ſed poſtquam eſt in eſſe deducta, quo ad effectum & efficaciam, cenſetur vltima voluntas. Hanc communem diſtinct, ponit Clarus in §. donatio, q. v, Contr. Boër. conſi. xxxiiii. numero, 12. & Marſi, ſingula, cxxxvj. Nota tamen, etiam ſi dona. cauſ. mortis æquiparatur vltimæ voluntati, quo ad effectum, ſecùs tamen eſt quo ad confirmationem, nam vltimæ voluntates non confirmantur niſi adita hęreditate, Donat, autem cauſ. mort, confirmatur ſola morte donantis, communem dicit idem in dicta quæſtione. ver. ſcias tamen. P, Fich.

Donatio debet fieri præſenti, aliàs non valet, communem ait §. donatio. q. xij. Niſi interueniat nuncius vel epiſtola, qui tamen ad hoc ſpecialiter ſit à donante deſtinatus. cõmunem dicit, ead. q. in prin. Idem.

Donatio eſt cõtract⁹ nominat⁹. communẽ dicit in §. donat. q. i. Idẽ.

Donatio eſt de ſui natura contractus irreuocabilis. communem dicit in §. donatio, q. j. ver. fin. Idem.

Donatio etiã ſi fiat ab aliquo in ipſo articulo mortis cõſtituto, quem verſimile ſit de morte cogitaſſe: tamẽ ſi non expreſſa mentio mortis facta fuerit, cenſetur tantũ inter viuos. commu. dicit in §. donatio. q. iiij. ver. Et hæc quidem. Contr. Anton. Bet. in c. ij. de conſuet. Idem.

Donatio facta abſenti verbotenus, ſi Donatarius poſtea adipiſcatur

poſſeſſionem rei donatæ, non tamen ideò dicetur contractus donationis perfectus, niſi etiam nuntius vel epiſtola interuenerit. communem dicit in d.q.xij.ver.ſed pone. Idem.

Donatio facta abſenti, interueniente tamen Notario, qui pro abſente acceptauerit, valet:& licet Donator poſtea antè, quàm Donatarius eam ratificauerit ſimpliciter reuocauerit, tamen ſimplex illa reuocatio non obſtat quin Donatarius adhuc poſtea eam ratificare poſſit. Hanc magis communem dicit in §.donatio.xiij. ver.j. ergo caſu. Contra, tenet Cagnol.in l. quo tutela.§.nec paciſcendo.de reg.iur. imò etiam ſi Donator etiam rem donatam in alium tranſtuliſſet, nihilominus valebit prior donatio. Hanc magis communem contra Decium & Cagnolum dicit in d.q.xiij.verſ.Contrariam. Idem.

Donatio facta coniugi à marito ignobili, vel ſene, propter ignobilitatem vel ſenium, valet. communem dicit in d. q. ix. verſ. ſed pone. Putat tamen Clarus procedere, ſi in ipſo actu dotis conſtitutæ fieret donatio, ſecùs ſi poſt. Idem.

Donatio facta Eccleſiæ non poteſt propter ingratitudinem reuocari, quia cenſetur Deo facta, qui ingratus eſſe non poteſt, comm. dicit §. donatio.q.xxj.ver, Item quæro, cum ſeq. Idem.

Donatione facta præſenti hoc pacto, vt certo caſu veniente, res donata perueniat ad tertium quendam abſentem, non licet donatori tale pactum in præiudicium abſentis remittere, etiam ſi nemo pro abſente acceptauerit & ideò nec reuocari poteſt. Magis communem dicit in §.donatio.q,xiij.verſi.Secundus, cum ſeq. Idem.

Donatio facta per patrem filio emancipato, valet. communem dicit in §.donatio.q,viij,ver.Secundo. Idem.

Donatio hereditatis alicuius, non valet, quia Hereditatis verbum nihil excludit. communem dicit in d.§.donatio.q.xix, ver. ſed quæro. Contr.Purpura.in l.fin.C.de pact. Idem.

Donatio in dubio potius præſumitur eſſe inter viuos quàm mortis cauſa facta, ſi in ipſa non ſit facta mentio mortis, & ita non collata ſit in tempus mortis, communem dicit in §.donatio.q.iiij.verſ.Sed quæro. Idem.

Donatio inter coniuges confirmatur morte donantis, Intelligẽdum tamen ſi modò interuenerit traditio vera vel ficta, alias enim ſi ſola promiſſio interuenit non confirmatur morte, communem dicit in d. q.ix.ver.ſed hoc intellige. Idem.

Donatione immenſa facta, ſi dicatur in inſtrumento, quòd Donator velit cenſeri plures donationes non excedentes pro ſingula ſummam ccccc.ſolidorum, nihilominus cenſebitur vna tantum donatio, & nullius valoris, tanquam clauſula illa in fraudem legis appoſita. communem dicit in § donatio.q.xvij.ver.Sed pone. Idem.

Donatio immenſa iuramento firmata non eget inſinuatione. Magis communem dicit in §.donatio.q.xviij. Intelligendum tamen hoc dicit, vt inſinuationi renunciatum ſit in ſpecie, aliàs ſecùs. Item intelligendum vt valeat, ſi inſinuatio debet interuenire in ipſo actu donationis. Si autem eſſet lex, vel ſtatutum quòd inſinuatio deberet fieri intra certum tempus, eo caſu iuramentum non firmat donationem, ſi inſinuatio non eſſet facta intra præſcriptum tempus, commun. dicit ead.q,ver.vlt, Idem.

Donatio inofficioſa ſi facta ſit vni ex filiis, tunc ſiue ſit inofficioſa re tantùm, ſiue re, & conſilio, nunquam reuocatur niſi vſque ad legitimam aliorum filiorum. Si verò facta eſt extraneo, tunc ſi eſt inofficioſa re tantùm reuocatur ſolummodo vſque ad legitimam, ſi verò eſt inofficioſa re & conſilio, reuocatur in totum. communem dicit in §.donatio.q.xxiiij.ver.Aut verò quis non agit. Et hæc quidem obtinent etiam in donatione iuramento confirmata.com.ead.q.verſ.Hæc autem, Idem.

Donationem inofficioſam in extraneum factam pater in totum non poteſt reuocare, ſi filio aliquid reliquerit.com.dicit in §.donatio, q.xxiiij.ver.Sed quid ſi pater, Idem.

Donatio mortis cauſa inter coniuges facta non valet, §.donatio.q. ix.ver.& hæc quidem. Idem.

Donatio ob cauſam non poteſt reuocari propter ingratitudinem. com.dicit.§.donatio q.xxj.Sed quæro, Idem.

Donatio ob cauſam, cauſa non ſecuta ipſo iure reuocatur, commu, dicit in §.donatio.q,xxiiij.ver.Præter has. Idem.

Donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum non valet. com.dicit §.donatio,q.xix. Si quis verò donat præſentia ſua bona tantùm valet donatio.com.ead.q,verſ,ex hac. Item valet donatio, ſi quis ſimpliciter donat bona ſua. Imò etiam ſi quis vniuerſaliter omnia bona ſua donaſſet, quia eo caſu non ſubintelliguntur bona futura. Similiter ſi quis donat omnia ſua bona mobilia & immobilia, quia in tali donatione non veniunt iura & actiones, com.dicit,d.q.xix,verſ. eadẽque, cum ſeq. Valet tamen donatio omnium bon,præſ.& fut.ſi mortis cauſa facta ſit.com,ead.q,verſ.ſed quid ſi quis. In tantùm verò non valet don,omn.bon.præſ.& futu.vt etiam iuramento firmari non poſſit. com.dicit in §,donatio,q.xx, Et nota quod talis donatio annullatur in totum, non pro parte tantùm.com,ead.q.ver.Item quæro. Talis verò Donatio facta Eccleſiæ valet, & eſt ſpeciale in Eccleſia: quia etiã perſonam ſuã quis Eccleſiæ donare poteſt.ea.q.verſ.vlterius. Valebit tamen eiuſmodi donatio, ſi inter duos fratres reciprocè facta ſit.ea.q.ver. ſed pone. & valet non ſolùm inter fratres, ſed inter quoſcunquẽ ſi poſt mortem collata ſit. Idem.

Donatio propter merita facta valet, etiã ſi de ipſis meritis aliter, quã per aſſertionẽ donãtis nõ cõſtet. Intellige modò nõ fiat inter perſonas prohibitas, nã eo caſu nõ ſtatur aſſertioni donãtis, ſed requiritur probatio meritorum.cõ.dicit in §.donatio.q.iij.ver.ſed hic occurrit. Idẽ.

Donatio propter nuptias non conſtituitur ipſo iure. & ideò ſi non fuit petita conſtitui conſtante matrimonio, non poteſt poſtea ſoluto matrimonio peti. poteſt autem peti vt conſtituatur conſtante matrimonio, licet tempore dotis promiſſæ vel datæ, non fuerit petita, neque conſtituta, com.dicit.§.donatio.q.xj.ver.ſi. Idem.

Donatio propter ſuperuenientiam filiorum reuocatur etiam ſi appoſitum ſit iuramentum.com.dicit §.donatio.q.xxij.ver.ſtat ergo, Idẽ.

Donatio reuocatur ſi poſt factã donationẽ ipſi donatori ſuperueniant liberi. per diſpoſitionẽ.l.ſi vnquã.C.de reuocatio.donatio.com, dicit.§.donatio.q.xx.in prin. Hinc infertur, ꝙ ſi Donator tẽpore donationis de liberis cogitaſſet, diſpoſitio d.l.ſi vnquã nõ locum habeat, nec donatio reuocari poſſit.com.dicit.q.xxij.ver. Ex qua. Similiter nõ reuocatur, ſi donatio eſſet facta in contractu matrimonij, nam eo caſu præſumitur donator de liberis cogitaſſe.com.dicit.eod.verſ.Ex qua. quæ tamen opinio ipſi Claro non placet. Idem.

Donatio omniũ bonorũ præſentiũ, & futurorũ aliàs prohibita tanquã liberã teſtãdi facultatẽ tollẽs nõ valet, nec tenet ſecũd.Bar. & alios Doct.cõiter in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.oblig. quã nimirũ cõem ſequũtur, declarãt, & citãt Mod.ibi, & Cur.Iuni.cõſi.xxiij. nu. 1.& infiniti cõſulentes variis in locis, ſed fallit iſta cõis vbicunque donatio hæc eſſet facta eccleſiæ, tunc enim valet, & tenet, vt ponit Iaſ. in d.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.nu. 10.& latius in l.fi. C. de pactis, ibique Dec.nu. 31. aſſeuerat iſtã eſſe cõm.opin.& in c.in præſentia. nu. 8.& 27.de probatio.in antiq.& poſt eũ Aug.Berius.nu.81.& idẽ Dec. teſtatur cõſi.cccclxxxviij.nu.5.& Iaſ.conſi.clxix.vol.iiij. tamen in hoc caſu eccleſia ipſa teneretur donanti alimẽta ſubminiſtrare.l.ſunt qui. cum tribus ſequen.ff.de re iud.& ita tenent omnes præcitati Doctor. examinãtes materiã iſtã. Fallit ſecundo loco dicta cõis, ſi in iſta donatione omn.bon.præſ.& futur.fuerit appoſitum precarium, tunc quippe habetur loco traditionis, vt per Doct.o.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, Alex.in l.iij.§.incertam, & ibi Iaſ.audacter aſſerit iſtam eſſe com.opin.ff.de acqui.poſſeſ.quam ſequitur Afflict. deciſio. xxx. & Tiraque.in tract.conſt.poſſ.in ij.par.xxx.ampliatio. Tertiò limitatur cõis iſta, quando in donatione omn.bon.præſ.& futur.fuerit facta retentio fructuum, ac alicuius rei certæ à donante, de qua diſponere poſſet, quo, inquam, caſu valet donatio, ſecund. Doct.omnes in d.l.fi. C.de pact. & in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, & alios complures congeſtos per Boër.deciſio.cciiij.nu.25.vbi affirmat iſtam eſſe com. opin. licet Deci. præcipitanter conſi.xxxiij.& conſil.ccclj. & conſil.cciij. tenuerit contrarium, in quibus locis voluit etiam ipſe Deci.donationem omnium bon.præſ.& futur.non valere, quando donãs reſeruaſſet de illis bonis in vita diſponere, ſimul ac in morte. Sed in hoc caſu ſicut in alio ſuperiùs relato commun. opin.videtur contra Decium, vt abundè deducit Boë.in dicta deciſ.cciiij.nu.25. Quartò limitatur præcedẽs cõis, quãdo aliquis donaret omnia bona ſua alteri per ſtipulationem, tũc enim donatio iſta tranſit in contractum qui eſt irreuocabilis, vt ſentit gl. in dicta l.fi.C. de pact.in verb.accommodauerit, quam communiter ſequuntur ſcriben.ibi, & de iſta communi vltra Moder. in d.l. ſtipulatio, & in d.l.fi.teſtatur Boër.deciſio.ccclij.nu.2.& 14. F.Viuius.

Donatio facta à patre filio in poteſtate non valet regulariter, ſecundum Doct.communiter in l.frater à fratre.ff.de cond.indeb. quam communem citat, & latè limitat in decem caſibus Crotus ibi, & inter alios caſus limitatur per ſcribentes iſta communis non procedere, vbicũque donatio eſſet iurata inter patrem & filium in poteſtate, quia tunc valeret, & ſuſtineretur ratione iuramenti, vt tenet Bal.in l.fi. C.de vſucap.pro do.in conſi,ccccxxx,præmittendum eſt.volu.j.aliàs ccclxij. vol.iij.Abb,cæterique Canoniſtæ in cap,cùm contingat.de iureiur. & Legiſtæ in d.l.frater à fratre.& in l.pacta, quæ contra.C.de pactis, Areti.conſi.xxvij.& conſi.lxxij.in fi.Alex.cõſi.xx.vol,iij.& in l. ſi donatione.C.de collatio.vbi Iaſ.quoque, Dec.& Riminal. atteſtantur iſtam eſſe com.opin.& idem Deci.conſi.ccij.Pariſi.cõſi.lxix.nu.128.vol, iij, Bertrã.cõſi.xxxv.& conſi.lxij.nu.4.& conſi.cxxxv.nu.1.vol.j.vbi dicit, quòd iſta hodie videtur communis ſententia tam ſcribentium in iure, quàm conſulentium, quam etiam latè tenet Iaſ.conſil.cxviij.volu. iiij, Soc.Iun.conſi,xiij.vol.ij.Ruyn.conſi.clxxix.vol.j.& conſil.xcvj. nu.5, vol.v.Capici.deciſ.Neapol.lvj.eamque fatetur communem Alcia. in dicto c,cum contingat.nu.207. Et donatio iſta non eſt imputanda filio in legitimam, l.ſi quando.§.generaliter.C.de inoffic. teſta. & notat Grauet. conſilio cxxxvj. numero ſecundo. Fallit ſimiliter dicta communis, quotieſcunque donatio facta eſſet propter benemerita præcedentia filio in poteſtate conſtituto, tunc vtique iſta donatio ſtatim valeret, ſecundum gloſſ.in Authent. vnde ſi parens.C.de inoffic. teſta-

men-

men. Ratio eſt, quia præſumitur ſibi deberi ex operibus ſuis, & ſic iudicatur aduentitium, & aduentitia in quartam non computantur. l. ſcimus § repletionem. C. de inoffic. teſtamen. Cæterùm Alexand. conſilio octauo, volum. ij. allegando concordantia, dicit communem opinionem eſſe, quòd imputetur, niſi expreſsè dicatur. Ampliatur dicta limitatio eatenùs procedere, quòd ſi pater donaret filio, qui ipſi patri beneficia contulerat, nulla facta mentione, vel expreſſione meritorum, tunc præſumeretur iſtam donationem eſſe factam intuitu meritorum præcedentium: non autem intuitu filiationis, ſecundum gloſſ. cæteróſque Doctores, communiter in d. l. ſi donatione, & Crotum qui communem aſſeuerat in dicta l. frater, à fratre, numero 79. Tamen ſi in inſtrumento diceretur, ſanguinis affectione, tunc potiùs præſumeretur dictam donationem celebratam fuiſſe naturali affectione, quàm ob merita, vt per Doctor. præcitatos, & ita conſuluit Paul. de Caſtren. conſi. cv. ſed quæſtionis tollendæ gratia cautè pater poſſet ſpecificare benemerita. Vbicunque enim in inſtrumento forent ſpecificata beneficia, valeret donatio inter patrem & filium, vt concludunt Doctores communiter in locis citatis, & communis iſta non habet contradicentem, vt per Moder. in d. l. frater à fratre, & intellige limitationem hanc procedere, quando videlicet benemerita rei donatæ reſponderent, vt eſt gloſſ. not. communiter approbata in d. l. ſi donatione. in ver. poſtulas, & in capit. relatum, lib. ij. in ver. iuxta ſeruitij, de teſtam. Bart. in l. ſi fortè. numero 5. ff. de Caſtr. pecu. & in hoc non ſtandum eſſet confeſſioni patris, ſcilicet merita præceſſiſſe, ſed opus eſt quòd ſeruitia ipſa probentur, vt tenent gloſſ. & Bart. in d. l. fortè. Iaſ. in d. l. frater à fratre, numero 44. Cor. conſilio cxliiij. numero 10. volum. ij. Man. in d. l. ſi donatione. num. 46. vbi Rimi. numero 8. Cotta in memoralibus iuris in ver. donatio inter patrem & filium. Ruynus conſilio xcvj. num. 2. volum. v. & Afflict. deciſi. ccclx. numero 15. & iſta eſt communis, vt in ſequenti concluſione ponam poſt princ. Fallit quoque dicta communis, quando pater remitteret filio vſumfructum in bonis aduentitiis filij, nam in caſu hoc donatio ſtatim valeret, non expectata morte patris, ſecundum Bart. in d. l. frater à fratre. nume. 57. & Bart. in l. ij. C. de inoffic. teſtamen. quam Doct. Bart. ſequuntur Docto communiter, Iaſ. in d. l. frater à fratre, nume. 44. & Crotus ibi. Fallit vlterius dicta communis non procedere in donatione facta filio in poteſtate à patre cauſa ſtudij, quam donationem valere dicunt, ſicuti pro dote facta. Bald. Angel. Alexand. & Iaſ. in l. j. ff. ſolu. matri, quorum opinio certè videtur dubia & nimis periculoſa: nam contrarium, quòd non valeat huiuſmodi donatio, tenet Bart. Bald. ſibi contrarius, Imol. Alex. Iaſónque ſimiliter. Saly. Pontanus, & Ripa, qui prædictos citat in d. l. j. in fin. & recitat iſtam eſſe communem opinionem. Nec procedit hîc æquiparatio dotis, & ſtudij, quoniam pater tenetur dotare filiam. l. fi. C. de dotis promiſſio. ſed non tenetur aliquid dare filio cauſa ſtudij, præter grammaticam, qua filius cum honeſtate conditionis ſuæ carere non poteſt, vt per Alex. in d. l. j. in fine. meritò donatio facta filio cauſa dotis per patrem valet, ſed non idem iuris cenſeri debet de donatione facta cauſa ſtudij, cum in donatione ſtudenti facta fraus ſubeſſe poſſit, & tanto magis, quia. Scholares ſunt callidi, & aduerſus eos præſumitur, vt tradit Bald. in d. l. neque natales. C. de probatio. & Iaſ. in l. non hoc. num. 17. C. vnde legiti. Viuius.

Donatio inter virum, & vxorem regulariter, conſtante matrimonio, eſt inualida, & prohibita, vt in toto titul. ff. & C. de donatio. inter virum & vxorem. Sed hoc fallit vbicunque donatio iſta prohibita ratione perſonarum firmaretur iuramento, tunc quippe valet, prout tenet Bart. in l. Seius, & Augerius. ff. ad legem Falcid. & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. Feder. de Senis conſi. cl. Guli. de Cug. & Alber. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. Maranta in tract. iudiciorum. in vj. par. nu. 26. Abb. Imol. aliíque Canoniſtæ in cap. cùm contingat de iureiur. Paul. Caſtr. & Iaſ. abundè plures cumulans & dicens iſtam eſſe magis communem opinionem, in l. pacta quæ. C. de pact. Mar. in pract. crim. §. ſecunda quæſtio. numero 59. Boeci. deciſio. xcij. numero 6. Deci. conſi. ccxxxij. Rube conſilio xxv. numero 5. & conſilio liiij. Ruynus conſilio clxxix. numero 111. volum. j. & conſi. cxxxij. numero 2. volumi. iiij. Areti conſilio lxxxiiij. in ij. dubio. Soci. Iunior conſilio xliiij. volum. ij. Bertrand. conſilio ccxv. volu. iiij. conſilio cccj. num. 3. & conſi. cccxxvij. nu. 4. volu. j. & Pariſi. qui pari modo ſupponit eſſe magis com. opin. conſi. lxxxvj. nu. 46. vol. iij. Cotta in lib. memoralium in verſi. donationes inter virum, & vxorem, vbi dicit quòd ſecundum communem ſæpius vidit iudicari, & Crotus in repetiti. l. frater à fratre nu. 72. & ſequen. ff. de condictio. indebiti, reſpondet omnibus Doct. contrarium aſſerentibus. Sed hoc certè non procedit in donatione ſimulata, quia hoc caſu videtur eſſe facta in fraudem, non valet, nec firmatur iuramento, ſecundum Bart. in l. Codicillis. §. Titia. in fine. ff. de legatis iij. & Ruynum conſi. ccxxx. nu. 4. vol. j. & iuramẽtum hoc dicitur aſſertorium, quòd quidem non valet, ſed ſi eſſet promiſſorium de futuro ſcilicet, quando promitterem non contrauenire nullo vnquã tẽpore, tũc vigore iſtius iuramenti promiſſorij firmatur donatio iſta, vt per Bald. Nouellũ in trac. de dote. in x. par. & Rip. in iij. li. de donationibus. c. vj. Fallit ij. dicta concluſio, ſeu regula in donatione facta inter virũ & vxorẽ ex cauſa benemeritorũ, ſeu ſeruitiorũ, quæ donatio vtique valet ſecund. præcitatos Doct. tamẽ ſeruitia iſta debẽt probari aliter quàm per confeſſionem ipſorũ cõiugum, ſecund. doctrinam Bart. in l. ſi fortè. ff. de Caſtr. pecu. communiter approbatam ab omnibus. in l. ſi donatione. C. de collatio. de qua communi vltra ſcriben. ibi facit mentionem Soci. conſi. lxv. & conſilio lxvj. volum. j. & Gra. conſi. clxxv. numero 2. Fallit tertio dicta regula in ratione reciproca, videlicet reciprocè inter coniuges hoc modo facta, quòd ſi contingat alterum præmori, ſuperſtes habeat bona, valet, & tenet talis donatio, ita concludit Cyn. Bald. & Sali. quos refert, & ſequitur Iaſo. in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtamen. & Soci. in tractatu fallentiarum, fallent. cciiij. in princ. ver. Limitatur quarto loco non habere locum præcedens regula, quotieſcunque vxor marito donaret ius patronatus tantùm, quia tunc valeret donatio, ex quo maritus non efficitur locupletior, l. naturalis. ff. de præſcript. ver. & l. planè. la ij. in fine. ff. de legat. j. & ita tenet Alexand. in l. conſtante. §. ſiue autem. circa finem. ff. ſoluto matrimonio. & Domini. de Rota deciſi. xj. in antiquis. ſub rubr. de pactis incip. conſuetudo. circa fin. Limitatur quintò vbicunque plebeius acciperet mulierem nobilem in vxorem, & conſtante matrimonio, faceret inſtrumentum de receptione dotis, quam in effectu non receperat, & quamuis iſta dicatur donatio inter virum & vxorem, nihilominus valet, quia fit in remunerationem, ac recompenſationem, propter inæqualitatem eorum, ita eleganter concludit Bart. poſt gl. ibi in l. ſi voluntate. numero 2. C. de dot. promiſ. & in l. ſi diuertio. & ibi Iaſ. numero 9. ff. de verborum obligat. idem tenet Bald. in l. ij. §. final. ff. ſi certum peta. Abb. in c. j. numero 8. de adulte. Iaſ. in l. final. C. de verborum ſignificat. & in l. ex hoc iure. numero 55. ff. de iuſtitia & iure. Tiraquel. in tract. de legib. conubia. in iiij. l. numero 7. & in l. v. num. 18. & iſtam recitat eſſe communem opinionem Curtius Iuni. conſilio vj. numero 20. & Bald. Nouellus in dicto tract. de dote in x. par. nume. 7. Limitatur poſtremò hæc regula non procedere, quando vxor donaret pecuniam marito pro refectione ædium, quæ incendio conſumptæ fuiſſent, vt in l. quod ſi vir vxori. ff. de donat. inter virum & vxor. F. Viuius.

Donatio facta priuato propter ſuperuenientiam liberorum penitus reuocari ſolet. l. ſi vnquam, & ibi notãt omnes communiter. C. de reuocand. donatio. & in l. j. C. de inoffic. donatio. Amplia hoc intãtum procedere, quòd licet illius rei donatæ dominium fuiſſet tranſlatum in donatarium per patrem ante natiuitatem filij, nihilominùs poſt natiuitatem filij reuertitur in dominio donatoris dicta donatio ante petitionem ipſius ipſo iure, vt per gl. & alios Doct. communiter in d. l. ſi vnquàm. & Bar. in l. Titia. lã ij. §. Imperator. nu. 2. ff. de lega. quam communem declarat, & citat Ripa in d. l. ſi vnquam. nume. 103. ſimul cum aliis Mod. Sed fallit primò iſta communis, vbicunque donatio eſſet facta eccleſiæ, tunc duntaxat reuocatur vſque ad legitimam, vt voluit glo. & Archidia. in cap. final. xvij. q. iiij. Bart. in d. §. Imperator. & poſt eum Cuma. Roma. in authen. ſimiliter. in viij. ſpecia. C. ad legem falc. Bald. Ang. Saly. & Paul. de Caſt. in d. l. j. Abb. & Imol. in c. final. de donatio. Barba. in repeti. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſ. Iaſ. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanctis eccl. & in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Fely. in cap. in præſentia de probatio. Cornel. conſi. xj. volu. iij. & conſi. xxx. vol. iiij. Calca. conſi. xiij. Corſet. ſingul. in ver. donatione. incip. licet donatio. Pariſi. conſi. lxxiij. nume. 24. volu. j. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem, idémque teſtatur Ripa in d. l. ſi vnquam. num. 115. & Tiraque. ibi. nu. 66. Verùm communis iſta procedit in foro contentioſo: in foro verò politico, ipſa Eccleſia tenetur propter ſuperuenientiam filiorum donata reſtituere. text. eſt in d. ca. fin. xvij. q. iiij. quem text. dicit ad hoc menti tenendum eſſe Auguſt. Beroius in cap. j. ſeu rub. nu. 217. de conſtitut. Limitatur ſecundò dicta communis, quando facta eſſet per patrem vni filio, quæ quippe donatio non poſſet reuocari poſt natiuitatem aliorum filiorum, vt ſentit Bart. & omnes Legiſtæ communiter in d. §. Imperator. & Canoniſtæ in d. cap. fina. de donatio. vt per Ripam in d. c. ſi vnquam. nu. 115. poſtremò quotieſcunque donatio eſſet remuneratoria, tunc quantumuis ſit facta priuato, non reuocatur, nec reuocari poteſt aliquo modo ſecundum ſcriben. omnes communiter in d. l. ſi vnquàm, vbi Moder. & Rip. nu. 29. nonnihil iſtam communem declarant. F. Viuius.

Donationem ſtipulans Notarius abſenti, ignoranti adhuc ex parte abſentis, & ignorantis, non eſt donatio, nec ei aliquod ius quæritur, niſi notificatione ſecuta, & conſenſu concurrente, vt tradit Bald. conſilio ccxx. lib. ij. Alber. in l. non enim. ff. de adop. Paul. Caſt. conſil. cxcv. vol. ij. Dec. leg. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum pet. in l. j. nu. 22. C. de pact. in l. contractus. num. 16. ff. de regu. iur. & conſulendo conſi. ccxxvj. conſi. ccxlvij. conſi. cccxxxij. circa fin. conſi. cccccclxxxvj. nu. 13. & conſi. cccccclxj. Curt Iuni. conſi. lij. nu. 12. conſil. lv. nume. 9. & conſi. cxx. Bertran. conſi. cxvj. lib. j. & conſi. ccciiij. vol. iij. Soci. in l. j. §. ſi iuſſerim. in fin. ff. de acqui. poſſeſ. Ruy. cõſi. cxxj. lib. j. & conſ. clxxiiij. eod. li. Caſtan. conſ. vij. & conſ. lix. Pari. cõſ. xij. nu. 100. lib. Rube. in repeti. l. non ſolùm. §. morte. nu. 9. & 59. ff. de noui oper. nuncia. & conſil. cxxxij. Gratus conſi. xij. conſil. xxv. nu. 37. conſi. lxvij. conſilio xciiij. &

conſi cxxvii.li.j.Galliau.in rub.num.84.ff. de verborum obligatio. vbi refert iſtam eſſe veriorem opinioné,Et Carolus Molineus in additio. Alex.conſil.xxxj.lib.vj. ſcribit eſſe magis commun.opinio.& ad hoc corroborandum omnes præcitatos Doct.cumulat Tiraque. in tractat. de iure conſtit.poſſeſſo.in iij.par.limitatio.xxx.num.10.& ſeq.concludens ibi non valere generaliter ſtipulationem notarij pro altero, niſi eo ratum habente, prout voluit Salyc.in l. Gaius.ff. de vſu.Soci.Iuni. conſi.cxxvj.nu.12.lib.& Alcia.in c.cum contingat.nu.234. de iureiur. qui audacter recitat iſtam eſſe commun.ſentent.Cagnolus etiam in l. final.nu.273.C.de pactis.In contrariam verò partem inclinauit titubanter Deci.conſil.ccxciij.Ruynus conſi.cxix.conſi.cxxvj. nu.10.vol.j. & in conſi.xlvij.vol.v.Cor.conſi.xxj.vol.iiij.Bertr.conſil.clvj.nume.5. volu.j.Soci.in conſi.cxviij.volum.ij.& nonnulli alij Doctor relati per Tiraquel. in præcitato tract.conſt.poſſeſſ.nu.13.& ſeq. Sed quicquid iſti Doct.ſudeant contra iſtam communem,ob hoc ſactum foret ab ea recedere.quam quidem ita receptam tanquam veriſſimam intellige,vt non requirat expreſſam ratificationem, ſed ſufficiat, vt abſens tacitè ratum habeat donationem iſtam,ſecundum Dec.in dict. conſi. cccccIxxxvj.Goza.conſi.xlij.& Gratum d.conſi.xij.& quomodo, quibus modis, & ſignis videatur, ſeu colligatur tacitè abſens ratificare donationem,vide Tiraquel. latè declarantem in d.tract.conſti. poſſeſſo.in iij.par.xxx.limitatio.nu.11.& ſequen.His accedit ſimiliter,quòd in dubio præſumitur præſentia donatarij,licet nihil fuerit dictum de præſentia ipſius.vt tenet glo.j.in l.j.in ver.inter præſentes,& ibi Bar.ff. de donatio.cauſa mort.& gl.in l.optimam.in verb. ipſo die, & in ver. ſeruus,& ibi Iacob.Butri.C.de contrah.& committenda ſtipula.& tenet Ioan.de Imol.conſi.vij.ſed Bald.videtur tenere contrarium in l.ſi quando,per illum text.C.de ſtatu.& imagi.vbi reſpondet ad d.l.j.& ad l.optimam.quòd ibi per ſcripturam apparebat partes fuiſſe præſentes, ſed vbi non apparet,non præſumitur. F.Viuius.

Donatio inter viuos facta vſque ad quingentos aureos, valet, ſine inſinuatione,l.ſi quis pro redemptione.§.fi.C.de do.nam & vltra non valet,quia donat.excedens quingentos aureos debet inſinuari.d.§.fin. & l.ſancimus,eo.tit.Sed hoc limitatur in donatione facta Eccleſiæ, vel alteri pio loco. Nam donatio iſta vltra quingentos aureos non inſinuata facta eccleſiæ,valet & tenet,ita Spec.& Ioan.And.poſt Pileum in titu.de inſtrumen.editio.in §.porrò.in fi.Hoſt.& Ioan.And.in c.fin. de fide inſtrum.Butrius,& Imol.in c.ad hæc.de teſtam.Bar.& Alber.in l.illud,C.de ſacroſanctis Eccleſ.Abb.in c.relatum.el j.num.4. de teſta. Paul.Caſtr.conſi.ccxij.nu.6.volu.ij.in nouiſſimis.Calder.conſil.cxj. de don.Cannari in tract.de inſinuatio.in iij.par.q.viij.& Pariſ.conſi.lxx. nu.23.volu.iiij.& opinionem iſtam ſupponit eſſe communem.Fely.in ca.Eccleſia ſanctæ Mariæ,nu.57.de conſtit.Iaſ.conſi.clxix.vol. iiij.& Ripa in iij.lib.reſponſorum.c.xj.In contrariam ſententiam inclinauit glo.in §.finimus.in auth.de non alienan.vbi tenet, quòd donatio non valeat eccleſiæ facta ſine inſinuatione vltra quingẽtos ſolidos,& eam glo.Bar.præter morem ſuum cõtrarius latè confirmat, ſequũtur etiam Cyn.Alber.Ang.& Salic.in d.l.ſancimus,Ang.& Fulgo.in l.pen. C.de donatio.Cyn.Odo.Bal.Sal.& Pau.Caſtr.in d.l.illud,Barba.in d.cap.ad hæc.Sed primam opinionem amplectendam eſſe ſuadeo,quæ videtur magis communis teſte Ruyno conſi.clxxxij.nu.13.vol.j. Fallit ſecundo loco dicta concluſio in donatione reciproca, & viciſſitudinaria, quæ non requirit,nec eget inſinuatione, etiam quòd excedat quingentos aureos,ſecund.Ang.conſi.clxix.viſis prædictis inſtrumentis. & voluit gl.in l.Aquilius Regulus,ff.de donat.& ibi Doctor.glo.& communiter ſcribent.in l.licet.C.de pactis.Bal.poſt Guli.de Cu. in l.illud,C. de ſacroſanctis eccl.& in l.iij.C.qui bonis cede.poſſ.& in l.& ſi mortis,circa fi.C.ad l.Falc.& in l.fi.ff.de exercito.Alex.conſi.ccxliiij.ponderatis, Io.And.in addi.Spec.in ti.de inſtru.editio.§.porro,circa fin. Iaſ. in l. ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſtam. vbi plura congerit in materia viciſſitudinaria,& idem Iaſ.conſi.ix.nu.13.poſito inter conſil.feudalia Alberti Bruni,& Curt.Iun.conſi.lxxxj.nu.5.vbi deducit iſtam eſſe com. opin.Fallit tertiò regula prædicta, vbicunque donatio eſſet facta vltra quingentos aureos, tamen, ſoluta gabella non aſcenderetur in effectu vſque ad quingentos ſolidos,tunc profectò valet donatio vltra talem ſummam etiam nulla facta inſinuatione ſecund.Bar.in l.quoties.C.ad l.Falc,quem ſequitur Bal.Imol.Pau.Caſt.in lectu.Paduana.& ibi Alex. quoque,Rom.ſing.cc.& Cremen.ſing.pe.licet Ange. & præcipitanter in d.l.quotiens aſſerat contrarium cuius fundamenta confunduntur. per Alex.& alios communiter ibi,iſta Bar. opinio communis etiã ſeruatur quotidie in practica,ſecundum citatos Doct. Limitatur quartò quotieſcunque donatio hæc eſſet iurata,quia donatio ſine inſinuatione iſto caſu firmaretur iuramento,& iuramentum tolleret ſolennitatem inſinuationis,ſecund.Io.And.& Imol.in loco ſuperiùs citato: & hoc idem firmat Alex.in l.nemo poteſt.ff.de leg.j. dicens quòd ita ſæpe conſuluit,prout reperitur conſi.iiij.vol.vj.& conſi.cxxxij.num.10, vol.vij.idémque latè Aret.conſi.ccxlvij.& lxxvij.& Dec.cõſi.ccxxxix. nu.2.vbi ſcribit iſtam eſſe magis cõem ſentent.& conſil.cccexxxij.& conſi.cccclxxxviij.nu.6.Rubeus conſi.lix.nume.5.Soc.Iun.cõſi.cxviij. nu.2.vol.j.Pari.conſi.xxxiij.nu.45.& conſi.lxix.nu.67.vo.ii. Ruynus conſi.clxxij.in fin.clxxx.nu.14.vol.j.& clix.nume.15.vol. iiij. Bellonus conſi.lx.Gratus conſi.lxx.nu.28.vol.j.Bertr.latè conſi.j nu.19. volu.ij. lxxviij.nouiſ.nu.7.vol.iij.& Cur.Iun.conſi.xlvij.Sed Cur. ipſe conſilio lxvj.cum ſeq.Inclinauit in contrariam opinionem negatiuam Bal. & Saly.eámque communem aſſerit Bauerius in tractat. de virtute iuramenti,prima par.ver.xxij.nu.35.Ferratius cau.xxxiij.multos cumulãs, Anto.de Cannaria in tracta.de inſinua.in ij.par.q.pe.& Calca. conſil. xxv.& Crotus in d.l.nemo poteſt.nu.21.& Tiraq. in l. ſi vnquam.nu. 138.& 154.C.de reuoc.donat.vbi congerit nonnullos Doct. hinc inde pro vtraque parte.& opinionem iſtam negatiuam, cõtra communem ſupponit eſſe magis communem Barbat.& multi alij relati per Moder.Senen.conſ.lxix.lib.j.vbi citat omnes Doct.pro iſta parte. Tamen prima ſententia affirmatiua videtur verior,& magis communis, vt ſ. oſtendimus, & caſu eueniente, ſemper ſecundum eam iudicarem & conſulerem.Quæ opinio retenta tanquam veriſſima, & magis communis limitatur non procedere,quando iuramentum donationis, ſi confirmaret donationem,tenderet in præiudicium tertij: tunc enim donationem ipſam non confirmat tale iuramentum,prout in notabili caſu tradit Soc.Iun.in d.conſi.lxix.nu.40.vo.j.Prædictis accedit, quòd in inſinuanda donatione decretum iudicis non requiritur, ſecundum Bar.Rom.& alios in l.Modeſtinus.ff.de dona.& opinionem iſtam aſſeuerat eſſe communem:Rogerius,ibi.nume.16.Faber.& Aret.in §.j. Inſtit.de donat.idémque tenet Bal.in l.illud.C.de ſacroſan.eccle. Ang. Pau.de Caſt.& Iaſ.in l.omnium.C.de teſtamen.Bertr. conſil.ccxlviij. num.14.lib.1.Tiraq.in tracta.de legib connubia.in glo.v.nume.32. & Cannarius in dicto tract.de inſinua.q.x.vbi abundè reſpondet fundamentis Doct.contrarium tenentium.Occurrit ſimiliter præmiſſis vtiliter hîc,quòd inſinuatio fieri poteſt coram quocunque iudice,etiam cui non ſubſit donator,nec res donata ſecundum Bar.& Roma. in d.l. Modeſtinus.Saly.in l.data.Alex.conſi.clvj.vol.ij.Guid.Papæ cõſ.xxiij. nume.6.& Fabrum in d.§.j.Inſtit. de donatio. Sed contrarium tenuit Imol.in d.l.Modeſtinus.cui videtur inhærere Capicius deci. Neapolit. cciij.idem tenet titubanter Guido Papæ.deciſ.cccxxv. Cæterùm prima opinio Bar.eſt verior & magis communis,quam ſequitur Anto.de Cannar.in dicto tract.de inſinuatio.q.xij.& Rogerius in d.l. Modeſtinus.nu.19.Occurrit vltimo loco quòd donationis inſinuatio nihil aliud eſt, quàm eam facere redigi in ſcriptis coram iudice, ita tradit Bar.in d.l.Modeſtinus.nu.2.quem Rom.Paul.Caſtr.& alij.communiter ibi ſequuntur:vbi Cuma.dicit,quòd magis propriè loquendo eſt reductio donationis ad acta iudicis,idem quoque tradit Bartol. in l. donationis.C.de dona.Bal.in d.l.illud & in authen.ſi omnes.C.ſi min. ab her.Oldr.conſi.ccliij.in fi.Alex.conſi.clvj.vol.ij.& Soc.Iun.conſilio lxvij.nu.19.vol.ij. F.Viuius.

Donatio ex quinque cauſis ingratitudinis reuocari poteſt, quas enumerat gl.in §.j.Inſtit.de donatio.& tex.in l.fi.C.de reuocand. don. Sed ex hoc dubium reſultat,nunquid ex alia cauſa ſimili, non expreſſa in dictis locis, liceat donationem reuocare, vt puta ſi donatarius donatorem non aluerit, Gofre.Alb.Ang.& Fulg.in d.l.fi. & Faber in d. §.j.tenent quòd non,& opinio iſta fuit de mente glo.in l. in condẽnatione.ff.de regu. iu. quatenus dixit cautum non reperiri, donatarium teneri ad alimenta donatori,ergo propter ea non præſtita,priuari donatione non debet.Contrarium verò tenet glo.Cyn. Faber, & alij in dicta l. fin.& poſt eos Ripa in q.xlj.& xlix.nu.163.& ſeq. Abb. Ancha. Imol.& Barba.in c.fi.de donatio.Iaſ.in authent.non licet. C. de liber. præt.Lupus in rubr.de donatio.inter virum & vxorem.§.lxxi.num.25. Guli.Benedic.in c.Rayn.nu.19.de teſta.verb.Guli.Mainer,& Cagnolus in dicta l.in condemnatione.Et id ſaltem procedit ſecundum pleróſque prædictorum, quando donatio eſſet facta omnium bonorum, vel magnæ quantitatis, aut propter dictam donationem, donator ad egeſtatem redactus eſſet.Diſtinctionem iſtam ponit Rogerius in l. qui ex donatione.ff.de donatio.& hæc eſt æqua,& commu.opin.Contraria autem ſuperiùs relata impia,& quæ gratos animos ad ingratitudinem prouocat,prout Sal.Ripa,Guli.Ben.Meynerius,& præcitati Doctores teſtantur,& Moder.in dicto c.final.Aliud exemplum vltra allegatum dictæ commun.opin.ponit Rip.in d.l.fin.Declaratur primò regula iſta vbicunque donator donationem reuocare non potuit, vel quia ingratitudo ſibi nota non fuit, vel repentina morte præuentus, impeditus fuit eam reuocare.ita voluit Io.And.Anch.Imol.& cæteri Can.in d.c.fin,Rom.& Alex.in l.rei iudicatæ.ff.ſoluto matrim. Faber in d.§.j.& Rip.in d.l.fin.q.lxj.vbi ſcribit iſtam eſſe comm.opi.& Moder.in allegato c.fi.quæ communis probatur hac ratione,quia non poteſt videri remiſſa ingratitudo ex taciturnitate defuncti, qui agere propter ignorantiam, vel aliud impedimentum, non potuit. Argumento l.mater decedens.ff.de inoffi.teſta Ergo nõ mirum ſi heres ſuus poteſt ad reuocationem agere.Declaratur ſecundo loco dicta concluſio,quando fit reuocatio donationis in vltimo caſu poſito in d.l.fin.videlicet ob pacta donotioni impoſita, per donatarium non adimpleta,nam hoc ius ad heredem quoque donantis tranſmittitur,vt concludũt ibi Bal.Ang.Alb.Sal.& alij cõiter moti,quoniã nõ fit eo caſu reuocatio propter ingratitudinẽ,ſed propter pacta nõ ſeruata, prout etiam

dicunt

dicunt Abb.Syculus,& Barba,in dicto capit final. Fulgoſi.& Ripa verò q.lxiij.in dicta l fina.tradunt in hoc quandam diſtinctionem , quæ erit ſatis vtilis in practica. Amplia,prædicta,quòd donatarius in iſto caſu nõ poſſet purgare moram & præſertim,quando ipſe donatarius iuraſſet conuenta inter ipſum & donantem adimplere:nam iuramentum obſtaret purgationi l.ſi quis maior:vbi Bart.C.de tranſactio.& idem Bart. & alij communiter in l.ſi inſulam.ff.verb.obligat.& ita in terminis conſuluit Corn.conſi.cx.volu.j.Sed nunquid purgatio iſta moræ admittatur de æquitate Canonica,vide Morder.declarantes in dicta l.ſi inſulam & Ripa in dicta l.final.numero 110.cum ſequent.Sed vbicunque (nota ad præmiſſorum interpretationem)donatio eſſet remuneratoria, propter ingratitudinem reuocari non poſſet, ſecundum Roma. conſilio ccxcviij.in fin.circa præmiſſum, & voluit Alex, conſi.ccxv.nec arguendi.vol.iij.vni ſubdit,quòd licet aliàs priuilegium exemptionis poſſit reuocari propter ingratitudinem,vt notat Bal.in l.ij.C.de li.& eorum lib. tamen quandò eſſet conceſſum in remunerationem, non poſſet reuocari propter ingratitudinem,ad quod allegat Bald,in l.ſi cum mihi.ff. de dolo,nec poſſet reuocari donatio facta Eccleſię,propter ingratitudinem Prælati,vt ſentiũt omnes Can.in dicto cap.final.& iſta eſt communis opinio teſte Ripa in dicta l.fina.numero 173.& ſequent vbi eam latè probat & declarat. F,Viuias,

Donatio facta inter virum & vxorem,conſtante matrimonio firmatur iuramento,Eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in l.pacta quæ contra.C,de pact.Dec.conſi.ccxxxij.dura admodum.Idem conſilio ccxl.& diligenter.Alexand.conſi.viij.in ij.volumi,Dec,dicit magis eſſe communem,in conſil.ccij.vt patris conſult.vol.j. M.Gribard.

Donatio facta inter patrẽ,& filium confirmatur iuramento.Eſt com, opin,ſecundum Decium conſi.ccxxxix.Primò non videtur.in princip. & conſilio ccccxxxij.cùm ſit quod Almericus, Idem,

In Donatione facta à patre filio propter benemerita, non ſtatur ſoli aſſertioni patris de benemeritis,niſi aliter probentur.Eſt communis opinio ſecundum Decium,conſil.ccclxvj. pro declaratione, Oldr.conſil. v.Titius dedit.in fin. Idem,

Donatio cauſa mortis, facta per filium patri , ipſo patre ad ſuam vtilitatem conſentiente non valet.Eſt communis opinio ſecũdum Deci. conſi.cclxxix.placet mihi,ver.ita ergo in propoſito. vol.ij. Idem.

Fallit quando pater generaliter conſenſiſſet filio donanti cauſa mortis,vt poſſit donare cui voluerit:ita Dec.in dicto conſilio,ver,& certè negari non poteſt.

In Donatione remuneratoria,non habet locũ diſpoſitio l.ſi vnquam, C.de reuoca.donat.Eſt communis opinio ſecundum Decium conſilio ccclxvj.pro declaratione,verſi.venio ad tertium dubium.Tamen pars, quæ dicit donationem eſſe remuneratoriam,debet probare veritatem benemeritorum : nec ſufficit aſſertio ſolius donantis , etiam in ſpecie, ſecundum eundem,

Donatio omnium bonorum,præſentium & futurorum,facta Eccleſiæ valet fauore eccleſiæ. Eſt com.opinio ſecũdum Dec.in c.in præſenſitia,in princi,ver,opinio tamen. extra de probat, Alex.in l.ſtipulatio hoc modo concep.de verb.ob.Dec.in conſi.ccccxxxviij.in cauſa,verſi, ſecundò reſpondetur,volumine.tertiò, Idem,

Veſtes prætioſæ,gemmæ,catenæ,monilia,& alia ornamenta per maritum vxori vel ſponſæ tradita,non cenſentur donata, ſed vt ornatius incedat,ad vſum tantum accommodata,igitur veniunt ipſi marito,vel eius heredibus reſtituenda.Eſt communis opinio ſecundum Corn.conſilio lxxxj.primus conſultationis,verſiculo non obſtantibus,vo.j. Idẽ.

Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum,etiam cum iuramento non valet omnino,nec in parte.Eſt communis opinio ſecũdum Corn,conſilio clxvj.in præſenti.ver.ex quib.vol.ij. Pulchrè Dec. conſ.xxx.volu.j. Idem.

Donatio facta in aliquo teſtamento,in pœnam mutationis ipſius teſtamenti non valet.Eſt communis opinio ſecundum,Alex,in conſi.clvj viſo teſtamento.volum.vij. Idem.

Iocalia & alia ornamenta,miſſa vel tradita à ſponſo ſponſæ,in dubio non cenſentur ei tradita animo donandi , ſed ad vſum concedendi,vt ſponſa venuſtior reddatur.Eſt com opi.ſecun.Alex.conſi.clv.viſo.tit.in fi.vol.vij.& vide ſuprà,nu,7, Idem,

Donatio facta filio emancipato,aliis filiis in poteſtate conferri debet, ſed non aliis emancipatis,Eſt verior & magis commun.opin. ſecund. Dec.in conſi,lix,licet in cauſa.circa.fi.verſic.non obſtant allegata.volu. j.& com.opin maximè procedit,quando non conferendo fratres ad maiorem æqualitatem reducuntur,vt ibidem tradit Deci.verſi.ſed tamen diligenter. Idem,

Donatio omnium bonorum præſentium valet,& tenet.Eſt com.opi.ſecun.Corn.conſi.ccxxviij viſo,verſi.non obſtat,& conſi.cclij primo, verſicu.ſed quòd imò.vol.iij. Idem,

Promiſſio ſcienter facta,etiam ſine aliqua cauſa diſcreta vel ſpecificata,videtur facta animo donandi.Eſt com.ſecundum Alexand. conſil. iiij.circa primum.verſi.ſed his non obſtant.volum.j. Idem.

Donatio iurata non infringitur ex defectu inſinuationis.Eſt vera opin,ſecundum Alex.in conſilio iiij.verſi quinimò.virtute.vol.j. Idem.

Ad iudicandam quantitatem donationis inſpicitur quantitas bonorũ exiſtentium tempore mortis donatoris.Eſt comm.opin.ſecundum Alexan.conſi.viiij.circa primum.in fi.verſic.non obſtat.vol.j. Idem.

Conſtitutum donantis,& poſſidentis, in fauorem primi donatarij. præfertur actuali donationi ſecundo donatario factæ.Eſt commun.opi. ſecundum Alexand.dict conſi.xiiij,in fine.volum.j. Idem.

Pactum quòd donatio prætextu ingratitudinis reuocari non poſſit, non valet ſecundum Pau.& Iaſ.in l,fin,C.de pact.Butri.& Imol.in c. fi. de donation,Et eſt communis opin,ſecundum Alexand.in l. ſtipulatio hoc modo concepta,de verborum obligationib.niſi interuenerit iuramentum.quia tunc tale pactum confirmatur ſecundum Alexand.conſi. xl.ſuper primo.verſi.fruſtra quæritur.volu,iiij.& Corn,conſil.cij. volu. primo, Idem,

Donatio facta patri à filio,de conſenſu ipſius patris indiſtinctè, non valet.Eſt magis com.opin,ſecun.Deci conſi.ccxlv.verſi.nõ obſtant.vol. iij.poſt Socin.l.j.§.fuit quæſitum.ad Trebell.vide ſuprà,nu,4, Idem.

Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum ; reſeruato tamen vſufructu,non valet.Eſt verior opin.ſecundum Ripam, in libr. iij,Reſponſ,cap,xiiij,verſi.circa tertium.& ita tenuit Paul. de Caſtr. in conſil.cj,notandum eſt.in l,finali.C.de pactis.Cornel.in conſilio clxxvj. in præſenti,volumine ſecundo,Deci in conſilio xxx.& in conſilio cclj. in cauſa magnificæ.Licet contrarium tenuerunt Alexand.& Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verborum obligation.tamen præcedẽs eſt verior,& communior, vt patet ex prædictis. Idem.

Donatio facta alicui,& eius liberis vel deſcendentibus,videtur facta ordine ſucceſſiuo vt primò pater,deinde poſt eius mortem filij admittantur.Ita eſt communis obſeruantia, & Doct.opi, ſecun, Dec.in con, dcvij.viſo puncto.in prin.vol.v. Idem,

Donatio facta ſine ſolennitatibus,à iure vel ſtatuto requiſitis iuramento ſuppletur & conualidatur.Eſt vera & cõm.opin.ſecun.Iaſ.in cõſi.lj.ſi tota dubitatio,nu,3,vol,i,

Donatio patris in filium,ab initio efficax & irreuocabilis,in eius legitimam non imputatur , niſi hoc in donatione expreſſum fuerit. Eſt commun. opinio. ſecundum Alexand,in conſilio viij. viſis,in princip. volumine,ſecundo. Idem,

Pater donans alicui, poteſt ſpecialiter renunciare beneficio l.ſi vnquam.C.de reuocan,donat.quia mero fauore ipſius patris inductũ eſt. Magis com.opin.ſecun.Iaſ.conſi cxxv.Bartolomeus.volum.j. Idem.

Donatio vbicunque incipit à promiſſione , donator tenetur de euictione,ſecundum gloſſ.Bart,ceteróſque Doct,communiter.in l,Ariſto. §.fina.de donatio. ff,vbi Rogerius plures caſus conſiderat.Sed contrarium expreſſe tenet,& firmat glo.fin,in l.Iulianus.§. qui fundum.ff. de verb.obligat.Iaco,de Arena.& Alberi,in l.j,C,de iure dot.Cuma in d.l. Ariſto,in fin.Fulgoſi,in l.ad res donatas.ff.de ædi.& in l,ſi tibi.§.pactum Bart.in l.ſi id quod aurum,nu 7.ff.de verb.obligat.idem ſentit Ripa li. iij.reſponſorum cap,viij,nu.2, & Faber in §.j.Inſtitu,de donatio, ceterũ rationes iſtorum Doct,parum,aut nihil me mouent ad diſcedendum à præmiſſa communi opinione,quæ quippe ita amplexa abſque alia rationum inculcatione limitatur non procedere in donatione facta per libertũ in fraudem patroni, quam licet patronus reuocet,nihilominus donatarius non habet actionem de euictione contra libertum, poſito quod donatio cæperit à promiſſione,caſus eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum gloſ,quem Bart,Angel,Pau,Caſtren,Imo. & alij communiter ſequuntur ibi,& in l.qui res,§.j.ff,de ſolutio.& Rom.in d.l. Ariſto.§.fin.inferens ibidem eſſe in patre reuocante alienata per filium in eius fraudem.Limitatur ſimiliter dicta communis, quando euictio ſequuta fuit virtute hypothecæ ignoratæ,vt quia res fuerat obligata per anteceſſores donantis.ita Paul.Caſtren.in l.ſi rem meam.in fine. ff. de ſolut.quem ſequitur Afflictus in cap.j.numero.8,de lege Corrad.Limitatur tertio loco dicta communis non procedere, quando donatio ipſa non incipit à promiſſione,ſed à traditione,tunc donator non teneretur aliquo modo de euictione,ſecundum gloſſ.in d.§.j. Inſtitu.de donatio. vltra quam gloſſ.& alias,quas citat Areti. ibi habes aliam in d.l.ad res donatas,quam ſequitur Cepolla ibi in nu.7.Doct.in l.Ariſto.§.fin.Imo. in c.fin,de emptio.& vendi.Corne.conſil.cxlj.vol.ij.Iaſ.conſil.xxxiiij. & conſi,lxxiij,vol,j.Ruinus conſi clxxxiiij.lib.j.Boërius conſ.lxvij.in prin. & iſta eſt communis opinio teſte Areti.in d.§ j. Inſtitu. de donatio. & Curti.Iuni.conſilio clxxviij.nume.27.quæ ampliatur in tantum procedere,vt habeat locum non ſolùm in donatione,quæ incipit à vera traditione,verum etiam à ficta,vt quia donator conſenſit ſe donatarij nomine poſſidere,id enim conſtitutum eſt actus fictus & ficta traditio, vt tenet glo,& Doct.in l.ab emptione.ff.de pact.Bart.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.Bal in l.pen.C.de vſuc pro dona. Corn.conſi. cccxliij. lib.j.& Cuma.conſi.clxxiij.& ratio huius ampliationis ad præmiſſam tertiam limitationem per Doct,præcitatos allegatur iſta,quoniam licet conſtitutum ſit ficta traditio,tamen ex eo transfertur vera, & propria poſſeſſio,ac ſi vera traditio interueniſſet,vt tradunt Bar.Ang.Bal. Fulgoſi.in d.l ab emptione,in fin. Bart.Imol.& Iaſ.in d l ſi i ,qui pro emptore.Roma in l.traditionibus,C.de pactis Aret in §. per traditionem. Inſtit.de rerum diuiſio.Alexand..conſilio lxxiij.volumine. ſexto cum

infinitis alijs quos cumulat Tiraquel in tracta, de conſtit.poſſeſ.in ij. parte.nume.1.vbi tandem.nume.6.concludit iſtam fore magis communem opinionem,propterea non eſt mirum,ſi donans de euictione non tenetur.Sublimitatur tamen ſeu declaratur. dicta vltima limitatio ita ampliata in donatione remuneratoria,in qua donator tenetur de euictione,licet à traditione inceperit,ita Rayneri.Iaco.de Arena, Bart. Aretin. Alex.Iaſ.& alij communiter in dict.l. Iulianus.§. qui fundum. Iaſ in l.ex hoc iure,nu.68.ff.de iuſtit.& iure,& conſi.xxxiiij.ſuprà citato,Alex conſil.xlvij.Cor.conſi.cxciiij.vol.iij.Rubeus conſil.xcv. in fine, Tyraq.in l.ſi vnquam.C de reuoc.donatio,nu.51.Grauet. conſil. lxiiij. nu.2.& Boëri deciſ lxvij.Declaratur quoque dicta limitatio non procedere quando promiſſa foret euictio ſiue per ſtipulationem,vel nudo pacto hodie,ſecun.Bart.in d.l.Ariſto.§.fin Areti.& Iaſ.in d.§.j.Inſtit. de donat.in addi.Chriſtophori,& Boëri.in citata deciſio. lxvij.in princ. de quo tamen ſecundo dubitat Imo in d.l.Ariſto.§.fin. quia hoc ſecundũ cum non reperitur iure cautum,nec tale pactum videtur poſſe veſtiri cohærentia contractus,qui non producit actionem Sed(quicquid ipſe ſuadeat)opinio Bart.& ſequacium eſt communiori interpretum calculo approbata,vt atteſtantur Doct.in præcitatis locis : procederet etiã iſta communis,ſi verbis generalibus promiſſa fuerit euictio,vt quia donator promiſerit rem donatam bonam facere,ita tenet Corn.conſi. cxlj.nu.10.vol.ij.Procederet ſimiliter quotieſcunque donator promiſit pro ſuo dato,vel facto,dicitur enim de euictione promiſiſſe iuxta notata per gloſ. Bart. Bald.Saly,Pau. de Caſtr.in l.ſi ſeruus.in prin. ff. de con.fur,& ita tenet Goza.conſi,lx.nu.16. F.Viuius.

Donatio ſub conditione facta dicitur propria,& ſimplex donatio,vt concludit Bart.Pau.de Caſt.Cu.ceteríque communiter per illum text. in l.ij.§.ſi pecuniam.ff.do donatio.Deci.in j.lect,nu.19.& Moder. omnes in l.j.ff.ſi cer.peta.Contrariam verò partem tenuit Areti.in §.j.Inſtit.de donat.vbi voluit,quòd donatio propria debeat fieri purè,& mera liberalitate,ita quòd donatarius non ſit adſtrictus ad aliquid dandũ, vel faciendum Circa primum , quòd purè facienda ſit donatio ſentit Aret.quòd donatio propria ſub conditione fieri non poſſit,meritò cõcludendum eſt in hac re diſtinguendo,quod quædam eſt conditio dependens ex facto donatarij,& commodum donantis reſpiciens,puta ſi donatarius quid donanti dederit,vel fecerit,& iſta non eſt vera donatio,Cenſetur enim donans moueri non ex liberalitate,ſed ſpe lucri futuri.caſus eſt in l.hoc iure.§.j. ff.de donatio. & ita procedit ſententia Are.in d.§.j.Altera verò eſt conditio non reſpiciens donantis commodum, ſed futurum euentum,& iſta non impedit quominus dicatur vera donatio,quia non cenſetur moueri ad donandum contemplatione illius caſus,ſed ex ſua liberalitate:non tamen vult donare niſi caſus eueniat,ita tradit Pau.de Caſt in d.l.j.ff de donat.Bart.in d §. ſi pecunia. Deci.in l.diuus.ff.de reg.iuris.& in dicta lege prima.in prima lectura.ff. ſi cert.peta.& Crauet.conſil.lxxxv. Viuius.

Donatio iuris præſentandi facta laico non valet ſine conſenſu Epiſcopi.Magis communem ait Phil.Dec.conſi.ccccxlj. B.Villal.

Donatio propriè non eſt contractus,Communis eſt,vt refert,probat & ſequitur Rimi.ſuper Rubr.de donat.nu.62.Inſtit. I.Fich.

Donatio facta filio cauſa ſtudij non valet.Magis commmunem dicit Franc.Rip.in l.j.nu.140.ſolu.mat. B.Villal.

Donationem non ſolum ex quinque cauſis ingratitudinis in fi.cap. de reuocan.donat.expreſſis,verum etiam aliis,conſimilis grauitatis,reuocari poſſe, communis,& æqua eſt opinio , contraria vero impia. Ita Hippol in §.j.nu.356.Inſtit.de do, I.Fich.

Donatio inter virum & vxorem,habet conditionem tacitam , ſi donans prædeceſſerit,Alciat.in cap.cũm contingat.num. 106. de iureiur. communem dicit. B.Villal.

Donatio alias inualida propter omiſſam inſinuationem iuramento firmatur.Hæc magis communis eſt opinio ſecundum Rimi.in. §.j. nu. 255.Inſtit.de dona. I.Fich.

Fallit in donatione iurata,quia ſtatim ſortitur ſuum effectum:Socinus in ſuis fallen.reg.ciiij.in verſiculo donatio , communem dicit. Sed circa iſtam fallentiam variæ ſunt doctorum opiniones,Curt.Seni.conſilio lxvj.numero.6.dicit donationem inter coniuges non firmari iuramento,vbi dicit communem,Alciat.tamen in dicto capitulo cum contingat numero 197.contrariam dicit magis communem,licet ſibi non placet:Ioan.Lupus in dicta Rubrica de donat.inter vir. & vxor. §.fi.in fi.nu.1,dicit communem noſtram limitationem & obſeruari in practica.& idem Ioan.de Ripa in ſuis Reſpon.libro tertio & cap.xvij. numero primo,& Couar.in rubr.de teſtam.parte ij.numero 22.communem dicit limitationem.

De iure regio donatio inter vir. & vxor. infra annum contractus matrimonij non valet:poſt annum,ſi filij ſuperueniant:itidem non valet niſi in quinto bonorum l.vj.titu.j.libr.iij.ſi tamen filij non ſuperueniant valet.l iij,tit.xij.lib.iij. For.ll. quam legem limita , vt in noſtra communi,ſi donans prædeceſſerit : cum qua concor. l. iiij. titulo xj. parte iiij.ſed limita dictam communem & quòd non ſit neceſſarium, quod prædeceſſerit donans,quando ipſe donans non efficitur pauperior ex donatione etiam ſi donatarius efficiatur ditior per l.v.titulo.xj. par.iiij.vel ſi recipiens non efficitur ditior:etiam ſi donans efficitur pauperior.vt in l.vj.tit.xj.par.ea. Nota quòd hæc donatio inter coniuges ad hoc quod morte confirmetur:requiritur traditio vt per Io.Lupum in repet.rub.de donat.§.xxxv.verſic.aduerte nunc,per totum.vbi vide aliqua per quæ fit traditio.

Nota quod ad confirmationem iſtius donationis ſufficit traditio ficta Ant.Gomez in l.xlv.tau.nu.3.communem dicit ex gloſſ.in .l.ij. C. de dote cau.& non nume.Et nota quod ſi donatio inter coniuges ſit reciproca non requiritur traditio ad hoc quòd confirmetur morte:vt eleganter dicit Pau.Caſtren.in l.ſi pater.ff.de dona.inter vir.& vxor. de quo meminit.Ioan.Lupus in repetit.dict.rubric.§.50.numer.17.de donationibus inter virum & vxorem.& vide eundem Io.Lupum §.lxxv. per totum.

Donatio,quæ morte confirmatur : non cenſetur inter fratres : quia habet vim legati,Io.de Ripa.in ſuis reſpon.lib.iij.de dona c.ix.nu.8.cõmunem dicit. B.Villal.

Donatio ſimplex facta per patrem,filio in poteſtate mortuo fratre, non confertur:ex quo facta non valet,ſed per mortem confirmatur,Iaſ. in l.ex teſtamento.numero 10.C.de collat.communem dicit.

Fallit primò ſi eſt donatio iurata,quia ſtatim valet.Alciã.in c. cum contingat.nume.207.de iureiuran.Ioan.de Ripa de don. in d.nu.8. & Deci.conſi dclxxxviij.& conſi.cclxvj.& ccxxxix.& Io. Duran. in arte teſtan. titu.iij.cau.ij.communem dicit, B.Villal.

*ADDITIO.* De hac fallentia & quòd communis ſit,vide plura apud Hippo,Riminal.in §.j.nu.291.Inſti.de dona. I.Fich.

Fallit ſecundò,in quantum dicit,quod valet ſtatim,quòd eſt conferenda in donatione facta filio exiſtenti ſub patria poteſtate ex cauſa ſtudij quæ ſtatim valet,& non confertur.Segu.in l.vnum ex familia.§. ſed ſi fundum.nume,131.ff.de leg.ij.& Iaſ.in l.j.nu.52.ff. ſolut.mat. cõmunem dicunt:Contrariam,ſcilicet,quòd conferatur, dicit magis cõmunem Ripa in l.j.ff.ſolut,matr,nu,104.ſed opin.Dida de Segu.& Iaſ. approbatur per l.v,tit,xv.part.vj.vbi diſponitur valere donationem,& non conferri,quam limita in peruerſo ſcholari,vt per Stellam recitatur colla.in verſ.quæ res ſint quæ non cadunt.in collationem,vt per Alex. in authen.quod locum.de colla.C.&.ibi Iaſo. & vide Cora.in l.frater à fratre,nu.64.ff.de condi.indebit.& ad hoc pertinet quod dicit Tiraquellus tractat.ceſſante cauſa.in verſic.priuilegij cauſæ.nume.207.vbi dicit eſſe communem opinionem,quòd priuilegium conceſſum ſcholaſticis comprehendit parum ſtudentes ex Domini.in prooemi,lib.vj. Decret. licet ſibi non placeat. B.Villal.

Donatio ſimplex facta filio emancipato confertur, Iaſ.in l.ex teſtamento.nu.14 C.de colla.communem dicit.

Amplia iſtam communem,quia non ſolùm eſt conferenda cum alio filio ſub poteſtate,ſed etiam cum emancipato.Iaſ.in d.l.ex teſtamẽto.communem dicit. B.Villal.

Donatio facta filio per patrem , qui eſt ſub eius poteſtate, inducit obligationem naturalem.Io.Cor.in l.frater à fratre §.quæſitum,nu.46. ff.de condi.indebi.communem dicit. Villal.

Nota quod ad hoc quòd donatio facta filio ſub patria poteſtate cõſtituto confirmetur morte,requiritur traditio,gloſſ.in l.Papinianus. ff. de dona,inter virum & vxorem communiter approbata vt per Iaſ.in dicta l.frater à fratre numer,46.Et nota quòd hæc traditio ſufficit,ſi fiat per traditionem veram,vel fictam,vt per clauſulam conſtituti,vt notat gloſſ.in lege ſecunda.C.de inoffic.teſtamen.& Segu,in lege prima.numero.1.§.ſed ſi fundum.ff.de leg.ij.

In iſtis donationibus factis per patrem filiis de iure regio diſponitur per l.xvij.in deciſ.tau.quòd pater ſiue filiis ſub poteſtate,vel emancipatis poteſt donare tertium,& quintum bonorum:& poteſt reuocari talis donatio vſque ad mortem donantis:niſi ſit ex cauſa onerosa vel cũ alio tertio facta donatio:& illud tertium,& quintum eſt,quòd pater poteſt in vita,vel in morte donare,vel legare ſiue vni, ſiue pluribus filiis per l.xxvj.tau.& non requiritur iuramentum ad validitatem donationis teneo etiam quòd de iure regio non habet locum dict.l.iij.titu. iiij. part.v.nec l.v.titu xv.part.vj de quibus in nume.97.nec communis opinio,dicti nu.ſtantibus aliis filiis priuarentur ſua legitima : cum iuramentum non debet operari in præiudicium tertij per tex.in c.quamuis, de pactis in ſexto.& in capitu.veniens,de iureiurando,ex quibus concludit Alci in capitu.cum contingat,numero 30.de iureiurando. cum aliis ſequentibus,quòd alienatio fundi dotalis cum iuramento,licet operetur contra mulierem,non tamen adſtringit filias quin poſſint petere reuocationem iuramento non obſtante,quem vide.Tamen iuramentum producit effectum in patre dotante:ita quòd pater non poterit reuocare dictas donationes : cum iam ſortitæ ſint effectum per dictam opinionem numero 96.& quod ad iſtum effectum remanent dict. ll. par.incorrectæ.Et etiam ex iuramento producitur alius effectus : quod ex dicta donatione non deducitur tertium & quintum:in quibus alius frater eius melioratur,ſed dictæ donationes comprehendũtur ſub tertio & quinto,per l.ſeptuageſimam quintam in ordin.tau,Et nota,quòd ſtante dicta.l.xxvj.tau.non habet locum communis opinio:de qua per Iaſo.in l.ſi quãdo talis.§.generaliter.C.de inoffi.teſtamen.quòd donata

filiis

filiis inter viuos non conferuntur,nec computantur in legitima: cùm per dictum l.non poteſt ligari,nec donari filiis vltra tertium,& quintum etiam plurimis,item nota ſtante l.17.tau.diſponente donationē, ſecuta traditione,quòd non poteſt reuocari:quod non ſolùm habet locum in filio emancipato:ſed etiam in eo qui eſt ſub poteſtate patria, vt per Io.Lupum in d.l.nu.15.Item nota quòd per l.in curiis Madricij, centeſimaprima, Pater non poteſt meliorare filiam donatione inter viuos vltra legitimam quod per d.l.non reprobatur melioratio facienda in teſtamento ſecundum l.ix.tit.*las mandas*.lib.iij.For.ll.& de iſtis donationibus vide Nunium in dictionario litera C. B.Villal.

Donatio inter patrem,& filium in poteſtate iuramento confirmatur,& ſuſtinetur. Communem dicunt Iaſ.Dec.Riminal.Pariſius, Bertrand.Ruynus & Alciatus,ſecundum Hippol.in §.j.nu.273.Inſtitu. de donat. I.Fich.

Nota quòd donatio facta etiam ab infirmo, ſi mentio mortis non eſt facta in ea,cenſetur inter viuos, Ripa in libr.iij.reſpon.de dona.c. ix.nu.7.commun.dicit. B.Villal.

Donatio facta inter prohibitos propter bene merita etiam ſi merita in ſpecie exprimantur,probanda ſunt merita,vt in donatione con cubinæ facta per militem, vel clericum. Cora. in l. frater à fra re. §. quæſitum.nu.55.ff.de condit.indeb.com.dicit & vide in verbo merita.

Nota iſtam communem ad intel.l.iij.tit.ix.lib.v. quæ loquuntur de dona.regalibus. B.Villal.

Donatio inter virum & vxorem iuramento confirmatur. Iaſ.magis commun.dicit in l.pacta quæ contra.C.de pact.refert Rimi.in §.j. nu. 272.Inſtit.de donat. I.Fich.

Donatio generalis non comprætendit rem debitam donatori ex fideicommiſſo.Boë.deci.xxxiij.comm.dicit. B. Villal.

Donatio eccleſiæ vel pio loco facta, excedens quingentos aureos, etiam ſi non inſinuata ſit,tamen valet.commu.dicunt Felin.Rip.Iaſ.& Ruinus,vt eos allegat & ſequitur Rimi.in §.j.nu.385.Inſtitut.de actio. I.Fich.

Donatio omnium bonorum tam præſentium, quàm futurorū non valet.Cur.Iuni.conſi.xxv.nu.1.Pan.conſi.xlviij.vol.ij.Io.Duran. in arte teſtan,tit.x.cau.ij.communem dicit.

Amplia etiam ſi interueniat iuramentum.Cur.Iun.in d.conſil. xxv. nu.6.commu.dicit. B.Villal.

Contrariam tamen dicunt communem multi Docto.quos vide apud Petr.Duen.Regu.ccxix.ver.ſecus tamen eſſet,&c.eo ſcilicet caſu quando libera eſſet teſtandi facultas. I Fich.

Fallit primò,ſi ſit donatio vniuerſalis omnium bonorum, quia valet,& intelligitur ſolum de præſentibus,Iaſ. conſil,v.vol.iij. communem dicit.

Fallit ſecundò,in donatione omnium bonorum poſt mortem:quia etiam præſumitur de præſentibus tantum, Iaſ.in d.conſil.v.reſpon. ad tertium communem dicit.

De iure regio donatio omnium bonorum etiam præſentium, non valet l.vij.tit.xij.lib.iij.For.ll.& l.lxix.tau.Et ſi quis habet filios,vel deſcendentes poterit donare extraneis ſolùm quintam bonorum per d.l. vij.filiis autem tertiam & quintam l. vj. & xxvij. tau. Habens autem deſcendentes,poteſt donare etiam extraneis tertiam bonorum l.xviij. tau.ſi non habet deſcendentes nec aſcendentes poteſt donare tertiam partem bonorum non tamen omnia etiam præſentia per d. l. lxix. & vide plures limita.per Soc.in reg.cviij.

Fallit tertiò,ſi fiat eccleſiæ,Anto.Gomez.in l.lxix.tau.nu.7. comm. dicit ex Bart.in l.ſi.C.de pactis.ſed tamen eccleſia tenetur donatorem alimentare l.ſunt qui.cum tribus ſequen.ff.de re iud. & pro hoc eſt l.j. tit.ſi.par.v.quam etiam teſtatur commun.Deci. conſilio cccclxxxviij. num.5. B.Villal.

*ADDITIO*. De hac donatione omnium bonorum,& quod non valeat,etiam quò ad bona præſentia,ſecundum communem, vide diffuſiſſimè Hippo.de Rimi.in principio Inſtit.de dona.nu.364.cum ſeq. I.Fich.

Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium non comprætendit iura & actiones:quia ſunt ſpecies ſeparatæ,Iaſ.conſi.v.vol. iij.communem dicit, B.Villal.

Donatio de fundo trium iugerum,etiam ſi plura ſint iugera: omnia comprætendit:ſecùs tamen,ſi de iugeribus facta ſit donatio.Alexand. conſi.cvj,vol.vj.& Dec.conſi.ccccxlvij.communem dicunt:quam declarat Dec.quando eſt facta mentio de confinibus,& vide Cur.Iun.cōſi. cxxxj.vbi cōcludit cum diſtinctione,quam dicit ibi communem: aut incepit contractus à iugeribus, & tunc non comprætenduntur plura quàm nominata:ſi tamen incepit à fundo,etiā ſi plura ſint iugera comprætenduntur: & ſic eſt intelligendus tex.in l.ſi fundum. ff. de euict. Idem.

Donatio cuiuſlibet partis bonorum reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.Io,de Rip.in l,j,quæſt.vij.nu.15. C.de reuocand. donat,communem dicit.

Amplia etiam ſi ſit iurata,idem Rip.q.iij.nu.7.com,dicit.

Amplia ſecundò,in donatione cuiuſcunque rei particularis Io. Nic. in addi.ad Alex.in tract.de præſump.reg.j. præſump.xiiij. comm.dicit.

Fallit,ſi res donata ſit minima.d. Ioan. Nicol numero quarto,communem dicit. Idem.

Donatio cum clauſula,ſi contigerit reuocare teſtamentum, eſt inutilis:& non firmatur iuramento,quia tollit factionem teſtamenti. Alex. conſi.clvj.vol.vj.communem dicit,licet antiquitus communis opinio erat contra.per Ioan.Duran.in arte teſtan tit.x.cau.ij. Idem

Donatio facta eccleſiæ,valida ſit.Angel.in proœmi. Inſtit.communem dicit. Idem.

Donatio facta ambaſiatoribus, non præſumitur facta contemplatione principis,ſed illorum.Alci.de præſump reg j.præſump.xviij.nu.2. communem dicit. Idem.

Donatio facta per auum nepoti cenſetur aduentitia:& non acquiritur patri.Alci.ibidem.in fi.communem dicit. Idem.

Donatio propter ſolam conſanguinitatem non præſumitur,niſi concurrant hæc duo,diuturnitas tēporis,& ratio ſæpius calculata vt nota. in l.Procula.ff.de proba.Et communem dicit Alcia.in tract. præſump. Reg.j.præſumpt.xxxij.num.5.cum ibi allega. I.Fich.

Donatio ſi incipit à traditione, & non à promiſſione, donator non tenetur de euictione.Curtius iunior conſil. clxxviij. numero 27. communem dicit. B.Villal.

*ADDITIO*. Et communem dicit Bart.Cæpola in l.ad res donatas.nu.7.ff.de ædil.edict.Et Aret.in §.j.inſtit.de donat. I Fich.

Niſi malitioſè donauerit,quia tenetur dare donatario tertiam partem prætij,donatario tamen ignorante l.xii.tit.vij. par.iij.ſi tamen donatarius ſciuerit rem eſſe alienam,& receperit in donationem,emptionem,vel permutationem,reddit eam domino cum duplo,l.vj.tit x.For. ll.lib.iij,& vide Ioan.Lupum in repe.rub.de donat.inter vir. & vxor.§. lxv.nu.54.& vide l.vj.tit.xiij.lib.iiij.For.ll. B.Villal.

Donatio non dicitur ex hoc ſimulata, quòd donans ſemper perſeuerauerit in poſſeſſione.Curt.iun.conſil.cviij nu,11.communem dicit. quam intellige quo ad ipſos contrahentes.ſecus tamen quo ad tertium creditorem.Imol.conſil.lv.& Panor. in c. dilectus. *el primo*.de præben. & Boër.in conſuet.Bituri.in rubr. *des donations*. §.primo.& relinquitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum, & rerum. vt per Bald. conſil.lxx.numero 5.volum.j. & vide Tiraquel.de conſtit.part.iij.limi. ix.per totam. B.Villal.

Donatio,nec alius contractus in diſpoſitionibus contra ius,non venit appellatione venditionis: ſecus tamen ſi ſunt conformes iuri. Pet. Rauen.in alpha.aure.in verbo alienatio,communem dicit. Idem.

Donatio non præſumitur quando debitor aliquid ſimpliciter dedit creditori,ſed compenſatio.Ioan. Cora.in l.frater à fratre, num. 4. ff. de condi.indeb.communem dicit. Idem.

Donatio cauſa mortis quo ad ſui confirmationem æquiparatur contractibus.Communem dicunt Ruin.Ripa. Socin.Iunior, Pontanus & Guliel.Bened.vt refert & ſequitur Hippol. Rimi. in princip. de Donat. num.631.inſtit. I.Fich.

Donatio tam olim,de iure Digeſtorum,quàm hodie erat contractus nominatus,ſecundum Bart.Bald.Angel.Paul.Caſtren.Alexand.& alios per pulcherrimas rationes in leg.iuris gentium,ff.de pact.Cyn.Bart.& Bald.in l ij.C.de condi.ob cauſ.quorum opinionem ponit eſſe communem Iaſ.in d.l.iuris gentium,num.8.& Ferandus in repetit. l. pacta conuenta,num.51.52.& 55.in iij.lect.ff.de contra.emptio. In contrariam verò partem inclinauerunt præcipitanter Fulgo. Roma.& Iaſ.in d.l.iuris gentium, aſſeuerantes ibi donationem ſemper fuiſſe contractum innominatum,ſed glo.in l.ſi. ff.de condictione ob cauſam,& in l. ædibus.§.j.in verb.ex rebus.ff.de donat.& in d.l. iuris gentium, fuit in alia opinione, aſſerens in dictis locis de iure Digeſtorum fuiſſe contractum innominatum,cæterum hodie,quia ſola conuentione perficitur, & ſolo conſenſu producit actionem, videtur ipſa donatio contractus nominatus,quam gloſ.ſequitur Fortunius Garzias in d.l.iuris gētium, numero decimoquarto.tamen quicquid iſti Doctor. ſuadeant in tam variis ſententiis,ob hoc opinio Bart.& ſequacium communis ſequēda eſt,quæ videtur in iure veriſſima,vt per Mo.in locis præcitatis abunde reſpondentes omnibus fundamentis contrariis. F.Viuius.

Donatio cenſetur facta cauſa mortis, quando de morte fit mentio, l.Seia.in fin.ff.de dona.cau.mor.& l.quæ dotis,& ibi Bart. Bald.Dec.& omnes. ff.ſol,matr.Ioan.Faber.Bar.Bald.& Sali.in l.ij.C.de iu.dotium, in l.in donationibus. C.ad l. falci.Roma.con.ccxxix.Alex.conſi. xiij.in princ.vol.j.& omnes Doct.in l.non omnis.in princ.ff.ſi cert. pet. Hinc nota perpetuò,quòd vbicunque donatio facta eſſet ab infirmo,nō præſumeretur donatio cauſa mortis,ſecundum Bar.& omnes ſcriben. communiter in d.l.quæ dotis. In tantum quòd donatio facta à conſtituto in extremis vitæ ſuæ reputatur,ac cenſetur donatio inter viuos,niſi fuiſſet facta mortis ſpecialis mentio, ſecundum communem intellectum d.l.Seia.§.fin.traditum ibi per Doct.in locis præcitatis,quam communem ſequitur,declarat & atteſtatur Ripa in tract.de peſte,in tit. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis,& vltimarum volūtatum cauſa mortis,num.175.accedit ſimiliter præmiſſis quòd iſta donatio cauſa mortis nudo pacto perficitur ſecundum Bart.in l.cùm pater.§. Mæuio.ff. de legatis

de legatis ſecundo,& in l.j.ff.de donatio.cauſa mortis, & omnes Doct. communiter in l.ſciendum,alias l.ſecunda,ff.de legat, primo.vbi Alex. numero 7.& cæteri ſcriben.communem iſtam citant, comprobant,& pluribus mediis tuentur. F.Viuius.

P R O. Donationes cauſa mortis legatis comparantur.l.j. ff. ſi quid in ſrau.patro. Bellon,

P R O. Donationes inter virum & vxorem,ſunt prohibitæ,ne mutuo amore ſe ſpolient.l.j.ff.de dona,inter virum & vxor. Idem.

Donatarij præſentia cum taciturnitate,conſenſum inducit:& donationis validitatem,Hier.Cagno in l.ſemper qui non prohibet. num. 5. ff.de reg.iur.communem dicit. Idem,

Donata ſponſæ per conſanguineos ſponſi, ſol. matrim. ſunt heredis mariti & non ſponſæ. Cagno.in l,contractus.nu.48.ff.de reg.iur.communem dicit,tamen per plura Alcia,de præſumpt.re.j.præſum.xviij.tenet contrariam.quem vide,& tene communem. Idem.

De iure regio intellige iſtam in pretioſis,non tamen in aliis,Angel.l. xxxij.tit,xj.par,iiij.de qua in verbo veſtes nu.33.& vide Ioan.Lu, um in repe.rub,de dona.inter vir.& vxo.§.xj.nu 3.& c ſil.clxxxvij.§.xliiij. nu.1.& 2,qui contra communem inducebat l.ij.tit.iij.lib.iij. For.ll.

Donare cauſa mortis non poteſt mulier, ſtante ſtatuto, quod non poſſit contrahere ſine conſenſu agnati,Iaſ.in l.ij.de leg.j.ff.communem dicit:licet Alci.in l.ij.de verborum obligat.numero 10.veriorem dicat contrariam. B.Villal.

Donare qui nequit, nec gratis remittere poteſt. communiter eſt receptum:vt apparet ex allegatis Hipp.de Rimi. in §. primo.num. 302. Inſt.de dona. Ioan Fich.

Donare non poteſt filius familiàs cauſa mortis patri ipſi cuius conſenſus requiritur. communẽ dicit Cornæ,conſi.ccxciiij.refert Durand. de Arte teſt.tit,j.conſi.j.num.4. I.Fich.

Donari ac concedi poteſt ius patrona. religioſis per Laicum patronum ſine conſenſu Epiſc.cap.licet.vbi Abb.de iure patro. & in cap. illud,eod.tit.& eſt text.in cap.vnico de iure patronat.in vj.per quem tex. hodie ſublata eſt omnis dubitatio,quæ de iure antiquo inter gl.& Doctor.an patronus poſſet donare loco religioſo ius patrona,abſque conſenſu Epiſcopi,quia aliqui volebant quod ſic,aliqui vero quod non,vt habetur in d.cap.illud, hodie autem emanauit diſpoſitio d. cap. vnici ad præcidendum dubium iſtud:ſed vbicunque ( nota ) laicus donaret eccleſiæ vel pio loco,eccleſiam de conſenſu Epiſcopi,eo caſu ex huiuſmodi donatione transfertur non ſolum ius patronatus,verum etiã dominij proprietas,& omnia iura temporalia,quæ habebat Epiſcopus in eccleſia transferuntur ſecun.gl.in cap.de Monachis. in ver.de prouentibus.de præb.quam ſequuntur Car.But.& Abb.in c. illud. de iur.pat, gl.& Abb.in c.quod autem.eo.tit.Abb.in c.paſtoralis.de donar. Hoſt, in Summa de iure pat.§.quid competat patrono,& Domi,in c.vnic.de iure pat.in vj.& iſta eſt communis opin.teſte Deci in d c.de Monachis. num. 24. cum aliis ſeq. & donatio hæc eo magis valeret etiam quo ad proprietatem,& iuriſdictionem temporalem,quãdocunque patronus laicus donaret eccleſiam cum conſenſu Epiſcopi loco religioſo in caſu, in quo patronus ipſe occuparet de facto eccleſiam, & ab eius manibus ob ſuam potentiam aliter eccleſia eripi non poſſet, niſi mediante donatione prædicta,ita tenet Abb.& omnes communiter,& indifferenter in d.c.illud.& in c.cura.& in c.nullus, de iure patron.& ita intelligunt communiter Doct.in dictis locis,text.in d.ca.quod autem, vt ibi refert Auguſt.Beroius.num,51,ſed iſta ceſſant, quando patronus Laicus donaret eccleſiæ ſeu pio loco abſque Epiſcopi conſenſu eccleſiam, tunc quippe ea donatio facta ſine Epiſcopi conſenſu non valet etiam quo ad ius patronatus,& per conſequens ex ea nihil transfertur, ſecundum gloſſ.Calderi.Abb.Dec.& omnes in d,cap,quod autem, & iſta eſt magis commmunis opinio,ſecundum Dec.in d,cap.de Monachis.nu.27. circa medium,contrarium vero tenuit gloſ.in ſumma xvj.quæſt ij.qui ſequitur Ancha, Butr. & Imo in d, cap, de Monachis, quorum fundamentis ſequendo, & atteſtando dictam communem reſpondet Aug, Beroius in d,cap.quod autem.num.40.cum x, aliis ſeq. & fatuum eſſet ab ea diſcedere in actu practico per optimas rationes citatas per relatos ſcriben,In præſentiarum vero vtiliter limitatur regula iſta ita declarata non habere locum in priuata perſona,& ſic in laico,ad quem patronus abſque conſenſu ſui Epiſcopi ius patronatus transferre,legare, vel donare non poteſt.d.cap,nullus.& dicto cap.illud.vbi Abb. aliique Doct.tenent & firmant,& Abb,in ſua diſputatio.incip.Augerio, & iſta ſcribit eſſe communem opinionem Deci. conſil. cccccxlj. ſed vt valeat hoc legatum,teſtator debet obtinere,ac impetrare conſenſum Epiſcopi prius quàm leget:quia tunc valebit legatum,vt conſtat ex relatis per Cæſa.Lambe,in tract.de iure patro,lib.vj.parte ij.q.vj.princ.& eandem q.artic.ij.vbi refert iſtam eſſe commun.opin.& Roma ſingu.ccccxxvij. accidit mihi Romæ, F,Viuius,

Donator habet priuilegium,vt non exigatur niſi in quantum facere poteſt habita ratione ne egeat,lege inter eos,& l.ne liberalitate.ff de re iudic.vbi text.aſſignat rationem,videlicet ne liberalitate ſua inops factus periclitetur,declara hoc habere locum in donatione ex liberalitate donantis emanata,ſecus verò in donatione facta ob cauſam, quippe quia illa non eſt propriè donatio, nec liberalitas. l.j. vbi gloſſ. Bart.in l. Aquilius Regulus,& ibi Rapha,Cum.ff,de donat. quem ſequitur Angel.in l.ſed hoc ita,in princ.ff.de re iudic. Roma.in d.l.inter eos. num. 3.vnde ſi donator,aduerte,diceret ſe non habere niſi prædium, ex quo percipit alimenta,& non vltra, donatario aſſerenti contrarium hoc caſu incumbit onus probandi.l.fin.§.licet.C, de iure delib. & tenet gloſſ. in l.cum de lege.ff,de iudi. quam ſequitur Iaſo, poſt alios relatos per eum,Bal conſil.lx.vol.iiij.Roma. conſil.ccxxij. in fi, Paul. Caſtren.conſilio lxxij.& conſilio ccxij.vol.j.Alex,conſil.xlj. in fin,libr.iij. conſil.lxxj. lib.iiij.& conſil.xvj.lib,v.& Gozadi,conſil,xciiij. & Curt.iun. conſil. cl. qui aſſerit dictam gloſſ.in dicta l.cum de lege, communiter approbari, quæ gloſſ.de plano procedit,quando præſumptio eſt pro negante aliquid de pluri eſſe ſecundum Iaſon.conſil.xxxiiij.lib.j. & in l.ſi conſtante.ff.ſolu mat. F,Viuius.

Donator etiam ſi voluntatẽ ſuam mutauerit,in donatione cauſa mortis,ſi tamen poſtea contingant illum decedere abſque herede ex teſtamento,vel ab inteſtato,donatio non cenſetur reuocata. Hanc opinionem notat Clarus ex Didaco frequentius receptam.§.donatio.q.xxiiij. verſic.in hoc tamen, P.Fich,

Donator poteſt etiam ob alias cauſas quàm in l.fin.C.de reuocan. donat.expreſſas,reuocare donationem. communem dicit Clarus in §. donatio.q.xxj.verſic.huius. Idem.

Dos profectitia,mortua vxore,non patri ipſius defuncti, ſed eius liberis competit,Eſt verior de iure opin,& communior de conſuetudine,ſecundum Soci.conſi.ix.vol.j. M.Gribald.

Pater poteſt filiam in Dote tantum à ſe profecta,& iam data,inſtituere.Eſt magis communis opin. ſecundum Alex. conſil.clxxvj.viſo.vol.v. M.Gribald,

Dos per actionem ex ſtipulatu exigi poteſt:licet nulla fuerit adhibita ſtipulatio,ſecundum nouam conſtitutionem,l.vnicæ.in princi. C.de rei vxo.actio,vbi Bart,& omnes communiter hoc firmant & ob talem conſtitutionem receſſum eſt à l,ad exactionem, C, de dotis promi. vbi dos nuda pactione conſtituebatur, pariebátque actionem ea conſtitutio,qua dotem exigere maritus poterat,Paul.verò Caſtren, contra omnes conatur defendere poſſe per d. l. vnicam, non eſſe correctam, l. ad exactionem, tamen iſta Paul.opinio non videtur tuta, ſecundum præcitatos Doct. ideo inhærendum eſt dictæ communi: Aduerte autem quod quemadmodum mulieri,ſoluto matrimonio, datur actio ex ſtipulatu per d.l.vnicam. ita etiam in fauorem mariti conceditur ipſi eadem actio ad petitionem dotis promiſſæ,ſecundum gloſſ. in l. ſi diuortio.ff.de verborum obligat. & in d. l. vnica. in §. fuerat.cum qua ſentit Bart.aliíque omnes communiter in locis allegatis,& in l.qui liberos.ff. de rit.nupt, F,Viuius,

Dos dicitur eſſe ius vniuerſale,& incorporale,Communẽ dicit Ripa. in Rub.ff.ſol.matr.num.43. B.Villal.

Dos competens non dicitur: ſi ſit minus legitima. Decius conſilio ccclxxix.num.4 ,& 181.nu.5.communem dicit. Idem.

Dos eſt magis priuilegiata,quàm fiſcus.Alci.de præſum. re.iij. præſump.xxiij.nu.4,& Goza.conſi.xcvij.num.12,comm.dicit. Idem.

Dotem permutare mulier poteſt cum marito:cõmunem dicit Pet. And.Gamma.in repet.c.j de permut.lib.vj.in princ.nu.82. I.Fich.

Dos propriè dicitur ante copulam,& traductionem vxoris,adeóque vir habebit lucrum ex diſpoſitione ſtatuti, quòd mortua vxore ſine liberis,vir lucretur tertiam partem dotis, Communem dicit Corn.in l. non ſiue.poſt Bald.& Fulgo.C.de bon.libe.idem Corn, conſil. lxxxiiij. licet eleganter,libro iij.& Bald.Nouel.communem quoque appellat in tract.de dote, in vj.parte priuileg.xxxviij. Sed contrariam opinionem communem dicit Socin,in l.cum fuerit ff.de condit. & demonſt. Feli. in Rubr.de ſponſalibus.Decius conſilio lxvij.Corn.ibi contrarius conſilio ccxlviij. in præſenti conſultatione.libro ij.vt per Rip. in rub. ff.ſol. matrim.num.68. B.Villal.

Dos propriè dicitur,ſoluto matrimonio, communem inquit idem Ripa ibidem num.71.& 72.quæ intelligitur ante reſtitutionem,vt latè proſequitur Socin. conſilio cxxj viſa contingentia.libro primo,de quo per Ripam vbi ſuprà,

Amplia etiam ad hypothecam tacitam :Fanus de pigno. & hipo. in ij.par.mem,iiij.num.109.communem dicit.

Nota quòd priuilegium tacitæ hypothecæ cõpetens doti,non tranſit ad extraneum.Fanus ibi num.97.communem dicit.

Bona mariti,etiam minoris ſunt tacitè hypothecata pro Dote, idem Fanus.num.73.communem dicit. Idem.

Dos data ab auo matri computatur nepotibus in legitimam. Curt. iun.conſil.clxxx.num.2.& Ripa.lib,iij.de dona.cap.x.num.3.& Alci.de præſump.re.j.præſum.xvj.nu.4.in fi.comm.dicit. Idem.

Dos reſtituta,ſi alteri eſt reſtituenda dicitur dos,ſi tamen non eſt reſtituenda,dos non dicitur,Iaſ.in l. maritus. num. 9.C.vnde vir & vxor. communem dicit.

Dos non eſt reſtituenda mulieri: nec comperit actio ei de dote durante matrimonio,niſi in caſu inopiæ viri,vel alterius obligati ad reſtituendã dotem.Fanus de pig.& hipo.par.viij. mem.j.nu.1. comm.dicit.

Nota

Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intel.l.xxix.tit.xj.part. iij.& vide quæ habes in verbo actio dotis,num.18.cum ſequentibus.

Amplia etiam,ſi maritus ſit excommunicatus.Ioan.Cora.in l.qui liberos,nume.112.ff.de ritu.nupt.communem dicit.

Amplia ſecundò,etiam ſi dicatur dos inofficioſa:quia non repetitur à viro durante matrimonio.Io.Lupus in repet cap.per veſtras.de don. inter vir.& vxo.§.xxiiij.nume.3.communem dicit,de qua per Coua.in epi.iiij.cap.viij.§.vj.num.12.

Amplia tertiò,quòd in tantum eſt vera:quod ſi maritus reſtituit dotem ſine cauſa mulieri:non liberatur maritus, quin teneatur reſtituere iterum dotem heredibus vxoris. Io. Cora.in d.l. qui liberos.num.114. communem dicit. Idem.

Dos à patre profecta,ſoluto matrimonio,debet apud filios remanere.Cur.Iuni.conſi.xliij.num.9.communem dicit.

Amplia etiam,ſi per patrem ſtipulata ſit ſibi reuerti liberis ſtātibus, ſi liberi adſunt tempore mortis filiæ, ſtatim eſt dos ipſius matris:& filij ex ſucceſſione matri veniunt,& non aui. Io. Nico.in l.generaliter.nu. 46.C.de ſecun.nup.communem dicit. Idem.

Dos confeſſata, durante matrimonio,non valet, nec confeſſio,Iaſ. conſi.xxxij.volu.iij. communem dicit.de qua per Bello conſil.xlvij.& Boë.deci.cccxxx.& Io.de Ripa in l.fœminæ,num.36.C.de ſecun.nupt. Et non aſtringit maritum.Lud.de Goza.conſi.xxviij.num. 22.communem dicit.

Amplia,etiam ſi ſit iurata talis confeſſio.Cur.Iuni.conſi xcv.num.4. communem dicit.de qua plenè per Coua.in ſuis reſo.lib.j.cap.vij.

Limita primò,quo ad effectum donationis:quia licèt confeſſio non præiudicet viro : tamen habet vim donationis: & confirmatur morte donantis.Ioan.de ripa in l.fœminæ.de ſecund.nupt.nu. 36. C.communem dicit.de quo in verbo,confeſſio.

Nota, & intellige iſtam communem, in confeſsione facta poſt annum contractus matrimonij de iure regio:argumento l.iij.titul.xij.lib. iij.For.ll.vbi validatur donatio coniugum inter ſe poſt annum contractus matrimonij, ſi non ſint filij legitimi: & coniuges poſſunt poſt annum facere inter ſe ſocietatem omnium bonorum: l.x.titul.vj.lib.iij. For.ll.de quo per Ioan. Lupum in repe.rub.de donat.inter vir.& vxor. §.cum coniuges ſint ſocij in damnis, & delictis.l.xiiij.titu.xx.libr.iij. For.ll. Fallit tamen d.l.xxiiij.ſi ipſa mulier renuntiet commodum ac damnum l.ccxxvij.ſtyli.cum qua concord.l.lx.in ordin.tau.Item ſi maritus,& vxor inſolidum obligentur: mulier tenetur, ſi cedit obligatio in fauorem illius,aliàs tamen non niſi obligatio fiat pro debito fiſcali: quia licet non ſit verſum in commodum mulieris, nihilominus tenetur l.lxj tau. Nec obſtat l.xxv.tit.xij.part.v.quia illa lex loquitur,quando maritus ſolus obligatur, quia tunc bona mulieris non cenſentur obligata: ſecus tamen,quando ipſa obligatur.vt in d.l.lxj. Item nota dictum ſolemne Petri de Anchara.conſil.cccviij. quod confeſsio dotis poſt decem annos habetur ac ſi fuiſſet verè numerata.

Limita ſecundò,ſi præceſsit,antè quàm matrimonium contrahatur, promiſsio dotis: & poſt contractum matrimonij ſequatur confeſsio ſtatim: valet confeſsio.& non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis: cum præſumatur donatio,Bello conſilio iiij.numero 7.communem dicit. ex Bal. Cyno,& Paulo in l.contractibus.C.de non numerata pecunia,& Matthæus de Afflictis deciſ.ccccij.

Item nota, quòd in tantum hoc eſt verum, quòd donatio hæc præſumitur ex confeſsione dotis: & quòd non ſit ſub ſpe numerationis, quòd etiam ſi non apponatur renuntiatio non numeratæ pecuniæ:non poteſt opponi.Soci.conſil.lxxix.volum.iiij.communem dicit, & Rub. conſil.lxxviij.magis communem dicit.

Item nota, quòd confeſsio mariti de dote recepta habetur pro traditione.Bellonus conſilio iiij.num.10.communem dicit. Idem.

Dos confeſſata à marito ſiue ante matrimonium, ſiue eo conſtante, ſiquidem præceſsit inſtrumentum dotale,quo dos ipſi marito fuit promiſſa, verè numerata præſumitur,per text.inſignem in l.in contractibus.§.ſed quoniam.C.de non numer.pecu.Hanc ſententiam poſt multas allegationes communem dicit Couarru. libr. j. varia. reſolu.cap. vij.num.6. I.Fich.

Quæritur, an pater qui pro filio ſuo & eius nomine Dotem nurus ſuæ recepit, ſi poſtmodum illam de ipſius nurus iuſſu & conſenſu, ipſi filio ab ipſo patre,ſeorſum habitanti reſtituat, liberetur ab actione de dote,ita quòd mortuo poſtmodū dicto filio, à nuru moleſtari nequeat. Bart.in l.ſane.ff.de iur.dot.tenuit, quòd adeò liberatur, quòd amplius ab ipſo ſocero nurus petere non poterit. allegat Richard. Malumb. Idem firmat Paul.de Caſt.ibidem.Sed aduertendum eſt, quia & Barto. & Caſtren.loquuntur quando filius tempore reſtitutionis à patre emancipatus erat,& ſic reputabatur extraneus,l.vnica.§.extraneum.C.de rei vxor.actio Nec reputatur de familia,& agnatione, l.de tutela.ff.de ca. deminu.Bart.in l.j.§.domini.ff.ad Senatuſconſult.Syl.& tunc non videtur procedere regula,l.de die,& l.Attilicinus,ff.de pact.dota.quæ habet,quòd mulier ex ſuo conſenſu conditionem ſuam,quoad dotem,deteriorem facere non poteſt, quia procedit quando conditio deterior fieret fauore viri, ſecùs ſi extranei. Bald. Nouel.tract.ſuo de dote, priuileg xxxiiij.ver.Vnde poteſt dici.alleg.quod habetur in ſimili in l.j in prin.ff.ſolut.matrimo.vbi legitur quòd mulier à viro petere poteſt, vt dotem ſuam alteri, per viam delegationis reſtituat in euentum ſoluti matrimonij, & licet non cogatur vir quando aliquod ſibi ex ipſa promiſsione contingere poſſe ſuſpicatur præiudicium, ſiue damnum, vbi tamen ſuſpicio ceſſat,cogitur,vt probari dicit ibidē à contrario ſenſu, & nihilominus accidere poſſet quòd ſic, reſtituendo ſoluto matrimonio, remaneret mulier ipſa indotata, nec conſideratur, quòd ex iſto ſuo conſenſu, & hic ſua voluntate conditio ſua poſſet effici deterior, contra text.in dict.l.de die, & in d.l. Attilicinus. Poſſet tamen iudicio meo reſponderi, quòd hoc ideò ſit, quia iſto caſu ab initio mulieris conditio non fit, nec eſt in ſpe quòd fiat deterior, quia aduerſa fortuna non eſt in conſideratione,l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obligatio.& ibi no.in caſu verò, l.de die.& l.Attilicinus,ff.de pact. dotal. ſtatim ab initio conuentionis dotis, ſiue mulieris conditio deterior redditur, cùm paciſcitur quòd dos ipſa longiori die, eſt quod à iure reſtitutionis ſtatutum eſt, videlicet in immobilibus ſtatim ſoluto matrimonio, in mobilibus verò infra annum à die ſolut.matrim. d.§.exactio,&c.reliqua apud F.Turzan.lib.opinionum.

Dos cauta tantùm vel confeſſata, vbi non conſtat realiter eſſe numeratam, non habet priuilegium prælationis contra alios creditores. communem dicit Minſ. Obſerua. lxj. cent.j. I.Fich.

Fallit, niſi alij creditores ipſi quoque nihil habeant præter literariam cautionem,ſuper eorum creditis cōfeſſatis, quia tunc cum vtrinque par ſit conditio, mulier adhuc præfertur, etiam in confeſſata dote, tanquam fauorabilior ratione dotis, vt ibidem latiùs idem Minſingerus.

Item nota,quòd etiam ſi excedat hæc donatio quingentos aureos, & non ſit inſinuata, morte confirmatur. Secundum magis communem opinionem vt per Bellon. in dicto conſilio iiij.nume. vndecimo. Contra Curt. Iuni. conſilio xcv.in fin. & vide Bello. ibi de valore quingentorum aureorum, ad quorum numerationem eſſe attendendum dicit quòd lxxij. aurei in tempore l. ſancimus. C. de donat. per gloſſ. in l. fin. ff. de in ius vocand. & Iaſ.in d.l. fin.& in l. ij.§.ex his. ff. de verbor.obligat. faciebant libram auri, Et aurei moderni ſunt minoris valoris, quia nonaginta ſex aurei faciunt libram vnam.& ſic libra variata eſt in quarta parte valoris: & ſic valebit donatio vltra ſeptingentos aureos vt per Paul.in l.fin. C. communia de leg. & ſequitur Felin.in cap.conquerente.de offic.ord.

De iure regio iuxta pragma. cxx. cap.j.quingenti aurei de quibus in dicta l. ſancimus.ſunt mille aurei: de quibus nunc vtimur. Nam per dictam pragma.taxatur Marca auri in lxxv. aureis: & marca eſt medietas libræ, libra enim ex centum & quinquaginta aureis conſtat qui computati iuxta dicta l.ſancimus,excedunt millenarium.Sed nota verbum Alcia. in l. hæc enuntiatio. ff. de verborum ſignificationibus vbi dicit,nobis videtur aureum quo hodie vtimur ex generali omnium populorum conſuetudine,ſubrogatum eſſe illi veteri, & ideò,que de ſolido, de iure ciuili ſtatuta ſunt:ad noſtrum vſum licet leuioris referenda ſunt.

Sublimita primam limitationem, ad præiudicium creditoris: quia licet præiudicet heredibus matris, non tamen creditoris. Bello,conſil. xlvij.nu.4.communem dicit,quem vide & nota,

Nota,quòd creditores,ad hoc quòd eis non præiudicet: debent opponere exceptionem non numeratæ dotis intra tempora iuris, aliàs præiudicat eis; & nocet confeſſio. Matthæ. de Afflict. deciſ. ccccij. communem dicit. licèt alij tenuerint contrarium vt per Coua.in reſo. libr.j.capitu.vij.num.6.vbi nititur concordare:dicens quòd hæc communis opinio procedat cum confeſsio præceſſerit matrimonium:ſi tamen poſt matrimonium,confeſsio emanauit: non præiudicat creditoribus,quin poſsit etiam poſt tempus exceptionis non numeratæ dotis opponi. & dicit hoc eſſe ex mente Barto.& doctorum in l.ſi conſtante. ff.ſolut. mati.quod nota.

Dotem tenetur preſtare pater filiæ:etiam nuptæ,& poteſt cogi officio iudicis,Paul.de Caſtr.in l.ſi ſocer.ff.ſolut.matrim.Ant.de Tremo.in addit.ad Bona.in pract.excep.in rubr. quib.mod.ciui.num. 12.in verbo quaſi caſtren.communem dicit.

Amplia primò,etiam ſi contraxit matrimonium abſque ſua voluntate, etiam ante vigeſinum quintum: ſi contrahat cum digno. Cur. Iuni. in authent.res quæ,num.15.C.communia de legat.communem dicit.

Amplia ſecundò,etiam ſi maritus ſit diues,Fran.de Ripa in l.j.ff.ſol. mat,num.54.communem dicit.

Amplia tertiò,etiam ſi filia ſit dotata,& perdiderit dotem,non tamē ſua culpa,tenetur pater iterum dotare,Ioan.Lupus in repet.cap. per veſtras de donat.inter vir & vxor.§.xxvij.nu.6.communem dicit explo ſa gloſſ.in l ij.verb.dos ff. ſolut matri.quæ dicebat in quocunque caſu patrē teneri.Et nota quòd ſi pater præſtitit dotem priori viro:& filia ſecundo contrahat,& præſtetur dos per patrem:cenſetur animo compēſandi,& non dicitur de nouo præſtare. Boë. dec. cxxxvij. communem dicit ex Bart.in quæſt.an mulier habens amplam dotem.

Nota

Nota iſtas communes ad intel.l.iij.tit.11. par.iiij.mater tamen filiã dotare non compellitur l.fin.C.de iur.doti.quod fallit in matre hæretica, vel Iudæa,filia autem catholica,l.ix.titu.ij.par. iiij.& Ioã.Lupus in reg. iur.de donatio.inter vir.& vxor.§.xxj.num.4.pro quo adducit l.ix. tit. ſecundo part.iiij.

Amplia quartò,ad auum paternum:qui tenetur neptem dotare.d.Io. Lupus in repet.cap.per veſtras.§.xxvij.nume.1.communem dicit.

Concor.cum l.viij. titulo xj.parte iiij. quando filia non habet vnde ſe dotare poſſit.

Amplia quintò,ad fratrem qui tenetur dotare ſororem ex eodẽ patre natam,Ioan.Lupus in rep.d.cap.§.xxvij.num.13.communem dicit,

De iure regni videtur idem innuere l.xviij.tit.xvj.part.v.& pro ea eſt l.iij.titul.j.lib.v.ordin.quæ loquitur de ſorore contrahente matrimonium ſine licentia fratris. B.Villalo.

P R O.Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio,l.iiij.ff.de iur.do Bel.

P R O.Dos eſt proprium matrimonium filiæ.l.pater filiam.ff.ad legem falcid. Bellon.

P R O.Dos ſecundum facultates mulieris, & dignitatem mariti & vxoris eſt conſtituenda,lege.quæro.& lege.inter ſocerum.§.gener.ff.de iur dot. Idem.

P R O.Dos ſuccedit in locum legitimæ.in l.quoniam nouella.C.de inoffic teſtam. Idem.

P R O.Dos à patre profecta ad patrem redire debet.l dos à patre.C. ſolut.matrim.Hoc intellige,niſi ſuperſtitibus liberis filiæ.ita doct. communiter volunt.vt in l.inter ſocerum.§.cũ inter.ff.de pact.dotal. Idem.

Dotata dicitur filia cui dos à patre in teſtamento relicta eſt, ita quòd venit excludenda à ſucceſſione vigore ſtatuti,quòd ſtantibus maſculis, filia dotata non ſuccedat,communem ait Ripa in rubr.ff.ſolut.matrim, numero 61. B.Villal.

Dotis fructus impuberi traditæ,& ſi dos ſit marito tradita ab impubere cedunt doti, cum impubes non poſſit donare. Gozad. conſilio xxxiij.numero.11.communem dicit,& ſic eſt intelligenda gloſſ.in l.xj. C.de dot.promiſ.Secus in maiore,quæ tradidit dotem ſponſo qui ſuſtinuit onera matrimonij.quod nota. Idem Villal.

P R O.Dotis cauſa fauorabilior eſt.l.j.ff.ſolut matrim. Bellonus.

P R O.Dotis conditio per pactum deterior fieri non poteſt.l.ſi vnus §.pactus.in fin.ff.de pact.l.de die & l.Attilicinus.ff de pactis dotal. Bel.

P R O.Dubia iuris principis interpretatione diſſoluuntur. Deut. j. Exo.xvij.& xviij.l.fin.C.de legib.l.ij.C.de vet.iur.enucl.l.j. C.de relat. in §.fi.in authent.de iud. Idem.

P R O.Dubius eſt litis euentus.l.quòd debetur.ff.de pecul. Bel.

Dubius præſcribit.Felin.in cap.fin.num.9. de præſcri. communem, dicit. B.Villa.

Intellige iſtam communem,ſi poſt inchoatam præſcriptionem, ſucceſſit dubitatio,ſecùs tamen,ſi à principio.Balbus tract.de præſcri.in ij. part.tertia.part. quæſtione ij.communem dicit,& vide in verbo præſcriptio.infrà. Idem.

Duces,Marchiones,& Comites perpetuò inueſtiti cenſentur:Principes in Ducatu,Marchionatu,ac Comitatu, omnia poſſunt in ſubditos ſuos quæ poteſt Imperator in orbe. Curt.Iuni.conſi.lxi. num.9.& Bel. conſil.xcv.num.10.communem dicit ex Decio conſil.cccciii.

Amplia ad alium principem,qui exercuit iura imperij per tempus: de cuius initio non eſt memoria hominum in contrariũ.Bellon. conſil. lj. nume.3.communẽ dicit.ex Marti.Lauden.de principe,quæſt.xj. Idem

Duæ perſonæ poſſunt coniunctim in vna charta facere teſtamentum & ſe inuicem,inſtituere,& de bonis ſuis diſponere,comm.dicit Clarus in §.T.quæſt.lx. P.Fich.

Duo teſtes ſupplent præſentiam parrochiani in caſu cap.cum eſſes, ext.de teſtam.communem dicit I. Clarus.§. teſtamentum, quæſti. lxij. verſicu.ſed pone. P.Fich.

Ex duobus caſibus æquiparatis in lege antiqua,diſpoſitum in vno, cenſetur etiam in alio,etiã in materia odioſa.Bellon.conſil.lxix.nu.1.cõmunem dicit,ex gloſſ.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& gloſſ.in c.de mulcta, de præbend.& ibi Panor.& Dec.in l factum.§.in pœna,ff.de reg.iur. & Ripa.in l.ſi conſtante.nu.69.ff.ſolut.matrimo. B.Villal.

Duo rei promittendi poſſunt interuenire pro dote reſtituẽda,Com. dicunt recentes à Ripa in l.ſi conſtante nu.55.ff.ſolut.matrim. Idem.

Duellum eſt omni iure prohibitum,ſcilicet iure diuino,canonico,& humano propter peccatum mortale,tam reſpectu prouocati acceptãtis,quam prouocantis,quibus omnibus proculdubio eccleſiæ ſacramẽta,præcipuéque euchariſtia denegantur,niſi eos pœtineat.c.monomachiam.ij.quæſt.iiij.vbi gloſſ.& Archidia.& text.de torneamentis, & de cler.pugna.in duello,& de Purgat.vulgari,per totũ,& Ioã.de Platea per tex.ibi in l.j.C.de gladiat.li.xj.Laurẽt.Corrad⁹ in trac.de duello in prin. num.1.Abb.in c.ad audientiam.de homicid.Pariſ.de Puteo in tract.de duello.§.an qui.lib.ix.Iaſ.in l.ex hoc iure.nu.13.& ſeq.ff.de iuſt.& iure,& Felyn.in c.qualiter.ij.§.ad corrigendos. de accuſat. cùm aliis latè congeſtis per Laurentium Syluanum conſ.lj.nu.1.& ſequen.vbi iſtam opinionem abundè probat,declarat, & dicit eſſe communẽ poſt præcitatos Doct.propterea duellum etiã ſuſceptum poteſt recuſari ſecundum Iaſ.conſil.cxliiij.facti,vol.j.Cottã in memoriali in verſic.perduellionis,& Socyn.iun.conſi.cxxv.nu.2.& ſeq.vol.ij. F.Viuius.

P R O. Duæ propoſitiones vniuerſales, contrariæ non poſſunt eſſe ſimul veræ,ſed bene falſæ.l.ſi is,qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.

O B I E C. Contrà,quia lex dicit,quòd ſi promiſi plures ſtare in iudicio,& ſtati ſunt omnes,præter vnum:verum erit dicere,omnes ſtatos non eſſe,ergo nulli ſteterunt:igitur duæ contrariæ ſimul veræ ſunt.l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.ff.ſi quis cau.

S O L.Reſponde,quòd ibi non ſunt duæ orationes vniuerſales:nam non erat oratio hæc vniuerſalis,omnes ſtatos eſſe, quia vnus non ſteterat,ideo quia in vno reperitur falſa, tota falſa efficitur. di. §. vtrum. Præterea ita interpretanda eſt lex, ex mente Accurſ. verum eſt dicere omnes ſtatos non eſſe, id eſt verum non eſt omnes ſtatos eſſe, & ita non obſtabit. Bellon.

P R O. Duæ negationes faciunt vnam affirmationem. in l.duabus negatiuis.ff.de verb.ſignific.

O B I E C. Contrà de l.fideicommiſſa.in §.ſic fideicommiſſum.ff.de leg.iij.& l.j.C.de ſerui.fugit.in l.fluminum.in prin. ff. de dam.infec.in l.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.& in §.ſed ſeruus.inſtit.de inut.ſtipul.& in §.inordinatum.in auth.de here.& falc.Vbi duæ aut plures negationes negant,non affirmant.

S O L. Gloſſ.dicit,quòd vna negatio abundat.

Tu dic,quòd duæ negationes,ſi ponantur circa idem,affirmãt:quia tunc non ſunt duæ,ſed vna tantùm.Si circa diuerſa,negant.Item in numero verò impari negant:ita procedunt contraria. Bellon.

P R O. Duæ vices faciunt conſuetudinem.glo.in l.iij.C.de epiſcop. audient. Idem.

P R O. Duæ cauſæ lucratiuæ in eundem circa eandẽ rem non poſſunt concurrere.in §.ſi res aliena.Inſtit.de lega. Idem.

P R O. Duæ obligationes in eiuſdem perſona de eadem re concurrere poſſunt.l.non eſt nouum.ff.de action.empt. Idem.

P R O. Duo ſimul agere non poſſunt.l.decreto. ff.de adminiſtratione tutorum. Idem.

P R O. Duo faciunt rixam & congregationẽ.in l.prætor.ff.vi bono. rapt.& in cap.j.extra de election. Idem.

P R O. Duo vincula ſunt fortiora vno.l.re coniuncti.ff.de legat. iij. authen.ceſſante.C.de ſuis,& legi.here.authen.itaque.C.comm.de ſucceſ.in §.ſed hodie.inſtit de adopt.

O B. Contrà de l.nam & ſi parentibus,C.de inoffi.teſta. & l.ſcripto. in fin.ff.vnde lib.vbi vna ratio vincit duas.

S O L.Verum eſt,vbi vna eſt potior ſeu melior duabus.

OBIEC. Præterea opponitur de l.patre furioſo.in fi.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.vbi duo impedimenta non plus operantur quàm vnũ.

S O L. Dic quòd ibi in rei veritate vnum tantùm eſt impedimẽtum, ſcilicet furoris:nec refert quòd ibi ſit in duabus perſonis,ſcilicet in viro & vxore,cùm maritus & vxor pro vna eadémque perſona reputentur. in l.j.ff.rerum amot.Vel dic quòd ibi vnum impedimentum reſpectu vnius eſt æquale duobus,reſpectu duorum. Nam cum vir & vxor ſint duæ perſonæ connexæ & indiuiduæ.in §.i.inſt de poteſta. Conexorum autem & indiuiduorum eadem eſt ratio,& quod de vno dicitur,de altero intelligitur.l.eum actum.ff.de neg.geſt. cum ſimilib. nec omittam textum in l.fin.C.de indic.vidu.toll.vbi ſtatutum in vxore tantum porrigitur ad maritum:ergo nõ refert vtrum ex vtraque parte furor interueniat,vtrum verò ex altera tantum quò ad impediendum matrimonium contrahendum vel retinendum iam contractum,vt ibi. Bell.

P R O. Specialia circa eandem perſonam non poſſunt concurrere. in l.j.C.de dot.promiſ. Idem.

POR. Duorum inſolidum nec poſſeſſio,nec dominiũ,nec hereditas eſſe poteſt,in l.ſi vt certò.in §.ſi duobus vehiculum. ff. commoda.& in l.iij.§.ex contrariò,de acquirẽda poſſeſſione.ff.in l.hereditate. in §.vni. ff.de reg iur.& in cap.licet.extra de probatio.

O B I E C. Contrà de l.ſi duo. ff. vti poſſid. & l. clàm poſſidere.in §. qui ad nundinas.ff.de acquir.poſſ.vbi duo eandem rem inſolidum poſſidere poſſunt.

S O L. Ex diuerſis cauſis poſſunt duo poſſidere inſolidum; vt iuſtè vnus poſſideat,alter iniuſte:vel vnus naturaliter, alter ciuiliter, vt in l. & habet.in §.placet.ff.de præcar.Secus eſſet vbi ex eadem cauſa poſſiderent,vt hic.

OB I E C. Præterea contra, duo domini eſſe poſſunt inſolidum.maritus enim eſt dominus rerũ dotalium.§.j.inſti.quib.alie.licet, vel non. vxor etiam eſt domina,in l.in rebus,C.de iure dot.eodem modo pater & filius ſunt domini in eodem patrimonio.l.ſuis.ff.de lib.& poſthu.

S O L. Dic quòd maritus vere & effectualiter eſt dominus rerum dotalium,mulier vero ficte & interpretatiuè eſt domina ex quo continuè viuit cum marito,& præſumitur eadem perſona. idem in perſona filij reſpectu patris,pater enim vere dominus eſt, filius verò impropriè ſpe.d.l.in ſuis & iſta eſt communis reſolutio Doct.

O B I E C. Obſtat etiam quod dicitur de domino & emphyteuta: quia cum habeat rei vendicationem in l.j.ff.ſi ager vectig. vel emphyt. pe.per conſequens rei dominium habet.l.in rem.ff.de rei vend.

SOL.

SOL. Dic quod emphyteuta dominus eſt vtilis tantum non directus d.l.j.ii ager vectig.& ibi gloſ.& ideo vtilem hab t rei vendicationem.quia d.l. in rem non comprehendit vtilem rei vendicationem. vt ibi no.,Ioll.& ita eodem modo non ſunt domini. Bellon.

Duplex cauſa,ſi ſit in caſu,& ſi vna ceſſ t,non tamen ceſſat eff ctus. Bello.conſ.viij.nu.5.comm.d.ex Dec.in c.cum ceſſant .de app.

Intellige,quando cauſa ceſſans tendit ad eundem eff ctum, ſecus,ſi ad contrarium.Idem ibi communem dicit ex Bart.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogan. B.Villal.

PRO. Dura eſt ſeparatio liberorum, parentum, & fratrum. l.iij.C. commu.vtriuſque iud. Bellon.

PRO. Durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare.cap.cum inter.extra,de exceptio. Bellon.

PRO. Durius eſt de pecunia quàm de perſona ſeruire,l.hæ operæ.& ibi gloſſ.ff.de op.r.lib. Bellon.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARUM,

## *LIBER QVINTVS.*

E

EBRIETAS eſt malum omnium fomes,ac nutrix.can.fin.35.diſtinc. Bellon.

PR. Eccleſia Dei domus orationis eſſe debet, nõ ſpelunca latronum,aut ſanguinis forum. Ioan. ij.cap.cum eccl.de immun.eccl. Idem.

PRO. Eccleſia eſt ſponſa vel vxor Sacerdotis. cap.ſicut.xxj. quæſt.ij. vnde ab vxore ad eccleſiam valet argumentum.cap.ſicut.vij.quæſt.j. Idem.

PRO. Eccleſia vnius debet eſſe ſacerdotis,ſicut ſponſa vnius viri. cap.cum non ignores.extra de præben.

PRO. Eccleſia nulli claudit gremium.l.inter claras.C.de ſum.trin. & fide catho.cap.ſuper eo.de heretic.in vj.

OB. Contrà de l.iij.C.de apoſt.vbi etiam pœnitentibus non ſubuenitur.

SO. Ibi in perditis,hic in errantibus.Vel dic,quò ad forum fori illud verum eſſe,ſecùs quò ad forum poli,vt hic.

PRO. Eccleſia ad ſui regimen viris literatis permaximè noſcitur indigere.cap.cùm ex eo.de electiõn. in vj. Idem.

Eccleſia non tenetur ad collectas pro rebus ſolitis collectari : cum imponantur perſonis:Bellon.conſ.xl.num.3.communem dicit.

Intellige iſtam communem ſecundum legem lv.par.v.tit.vj.in bonis datis eccleſiæ in dotem:cum de nouo ædificatur eccleſia: vel datur pro ſepultura:tamen de bonis poſteà quæſitis vel ex emptione, vel ex alio titulo tenetur eccleſia collectas ſoluere:vel ad dandum hominibus bona:cui collectas ſoluant:in l.liij.eo.tit.Et hanc diſtinctionem: quam leges iſtæ ſentiunt,ponit Car.in clem.j.de immu.eccleſiæ:quæſt.ij. quem refert Bertran.de Gabel.par.vj,num.12.Et iſtam diſtinctionem intellige:cùm onera ſunt certa:& perpetua annexa ipſis rebus : ſecus tamen in aliis,vt per Panorm.conſi.liij.vol.j.vbi communem dicit.de quo per Cal.in conſi.ij.de ſenſi.& Gemini.conſi.ccclij.& Ang.conſil.xix.& Pet. de Anchar.conſil.ccciij.& Ang.conſil.lxxiij.& pro hac opinione communi,& intellectu Panor.eſt l.j.tit.iij.lib.j.ordin.

Fallit primò,hæc communis:in quo ſentit quòd eccleſia,nec perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur ad collectas,quæ imponuntur perſonis: quia limitatur pro refectione pontium,murorum & foſſatę:quia in his caſibus tenetur ad collectas,Io.de Ripa de reſcrip.lib.ij.cap.j, num.6. & in cap.xxvj,num.25.communem dicit.

Concordat cum cõmuni l.lij.& liiij.tit. vj.par.j. & cum l.xx.tit.xxxij. par.iij,& cum l.j.tit.iij.lib.j.ordi.

Fallit ſecundò:cùm collecta imponitur pro redimenda vexatione impoſita tam laicis,quàm clericis,& ſic pro bono communi totius reipublicæ.Ioan de Ripa de reſ.lib.ij.cap.xx.num.70.comm.dicit,

Concord.cum l.j.tit.iij.lib.j.ordi.& cum d.l.lij.

Fallit tertiò:in clerico coniugato qui tenetur ad collectas l.xiij.tit.j. lib.j.ordi.& hoc eſt de iure communi : cùm non gaudeant niſi priuilegio fori & canonis.c.j.de cler.coniug.lib.vj.

Fallit quartò,in gabellis:quæ apud nos dicitur Alcauala,quia Clerici vendentes,tenentur ad illas. d.l.xiij.&l.iij.tit.iiij. lib.vj. ordi.quæ leges ſunt corruptæ per l.iij.in quaternione de gabellis : vbi diſponitur idem quod de iure communi eſt ſtatutum in capit.fina. de vj.& honeſt.cleri, quod cleri.qui ſe abſtinent à negotiis:gaudent priuilegio clericali : immiſcentes autem tenentur ad dictas gabellas ſoluendas. Et nota:quòd in caſu,in quo clericus tenetur ad dictas gabellas:laicus qui emit:tenetur ad illas ſoluendas,iuxta dictam legem quartam : & in hoc non eſt reuocata ad inſtar illius qui emit ab extraneo qui tenetur retinere gabellas:vt habe ur in l.100.d.quartæ.

Nota quòd ſi bona retenta ab eccleſia:vel à clerico tranſeant ad laicum:tenetur laicus ad omnia onera:quia mutata perſona,mutatur qualita rei.l.Paulu & l.licitatio:ff.de pub.& vecti.Deci.in l. omnibus,nu 2.ff.de reg.iur.& Ripa in lib.ij.de reſcr.cap.lxvij. num.17.communem dicit.Et ſic arrendatores fructuum Eccleſiarum tenentur ad gabellas,ad quas clericus non tenetur vt in expreſſo tenet Archi.in ca.quamquam, de cenſi.in vj.& Iaſ.in authen.quas actiones.nume. 41.C. de ſacroſan. eccle.quod intellige,quando res,quę tranſit ad alium,non eſt exempta. ſi tamen ſit immunis ad quemcunque tranſeat:non collectabitur vt dicimus de re empta per ignobilem a nobili: quòd ſi res eſt excępta à collecta:ignobilis non tenetur:vt per Ioan.And.in addit.ad Specu.de cenſi.per l.a tatem.§.rebus.ff.de cenſi.quam refert Tiraquel.de nobili.cap. xx.num.165.& nota pro intel.d.l.lxxiij. tit.j. lib.j.ordi. vbi dicit quòd clericus emens tenetur ad gabellas. Ex qua lege colligitur, quòd emptor teneatur ad gabellas:illud eſt conforme iuri cõmuni:vt per deciſ. Capel.Toloſ.ccccij.per l.debet.ff.de ædili. edicto quæ per plura comprobat eius addit.Sed tamen contrarium eſt determinatum de iure regio per l.ij.d.quater.de gabel.vbi diſponitur , quòd venditor teneatur ad gabellas,& non emptor.Nota quod cùm in d.quater.l.j.taxat gabellam in decima parte rei venditæ:Illa decima pars debet intelligi deductis expenſis proxenetæ,& aliorum,& ſic ſi vendita eſt pro centum,& proxeneta habuit decem,nonaginta erit pretium vt ab illis deducatur decima,vt per Bart.in l.ſed ſi. §.cuidam. ff.de condi. & demonſt. quem refert Gomez.in l.viij.num.10.in deciſ.tau.&tenet Iaſ.in l.non amplius, ff.de leg.j.Item nota aliud notabile in hac materia : quòd ſi partes diſſentiant de venditione,nondum re tradita, non debetur gabella , quæ per plura comprobat Caro.Moli.in conſuet. feuda.rubr.j. §.ij.gloſſ.v, quæſt. ij. per totum quod intelligendum eſt per traditionem veram, non tamen fictam,vt notant Albert. Fulgoſ.Pau. & Iaſ. in l.ab emptione.ff.de pactis.Et hanc dicit veriorem D.Molin. d. num. 15. licet contrarium videatur tenere Bald. & Ang.in d.l.ab emptione , & alij quos refert d.Caro.Molin.& Anton.Gomez. in l.xlv. tau.num.95. Sed vide plura de hoc per Tiraquel.de conſt.l muta.xxvj.part.iij.num.6.& quæ habes in verſic.emphyteuta. B.Villal.

Eccleſiæ non infertur pœna exilij,propriè loquendo,Alci.in ca.cum non ab homine.num.100.de iudic.communem dicit. Idem.

Eccleſiæ res in caſu,in quo poteſt dari in emphyteuſim, poteſt concedi in perpetuum filiis,& nepotibus, & ſucceſſoribus,non tamen extraneis,Ludo.Gozad.conſi.xxv.num.20.ait communem ex Panorm.in c.in præſentia.de probat.num.29. Idem.

Eccleſia præſcribit contra eccleſiam. Iaſo. in authen.quas actiones, num.13.C.de ſacroſanct.Eccleſ.communem dicit.

Nota quòd hæc præſcriptio, qua vtitur eccleſia contra aliam debet eſſe quadragenaria.Balb.de præſcription.parte quinta.in princip.communem dicit. Idem.

Eccleſia intra quadriennium, reſtituitur aduerſus præſcriptionem à tempore læſionis,Iaſo.in d.authent. numero 33. Communem dicit. & præſcriptionis completæ.Balb. in dicto tract.in quinta parte, quæſt.vij. communem dicit.

Nota quòd quadriennium quod datur ad reſtituẽdum eccleſiæ,non currit in vita prælati alienantis.Balbus idem communem dicit,vide in verbo abſens.num.2.cum ſequentibus. Idem.

Eccleſia ſuccedens priuato, contra quem erat inchoata præſcriptio decem vel viginti annorum, præſcriptio perficitur,ſecundum priuilegium eccleſiæ,Iaſ.in d.authen.quas actiones,nũ.36. & Balbus in d.q.ij. communem dicunt. Idem.

Eccleſia habebit bona præmorientis, etiam non expectata morte alterius:eũ vir,& vxor ingreſſi ſunt monaſterium: ſtatuẽtes quòd bona ſua poſt mortem illorum venirent ad eccleſiam. Iaſ. in l. cum quidam. num.7.C.de impub.& aliis ſubſtit. communem dicit. Idem.

Eccleſiæ vacantis bona adminiſtrabuntur per Epiſcopum, vel inſtituere valentem.Panorm.in cap.primo.numero duodecimo.de appel. communem dicit. Idem.

Eccleſia ſi ſuccedit priuato,aduerſus quem fuerat inchoata præſcriptio,pro tempore præterito vtitur iure priuati, in futurum verò iure ſuo.argum.text.in l.fiſcus.ff.de iure fiſci. Sic communiter concludunt Doct.in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Cano. poſt Ioan.Andr.in cap.vnico.de iurepat.in vj.Hinc dixit Bart.in d.authent. in fin.quòd ſi contra priuatum effluxerum erat tempus decem annorum ( intellige in caſu quo viginti ad præſcribendum requiruntur ) ſi poſtmodum ſuccedant eccleſia, completa non erit medietas præſcriptionis,nec ſufficiet cõtra eccleſiam complere reliquam medietatem, videlicet aliorum decem,ſed triginta requiruntur. Cùm contra eccleſiam regulariter non currat præſcriptio niſi quadraginta annorum.c.de quarta,de præſcriptio. F.Turzanus.

Eccleſiæ competit reſtitutio,etiam contra præſcriptionem xl,annor. Eſt communis opinio ſecundum Deci. conſil.cclxxxij. viſo puncto. & conſi.xxix.in princ.& conſi.xxxvj.volum.j. M.Gribal.

ſi teſtator

ſi teſtator relinquat 100. Eccleſiæ pro anima ſua, nec exprimat cui Eccleſiæ, legatum debetur Eccleſiæ ſuæ parochiali, in qua teſtator ſacramenta percipiebat. Et ſi habebat duas Eccleſias parochiales, intelligitur relictum pauperiori. Eſt commun. opin. ſecundum Iaſ. in l. prima. C. de ſacr. Eccleſ. Idem.

Eccleſia contra Eccleſiam præſcribit ſpacio xl. annorum. Eſt comm. opin. ſecũdum Iaſ. in Auth. quas actiones. verſ. ſum in ſecunda parte. C. de ſacr. Eccl. per regul. Quia quandocunque ſunt duo priuilegiati, & vnus tractat de damno, & alter de lucro, tractans de damno gaudet priuilegio, alter verò non. l. rerum. §. fin. de minor. Igitur Eccleſia gaudet beneficio præſcriptionis paſſiuè contra aliam Eccleſiam, non autem actiuè: licet Bart. fuerit in cont. opin. Idem.

Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus præſcriptionem, intra quadriennium à tempore læſionis, ſed non vltra. Eſt commun. opin. ſecun. Iaſ. in Auth. quas actiones. verſic. ſecundo eſt opin. C. de ſacr. Eccleſ. & in conſi. xxvij. ad eruendum. volum. j. Idem.

Ad validitatem alienationis rei Eccleſiaſticæ non eſt neceſſe probari quòd fuerit in caſibus conceſſis facta, vel pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ; ſed ſufficit probari ſolẽnitates debitas, & formales in ipſo actu alienationis interueniſſe. Eſt communis opin. ſecundum Socynum conſilio xv. viſis prædictis. verſic. tamen communis. volum. primo. & Dec. in conſilio trigeſimoſexto. verſiculo tertiò principaliter non obſtat. volum. j. Idem.

Tractatus, & aliæ ſolennitates quæ in rebus Eccleſiæ alienandis requiruntur, præſumuntur propter antiquitatem temporis interueniſſe. Eſt comm. opin. ſecundum. Dec. in conſic. xxxvj. verſiculo vltimo non obſtat. volum. j. M. Moph. Gribald.

Eccleſiæ res vel alterius venerabilis loci in perpetuam emphyteuſim ita vt ad quoſcunque etiam extraneos tranſeat heredes, concedi poſſit, & licet in emphyteuſi à priuato conceſſa hoc iure expeditum ſit illam perpetuò concedi poſſe, & ad omnes extraneos trãſire heredes. §. adeò, inſt. de loca. l. viam veritatis. C. eod. l. j. C. de iure emphyt. Tamen eccleſiaſtici vtriuſque cenſuræ Doctores varij, & contrarij hac in re fuerunt. Aliqui enim in hanc declinarunt ſententiam quòd ad extraneos minime, ſed ad perſonas tãtùm, in §. emphyteuſim, in auth. de non alien. aut permut. re. expreſſas, cum quibus Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua, verſic. cxij. prope fin. Bald. in l. cum virum. C. de fideicomm. Bart. in l. ex diuerſo, §. etiam in gloſſ. ibi, ea quæ. ff. ſol. matr. in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. ff. de pact. in l. Gallus. §. quidam rectè, aliàs §. etiam ſi à parente. ff. de liber. & poſthu. Bald. in l. ij. C. de ſuis & legiti. Roma. in d. l. etiam. ff. ſol. matrim. Imol. in l. ex facto *la grande*. ff. ad Trebellia. inquiens, hanc communem, & huic non obſtare ſententiæ text. in §. licentiam, in auth. de aliena. & emphyteut. quia corrigitur per textum in cap. nulli. de rebus eccleſiaſticis non alien. canon. apoſtolicos, duodecima quæſt. ij. vbi perpetua locatio, ſeu emphæteuſis conceſſio immobilis rei eccleſiæ, ex Concilio apud Syluanum habito, interdicitur, & prohibetur, pro quo facit text. in cap. hoc conſultiſſimo, quod eſt ſecundum de rebus eccleſ. non alien. eodem titulo, in vj. & pro huius opinionis corroboratione idem Roma. loco præallegato adducit text. in §. illud. in auth. vt de cetero commuta. non fin. arguendo à ſpeciali, quod inductum ait in vna eccleſia, vt alij in perpetuam emphyteuſim rem ſuam immobilem concedere valeant, ergo in contrarium eſt ius commune, l. quòd verò, l. ius ſingulare. ff. de legi. Hanc eandem ſententiam Roma. ibidem aliis comprobat iuribus præcipuè ex text. in cap. ad aures, cum gloſſ. eod. tit. de reb. eccl. non alie. & in auth. ſi quas ruinas, iuncta gloſſ. C. de ſacroſanc. eccle. & aliis modis vt ibi videre licet. Alij quidam putà Iacob. de Belui. & Angel. ſecuti ſunt gloſſ. in §. alienationis. in auth. de non alie. aut permutan. rebus, quæ ex duabus ſententiis ibidem relatis, primam ſequitur, quæ fuit, quòd in perpetuum, id eſt, donec reditus (vt verbo ſuo vtar) ſiue canon ſoluatur, & ſic in perpetuum, & ad quoſcunque tranſire, ad quam gloſſ. in dicto §. ẽphyteuſim, & pariter ſe remittit: Hancque tenet gloſſ. in §. illud. in auth. vt de cetero commuta. ibi, ſed hodie communiter fieri in perpetuum. allegat dictum §. licentiam. & in dicto §. adeò, inſtit. de loca. & auth. ſi quas ruinas, & ibi Pet. Cy. & Bald. Bart. in authen. perpetua. C. de ſacroſanct. eccle. Specu. (qui in hoc fuit ſibi contrarius) in d. §. nunc aliqua, verſic. vij. de loca. & alij complures quos referre non expedit, cum ſufficere arbitrer magis cõmunem, & receptiorem referre, iſtam tamen opinionem limita procedere, & veram eſſe, quando in conceſſione dictæ emphyteuſis ſubeſt neceſſitatis vel vtilitatis eccleſiæ cauſa, & adhibentur ſolennitates, quæ neceſſariò adhibentur & requiruntur in alienatione rerum immobilium eccleſiæ, vt Alexander tradit in l. ſi patroni. ff. ad Trebellianum, allegat Imol. in leg. ex facto, *la grande*. ff. de hered. Inſtit. & in conſilio clxxxij. viſo & maturè diſcuſſo. ij. vol. optimè ſubnixum, videlicet ratione ſumendo argumentum à fortiori, & à maiori ad minus, nam ſi legitimis ſubſiſtentibus cauſis, & ſolennitatibus, de quibus in text. in cap. in ſumma, & in cap. ſine exceptione, xij. quæſt. ij. & in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle. cum ſimili. Intercedentibus plena, & perpetua ipſarum eccleſiæ ſtabilium rerum alienatio permittitur iuribus prædictis, & habetur in cap. j. de rebus eccleſ. non alien. & in clem. j. eod. tit. ergo & eo magis huiuſmodi emphyteutica conceſſio, quæ non propriè, & ſtrictè, ſed largè dicitur alienatio: d. §. alienationis: in authentica de non alienandis, ſeu permutandis rebus: & prædicto capitulo nulli, extra eodem titulo de rebus eccleſ. non alienandis: facit reg. cuilibet: de reg. iur. in vj. cum ſimili. Hanc quoque ſententiam quòd ad omnes tranſeant ſecutus eſt legendo Alexand. Imo. in d. l. ex diuerſo, aliàs eſt l. etiam. ff. ſol. matr. contrariis pro prima allegatis abundè reſpondendo; tribus duntaxat exceptis caſibus: quorum primus eſt, ex doctrina Ang. in præalleg. §. emphiteuſi; vbi eccleſiæ cuius res conceditur, conſuetudo iuuabit, quòd ad extraneos non tranſeat argum. text. in l. ſemper in ſtipulationibus: ff. de reg. iur. & per alia iura & autoritates per eundem adductas. Secundus eſt ex doctrina Imo. in d. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & Abb. in cap. in præſentia: de probation. & caſus iſte tangit quòd paulò ante dictum eſt de obſeruatione ſolennitatum: videlicet quando res ipſa eccleſiæ aliàs ſolennitatibus requiſitis adhibitis, & ſeruatis conceſſa fuiſſet: quia etſi poſtmodum ad eccleſiam redeat, & deuoluatur eadem ſolennitate omiſſa & non adhibita: rurſus ſub eiſdem qualitatibus, quibus primò facta fuit, concedi poterit: & ad extraneos tranſibit heredes fretus auctoritate gloſſ. in clemen. vnic. §. quidam etiam in ver. ad menſam: de exceſſ. prælato. & per alia iura per eũ ibi citata. Tertius, & vltimus eſt in conceſſione rei Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ: & ceteris illi ſubiectis eccleſiæ; quia in illa, & in ipſis text. in d. §. emphyteuſim: remanet correctus per text. in §. alienationis in d. authent. de non alienan. Primam autem opinionem quòd ad extraneos non tranſeat, firmat idem Alexand. in conſilio xxiij. oportunè conſiderati. lib. j. per text. in d. §. emphiteuſim & in §. alienationis: & in §. ſi verò etiam perpetuam: in authent. de non alienand. aut permutand. rebus: & hanc magis communem atteſtatur adducens omnia ſuperiùs pro iſta opinione allegata: & iuxta iſtam pariter conſuluit conſilio 9. aliàs in meo in quo ordo & numerus primi vol. continuatur, eſt clj. viſis themate vna cum inſtrumentis, verſiculo ſecundo ad idem adduco, libro ſecundo, hanc itidem communem, & communiter obſeruari affirmat, ſubdens d. §. emphyteuſin, in emphyteuſi eccleſiaſtica incorrectum perſiſtere, alleg. Specul. in ſupra alleg. §. nunc aliqua. verſiculo ſeptimo, & verſi. clv. Contrarium tamen tradit conſi. cccxxxiiij. viſo, verſiculo ſecundo, reſpondetur, libro ſecundo, ſuperius enim dixit eccleſiæ conſuetudinem inſpiciendam, vt ſi ita quòd ad extraneos tranſeat concedere conſueuerit, tranſeat, etſi, vt non tranſeat, ad illam extranei non admittantur, & ab ipſa conſuetudine recedendum non eſſe, per text. in cap. ſecundo de feriis, ad fin. & trad. per Bart. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. in fine, ſi verò de ipſa conſuetudine non liquet, inſpiciendum, & attendendum eſſe, an ipſa conceſſione interceſſerit aliqua ex cauſis de quibus in text. in dicto cap. in ſumma. xij. quæſt. ſecunda: & ſolennitas, de qua in dicto cap. ſine exceptione eadem cauſa, & quæſtione, & ſi interuenerunt, tunc dubio procul, ad quoſcunque tranſit heredes. Si autem cauſa non adfuit, neque ſolennitates acceſſerunt, tunc ſi aliàs ſaltem ſemel illis adhibitis & obſeruatis conceſſa extitit illis iſto caſu aliter non adhibitis, & non ſubſiſtente cauſa conceſſa ad extraneos indubitanter tranſibit, ſicque à Doctoribus communiter concludi. Sed ſi de tali conceſſione modo præmiſſo facta non apparet, tunc fatendum eſt, quod ſi fiat ſine cauſis, & ſolennitatibus prædictis ad extraneos non tranſit, in d. l. poſtmodum, verſiculo ſecundo reſpondetur, præallegato, audacter, & indiſtinctè affirmat verum non eſſe, quod ad extraneos tranſeat, & ſic communiter teneri ait. Aliam quidem ſententiam, quod non tranſeat, ad extraneos, confirmat idem conſil. clxxx. conſiderati, verſic. alia ratione, lib. primo quo in loco atteſtatur hanc magis cõmunem, concordat Paul. de Caſtr. conſil. cxlvij. parte prima in impreſſione Papiæ, Anchara. in conſil. 33. mortua dicta domina, & conſi. xliiij. primo de viribus & efficacia; & conſi. cxxxiiij. plenè, & ſubtiliter, qui ait ab iſta opinione recedere tutum non fore in conſulendo, & denique iſta videtur magis communis, vt ex cumulatis per Dec. in d. cap. in præſentia, verſ. fit ergo concluſio, de proba. vbi etiam cõmunem atteſtatur, & probare videtur. quam tamen limitat, & declarat procedere quando eccleſia concedit rem in emphyteuſim, eo tantum reſpectu, quia ſic concedi, & locari conſueuerit, & ſic ex conſuetudine, & non ex eo, quod ſubſit aliqua ex cauſis, de quibus in præallega. textu, in cap. in ſumma. duodecima quæſt. ij. & non adhibitis ſolennitatibus, de quibus in cap. ſine exceptione. eadem cau. & quæſt. ſecùs verò, vbi conceſſio ipſa fit alicui, & heredibus ſuis ex cauſis prædictis, & cum ſolennitatibus præmiſſis, quia tunc non valeat plenaria & omni reſpectu facta de rebus eccleſiæ alienatio in quoſcunque, vt iuribus prædictis, & aliis concordantibus probatur, ita & multò magis iſto caſu quo tantum vtile dominium transfertur & alienatur, tranſire debeat ad extraneos, & hoc modo concordat ipſe Deci. has opin. vbi videre poteris, & ibi habes reſponſiones ad contraria, indiſtinctè quoque concludit d. §. emphyteuſim, per §. licentiam immutatum, & correctum ſolùm quo ad numerum perſonarum, & heredum non autem quo ad qualitatem heredum, & ſic quod concedi poſſit

recipienti

recipiēti pro ſe, filiis, nepotibus,& deſcendentibus in infinitum,non autem quòd extraneis heredibus deferatur & ad alios tranſeat, & in hoc ſimiliter omnes conuenire Doct.teſtatur. Tamen gl.& Imol. in c. potuit,verſi.aduerte tamen, extrà de loca.inquit voluere d. §. emphyteuſim,per §.licentiam,indiſtinctè corrigi.concurrens, & ipſe in eandem diſtinctionem,an ex conſuetudine eccleſiæ, vel ex cauſa,vt primo caſu non ſecundo tranſeat ad heredes extraneos,& licet aliqui inter quos Bal.in l.j.quæſt.xxxiiij.ff.de rerum diuiſione, & in c.Imperialem,de prohibit.feud.alienat.& aliis quos citat idem Dec.& Alex. d.l. etiam,verſi.in eadem glo.ff. ſoluto matrimon. huius fuerint ſenſus, & opinionis,quòd licet quæ ſuperiùs dicta ſunt procedant, quando ſimpliciter dictum fuit pro ſe,filiis,& heredibus, ſecùs tamen ſit, vbi expreſſum fuit, pro ſe, filiis, & heredibus quibuſcunque, quia iſto caſu extranei includuntur, etiam in materia ſui natura ad extraneos non tranſitoria,vt Alexā.loco ſ.proximè allegato voluit, cum quo cæteri per eum ibidem,& Dec.dicto c.in præſentia,verſi,& hoc procedit,relati tranſeunt. Hoc quoque verum ſit,& procedat, ſi dicatur pro omnibus heredibus, propter vniuerſalitatem huius dictionis, *omnibus*, quæ neminem excludit,ca.in præſentia,de probatio.ſcribit. Contrarium tamen dixit in cap.vnic.§.donare,verſi.ſed dubitari poteſt,in fine.qualit.olim feud. alienar.po. quem ipſe Deci. refert ibi quod illud verbum,*quibuſcunque*,intelligitur de habilibus,& ad illos reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam, quam Bald. ſententiam Aretin. & Moder.in dicta l.Gallus.§.etiam ſi parente,ff.de liberis & poſthumis, ſequi atteſtatur Deci.qui hanc de iure veriorem ſententiam affirmat, pro qua allegabat eundem Bald.in l.cum virum,circa fin.C.de fideicommiſſ.& alios,quos ibi per te vide,& hoc maximè verum eſſe, & procedere in contractibus,in quibus verba dubia contra illum qui ſe in & ex illis fundant interpretantur,l.veteribus,ff.de pact.cum ſimili. Prætereà Bar.in ſ.allegat.l.ſi patroni.ff.ad Trebellia. in fideicommiſſo non venire emphyteuſin dixit,ea ratione,quod ad heredes,vt heredes non tranſeat,ſed domini,ſiue eccleſiæ concedentis beneficio iuxta gl.& not.in d.l.etiam,ff.ſoluto matrimonio.Dyn.verò in l.heredes, C.de omni agro deſer. lib xj. contrarium determinat & ſequitur iis potiſſimùm rationibus,quòd in hereditatis petitione non ſolùm iura veniunt directa,verùm etiam fideicommiſſaria,conſequenter veniant in fideicommiſſo.l.item videndum,in fin.ff.de peti.here. iuncta gloſſ. quæ tamen in feudo locuta eſt,veniret quoque in familiæ erciſcundæ iudicio veluti corpus hereditarium,ex text.in l.item prædia,ff. famil. erciſcun.quo tamen in loco ſermo eſt de priuati & municipum non autem de eccleſiæ, ſiue eccleſiaſtica emphyteuſi, inter quas illa cadit differentia, ex qua vna ab altera diſtinguitur, vt puta, quia prima ad extraneos tranſitoria,ſecunda nequaquam eſt, ibi, & quia ſpecialiter ligari poteſt,ergo & fideicommitti, ſeu per fideicommiſſum relinqui. l.ſi domus,ad finem,ff.de leg.primo.Bald.verò conſil.lxx.libr.ij. incip. conceſſio,horum opinio.declarat,& diſtinguit ſic. quandoque aliquis recipit ab aliqua perſona eccleſiaſtica emphyteuſin pro ſe,& filiis ſimpliciter, non adiecto verbo heredibus, & tunc vera eſt, & procedit Bart.doctrina.Aliquando verò cum adiectione verbi huius heredibus, & iſto caſu procedit & locū ſibi vēdicat.Dyni.ſentē.reſtricta,& limitata ſecun.Io.And. opin.quā Dyni ſent. loco præallegato Barl.in d.l. patroni,in emphyteuticariis bonis Reipublicæ, vt tributariis, quæ ad omnes tranſeunt heredes,& legari poſſunt,vt dictis legibus, per Dynum,allegatis procedere ait,ſecùs in rebus eccleſiæ, vel etiam priuati, quæ ad extraneos,non vti heredes,ſed domini concedentis beneficio ad liberos tranſeunt, quia in fideicommiſſi reſtitutione non veniunt ſicut & operæ libertorum,dicta l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,ff.de oper. liberto,& dum Bar.in dicta l.vt iuriſiurādi, vtriuſque concurſum qualitatis non exigi voluit,videlicet quòd ſint filij,& heredes, Alexan.d.§. etiam ſi parente,ff.de liberis & poſthumis, eandem ſequutus ſententiam hanc magis communem teſtatur.argu.l.ea tamen adiectio. ff. de legat.tertio,eundem ſequutus quoque fuit Ang.ibidem,paſſum hunc profundum eſſe dicens,quam tamen concluſionem duobus non procedere caſibus inquit,primò,quando reſultaret abſurdum, de quo in l. Publius,ff.de conditio.& demonſt.puta quòd teſtator extraneum filio prædilexerit,quoniam ad abſurdum illud euitandum, vtriuſque concurſus exigitur,dicta l.Publius.

Secundo fallit in contractibus, in quibus ſemper, quando pater recipit, aut ſtipulatur pro ſe, filiis,& heredibus, requiritur vtriuſque concurſus quoad filios,cum in dubio pater filio tanquam heredi ſtipulari videatur. adde not,per gl.& Doct.in l.ſi tibi decem,§.ſi pactus. ff. de pact.quoad extraneos autem copula illa, & auget, & eos comprændit,ſi ſint heredes,intelligendum tamen ait prout Bart. declarat in d.§.ſi pactus,prout ipſe quoque intelligit in d.§.ſi liber, hancque concluſionem notabi.dicit quia paſſus eſt valde ambiguus, & malè declaratus in dictis locis,& Doct.multum variaſſe,& eam veriorem affirmat Caſt.in d.§.etiam ſi parente:vtriuſque qualitatis concurſum exigit.tamen,cum opin.reprobata. F.Turzan.

Eccleſiaſticus iudex poteſt compellere iudicem laicum, vt præſtet ſibi auxilium:per excommunicationem: laicus tamen non compellit clericum ad præſtandum. Alciat.aſſerit communem in c.pernicioſam num.123.de offi.ord. B.Villal.

Edere ſententiam, vel acta, poteſt compelli pars appellata per iudicem appellationis ſub pœna priuationis.Iaſ.in l.is,apud quem.num. 12.C.de eden.communem dicit. Idem.

Edere tenetur reo actor,inſtrumenta,ac rationes ad fundandas ſuas exceptiones,Iaſ.in l.& quæ à diuo.nu.1.C.de eden.com.dicit. Idem.

Edenda non ſunt inſtrumenta actori per reum ad intentionem ſuam fundandam,etiam ſi reus,ſit fiſcus,etiam ſi pœna ſit pecuniaria. Rip.in l.j.de eden.nu.11.& in l.is apud quem.nu.22.eo.tit.com. dicit.

Fallit primò,in eccleſia.Rip.in d.l.j.nu.13.commun.dicit.

Fallit ſecundò,in actore agenti pro matrimonio,pro dote,pro alimentis,pro libertate propria.Idem Rip.nu.12.comm.dicit.

Fallit tertiò, in mercatore, vel in eo,qui neceſſitate officij tenetur conficere librum.Iaſ.in l.j.C.de eden.nu.55.com.dicit, & vide in verbo rationem,num.4.

Concor.cum l.17.tit.ij.par.iij. Idem.

P R O. Edita actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat. l. edita. C. de edend. Bellon.

Edere vt notarius cogatur, vel exhibere inſtrumentum parti, duo copulatiuè requiruntur: primum quòd interſit perentis: ſecundum, quòd notarius fuerit ab eo rogatus.Eſt comm.opi.ſec.Dec.in l.j. in gl. in verb.ex cauſa,C.de edend.Rom.in conſi.lxxxiij.incip.licet iure. Et prætenſum intereſt,probatur ſolo iuramento:vt ibid.dicitur. M.Grib.

Editio inſtrumentorum fit non iure actionis, ſed officio iudicis, Rip.nu.20.in d.l.j.& Dec.nu.19.comm.dicunt. B.Villal.

Edendus eſt libellus reo ſuis expenſis,& non actoris.Rip. in d. l. edita.nu.12.C.de eden.commun.dicit. Idem.

Edictum,facta præſentatione beneficij,eſt ponendum, iuxta c. fi.de elect.in vj.Lamb.de iur.patro.par.ij.tit.ij.quæſt.vj.art.ij.nu.4. communem dicit. Idem.

P R O. Effectus quandoque dignior eſt ſua cauſa.in l. quod ex liberta.C.de oper.liber.& inſtitu.de inge.in princ.

O B I E C. Contrà,de §.generaliter.in auth. conſtit. quæ de dign. vbi cauſa cauſato dignior eſt.& leg.quiſquis.cum gl. C. ad legem Iul. maieſt.vbi ſimilis eſt effectus cauſæ.

S O L. Hoc brocardicum regulariter non habet locum. ſed quandoque,puta fauore libertatis. Io.Bell.Toloſ.

Electio datur vaſſallo,an velit perſonaliter cum domino ire ad expeditionem bellicam, vel ipſi domino ſubminiſtrare dimidium reditus vnius anni,nec poterit dominus Vaſallum cogeret vt alterutrū preſtet ſed ſtat in arbitrio Vaſalli.com.dicit I. Clar.§.feudum. quæſt.xxij. P.Fich.

Electio partium aliquot Curiæ ad iudicandum inter Dominum & Vaſallum,ita fieri debet, Vt primo dominus eligat quot voluerit, & poſtea Vaſallus eliget totidem,iuxta numerum à domino comprobatum.com.dicit Clar.§.feudum.quæſt.xxx. Idem.

Electus de conſenſu partium,vel de mandato iudicis,vt ſecundum peritiam artis deponat, debet iurare;aliàs non ſtabitur eius reſponſioni.Crotus in tract.de teſt.in vj.parte,comm.dicit.

Nota iſtam communem ad amplationem l.xxiij.titul.vj.part.iij. de teſte non iurato deponente,de quo in verbo teſtis,nu.93.

Nota quòd licet cum iuramento deponat: nihilominus probatio in contrarium admittitur,Alexand.in l.qui bona.§.qui damnum.ff.de damno infecto,commun.dicit.Et vide Coua.in reſo.lib.ij.c.xiij.nu.4.

Item nota, quòd partes non ſunt citandæ ad videndum iurare, vel ad depoſitionem illius qui de arte deponit, vel de conſenſu ambarum partium,Dec.in c.ij.de teſt.comm.dicit.

Limita iſtam communem:ſi perſona eſt electa abſente parte, quia licet poſſit eligi à iudice, vel à parte, abſente alia parte, & valet electio,vt per Bar.communiter approbatum in l. Theopompus. de dote prælegata.ff.tamen ſi,abſente parte,fuit electa perſona,debet pars citari ad videndum iurare,Felin.in c.quia iudicante,de reſcrip.communem dicit. B.Villal.

Electio prælati mortui poteſt fieri ante ſepulturam:Guid.Papa. conſilio ccvj.num.1.comm.dicit. Idem.

Item electio facta de nocte valet:licet ſit inhoneſtum.Ioan.de Rip. reſp.lib.ij.c.xiij.nu.5.comm.dicit. Idem.

Electio in vltimis voluntatibus eſt inuariabilis.Cur.Iun.conſi. clix. num.1.commun.dicit.

Concor.cum ll.xv.& xvj.tit.ix.par.vj. Idem.

P R O. Eligens vnum ex duobus contrariis, alteri renuntiare videtur.in l.j.C.de furt.vbi notat.in canon.cùm renunciatur. xxxij. quæſtione ſecunda.

P R O. Eligentes vnum remedium ſeu actionem, alteri renunciare videntur.in l.cùm filiusfamilias.§.variis.ff.de legatis ſecundo. l. quod in herede.§. eligere. ff. de trib. actio. l.commiſſoriæ. C. de pact. inter emptor.& venditor.l.reſcrip.§.ſi pact.ff.de pacti,in leg.fi.C.de codic. leg.nemo ex his.§.quoties.ff. de regulis iuris.

O B I E C. Contrà de leg.naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui-

renda poſſeſſione.& l.cùm fundum. §.finali.ff. de vi & vi armata. & leg.& an eandem.in §.finali,ff.de exceptio.rei iudicat.vbi duæ actiones cumulantur.

SOL. Actiones plures competentes, ad diuerſa poſſunt ſimul intentari,vt ibi.quia ex diuerſis cauſis, & diuerſis reſpectibus intentantur,ſecus ſi ad idem competant,vt hic. Bellon.

PRO. Electio tribus modis fieri poteſt,per viam ſpiritus ſancti, per viam ſcrutinij,& per viam compromiſſ.cap.quia propter.extrà.de electio, Idem.

Emancipationis, ac patriæ poteſtatis differentia hodie penitùs ſublata eſt,vt iure cautum reperitur,§.nullam,in authent.de heredib. ab inteſtat.venien.tamen emancipatus ipſe non obſtante remotione dictæ differentiæ non tranſmittit patris hereditatem non aditam ſicut ſuus,& ratio videtur hæc ſecundum Alexand.in l.emancipati C.de collatio.& in leg.cum quidam.§.ſuum heredem. ff. de acquirend. hered.quia ſuitas in patria poteſtate regulariter fundatur.§.ſui, inſtit. de hered. qualita.& differen. item propter ſuitatis exiſtentiam confirmantur tabulæ pupillares,tutelæ,ſimul ac libertates,dato quòd filius ſe abſtinuerit hereditate. lege filius, qui ſe paterna,& l.quæſitum.ff. de acquirend. hered. ſecùs in emancipato, & iſta eſt communis opinio Doctorum,in lege. Gallus.§.& quid ſi tantum, ff. de liberis & poſth. quam ſequuntur atteſtantúrque communem Moder.ibidem, & quòd filij in poteſtate conſtituti,vt ſuperiùs docuimus tranſmittant hereditatem patris non aditam, & ad quoſcunque heredes, probatur in l. apud hoſtes.C.de ſuis,& legiti.& Doctor, tenent hoc communiter omnes in l.ſi infanti.C.de iure deliberan.his accedit congruenter,quòd quando emancipatus in ius vocauit patrem nulla priùs venia petita ac impetrata obtentáque,tenetur ad pœnam in d.l.penult.ff. de in ius vocand.ſtatutam ſoluere,tamen proceſſus fabricatus valeret, & teneret parte citata non opponente, ſecundum communem adſertionem ſcriben.de qua atteſtatur Alexand.in l.final.numero ſecundo. C. de in ius vocand. Contrariam verò ſententiam quòd filius vocans in ius patrem abſque venia,voléńſque ſoluere pœnam, d.l. penult.non ob hoc poſſet proceſſum conualidare dixit meliorem Gram. poſt alios relatos per eum conſi.ciuili xl.nu.4.vbi ita conſuluit. F.Viuius.

Emancipatus pro parte non poteſt quis eſſe. Alcia.de præſump. reg, ij.præſ.j.nu.4.commun.dicit. B.Villal.

Emancipatum eſſe filium,in dubio non præſumitur: commun. eſſe dicit.poſt Curtium,Fernan.Vaſquius illuſtriſſ.controuer. lib. ij.capit. lxxxv.num.13. I.Fich.

Emens rem alienatam à fiſco, ſtatim eſt ſecurus,vt tertius prætendens hereditatem ad eum pertinere, habeat recurſum contra fiſcum, & non contra ementem. Bellon. conſilio Ij. in fin.communem dicit, quam intelligit dictus Bellonus in caſu,in quo liquidatur dicta communis:ſecus tamen, ſi fiſcus vendidit tanquam vacantem, quæ non vacabat.& non habet locum l.bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. B.Villal,

Emens certos reditus pro vita,valet emptio ratione incertitudinis vitæ.Iaſo.in l.prima de ſumma trinitat.C.numero 63.communem dicit,

Emptor ſecundus cui res tradita eſt:præfertur primo,etiam ſi vendens ſit perſona eccleſiaſtica,Iaſ.in l.quoties,de re.vend.C. nume, 19. communem dicit.

Nota iſtam communem ad ampliationem, l.50.titul. v.part. v. quæ concordat cum d.l.quoties.Et vide aliam ampliationem in ver. iuramentum,nu.137. Idem.

Emptori non tenetur venditor de euictione, quæ non fuit denuntiata,etiam ſi ſciat litem moueri. Alexand. in l.ij.§. voluntatem, numero duodecimo. ff.ſoluto matrimonio,& Ioan. de Ripa in capitul. cum M.Ferrar.de conſtit.numero 166.& Petr. Rauen. in alphab. aureo in verbo vendere;communem dicit,& Rauenna ponit duas limitationes.

Nota iſtam communem cum ſequentibus ampliationibus ad intelle.& ampliationem l.xxxij.titul.v.part, v.& l.vij.titul.x. For.ll.li.iij. Et vide l.xxxvj.titul.v.part.v.vbi ponit caſus,in quibus venditor non tenetur de euictione.Et vide l.xxj.titul.viij.part. v. de conductore impedito vti,& frui re locata.

Amplia primò, quòd non ſolùm requiritur, quod denuntiet litem eſſe motam emptor venditori: ſed etiam tenetur offerre libellum, & citationem in authentica forma.Io.de Rip.in d.c.cum M.de conſt. nu. 163.communem dicit.

De iure regio emptor tenetur ſaltem ante publicationem denuntiare venditori:aliàs non tenetur venditor,l.xxxij.tit.v.part,v.

Item non ſolùm requiritur quòd denuntiet litem eſſe motam: ſed requiritur etiam quòd proteſtetur quòd veniat ad litem recipiendam: Ripa ibi nu.165.communem dicit,

Nota quòd ſi,abſente venditore,emptor proteſtetur,quòd non poteſt venditorem inuenire ad faciendam denunciationem: hæc proteſtatio etiam non adiuuat,ſi veniente venditore non denunciet:quia videtur à proteſtatione receſſiſſe.Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.numero quarto. ff. de noui oper. nunc. communem dicit. B. Villalob.

Emptor qui non denuntiat litem motam venditori nullum ius defendendi habenti,non poteſt arguere contra ipſum de euictione.Communem dicit.Dec.conſil.lxxiiij. Idem.

Emptor rei eccleſiæ non gaudet immunitate gabellæ: licet eccleſia gauderet,communem teſtatur Andr.Tiraquel.de Retract.tit.j.§.j.gloſ. xiij.numero 12. Idem.

PRO.Emptio & venditio ſine re, & pretio non valet. l. ij. & l. nec emptio.ff.de contrahend.empt.in §.pretium. inſtitution. de emptione & vendit. Bellonus.

PRO. Emptionis verbo omnis alienatio continetur.l.ſtatu liberi.in fine.ff.de ſtatu.libe. Idem.

Emphyteutica bona non poſſunt dici allodiala.communem dicit in §.Emp.q.xlix. P.Fic.

Emphyteuſis eſt contractus nominatus communem dicit in §.Emp. quæſt.ij. Idem.

Emphyteuſis eccleſiæ poteſt concedi vltra filios & nepotes.comm. dicit in §.Emphyteuſis.q.vj.verſi.Quæro. Idem.

Emphyteuſis eccleſiæ poteſt etiam ita concedi vt trãſeat ad extraneos heredes.Magis communem dicit Clarus in §. Emp. q.vj. ver.Sed nunquid.Contr.Imola.in l.ex facto.ff. de hered.inſt. Idem.

Empytheuſis ſi à laico ſimpliciter conceſſa ſit,tranſit etiam ad extraneos,ſed ab eccleſia ſimpliciter conceſſa non tranſit ad extraneos. Magis cõmunem dicit Cla.in §.E.Q.38.Contrar.dicit Corne.conſi.cxxxj. & conſi.clxxiij.lib.ij.Si tamẽ ab eccleſia conceſſa ſit pro ſe & heredib. quibuſcunque & debitæ ſolennitates in conceſſione interueuerint,trãſibit etiam ad extraneos.communem in §.E. Qu.xxviij.verſ.ſed quæro quid ſi idem dicendum erit ſi ab eccleſia alicui pro ſe, & heredibus & quibus dederit,conceſſa ſit. communis in dicta Quæſtione vigeſimaoctaua verſ.Idemque. Idem.

Emphytueſis de ſui natura eſt tranſitoria etiam ad fœminas. communem dicit in §.E.quæſtione xxxij.etiam ſi eccleſiaſtica ſit. Ibidem. Si tamen Emphyteuſis conceſſa ſit pro ſe, & filiis, tunc non veniunt fœminæ.communem in dicta quæſtione,xxxij.verſiculo,Sed quid.Claro tamen non placet. Idem.

Emphyteuſis data alicui pro ſe,& filiis maſculis,Vel pro ſe & deſcendentibus ſuis virilis ſexus, eo caſu nõ compræhenditur filius maſculus ex filia,communem dicit in §.E.quæſt.xxxvj.verſ.Pone. Idem.

Emphyteuſis accepta pro ſe,& filiis nulla facta heredum mentione, tranſit ad filios,etiamſi non ſint heredes patris,communem dicit in §. Empt.quæſt.xxxv.in princ.

Et hoc caſu,etiam ſi filij repudient hereditatem patris poſſunt nihilominus ſuccedere in feudo.Commun.in d.quæſt.xxxvij.verſ.Et ex hac. Contra verò ſi emphyteuſis conceſſa eſſet pro ſe,filiis,& heredibus non tranſibit ad alios niſi etiam heredes ſint, neque poterunt hereditatem repudiare,& in emphyt.ſuccedere.Eadem quæſtione.xxxvij.verſiculo, In ſecundo. Idem.

Emphyteuſis ſi finiatur ſine culpa Emphyteutæ,puta curſu temporis,vel finita generatione,poteſt ipſe emphyteuta ſi viuit,vel ipſius filij vel etiam agnati petere à Domino vt Emphyteuſim in eorum perſona confirmet ſeu renouet, etiamſi ab Eccleſia conceſſa ſit, Imò ſi Dominus recuſat,poſſunt appellare ad ſuperiorem. communem dicit in §. Emp.quæſtione xliij. Idem.

Emphyteuſim quis accipiens pro ſe,& filiis deſcendentibus,ſi vnus ex filiis recipientis ceſſauit in ſolutione canonis per triẽnium,ita quòd res cecidit in commiſſum talis ceſſatio & caducitas obeſt etiam deſcendentibus,vel agnatis vocatis ex tenore primæ inueſtituræ. communem dicit in §.Emp.quæſtione.viij.verſ.ſed hic quæro. intellige, dummodo ea ceſſatio non ſit facta in fraudem deſcendentium vel agnatorum. Idem.

Emphyteuta inſcio domino, ſi melioramenta ſua vendit, etſi celeriter redimat,cadit iure ſuo.Iaſo.ibi num.135.communem dicit. quæ communis procedit de rigore iuris:ſecùs de æquitate,præcipuè ſi domina eſt eccleſia,quia clerici non debent in pœnis eſſe tenaces: præcipuè vbi eorum conditio non deterioratur,ca.fraternitatis in fine prin. xij.quæſt.ij.ſecundum Anto.de Butri.conſ.xxxiiij.in fin.quod nota.

Fallit tertiò,quando fuit data poteſtas emphyteutæ,vt poſſit alienare cui voluerit. quia tunc poteſt, irrequiſito domino alienare. Iaſ.in l.iij. de iur.emphy.C.nu.7.communem dicit.

Fallit quartò,in donatione,vel legato.etſi ſit emphyteuta,fiſci,vel priuati:poteſt legare,vel donare etiam ſi non denuntiet domino. Iaſ. in d. l.iij.& in l.ſi domus.§, fi,num 31.ff.de leg.j & Cur.Iuni.conſ.cxxx.nu.8. comm.dicunt Et deceptus eſt Io.Duran,in arte teſtan.tit.vj.cau.xlvj.dicens Iaſonem tenuiſſe contrarium.& ſecundum Iaſ. hæc denunciatio non eſt ad finem,vt expectetur dominus,ſi velit ſibi donari, ſed ad finẽ vt dominus recognoſcatur,& ſibi ſoluatur laudimium ex approbatione,quã dominus facit,& cũ hoc ſtat cõmu. opi.& ſic emphyteuta,licet poſſit donare,non tamen tradere vt tenet Caro. Molin.in add.ad Alex. conſ.cxxix.in verſ.donari.quod nota.

Nota has communes ad limitationem l.xxix.tit.viij.part.v.

Amplia

Amplia iſtam limitationem ad emphyteutam eccleſiæ:quia poteſt donare ſaluo iure eccleſiæ,Iaſ.in d.l.ij.nu.72.cõmunem dicit. In poſſeſſionem tamen non poteſt eum inducere antea quam eccleſia ſit certiorata,Cur.Iun.in d.conſi.cxxx.in fin,quod nota.

Emphyteuta priuatur per non ſolutionem canonis: etſi ſit vnius nummi.Iaſ.in l,qui rem alienam.C.de ſacroſan.eccl.nu.16.com. dicit.

Amplia,& ſi ignorabat rem eſſe emphyteuticam, & non ſoluit canones per tempus ſtatutum:cadit in commiſſum , ſed tamen reſtituitur.Io.de Imol.in c,potuit,de locato,nume,36.commu.dicit,Et vide in verb.Reſtitutio.num.52.

Amplia, quòd ſi plures ſint emphyteutæ: & vnus non ſoluit canonem,etſi omnes alij ſoluant:cadunt in commiſſum. Alciat.in l,ij.nu.97,de verb,oblig.ff,communem dicit.

Nota iſtas communes ad intel,l.xxviij,tit.viij,part,v.

Fallit primò,ſi dominus noluerit; quia tunc non cadit in commiſſum : & tertius non poteſt opponere quòd non ſoluit canonem, Iaſ.in l,in emphyteutecariis,nu.11,de iur,emphy,commun.dicit,

Fallit ſecundò,ſi per impetum guerræ non potuit laborare agrum emphyteuticum:taliter quòd nihil collegit, non tenetur ad pẽſionem; ſi tamen tantum collegit quod ſufficiat pro penſione, ad totam tenetur.Imol.c.potuit,de locat,quem refert Iaſ. in l j.de iure emphy, num. 92.C,& in l.poſſideri,§.in amittenda.ff,de acqui. poſſeſ, nu. 16, communem dicit,

De iure regio in locatione l,xxij,tit,viij.par,v, diſponit quòd ſi inquilinus, propter impetum guerræ, vel aliàs, vel per alium caſum fortuitum,non percipit fructus qui ſufficiant ad ſoluendam penſionem, deductis expenſis ſi velit, poteſt domino dare omnes fructus, & per l, xxiij,ſequentem ſi locatio eſt facta per duos,vel tres annos quòd confertur fructus duorum annorum,& facta locatione,deductis expenſis, ſupereſt pro penſione ſoluenda;dominus recipit,aliàs recipit quod ſupereſt tantùm.

Fallit tertiò,ſi inueniatur quòd non ſoluit, niſi vno anno , quia requiritur biennium continuum vnum poſt alium:ſecùs tamen ſi interpellatur;quia non cadit.Dec.conſi.cxxxviij.nu.7,com,dicit.

Fallit quartò,ſi ſoluit per tres annos proximiores,quia præſumitur ſoluiſſe per alios anteriores ab illis tribus,Cur,Iun,conſil,xcvj. nume. 5.communem dicit,

Nota iſtam communem,etiam ad intellectum l.xxviij.tit,viij.part. v.& intellige iſtam communem,quando ſolutio trium annorum fuerit facta,quælibet de per ſe vnaquæque ſingulis annis,ſecus, ſi ſimul, & ſemel ſoluiſſet ſecundum Bald.in l.ſecunda,de dot.promiſ.nume,2. & alios quos congerit Ste,Aufrerius addi.quæſt,ccxxxv, in c, Toloſa. deciſ, B.Villal.

Emphyteuta propter non ſolutum triennio canonem non priuatur, aut cadit Emphyteuſi ipſo iure,niſi domino volenta & hoc declarante.Communem dicit Iaſ.in l.In Emphyteuticariis,nume, 10.c, de iure Emphy. I.Fich.

Emphyteuta,& non dominus tenetur probare ſoluiſſe canonem:licet negatio domini ſit fundamentum ſuæ intentionis, Iaſ. in l,in emphyteuticariis,nu,132.de iure emphy,C.commu.dicit,

Nota quòd ſolutio probatur per duos teſtes,Iaſ.in d.l.in emphyteuticariis.nu.134.commun.dicit, B.Villal,

Si Emphyteuta promiſit ſoluere penſionem ſub certa pœna: dominus non poteſt conſequi ſi non ſoluit illa duo,videlicet, adiectionem, & pœnam,niſi ad omnia ſe obligauerit emphyteuta.Iaſ,ibi num,144. communem dicit. Idem,

Emphyteuta non compellitur ſoluere in æſtimatione pecuniæ alteratæ,ſed in æſtimatione pecuniæ tempore contractus. Addi, Angel, in l.cum quid.ff.de reb,cred,comm,dicit. Idem.

Emphyteuta tenetur ad ſolutionem canonis, condictione ex lege Zenonia,Iaſ,conſi.viij.nu.1.& in l.j.nu.68.de iure empby.C.communem dicit. Idem,

Emphyteuta priuati ſi deteriorat rem emphyteuticam , poteſt priuari.Iaſ.in l.qui rem aliquam.nu,6.C.de ſacroſanct, eccl. comm.dicit.

Amplia,ad cæſionem arborum,quia vaſſallus, vel emphyteuta non poteſt, ſcindere arbores.Iaſ.in l.diuortio §.ſi fundum. ff. ſoluto matrimo.nu.4.com.dicit.vbi vide duas limit, Idem.

Si Emphyteuta priuatur emphyteuſi , propter culpam ſuam , priuatur etiam melioramento.tamen ſi priuatur propter generationem finitam, vel propter tempus,non perdit melioramenta. Deci, in l, qui rem,C.de ſacroſanct.eccl.nu. 14.comm,dicit,Et quæ dicantur melioramenta,vide per Pau.de Caſt.conſi.clxx.vol,ij. Idem.

Emphyteutæ duo , ſi diuidant inter ſe: non debent ſoluere laudemium,vel quinquageſimam.Iaſ.in d.l,iij.C.de iure Emphyte.num. 47. communem dicit, Idem Villal,

Emphyteuta eo ipſo quòd probat ſe canonem, ſeu cenſum ſoluiſſe per tres continuos annos proximiores præteritos, præſumitur ſoluiſſe toto tempore retro,niſi contrarium probetur ſecundum glo. & communiter omnes Doctor.in l.ij.C.de iure emphyteu. & præſertim Iaſ. ibidem num.168.& 170.per text.in l.quicunque.C.de .apoch.pub.li.x.

& Curt.Iuni,qui facit mentionem de communi opinio. conſilio xcvj. numero quinto,qui quidem ſcriben,vbi ſuprà.Subdunt d.l.quicunque habere locum etiam in ſimplici colono,& in quolibet cenſuario , & in alio quolibet obligato ad annuas præſtationes ex identitate rationis,vt ibi per eos.

Soluens alicui canonem , vt feudatarius, emphyteuta , vel colonus triginta annorum ſpacio hoc caſu dicitur illi acquiri hoc ius perſonale pro ſe, heredibus,ac ſucceſſoribus,vt per Bartol.Bald.Sal.Cyn.alióſque communiter in l,malè agitur, & in l.omnes, & in l,cum notiſſimi, & in l.comperit.C.de præſcript,xxx.anno,& in l,ij.C,de iure emphyte. & ibi nonnulli Doct,aiunt iſtam eſſe commu.opi.& Aug, Beroius in c,dilecti filij,nu,24.de arbit. F.Viuius,

Emphyteuta priuati ceſſans à ſolutione canonis per triennium , & eccleſiæ per biennium cadit iure emphyteutico, capit, text. capit. poſuit,extrà de locato,vbi Canoniſtæ, & l, ij, C. de iure emphyteut. vbi notat Iaſ,Ampliatur hoc in tantum procedere,quòd emphyteuta,qui tenetur ad canonem ſolum vnius nummi cadit emphyteuſi ſi ceſſauerit per biennium à ſolutione , vt concludunt omnes Doctores communiter in authent,qui rem. C. de ſacroſanct, eccleſi. & iſtam communem vltra Modern.in præcitata authent,ſequitur, & citat Ripa in l.final,numero 126,& ſequen,C.de reuocan,donatio. Ampliatur etiam ſecundo loco , ſi emphyteuta obligatus ad ſoluendum certum canonem ſoluerit excepto vno nummo, res incidit in commiſſum, vt not. Bal l.in rubr.C.de contra. emptio, quæſtion. x. Oldra. conſilio xxviij. Alexand.latè in l, in executione. §.item ſi ita. ff. de verb,oblig.Iaſ. latiùs, qui ait iſtam eſſe communem opinionem in l.ij. numero 54. C. de iure emphyteut.Goza.conſilio lvij.numero 15,& conſilio lxix.numero 9.& Riminal,conſilio ccclxxxj,numero 5.& eſt gloſſ.notab.in l. res bona fide,ff.de contra.emptio.volens, re vendita hoc pacto, quod niſi certa die totum pretium fuerit ſolutum , eam ineptam eſſe pretio ſoluto intrà tempus,excepto vno nummo,ineptam reputari. Iſta concluſio ita explicita & ampliata limitatur non procedere in iure francandi , quia emphyteuta cadens iure ſuo propter canonem non ſolutum, non ob hoc videtur cadere iure luendi, aut francandi ſecundum Veronenſem relatum per Iaſ.in d,l.ij. in iij.notab.licet ipſe Iaſo. arguat contra Veronenſem, quòd imò debet cadere etiam iure luendi, quia pactum de luendo videtur eſſe pars inueſtituræ , & ſic vult Iaſon quod etiam in illa materia pœnali fieri debeat extenſio , ſed in hoc contrarium tenet Barba.conſi.lj,volum,j.quem ſequitur Dec. in l. in bonæ fidei.C,de pact, & in l,petens.in fi.eod,tit,& Iaſ.etiam ſibi contrarius, qui certè reuocauit conſilium in melius tenendo contrarium in l.cùm quidam.in vij.not.ff.de liber,& poſthum, quòd imò in pœnalibus non ſit licita extenſio ex identitate rationis , vbi abundè hoc probat dicens,hanc eſſe communem opinionem:Modo pulchrum eſt ſcire, vtrùm requiratur ſententia declaratoria priuationis in concluſione iſta in principio poſita.in hoc verò articulo ſunt opiniones variæ Canoniſtarum,de quibus per gloſſ,& Doct.in d,ca.potuit.tandem non videtur neceſſaria ſecundum magis communem opinionem, quam ſequitur,allegat Iaſ.in d.l.ij.Caſſadorus in ij.deciſio. in titu.de locato & condu,& Aug.Bero,in c,j.nu,43.de precariis. Idem.

Res ſolita in emphyteuſin,vel feudum concedi caſu quo reuerteretur ad eccleſiam,eccleſia quippe poſſet illam concedere abſque ſolennitate,auctoritatéque ſuperioris,iuxta doctrinam Feder. de Senis conſilio clxxiiij,quem ſequuntur ſcriben.in cap.vt ſuper. de rebus eccleſiæ non alienan,Spec.in §.ſequitur.verſic.& hoc,circa finem.in titu.de locato.vbi Io,And,audacter aſſeuerat ita in practica ſeruari.& Moder.in c.j.de precariis. Idem,

Emphyteuſi finita propter generationem, & reuerſa ad dominum: deſcendentes, ſeu heredes iſtius emphyteutæ , ſeu generationis finitæ poſſunt petere confirmationem & ſi dominus denegauerit, poſſunt appellare ad ſuperiorem, pariter, ac implorare officium iudicis pro reuocatione prædicta facienda ſecundum doctrinam Barto.in l.j.§.permittitur,ff.de aqua quotidia,& æſti,communiter approbatam à Doct. vt refert Barba.in c.ex reſcripto. de locat.& conducto, Marſyl.in ſing. ccccxix,Boërius deciſio. cvij.circa fin.& Ripa in tract. de peſte in titu. de remediis præſeruatiuis contra peſtem.num.260. cum aliis ſequen. Iſtam cõmunem ſequitur etiam nouiſſimè poſt alios relatos per eum Pariſi.conſi.cxviij.nu.55.libr.j. Limitatur primo præallegata communis opinio,quando eſſent extranei heredes inſtituti,vt per Marſyl. in d.ſing.ccccxix.circa fin.& infrà quantum tempus debeat peti confirmatio iſta,vide Alex.& Pariſi.declarantes in add.ad Bart.in d.§.permittitur,vbi etiam dicit in fine.add.ipſe Pariſ,quòd deſcẽdentes poſſunt petere reuocationem emphyteuſis , etiam ſi aſcendentes fuiſſent priuati,eò quia veniſſent contra conuentiones.Limitatur præfata communis vlterius per Iaſ.in l. ij.nu. 21.C.de iure emphyte.habere locum, quando emphyteuſis expiraſſet ob generationem finitam , ſecùs ſi ob canonem non ſolutum:Aliàs verò declarationes ad iſtam communem ponit Corſettus in add. Abb.in verſic.renouationem.in c.bona ſecundo,de poſtulatio.prælat. Idem.

Emphyteuta alienans rem emphyteuticam abſque cõſenſu domini

cadit à iure ſuo, etiam ſi poſt alienationem celeriter redimat rem illam: nam per hoc non reuelatur à caducitate iam incurſa, l. fi. C. de iure emphyt. vbi Doct. & ita ſe habet communis opinio, teſte Iaſ. in l. cùm dubitabatur num. 135. C. de iure emphyt, quæ procedit de rigore iuris, ſecùs de æquitate ſecundum Anc. de Bur. conſi. xxxiiij. in fine. Amplia hoc etiam procedere in conductore ad longum tempus ſecũdum Fulgo. conſi. xxv. quod dictum pro ſingulari refert, ſequitúrque Iaſ. in l. j. verſi. circa differentias. C. de iure emphy. dicens hoc eſſe valde notãdum: cum ſit materia pœnalis. Interpratatur, limitatúrque primum iſta concluſio ita ampliata non habere locum in alienatione emphyteuſis facta ſine traditione, nam dicta alienatio abſque traditione caducitatem non inducit, d. l. fin. & notat Spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua, verſi. cxcv. & Canoniſtæ, in c. potuit, eod. tit. & iſtam ſcribit eſſe commun. opin. Iaſ. in l. cum dubitabatur. nu. 132. C. de iure emphyt. Alex. verò conſi. clxxiij. viſo themate, & ſcriptis. vol. ij. ampliat hoc dictum procedere non ſolùm in emphyteuſi, verum etiam in feudo, ſequitur Iaſ. in d. l. fin. ſcribens iſtam eſſe commun. opin. & Neguſantius de Fan. in tract. de pignor. & hypothec. in ij. par. prin. iij. membri. num. 79. declaratur etiam præfata concluſio pluribus aliis modis per Afflic. deciſ. xciiij. & per Marſilium in ſing. ccccxij. plures. Idem.

Emphyteuta ius emphyteuticum donare poteſt etiam non requiſito domino, ſecundum gl. in l. fin. in verſic. aliis vendere, C. de iure emphyt. quam communiter approbant Doct. vt ſcribit Alex. in l. ſi domus. §. fi. ff. de legat. j. & conſi. xc. ſuper eo. in fi. lib. iiij. & conſi. clxxxix. vol. ij. quoniam non eſt eadem ratio donandi, & vendendi, l. nec adiecit. ff. pro ſocio. Si verò teſtator ſimpliciter legaret, vel donaret prædium emphyteuticum, tunc coarctatur iſta communis, & emphyteuta ipſe priuatur ſuo iure ſecundum Bar. in d. l. ſi domus. §. final. cuius opinionem aſſerit eſſe communem Alex. ibi, Cornæ. conſi. lxxxiiij. videtur. vol. ij. & Iaſ. conſi. cix. ſpectabilis. volu. ij. Ratio iſtius limitationis videtur hæc, nam teſtator videtur legando malè vti re ſibi in emphyteuſim data, cùm ex eo paretur legatario cauſa contra dominum præſcribendi, auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. vt per Bal. in l. ædem. C. locat. & in l. vſufructu, ff. ſoluto matrimonio. In contrariam verò ſententiam videlicet quòd emphyteuta fiſci, vel priuati donare, ac legare poſſit etiam non requiſito domino, inclinauit Bal. conſi. clx. quæritur, lib. j. cum aliis congeſtis per Alex. in d. l. ſi domus. §. fin. vbi Iaſ. nu. 34. & ſeq. poſt Alex. conſi. xvij. vol. v. audacter ſequitur, & atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem contra Bart. Cardin. Florent. etiam in ca. potuit. de locato, & Moder. in c. cùm M. Ferrarienſis de conſt. ſimiliter tenet Bal. conſi. cxxxix. diuiſio. vol. iij. in caſu ſimili, quòd emphyteuſis diuidi poſſit irrequiſito domino. In iſto igitur cõflictu opinionum, & ne res emphyteutica rediret ad dominum, d. §. fin. quàm optimè, ac tutiſſimè ageret emphyteuta iudicio meo, vt ante teſtamentum, & legatum obtineret, impetraret, & haberet conſenſum directi domini de legando, vel donando emphyteuticum, ſecundum Alex. in d. §. fin. & hoc modo tolleretur penitus omnis dubitatio, & ita emphyteuta in omnem euentum donaret, vel legaret emphyteuticam rem ob hoc non poſſet eam trádere, vel aliquem in poſſeſſionem inducere, vt per Molinæum in add. ad Alex. conſi. cxx. & Cur. Iun. conſi. cxxx. circa fin. F. Viuius.

in Emphyteuſi conceſſa heredibus regula eſt quòd ſub nomine heredum etiam extranei includuntur, l. ſciendum. l. heredis appellatio. ff. de verb. ſigni. & l. annalibus. C. de legat. iſta verò iura, quæ ad hoc per Docto. allegantur de numero heredum videntur loqui, vt omnes veniant in infinitum, probatur etiam iſta concluſio ex eo quòd nomen heredis generale eſt, & in plures ſpecies diſtinguitur, vt Inſt. de hered. qualita. & differen. in prin. nam heres dicitur, id eſt, dominus. in l. item Mela. §. legis. ff. ad l. Aquil. & ſecund. iſtam concluſionem arguit Ang. conſi. cccl. chariſſime frater, & procedit hoc etiam ſi dicatur pro heredibus ſuis, l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. not. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. cxiij. Bar. & Doct. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſthu. & Alex. conſi. ix. vol. ij. Iſta verò regula fallit, quando dicitur de heredibus maſculis, tunc enim non veniunt extranei, ſed duntaxat deſcendentes ſecund. Rayn. de Forliuio in diſpu. incipi. quidam habeat duos filios, quem ſequitur Bal. in l. Gaius. ff. ſolut. matrim. & in d. l. Gallus. §. etiam. in fi. diſtin. Bart. quem refert cum concordantibus traditis ibi per eum Alex. & in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & conſi. cv. perſpectis, vol. j. Coarctatur ſecundo prædicta concluſio non procedere, quando aliqua coniectura eſſet in contrarium, vt verba de extraneis heredibus non intelligerentur, vt eſt text. in l. ex facto. § fi ff. ad Trebel. ibi enim conditio, ſine herede deceſſerit, intelligitur tantùm de liberis, quia illa conditio etiam ſi intelligeretur de extraneo herede quodammodo impoſſibilis redderetur, vt declarat Abb. in c. in præſentia. de probatio. in princ. gloſſ. Bartol. & Doctor. in dict. §. fin. & Ang. conſi. cccv. & conſi. cclxv. Cumanus conſi. cxxv. Alex. conſi. cv. vol. j. & cõſi. cxvij. vol. ij. Interpretatur & limitatur poſtremo iſta regula, quando emphyteuſis fuiſſet conceſſa ab eccleſia alicui, & heredibus ſuis, tunc quippe ad extraneos heredes non porrigeretur. §. emphyteuſin. in authen. de non alienan. & not. Bartol. in l. etiam. & ibi Alexand. ff. ſolut. matrimon. & idem Alexand. fatetur iſtam eſſe communem opinionem conſilio vigeſimotertio. oportunè conſideratis. volum. j. Imol. in d. l. ex facto. §. final. Deci. in d. cap. in præſentia. numero 153. & ſeq. & conſilio cxvij. Afflict. deciſio. 100. vel ex Goza. conſilio trigeſimonono. Ruinus conſilio clxj. vol. j. Pariſi. conſi. lxxxiiij. & lxxxv. vol. iiij. & Boër. deciſ. cclxviij. nu. 7. Idem Viuius.

Emphyteuſis ſi finiatur, quia finitæ ſunt generationes, conſanguineus emphyteutæ poteſt petere à Prælato, vt renouet emphyteuſin, & facit iniuriam non renouando, & poteſt adiri ſuperior per viam appellationis, vel quærelæ, vt compellatur renouare, Barbat. in capitulo primo, numero decimooctauo, de locatio, dicit communem ex Bartol. in l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſti. Quam intelligit Panormi. in capitul. bonæ el ij. de poſtulation. prælator. numero vigeſimooctauo, quando prælatus extraneo vult conferre, ſecùs tamen ſi apud ſe vult habere. Et vide octo limitationes ad iſtam communem per Corſet. in addit Abb. ibidem in verbo, renouationem. B. Villal.

Emphyteuta acquirens emphyteuſin pro ſe, & filiis deinde deceſſerit, relictis duobus filiis quorum vnus ſine liberis decedat, emphyteuſis non reuertetur ad concedentem, ſed accreſcet alteri fratri, communem dicit Clarus in §. emphyteut. quæſtione trigeſimanona, verſi. Pone ergo. P. Fick.

Emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ, non ideò cadit tota emphyteuſi, ſed cadit tantùm parte alienata. com. in §. emphyteu. q. xiij. verſ. Non omittam. Idem.

Emphyteuta ceſſans tantum pro parte, nihilominus cadit toto. com. dicit. in §. emphyt. q. viij. verſi. Hoc autem. Idem.

Emphyteuta ceſſans, ſi rem emphyteuticam eo tempore quo ceſſauit, non poſſederit, non incurrit caducitatem, niſi forte dolo deſiiſſet poſſidere vel eius culpa factum eſſet quominus poſſideret com. dicit in §. E. q. viij. verſi. ſed quæro. Idem.

Emphyteuta ceſſans cadit iure ſuo etiam ſi ignorarit rem eſſe emphyteuticam, de rigore iuris, ſed de æquitate datur huic heredi (etiam ſi ſit maior. vigintiquinque annis) ex capite probabilis ignorantiæ reſtitutio in integrum ex clauſula generali ſi qua iuſta cauſa, &c. communem dicit. idem Clarus. in §. E. quæſtione octaua, verſicul. proſequendo. intellige, niſi dominus velit probare ſcientiam, in dubio tamen præſumptio eſt pro herede, quia ſcientia eſt facti, & factum non præſumitur niſi probetur eod. verſi. Idem.

Emphyteuta habens in emphyteuſin rem quæ valeat mille ſolidos pro qua tamen ipſe annuatim non niſi vnum ſolidum ſolueret, æquè per ceſſationem incurrit pœnam caducitatis, ac ſi multo plus ſolueret. com dicit. in §. E. q. viij. verſi. ſed pone. Idem.

Emphyteuta in caſibus, quibus poteſt res emphyteuticas alienare, non debet eas alienare in potentiorem. com. dicit. in §. E. q. xxij. Potentiores autem perſonæ intelliguntur, Clerici, curiales, milites, vtpote magis priuilegiatæ. ex eod. Idem.

Emphyteuta interuertens poſſeſſionem domini, cadit iure ſuo non tamen poterit hoc caſu à domino propria auctoritate eiici, quia tunc incipit emphyteuta in totum ſuo nomine poſſidere, & ideò via iuris, non facti contra eum agendum eſt. Idem.

Emphyteuta non cadit ipſo iure ab emphyteuſi, ſed requiritur, vt dominus declaret ſe velle vt locus ſit caducitati. com. dicit Clarus in §. E. quæſt. ix. in prin. Poſtquam verò dominus voluntatem ſuam prædicto modo declarauerit, tunc cadit emphyteuta ipſo iure ab emphyteuſi, neque requiritur ſententia iudicis, com. dicit. Clar. in d. §. E. q. ix. in fin. Idem

Emphyteuta non poteſt regulariter rem emphyteuticam, irrequiſito domino alienare. com. d. Clar. § E. q. xiij. in princip. Imò ſi alienat contra formam, l. final. C. de iure emphyt. cadit ipſo iure emphyteuſi, neque requiritur ſententia. d. q. verſi. Adde. Et nota quod ad perfectam alienationem non ſufficit contractum eſſe celebratum, ſed requiritur etiam quod traditio facta ſit. Sufficit autem etiam fictam tantum traditionem (vt quæ fit per conſtitutum, vel precarium) interueniſſe, ad hoc vt dicatur alienaſſe. com. d. Clar. in d. q. xiij. verſ. ſed quid. Idem.

Emphyteuta non poteſt rem emphyteuticam alteri, irrequiſito domino, in emphyteuſin concedere, ita de conſuetudine obſeruari ait Clar. in §. E. quæſt. xx. Idem.

Emphyteuta poteſt ius ſuum legare, vel donare alteri, etiam irrequiſito domino. Communem dicit contra Bar. & Ang. Clar. in §. E. q. xv. dummodò fiat ſaluo iure domini & citra fraudem, neque opus eſt, vt domino denuntietur, an eodem pretio emere velit, ex quo nullum pretium interuenit, neque etiam teneatur emphyteuta domino donare, vel legare, cum forte nulla beneficia in eum contulerit. Idem.

Emphyteuta poteſt de emphyteuſi teſtari, in præiudicium filiorum ſuorum, ſi emphyteuſis ſit noua & hereditaria. Si verò non ſit hereditaria, tunc diuerſæ ſunt inter Doct. opiniones & Claro magis placet. quòd etiam in eo caſu emphyteuta poſſit, id quod acquiſiuit ſuo iure alienare. Contrariam verò magis commun. dicit Alex. conſi. cvj. nu. 8. & conſi. cvij. in prin. lib. iiij. Idem tenent Gratus, Bertr. Didac. Chaſſ. & Rubeus. Idem.

Emphiteuta poteſt,etiam irrequiſito domino rem emphiteuticam vendere,ſi in conceſſione emphiteuſis conuentum ſit,quod liceat emphiteutæ vedēre.commun.ait Clarus.§.E.q.viij.verſ.ſed pone. Idem.

Emphiteuta poteſt expelli propter deteriorationem,ſi tamen ſit notabilis deterioratio.comm.d.Clarus.§.E.q.xxvj. Idem.

Emphiteuta poteſt rem emphiteuticam ſine conſenſu domini permutare etiam cum extraneo. comm.dicit Clarus in §. E.q.xvij. modò permutatio fiat bona fide. Idem.

Emphiteuta poteſt rem emphiteuticam ſine conſenſu domini hypothecare.comm.di.Clarus in §.E.q.xviij. Idem.

Emphiteuta poteſt rē emphiteuticam ſine conſenſu domini locare. comm.ait Clarus.in §.E.q.xix. Idem.

Emphiteuta poteſt ſine conſenſu domini conſtituere ſeruitutem in fundo emphiteutico,quantum ad ſui præiudicium, non autem quo ad præiudicium domini directi, ideo finita emphiteuſi finitur etiam ſeruitus,Communem dicit Clarus in §.E.q.xxj. Idem.

Emphiteuta propter ſterilitatē fundi non excuſatur à ſolutione penſionis. comm. dicit in §.E.q.viij.verſic.ſed nunquid. Idem.

Emphiteuta,qui propter calamitates bellicas nullos fructus percipere poteſt,non tenetur ad ſolutionem penſionis eo anno quo nihil percepit.Communem dicit Clarus in §. E. quæſt.viij. verſiculo,ſed quid ſi emphit. Idem.

Emphiteuta ſi in ipſa alienatione proteſtetur quòd eam faciat ſaluo & reſeruato conſenſu domini, & eius iure directi dominij, cùm talis proteſtatio ſit contraria facto,non excuſat neque releuat emphiteutam comm.dicit Clarus in §.E.q.viij.verſic item quæro.Sed ſi proteſtatur ſe alienare ſaluo & reſeruato conſenſu domini & non aliter, neque alio modo,talis proteſtatio verbis geminatis concepta operatur,quòd emphiteuta propter alienationem non cadit emphiteuſi.comm.dicit Clarus in d.q.xiij.verſic.Bene verum. Idem.

Emphiteuta ſi poſt alienationem recuperet rem emphiteuticam, non propterea euitabit pœnam priuationis.Comm.dicit in §. E.q.xiij. ver.ſed quid ſi. Idem.

Emphiteuta ſi reſiſtat verbis tantum domino,eum propter caducitatem expellere volenti,tunc dominus nihilominus poteſt eum expellere.communem dicit Clarus in §.E.q.xij.in fi.Secus eſſe dicit ſi factis reſiſteret.ibidem. Idem.

Emphiteuta tenetur ad collectas præſtādas pro bonis emphiteuticis. comm.dicit Clarus in §.E.q.xlvj. Idem.

Emphiteutæ bonis confiſcatis, res quoque emphiteutica ſi à laico ſimpliciter conceſſa ſit,tranſit ad fiſcum. Si verò in conceſſione poſita ſint aliqua verba,ex quibus appareat contrahentes noluiſſe emphiteuſim ad extraneos heredes tranſire,tunc non tranſibit in fiſcum.Comm. dicit Clarus in §.E.q.xxix. At ſi res ab Eccleſia conceſſa ſit, tunc nullo modo tranſit ad fiſcum.ibidem. Idem.

Emphiteutæ deſcendens,vel agnatus ſi intra annum à die,quo ſciuit emphiteuſim finitam non petierit reuocationem,& alius extraneus interim inueſtitus fuerit,ſibi præiudicat,nec vlterius auditur.Comm.ait Clarus in §.E.q.xliiij.verſic.Sed pone.cum ſeq. Idem.

Emphiteutæ licet alienare rem emphiteuticam,ſi eam acceperit pro ſe,& quibus dederit.comm.ait.Clarus in §.E.q.xiij. verſi.vlterius quæro.contrar.Ruin.conſil.ccxiij.lib.j. Idem.

Emphiteutæ ſi plures ſint,poſſunt rem emphiteuticam domino irrequiſito inter ſe diuidere.comm.dicit in §.E.q.xiiij.imò poſſunt etiam inter ſe alienare,alio quocunque titulo,domino ipſo irrequiſito. communem dicit in d.q.xiiij.ſub.fi. Idem P.Fich.

Emphiteuta non tenetur ad penſionem illius anni,quo propter bella nullos fructus percipere potuit.Eſt magis commun.ſecundum Iaſ.in conſil.liiij.in præſenti cauſa,volum.j. M.Gribal.

Emphiteuta directum dominium nunquam præſcribere poteſt.Eſt comm.opin.ſecun.Iaſ.in conſil.xxxvij.facti contingentia.vol.j.

Poſſidens fundum aliquem per annos xl. tanquam Ephiteuticum, ſoluendo penſiones, vtile dominium ſeu ius emphiteuticarium præſcribit.Eſt commun.opin.ſecundum Iaſo. in dicto conſilio xxxvij. volum.j. Idem.

Emphiteuta alienans, non ſalua voluntate domini,cadit iure ſuo, Ripa in cap.cum M.de conſtit.num.8.comm.dicit.

Amplia iſtam communem,etiā ſi non verè tradit:ſed fictè per clauſulam conſtituti.Tiraquel.de conſtitu.parte tertia, limit.xxvj. nume.6. communem dicit.

Fallit primò,ſi alienatio ſit facta ſaluo conſenſu domini, non aliàs, nec alio modo.Idem Ripa ibidem communem dicit.

Fallit ſecundò,ſi non tradit,quia etſi alienet ſine conſenſu domini, non tamen cadit iure ſuo,Iaſ.in l.cum dubitabatur,num.132.C.de iur. emphit.communem dicit. B.Villal.

ſi Emphiteuta alienat,& tradit,etſi regulariter in conceſſione emphiteuſis, non habet locum ius accreſcendi, ſed be... ius non decreſcendi.Eſt commun.opin.ſecund.Dec.con... cccxxvj. in caſu propoſito.circa princ. M.Grib...

ſi Eccleſia conceſſit r... in emphiteuſim duobus fratribus,itavt poſt



mortem eorum & filiorum ac nepotum ſuorum,talis res ad Eccleſiam reuertatur:ſi vnus illorum fratrum decedat ſine liberis portio ſua non accreſcit fratri ſuperſtiti,ſed deuoluitur ad eccleſiam,& conſequenter illa dictio Eorum,reſoluitur in ſingularitates. Eſt comm.opin.pro Bar. cont.Spec.ſecun.Alex.in conſi.clxvij.viſis.volum.vij. Idem.

Emphiteuſi finita per extinctum lineæ vel generationis, & ſine culpa emphiteutæ,melioramenta remanent penes ipſum emphiteutam: ſi verò finita ſit emphiteuſis propter culpam ipſius emphiteutæ, melioramenta pertinent ad dominum. Eſt comm. opin. ſecundum Dec. in conſil.cccccxviij.circa med.volum.j. Idem.

Emphiteuſis priuatio propter canonem non ſolutum,non committitur ipſo iure,ſed ita demum,ſi dominus voluerit,& voluntatem ſuam declarauerit.Eſt commun.opin.ſecun.Dec.in conſ.ccvj.quæritur an diuiſio.volum.ij. Idem.

Emphiteuta tenetur condictione ex l.Zenoniana.Eſt vera & comm. opin.ſecun.Iaſ.in conſil.viij.factum ſic ſe habet.volum.j. Idem.

confiſcatis bonis emphiteutæ,eccleſiaſtica emphiteuſis in fiſcum efficaciter non tranſit:quia ad extraneos heredes tranſire non poteſt.Eſt mag.comm.ſecun.Alex.conſi.xxiij.prima conſideratione. verſi.iij.pro hoc facit.vol.j.

in Emphiteuſi conceſſa à priuato,ea lege, quo ad extraneum hæredem non tranſeat idem concluditur: quia tunc etiam non confiſcatur. Eſt comm.opin.ſecund.eun.ibid. Idem.

Emphiteuſis eccleſiaſtica, facta cum debitis ſolennitatibus, etiam ad heredes extraneos tranſit.Eſt comm.opin.licet dubia, ſecund.Curt. iuniorem in conſil.iiij.ſuper controuerſia.volum.j.

Emphyteuſis acquiſita à patre pro ſe & filiis; poteſt in teſtamento vni ex filiis tantum aſſignari,ceteris excluſis.Eſt mag.comm.opin.teſte Alex.conſilio cxxiiij.conſideratis.volum.v.contra Bart. in l. vt iuriſiurandi. § ſi liberi. de oper. libert. Contrariam opinionem dicit magis communem cum Bart. idem Alexan. in conſil cvij.in cauſa Nicolai.in princ.vol.iiij. vide latiſſ. per Iaſ.in l.ij.in vlt.quæſt. C. de iure emphyt. vbi ſupra omnes Doct.articulum diſputat ad partes. Idem.

Emphiteuſis conceſſa vſque ad tertiā generationē expletam comprehendit non ſolùm nepotes, ſed etiā pronepotes,ſi tamen concedat in tertiam generationem: non comprehendit niſi nepotes, Lud. Gozad. conſ.xxv.nu.17.comm.dicit ex Alex.conſi.cxxv.vol.v. B.Villal.

in Emphiteuſi recipiens ab eccleſia rē propriam, non vt propriam, ſed vt rem eccleſiæ,contractus non valet,communem dicit Franc.Ripa in l.ſi aliquam.num.34.ff.de acquiren.poſſeſſ. Idem.

Emphiteuſi finita per generationem, & non propter culpam, emphiteuta retinet melioramenta,communem ait Dec.conſil.cccccxviij. num.2.& per totum. Idem.

Emphiteuſis eccleſiaſtica, quæ ſecundum conſuetudinem ſolet dari vſque ad tertiam generationem maſculinam, ſi datur vſque ad fœmininam,vel in perpetuum vitiatur pro parte pro qua non erat conſuetudo:valet tamen quo ad aliam partem.Iaſ.in l.qui rem aliquam. C.de ſacroſanct.eccleſ.num.21.communem dicit.l.licet ſibi non placeat.Decio tamen placet num.22.& nota vnam concluſionem per eum traditam ibi num.19.& 20.quod res eccleſiaſtica,quæ ſolita eſt dari in emphiteuſim poteſt concedi abſque ſolennitate.per text.in cap.ij. de feu. & ibi Abbas,& ſolitum probatur per duas vices conceſſas intra xl. annos,per Bald.in l.de quibus.ff.de legi. Idem.

Emphiteuſis eccleſiaſtica pro filiis, & nepotibus tranſit ad eos: etſi ſint heredes.Curt.iun.conſi.lxxviij.num.4.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* An autem per dicta verba tranſeat ad filias fœminas,ad quas etiam emphiteuſis eccleſiaſt.tranſit,vt habetur in §.emphiteuſim.in auth.de non alien.& maſculinū concipiat fœmininum, vulg.iurib.Sali.videtur dicere quod ſic in l.ij.C.de iur.emphit.in q.xvij.Cōtrariam tamen opin.comm.dicit Corſet.in repert.ad Abb.in ver. emphiteuſis facta pro ſe.Illud autem quod maſculinum cōcipiat fœmininum diſtinguit Archid.in c.ſi quis ſuadente. nu.4.cum duob.ſeq. xvij. q. iiij. cum addi.Superad.Sed ſi diceret pro ſe & liberis ad differētiam pro ſe & filiis,tunc contineretur filia fœmina, vt in latiori vocabulo Petr.de Anch.in conſi.cxxv.viſis,nu.2.Alex.conſi.lxj.Super eo,per totum vol.j.

Amplia,etſi filius repudiet hereditatem,Alci.de præſumption.regul. j.præſ.xxxi.in princ.communem dicit.

Amplia ſecundo,etſi nō ſit facta de filiis mentio:quia in dubio præſumitur & pro filiis recepta,Iaſ.in l. in emphiteuticariis,nu.188. C.de iure emphiteut.communem dicit.Et ideo cum indiſtinctè conceditur, non tranſit ad heredes extraneos.Curtius iunior conſi.cxxx.nu.5.Communem dicit,& Dec.in conſil.clxxj.& Segura,magis communem dicit,in l.coheredi.§.cum filiæ.ff.de vulgar.& pupil.num.160.& Anton. Rube.in repet.l.Gallus.§ quidam rectè.de liber.& poſthu.verſic penul. colligitur concluſio Dec.j ex conſil.cccc.xj.

Amplia iſtam ſecundam partem iſtius communis, quia ſicut tacitè non comprehenduntur heredes extranei in conceſſione emphiteutica de rebus eccleſiæ:ita nec expreſſe poteſt concedi,vt ad extraneos tranſeat.Anton.Rube.in d.§.quidam rectè d.l.Gallius. ff.de liber. & poſthu. communem dicit ex Decio conſil.lxxj.

Reſtringe tamen iſtam ampliationem,ſi concedatur in perpetuum & cum ſolennitate,cap.ſine exceptione, duodecima quæſtione ſecunda, quia tunc poteſt concedi vt tranſeat ad heredes extraneos, idem Ant. Rub.ex Decio in d.conſi.lxxj.commun.dicit.

Et ex hoc dicit dictus Segu.ibi,quòd ſtante l.ix.For.ll.tit.*de las man das.* quòd, ſtantibus liberis non poteſt teſtator tertiam bonorum legare extraneis:quòd ſi fiſcus ſuccedit in bonis defuncti,non ſuccedit in d.tertiam:& ad corroborationem dict.l.ix.eſt l.xxv.tau. vide j. in verbo,fiſcus,nu.105.Et nota quòd emphyteuſis priuati ſi ſit conceſſa tali lege,quòd non tranſeat ad extraneum:ſi bona emphyteutæ confiſcentur,non tranſit ad fiſcum,Segu.in d.§.nu.262.com.dicit.ex Bart. in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto.

Amplia iſtam reſtrictionem,ſi recipiatur emphyteuſis pro ſe,& pro heredibus quibuſcunque:quia tunc comprænhenduntur heredes extranei. Ant.Rub.in d.§.quidam rectè.verſ.pro reſponſione. comm.dicit.

Reſtringe iſtam ampliationem ſecundam: ſi aliàs ſit appoſita in emphyteuſi clauſula,& quibus dederit, quia tunc bene tranſit ad extraneos heredes,Curt.Iuni.conſ.cxxx.nu.2.com.dicit.

Amplia tertiò, quòd pater recipiens emphyteuſim eccleſiaſticam pro ſe & filiis ſuis,non poteſt vni donare,nec ſignare, Stephan. Bertrand.conſ.cxxxviij.vol,ij.quem refert,& ſequitur Nicol.in addi.Alci. in tract.præſc.reg.j.præſum.xxxj.commun.dicunt.

Amplia quartò, quòd pater non poteſt vni ex filiis prælegare emphyteuſim.Alex.conſi,xxiiij.vol.iiij.magis commun.dicit.Iaſ.autem in l.in emphyteuticariis,de iure emphyt.C,nu.211.diſtinguit,quem vide.

Amplia quintò,etiam ſi pater recipit emphyteuſin mediante pecunia.Ant.Rube.in repetitio.§.quidam rectè,d.l.Gallus de liber. & poſthum.ff.verſ.quartus caſus,com.dicit, licet dicat in puncto iuris veriorem eſſe contrariam per l.ſi,ff.de aſſigna.liber. Idem,Villal.

Nota quòd Emphyteuſis conceſſa pro ſe,& filiis,non facta mentione de heredibus, non comprænhendit fœminas, Dec. in l. fœminæ. de reg.iur.com.dicit,& in conſi,cccxxxvj.nu.3.quia in contractibus, appellatione filiorum non veniunt fœminæ.Barto.in l.j.ff.de verborum obligation.

Nota ſecundò, quòd cum emphyteuſis ſit accepta per patrem pro ſe,& filiis,& heredibus:non poteſt ſuccedere filius,niſi ſit heres. Alex. in conſi.cxxix.vol.v.& Io.Durand.in arte teſtan.tit.xj,cau,x. communem dicit.

Nota tertiò,quòd ſi pater acquiſiuit emphyteuſin à priuato pro ſe, & filiis:tunc acquiritur filiis vt heredibus.Anto.Rube.verſ. quintus & vltimus caſus,commun,dicit. Idem.

in Emphyteuſi conceſſa priuato comprænhenduntur naturales, niſi conditio concedentis aliud ſuaderet,ſecund. commun. adſertionem Doctor, quam ſequitur,& citat Alex.in l. ex facto.§. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.Abb.Deci.nu.136.& Moder.in c. in præſentia.de probatio. Contrarium verò tenuit Ang.in l.generaliter.§.cum autem.C. de inſtitu.& ſubſtitu.quoniam verba dubia in contractibus interprætanda ſunt contra illum,qui ſtipulatur,l,veteribus.ff. de pact. & verba in dubio propriè accipiuntur,l.j.§.is,qui,ff,de act.& obliga. filius verò naturalis non dicitur propriè filius, ff. de his,qui ſunt ſui.& iſtam partem ſcribit eſſe veriorem Deci. in loco præcitato. Tandem ipſe conatur præfatas opiniones ad bonam conſonantiam, & concordiam reducere,quam videndam ſuademus,quia eſt veriſſima.

Ætas debet probari per fundantem ſe in ea, ſiue ea maior ſit, ſiue minor,ſecundum gl,in c,preſbyter.in verb.ante xxx. lxxviij. diſtin.& Abb.in c.in præſentia.de probation. poſt alios relatos ibi per eum, & in c.j.de regula. Bald. per illum text.in l,ſi minorem. vbi latius inſiſtit Saly,C.de in integ.reſtitu.Bar.in l.j.circa fin.ff.de except.Corn. conſi. xcviij.vol.j.Alex.conſi,cxlvij.nu.9.vol. vij. & iſtam ſcribunt eſſe communem Feli,Deci.nu,166.& Moder,in d.c.in præſentia,quia quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt per Parpali.in l.ſi quis maior.in j nota.C.de tranſact.Corſetum in ſing.in verſ.qualitas,Feli,in c.examinata.de iudi.Iaſ.& Deci. in l,qui ſe patris, C.vnde liberi.& clarius in l.ſi emancipati.C,de collatio.& Feli.in d.c. in præſentia.in gl,in verſ.ſecundæ. Iſta communis ita probata interpretatur primum non procedere, quando in inſtrumento iurans, vel fundans ſe in maiori ætate etiam dixiſſet, & iuraſſet ſe maiorem,quia tunc ex inſtrumento ſatis probatur eum fuiſſe maiorem, & creditur ita eſſe,nec ipſe contrarium dicens audiretur,vt eſt tex.in l.penult.C.ſi minor ſe maiorem dixerit.circa fin.& Roma.conſi.cxij.& Anch, conſ, ccxxvj.Soci.conſi.lxvj.vol.j.& Cagnolus in d.l.ſi quis maior.num.42. Limitatur ſecundò iſta communis in ſubſtituto pupillariter, nam qui allegat pupillum deceſſiſſe in pupillari ætate,ipſe nõ tenetur hoc probare,ſed eius intentio videtur fundata, & admitti debet, niſi per aduerſarium de maiori ætate probetur,ſecundum Bald.conſ.per text.in l. ex facto,ff.ad Trebel. vbi ſubſtitutus Titio decedente ſine liberis, mortuo Titio fundata eſt intentio ſubſtituti, niſi probetur, quòd Titius ipſe haberet liberos,& hoc in fauorem ſubſtituti introductum fuit,de quo per Bart.& Ang.ibi,& tradit Alex.conſi.xxix. viſo themate volum.j.Iſtam limitationem ſequitur etiam Dec.in d.ca.in præſentia.num.170.& Maranta in repeti.l.is poteſt, nume. 199.ff. de acquir. hæred.In contrariam verò partem inclinauit Bald.conſil.xix.volum.v. Bart.conſil.incip.B.fecit teſtamentum.in fi.Socin.in l.qui duos.§.cum in bello.& in d.l.ex facto.§,penult.vbi etiam Ripa hoc idem tenet.Limitatur poſtremò iſta communis,quando quis fundatur in ætate, ita quòd ætas principaliter allegatur,ſecus autem quando actus allegatur, qui ad ſui validitatem acceſſoriè ætatem includit, quoniam ætas idonea præſumitur,vt concludit Abb.in d,cap.in præſentia.per text.ibi,& Abb.in cap.virum de reg.Bald.conſil. cclxiiij. factum tale eſt, volu.j.& adeò iſta præſumptio procedit quòd non tollitur, niſi per aduerſarium contrarium concludenter probetur,d.c,in præſentia vbi Abb.& Dec. num.167.hoc pleniſſimè declarant. Idem.

Emphiteuticus cõtractus præſumitur,atque etiã præſcribitur ſpatio xxx.vel quadraginta annorum.Magis comm.dicit Iaſ.in l.ij.num.155. C.de iure emph.& ſequitur Car.Mol.in ij.par.Cõſue.Pariſ.nu.34. I.F.

Emphiteuticus contractus de neceſſitate requirit ſcripturam. Iaſ.in l.j.num.61.C.de iure emphit.communem dicit. B.Villal.

*ADDITIO.* Communem etiam teſtatur imo.in cap.potuit, de loca.Sed hanc communem non ſeruat conſuetudo, vt dicit Ant.de Butr.in d.cap,potuit.num.13.

Et contrarium tenet Carol.Mol.in ſecunda parte commenta.Super conſuet.Pariſienſes,quem omnino vide. I.Fich.

Emphiteuticus contractus de ſui ſubſtantia non requirit, quòd certa quantitas præſtetur.Iaſo.ibi.nu.5.comm.dicit. B.Villal.

Emphiteutica bona veniunt in generali obligatione bonorũ,Communem dicit Matth.de Afflict.deciſ.cxcj. I.Fich.

Emphiteutica res præſumitur,ſi poſſidens tanquam emphiteuticam diu ſoluerit canonem.Iaſ.in d.l.j.nu.55.comm.dicit. B.Villal.

Diu,in hac materia dicitur ad cauſandam hanc præſumptionem quando lapſi ſunt triginta anni,Iaſo.ibi eod.num.155.communem dicit,& idem dicit Balbus de præſc.in iij.par.q.x.num.36. B.Villal.

*ADDITIO.* Limitatur illud dictum, quòd contractus emphiteuticus ſcripturam requirat, prout addidi ſuprà in verſic.caducitatis.quia in hoc caſu præſumitur ſcripturam,& contractum præceſſiſſe ſi dicto tempore quis fundum poſſedit,ac pro eo canonem ſoluit. Alber.autem in l.emphiteuticariis.num. 10.C.de iure emphit.dicit talem contractam emphyt.præſum, ſi per xl.annos penſionem ſoluerit,vnde dici poteſt quòd dixerit xl.ex abundantia, licet ad cauſandam dictam præſcriptionem ſufficiant xxx.

Emphiteuſis perpetua præſumitur præceſſiſſe ſolenniter: ſi diu fuit poſſeſſa res,tanquam emphiteutica, ſi res erat eccleſiæ: quia non præſumitur perpetua,ſed vſque ad tertiam generationem.Balbus de præſcrip.par.iij.q.x.num.35. B.Villal.

ex delicto Emphiteutæ rei eccleſiæ,quæ ad extraneos non tranſit heredes,vel etiam rei priuatæ,quæ ea lege cõceditur,vt ad ipſos extraneos non tranſeat,bonis dicti emphiteutę delinquentis confiſcatis, res ipſa emphiteutica non tranſit in fiſcum,nec in ipſorum bonorum confiſcatione venit,ex ſententia Bart.& aliorum in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damn.infect.cum quibus conuenit Alexan.conſi.xxiij. prima conſideratione.vol.j.aſſerens hanc communiter Doctor. ſequi. opin.concludens inſuper,bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta,ſequuta bonorum grauati confiſcatione,in fiſcum cum tertij præiudicio non tranſire, in præiudicium autem ipſius grauati delinquentis,& illius vita durante,vel quoaduſque reſtitutionem principalem meruerit obtinere,tranſire,per textum,in l.Statius. §. Cornelio.Felin. ff.de iure fiſci.& alia per eum ibi cumulata. F.Turzan.

Enormiſſima læſio,eſt iuſta cauſa petendæ relaxationis iuramenti, communem dicit Iaſ.poſt copioſiſſ.allegationes in conſil. cxxxiij. vol, iij.& ſequitur.Prob.in add.ad Ioan,Monach. in cap. quamuis. de pact. lib.vj.in fi. I Fich.

Epiſcopus non eſt dandus,niſi in magnis ciuitatib. Alciat.in ca.perniicioſam.de offic.ordi.nu.2.communem dicit. B.Villal.

Epiſcopus in aliena Diœceſi,abſque licentia Diœceſani poteſt portare anulos,& celebrare in pontificalibus,Panorm. in cap.j. num.7.vt lite pen.len.communem inquit ex gloſ. in Clemen. Archiepiſcopo iij. de priuileg. Idem.

Epiſcopus non diſpenſat in delictis maioribus adulterio, niſi inueniatur conceſſum,Felin.in ca.at ſi clerici.§.de adulteriis, num. 1.de iud, communem dicit. Idem.

Epiſcopus cum adultero,& inceſtuoſo diſpenſat.ibi Felin.communem dicit. Idem.

Epiſcopus moniales exemptas propter iniectionem manuum in clericum excommunicatas abſoluit.Panorm.in cap.de monialibus, de ſenten.excomm.communem dicit. Idem.

Epiſcopus non poteſt excommunicare laicum Iudicem ſecularem exemptum:cùm petitur brachij auxilium,ſi non præſtat.Alciat.in cap. pernitioſam de offic. ordi.nume. 127.communem dicit. Idem

Epiſcopus tenetur adimplere mandatum Romani Pontificis, directum capitulo ſede vacante,ſi inuenit non adimpletum. Panor.in c. eã te.de reſcrip.nu.4.communem dicit. Idem.

Epiſcopus

Epiſcopus audiens miſſam ſine ſolennitate priuata etſi ſit excommunicatus,non efficitur irregularis Præpo.in cap,ſi quis epiſcopus.xj. q.iij.communem dicit. Idem.

Epiſcopus committens crimen læſæ maieſtatis contra Principem, non debet degradari actualiter.ſed ſolum verbaliter.Curt.Iuni cõſi.clix numero.1.communem dicit.

Epiſcopus delicti,priuationis beneficij digni,poteſt ferre ſententiam ſuper beneficium,exiſtens extra ſuam diœceſim,Panor.in ca.poſtulaſti, de foro compe.communem dicit. Idem.

Epiſcopus vt ſuſpectus recuſatus,vel cauſam minori remittere,vel delegare de conſenſu partium debet, non tamen eligere delegatum. Panormit.in cap.ſi quis contra de for.compet.communem dicit. Idem,

Epiſcopus etiam capitulo non conſentiente, licet videatur poſſe facere ſtatutum,ſeu conſtitutionem de percipiendis vel non percipiendis fructibus in abſentia,vt per textum,in capitu,cum dilectus.de cleri. non reſid.Doctor.tamen in capitu.cùm omnes.de conſtitu.contrarium communiter concludunt.Ad text.autem in dicto capitu. cùm dilectus, reſpondetur quod ibi intelligi poſſit, ſtatutum huiuſmodi conditum fuiſſe,accedente capituli conſenſu,licet hoc expreſſè nõ dicatur,vel fort. ibi hac de re non erat quæſtio,aut nemo fuit qui talem conſtitutionem oppugnaret:ad quod facere videntur not.in capitu.cùm conſuetudinis.de conſuetu.Illud tamen non eſt ignorandum, Pontificios familiares fructus ſuarum præbendarum poſſe in abſentia percipere, Conſtitutione contraria qualibet non obſtante,vt probatur in dicto capitul.cùm dilectus.& ibi Imol.not.in fi.quòd licet religioſus ordinis mendicantium efficiatur capillanus Pontificis,non tamen ob id habilitatus cenſetur aduerſus Clement.prima.de regula.cuius diſpoſitione mendicantes huiuſmodi beneficia eccleſiaſtica obtinere prohibentur, niſi cum ipſis aliter diſpenſatum fuerit. F.Turza.

Epiſcopus cum ſui capituli conſenſu poteſt condere ſtatuta præiudicium aliorum prælatorum inferiorum,aliarúmque eccleſiarum concernenria,dum tamen prælati inferiores,& agentes pro eccleſiis ſubiectis præſentes conſenſum præſtiterunt.aliàs ſtatuta huiuſmodi non valebunt in præiudicium aliarum eccleſiarum ſubiectarum vel inferiorum ſubditorum non conſentientium,vt Ioan.Andræ. & alij communiter tradiderunt in cap.veſtra.de loc. per ea,quæ not.in cap. pen.& c. fina.de iis quæ fiunt à præl.ſin.con.cap.Valent tamen huiuſmodi ſtatuta licita cum ſolo conſenſu,quando ſuper iis duntaxat fiunt, quæ ad epiſcopi iuriſdictionem ſpectant,non autem in præiudicium inferiorũ eccleſiarum.cap.vt animarum.de conſtitu.in vj.& cap.ij.de maio.& obed,& no.in cap.conſtitutionem.de verb.ſigni. quod & Alexan. tradit in conſil.ccxlviij.perſpectis.lib.ij. F.Turz.

Epiſcopus ſi excommunicat aliquem ſub conditione,& ea pendente de ipſius Epiſcopi iuriſdictione & foro eſſe deſierit,ſic excommunicatus an cenſeatur conditione poſtmodũ exiſtente, Ioannes An.in Mercu.reg.cum ſunt patrium iura.de regulis iuris in vj. poſt aliquorum opiniones,quas refert,denique concludit,quòd ſi conditio,ſub qua excommunicauit non fuit poteſtatiua,ſed caſualis cenſeatur,& ſit excommunicatus,qua huiuſcemodi conditio caſualis in ſententia retrottahitur ad diem condemnationis.ſequitur Iaſ.in l.ſi is.qui pro emptore. ff. de vſucapio.quod bene notandum ait,Ratio eſt,quam etiam aſſignat Barto.in d.l.ſi is,qui.verſi.prædicta,quia in caſuali conditione non eſt in poteſtate(in terminis noſtris)eius,quem ſic Epiſcopus excommunicauit,conditioni parere,ſecùs eſt in poteſtatiua, ideò tunc æquitas ſuggerit,quòd retrohatur conditio,& fingatur ab initio extitiſſe: eſt enim ipſa ſolùm æquitas cauſa fictionis,Bartolus.vbi ſuprà.verſiculo. vbi æquitas.nam æquitas fingit iam natum qui non eſt.lege qui in vtero ff.de ſta.homibum.lege finali.eodem titulo. & fingit eum viuere, qui mortuus eſt.§.ſed ſi in bello.Inſtituta de excuſat. tuto. & lege. finali.ff. de vaca.mune. F.Turzan.

PRO.Epiſcopus, & quilibet prælatus non eſt dominus, ſed procurator rerum eccleſiaſticarum.& ideo conditionem eccleſiæ meliorẽ, non deteriorem reddere poteſt,capitulò, fraternitatem.extrà de donatio. Bellonus.

PRO.Epiſcopus eſt vicarius Chriſti in terris.in can.mulier. xxxiij quæſtione quinta. Idem.

PRO.Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum. can. quorum vices: lxviij.diſtinct. Idem.

PRO,Errantibus,& non fallentibus ſubuenitur.l.ſi is qui. C.ſi minor ſe ma.dixer. Idem.

PRO,Error in nomine nõ vitiat,ſi de corpore conſtat.l.ſi in nomine, C.de teſtam.§.ſi quis in nomine.inſtitu.de legat.l.ſi in nomine.ff,de verborum obli.l,in venditionibus.ff.de contrah.emptio.

OBIEC.Contra de l.ſi quis in fundi.ff.de leg.j.& l.quoties.ff.de hered,inſtituen.vbi error circa rerum vocabula vitiat.

SOL. Hic in errore nominis ꝓprij.ibi in errore nominis appelatiui.

OBIEC.Contrà iſtud oppono,de l.final.C.de heredi.inſtitu.vbi error in proprio nomine vitiat inſtitutionem

SOL.Hic in errore nominis alieni, ibi in errore proprio teſtatoris ſui nominis. Idem.

PRO.Error in corpore vitiat actum.in l.iiij.ff.de leg j.& l. quoties de heredi.inſtit.ff.& l.in venditionibus.de contrah.empt.ff.

PRO.Error impedit conſenſum.l.ſi per errorem. ff.de iuriſdict.om. iud.l.ij.ff.de iudiciis. Idem.

PRO.Error contrahentium vitiat actum,qui geritur.l.in omnibus ff.de actio.& oblig. Idem,

PRO.Error in ſyllaba non nocet l.qui habebat.ff.de man.teſt.

PRO. Error regionis non nocet,ſi de corpore conſtat.l. patronus. §.liberis.ff.de leg.iij. Idem.

PRO.Error in proprio facto non toleratur.in leg. quanquam.ff. ad Velleian.cum ſimilibus.

OBIEC.Contrà de l.ſed etſi me putem.ff.de condictio indebi. & l.inter ſocerum.§.j.de pact.dotalibus.

SOL.Error in facto proprio,tolerabilis eſt in damno euitando ,vt in contrariis:ſecus in lucro captando,vt hic. Idem.

PRO.Erronaa ſubſcriptio non nocet l. Titius.ff.de reſcind, vendi. l.Caius ff.de pig.actio. Idem.

Error in ſententia,ſiue expreſſus ſit,ſiue deprehendatur ex actis,vtroque caſu ſententia iudicis ſit nulla:eſſe volunt Iacob.de Raue. Petr. Cyn.in l.ex diuerſo.§.final.ff.ſolu.matr. mouentur.hac ratione, quod ſententia ſemper ad acta referatur,& ſic,ſi error ſit in actis,pariter & in ſententia expreſſus cenſeatur:allegant text.in cap.cum ad ſedem,de reſtitu.ſpolia.& in l ij.C.de ſentent.quæ ſine certa quantitate profe. glo. & Docto.in l.ſi quis.ibi.per eos exhibendum.ff.de exceptio. re. iudi. & alia de quibus ibi per eos,& inter cetera referunt Rotam hanc opi.ſequi deciſ.cccxv.& dicunt incipere,dubitatur vtrum auditor, quam tamen in libro meo etiam diligenter ſingulis ſic(vt aiunt) incipientibus viſis non inueni,reperio tamen glo.in l.vnica C.de error.calcu.quæ ſecundum vnum intellectum firmat contrarium, ſcilicet quod niſi error ſit in ſententia expreſſus,valeat.quam ſequuntur Angel.& Sali.Alex.verò ab Imol.ſequitur diſtinctionem Bartol.ibi dicentis,aut in ſententia eſt expreſſus error,& tunc ſententia eſt ipſo iure nulla.l.ij. C. quando prouo.non eſt neceſ.l.j ff.quæ ſenten.ſine appellatione reſcin. Aut non eſt expreſſus error in ſententia,ſed apparet ex actis,& tunc ſubdiſtinguit:aut ſententia eſt lata per relationem ad illa acta,in quib. eſt error, & videtur expreſſus in ſententia.dicta l. ij. C.de ſenten. quæ ſine certa quantitate profe.& l.ait prætor.§.j.ff.de re iudica.aut eſt lata ſimpliciter & eo caſu dicit aduertendum,quia quædam ſunt acta,ad quæ ſententia neceſſariò refertur vt libellus.l.vt fundus.ff.communi diui.ſimiliter ſententia lata in cauſa appellationis,quæ de neceſſitate ad primam ſententiam refertur,quam Iudex approbat,vel improbat.l. eos qui, de appellationib.& tali caſu ſi in libello,vel in prima ſententia eſt expreſſus error,ſententia ſecunda ſimpliciter lata videretur erronea,& errorem contineret.& meritò eſſet nulla dicta lege prima.ff. quæ ſententiæ ſine appellatio.reſcind.& iſto caſu poſſet eſſe vera opinio Iacobi de Rauena.Si verò error appareret in aliis actis,tunc non redditur ſententia nulla,& ſic intelligitur opinio Gl.in dicta lege vnica.C.de error.cal.& dicta lege prima.C.quæ ſententiæ ſine appellation.reſcind.& l. præſes:ff. de re iudic.Opinionem tamen illam,quod niſi ſit expreſſus error in ſententia non eſt nulla,approbat idem Alexan.in d.l.j. C.de erro cal. pro qua allegat text,in d.l.ex diuerſo.§.final.ff.ſolu.matr.& l. poſthumus. §.ſi quis ex iis.ff.de inof.teſta.& l.ſi expreſſim.à contrario,ff.de appella. Bart.& Ang.in d.l.j.in princi.ff.quæ ſenten.ſi appell.reſcin.Bar.& Imol. in d.l.ex diuerſo.But.in ca.ab excommunicato.de ſententia excommunicatio.in vj.& quæ ipſe Alex.latè dixit in lege.cũ prolatis, ff.de re iud. ex quibus omnibus videtur communior. F.Turza.

Error iuris excuſat à fructibus,Eſt communis opinio ſecundum Cur. Iun.in conſi.xxviij.in cauſa vertente inter nobiles de Rodolphis.volu. primo, Mo.Gribald.

PRO.Erubeſcimus ſine lege loqui.in l.illam,C.de colla.& in §.cõſideremus.in authent.de trien.& ſemiſ.coll.iij.

OBIEC.Contrà,in legibus arguitur à contrario ſenſu.in l. eum qui.ff.de don.cum ſimilibus.argumentum autem à contrario ſenſu tacitè,& per quandam coniecturam ex lege ſumitur.l,apud antiquos. C. de furt.& ſic non ex lege expreſſa..

SOL.Dic quòd contrarius legis ſenſus eſt,pro lege,in l.qui teſtamẽto.in.§.mulier.ff.de teſtam.vbi glo.& apertiſſimè ſenſus legis à contrario colligitur.in l.ſi quis locuples,ff.de manu.teſtamen. Belon.Tol.

PRO.Etſi nihil facilè mutandũ eſt ex ſolennibus,tamen vbi æquitas expoſcit,ſubueniendum eſt l.diuus,ff de reſtitu in integrum. Idem.

PRO.Etiam,dictio eſt implicatiua.tot.ti.C.etiam per procur.in integ.reſtituend. Idem.

PRO.Etiam ſi pedem in foſſa haberem,adhuc diſcere vellem. l. apud Iuli.ff de fid.liber. Idem.

PRO.Euagationis & diſſolutionis occaſio euitanda eſt.c.quia in tãtum.extra de præbend.ca.cum ſingula.de præben.in vj. Idem.

PRO.Euaneſcit inſtrumentum,ſi exinanitur debitum. lege ſi conductionis.C.locat. Idem.

PRO.Euentus conſiderandus eſt, in l.aut facta. ff de pœnis.§. quia verò hactenus.in authen.de nupt.coll.iiij. Idem.

PRO. Euentus non ſpectatur, cuius effectus nullus ſequitur, l. fina. C. qui admitti. le. ad probationem. C. de prob. capitulo. cùm cõtingat. extra de offic. deleg.

OBIEC. Contrà de l. quibus diebus. §. ij. ff de condi. & demonſtrat.

SOL. Ibi propter conditionem, quæ in forma ſpecificata eſt, adimplenda, l. Mæuius. ff. eodem titulo.

PRO. Euenientes fortunæ contrarios ſæpius euentus operantur. in §. quia verò hactenus. in authen. de nupt. coll. iij. Bellonus.

PRO. Euidentia parati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. in capitu. euidentia. extrà de accuſ. Idem.

Exceptio oppoſita per heredem conuentum inuentarij non confecti impedit litem conteſtari. l. fina. C. de iure delibe. & ibi Barto. qui ait exceptionem hanc, quam heres habet intra tempus conficiendi inuentarium impedire litis ingreſſum: cùm etiam hæc exceptio impediat ſententiæ executionem, & quotidie practicatur, quòd inſtrumenta non exequuntur contra heredes exiſtentes intra tempus conficiendi inuentarium. Et huiuſmodi opinionem ſequuntur Paul. de Caſt. Alexand. Ia. Corn. ceterique communiter in dicto §. donec. per illum text. Alexand. in l. vir bonus in addi. ad Bar. ff. iud. ſol. Ang. in §. a que. inſtit. de actio. verſicu. xj. & Philip. Francus in cap. j. fallen. xix. de lite conteſta: Interpretatur primò, & reſtringitur iſtam communis nõ procedere in herede conuento, vt reſtituat vſuras ſi quando defunctus iuſſit eas reſtitui, vel cauit ſecundum formam cap. quamuis, de vſuris. libro. 6. tunc enim propter animæ periculum (quæ cunctis rebus eſt præferenda) non debet differri. l. ſancimus. C. de ſacroſanctis eccle. cap. cùm infirmitas. de pœn. & remiſſio. Hoc etiam quia animæ detrimentum inferretur illo medio tempore, quod poſtea non tolleretur. l. ij. ff. de appel. recip. cùm ſit damnum irreparabile, meritò diſcedimus, à regulis iuris communis d. l. ij. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtrat. tutorum. Diſpoſitio verò præcedens procedit, quãdo omnia ſalua remanent, ita tenet Richar. Albric. Cyn. Rayne. Bald. Angel. Fulgo. Paulus de Caſtr. Alexand. Cor. Iacob. de ſancto Georgio, Iaſo. ceterique communiter in allegato §. donec. Limitatur ſecundo præcedens communis non habere locum, quãdo conueniretur heres pro legatis piis non requirentibus dilationem, puta alimentorum pauperum, qui interim necantur fame, ita limitat Angel. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus per l. Falcid. quem ſequitur Imol. ibi & Alexand. Corne. & Iacob. in præcitato §. donec. iij. coarctatur dicta communis non procedere vbicunque conuenitur heres rei vẽdicatione. tunc enim conuenitur, vt quilibet poſſeſſor, non vt heres. l. de eo. §. penult. in fin. ff. ad exhiben. quod voluit Odofre. Guli. de Cu. Nicolaus de Matare. Bal. Saly. Paul. de Caſtr. Ange. Alexan. Corne. Iacob. de ſancto Georgio in d. §. donec, quamuis ibi Cyn. ſenſerit contrarium ob id, quod diſpoſitio illius tex. generaliter debet procedere, cum generaliter loquatur, dum etiam in eo loquitur de hypothecaria, quæ eſt actio in rem datùrque cõtra quemlibet poſſeſſorem. l. eos. C. qui potio. in pignore habeantur. & iſtam opinionem Cyn. ſimpliciter refert Albericin d. §. donec, tamen Alexand. Corne. & Iaco ibi præcedentem limitationem aiunt eſſe veriorem, & communiorem, cum in text. dicatur creditoribus hereditariis, ex quo qui non ſunt creditores hereditarij non comprehẽduntur, idem etiam voluit Angel. Imo. in dicto §. hæc ſtipulatio. Vnde heres rei vendicatione conuentus non poſſet obiicere pendentiam inuentarij. Limitatur præ dicta communis vlterius nõ procedere, quotieſcunque petitur aliquid ab herede pro impenſa funeris, tunc proculdubio non poſſet opponere de inuentario: ita tenent & cõcludunt Angel. Alexand. Cornæ. Iacob. de ſancto Georgio in dicto §. hæc ſtipulatio. Adde præmiſſis, quòd ex huiuſmodi exceptionibus expedientibus litis ingreſſum cumulauit triginta Martinus de Fano in tractat. de exceptio. Alexand. in l. vir bonus. in addi. ad Bar. ff. iud. ſol. Angel. verò Aret in §. æqu. Inſtit. de exceptio. retulit xl. Maria. Soci. poſuit. xxxiij. in capitulo primo de litis conteſta. in vj. Philipp. Francus in dicto capitul. j. & ſeq. poſuit per viam fallentiarum xliij. F. Viuius.

Exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum, cùm ſpoliatus debeat ante omnia reſtitui. l. ſi quis a ſe fundum. C. ad leg. Iuliam de vi publica. & ibi gloſ. & in c. j. de reſti. ſpolia. & dicit Ang. in l. ſi maritus. ff. de donatio. inter v. rum & vxorem quod ſpoliato fauetur, ſi ſpoliatus eſſet omnibus bonis ſuis, vel maiori parte à tertio, tunc etenim à nemine inquietari poteſt, neque ciuiliter neque criminaliter, niſi priùs & ante omnia reſtituatur, vt ſupra deduximus, & Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. ait præfatam exceptionem eſſe dilatoriam, ideò impedire debet litem conteſtari, quem ſequuntur omnes Doct. ibi, & Ang. in §. æque. inſtit. de except. in xxxix. excep. & Francus in cap. j. de lite conteſta. lib vj. in fallen. xxi. vnde allegans dictam exceptionem eſt profectò audiendus, vt per Specu. in §. j. in titu. de cita. Innocen. & Abb. in cap. nouit, de appell. & Ioan. Andr in capit. cum olim. circa fin. extrà de reſtitutio. ſpolia. quorum opinionem ſcribit eſſe communem Grammat. deciſio. lxxxv. nume. 1. & 3. Sed huiuſmodi exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, ſecundum Bar in d. §. nihil commune, quem ibi communiter ſequuntur omnes, vt aſſerunt Fulg. & Moder. ibi, quãuis nonnulli ſenſerint contrarium, quoque fundamẽtis abund. reſpondent præcitati Moder. inhærẽdo comuni opinioni, & aduerſus iſtam exceptionem a verte quod non obſtaret iuramentum præſtitum per debitorem ante ſpolium, vt per Ioan. Andr. in cap. ij. de ordi. cogni. & alios citatos per Grammati. in dicta. deciſ. lxxxv. Item exceptio præſcriptionis oppoſita, & in iudicio allegata, impedit litis conteſtationem ſecundũ Hoſtien. & Canoniſtas omnes in cap. j. de preſcri. quorum opinionem comprobat Boër. deciſio. ccclxiiij. nu. 1. cum aliis ſeq. vbi denique fatetur eſſe communem, & ſecundum eandem decidiſſe concilium Burdegalenſe, & hoc idem conſuluit Senatus Gratianopolitanus teſte Guido. Papæ in deciſione ccxxj, F. Viuius.

In quacunque generali excluſione exceptionum, facta per ſtatutum, nunquam excluditur officium iudicis, niſi excluderetur omnis exceptio & defenſio Eſt vera, & communis opinio ſecundum Iaſo, in conſi. vij. adeò compoſe. num. 5. vol. j. verſic. & per iſtud. Mop. Gribard

Præcluſa omninò via opponendi contra ſententiam nunquam cenſetur excluſa exceptio nullitatis ex capite incompetentiæ procedentis. glo. eſt communis approb in clem. j. de ſequeſt. poſſ. & fruct. in fin. ſecundum Corn. in conſil. ij. viſa. verſu, tertiò non videtur. vol. ij. Idem.

Exceptio dilatoria non oppoſita ante litem conteſtatam, in prima inſtantia, non poteſt opponi, nec in ſecunda, Iaſ. in l. ita demum. numer. 7. de procu. communem dicit.

Nota iſtam communem cum ſequenti ad intel. l. ij. titu. vj. lib. iij. ordi. & ad ca. viij. l. xlij. in prag. & l. ij. tit. viij. lib. ordi & l. j. tit. iiij. lib. iij. ord.

Fallit primò, niſi opponatur exceptio contra procuratorem: vt puta quòd ſit monachus: quia poteſt opponi, etiam poſt litem conteſtatam. Anto. de Tremo. in addit. ad Bona. in pract. exceptio. in rubr. de impe. & except. quæ contra reſ. numero. 9. ver. vj. fallit. communem dicit.

Fallit ſecundò, ſi exceptio dilatoria non erat orta reo ignorante, vel ex errore nõ propoſuit quia non poteſt opponere poſtea. Iaſ. in l. error. nu. 19. de iuris & facti ignoran. communem dicit. B. Villalob.

Exceptio dilatoria ſolutionis debet opponi ante litis conteſtationem Præpo. in capi. j. ſi quis. iij. q. vj. communem dicit.

Exceptio eſt actionis excluſio. Defenſio autem repulſio intentionis. Coua in reg. poſſeſſor de regu. iur. in vj. numero 4. communem dicit ex gloſſ. in capi. j. de lit. conteſta. in vj. ex. Soci. in rubric. de except.

Hinc eſt, quòd exceptio non excludit intentionẽ eius, qui ſine actione experitur. Idem ibidem ex Deci. in rub. de except. extra. communem aſſerit, ex quo infertur negationem non eſſe exceptionem: cùm non excludat actionem, idem ibi. numero. 4. in verſiculo. quartò plan. communem dicit. Idem.

Exceptio dominij, etiam quæ in promptu offertur probanda, aliter quàm per ſententiam latam in petitorio, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. Dicit communem Areti. in l. ſi eo. §. final. ff. de acquirenda poſſeſſio, quod dicit notand. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 98. eodem titulo. Idem.

Exceptio, Tu es conſanguineus. ideo nõ potes eſſe Iudex ſi non opponatur, valet iudicium. Iaſo. in l. qui iuriſdictioni. numer. 6. ff. de iuriſdicti omnium iudic. communem dicit. Idem.

Exceptio ſolutionis licet non ſit oppoſita: ſi conſtat ex actis eſſe natam cum obligatione ante litem conteſtatam, abſoluitur reus. alias autem, ſi poſteà nata fuit: condemnabitur ex prima obligatione. Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in pract. exceptionum. in rubr. de impe. excep. quæ contra reſ. numero 9. in verbo. ante litem conteſtatam, communẽ dicit. Idem Villal.

Exceptio peremptoria poteſt opponi etiam poſt ſententiam, ſi agatur prima actione, & non actione in factum ex prima ſententia, Balb. deciſi. xiij. communem dicit. Idem.

Exceptionibus omninò cõtrariis, reus poteſt vti, & ſe defendere. Hiero. Cagno. in regu. nemo. numero. 3. ff. de re iudic. communẽ dicit. Id.

Exceptio que ſecundum ſtatutum, non poteſt opponi tamen res poterit detineri loco pignoris. Boë. deciſio. xlij. nu. 15. commu. dicit. Idẽ.

Exceptio nullitatis (licet per ſtatutum tollantur omnes exceptiones) nõ cenſetur ſu lata. Curt. Iuni. conſilio cxix. numero. 3. communẽ dicit.

Nota iſtam communem ad intellect. l. primæ, & iiij. titul. viij. libro. iij. ordi. & hoc quod hæc communis videtur innuere. lex. vij. titu. x. libro ij. For. ll. Idem.

Exceptio nullitatis non requirens altiorem indaginem, ſed quæ poteſt incontinenti probari: impedit executionem. Iaſ. in l. qui ſe non obtulit, §. condemnatum. numero 5. ff de re iudicata, communem dicit.

Concor. cum l. xxvij. titulo ſecundo, parte tertia. dicens, quòd excipiens de dominio, ſi ſtatim proba., admittitur, aliàs non.

Amplia iſtam communem ad iudicium poſſeſſoriũ, vbi non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem. Curt. Iun. conſil. cviij. nu. 14. communem dicit. Idem.

*ADDITIO* Exceptio reſtitutionis in integrum ſimiliter impedit executionem. Alber. & alij in c. ſuſcitata, de in integr. reſtitut. quod limita niſi ſit obtẽta poſt tres cõformes ſententias iuxta terminos Cle. primæ. de re iudic. Limita ſecundò niſi calumnioſè petatur. Lap alleg. liij. an oporteat, numero. 8. vt de his M. Antonius Bardus. in tracta. de temp. vti. & contin. in cap. v. nu. 2.

Exceptiõ indignitatis non iuuat poſſidentem hereditatem, quin teneatur

neatur reſtituere: Corn.conſi.cl.volum.ij.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit. xj.cau.xj.communem dicit. Villalob.

Exceptio adulterij contra mulierem repetentē dotem, durat in perpetuum.Balbus de præſcript.iiij.parte ſecunda. partis. qu eſt. ij. communem dicit. Idem.

PRO. Exceptio eſt actionis excluſio.lege prima. ff. de exception. Bellonus.

PRO. Exceptio nititur æquitate. l. qui æquitate. ff. de doli mali except. Idem.

PRO. Exceptio debet eſſe de regula.in l.nam quod liquidè.in §.fin. ff.de pen.leg. Idem.

PRO. Exceptio peremptoria vſque ad ſententiam opponi poteſt. in l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.non poſſ.

OBIEC. Contrà de l.tametſi.ff.ad Maced. & l.j. C. de iuris & facti ignoran.& l.minor xxv.annis omiſſam.ff.de minor.

SOL. Speciales ibi caſus ſunt in exceptione minoris militis, & exceptione Macedoniani, in ocium creditorum fœnerantium, & Velleiani in fauorem mulierum. Bellon.

Exceptionem peremptoriam, aut dilatoriam, coram iudice ſi quis oppoſuerit, & illam per iudicem reiectam ſe coram eodem probaturum obtulerit, licet per oblationem huiuſmodi iuſtificetur appellatio quo ad deuolutionem, vt tradunt Doctores in capitulo interpoſita.de appellation. non tamen ob id probata dicitur exceptio, ſed probanda erit coram iudice appellationis, quoniam parti obeſſe non debet Iudicis iniquitas, vt communiter voluerunt Doct.in dicto cap. interpoſita. F.Turzan.

PRO. Exceptionem obiiciens nunquam videtur de intentione partis aduerſæ confeſſus. l. non videtur.ff.de excep. cap. cum venerabilis. extra eodem titulo. Bellon.

PRO. Exceptiones dilatoriæ ſunt in limine iudicij opponendæ. l. exceptionem.C.de proba. Bellon.

PRO. Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem, in cauſis ſummariis non admittuntur, ſed in cauſis principalibus reſeruantur. in l.tertia. §. ibidem. ff. ad exhibend.l.ſi is à quo. ff.vt leg.nom.caueat. Bellonus.

PRO. Exceptiones perſonales non tranſeunt ad alios, ſed reales etiā aliis competunt.l.exceptiones.ff.de except. Bellonus.

Exceptiones omnes, quæ opponuntur ad impediendum executionem ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ, ſi reſpiciunt actionem primam, & huiuſmodi exceptiones natæ eſſent ante ſententiam nunquam opponi poſſunt, & oppoſitæ non impediunt executionem, vt habetur per Bartolum quem Doctor. omnes communiter ſequuntur in l.prima. C. de iuris, & facti ignor. & in aliis locis citatis per Iaſ.in dicta l.prima. Viuius.

poſſidentes hereditatem, ſi contra agentem petitione hereditatis, vel familiæ herciſcundæ iudicio Exciperent quòd eſt indignus hereditate, vt puta ſi defunctū teſtari prohibuerit.l.ij.C.ſi quis al.teſt.prohib. cum nota.per Bart.in l.fin.ff.eodem tit. & per Socinum conſil. centeſimoquinto.viſo proceſſu. volumine tertio. vel quòd defuncti vxorem, ſeu liberos occiderit, vel tacitam fidem de reſtituenda hereditate incapaci accommodauerit, vt ſæpe accidit in his qui inſtituuntur heredes ab habentibus filios ſpurios, vt per Baldum in l.ſi quis preſbyter. C. de epiſcopis & clericis.& per Barbatium in capitulo cum in officij. ff. de teſtament.exceptione iſta non iuuabitur ſecundum gloſſam in l.his conſequenter.§.primo. ff familiæ erciſcundæ.l.loci. §. compet. ff.ſi ſer. vend.& opinio hæc communiter approbatur, vt per Corn.conſilio centeſimo quinquageſimo, circa præſentem libro ſecundo, & Doctores variis in locis iuris noſtri. F.Viuius.

Excipiens contra reſcriptum quòd non fecit mentionem de primo, non ſolùm exceptionem proponere, ſed debet appellare à tacita vel expreſſa reiectione, ad hoc quòd proceſſus ſit nullus. Felynus in capitulo ſub ortu. numero quarto. de ſentent.& re iudic. magis communem dicit. B.Villalobos.

PRO. Exceptionibus vti pluribus quis poteſt. in l. nemo. ff. de exception. Bello.

PRO. Exceſſus in tanto, vitiat in toto.l.certa. C.de quando prou. non eſt neceſſe. Idem.

Excluſus à ſucceſſione ab inteſtato, eſt etiam excluſus à ſucceſſione contra teſtamentum.Communem dicit Ioannes Clarus. §. teſtamentum.q.xliiij.verſic, Quæ quidem.prope finem. P.Fich.

Excommunicatus poteſt teſtari.communem dicit Clarus in §.teſtamentum, quæſtione vigeſimaquarta, maximè verò ſi occultè excommunicatus ſit. P.Fich.

Excommunicatus teſtari poteſt.Felynus in capitulo cum voluntate, de ſententia excommunica. communem dicit, & vide Coua, in rubrica de teſtam.parte ij.num.8. B.Villalob.

Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. Eſt concluſio indubitata ſecundum omnes in cap.teſtium.de teſtib.vt refert Lanfran. in repetitio.cap.quoniam contra, in ver.Teſtium depoſitiones.numero octauo de probat. I.Fich.

Tamen ſi eſſet abſolutus verior & communior eſt (vt ibidem) quòd poſſit eſſe teſtis. Idem Villal.

Limita, niſi fuiſſet excommunicatus propter delictum, quia tunc non poteſt eſſe teſtis, vt ibidem. Idem.

Amplia, quia tam actiuè quàm paſſiuè habet factionem teſtamenti. Ioan.Durand.in arte teſtand.titu.j cau.x.Barb.in cap.quia.ingredientibus.de teſta.communem dicit.

Amplia ſecundò, quòd excommunicatus poteſt contrahere: & valet contractus celebratus per eum. Panormit. in capitulo ſi verò. de ſententia excommu. communem dicit. & Herculanus in l.ex facto. §. ſi quis rogatus.*el ſecundo*.ff ad Trebellian.vbi dicit magis communem. Idem.

Excommunicatus, ſi eſt in loco inſigni, etiam ad defendendum, non poteſt eſſe in iudicio per ſe, ſed per procuratorem, Felin.in cap.intelleximus.de iudi.communem dicit. Nota.

Nota iſtam communem ad intel.l.iiij. titu.x. libro ij.For.ll.in fin.& l.ſtili.clxxvj.

Amplia, quòd non poteſt agere contra actorem, vt perſequatur iudicium.Felin.ibi.num.7.

Amplia ſecundò, quòd nec poteſt opponere de nullitate ſententiæ. Felin.ibi communem dicit. Idem.

Excommunicatus eſt ſponſus de futuro, percutiens clericum inuentum cum ſua ſponſa, gloſſ. communiter approbata in cap.iij.de ſententia excommunicationis.Couu.in epiſt.quarta, cap.j. numero. 12.communem dicit. Idem.

Excommunicari poteſt notorius contumax ſine monitione. Deci. in cap.j.de iudi, nu.75.communem dicit. Idem.

Excommunicationem non euitat quælibet cauſa, niſi ſit iuſta, imponentis manus violentas in clericum.Alciat.in cap.cum non ab homine de iudic.num.46.communem dicit. Idem.

PRO. Excommunicatus eſt ſeruus Diaboli. gloſſ. in l. Pedius. ff.de arbit. Bellon.

PRO. Excommunicato actus iudiciarij prohibentur.cap. decernimus.de ſent.excom. Idem.

PRO. Excommunicatio fieri non debet ſine iuſta & rationabili cauſa.ca.ſacro.extra de ſententia excommunic. Idem.

Excuſſionis non facta, exceptio debet opponi ante litem conteſtatam, quoniam eſt dilatoria. Eſt vera omnium concl.ſecundum Alexan. conſil.lxxviij.in cauſa & lite.circa fin.volum.j. & in conſi.xxxiiij. conſultus.volum.iiij. Moph.Gribal.

Excuſſio non eſt neceſſaria, vbicunque quis creditor vult ius ſuum exercere contra nomen debitoris, ei obligatum. Eſt communis opinio ſecundum Alex.conſilio decimoſeptimo, requiſitus. verſicu. denique. Idem.

Executio rei iudicatæ, nec pignoratio fieri poteſt ſuper bobus, aratris, ceteriſque inſtrumentis ruſticorum.l.executores.C.quæ res pigno. da.poſſ.& no.Andr.de Yſer.& Alij Doct.in cap.j.§ agricultores.de conſuetu. quæ contra liberta.eccleſ.tamen in rei veritate, & ſecundum corticem verborum.d.l.executores.ille text.loquitur duntaxat de bobus, & inſtrumentis agrorum tributariorum, reſolutione tributi retardetur, nihilominus ſecundum Bart.communiterque omnes Doct.vbi ſupra.Idem eſſet dicendum, ſi dicta prædia non eſſent tributaria, quia ſi ceſſaret ratio ſolutionis tributorum militaret quippe alia ratio ſcilicet ne ſterilitas fructuum damno eſſet reipublicæ, argumento. l. primæ §. de opere.ff.de aqua plu.arcen.& ne ſegetes cœleſti prouiſione conceſſæ pereant.l.ij. C. de fruct.& lit. expen. Hoc idem videtur hodie ſtatutum in Regno Neapo.vt habetur in cap.incip.conſtitutioni boues, & cetera, exceptis duobus caſibus relatis ibi per text.Porrò talia prohibita capi, ſi capiantur poſſunt impunè propria auctoritate recuperari per partem à manu executorum, ſecundum Iaſ. conſi.xx. pro liberatione. volum.iij.text.in l.defenſionis, & l.prohibitum, & ibi gloſſ. C. de iure fiſci. libro x. Interpretantur iſta omnia non habere locum pro debito Fiſcali, tunc enim ſi debitor non eſſet ſoluendo, vel non reperirentur alia bona pro executione facienda, poſſent iſto caſu capi boues, & alia inſtrumenta aratoria, & hoc videtur expreſſè ſancitum in cap. Regni Neap.incip.pridem inſolentiam.in princ.dictorum capitulorum. Limitantur etiam prædicta, quando præmiſſæ beſtiæ aratoriæ, & alia prohibita capi pro executione ex forma iuris communis, & regni capiuntur non loco pignoris, nec ſimplicis executionis, ſed vt vendantur maximè ad haſtam, vel dentur in ſolutum, & pro executione ſententiæ, vel crediti, vt alia bona colantur: tunc enim hæc impunè fieri poterunt, ſecundum Ruynum conſil.cxxx.ad dubiam.num.9.volum.j. Coarctantur etiam poſtremò iam poſita in ſubſidium, vbi non ſunt alia bona, id eſt, quandò executores non inuenerunt alia bona ſufficientia pro facienda integra executione crediti, niſi feciſſent executionem in beſtiis aratoriis, & aliis prohibitis, tunc enim præmiſſa prohibita pignorari poſſunt, capi pro executione crediti non obſtante lege cōmuni, & ſtatuto quolibet contrario, ſecundum glo.in d.l.executores, & ibi Doc.Pet Gerard. in ſing.xxxv.dictum eſt, & Ripa in tract.de peſte.rubr.de præſerua.remed.num.221. F.Viuius.

Executio

Executio ſimplex,ſi mãdetur fieri,non requiritur citatio:ſi eſt facienda in eadem re quæ adiudicata eſt: ſecùs tamen in aliis. Deci.in cap.ex ratione.nu.17.communem dicit,de appellat,vbi ponit duas limitationes. B.Villalo.

Executor miſtus,ſi eſt maior iudice priori:poteſt recipere omnes exceptiones infringentes ſententiam.Iaſ.conſi.ix.volum.iij.communem dicit. Idem.

Executio facta,non ſeruato ordine,vt primò mobilia, & poſteà immobilia ac deinceps perſona capiatur:valet.Iaſ.in l.à diuo Pio.§.in venditione.de re.iud.nume.18.ff.communem dicit , licet ſibi non placeat.

Nota iſtam cõmunem ad intel. l.iiij.tit.viij.li.iij.in ordi.Et nota dictum ſolemne Ang.in l.fin.C.de edicto di.Adri.ſuper glo.in verbo.diſſpoſitionibus.& Curt.Iun.ibi,num.65.dicentem contractum per teſtes probatum habere executionem paratam:licet Bar.& Alex.in l.j.in fin. ff.de his,quæ in teſtam.delen.& Paul. de Caſtr.in l.noſtram.C.de teſta, teneat contrarium: quas opiniones concordat Bellonus in conſil.xxij. nu.9.dicens opinionem Ang.procedere,quando contractus eſt cancellatus , vel deperditus : & teſtes deponunt de tenore inſtrumenti , & dictum teſtium redigitur in ſcriptis : aliàs autem cum in ſcriptis dicta teſtium non rediguntur. Ratio eſt : quia dicta teſtium faciunt notorium, ſicut inſtrumentum,iuxta text.in c.ſignificanti,de teſtib.& hoc videtur de mente Petri & Baldi in dictis locis. Idem.

Executioni,ſi per ſtatutum mandetur ſcriptura priuata alicuius , intelligitur,etiam ſi per alium ſcribatur , Pyrrhus in conſuetu. Aurel.de executio.inſtru.cap.xxj. communem dicit ex Ang.l.cum antiquitus.C. de teſtam.

Nota ad intellect.l.vltim.in curiis de Madrid.de 1534.anno, quæ loquitur de apocha recognita.

Executionem impedit teſtitutio in integrum:etſi requirat altiorem indaginem.Iaſo.in l.qui ſe obtulit. §. condemnatum. nume.27.ff.de re iudic.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Limita niſi reſtitutio petatur poſt tres conformes,ſeu poſt duas ſententias,ſi per ſtatutum ſufficiãt duæ.Limita ſecundò,niſi calumnioſè petatur vt addi di ſuprà in ver.Exceptio.

Executiuum præceptum iudicis ſine cauſæ cognitione, & clauſula iuſtificante,eſt ipſo iure nullum.Eſt magis communis opinio ſecundum Iaſo.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.de offic.proconſu. M. Gribal.

Iudex à præcepto executiuo etiam citra vllam cognitionem incipere poteſt:cum clauſula tamen inſtificante,per quam tale præceptum in vim citationis reſoluitur.Eſt magis com.opi.ſecund.Iaſ.ibid. Idem.

Executor teſtamenti non poteſt vendere , niſi pecunia præſente: ad hoc quòd transferat dominium rei venditæ.Iaſ.in l.à diuo Pio.de re iudica.ff.§.ſed ſi emptor.num.8.communem dicit. B.Villalob.

Executor teſtamenti poteſt agere contra heredem , vt fiat executio, & habeat bona.Pyrrhus Angleber.de executio,inſtru.cap.xvij. in conſue. Aurel. communem dicit , ex Salic. in l, nulli. C. de epiſcopis , & clericis. Idem.

Executor teſtamenti non tenetur cauere de exequendo. Pyrrhus ibi communem dicit ex.Barto,in l,diuus,ff.ſi cui pluſquam. Idem.

Executor teſtamenti non poteſt alienare,aut diſtrahere bona defuncti pro executione.Pyrrhus ibi communem dicit ex Bartol.in l,alio. ff. de legatis. Idem.

Executoris teſtamenti officium, poſt eius mortem tranſit ad Epiſcopum,Curt.Iuni.conſi.lxvj,nume.2.communem dicit.

Fallit niſi ſit dictum à teſtatore vt tranſeat ad heredes executoris, idem Cur,ibi communem dicit. Idem.

P R O. Executor de cauſa cognoſcere non poteſt.in l.ſi Prætor.ff.de iudi,in capitu,paſtoralis. §. quia vero, de officio & poteſt. iud. delegat, extra. Bellon,

Exemplum inuentum in archiuo publico , facit fidem,Bello,conſil. lvij,communem dicit.ex Angelo,& Iaſ.in authent.ſi quis in aliquo documento. C.de edendo. B.Villalo,

Exemplum non probat,niſi originale habeatur, hæc regula ſumitur ex tex.in l.procurator.in fin,C.de eden.procedit , & habet locum non ſolùm ſi vnus,verùm etiam ſi centum notarij exemplarent,quinimò & ſi originale vidiſſe ſine macula,& non vitiatum,& illud exemplum auſcultaſſe,& cum originali concordaſſe atteſtantur,tradunt Iaſ.& communiter Doct,in auth.ſi quis in aliquo.C,de eden.& ipſum confitetur ibidem Caſtr,reprobans dictum Spec,qui in tit.de inſtr. editio.§,reſtat, verſ.pen,tenuit quod illa verba per nos,ſiue à me viſo,& lecto operentur(vt probat ipſe Caſt )quod ſemper miratus fuit de hoc dicto Specu. quia eſt contra dictam auth.ſi quis in aliquo generaliter loquentem & rationem allegatam in gloſſ.ibi,& poteſt eſſe &c.ſemper credit dictum Specu.non eſſe verum,ſubdens quod licet communis practica notariorum ſeruet dictum Specula,tamen illa procedere poteſt,ſi pars non opponeret:ſed parte opponente,minimè.Alex.tamen in dicta auth.ſi quis. in fin,non recedendo ad opini.Caſtr,Ang.& comm.in d.auth.ſuſtinendo dictum Spec.vbi ſuprà , dicit illud verum in terminis ſuis , quia loquitur inter partes contrahentes,& tunc vera eſt concluſio ſua , vt quo ad illas dictum exemplum probet. F.Turzan.

Exemplo creditur , quando eſt confectum ab eodem notario qui originale confecit.Iaſ,in auth.ſi quis in aliquo.num.3.C.de eden.communem dicit,vide alia in verbo procurator. Idem.

PRO, Exemplo non creditur. in authent. ſi quis in aliquo documento.C.de eden. Bellon.

OBIEC. Contra de l.publicati.C.de teſtam,& §.illud.in authen, vt frat.fil.ſucce.

SOL.Vbi originale exemplar eſt officio iudicis publicatum,vocata parte,cuius intereſt,creditur inſtrumento exemplato,vt ibi. Idem.

PRO. Exemplo turpiſſimum eſt fœminino quoque vocabulo etiã maſculos contineri.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.ij.

OBIEC Contra de l.adigere.ff.de iure patron.

SOL. Ibi fauore matrimonij Idem.

PRO. Exempla reddunt rem clariorem. l. prætor. §. quoties. ff.de coll.bon. Idem.

PRO.Exẽpla non reſtringunt regulam.l.ſtipulatio dãni infecti pertinet.ff,de dam.infec.adde tex.in l.j.§.quod vulgò.ff.de vi & vi arm. Idẽ.

PRO. Exemplis non eſt iudicandum,l.nemo.C.de ſenten.& inter. omnium iudicum,

OBIEC. Argu.contra,de leg,j. §. quibus. ff,quod cuiuſque vniu. ibi,ad exemplum,&c,& §.fin.ibi,permittit proconſul,ſicut in priuatorum quoque,&c.

SOL, Secundum exempla aliorum male iudicantium , iudex non debet iudicare,ſed ad exẽplum & ſimilitudinẽ aliarum rerum vel perſonarum ius dici poteſt,vt in contrariis,

PRO, Exheredatio valet ad commodum filij facta,l.multi non notæ.ff.de lib.& poſth. Idem.

Exheredatio vt valeat,duo requiruntur.primum,vt cauſa legitima nominatim inferatur in teſtamento. Secundò , vt ipſa cauſa ab herede probetur.Communem dicit Clarus.§.teſtamentum.quæſt.xl.verſi.Aut talis cauſa, P.Fich.

Exheredatus filius non ſuccedit in feudo , ſi iuſtè exheredatus eſt, commun.dicit in §.feudum,q.lxxiiij.Vide tamen diſtinctionem ſubſequentem ipſius Clari. Idem.

Exheredatio facta ex vna cauſa,quæ non ſit de illis 14.enumeratis, ſed ſit grauior vel æquipollens, valet & tenet : puta,quia filius fuit rebellis,vel proditor patriæ, Eſt communis opinio ſecundum Iaſonem in authen,non licet,ver.iuxta prædicta.,C. de lib,præter. M.Gribal,

Exheredatio appoſita poſt omnes gradus refertur ad omnes gradus ſuperiores ex præſumpta voluntate teſtatoris,quæ præſumptio eſt iuris:non tamen de iure,quin admittatur probatio in contrarium.Segu. in repet.l.iij.§.fin.de liber.& poſthu.num.82.comm.dicit. B.Villal.

Exheredatio facta in principio teſtamenti,ante gradus, ſicut trahitur ad omnes gradus ſequentes , & ita facta in fine trahitur ad omnes præcedentes,ita communiter teneri dicit Iaſ.in l.j.in princ. numero.3, C.de lib,præter.

Exheredare poteſt pater filium ex iniuria verbali ſibi illata per eum. Curt.iunior conſil.cxlviij.num.1.communem dicit,& concordat cum l.iiij.tit.vij.parte vj.

Nota quòd ſi filius poſtquã commmiſit ingratitudinem , pœniteat viuo patre,non poterit exheredari, Pyrrhus in conſuet.Aurel.de ſucceſſio.capi.xxv,commuuem dicit, Idem.

Exheredatio liberorum non ſolùm ex xiiij. cauſis in §.his aliud, in authen.vt cum de appella cognoſ enumeratis verum etiam aliis conſimilis grauitatis,& ingratitudinis,aut maioris fieri poteſt. Communẽ dicit Iaſon in authen non licet. C.de liber.præter.per multas authoritates,& plures inſuper accumulat Rimi.in §.j numer. 538.Inſtitut. de donatio. I.Fichard.

PRO.Exigere pudicitiam vir non debet à muliere,quam ipſe maritus non exhibet.in l ſi vxor.§.ſi iudex.ff.ad legem Iul.de adult Bellon.

PRO.Expedit reipublicæ,ne ſua re quis male vtatur.in §.fin. Inſtit, de his qui ſunt ſui vel alie.iuris. Idem.

PRO.Expedit creditori potiùs pignori incumbere quàm in perſonam agere.§.furt.Inſtitu.de oblig.ex delict. Idem.

Expenſæ rei qui abſolutus eſt ab inſtantia propter abſentiam actoris,ſunt deducendæ de expenſis actoris ſententiæ diffinitiuæ. Iaſo.in l. properandum.§.etſi quidem.nu.21.de iudi C,comm,dicit. B.Villal.

Expenſarum condemnatio in definitiua non poteſt per Iudicem reſeruari,ſed bene taxatio earundem Ita communiter poſt Cy.tenent Doct. in l.terminato.C.de fructibus & lit.expenſ.refert, Minſing. obſer. xlv. Cent.j. I.Fich.

Expertis in arte credendum.Vnde illud. Experto crede Roberto.l. j.ff de vent.inſpiciend. Bellonus.

Experiendo ius non fit deterius,l.aliam.ff. de nouat.& lege prima, ff.ſi ex noxa.cauſ.agat. idem.

Expreſſum facit ceſſare tacitum.iura ſunt vulga. Idem.

Specificatio vnius caſus fortuiti,facit extendi verba generalia ad alios caſus non ſpecificatos.Eſt magis communis opinio ſecundum Alexand.conſ.iij.viſo.volu.j. M.Gribal.

Expreſſum nõ ſolùm dicitur illud quod verbis inſinuatur,ſed & illud

quod

quod euidentibus ſignis colligitur. Iaſ.in l.Prætor ait.numero 5.ff.de noui oper.nunt.communem dicit. B.Villal.

Extenſio de caſu ad caſum alterum non procedit in conſuetudine. Hanc communem dixit Alex.in l.quod dicitur. ff. de verbo.obl.vt refert poſt Ruinum Tiraq.in tract.de iure primoge.q.xvij.nu.10. I. F.

Extenſio de vno caſu ad alium,non prohibetur:etſi in caſu extenſo ſit maior ratio.Gomez.in cap.ſtatutum.num.39.de reſcript.in vj.communem dicit.

Amplia in facultate diſpenſandi:quia ex identitate rationis extenditur de vno caſu ad alium.Ripa in reſponſ.nume.4.communem dicit.

Amplia ſecundò, in correlatiuis:quia lex pœnalis extenditur de vno correlatiuo ad aliud.Ioan.Nico.in l.generaliter.num.26.C.de ſecund.nupt.communem dicit.

Limita in correctoriis,quia etiam ex maioritate rationis non extenduntur.Iaſo.in l.de quibus.num.14.de legibus.ff.& in auth.quas actiones.num.21.C.de ſacroſ.eccl.communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem,niſi alias fiat extenſio de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam: quia etiam in correctoriis fit extenſio. Iaſ.in rubr..de re iudic.num.13.ff.communem dicit.

Reſtringe ſecundò,quando agitur fauore animæ, & pro ea ſaluanda:quia tunc fit extenſio ſine aliqua diſtinctione.Curti.Iuni.in l.j.num.80.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſdic.communem dicit.

Reſtringe tertiò,quando lex noua correctoria reducit nos ad legem antiquam:quia tunc tanquã fauorabilis eſt extendenda.Cur.Iun.conſ.xcix.numero 3.communem dicit.

Reſtringe quartò,in lege noua æquiparante duos caſus, quia diſponens ſuper vnum cenſetur diſponere ſuper alios.Cur.Iuni.conſi.cl. nu.6.communem dicit. B. Villal.

Extenſio in correctoriis non ſolùm à ſimili,ſed à maioritate rationis non eſt licita,ſecundum gloſ.& Doct.in authen.quas actiones.C.de ſacroſanctis eccleſ.& in l.ſi conſtante.ff.ſoluto matrimo. Iaſ.in l.fratres.C.de inofficio.teſtamen.& in authen.non licet.C.de liberis præteritis. Imol.conſilio lxiiij.Areti.conſi.xxvij.Corneus conſilio cclxxj.volu.iiij. Curt.Iuni.conſilio vj.iſtam opinionem aſſeuerat eſſe communem. Iaſ. in.l.de quibus.numero 14.ff.de legib.& in dicta authen.quas actiones.num.21.Deci.in l.non debet cui quod plus.numero 4.ff.de regulis iur. quicquid aliter voluerit idem Deci.præcipitanter, & ſibi contrarius conſilio cccxxxiij. F. Viuius.

Extenſio fieri non debet in odioſis,& in pœnalibus, & vbi lex figit pedem,non debemus vltra procedere: quia odioſa reſtringi debent,vt in reg.odia.de regul.iur.in vj.& eſt optimus tex.ad hoc in l.at ſi quis.§.Diuus autem Marcus.ff.de religioſis, vbi licet heres delinquat prohibendo teſtatorem funerari ab eo,quem teſtator elegerat,ſeu per quem funerari volebat,tamen non punitur:ratio, dicit tex.quia pœna in heredem ſtatuta non eſt,& gloſſ.ibi ait,nota quòd illicitum non punitur, & illum text.dicit notabilem Bald.in l.iij. in princip. C. de Epiſcop.& cleri.Vnde in pœnalibus,quia odioſa ſunt non eſt licita extenſio, vt in regu.in pœnis.de regul.iur.libro vj.& hoc notat Dec.& Cagnolus in l.factum ſuum.§.in pœnalibus.ff.de regul.iuris. Iſtam etiam opinionem ait eſſe communem Iaſ.in l.cum quidam.numero.10.& 24. ff. de liber.& poſthum.& in l.final.ff.de in ius vocand.& latè proſequitur Crauet.in tracta.de antiquitate temporum.in iij.parte.numero 87. Quæ quidem communis regula limitatur non procedere, quando ratio eſt expreſſa in l.pœnali, quia tunc fit extenſio ad alios caſus,in quibus viget eadem ratio, ita tradit Domi.& Gemi.in cap.ſi ciuitas.§.j.de ſentent.excommunicatio.in vj.Alexand.in l.cùm mulier.in ij. notab. per illum text.ff.ſoluto matrimon.Deci.in d.§.in pœnalibus.limitat.vij. Iaſo.in dicta l. cum quidam.limita.v.& in.l.j.ff.de in ius voc.& Crauet.latius in dicto tractat.de antiquitate temporum. parte v. numero 107. cum ſequent. Interpretatur & limitatur quoque iſta communis non procedere in pœnalibus, in quibus fit extenſio de caſu ad caſum.capitu.j.§.porrò, quæ fuer.prima cauſa bene.amitten.vbi in materia priuationis feudi proceditur de ſimilibus ad ſimilia.& ibi Bald.dicit illum tex.meliorem de iure quòd in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia, quem ſequitur Saly.in l.ij.C.de noxali. Alexand.in authent.non licet.C.de liber.præter.Cyn.& Saly.in l.final.per gloſſ. ibi in verb.voluerit.C.de reuocan.donation.& iſtam opinionem quòd fiat extenſio de vno caſu ad alium latè probat Crauet.in loco præcitato, & dicit communem Gomez.in cap.ſtatutum.num.39.de reſcript.in vj.& iſta communis probatur viua ratione,nam vbicunque aliàs lex fieret eluſoria,tunc fit extenſio.de caſu ad caſum.ita voluit Iaſ.in dicta l.cum quidam.in fi. Deci.in d.§.in pœnalibus.in iij.limitat.per gloſſ.in capit.quanquam.de vſur.in vj.vbi dum dicit aliàs facile eſſet hanc conſtitutionem eludere, & ibi not.Domini.Idem in effectu tradit Butri.in diſputa.ſua inci, Bononienſis, in fin.tertio dubio: vbi dicit, quod fit extenſio in materia pœnali,quando aliàs magna plaga legis inferretur, & ſic quando fieret eluſoria,ſequitur Soci.conſi.ccxl.volu.ij.& Crauet.in d.l tract.in iiij.parte.num.110.Limitatur etiam præfata communis in quatuordecim aliis caſibus,quos ponit Gem.in c.j.de temp.ord.in vj.Sed vltra iſtos vide ſex alios,quos refert Iaſ.in d.l.cũ quidã.nu.24.cũ aliis ſeq. Idem.V.

PRO.Extinctæ res vendicari non poſſunt.in §.ſi tamen. Inſtit. de de rerum diuiſ. Bellonus.

PRO.Extra territorium ius dicenti impunè non pareretur in l. fin.ff.de iuriſdict.omnium iudi.in c.fin.de conſtitu.in vj.

OBIEC.Contrà de l.mancipati.§.apud proconſulem. ff. de adopt.& l.ij.ff.de offic.proconſ.& leg.vbi magiſtratus habet iuriſdictionem extra prouinciam ſuam.

SOL. Habet voluntariam,non contentioſam,vt ibi.

OBIEC. Præterea,contrà de l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic. vbi vocatus à prætore ex aliena iuriſdictione debet venire.

SOL.Verum eſt,cum dubium eſt inter partes de iuriſdictione,aliàs ſecus, vt hic.

OBIEC. Tertiò contrà de l.j.ff.de iudic.

SOL. Ibi cum partes prorogant iuriſdictionem. Idem.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENtiarum receptarum,

## *LIBER SEXTVS.*

F

FACILIVS quid acquiſitum retinemus,quàm de nouo acquiramus l.licet. C. de acquirenda poſſeſſion.in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alien iuris.in cap.conſuluit. & cap.rurſus extra qui cleric.vel vouent.

OBIEC. Contrà de l. non diſtinguemus. in §.ſacerdotio.ff.de arbitr.vbi vitiatur iam factum, quod tamen non impedit faciendum,& ſic faciliùs de nouo acquiritur,quàm retineatur acquiſitum.

SOL.Pro ſol.huius cõtrarij dic,quod in dicto.§.ſacerdotio.cauſa impediens,reſpicit cauſam finalem & tunc ſicut impedit à principio faciẽciendum,ita tollit iam factum,ſecùs quando cauſa impediens reſpicit cauſam efficientem,vt conſenſum,qui eſt cauſa efficiens matrimonij,l.nuptias,de reg iur.ff & licet ab initio aliquid impediat faciendum,non tamen tollit iam factum per regulam,factum legitimè.vbi vide Dyn.de regul.iur.libro vj.

OBIEC. Præterea opponitur de l.ſunt perſonæ. ff. de religio. & ſumpt. fune.

SOL. Imò illa lex potius concordat ſecundum Iac. Butrig. in d.l. patre. Bellon.Toloſ.

PRO. Facilius tollitur ius ſpeciale,quàm ius commune. l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de militar.teſtam. Idem.

PRO. facilius compenſamus quàm ſoluimus. not. gl.in l.fideicommiſſa.§.item ſi certam.ff.de leg.iij.

PRO. Faciliùs remittimus,quæ ſperamus,quàm demus quæ poſſidemus.not.gloſſ.in l.fideicommiſſa.§.item ſi certam.per illum text.ff.de leg.iij. Idem.

PRO.Faciliores non ſunt teſtatorum voluntates in onerandis heredibus.l.vnum ex familia.§.ſi rem.ff.de leg.ij. Idem.

PRO. Factum contra naturam ſeu ſubſtantiam actus non valet l.cum precario.ff.de præca. Idem.

PRO.Factum legis excuſat negligentiam hominis l.fin.C.ſi manc.fuer.alien.& ibi not. Idem.

PRO.Factum iudicis reputatur factum partis.in l.ſi ob cauſam.C.de euict. Idem.

PRO.Factum,ſeu miniſterium iudicis neceſſarium non eſt,vbi lex certa eſt,& operatur ſuum effectum.l adoleſcentiæ tempus, vbi Bald.not.C.in quib.cauſ.integ.reſtit.non eſt neceſſa. Idem.

PRO.Facta pro infectis haberi non poſſunt.l. in bello.§. factæ. ff.de capt.& poſtl.reuerſ.

OBIEC.Contra de l.non dubium.C.de legi.vbi factum contta legem,habetur pro infecto.

SOL.Illud eſt de fictione iuris. Idem.

PRO.Facta non præſumuntur,niſi probentur,in l.in bello.§.factæ ff.de capt.& poſtl.reuer. Idem.

PRO.Facta ſunt incerta.l.vbi autem non apparet.§.qui id quod.ff.de verb.oblig. Idem.

PRO. Facta aliena prudentiſſimos etiam homines fallunt,imò quãdoque ipſum legiſlatorem.in l.ij.ff.de iur.& fact.igno. Bellon.

Factum alienum ſi quis promittat,non valet promiſſio:ſi tamen adiicitur pœna:valet quo ad pœnam.Curt.Iuni.conſil.cxxiiij.numero 19 communem dicit. B.Villal

Falcidiam quæ debetur heredi ex legatis,ſi teſtator dicit,quòd integrè legatum ſoluatur:tenetur heres dimittere.Iaſo. in l.cum quis.nu.5.C.de iur.& fact.igno.magis communem dicit. Idem.

Facultas inſinuandi donationem,durat tantùm xxx.annos & poſtea præſcribitur.

præſcribitur.communem dicit Iaſ. poſt Bald.in l.licet.C. de iur.delib. vt refert Hyppo.Rimi.in.§.j.num.210.Licet ipſe ibidem poſt Ang.Canarium ſequatur & firmet contrariam opinionem,vbi tamen dupliciter limitat,vide. I.Fich.

PRO. Facultas adimplendæ conditionis non tranſit ad heredem, petendi autem tranſit,in l.ſi decem cùm petiero. vbi Bart.ff.de verborum obligation. Bellon.

PRO. Falcidia ipſo iure reſecat legata l.Plautius,in l.lineam margaritarum.in l.in quantitate.§.magna,ff.ad leg.Falcid. Idem.

Falcidiam ne heres detrahat, teſtator prohibere poteſt. Communem dicit I.Clarius §.teſtamentum.q.lxxiij.ver.ſed quæro. P.Fich

*ADDITIO.*

Iſta communis opinio probatur in §.ſi verò expreſſim,in authen.de hered.& falcid.Reſtringitur tamen hæc communis opinio vt non procedat in filiis primi gradus.Ita Iaſon.in l.Marcellus,nu.53.& 55.ff.ad Senatuſcon.Trebel.poſt Bald.in l.iubemus.verſic.nota, quòd teſtator. & verſic.& ego dico.C.ad Trebell.atque ita reſpondit P.Decius conſi. lxxxj.Mouetur Iaſon per glo.in d.§.ſi verò expreſſim.quæ hoc apertiſſimè probat ex §.aliud quoque capitulum.in authent.vt cùm de appellat. P.Prateius.

Etiam de inſtitutionib.factis in re certa detrahitur Falcid. Eſt communis opinio ſecun.Cor.in conſi.cxxxvj.conſtat.verſi.tamen his minimè.volumi.iij. M. Gribaldus.

Falcificans inſtrumenta,vel teſtes,cauſam licet non perdat,vt tenuit Bartol.in l.in fraudem.§.quoties,& ibi gl.verbo cadat,ff.de iure fiſci:ſi tamen acta cauſæ falcificauerit, vel corruperit, cauſam ipſam amittet qualiſcunque cauſa vel perſona fuerit,vt idem Bart.dicit in d.l.in fraudem,quod & Anch.placuit in conſi.ccclxxxviij.in caſu præmiſſo.verſi. Item non obſtat prædictis,& Boër.in q. ccxcj. parte ij. vbi atteſtatur hanc opinionem eſſe communem,quamuis Card.contrarium tenuerit, quo ad inſtrumenta.in c.olim.de reſcri. F.T.

Falſi ſuſpicio habetur pro falſitate in ciuilibus.Cur.Iuni.conſi.clxvj. & conſi.cxxxiij.num.10.communem dicit. B. Villal.

Falſum committens in cauſa,perdit cauſam, quæcunque cauſa, vel perſona ſit, Boër.deciſi.ccxcj.nume.2.communem dicit. Idem.

Sed debet puniri pœna falſi.l.iij.tit.xij.lib.iiij.For.ll.quæ habetur in l.xiij.titu.viij.libr.ij.For.ll.& Iudex poteſt punire ex officio producentes.l.xxviij.titul.j.part.vij.ac teſtes punire, etſi non petatur,l.xlij.titul. xvj.parte.iij.

Intellige,ſi corrumpit,vel falcificat acta:ſecùs tamen,ſi falſificat inſtrumenta, vel corrumpit teſtes,idem Boër. deciſio.ccxcj. numero 3. communem dicit. Idem.

Falſum ſi quis commiſerit in aliqua ſcriptura, vel teſtium depoſitionibus aut alio actu,qui deficiat in forma,vel in ſubſtantialibus ex falſitate huiuſmodi tanquam non præiudiciali, neque nociua, puniri non poterit: vt ſentit Bart.in l.ſi quis legatum.ff.ad l. Cor.de fal.cuius opinionem ceteri communiter approbarunt, & ab ea non diſſentit Soci. in conſil.ciij.poſt reditum, in prima parte, licet contrarium tenuerit Salic.in l.j.C.de ſepul.viola.vbi not.quòd ſi quis in libro ſuo falſò ſcripſerit aliquem ſuum eſſe debitorem, vel ſi notarius in ſui fauorem falſum inſtrumentum confecerit,quod non valet:vt probatur in l.filij.§.j. de falſis: tales puniuntur pœna falſi:quantum enim in eis fuit,validius falſum committere non potuerunt. F. T.

Falſitas, quæ nemini eſt nocibilis, non poteſt de iure communi puniri pœna falſi ordinaria,ſiue per teſtem,ſiue per Notarium, vel alium ſit commiſſa ſecundum Bar.in l.ſi quis legatum.ff.ad l.Corn.de fal.Iſta eſt communis opinio omnium Doctor.vt atteſtatur Alex.conſil.clxv. viſis.vol.vj.& Soc.conſi.ciij.in facto, & ciiij.poſt reditum.vol.j.quamuis Saly.in l.j.C.de ſepul.violat.& malè, imò abſque vlla concludenti ratione videatur aſſerere contrarium, vbi tenet, quòd ſi quis in libro ſuo falſò ſcripſiſſet Titium eſſe ſuum debitorem,ſiue tabellio in ſui fauorem falſum inſtrumentum confeciſſet, puniri debent pœna falſi. F. Viuius.

PRO. Falſus denarius non eſt denarius, not.gloſ.in l.iij.C.de heret. & manich. Bellon.

PRO.Falſus rumor nocere non debet.in l.fin.ff.de hered,inſtit.

PRO. Falſa credulitas non confirmat quod agitur.l.ſi cum te,§.fin. ff.de pact. Idem.

PRO.Falſa demonſtratio non vitiat actum,l.demonſtratio, & l.falſa.ff.de condi.& demonſtrat.& §.huic proxima.inſtit.de lega.

OBIEC. Contrà de l.ſi ſic.§.j.ff.de legat.j.vbi demonſtratio falſa vitiat actum,qui geritur.

SOL. Demonſtratio falſa adiecta ſpeciei, ſi de ea conſtat,vel quantitati certæ expreſſæ,non vitiat actum. Vbi autem quantitas certa non eſt expreſſa,vitiatur actus indiſtinctè,d.l.ſi ſic.

OBIEC. Præterea contrà de.l.ſi pater.C.de heredib.inſtituen.

SOL. Vbi demonſtratio falſa eſt ex errore teſtatoris,vitiatur actus, vt in contrario:ſecus ſi ex certa ſcientia,vt hic. Idem.

PRO. Falſa cauſa non vitiat actũ.l.cum tale.§.falſam.j.ff.de condi. & demon.§.longè.inſtit.de leg. Idem.

PRO. Fama communis probationem adiuuat.l.iij.§.eiuſdem quoque.in verſi.aliàs veluti.de teſtibus. Idem.

Fama publica regulariter ſemiplenam facit probationem, non autem plenam,l.iij.§.eiuſdem.iuncta glo.ff.de teſtib.cap.j.vbi glo.de appellatio.capit.illud.de præſump.& cap.ex literis.de iureiur.quæ quidem concluſio in iſtis iuribus expreſſè probatur,eámque ſequuntur communiter Doctores omnes in d. §. eiuſdem.& in cap.veniens. el j.extrà de teſtib.Bart.in l.de minore.§.tormenta de quæſt.Deci.conſi.cxlvj.Soci. conſi.xxij.nume.7.vol.j. Fely.in cap.ex tenore.num.6.extrà de reſcrip. & Caſſadorus deciſio.ij.nu.1.in titu.de probatio. De iſta communi atteſtantur Deci.in c.dilecti.nu.36.cum aliis ſeq.de appell.Fulgoſi.conſi. clxv.quoniam plurima.& Alexand.conſi.xviij.viſo proceſſu.volum.j. Interpretatur & limitatur iſta communis non procedere in factis antiquis,quorum non extat principij memoria, tunc publica fama ipſa habetur pro plena ſcientia, & veritate. Vnde teſtis poteſt deponere, ſcio Chriſtum crucifixum,& Conſtantinum Imperatorem, quia nouit indubitanter, quamnis non viderit, ita Innocen.in cap.fina.extrà de iuramen.calum.& quod iſta fama in antiquis plenè probet, eſt communis opinio teſte Crauet.in tract.de antiquitate temporum, in prima parte,numer.302.Iaſ.in l.Prætor.num. 25.ff. de eden. Deci.in l.ex his. C.de teſtamento milit. Curti.Iun.conſilio.xvij.Marſyl.in l.de minore. §.plurimum,numero 60.& ſequen.ff.de quæſtio.& in rubric.de probation.numero 194.& ſing.ccccv.declaratur etiam præcedens communis opinio quòd ſola fama publica in antiquis,quorum initij memoria non extat, non probet dominium antiquiſſimum, videlicet quòd iſta domus fuerit Dantis Poëtæ Florentiæ,& Virgilij in Manuta, ſecũdum gloſſ.& Angel.in l.at qui natura.§.cùm me abſente.ff.de negot.geſtis. Bald.Ange.& Paul.de Caſtro in l.proprietatis.C. de probatio. Bald.in. capitul.j.§. Vaſallus.ſi de feudo controuer.& in l.conuenticula. C. de Epiſcop.& cleri.Alexand.conſilio.iiij.volumi.ij.& in l.rem quæ nobis. ff.de acquirenda poſſeſsio.vbi ait iſtam eſſe communem opinionem. Socin.quoque, & Deci.in capitu.cùm cauſam.de probatio.in ſecundo nota.idem Deci.conſilio xlij.& in capit.j.de appellatio.ſequitur etiam communem Areti.conſilio xv.Calca.conſi.xj.Iaſ.in l.cum aliquis.C.de iure deliberan.& Caſſadorus deciſio.ij.in titul.de probati.contrariam verò ſententiam tenuit Cornæ, conſilio cciiij. libr.iij.quòd ſola fama in antiquis non plenè probet,niſi alia adminicula concurrant, iſtas tamen opiniones conatur ad optimam conſonantiam reducere diſtinguendo Ripa in d.l. rem quæ nobis.quæ videtur veriſsima, & ſemper mihi placuit. F.Viu.

Fama duobus teſtibus ſufficienter probatur. Eſt communis opinio ſecundum Salic.in l.ea quidem.verſi.ad ſeptimam.C.de accuſ.Sequitur Deci.conſilio cclxxij.viſo proceſſu.volum.ij. M.Gribal.

Licet ſit inter Doctor.controuerſia, an teſtis deponens ſuper Fama, debeat reddere cauſam ſui dicti,etiam non interrogatus:tamen certiſſima,& communis eſt opinio,quòd interrogatus ſuper publica voce & fama tenetur reddere cauſam ſufficientem,aliàs non probat. Eſt autem cauſa ſufficiens, ſi reſpondeat ſe audiuiſſe a maiore parte populi, vel viciniæ.Ita notab.dixit Areti.in conſilio cxxij.in præſenti conſultatione.circa princ.verſic.eſt tamen altercatio.Et latè Hyppol.conſilio.viij. in cauſa matri.Io. verſi.concurrit & alia ratio, vbi poſt omnes gloſſ.& Doctor.concludit,quòd niſi teſtes deponant, ſe à maiore parte populi audiuiſſe illud dici,non probant famam,& eſſe communem, etiam atteſtatur Alexan.in conſilio clxxxiiij.viſo proceſſu.volumi.vij.& Deci. in conſilio xxxvij. in cauſa rigoroſæ.circa med.verſicul. tertius teſtis. volumi.j.Idem Deci.in conſil.ccx.viſo puncto.in fine.vol.ij. Idem.

Fama cum vno teſte de veritate in criminalibus non ſufficit. Eſt communis opinio ſecundum Decium in conſi.ccx.viſo puncto. in fin. volumi.ij. Idem.

Licet in probanda morte alicuius ſufficiat probatio per Famam illius loci,in quo dicitur mortuus, quando talis mors ita eſſet de longinquo, vt facilè memoria haberi non poſſet, tamen ſi locus ſit de propinquo, & mors non multùm de longinquo,requiritur probatio per teſtes, nec fama ſufficit. Eſt magis communis opinio ſecundum Alexandrum in conſilio.xxv.in cauſa vertente volum.iiij. Idem.

Fama facit ſemiplenam probationem. Ioan. Cora.in l.admonendi. numero 8.ff.de iu.iura.communem dicit,vide Marc.Anto.de indiciis. numero 313.& octo caſus per Deci.in cap.j.verſic.in gloſſ.in verbo famam,de appella.in quibus facit ſemiplenam probationem. B.Villa.

Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Hyppol.ſingul. xcvij communem dicit,& Marcus Anto.in l.final.de quæſtio ex indiciis ex proceſſu.nume.313.

Concordat cum l.iij.titul.xxx.parte vij.quæ lex requirit cum fama, perſonam eſſe vilem:Nota tamen quo ad probandam famam, tria præcipuè requiruntur; Primùm, quòd teſtis dicat à pluribus audiuiſſe, & nominet particulariter aliquas perſonas: etſi non fuerit interrogatus. Innocen.in capit.qualiter & quando.el.ij.Bartol.in l.de minore.§.plurimùm.ff.de quæſtio. Secundò requiritur, quòd teſtis dicat ſe audiuiſſe à maiore parte populi (vt in caſu ſequenti) & requiritur tertiò quòd teſtis exprimat cauſam propter quam fama ſit orta:vt puta,ex inimicitia,ex

tia,ex minis,ex iniuria,vel ex alia conſimili cauſa.Sal.in l.ea quidem. C,de accuſ.Item,& requiritur quartum; quòd fama præceſſerit accuſationem, Anchar,conſi.ccliij.& de hoc vide plenè per Hyppo. in ſing. xcvij.& in pract.§.diligetur.nu.8.& in conſi. xx,& Tho. Gramma,in voto xxxiiij.& Marcus Ant.in l,fina.de quæſt, ff.in verbo fama,nu.3. cum ſequen.& plures alios quos poteſtis videre per citatos, ne fruſtrà membranas occupem. Idem,

Fama ſola, ſi agatur de probando dominio annorum quadraginta non ſufficit:ita communiter teneri dicit Ripa in l.rem quæ nobis nu, 57.ff,de acquirenda poſſeſ. Nec probatur etiam dominium de præſenti.Communem ait Dec.conſilio cccccxxviij.& Ripa in d,l,rem quæ nobis. nu 58. Idem.

*ADDITIO.* Quo ad probationem dominij de præſenti, diſtingue,vt per Rip.in allegat.l.in num.59.videlicet aut ſtatus rei repugnat famæ aut non,& in reliquis dic vt addidi ſ.in litera D.ſub nu.107.

Fama in antiquis plenè probat. Communis eſt, vt per Aymon, in tracta,de antiquit.tempor,in j.par.nu,302. Idem.

Fama probatur duobus teſtibus,Communem dicit Sal.in l. ea quidem,verſi.venio ad ſeptimam quæſtio,C.de accuſatio,& Dec, conſilio lxxij,nu,4. Idem,

Fama,ad hoc quod dicatur eſſe probata requiritur, quòd teſtes dicant ſe audiuiſſe à maiori parte populi,Cur,Iun,conſi.clxxij. nume, 9, communem dicit, Idem.

Fama in antiquis plenè probat dominium,Aymon,de ant.temp.in prima parte ver,viſio,in hac parte prima,nu,3,com.dicit ex Decio,in cap,j.de appell,per quem vide octo caſus,in quibus fama plenè probat;quem refert Coua,in l.admonendi in fine ff.de iureiuran,

Amplia,quòd non ſolùm probat dominium in antiquis, ſed ſufficit ad probandum dominium de præſenti,vt ſi volo probare meum dominium; ſufficit quòd probem de dominio antiquorum per famam,idem ibi nu.4.com.dicit ex Dec.conſi.ccccxxviij. reiecta coniectura,de qua per Ripam in l.rem quæ nobis. ff. de acquirend. poſſeſſ. Idem,

Familia eccleſiæ non gaudet priuilegio fori:ſecùs tamen, in familia Epiſcopi.Panor,in cap,j.de foro competen,nu.6,com,dicit,

Nota,& vide.l.lj.tit,vj.par.j. Idem,

Familia aliqua puta Nobilium,poteſt condere pro ſui ſtatus & dignitatis conſeruatione ſtatuta,& ordinationes,etiam fœminas excludentes. Communem dicit Io.Bologninus in l,omnes populi,nu.57. & 58.ff,de iuſtitia & iure.Eſt enim familia tanquam ciuitas quæpiam, vt auctoritate Ariſtotelis dicit Bal.conſi,50.In primis videndum.volum, iiij.& commendat Tiraq.in præfat.lib,j.de retract.nu,27. Et talia pacta,etſi non eſſent iure communi approbata(prout ſunt, quia nõ ſunt contra bonos mores)tamen conſuetudine eſſent confirmata, commu, dicit Alciat,in l.pactum,C.de collatio.Vide de prædicta communi latè Tiraq,in tracta,de iure primoge.quæſtiõ.xvij.Adde Iaſ.in l.ſi quis à patre,§.j.& ibidem Zaſ.dicentem hanc opinionem eſſe veriſſimam. ff, de leg.j, I.Fich.

Famulus durante infirmitate,non habet ſalarium,Pan,in c.j.de cler, ægrot,nu.6,commu,dicit, B.Villal.

Fatale tertium etſi de iure nulli competat,tamen pauperi impedito appellationis cauſam in primo & ſecundo Fatali ſequi, & terminare paupertatis intuitu, indulgetur implorata reſtitutione in integrum ex generali clauſula prætoris,ſi qua mihi iuſta cauſa,&c, Communem eſſe teſtatur Decius conſilio ccccxxxvj, & refert & ſequitur Corne.Benincaſ.in tractat.de pauper.ix.vj.Speciali,lij.nu. 18. I.Fich.

PRO. Fauendum eſt magis religioni,bona enim eſt ratio quæ pro religione facit,l.ſunt perſonæ, ff. de religioſis & ſumptibus funerum, Bellon,

PRO,Fauendum eſt in neceſſitate poſitis,in l,ſi fideiuſſor,§.ſi neceſſaria.ff,qui ſatiſdare cogant.& l,nec enim, ff. ex quibus cauſis maior, Idem,

OBIEC. Contrà de l.ij.& l.mater. C,de oper, libert. vbi non fauetur ei, qui de neceſſitate coactus aliquid facit,ad idem textus in l. nam quod,§.qui compulſus,ff.ad Trebel,

SOL.Ibi quia bonum voluntarium eſt magis præmiandum,quàm neceſſarium,vt ibi, Idem.

PRO. Fauore alicuius introductum in eius odium retorqueri non debet,l,quod fauore,C.de legib, capitulo,quod ob gratiam, de regulis iuris in vj, Idem,

PRO.Fauorabilia ſunt amplianda,& odioſiora ſunt reſtringenda: odia enim reſtringi & fauores conuenit ampliari in l,cùm quidam. ff. de liberis & poſthumis.in c.odia.de regu,iur,lib,vj.

OBIEC. Cõtrà de l.ij.§.exercitum,ff,de his,qui notan.infam,vbi odium ampliatur,

SOL. Hæc regula vera eſt, niſi odioſum reſpiciat vtilitatem publicam,vt ibi. Idem.

PRO. Fauorabiliores ſunt rei quàm actores.regul.fauorabiliores. de reg.iur,ff, Idem,

PRO.Fauorabiliores eſſe debemus ad ſoluendum, quàm ad obligandum.l,Arrianus.ff.de actionibus & obligationib,in cap.ex literis. extrà,de probationibus. Idem.

PRO. Fauorabilius eſt directum,quàm obliquum,l.final,& ibi gl. C.qui,ma,non poſſ. Idem.

PRO, Ferè philoſophicum eſt temperamentum.l, obligationum ferè.ff,de actionibus & obligationibus. Idem.

PRO, Ferendus eſt pudorem ſuum purgans, in l. quæ omnia, ff. de procur. Idem.

PRO. Ferro abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomenta non ſentiunt.in c; in canonibus.xvj.q.j. Idem.

Feudum abſolutè hereditarium (vt ſi datum ſit pro ſe, & heredib, quibuſcunque) tranſit ad quoſcunque heredes extraneos, & ad hoc,vt quis in tali feudo ſuccedat,ſufficit quòd ſit heres.Commu. dicit Clar. in §.feudum,q.ix.verſi.hoc præmiſſo. P,Fich.

Feudum acquiri poſſe,mediante pecunia,contra gl.in c j, de benefi. frat.Hodie conſuetudine receptum eſſe dicit Clar.in §.feudum,q.xvj. Et tale feudum eſt verum feudum, & regulatur ſecundum leges, & conſuet.feudi,ita omnes feudiſtas velle ait in §.feudum,q. xvj. in fine. Idem P.Fichard,

Feudum à patre acquiſitum,ſiue pro ſe, & heredibus, ſiue pro ſe & liberis,poteſt filio imputari in legitimam. At ſi prouenit ab auo, tunc ex quo cenſetur aduentitium,non poteſt imputari.Communem dicit I.Clarus in § feudum.q.xlvj. Idem.

Feudum datum pro ſe, & heredibus; eſt quidem hereditarium, ſed non ita,vt etiam ad extraneos heredes tranſeat. Communem dicit in §.feudum,q.ix.verſi.Nunc proſequendo. Idem,

Feudum datum prò ſe,& filiis,& heredibus,ab eis legitimè deſcendentibus, cenſetur hereditarium, & in tali feudo deſcendentes non ſuccedunt,niſi etiam ſint heredes.Comm.dicit Clar,in §.feudum.q.ix. verſi.Sed quid ſi feudum. Idem.

Feudum datum pro ſe,& heredibus maſculis, non dicitur hereditarium,Commu,dicit in §.feudum.q.ix.verſi.Item quæro quid ſi.idem Clarus tamen diſtinguit in verſ.ſeq, Idem,

Feudum datum Titio vſque in quartam generationem,finita quarta generatione,filij vel agnati Vaſalli vltimo defuncti poſſunt petere ſibi confirmari feudum,& ſi non fiat, poterunt appellare ad ſuperiorem.Comm,dicit in §,feudum.q.lxxxvij. Idem,

Feudum decimarum,quod ſolitum ſit laicis infeudari, poteſt prælatus alteri laico in feudum concedere.Commun.dicit I.Clar. in §.feudum.q, xiij. ver.Sed quæro. Idem.

Feudum eſt contractus nominatus,Com.dicit Clar.in §.feudum.q. vj.Non tamen eſt contractus bonæ fidei.com.dicit eadem q.in fi. Idẽ.

Feudum Francum eſt,quando in inueſtitura expreſsè dicitur quòd ſit Francum,& quando Vaſallus non tenetur niſi ad ſeruitia in inueſtitura expreſſa.Com.dicit in §.feudum.q.xij. Idem.

Feudum ita conceſſum,Concedo tibi tale caſtrum in feudum,tranſit ad heredes eos tantùm, qui aliàs ex natura feudi ſuccedunt. Com. dicit in §.feudum.q.ix.ver.Sed quid dicendum. Idem.

Feudum nouum ſi detur à Principe expreſsè iure feudi antiqui & paterni,debet tanquam feudum antiquum regulari. Magis com. dicit contra Oldr,conſi.clxxviij.in §.feudum,q.viij.ver.Sed hic. Idem.

Feudum ſi datum ſit pro ſe,& filiis,& heredibus,tunc requiritur vt ſuccedere volens,filius ſit,& etiam heres.Com.dicit contra Bald.in §. feudum.q,ix.verſi.quandoque & tertio. Idem.

Feudum,ſi datum ſit pro ſe, & filiis, vel pro ſe & liberis, nulla facta mentione heredum, tunc ſufficit, quòd ſuccedere volens ſit filius vel deſcendens ab illo primo acquirente, & non requiritur quòd ſit heres,Com.dicit in §,feudum,q.ix.verſi.quandoque verò. Idem.

Feudum ſi datum ſit pro maſculis cum fœminis, tunc fœminæ veniunt ſimul cum maſculis, ſed ſi datum ſit maſculis & fœminis, tunc veniunt fœminæ ordine ſucceſſiuo, ſcilicet prius maſculi & his deficientib,Fœminæ.Com,dicit in §.feudum,q,lxxiij.verſi.Et in hoc propoſito. Idem,

Feudum,ſi ſit maternum vel fœmineum, ſcilicet ab initio conceſſum vni fœminæ,tunc fœminæ quoque admittuntur ad ſucceſſionem ſed tunc demum,quando non extarent maſculi.Com, dicit in §. feudum,q.lxxiij.verſi.Præterea quæro. Idem,

Diſpoſitio cap,potuit,de loca, priuans ipſo iure emphyteutam non ſoluentem canonem, non procedit in Feudo; pro quo annua penſio debetur.Eſt magis com,opin,ſecund.Alexan,in conſi,ix,viſo themate. vol,iij.&Dec.in conſi.cxxxviij.diligenter,vol.j, M.Grib.

in Feudo empto & acquiſito,pretio mediante,æquè ſuccedunt fœminæ,vt maſculi. Eſt com.opin.ſecund,Dec.in conſil.cccxc. quoniam ex facto.ver.capio ſecundam. Idem.

in alienatione Feudi ſubinfeudati,requiritur conſenſu prioris & directi domini:nec ſufficit conſenſus domini poſterioris, qui ſubinfeudauit.Eſt magis com.opin.ſecund D.Iacob.de S. Georgio, in tractatu de feudis.in §.& cum pacto de nõ alienãdo.verſi. quæro de quæſtione quotidiana.vbi limitat duobus modis:ſcilicet ſi prior dominus ſit abſens,vel alterauit naturam feudi, dando licentiam vaſallo alienandi

cui vellet: quoniam tunc ſufficit conſenſus domini poſterioris & immediati. Nota, quia quotidiana ſunt. Idem.

Conſuetudines feudales, etiam Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas ligant. Eſt magis communis opinio ſecundum Cur. Iun. in conſilio clxxvij. habita diligenti, num, 20. vol. ij. Idem.

Feudum hereditarium, id eſt, receptum pro ſe & heredibus, nunquam tranſit ad agnatos, niſi ſint heredes recipientis, vel illius prædefuncti, de cuius portione tractatur. Eſt vera & communis concluſio ſecundum Cur. Iun. in conſi. j. nu. 11. vol. j. Idem Gribal.

Feudorum liber fuit compilatus à quodam Oberto de Orto Ciue Mediolanenſe, vt notat text. in cap. primo. quæ ſit cauſa benefici. amittend. in vſibus feudorum. & Alua, in cap. j. in princip. de feudi cognitio. Poſteà verò iſte liber fuit lectus in publicis ſcholis, & communiter approbatus, ab hoc igitur exploratum eſt habere plenam fidem ſicut aliæ leges ſecundum Andre. de Yſernia in præludio feudorum, in prima quæſt. & alios ibi communiter. & iſtam eſſe communem ponunt Ripa in l. fin. num, 696. & ſequen. C. de reuocand, donatio. Maranta in tractat. iudiciorum. in iij. par. princ, num. 63. & Zaſi. in vſib, feudorum, nu. 3. Idem videmus in aliis ſcripturis, ſeu libris in ſtudiis approbatis, vt ſunt dicta Ariſtotelis, ſeu Hipocratis, quibus ſtandum eſt, ſecund, Bart. cæteróſque poſt eum in l. j. ff. ſi certum petatur. per l, ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi, & l. ſi pater, ff, de ſolutio. quæ iura aliqui Doctores dixerunt non probare, cum id ſit de auctoritate, & approbatione legis facta prout Butr. Paul. Caſt. Deci. in j. lectur. in d. l. j. nu. 16. & idem Deci. in cap. ne innitaris, in j. lectur. de conſtit, & in cap. j. vij. notab, de officio delegat. Retenta igitur prima opinione affirmatiua Bart. quæ eſt communis, prout teſtatur Niger in d. l. j. quòd auctores paſſim citari poſſint: Quæ communis ſanè venit declarãda, vt procedat in arte ſua, vt ſi Poëtæ ſunt, illis credendum ſit in arte poëtica, & literis humanioribus, ſecùs ſi de Medicina, vel Philoſophia loquerentur, in his enim Hypocrati, Galenóque medicis, Platoni, Ariſtoteli Philoſophis potius credendum eſſet, ita tradit Niger in dicta l. j. quæ quidem communis ea iuris regula confirmatur, qua cautum eſt vnicuique in arte ſua credendum eſſe. capitul. vt conſtitueretur, 50, diſtinct, l. j. in fine, vbi Barto. ff. de ventre inſpicien. Lucas de penna in l. curioli, C, de decurio. li. xij, & Alexand, conſilio, xv. volumine primo. cum ſimilibus, quæ congerit Afflict, deciſio. celiij, numero decimo, Hoc autem declaratur non procedere, quando lex reperiretur in contrarium, ſecundum Paulum de Caſtr. & Decium in dicta l. j. ponitur exemplum in auctoritate Pauli ad Gala. iiij. cap. ſi filius, ergo heres, quam conſequentiam lex non admittit. l. j. C. ſi min. ſe ab hered, & in §. ſed ſui. inſtitut. de hered. quali. probatur quoque ex auctoritate Ariſtotelis in topicis dictis, quòd mulier nubens marito videtur dare omnia bona ſua in dotem, quam auctoritatem lex non recipit aliquo modo, vt inquit gloſſ. in l, mulier bona. ff. de iure dotium, eámque ſequitur Deci. conſilio cccccxxj, numero 11. & in authen. præterea, in iij. notabi. C, vnde vir, & vxor. per illum text. & Gozadi. conſilio xxxiij. numero 20. & iſtam opinionem contra Ariſtotelem refert eſſe communem Deci. in dicta authen, præterea. nu. 6. F. Viuius.

Feudum hereditarium non tranſit, niſi ad illos, ad quos tranſit hereditas, & feudum ipſum hereditarium, ſecundum Barto. in l. vt iuſiurandi. §, ſi liberi, ff, de oper. liberto. Bald. in cap, j. §. decedenti. qui feuda dare poſſunt. Modern. in l, quicquid adſtringẽdæ. & in l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. de verborum obligatio, & per Alexand, conſilio decimo ponderatis. volum. iij, vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, & conſi. xix. ſuper eo, & conſilio xxviij, in cauſa & lite. volum. v, cum aliis congeſtis per Afflict, deciſio. cxl. xix, & ccxl, & per Deci. conſilio ccxcv. in cauſa Magnifici, & per Craue. conſilio cxcvij. nume, 5, & Pariſi. conſilio iiij, numero 28. volum. j vbi etiam ait iſtam eſſe communem, & conſilio primo, numero ſexto, eod. volum. Vnde ſciendum eſt hic ad præmiſſorum intelligentiam, nec ab re putamus quale dicatur feudum iſtud hereditarium. Feuda igitur hereditaria conſtat illa eſſe, quam ex tenore inueſtiturarum fuerint conceſſa, & acquiſita pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus, & cætera, ſecundum Andræam de Iſern. in cap, j. in prin, & §. hoc quoque, de ſucceſſio. feudo, & in capit j. de eo qui heres ſuus, & per Alex. conſilio decimo, ponderatis, vol. iij, & conſilio lv, perſpectis, eod. volum. & nonnullos alios, quos congerit Pariſi. conſi, iiij, nu. 27. vol. j, vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & conſi. j. nu. 17. eod. lib. F. Viuius.

Feudum in dubio præſumitur antiquum, non autem nouum. c. j §. j. de ſucceſſio. fratrum, ſeu grad. ſucceſſ. vbi Bald. hoc firmat & eſt tex. in ca. j. vbi Aluaro poſt alios ſi de feudo fuerit controuer. inter domi, & agna, & dicit ibi Iaco, de Belui. & Nicol. de Neapo. quòd benignior eſt præſumptio, quòd ex quo apparet fuiſſe feudum cenſetur potius quòd antiquum ſit, quàm nouum, vt agnati ſuccederent, qui aliàs excluderentur, vt ibi per eos, Ex quo igitur infertur quòd ſi prælatus aliquem in feudo inueſtiat, & antiquum eſſe aſſerat eo caſu quippe ſtabitur huiuſmodi confeſſioni, & inueſtitura ipſa valebit, licet ſi nouum eſſet non valeret aliquo pacto. Ratio eſt, quoniam ſtatur confeſſioni prælati in eccleſiæ præiudicium, præſertímque quando cum illa confeſſione præſumptio iuris concurreret. cap. ſi diligenti. vbi Abb. in iij. nota, ſ. de præſcriptio, & c, ij, ſ. de capellis Monachorum, & ita reſident ibi Moder. communiter omnes. In contrariam verò ſentẽtiam inclinauit Bal. in procemio, feudorum in iij. diuiſio. quia non ſtatur ſimplici contrahentium adſertioni, vt actus per talem confeſſionem licitus fieret qui aliàs eſſet illicitus. l. ſi fortè. vbi Bart. ff. de Caſtr. pecu. & l. ſi donatione. C. de collatio. & hoc Bal. dictum ſequitur Mart. Laud. in cap. primo. qui feud, dare poſſunt. Imol. in capit. ij. de feud. in antiq. Alex. conſi. x. vol. iij. & Afflict. in commentariis conſtitutionum Neapo. in titu. de ſucceſſ. nobilium, num. 60. Rubr. xxvj. dicens ibi, quòd in dubio feudum præſumitur nouum, niſi ſint indicia quòd maternum ſit, & quod indicium bonum erit ſi probaretur antiquitas temporis, item ſi probaretur quòd feudi pars eſt antiqua, tũc enim ratione partis præſumitur idem de toto, & mouetur dicta Bald. auctoritate, & iſta opinio verior apparet, vt per Docto. præcitatos, quæ procedit etiam ſi prælatus cum capitulo iuraſſet, ſecundum Iaſ. poſt alios in procemio feudorum, in vij. car. & iſtam opinionem vltimam Bald. ſequitur, & tuetur Alciat. in tractat. de præſumpt. in iij. regul, præſumpt. xxviij. Idem Viuius.

Feudum nouum, quando conceditur iure antiqui feudi, non adſumit naturam, & qualitatem feudi antiqui, ſecund. Old, conſil, clxxviij. quidam nobilis. circa finem, vbi ſupplet quòd iſta verba iure antiqui feudi facti veritatem non immutant, per l. ſi forte. ff. de Caſtr. pecu. & l. ſi donatione. C. de collatio. & iſtam opinionem Oldra. ſequitur Iaſ. conſil. lvij. lib. j. & conſil. clij. & conſil. clx. lib. ij. Contrarium verò quòd imò per talia verba feudum nouum adſumat naturam antiqui feudi, tenet Bald. in c. j. in prin. de aliena feudi pater in. cap, j. an agna. vel filius in vſibus feudorum, quem ſequitur Alexand. conſi. xxx. volu. j. quod eſt repetitum conſi. ij. vol. v. tradit idem Alexand. conſi. lv. vol. iiij. & iſtam ſententiam aſſerit eſſe communem Deci. conſil. cxciiij. ſequitur idem Deci. conſil. clxxxv. Iaſ. etiam ſibi contrarius reuocando ſententiam in melius conſi. j. lib. iij. & conſi. cxxxvj. lib. iiij. Curti. Iunior. in tracta. feudorum in j. parte q. viij. primæ part. num. 8. eandem opinionem atteſtatur eſſe communem, & ſequitur Crotus in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapio. & in l, re coniuncti. ff. de legat. iij. Ripa in l. j. ff. de lega. j. Aret. conſilio penulti. & Alciat. in tracta. de preſumpt. in iij. reg. præſumpt. xxvij. nume. 4. & iſtam communem latè limitant, & declarant Moder. in dicta l re coniuncti. & præcitati Doct. in multis caſibus. Viuius.

Feudo priuare non poteſt vaſallum princeps ſine cauſa, & abſque eius culpa. cap. primo de feudo ſine culpa non amitten. cap. primo de natu. feudo & notat, & tenet Bald. conſ. cccxxvj. Rex Romanorum. & conſi. cccxlv. ad euidentiam. volum. j. & conſilio clxxxij. libr. ij. Paul. Caſtren. conſi. ccxxix. libr. primo & conſil. xlvj. libr. ij. Abb. conſil. iij. libr. ij. Soci. conſi. xxxviij. volum. iiij. Deci. conſi. cccx. & conſi. ccccxlv. & conſilio ccccxliiij. Alexand. conſilio cciij. libr. vj. Iaſ. conſi. clxxvij. & conſilio ccxxvij. & conſil. ccxxxiij. libr, ij. & conſilio lxxxvj. libro tertio, & in l. pecuniam, ff. de condictio. ob cauſam dat, Curti. Iuni. in tract. feudorum in ij. parte queſtio. xij. & conſil. j. Gozadi, conſilio nono. & conſilio vigeſimoſeptimo. Iſta concluſio videtur communis, quòd Vaſallus non poſſit priuari feudo abſque cauſa etiam de plenitudine poteſtatis. Ratio eſt, quia feudum dicitur contractus innominatus. cap. forma. vigeſimaſecunda quæſtio, quinta. Abb. & Docto. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. & ſic princeps, ſubiicitur contractibus. cap. primo, vbi latè Modern. de probatio. ſed tamen contrarium aſſeruit præcipitanter Socin. ſibi contrarius conſilio lxxxvij. libro ij. Deci. conſi. cccxc. Iaſ. conſi. ccxxxvj. lib. ij. & conſil. cvij. libr. iiij. ſimiliter Gozadi. conſilio octauo. in fine, & conſilio. xcij. tamen difficile eſſet in actu practico obtinere contra iſtam communem, quæ videtur veriſſima, & poſſet infinitis rationibus, & auctoritatibus fulciri, quæ omittuntur breuitati ſtudendo, & ita ſublimiter aſſerebat domin. Raynaldus Rodolphus Peruſinus, Legum interpres Peruſij & Piſis, doctrina & integritate ſingulariſsimus, dum eum publicè audiebam. F. Viuius.

de Feudo vaſallus regulariter non poteſt teſtari, vt in c. j. in ſucceſ. feud. & in ca. j. §. donare qualiter olim feud. pote. alie. & per Soc. conſil. xix. ad ſic. libr. j. tamen hoc interpretatur non procedere in feudo hereditario, nam vbicunque feudum eſſet hereditarium pater abſque dubio in teſtamento poſſet prælegare vni filiorum: cum in tali feudo, quis ſuccedere non poſſit, niſi ſit heres, ſecundum Bart. in l. iuſiurandi. § ſi liberi ff. de oper. s liberto. Bald. in. c. j. § decedenti. qui feu. da poſſeſ. Modern. in l. quicquid aſtringendæ, & in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb. obli. & per Alex. conſil. x. ponderatis. vol. iij. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem: & conſil. xix. ſuper eo. & conſil. xxviij. lib. v. & hoc factum teſtatoris impugnari non poteſt, nec debet, l. cum à matre, C. de rei vendi. & per Alex. conſi. cxxiiij, quod citant Modern. in tract. de feudis, & ponit Præpoſitus in c. imperialem, in prin. de prohib. feu. aliena. per Federic, Viuius.

Feudum ſi proceſſit à fœmina, fœmininum eſt iudicandum. Ripa in lib. pri. de leg. c. j. nu. 64. communem dicit. B. Villal

Feudum in dubio præſumi hereditarium, communitérque id obtinere dicit Minſing. obſer. ij. cent. iiij. ſubiungit tamen quod Camera

ſequitur

ſequitur contrariam opinionem. I.Fich.

Feudum,etſi ſit antiquum:agnati tranſuerſales non ſuccedunt, niſi vſque ad ſeptimum gradum,Iaſ.in l,certum eſt,nume.3.C, vnde legi. communem dicit,

Fallit,ſi ſit conceſſum pro ſe,& pro deſcendentibus: quia tunc excedit etiam decimum gradum,Coua.in reſolu.lib,ij.c.v.nu,4.com.dicit, B.Villal,

in Feudo nouo tranſuerſales(niſi expreſsè id dicatur in Inueſtitura) non ſuccedunt.Com.dicit Curr.Seni.conſi.ij,in fin.Et Roland, à Valle conſi.lx,nu.1.lib.j. I.Fich,

Feudum conceſſum à Principe cum clauſula,quod tale feudum habeat naturam paterni,& auiti:iudicatur,vt antiquum,& auitum: vt in illis ſuccedant qui poſſunt ſuccedere in auito,& antiquo.Iaſo. conſil.j. vol.iij.com.dicit. B.Villal.

Hanc communem refert & ſequitur etiam D. Minſingerus in obſerua.lxxxiiij.cen.iiij. I Fich.

Feudum hereditarium venit in reſtitutione fideicommiſſaria,Cur, Iun,conſi.cj.nu.10.com.dicit. B.Villal.

Feudum hereditarium non tranſit etiam ad deſcendentes,vel agnatos,niſi ſint heredes defuncti Vaſalli,Com.dicit Alex.conſil.x,vol. iij, refert & ſequitur Rolan.à Valle,conſi.ij.nu.39. I.Fich,

Feuda ſingularia,quæ ſunt pura in regno Apuliæ:ſunt in directo dominio Regis,quamuis regnum ſit feudum, ita communiter teneri dicit Deci,conſi.cxvij,in fi. B,Villal.

Feuda acquiſita pro ſe,heredibus,& ſucceſſoribus,non tranſeunt niſi ad illos,ad quos tranſeunt feuda hereditaria.Pari,conſil.j. num,6, lib.j. Idem.

Feudum conceſſum pro ſe,& heredibus quibuſcunque , tunc cum verbis geminatis poteſt tranſire ad fœminas,& non eſt reſtringẽdum; ſed ampliandum Carol.Molin.in addit.ad Alexan.conſi.xxx, in verb, quibuſcunque.vol,j.communem aſſerit. Idem.

ex quo Feudum receptum pro ſe,& ſuis heredibus venit in reſtitutione fideicommiſſi,Cur,Iun.conſi,clxxxiij.nu,6,com.dicit. Idem,

in Feudis nomine filiorum veniunt etiam nepotes,ita vt ſi quis accipiat feudum pro ſe,& filiis intelligitur etiam nepotes incluſi. Hanc communiorem eſſe teſtatur Franciſ.Cur.in ſuo tract.feud.in j.par.ij. partis.prin,in q xxvij.nu.51.licet,ipſo putet diuerſam opinionem iuri magis eſſe conſonam. I.Fich.

Feudum non amittitur,etſi ſeruitia debita pro feudo, per bienium, ac triennium non ſoluantur.Zaſ.in vſib.feudo.nu,62.dicit magis communem, licet ipſe diſtinguat inter ſeruitia perſonalia, & realia:quia perſonalia non perduntur:in realibus diſtinguit,aut ſunt parui pretij, & non perditur;ſi tamen eſt maximi perditur,quod nota, Villal.

Feudum nunquam amittitur ipſo iure(excepto ſolo caſu alienationis irrequiſito domino)ſed ſolummodo per ſententiam. Carol. Moly, communem,& veram dicit in conſuet.Pariſ.§,xxx.nu,23.par.j.I.Fich.

Feudalia bona non poſſunt obligari, nec generaliter , nec ſpecialiter.Anto,de Fan,de pigno.in ij.parte,mem,ij.nu,43,com,dicit. B, Vill,

Feudum nec in dotem pro filia dari poſſe,commu.eſſe dicit Zaſ. in Epiſ.Feu,titu.de alie,feud.poſt princip,in iiij,ampl, Et domi, Minſing, obſer.lxxxvj,(vbi ſcribit eam ſeruari in Camera)Cent,quarta. I,Fich.

Feudum non confiſcatur cæteris bonis Vaſalli confiſcatis , magis communem dicit Iac,de S.Georg,in trac.feud.in verb. dictique Vaſal, promiſerunt.nu.63. I.Fich.

in Feudo clericum ſuccedere poſſe,etſi quæſtionis ſit maximè controuerſæ,ita vt Laurent.Sylua.conſi.iij,num.52,lib.j.ſcribat,de ea dici poſſe,quod dicit Poëta,tot ſunt ſententiæ quod capita,communem dixit,Salicet.in authent.ingreſſi,C,de ſacroſanct.eccleſ.vt eum refert Iacobin.de S.Georg.in tracta.feudo.in ver. Et quibuſcunque heredibus, & ibi aliquot plures Doctor,maximè tamen Canoniſtas in ca, in præſentia,de probat.eam tenentes. Item quod ipſe, cum contigiſſet caſus in Priore S,Andræ.pro ea conſuluerit,quódque proinde Prior ille in parte quadam Comitatus à Duce Sabaudiæ fuerit inueſtitus. Itáque ipſe Iacobinus ibidem hanc opinionem tanquam communiorem retinet.Et communiorem eſſe fateri videtur etiam Zaſ. in Epito, feud, tit.qui feud,dare poſſunt.circa fin. I,Fich.

Contrariam vero opinionem,quòd imò non ſuccedat Clericus in feudo,ſed eius planè incapax ſit,veriorem,& magis communem dicit Carolus Ruinus conſilio quadrageſimoſecundo , numero nono, volum.j.quem latè defendit Curti.in tractat,feudo,in iij.parte princi. in decima quæſtione,& Bartol.Chaſſ.ſuper Conſuet. Burg, in Rubri, *Des fiefz*, §.quinto,in ver.*Excepté les Religieux*. per totum vſque §.vj. Et tenuerunt eandem vltra allegatos per Iacobinum pro parte negatiua,Felin,in dict,capit.in præſentia,numero 44. vbi in fine refert plures canoniſtas hanc tenentes,inſuper Matth. de Afflict, capitul.j. De milite vaſal, quia arma depoſ. & in capitul, qui Clericus. ſi de feud. fuerit controuerſ.Andræ.Alciat,conſilio ccxxij.in principio.Ferra.in Collecta,feuda,libro ſecundo,capitulo ſecundo. Et prolixè Souſbeccius in Commen.feud.parte duodecima numero 137. cum ſequent. pro qua etiã conſuluit expreſsè Rolan.à Valle.conſilio vigeſimotertio, numero 19.20 & ſeq.libro j.In eandem inclinare etiam Zaſium, in ſuprà allegato loco ſatis apparet,& allegatis ab eo tam iuribus quàm rationibus,etſi iudicium ſuum ſuſpendat.Ego vero hanc poſteriorem opinionem, tanquam veriorem pariter communiorémque ſemper ſecutus ſum itidémque alios, in primis autem præſtantiſſ.& celeberrimum in Germania noſtra Iuriſconſultum Ludouicum Grempium , Reip. Argentoratenſis Aduocatum , amicum noſtrum incomparabilem , feciſſe memini. Et procedunt hæc adeo , vt ne per ſubſtitutum quidem clerico feudum deſeruire concedatur,ſecundum Doct.ſupra pro Negatiua allegatos. I.Fich.

Feudalem rem eſſe aliquam non præſumimus, quia feudum eſt ſpecies ſeruitutis,quæ non præſumitur. Ita omnes ſcribentes tenere in §. E,q.xviij. P, Fich.

Feudalis res,vel emphyteutica in dubio non præſumitur modo aliquo,ſed allodialis & libera,quia omne prædium à qualibet ſeruitute libertum cenſetur.l,altius.C,de ſerui,& aqua.& ita tenet Alex. conſil. cxxix,ponderatis his.volum,j.& conſi.lv,perſpectis his.vol.iiij.vbi patet ex congeſtis per eum iſtam eſſe communem opinionem, & ita aſſeuerat Curt,iun,conſi.clxxxiiij,num.1.Idémque firmat Bellonus conſil. x,num.9.vbi ſubdit,quòd omnes Doct. legendo, & conſulendo communiter ſequuntur iſtam opinionem,Idem quoque firmat Dec,conſil. cccclxviij.ſuperiori anno,& conſi,ccccxcviij.viſo caſu.vbi ait feudum non præſumi,niſi probetur & allegant cõcordan.& conſi.cccccclxxxiij. viſo puncto.& conſilio ccccxxiiij.proponitur,& Paul. Caſtren,conſil. clxxix, in cauſa volum.j.nouiſſimorum ; & ſic ex iſtis concludendum eſt quòd huiuſmodi præſumptio transfert in aduerſariam partem probandi onus,vt bona feudalia,& non allodialia ſint, vt tradit in terminis Curt.Senior eleganter conſil.lxxv,& ita conſuluit Bellonus in præcitato conſil.x,per totum, F.Viuius.

Feudalis res in dubio,non creditur,ſed allodialis.Curt,iun, in conſi. clxxiiij.num,1,communem dicit,

Amplia etiam,ſi feudum ſit factum de caſtro cum omnibus pertinentiis,quæ ſunt in territorio,non præſumuntur bona in d.territorio feudalia,ſed allodialia,niſi contrarium probetur.Bello.conſ.x,num.11. communem dicit ex Curr,iun,conſi,cviij,& clviij.& clxxxiiij. & Matthæ. de Afflict,deciſ.cclvij. Villal.

Feudales conſuetudines ligant eccleſiam, & perſonas eccleſiaſticas. Curr,iun,conſil.clxxvij,nu.10.communem dicit, & vide ſuprà in verbo Clericus,num.53. Idem,

à Feudali ſententia partium appellari poſſe perinde atque à cæteris ſententiis,& quod in tali appellatione tempora de iure communi ſtatuta obſeruantur,communem eſſe Doct.in c,fin,quo tempo.num,concluſionem eſſe dicit Franciſ.Curt.in tract,feud,in vlt.parte in xj. xij. & xiij.q.At ita ego in iudicio Cameræ Imperialis iam olim obtinui. In cau.Nobilium à Schualbach contra Nobiles à Lindenfels Hatſtein & conſortes, I,Fich.

Feudalia bona ſi reuertantur ad Eccleſiam poſſunt in feudali non ſolum extraneis, ſed & conſanguineis prælatorum , dummodo ſint honeſtæ perſonæ,& non eccleſiis oneroſæ,Zaſi.de feud, parte v.num.51. communem dicit ex l.in cap.decenter,lxxxix,diſtin.& Panorm. in ca. vt ſuper.de reb,eccleſiæ non alienan. Villal,

Contrariam opinionem poſt multas allegationes communes eſſe aſſerit Dec.conſil,cxxxj.num.2.(etſi inibi ſtatim in principio ſcribat,in hac quæſtione Doct.. tam variè loqui,vt quæ verior ſit opinio, & quæ communior eſſe videatur,non facile perſcrutari poſſit) & ibidem refert Roma, quoque in conſil. xxij. propoſitæ mihi conſultationis &c. concludere hanc eſſe communem, Et ſimiliter Alexan. in conſil.lxxx. volum,j,in eadem reſidere dicentem hanc eſſe communem,& quod ab ea quouis modo non ſit recedendum.Item allegat Andr. Sicul. in cap. j,de loca,qui & ipſe atteſtatur,hanc eſſe communem Doct,opinionem. Quam retinuit idem Dec,conſil.cccxxviij.Et auctor hoc loco. Et hæc maximè in Eccleſia procedere debent, cùm ſit in ipſa æquitate fundata,cuius Eccleſia magis ſtudioſa debet eſſe,quàm Laici.ſecundum tex. in cap.j §.de alie,feud, I,Fich.

Certum eſt tamen,ſi eccleſia vellet retinere feudum pro ſe, nec cuiquam de nouo concedere quod hoc poſſet, per text, in cap. ij. de feud. Hæc quoque communis opinio eſt ſecundum præceptorem Zaſium in conſil.viij,numero 44.libro ij.Et Carol.Ruin.conſil.clij.volum.j. plura,& quæ ad obtinendam reuocationem requirantur , vide infrà in ver,Vaſallus.vbi notaui. Villal,

Fictio ad hoc quod habeat locum requiruntur duo extrema habilia. Iaſ,in l.j.num,123.ff.de vſuca.communem dicit. Villal,

Fictio duplex circa eandem rem non debet concurrere.Ant,Gomez. in l,xlv.tau.num.91.communem dicit ex gl.in l.cum poſt.§.gener.ff.de iure dotium. Idem.

P R O. Fictio eſt ſuper certo præſumptio,ſuper incerto,doctrina.gl. in l.vnica.§.accedit.in verbo,præſumat.C.de rei vxor.actio. Bellon.

P R O. Fictio operatur tantum,vbi veritas locum habet in l. qui ad certum.ff.locat. Idem.

P R O. Fictio non operatur contra ius.gloſſ no. in l.talis. ſcriptura. §.fin.ff.

§.fi.ff. de leg.j. Idem.

PRO. Fides eſt credere, quòd non vides canone, domo.de pœnit. diſt. iiij. Idem.

PRO. Fides veritatis verborum adminicula non deſiderat.l.j.C.ſi min.ſe ab hered.abſt. Idem.

PRO. Fides etiam hoſti ſeruanda eſt.ca.noli.xxxiij.quæſt.j. Idem.

PRO. Fidẽ fallere grauiſſim ũeſt. l. j. ff. de conſtitut. pecu. Idẽ.

Fideicommiſſarius in feudo non ſuccedit regulariter.Com. Claro in §.F.q.lxxxv.Secus tamen eſt in feudo ſimpliciter & abſolute hereditario.ea.q. P.Fich.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio non eſt propriè ſubſtitutio. Eſt communis opin.ſecund.Alex.in repet.l.Gallus.§.quidam rectè.ff. de liber. & poſthumis.verſi.iij.pro hac ſententia.& Doct.in Rub.C. de impub. & Corne.conſi.cccxx.vol.iiij. Moph.Grib.

Heredis appellatione propriè non venit Fideicommiſſarius. Eſt com.opin.ſecund.Alex.in reper.d.§.quidam rectè.verſi.iij. pro hac ſententia.de lib.& poſt Soci.conſi.cx.in cauſa filiorum.vol.iij. Idem.

Prælegata quæ præcedunt Fideicommiſſum, veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, licet tale fideicommiſſum non fuerit iniunctum per verba omnino vniuerſalia.Eſt com.opin.ſecund.Dec. conſil.cclij. viſo puncto.verſ.ſed tamen prædictis, Idem.

quando honor præcedit grauamen,prælegata & Fideicommiſſa veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi,& per verba indefinita, & non vniuerſalia relicti.Eſt com.opin.ſecund.Alex.conſil.xxv. circa princip. verſ.quantum ad ſecund.vol.j. Idem.

acquiſitum ex ſubſtitutione compendioſa, quæ valet iure Fideicommiſſi poſt aditam hereditatem,quando talis ſubſtitutio compendioſa præceſſit fideicommiſſum,venit in reſtitutionem talis fideicommiſſi.Eſt communis opin.ſecun.Dec.in conſi.lxxxj.in caſu propoſito. cxxx.vol.j.Idem,tenet Decius,in conſi.lxxx.circa medium vol.j.Idem,

acquiſitum ex pupillari ſubſtitutione, venit in reſtitutionem Fideicommiſſi,quando tale fideicommiſſum fuit per verba vniuerſalia iniunctum.Eſt com.opin.ſecun.Alex.in l.ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff. ad S.C.Trebel.vide j.in verb.Subſtit.pupillar.nu.2.

Fideicommiſſarij intentio,dicentis grauatum ſine liberis deceſſiſſe, fundata eſt ipſo iure:quia ei qui dicit grauatum filios reliquiſſe, & ſic fideicommiſſi conditionem defeciſſe. Incumbit onus probandi. Eſt com.opin.ſecun.Dec.in conſi.cccccclij.viſo conſi.circa med. volu. iiij. vide j. in verb.liberi. Idem.

Fideicommiſſi ius vniuerſalis, etiam ante agnitionem vel reſtitutionem,tranſmittitur ad heredem ſubſtituti.Eſt com.opin.ſecun.Dec. in conſi.ccccIxxviij.in cauſa domini Aurelij.verſ.& cum dicta. vol.iij Idem.

Ampliatur, vt procedat etiam in fideicommiſſo. in codicillis relicto,vel virtute clauſulæ Codicillaris inducto.Eſt com.opin. ſecun.Dec. ibid.& idem Dec.in conſi.ccccxc.viſis,vol.iij.Vide j.in verbo Tranſmiſſio. Idem.

in Fideicommiſſis filius non ſubintrat locum patris vel matris. Eſt mag.com.opin.ſecund.Dec.in conſi.ccccviij.in cauſa,volumi. iij. & in conſi.j.memini.vol.j.& in conſi,lxxix,in princ.eod.volu. & in conſilio ccxvij.& ccccxij.& in conſil.cccclxxviij.in cauſa domini. in fin. Vide Pariſium in conſi.ix.nu.20.vol.ij.Contrarium tenet Alex, & dicit eſſe commun.in conſi.cxxxvij.præclarè.vol.j.cum Alex,tenet latè Crauetta,in conſi.lxvij. Idem.

vbicunque grauamen præcedit, relictum acquiſitum ex ſubſtitutione non venit in reſtitutionem Fideicommiſſi. Eſt com.opi. ſecun. Deci.conſi.lxxx.viſis.in prin.volu,j. Hoc verum, niſi grauamen fuerit iniectum per verba vniuerſalia,quia tunc non veniret. vt patet ſuprà Acquiſitum. Idem.

vbi honor ſequitur grauamen,taliter relicta non veniunt in Fideicommiſſum. Vel relicta poſt onus iniunctum, non veniunt in reſtitution.Eſt mag.com,opi.ſecun.Com.conſil.ccxxviij. quod dominus Serantonius.vol.iiij. Idem.

Fideicommiſſario primo ante heredem defuncto, fideicommiſſum apud heredem remanet, cum onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto.l. vnic.§.pro ij.C.de cad.toll.Bart.in l.quamdiu vltima.per illum text. de acquir.her.Et eſt com.opi.ſecun. Dec.conſi.ccccxxvij.licet in caſu.vol. iij. Idem.

in Fideicommiſſis filius in locum patris non ſuccedet, ſed proximior in gradũ præfertur.Eſt mag.com.opi.cum Bald.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.reprobata ibi gl.de leg.ij.ſecun.Dec. in conſil. ccccviij. in caſu.vol.iij.& in conſi.j.memini.Sed opin.gl.contra Bar. dicit mag. com.Socy.Iun.in conſi.cxvj.viſo puncto.nu.9.vbi reprobat Dec. vol. j,Rayn.conſi.clxxj.caſus.nu.10.vol.ij. Idem.

Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad heredes.Curt. Iun.conſi.lxxix.nu.1.communem dicit.

Amplia etſi fideicommiſſum ſit aſcendentis, quia non tranſmittitur ad aſcendentes.Curt.Iuni.conſilio cxxxv.numero 5.& Seni. conſilio lxxv.numero 4.& Deci.in conſi.cxv.in prin.& conſi. cccccIxxiiij. communem dicit. Villal.

Fideicommiſſum relictum eis,qui ſunt de familia, intelligitur relictum ei,qui in agnatione,vel familia tenet primum gradum & proximiorem Alexand.conſilio lxxxviij.numero 12.volumine primo communem dicit. Idem.

Fideicommiſſum conditionale tranſit ad heredem decedente fideicommiſſario ante factam ſibi reſtitutionem.Communem ait Alex. in l.cum filio.de leg.j.Deci.conſil.ccccxc.nu.10.verſic.poſtremo. Idem.

Fideicommiſſum remitti non videtur per diuiſionem factam inter grauatos onere futuri fideicommiſſi,dato quòd partes promittant nõ contrauenire diuiſioni.Communem teſtatur Deci.conſi.ccccxcv.verſi.ſed tamen his non obſt. Idem.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio non dicitur propriè ſubſtitutio: Communem dicit Ripa in Rub.de vulg.& pupil.nu.10. Idem.

Si fideicommiſſum relictum ſit vltimo morienti videtur facta ſubſtitutio reciproca inter inſtitutos.Cur.Iuni. conſilio tertio.numero 4. communem dicit. Idem.

Fideicommiſſum reſultat ex ſola coniectura ta mente teſtatoris,etſi ex verbis non conſtet. Curt.Iuni.conſ.cxxj.nu.10. communem dicit. Ex quibus quando teſtator ordinat, quòd ſua bona vſque in perpetuũ remaneant infra ſcriptis filiis & heredibus ſuis,& eorum deſcendentibus,reſultat ſubſtitutio fideicommiſſaria, Curtius conſil. tertio,num. 20.communem dicit. Idem.

Fideicommiſſum relictum alicui,ſi ſine filiis deceſſerit, expirat relictis filiabus,Cur.Iun.coſi.cxxxix.nu.14.communem dicit. Idem.

in Fideicommiſſaria ſubſtitutione attendi magis teſtatoris, quàm heredis proximiores,veriorem & communiorem dicit Durand.in ar. teſt.tit.v.cau.xxj.vbi vide. I.Fich.

in Fideicommiſſaria ſubſtitutione,filium ſuccedere in locum patris eſſe magis communem opinionem dicit Alexan. conſilio xxxvj.vol.iij. & Iaſ.conſilio clviij.volu.ij. Decius autẽ conſilio ij. & conſilio ccxxvij. & conſilio ccxxix. contrariam opinionem magis eſſe communem dicit. Io.Fich.

Fideicommiſſum vniuerſale tranſit in eccleſiam,vel ciuitatem abſque reſtitutione.Iaſo.in l.vt inter diuinum,numero 11.C.de ſacroſan. eccleſ.communem dicit. B.Villal.

Fideicommiſſum non dicitur reſolutum,vel renunciatum per diuiſionem factam inter fratres:etſi promiſſum ſit non contraueniri diuiſione Belllo. conſilio xix.numero octauo. communem dicit.ex Barto. in l.qui Romę.§.duo fratres.quæſt. j.de verborum obligat.ff.& Deci. conſi.lxxxvj. numero 4.

Fallit,ſi fideicommiſſarius ſciebat,ad ſe pertinere fideicommiſſum: & diuiſit:nam videtur reſolutum,Idem ibi num.10,communem dicit ex Bart.in d.§.duo fratres. Idem.

Fideicommiſſarius non detrahit Trebellianicam fideicommiſſario ſecundo:niſi quando heres primò Trebellianicam non detraxit,Ioan. Durand.in arte teſtan.tit.v.cau.xxviij.communem dicit.

Nota iſtam commu. ad intel.l.vlti.tit.v.parte vj.& l.viij.tit.vj.par. ea.

Item non detrahit quando teſtator prohibuit detractionem trebellianicam,Iaſ.conſi.lxxxiiij.vol.primo.nu.9.communem dicit.

Item & non detrahit,quando teſtator mandauit reſtituere plenam hereditatem,vel quicquid ad eum peruenerit,Gozardi. conſi,xcvij.nu. 6.communem dicit. Idem.

Fideicommiſſarius donans in vita fideicommiſſum dicitur donare, & non reſtituere.Suarez in l.quoniam in prioribus.C.de inoff. teſtam. communem dicit. Idem.

Fideicommiſſarius qui rogatus eſt reſtituere hereditatem poſt mortem ſuam pauperibus:quòd ſi in vita reſtituat,non adimplet voluntatem teſtatoris.Decius.in l.cum tempus de reg.iur.ff.communem dicit. ſed Hieron.Cagno.ibi numero.6.dicit magis communem contrariam imò quod adimplet; ſed pro communi, Decius eſt communis. ſuprà proxima cogita. Idem.

Fideicommiſſarius,cum conditione,ſi filij teſtatoris non ſuperuixiſſent,non tenetur probare non ſuperuixiſſe:quia lex præſumit non ſuperuixiſſe,Alci.de præſump.re.j.præſumptio xlix,numero ſexto.in fin. communem dicit. Idem.

Fideicommiſſarius non conficiens inuentarium perdit detractionẽ trebellianicæ.Magis communem dicit Corne.conſi. clxviij vol. iij. Et Dec.conſi.ccxxxvj.vt refert Io.Duran.in ar.teſt.tit.v.cau.xxxvij.Subiũgit tamen,licet hæc opin.dicatur communis per Doct.ſuprà relatos valde tamen dubia eſt(inquit)& de ea ſunt diuerſæ iuris interpretum ſententiæ,vt patet ex his quæ congerunt Doct.in l.Marcellus.ff. ad Treb. Et Alex.conſil.lxvij.vol.iiij. dicit communem eſſe opinionem, quod heres non amittat Trebellianicam ſi inuentarium non fecerit.Et quęſt. adeo ambigua eſt,vt deciſionem principis deſideret vt dicit Rota. in tit.de teſta.Deciſ.iiij.in collectis per Caſſado.Hæc ille. Io.Fich.

ad Fideiuſſorem non culpabilem periculum caſus fortuiti non ſpectat Eſt vera,& magis communis opinio ſecundum Alexand. in conſi. lvij.quoniam in quæſtione.verſic.confirmo.volum.j. Moph.Gri.

Fideiuſſor poteſt agere contra ſuum principalem,vbicunque creditor confiteretur ſibi ſatisfactum eſſe ab iſto fideiuſſore,& ſic confeſſio

ipſius

ipſius creditoris aſſerentis ſibi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore, ſufficit ad agendum contra principalem, ita expreſſè tenet Bartol. conſil. clx. Titius promiſit Sempronio eundem indemnem reſeruare, & ibi Apoſtillantes ad eum, & eandem opinionem ſequitur Saly. & ibi Paul. de Caſtr. Roman. numero primo, Alexand. & Iaſ. numero nono, in l. duobus reis. ff. de duob. reis, Feli. in capitul. ſi cautio, numero 89. de fide inſtrument. Cepola conſilio ciuili xij. Decius in lege ſecunda. §. fin. ff. ſi cert. peta. & conſilio ccccxciij. numero ſexto. Tyraquel. in tractat. de vtroque retract. in titul. de retractu lignager gloſſ. xvj. numero 84. & in titul. de retractu conuentionali, gloſſ. vj. numero decimoſeptimo, & Alciatus in lege ſolutionis verbo ff. de verb. ſig. & in lege prima, in fin. C. de tranſaction. & Afflict. in deciſio nonageſimaprima. numero tertio, & in deciſ. xciiij. numero tertio, vbi dicit magnum verbũ, quòd ita communiter tenetur per Doctor. & iſtam opinionem veriorem & magis communem audacter atteſtatur Marſyl. in repeti. Rubric. numero 265. C. de fideiuſſor. In contrariam verò partem inclinauit Gloſſ. in dict. l. duobus reis. §. in fideiuſſore, in verſicul. ſolutionis, quam ſequitur Bartol. præcipitanter, & ſibi contrarius ibi, & in lege. & per iuſiurandum, §. antepenulti. ff. de acceptilatio. & in lege cùm filius. in fin. princ. ff. de verbor. obligation. & in lege reos. in v. quæſtione. ff. de duobus reis, Romanus in lege prædia, ff. de acquirend. poſſeſſio. Fulgoſi. in dicta lege, duobus reis, & Molineus in addi. ad Alexand. conſil. xc. in addi. ad numero tertio, vbi refert Alexand. in multis conſilio tenere iſtam ſecundam opinionem; tamen quicquid dicat Bartol. cum aliis ſequacibus in præcitatis lecturis ob hoc non diſcedendum ſuademus à dicta communi, quæ videtur verior de iure, & ſequenda eſt in conſulendo, & iudicando tanquam communis, & ita per iſtam communem conſuluit in Ciuitate Florentiæ Paul. de Caſtr. vt ipſe refert in d. l. duobus reis. & pro hac parte conſuluit Franc. Tigrinus, vt referunt Alexand. & Iaſo. in d. l. duobus. vbi ſe pro hac opinione communi bis conſuluiſſe, & ita in effectu conſuluit conſi. xc. nu. 3. vol. iij. & conſilio cxxiij. vol. vj. F. Viuius.

Ille cui debetur ex fideiuſſione, dicitur propriè creditor, & fideiuſſor dicitur propriè, & indiſtinctè debitor ſecundum Bartol. in l. j. numero 34. ff. ſi cert. peta. per l. ſi fideiuſſor. in princip. ff. de legat. j. & iſta Bartol. opinio corroboratur pluribus rationibus, primò quia ſicut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiuſſoris, l. cùm quis. ff. de ſolu. Secundò facit quia lex prohibens minoris debitorem eſſe tutorem, compræhendit etiam fideiuſſorem, vt per Angelum in authentic. vt hi, qui oblig. perhi. res minores. §. primo, Tertiò confirmatur ſecundum Decium, in dicta lege prima. quia ab eo inuito creditor exigere poteſt, toto titul. ff. & C. de fideiuſſo. & iſta Bartol. ſententia ſic corroborata eſt communis teſte Areti. in §. j. numero octauo. Inſtitut. de obligation. Alexan. in dicta lege prima, numero 48. Nigro, Bolognetto, & aliis Modern. ibi, qui quidem Moder. reſpondent omnibus in contrariam partem allegatis, & Decius, in prima lectu. numero 30. F. Viuius.

Fideiuſſor ſi efficiatur non ſoluendo, non poteſt creditor petere, vt alius præſtetur, ſi ſumus in fideiuſſore conuentionali. Communem dicit Alexand conſi. lx. lib. v. B. Villal.

Fideiuſſor non dicitur idoneus, qui non habet immobilia: niſi fideiubeat pro diuite, Hippo in Rub. de fideiuſſ. ff. nu. 228. com. dicit.

Nota iſtam communem ad intel. l. j. tit. xviij. l. iij. For. ll. quæ loquitur de identitate fideiuſſoris. Idem.

*ADDITIO.* Nota quod ſi pauper fideiuſſit pro diuite, omnia bona inter eos aggregantur ac pro vnico patrimonio reputantur ſaltem quo ad redden. creditorem cautum, vt per eundem Marſil. in d. Rub. nu. 179. In qua materia, nota quòd licet communis opin. ſit quòd per ſolutionem factam à principali de re aliena ſuo creditori in ſolutum recipienti liberetur, & principalis debitor ac fideiuſſor, Inſtitut. quib. mod. toll. ob. in prin. Bart. in l. ſi quis. ff. de ſolut. contrarium tamen ex æquitate tenuerunt Domini de Rota in vrbe, rationibus, de quibus per M. Ant. Bar. in tract. de temp. Vti. & contin. in ca. xviij. ſub nu. 23. vt dixi s. in litera D. ſub nu. 14.

Fideiuſſor in duriorem cauſam iurans obligatur tanquam principalis. Alci. in c. cum contingat. nu. 174. de iureiur. com. dicit. Idem.

Nota iſtam communem ad intel. l. vij. tit. xij. par. v. & pro eius limitatione, & limita etiã d. l. vt per Segu. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. oblig. vbi dicit, quòd fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia: licet principalis non ſit ita obligatus: quia illud non dicitur plus, ſed efficacius, vt in l. Marcellus. ff. de fideiuſ. Idem.

Fideiuſſor, inuito creditore mutari non poteſt. Hiero. Cagno. in l. plus cautionis. nu. 7. ff. de reg. iur. com. dicit. Idem.

Fideiuſſor poteſt petere vt liberetur à fideiuſſione: ſi diu ſtetit in obligatione: quod relinquitur arbitrio iudicis. Anto. de Tremo. in addi. ad Bonac. in prac. excep. in Rub. quib. mod. ſuo nomi. nu. 3. in verbo diu ſtetit communem dicit.

De iure regio dicitur ſtetiſſe diu per annum, l. viij. titu. xviij. lib. iij. For. ll. & cum hac communi concor. l. xiiij. tit. xij. par. v. vbi ponit alios caſus in quibus poteſt fideiuſſor petere vt liberetur à fideiuſſione. Sed has leges & communem intellige, niſi aliàs obligatio ſit guarentigia: quia poteſt petere; vt ſtatim liberetur. Dida. de Segu. in l. ſi ex legati. nu. 74. ff. de verb. oblig. & Suarez in l. poſt rem iudicatam. num. 148. ff. de re iud. quem intellige poſtquam creditor habet facultatem agendi, ſecun. Bal. in l. cum notiſſimi. §. illud, C. de præſ. xxx. anno, quod dictum nota pro intel. l. tit. xiij. libr. iij. ord. de præſcriptione delicti per decem annos, & l. lxiij. tau. de executione non facienda poſt decem annos. & l. de madrid. anno 1534. de apocha recognita, & de confeſſione facta in iudicio, quæ in compilatione noua habetur ſub titu. ix. l. v. li. iij. & iiij. Idem.

Fideiuſſor poteſt agere contra debitorem ex ſola confeſſione creditoris dicentis recepiſſe debitum à fideiuſſore. Hippo. in Rub. de fideiuſſ. nu. 265. & Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in practi. excepti. in Rub. quib. mod. ſuo no. nu. 39. verſi. ſub iudicibus. ſecularibus. verſi. fallit. xx. communem dicit. Idem.

Hanc ſimiliter communem dicit Iaſ. in l. ſciendum. num. 30. qui ſatiſd. cogan. Quam ampliat vno modo, & limitat quatuor modis Hippolit. in Rubr. de fideiuſſ. ſup. alleg. nu. 27. cum ſeq. I. Fich.

Fideiuſſor eſt idoneus teſtis pro fideiuſſore, ad probandum quòd non fideiuſſerint principaliter, Iaſ. in l. dictantibus, num. 8. C. de teſta. communem dicit. B. Villal.

Fideiuſſori non citato non nocent facta contra principalem, Rip. in l. his, apud. nu. 34. C. de eden. com. dicit. Idem.

Fideiuſſor licet in cauſis criminalibus vbi pœna capitalis imponenda eſt, vel etiam corporalis, interuenire non poſſit (quæ & ipſa communis eſt opinio) tamen poteſt, quando conſuetudine loci ita receptum eſſet. Communem dicit Pet. à Duen. libr. j. Regu. Iuris. Regu. cccxxj. in fi. I. Fich.

PRO. Fideiuſſor pro fideiuſſore accipi poteſt, l. Græcè. §. fi. ff. de fide. Bellon.

PRO. Fideiuſſor non poteſt obligari in grauiorem cauſam, quàm principalis. l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſſ. Idem.

PRO. Fidelitas & diligentia præualet diuitiis. in §. fi. Inſtit. de ſuſpect. tut. Idem.

Filius emancipatus à filiofamilias hodie non differt quo ad exheredationem, com. dicit Clarus in §. teſtamentum. q. xl. verſ. item quæro. P. Fich.

Filius emancipatus ſi præteritus ſit ſine inſertione cauſæ, teſtamentum eſt ipſo iure nullum. Si verò cauſa inſerta ſit, valet teſtamentum, ſed poteſt, per bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas impugnari. com. in §. T. q. xlij. verſ. Et hæc quidem. Idem.

Filiusfamiliàs Aduocatus poteſt teſtari de ſalario, quod à clientulis ſuis percepit, comm. dicit idem Clarus in §. T. q. xiiij. verſi. Sed quid de ſalario. Idem.

Filiafamiliàs non poteſt teſtari de dote ſua aduentitia. Comm. in §. T. q. xviij. verſi. ij. Idem.

Filiafamiliàs donare non poteſt inter viuos, ſi tamen habeat aliqua bona, quibus patri non quæreretur vſusfructus, poſſet illa donare etiam ſine conſenſu patris. Com. Clar. in §. donatio. q. vj. Idem.

Filiusfamiliàs non poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu patris. Com. in §. D. q. vj. At cum conſenſu patris poteſt. com. ead. q. verſ. Si autem. Idem.

Filiusfamiliàs non poteſt donare patri cauſa mortis, magis comm. dicit in §. D. q. vj. verſi. quæro etiam. Contrar. dixit Alexan. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. cùm quo concor. Bertr. & Iaſ. Idem.

Filiusfamiliàs non poteſt teſtari, at ſi in teſtamento appoſita ſit clauſula codicillaris, vel vt valeat tanquam donatio mortis cauſa, vel cuiuſcunque vltimæ voluntatis, tunc ſuſtinebitur in vim donationis cauſa mortis. Com. in §. D. q. vj. verſi. Sed quæro. cum ſeq. Idem.

Filius grauatus fideicommiſſo ſemper poteſt detrahere legitimam, ſiue teſtator prohibeat, ſiue non prohibeat, imò ſi ipſe non detraheret, poterit ipſius heres, vel ſubſtitutus eam detrahere. com. in §. T. q. lxxij. verſi. circa primum. Si verò non ipſe filius, ſed eius heres vel ſubſtitutus pupillaris grauatus ſit fideicommiſſo, tunc heres ille vel ſubſtitutus totam hereditatem reſtituere tenetur. com. dicit q. lxxij. verſi. in ſecundo caſu. Idem.

Filius ingratitudinem aduerſus patrem committens ſi poſteà fiat furioſis, nihilominus poterit exheredari, non obſtante furore ſuperueniente, com. dicit in §. T. q. iiij. verſi. Sed pone. Idem.

Filius in poteſtate cõſtitutus poteſt quidem inſtitui etiam ſub conditione, ſed poteſtatiua tantùm, non etiam in caſuali vel mixta. com. in §. T. q. xxxix. in prin. Idem.

Filius in poteſtate patris ſi ſit præteritus, ſiue cum cauſa, ſiue ſine cauſa, ſemper teſtamentum eſt ipſo iure nullum. commu. in §. T. q. xlij. verſi. Et hæc quidem in fine.

Filiusfamiliàs non poteſt facere teſtamentum, etiam ſi cum cõſenſu patris faceret, quia teſtamentum non poteſt ex alieno arbitrio pendere. Com. dicit in §. T. q. xviij. in prin. Imò nec de peculio aduentitio teſtari poteſt, etiam ſi ſpectaret ad ipſum filiumfam. pleno iure, neque pater haberet vſufructum in eo. ead. quæſt. verſi. vera. Idem.

Filius non poteſt pro patre teſtimonium ferre in teſtamentis, ſiue ſit in poteſtate,ſiue emancipatus com.dicit,in §.teſt,q.lv,verſicul. Sed nunquid filius. Idem.

Filius præteritus ſi in ipſo actu teſtamenti conſentiat præteritioni, tunc valebit teſtamentum quò ad æquitatem prætoriam, non autem de iure ciuili.Com.dicit.Io.Clar.§.teſtamentum.q.xliij,verſi.ſed quid ſi filius.At ſi poſt conditum teſtamentum conſentiat,tunc quidem teſtamentum de iure ciuili nullum remanet,quia ab initio nullum fuit, ſed de iure prætorio reconualeſcit.com,in d.quæſt.xliij.verſicul,ſecundus,& in tali caſu de iure ciuili non poteſt adiri hereditas,ſed requiritur,vt petatur bonorum poſſeſſio.com.d,quæſt,xliij.verſi.Obſerua tamen,quod talis approbatio præteriti filij non præiudicat cæteris filiis inæqualiter inſtitutis,quo minus ipſi poſſint intentare bonorum poſſeſſionem contra tabul. ex perſona ipſius præteriti, quia tale ius per præteritum ipſis ſemel quæſitum non poteſt illis rurſus auferri.Com, dicit,in d.q.xliij.vol.vlt. Idem.

Filius qui ingratitudinem commiſit, & poſteà pœnitentiam egit antè,quàm pater eius condidiſſet teſtamentum, non poteſt poſteà ex eadem illa cauſa exheredari,com,dicit,in §,teſta,q,xlj.verſi, prætereà, Idem.

Filius tenetur probare merita,propter quæ ipſi pater aliquid donauerit,nec ſtatur in eo aſſertioni patris,Com.in §.D.q.viij.verſic. Hinc infertur. Idem.

Filius vaſalli ſi offendat dominum, pater vaſallus non poteſt idcirco exheredare filium ſuum,Com,in §. teſt, q,xlj.verſic.Item quæro. Idem.

Filium pater etiam propter aliàs cauſas quàm illas xiiij,in authent. vt cùm de appel.cogn. expreſſas,exheredare poteſt,quæ tamen ſint illis ſimiles vel maiores,vt quod fuerit proditor patriæ,&c.comm,in §. teſt.q.xlj.verſi.Sed quæro. Idem.

Filium pater exheredare poteſt,etiam propter verbalem iniuriam tantùm, ſi tamen grauis ſit, vt ſi illum appellauerit proditorem, &c, com.in §.teſt.q.xlj.verſi.Sed an. Idem.

Filium ſi mater, vel auus maternus in teſtamento præteriit, nulla inſerta cauſa, teſtamentum nullum eſt,com.dicit.in § teſt,q.xlvij.vol. vlt.Sed cauſa legitima inſerta,tunc præteritio habetur pro exheredatione.Com.dicit ibidem. Idem.

Filio exheredato,cauſa teſtamento non inſerta, teſtamentum ipſo iure nullum eſt,& non opus eſt quærela inofficioſi teſtamenti ad reſcindendum illud.com.in §.teſta.q.xl.verſic. aliquando enim idem eſt, etiamſi cauſa aliqua inſerta ſit,ſed non legitima.Eadem q.xl.verſicul, Aliquando verò. Idem.

Filio vno ex pluribus à patre præterito, & reliquis inſtitutis inæqualiter,poterit ille cui minùs relictum eſt quàm aliis, etiam tacente filio præterito,teſtamentum dicere,com.in §.teſt,q.xliij.ver.ſucceſſiuè. Idem.

Filij heredis inſtituti ſi in conditione poſiti ſint,non cenſentur vocati à teſtatore,ſed ſolummodo eſt illis reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato.com.in §.teſt.q.lxxvij.ver.Pone ergo. Idem.

Filij in conditione poſiti à teſtatore grauati, non propterea cenſentur vocati.Magis com.dicit contra Bart.in l.Lucius.ff.de hered. inſtit.in §.teſt.q.lxxviij.verſi.Sed quicquid. Idem.

Filius grauatus de reſtituendo purè,non detrahit niſi legitimam; ſub conditione verò grauatus,detrahit legitimam,& Trebellanicam, Eſt com.opi.ſecun. Alexan.conſi,ccl.quo ad primum,.vol.vj.& Deci. conſi.cccxx.dum legerem Paduæ,de qua Canon,in cap.Raynutius.c. Raynaldus.extrà de teſta.Legiſtæ in l.filium quem habentem. maximè Iaſon.C.fam.erciſ. Ratio aſſignatur:quia quicquid habet filius ex bonis paternis,ſtatim debet in legitimam imputari,l.quoniam in nouella.C.de inoffic.teſta.Bart.in l. quanquam. C. ad l,Falc, & vno eodémque tempore legitima, & Trebellianica ſimul detrahi non poſſunt.Conſidera tamen, quòd oppoſitum æquius videretur: quia magis grauatur filius per purum fideicommiſſum, quàm per conditionale, ideò magis eo caſu foret releuandus.arg.l.cum qui.de iureiur. & contra com. opin. vide etiam text,ſubtiliter ponderando in dicta lege filium.& ibi aperit Iaſ. C. fam,herciſ. Et hanc opinionem contra communem,per multa fundamenta tenet Oldr.in conſilio ccv,incip.j.&c, M.Gribald.

Ex ſola delatione hereditatis paternæ,non eſt fundata intentio creditorum contra filium,niſi probent illum ſe immiſcuiſſe. Eſt communem opinionem ſecundum Alexand,in lege ſi cùm dotem,§.tranſgrediamur.verſicul.in gloſſ.in verb.extiterit,ff.ſol.matrimon; Et hoc propter beneficium abſtenſionis,quod neceſſitatis vires ſuſpendit. l. ſi filius qui patri.ff.de vulg.& ibi vltra omnes latiſſ.dixi. Idem.

Statutum excludens filias, ſtantibus maſculis,licet tantum loquatur de filiis,ſimpliciter tamen extenditur etiam ad nepotes. Eſt deciſio Bald. communiter approbata in lege ſecunda. C.de in ius voc. & eſſe communem, atteſtatur Deci.conſilio ccclxxij.viſis & diligenter. verſicul.poſtremò in terminis ſequitur. Iaſo. in l.de quibus.ff. de legi. & eſſe communem dicit Alexand. in conſilio ccij. viſo themate.volumine ſeptimo. Idem.

Filij filiorum poſiti tantum in conditione,non cenſetur à teſtatore grauati.Eſt vera & communis opinio ſecundum Alexnd.in conſil.ccij. viſo themate,circa prin,vol.vij. Idem.

Filius etiam poſt immiſtionem vel aditionem hereditatis paternæ, præſumitur adhuc teſtamentum patris,& in eo contenta ignorare.Eſt communis opinio pro Bart.cont.Bald.ſecund,Iaſ,in l.eius qui in prouincia.in §.fin,verſic.tenendo tamen.ff.ſi certum petatur.Io. Crotus, in l.qui Romæ,§.duo fratres,numero.47, verſic.obſtat, ff.de verborum obligat. Idem.

Conditio Filiorum in futurum euentum collata,comprehendit etiam nepotes.Eſt comm. opin.ſecun, Alexand. conſil. ix,viſis verbis verſic.veriorem.vol.j. Idem.

Filius non conficiens inuentarium, amittit Trebellian. Eſt magis commu.opin,ſecund,Dec.in conſi.cccclxxx.in caſu, vol.iiij.

In materia oneroſa ſeu præiudiciali,veluti fideicommiſſaria, appellatione filiorum non veniunt nepotes Eſt verior,& communior opin, ſecundum Dec.in conſi.xcv.verſi.venio ad ſecundam.vol.j. Idem.

Filiusfamilias regulariter non poteſt teſtari,etiam patre volente,ac permittente,l,qui in poteſtate.ff.de teſta.imò patris conſenſus non operatur vt teſtamentum valeat l.teſtamenti,eod.tit.& cap. licet,de ſepultu.lib.vj.vbi latè per Alex.& alios in l.ſenium.C.qui teſta,face,poſſ.Amplia hoc quod non ſolum filiusfamilias non poteſt teſtari de aduentitiis,quorum vſufructus patri quæritur,ſed etiam de aduentitiis ad ipſum pleno iure ſpectantibus,vt habetur in l.fina.& in l.iij.vbi omnes Doc.communiter ponunt:C.qui teſta. facie poſſ. Calde. conſi.x. in tit. de teſtamen.Ioan,Monteferratus in repet.l.frater à fratre.in fin.& Crotus ibidem numero 121.ff.de conditio.indebi.Iſta eſt magis communis opinio,prout ſcribunt Alex.Cornæ.Iaſ.& Riminald.in d.l. pen. in fin.C,qui teſta.face poſſ.& vltra præcitator Doct.idem tenet Roma.cõſi.cccccxij.num,3.Rubeus conſi.xciij.num.2.Ruynus conſ.xxiiij.num, 2.vol.v.& Soci.Iuni conſi.lxxvij.num,10,vol.ij.Fallit primo iſta concluſio,quando pater ingrederetur monaſterium,tunc enim eius filij propter talem ingreſſum efficiuntur ſuis iuris, poſſuntque teſtamentum condere,ſecundum Bart.in l.patre furioſo.ff.de is qui ſunt ſui,vel alieiu.vbi hanc limitationem probat tribus rationibus,& in l.patri, per illum text ff.de adulter.circa fin.Iacobus verò Butri.& Bald, poſt gloſſ.ibi in Auth.excipitur.C. de bonis.quæ liber.inclinauerunt in contrariã ſententiam,Sed primam Bart;& ſequacium aſſerit eſſe communem Ia. in d.l,patre furioſo.num.45,Moder,in cap.in præſentia de probatio.Alberi.in Auth.ingreſſi.num.13.C.de ſacroſanct.eccle.& Boeri. in deciſio.cxxj.num.2.& ſeq.Limitatur ſecundo loco quando filiusfamilias, patre conſentiente conderet teſtamentum de peculio aduentitio ad piam cauſam,eo caſu proculdubio valet teſtamentum.d.l.licet.in fin.& tenet Ang.Bald.& Saly.in d.l ſenium. Roma,in Auth. ſimiliter,in xiij, priuilegio.C.ad l.Falci.Federic.de Senis,conſi.ccxcviij.& iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Crotus in d. l.frater à fratre vbi reſpondet omnibus ferè fundamentis Fulgoſi.ceterorúmque Moder.contrarium aſſeuerantium in d.l.ſenium.Hoc etiam procedit in filia familias, quæ quidem licet nupta ſit, & conducta ad viri domum propterea poteſtas non finitur, ſed remanet in poteſtate patris. l, ſi vxorem.C. de conditio. inſer, & non poteſt de bonis maternis ſeu ſuper dote facere teſtamentum,vt per gloſſ.in l.filiæ,ff.ſolut.matri.& Alex conſilio. xvij.viſis vol.ij niſi ad pias cauſas,& cum patris conſenſu.d.cap.licet §. fin.Iſta eſt communis opio,vt patet ex allegatis per Alexand.& alios in d.l.ſenium,& per Barba.in rub.de teſtament.Sed vtique poſſet teſtari ipſa filia.vbicunque eſſet emancipata ſecundum gloſſ.& Docto. communiter in d.l.ſi vxorem,& Fely in cap.ſuper eodem,ij.ext.de teſt.ſimiliterque filia ipſa maritata ſit ſui iuris de conſuetudine Neapolitana,vt refert.Gram.conſi.ciuili.lxiij.num.15.vbi hoc intelligit procedere,quo ad debitum carnis,operáſque obſequiales in ceteris verò dicit, quòd remanet ſub patria poteſtate,& latius hoc explicat conſi.ciuili. lxxxvij. nume.4.cum aliis ſequen.& dato propter huiuſmodi conſuetudinem filiafami.nupta,& conducta ad domum viri non remaneat in patris poteſtate nihilominus ipſa filiafami.mortuo marito, iterum reuertitur in poteſtatem patris,vt tenet Spe,in tit.de tuto.§.quid ſi mulier,& Afflict.in conſtit.Sycilia exordiente proſequentes,& ita ſeruatur vbique, prout refert Boeri.in deciſ.cxcvij,num.4.Gram.deciſ.liiij.num.9.Limitatur,ac declaratur tertio loco.quando filiusfami. teſtaretur de bonis ſibi donatis per principem de quibus quidem teſtari poteſt,vt ſentiunt omnes Doct.communiter in l.cum multa.C.de bonis quæ liber.per illum text.& Alex.in l.j.§.hoc autem. ff. ad Treb.Iſtam eſſe communem ponit Crotus in repet,d.l.frater à fratre.nũ.112.vbi ait,quòd contrariũ eſt verius.Interpretatur quartò,reſtringitúrque quando filiusfami, teſtaretur de peculio caſtrenſi,vel quaſi caſtrenſi, tunc enim valebit teſtamentum.l.fin.C.de in offi.teſta.vt per Corn. .conſi.lxxxvij.iura dubia,volum.iij.& Alex.conſi.ij.in conſultatione,vol. vj. Quintò limitatur quòd licet filiusfami.non poſſit teſtari etiam patre conſentiente, poteſt tamen donare cauſa mortis patre permittente.l.tam is.§.fi.ff.de donatio.cauſa.mor.Sed hic pulchrum eſt diſquirere de ratione, quare filiusfami

filiusfami.de patris voluntate teſtamentum facere non poſſit.& nihilo minus cauſa mortis donat, patre quidem permittente:reſpondeas breuiter quòd commu. ratio eſt,quæ originaliter fuit Accur.in §.j,inſtit qu...on eſt permiſſum face.teſta.& d.l.tam is.§.ſi.quia donatio cauſa mortis & ſi vltimæ voluntatis naturam redoleat, magis tamen accedit contractui,& de huiuſmodi communi ratione teſtatur Coraſius in repet.l.qui liberos.num.29 cum aliis ſeq.in ij.lecta.ff.de ritu nup.vbi contra rationem communem præcitatam aſsignat aliam meliorem. Quatenus autem diximus, quòd filius de patris conſenſu poteſt donare cauſa mortis d.l.tam is.§.j.nota hic, quòd licet poſſit donare filius, tamen non poteſt legare vt probatur in l.ij.ff.de leg.j. à contrario ſenſu iuncta l.qui in poteſtate.ff.de teſta.& Inſtit.qui eſt permi.face.teſta. in princ.Iſtam differentiam pariter firmauit gloſſ.in d.l.ij.ff.de legat.j. cum quo communiter alij Docto.tranſeunt,vt refert Ruynus in princ. ibi,& glo.in d.l.ſenium.vbi Iaſ.nu.8.Similiter teſtatur iſtam eſſe communem opinionem,idémque tenet Alexan.conſil.liij,nu.8.volum.vij. Domini.Peruſi.& alij in ca.ſi pater.de teſt.in vj.vbi Gomeſius dicit circa hoc non eſſe dubium,ſicque omnes concludere, alioſque refert eiuſdem ſententiæ Dilectus in tract.de arte teſtandi cautela j.titul.j.& ponit Gulie'.Bened,in repet,ca.Raynutius de teſt.num.43.Solus Cumanus in dicta l.tam is,§.primo.& in d.l.qui.in poteſtate.tenuit contrarium,videlicet quòd nec etiam donare cauſa mortis Poſſit filius patre quantumuis conſentiente per multas rationes,tamen concludebat ipſe Cuma non eſſe contra ſtimulum calcitrandum,& ſic in communem ſententiam declinabat, quam ſequuntur reſpondendo omnibus fundamentis Cuma.Soc.Iuni.in l.ij.num.15.ff.de legat.j.& Celeberrimus Iuriſconſultus Gulielmus Pontanus Præceptor meus.nu.15. Sexto loco limitatur communis,quòd quamuis filiusfam.teſtari nequeat etiam patre conſentiẽte,poteſt tamen diſponere inter viuos de bonis in quibus patri vſusfructus non quæritur ſecundum communem opinionem omnium Docto.quam citat, & latè declarat Crauet,conſilio.lxxxiiij. numero 9. F.Viuius.

Filiusfamilias non poteſt ſtare in iudicio citra conſenſum patris.l. fin,§.neceſſitate.C.de bonis.quæ liber.& l.j.§.ſi,C.de anna.excep.vbi. Bald.imò conſenſus requiritur expreſſus, & ſpecialis,ideò non ſufficeret generalis in quibuſcunque cauſis. l.ſi qui mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.hered.Sed vbicunque conſenſus patris eſt præſtitus,in cauſa principali durat etiam in cauſa executionis,nec requiritur nouus conſenſus, vt per gloſſ.in l.iij.§.ſed vtrum.ff.de minor. Hic autem aduertendum eſt conſenſum patris minimè eſſe neceſſarium in cauſis ſummariis,vt per Bald.in præcitato.§.ſed vtrum motum auctoritate gloſſ.in l. j.C.qui admitti.Tamen communis ſententia omnium Docto. videtur in contrarium illic, & alibi,vt atteſtantur Moder.in l.qui liberos.ff.de ritu nupti.& Bald.parum ſibi conſtans reuocauit iudicium in melius in l.nec quicquam.§.de plano.ff.de offici. Procon.videlicet quòd conſenſus patris ſemper, non tamen in cauſis plenariis, ſed etiam in ſummariis, & executiuis interuenire debet. Hæc omnia habent locum non ſolùm in ſuo, ſed etiam in emancipato, vel latè deduximus ſuprà in ver.emancipationis.in fin. & quamuis ipſe filiusfamil.nec agere, nec conueniri poſſit in iudicio.abſque patris conſenſu, ſecundum Bald.in d.§.fin.fallit tamen hoc quando interuenit,vt procurator.ca.qui generaliter.§.j.de procurat.in vj.& circa iſtam materiam aliquid tetigimus in d.ver.emancipationis. Viuius.

Filij nati ex legitimo matrimonio,ſuccedunt de iure in feudis.c.j.§. naturales ſi de feu.fuerit controuerſia inter domi.& agna in vſib.feud. Ampliatur hoc procedere etiam in legitimatis per ſubſequens matrimonium, qui quidem legitimati admittuntur ad feudi ſucceſſionem, vt notant omnes Canoniſtæ communiter in c.lator,qui Filij ſint legiti. quam communem ſequuntur,& citant Anto.de Butr. Cardina.& moder.ibi,Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, num.18.ff.ad Treb.Ripa in reperi.l.ſi vnquàm, num.86.cum aliis ſeq.C.de reuo.donatio.Ioan.de Imo.in l.quòd dicitur,ff.de verb.oblig.poſt Hoſtien.& Ioan.And.in d. ca.lator. Hoc idem tenet Boeri. in deciſio. ccxl.num.16,cum duobus aliis ſeq.poſt alios congeſtos per Petrum à Duenas in ſuis regulis in reg,in ver,filius naturalis legitimatur per ſubſequens matrimonium in vj.ampliatio, & Laur.Sylu.rub,xxxij.vbi iſtam communẽ latè ſuſtinet, ſequitur & tuetur.Ratio huiuſmodi cõmunis videtur iſthæc, quoniam legitimati per ſubſequens matrimonium,(quantum ad effectum iuris) dicuntur verè,& propriè nati.Imò iſti legitimati propriè agnati dicuntur legitimi,& naturales,c.tãta, qui filij ſint legiti.& notat Pau.de Caſ. in l.fin.C.de iis,qui ven.æta.& Abb.in d.cap.tanta, vbi ait, quòd ſtatutum loquens de legitimis,comprehendit legitimatum per conſequens matrimonium, quia perinde cenſetur,ac ſi matrimonium à principio contractum fuiſſet ante ortum filiorum, vt in dicto capitulo tanta, & in §.dubitatum, itaque in Authent.de incæſtis nuptiis, & ibi Iacobus de Bello viſu. Sed nota quòd Veneti non admittunt iſtos legitimatos per ſubſequens matrimonium ad eorum nobilitatem licet illos admittant vti legitimos, ad bonorum ſucceſſiones, fideicommiſſa,& feuda, iuxta terminos d,capit,tanta,Imò tales legitimati non admittuntur ad nobilitatem,nec ad eorum conſilia,vt dixit Fulg. conſil.lxij. ſtante ſtatuto.Vnde dic ex prædictis, quòd ſtatutũ excludens fœminas propter maſculos,excludit etiam per legitimatũ per conſequẽs matrimonium, ſecundum Anch.conſi.ccxlij.ex tenore,& Deci.conſi. clv.diligenter, & pro tenui:ſimilitérque iſti filij per ſubſequens matrimonium legitimati ſuccedunt etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica,ſecund. Alex.& Mod.in d,l.ex facto,§.ſi quis rogatus, Anch.conſ.ccxlj.nu.5.ſeu in d.conſ.ccxlij. Imo.in d,l.quòd dicitur,num.10 ff.de verb.oblig. & alios quamplures relatos per Petrum à Duenas in præcitata regula.filius naturalis legitimatur,nu.7.Ampliatur ſecundo loco dicta concluſio habere etiam locum in filiis emancipatis,qui quidem in feudis admittuntur,ſecundum Bal.in c.j.de ſucce.feud.in vſibus feudorum, cuius ſententiam ſupponit eſſe communem Marcus Mantua, in Apophtheg.apophtheg.lxiiij.quia ſecundum ſcriben. inclinantes in iſtam communem hodie in ſucceſſionib.ab inteſtato videtur ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis §.ſi verò in Authen.de hered.ab inteſta.veni.

Pater tenetur dare dotẽ filiæ iam nuptæ,de eius conſenſu,ſecund.gl. communiter approbatam,in l.obligamur.§.lege.ff.de actio. & oblig. quam ſequitur,allegat,nonnihilque declarat Ripa in l.ij.ff.ſol.matr.& in l.j.nu.12.55.& ſe.eo.ti. Bal.conſi.ccccl vj.recolo, volum.v.& Brun.in tract.de ſucce.ab inteſt.in j.par.in ix.art.ij.q.nu.50.Nec iſta communis videtur habere dubitationẽ, cùm ita pater adſtringere tacitè videatur, l.ij.in prin.ff.ad municip. Sed dubium inſurgit,quando filia cõtraxerit matrimonium abſque patris cõſenſu,tunc huiuſmodi communis redditur anceps,& dubia,& ab omnibus Doct.in vtrãque partem agitata. Ceterùm(vt veritas elaceſcat)filiæ licet,ſpreto patris conſenſu,ſecundum communem ſententiam Doct.nubere, teſte Coraſio in rep.l.qui liberos nu.99.ff.de ritu nupt.in ij.lect.& hoc probatur in cap.ſufficiat. xxvij.q.ij.& in gl.in c.ſi.xxxij.q.ij.Iſta verò communis procedit de iure Canonico,videlicet vt filij poſſint matrimoniũ cõtrahere ſine cõſenſu patris,vt dicit gl.in l.Paulus ff.de ſtatu hom.& in §.j.inſt.de nup.in ver. ſecundum datum, & ibi An.Io.de platea, & Io.Fabri,& Iaſ.in add.j.ad Portium.per tex.in c.videtur qui matri.acc.nõ poſſ.tantò magis habet locum iſta concluſio,quando filia nupſit poſt xxv.annum, cùm eo caſu nihil ſit quod ei imputari poſſit,ſed potius patri,qui tantùm diſtulit filiam in matrimo.colloca.§.ſi verò vſque,Auth.vt cùm de appellat.cognoſcitur:& iſtud(vt pateat rectè intuenti)procedit etiam de iure Ciuili,videlicet,vt filia non poſſit contrahere matr.abſque patris conſenſu,niſi ad xxv.annum vſque peruenerit,Auth.ſed ſi poſt.C.de inof.teſt. Et quamuis iſte tex.loquatur in filia,idem tamen dicendum eſt in filio, cui magis,atque etiã magis ſanguis,quàm filiæ feruet,& bullit, vt in d. §.j.inſt.de nupt,& tenet Io.Fabri ibi per iſtam rationem,quia frigidior homo de mundo,calidior eſt calidiſſima muliere,ſecundũ Naturales:& ita dicit Auicẽna prima primi c.de ætatibus,vt refert Gabriel de Taragna in tex.Hæc concluſio declaratur,ac limitatur in.v.caſibus per Coraſium in d.l.qui liberos, nu.99.cum aliis ſeq.in ij.lectu.quos omitto breuitati ſtudendo. Amplia etiam dictam concluſionem quòd in tantum procedat,quòd ſi ſtet ſtatutum imponens pœnã contrahenti matr. abſque patris conſenſu non valere,nec tenere, quia metu pœnæ matr. libertas impediretur,vt voluit Io.And.in c.ſtatutũ, primo de heret.lib. vj.cum aliis latè congeſtis per Ruyn.conſi.cxliiij.nu.20.li.v.vbi aſſeuerat iſtam eſſe com.opin.& Curt.ſenior conſi.xxvij.nu.3.& Deci.in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ,de conſt.nu.128.& ſeq. Et ita eleganter,ac doctè declarabat iſtam materiam D.Rayn.Rodol.Peru.dum eum publicè audiebam Peruſij,à quo omnia iſta ſimul ac alia,quæ poſuimus,& ſcripſimus in præſenti tractatu didicimus.Interpræt amur ac limitamus inſuper prædicta non habere locum, vbicunque filius,facto ſuo proprio liberatus à patria poteſtate,reperiatur,hoc caſu pater nõ perdit vſumf. quem habere debet iure patriæ poteſtatis.l.fin.C.de vſufru,& l.ij.C.de bonis mat.Sin autem pater conſentiret matr.filij,& ſic ex patris facto eſſet patriæ poteſtatis nexu liberatus,tunc perderet totum vſumfr.ſine reſeruatione patris dimidiæ vſusfru,prout reſeruat per l.cùm oportet. §.cùm autem,& §.hoc quoque.C.de bon.quæ libe.vt per Bar.in Auth. idem eſt.C.eod.titu à cuius ſententia nemo ex Doct.diſcedit,& ſic iſta opinio eſt communis, vt conſtat ex allegatis per ſcriben. inibi. & in multis conſilio. F.Viuius.

Filiæ relinquens in teſtamento pater mille, ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſteriũ,quo caſu (inquam) ſi ingrederetur religionem, poſſet petere mille,ac ſi nupſiſſet,vt per Bart.in l.ij.num.1.ff.de is,quæ pœnæ nomine,Matheſi in ſingu.lij.exordiente,nota quòd ſi teſtator.& Marſyl.in rub.ff.de fideiuſſo.num.127.& Auguſtinus Beroius in ca.in præſentia, vnic.& ſeq.de probatio.C. Iſta eſt communis opinio teſte Ripa in lege prima num.62.ff.ſolut,matrimonio Marſyli.in leg.nu.45. de rapt.virg.& Deci.in d.ca.in præſentia,nu.59.& conſi.cccclxxxiiij. In teſtamento Bernardini,interpræt atur iſta communis non procedere,quando teſtator expreſsè declarat filiã non poſſe cõſequi dicta mille,niſi matrim.contraxerit,& ſi monaſterium ingreſſa fuerit,non poſſet petere, niſi centum,nam ſeruanda eſt voluntas teſtatoris, quãdo de illa apertè conſtat,§.diſponat,in Auth.de nupt.& l.in conditionibus. ff.de condict.& demonſtratione & quilibet rei ſuæ poteſt, quam velit legem imponere.l.quoties.C.de donatio, quæ ſub modo, & quilibet

eſt rei

eſt rei ſuæ moderator & arbiter.l.ſed etſi lege.§.conſuluit.ff.de petitio. hered.nec æquum eſt, quòd monaſterium habeat bona teſtatoris,inuiti,id eſt,illa mille,quæ relicta ſunt,ſi virgo nuberet,inuitus enim nemo cogitur benefacere,cap.de Iudæis xlv.diſtinct.& iſta eſt verior,& magis communis opinio,vt ſcribit Deci.conſ.ccccxix.viſo eleganti conſi. poſt relatos per eum,& nouiſſimè Berojus in dict.capitu.in præſentia, num.494.& ſeq.Et in hac opinione ſunt etiam quamplurimi Docto. quos refert Iaſ.conſi.xliij.Ioan.lib.iij.vbi audacter fatetur, quòd totus mundus ſequitur iſtam opinionem.

Priuilegium conceſſum alicui, ſimul ac omnibus ſuis deſcendentibus,tam maſculis,quàm fœminis,quo caſu filiæ poſſunt gaudere huiuſmodi priuilegio ſi ſunt virgines, aut viduæ, ſecùs ſi eſſent maritatæ, quoniam mutant ſtatum,& ſequuntur forum viri, vt tradit Barto.in l. quoties.C.de priuileg.ſcholaſti.libro xij.& latè Iaſ.in l.j.num. 18.§.de conſt.princ.Marſyl.in rub.de fideiuſſ.num.113.& in l.vnic.nu. 200. C. de rapt.virgi.& Ripa in li.ij.reſponſorum,ca.iij.num.2.& iſta eſt communis opinio,teſte Hieronymo Chucalon in addi.ad Deci.in l.fœminæ, num.95.in litera L.ff.de reg.iu.quamuis Dec.& malè in cap.nouit, num.4.ext.de iudiciis,affirmauerit contrarium, quòd mulier nupta retinet omnia priuilegia,ac omnes prærogatiuas, ex quibus non diſtrahitur à ſeruitio mariti, & hoc idem tenet Alexand.in l.cùm quædam, num.14.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum. Viuius.

Filij ſunt neceſſariò à parentibus inſtituendi,vel exheredandi,vt valeat teſtamentum,l.inter cetera.ff.de liberis & poſthum.& de iure nouiſſimo Authenticorum iſti parentes tenentur, ac debent honorabili titulo inſtitutionis filiis legitimam relinquere.§.aliud quoque capitulum.in Authent.vt cùm de appellat.cognoſc.& hoc tenent gl.& Areti. in §.tam autem,& in §.igitur.Inſtitut.de inoffic.teſta.vbi latè Moder. gloſſ.& Docto.omnes communiter in Authent.nouiſsima, prout ibi refert Iaſ.num.13.C.de inofficio.teſtam.dicta lege inter cetera.& in l. omnimodo,poſt Paul.Caſtren.C.de inoffic.teſta.Ratio eſt iſta, quando viſum eſt iuris prudentibus inſtitutionis titulus honorabilior,ſecundum gloſſ.in l.filium,§.ſed etſi portio. ff. de legat. præſtan. & quamuis titulus quoque legati honorabilis ſit, l. amiciſsimos. ff. de excuſ.tut.& ibi Nic.de Neap. Nihilominùs inſtitutio eſt etiam vtilior. Nam filius inſtitutus in re certa totam hereditatem habebit,herede vniuerſali non adeunte,vt notant Doctores in leg.quoties.C. de heredi.inſtit.& latius dicemus infrà.Et ſæpè euenit,quòd teſtator ſobolem maſculinam non habens,agnatos heredes inſtituat, & certam ſummam filiabus relinquat,ipſas non inſtituendo in dicta quantitate, quam relinquit, & ita teſtamentum tam iure Ciuili, quàm Canonico ſubuertatur,ſecundum opinionem magis communem,quam ſequitur,declarat & citat Iaſo.in dict.Authent.nouiſsima,Ancha.Ant.& Mod.in cap.Raynutius, de teſta.vbi Barba,de hoc latiſsimè diſputat.Limitantur prædicta non procedere,vbicunque filius de conſenſu ipſius preteriretur in teſtamento patris,vel matris,tunc enim poſſunt præteriri ſecundum Docto.communiter in l.poſthumo.C.de bono.poſſeſſ.contra tab.de qua communi atteſtantur Beëri.in deciſ.cciij.nu.40.& Iaſ. in dicta lege poſthum. numero 26.cum aliis ſequent. Viuius.

Filius vltra quatuordecim cauſas expreſſas in.§.illud.in Authent.vt cùm de appellat.cogno.(ex quibus velut ingratus exheredari poteſt)ſi conſimilem grauitatem, vel grauiorem committat, licet ibidem non expreſſam poteſt exheredari,voluit hæc Gulielm.de Cug.& quàm plurimi,quos refert,& communem opinionem dicit Iaſo.in Auth.non licet.C.de liber.præterit. & Ripa in repetit.l.fin.num. 137. C. de reuocand.donatio,ſequitur Alex.in l.ſi id, quòd.ff.de iuriſdictio.omnium iudic.Gerard.in ſing.j.in princip.Marſyli.ſing.lxxviij.Felyn.in cap.paſtoralis,de reſcrip.Alexan.conſil.cciij.ſuper Themate, vol.ij Caſſan.in conſuetu.Burgun.in rub.vij.§.ij.verſic.ſed quæro pone, Guliel.Benedi. in l.ex donatione,ff.de donatio. Afflict. in cap.j.§.ſed quia, quæ fuerit prima cauſa benefi.amitten.in vſib.feu.& Ripa in.d.l.fin.in quæſt.xlj. Ratio iſtius communis videtur hæc vltra aſsignatas per Docto.allegatos. Quia vbi eſt eadem ratio,vel maior, non dicitur lex extendi, ſed enucleari,ſecundum Oldra.conſi.clxxxv.thema tale eſt, in fin.& Calderi.conſil.j in titu.vt litè pendent.vbi ait. Quòd vbi eſt eadem ratio, non dicitur quis extendendo nouum caſum addere, ſed quod in primo caſu in ratione concludebatur ſecundum æquitatem detegere, ſeu declarare:lex enim dicitur eſſe,quod in ratione conſtitu.cap.conſuetudo. prima,diſtinctio.Ergo vbi habet locum legis ratio, circa id prædicta dici debet lex:alibi ſcribit Calderi. conſilio primo,in titul.de regulari. Quòd ratio dicitur lex communis ad omnes caſus, ob id non inſpicitur diſpoſitio,an in ea ſit idem caſus,vel non, ſed ratio duntaxat conſideratur, alibi ſcribit Ioannes de Anan.inter.conſilio. Paulus de Caſtren.conſil.cclxj.libr.ſecundo quòd vbi eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo,non dicitur lex extendi, ſed caſus ille ſub eiuſdem legis diſpoſitione includi, per gloſſ.in capitu.primo de tempo.ordi.libr.vj. Vnde ſi quis ſubtiliter inſurgeret contra iſtam rationem dicendi,quòd hic non ſit enucleatio,ſed extenſio propriè.Ergo iſta ratio non concludit,quia aliud eſt extenſio aliud enucleatio: reſponde fundando præallegatam communem ſententiam meliori ratione, quòd in caſu communis opinionis,& in aliis ſimilibus,quamuis ſunt pœnales,fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia ex identitate rationis, vt notat Alex. in l. ſi quis id quod.num.17.& ſequen.ff.de iuriſd.om.iud.Iaſ.in §.ſequēs & in §.tripli.Inſt.de action.& in l.prima,C.de tranſactio,in l. à Titio.in iij.nota.ff.de verbo.oblig.Deci.in cap.tranſlato.in princ.de conſtit.poſt Abb.ibi,vbi Deci.allegat Roma.conſi.cccxxix.in ij.dubio,vbi Roma. multa exempla adducit idem tenet Dec.in cap.ſecundò requiris,de appellat.in ca.j.de probation.Et patet quòd in caſu dictæ communis non ſolùm militat eadem ratio,ſed & maior,ergo à fortiori poteſt fieri extenſio,idem videmus in feudo,videlicet,quòd vaſallus priuetur feudo, ex omnia alia cauſa non expreſſa,quæ poſſet dici ſimilis,vel maior expreſſis, ſecundum Iacobum.de Leo conſilio.cxvij.numero 34. quod quidem conſilio,reperitur inter conſil a feudalia Alberti Brun. Viuius

Filius exheredatus excluditur à ſucceſſione in feudis hereditariis, quando mala mente fuit facta exheredatio,& cauſæ exheredationis fuere iuſtæ & expreſſæ,ſecundum Iocobum Ardizo.in ſumma de ſucceſſio.feud.ſub rub.an filij ſucce.in feud.& per Andre. de Iſer. in cap.j.in prin.de ſucceſſ.feud.Pariſium conſilio primo,numero.7.volumine.primo & per Angel.in auth.de nupt.§.ſoluto,dicentem filium iuſtè exheredatum non ſuccedere in feudo,& optimè facit quod vult. Bartolus. in l. vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de operis libertorum,cum aliis congeſtis per Modern.in tracta.feudorum,vbi aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem,quæ quippe probatur hac ratione:nam licet vaſallus non poſſit de feudo teſtari,vt in capitulo primo de ſucceſſ.feud.& in c. primo.§.donare,qualiter olim feud poterant alien.& per Socin.conſi. xix.adſit,libro j,Tamen quando feudum eſt hereditarium, pater ſine dubio in teſtamento poteſt prælegare vni filiorum, cùm in tali feudo quis non poſſit ſuccedere,niſi ſit heres,ſecundum Bart.in dicto §. ſi liberi.Bal.in capitulo primo.§.decedenti.qui feud.da poſſ. Modern.in l. quicquid adſtringendi,& in l.ita ſtipulatus.§. Griſogonus.ff.de verb. oblig.& per Alex.conſi.x.ponderatis,vol.iij. vbi ſcribit iſtam eſſe communem ſententiam,& in conſil.ix.ſuper eodem & conſil. xxviij. libr.5. ideoque factum teſtatoris impugnare non debet.l.cùm à matre, C. de re vendi. & per Alex.conſi.cxxiiij.quod quidem citant Moder.in dict. tract.de feudis.& ponit Præpoſi.in c.imperialem in prin. de prohibi. feud.aliena.per Feder.& his occurrit quod non ſufficit exprimere cauſas in teſtamento per patrem,ſed neceſſe eſt eas probare,vt eſt tex.iuncta gloſſ.in verſ.dicatur in leg.j.in princ.ff.ſi quadru.pauper. feciſſe dicatur,& in c.dilecti.ibi oppoſita,& probata de excep.& eſt text.vbi Alex.& alij,in l.ſi prius.ff.de oper.noui nunciato.& Pariſius conſ.j.vol.j. numero 136.onus enim probandi cauſas exheredationis incumbit heredi.§.ſi verò igitur in ver.demonſtrauerit,in auth.vt cum de appella. cognoſci.& ibi Bart.& Ang & plenius per Bart.& Ang.& plenius per Bart.Are.& alios in l.j.ff.de teſtib.fallitque quotieſcunque teſtator, eo viuente,feciſſet examinare teſtes ſuper illis cauſis ad futuram rei memoriam,quod poteſt fieri,& ſic cauſæ ingratitudinis poſſunt probari viuente patre,ſecundum Alexand.conſilio ciiij.ſuper Themate volum. ij.ceterùm dicta examinatio debet fieri ritè,& rectè exheredato formiter citato,vt dicit Alexand.conſilio ciiij.in fine.& Pariſi.in d. conſilio j.numero.137.& habetur per Canoniſt.in c. Albericus.& in c. ſignificauit.de teſtib. F.viuius.

Filius.furioſus poteſt exheredari ex cauſa ingratitudinis commiſſæ contra partem ante furorem.vnde propter furorem ſuper venientem non purgatur vitium ingratitudinis præcedens,ſecundum Bart.& cōmuniter omnes in leg.ex facto in princ.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.quam quidem communem ſequitur,& citat Iaſ.in lege. parte furioſo nume. 42.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iu.& Ripa.in fine. C.de reuocand. donat.num.227.Sed propter reconciliationem dictæ cauſæ ingratitudinis poſſunt reuocari,atque remitti,& huiuſmodi remiſſio,ac reconciliatio aufert omnem ingratitudinem, & cauſas exheredationis,vt dicit. Bartolus.in lege.tertia in fin.ff.de adim.lege.& latè Moderniores.Pap. in lege de quæſtione.C.de pactis,& in lege in arenam, C.de inoffi.teſt. & in lege filio,quem pater.ff.de liber. & poſthu.ceſſat etiam præfata exheredatio quando non apparet ex teſtamento patris eſſe aditam hereditatem,vt eſt text.in lege filium quem pater.§.ſed cum exheredatio ff.de bonorum poſſ.contra tabu.& in lege ſi quis Sempronium, cum concordantibus,ff.de heredi.inſtituen. F.Viuius.

Filij poſſunt repudiare patris hereditatem retentis emphyteuticis bonis pro eis,præſertimque quando pater ſibi,& filiis emphiteuſim ſtipulatus eſſet ſecundum Din. quem refert,& ſequitur Bartolus.in lege,item videndum.§.finali.ff.de petitio heredi.idem videmus vbicunque frater renunciaret fratri hereditatem paternam, aut faceret quitantiam de omni eo, quod poſſet petere, vel conſequi ex hereditate paterna, ob hoc non impediretur petere partem feudi, aut partem poſſeſſionum emphyteuticarum, quia cenſentur hereditaria: nec profectò debentur iure hereditario, nec tanquam ex hereditate paterna, ſed vigore contractus, vt per Bartolum in dicta lege. item videndum. §. finali. quod etiam procedit ſi in huiuſmodi renuntiatione hereditatis paternæ interueniſſet iuramentum, vt per Baldum in cap. ij.in tit.an Agna.vel filij:in vſib.feud.amplia hoc etiā procedere quādo

emphyteuſim

emphyteuſim pater accepiſſet pro ſe, filiis, & heredibus maſculis, tunc enim ſi non ſint heredes admittuntur ad emphyteuſim eius liberi, vt per Deci. conſi. ccxxix primo, Limitatur præallegata concluſio primo loco, quando pater ſtipulatus eſſet emphyteuſim ſibi filiis, & heredibus, eo caſu filius poſſidendo emphyteutica bona videtur hereditati ſe immiſcuiſſe, & ad omnes hereditarium ſoluẽdum obligatur, ſiquidem ſtipulatione ſic concepta, emphyteuſim habere non poteſt, qui non ſit heres, vt per Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Alex. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthu. cum aliis per eundem allegatis conſi. xix. ſuper eo. & conſi. cxxix. perſpectis li. v. vbi aſſeuerat iſtam eſſe cõmunem opinionem, & ſequitur Iaſ. in leg. ſi poſt mortem. ff. de leg. j. & conſi. lvij. in cauſa. lib. j. interpretatur ſecundo, quando filius renuntiaret hereditati, & bonis paternis. Renuntians enim bonis paternis intelligitur renuntiare etiam emphyteuſi ſecundum Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua & Iaſ. in auth. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. & in leg. ſi non ſortem. §. libertus num. 34. & ſeq. ff. de condict. indebi. vbi atteſtatur iſtam eſſe comm. opin. Et ratio iſtius limitationis videtur iſthæc, quoniã appellatione bonorũ continetur emphyteuſis, text. eſt in l. bonorum appellatione. *la prima*. ff. de verb. ſign. F. Viuius.

Filij debent habere, ſeu recipere legitimã ex bonis, & ſubſtantia patris defuncti non autem in pecunia numerata, l. cùm ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſta. etiam ſi pater legaſſet eis in teſtamento certam pecuniam pro eorum legitima, vt per Doct. communiter in d. §. repletionem, quam quidem communem inibi ſequuntur, & atteſtatur Moder. & conſulentes variis in locis: Et dato quòd pater, ſeu mater ſimpliciter reliquiſſent iure inſtitutionis filijs, vel filiab. minus quã in legitimam, poſſunt tunc recurrere pro ſupplemento legitimæ non ſolùm contra heredem vniuerſalem, ſed etiam contra legatarios pro rata pro ſupplemento legitimæ, ſecundum Bar. in l. in quartam. q. ſi. ff. ad legem Falci. cum quo ſentiunt omnes ſcriben. communiter ibi. teſte Corn. conſilio cxlviij. volu. iiij. imò dic fructus perceptos per filios non computari in legitimam, ac Trebellianicam l. iubemus. C. ad Trebellia. & dict. §. repletionem: tamen computantur in dotem iuxta communem opinionem omnium in locis ſuperiùs citatis, quam citat, & nonnihil declarat Boërius in deciſio. xliiij. num. 16. & quòd filij grauati de reſtituendo poſt tempus non teneantur fructus perceptos computare in quartam Trebellianicam, tenent Doct. præcitati, Iaſ. in l. Marcellus. nu. 53. ff. ad Trebell. Deci. conſil. cccclxxx. num. 15. Picus in d. l. in quartam, num. 10. Pariſius conſilio cxxvj. num. 35. vol. j. & conſilio xvj. num. 65. conſilio cccccxlvij. & cxlix. & cxlv. & ſeq. volu. iij. & in multis aliis conſiliis ſuis, & Ripa in l. nemo poteſt. num. 53. ff. de leg. j. ſciendum eſt etiam ad præmiſſorum intelligẽtiam, quòd filius non poteſt patris, ſeu matris teſtamentum approbare, in præiudicium aliorum fratrum ſuorum in minori parte inſtitutorum, vt concludunt omnes Docto. communiter per optimas rationes in l. filio præterito, ff. de iniuſto rup. teſt. contra Bartol. & Saly. ibi, & iſtam communem citat. ſequitur, & declarat Boëri. in deciſio. xcvj. num. 8. & ſequen. Inſuper filius alienans rem alienari prohibitam cenſetur in dubio ipſam elegiſſe pro ſua legitima, l. Marcellus. §. res, quæ, vbi Bart. ff. ad Trebell. qui quidem Bart. licet loquatur ibi in trebellianica, idem tamen eſt, & multò fortiùs in legitima, in qua præfato filio competit electio, quaſi creditori, ſecundum Bal. in leg. ſi quis filium, in princ. ff. de inoffic. teſta. & in l. filium quem habentem. C. fami. erciſcun. & iſta eſt communis opinio, vt per Doct. in locis citatis, & vbique. F. Viuius.

Filius inſtitutus in re certa habebit totam hereditatem, herede vniuerſali non adeũnte, vt notant Doct. in l. quotiens C. de heredi. inſtitu. hinc ſciendum eſt, quod ſi quis inſtituatur heres particularis in re certa tantum, ita quod nihil aliud petere poſſit, tunc ſi nullus alius ſit heres vniuerſalis, aut ſit quippe, ſed repudiet, huic heredi particulari accreſcet tota hereditas non obſtãte taxatiua, & ratio videtur iſta, quoniam teſtator non potuiſſet prohibere ius accreſcendi in iſto caſu, per quam prohibitionem decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſecundum Bald. poſt Cyn. in l. ſi quis ita heres inſtituatur. ff. de heredi. inſtitut. in l. dominus, §. j. ff. de vſufruct. in conſilio cccclxxx. teſtator. volu. primo conſilio cccclxviij. quidam Titius. eod. volum. & latiùs conſilio ccclxxix. volum. iiij. Alexan. in d. l. quoties. & in l. ſi quis in priore, ff. ad Trebel. vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, & Auguſtinus Beroius in cap. Raynutius. ext. de teſta. nume. 247. & alios Docto. hanc ſententiam tenentes latè cumulat Iaſ. conſilio viij. volum. iij. Calca. conſilio. xxxiij. & ſequen. Curtius ſenior conſilio lxxv. Iaſ. conſilio lxxij. circa finem. lib. iij. & Capra. conſilio ix. & hæc communis opinio contra Bart. procedit etiam in foro poli. vt per Federi. de Senis conſilio cxxxj. caſus talis eſt. Contrariam verò partem, quòd imò ius accreſcendi poſſit expreſsè prohiberi, & quòd ex dictione taxatiua cenſeatur prohibitum, & quòd eo caſu teſtamentum ſit nullum, nullo exiſtente herede vniuerſali per huiuſmodi prohibitionem expreſſam, vel tacitam tenet Bartol. in dict. l. ſi quis in priore. circa finem, per illum text. & in l. pater filium. ff. de inoffi. teſtamen. & in pluribus conſiliis ſuis, & complures alij Doct. quos refert, & ſequitur Iaſo. in præcitato conſilio viij. Curt. Iun. conſilio xij. Gozadi. conſilio xxj. eandémque ſententiam ſequitur Ripa in l. re coniuncti. ff. de legat. iij. licet dicat communem opinionem eſſe contra Barto. cæterùm Iaſ. in dict. conſilio viij. fateatur contrarium quòd imò opinio Bartol. eſt magis communis, idem etiam Iaſ. in l. ſi mora in iiij. nota. ff. ſolu. matr. dicit quòd ius accreſcendi prohiberi poteſt in inſtitutione, ſed requireretur prohibitio expreſſa, nec ſufficit tacita, quæ inducitur ex dictione taxatiua, aut prohibitione de plus non petendo: retenta tamen prima opinione contra Bartol. quæ videtur verior, & communior, vt efficaciſſimis rationibus eam tuendo, ac ſequendo demonſtrat Beroius in dicto capitul. Raynutius, num. 247. cum aliis ſequen. dic procedere inter heredes, ſecus in legatis, nam teſtator inter legatarios poteſt expreſsè prohibere ius accreſcendi lege Lucius. §. quæ habeat. ff. ad Trebell. Barto. in leg. pater filium. in ij. lectu. ff. de inoffic. teſta. Angel. Areti. in tract. de teſtamentis, verſicul. item inter dictos B. & D. prohibuit ius accreſcendi, cum aliis cumulatis per Barbatiam conſilio lxxj. illud in medio. volum. Ampliat ſecundo loco iſtam eſſe communem Beroius in dict. capitu. Raynutius numero 251. non ſolùm in inſtitutione facta de re certa, ſed etiam in ſubſtitutione pupillari, verbi gratia, ſi quis ſolùm ſubſtitutus eſſet pupillariter in re certa, tunc iſte ſubſtitutus ſimpliciter ad totam hereditatem, & ad omnia pupilli bona admitteretur loco heredis. §. cùm filio. ff. de vulga. & pupi. ſubſtit. ſecundum communem intellectum, quem ipſe Beroius ſequitur vbi ſuprà. Viuius.

Filius debet inſtituere patrem, & ſic inſtitutio parentum eſt neceſſaria in teſtamento filiorum, vnde filius faciens teſtamẽtum in caſibus à iure permiſſis, teneatur parentes in aliquo inſtituere heredes, ſi quidem, illis præteritis, teſtamentum viribus careret. §. ſiue igitur, & §. hæc autem diſpoſuimus. in Authen. vt cùm de appellat. cognoſci. notat Calderi. conſilio v. an ſi teſtator. in titu. de teſtamen. Bald. conſilio lxxxiiij. veritas. libr. iiij. & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex allegatis per Doct. in Authent. nouiſſima. C. de inofficio. teſta. & per Barba. & Moder. in capitu. Raynutius de teſtamen. contra Bartol. in dic. Authen. nouiſſima, quia parentibus debetur legitima propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenentur. dict. §. hæc autem, Secundò, quia debetur miſerationis, & pietatis cauſa, l. nam, & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. & l. ſcripto. ff. vnde liber. debetur tertiò præcipuéque matri, ne à luctuoſa filij hereditate dicatur excludi. l. final. C. de inſtitut. & ſubſtit. ſub condi. factis, & l. liberi, § primo C. de inoffic. teſt. Quartò debetur propter pericula, & ſæpe propter mortem, quibus matres in partu ſubiciuntur, §. ſed nos. inſtitut. de Senatuſconſul. Tertull. Poſtremò, quia legitima, vel ſucceſſio parentibus debetur nõ iure agnationis, & ſic vinculo ciuili, ſed cognationis, quæ eſt de iure naturali. §. ſciendum. Inſtitut. ad Senatuſconſul. Orfitia. Limitatur præfata communis concluſio vbicunque extarent deſcendentes, qui obtinerent in ſucceſsione primum locum. Authent. in ſucceſsione primum locum, Authen. in ſucceſsione, C. de ſuis, & legiti. heredi. tunc enim non eſt neceſſe in aliquo inſtituere aſcendentes, vt per Bartol. conſilio xviij. viſo teſtamento, cùm prima cauſa ſucceſsionis ſit filiorum, l. filius. ff. de ſuis. & legi. & in Authent. de heredi. ab inteſta. in princip. Alexand. conſilio xc. in cauſa. volum. ij. Fallit ſecundò iſta communis, quotieſcunque in teſtamento filij non continente parentum inſtitutionem fuerit appoſita clauſula codicillaris, quæ quidem facit videri eos, qui ab inteſtato ſuccedunt rogatos eſſe hereditatem reſtituere ei, qui in teſtamento heres ſcriptus eſt, vt not. in l. in teſtamento. C. de fide commiſſ. & licet Bartol. in lege prima ff. de iure codici. quæſtione prima & conſilio xij. teneat clauſulam codicillarem non operari tranſmiſsionem hereditatis conuerſæ in fideicommiſſum, tamen opinio hæc, vt dicit Alexand. in dicta lege cum filio. iure non probatur: & ſic conſtat communem eſſe contra Bartol. ex relatis per Alexand. ibi, & iſtam communem allegat, ſequitur, & declarat Socin. in dicta lege cum filio. non procedere, cum clauſula codicillaris concepta eſſet verbo, quòd futurum tempus ſignificaret, ſecundum Bartol. in lege prima. queſtio. xij. ff. de iure codi. & Corne. conſilio lxij. aliàs conſului, volum. ij. & declarauimus infrà latiùs in verſi. ſtatutum, in concluſione incip. inſtitutio patris, & matris, & cætera. F. Viuius.

Filiusfamilias ea, quæ lucratur ex pecunia patris ſibi data, ac cõceſſa ad negotiandum, aut occaſione negotiandi, dicitur peculium profectitium: ideóque erunt fratribus communicanda poſt patris mortem, ſecundum Spec. in tit. de iudici. in §. ſequitur. verſi. quod ſi aliter aſſerentis, poſt gl. in leg. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. ſequitur Fulg. ibi, vbi fatetur hoc idem ſentire Bal. neminémque cõtradicere, & denique aſſeuerat iſtam opinionem eſſe in practica ſequen. In contrariam verò partem inclinauit Bart. in l. j. §. nec Caſtrenſe. ff. de coll. bono. in l. ſi tibi. §. ſi pactus ff. de pact. in d. l. § cùm oportet in prin. l. illud. C. de colla. & in tract. de duob. fratrib. ſimul habitantibus, in ij. quæſt. in princ. videlicet quòd dimidia pars lucri attribui debeat operæ, ac induſtriæ filij negotiantis, ideò illud tanquam aduentitium fratribus non erit aliquo pacto conferendum, l. ſi. C. de colla. altera autem pars dimidia attribui debeat paternæ pecuniæ, proinde illa tanquam profectitia communicabitur aliis fratribus mortuo patre, l. certũ ff. fam. erc. & cũ Bar. ſentit Bal. & Paul. Caſtr. in d. l. cùm oportet, vbi Moder. Peruſini atteſtantur,

iſtam eſſe

iſtam eſſe magis communem opinionem quam ſequitur Ange. etiam conſilio lxxxv. pater habet plures filios, ex eò quòd nititur magna æquitate, Soci. conſ. xcij. vol. j. Fulgoſi. Paul. Caſtr. Iaſ. & Dec. in d. l. illud, Abb. conſ. xxxvj. in princ. Roma. conſil. cccclxix. vbi dicit non eſſe recedendum ab opinione Bar. Sed Bal. in d. l. cùm oportet, & in Auth. ex teſtamento. C. de collatio in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. teſtament. & in c. j. de beneficio fratris, videtur contradicere Bar. in locis ſuperiùs citatis tenendo quòd hoc totum remittendum ſit arbitrio iudicis, qui plus, aut minus poterit aſſignare perſonæ ipſius filij, propterea non parum laborarunt Docto. in concordando opiniones iſtorum in d. l. illud, præcipuéque Deci. & Iaſ. ibi, vbi fœdere diſtinctionis reduxerunt hoc ad veram, & legitimam conſonantiam, Tamen retenta communi opinione Bar. quæ eſt veriſſima, & obſeruatur in iudiciis, & actu practicè interpretatur, non procedere vbicunque filius ex pecunia habita à patre negociando vſuras exerceret, tunc proculdubio illud, quod ex ea ſuperlucraretur non acquireret patri, nec poſt eius mortem teneretur fratribus communicare, l. quod ſeruus, ff. de acquir. poſſ. vbi Docto. omnes hoc tenent, & firmant, & Bart. Saly. Bald. Paul. de Caſtr. & alij in d. l. cùm oportet Bal. in d. Aut. ex teſtamento, & Iaſ. in add. ad Portium in §. j. nu. 29. Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alie. in reprob. gl. in l. cùm oportet, & in d. l. quod ſeruus, vbi Claudius Aquenſis aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, & ratio communis præcitatorum Doct. videtur iſta, quia filius ex delicto non quærit patri, ſicut nec ſeruus domino, vt eſt caſus in d. l. qui ſeruus, ſed vſuræ ſonant in quoddam furtum, ſeu rapinam, & de iure Diuino ſunt prohibitæ, ergo ex tali illicita cauſa filius patri non quærit, ideòque, mortuo patre, filius huiuſmodi lucrum non tenebitur fratribus conferre, cum aduentitia non conferantur, l. fi. C. de collatio. & iſtam communem per plures, & vrgentiores rationes corroborant Doctor. præcitati, idémque videmus in quæſitis per filium in ludo: nam ea, quæ acquirit in ludo filius, non acquirit patri tanquàm acquiſita ex turpi quæſtu, & ex illicita cauſa, vt per Bal. & Rom. in d. Auth. ex teſtamento. Alex. conſil. lxxvij. in fi. vol. v. Dec. in d. l. illud, & omnes communiter in d. l. frater à fratre, ff. de condi. indebiti, & in locis præcitatis. F. Viuius.

Filij naturales propriè dicuntur illi, qui nati ſunt in domo ex concubina in ea retenta, & ex legitimo concubinatu, & concubina dicitur illa, quæ indubitato affectu in domo eſt retenta ab vxore parum diſtans, l. in concubinatu, ff. de concubi. ita dicit Bal. conſil. cxxix. factum proponitur lib. ij. Abb. in cap. tanta. qui filij ſint legiti. Caccialupus in l. ſi qua illuſtris, C. ad orfitia. & Alex. conſi. lv. vol. ij. iſti itaque naturales, qui conſiderantur à lege veniunt appellatione coniunctorum, & propriè appellantur coniuncti ſecundum Inno. Hoſt. Io. Andr. & alios in cap. nonnulli de reſcrip, vbi Fely. circa finem ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, hinc præcitati Docto. concludunt, quòd determinatio illa, quæ ſe habet quòd coniunctus admittatur pro coniuncto ad agendum, vendicat ſibi locum in filio naturali etiam. Reſultat alius effectus ſimiliter ex prædictis in fauorem naturalium liberorum, videlicet quòd ſubſtitutus abſolutè excluditur à naturalibus liberis heredis inſtituti, vt ſentit gl. in cap. Raynutius de teſtament. & in capi. in præſentia de probatio. quam ſequitur Io. And. in addi. Speci. in titul. de ſucceſſio. ab inteſta. §. j. verſic. quid ſi duobus, Barto. & alij communiter in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. & Deci. in d. cap. in præſentia, nu. 101. & 107. vbi iſtam communem limitat non procedere in ſex caſibus. nu. 108. cum aliis ſequen. & Moder. ſimiliter plurimum iſtam communem declarant, & expreſsè citant. Reſultat poſtremò ex præmiſſis alius vtiliſſimus effectus, ſcilicet, quòd filia naturalis duntaxat dummodo ex damnato coitu procreata non ſit, ſuccedat matri excluſa auia, etiam quoad legitimam, §. nouiſſimè, inſtit. de ſena. Orphi. & d. l. ſi qua illuſtris, vbi Bar. Saly. & alij omnes tranſeunt intrepidè cum iſta ſententia, quam dicit communem Caſſadorus in deciſio vnica, in titu. de ſucceſſio. ab inteſtato, vbi refert in contingentia facti ita fuiſſe deciſum, & confirmatum. F. Viuius.

Filio quæritur dominium in aduentitiis, vt in §. j. inſt. per quas perſo. nobis acquir. Hoc verò fallit, niſi quæratur ex ſtipulatione paterna, ſecundum Aret. in d. §. j. Sed contrarium tenet Bart. in l. dominus, ff. de ver. obli. glo. & Doct. omnes ibi ſecundum Saly. in l. ij. C. de contrah. & commi. ſtipu. Iſtam opinionem communem eſſe ſcribit Alex. & Iaſ. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. & rationem aſſignant Docto. nam ſicut pater ſtipulando filio ex cauſa Caſtrenſi, vel quaſi totum quæritur, ita ſtipulando ei ex cauſa aduentitia debet acquirere proprietatem, arguendo de toto ad partem, l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Fallit ſecundò, niſi fuerit ſtipulatus patri, & non ſibi, quia tunc acquirit etiã proprietatem ſecundum Dynum, & Barto. in l. quodcunque in princip. ff. de verb. oblig. vbi Alexan. ponit iſtam eſſe magis communem opinionem pro qua facit regula, l. penult. C. de pactis, vbi licet ſuo fauori renunciare, ergo ſi filius patri ſtipulatur ſibi imputatur, & dominio priuari debet, cùm poſſet ſtipulando ſibi illud quærere, quia etiã abſque tali ſtipulatione proprietas erat filij, dict. §. j. vt aliquid ergo operetur ſtipulatio, iuxta l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamen. debet etiam acquiri proprietas patri, ex qua ratione tollitur vnum fundamentum Iaſ. in d. l. quodcunque contra communem, qui poſt Alexan. & Cuma. diſſentiunt à dicta communi, à quo non eſt recedendum in iudicando & conſulendo quicquid dixerit Iaſ. & alij ante eum. F. Viuius.

Filij fam. etiam ſenes comprehenduntur ſub diſpoſitione. l. fin. §. filius autem. C. de bon. quæ lib. vt non poſſint alienare directum dominium bonorum, in quibus pater habet vſumfructum, viuente patre, Corn. ibi communem dicit. B. Villal.

Filio inſtituto repudiante, pater præfertur ſubſtituto communem dicit Ripa in l. j. num. 142. de vulg. & pupil. Idem.

Filio ius quæſitum ex contractu patris, poteſt pater reuocare. Alex. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocand. Iaſ. in l. ij. quæſt. xxiij. C. de iure Emphyt. & in l. qui Romæ. §. Flauius de verborum obligat. & ibi Socin. concl. v. Ripa in l. fina. quæſt. lxv. C. de reuoc. donat. dicunt communem. Contrariam tamen eſſe communem dicit Bened. in cap. Raynucius, de teſtam. Illam autem Cagnol. in l. id quod noſtrum. de reg. iur. probat.

Filius non conficient inuentarium perdit Trebellianicam quod iſta ſit magis communis dicit Phil. Deci. conſi. cccclxxxj. num. 16. cum ſequen. Cornel. conſi. clxviij. inter dubio. vol. iij.

Filius non aſſumit locum patris in fideicommiſſo. Deci. conſi. j. & conſ. ccxvij & conſi. cccclxxx. nu. 10. & Alex. conſi. xxvj. vol. iij. Ioan. Duran. in arte teſtan. titu. v. Cau. xxvij. communem dicunt, ſed Iaſ. conſilio. clviij. vol. ij. & Bello. conſil. 50. tenent quòd contraria eſt magis communis. Idem.

Filius vel filia non tenetur dotare matrem. Ripa in l. j. nu. 83. ſol. matri. communem inquit. Idem.

Filius legitimatur per ſubſequens matrimonium quando parentes poterant copulari vel tempore conceptionis vel tempore natiuitatis. Coua. in epi. iiij. c. viij. §. ij. num. 2. communem dicit. Idem.

Nota quòd idem eſt ad hoc quòd filij dicantur naturales, l. xj. tau. dummodo pater recognoſcat eum in filium. Idem.

*ADDITIO.* Et ſic actus retrò trahitur ſi à principio potuerit intercedere, alias non adeò quòd duo extrema ſint habilia, extremum à quo, & extremum ad quod, & ad dictum tempus fauore filiorum & legitimationis tale matrimonium retrotrahitur, vt per M. Ant. Bard. in tract. de tem. Vti. & contin. in cap. nono numero decimo & de tali legitimatione pro Anto. Roſel. & Marti. Lauden. in tracta. de legitimatione per totum.

Filius natus ante conſecutionem factam à patre, vel de regno, vel dignitate non ſuccedit in dignitate, vel regno. Ioan. de Ripa in cap. inter ceteras num. 14. de reſcript. communem dicit. Idem.

Filij nati ante delictum à patre commiſſum, in l. quiſquis. §. filij vero. C. ad l. Iulia, maieſt. non comprehenduntur, Sed tantum poſtea nati, communem dicit Gigas in tracta. de Crimi. læſæ Maieſt. libro. tertio, quæſt. v. in fin. I. Fich.

Filius in diſpoſitione hominis non ſubintrat locum patris, magis communem dicit Deci. conſil. j. & Bello. conſi. x. nu. 2. licet ad quæſtionem in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & poſthu. teneri contrariam eſſe communem. B. Villal.

*ADDITIO.* An & quando filius repreſentat perſonam patris defuncti in ſucceſſione, Pariſ. in conſi. xx. pro vera reſolutione, nu. 23. & 25. cum duobus ſeq. vol. ij. & conſil. xxx. dubitatur, num. 23. & 29. cum duobus ſeq. eod. vol. quia filius dicitur quodammodo caro patris augmentata, ac eadem caro ex artificio iuris Ciuilis & dominium continuatur de patre in filium, vt dixit M. Anton. Bard. in trac. de Temp. Vti. & contin. in cap. xij. num. 2. cum aliis ſequen. vbi etiam dicit de continuatione poſſeſſionis inter eos in cap. xiij.

Amplia iſtam communem, etſi inter medium fuerat aliud matrimonium, Ferdinan. de loazes, in tract. de matrimonio, dubio xij. num. 18. & Coua in epiſt. iiij. cap. viij. §. ij. num. 15. comm. dicit Iaſ. in l. Pomponius §. quæſitum. ff. de acquir. poſſeſſio. num. 5. cap. viij.

Intellige iſtam ampliationem ſine præiudicio alterius filij legitimi nati inter medium: idem Coua. c. viij. §. ij. nu. 28. comm. dicit.

Amplia iſtã communem, & ſi vnus ex ipſis ſit coniugatus altero autẽ ignorante ſecuto poſteriori matrimonio, filij efficiuntur legitimi, idem Coua. num. 17. communem dicit ex Caſſado. deci. vnica de ſponſa.

Amplia tertiò, non ſolùm quoad alia: ſed etiam quoad ordines, epiſcopales abſque diſpenſatione legitimi efficiuntur, idem ibi, num. 24. & Boër. deciſ. clix. communem dicunt.

Amplia quartò, etiam ad reuocandam donationem factam poſt natiuitatem, matrimonio ſecuto poſt donationem, idem ibi num. 29. & ex Ripa in l. ſi vnquam de reuocan. dona. C. communem dicit.

Amplia etiam ad ſucceſſionem feudi, Curt. iun. conſi. cxxxvj. num. 2 communem dicit.

Fallit primò, niſi conficiantur inſtrumenta dotalia, Cur. iun. ibi nu. 2. comm. dicit. & Iaſ. in l. cum autem, de iuſti. C. nu. 10. comm. dicit.

Fallit ſecundò, ſi mulier ſit talis, cum qua non poſſit eſſe matrimonium, ſecundum bonos mores ciuitatis. Curt. iun. conſil. cxxxix. nu. 14. communem dicit. de iſtis duab. limitationibus, vide quæ habes in verbo legitimatus. infra.

Fallit

Fallit tertiò,in filio filij mortui ante contractum matrimonij. Ioan. Nic.in addi. Alc.de præſump.par.xxj.in fine,comm.dicit. B.Villal.

Filius ad hoc, quod dicatur legitimus : requiruntur duo : primum quòd matrimonium ſit contractum in facie eccleſiæ:& ſecũdum quòd bona fide contrahatur:etſi inter partes non poſſit eſſe matrimonium. Coua.in epiſt.iiij.cap.viij.§.j. numero 2.ex Iaſo.in conſil. clvj.volu.iiij. communem dicit.

Concor. cum l.ij.tit. xv. par.iiij. & cum l.iij. tit.iij.par.iiij. & vide in verbo legitimatus. Idem.

Filius legitimatus ingratus patri,perdit legitimam.Coua.in epiſt.iiij. cap.viij.§.ij.num.2.communem dicit.

Filius,ſtantibus aliis liberis legitimis,habebit de hereditate arrogantis quartam quartæ partis : quam habiturus erat ab inteſtato,non ſtantibus liberis Segu.in l.j.§.ſi vir.numero 69.de acquiren.poſſeſſ.ff.communem dicit.

De iure regio adoptatus nullam partem habebit cum arrogatio reddatur nulla,niſi pater velit ei aliud legare de quinta parte bonorum l. j.tit.xxij.lib.iij.For.ll.& vide Segu.in d.§.ſi vir.de aliis legibus colluctantibus cum iſta:& ex illa l.reuocatur; l.ix.tit.xvj.par.iiij. de hac communi vide l.viij.eod. tit.

Filius familias non poteſt donare patri cuius auctoritas requiritur. Corn. conſ.cxciiij.vol.j.Ioan. Duran.in arte teſtan.cau.j. numer.4. cõmunem dicit.

Amplia, & in filia nupta:quia non poteſt teſtari de bonis maternis nec de dote.Ioan. Duran.in arte teſtan.titu.j. cau.j. communem dicit. Idem.

Filiusfamilias de bonis aduentitiis,de quibus pater non habet vſumfructum:non poteſt teſtari,Iaſo.in l.nemo ex lege.num.2. C.qui teſta.facere poſſunt,communem dicit.

Fallit,quia de conſenſu patris,poteſt teſtari ad pias cauſas.Iaſo. in l. ſeruum ætatis,num.5.C.qui teſta.facere poſſunt.& in l.perfecto.num. 10.C.de teſtam.communem dicit. Idem.

Nota,quod teſtando filius ad pias cauſas,ſi aliud legat,non valet legatum:& eſt venientis ab inteſtato,Iaſo.in d.l.perfecto,num. 10. communem dicit. Idem.

Filiusfamilias ſolus patre ignorante poteſt adire hereditatem. Iaſo. in l.bonorum.C.qui admit.nu. 17.communem dicit. Idem.

Filius in fideicommiſſariis ſubſtitutionibus non aſſumit locum patris.Deci.conſil.j.num. 5.communem dicit. Idem.

Fallit,in ſubſtitutione aſcendentium quia tunc bene filius aſſumit locum patris.Bello. conſil. 50. communem dicit.Et ſic ſunt concordandæ iſtæ duæ communes opini.de quibus per Io.Duran. in arte teſtan.ti.v.cau.xxvij.quæ concordia & eſt ex mente Decij conſi. ccxvij. numero ſecundo. Idem.

Filius naturalis excludit ſubſtitutum,cum ſubſtitutus eſt Titius ſi Gaius deceſſerit ſine filiis.Deci.in ca.in præſentia.de prob,Io.Duran.in arte teſtan.tit.v.cau.xv.communem dicit.

Fallit in filia inſtituta, quia teſtator non debuit intelligere de filio naturali filiæ.Decius in dicto capitulo in præſentia.numero. 41. communem dicit.

Fallit ſecundò,in filiis ſpuriis. Deci.ibi nu. 39.communem dicit.

Fallit tertiò,quando naturalis non excluderet ſubſtitutum ab inteſtato.Cornæ.conſi.clxxvj.vol.iij.litera b.communem dicit perſona enim quę non excludit ſubſtitutũ ab inteſtato:ſi non adeſſet ſubſtitutio nec illa exiſtẽtia idẽ Cor.conſ.cxxxviij.vol.ij.litera c.com dicit, Idem,

Filij naturales,& ſpurij comprehenduntur in pœnis impoſitis filiis propter delictum patris,vt eſt in filiis hereticorum.Io.Cora.de ſena. ff. in l.liberos.num.11.communem dicit. Idem.

Filiusfamilias,ſi cum pecunia patris acquiſiuit,abſque aliqua ſua opera,nec induſtria,lucrum eſt profectitium,& conferendum:aut ex ſua opera,& induſtria,& eſt aduentitium,& non conferendum:aut dubitabitur,& medietas eſt aduentitia,Segu.in l.j.§.ſi vir.numero.69.ff.de acquir.poſſeſſ.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.l.iij.ti.xv.part.vj.& l.vj. tit.iiij. lib. iij.For.ll.& vide l.xxxvj.cum ſequenti,tit xij. part.v. vbi diſponitur an mater,vel auia,vel vitricus,habentes in domo filiam,vel priuignam, ſi tenetur ad ſoluendum obſequium.Et nota quòd ſeruitium eſt ſoluẽdum poſt decem annos lege ſecunda.tit.xxiij.lib. 4.For.ll.& l.fin.tit.ſi. vidi ad arbi.iudi. Idem.

Filiusfamilias non poteſt petere,vt pater remoueatur ab adminiſtratione per ſolam alienationem per eum factam de bonis primi matrimonij.Cum ipſe filius poſſit reuocare alienata à poſſeſſoribus. Ioan. à Ripa in l.generaliter,de ſecund.nu,C.nume.54.communem dicit.

Fallit.ſi pater diſſipet ita quòd filiis nullus regreſſus poſſit dari.idem ibi num. 55.communem dicit.Et vide alias l.mit.per eum ibi, & vide ſuprà in verbo Binubis,num.19.& l.xxiij.tit.iij.part.v,

Nota quod pater cum peruerſè adminiſtret:nõ ſatisfacit,dando cautionem,ſed interdicitur adminiſtratio.Ripa in d.l. generaliter. nu. 68. communem dicit.& vide in verbo binubis,nu.19. Idem.

Filio nulla reuocatoria,nulla quærela competit contra alienationẽ oneroſam paternam,etſi probauerit fraudem Carolus Molineus in cõſuet.Pariſ.tit.j.§.viij.nu.18.gl.iij.comm.dicit licet in contractu ſimulato ipſe teneat contrarium,quem vide. Idem.

Filius patre monacho,habebit legitimam:& patre viuente, ſecundum ius canonicum:ſecùs tamen de iure ciuili,quia expectabit mortẽ patris,Iaſ.in auth.ſi qua mulier.nu.51.de ſac.ſanc.eccl. C.com.di.Et ſibi plus placet communis legiſtarum num. 52.& 57.

De iure regio,pater,vel mater ſi ingrediatur monaſterium intra annum & diem,poteſt condere teſtamentum tempore hoc elapſo,ſi teſtamentum non ſit factum filij habebunt hereditatem paternam.& ſi filij non ſint,alij conſanguinei propinqui.l.xj.tit.vj.lib.iij.For ll. Idem

Filius ad ſupplementum legitimæ,agit condictione ex lege. Anto. Ruber.conſi.cxv.communem dicit.

Nota quòd ſi conſiderabitur quantum plus, vel minus valuit ſubſtantia patris,tempore mortis ipſius patris, Iaſ.in l.cum quæritur.C.de inoffi.teſta. & Io. Bernardum epiſcopũ Calaguritanum in reg. cclxiiij. ſed nota l.xxix.in deci.rau.quod ſi dos dicitur inoffi.cioſa,conſiderabitur tempus mortis conſtitutæ,vel mortis patris quod filius voluerit.

Nota quod ſupplementum legitimæ poteſt peti in perpetuum.ſicut legitima,& non arctatur ad quinquennium ſicut legitima,intra quod agitur querela inoffi.teſtamenti,Iaſo.in l.ſi quis filium. numero.6. C. de inoffic.teſta.communem dicit.

Nota quòd iſti perpetuitas, de qua in communi præcedenti non tranſcendit friginta annos. Balbus in tract. præſcri. quæſt.xxiij.pat.iiij. vbi dicit Paul.Alex.ac Aretinum dixiſſe eſſe communem.

Fallit.ſi viuente patre,acceptauit aliud loco legitimæ: non poteſt plus petere:etſi facultas patris augmentetur.Ripa de legi, lib.j.cap. vj. num.4.Curt.Seni.conſi.vlt.nume.3. communem dicunt. reiecta opi. Bal.in ca.cum in de conſt. Idem.

Filius non perdit legitimam,etſi non conficiat inuentarium, Calca. conſ.xxxvj.& Guido.deci. liij.& Segu.in l.iij.§.ſi.nu. 110.ff.de liber. & poſthu.Ioan.Duran.in arte teſt.tit.xj.communem dicit.licet Iaſ.in l.iur. C.qui admi.teneat contrarium. Idem.

Filius grauatus reſtituere, poteſt detrahere duas quartas,vnam legitimæ,& alteram trebellianicæ.Cur.Iuni.conſi.clx.num. 1.& Deci.cõſ. cciij.nume.1.communem dicunt,& conſi.ccxxxvj. Idem.

Et ante illos Angelus.in l.coheredi.§.cum filiæ. ff.de vulg. dixit. hãc eſſe communem tam in iudiciis,quàm in Scholis. I.Fichard.

Concor.cum l.j.ti.xj.par.vj.Et de iure regio pater in extraneos non poteſt diſponere niſi de quinta parte bonorum per lege.ix.titulo. xv. For.ll. B.Villal.

Similiter communem & quod conſuetudine dicta opinio approbetur,dicit Iaſ.qui plura pro ea allegat,in l. filium quem habentem C.famil.erciſc.quæ approbatur etiam iure canonico,cap.Rainutius & cap.Rainaldus,vbi gloſſæ & Doct. Limitatur tamen tribus modis vt per Iaſo.in d.l.filium quem. I.Fich.

Fallit quando teſtator mandauit totam hereditatem reſtitui:quia nõ detrahit niſi legitimam.Steph. Bert.in l.hac. edictali. §.ſi tamen.C.de ſecun.nup.nu.10.communem dicit.Et in hoc caſu eſt intelligenda cõmunis opinio relata per Bertra.in l.hæc edictali de ſecund.nupt.C.verſic.tamen nu.10.vbi dicit quòd filius grauatus de reſtituendo, debet computare trebellianicam in legitimam. B.Villal.

Filius non computat in legitimam quæ detrahit à nouerca ex diſpoſitione legis:ſed habebit illud,& legitimam.Stepha.Bertran.in authen. hac edictali.§.ita tamen num.10. C. de ſecun.nupt. communem dicit. Idem.

Nota quod ſtante ſtatuto,vel pacto de lucrando dotem per nouercam,vel vitricum,ſtantibus liberis primi matrimonij hi primitus legitimam conſequuntur reliqua verò bona fratres inter ſe diuident.Idem Bert.nu.11.communem dicit,

Filius ſub poteſtate patris de iure canonico poteſt contrahere matrimonium : ſecus de iure ciuili.Cur.Iuni.conſilio.cxxxvj. numero. 3. communem dicit.

Amplia,& ad filiam,quæ poteſt contrahere matrimonium ſine licentia patris:& nullam pœnam incurrit. Abbas in c. j. de ſpon.communem dicit.

Amplia ſecundò,ad filiam emancipatam ante xxv.annum. Coua.in epi.iiij.vij.part.ca.iij.§.viij.communem dicit.per hanc communem. lege ſecundo titulo *de los matrimonios*. For.ll.& lege 4.titu.primo lib. v.ordi.& For.ll.xix.titu.j.part.iiij.

Fallit,niſi elegerit turpem vitam,Petr.Rauen.in compe.iuris canonici,de ſpon.ij.communem dicit. Idem.

Filij per ſubſtitutionem factam,ſi ſine filiis deceſſerint:inſtitutus nõ cenſetur vocatus,Cur Iuni.conſi.xcvj.numero 1.Ioan.Cora.in Miſcel. capit.xix.l.ij.communem dicunt. B.Villal.

Filius conſequitur dotem matris,tanquam heres & non ex diſpoſitione aui,ſi ſtipuletur dotem tradi auo,non extantibus liberis,Ioan.Nicol.in l.generaliter.nu.46.de ſecun.nup.C.communem dicit.

Et ſic filij heredis veniũt ab inteſt.& non ex teſtamento. cum teſtator inſtituit filios,& ſubſtituit Sempronium ſi filius ſine filiis deceſſerit

Gui.

Cuj deci.xxxix.& Segu.in l.iij.§.fin.ff.de liber. & poſthu,numero.178. communem dicunt.

Et filius filij,licet ſit poſitum in conditione, non dicuntur poſiti in diſpoſitione,& ſic non dicuntur vocati ad fideicommiſſum. Gozad.in conſil.ciiij.nume.7.communem dicit. Idem.

Filio inſtituto cum grauamine,ſi habet coheredem, competit querela inofficioſi teſtamenti,ſi tamen eſt ſolus:non competit querela,ſed bonorum poſſeſſio ſecundũ tabulas,Iaſ.in l.filijs matrem.nu.4.de inof. teſt.C.communem dicit. Idem.

Filio inſtituto ſub conditione caſuali,& in eius defectu exheredato reijcitur conditio,vt teſtamentum valeat.Cur.Iuni.cxlviij.nu. 9. communem dicit idem.

Filio familias inſtituto,repudiante hereditatem,poteſt pater eam acceptare,etiam ſi tali filio eſſet datus ſubſtitutus. Communis eſt Doct. opinio.ſecundum Iaſ.iuxta gloſſ.in l.fin.§.j. in ver recuſare. C. de bon. quæ libe.Et Diaz.Reg.ccxciij.licet aliqui teneant contrarium.

Limitatur tamen,niſi ſubſtitutus eſſet Teſtatoris coniunctus. idque communiter teneri dicit Iaſ.in l.iij.C.de hered.inſtit.licet dicat in puncto iuris hoc ſibi non placere. I.Fich.

Filius ſpurius,ſicut non poteſt habere aliud ex bonis patris ſtante legitima prole,ita nec nepos,etſi ſit legitimus,& naturalis ex tali filio, Iaſo.in l.hereditas,nu.8.C.de iis qui.vt indi.com.dicit. B.Villalob.

Filius ſpurius,quòd poſſit inſtitui heres ex teſtamento, nec ſtatuto, nec lege municipali ſtatuitur. Coua.in epi.iiij.c.viij.§.v.num.6.comm. dicit.ex Baptiſta de Sancto Blaſio in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.

De iure regio per l.x.in deciſionib.tau. pater poteſt legare filio etiam ex dãnato coitu procreato:etſi ſint legitimi quintam partẽ bonorum.

Fallit quoad alimenta,quia filij ex quocunque coitu procreati,ſunt alimentandi.Coua.in epiſt.iiij.cap.viij.§.vj.num. 6. communem dicit, ex Aret.in princ.Inſti.de iure nat.gen.& ciuil.

Amplia ad dotem filię,quia ſicut tenetur ad alimenta:ita ad dotem, idem Couar.ibi numero 11.ex Ioan.Baptiſta de S.Seuer.in l. ſi qua illuſtris.C.ad Orfiti.

Fallit ſecundò, in ſucceſſione fratrum ſi ſunt vterini ex quocunque coitu ſuccedunt agnatis vel fratribus ab inteſtato,idem ibi,num.19.ex Corneo,conſi.lxxj.volum.j.communem dicit.

De iure regio habes l.xij.tit.xiij. par.vj. vbi diſponitur, quòd frater vterinus ſuccedit fratri ex parte ſolùm, & ſi adeſt fratri legitimus,& naturalis patri,repellit alios fratres naturales ex parte. Idem.

Filius non dicitur ex damnato coitu natus,ſi ſit ſuſceptus ex coniugato,& ſoluta,Coua.ibi numero 16.communem dicit, ex Decio conſi. cccxj.hanc opinionem videtur ſentire l.ix.tau.Cùm filij dicantur ſolùm nati eſſe ex damnato coitu,cùm mater incurrit pœnam mortis,vel ſi ſit ſuſceptus à religioſo, vel moniali,licet lex xxiiij.titulo tertio,libro primo ord.videbatur innuere contrarium noſtræ communi, ſed cum l. ix. ſit poſterior illi ſtandum eſt.

Filius ſpurius,& naturalis comprehenditur in pœnis impoſitis filiis propter delictum patris,vt hereticorum filij. Ioan. Cora.de Senato. ff.l. liberos,num.11.communem dicit.

Nota iſtam communem ad ampliationem l.ſecunda. titu.ſecundo parte ſeptima, & nota quòd licet filij hæreticorum ſint priuati à ſucceſſione paterna,non tamen à ſucceſſione aui catholici ſecundum Iac. Butri,in l.prima,C.de heredibus.inſtit.quem refert Segu. ij. in l. coheredi, §. cùm filiæ. de vulgari & pupil. ff. numero 73. vide doctor. de pala. rubr. de obtenti. re. Nauarriæ, parte quinta. §. ſexto & ſeptimo, in reſ.ad obiecta. Idem.

Filio legitimo poteſt conferri beneficium per patrem vicarium. Decius conſil.cxxix. Idem.

Filius natus ex damnato coitu non poteſt agere pro patre ſine mandato,Iaſ.in l.exigendi.num.9.C.de procu.communem dicit. Idem.

Filiusfamilias poteſt agere ſine conſenſu patris in peculio caſtrenſi. in aduentitio tamen,ſi pater eſt præſens in iudicio,compellitur præſtare conſenſum:ſi tamen eſt in territorio, expectabitur conſenſus qui præſtandus eſt ante litem conteſtatam.Ant.de Tremo, in add. ad Bona, in pract.excep.in rubr.quib.mod.ſuo.no.aui.num.13.in verſic.generaliter,communem dicit.

Et ideò clericus pro fructibus beneficij,poteſt eſſe in iudicio ſine licentia prælatorum,vt longè traditur à Pala. rubric. in reperi. rub. & vt habetur in l.ij.lib.v.part.iiij.vbi tractat de parte percipiente fructus beneficiorum filij quòd tenetur ad rationem reddendam.

Fallit in filia quia poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, cùm agit pro dote aduentitia,quæ proceſſit ab auo,vel à matre, Iaſ. in l.quòd locum.nu.11.C.de collatio.communem dicit.

Fallit ſecundò,quòd filius familias poteſt agere nomine alieno ſine conſenſu patris, Anto.num.14.in verbo ſine conſenſu patris, communem dicit.

Dum tamen ſit maior xxv.annorum,per cap.qui generaliter,§.licet. de procur.in vj.& eſt l.v.& titu.v.part.iij.& ſic communis intellecta facit pro intellect.l.vij.titu.ij.part.iij.

Fallit tertiò quia filius familias poteſt accuſare conſenſu patris. Ant. de Tremo ibi communem dicit. Idem.

Filius familias ad hoc quòd poſſit donare cauſa mortis: requiritur conſenſus patris.Anto.Rube.conſil.xlvj.num.4.communem dicit.

Nota quòd iſte conſenſus præſtandus per patrem, poteſt præſtari, per epiſtolam.Anto.de Tremo.vbi ſupra,num.15.in verb. rerum, non putò,communem dicit. Idem.

Decidit Bart.in l.j.§.ſi verò,verſic.iij.quæro quid in dubio,ff.de donatio.quòd ſi Filius viuente patre ſoluat debitum ipſius patris,nec appareat an animo donandi,vel ex propoſito repetẽdi,& ſic in dubio ſoluiſſe præſumatur animo donandi,allega.& text.in l.ſi filius.ff.de neg.geſt. Hanc tamen ſuam opinionem Imo. & Doct.communiter in d l.ſi filius & Rom.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matri.damnant,concludentes,quòd ſiue appareat quòd animo repetendi ſoluerit,ſiue non aappreat,& ſic in dubio,competit filio ſoluti repetitio,per text.illum in dicta.l.ſi filius, ibi, animo donandi,argu.à contrario ſenſu & per textum in l. heredes.§. ſi filius.ff.fa. erciſc.Doct.tamen antiqui.Iac.Pet.Cyn.But.Rayne. Bald. limittant hanc communem non procedere,vbi debitum ſolutum vel impenſa pro patre facta eſſet exigua,per text.in l.vtrum.ff.de dona. int. vir.& vx.gloſſ.l.ſed & ſi de ſua.C.eo & cum d.communi concord.Alex. in d.l.ſi filius.dicens Bartol.in hoc ſibi contrarium fuiſſe. F.Turzan.

PRO. Filius eſt qui ex viro & vxore legitimo matrimonio iunctis naſcitur.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.

OBIEC.Contra appellatione filij etiam naturalis continetur.l. ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.l. Lucius.§.fi.& l.cum pater.§.volo. ff.de leg.ij.l.fin.ff.de iure delibe.

Præterea legitimi quoque tantum,ſcilicet adoptiui continentur. l. j.ff.de adopt.De hac filiorum diuiſione,vide gloſ.in auth.ex complexu. C.de inceſtis nup.& in §.j.inſtit.de adopt.

SOL.Filius propriè eſt qui & naturalis ſimul,& legitimus eſt,vt hic accipitur. Impropriè verò & largè ex interpretatione legis naturalis tãtùm,vel legitimus tantùm. Bellonus.

PRO. Filius eſt,ergo eſt heres,ad Gal. iiij. & l.cum ratio. ff. de bon. dam.vbi hereditas debetur filiis.& l.ex facto.§.fin.ff.ad Trebel.vbi conditio,ſi ſine herede,id eſt,ſi ſine liberis deceſſeris,intelligitur. Idem.

PRO. Filius non portabit iniquitatem patris.iiij.Reg. xiiij. Deutero.xxiiij.Ezech.xvij.& l.crimen.ff.de pœnis.

OBIEC. Contrà de l.quiſquis.C.ad.leg.Iuliam maieſta.

SOL. Ibi ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis.

OBIECC. Præterea pater & filius vna & eadem perſona reputantur.l.fin. C. de impuber. ergo filius debet puniri ex delicto patris, cùm pœna in ſuum auctorem retorqueri debeat.l.ſancimus.C.de pœnis.

SOL. Filius non habetur pro eadem perſona cum patre in odioſis, vt in pœnis,quia odioſa ſunt reſtringenda.l.interpretatione.ff.de pœnis. Idem.

PRO.Filium temporalem noſtris temporibus habere non conuenit.l.ſi tibi filius.ff.de adoptio. Idem.

PRO. Filiusfamilias non poteſt agere in iudicio ſine licentia patris.in l.cùm non ſolum.§.neceſſitate.C. de bonis quæ liberis. De iure verò canonico patris conſenſus non requiritur. in cap.fina. de iud.in vj. Idem.

PRO. Filiusfamilias ſuo nomine nullam habet actionem.l.filiusfamilias.ff.de action.& obligat.

OBIEC. Contra de l.ſi longius. §. ſi filiusfamilias. ff. de iud. & l. cum filiusfamilias.vbi gloſſ ff.ſi cert.pet.vbi filiusfamilias agit.

SOL. Ibi propter iuſtam cauſam abſentiæ,vt ſtudiorum,vt ibi. Vel dic,quòd non habet directam actionem:vt hic : ſed exercitium tantum actionis, vt ibi.

OBIEC.Item contra de l.miles.§.j.ff.de caſtr.pecul.vbi in caſtrenſibus actio filiofamilias datur.

SOL. In his,quæ acquirit patri filiusfamilias non competit illi actio. In his verò, quæ ſibi ſoli tantùm acquirit, habet actionem, vt in contrario. Idem.

PRO. Filij ſequuntur familiam patris,non matris.l.cum legitimè. ff.de ſtat.homi.l.familiæ.ff.de verborum ſignific.& §.j.inſtit.de legitim. agnat.tutel. Idem.

PRO. Filij, viuo patre,quodammodo domini exiſtimantur.l.in ſuis. ff.de libe.& poſthu. Idem.

PRO. Filij familias teſtari non poſſunt.l.qui in poteſtate.ff.de teſtament.l.tam is.§.primo ff.de donat.cauſa mortis. l.ſenium. C. qui teſtament.fac.poſſ.

OBIEC. Contrà teſtamentum eſt publici iuris. l.iij. ff. de teſtam. In his autem,quæ ſunt publici iuris, filiusfamilias habetur pro patrefamilias.l.filiusfamilias.ff.de his,qui ſunt ſunt ſui vel alien.iur.

SOL. Dic quod patria poteſtas non curatur quantum ad ius publicum.Verum quantum ad magiſtratus obtinendos,vel tutelas:vt ibi.Secus quo ad teſtamenta,vt hic. Idem.

PRO. Filios caſtigatores eſſe parentum moribus noſtris non conuenit.in §.ſed quòd ſancitum.authent.de nupt.

OBIEC. Contra de l.iij.§.ſi.quis.ff.de cond.cau.dat.cau.non ſecu.

SOL. In re corrigere poteſt pater filium, vbi meliori nititur ratione.

tione,vt ibi. Idem.

Filij naturales præteriti, vel iniuſtè exhæredati, non poſſunt teſtamentum dicere nullum,vel contra tabulas,e.com.dicit. in §. L. Q.xlij. V.Sed quid in filiis. P.Fich.ex Clar.

Filia quæ per ſtatutum propter exiſtentes maſculos,vel agnatos excluditur.ſi à patre in teſtamento præterita ſit, & illi maſculi vel agnati,propter quos ipſa excluditur, inſtituti, non poteſt teſtamentum dicere nullum,neque contra tabulare,com.l. Clarus,§. teſtamentum. q. xlij,verſi.quæ quidem. Idem.

Filia quæ ſine patris conſenſu alicui nupſerit, non poteſt ob hanc cauſam exheredari niſi etiam turpiter & obſcænè viuat.commu, dicit idem Clarus.in §.T.q.xlj.ver.ſed quid ſi. Idem.

Filia quæ vigore ſtatuti ab inteſtato excluditur, legitimam petere non poteſt:& ſi prætereatur in teſtamento,teſtamentum non annullatur.Eſt com.opin.ſecun.Deci.conſi,cclxiiij.reuocatur in dubium.circa prin,vide latiſſ.per Socy.conſi.cl.per totum vol.j.vbi dicit magis communem,verſi.præterea ille.Et eſſe magis com.dicit Alex, conſil. xlvij. abundè.nu.11.vol.ij. Mop.Grib.

Statutum diſponens quòd Filia dotata non ſuccedat,cùm ſit odioſum,contra l.maximum.C. de lib.præter. non porrigitur ad bona,ſita extra territorium ſtatuentium.Eſt com,opin.ſecun, Alex.conſil.xvj.viſo titul.quæſtionis.in prin.& fin.vol.j.Dec.conſil.cclxxvj. proponitur quòd dominus.& conſi.cccxiiij.pro reſolutione.in fin. Idem.

Filia excluſa ab hereditate paterna per ſtatutum, vel renuntiationem,non prohibetur ſuccedere fratri qui paternam hereditatem adiuit Eſt com.opi.ſecun.Dec.conſi,cccix,viſo puncto.in prin. Idem.

Filia enormiter læſa veluti cum pro vna dote pluribus hereditaribus renuntiat,poteſt tali renuntiatione contrauenire etiam non obſtante iuramento.Eſt com,opin.ſecun, Dec.conſil,ccclxxix. requiſitus. circa fin, Idem.

Statutum ſimpliciter diſponens, quòd filia dotata non ſuccedat, intelligitur de hereditate dotantis, non alterius: niſi vltra procedat, exprimendo illas perſonas, à quarum hereditate velit ipſam excludi, Eſt com,opin.ſecund.Deci.conſil.cccxlvj.omiſſis his,verſ.eſt ergo inſiſtendum, Idem.

Filiorum appellatione in contractibus filiæ non veniunt, Eſt com. opi.ſecun.Deci.in conſi.ccccxxxii,viſa copia. Idem.

In ſubſtitutionibus filiorum appellatione nepotes non comprehenduntur,Eſt magis comm.opin,teſte Socin.in conſil.ciiij. quoniam præſens.in princip.vol,iij.Contrarium tenet Deci.& dicit eſſe comm. cum Bartol. præſertim quoniam appellatione filiorum confertur in futurum.in conſi.cccxcj.in caſu propoſito poſt Alex. conſil. ix, viſis, vol.j.Idem Deci.latè in conſi.xcv.verſi.venio ad ſecun,Doct.communiter in l.Gallus.§ quidam.& §.inſtituens.de liber. & poſthu. & quod filiorum appellatione in diſpoſitione hominis, non contineantur nepotes.dicit veriorem Deci.in conſil.cccccxlv,viſo teſtamento, vide, ſ. num,8. Idem.

Vbicunque in diſpoſitione teſtatoris ſit mentio de filiis, in eorum fauorem eis relinquendo,ſemper filiorum appellatione nepotes continentur.Eſt commu,opin.omnium cum Bar.ſecundum Socin,Iuni. in conſi.cxvj.viſo puncto.nu.23.vol,j. Idem Gribal.

Filia quæ peccauit in corpus ſuum poteſt exheredari per patrem, vt eſt text.in l.ſi filiam.C.de inoffic,teſta. imò pater eidem poteſt denegare dotem, & alimenta, & ſic à patre non eſt alimentanda, nec. dotanda aliquo modo,vt voluit Specu.in titul.qui filij ſunt legiti. verſ, quid ſi filia,tamen hoc fallit,ſi viuente patre reſipuerit, vel ad bonos mores,honeſtámque vitam conuerſa pœnitentiam egerit,non poteſt per patrem exheredari ſecundum Specu.in loco præcitato, Anto.in c. quintauallis,de iureiurand.& alios Doctor. communiter.ibi. Bald. l,ſi filiam ſuperius citatam, Alexand,in l.j.ff.ſolu.matri.& ibi Ripa,verſic, fallit in filia,& Campegius in tractat,de dote.quæſt. xv.in fine. idcóque dixit Bald.in d.l. filiam,quòd ſi mulier turpiter vixit, & deinde ſe correxit,& ad honeſtam vitam reuerſa ſit, non debet reputari turpis perſona,quia vltima conſuetudo inſpicienda eſt:argu.l.Mela.ff. de alimen.& ciba.lega.& Bald ſequitur Alexand.in locis ſ.citatis,& Iaſo. qui dicit eſſe mirabile in auth.non licet.C.de liber. præter. & Ripa in repet.l.fi.nu.225.& ſeq.C,de reuoc.donatio.qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem. Viuius.

Filia ſemel excluſa,perpetuò manet excluſa. Hæc non tam communis,quàm communiſſima opinio eſt.vt teſtantur Franciſc.Curt.in tract.feudo.in iij.part,princip.verſi,vigeſimoſeptimo quæro, nume. 32. Petr.Pau,Pariſ.conſi.xvj.nu.5.(qui tamen ibi nu. 13, ſuam ſententiam declarat)vol.iiij.Andr.Alciat.conſi.clxx,per totum, vbi inter alia expreſsè ſcribit,hanc opinionem ſententiam eſſe approbatam & canonizatam per Doct.vt de ea non ſit dubitandum maximè in iudicio, &c. Quem ſequitur in eadem facti ſpecie Mar. Mantua, conſil. cccxxxiij. lib.j,& nouiſſimè Iacob.Hentichmannus,conſi,j,nu.477.Tomo j.qui omnes potiſſimum innituntur vnico textui,in cap.j §.Quinetiam(qui tamen hoc non dicit)in tit.Epiſc.vel Abba.in vſib.feudo. Io. Fich.

Contrariam tamen ſententiam tenuerunt multi clariſſ. Iuriſconſulti,tam veteres,quàm recentiores,Nempe vero Iacobus de Beluiſo, cuius excellens eſt inter feudiſtas auctoritas, adeo vt vulgo dicatur, eum omnium optimè textus feudales(vt quos ſpecies publicè prælegerit)intellexiſſe, Item Iacobus de Arizone(cuius ſimiliter auctoritas in materia feudorum maxima eſt, vt de eo ſcribit Tiraquel. in l. ſi vnquam in ver,donatione largitus,numero decimoquinto.C.de reuo. dona.)in ſua ſumma feudo.in iij.par,ſub titul.de feud.ſucceſſio. verſic. vnde videtur,&c.

Matt,Lauden.in d.§.Quinetiam.Petr. de Monteforti. quem refert Matth,de Afflict,in d.§.quinetiam; qui tenuit omnino ſororem ſuccedere fratri in d.caſu.Quia licet(inquit)Soror non ſit de deſcendentibus fratris,de cuius ſucceſſione agitur, tamen eſt de deſcendentib. eius cui conceſſio facta eſt, modo prædicto, videlicet, vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ feudum habere poſſint, item, quia non eſt excluſa ex forma conceſſionis feudi,ſed admiſſa potius, conditionaliter tamen.Et ſic interim ſtat in ſuſpenſo,&c. Et iſtá eius ſententiam non video ibidem à Matth, reprehendi, ſed eundem potius ſequitur (in caſu ſcilicet expreſſi pacti)maximè num.10.& ſeq.Ex recentioribus autem contra prædictam communem in fauorem filiarum conſuluerunt Carol.Ruin.conſi.ix.vol.j.P.Pau.Pariſ,conſi.xxij.& cõſi. xxi j. vol.j.Hiero.Gratus conſi.ix vol.j.Maria.Soci.nepos ſiue Iunior, conſi. lxxvj.nu.112.vol.j.Io.Baptiſta Ferre.Vincentinus,conſil.cvj. in princi. Et I.C. pha,Ferrarien.conſil.xxx.nu.34.cum ſeq.& plenius nu. 46.& 47.lib.j.Denique omnium diligentiſſimè & elegantiſſ.hanc poſteriorem ſententiam contra prædictam communem opinionem, propugnat Franciſcus Sonſbeccius.in Nona parte Commentariorum feudalium.nu.13,quem puto cuiuis veritatis amatori ſatisfacturum.Quam opinionem & ego,tanquam veriorem & æquiorem, aliquoties conſulendo ſum ſecutus, non attenta communi opinione, quæ vtcunque magnæ ſit exiſtimationis, tamen & falli poteſt, & falſiſſima ſæpenumero(quod demonſtratione non indiget, cum ſit maniſeſtiſſimum) inuenta eſt,

Nuperrimè cum editi eſſent in lucem doctiſſ,& diligentiſſ.I.C. Iulij Clari Alexandrini aliquot in Iure Ciuili Tractatus,reperi illum quoque lib.iiij.in §, feudum,quæſtio,lxxx,verſic.ſed quid è conuerſo,&c. hanc noſtram contrariam opinionem aſſerere, Etſi enim ibidem ipſe quoque fateatur ſuperiorem eſſe communem,tamen mox ſubiungit hæc verba. Quæ tamen mihi ſemper viſa fuit dura. Saltem quando agitur inter fœminam ipſam (quæ ſola ſupereſt ex progenie primi inueſtiti)& dominum.Bene poſſet procedere text, in d,§,quinetiam. & communis opinio, quando ageretur inter fœminam & alium agnatum, in caſu in quo maſculi & fœminæ eſſent vocati in inueſtitura, ſecundum gradus proximitatem,vt proximis annis contigit diſputari in quodam feudo in partibus Pedemontium:Sed quo ad ipſum dominum,crederem abſolutè, quòd exiſtente fœmina, licet per maſculum ſemel excluſa,quæ eſſet ex vocatis in inueſtitura, feudum non aperiretur domino, &c. Et hanc ego quoque credo ipſiſſimam eſſe veritatem. B.Villal.

Filiæ excluſæ per ſtatutum donec ſuperſint maſculi, &c. etiam ſi poſt xl.annos illi deficiant, tamen ad ſucceſſionem admittuntur. ſecundum Bart.in l,fi.ff.ad Tertul.& com.dicit Soci.conſil.lxiij. volu.j. J.Fich,

Filia excludit ſubſtitutum cum conditione ſi ſine filiis,ita communiter concludit inquit idem Deci.conſi,cccccxx.nu,3,& 5.

Filiafamilias licet nupta & traducta domum,cum nihilominus remaneat in poteſtate patris,non poteſt ſuper bonis maternis,vel dote teſtari,ſine conſenſu patris,niſi ad pias cauſas,Com,dicit Io. Duran.de arte teſtand.tit,j.cau.j, Io.Fich,

Filia poteſt contrahere matrimonium abſque licentia patris,& nullam pœnam incurrit,Abbas in c.j,de ſponſa com,dicit. Et illud quod dicitur quòd filia emancipata ante vigeſimumquintum annum, non poteſt contrahere matrimonium ſine licentia patris, procedit de honeſtate:non tamen de neceſſitate gloſ.approbata:in l.vidua.C.de nup, quam com.dicit Coua,in epiſ.iiij,part,ij.c.iij.§,viij. & vide quòd habes ſ.num.

Nota quòd hæc communis deſtruit l.ij,tit.*de los matrimonios*.For.ll. & l.iiij.titu.j.lib,v.ord.de qua vide plura in dicto c.per veſtras.de dona.inter virum & vxorem.& Alex,conſi.j.volu.iij, quæ leges haberent locum in matrimonio per l.xlix. tau. quia tunc non militat ratio, ex qua dicitur leges illas ſublatas eſſe, cùm licet ſit verum quòd Reges & Principes ſeculares non poſſunt diſponere in concernentibus ſpiritualia, qualia ſunt matrimonia: vt per Io.Andr. communiter receptum in c.ſtatutum.de hæret.in vj.& Pan.& Fely.in c.eccleſia.de conſtitu tamen bene poteſt imponere pœnas ad obſeruationem legis canonicæ:per gl,ſingularem in cle.ne Romani,de elect. B.Villal.

Filia teſtamentum rumpit,ſi prætereatur, etiam ſtáte ſtatuto quòd, filiis maſculis ſtantibus,filia dotata cenſeatur excluſa:Alex.& Iaſ.in l. ſi quis poſthumus.ff.de lib.& poſthumis.Io. Duran.in arte teſta. tit. ij. caut.v.com.dicit. Idem.

*ADDITIO.* Quo ad præteritionem noto, quòd Bart. in l.

filio præterito.ff.de iniuſt.teſta.& in l.poſthumo.circa med.C. de bon. poſſ.contra tabul.dicit,quòd filius præteritus tacens per annum excluditur à iure dicendi nullum,& approbat teſtamentum. Quæ opinio reprobatur vt per Bald.in d.l.filio.nume.3.Ang.nume.6. Imol.& alios,& Bald.in eadem l.poſthumo.nu.3.Ang.nu.5.Franciſc. de Aret. nu.4.Alex.num.ibid.& alios dicentes filiam non eſſe excluſam à iure poſt annum.

Filii ſi inſtituatur vltra dotem in quinque ſolidos. Io. de Imol. in c.Raynutius.de teſtamen.communem dicit. B.Villal.

Filia quæ ex lege municipali à ſucceſſione parentum excluditur, dum ſuperſunt maſculi etiam poſt quadraginta annos admittitur. Socin.conſi.lxiij.vol.j.communem dicit. Idem.

Filia cui mille patet in teſtamento reliquit: & poſteà data ſit nuptui,& dos ſit ei ſoluta:habebit tantùm ſupplementum legitimæ.Alex. & Iaſ.in l.huiuſmodi.§.ſi pater.ff.de legat.j.& Ioan.Durand.in arte teſtand.titu.caute.xxxvj.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Circa filiam noto,quòd Bart.in l. obligamur. verſ. ſeu.§. ege, ſuper gloſſis.ff.de actio.& obligatio.& in l.nupta.ff. ſolut. matrim.tenet quòd filia nupta ſine conſenſu patris,vel aui,non poteſt petere dotem à patre,vel auo.Quæ opinio reprobatur,vt per Ange. in d.l.obligamur.nu.1.Imol.in l.j.nu.3.ff.ſoluto matrimo.& ibi Alex. nu. 31.Bald.& Iaſ.in auth.res quæ.C.com.de lega.Nico.de Neapo.in Rub. ſolut.matri.gl.in d.§.lege,cùm gl.in c.ſi.xxxij.q.ij.& gl.in c.de raptoribus & ibi Archid.xxxvj.q.j.Niſi ſaluando Bart. dicas, & diſtinguas, quando filia maritum indignum elegiſſet,vt per Moder.in Rub. & l.j. ſolut.matri.Et limita etiam aliis modis,vt per Io. Campeg.in tractat. de dote,in quæſt.xiij.num. 1.

Filiorum appellatione vbi expreſsè ſunt filij nominati, non veniūt nepotes.Cur Iuni.conſi.cxiiij.nu.5.communem dicit. Idem Villal.

Amplia primò, in ſtatuto excludente filiam propter filium maſculum:quia ſi eſt nepos,excluditur & filia:Iaſ.in l.de quibus.ff.de legib. num.16.communem dicit.

Amplia ſecundò,in fideicommiſſo,etſi non ſint nominati propriis nominibus:quia non comprælienduntur nepotes.Bello.in conſilio 50. num. 5.communem dicit.

Fallit primò,ſi teſtator nominet filios honorando illos in inſtitutione,vel ſubſtitutione.Cur.Iun.conſi.cxxviij.num.12.com.dicit.

Fallit ſecundò,quando ſequeretur aliquid durum,Cur.Iun.conſi.iij. num.8. communem dicit.

Fallit tertiò,in caſibus,in quibus maſculinū concipit fœmininum. Idem Curt.Iuni.num.12.communem dicit.

Fallit quartò,quando dicit velle conſeruari in agnatione bona ſua, idem ibi num.11.communem dicit.

Fallit quintò,quando teſtator fecit mentionem de filiis naſcituris. Idem Curt.Iuni.ibi num. 9.communem dicit.

Fallit ſextò,quando diſpoſitio teſtatoris fuit collata in futurum euentum incertum,tamen ſi deceſſerit ſine filiis.Goza.conſi.iiij.nu.13. & 31.communem dicit ex Decio conſi.cccxcj. Idem.

Filia dotata ſi ſuperuixit patri: etſi renuntiauit legitimæ obeſt nepotibus eiuſmodi renuntiatio.Bello.conſi.xv.nu.14.commun.dicit ex Bald.in l.pactum,gl.ij.C.de colla. Idem.

Filia renuntians legitimæ,ſi moriatur,viuo patre, non nocet nepotibus quin poſſint petere,ſi velint ſuccedere non ex capite matris,ſed ſuo.Idem Bello.nu.5.ex Bald.in l.fi.C.de pactis. Quia renuntiatio videtur facta, ſi hæreditas ad eam peruenerit, vt per Bertrand. conſilio cxxxviij.vol.j.& Goza.conſilio lxxv. Idem.

Filiatio ex parte matris ita probatur per præſumptiones, ſicut probatur ex parte patris,Aug.Bero.in q.xc.nu.1.communem dicit ex tex. in c.afferte.de præſump.& Bar.in l.non nudis.C.de probat. B.Villal.

Filiatio per contractum non probatur.Coua.in epiſt.iiij.c.viij.§.iij. num.6.commun.dicit.Sed Dec.in conſi.liij.dicit contrariam comm. Tamen pro concordia, dic quòd in petitorio ſolus contractus non ſufficit,in poſſeſſorio autem,cùm agitur ad alimenta ſufficit.Doct.in c. ij.qui filij ſunt leg.Vel dic,quòd ſolus contractus ſine adminiculis non probatur,cum aliis adminiculis ſic,vt in ſimili dicimus de nominatione.niſi ſit actus,in quo filius nominatur qui ſoli filio competit vt eſt in emancipatione,ac melioratione,vel ſimiliter Coua. ibi nu. 7. com. dicit ex Iaſ.conſi.cj.vol.iiij.vide Lud.de Goza.conſi.xiij.per totum.

Nota iſtam communem ad intellectum l.final.titul.xix.par.iiij.loquentem de patre negante filium:& ad intellect.xxiiij.tit.v.par.j.

Filiatio probatur,ſi naſcatur in domo, & de concubina retenta in domo.Coua.ibi.nu.8.communem dicit ex gloſſ.in cap. Michael. de filiis presbyt. Idem Villal.

Filiatio & quaſi poſſeſſio eiuſdem probatur, quòd quis tractabatur & alebatur vt filius.Fer.Vaſquius lib.ij.Illuſtr.contro.c.lxxxv. nu. 20. communem dicit. I.Fichar.

Concor.cum l.ix.tit.xiiij.par.iij. Villal.

Etiam in deciſoriis, vbi principaliter agitur ad hereditatem obtinendam,ſufficit agenti probare quaſi poſſeſſionem filiationis, per tractatum reputationem.Eſt com.opin.ſecun.Dec. conſilio liiij.in cauſa D Antonij.volumin.j. M. Gribal.

PRO.Finis eſt ſpectandus:vnde Exitus acta probat,ſecundū Ouid. l.ſi quis.ff.de rit.nupt.l.non intelligitur.§.ſi quis palàm.ff.de iur.fiſc.l. Mela.ff.de alim.& cib.leg.in §.quia verò hactenus.in authen.de nupt. in c.literas.de deſp.impub.extrà.& c.præterea.de teſt.cog. vel non.

OB. Contrà imò principium eſt ſpectandum.in l.j.ff.de orig.iur.in l.creditor.ij.C.de pigno.actio.cum ſimilibus.

SOL. Principium ſpectādum eſt in omni negotio,ex quo actio oriri poteſt, vt in contractibus , vel quaſi,delictis,vel quaſi,& in decretis, & conſtitutionibus,niſi propter fauorem aliud inducatur,ſicut in matrimonio.c.literas.& ca.acceſſit.de deſpon.imp.& in libertate.l.homo liber.ff.de ſtatu homi.§.j.Inſtit.de ingen.in verſic.ſufficit. Finis autem attendendus eſt, cùm quæritur an id dedit, vel non dedit, ſeu quando dediſſe videtur, vel quando poſsidet , vel reſtituit,ſiue cum capere potuit,vt hic:ita declarat glo.in c.dudum,in verbo , electionis tempore, de electio. Bellon.

PRO. Fiſcus præfertur priuato,l.ſi is , qui.ff.de.iur.fiſ.tot.titu.C.de priuileg.fiſ.Quandoque tamen iura quæ obtinent in fiſco,obtinent & in priuato, vt in l.item veniunt.§.ait ſenatus.ff.de petit.hered.& econtrario in l.exemplo.C.de probat.

PRO. Fiſcus eſt ſemper diues, & ideo non ſatiſd.l.j.§.ſi ad fiſcum, ff.vt lega.nom.caueat. Bellon.

Fiſcus in feudo non ſuccedit.com.in §.F.q.lxxxiiij. P.F.ex Clar.

Fiſcus præfertur ſubſtituto, ſi inſtitutus indignus fuerit: Communem teſtatur Ripa in l.j.num.155.de vulga,& pupil. Quæ opinio indubitanter procedit,adita hereditate per indignū,vt ibi per eū. B.Vill.

Fiſcus, & priuatus quando concurrunt, & non apparet de potiori iure alterutrius,ſi ſumus in cauſa onerosa,præfertur fiſcus priuato:ſi autem cauſa eſt lucratiua,præfertur priuatus fiſco,Anto.de Fano,in tract. de pigno.in ij.par.num.4.& 118.communem dicit. Idem.

Fiſcus qui habetur loco heredis in bonis condemnati non poteſt facere,Curt,Iuni.conſi.cxx.communem dicit. Idem.

Nota iſtam communem ad intellictum l.vij.tit.viij.par.viij.& l.xvj. tit.vij.part.vj.& leg.ij.tit.ij.par.xvij.& l.iij.tit.xx.par.vij.loquentem de bonis quæ ex delicto fiſco,applicantur:& vide quæ habes ſupra in verbo emphyteuſis. Idem.

Flumina nauigabilia, etiam ſi inter regalia, ſoli Imperatori reſeruata,numerentur, quo ad vniuerſale,tamen in particulari ſunt earum ciuitatum,per quarum territorium tranſeunt. Ita dicit Bald.in l.ſi plures.C.de condit.inſer.Ange.& Ioan.de Imo.in l. fluminum.nu.3.ff.de dam,infect.Signorolus conſi.lxx.Alex.conſil.cxciiij.viſis verbis inſtrumenti,nu.6.vol.ij.Iaſ.in l.quo minus.num.39.ff.de flumi. Iacob.de S. Georg.in verſi.fluminibus.In tractat.feud.Et eſt communior. I.Fich.

Fœmina eſt capax feudi,ſi pro eo nullum præſtetur ſeruitium.Com. d.in §.F.q.lxxiij.verſi.vlterius.Imò etiam ſi præſtetur ſeruitium, quod tamen æquè per fœminam vt per maſculum præſtari poſsit, fœminæ admittuntur.communem dicit Ioan.Clar.§. Feudum.q.lxxiij.verſicul. item quid ſi. P.Fich.

Fœmina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos.commu.dicit in.§.T.q.viij.verſi.Secundò infertur. Idem, ex eod.

Fœmina ſemel admiſſa non excluditur poſtea per ſuperuenientem maſculum,commu.dicit in §.F.q.lxxx. Idem.ex eod.

Fœmina ſemel excluſa ſemper remanet excluſe.commun.in §. F.q. lxxx.verſi.ſed quæro.Claro tamen non placet, ſed dicit ſi ageretur inter fœminam, & dominum feudi,tunc dicit,ſe credere abſolutè,quòd fœmina non maneat excluſa,neque feudum aperiatur domin. Idem.

Fœmina admittuntur ad ſucceſsionem feudi , ſi ita ſit conſuetudo vel ſtatutum in prouincia. communem dicit in §. F.lxxiij,verſicul.ſed quid ſi adſit. Idem.

Fœminæ etiamſi bona non ſint feudalia, habeant autem annexam dignitatem & adminiſtrationem cum mero, & miſto imperio,tamen non ſunt eorum capaces, Ita communem eſſe dicit Clarus in §.F.q. lxxiij.verſicu.Sed quæro. Addit tamen contrarium hodie ſeruari contrarium hodie ſeruari conſuetudine. Idem.

Fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt. Commu.in §.feudum, quæſtione lxxiij. Idem.

Fœminæ ſi in inueſtitura expreſsè ſint vocatæ, tunc deficientibus maſculis fœminæ admittuntur. Commun.dicit in §. F.q.lxxiij. verſic. item quæro. Idem.

Fœminæ ſuccedunt in feudo empto.Magis commu.dicit Clarus in §.F.q.lxxiij.verſi.ſed quid in feudo empto. Idem.

Fœmina ſemel excluſa ſemper manet excluſa, &c.vide quæ notaui ſuprà in verſi.filia ſemel excluſa,&c.num.60. I.Fichar.

PRO. Fœminæ vno partu ſeptem filios edere poſſunt,eum ſeptem habeant receptacula,ſecundum Medicos,in l.antiqui.ff. ſi pars hered. petat. Bellon.

PRO. Fœminæ non habent filios in ſua poteſtate.l.illud,§.ad teſtamenta.ff.de bon.poſſ.contra tab.§. fœminæ,inſtit. de adopt.§.cæteris, Inſtit.de hered.qualit.& diffe. Idem.

PRO. Fœminæ tutores dari non poſſunt.l.fœminæ. ff. de tute.niſi

mat-

mater & auia, authent. matri, & auiæ. C. quand. mulier.tutel. offic. fung.poſſ. Idem.

Fœneratitius ad hoc, vt contractus præſumatur, vel ſimulatus tria copulatiuè requiruntur: pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & quòd perſona ſit aliàs ſolita fœnerari. Eſt magis commun. opinio. ſecundum Deci. in conſilio cccviij. in caſu ad nos tranſmiſſo. verſiculo ſecundo datio. & ſecundum Iaſon. in conſilio cl. & ſequent. in iiij. vol. Tamen aliam opinionem, quòd duo prima ſufficiant, tenent plurimi excellentes Doctores, quos idem Iaſon ibidem enumerat: & ego puto veriorem & in conſcientia tutiorem: quia magis communiter illa duo prima arguuntur, non habere animum emendi ſeu vendendi, ſed mutuo dandi vel accipiendi. Et hanc partem dicit magis communem Alexand. in conſilio quadrageſimoſexto circa præſentis, volumine iij. M. Grib.

Forenſis non poteſt denuntiare nouum opus, quando ædificatur in publico, niſi ædificetur in via Iaſon. in lege in prouinciali. §. ſi in publico. numero primo. ff. de noui oper. nuntia. communem dicit. Villalob.

Forenſis habebit poſſeſſionem, data ordinatione, vt danti ciuitati aliquid detur poſſeſſio aliqua: etſi ſit prohibitum forenſi acquirere in territorio. Hiero. Cagno. in l. fi. ff. de regu. iu. num. 8. communem dicit. Idem Villal.

Forenſes comprænhenduntur ſtatuto in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt Teſtamentum, adoptio, emancipatio, &c. communem concluſionem dicit Iaſo. in l. cunctos populos. numero 86. C. de ſum. Trin. Quam tamen mox limitat ex Bartolo procedere tantùm quo ad ipſum actum teſtandi, non autem quo ad perſonas teſtantium, eas habilitando, vel inhabilitando. Et ſic ſi ſtatutum minueret numerum teſtium quo ad teſtamentum tunc illo ſtatuto etiam forenſis gaudebit. Cæterùm ſi ſtatueret, quòd maritus non poſſet vxori legare, tunc forenſem non comprænhendet, poſſet enim ille, condito teſtamento, in loco ſtatuti, nihilominus vxori ſuæ legare, &c. I. Fich.

Forum ſortimur ratione delicti, & licet Docto. velint, quòd delinquens poſſit etiam puniri de delicto alibi commiſſo, in loco vbi plurimum conuerſatur, & ratione aſſiduæ conuerſationis videatur ſortiri forum: tamen illud procedit, quando talis conuerſatio ſaltem fuit per annos decem. Eſt verior opinio ſecundum Alexand. in conſilio clxvj. videretur fortaſſe. circa med. volu. 7. Et ibi ponit Alexand. quot modis quis dicatur ſortiri forum, adhæc vt poſſit de delicto puniri: videlicet ratione originis, ratione domicilij, ratione diutinæ conuerſationis, ratione delicti perpetrati & ratione vagationis; quia dolinquens ſit vagabundus per mundum: quia talis poteſt vbique conueniri. M. Gribal.

PRO. Forma dat eſſe rei, & eam conſeruat in eſſe. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhib. Bellon.

PRO. Fortior præſumptio tollit minorem. l. diuus. ff. de reſtitu. in integ. in c. alma mater. extrà de ſentent. excommun. & c. literas. de præſumpt. Idem.

Fornarius obligatus ad coquendum panem pro familia, ſi augeatur cum exceſſu, non tenetur niſi vſque ad numerum familiæ exiſtentis in tempore promiſſionis. Albert. Brun. in tractat. de augmento. conclu. x. principalis. magis communem dicit. B. Villal.

Francigenæ non poterunt pupillariter ſubſtituere liberis ſuis, quia eos non habent in poteſtate, Communem ait Ripa in l. ij. numero 21. ff. de vulga. & pupil. Idem.

Frater ſi fratri in teſtamento legati nomine aliquid reliquerit, & turpem perſonam inſtituerit, tunc nihilominus poterit ſuperſtes frater querelari ad reſcindendum totum teſtamentum, nec tenetur ſaltem agere ad ſupplementum legitimæ, quæ eſt quarta pars totius hereditatis. Hæc opinio Iaſonis, Decij & Guli. de Cun. placet Claro ſed contrariam dicit eſſe magis communem. Pariſ. conſilio lxiiij. libro iij. P. Fichard.

Fratres duo ſi fuerint inueſtiti pro ſe, & filiis, & vnus eorum decedat ſine liberis, ſuperſtite filio alterius fratris prædefuncti, tunc portio fratris defuncti non pertinet ad nepotem ex prædefuncto, ſed ad ſuperſtitem fratrem: videntur enim illi duo fratres ſibi & ſuis tantum proſpexiſſe. Commun. dicit Clarus in §. feudum. q. lxxix. ver. Et ideò. P. Fich.

Fratres conſanguinei in bonis paternis præferuntur vterinis: in maternis verò, vterini præferuntur conſanguineis. Eſt commun. opin. ſecund. Corn. conſi. xlvij. videtur prima facie. verſ. quia ſecundum communem, volum. j. M. Grib.

Statutum diſponens, quòd per exiſtentiam fratris ſoror excludatur, intelligitur etiam de fratre patruele, licet non dicatur propriè frater. Eſt tutior, & æquior opin. ſecun. Alex. in conſil. cciij. verſ. etſi appareret. vol. vij. incip. viſo themate. Idem.

Quando plures fratres volunt venire ad diuiſionem, frater maior nõ tenetur facere partes, & minor eligere (prout vulgariter creditur:) ſed electio debet fieri ſorte, vel officio iudicis. Eſt mag. com. opi. ſecun. Iaſ. in l. duobus. circa med. C. com. de leg. Latè diſcutit idem Iaſ. Inſtit. de act. §. quædam. vbi concludit contrariam opinionem, ſcilicet quòd frater minor eligat, eſſe com. de iure canonico, & claram per tex. in c. j. de parochi. & ideo amplectendam per illam regulam, quòd quando aliquid eſt dubium de iure ciuili, & clarè determinatum à iure Canon. tunc ſeruandum eſt indiſtinctè ius Canon. in vtroque foro, ſecun. gl. in c. licet. in verſu, vacante. extr. de for. comp. Item, quia dictum vnius ſancti, munitum auctoritate noui, vel veteris Teſtamenti, præfertur cuicunque conſtitutioni, etiam Papali. c. de libellis. xx. diſt. Sed pro opin. iuris Canonici, extat dictum S. Aug. in lib. xvj. de ciuitate Dei, ca. 20. in fine allegando exemplum Abrahami & Lothi. Sed pro opinione iuris Ciui. Vide omnino Gomeſ. Hiſpan. in d. §. quædam. Inſtit. de actio. qui reſpondet ad omnia prædicta fundamenta, & defendit opinionem ciuilem, quam & ego etiam conſulendo ſequutus ſum. Idem.



non cenſetur inter Fratres contracta ſocietas, eo ipſo quòd hereditatem paternam retinent indiuiſam. Eſt magis com. opin. ſecun. Iaſ. in conſi. v. factum ſic ſe habet. in prin. vol. j. Idem Grib.

Frater non excluditur à ſucceſſione legitimæ fratris propter ingratitudinem, Io. de Garro in auth. ex teſta. C. de coll. nu. 40. cõ. dic. B. Vill.

Frater, & fratris filij, ſimul inſtituti, ad hereditatem ſimul vocantur, non ordine ſucceſſiuo, propter effectum orationis coniunctiuæ. Com. dicunt (contra Bar.) Alex. conſ. xxij. vol. iij. & conſ. xlij. vol. v. Et Corn. conſi. xlvij. vol. ij. Et Dec. conſi. ccliiij. & conſi. ccxlviij. I. Fich.

Frater tenetur dotare ſororem pauperem, commu. ait Fulgoſ. conſi. ccxxiiij. Anto. de Mora. & Ripa in l. j. nu. 83. ſoluto matri. B. Vill.

Fratres prædicatores poſſunt capere vt vendant, & pretium in eorum vſum conuertant, com. dicit Deci. conſi. cccccli x. nu. 3. Idem.

Fratres minores non poſſunt eſſe executores teſtamentorum. Communem inquit Deci. conſi. ccccxcix. num. 34.

Fratris filia non cenſetur dotata de bonis fratrum exiſtentium in communi. Iaſ. in l. quod locum nu. 6. C. de colla. com. dicit. Idem.

Frater, vel ſocius, qui habet domum commun. poteſt compelli per fratrem, vt recipiat conductorem idoneum in ſua parte. Iaſ. in l. quanquam. nu. 24. C. qui teſta. face. poſſunt. commun. dicit.

Fratrum filij ſuccedunt patruo defuncto in ſtirpes, & non in c. Zaſi. de feud. par. viij. nu. 19. com. dicit ex gl. in c. ſatis bene. de prohi. feud. alie. per. Loth. licet ipſe teneat contra, cum Azone in Summa, & Accur. in §. hoc, & in fin. Inſt. de legi. agna. ſucceſſi. per tex. in auth. de here. ab inteſt. §. ſi autẽ cũ fratribus. cui opinioni ego aſtipulor cũ vera ſit. Idẽ.

Et quòd maior atque etiam potior pars Doct. tenuerit priorẽ opin. latiſſimè probat Nico. Boër. conſi. ij. per totum, & adhuc copioſius ibidem in Additio. Et nouiſſimè vir doctiſſ. D. Valẽtinus Foreſterus, li. iij. concluſ. iiij. de ſucceſſio. ab inteſta. vbi omnes, qui vel Azonis vel contrariam Accur. opinionem in hac omnium maximè controuerſa quæſtione, ſecuti ſunt ordine recenſet.

Hanc tamen litem & contentionem perpetuam, tandem Diui Caroli V. Imperatoris laudatiſſimi, conſtitutio Anno M. D. XXIX. ex Comitiis Imperialibus Spiræ tum habitis, in imperiũ promulgata, diremit, atque ſopiuit. qua Sancitum eſt, nepotes ex pluribus vel fratribus vel Sororibus vtrinque coniunctis, patruo ſuo diſpari numero heredibus exiſtentibus, omnes in capita ex æquo, ſecun. Azonis ſentẽtiam, non autem in ſtirpes, ſuccedere debere. Sed & idem ſupremo Pariſiorum Senatui iam antea placuit, nempe Anno M. D. XXII. & rurſum Anno M. D. XXVI. quo etiam conſtitutum eſt, id fore perpetuũ, niſi aliud moribus, aut aliter caueretur, vt refert Io. Lucius lib. viij. Placitorũ ſummæ apud Gallos curię. tit. x. Decij. vj. vbi meminit etiã ſ. dictæ ſubſecutæque cõſtitutionis Caroli V. Nihilominus tamẽ poſteà ingenioſi aliquot doctiſſimíque Iureconſulti hæc ſtatuta, decretáque argutis rationibus non tam cõuellere, quàm euertere conati ſunt, nẽpe Antonius Contius, in tract. de here. ab inteſt. in ij. ordine Succedendi, verſi. quæſtio hic extitit difficillima. Et Franci. Sonsbeccius. in cõmen. Feudalibus in ix. par. nu. 104. cum ſeq., verum eiuſmodi otioſas diſceptationes Scholis relinquemus, & in prædicta Caroli Imper. conſtitutione, iam receptiſſima, conquieſcemus. I. Fich.

Fratres conſanguinei ſuccedunt fratri in bonis paternis, & vterini in bonis maternis. Communis hæc eſt opinio. vt demonſtrat Tiraq. lib. j. De retract. in fi. gl. ij. nu. 4. Et in fine ſcribit, ſe nullum reperiſſe qui in hoc contrarium teneat, præter Fulg. in Auth. itaque. C. com. de ſucceſſ. & Soci. conſi. lxxxix. circa præmiſſum. lib. iiij. licet tandem dicat, non eſſe tutum recedere à priore ſententia, vt quæ ſit cõmu. &c. I. Fich.

ſi Fratres diu bona eorum pro diuiſo poſſederunt an præſumatur diuiſio. Gloſſ. in l. penult. verſic. ſed quid C. com. diuidund. tenuit, quòd vbi vnus probat rem aliquam vti propriam per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes poſſediſſe, & munera, atque onera ſolus ſubiit, & cõmoda ſenſit, præſumitur diuiſionem præceſſiſſe, arg. text. in l. cum de in rem verſo, ff. de vſu. cum aliis per eam allegat. Et facit text. quem dicta gl. non allegat in l. ſi certis annis, C. de pactis. Sed Petr. & Cyn. in di. l. penul. reprænhendunt opinionem dictæ Gloſſ. inquiunt enim ipſi, quòd licet ex vi temporis vbi præſtatio interceſſit, præſumatur titulus, ſi allegetur d. l. cum de in rem verſo. & l. ſi certis annis, quod ideo contingit, quia ſoluere, & præſtare durum eſt, cùm nemo facilis in donando ſit, argumen. l. cum de indebito. §. fin. ff. de

proba.cum ſimilib. ideóque ex præambulo titulo & cauſa præſumatur, quæ cauſa probatur probata dicta annua diutina præſtatione, quòd ſic non accidit in ſola patientia, cùm pati graue, & damnoſum non ſit. Alexand. tamen de Imol. conſi. cxxxiiij. viſo, & diſcuſſo, verſic. nec obſtat. lib. ij. ſequendo ordinem primæ reſpondendo rationi Petr. & Cyn. fatetur quòd ſi quis putà Titius, paſſus eſt Sempronium longo tempore rem ſuam poſſidere, ex illa ſola patientia donaſſe, neque alio titulo in Seium tranſtuliſſe non præſumitur, niſi verè titulus probetur, l. nullo. C. de rei vendi. Sed vbi ego potior te, longo tempore rem aliquam pro tua poſſidere, & tu frater meus, aliam rem, vel quotam ſic poſſides, quòd non præſumatur titulus negat, concludens quòd præſumatur ex cauſa diuiſionis poſſediſſe, & ſic ex ipſo præambulo titulo, ſi allegetur propter illos poſſidendi actus reciprocos ſic ſeorſum factos. l. itaque. ff. pro ſocio. Et denique hac concluſione, quòd ſi duo fratres diu bona eorum pro diuiſo & ſeparatim tenuerunt & poſſederunt, præſumatur diuiſio. Magis commu. atteſtatur dict. conſil. cxxxiiij. nu. 14. ſubdens, quòd vbi Gloſſ. firmat pedes, ab ea non eſt in iudicando, & conſulendo recedendum, ex doctrina Iacob. Butr. in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdict. & aliorum, quos ibi refert. quos per te vide. Hanc eandem concluſionem ſequutus eſt Bald. in ſuo compendioſo conſilio cclxxij. proponitur. lib. ij. opinio dict. Gloſſ. in præalla. l. pen. C. commu. diuid. ſequutus. F. Turzanus.

PRO. Frater fratrem inopem tenetur alere. in l. qui filium. ff. vbi pup. edu. deb. l. j. §. ſed nonnullos. ff. de tut. & rat. diſt. Bellon.

PRO. Fratris appellatione ſoror quoque continetur. l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. iij. l. tres fratres. ff. de pactis. Bellon.

Fratricida, & eius heres eſt incapax fratris mortui ſucceſſionis, Boër. deciſi. xxv. nu. 8. communem dicit. B. Villal.

PRO. Fraus, & dolus alicui patrocinari non debent. l. j. & l. ne ex dolo. ff. de dol. ca. ſedes. c. ex tenore. ca. ſuper literis. extrà, de reſcript. c. tuæ. de cler. non reſid. c. cum olim. de offi. & poteſta. iud. deleg.

OB. Contrà, quia contrahentibus licet inuicem ſeſe decipere. l. in cauſæ. §. pen. ff. de mino. l. item ſi pretio. §. fi. ff. locat.

SOL. Hoc verùm: dummodo abſit dolus. Bellon.

Fructus ante, vel poſt aditam hereditatem perceptos bona fide, heres legatario reſtituere non tenetur. Alexan. in l. ſi tibi. §. cùm ſeruus. ff. de legat. j. Io. Duran. in arte teſtan. tit. vj. c. xj. com. dicunt. B. Villal.

Fructus etiam extantes præſcribuntur ſpatio trium annorum. Balbus in tract. de præſcrip. in iiij. par. q. xxxv. commun. dicit. Idem.

Fructus bonorum paraphernalium (ſi extant) reſtituuntur vxori vel eius heredibus. ſi ſunt conſumpti, reſtituuntur ſi fuerunt percepti contra voluntatem vxoris, ſi cum eius voluntate, lucratur maritus induſtriales, ſecùs naturales. communem inquit Deci. conſil. cccccxxj. verſi. ſed dubium eſt. Idem.

Fructus rei feudalis non poſſunt locari. Zaſ. in epiſt. feud. par. ix. nu. 12. commun. dicit, ſi verò inter partes eſt conuentum, quòd non tranſeat dominium, vel ſi ſit vſque ad nouennium locatio, bene valet, & ſic eſt intelligenda gloſ. in l. codicillis. § inſtituto. ff. de leg. iij. quæ dicebat locationem non eſſe alienationem. Idem.

Fructus rei petitæ poſt litem conteſtatam reſtituuntur per victum. Coua. in epiſt. iiij. ca. vi j. nu. 8. §. j. communem dicit ex gloſſ. in l. ex diuerſo. ff. de re vend. Idem Villal.

Fructus beneficiorum vacantium applicari poſſunt ad tempus per Epiſcopum menſæ Epiſcopali ex aliqua rationabili cauſa, vtputa, ſi debitis ſit onerata eccleſia, & accedente Capituli conſenſu. Ita voluit gloſſ. in capit. vnico. vt eccleſ. benef. ſine dimu. conf. ſ. in verbo, conſtituat. vbi Doct. communiter ita tenent. & præſertim Imol. & glo. in ca. ſi propter tua debita, in verbo concedimus, de reſcript. in vj. vbi etiam Domi. & Butr. in ca. j. de eccleſ. ædific. Quod tamen non procederet, ſi fructus huiuſmodi ſingulari iure alteri deberentur, vt tradit Feli. in ca. cum acceſſiſſent. nu. 23. de conſtituti. Vel ſi illorum applicatio in perpetuum fieret, vt idem Felin. latè ſcribit in d. c. cùm acceſſiſſent. vbi etiam dicit omnimodam ſuppreſſionem beneficij fieri non poſſe, niſi eo vacante, fructuum verò deminutionem ex iuſta cauſa (vt ſ. dictum fuit) & beneficio non vacante: idque probari in ca. j. de reb. eccleſ. non alie. in vj. & ex traditis per Abb. in c. ad hæc de exceſ. prælat. F. Turzan.

PRO. Fructui & vſus ineſt, & vſui fructus deeſt; & fructus ſine vſu eſſe non poteſt, vſus ſine fructu. l. per ſeruum. §. j. ff. de vſu, & habita. Bellon.

PRO. Fructus omnes gratia hominum comparati ſunt, l. in pecudum. §. vltim. ff. de vſur. §. in pecudum. Inſtit. de rer. diuiſi. Idem.

PRO. Fructus intelliguntur, deductis expenſis: l. fructus. ff. ſolut. matrim. l. ſi à domino. §. fi. ff. de petit. hered. Idem.

PRO. Fructus pendentes, pars rei eſſe videntur. l. fructus. ff. de rei vendi. Idem.

PRO. Fructus reddunt fundum pretioſiorem. l. in lege Falcidia placuit. ff. ad leg. Falc. Idem.

PRO. Fructus dotis ad maritum pertinent, ad ſupportanda onera matrim. onij. l. dotis fructus. ff. de iur. dot. l. pro oneribus. C. eodem titul. Idem.

PRO. Fructuarius cauſam proprietatis meliorem poteſt facere, non deteriorem. in l. æquiſſimum. §. fructuarius. ff. de vſufruct. l. vxor patrui. C. de legat. l. res quarum. aliàs res quas. C. de iure dot. Idem.

PRO. Fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit. l. auxilium. in fin. ff. de minor. c. bonæ memoriæ. & cap. dudum. de elect. extrà. Idem.

PRO. Fruſtra precibus impetratur, quòd de iure communi conceditur. l. j. ff. ad muni. & ibi not. in l. vnic. C. de theſ. lib. x. Idem.

PRO. Fruſtra velociter currit, qui priùs, quàm ad metas peruenerit, deſinit. c. incaſſum. de regul. iur. in vj.

PRO. Fruſtratoria eſſe non debent priuilegia. capit. in iis. extrà de priuil. Idem.

Fuga eſt ſufficiens indicium ad torturam, ſi concurrat cum fama. Marc. Anto. in tract. de iud. nu. 278. & 277. com. dicit. B. Villal.

Nota iſtam communem ad intellectum l. iiij. tit. xvij. libr. iiij. For. ll. & l. iij. tit. viij. lib. ij. eiuſdem fori.

Fallit, quando poſt accuſationem inſtitutam, & poſt inquiſitionem ipſe inculpatus fugam abripuit. Idem Marc. Anto. num. 179. verſic. hæc concluſio reſtringitur, communem dicit ex Bartol. in l. j. C. de bon. eorum: vbi etiam dicit alias limitationes, ſi iudex eſt terribilis, vel habet inimicos, ex Bald. in l. bonæ fidei. C. de iureiurand. Et nota verbum ſatis ſolenne dicti Anto. in num. 193. quòd ſi reus, qui aufugerit, fuerit citatus, & bannitus propter illud delictum, quòd ſine alio indicio ex fuga, & contumacia poteſt quæſtionari: & ſic debet intelligi domi. Iacobus de Belui. quem refert Bald. in l. j. C. de requiren. reis, quòd ex tali abſentia & fuga poteſt quæſtionari: & habet onus probandi innocentiam, quando fuit remiſſus, ſiue ſpõte venit, ſiue captus. Et notat etiam illud verbum Iaſ. in l. admonendi. in repetitio. nume. 169. ff. de iureiurand. quòd ſi ſponte reuerſus eſt in breui, omnem ſuſpitionem purgat, quòd tendit ad intellectum pragma. de contumace contra quem proceditur, de qua in verbo abſens, vbi vide dictum ſolenne Coua. quando dicatur tempus breue ad hoc quòd purgetur omnis ſuſpitio. Idem.

Fugæ ſuſpicio facit vt iudex incompetens poſſit capere debitorem. Curt. Iuni. in l. ij. ff. de iuriſd. omnium iud. nu. 31. communem dicit, vbi ponit ea quæ requiruntur ad hoc, quòd fugitiuus poſſit capi: ſuſpicio, teſtes, cum iuramento, quòd debitum ſit liquidum, aliàs pro damnis & intereſſe non poteſt cap. ibi nu. 38.

Nota iſtam communem ad intelle. l. xiiij. tit. xiiij. part. v. & l. ij. titul. xix. lib. iij. For. ll. & l. xij. tit. vltim. lib. iij. eiuſdem fori. & l. j. tit. xj. lib. v. ordi. & l. iiij. ſtyli. quæ omnes loquuntur de debitore fugitiuo, & de eius bonis. Item nota quòd ſicut poteſt capi ad petitionem creditoris, ita & ceſſionarij. Segu. in l. ſi ex legati. ff. de verb. obli. nu. 94.

Nota quòd ſuſpicio non probatur iuramento partis, ſed requiritur cognitio ſummaria cum iuramẽto. Anto. de Tremo in additio. ad Bonac. in practic. excep. in Rub. de recuſa. nu. 3. & Ioan. à Ripa. de legi. ca. xiij. nu. 27. commun. dicunt: & vide ſ. in litera. cap. de clerico fugitiuo. Idem.

Fugere non tenetur inſultatus: nec tenetur de occiſo. Iaſ. in l. vt vim. nu. 38. ff. de iuſtitia & iure. communem dicit. Idem.

Fugere non tenetur is, qui eſt inſultatus ab aliquo, ſed aggreſſorem impunè occidere poteſt, dato, quòd poſſet: quin dedecus & iniuria eſt, inſultatum ab aduerſario terreri vel fugari. l. clam. §. final. cum l. ſequ. de acq. poſſ. Et eſt magis com. opin. ſecund. Alex. in conſilio cix. viſis. verſicul. quinimò ſecundum magis communem volumine primo. Mat. Mop. Grib.

Fugiens ad ſacroſanctum ſacramentum euchariſtiæ gaudet immunitate eccleſiaſtica, prout ſi ad eccleſiam confugeret reus, vt inde diuelli non poſſit. Coua. in reſolu. lib. ij. cap. lxx. nu. 6. comm. dicit ex Gomeſio in §. pœnales. nu. 50. Inſtit. de actio. B. Villal.

Fugiens à carcere publico habetur pro confeſſo, & conuicto, text. eſt ad literam in l. eos. ff. de cuſtod. reorum, ſecundum Docto. magis communiter ibi, & iſtam communem ſequuntur, & allegant Moder. in l. admonendi. ff. de iureiurand. & Boëri. deciſio. ccxv. num. 9. Vnde iudex iſto caſu poſſet ferre ſententiam contra fugientem, ac ſi fuiſſet verè confeſſus in iudicio, etiam quòd ſit abſens, ſecundum gloſſ. & Bartol. in d. l. eos, vt ſequatur confeſſionis effectus, & eſt text. in l. ſi apparitor. C. de cohorta. lib. xij. Iſte caſus eſt exceptus cõtra iuris communis regulam, vt abſens pro crimine damnari poſſit. l. abſentem. ff. de pœnit. Interpretatur & limitatur primò iſta cõmunis non procedere, quando quis aufugit de cuſtodis licentia, quia iſto caſu tenebitur cuſtos, & non ipſe fugiens, ſecund. Guli. de Cu. in l. quoties. C. de exact. trib. lib. x. Bal. in l. ad commentarienſem. C. de cuſt. reo. & facit text. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. Coarctatur ſecundò præcedens communis, vt locum habeat duntaxat in eo, qui aufugit ex publicis carceribus: non autem in eo, qui ex priuatis carceribus aufugerit ſecun. gl. Gul. de Cu. Bald. & oẽs in l. ſuccurritur. ff. ex qui. cauſ. ma. Iaſ. & Mod. in l. admonẽdi. ſuper gl. in verb. fuga. & iſta eſt cõ. opi. teſte Boër. in præcitata deci. ccxv. nu. 13. Scias autẽ, ꝙ publici carceres non ſolùm dicũtur illi, qui fortibus clauibus aperiũtur, & habẽt ꝑpetuos cuſtodes, verũ etiã dici poſſũt carceres publici aliqua alia Camera in palatio Poteſtatis, imò totũ palatiũ,

quando

quando Prætor vel iudex ſtatueret alicui locum pro carcere, quia carcer publicus dicitur locus ordinatione,& decreto iudicis deputatus, in quo cuſtodiatur perſona, ſicut eſſet palatium poteſtatis, vel alia domus, vt not. Doct. in d.l.j.ff.de cuſt.reorum. Ideò ſi tyrannus, vel aliqua priuata perſona caperet aliquem & violenter detineret in aliqua arce, hoc caſu dicuntur carceres priuati qui deſtinati ſunt per hominem nullam habentem iuriſdictionem ſuper homine capto, ſecundum Bald. in d.l.ſuccurritur, Bar.& Doctor. in l.ij.C.de priu.car. Interpretatur tertiò, & limitatur non procedere in muliere aufugiente de carceribus cauſa euitandæ libidinis, tunc per huiuſmodi fugam non habetur pro confeſſa, ſecundum Bald. in l.j.C. de ædil. edic. Aliæ verò interpretationes in ſeq.concluſione ad iſtam cō.latiùs ponētur. F.Viu.

Quærit Bar. in l.admonendi.ff.de iureiur.de fuga, vtrùm per illam fiat plena probatio. Tandem ponit tres concluſiones. Prima eſt concluſio, quòd ſi fuga opponitur alicui, vt delictum, tūc probat delictum, & facit plenam probationem.l.quis ſit fugitiuus.ff.de ædil.edict.l.deſertorem,& l.qui cum vno,§.qui poſt deſertionem.ff.de re militari, & l.j.& ij.C.de deſerto.& ita notat & concludit in dicta l.admonendi.& in l.bonæ fidei.C.de iureiurando.glo.in cap.final.de ſucceſſio.ab inteſtat.& in cap.final.de iureiurand.& ibi Doctores & Oldra. quem ſequitur Ioan.Andr.in addit.Specula.in titul.de præſump.§. præſumpta. verſi.violenta. Iſtam opinionem ſequitur etiam Ripa in d.l.admonendi.nu.165.& Iaſ. in repetitio. nu.166. & Bart.in l.j. ff. de bonis eorum. Secunda concluſio Barto.clara eſt,& communiter approbatur. Tertia eſt concluſio Bart.quòd quando ſumus in delictis, in quibus requiruntur plenæ,& ordinariæ probationes, vt l.ſciant cuncti.C. de probatio. cap.in literis.de teſtib.& cap.licet clamor.eod.tit.tunc per fugam non fit plena probatio, ſed nec ſemiplena quidem, ſed qualis præſumptio, ſiue ſuſpicio. l. Cornelia. ff. ad Sylla.& l. vnic. C. de rapt. virgi. & ibi Cyn.Bal.& Saly. hoc idem tenent,& Bar.in l.final.ff.de quæſtio. Iſtam opinionem ait eſſe communem. Curt.Seni.in d.l.admonendi, nu. 155. & Moder.ibi,& hæc fuga de conſuetudine indicium ad torturam facit, vt dicit Iaſ.in repeti.d.l.admonendi, nu.188. Curtius & Ripa, numero 168. Grammati.conſilio crimina.xxxij.nu.7. & conſilio xlij. numero 8.& ſequen. Ampliatur iſta communis, vt vera ſit, etiam ſi quis moueat vnum pedem ad fugiendum,& ſic ſit in princi. fugæ. d. l. quis ſit fugitiuus.§.j.vbi glo. Bald.conſilio ccxx.libr.iij. & ſecundum aliam impreſſionem conſi.xxxviij.libr.iiij.Soc.Seni.conſilio xcix.libr.iiij. & Boër.deciſi.ccxv.num.2.& 12. Ampliatur ſecundo loco quoque, vt faciant indicium ad torturam fuga ſocij in delicto illius, qui in carceribus retinetur, ſecundum Alex.conſi.lxv.in fin.lib.j.Grammati.conſilio xiiij.crimi.nu.4.& 17.ſequen. Boërius tamen in dicta deciſio.ccxv.numero 15.tenuit contrarium, ideò dicas quòd Alex.vult ſentire, extantibus multis aliis indiciis, & ita loquitur Grammati. & ſic concordabuntur opiniones iſtæ, quia & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, teſte Ouidio, licet alia indicia non ſint ad torturam ſufficientia. Præmiſſa omnia ita declarata limitantur primo, vbi quis aufugeret ante inquiſitionem,& accuſationem factam de delicto, ex quo pœna ſanguinis veniret imponenda, quia tunc fuga nullam induceret præſumptionem, cùm liceat vnicuique per fas, & nefas redimere ſanguinem ſuum, ita ſingulariter Bar.per tex.ibi in l.j.C.de iis qui mor.ſibi conſci. cuius dictum exclamat pro ſingulari,& ſequuntur Rom.& Iaſ. in d.l. admonendi.nu.69. Matheſi.notab.cxlvj.idem Rom. in l.lege Cornelia ſuprà citata, Ang.in l.fina.C.de quæſtio.& in d.l.admonendi. Aretin. in tractat.de malefic.in ver.fama publica.verſic.an fama ſit ſufficiens indicium,& Fely.in cap.nullus, extrà de præſump. Iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boëri. Deciſio.ccxv.nume.10. Marſyl.ſingul. cxv. Socip.in regul.clxiij.& ſequen.& hoc eſt firmiter memoriæ commendandum ad amicorum defenſionem, ſecundum Curt.in d.l.admonendi.numero 55. Hoc autem intelligas generaliter, quoties adeſt aliqua præſumptio propter timorem carcerum, non delicti, ſecundum Cornæ.conſi.lviij.vol.ij. Boër.in dicta deciſio.ccxv.& quoties adeſt aliquis iuſtus timor. Ripa,& Iaſ.in dicta l.admonendi. His accedit congruenter quòd idem videtur obſeruādum, ſi ante libellum & accuſationem, ſeu inquiſitionem comminatam, licet nōdum factam, aufugiſſet, quia iuſtus fuiſſet timor fugiendi,& iuſtè debuit timere comminationem, per text.in l.miles.§.ſocer.ff. de adulter. niſi alia indicia, ſeu ſuſpiciones laborarent contra fugientem argumento l.final.C.qui num. tut.ſe excuſan. ita expreſsè Rom.in dicta l.lege Cornelia,& ſequitur Aretin. in dicto verſic.an fama ſit ſufficiens indicium. Limitantur ſecundò prædicta, vt fuga ipſa faciat indicium, ſed purgari poſſit per reuerſionem, ſecundum Bal.in l.j.C.de ſeruis fugit. Felyn.in cap.ij.nu.7. de fide inſtrumentorum.& ita ſe habet communis opinio, de qua teſtatur Ripa in dicta lege admonendi, nu.65. Grammati.conſilio crimi.ſuprà citato. & Boëri, deciſio. ccxv. numero 17. Indicium hoc purgatur, ſi ſufficiens intra annum redeat ſecundum Ripam in dicta l.admonendi.numero 65. Sed hoc videtur falſum, vt conſtabit ex infrà dicendis, & qualiter hic probetur, quòd fugiens habeat animum reuertendi, dic, quòd per teſtes, quia forſan antè, quàm fugeret, declarauit animum ſuum coram teſtibus, quòd diſcedebat animo reuertendi, iuxta notata per Bartolum in l.j.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.noui nuntiat. Si verò id per teſtes probari non poteſt, conſideratur conditio perſonæ an ſit nobilis, honeſta, & legalis, vel potius vilis, & ſuſpecta,& ſecundum illius conditionem iudicatur fuga l.non omnes.§.à barbaris. ff. de re milita. Item attenditur, an ſit diuturna, vel breuis abſentia, quia ſi citò reuerſus fuerit ſponte ſua, præſumitur quòd aufugerit animo reuertendi, prout reuerſus fuit,& quia etiam non intendit fugere, qui aliquo momento vult facere ſe abſentem. l. ſi quis ita legauerit dum vxor mea.ff.de conditio.& demonſtrat. & optimè declarat Bartolus in l.aut facta. §. tempus. ff. de pœnis. Baldus in lege prima. C. de ædi. actio. & in lege prima. C. de ſeruis fugi. vbi ſubiicit, quòd ſi ſtatutum puniat fugientes à carceribus, non includit eos, qui exiuerunt animo redeundi. Idem etiam tenet Ioannes de Anani.conſilio primo.numero ſexto, Marſyl. conſilio cxxij.in princip. Bartol. in l.eos.ff.de cuſtodia reorum. Felyn.in capitul.nullus.de præſumpt. Grammati. conſilio crimin.lvij.vbi hoc limitat multis modis. Marſyl. in ſua pract. crimin. in §.diligenter.numero 46.in Rubric.C.de probationib.numero 261.& in l.j.in principio. ff.de ſicariis. Secùs autem, ſi diutius ſteterit abſens, quia tunc præſumitur quòd animo fugiendi,& non reuertendi receſſerit. dicta l.deſertorem.§.emanſor,& ibi gloſſ.& Bartol. qui hoc optime notant.& in dicta l.quis ſit fugitiuus. in princip.& tenet Bal. in l.j. C.de ſeru.fugiti.& Curt.Sen.in dicta lege admonendi dicit hoc nunquam eſſe obliuioni tradendum, quia ſibi in practica, & conſulendo ſæpe maximum honorem fecit. Limitatur tertio, vbi quis aufugeret ex aliqua cauſa probabili, ſiue rationali ſic ſuadente, puta ratione partialitatis, ſeu factionis exiſtentis in ciuitate, vel quia locus non erat ſibi ſecurus, vel quia officialis erat valde crudelis, vel ſimilibus ex cauſis, tunc fuga nullam cauſat ſuſpitionem; quia ex quo inculpatus de homicidio, ſeu delicto ibi ſecurè, ac tutè ſtare non poſſit, neque poteſt fuga ſibi imputari, capitul.accedens, el primo, extrà vt lite non conteſtata. ita in terminis decidit Baldus in l.in bonæ fidei.C. de iureiurand. allegans in Clemen.paſtoralis.de ſententia & re iudica. gloſſ. & Ioan. Andr.in capitul.ſtatutum.§.j.de reſcript.libro ſexto. De fuga iuſta cum cauſa facta ſtatur dicto fugientis cum iuramento, ſecundum aliquos Doctores in dicta l.admonendi.& ſecundum alios ſine iuramento, vt per Marſyl.ſingul.cxv.& quòd ſtetur ſimplici dicto abſque iuramēto, Teſtantur Boëri.deciſio.ccxv.numero nono.& ſequen.& Grammati. conſilio crimi.xlij.numero 18. Pariſi.conſilio clxiij.numero decimo. volum.xx.lib.iiij. Quarto loco limitatur, quoties eſſet quis illegitimè accuſatus, carceratus, vel iniuſtè retentus.l.non omnes.§.à barbaris ibi captos euaſiſſe.ff.de re milit. Aulus Gell.lib.ij.capit.xvij. Paris de puteo in tractat.Syndic.in verſi.carcerem,& Ripa in dicta l.admonendi. vbi numero clxxij.ampliat per l.nihil.ff.de capt.& poſtlim. vt ſi iniuſtè retinetur, nec poſſit aliter aufugere, poſſit occidere cuſtodes. Sed hoc interpretatur Boër.in dicta deciſio.ccxv.num.32.habere locum, quando eſſet moriturus, nec aliter poſſet euitare mortem. Quintò limitatur, vt non habeat locum in præiudicium tertij, vt per Curti.Seni. & Ripam in dicta l.admonendi.nu.164.& 174.& Io.And.in cap.ad audientiam.extrà de fide inſtrumētorum. Sextò fallit, vt non procedat, quando quis aufugit præſentiam ſæuientis iudicis, qui conſueuit eſſe multum crudelis cum ſubditis, in quo plus ſæuitiæ, quàm iuſtitiæ reperitur ineſſe, nam caſu iſto fuga non nocet, ſecundum Paridem de Puteo in dicto tractat.Syndi.in ver.an iudex, Paulum Girlandum in tractat. de relaxatio. carcerat.in titul.de fuga carcerat.nume.13. Boëri. latè in dicta deciſion.ccxv.num.9.& ſequen.& Felyn.in capitul.nullus. extrà, de præſumptio. Iſte quippe dicitur iuſtus timor,& fuga iſto caſu dicitur eſſe facta ex iuſta cauſa, ſecundum And.de Iſer.in conſtitutio.regni, in cap.grandis.& in cap.pœna eorum,& Lucas de penna in l.ſi coloni. C.de agric.& cenſi.libro xj. vbi ait, quòd ſi quis timet ſæuitiam impij iudicis, in quo nulla eſt iuſtitia, ſed mera crudelitas, aufugeret ex curia, in qua tenebatur, aut cuſtodiebatur, detentus non debet haberi pro confeſſo, quia de malo iudice, malum præſumendum eſt. l. ſi quis per impreſſionem. C. quod metus cauſ.l. non omnes.§.à barbaris. ff. de re milita. pro quo facit etiam quod notat Bart.in l.j.§. ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.noui nuntiat. vbi dicit, quòd ille omninò, aut probabiliter timet præſentiam iudicis, dubitans, ne contra ipſum iniuſtum ſæuiat, actus ille, qui fiendus erat coram iudice, ſufficit, ſi fiat coram viciniis,& amicis. Idem tenet Paris de Puteo in dicto cap. an ſi iudex, qui demum oſtendit optimam cautelam officiali, cuius fugam faceret præſumptionem contra ipſum, vt vbicunque videret officiales ſyndicatores ſibi inimicos,& ſibi ſuſpectos iter abripiat ad ſuperiorem, cum proteſtatione, quòd non intendit per illum receſſum abripere fugam, vt fugiat iuſtitiam, ſed accedere ad ſuperiorem, vt audiatur in cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpitione, ſiquidem qui abripit iter ad ſuperiorem, videtur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur ſecundum Hoſt.in cap.vt dilectus.de appellationib. de quo Baldus dixit eſſe tex.in l.ſed & ſi per prætorem.§.fi.ff.ex quibus cauſis maio. Sextò limitatur, ſi conſtat de fuga legitimè ſaltem per duos teſtes, vel legitimam probationem aliter non poſſet facere indicium ad torturam, ſecund.Brun.in tract.de indiciis.q.iij.num.12. Septimò fallit in famulo fugien

fugiente, in quo ſuga facit plenam probationem, ſecundum gloſſ. in §. ſi verò etiam, in authent. de exhibend. reis, vbi Angelus hoc firmat, & Paulus Girlandus in dicto tractat. de relaxatio. carcerat. in tit. de pœna carcerato, & Boëri. in dicta deciſio. ccxv, numero 29. vbi multos addu cit Grammati. conſi. xxxij. num. 6. Barto. in l. cum probatio. ff. de proba. Marſil. ſingul. ccccxcvij. ſæpiſſimè. Bland. in l. fin. numero 423. ff. de quæſtio. Marſyl. in ſua pract. crimi. §. diligenter. numero 47. & 91. & Grammati, in conſilio crimin. xxij. numero 6. Opinionem iſtam intellige, quando maximè concurrit veriſimilitudo ex parte domini condolentis, & famuli fugientis, præſertímque ante inquiſitionem, & poſt accuſationem, quia tunc facit indicium ad torturam, vt concludunt Doctores ſuperiùs citati, & iſta eſt communis opinio, ſecundum Curti. Seniorem in dicta l. admonendi. numero 171. quamuis ipſe ibi teneat contrarium, imò plus dic, retenta communi opinione, quòd præſumitur famulus ſubtraxiſſe bona quæ reperiuntur extare in domo, quæ ante fugam aderant, gloſſ. eſt notab. ad hoc, ſecundum Angelum ibi in § ſi verò etiam quidam iurent. in authent. de exhibendis reis, & Brunus in tractat. de indiciis, quæſtione tertia, in prin. Octauò limitatur, quando fugiens eſſet bonæ famæ & conditionis, vt per Brunum in dicto tractat. de indiciis quæſtio. iij, nume. 22. Pariſi. conſil. clxiij. numero 19. & Cataldum in tractat. de indiciis, numero 73. volumi. lxxvj. Tom. xvij, vel xiiij. Nonò fallit, quòd licet fuga faciat indicium, non tamen habet locum in carcerato aufugiente, ſecundum Iaſ. in repeti. dictæ l. admonendi, numero 172. & Ripam numero 170. Paul. Girlandum in dicto tract. de relaxatio. carcera. in titul. de fuga carcerat. numero 13. & latè Boëri. in allegata deciſio. ccxv. numero 9. & ſic carceratus habetur pro confeſſo, ſi aufugit per text. in l. in eos. de cuſtodia & exhi. reorum, ff. nam iſta fuga probat plenè, contra fugientem iſtum, vbi etiam ille textus quærit, an ille fugiens puniatur pœna, qua pro illo crimine accuſatus veniret puniendus, & videtur quòd ſic & per hunc tex. Doct. dicunt communiter quòd fugientes ibi habentur pro confeſſis, tamen re vera nihil probat ille textus: nam loquitur de fugientibus, ſed de conſpirantibus, & tractantibus fugam, patet ibi in litera, dum dicit quòd habentur pro confeſſis, & puniendi ſunt, non tamen aperit qua pœna. Nam illa lex eſſet nimis rigoroſa, vt punirentur fugientes illa pœna delicti, quia non ſequutus fuit effectus, ideò dicas, quòd puniuntur extraordinariè iudicis arbitrio, & ſic intelligas illum tex. vt iudex mittat illos in carceres ſecuriores, cùm auſi fuerint frangere carceres, ſecundum Alberic. ibi, & Rayneri. de Forli. & Boëri. in dicta deciſio. ccxv. Miratur de Iaſo. in dicta l. admonendi, quòd non poſuerit iſtum intellectum, probatur tamen concluſio hæc per text. in l. j. ff. de effract. & expilat. vbi fractores carcerum habentur pro confeſſis, & puniuntur vltimo ſupplicio. Sed hoc limitatur, vt ibi per illum text. & iſtam ait eſſe veram, & cõmunem opinionem, Boëri in præcitata deciſio. ccxx. numero 9. & poſuimus latè ſupra in præcedenti concluſione. Ampliatur iſta noua limitatio communis, etiam ſi quis nõ detineatur in arcto carcere, ſed in camera, vel palatio, ſeu in aliquo thalamo, nam tunc fuga facit plenam probationem: & hæc ampliatio pro veriori firmatur à Boëri in allegata deciſio. ccxv. & Paul. Girlan. in tracta. de relaxat. carcerato. in titulo de fuga carcera. numero 12. & 16. Sublimitatur prædicta nona limitatio, quando aufugeret cauſa adimplendi votum, argumen. l. illud. ff. de officio præſid. dum tamen redeat intra diem, vel intra modicum tempus. & hoc pro ſingulari tenet Marſyl. ſingul. cxlix. Sublimitatur ſecundò, vt non habeat locum, quoties generaliter recedit à carcere cauſa religionis ſeruandæ, dummodo redeat, ſecundum Bal. in l. j. C. de ſer. fugi. & Boër. in dicta deciſi. ccxv. numero 17. Sublimitatur tertiò, quando quis aufugeret de carcere propter neceſſitatem, puta, quia carcer cõburebatur, vel propter ſuſpitionem iſtius timoris, argumento l. habitatores. §. final. ff. locat. item ſi propter aquam domus, vel carcer eſſet frangenda, qui profectò text. notandus eſt pro ſcholaribus conducentibus domos, nam propter peſtem poteſt relinqui, dum tamen tu reddas claues, vel denunties domino, vt per Rip. in tract. de peſte, titu. de priui. contra cauſam peſtis, nu. 22. & Boë. in d. deci. ccxv. nu. 22. Quartò ſublimitatur hoc non procedere, quando retentus in palatio aufugeret per portam. l. nemo carcerem. in verſicu. aperta, & libera. C. de exactio. tribut. lib. x. per quem text. ita concludit Bald. in lectura antiqua, Roma, Iaſo. & Ripa. in d. l. admonendi. Brunus in tractat. de indiciis, q. iij. numero 12. Paul. Girlandus in dicto tracta. de relaxatio. carcerato. in titul. de fuga carcerat. & Felynus in dicto capitul. nullus. Secùs autem ſi muros palatij tranſcenderet. l. final. ff. de rerum diuiſio. Nam fugientes, fractis oſtiis, vel muris carcerum, habentur, acſi confeſſi fuiſſent crimen, pro quo fuiſſent carcerati, dicta l. in eos, vbi Barto. & alij notant, & ſic hoc caſu fuga facit plenam probationem, adeò quòd punitur fugiens ac ſi commiſiſſet delictum. l. ad commentarienſem. C. de cuſto. reorum, & ita notat Io. And. in addi. Specu. in tit. de præſumpt. §. præſumpta. ver. violenta. Aret. in tract. maleficiorum, in verſic. fama publica. verſi ſed quis fuerit poſitus in carcere. Sed tali ſublimitationi obſtat iſta ratio, ſecundum aliquos Doctores in l. admonendi, quia palatium, ſeu camera largo modo carcer poteſt appellari nec dicitur in carcere clauſus, qui retinetur in palatio. Hoc tamen in contrarium non obſtante teneo, ac ſequor iſtam ſublimitationẽ tanquam veriſſimam, quam comprobo hoc medio, quia conſtat quòd carceratus dicitur omnis, qui non poteſt de loco tutè liberéque recedere ad ſui libitum, ſecundum Angelum in lege prima. C. de priua. carceribus. Baldus in lege vnica. C. de confeſſis, & notat idem Angelus in l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſa, Innocen. & Doctores in capitul. nuper. extrà, de ſententia excommuni. ex quo fugiens de palatio fugit contra præceptum iudicis, ergo habetur pro conuicto, & confeſſo, ſed Doctores in dicta l. admonendi, conantur opiniones iſtas ad huiuſmodi conſonantiam, & concordiam reducere, quòd detentus in palatio, vel ſuo aliqua fida cuſtodia, propriè non dicitur carceratus, adeò quòd ſi iudici prohibita eſſet carceratio ſub pœna non tenetur ad pœnam in ſyndicatu, licet aliquem ſic cuſtodiendum arreſtaſſet: nam propriè carceraſſe non diceretur, ita Bartol. per illum textum, vbi gloſſ. in l. final. C. de decurio. & ſtatio. libro xij. quem ſequitur Aretinus in tractatu malefic. in dicto verſic. fama publica. verſi. quotuplex ſit carceratio, impropriè verò, & largè carceratus eſt, ſed non puniendus eſt, veluti confeſſus tanquàm probatum ſit delictum ex tali fuga, & ita procedit prima opinio, ſecunda autem habebit locum, quando retentus in palatio aufugeret fractis oſtiis, & muris, ſecundum Roman. in dicta l. admonendi, & Doctores in dicta l. eos, imò Roma. ibi hoc ampliat etiam procedere, ſi retentus fugam abriperet poſt accuſationem, & inquiſitionem, & hoc caſu habetur, ac ſi confeſſus fuiſſet crimen, pro quo fuiſſet carceratus, dicta l. in eos. Decimò poſſet limitari, quando eſſet factum bannimentum, vel decretum quòd quis non poſſet deferre talem rem per talem locum: nam ſi inueniatur aliquis ab officialibus, & iſte renuat perquiri, & aufugiat, erit puniendus illa pœna banni, ſecundum Bartolum in lege iij. C. de curat. public. & Angar. libro x. quia habetur pro confeſſo ille fugiens, & de hac materia vide latè per Boëri. in dicta deciſio. ccxv. vbi ad ſaturitatem vide, videlicet quòd frangens carceres poſſit condemnari abſque citatione. Vndecimò limitatur in officiali ſeu iudice fugiente ab officio ſuo, quia tenetur crimine læſæ maieſtatis. §. j. in authenti. de adminiſtrationib. & notat Ripa in dicta l. admonendi, ne propter diſceſſum ſcelera committantur à ſubditis, quia tunc pœna eſt delictum, & ſic plenè probat, vt per Bartolum & Iaſon. in dicta l. admonendi, & Marſyl. ſing. cxv. & iſta limitatio videtur communis, vt per Doctor. præcitatos. quòd ampliatur etiam finito officio, dum tamen ſtet in ſyndicatu, ſecundum l. j. C. vt omnes iudices tam ciuiles quam crimi. Alberi. vltra omnes in rubri. numero 2. ff. ad legem Iuli. maieſtat. allegans l. ij eodem titu. Sed tex. ille non probat, melius probat tex. in d. §. j. in authen. de adminiſtr. tenet Gig. in tract. de crimi. læſæ maieſtatis. lib. j. c. xiij. Vbi allegat Alber. in d. rub. tamen errauit non recordatus de doctri. in d. l. admonendi, quia iſti iudices non tenentur crimine læſæ maieſta. vt per Rip. in d. l. admonendi, & per tex. in d. §. benè tamen verum eſt, quòd iſta fuga facit præſumptionem contra de obiectis in ſyndicatu, & ſic pondera. d. §. ſed hoc in authen. de col. & in l. j. C. vt omnes iudices tam ciui. quàm crimi. vbi in his duobus allegatis habetur pœna ſtatuta iſtius fugæ, nec obſtat l. ij. ff. ad leg. Iul. maieſt. nam non loquitur in his terminis. Concludo ergo non eſſe veram opinionem Albe. & Gig. cæterùm defendi poſſet vno modo iſtorum ſententia: videlicet, quando eſſemus in criminalibus, vt videtur ſentire Ripa in d. l. admonendi, Salyc. & Rom. dum allegant text. in l. Conſiliarios. C. de aſſeſſ. Sed tex. ille non habet locum in hoc, cùm loquatur in fugiente officialem, Meritò teneo contrariam partem quòd iſta fuga officialis faciat ſemiplenam probationem. d. §. ſed hoc, & defertur iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis, quod quidem limitatur in officiali reducto ad carceres, ſecundum Rom. & Iaſo. in d. l. admonendi, Fely. in c. nullus. de præſump. & Brunum in tracta. de indiciis, q. iij. mouentur per §. neceſſitatem per eos citatum, id tamen Ripa in d. l. admonendi non admittit, & reſpondet ad dictũ §. neceſſitatem, niſi probatum fuerit per iuramentum partis, & ille text. hoc modo intelligitur, ſecundum §. ſed hoc ſ. citato, quamuis fiat illi text. aliqua violentia. Viuius.

PRO. Funiculus triplex, difficulter ſoluitur. Eccl. iiij. in c. j. de treuga & pace. extrà. Bellon.

PRO. Funus filij æs alienũ patris eſt. leg. filiusfa. ff. de in rẽ verſ. Idẽ.

PRO. Funeſtam vocem potiùs interdici, quàm audiri oportet. l. fi. C. qui accuſ. non poſſ. c. placuit. ij. q. vij. Idem.

Furioſus ingrediendo religionem teſtari, vel aliàs de bonis ſuis diſponere poteſt, ſine auctoritate Curatoris, dummodo appareat quòd tempore diſpoſitionis, & ingreſſus non fuerit furioſus. Commun. dicit Clarus in §. teſtamentum. q. xxviij. ver. Sed nunquid. P. Fich.

Furioſus non poteſt teſtari ad cauſas pias. Communem dicit Clarus. §. teſtamentum. q. v. verſi. vlti. P. Fich.

Furioſus occidẽs aliquẽ nõ punitur, nec tenetur de homicidio, cùm eũ fati infelicitas excuſat. l. diuus. ff. de offi. præſi. & tradũt oẽs Doct. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. & in l. furioſum. C. qui teſta. facere poſ. Ampliatur hoc in tantum procedere, vt furor ſuperueniens excuſet furioſum ipſum, à pœna corporali delicti anteà commiſſi, priùs, quàm efficeretur furioſus, non autem à pœna confiſcationis bo-

norum

norum,ſecundum Bald.in l. humanitatis. C.de impub & aliis ſubſtit. & in c.j.de eo qui fra rem ſuum occidit,vbi Alua.& Imola in cap.Raynutius de teſtam.& no.idem Bald.& Doct.in d.l.furioſum.in fin. & illa eſt communis opinio,vt per Iaſ.poſt Alexand. in dicta l. ex facto.Bald. in cap.ex literis de reſcript.Ripam in repeti.l.fina.nu.229. C.de inoffi. teſta.& in dicta l.ex facto.nu.30.Carerium in pract.crim.in tract.de homicidio.in §.vj.numero 14.& Marcum Antoninm Blancum in pract. crimi.in cap.incip.imbecillitate.num.11.Ratio illius communis videtur iſta,ſecundum Doct.præallegatos,quia non poteſt formari proceſſus contra furioſum. In contrariam verò ſententiam inclinauit Petrus Duennas in tract.ſuarum regu.in regu.ætas.ſeu fragilitas.in iij. amplia. per pulcherrima fundamenta,licet ibidem ſuadeat non eſſe recedendũ in conſulendo,& in actu practico à prædicta opinione Bald.cum ſit cõmunis.Amplia hoc etiam procedere.ſi ante furorem fuerit condemnatus ſecundum Doct.citatos,& alios complures congeſtos per Careriũ in dicto §.vj.numero.5.Sed ſi conſtaret de ſimulatione bene poterit condemnari & puniri,vt per Bald.in d.l.furioſum,vnde cauti peritique iudices mirabili quodam artificio detegunt malitiam malefactorum fingentium ante condemnationem,& poſt,ſe eſſe furioſos,qualiter autem probetur ipſe furor;vide Barba.in cap.cùm dilectus,de ſucceſſ. ab inteſta.Iaſ.in dicta l.furioſum.Carerium late in loco ſuprà citato.num. 16.& Marcum Anton.Blanc.in d.c.imbecillitate.numer 12.& ſeq.quia quis non præſumitur furioſus,ſecundum Bald.per illum text.in fin. C. de heredib.inſtituen.ideo alleganti incũbit onus probandi,vt per Bald. in l.nec ſi codicillos.C.de codici,& Cardi.in clemen.j,de homici.in vj. q.ij.& an probetur ipſe furor per teſtem non reddentem rationem dicti ſui? Vide Bald.declarantem in l.ſolam.C.de teſtib. Paul. de Caſtr.in d.l.furioſum.Carerium in dicto loco numero 16.& Marcum Ant.Blanc. in præallegata practica crimin.numerò 13.& iſtam concluſionem ita ampliatam limitat in quinque caſibus Carerius in dicto §.vj. numero 13.cum ij.& aliis ſeq.hiſque accedit vnum notatu dignũ, quòd ſi quis dum eſſet ſanæ mentis commiſiſſet peccatum mortale,& poſteà efficeretur furioſus,& moreretur in furore, videtur mori in peccato mortali,ſecundum Bart.in l.nunquam.§.ſi vi.ff. de vſucapio. per illum text. quòd dictum Bartol.refert pro ſingulari.Iaſo.in l.patre furioſo,num.41. ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris. F.Viuius.

Furioſus qui habet dilucida interualla,ſi contrahit,præſumitur contraxiſſe tempore furoris.Curtius Iunior in conſilio clj.numero 7. Præpoſit.in capit.dilectus.el.ij.de ſponſal.Iaſ.in l.patre furioſo.ff. de is qui ſunt ſui vel alieni iuris.nume.1.communem dicunt. B.Villal.

Intellige iſtam communem,quo ad actus,qui paulò poſt furorem fiunt,Aretin.& Imo.in l j.ff.de verborum obligat.§.fin.vel ſi laborat furore continuo,vt per vnum menſem,vel vnum annum: ſecùs tamen,ſi per aliquos actus,quia non præſumitur durare. Alcia,in tractat.præſumptio,regu.ij.præſumpt.xviij.ex quibus declaratur l.vj.titul.ij. part. iiij, B.Villalobos.

Furioſus licet tempore ſanæ mentis occidat aliquem non poteſt pœna corporali affligi.Iaſo.in l.furioſum.C.qui teſta.facere poſſ.vbi originaliter Bald.communem dicit.

Amplia,etiam ſi poſt delictum efficiatur furioſus non debet pœna corporali affligi,in bonis autem condemnabitur.Iaſo.ibi numero 7.& 11.communem dicit. Idem.

Furioſus non citatur cùm de curatore prouidendum ſit illi. Hiero Cagno.in l.furioſi.ff.de re iudicat.in fin.communem dicit. Idem.

P R O. Furem nocturnum impunè licet occidere.l.furem ff.ad legẽ Corneliam.de ſicar.in cap.ſi perfodiens.extra de homicid. Bellon.

P R O. Fures hodie caſtigari debent,in authent.ſed nouo iure. C. de ſer.fugit.in cano.faternitas. xij.quæſt.ij. Idem.

P R O. Furtum ſine affectu furandi non cõmittitur. l.furtum.ff. vſuc.

OBIEC. Opponitur de l.qui ſaccum.ff.de furt.vbi,qui ſaccum cum pecunia ſubtraxit,non animo furandi ſaccum,tenetur.

S O L. Ibi animus ei fuit ſecundario,licet nõ principaliter,vel directè.

O B I E C. Secundò opponitur de l.fullo.§.qui ancillam.ff.eod.titul. vbi furti tenetur,qui ancillam,non meretricem,non furandi,ſed libidinis tantum cauſa ſurripuit.

S O L. Illud ideo,quia domini intereſt,cum minus modò valeat, ſecundum gloſſ.in l.verum.ff.eodem.

O B I E C. Tertiò,& vltimò obſtat.l.cum ſeruus.ff.de cõd.cauſ.dat. cau.non ſec.vbi furti quis tenetur,licet lucrandi non fecerit.

S O L. Ibi etiam erat lucrum,quia voluntatem ſuam expleuit doloſè agendo:vt ibi gloſſ.dicit.Vel dic,quòd illi tres caſus ſunt ſpeciales,& à regula noſtra excipiuntur.

P R O. Furtum ſine contrectatione rei non fit.l.ſi quis vxori.§.Iulianus.ff.de furt. Bellon.

Furtum dicitur caſus fortuitus tunc ſolum quando a perſona domeſtica fit.Eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in conſil.xlij,factum quæſtionis.vol j. M.Gribald.

P R O. Fuſtium caſtigatio,non infamat,lege,ictus fuſtium.ff. de iis qui not.infam, Bellon.

P R O. Futurũ ius remitti poteſt.l.j.D.de pact.l.& here.§.filia.ff.eodẽ

O B I E C. Contra de l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione. ff.de leg. ij,§.decretalis.ff.de ſucceſſ.edict.vbi quod nondum acquiſitum eſt repudiari non poteſt.

S O L. Remitti poteſt, ſcilicet per pactum, vt hic: ſecus per repudiationem,vt in contrariis.Ratio diuerſitatis eſt,quia hæc vnius conſenſu,illud duorum vallatur. vnde duo vincula ſunt fortiora vno.

O B I E C. Prætereà,contrà de l.pactum. C.de collat. vbi non valet pactum futuræ ſucceſſionis,

S O L. Ibi quando agitur de ſuccedendo,hic verò,de non petendo ius futurum,vt fideicommiſſum,per quod in aliis rebus heres eſſe non prohibetur.in contrario autem agebatur,vt non eſſet heres.ita not.gl. in d.l.j.de pact. Bellon.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENtiarum receptarum,

## *LIBER SEPTIMVS.*

### G

GABELLAM contractuum non tenentur ſoluere eccleſia,vel clerici. Communem ait Decius conſilio ccccvj.num,3. B.Villal.

*ADDITIO.* Aduertas tamen quòd ſi eccleſia releuatur ab onere gabellæ,in altero poſtea poteſt dici grauata,quia tunc vendit fortè rem minore pretio ſub ea ratione & colore quòd emptor teneatur ad gabellas,quòd in vnum recidit ac reſoluit: quia communis opinio eſt,vt dicit Tiraquel. in retracta.municip.§.j.in gloſſ.xiij.nume. 12.quòd emptores rerum Eccleſiaſticarum non gaudent immunitate gabellarum,ſiue vectigalium ordinariorum, licet eccleſia ſit exempta, vt per iura & auctoritates comprobat.

Gabella eſt ſoluenda etiam in foro conſcientię quando eſt impoſita ab habente poteſtatem imponendi.Bertach.in tractat.de Gabellis par. ix,q j.communem dicit.

Gabella ſi debetur de re diſtrahenda à loco:& res publicetur propter non ſolutionem:ſi contingat plures res diſtrahi,ſi de vna, ſoluatur gabella:reliquæ publicantur non tamen res de qua ſoluta eſt,ſi licitè poterat extrahi:aliàs omnes publicantur,etſi ſit ſoluta gabella de omnibus.Firma.de gabel.in ix.part.in fin.communem dicit. Idem.

Gabella ſi debet ſolui ſecundum ſtatutum per extrahentem aliquam rem à territorio non extenditur ad res,quæ ad proprium vſum extrahuntur.Iaſo in l.cętera.§.ſed ſi quis ad opus.ff.de legat.j.nume.7.communem dicit. Idem.

Gabella,ſi ſecundum ſtatutum debeat ſolui de aliquibus bonis extractis de aliquo territorio,non comprehendit res,quæ originaliter nõ ſunt de dicto territorio,ſed per tranſitum aliunde deportantur.Iaſo. ibidem numer.71.communem dicit. Idem.

P R O. Genus à digniore parte ſui denominationem ſumit.nota.gl. in l.j.de verborum obligationib. Bellon.

P R O. Genus in medio poſitum,reſtringitur ex præcedentibus, & ſequentibus leg.quæſitum.§.Mæui.& ibi nota.ff.de leg.iij. Bello.

P R O. Generalis ratio præualet ſpeciali.in §.furtiuæ.Inſtit.de vſuc. & in §.affinitatis,inſtit.de nupt.vbi nota.

O B I E C. Contrà,ſpecialis præualet,vt in leg.quædam.ff.de edend.

S O L. Actio propria ſpecialis alicui competens præfertur generali. vbi enim actio ordinata locum habet,recurrendum non eſt ad extraordinariam,ſeu ſubſidiarum.in l.in cauſæ.ff.de minor. maximè cum clauſula generalis non referatur ad ſpecificata.in l.doli clauſula.de verbor. obliga.ff. Bellonus.

P R O. Generale dictum reſtringitur ad habilia in l.j.vbi glo.C. de ſacroſanct.eccleſi.in l.vt gradatim.§.j.ff.de mun.& honor.

P R O. Generalia verba trahuntur,& ad præſentia. & ad futura. in l. final.C.quæ res pignor,obliga.poſſ.vel non.

O B I E C. Contrà,quia generalitas non trahitur ad futurum,niſi exprimatur.in l.ſi à colono.ff.de verbor.oblig.

S O L. Ibi loquitur in ſtipulante per verba de præſenti,quæ de futuris non intelliguntur:& eſt ratio, quia magnum damnum eſſet promittenti,quod non eſt obliganti,cũ per hoc nõ plus debeat,vt hic.Bel.

P R O. Generalitas parit confuſionem,& obſcuritatem.l. Titiæ textores.ff.de legat.j.l.ita fidei,ff.de iur,fiſc.l,cum Sticus.ff.de ſolut. Bel.

P R O. Generalitati ſpecialitas derogat.leg.vxorem.§.feliciſſimo.& lege ſeruis vrbanis.§.vernæ.ff.de lega.tertio.l.ſanctio legùm.ff,de pœn. in capitulo primo.de reſcript.& cap.ſtuduiſti.de offic.lega.extrà,in ca. dudum.& cap.quamuis de præben.in vj.

O B I E C. Contra quia imo enumeratio ſpecierum generalitati non derogat,in l,quæſitum.§.finali.ff.de fide inſtrumentorum,& l.legata.ff. de ſuppel.lega,& leg.verba.ff.de alim.& cib.leg.

S O L.

SOL. Vbi remouendæ dubitationis cauſa ad maiorem euidentiam ſpecies enumerantur à ſciente, genus non minuitur per ſpeciem.d.l.& verba. Si verò ab errante fiat ſpecierum enumeratio, eo caſu ex abundante fit, ideóque per eam nihil generi derogatur.d.l.legata, in princ. Vel dic breuius, quòd noſtra regula non habet locum in ſpecie ſubiectiua, quia exempli cauſa ponitur, ſecundum Doctores, vt in contrariis.

OBIEC. Præterea obſtat, quia generalibus ſpecialia inſunt.l. hoc legatum. ff. de legat. iij. vbi generale verbum, quæ vxoris cauſa parata ſunt, continet ſingulas ſpecies. Ad idem text.in l. fin. C. quæ res pig. oblig.poſſ.& l.fin.C.de hered.vel actio.vend.& l.ſi ſeruitus, de ſeruitu. vrba.præd.ff.reg.in generalib.de reg.iur.in vj.

SOL. Tu dic, quòd licet per ſpeciem generi derogetur, vt hic, tamen ſpecies ſub genere bene continetur, vt in contrariis. Bellon.

Generalis diſpoſitio non comprehendit cauſam dotis. communem di it Neguſan, in tracta.de pign.in j.part.viij.partis principalis.num.3, ad fin. Vill.

Generare non volens, non poteſt contrahere matrimonium. Ioan. de Neui.in ſylua nupti.par.j.communem dicit. Villalo.

PRO. Genitiuus importat dominium.in lege ſecunda §.in locum. ff.de relig.& ſumpt.fun.latè tractant docto.in rubric.de nouis operis nuntiatione. Bellon.

PRO. Gerundium importat neceſſitatem.l.inter cetera ff. de libe. & poſthumis in §.adoptiui.inſtitut.de exheredat.lib.no.doct.in rubr. C.de eden. Bellon.

Gloſſæ dictinctio in l. Lucius. ff. de his qui not. infam.de periuro, quando cenſeatur & ſit infamis, eſt communis, & recepta, vt dicit Lanfranc.in repet.cap.quoniam contra, in verb, teſtium depoſitiones, num.81, extra de probat. I.Fichard.

Gloſſa in ca.j.§.j.in verb, poſtpoſuerit, de feudo vel benefi.fœmi.vbi dicit, quòd ſi vaſallus fiat monachus, feudum reuertatur ad dominum. Intelligi deberet. Vbi agnati non ſupereſſent, vel vbi feudum eſſet nouum.communem dicit Ioan. Clarus in §. feudum.quæſt.lxxviij, ver. Sed hæc, P.Fich.

PRO. Gratia ſi non gratis datur, vel accipitur, gratia non eſt.cap. gratia.j.quæſt.j. Bellon.

PRO. Gratificationi locus eſt.in l.fin.ff.de relig.& ſumpt.funer.

OBIEC. Contrà de l.ſi duobus.C.commin.de leg. & l.quoties.ff. de vſufruct.

SOL. Vbi actus vitiatur propter incertitudinem, gratificationi locus non eſt l.duo ſunt Titij. de teſtamen. tut. ff. Nec obſtat l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.ff de legat.ij.quia ibi neceſſitas non imponitur, vt ibi not.

PRO. Grauius eſt diuinam, quàm temporalem offendere maieſtatem. Authent.gazaros.C.de hære, ca, vergentis.de hær.extrà Bellon.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM,

## *LIBER OCTAVVS.*

### H

HABENTI tutorem alius tutor dari non poteſt, l.ſi ſororis.C.qui petan.tut. Bellon.

PRO. Heres idem eſt quod dominus in §.final. inſtit.de hered.qual,& diffe. Idem.

PRO. Heres eadem eſt perſona cum defuncto, in l.heres.ff.de vſucap.in §.j.in authen, de iureiur, à mor.præſtant.collar.iiij.

OBIEC. Contrà de l.qui futurum. §.j. de pact.ff.vbi pactum in perſona teſtatoris non porrigitur ad heredem.

SOL. Ibi, quia erat perſonale pactum, quod cum perſona extinguitur.l.idem.§.perſonale.ff.eod.tit.l.quia tale.ff.ſolu.matrimo.

OBIEC. Prætereà opponitur, quia heres heredis, eſt heres teſtatoris in l.fin.C.de heredib.inſtit.& tamen in ſubſtitutione facta per hæc verba, quiſquis mihi heres erit, non venit heres heredis l.qui liberis.§, hæc verba.de vulg.ſubſtit.

SOL. Ibi, quia non veniebat ex voluntate defuncti, nec tenebat locum primi quoad effectum teſtantis, vt ibi notat Bart. Idem.

PRO. Heres adeundo hereditatem quaſi contrahit cum creditoribus & legatariis, l.ex maleficiis, §.heres.ff.de actio.& obli.l.apud Iulianum.in §.fin.ff.in quibus cauſis in poſſe.erat.§. heres.inſtitut.de oblig. ex quaſi.cont. Idem.

PRO. Heredis inſtitutio eſt caput & fundamentum teſtamenti.§. ante heredis.inſtit.de leg. Idem.

PRO. Heredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt.l.legatum.§.heredi.ff.de leg.ij. Idem.

PRO. Heredes iuris ſucceſſores ſunt l, quoties.§.heredes. ff.de heredi.inſtitu.l.cum heres, de di.reſ.in l.heres de acquir, hered. Idem.

PRO. Heredes pro hereditaria parte tenentur ad onera hereditaria.l.pro hereditariis.C.de hered.actio.l.j.C.ſi certum petatur. Idem.

Heredem ſi teſtator in teſtamento ſuo nominatim non expreſſerit, illum tamen deſignauerit per relationem ad aliam ſchedulam, vel ſcripturam, in qua ſit ipſius heredis nomen expreſſum, ita tamen vt veniat demum poſt teſtatoris mortem certificanda, talis inſtitutio ſuſtinebitur.com, d.Clarus in, §, teſtamentum, q.xxxvj, verſi.Sed quid. P.Fich.

Heredes Donatoris non poſſunt donationem reuocare, ſi donator paſſus ſit Donatarium res donatas poſſidere. Communem dicit Clarus in §.Donatio, q.xiij.ver.final. Idem.

Heredis inſtitutio, ad interrogationem notarij facta à teſtatore ſanæ mentis, mortis proximitate non oppreſſo, valet. Et communis opi, ſecundum Alexand, conſi.xij.viſo inſtrumento, verſic.& quod dictum teſtamentum, vol.j. M.Gribald.

Heredi vniuerſali mala fides defuncti nocet. Eſt magis vera concluſio, ſecundum Alexand, conſi, xj.ex his quæ in themate.vol.vj. Idem.

Heres extraneus grauatus reſtituere hereditatem, ſolam Trebellianicam detrahit, & hoc ex Senatuſconſulto inductum fuit, vt inuitentur heredes ad adeundam hereditatem, §.ſed & quia. Inſtitut. de fideicommi.hered.l.filium.C.famil.erciſcun.quod intelligendũ eſt, ſi ſpontè adiuit, ſecùs ſi coactè. l.quia poterat.ff.ad Trebel, hinc eſt, quòd heres rogatus alteri reſtituere hereditatem, inuentarium facere cogitur, vt Trebellianicam non amittat.§.ſi verò non fecerit.in auth.de hered. & falcid.qui text.generaliter de fideicommiſſariis loquens vniuerſalem quoque fideicommiſſarium comprehendit.l.j.§.generaliter.ff.de legat.præſtan.canon.ſi Romanorum, decimanona diſtin.& not.Doct. in l.Marcellus.ff.ad Trebellia. Quòd autem heres qui non fecit inuentarium Trebellianicam perdat ſicut Falcidiam, tenent Oldr.per pulcherrimas rationes, conſi, ccxxxiiij. Hælena Mattarelli, Paulus de Caſt. conſil, ccvij, ſuper primo, & in l.cum tale.§.j.ff.de conditio.& demonſtrat. Imola etiam ibi, & in authent, ſimiliter. C.ad legem Falc. Fulgoſius conſi.xxiij.humaniſſimè, & conſi.xcvj, pro deciſione.poſt princi. Cornæ.conſi.ccciij.volumi.j. conſi.xxij.vol.ij. & conſ.clxviij. vol, iij. Matheſi.in ſingul.clviij.Deci.conſ.ccxxxvj.in v.q.ccccl xxx, & ccccxcv. in quibus conſiliis iſtam eſſe magis communem opinionem, idem atteſtatur Caſſadorus deciſ.iij.num.1.4.& 6.in titu.de teſtamen.& Crauet. conſi.xvij.num.1.Capra.conſil.vij.in fin. Socin. in rubr.in fi.ff.ad Trebell.& in l.Marcellus.§.quod autem, eodem titul.& Curt.Iunior conſi. liiij. In contrariam vero ſententiam inclinarunt Iaco de Areti. Ioan. Andr, in addi.ad Specul, in titul, de inſtru. editio. §.final.verſi.nunc videamus. Bart.ſibi contrarius conſil, ij.& in authen.ſed cùm teſtator.C. ad l.Falci, & ibi etiam Bald.& Sal.& idem Bald.affirmat iſtam opinionem eſſe veram conſil.xcix.ſuper primo quæſito.vol.iiij.licet ibi, & in l.cùm tale.§.j.ff.de condi.& demonſtra.ſubiiciat de conſuetudine inducta per errorem opinionem ſeruari contrariam, & iſtam partem audacter aſſerit eſſe communem Alexand.conſil.lxvij.viſis.libr.iiij. & in dicta authent.ſed cum teſtator. Iaſ.etiam in rubr.ff.ad Trebel.nume.7. & in repet.rubr.numer, 17, & in dicta l, Marcellus.eodem titu, nume, 57. & refert Crauet in præcitato conſi xvij.& pro iſta parte reperio conſuluiſſe Paul, de Caſt.conſi, ccij.volumi.ij.in nouis incip.in Chriſti nomine, & conſi.ccix. & iſta quæſtio adeò ambigua eſt propter cõflictum opinionum, & diuerſas iuris interpretum ſententias vt conſtat ex iis quæ congerunt Doct.in dicta l.Marcellus. adeò, vt deciſionem principis deſideret vt refert Caſſadorus in præallegata deciſio.iij. in titu. de teſta circa fin. retenta itaque prima parte tanquam magis vera, & communi, amplia, vt procedat etiam ſi heres ſit filius teſtatoris, vt per Baldum conſil.ccccciiij.in ſubſtitutione libr, ij, & Cornæ, conſil, clxviij. in hac conſultatione, vbi ponit iſtam eſſe magis communem opinionem, idem dicit Dec.conſi, ccxxxvj non parua difficultas.& Cornæ.conſilio xxij, in hac conſultatione, libro ſecundo. eandem opinionem ſequitur Barba, conſilio, xlvj.difficile.lib.iij.& Auguſtinus Beroius in capitul.in præſentia. numero 448.in fi.de probatio. & licet filius ob omiſſionem inuentarij perdat Trebellianicam, tamen non perdit legitimam, & in hoc Doct.conueniunt communiter, vt refert, & atteſtatur Corſetus in tractat.de poteſtate regia in materia Trebellianicæ. quæſtio. lxxiij. & Laurentius Calc.conſilio lxxxvj.tota iſta quæſtio, & iſtam opinionem originaliter tenuit gloſſ.in authent, hoc amplius, C. de fideicommiſſ. Oldra in dicto conſi.cxxxiiij. Bartol, in dicta authen.ſed cùm teſtator, & alij complures congeſti per Corn, in loco ſuprà citato. Interpretatur & limitatur præfata concluſio, quando teſtator heredi remitteret neceſſitatem inuentarium faciendi, quia tunc omiſſio inuentarij heredi non noceret, l.final, de arbit, tute.l.cum tale.§.j.vbi Bald, & Imol.ff. de conditio, & demonſtra. Curti.conſilio xxix.in regno Hiſpaniæ, in fin. cum allegatis per Dec, conſi.cccviij.viſa iterum lecta.& Socin.conſi.li. viſo teſtamento.lib, iii. F.Vil.

Heres rogatus hereditatem reſtituere ex Senatuſconſulto Trebelliano, quartã retinere poteſt.§.ſed quia ſtipulationes. Inſtitut. de fideicommi.hered.& ſi filius eſſet, ſeu de liberis, quibus legitima debetur

jure

iure naturæ quartam facile vtra legitimam poſſet detrahere.c. Raynal.,de teſtam.quòd quidem procedit, quando vno, eodémque tempore vtriuſque quartæ detractio non concurrit, vtputa quando filius eſſet in diem,vel ſub conditione rogatus reſtituere: tunc enim poteſt duas quartas detrahere,ſecùs autem, quando purè eſſet rogatus, quia tunc non poteſt de iure Canonico,nec de eius æquitate detrahere,niſi vnam quartam ſecundum gloſſ.& communiter Canoniſt.in dicto c. Raynutius. Legiſtas in l.quanquàm. C. ad l.Falcid. & l.Papinianus.§. meminiſſe.ff.de inoffi.teſtamen,& iſtam communem ſequitur Barto. in l j.§.interdum.ff.ſi cui pluſquam per leg.Falcid.in d l.quanquàm,& in d.§.meminiſſe.Fulgo.conſi xxvj.ſtante ſtatuto,& Alexan,in l.in ratione.§.quod vulgò.ff ad leg.Falci.conſil.xliij attenta, in fin.volu.ij.& conſil.cxlij.circa primam dubitationem.volum,ij.& iſtam ſententiam approbauit vſus totius mundi volentis in hoc ſtare Canonibus, vt legitur inter conſilia Baldi.conſilio cclxxxij.& conſilio cclxxxvij.quidam.Alexand.libro.iij.& iſtam communem atteſtatur Afflict. deciſio. ccclxvij.num.4.& ad vtranque partem diſputat,ſequitur,allegat, pluriméque declarat Auguſtinus Beroius ca.in præſentia.numero 437. cum aliis ſequent.de probatio. & Ripa in l.iubemus.C.ad Trebellia. Limitatur hoc vbicunque pater expreſsè filio primi gradus grauato Trebellianicam prohibuiſſet,quia quamuis pater ipſe filiis primi gradus Trebellianicam prohibere nequeat,vt l.iubemus ad Trebel.nihilominus hoc verum eſt,quando vna tantùm detrahi poſſet,vt quia purè fuiſſet grauatus per fideicommiſſum. Sed quando duas regulariter poſſet detrahere, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione,vel in diem,iſto caſu pater prohibere Trebellianicam poſſet, vt filius haberet duntaxat legitimam,vt voluit Paulus de Caſtr. Alexander in l.mulier.§.cùm proponeretur.ff.ad Trebellia.& idem Alex.conſil.xxviij. & clxv.volumin.v.& Cornæ.conſi.xxij.volumin.ij.vbi ſcribunt iſtam eſſe communem.Contrariam verò partem,quòd inefficax ſit iſta prohibitio,tenuit Paul.de Caſtr.reuocando ſententiam in melius. in d.l. iubemus, & fuit de mente Bartol.& Alexand.in l.quod de bonis.§. quod auus.ff.ad leg.Falcid.& ideò Alexand.conſilio ccl.volum.vj.non fuit auſus conſulere pro prima opinione. Iſtam ſecundam partem tenuit etiam Angel.conſil.cxxj.& Alexand.in d.§.quod auus.vbi reſpondet ad d.l.iubemus.Bald.& Saly.in d.l.iubemus. Roma.conſil.ccxvj. Barba,in dicto cap.Raynutius.circa.fin Alexand.conſilio v.volum.iij. & conſilio ccj.& lxvij.vol.vj.Dec conſi.lxxxj.& clxx.& conſil.ccxviij. & iſta eſt communis opin.vt ponunt præcitati Doct,Alexand.& Soc. in l.Marcellus.ff.ad Trebell.ſeu in dicta l.iubemus.vbi etiam Moder. Curti.Iuni.conſilio clx.numero 3.& Gozadi conſilio xlv. & xcvij.numero 4.vbi refert quòd teſtator indiſtinctè non poteſt aliquo modo prohibere Trebellianicam filio,etiam ſi deducendæ forent duæ quartæ,& fatetur tandem iſtam eſſe communem opinionem, & iſta in effectu videtur communior,ſecùs autem, quando teſtator prohiberet extraneo heredi inſtituto,& grauato detractionem Trebellianicæ, quia iſto caſu valeret prohibitio, & hereditas deuenire poteſt ad heredem abſque Trebellianicæ detractione.§.ſi verò expreſsim in auth.de heredi.& Falcid.gloſſ.in §.ſed quia ſtipulationes. Inſtitut. de fideicommiſſ.heredi.in verbo,liceat.Bartol.in authenti.ſed cùm teſtator. C.ad leg.Falcid.& iſta opinio ratione non caret, quia text.in dicto §.ſi verò expreſsim loquens de Falcidia,& de Trebellianica extendendus:nam per hoc ad ius commune reuertimur.l.verbis.ff.de verborum ſignific. & vbi reditur ad ius commune, Lex etiam correctoria recipit extenſionem ſecundum gloſſ.in capi.ſtatutum.de præbendi.libro.vj.preſertímque vbi ſublata ſignificatione vocabuli caſus, de quo fit extenſio comprehenditur.glo.in Clement.prima.de electio.& appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum eſt per nota.in authen.vnde ſi parens.C.de inofficio.teſtamen.& ſententiam iſtam communiter approbari ſcribit Alexand.in dicta l.Marcellus.poſt Ioan, de Imo.ibi, & quòd iſta communis ſit fatetur etiam Barba.conſilio x.illud.lib.iiij. Iaſon conſilio lxxxiiij.omiſſa.libro j.& conſil.cxlvj.præſuppoſito.volumi.ij.Alexand.in l.ſi filius à patre,nume. 3.ff.de liberis & poſthumis & in l.extraneum,C.de heredibus inſtituen.numero 8.Iaſo.in l.ſi fundum.§ ſi libertus.numero 10.ff.de lega.j.in dicta l. Marcellus.numero 40.& Bald.Nouellus in tract.de dote.in ſexta parte.in xiij.priuilegio. numero 2. Interpretantur prædicta etiam procedere,ſi teſtator hereditatem reſtitui mandauerit totam, vel integram, vel pleno iure, vel vſus fuerit his verbis,heres reſtituat omnia bona,vel reſiduum bonorum,aut quicquid ex bonis peruenerit, videtur tunc Trebellianicam prohibuiſſe per ea, quæ notat gloſſ.in l.decem.C de fideicommiſſ.libertatib,quam ſingularem eſſe dicit Ang.ibi,& Bald.in authent.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.facit l.fina.eod. titu,& hoc approbat Alexand. in l.Centurio.ff.de vulg.& pupil.& conſil,ccj.perſpectis verbis.libro vj.& iſtam opinionem communem eſſe ſupponit,idem Alexand.conſilio.v.circa primum.libo iiij.Gozadi.conſilio xcvij.numero 6.& magis commu,dicit Alex,conſi,lxvij.num.1.vol.j.& com,etiam dicit Bellonus conſi.lxiiij,nu. 2.& hæc opinio comprobatur.ex multis rationibus relatis per Corſetum in tractatu de poteſtate regia,in quæſt.lxxiij. §.ij.contrariam verò ſententiam quòd detrahatur,tenuit Roma.conſ. lxxv.neſcio,& conſil.lxxix.totam fundamentum,& conſil.ccxxxix.in hac re.& Felyn.in c.à nobis.de præſcrip.& Iaſ.conſi.lxxxiiij.omiſſo vol.j. Dec.conſ.cccxcv.& Pau.de Caſt.in auth.ſed cùm teſtator.C.ad legem Falcid.& iſtam opin.ait eſſe commu.Roma.in d.conſi.ccxxxix.& magis commu.dicit Bellonus conſi.lv.nu.1.& conſi.lxvj.num.1.& ſeq.& conſilio lxxx. F.Viuius.

Herede non adeunte hereditatem, omnia iura teſtamenti pereunt, & ſic,ſi nemo hereditatem ipſam adierit,nihil valet ex iis, quæ in teſtamento ſcripta ſunt l.ſi nemo, la prima.ff.de teſtam.tut.l.eam quam. C.de fideicomm.& l.ſi nemo ſubiit.ff.de regu.iur.& not.Roma.conſi. ccccxxviij.Dec.in viſo proceſſu.volu.vij.Fallit hoc quippe principaliter in filiofami.etiam infante.qui abſque aliquo dubio tranſmittit hereditatem patris non agnitam ad quoſcunque heredes iure ſuitatis.l. apud hoſtes.C.de ſuis.& legiti.& iſta eſt communis opinio, vt apparet ex relatis per Decium conſi.cccxxxj.pro reſolutione conſilio ccxlv. & conſi.ccl,in antiq.& Iaſ.conſilio cxxx.magnificus.volum.j.ſed imò pupillus,ſeu infans moriens hereditate non adita tranſmittit ad heredem ſuum beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam hereditatem,& per cõſequens heredes eius poſſunt petere reſtitutionem in integrum,ex clauſula generali,ſi qua iuſta cauſa & cetera; aduerſus hereditatem non aditam à timore, vt tenet Bartol.in l.ſi infanti.C.de iure deliberand.& alij multi,quos referunt Paul.de Caſtr.Alexand.& Iaſo.ibi dicentes iſtam eſſe communem opinionem,prout etiam atteſtatur Soci.conſi.ix.volumi.j.& latè plures citans Guliel.Benedi.in ca. Raynutius.numero 179.de teſta.Cornæ.conſilio cccxij.in fine. Rom conſilio lviij.viſis narratis.& Riminald.conſi.xx.numero 15.& conſ. cxx.numero.3.Bald.verò conſilio ccxxvj.quæſtio. volum.ij.arbitratur quæſtionem iſtam eſſe difficilem,& conſilio ccxiij.caſus talis, libr.iij. habet pro abſurdo ratione minoris ætatis dari reſtitutionem in integrum.& Soc.conſilio ccxvj.non poteſt negari.aſſerit in iſta quæſtione eſſe locum gratificationi,& propter auctoritatem eorum, qui ſunt in contraria ſententia.& ob validiſsimas rationes, quibus reſponderi nequit indigere deciſione Cæſarea, nihilominus Doctores communiter tenent, quòd competat reſtitutio in integrum etiam heredibus infantis,vt per Cor. conſilio lxxxvij.circa primum,& latè ſuprà deduximus, & ab iſta communi fatuum eſſet recedere in actu practico. His accedit congruenter,quòd infans non poteſt adire hereditatem ex ſemetipſo,ſed pater pro eo,aut tutor,ſecundum Bart.in dicta l.ſi infanti, & omnes doctores communiter in l.bonorum.C.qui admit. & iſtam ſcribit eſſe communem Bellonus conſilio xxiiij.num.16. Interpretatur quoque prædicta regula non procedere in legatis ad pias cauſas,vt no. Bartol.in l.j.C.de ſacroſanct.eccle.Sed contra Bartolum ipſum audacter aſſeuerat eſſe communem opinionem Canoniſtarum.& Legiſtarum.Alexan.conſilio cccliiij.ſtatutis.numero 17.volu.ij.Iaſ.in d.l.eam quam.& in d.l.j.in j.lectu.& in ij.lectu.quòd imò relicta ad pias cauſas non debeantur hereditate non adita,opinionem verò Bartol.ſequitur Deci.in dicta l.ſi nemo.& Lupus in allegatione xix.vbi expreſsè fatetur ſententiam Barto.ſeruari in practica,& eſſe magis æquam.His accedit ſimiliter, quòd hereditas poſtquam eſt adita per heredem non dicitur amplius non hereditas ſecundum communem opinionem Doct.quam citat,& ſequitur Iaſ.in l.poſſeſsio appellata.§. veteres.numero 18.ff.de acqui.poſſeſsio.Fallit etiam præfata concluſio in viginti aliis caſibus,quos ponit Barba.in rubri.extrà de teſtam.ver.nunc ad vltimam quæſtionem. F.Viuius.

Heres mariti defuncti lucratur, vxore ſuperſtite, fructus dotis rerum mobilium tempore anniculæ dilationis ſecundum communem opinionem omnium Docto.in l.diuortio.ff.ſoluto matrimonio,quam impugnare pluribus rationibus conatus fuit Iaſo.ibi, tamen (quicquid ipſe ſuadet coloratis fundamentis)ob hoc diſcederem à dicta communi,cum qua ſentiunt Doctores & Modern.in dicta l.diuortio reſpondendo omnibus contrariis. Ceterum,tranſacto anno,vxor ipſa abſque aliquo dubio poſſet ab herede mariti petere prædicta bona mobilia,& ſi heres mariti exciperet, ſeu opponeret aduerſus vxorem dotem petentem, quòd ipſa perdidit dotem propter adulterium,de quo maritus eo viuente, querelam non porrexit, nihil prodeſſet iſta exceptio heredi,ſed tenetur vxori reddere dotem ſuam non obſtante iſta friuola exceptione,vt per Canoniſtas communiter in cap.plerunque.de diuor.quam communem ſequuntur Modern.ibi,& Ripa atteſtatur in l. fin.numero 201.& ſequen,C.de reuocan.donatio,Prædictis etiam accedit quòd heres tenetur alere vxorem dum in viduitate maneret, ſi quidem, durante tempore viduitatis,durat proculdubio onus alimentandi,dicitur durare vidua in matrimonio, dum vitam vidualem obſeruat,vt per Iaſo.in §.fuerat.numero 5.& ſequenti.& xxv.Inſtitut.de actio.vbi ponit vltra annum vxorem alendam fore ab heredibus mariti defuncti,quod procedit,durante viduitate,aliàs non,& iſta communis opinio omnium Docto.vt per ſcriben.paſſim, accedit ſimiliter præfatis aliud not,ſatis vtile,quòd mulier non poteſt alimenta,ſeu vſuras dotis poſt annum petere, cum habuerit in poteſtate ſuam dotem petere,& non curauit,lege prima,cum ibi notat,per gloſſam & Doct, C.de ſententiis quæ ſine certa quantita.& ita tenet Bartolus in lege ac

qui na

qui natura.§.non tantum.ff.de negotiis geſtis.gloſſ.& communiter omnes legiſtæ in lege inſulam.§.vſuras.ff. ſolu.matri.& communiter omnes Canoniſtæ in capitul.ſalubriter.de vſuris,de quâ communi faciunt mentionem Moder.in dicto .vſuras,& cõſulentes vbique. F.Viuius.

Heres quilibet poteſt per ſe vel notarium, vel aliũ interrogare teſtatorem ad inſtituendũ ſe heredem.& ſi in caſu dictæ interrogationis teſtator faciat interrogantem heredem valet,& tenet iſta inſtitutio ſecundum Doct. in l.iubemus.C.de teſtamẽtis.Hæc verò opinio communis & veriſſima procedit,ſi teſtator articulatè loqui poterat,& conſtabat de intentione ipſius quòd volebat ita facere ſecundum gloſſ. in dicta lege iubemus,cum qua ſentiunt omnes ſcribentes ibi Bald.conſil. cxx. ſuper primo,volumine quarto, Paul.de Caſtro conſil. ccclxiij.viſo puncto,per legem Pamphilo.§.propoſitum.ff de legatis tertio.& iſta eſt cõmunis opinio teſte Cornço conſilio cclxj numero 18. libro quarto, poſt alios ibi relatos per eum & Boërius in deciſio. xxxv. numero v. & iam conſtat eſſe communem ſententiam etiam ex congeſtis per Alexandrum conſilio xij.viſo inſtrumento.libro primo per Iaſonem conſilio cxxiiij factum ſic ſe habet in fine,libro primo.& per Corn.in præcitato conſilio.Iaſo.in dicta lege iubemus.numer.20.& Bellonum cõſilio xxvj.Procedit ſecundò prælata concluſio, quando notarius non ſeorſum, ſed in cõſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentũ,& quando appareat teſtatorem eſſe ſanæ mentis,aliter enim non valeret teſtamentũ ipſum,ſi teſtator tunc fuiſſet infirmitate valdè grauatus, vt per Ioannẽ Andream in additio.Speculatoris,in §.primo. de teſtamen. Marſyl. in ſing.ccccxlix.Afflict.deciſione cxliij.Iaſo in dicta lege iubemus. & per Socin.conſilio xx.in facto.& conſi.xxviij.viſo lib.iij.de quo etiam per Calca.conſilio xcij.viſo puncto.Procedit ſimiliter præallegata concluſio,quando notarius non ſcribit teſtamentum illius,qui balbutiendo loquitur, ſecùs autem quando ſcriberet teſtamentum iſtius balbutientis:nam ſi hoc probaretur,rueret teſtamentum, vt per Baldum in lege quidam.ff.de condit.inſtitut.& Iaſ.in lege quoniam.C.de teſtam. Procedit quoque iſta concluſio,quando notarius non ſcribit heredem ad nutum capitis teſtatoris,ſed facit teſtatorem,ita clarè reſpondere quòd exaudiatur à teſtibus,quia teſtamentum non fit nuda voluntate,ſed verbis,vt per gloſſam in l.in fraudem.§.j.ff.de militari teſtament.fallit hoc in fideicommiſſo,nam fideicommiſſa nutu relinqui poſſunt,lege nutu, & ibi Bartolus.ff.de legatis tertio,cum citatis per Alexandrum in dicta lege iubemus. F.Viuius.

Heres cogi non poteſt ad ſoluendum relicta ex teſtamento non ſolenni.l.ſi veritas.C. de fideicommi. & ibi omnes Doctores notant, & Baldus conſilio cclxxxiiij.& ſequent.& conſilio cccviij, iſta ſcriptura libro iij.Interpretatur vtiliter hoc, quando teſtator in teſtamento non ſolenni legatariis,& fideicommiſſariis expreſſè permittat,vt poſſint propria auctoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum.lege tertia.§. Lucius.ff.de legatis ſecundo,& ex poſſeſſione legatarios fideicommiſſariosque retentionis commodum conſequi, nemini dubium eſt.l.militis codicillis,§,veteranis,ff.de militari teſtamen. & per Doctores in l. poſt diuiſionem,& in l.cum quis.C.de iuris & facti ignorantia : &per Canoniſtas in capit.final.de ſolut.&ab opinione hac non eſt recedendum,teſte Alexand.in l nemo.ff.de legat.j.& quamuis Barba. in dicto. cap.final.dicat nonnulla contra iſtam ſententiam,tamen ſecundum eã iudicandum eſt,quia opinio prædicta communiter approbatur,& magis communiter approbatam eſſe aſſerit Iaſo.in dicta l. cum quis.& in allegata l.nemo his accedit vnum valdè vtile, quòd ad probandam licentiam per teſtatorem traditam apprehendi poſſeſſionem rerum relictarum propria auctoritate ſufficit etiam actus inualidus.l,qui à patre,vbi Baldus ff.de confirmat.tutorum,l.final.& ibi Bartol.ff.de rebus eorum.Deci.conſilio clxxj.in cauſa venerabilis. & Iaſ. conſuluit conſi. cxxvij.dubitatur.volumine.ij. F.Viuius.

Heres non comppellitur ſatisfacere pro mortuo in quo non apparuerunt ſigna contritionis.Panor.in cap.a nobis,de ſententia excommunicationis.communem dicit,licet ipſe teneat contrarium.

Nota iſtam communem ad reſtrictionem l.xiiij.titul.ii .parte vj. dicentis heredem teneri pro teſtatore. B.Villal.

Heres tenetur de damno dato à defuncto:etſi nec ad ipſum,nec ad mortuum aliquid peruenerit,ſecundum ius canonicum.Panor.in cap. parochiano.de ſepult.communem dicit.

Nota quòd aliud diſponitur per l.iij.titul.xv.parte vij .cum intel. l. ſtyli.lxviij.& de l.vj.titu.xx.lib.iij.For.ll.vbi diſponitur,quòd ſi lis non fuit conteſtata cum defuncto,vel ipſi heredes nullum commodum receperunt,quòd non tenetur dicto damno illato defuncto,quod procedit de rigore iuris ciuilis,ſecùs de æquitate canonica,cùm apparuerint in defuncto ſigna contritionis,quia tunc tenetur heres exonerare conſcientiam defuncti ſecùs ſi non apparuerint.Idem eſt de iure canonico [illegible] de ciuili,per tradita per Gulielmum Mainerium in l.ſcuti.num. 2. ff.de regulis iuris.vſque ad numerum 9.vbi dicit noſtram concluſionem communem.Item nota,quòd in delictis in quibus memoria poſt mortem poteſt damnari de quibus eſt gloſſa,in ſumma.xxiiij.q.ij.& in §.interdum.Inſtitut.de heredit.quæ ab inteſtato deferun.& gloſſ. in c. a nobis el.ij.de ſententia excommu.& Fely.in capit,cum à nobis.num. 12.de præſcript.& ſi lis non ſit conteſtata & procedatur contra abſentem,& moriatur:heres tenetur,vt manifeſtè dicit l.vltima.in pragma. conclu.de codi.iudi.

Reſtringe vſque ad vires hereditarias, & non confecto inuentario. Anto.de Fano de pignor.mem. quarta parte ij. num. 124.in fine.communem dicit.

Amplia non ſolùm quoad delictum , ſed etiam quoad alia de iure canonico.Præpo.in cano.Epiſcopus xij.quæſt.ij. communem dicit : & competit contra creditorẽ totum petentem remedium euangelicæ denuntiationis.Alcia.in capit.nouit.de iudic.numero 34.commu.dicit.

Nota quòd ſi vnus ex heredibus non ſit ſoluendo:alius tenetur exonerare conſcientiam defuncti. Alcia.in l.ij.§.j.numero 31.ff.de verborũ oblig.communem dicit. B.Villal.

Heres,etſi ſit filius,tenetur obſeruare contractum factum per patrẽ. etiam ſi tangat ſuam legitimam Suarez.in l.quoniam in prioribus,nu. 7.in vij.ampliatione.C.de inofficioſo teſtamento.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellect.l.xxiiij.ti.xiij.parte v.& vide rationem ſupra in verbo,binubis.de quo vide per Ioan.Na.in l.generaliter.de ſecun.nupt.nu.17.C. Idem.

Heres vnuſquiſque inſolidum tenetur adimplere factum indiuiduũ ad quod tenebatur teſtator , & vno adimplente eſt ſatisfactum , & alij non incidunt in pœnam. Alcia.in l.iiij. §.Cato numero.41. ff. de verb. oblig.communem dicit.

Heres,qui confecit inuentarium,etſi doloſè omittat ponere vnam vel duas res in illo:non tenetur inſolidum.vt aliàs teneretur,ſi nullum inuentarium confeciſſet.Iaſon in l.in computatione.§.licentia num.4. C.de iure deliberan.communem dicit. Idem Villalo.

Heres heredis,ob tranſmiſſionem iuris deliberandi excludit ſubſtitutum,& eidem præfertur,communem dicit Guli.Bene.in cap.Rainutius.in vet.&c.Si abſque liberis moreretur.nume.69.de teſtã. I.Fich.

Heres condemnatus per ſententiam,beneficio inuentarij iuuatur. Alexand.in l.ex diuerſo.§.fina.ff.ſol.matrimo. communem dicit. Iaſo. in l.j.ff.de iuris & facti igno.nume.17. B.Villalo.

Heres ſuus,etſi repudiaret hereditatem:poteſt,re integra. reuocare repudiationem,etſi habeat coheredem extraneum.Iaſ.in l.pupillorum de repu.& abſt.in.hereditat.numero 2.communem dicit. Idem.

Heres ſucceſſurus intra tẽpus primi heredis,interrogatus ſi velit ſuccedere:& ipſe dicat quòd non ſibi præiudicat.Iaſ.in rubr.de ſucceſ. edi. in princi.communem dicit. Idem

Heres non conficiens inuentariũ, non perdit Trebellianicam ,cõm. ait Alexand.conſilio ij. libro v.& conſilio lxij. libro iiij.Contrariã verò inquit magis communem Fulg. in authen. ſed cum teſtator.C. ad leg. Falcid.& Dec.conſi.ccccxxxvj.in princi. Idem.

Heres ſcriptus in teſtamẽto valido de iure ciuili,ſi agnoſcat bonorum poſſeſsionem, de iure prætorio non eſt propriè heres, communem teſtatur Ripa in l.j. nume. 12.ff.de vulga.& pupil. Idem.

Heredis appellatione in materia feudali ,ſoli filij veniunt,ita communiter teneri dicit Deci.conſilio cccccxvj. nume.10. Idem.

Herede non 121. adeunte hereditatem inſtitutus in re certa eſt vniuerſalis heres. Alex.in l.quoties.C.de here.inſtit.Ioan. Durand. in arte teſtand.titu.vj.caut.ij.Mainerius in l.ius noſtrum.numer. 6. de regul. iur.ff.communem dicit.

Cũ hac concor.l.iij.titul.v.parte vj.& plus dicit l.xiiij.iij.par.eo quòd inſtitutus in re certa,ſi alius heres non inueniatur:nec in illo,nec in alio teſtamento,ille erit heres, & vide l.xvij. eiuſdem tituli. infra litera. I.numero.39. Idem.

Heres ſi cedit actionem forenſi contra ſtatutum,ſi hoc faciat ex mãdato teſtatoris non incidit in pœnam ſtatuti,Iaſo.in l.iuſtè poſſidet nu. 29.de acquir.poſſ.ff.communem dicit. Idem.

Heres inſtitutus tanquam filius reputatus à patre non ſuccedit ſed venientes ab inteſtato,ac ipſis deficientibus, fiſcus ſuccedit. Iaſ.in l. ſi pater tuus numer.10.C.de heredibus inſtituen.comm,dicit. Idem.

Heres defuncti præſidis habet integrum ſalarium totius temporis officij,ſi tempus non ſit finitum.Curti.Iuni.in l.diem functo, numero. 30.de officio aſſeſſ.ff.comm dicit.vide in verbo ſalariũ. nume.1. Idem.

Heres tenetur ad alendum vxorem defuncti intra annum luctus.Iaſ. in §.fuerat,Inſtitu.de actio.numero 18.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Limita niſi heredes vellent in continenti ſolut. matrimo.dotẽ reſtituere non expectato lapſu anni quòd facere poſſunt nec tenentur hinc ad alimenta ex quo dilatio illa anni in eorum fauorem ſit introducta per Bald.in authentic. & qui iurat.nume. 61. in fin. C.de bon.aucto.iudic.poſſid.Limita ſecundò,niſi intra annum nuberet Cin.in lege. fin. C.de bon.mater.Imol.in l.diuortio.numero.4.ff. ſolut. matri.cum aliis. Idem.

Heres tenetur ad ſoluendum æs alienum. & non vſufructuarius Deci.conſilio cccccxx.Ioan.Durand.in arte teſtan.titul.vj.cau.xlij.cõmunem dicit. Idem Villalob.

Heres mariti poteſt accuſare adulterium vxoris commiſſum in vita mariti etſi ignorauerit adulterium.Boër.deciſio.cccxxxviij.numero. 7.communem dicit.

De iure regio,poſt mortem mariti mulier adultera poteſt accuſari de adulterio commiſſo in vita mariti per ſex menſes vtiles à tempore adulterij commiſſi,non tamen poſt l.iij.titu.xvij.parte vij.& nota quòd licet de adulterio non poſſit mulier accuſari abſque voluntate viri,vt in l.iij.titul.vij.lib.iiij For.ll.correcta.l.ij. xvij.parte vij.maritus tamen venit puniendus.ſi fuit adulterij.cauſa,l.vij.tit.xvij parte vij.de quibus ll.vide Ioan.Lupum in repet.cap.§.xxj.nume.23. Villal.

Heres inſtitutus,etiam dato ſubſtituto vulgariter, ius deliberandi tranſmittit ad heredes ſi deceſſerit hereditate non adita. Sciens ad ſe hereditatem delatam Ioannes Durandus. in arte teſtan.titulo quinto, caut.j.communem dicit.

Heredi,ad hereditatem vendicandam,dantur, plura remedia:& reſpectu poſſeſſionis adipiſcendæ, datur primò remedium l.fin.C.de edi. diui Adria. tol.vt oſtenſo teſtamento non cancellato,nec abolito, nec in aliqua parte ſui vitiato heres mittatur in poſſeſſionem rerum hereditariarum,quod remedium competit ex teſtamento, nõ tamen ab inteſtato.Dec.in d.l.fin.& Bello conſi.xxxv.communem dicunt.Item datur remediumquorum bonorum,vtile l.j.& Doct.ibi.C.quorum bonorum quod interdictum datur contra illum, qui poſſidet pro herede, quia putat ſe heredem,vel pro poſſeſſore,quia incumbit poſſeſſioni ſolum.§.adipiſcendæ.Inſtit.de interdictis.Si verò habet titulum verum, vt ſi poſſidet pro emptore, pro donato, pro dote, ſicut petitio hereditatis non datur contra eũ,vt per Iaſ.in §.actionum. numero 18,vbi dicit communem, nec interdictum quorum bonorum, ſed tamen dicta regul. patitur plures. exceptiones, de quibus Iaſo. ibi & Tiraquel. in tract.*le mort ſaiſit le vif*.par.ij.numero decimotertio,& Aymon.de Graueta conſilio.lxxiij.

Heredis appellatione non venit fideicommiſſarius, Bello. conſilio xlij.num.13.communem dicit.

Limita in ſtatutis,quæ ſunt conformia iuri communi vel præter ius commune idem.Bello.num.15.communem dicit. & Alexand.in conſilio.lxxxij.volumine ſecundo. Idem.

Heres etſi de iure veteri ob omiſſam inuentarij confectionem in nihilo plus creditoribus,neque legatariis teneretur vt probatur ex tex. in l.j.§.qui.ff.ad Treb.iure tamen nouiſſimo Authenticorum ſecùs & aliter introductum & diſpoſitum fuiſſe legimus.§.hinc autem nobis, in auth.de hered.& Falci,vbi habetur quod heres non conficiens inuẽtarium tenetur creditoribus,legatariis & inſolidum vltra vires hereditarias.probatur etiam ex text.in l.final.§.ſi quis autem temerario.C.de iure delibe.non tamen intelligas,quòd adeo illis obligetur, vt etiam debitum iure naturæ perdat quia illud non amittit.ſed de legatis detrahitur,& illa diminuet,& ſic diminuta legata in ſolidum heres præſtabit,& ita hac declaratione generali,quam ibi tradit Bart.in auth.ſed cum teſtator .C.ad leg.Falc.quæ fuit prout refert Rich.Mal.& Cin.intelligis illud quod dicitur heredem inuentarium conficientem inſolidum oneribus hereditariis teneri quia non procedit,quo ad legata vt ibi concluditur, & tradit gloſſ.in l.fin.§.ſi quis autẽ temerario.in verb. ſacramentum.C.de iur.delib.in fin.in quam opinio omnes conueniri dicit Alex. F.Turzan.

Hereditas patris ex potentia ſuitatis etiam non addita,ad quoſcunque heredes tranſmittitur.Eſt magis communis opi.teſte Iaſ.in conſil. cxxx.factum ſic ſe habet.vol.j. M.Gribald.

quotieſcunque aliquis Hereditatem adiuit inſolidum vel pro parte, & eius intentio erat,hereditatem ex quacunque parte ſibi delatam acquirere,ſemper valet aditio pro ea parte,quæ in veritate adeunti delata erat,& error nihil nocet,ſed valet aditio, inſpecta veritate. Eſt communis opinio ſecundum Decium in conſilio,xiiij. circa finem. princ, volumine primo.

Conditio adiecta à teſtatore per hæc verba, Si ſine herede vel heredibus deceſſerit,intelligitur de filiis,non extraneis:& requiritur etiam quòd dicti filij ſint effectualiter heredes,aliàs non verificatur.Et communis opinio ſecundum Decium in conſil. xxxviij,circa primum. volumine primo licet poſtea teneat opinionem contrariam pro veriori, verſic.& iſta opinio verior. M.Grib.

Hereditatem adeundi ius,ſeu poteſtas,quæ competit extraneis, ac ſe immiſcendi quæ ſuis competit triginta annorum ſpatio durat. fina, C.de edic.diui Adria.tollend.gloſſ. notab.in l.iij.ff.de acquirenda hereditа.Bartol.Angel.Paulus Caſtr.in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſtamento,gloſſ.Alexander.& Iaſon.numero.1.& 5,in l.licet.C.de iure deliberand.& in l.prima.C.quando non peten.partes,& opinio iſta communiter approbatur,vt.per Alexandrum in dicta lege licet. Bolognetum in dicta l. j, numero 30.vbi omnes Moder. hoc idem atteſtantur Hyppol.Riminal.in §.j.numero 210.Inſtitu.de donationib.Grammat, deciſion.ciij.numero 46. Alexand.conſilio clxiij.viſo proceſſu.volum, ij. Iaſo.conſilio xix,præſentis.velu,primo.Ruinus conſi.lxij. num.8.& 19.lib.iij.& Gozadi.conſi.lvj.numero.5.& 13,& conſi,lxxx,numero 6 vbi iſtam communem latiſſimè declarat hoc ampliatur nõ ſolum procedere in heredibus ſcientibus ipſis delatam eſſe hereditatem, verum etiam in ignorantibus,qui caſu,quo ab obitu defuncti triginta anni fluxerint profectò hereditaria petitione caderent, text.eſt in l. hereditas. C.de petition,heredit.& ita hoc notant & firmant Docto.in dicta leg. licet & in dicta l.filio præterito.Interpretatur & limitatur verò iſtud non procedere quando iſti ignorantes per huiuſmodi ignorantiam ex clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa,& cetera aduerſus præſcriptionem in integrum reſtitutionem peterent,quæ abſque dubio aliquo concedenda foret,vt per Fulgoſ.conſilio lxiiij.in fine per doctrinam Bartol. in l. prima §. ſi quis propter. ff de itinere actúque priua. & comprobatur melius hoc,ex his,quæ tradit Specul.in titu.de præſcript.§.primo.verſicu,pone,colonus,Fulgoſ.conſilio lxiij.Francus circa finem.& Alexan. conſilio lxxxix,volumine ſecundo & ita ſe habet communis opinio,vt aſſerit Socin.in l.cum filius,§.primo,ff.de verb. obliga.& Deci.conſilio cciij.in caſu.Sed aduertendum eſt hic,quòd iſtud remedium non prodeſſet contra præſcriptionem xl. annorum, quoniam illa pleniſſimam ſecuritatem parit,l.omnes.C.dè præſcrip.triginta vel quadraginta anno. & hoc tenet Alexand.conſilio clxxij.volumi.ij.& Socin.in l.cum filius. §.in hac ff.de verbor.obligat.in fi.Deci.conſilio.xxix.& pro tenui,& cõſi.ccclxxv.viſa bulla.ante fin.& conſil.xxxvj. diligenter conſideratis. in fin.faciunt ſcripta per Socin.conſil.ccxcix. circa finem Sciendum autẽ eſt ad præmiſſorum vtilem intelligentiã,quòd beneficiũ hoc reſtitutionis in integrum eſt vtile à principio nec currit, niſi à die ſcientiæ, quia tempus quadriennij,datum conceſſumque ad petendam reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio l.finali.C.de tempo.integrum reſtitu. vt per Bald.conſilio ccxxvj.quæſtio.volum.ij,quod putat eſſe memoriæ commendandum, Alexan.conſi.cx. perſpectis.lib.v.& tempus vtile nõ currit ignoranti,l.vtile.ff.quis ordo in poſſ.ſerue. & ita remedium hoc ſecundum Doctor.allegatos dabitur etiam contra præſcriptionem xl. annorum,ſi is qui petit reſtitutionem iuſte ignorauerit hereditatem ſibi delatam eſſe,& ſic habes,quòd quadriennium non currit,niſi à die ſcientiæ ſecundum Deci.conſil.cccij. Tholomæus conſil.lxxvj. Iaſ. in §.rurſus inſtit.de actio.in quibus locis atteſtantur iſtam eſſe communẽ opinionem,& Illuſtriſ.Reſtaurus Peruſinus Præceptor meus dum eũ publicè audiebam Peruſij,qui pleniſſimè more ſuo declarabat omnia prædicta, Interpretatur etiam præcitata concluſio, quòd ſui,vel extranei heredes excluduntur à ſucceſſione lapſu xxx. annorum quando filij. agnoſcunt hereditatem ex capite vnde legitimi. Nam filij poſſunt ſuccedere ex capite vnde liberi,à quo xxx.annorum præſcriptione excluſi,admitti poſſunt intra alios xxx.annos ex capite legitimorum, argumento l.j.§.ſed videndum.ff.de ſuc.edicto,vt per Alexand. alióſque Doct.in d.l.licet,Bar.conſi.cxxviij.quidam habuit,Corne conſi.lxx. veniunt.libro quarto.cum relatis per Iaſ.conſil. xxxiiij.volum.ij. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Alex.conſi. lxxxix. viſo puncto, & volumine ſecundo. F.Viuius.

Hereditate aui priuatur nepos parricidio commiſſo à patre, Boeri. deciſi.xxj. numero 8.communem dicit. B.Villalo.

Hereditas defuncti occiſi per familiam non debet adiri priuſquam familia ac ſerui fuerint torti,ſiue palàm,ſiue clàm fuerit facta occiſio.ſi tamen ab extraneis fiat,ſi palàm,non eſt adeunda antè,quàm accuſatio fiat.Si tamen fuerit facta clàm:poteſt adiri & poſtea fit accuſatio Iaſon, in l.cum frater.numer,4.C.de iis,quib.vt indig.commu.dicit. B.Vil.

Hereditate adita,non dicitur amplius hereditas.Iaſ.in l.poſſeſſio appellata.§.veteres.nu.18.ff.de acquir.poſſ.communem dicit. Idem,

Hereditatis aditio eſt animi.Ioann.Durand.in arte teſtandi.titul.xj. cau.j.communem dicit ſed non probatur,niſi per actum;Anton.Nice. in concordan.gloſſ.concord.xix.volumine primo.commu. dicit. Idem.

Hereditatis aditio etſi animo fiat,tamen illius animi declaratio per actus externos requiritus communiter teneri dicit Alex. in l. pro herede.ff.de acquir.hered.Et Bal.in l.ſi certis annis.C.de pactis Voluntas.enim in corde retenta non inducit aditionem hereditatis vt ibi dicit.Et idem Bald.in l.cum antiquioribus,C.de iure deliberan.nihil gerendo, inquit,non poteſt induci hereditatis aditio,quod clare colligitur ex dicta l.cum antiquioribus.ibi,Sed nec aliquid geſſerit quod aditionem &c.Et ex text.l.ſi auia.C.eodem titul.& §.fina.vbi gloſſ.Inſtit.de here. qual.& diffe.Qui autem ſint actus talem aditionem non declarantes, vide apud Bald.in conſilio, ccxxiiij. ſuper eo quod quæritur, & cetera volumine ſecundo. I.Fich.

Hereditas poteſt adiri vſque ad triginta annos, Alexand.in lege licet.de iur.delib.C. elapſis, tamen poſſunt filij ex capite,vnde legitimi intra alios xxx.adire.Alex.conſi.lxxxix.volumine ſecundo.Extraneis autem ex capite ignorantiæ,reſtitutio conceditur. Ioannes Durandus. de art.teſtam.tit.xj.cauſa.vj.communem dicit.Balbus. autem in tract. de præſcrip, in quarta parte. iiij.par.quæſtione. xix. dicit cum filius poſſit adire hereditatem ex capite,vnde liberi,vnde legitimi, & vnde cognati,quod ex quolibet c.habet xxx.annos ad adeundam hereditatem paternam:& dicit hanc eſſe communem Iaſ. in l.licet. nu. 1. & 5.de iur. deli.C.dicit quod extraneis ius adeundi durat per triginta annos. ius autem immiſcendi quod competit ſuis,durat etiam per triginta annos ſolùm, & hanc dicit eſſe communem. Sed Suarez. in lege. viij.titu.*de las herencias*. li.3.For.ll.nu.41.cũ ſequen,concludit com.opi.eſſe quòd filij habeant ex teſtamento xxx. annos ad adeundam hereditatem : at illis completis habeant alios triginta annos ab inteſta.& ſic filij habent

ſexaginta

ſexaginta annos ad adeundam & petendam hereditatem paternã. Plus dicit, quod ſolùm ab inteſtato habet ſexaginta annos: etſi non ſit teſtamentum. & dicit communem in nu. 54. Et nota quòd inquantum dictum eſt per Suarez, quòd ex teſtamento habet triginta annos filius: & iſtis completis habet alios cum ſolus in teſtamento fuit inſtitutus heres ſecus tamen quando habuit alios heredes: Quia non habebit niſi illos priores triginta annos vt per Bald. in l. licet. C. de iur. deli. & Ludo. de Gozza, in conſi. lxxx. nu. 6. quod nota quòd per iſtud notabile cõcordant omnes opiniones ſupradictæ, & concluditur, quòd ius adeundi, & immiſcendi præſcribitur contra filios per triginta annos, quando ſunt alij heredes: ſecùs tamen, ſi non ſunt alij heredes nec deſcendẽtes, vt legaliter notat dictus Ludo. de Gozadinis in conſi. lvj. nu. 5. & 13.

De iure regni habes l. vij. titu. xiiij. part. vj. diſtinguentem, vel detinens poſſidet cum bona fide, & titulo: & præſcribit per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes: aut poſſidet cum titulo, & mala fide aut ſine titulo, & cum mala fide: & præſcribit per triginta annos Quibus elapſis, non datur regreſſus ad hereditatem adeundam: & ex hac lege videtur approbata communis opinio relata à Iaſone: quod ſolum ſint dati triginta anni ad adeundam hereditatem ex quocunque titulo. Villal.

Hereditas paterna non adita, filio mortuo, tranſmittitur ad heredes extraneos Iaſo. in l. cum antiquioribus, C. de iur. delib. nu. 1, communẽ dicit, & Tiraquel in tract. *le mort ſaiſe le vif.* par. ij. decla. v. numero 21.

Amplia etiam ſi non ſit agnita iure ſuitatis. Deci. conſi. cccxxxj. & cõſ. ccxlv. & Iaſ. conſil. xxx. vol. j. communem dicunt.

Amplia ſecundo in herede minoris: qui mortuus eſt ante aditam hereditatem. Quia ſuccurritur reſtitutione. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. xj. cau. j. communem dicit Iaſ. in l. ſi infanti. numero. 17. C. de iure deli. communem dicit.

Reſtringe iſtam ampliationem: ſi eſt appoſita in teſtamento clauſula codicillaris: Quia heredes in hoc caſu petunt hereditatem ex fideicommiſſo, & non eſt neceſſaria reſtitutio. Alex. in l. cum filio. ff. de leg. j. Ioan. Durand. vbi ſupra communem dicit.

Limita primam concluſionem in filio emancipato: qui hodie non tranſmittit hereditatem non aditam ex potentia ſuitatis: quia licet ſit ſublata differentia ſuitatis, ac patriæ poteſtatis & emancipationis quo ad ſucceſſionem ab inteſtato non tamen in aliis vt in tranſmiſſionibus. Iaſ. in l. emancipata. nu. 6. C. qui admit. comm. dicit. B. Villal.

Hereditate paterna repudiata cæteris filiis debetur hereditas æqualiter. Coua. in epi. de ſucceſſio ab inteſtato, conſ. vj. comm. dicit. Idem.

Hereditatem adire poteſt præcipuè ſeruus vſufructuarius cuius contemplatione relictus eſt ſeruus vſufructuarius & non requitur voluntas proprietarij, Iaſ. in l. poſſeſſio appellata. §. veteres. numero 37. de acquirend. poſſeſſion. ff. communem dicit. Idem.

Hereditatem adire infans non poteſt ſed ſolùm pater, aut tutor, aut eſt maior infante & minor ſine tutore, nec tutor ſine minore adire poteſt. Bello, conſi. xxiiij. nu. 16. communem dicit ex Soci. conſil. lxxxix. & Bart. in l. ſi infanti. C. de iur. delibe. & Do. in l. bonorum. C. qui admit.

Nota quod per quemcunque actum per quem poteſt quis adire hereditatem nomine proprio, cenſetur adire pro alio. Bello. conſil. xxiiij. nu. 15. communem dicit ex Bart. in l. gerit. in fi. ff. de acquir. hered. Idem

P R O. Hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis l. hereditas. ff. de verb. ſign. l. nihil aliud. ff. de regulis iuris. Fellonus.

P R O. Hereditas nulla eſt viuentis. l. j. C. de hered. vel act. vend. l. opinione, C. pro hered. l. neminem. ff. de acquirend. hereditat. improbus enim eſt qui ſolicitus eſt de viui hereditate. in l. ſecunda. §. Iulianus. ff. de vulga. ſubſt. l. ita tamen §. à patre. ff. ad Treb. Idem.

P R O. Hereditas repræſentat perſonam defuncti, & eſt pro domina, in l. non minus. §. finali. ff. de hered. inſtituen. l. hereditas. j. & ij. ff. de acquiren. rerum domi. l. cum hereditas. C. depoſ. l. mortuo. ff. de fideiuſſor, in §. ſeruus alienus. inſtitut. de hered. inſtit. Idem

P R O. Hereditas plerunque eſt oneroſa. l. ſi hereditas. ff. mand. §. j. Inſtit. de auth. tut. Idem.

P R O. Hereditas, legatum, & donatio cauſa mortis, non ſine cauſa obueniunt, ſed ob merita accedunt. in l. nec adiecit. ff. pro ſoc.

O B I E C. Contra valet illa inſtitutio, filius impiiſſimus, & de me malè meritus heres eſto, l. his verbis. §. illa inſtitutio. ff. de hered. inſtit.

S O L. d. l. nec adiecit intelligitur in hereditate extraneorum, non autem ſuorum heredum. Ratio diuerſitatis, quia hereditas debetur filiis à natura l. cum ratio. de bon. dam. ff. ergo neceſſario debetur, cum naturalia ſunt immutabilia. §. penu. Inſt. de iur. nat. Nec obſtat, quòd ſi male meritus. exprimenda enim & probanda eſt cauſa ingratitudinis auth. licet. C. de lib. præt. vel exher. Idem.

P R O. Hereditas ſolo animo adiri poteſt. in l. auia. C. de iur. deliber. in l. gerit. ff. de acqui. hered. in §. vlt. Inſtit. de her. quali. & diff. Idem.

P R O. Hereditas non adita, regulariter non tranſmittitur ad heredes. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de caduc. toll. Fallit in tribus caſibus primò in tranſmiſſione iure ſuitatis. in l. vnic. C. de is qui ante apert. tabul. l. ventre. ff. de acquir. hered. Secundò fallit in tranſmiſſione iure ſanguinis. in l. apud hoſtes. C. de ſuis legiti. here. Tertiò & vltimò in tranſmiſſione iuris deliberandi. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Alios caſus fallentiales, vide per. gl. in l. ſed etſi. ff. de bon. poſſ. contra tab. Idem

P R O. Hereditas neque dari, neque adimi codicilli poteſt lege hereditatem, C. de condicil.

O B. Contrà de l. Scæuola. ff. ad Trebell.

S O L. Directo quidem dari non poteſt, vt hic: per obliquum verò poteſt, vt hic per fideicommiſſum. Idem.

P R O. Hereditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio continetur. l. hereditatis appellatione. ff. de verb. ſignific. Idem.

P R O. Hereditatis appellatione legata & fideicommiſſa non continentur l. ſi. Titius. ff. de leg. iij. Idem.

P R O. Hereditatis aditio retrò trahitur ad tempus mortis. l. heres. ff. de acq. hered. Idem.

P R O. Hereditarium propriè eſt quòd ante aditam hereditatem acquiſitum eſt: adita enim hereditate deſinit eſſe hereditariũ, & propriũ ſit heredis. Not. glo. in l. j. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. heres per ſeruum. ff. de acquir. hered. Idem.

P R O. Hereditariæ rei furtum fieri non poteſt. l. hereditariæ. ff. de fur. l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. Idem.

an ſi aliquis tanquam in Hereſim relapſus per hæreticæ prauitatis inquiſitorem damnatus ſit, & ob iuriſdictionis, & poteſtatis ipſius inquiſitoris ad pœnam ſanguinis defectum, ad laicum iudicem remiſſus ſit, idem laicus de crimine hæreſis, & illius veritate rurſus ex integro cognoſcere, & condemnare, an verò ſolum exequi debeat, Barto. in l. Diuus. & in l. non dubium, de cuſto. & exhibiti. reo. dixit iudici laico inquiſitoris remittentis exequẽdi ſententiam abſque nouo proceſſu, neceſſitatem non imponi verum, ſi vult. de nouo inquirere, & procedere prout quoque ſibi videbitur condemnare poſſe eiuſque hac in re ſententiæ fuit Guliel. de Cuneo in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iudic. quem ibi ſecuti ſunt Bald. Pau. de Caſtr. & Angel. Subdit tamen Ange. quòd inquiſitores quandam habent extrauagantem Federici contrariũ diſponit Idem tamen Angel. in l. j. C. de exib. & introdu. reis contrarium voluit per tex. in c. præſidentes. & in cap. vt inquiſitionis. de hæreti. in 6. Pro opinione tamen Barto. & Gloſſ. in authen. clericus. in verſi. per epiſcopum, C. de epiſco. & cler. ibi conſpiciente acta coram præſide, & an recte proceſſerint, & an probetur reus: Háncque ſententiam legiſtas communiter ſequi teſtatur Imol. in cap. j de offic. ordi. quamuis Canoniſtæ contrarium ſequuti ſint per text. in d. c. vt inquiſitionis. in §. prohibemus, de hereti. in vj. & in §. ſi autem eccleſiaſtica cum gloſſ. in authen. de ſanctiſſi. epiſcop. quibus in locis iudici ſeculari de hæreſi cognoſcere inhibetur, reſpondentes ad tex. in §. ſi verò crimen. in authen. de ſanct. epiſcop. quòd in alio procedit crimine, de quo tam ſecularis quàm eccleſiaſticus iudex cognoſcere poteſt, vt in crimine ſacrilegij. ff. ad leg. Iuliam pecu. cum aliis concordan. De quibus autem criminibus vterque cognoſcere poſſit habes ex traditis per Doct. in cap. cum ſit generale, de foro competen. F. Turzan.

Hæreticus ad hoc quòd quis dicatur: requiruntur ſaltem duo teſtes de hæreſi deponentes, Boer. deci. cccxlij. nu. 1. communem dicit. Vil.

Hæreticus condemnatus per Iudicem Eccleſiaſticum, non debet de illo cognoſcere Iudex laicus, Iaſ. in l. magiſtratibus, nu. 10. de iur. ejur. communem dicit. Idem Villal.

Hæreſis crimen eſt mere eccleſiaſticum: ita quòd iudex laicus non poteſt ſe intromittere ad cognoſcendum de illo. Alcia. in l. pernitioſam. de offic. ordi. nu. 37. communem dicit. Idem Villal.

*ADDITIO.* Hæretici quadruplici pœna puniũtur, ſcilicet excommunicatione, depoſitione, rerum ablatione. & militari perſecutione. Alber. in dictionar. verbo, Hæretici puniũtur prout his temporibus illam quartam pœnam, ac iuſtam perſecutionem à catholicis cum Eccleſiæ auxilio, vt dicitur contra ſchiſmaticos in Gallia indictam & iam executam videmus, Quo verò ad ſententiam inquiſitionis contra ipſos dicit Bar. in l. magiſtratibus. circa fin. ff. de iuriſdi. omn. iudi. quod executioni dicta ſententia non mittitur à iudice laico, ſine nouo proceſſu. Quæ opin. non videtur vera, quia contra eum eſt caſus in c. vt inquiſitionis, de here. in vj. & arg. in d. l. magiſtratibus. nu. 6. Niſi ſaluando, Bartol. dicas, quod verum ſit de iure antiquo, quod hodie correctum eſt per conſtitutionem Feder. de qua Bartolus notitiam non habuit, vt dicit ibi Angel.

Homicidium, ſi per ſtatutum mandetur corporaliter puniri; debet intelligi, ſi per dolum fuit commiſſum. Iaſ. in l. prima, num. 70. ff. de leg. communem dicit. B. Villal.

Homicida verus ſi neſciatur putà, quando mortuus tantùm vnicum vulnus habuit, & rixatores fuerunt plures, vel etiam plura ſint vulnera, tunc propter incertitudinem omnes liberantur communem dicit Ægid. Boſſ. in tracta. malefic. tit. de Homicid. nu. 26. Item gloſſ. in l. item Mela, §. Sed etſi ſeruum plures. ff. ad leg. Aquil. communiter recepta, vt dicit Hippo. de Marſ. in Rubr. C. de proba. nu. 148. per plurima ibi allegata. Et dicit ſe ter conſuluiſſe pro hac opinione, & aliquoties allegaſſe viua voce, & ſemper obtinuiſſe. I. Fich.

Homicida nõ eſt priuatus beneficio, ſed requiritur ſententia. Alciat.

in cacùm non ab homine.nu,15.de iudi.communem dicir. B. Villal,

Homicidii nomine ſtatutum imponens pœnam pecuniariam, non valet:quia præſtaret occaſionem delinquendi.Eſt comm m.opi. ſecun, Deci.in c.cognoſcentes.circa prin.extrà de conſtit.Feli. in Rubr.extrà de homic.vol.vel caſ. M.Gribal,

Homicidij accuſatus poteſt opponere ſimpliciter negando, & quatenus probetur, ſe ad defenſionem feciſſe: quoniam licitum eſt reo, intentionem actoris ſimpliciter negare, & deinde conditionaliter excipere.Eſt com.opin.ſecun.Socin.in l.nemo prohibetur.in ſi.de excep. Bal.Ang.& Sali.in l.ſiquidem.C.de furt.Deci.in l.nemo ex his,in prin, de regul.iur.

Inſultatus ab aliquo,etiamſi poſſit fugere non tenetur: quinimò ſi ſe defendendo, aggreſſorem occidat, de homicidio non punitur. Eſt magis comm.opin.ſecun.Alex.in conſi.cix.viſis. vol.j. Idem,

P R O. Homo homini debet obſequium,l.ſi ſeruus.ff.de ſer.expor. Bellon.

P R O. Homo non eſt dominus membrorum ſuorum.l. liber homo.ff.ad leg,Aquil. Idem,

P R O. Homo liber æſtimationem non recipit l. liber homo. ff. de verb.oblig. Idem,

S O L. Hominum gratia ius omne conſtitutum eſt. l, ij. ff. de ſtat. homin. Idem.

P R O. Honeſtus cuiuſque modus ſeruandus,non immoderata cuiuſque luxuria ſequenda.l.ex damni infecti ſtipulatione.ff.de dam.infect. Idem.

P R O Honor lucro pecuniario præferendus eſt. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſ,teſt. Idem.

P R O. Honor debitus iudicibus reſeruandus eſt. l.fin. C. quando. pro.non eſt neceſſ.c.vt debitus honor.extrà de appel. Idem,

Hoſpitale priuatum non eſt impetrabile à Papa nec de illo ſe poteſt intromittere;licet poſſit dici pius locus.Curt,Iun.conſi.xx.num. 1, communem dicir. B.Villal.

P R O. Hoſti fides ſeruanda eſt,in l,conuentionum, de pact. ff. vbi not.Doct. Bellon.

S O. Humana forma ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata Gen.viij.l.ſi quis in metallum.C.de pœn. Idem.

P R O. Humana natura quodammodo labimur ad delicta. in §. ſi verò is quidem.in authen.de monach.coll.iiij.

P R O. Humana fragilitas mortis perturbatione terretur,& plures res minus cogitatione poteſt conſequi.l.hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas.C.qui teſtam.face.poſſ,vel non. Idem.

P R O Humanum eſt fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem eſſe.l.ſi cum dotem. §.ſi maritus.ſolut.matrimo. Idem.

Hypothecare poteſt emphyteuta rem emphyteuticam etiam ſine conſenſu domini.Com.in §.donatio.q.xviij. P.Fich.ex Claro,

Hypotheca expreſſa,ſi non eſt in poteſtate debitoris recipere pecuniam: incipit à tempore promiſſionis:ſi tamen erat in ſua poteſtate,à tempore ſolutionis per l.j.ff.qui po, in pign. habeantur. quam legem intellige generaliter in omni credito, & non in ſola dote.Anto. de Fano.de pigno.in ij.par.mem.iiij.nu.78.commun.dicit. B. Villal.

Hypotheca tacita in dote incipit à die promiſſionis:ſi poſteà ſequatur traditio.Idem ibi nu,80.commun.dicit. Idem,

Hypotheca tacita generalis, quam mulier habeat pro dote, non præiudicatur,ſi mulier habeat pro dote ſpeciale pignus: ſed concurrunt ambæ cum mulier non poſſit facere ius dotis deterius.Ant. de Fano.in iiij.mem,vij.par.nu.83,communem dicit. Idem.

Amplia,in inquilino,qui prouiſus eſt de ſpeciali hypotheca alicuius rei conductoris; nam per hanc non tollitur hypotheca generalis de rebus inuectis in domo conducta.Idem ibi no.89.com.dicit.Idem.

Hypotheca generalis, quam habet mulier pro dote,eſt ita efficax, quòd præfertur aliis creditoribus habentibus etiam tacitam hypothecam,idem nu.93,communem dicit.

Amplia iſtam communem ad matrimonium putatiuum cum bona fide contractum,idem ibi nu,103,commun.dicit. Idem.

Nota quòd licet iſta hypotheca tranſeat ad filios, eiuſdē matrimonij,non tamen ad filios alterius matrimonij,idē ibi nu.95.com.dicit.

Hypothecæ generali ſubiiciuntur merces vænales, Cro. in l. ſi conſtante,ſoluto mattimon.dicit commun,& Iaſ.in l.qui Romæ.§. Callimachus.de verbor.oblig. Idem.

Hypotheca tacita in bonis tutoris,vel curatoris,& eorū fideiuſſoris incipit tempore,quo incipit eſſe tutor non tēpore,quo incipit male adminiſtrare, Neguſan.in tractat.de pign.in iiij. membro ſecundæ partis principalis,nu.12.vbi dicit commun.& tenendam.

Hypotheca,ſiue tacita,ſiue expreſſa in cōtractibus cōditionalibus retrotrahitur ad diē cōtractus.Hanc cō.& magis verā inquit Neguſ.de Fano.in tract.de pignor.in j.membro v.partis principalis,nu.24.Idem.

Hypotheca expreſſa anterior præualet hypothecæ tacitæ pro dote cum ſit poſterior:idem ibi nu.98.commun.dicit. Idem.

Hypotheca tacita pro dote competens non præfertur priori expreſſæ.Communem dicit ex Iaſ.Gumeſſio,Zaſio & aliis Didac.lib.3.varia.reſolut.c.vij.in iij.concluſ. Sed bene præfertur expreſſæ poſteriori, vt ibidem in iiij.conclu.Expreſſa quoque hypotheca pro dote nequaquam præfertur expreſſæ priori:communem dicunt Soci.Ripa,Fauenſis,Iaſ,& Coraſ.ſecundum Didac.in d.c.vij.in v.conſil. I.Fich.

Amplia quòd hypotheca expreſſa anterior præfertur hypothecæ etiā expreſſæ pro dote.Idem ibi num.100.& 102,comm.dicit. B.Villal.

Hypotheca,quam habet locans in rebus illatis,& inuectis in domo conducta,non ſolum habet locum quando pro mercede in genere facta fuit locatio,ſed etſi facta fuerit pro certa mercede in genere facta fuit locatio, ſed etſi facta fuerit pro certa mercede. Anto.de pigno.in iiij.mem,iiij.par.nu.137.communem dicit.

Fallit in bonis alienis inuectis,ac allatis, quia non inducitur tacita hypotheca,niſi dominus ſciat,& taceat:quia tūc bene inducitur.Idem ibi num.152.communem dicit. Idem,

Hypotheca pro legatis.licet conſtituatur in bonis teſtatoris, non tamen in legatis,Idem ibi num.158,comm.dicit. Idem.

Fallit,niſi à teſtatore remittatur,quia tunc non inducitur, idem ibi num.162,communem dicit.

Hypotheca generalis omnium bonorum comprehendit tam præſentia,quàm futura,& nomina debitorum.Idem ibi numero 165.communem dicit. Idem,

Hypotheca ad hoc quòd poſſit intentari contra tertios poſſeſſores requiritur quòd fiat excuſſio in bonis principalis,& quòd ſit pronuntiatum per Iudicem legitimè excuſſum.idem in viij.parte mem.j.num. 12.communem dicit.

Idem requiritur citatio poſſeſſorum,& fideiuſſorum, idem ibi nu. 12.communem dicit,

Amplia etſi hypotheca ſit expreſſa.Anton. de Fa.de pignor.in viij. par.mem.j.nu.31.communem dicit.

Amplia ſecundò,etſi pro dote.Idem ibi nu,13,comm.dicit.

Amplia,etſi bona eſſent confiſcata: quia prius fiſcus debet excuti. idem ibi num.15.

Fallit quando actualiter fuit pignus traditum creditori,nā ſi poſtea cadat à poſſeſſione,vel detentatione poteſt vendicari à poſſeſſore ſine excuſſione,Idem ibi nu.8.comm.dicit. Idem Villal.

ſi in generali bonorum Hyppotheca apponatur conſtitutum operatur,vt hypotheca extendatur etiam quo ad bona futura, ſic inquiunt Sali.& Bult.in l.ſi.C.quæ res pig. oblig.poſſ,& conſuluit Bar.conſ.lxxvj. punctus talis eſt,pater filio ſuo emancipato.eámque Fanen.in ſuo trac. de pigno.& hypot.ij.membro poſt principium tanquam commun.ſequutus eſt ſententiam. F.Turzan.

res ſpeciali,vel generali Hypothe.ſuppoſita,ſi in contractu cui adiicitur,non ſit pacto expreſſo dictæ rei alienatio prohibita, ſi alienetur, valet alienatio,habebit tamen ille cui res hypothecata fuit retentionē, & ea vti poterit pro pœna,& intereſſe,ſeu ipſam pœnam loco dicti intereſſe,quouſque de illo ſibi ſatisfiat,conſequetur:tradunt Barto.& alij in l.ſi non ſortem.§. ſi centum, ff. de condict. indeb. & Neguſ. qui ſic communiter à Doct.concludi aſſerit in tract.ſuo de pigno.& hypothe. parte ſecunda. F.Turzan.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARUM,

## *LIBER NONVS.*

### I

IACTARE ſuum nemo præſumitur.l.cum de indebito.ff.de probat.

O B. Contrà de l.ſi verò non remunerandi.§.idē Papinianus.ff.mand.vbi præſumitur quem donare voluiſſe.

S O L. Ibi præſumitur donatio ratione primæ liberalitatis:vna enim donatio facit aliam preſumi, vt vbi nota,

O B I E C. Item,contrà de l.ſi quis vxori. de aur.& arg.leg.vbi quis legando quæ ſunt propria vxoris, videtur legare etiam ſua,ergo quis ſuum donare præſumitur.

S O L. Ibi ratione coniugalis affectionis.& vide glo.in l. ſed. ſi ego. ff.ad Velleia.

P R O. Ictus fuſtium non famat.l.ictus fuſtiū.ff.de his qui not.infam.

O B I E C. Contrà de l.fuſtibus.C.quib.ex cau.infam.irrog.vbi fuſtibus cæſus infamis fit.

S O L. Ibi quia erat ictus fuſtium cauſa cognita ex qua quis ſit infamis ſententia prolata. Bellon,

Idoneitas quæ in reſcripto apponitur,non requiritur quòd probetur:quamuis poſita ſit ſub conditione.Alciat.in tract.de præſump.re. 3.

præſumpt.iij.communem dicit. B.Villal.

Ignorantia,ad hoc quòd excuſet quando de lucro captando agitur:requiritur quòd conſuluerit volens ſe iuuare ex ignorantia plures peritiores:& non ſufficit vnus.Io.Nico.conſi.j.num.7.de ſecund.nupt. communem dicit.

Amplia ad reſtitutionem concedendam ruſtico in contractu contra ius inito:quia debebat conſulere duos peritos:& non ſufficit vnum conſulere Io.Mauri.de reſtit.in integr.c.lxxxviij.com.dicit. Idem.

Ignorantiam contentorum in teſtamento patris, præſumitur filius habere.Curt.Iuni.conſi.viij. heres autem extraneus non, poſtquam ſe immiſcuit.Hiero.Cagno.in l.qui in alterius.nu.12. ff.de re.iu.communem dicit. Idem.

Ignorari non debent leges ſacratiſſimæ ſed ab omnibus ſciri debent, text. eſt in l.leges.C.de legi. quod intelligendum eſſe arbitratur Areti.in §.ſuſpectus.Inſtit.de ſuſpect.tut.de iuribus vulgaribus, in caſibus,qui frequenter ſunt in facto,& Alexand.in l.ſi quis ita.nu.4.ff. de ver.oblig.& Iaſ.in l.quod te,nu.35.ff.ſi cer.pet.tenent quòd circa hoc quis debet ſe à peritis informari.Sed iſta concluſio habet locum in iure ſcripto,ſecus in iure non ſcripto. vt per Bar.in l.de quibus.ff. de legi. refert Iaſ.in addi.ad Portium.in §.ſed & quod principi,nu.24. Inſtit. de iure natu.genti.& ciui.& Ripa in c.ſæpe.num.92.de reſtitu.ſpol.& hinc eſt,quod errans in iure vel ignorans leges, ſtatuta, & proclamationes non dicitur in dolo,ſed in lata culpa ſecundum Iaco.But. Bart. Bald.& alios omnes in d.l.iij. & in l.lata.ff. de ver.ſig.& iſta eſt communis opin.vt ſcribit Alci.in tracta.de præſump.in iij. reg. præſumpt. xxxj.nu.6.iſto itaque caſu errans in iure,videtur carere dolo,& ignorantia ipſa iuris excuſat ignorantem,prout,excuſat etiam,& in altero caſu,id eſt,in acquiſitione fructuum ſecus in præſcriptione ſecundum Bart.Imol.& Paul.de Caſtr.in l.ſi fur. §.j. ff.de vſucap. Panor. aliíque Canoniſtæ in c.ſi diligenti.de præſcript.& Feli.in c.de quarta. de præſcript. Iſtam ponit eſſe communem opinion. Curt. Iuni. conſilio vj.& Moder.in d.c.ſi diligenti,& ſimiliter iſta iuris ignorantia minimè excuſat mulierem,niſi in caſibus,in quibus reperitur in iure cautum.l. fi. C.de iur.& fact.igno.quòd verificatur etiam in l.ſi quis in tantam.C. vnde vi,vbi glo.& Doct. communiter concludunt pœnam illius legis procedere contra mulierem, & iſtam communem ſequitur, citat, & declarat Alex.in l.iuſtè poſſidet.nu.34.ff.de acqui.poſſ.& Moder.in d.l. ſi quis in tantam. F.Viuius.

Ignorantia proprio iuramento probari poteſt.Communior eſt Dida.lib.ij varia.reſolut.c.x.verſi.Tertio admittenda eſt. I.Fich.

PRO. Ignorans vel inuitus nemo obligatur, l. nec ignorans, C. de donatio. Bellon.

PRO. Ignorantibus etiam & abſentibus acquiri poteſt.l.cum pater.§.ſurdo.ff.de leg.ij. Idem.

PRO. Ignorantia eſt omnium errorum mater. can. ignorantia. xxxviij.diſtinct. Idem.

PRO. Ignorantia facti excuſat,non iuris.in l.regula.ff.de iur.& fact.ign.l.in bonorum.ff.de bo.poſ.can.turbatur.§.notandum. j.q. iiij. vbi vide pulchram diſtinctionem. Idem.

PRO. Ignorantia peccatum excuſat.l.quicunque.C.de ſer. fugi.

OBIEC. Contrà imo ignorantia peccatum non excuſat.per l.fin. C.vnde vi.vbi ſi quis per ignorantiam alienam rem tanquã propriam occupauerit,non auditur,ſed punitur vt prædo. Similiter non excuſatur qui propriam rem rapere licere ſibi putauerit,incidit enim in pœnam.l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.

SOL. Ibi erat ignorantia iuris ſeu conſtitutionis, quæ in delictis neminem excuſat.ca.turbatur.&c.fi.j.q.iiij.hic verò facti. Idem.

PRO. Illicitæ rei iuſiurandum ſeruari non oportet.authent. quod eis.C.de nupt. Idem.

Immiſſionis petitio ex l.fin.C.de edicto diui Adri.tollen. habet ſolummodò locum in heredibus vel ſucceſſoribus ex teſtamento ſecus in venientibus ab inteſtato.Communem dicit Iaſon.in dicta lege. fin. num.23. I.Fich.

Immunitate eccleſiaſtica non gaudet,qui per inſidias interficit, vel percutit alium:& iſte eſt communis ſenſus.c.j.de homic. teſte Coua. in reſo.cap.lxx.lib.j.nu.7.ex Anani.& Fe.in d.c.j.

Amplia iſtam communem, ad clericum homicidam per inſidias: quia debet actualiter deponi, & tradi curiæ ſeculari, non expectata incorrigibilitate propter atrocitatem criminis.idem Coua.in d. nu.7. communem dicit ex Panor.in c.cum non ab homine,extrà de iud.licet ſibi non placeat & communem dicit contrariam ex Aret.in d.ca.cum nõ ab homine.& Dec.in c.aſſi clerici.de iud.cui ego adſtipulor. B.Vill.

Immunitas à collectis non habet locum in collectis, quæ ob publicam vtilitatem imponuntur. Hanc æquitati conſonam, & vt magis communem firmat Iaſ.in l.Si ex toto.num.12.de lega.j.vt refert Minſing.Obſer.lxx.cent.iiij. I Fich.

Immunitas conceſſa alicui ab oneribus,& collectis ordinariis, & extraordinariis,ſolitis & inſolitis,non extenditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli diuini,putà peſtis,vel belli humani, ſecundum Cyn.Dyn.Alber.Soci.Alex.Iaſo.& Ripa.in l.ſi ex toto.ff.de lega.iij.vbi Ripa.nu.17.ſcribit iſtam eſſe com.opi.quam ſequitur Tho.Parpalia in l.placet.C.de ſacroſan.eccl.Cæpola in caute. lxxx.incip. quia priuileg. Feli.in c.cauſam,quæ.nu.17.de reſcrip.Roma. conſil.ccccxxxvj. quod indultum per tex.in l.iubemus nullam,vbi Bald. & alij not.C.de ſacroſan.eccl. Alex.conſi.ccxv.nec argumenti.nu.21. & de hoc eſt text. cum gl.& ibi not.Doctor.præſertímque Lucas de Penna.in l.j.C.vt nemini liceat in emp.Spec.de excuſ.lib.x.& Pariſius conſi.lxviij.nu.14.volu.j. & iſta eſt magis comm.opi.teſte Ripa in tract.de peſte,in tit. de remediis ad conſeruandam vbertatem,nu. 231.Curt.Iuni.conſil.lxj.habita. Leonardus conſi.cxvij.nu.25.& ſeq.quod quidem conſilium reperitur inter conſilia feudalia Alber.Brun.& Iaſ.in d.l.ſi ex toto.vbi dicit immunitatem conceſſam etiam verbis generalibus, & amplis non extendi ad onera, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius publicæ neceſſitatis incogitatæ,& quòd in hoc eſt magis cõmunis opinio, vt per eum ibi nu.8.& 12.Io.Andr.in add.Specu.in titu.de cenſibus. §.ij. ver. ſciendum eſt,per Ant.de But.in c.peruenit.per illum tex.vbi alij Doct. de immunitate eccle. Alber.de Roſa.in ij.part.Statutorum, q.cxxxviij. Statutum eſt in Ciuitate.Bal.conſi.cvj.latè fuit.vol.v.& Alexan. in d. conſi.ccvj.vel ccxv. Interpretatur & limitatur iſta commun. non procedere, quando immunitas ipſa eſſet conceſſa alicui ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, tunc immunitas iſta extenderetur etiam ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnæ neceſſitatis reipublicæ propter ipſa verba geminata ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, ſecundum Alex.conſi.xxv.primo aſpectu.nu.113.& conſil.lxviij. quæritur primo.nu.17.& 29.vol.j. F.Viuius.

Immunitas conceſſa propter paupertatem,ceſſat ſuperuenientibus diuitiis,& ſic,ceſſante cauſa paupertatis ſecundum complures Docto. relatos per Iaſ.in l.ſciendum §.ſi fundum,nu.6.ff.qui ſatiſda.cogan.qui quidem ſcriben.mouentur ad ita decidendum per tex.in l.cura.§. deficientium.ff.de mune. & honoribus. vbi deficientium facultatibus, ad munera,quæ inducuntur excuſatio non perpetua eſt, ſed temporalis, nam ſi ex voto patrimonium auctum fuerit ceſſabit excuſatio, per tex.in l.his oneribus.§.auctis.ff.de vacatio.& exc.numerum.cuius hæc verba ſunt,auctis poſt appellationem medio tẽpore facultatibus paupertatis obtentu non excuſantur. vt per text. expreſſum in l. non tantum.§.eos qui.vbi immunitas conceſſa ob paupertatem ceſſat auctis facultatibus,& hoc idem notant,& firmant per illum text.ibi Iacob. Are.Nicol.de Mattha.in Lectu.Bart.Bal.& Alber.& Alex.in l. ſi cùm dotem.§.ſi maritus.nu.6.ff.ſoluto matrim.Tyraquel,in tracta.de cauſa ceſſante.in prima part.prin.nu.193.& iſtam ſcribit eſſe com.opin. Iaſ. in d.§.ſi fundum.nu.6.& ſeq.vbi eam ab omnibus ferè contrariis efficaciſſimis reſponſionibus,& rationibus tuetur. Idem.

Immunitas,& exemptio poteſt præſcribi concurrente titulo,& bona fide xl.annorum ſpacio,vnde ciues omnes ſi ſoluunt gabellam, ſeu vectigal impoſitum, excepto vno, qui non ſoluit per xl.annos, erit in huiuſmodi caſu præſcripta immunitas non ſoluendi ſecundum Bart. Angel.Paul.de Caſt.& alios in l.licitatio.§.eorum.ff.de publica. Bald. conſi.cxxv.quæſtio vertens.vol.j.Alex.conſi.xxx.ponderatis.volu.v.& conſi.cxxvj.in cauſa.volu.ij. Cornæ.conſil.xliiij. in hac conſultatione, vol.ij.& conſi.xij.in præſenti.volum.iij.& conſi.cxcix. vol.j. & iſta eſt communis opinio,vt per Balbum in tracta.de præſcriptionibus.num. 29.& ſeq.& Grammati.in deciſ.100.nume. 25. & talis immunitas, & exemptio præſcripta tolli non poteſt,ſecundum Bal.in l. quod ſemel. ff.de decre.ab ordin. fac.& in l.ſi qui,in fine. ff.de iure immuni. & per Bertacchi.in tracta.de Gabellis.in ix.q.j.par. Idem.

PRO.Imò aduerbium correctiuè ponitur.l.ſi ita ſcriptum.ff.de hered.inſtit.l.Stichus.ff.de manu.teſta. Bellon.

PRO. Imperator eſt dominus totius mundi.l.deprecatio.ff.ad leg. Rhod.de iact.l.bene à Zenone.C.de quad.præſcript.

OBIEC. Contrà apud duos inſolidum non poteſt eſſe dominium. l. ſi vt certò.§.ſin.ff.commo.quòd hic eſſet, quia ego ſum dominus rei meæ,& imperator quoque.

SOL. Imperator eſt Dominus totius vniuerſitatis, non rerum ſingularum.

PRO. Imperator ſubiectorum commoda procurat, l. Imperialis C.de nupt. Idem.

Imperatores Deus de Cœlo conſtituit ad hoc,vt per ora eorum diuinitus leges conderentur.§.quia igitur,in authent.de inſt.cau. & fid. & ideo ab Imperatore dicuntur leges emanare diuino quodam motu. l.fin.C.de præſcript.longi.temp.Imperator ipſe eſt lex animata in terris, vt in authent. de conſuli.in princ. Imperator eſt pater legis, vt in authent. de inceſt.nuptiis. §. dubitatum. & Imperator dicitur propriè poſt triplicem coronam ſuſceptam,ſcilicet ferream in Alemania. argenteam in Mediolano, & auream Romæ, de quibus per gloſſ. in Clement.j. §.nos eodem mandato, in ver.facturus. de iureiurand. & per Aluaro.in capitul.j.in titul.quis dicatur Dux,vel Mar.vbi poſt Signo.de Homode, concludit, quòd in Alemania coronatur corona argentea ab Archiepiſc.Colonieſi Aquiſgrani,Mediolani coronatur ferrea in æde Diui Ambr.ab Archiepiſc.Mediol.iiij. Romæ à Sũmo pontifice ad Altare S. Mauritij, vt latè deducit etiam Illuſtriſſ. Reſtau-

rus Peruſinus Præceptor meus in tract.de Imperatore in quæſt.xxiiij.nu.1.& ſeq.Ante verò coronationem vocatur Rex,vt eſt text.in capi.venerab.l.in ext.de electio.notat glo.in d.Clemen.j.§.nos eodẽ mandato,Bertachinus in tract.de Epiſcopo.in iiij.par.ij.part.princi. lib.iij. Ruynus conſi.clxj.nu.17.vol.ij.& latè Corn.conſi.clxxvij. egregiè diſcuſſa per totum.libro j.vbi diſputat an Imperator ante coronationem poſſit legitimare,vel alteri concedere autoritatem legitimandi, & latiùs conſi j.in præſenti lib.iij.& Felin.in c.eam te.de reſcrip.& quamuis variæ reperiantur opiniones Doctor.vtrum Imperator ante coronationem poſſit exercere iura Imperij,& omnia,quæ poteſt ipſe Imperator poſt coronationem,quas abundè refert Præpoſitus in d.ca.per venerabilem,tamen vera,& communis ſententia eſt quòd electus in Regem Romanorum ante coronationem poteſt omnia , quæ poteſt Imperator poſt coronationem,vt aſſerit gloſſ.communiter approbata in c.legitimus.xciij.diſt.Hoſtien.in capit, ſuper quibuſdam de verb.ſigni.dicens ita ſeruari,& ita fuiſſe iudicatum. per Principes Alemaniæ,& iſtam opinionem ſequuntur omnes Canoniſtæ poſt Ant. in d.cap.per venerabilem,Corne.in d.conſil.clxxvij.& conſil.j. per totum,vol.ij.Deci.conſi.exc.iij.viſo.nu.2,Soci.conſi.lxiij.nu.4.volu.iij.& Pariſius conſi.j.nu.4.vol.ij.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Chriſtoph.Por.in Rubr.inſtit.de iuſti.& iure,num,5.& clariſſimus D. Reſtaurus in d.tract.de Imperatore in quæſt.xlvj.nu.1. & ſeq.& licet olim ſuper hac quæſtione variæ eſſent opiniones, hodie receptum eſt conſuetudine,vt ſtatim adminiſtret ſecund.Deci.poſt alios relatos per eum in d.capit.eam te,& D.Reſtaurum in d.quæſt.xlvj.ampliatur iſta communis , vt procedat non ſolùm ante coronationem, Sed etiam ante approbationem aliquam de eo factam,vt tenet Abb.in d.cap.per venerabilem,ante fin.& Bar.in extrauag.ad reprimẽ.in ver.reges,ante fin,& Imperator ipſe debet ire Romam ad ſuſcipiendum coronam, neque poſſet ei mitti alibi,ita ſingulariter per illum text.not. B .l.i.in §.ad hoc.de pace iuram.firma.pro cuius dicto bene facit tex. in clem.j.§.nos itaque circa fin.de iureiuran.quem text.not.ad hoc Alua. in c.j.in prin.in tit.quis dicatur Dux,vel Marchio,& in cap.j.§.fin.in ij.nota.de pace iura.firma.vbi ſequitur Bald.in hoc,& Reſtaurus in d. tract.de Imperatore,in quæſt.xxxv.& xlviij.nume.1.& hoc dictum pro ſingulari citat Iaſo.reperi.l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucap. vbi refert Cardin. & G .mi. in hoc Baldo contrariari;quia ſecundum eos poteſt expediri per manus legatorum.& Imperator denique eſt Dominus totius mundi.l.deprecatio.ff.ad l.Rodiam de iactu. & l.bene à Z .none. C.de quadrien.præſcrip.can. quoniam.x. diſtinct.can. ad verum.can.duo ſunt,& can.Imperator.xxvj.diſtinct.& cano.funcrum.xij. quæſt.j.quoniam ei ſubſunt Reges, Principes, & omnes nationes, vt concludunt omnes Doctores communiter in capitul. per venerabilem , qui filij ſint legitimi.in cap.nouit.de iud.& in dict.c.per venerabilem, & in l.j.C.de ſum.trinit.& fide.quam communem celebrat,& citat Iaſ.ibi nu,6.& 8.Huic verò opinioni obſtat iſta obiectio,quia eodem tempore eſſent duo Domini einſdem rei,putà rei meæ,ſcilicet Imperator,& ego,quod eſt contra l.ſi vt certo.§.ſi duobus ve.ff.commo. ſolue iſtam difficultatem,vt per Paul.de Caſt.conſi.lvj.videtur dicendum, num.2.volum.ij.vbi dicit Imperatorem eſſe dominum mundi quoad iuriſdictionem,non quoad proprietatem ſingularium rerum, imò illæ pertinent ad ſingulares perſonas,& ſecund. Fabia.de Monte in tractat. de emptio.& venditio.in iij.prin.quæſt.num.7.vbi ait quòd Rex, vel Imperator non poteſt vendere rem ſui ſubditi , niſi ob publicam vtilitatem. Plura alia & forſan maioris momenti poſſem opponere contra iſtam communem,quæ omnia prætermitto, quia contrahitur hæreſis ſi dicamus Imperatorem non eſſe Dominum , & Monarcham totius orbis,cum dicatur in Euangelio Lucæ iij.capi.exiit edictum à Cæſare Auguſto,vt deſcriberetur vniuerſus orbis,& Chriſtus recognouit Cęſarem Imperatorem,Vt dicitur in Euangelio, reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& quæ Dei Deo,Paulus ad Roma.xiij.c.in extrauag. ad reprimendum.in prin,& ibi gl.& de tranſlat.Epi.capi.Apoſtolicæ.§.nos, de re iudic.clemen.j.de magiſtris,& clemen,j.de ſentẽ.excom. in prin, & ibi per Card.& per Bart.in l.hoſtes.ff.de capti. & poſtlimi. reuer. & vide plenè per Iaſ.in l.cunctos populos C.de ſumma trinit. & fide,vbi dicit quòd Bald.in c.ſolitæ.de maior.& obed,tenet contra Bar. & Pan. in cap.nouit,ante fin.de iud.& Imperator ipſe eſt talis,tantæque præeminentiæ,vt s.docuimus,quòd minimè de Imperatore ad Papam poteſt appellari.can.cuncta.ix.quæſt.iij.& hoc idem voluit gl.in ca,quoniam.xj.diſtinct.imò fortius dic,quòd de inferiori ordinario in temporalibus in terris Imperij ad Papam non appellatur.c.ſi duobus.in fi.J.de appel.minus ergo ab Imperatore ad Papam argu. l,j. ff. à quo appellare non licet, & concluſiua procedendo intellige iſtam vltimam communem vniuerſaliter procedere,non autem particulariter ſecundum Bar.in tract.ad reprimend.in verſ.totius orbis,vbi ſubdit ex hoc, quòd Imperator poteſt mundum ab alio occupatum vendicare.& iſta ratione , quòd Imperator eſt dominus totius mundi, dixit Bald, in l.fin.in prin c.C.de eunuch.quòd Imperator poteſt punire ſubditum de delicto vbique commiſſo. Item intellige dictam communem quòd Imperator in temporalibus præeſt omnibus clericis , & laicis in terris imperij,non autem in ſpiritualibus ſecundum Innocen.in cap. nouerit. de ſentent. excommunicatio. quem refert, & ſequitur Bald.in ſua Marga.in ver.Imperator.Imperator enim dicitur Vicarius Dei in temporalibus ſecundum Bald in l.j.de iure aureorum annorum,& in auth. habita.C.ne filius pro patr.Sed aduertendum eſt quòd in ſpiritualibus, & concernentibus peccatum principaliter Imperator Papæ,& Canoni ſubeſt.cap.nouit.de iud.cap.omnes de maiori.& obedi. can. quoniam. x,diſtinct.quo fit, vt quo ad iſta Imperator forum Eccleſiæ ſortiatur,vt in iuramento,in voto,in pacis, & contractus obſeruatione , quæ ad forum Eccleſiæ pertinere dicuntur,vt in cap. final. de iureiuran. in ſexto. & in cap. quòd clericis , vbi gloſſ. & Doctor. de foro compet. cum ſimilibus. F.Viuius.

Imperator eſt dominus mundi.Iaſ.in l.cunctos populos.num.6.C. de ſumm.Trinita.Communem dicit. B.Villal.

Imperiũ merum eſt poteſtas gladij adnimaduertendi in facinoroſos homines.Alci.in c.quod ſedem nu. 58 de offi.ordi.comm.dicit. Idem.

Lex ij tit.35.par.4.dicit merum imperium eſt poteſtas iudicandi qui ſunt ex ſua iuriſdictione. Idem.

Imperium miſtum eſt iuriſdictio:quę impartitur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem.Alcia.in cap.quòd ſedem de offic.ordin.nu.61.communem dicit. Idem Villal.

P R O. Imperium & fiſcus abundabit,ſi ſubiectos habeat locupletes in §.cogitatio,in authent,vt iud.ſine quo.ſuffr. Bellon.

P R O. Imperialis fortuna,ſeu liberalitas,culmen habet præcipuum & omnes ſupereminet alias,in l.cum multa.C.do bonis liber. Idem.

P R O. Imperiales contractus legis vicem obtinent, neque opitulatione quadem extrinſecus egent,l. penult. C. de donat.inter virum & vxo. Idem.

P R O P. Imperitia culpæ annumeratur.l. ſi quis fundum. §.Celſus. ff.locat. Idem.

P R O. Imperſonalitas vitiat contractum.in authen. ſi quando.C.de conſtit.pecu. Idem.

Imperſonalitas in verbo executio non vitiat obligationẽ, dum præceſſerit perſonalitas in verbo diſpoſitiuo vel obligationis inductiuo,cõmunem dicit Iaſ.in lege ſi.num.2.ff.ſi cer.peta.& ibidem. Zaſ.numero 3.licet ipſe ab eadem recedat, I.Fich.

Impetratio maioris,vel minoris beneficij non facta mentione de beneficiis quę habet impetrans : non valet.Pan.in cap.ad aures,num.2.de reſcriptis communem dicit. B.Villal.

Amplia,quia eſt facienda mentio de beneficio in ſpecie.Ioan.de Ripa in cap.ad aures.num.67.communem dicit. Idem.

Impetrans beneficium expreſſo valore,non tenetur probare valorẽ etſi dicat verum valorem expreſſiſſe.Curt.Seni.conſ.cxxvj.quem refert Ripa in d.c.ad aures,num.7.communem dicit. Idem.

Impetrans non debet facere mentionem de nobilitate,idem ibi nu.68,commnnem dicit. Idem.

Impetrare poteſt quis beneficium pro alio ſine mandato. Idem ibi, num.94.communem dicit. Idem.

P R O. Impium eſt,vt qui res ſuas eccleſiæ non attulerit,damnum inferat.cap.epiſcopus.de reb.eccle.ali.vel non. Bellon.

P R O. Impoſſibilis conditio vitiatur,& non vitiat.§. impoſſibilis. de hered.inſtit.

O B I E C T, Contrà,imò vitiat actum.vt l.impoſſibilis. ff.de verb. oblig.& §.impoſſibilis.inſtit.de inu.ſtipu.

S O L. Ibi in contractibus,hic in vltimis voluntatibus, in quibus facienda eſt plenior interpretatio.l.in teſtamentis.ff.de regulis iuris.

P R O. Impoſſibilium nulla eſt obligatio.in l. impoſſibilium. ff. de regu.iur.

O B I E C. Contrà de l.Mæuius.ff.de condi.& demonſt.vbi ſi legatum ſit ſub conditione de dando ei qui de iure capere non poteſt, conditio eſt adimplenda in forma ſpecificata.

S O L. Ibi non eſt impoſſibile quò ad dantem ſeu facientem , ſed quò ad accipientem. Idem.

P R O. Impubes iudicio caret.l.cum prætor. ff.de iud.§, item impubes.inſtitut.quib.non eſt permi.fac.teſta.

Impuberi licet ſit ſublata poteſtas teſtandi: poteſt tamen cum iuramento,& clauſula ſi in pupillari ætate deceſſerit teſtari.Dec.in l.pupil, ff.de reg.iur. Duran.in arte teſtand.tit.& cau.v.comm.dicit, B.Vill.

Impubes,ſi nixus eſt ad copulam ſi propè perfectam ætatem conſentit in matrimonium:contrahit illud.Coua.in epiſt.iiij.cap,iiij.§, primo, num.20.communem dicit. Idem.

Impuberem quoque iuramento aſtringi, communem dicit Decius in l.pupillum.ff.de reg.iur.refert.Durand in ar.teſt.titulo primo.cau.v, vbi tamen dicit quod de ſtricto iure contraria opinio facilè poſſet ſuſtineri, I.Fich.

P R O. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius,cano.nec ſolo affectu,xxxij.quæſt.v, Bello.

Impunitatem reo criminis qui ad eccleſiam confugerat per Magiſtratum,aut Iudicem promiſſam,hócque medio reo extra Eccleſiam deducto,eidem obſeruare & præſtare Magiſtratus non tenetur, ſi ſaltem

eiuſmodi crimen erat, ob quod delinquens iure poterat ab Eccleſia extrahi, communiter receptum dicit Dida. Couarru.l.br.j.variarum reſolut.cap.ij.in fin. I.Fichard.

P R O. In,pro valdè ſumitur.l. Gallus. §.ille caſus indifficillis. de libe.& poſthu. Bellon.

bona vacantia propter incapacitatem illius cui acquiri debebant, referuntur proximſoribus ab inteſtato excluſis, fiſco & aliis. Eſt communis opinio, ſecundum Roma.conſilio ccxcvj. circa declarationem. M.Gribald.

bona relicta Incapaci, odio ipſius relinquentis, non autem ex delicto ipſius cui relinquuntur, regulariter non tranſeunt ad fiſcum, niſi in caſu ſpeciali, poſito in l.j.C.de natur.lib.& in l.ſi quis inceſti, C.de inceſt, & inutil,nupt.& in l.j.C.de ſecun.nupt.Eſt magis comm.conclu, ſec.Alex.in conſi.ccij.perſpectis.volum.vj. Idem.

fratres religioſi, licet ex regula vel conſtitutionibus ſint Incapaces bonorum immobilium, tamẽ poſſunt capere bona immobilia, vt vendant ea, & pretium in eorum neceſſitatib.cõuertatur. Eſt comm.opin, ſecun.Dec.in conſ.cccccclix.in cauſa.circa med.vol.iij. Idem.

hereditas deportatio relicta, ratione ſuæ Incapacitatis deuoluitur ad alios teſtamentarios, vel legitimos ſucceſſores, perinde ac ſi ipſe inſtitutus non fuiſſet.Eſt magis commun.opin.ſecundum. Alex.conſi.xxvj. circa primum.in princ.volum.j. Idem Gribald,

P R O. Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit. leg. nam is.ff.de dol,l.itaque fullo.ff.de furt, Bellon,

PR. Inaudita cauſa, quemquam, condemnari æquitatis ratio non patitur.in l.j.ff.de requir.reis. Bellon.

Incendium præſumitur ex culpa leuiſſima. Iaſ.in l.hereditatis domos.ff.de legat.j.communem dicit.

Intellige iſtam communem in culpa leuiſſima in omittendo, ſecùs tamen in committendo. Couar.in epiſt.iiij. cap.vj. §.viij.numero 15. communem dicit,

Nota iſtas communes, quæ faciunt ad intel.l.x. tit,v. parte vij. & l. vndecime, titulo quinto, libro quarto.For,ll, vbi imponitur pœna incendiariis: Et nota quòd crimen incendiarij eſt crimen publicum: & poteſt incendiarius à quocunque cap.l.ſecunda.titulo vigeſimonono, parte ſeptima. vbi ponit caſus in quibus quilibet de populo poteſt apprehendere malefactorem & vide l.ſeptima.titulo xiiij.libro ij.ordi. quæ ampliat dictam l.ij. Ad omnia delicta in quibus quis inuentus fuerit in flagranti delicto in Algazelo tamen. B,Villal,

Incendium in dubio præſumitur culpa inhabitantium exortum, communiter tenetur vt di.Iacob.Nouel.re,xviij.vide tu latè hanc materiam examinantem Matth.de Afflict.deciſ.lvij. I.Fich.

ſi contingat incendium fieri in domo, vel hopicio conductis, vel aliter retentis alienis tamen, conductor vel alio modo domum ſiue hoſpitium tenens ad emendã damni ex tali incendio domino domus ſiue hoſpitij, vel vicinis ſiue aliis habentibus res in dicta domo combuſtas illati, & de qua culpa teneatur, In hoc vltimo caſu diſtinguendum eſt, quòd aut quis domum, vel hoſpicium conduxit, & de refectione damni dictæ domus, vel etiam vicini eodem incendio combuſti quæritur & tunc de leui tantùm culpa tenetur, per text.in l.ſi vt certo, §.nunc videndum primo, ff.commoda.iuncta gloſſ. & text.in l. dominus horreorum, cum gloſſ.in verb.receperit, & in l.qui mercedem. & ibi etiam gloſſ.in ver.pro cuſtodia, ff.loca.§. præterea,& ibi Aretin.Inſtitut.quibus modis contrahi.obligã.licèt aliquando conductor etiam de leuiſſima teneatur, veluti cum mercedem pro cuſtodia accepit.d.l, qui mercedem, ff.loca.Imo.in l.domus, ff.de leg. j.& ibi Alexan.qui,in quam,Imo.voluit, quòd culpa inhabitantium incendium in domo cõducta factum præſumatur, niſi aliter ipſe conductor probet, quòd abſque culpa ſua ortum & factum fuit impugnat, & ei contradicit ex gl, in d.§.præterea, videtur malè locutus, quia dictam glo. quatenus voluit incendium non fieri ſine culpa leuiſſima, reprobat Bald.in le.cum duobus, §.damna, ff.pro ſocio.ſequutus gloſſ.ibi. quem paſſim refert, & ſequitur Aretinus in dicto §.præterea. Aut loquitur de rebus, quas quis commodato habuerat eodem incendio attritis, vel eo caſu quo conductor de leuiſſima culpa tenetur, de quo paulò ante dixit, & tunc ſubdiſtinguendum eſt, Aut ſumus in proprio commodato veluti cùm fit recipientis gratia tantùm, & tunc tenetur de leuiſſima, d.§.nunc videndum, & ibi Caſtr.& quando de dolo tantùm, & quando de leui tantùm, & quando de caſu fortuito teneatur commodatarius docet gloſſ. in §.item is qui, verſic.at is qui vtendum, in verb.exactam.Inſtitu.quibus modis re contr. oblig. & Caſtren.in d.§.nunc videndum, ſed pro maiori declaratione, & dictæ quæſtionis intelligentiã, rurſus aliter diſtingue: aut conſtat quòd pater familiàs vel dominus ſiue conductor domus in qua incendium ortum habuit, cauſam incendij dedit, aut dubitatur ſiue ignoratur, quis cauſam illi præbuerit, & primo quidẽ caſu clarum eſt illum qui cauſam dedit, ſiue in cuius domo incẽdium ortum habuit ad damni alteri ex incendio illati refectionem teneri, per text.in l.ſeruus.§.fornacarius & §.ſi furtum, ff.ad l. Aquil.Sed huic ſubinſeri poteſt alia incidens quæſtio.

An is, qui tertio ſitu, & loco immediat. habẽs domum ſuam timens ne vagetur ignis iam in priori domo exortus, & inualeſcens domum ſuam inuadat, & comburat, intermediæ vicini domus parietem de facto deſtruere, & proſternere impunè pro ſui domus tuitione poſſit, & dic quòd, ſi domus ipſius tertij erat omnino ex ipſo combuſtura, licitè id facere poteſt per text.in l.ſi alius.§.eſt & alia, ff.quòd vi, aut clàm, ibi. æquè perituris ædibus, &c. & ſic debet intelligi textus in l. ſi quis fumo.§.j.& quod ibi not.per Flor.de ſancto Petro, ff.eod.ad legem Aquil, & in l.ij.§.ait prætor.ff.de incend.ruin, naufrag.Sed redeundo ad ſecundum caſum, videlicet, vbi non dominus vel conductor, ſed alius extraneus incendium cauſauit, iſto caſu, aut eſt de ipſius domini, vel conductoris familia, aut penitus extraneus, & ſi de familia. glo.in leg, nequid, in princ.in verb.à poſſeſſoribus.ff.eo.de incend.ruin, naufrag. videtur voluiſſe quòd ſic, allegat text. in §. fin. inſt. de oblig. quæ ex qua, deli. naſcun.Sed illam damnat & reprobat Bart. ibi inquam ratione, quòd tunc demùm dominus de admiſſo, & facto familiæ ſuæ teneatur cum in officio ſiue miniſterio, cui illam præfecit, in quo illius opera vtitur delinquit, eſt text.in l.j.§.familiæ nomen.ff.de publica. iuncto princip, illius text.quo in loco habetur, quòd actio ex illo edicto contra publicanos, etiam ex facto eorum familiæ pro illicitè extortis, iis à quibus extorta ſunt, competit ad duplum, cuius familię nomen, vt ibi text. & Bartolus inquit ad ſeruos, & liberos qui in eodem miniſterio adhibentur refertur, & ſic videtur ibi probari, quòd niſi familia delinquat in eodem officio ad cuius exercitium eſt addita per dominum, & patremfamiliàs, non teneatur paterfamilias, hoc quoque probari videtur in l.ſi vendita, de peric.& commo.rei vendit. dum text. ait, quòd ſi ſeruorum negligentia inſula vendita, combuſta fuit, ſi dominus diligentiã, quam homines frugi, & diligentes adhibere conſueuere adhibuit, quod quidem verbum oſtendit leuem culpam tantùm abeſſe debere, vt venditor de incendio non teneatur, cùm id ipſam culpam tantùm ſic adaptetur, adde text.in l.ſi cum venderet, cum ſequen. ff. de pignor.action.not.in l.in rebus.ff.commod. Bart.in l.quod Nerua. ff. depoſiti. Alexand. per per hæc iura, conſi.cclxxiij, viſis.libro ſecundo, & conſequenter conductori, de quo hoc in loco quærimus, qui de leui tantum culpa tenetur congruit, meritóque conductor ipſe de incendio non tenetur, nec factum familiæ facit tranſire periculum caſus in dominum, cùm de illius facto dominus non teneatur vt ibi Baldus dixit, ſed ipſi familiares teneantur, & dominus tradendo noxam à noxa liberetur, vt tradit Bart, in l.cum ſi exhibuiſſent, ff.de publican.ſi verò penitus extraneus eſt is, à quo ignis cauſatus eſt, vt quia nec de familia neque de habitantibus in dicta domo eſt, & tunc quia culpæ domini ſiue conductori caſus imputari, & adſcribi non poteſt, ad emendam damni non tenetur, l.qui inſulam, §.j.ff.de loca.Tertiò autem principali caſu quando dubitatur, aut ignoratur, à quo ignis originem traxerit, iuris pręſumptioue ab habitantibus in domo ignis iniectus ſiue incendium exortum fuiſſe dicimus, & eorum culpa Incendium factum præſumitur, quotquot ſiue vnum ſiue plures ſint, probatur ex text.in l.quam ſalutem, §.& quia, ff. de offic.præfect.vigil.ibi plerumque incendia culpa inhabitantiũ fiunt, Dictio enim plerumque, facit regulam eſſe in contrarium, adde gloſ.in leg.non dubitamus, & ibi ad hoc not.illam Imol.ff.de cond.& demonſtrat.ſequitur Alexand. in conſil.cclxij.viſis, & oportunè, libro ij.& tradunt Doctores in leg.ſi quis ex argentariis, §.prætor.ff.de edend.& ibi Iaſon.num,30, verſic.ſed aduertendum ait ex hac Doctorum concluſione ſuccedere in practica, quòd incendio probato, fundata eſt contra inhabitantes intentio, niſi ipſi quòd abſque ipſorum, vel ſuorum culpa incendium ſecutum fuit probent, allega.Salyc.in d.l.ſi vendita.Imol.in l.domus, de leg.j.& Canoniſt, in cap.ij.de depoſito. Angelus in conſilio cxcvij.incip.incendium eſt ortum, qui hanc eandem ſectati ſunt ſententiam, Idque in quocunque qui de cuſtodia tenebatur, locum ſibi vendicat, vt inquit gloſſ.in c. quamuis, quod eſt penult. in verb.paſtor, de regulis iuris. in antiquis. & ſic ſi domus combuſta inhabitata erat, præſumptio erit quod aliquis de inhabitantibus incendij author fuerit, de certa autem perſona ex eis lex non præſumit, ſed incerta, & indeterminata ex illis, vt probare videtur textus in dicta l. ſi vendita, ibi neque ſi ſeruorum negligentia factum eſt, continuò dominus in culpa erit, quamobrem ſi diligentiam, &c. ff.de peri, & commo, rei vendi. verumtamen niſi de certa, & præciſa perſona doceatur patrisfamiliàs inhabitantis culpæ aſcribitur eius imperio & mandatis ceteri de familia ſubſunt quaſi minus diligens fuerit quàm debuerit, in igne cuſtodiendo, quæ negligentia eo ipſo oſtenditur, quòd incendium in dicta domo ortum fuit, dicta l.tertia. §. & quia plerunque. ff. de offic. præfe. vigil, cum (vt ſuprà dixi) dictio plerunque in præſumptionibus, præſertim regulam faciat, adde textus in l.plerumque. ff.de iure dot. & ſic pater ipſe familias vicinis ad damni refectionem teneri dicendus eſt, dicta l.ſi ſeruus ſeruum. §.ſi quis inſulam, & §. ſi forcarius, & in l.qui occidit. §. in hac l. ff.ad legem Aquiliam, l. capitalium, §. quòd ob inimicitias, ff.de pœn. Huius quoque fuit ſententiæ Angel. Aretin.in tractatu ſuo maleſi.in ver.incendiario, ex trad.pex Saly.in allegato per eum conſilio. Idem tenuit in præallegat.§.præterea, Inſtitut. quibus modis re contrahi. obligat. reprobata gloſſ. ibi in verb. debet quæ æquiparando incendium furto dicit neutrum citra leuiſſimam culpam

fieri, ſequutus gloſſ. in l. cum duobus. §.damna.ff.pro ſocio, quæ ait quòd furtum,& incendium non fit ſine culpa,ſaltem leuiſſima, & ſic innuit quòd poteſt etiam cum culpa leui fieri, & fieri præſumitur, & gloſſ.ipſam approbari ibi à Baldo prædictam gloſſ. in verb. debet reprobante, ibique ſummè not. & hoc de facto ſibi contigiſſe in cauſa cuiuſdam Appolloniæ viduæ inquit, & quòd in actionem locati non veniat iſto caſu culpa leuiſſima, ſed leuis tantùm, firmat Alexander præallegato conſilio cclxxij. viſis,& opportunè, libro ſecundo qui conſuluit in materia, de qua loquimur, quòd culpa huiuſmodi præſumatur,niſi de alio incendij authore doceatur:voluit Bald. in lege, ſi creditor,de pignoratiícia actione, vbi quòd tunc probatur culpā abeſſe, probando vnde incendium ortum habuerit, putà ab hoſtium incurſu, id quoque ait in lege quæ fortuitis, verſiculo item quæro de igne,& ibi Saly.C.eodem.de pignoratícia actione,vbi quòd ignis immiſſus ab habitantibus,vel in domo conuerſantibus præſumitur, per text.in lege,ſi verò,verſiculo quòd ſi ex mediano, vbi text.ſic ad literam, Quòd ſi ex mediano cœnaculo quid deiectum ſit,verius eſt omnes teneri,de iis,qui deie. vel effude.niſi immittentem ignem oſtendat,per text.in capitul.ſuprà alleg.l.domini horreorum,ff.locat.& in l. ſi ita,§.final.ff.de fund.inſtruct.& in lege ne quid,ff.de incendio ruina & naufragio. Sic quoque tradit idem Bald. conſilio clxxiiij. caſus eſt talis,quoddam fœnile,parte ſecunda.& conſilio centeſimo trigeſimo octauo factum quæſtionis,& ſequent.eadem parte. ſequitur idem Alexander conſilio cclxxij.columna tertia. verſicul. ſecundus caſus eſt, vbi etiam voluit quòd in materia, de qua loquimur, eadem ſit & par præſumptio contra conuerſantes,& contra habitantes in domo combuſta propter aptitudinem & potentiam, & ſic eadem ratione, & in eiſdem terminis quoque conſuluit Bartol. in l. ſi quis ex argentariis.§. prætor ait, §.an verò,nec heredi,ff. de edend. dum inquit quòd aliqui ſunt caſus qui faciliter euenire non conſueuerunt, niſi culpa præcedente,vt furtum,l.cùm duobus,§. damna, ff. pro ſocio, & incendium d.l.ſi vendita,ff.de peri.& commo. rei vendi. & ſeruorum fuga, & aliorum, qui debuerunt cuſtodiri,putà,carceratorum, & in iſtis culpa præſumitur,niſi caſus probetur,Aliqui verò ſunt caſus,qui abſque culpa contingere conſueuerunt,putè vis hoſtium, impetus aquarum, & in iis probata rei amiſſione præſumitur caſus, niſi culpa probetur, l. contractus,ff.de regulis iuris,l.ſi merces,§. culpæ,ff. locat. Ex iis igitur habes,quòd vbi caſus qualitas talis eſt,quæ culpam non includat, veluti incurſus hoſtium,vis fulguris,loquendo in terminis noſtræ quæſtionis,& ſic facto naturæ,& per vim quandam diuinam,qua aliquando incendium contingit, vt Bald. conſilio centeſimo ſeptuageſimo quarto. caſus talis eſt,libro ſecundo. dixit non eſt neceſſariò articulandum,nec probandum culpam abeſſe ſiue abfuiſſet in euentu & contingentia caſus, qui tunc ſatis probatur re ipſa, ex ipſo caſu ſic qualificato:ſecùs verò vbi caſus includit culpam,vt furtum, & incendium, quia tunc vtrumque & caſum,& culpam abfuiſſe probari debet, & ita intelligenda eſt gloſſ. in l.ſi fundum, §. Imperator,ff. locat. ſecundum ipſum Baldum.in dict.l.creditor.C.de pignoratitia actio. Verùm quia ſuperiùs diximus,quòd orto,& ſequuto incendio niſi de certa, & ſpecifica perſona doceatur, patrifamiliàs ad culpam imputatur. Ioannes tamen de Ana.conſilio quinquageſimo primo.viſis, & diligenter ponderatis, quem paſſim refert Iaſon. in dicta lege ſi quis ex argentariis, præallegata,§.prætor,numero trigeſimo primo.ff.de edend. dixit quòd ad hoc vt de incendio quis teneatur,oportet quòd probetur culpa certi,& determinati hominis,quia cum incendium inhabitantium culpa factum præſumatur, id tamen abſque certæ & determinatæ perſonæ culpa fieri non poteſt, quæ culpa expreſſæ, & determinatæ perſonæ non præſumitur,prout dicit ipſe probari in text.in dicta lege ſi vendita.& ita tenere ait Saly.ibi,quem omninò vide, quia multa bona hac in materia tradit. & ex iis quotuplex, & quando inhabitator in culpa eſſe dicatur, quem etiam vide in dicta lege quæ fortuitis, aſſignat rationem,quia quãdo de certæ & determinatæ perſonæ culpa non probatur,remanet incertitudo, & ſic condemnatio ſequi non poteſt, lege licet,§.final.ff.naut.caupo.ſtabu.allegat Bald. in dicta lege creditor. & in lege pignus,ſed non,ibi,verum in prædicta leg.quæ fortuitis,de pigno.actio.quòd Iaſo no.dicit pro defendendo amico.

Addit inſuper conſil. Anchar.cccxlix.eſt tamen cccxlviij.incip. pro deciſione,conſulentis quòd ſi conductor domus noctis tempore in domo conducta duas tantùm puellas xij. annorum, & puerum x. annorum reliquit, non dicitur eſſe in aliqua culpa lata ſaltem vel leui ita quòd de incendio teneatur,quamuis dicti pueri ignem minus diligenter cuſtodierint, quia conſueuerunt patres familiàs diligentes in eorum domo,tanquam tuto refugio,vt inquit textus. in l. plerique. iuncta lege neque impuberes,ff.de in ius vocand. familiam tam maiorum quàm minorum habere,& meritò communis conſuetudo culpam excludit,l.pignus,C.de pign.actio.inquirens Iaſ.vbi ſ. ſic in facti contingentia in ciuitate Cremonæ obtinuiſſe, vbi tamen probaretur, quòd habitatores circa alia incendia, negligentes eſſe conſueuerunt de incendio alio etiam non apparente,tenerentur,ſecun.Alex.conſ.cclxxij. ad fin.alleg.Bald.conſilio quoddam ſuo,quòd(vt dicit)incipit quidam Riſtorius,argum.text.in l.non omnes,§.à Barbaris,ff.de re milita.l.argentum,ff.commo.quod conſilium non inueni. Illud idem conſilium Baldi allegat ipſe Alex.in l.ſi quis ex argentariis,§.prætor verſicu. non omitto,de edend.caſum conuertendo, videlicet quòd ſi in domo habitantes,in domo vigiles eſſe conſueuerunt, ſi alia indicia contra eos non appareant de incendio non teneantur indiſtinctè.Hinc dixit Angel.dicto tracta,eod.verſi.incendiario,verſi.aduertendum eſt,quod per illud verbum plerumque,in dicta l.iij.§.& quia,ff.offic. præfect. vigil. datur intelligi,quòd regula eſt in contrarium, videlicet quòd regulariter non præſumitur incendium inhabitantium culpa cauſatum, niſi probetur quòd circa ignem habitans erat ſolitus negligenter verſari, & verſatus fuit,ita dicit ipſe loquitur textus in dicta l.ſi vendita, aliàs niſi agens contra habitantem, deducit, & probet negligentiam ſolitam, & etiam tempore incendij adhibitam, habitator de igne condemnari non poteſt,quod dicit ſingu.not.hoc tamen mihi non placet, quia cùm vix vel raró talis negligentia ſic præciſa probari poſſet, nunquam vel raró, damnum ex incendio aliena culpa cauſatum, quæ culpa(vt dictum fuit)in caſibus, illam annexam habentibus ſuperiùs redactis,& ſimilibus,ipſo facto probatur,quòd contrarium non oſtenditur ad glo.in dicta lege,ſi quis fundum,§.Imperator, ff.locat.emendaretur quod non eſt dicendum,Pro eo autem quod dictum fuit ſuprà quòd vbi non oſtenditur certus homo ignis auctor, incertitudinis ratione,condemnatio contra patrem familiàs domum habitantem fieri non poteſt, facit quod voluit Bald. in conſilio ccccxlj. quidam magiſter Grammaticæ, verſicul. j. §. item dictus ignis ab incerto auctore, part.j.vbi cõſuluit, quòd ignis qui ab incerto auctore cauſam habuit, illi magiſtro non eſt imputandus, etiam ſi vnus ex ſcholaribus ignem immiſiſſet,allegat textum in dicta lege ſi vendita,vbi dicit caſum eſſe quæſtionis ſuæ,& quòd quando duo erant in domo incenſa,nec conſtat à quo ignis immiſſus fuerit,quòd neuter ſit condemnandus, verum vterque abſoluendus inconcuſſè tenuit Roman.conſilio ccccj.eo præſuppoſito,Et pro complemento huius materiæ,vide quæ remiſſiuè copioſè adducit Veronenſ.in titu.de igne,in tract.ſuo de ſeruit.ad fin. qui dicit hanc amplam,& profundam eſſe materiam. F.Turzan.

PRO.Incendium,ære alieno non liberat debitorem.vnde dicitur, quòd debitor generis,re perempta non liberatur.l.incendium.C. ſi certum petat. Bellon.

PRO. Incertitudo vitiat actum.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtam. tut. l.triticum.& l.ita ſtipulatus.ff.de verborum oblig.§.incertis.inſtit. de legat. Idem.

OB. Contrà de le.id quod pauperibus.C.de epiſc.& cler.vbi relictum pauperibus in genere valet.

SO. Ibi fauore piæ cauſæ.obſtat etiam l.quidam relegatus.ff.de rebus dub.Sed ibi in incertis de certis perſonis.vt ibi not. Idem.

PR. Inciuile eſt,parte vna perſpecta,tota re non cognita, de ea iudicare.in l.inciuile.ff.de legib.l.non eſt ferẽdus.ff.de tranſactio. Idem.

PRO. Incluſio vnius eſt excluſio alterius.l.cum ita.ff.de condit.& demonſtra.l.Pomponius.§.ſed & ſi is.ff.de proc. Idem.

PRO. Inconſtantia reprobatur in l.in cauſæ.ff.de procur.

OB. Contrà,imò permittitur inconſtantia. in l. ſi ſterilis. §.fin. ff. de actio.empt.

SOL. Ibi erant duæ obligationes,hic vna adminiſtratio:ideo non poterat variari,vt ibi notat.Bartol. Vel dic,quòd ratione connexitatis prohibetur, vt hic. illic autem permittitur propter alternatiuæ naturam,quæ varietatem in debente admittit.leg.eum qui certarum.in fin. de verb.oblig. Bellon.

PR. Incorporalia propriè non poſſidentur.l. ſeruus. §.incorporales.ff.de acquir.rer.domin.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap.§.j.inſtitut. de reb.corp.& incorpo.

PR.Indebitum ſciens ſoluens non repetit.l.indebitum.C. de condit.indeb. Idem.

PR. Indecorum eſt, vt is qui ſe neſcit regere,alios regat.capit.indecorum.extrà de ætate.& qual. Idem.

PRO. Indecorum eſt patrem à filio regi. leg. hi qui.ff. de tuto.& curator.

PRO. Indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi ita relictum. & l. ſi pluribus. ff. de leg. iij. l.ſi neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pignora. action. Idem.

OB. Contrà de l.nominatim.ff.de liber.& poſthum. vbi indefinita ſingulari æquipollet.

SO. Dic,quòd indefinita prolata ad perſonas in odioſis non æquipollet vniuerſali,vt in contrario,ſecus in fauorabilibus.l.ſi quis ita. §.ſi quis.ff.de teſtam.tute.

OB. Præterea obſtat,quia omne marmor comprehendit non ſolum rudem materiam marmoris, ſed etiam ſtatuas marmoreas. l.j. de auro & argent.lega.ff.& tamen marmor indefinitè prolatum non continet ſtatuas marmoreas.in l.quæſitum.§.illud.ff.de lega. tertio. Item omnis lana tinctam comprehendit.leg.pediculis.§.Labeo.ff. de auro & argent.legat.Lana verò indefinitè non continet tinctam.l. ſi cui. de leg.iij.

S O L. Vbi non eſt eadem ratio, & conditio particularium in vniuerſo compræhenſorum, propter aliquod accidens non æquipollet vniuerſali indefinita: vt tinctura lanæ, & ſpecies ſtatuæ marmoreæ, non procedunt ex ipſa rei origine, vel ſubſtantia, ſed ex accidenti hominis operatione, vt in contrariis: ſecus vbi eſt eadem ratio, quæ non mutatur per aliquod accidens. & vide gloſſ. in cap. vt circa. in verbo vniuerſorum. de elect. extrà. Bellonus.

P R O. Induſtria pœnas deſidiæ ferre non debet, lege finali, C. depos. Idem.

Indicium remotum à maleficio non eſt ſufficiens ad torturam. Mar. Anto. de iudi. num. 150. communem dicit in repe. l. fin. ff. d quæſt.

Fallit in indicio, ꝙ ſit ſolitus delinquere. Idem ibi nu. 148. comm. d.

Fallit ſecundo, in graui inimicitia licet non in idem ibi nu. 175. Cõmunem dicit. B. Villal.

Indiciorum copia danda eſt reis. Ioan. de Ripa. C. de edend. lege. ij. num. 8. communem dicit. Idem.

Indefinita in materia probationis, non æquipollet vniuerſali, Curt. Iunior conſilio 17. num. 13. communem dicit, Idem.

Indignitas heredis ſi prouenit ex ſua culpa, ſuccedit fiſcus: ſi tamen venit errore teſtatoris ſuccedunt venientes ab inteſtato. Iaſ. in l. ſi pater tuus. C, de heredibus inſtituendis. num. 10. communem dicit.

Fallit, ſi illa culpa reſpicit offenſam certæ perſonæ: quia illa ſuccedit, ſi tamen heres eſt omnino indignus, ſuccedunt venientes ab inteſtato. Iaſ. in l. hereditas. nume. 10. C. de his, quibus vt indig. communẽ. dicit.

Nota, quòd ſicut ſuccedens tenetur ad legata ad quæ ipſe indignus tenebatur, ſi tamen ſuccedit fiſcus, quia non inuenit qui velit acceptare hereditatem: non teneatur fiſcus ad ea. Iaſ. in l. eam, quam. C. de fidei commiſſ. num. 13, communem dicit. Idem.

P R O. Ineptæ voluntates defunctorum non ſunt ſeruandæ. l. ſeruo alieno §. fin. ff. de legat. j. Bellonus.

P R O. Infamis poteſt eſſe procurator, qui habet tantum onus. §. fin. Inſtitutio. de exception. non aduocatus, qui emolumentum tantum habet l. j. §. ſecundo loco, & §. hoc edicto. ff. de poſtulando. Idem.

P R O. Infamibus portæ dignitatum non pateant, l. ij. C. de dig. lib. xij. c. inter dilectos. extra de exceſſi. prælato. c. infamib. de regul. iur. in ſexto. Idem.

Infamis regulariter teſtari poteſt, fallit, niſi expreſſe à lege prohibitus eſſet. vt eſt infamis condemnatus ob libellum famoſum. communem dicit Clarus in §. teſt. quæſt. xxv. P. Fich.

Infamis ſi adhibeatur in teſtem teſtamento, ſi modò tunc non reputabatur communi opinione pro infame, teſtamentum valebit. communem dicit in §. teſtam. quæſt. lv. in fin. Idem.

Infamia iuris dicitur illa ſecundum Abb. in cap. j. de accuſat. quæ irrogatur delinquenti ſecũdum leges ciuiles, vel ipſo iure prout ipſo iure quis infamis efficitur, l. j. & ſeq. ff. de his qui not. infamia. vel mediāte ſententia, vt habetur in lege infamem. ff de publi. iudi. & in can. prohibetur. ij. quæſt. j. & in lege qui accuſare. ff. de accuſat. & quamuis probetur delictum infamans per teſtes, non tamen ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille aduerſus quem probatum fuit, niſi ſententia (vt ſuprà docuimus) accedat, vel confeſſio delinquentis, vt per glo. communi calculo à Doct. approbatam in lege ſed & ſi poſſeſſori, §. ſi cum de hereditate. ff. de iureiu. quam quidem communem ſequitur, & citat vltra ſcriben. in d. §. ſi cum de hereditate, Iaffredus in deciſio. ccciiij. Hoc verò interpretatur cum grano Salis non procedere contra abſentem, & contumacem condemnatum præcedente inquiſitione, quo caſu non efficeretur quis infamis ſecundum gl. in l. iij. §. præterea de ſuſpect. tuto. quæ vult quòd damnatus per inquiſitionem non ſit infamis idem tenet ibi Dyn. glo. & Cyn. in l. ſi. C. de ſupect. tuto. Bart. in lege ictus fuſtium, de iis, qui notan. infa, & in lege, non, ſolum. §. fin. de procu. & in conſi. incip. quæritur, & in dubium reuocatur. Ant. Franchinus, gl. in l. j. C. de modo mulcta, Bar. autem & quidam alij in dicta leg. infamem. videtur aliter ſentire, tamen aduerte, quia loquuntur, quando inquiſitus comparuit, & defenſionem ſuſcepit ſed quando abſens, & in contumaciam fuerit condemnatus, eo caſu non infamatur. vt ſuperius oſtendimus, & in effectu reperio Iaco. Butri. in quadam diſputa. tenere contra iſtam communem ſententiam gloſſarum, quòd condemnatus in contumaciam efficiatur infamis, cũ quo videtur ſentire Bald. in lege cùm mulier. ſolut. matri. nihilominus ipſemet Bal. reuocando opinionem in melius tenuit dictam communem in lege prima. C. de heredi. inſtit. in lege etiam. C, de furt. & in lege prima. C. de calumnia. qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, in tantum quòd iſta communis habet vnicum contradicentem, ideò fatuum eſſet ab ea diſcedere in actu practico. F. Viuius.

Infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis. Iaſ. in lege. prima num, 43. C. de ſumma trinit, communem dicit.

Amplia iſtam communem ad executionem ordinis, Fran. Aret. in ca. cum non ab homine. numero 92. de iudic, communem dicit.

Limita modò in infamia occulta, quia non repellitur à teſtimonio, nec ad alios actus extraiudiciales, Aretin. ibidem communem aſſerit ex gloſſ. in l. contra. ff. de teſtam. & intelligit ampliationem etiam in delictis occultis irrogantibus infamiam, in quibus de iure inducta eſt ſuſpenſio, quòd nota. B. Villal.

Infamis nec quidem contra infamem teſtis eſſe poteſt, ſecundum Bart. & communiter Doct. in l. cum mulier ff. ſol. matr. refert Lanfran. in cap. quoniam. in ver. teſtium. num. 77. Et quod hæc intelligenda ſunt ſunt de infami infamia iuris.

Limita vt ibidem, niſi veritas rei aliter habere non poſſet, quia tunc admitteretur. I. Fich.

Infamis infamia facti, poteſt eſſe teſtis ſecundum communem opinionem: vt refert idem, quod intelligendum eſt, in cauſa ciuili, multum tamen diminuitur, de eius fide. In criminali autem cauſa, non poteſt eſſe teſtis vt ibi per eundem Lanfranc. Idem.

Infans tranſmittit hereditatem patris non agnitam, iure ſuitatis, communem dicit Ioan. Durand. in arte teſt. tit. xj. caut. j. I. Fich.

P R. Infinitas in iure reprobatur. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod int. prof. c. cum in multis de reſcript. in vj.

O B. Contrà de l. videamus. §. iurare, ff. de in litem iur. vbi iurare in infinitum licet.

S O. Dic, quòd imò ibi euitatur infinitas, quia taxatur per iudicem, vt ibi ſubiicitur. & l. in actionibus, illo eodem tit. Bellon.

P R O. Infirmitati, non calliditati, ius ſuccurrit. l. ij. ff. ad ſenat. Velleia. l. ſi ſine. C. eod tit. Idem.

Infirmus morbo caduco, præſumitur durare in infirmitate: ſecùs tamen in alia infirmitate. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. ij. præſumpt. x. in fin. communem dicit. B. Villal.

Ingroſſatio inſtrumenti non valet ſine auctoritate Iudicis etiam per heredem notarij, qui confecit. Boëri, deciſ. xlv. num. 6. communem dicit. & in deciſ. xxxvj. num. 9. & vide alia octo requiſita ad hoc quod ingroſſatio per alium facta valeat vt adhibeatur fides ingroſſationi, per Matthæ. de Afflict. in deciſ. Neap. vl. & in hac materia vide dictum ſing. Paul. de Caſtr. conſil. cxcv, volum. ij. dicentis citationem partis ex toto non eſſe neceſſariam ad ingroſſationem inſtrumenti, licet cum primùm producitur in iudicio, poſſit pars opponere ſuas exceptiones contra inſtrumentum.

De iure regio adeſt l. lv. tit. xviij. parte tertia, de qua meminit prag. xxxvij. diſponens quòd mortuo Notario iudex debet ſequeſtrare omnia inſtrumenta, quæ reperiuntur inter notas Notarij mortui: & illa poſtea ſunt tradenda ſucceſſori, qui, præſtito iuramento, poteſt redigegere in publicam formam & dare partibus, quibus competunt ſub diſtinctione tamen, l. xj. & xij, tit. xix. per ea, quæ reaſſumpta ſunt per l. v. & viij. & ix. in prag. cciiij. & ex iſtis legibus patet manifeſtè non eſſe neceſſariam citationem partis ad inſtrumentum publicandum: niſi in caſibus, in quibus præiudicium poſſit generari parti ſi inſtrumentum duplicetur, quòd enumerat. l. x. tit. xix. part. ea. & reaſſumit d. prag. cciiij. lib. viij. & in iſtis non procedit dictum Pan. in d. conſil. cxcvij. Sed in aliis contractibus non inferentibus præiudicium partibus, niſi ſemel citatio non eſt neceſſaria, tam in groſſatione inſtrumenti Notarij præmortui quam Notarij recipientis per d. leges. & in his eſt ſingulare dictum Paul. in dicto conſilio. Quòd ſanè eſt intelligendum cùm ingroſſatur inſtrumentum per ſucceſſorem Notarij in officio cui tradita fuerunt inſtrumenta cum ſolennitatibus: de quibus in dicta l. quinquageſimaquinta, & pragm, xxxvij. ſecùs tamen in aliis Notariis, Quia tunc requiritur citatio, & quòd procedant illa octo, de quibus per d. Matthæ. quod nota. B. Villal.

Ingratitudo præterita poteſt remitti: futura autem non, Hiero. Cagno. in lege. contractus ff. de regulis. iuris. numero. 104, communem dicit. Viuius.

Inhabilis ad teſtandum, non habilitatur per l. primam. C. de ſacroſanct. eccle, numero decimo, Iaſon communem dicit, vide in verbo. lex. B. Villal.

Amplia, etſi velit teſtari ad pias cauſas idem. in lege ſecunda, lectu. numero decimoquinto. communem dicit, Idem.

Inhabilis ad teſtandum, nihilominus poteſt capere ex teſtamento, ſi inhabilitas ſit propter defectum aliquem, qui non cadit in crimen, vt eſt pupillus, & mutus, & ſimiles, Communem dicit Clarus in §. teſt, quæſt. xxxiiij. verſic. Item quæro. P. Fich,

P R O P O S. Inhabilitas ad generandum non inhabilitat ad teſtandum. l. eunuchis. C. qui teſt. facer poſſ. vel non. Bellonus.

P R O P. Inhumanum eſt valde à nemine accipere. ſed paſſim viliſſimum omnia auariſſimum. in lege ſolent. ff. de offic, Proconſ. & legat, Idem Bellonus.

Inhibitio Iudicis eccleſiaſtici non valet niſi citata parte. Iaſ. in l. ſi opus numero ſexto. ff. de noui oper, nunc. communem dicit.

Amplia, etiam quando inhibitio eſt facienda per iudicem eccleſiaſticum Iudici ſeculari, vt ſupercedeat in negotio quando coram eo dictum, vt eſt contractus vſurarius Iaſo. in l. ne quicquam. numero trigeſimo. ff. de offic, Proconſ. communem dicit. B. Villal.

P R O. Iniquum eſt perimi pacto, de quo cogitatum non docetur. l. qui cum tutoribus. §. fin. ff. de tranſact, Bellon.

PRO. Iniquum eſt de alieno facto alium iurare. l. Marcellus. §. iurare

ff.ceram amo. Idem,

P R O. Iniquiſſimum eſt patrem agere, cùm filius eſt in facultatibus. l. ſi quis a liberis. §. & ſi impubes. ff. de lib. agnoſ. Idem.

P R O P O S. Iniuria defunctus afficitur, cùm heredem non habet, in §. primo. inſtit. q. uib. ex cauſ. manumit. non licet. Idem.

P R O P. Iniuriarum actio magis vindictæ, quàm iniuriæ habet perſecutionem. l. cum emancipati. §. emancipatus. ff. de col. bono. Idem.

Iniuriæ æſtimatio ſiue agatur actione Prætoria, ſiue ciuili, fit per iuramentum actoris, taxandum & moderandum poſtea arbitrio iudicis, prout ei viſum fuerit. Eſt commu. opinio. ſecundum Roman. conſi. xcvij. incip. viſo circa med. M. Gribal.

Iniuriam remittens non videtur ſimul actiones inde ſibi competentes puta ad damna & intereſſe, remiſiſſe, commun. dicit Minſ. obſer. x. cent. iij. Ioan. Fich.

Iniurioſa alicui verba exprobrans etiam vera, tamen animo iniuriandi, dum per hæc Reip. nihil commodetur, nihilominus iniuriarum tenetur. Communem dicit Bertr. à Plaza, in Epito. D. licto. cauſarúmque crimina. c. j. nu. 3. adde Couarr. ca. xj. nu. 6. varia reſolut. lib. j. I. F.

Inimicitia eſt iuſta cauſa recuſandi Iudices, & teſtes ſi recuſans expreſſerit cauſas inimicitiæ: niſi hoc fecerit data opera: vt recuſet: Ripa in c. j. de iud. nu. 14. communem dicit. B. Villal.

Inimicitiæ capitales dicuntur cùm cōtenditur de ſtatu, vel de omnibus bonis, vel maiori parte eorum, vt per Bal. in l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de excuſat. tuto. pro quo eſt. l. vij. in fin. par. vij. tit. fin. de qua meminit Io. Lupus in repe. cap. per veſtras. num. 455. Idem.

P R O. Innocentia reus purgatur, non relatione criminum.

Inquilino, & colono impedito vti frui propter peſtem: remittitur penſio pro rata. Ioan. Fran. in tractat. de peſte, parte. j. num. 15. communem dicit. B. Villal.

Inquilino propter ſterilitatem, eſt facienda remiſſio: quando ſi penſionem ſolueritt, deciperetur vltra dimidium iuſti prætij, Ludo. de Gozad. in conſil. lxxiiij. nu. 2. communem dicit, & concord. cum l. xx. titu. viij. part. v.

Nota quòd ſtandum eſt vulgi opinioni quando quæritur an creſcere vel minui debeat penſio propter ſterilitatem aut augmentum in re locata. Brunus de augmento. xiiij. concluſio. principa. communem d.

Nota quòd ſi fructus rei locatæ ex vi militum perdantur: ſi fructus ſunt ſublati à ſolo: perduntur periculo conductoris, & inquilini & non locatoris. Curt. Iuni. conſil. lxxxv. num. 1. communem dicit. Et vide in verbo debitor, nu. 7. ex quo potes dare limitationem ad iſtam communem. Limita iſtu notabile, quando ex inimicitia domini fructus ſunt deſtructi: quia ſiue ante, ſiue poſt collectionem perdantur, ſunt periculo domini rei & non conductoris. Ludo. Goza. conſil. xxvij. num. 28. in reſpon. ad. v. communem dicit.

Nota quòd emphyteutæ non fit remiſſio pro ſterilitate, ſi aliquid percepit etiam minimum, Bello. conſi. xxj. nu. 3. com. d. ex Bar. in l. j. C. de iure emphy. quia id quod dat emphyteuta domino. nō dat reſpectu rei, ſed in recognitionem dominij. Bar. ibi & Panor. in c. propter ſterilitatem de locat. Sed intelligi iſtam communem quando emphy. non ſoluit, niſi quid minimum in recognitionem: ſecus tamen; ſi ſoluit magnum canonem: quia tunc parificatur locationi in omnibus: & ſic melioramenta, etſi ceſſet ſoluere, non perdit. Anto. Rub. in repet. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſthum. verſi. ni infertur.

Amplia etiam, ſi locatio eſſet in longum tempus facta. Bello. conſil. xxj. num. 9. communem dicit ex Panor. in cap. potuit. de loca. Villal.

Inquilinus, vel conductor poteſt expelli propter penſionē non ſolutam, Deci. in l. qui rem. nu. 17. comm. d. de ſacroſanct. eccl. C. B. Vill.

Nota quòd ſi inquilinus eſt obligatus ad ſoluendam pēſionem cum inſtrumento guarentigio, per tacitam reconductionem non mandabitur executio, Dec. l. j. ff. ſi cert. petatur. nu. 21. communem dicit. Idem.

Inquilinus, vel conductor rei Vrbanæ, ſi, finita locatione, ſtetit in re locata per aliquod tempus: pro illo tempore videtur reconduxiſſe, & tenetur actione ex locato pro illo tempore. Et iſte eſt communis intellectus. Pau. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff locati. nu. 8. Idem.

Inquilinus, aut colonus non poteſt denuntiare nouum opus, etiam procuratorio nomine; Iaſo. in l. hoc edicto. §. ſi ego. ff. de no. oper. nun. num. 5. communem dicit: quam intellige, quando dominus eſt præſens, ſecus ſi ſit abſens. Idem.

Inquiſitio eſt iudicium extraordinarium. Panor. & Deci. in rubr. de iudi. nu. 7. Alciat. in cap. pernicioſam num. 14. de offi. ordi. communem dicit. B. Villal.

Inquiſitio remedium eſt extraordinarium, etiam ſi loquamur de iure communi. Communem dicit Aegid. Boſſ. in tracta. maleſ. in titulo de inquiſitio. num. 16. I. Fichar.

Inquiſitio non poteſt formari per iudicem ordinarium: niſi fama præcedente. Alciat. ibi. num. 43. communem dicit.

Fallit, niſi aliàs iuxta ſtatutum poſſit procedere, non ſeruato ordine: quia tunc non requiritur fama. Alci. ibi. nu. 47. commu. d.

Hanc communem, cum precedenti, nota ad intel. l. j. titu. j. libr. viij. ordi. & l. xj. titu. ij. lib. iiij. For. ll. B. Villal.

Inquiſitio poteſt formari contra delinquentem per iudicem territorij. vel domicil. j. Sed tamen debet condemnari ſecundum ſtatutum loci: vbi delictum eſt commiſſum. Auguſti. in addi. ad Ange. de malef. in ver. hæc eſt quædam inquiſitio, communem dicit.

*ADDITIO.* Bartol. in l. ij. § publico. ff. de adult. tenet quòd per inquiſitionem generalem & eius probationem (prout contra officiales in ſyndicatu) non poteſt ſequi condemnatio, ſed ex ea capitur informatio, deinde ſequi debet inquiſitio particularis ex qua fiet cōdemnatio ſecundum eum. Quæ opin. non ſeruatur, Bal. in l edita, num. 30. C. de edēn. & in l. iubemus, nu. 3. C. de prob. & dicit Innoc. in ca. bonæ, de electio. quòd totus mundus practicat contrarium, cum de iure Ciuili tales inquiſitiones ad punitionem fiant, de iure autem Canonico non, niſi ad reformationem, & vt ad meliorem vitam Eccleſia ſeu perſonæ reducantur, per Bald. in eodem loco, nu. 32. niſi in condemnato per inquiſitionem de calumnia, cùm ſit infamis, ex quo tenetur ſimilitudine pœnæ, vt ibi per eum.

Inſtitutio requiritur in donatione tacita, vel expreſſa. Curtius Iuni. conſi. cxxvj. num. 14. communem dicit. B. Villalo.

Inſinuatio donationis poteſt etiam poſtea quocunque tempore fieri. Hanc firmat multis, allegat, & ſequitur Hippo. in §. j. num. 202. cum ſequen. vſque ad num. 309. Inſtit. de Dona. I. Fich.

Amplia, in remiſſione debiti: quia licet vera donatio non ſit. tamen requiritur inſinuatio. Dec. in l. creditori. C. de pactis. & Coua. Reſolu. lib. ij. cap. iiij. communem dicit. Villalo.

Fallit primò, ſi ſit iurata, quia iuramentum tollit ſolennitatem inſinuationis. Deci. conſil. ccxxix. & Io. Duran. in arte teſt. tit. j. cau. x. nu. 3. Curt. ſen. conſi. lix. nu. 2. Corn. conſi. clxvj. vol. ij. Curt. Iun. conſi. lxxxj. nu. 6. Alciat. in c. cum contingat. de iureiur. nu. 170. commu. d.

Fallit ſecundò, in donatione reciproca, Curtius iunior. conſi. lxxxj. numero 5. commun. d.

Fallit tertiò, in donatione remuneratoria: quæ non requirit inſinuationem. Bartol. in l. ſi pater. §. j. ff. de dona. quia potius dicitur debitum quàm donatio. l. Aquilius regulus. ff. de donat. Tiraquel. de vtroque retract. nu. 3. vbi dicit, quod etiam in donatione remuneratoria non habet locum retractus: quod eſt multum notandum, pro intel. l. vj. titul. vij. lib. v. ordi. & vide Segu. in l. ab herede, num. 90. ff. de leg. j.

Fallit quartò, ſi donatio fiat coram notario ac tabellione publico, l. ix. tit. xiiij. part. v. quia tabellio eſt iudex chartularius: vt dixit gloſſ. in l. j. ff. de iudi: & ex hac cauſa in inſtrumento guarentigio non requiritur cauſa: quia adeſt mandatum notarij: vt notat Segu. in l. ſi filius dum in ciuitate eſt, ff. de verbo. oblig. nu. 3. quæ doctrina multum ampliat l. iiij. & v. titu. viij. lib. iij. ordin. quoad obligationem guarentigiam ſine cauſa. B. Villalo.

Fallit quintò, in donatione ad pias cauſas. Ripa l. tertia. de legi. cap. xj. num. 5. communem dicit. Idem.

Fallit ſextò, in donatione facta filio: vt renuntiet legitimæ cum ſit ob cauſam, requiritur inſinuatio. Ripa in dicta l. iij. ca. v. num. 3. de dona. communem dicit. Idem.

Inſinuatio donationis fieri poteſt coram quocunque Iudice, etiam cui non ſubſiſtit donator, nec res donata. Hæc receptior eſſe videtur, ſecundum allegata Hippo. in §. j. nu. 159. Inſtit. de Donat. in qua etiam ipſe conquieſcit infra. numero 165. tandémque latè proſequendo defendit. I. Fichar.

Inſinuatio ita fieri debet in practica, vt Donatio redigatur ad ſcripturam & poſtea coram iudice publicetur, & regiſtretur apud acta, vel etiam ſufficit quod donatio ipſa ſcribatur, & publicetur coram iudice abſque alia ſcriptura vel inſinuatione. communem dicit. in §. Donatio. queſt. xv. verſi. Quæro etiam. P. Fich. ex Clar.

Inſinuatio nō neceſſariò fit in loco iudicij, ſed ſufficit vt fiat coram iudice etiam alibi quàm in loco iudicij. communem dicit in §. Donatio. quæſt. xv. verſi. Vlterius. Idem.

Inſinuatio requiritur etiam in pactis liberatoriis. vt in pacto de non petendo communem dicit in §. Donatio. q. xvj. verſi. Item quæro cum ſequen. Idem.

Inſinuatio non requiritur in donatione ob cauſam. Communem. in §. Donatio. quæſt. xvj. verſi. Sed quid. Idem,

Inſinuatione non opus eſt ſi quid immenſum donetur Eccleſiæ, vel piæ cauſæ. Communem dicit. in §. Donatio. queſtione decimaſeptima. Idem. ex eodem.

Inſinuationis defectus iuramenti appoſitione purgatur. Eſt communis opinio ſecundum Dec. conſil. ccxxxix. primò non videtur. & conſi. cccclxxxvij. in cauſa. circa med. verſiculo. poſtremò donationi. volumine iij. M. Gribald.

P R O. Inſpici debet vbi res eſſe ſolent, non vbi caſu deſunt, vel abſunt l. ſi ita legatum. ff. de lega. tertio. Bellon.

P R O. Inſpicitur id quod euenire poteſt. l. ſi quis domum. §. idem quærit. loc. ff. vbi quis proſpicere debuit, quod euenire potuit. & in l. ſi idem in §. fi. ff. de iuriſdict. omnium iud.

O B I E C. Contrà imò non curatur quòd euenire poteſt. in l. ſciendum. §. pen. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. j. de in lit. iur. ff.

SO

S O L. in d.§.penult.erat diſpoſitio de præſenti. Cuius effectus non ſuſpenditur in futuro: ideò non conſideratur, quòd euenire poteſt. & in l.j.præſens ſtatus rei non indicabat exigentiam de futuro. hic ſic,

O B I E C. Præterea opponitur de l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verb.ob.ff.& in principio Inſt.de inut.ſtip, vbi in obligationibus non conſideratur, quòd res in alium ſtatum mutari poſſit, vt quòd de libero ſeruus, de ſacro profanum, de publico priuatum fieri poſſit.

S O L. Ibi quia hoc expectare eſſet inciuile & irrationabile, vt ibi. Idem. Bellon.

Inſtantia de iure canonico durat in perpetuum, glo.in c.venerabilis, de dolo, & contumacia. quam communem dicit Panor.in c.venerabilis, de iudi. Buba.in cap.de cauſis, de offic.dele. rationem aſsignat Phili.Fran.in cap, ſuper eo, de appella.

De iure regio cauſa ſuper confectione inuentarij durat per annum, & in cauſa ciuili durat per tres annos inſtantia. l.ix.tit.vj.par.vj.in criminali per biennium. l.vij.titul.xxix.par.vij. cauſa appellationis durat per annum à die appellationis. l.iij.tit.xvj.lib.iij.ordi. etiam ſi ex cauſa iudicis dilatetur, vt in nu.7. Et iudex condemnatus in damnum, & expenſas per d.l.iij. & ſi cauſa nõ excedit ſex millia marauetinorum cum appellatio debeat ventilari coram decurionibus ciuitatis: & debet terminari intra quadraginta dies vt in l.vj.titu.xvj.lib.iij.ord. Et in curiis Valliſoleti anno 1523. p.95. & nota quòd in d.l.vj. dicitur quòd decuriones habent eligere duos vt de cauſa, vnà cum iudice qui protulit ſententiam cognoſcant, coram quibus infra xv. dies per d.l.vj. & infra xxx. per d.ordi.xcv. debet pars appellans concludere: quòd intellige, ſi ipſi decuriones elegerunt: aliàs tamen parte ipſa inſtante, vt eligant: non currit dictum tempus etiam per triginta annos, vt per Hippo. in fin.l.j. ſi pars non inſiſtit vt eligant, ſibi præiudicat: & currit tempus inſtantiæ: vt Hipp.in rub.de fide inſtru.num, 147. & de curſu inſtantiæ vide Thomam Gramma. in voto xxxj. per totum. B.Villalo.

Inſtantia perimitur etiam ex negligẽtia iudicis, Thoma. Gramma: volum.xxxj. communem dicit; ſed pars reſtituitur. Idem ibi numero duodecimo. communem dicit. Idem.

Inſtantia non perit mortuo litigatore, niſi triennio, ſed continuatur in heredem. Niſi ille heres ſit clericus, quia tunc perit, & debet de nouo inchoari coram Iudice Eccleſiaſtico. Hanc magis communem dicit Minſing.obſ.xlv.cen.iij. I.Fich.

Inſtitutio heredis facta implicitè per relationem ad aliam ſchedulam, valet. commu.d.in §.iij.q.xxxvj. verſi. Sed quid ſi teſtator P.Fich.

Inſtitutio heredis valet, etiam ſi teſtator heredem non ipſemet, ſed Notarius, aut aliquis alius ex aſtantibus tempore teſtamenti conficiendi, nominet, ſufficit enim ſi teſtator talem nominatum agnoſcat. Commu. dixit in §.Teſt. quæſt.xxxvij. verſi. ſed quid ſi. Idem.

Per inſtitutionem vel ſubſtitutionem, factam de fratre, & eius filiis. licet ab inteſtato admittantur ordine ſucceſſiuo, tamen ex tali diſpoſi ione teſtatoris, ſimul & æqualiter admittuntur. Eſt com.op.ſecund. Corn.conſi.ccij, pluries & pluries.verſi. ſed & aliàs.vol.iij.

Limitatur hæc comm.opin. vt non procedat, quando tempore teſtamenti nulli erant filij fratris nati, vel concepti: quia tunc, quo ad filios inſtitutio non valet. Ita not. limitat. Dec.in conſilio ccliij. proponitur Enemundus. circa fin, ſequitur Alexan.in rep.l.Gallus §.quidam rectè. ver. pro reſolutione.ff.de lib.& poſthum. M.Grib.

Si quis inſtituat fratrem & eius filios, cenſetur eos ſimul vocaſſe. Et magis com.opin.ſec.Corn.in conſi.ccxxix. in hac conſultatione, verſi. & licet Imola.vol.iij. Idem.

Inſtitutus in re certa habet ius accreſcendi, & poteſt rem capere propria auctoritate Bar.in l.ex facto.de here.inſt. Et eſt commun.opin. ſecund.Alexand.in conſil.cxxxviij. opportunè. verſicul. quo ad aliud, volum.primo. Idem.

Inſtitutus in bonis mobilibus & immobilibus, dicitur inſtitutus in re certa, non in parte hereditatis. & ideò habetur loco legatarij, non heredis: quoniam hereditas continet iura actiua & paſsiua, quæ tamen non compræhenduntur appellatione bonorum mobilium & immobilium: ſecus bonorum ſimpliciter. Eſt com. cum Bartol.ſecun. Alex.in conſil.xlv. habita. verſi. Idem ſub appellatione vol.j. Idem.

Inſtitutio heredis quia dicitur de forma, non poteſt fieri per relationem ad aliud. Eſt communis opinio. ſecun.Brun. in tract. de forma ad hæc faciunt. Idem.

Inſtitutio de filio & nepore per copulatiuam, intelligitur ordine ſucceſſiuo. eſt magis comm.opi.ſecun.Alex.Iaſ.& Alciat. in l.Gallus.§. quidam rectè, de lib.& poſthu.& Dec.conſi.ccxxxvj. non parua.

Fallit ſecundum Iaſo.in d.§.quidam rectè. quando inſtitueretur nepos ex altero filio, cum ipſo patruo: quia tunc ſimul vocati intelligerentur, ſecundum ordinem legitimæ ſucceſſionis. §.cum filius. Inſti.de her.quæ ab inteſt. Idem.

Inſtitutio beneficij de iure patronatus laicorum, ſpretis patronis, eſt ipſo iure nulla. Bertran.conſi.xxiiij.vol.ij. commu.dicit. B.Villal.

Inſtitutio in re certa, licet quoad quædam, habeat vim legati: non poteſt dici legatum: nec inſtitutio abſoluta, ſed quædam tertia ſpecies vt participium. Cur.Iuni.conſil.cxc.num.3, communem dicit. Idem.

Inſtitutio clerici de beneficio, confert ius plenum inſtituto ſine apprehenſione poſſeſſionis quando nullus eſt in poſſeſſione beneficij, Rochus in ver.ius.q.v.num.9. communem dicit. Idem.

Inſtitutionem factam in dote de iure ſuſtineri communiter voluere Doct.poſt.gl.in l.iij.§.ſed vtrum.ff.de mino. Spec.in titu.de inſtrum.edit.§.vt autem, verſi.ſed ſupra. Ang.in l.ij.§.j.ſol mat. But.& Imo.in cap. Rayn.de teſta.in l.ſuus quoque in princ.de hered.inſtitu. Alexand.in d.conſi.cccxxj.lib.ij. F.Turzan.

Inſtitutus in re certa, quoad adiſpicendam ipſam rem. habetur loco legatarij: ſed quoad alia eſt in loco heredis. Iaſ.in l. quoties nume.3.C. de heredib.inſtitue. communem dicit.

Fallit, in vniuerſali herede repudiante: tamen quandiu vniuerſalis heres non adit hereditatem: non habet executionem paratam. vide l. edicto.C.de edict.diui Adr.tollen. quam haberet ipſo herede repudiante: Iaſ.in di.l.edicto.num.6. communem dicit. Idem.

Inſtitutus in re certa, herede vniuerſali repudiante habetur loco heredis: & ſibi accreſcit totum: ac ſi à principio nullus ſit datus coheres. Pet.Raue.in Alpha.aure.in verbo heres, communem dicit. Idem.

*ADDITIO* Et ſimiliter Alexand. conſilio lviij.volum. iij. quē vide. I.Fich.

Inſtitutio facta de filio ſub poteſtate, ſub conditione miſta non valet, etſi ſtetit per eum quo minus conditio adimpleatur. Iaſo in l.ſi pater.C.de inſt.& ſubſtit.num.77. communem dicit. Reſtringe quòd ad legitimam: etiam in inſtitutione ſub conditione caſuali, Iaſ.ibi numero vigeſimo. communem dicit. B.Villalol.

Inſtitutio deſcendentis ſub conditione ſi ſuus naſcatur ſicut valet, ita valet de ſpurio ſi legitimetur, Curtius Iun. conſi.lxxxiiij.numero.3, cõmunem dicit. Idem.

Nota quòd ſi verbum, relinquo, adiiciatur vniuerſitati bonorum: importat inſtitutionem. Iaſ.in authent.nouiſſima.de inoffic.teſtam. C. numero.33. communem dicit ex gloſſ.in lege his verbis in princ. ff.de here.inſti. Idem.

Inſtitutis fratre, & filiis eiuſdem fratris, pater & filij ad ſucceſſionem hereditariam cenſentur inſtituti ſimul & non ſucceſſione, Ioan.Duran. in arte teſtand.titul. quarto.cau.vj. numero primo communem dicit, & in hac communi fic has concluſiones vt omnis hæſitatio tollatur, Filius & nepos cenſetur vocatus, & inſtitutus ordine ſucceſſiuo propter ordinis neceſſitatem, Socinus in l.Gallus.§.quidam rect. de libe.& poſthum. communem dicit ex gloſſ.ibi, & ſecundum eum tunc dicitur ordo neceſſarius, quando aliàs rumperetur teſtamentum, & diſpoſitio irritaretur, cum viuente filio, nepos non poſſit inſtitui. Idem.

Inſtituto patre, & filio, ab eo inter quos non cadit affectio charitatis ratione ſanguinis. vel ſucceſſionis ab inteſtato cenſentur ſimul vocati, non tamen ſucceſſiuè. Socinus ibi numero quinto. communem dicit, vt cum pater. & filius ab extraneo copulatiuè inſtituti. Idem.

Inſtitutis pluribus ſub nomine collectiuo, inter quos cadit affectio ſanguinis cenſentur vocati nomine ſucceſſiuo, non tamen in ſimul. Socinus ibidem communem dicit. numero ſexto. Et nota quòd ordo ſucceſsiuus in hoc caſu dicitur quòd excluſo primo, ſequens admittitur: & admiſſo primo. alij excluduntur, ſecundum Paulum, quem Socinus ſic intelligit & approbat, ibi numero octauo. Idem

Inſtituto monaſterio ſi filiam receperint in monialem reiicitur talis conditio, tanquam turpis: & remanet inſtitutio vera, Iaſo. in lege conditioni. numero. tertio de inſtit.& ſubſti. dicit magis communem: licet Alexand. dicit communem contrariam in l.conditionis. Idem,

P R O. Inſtitutio heredis caput eſt, & fundamentum teſtamenti. §. ante heredis. inſtitutio. de legat. ſine enim heredis inſtitutione nullum eſt teſtamentum. lege prima §.primo.ff.de vulg.ſubſt. lege proximè. ff. de his, quæ in teſt.delentur. §.primo inſtit. quibus mod.teſt.infirm. §.j. Inſtit.de fid.hered. Bellonus.

Inſtrumenti exemplo, auctoritate iudicis ſumpto, plena fides adhibetur. Eſt communis opinio ſecundum Decium in conſilio.xxxj. volumine primo. M.Gribald.

Inſtrumento quando vnus ex duobus teſtibus neceſſariis contradicit, vel dicit ſe non interfuiſſe, non ſtatur amplius inſtrumento. Eſt magis communis opinio ſecundum. Socynum. in conſilio.xlvj. cum in præſenti. in fin: vol.j. Idem.

Inſtrumentum, teſtamentum, vel quilibet alius publicus contractus requirit neceſſariò pro eius ſolenitate, vt in eo inſeratur inſcriptio Ciuitatis, platea vel domus, vbi actus celebratur, adeo quòd locus loci inſeri, ac poni debet in ipſo inſtrumento, aliàs fidẽ non facit, ſecund. Ioan. Andre. in addi. Specul. in tit.de inſtrum.edit.§ inſtrumentum, ver. quid ſi locus, Bar.l.ſi quis ex argentariis.§.initiũ tabularum, ff.de eden.& in l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de noui oper.nunciat. Roma. & omnes. in l. lecta.ff.ſi cert.peta. Bal.in l.contractus.C.de fide.inſtr.& in l.optimam C. de contrahen. & commi. ſtipu. & iſtam ſcribunt eſſe communem opinionem Moder.in d.l.lecta, Ruynus conſilio.cliij. numero.4.& 10. volumine tertio & Boeri.deciſio.xxxij. numero.27. ſed non eſt neceſſarium, vt locus loci particularis, ac ſpecialis in inſtrumẽto inſeri debeat. Verbi gratia, ſi dicatur actum in aliquo deſignato palatio, vel domo

non

non opportet addere in tali camera dictæ domus vt tenet Bart. & alij communiter in d.l.de pupillo.§.qui nunciat,& ita conſuluit Ruynus in dicto conſil.cliij,num.10. F.Viuius.

Inſtrumentum publicum confectum per tabellionem neceſſariò requirit eius ſignũ aliàs non probat,nec facit fidem ſecundum magis cõmunem ſententiam Doct.in l.contractus.C.de fide inſtrum.& in l.j.C.qui admi.ad bonorum poſſ.quam citat Boeri.in deciſio.xxxvj.num.8.& ferè omnes Moder.in d.l.contractus.Nonnulli verò ſcriben.inclinauerunt in partem contrariam,videlicet quòd omiſſio ſigni notarij nõ vitiet inſtrumentum,& quòd illius appoſitio de iure neceſſariò minimè requiratur,quam quidem opinionem negatiuam ſequitur etiam Alex.& ſcribit eſſe communem in rub.num.14.de noui oper.nunciat. Sed primam partẽ in facti contingentia ſemper amplecterer tanquàm frequentiorem & communiorem,quæ quippe vti veriſſima ampliatur nedum habere locum in originali inſtrumento,verumetiam, in copia collationata per tabellionem,vtputa Sempronius produxit inſtrumentum ipſum,fecítque illud collationari per actuarium cum ſuo ſigno ſolito,& fide in calce ipſius,quòd inſtrumentum collationauit de verbo ad verbum,& penes ſe retinuit inſtrumentum ipſum originale ,ne perderetur,iſto certè caſu illa copia regiſtrata præſumitur de actis, & habet publicam fidem abſque eo quòd producatur per ipſum Sempronium originale,ſecundum omnes Doctores communiter in auth.ſi quis in aliquo.C.de edend.quam ſequuntur Moder.ibi,& atteſtantur,& Maranta in tracta.iudiciorum,in vj.parte ij.part.princ.ſuper x.actu.nu.3.& licet in iſto inſtrumento requireretur ſignum tabellionis ſecundum magis communem ſententiam,non propterea requiritur in eo inuocatio Domini noſtri Ieſu Chriſti,imò huiuſmodi leuis ſolennitas omiſſa in iſto inſtrumento illud non infringet,nec vitiaret inſtrumentum ipſum,vt per Bartol.eleganter,& omnes ſcribent. in lege fi.C.de iure deliberand.quam opinionem ſequitur, & ſcribit eſſe communem Decius in c.ſi ſcripturam de fide inſtrumen.& Couarruuias in practi.capi.vigeſimo.1.Secùs autem dicendum arbitror in inſtrumentis publicis,in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, vel Imperatoris:hoc enim caſu non plenè probarent,vt viſum fuit Bar.in l.admonendi.ff.de iureiurand.vbi diſtinguit quòd ſi tabellio viuat, tũc inſtrumentum propter iſtum defectum nullam fidem faceret, ſi quidẽ imputandum foret parti,cur non ageret contra tabellionem,vt inſtrumentum ſibi reaſſumeret,cùm minus perfectè reſtituerit. l.veluti. in prin.ff.de eden.ſi verò tabellio ipſe foret mortuus,arbitratur Bart.facere ſemiplenam probationem,l.j.§.ſi linum,& §.ſi roſæ.ff.de bonor.poſſeſſ.ſecundum tabu.& cum iſta Bart.diſtinctione tranſeunt omnes Doctores.communiter in d.l.admonendi,vbi refert Curtius inibi nu. 148. licet ipſe ab ea diſcrepet,& malè multa in contrarium adducendo, & hoc quòd nomen Imperatoris præponendum ſit in inſtrumento publico probat textus in authent.vt præponatur nomen Imperator, & præſertim in locis,quæ Imperio ſubſunt, & ſimiliter in locis quæ Papæ ſubiiciuntur nomen ipſius eſt apponendũ,ſecundum Abb.in prooemio Gregoriano.& in cap.j.de fide inſtrum.vbi omnes Doctores, communiter hoc firmarunt,& aliqua inſtrumentis poſuimus infrà in verſi.ſtatutum diſponens quòd inſtrumenta. F.Viuius.

Inſtrumenta per notarium putatiuum inter ignorantes confecta vtrum faciant fidem.Doctores in l.teſtes.C.de teſtamen.& l.Barbarius ff.de offic Prætor.capitulo primo.de fid.inſtr.& l.Herennius.per illum text.de Decurio.qui textus,videtur probare negatiuam.dum ibi decidit decurionem non argui,nec factum cenſeri ex longa & præſcripta ſalarij ſolutione,neque ex eo quod diu deſcriptus ſtetit in albo niſi ſecundum legem creatus ſit. Ex quo dicto aguit gloſſ.contra eos,qui in eccleſiis canonicè non ſint inſtituti, quòd ex longo tempore.longàque fructuum,& emolumentorum perceptione non inducatur etiam præſumpta canonica inſtitutio : Licet autem de quæſtione prædicta in tabellione putatiuo ſit inter doctores magnum certamen attamen Specul.& Io.And.in titulo de inſtru.editi.§.reſtat verſi.quid ſi is.concludunt quòd ſi talis tabellio fuit creatus ab habente poteſtatẽ creandi & deputandi notarios, ſeu tabelliones,licet poſtmodum appareat illum non potuiſſe tabellionem creari ; vt puta ſi ſeruus, nihilominus valebunt eius inſtrumenta, exemplo Barbarij. qui fuit electus prætor à populo iuriſdictionem habente,cuius detecta ſeruilis conditio non vitiauit geſta,& ſententias per ipſum in officio prætorio latas.Si verò non fuit à ſuperiore,& habente poteſtatem creatus,nec habuit priuilegium,quamuis communi opinione fuerit reputatus notarius , non propterea communis error potuit ipſum conſtituere & facere notariũ & hanc diſtinctionem confouet text.in d.l. Herennius.ff. de decurio, eámque tanquam magis communem obſeruat Alexand.in dicta lege teſtes.C.de teſt. F.Turzanus.

Inſtrumentum vacillat per vnum ex tribus teſtibus inſtrumentariis Franc.Curt. Iuni. conſilio lv.numero primo communem dicit,tamen fidem facit Boerius.deciſio xij.communem dicit. B.Villalo.

Nota iſtam communem cum ſequenti : de iure regio eſt l.cxv.cxvj.& cxvij.tit.viij.par.iij.vbi cauetur.quod quando teſtes dicunt non recordari de confectis in inſtrumento:cùm eſſent præſentes:quòd ſi notarius eſt bonæ famæ, ei eſt ſtandum,aliàs ſi non ſit bonæ famæ,vt re non ſit de longinquo:omnibus teſtibus contradicentibus,creditur teſtibus,& non notario,vel ſi aliis probaret negatiuam coarctatam loco vel per inſtrumentum,vel per quatuor teſtes non creditur inſtrumento per dict.l.cxvij. Idem.

Inſtrumenti tenor probari poteſt per teſtes,quando inſtrumentum fuit admiſſum,& teſtes ita ſint periti,vt cognoſcant defectum inſtrumenti,puta aduocati,vel notarij,& recognoſcant literas illius notarij, quod voluit Bartol in authent. ſi quis in aliquo. C.de eden.per tex.in ca.cum olim.primo.de priui.cuius opinionem atteſtatur eſſe communem Deci.in d.authent.ſi quis in aliquo,num.29. Sed ſi notarij deponerent ſe vidiſſe & legiſſe aliquod inſtrumentum, quamuis ſint periti, eis tamen non crederetur,vt notat Bart.in d.authen. ſi quis in aliquo. cuius rei illa eſt ratio quia non ſunt examinati tanquam teſtes, nec rogati vt notarij.nec tali caſu rogari potuerant vt notarij cum notarius rogari non poſſit niſi de his quæ fiunt inter partes.Vnde ſi quis notario dixerit vt rogetur qualiter Titius hominem percuſſit; vel occidit. & is inſtrumentum hac de re confecerit, inſtrumentum huiuſmodi nullam faciet pobationem,vt voluit Bart.in l.item ſenatus.in fin.prin.ff.ad Turp.Bald.in lege.finali verſic.reſtat quærere C.de prob.& Alex. in lege prætor.in prin.ff.de eden.vbi Pau.Caſtr.circa finem verſiculo, pone exemplum,refert dum ipſe fuiſſet ex facto conſultus Florentiæ ab vno qui notarium rogauerat, vel de filij ſui iniquitate inſtrumentum conficeret reſpondit,per tale inſtrumentum filij iniquitatem non probari, niſi Iudicis authoritas acceſſerit. Quod dictum procedere poteſt, quod plenam probationem indicium verò & præſumptio ex tali inſtrumento adeò induceretur, quòd in probationis ſupplementum deferri poſſet iuramentum, ſecundum Baldum in rubrica C. de fide inſtrument. verſiculo ſed dubitatur vbi ex hoc infert. ad milites ſtipendiarios, habentes inſtrumenta de morte equi in bello, videre licet apud ipſum. F.Tur.

Inſtrumentum redditur falſum per duos teſtes inſtrumentarios. Curt Iunior in dicto conſilio lv.communem dicit. B.Villal.

Amplia,& per alios duos teſtes non inſtrumentarios. Decius in capitulo tertio loco de proba.communem dicit.

Fallit,niſi ſint alij duo teſtes coadiuuantes inſtrumentum.Boer.Dec. cxviij.nu.29.& Iaſo.conſi.cxxiiij.communem dicit.

Inſtrumentum dotis probat quando maritus præſtitit alimenta vxori etſi ſit confeſſionatum. Gozza.conſilio xlij. numero. trigeſimo. communem dicit. Idem.

Inſtrumentum habens plures articulos,vno approbato,non cenſetur in omnibus approbatum,Curt.Iuni.conſilio.clxvj.nu.11.commun. dicit,& Bello.conſi.lvj.num.12.

Amplia quòd ſi producatur inſtrumentum, vel ſcriptura, poteſt acceptari pro parte approbari,& pro parte non,Aymon.Grauetta de antiq.tempor.parte.j.in argu.de ſcriptura priuata , numero.68.commun. dicit,quam limita tripliciter. Idem.

Inſtrumentum factum ſecundum ſolennitates vnius loci, vbique probat in tracta.de antiquita.tempo.part.prima,in verbo quarto limitatur,numero nono,communem dicit ex Bartol.in lege prima. C.de ſumma trinit. Idem.

Nota iſtam communem,iuncta deciſione doc.de Palat.Rub.in repetitio.rubric. de donatio.inter virum & vxorem,ad ampliationem,l. quinta titulo octauo.libro tertio,ordi.vbi dicit quod inſtrumentum alibi confectum extra regnum,habebit executionem paratam in hoc regno quem vide. Idem.

Inſtrumentum,ſi inueniatur penes aliquem:cum cautione admittitur ſine mandato,Felin.in capitulo coram.de offi.deleg.quem refert. Alci.in tract.præſumptus.regu. primo præſumpt.xxxiij. communem dicit.& Iaſ.in l.cautio de procura.C.num.12. Idem.

Nota iſtam communem ad ampli.l.x.titu.quinto parte.tertia & l.ſecunda titulo,.x.lib.tertio.For.ll.

Inſtrumenta quibus in iudicio quis vſurus non eſt,edere non tenetur,ſecundum Azonem.cuius opinionem communiter eſſe approbatam ſcribit,Albertus.in lege. prima.§. edenda , per illum textum.ff. de eden. I.Fich.

Inſtrumentum inueſtiturarum feudalium non probat dominium contra tertium poſſeſſorem,Curt.Iuni.conſilio decimooctauo, nume. quinto.communem dicit. B.Villalo.

Inſtrumentum locationis non probat dominium ſi conueniatur poſſeſſor actione reali ex dominio agentis:ſecùs tamen ſi conueniatur ex perſonali actione ex contractu locationis intentata contra inquilinũ Curt.Iuni.conſi.clviij.nu.6.communem dicit. Idem.

Inſtrumenta ad probationem produci poſſunt vſque ad concluſionem cauſæ:etiam ſi ad producendum eſſet conſtitutus certus terminus à Iudice,dummodo res ſit integra. Communem dicit Lanfr.in ca. quoniam contra falſam.in verb.Inſtru.productiones.numer 25.de probat.in antiq. I.Fich.

*ADDITIO.* De iſta probatione dominij per inſtrumentum ac alia probatione ſeu præſumptione,addidi ſupra in litera D.

PRO.

PRO. inſtrumenta regulariter executionem paratam non habent l.minor annis xxv.cui fideicommiſſum.ff.de mino. fallit in inſtrumento depoſiti.l.penult.vbi Bald.C.depoſ.& in teſtamentis in l.fin.C.de edic.diui.Adri.tollen.& in cauſa iudicati.l.ij.C.de execut.rei iud.cum aliis ſimilibus.Bellon.

PRO. Inſtrumenta priuata non probant lege inſtrumenta. C. de probat. Idem.

Interdictum vnde vi, vel condictio, c.redintegranda, competit & contra titulo poſſidentem. Ioan.à Ripa de legi.c.j.lib.j.num.83.communem dicit. B.Villalo.

intellige,quando principalis non eſt ſoluendo, quia tunc ſingularis poſſeſſor conuenitur.Io.Cora.l.naturaliter.§.nihil commune.num.45.ff.de acquirend.poſſeſ.communem dicit.

Fallit, quando ſingularis poſſedit cum titulo,& bona fide. Ioan.de Ripa in ca.8.de dona.in fine. communem dicit:quam intellige, quando poſſeſſor bonæ fidei. ſucceſſit bonæ fidei poſſeſſori: aliàs non, ita Ripa ibi.

Interdicto adipiſcendæ quorum bonorum agitur ad conſequẽdam poſſeſsionem, cùm per conſuetudinem.aut per ſtatutum eſt acquiſita poſſeſſio iuris. Ioan.à Ripa in l.j.de legi.c.j.nu. 80.comm.d. Idem.

Intereſſe non debetur quando res non eſt in commercio acquirentis Io.à Ripa de legi.l.j.c.ij.nu.26.commu.dicit. Idem Villal.

Intereſſe poteſt committi arbitrio creditoris,Iaſ.in l.iuſiurandum. ff.de iureiur.Io Duran.in arte teſtan.tit.vj.nu.48.com.d. Idem.

Intereſſe in ſolito conſiderari conſideratur,nõ ſolùm damni emergentis,ſed etiam lucri ceſſantis.Eſt comm.opinio.ſecun.Dec.in c.cùm venerabilis, extrà de except.& in conſil.ccccxlj.præſens conſultatio. circa fin.Soci.in conſi.clvj.pro fundamento.volu.ij. M.Gribal.

Vbi pœna adiicitur facto poteſt peti quantum eſt, pro eo quod intereſt ipſius petentis:ſed quando adiicitur quantitati, nullo modo peti poteſt:quia ſemper & indiſtinctè præſumitur adiecta in fraudem vſurarum,quæ omnino prohibentur. Eſt communis opinio ſecun. Alex. conſi.lj.cùm dicatur.volum.iiij.

Agens ad intereſſe, non tenetur in libello exprimere quantitatem. Eſt communis opin. ſecun.Iaſ.in l.certi condict.verſi.circa vltimum. ff.ſi certum petatur. Idem.

PRO. Inter actionem directam,& vtilem non eſt differentia quoad effectum.l.actio.ff.de neg.geſt. Bellon.

PRO. Inter artifices longa eſt differentia,& ingenij, & naturæ, & inſtitutionis,& doctrinæ,l.inter artifices.ff.de ſolut. Idem.

PRO. Inter fratres maximè altercatio circa materiam ſucceſſionis oritur.l.cùm oportet.§.cum autem.in fi.C.de bon.quæ lib. Idem.

PRO. Inter habentes ordinariam iuriſdictionem locus eſt præuentioni.l.ſi quis poſteaquam.ff.de iudic.c.propoſuiſti. de foro competen.Vbi enim cœptum &c.vel l.vbi cœptum.ff.de iud. Idem.

PRO. inter iuramentum & ſimplicem loquelam non facit Deus differentiam.in can.iuramenti.xxij.q.v. Idem.

PRO. Inter opera charitatis non minimum eſt errantem ab erroris ſui ſemita reuocare.c.inter opera.de ſponſ.extrà.

PRO. Inter pares ſæpe ſolet eſſe inuidia.gloſſ.in l.ſi cum exceptione.§.eum qui.ff.quod metus cauſa. Idem.

PRO. Inter priuationem & habitum, non eſt dare medium.in l. hæc verba.iij.ff.de verb.ſignifi.

OB. Contrà de l.j.§.ſcientiam.vbi gloſ.ff.de trib.vbi inter velle & nolle datur medium,ſcilicet non nolle.

SOL. Aliqua ſunt oppoſita,vt cõtraria,& in illis eſt dare medium, vt inter calidum & frigidum tepidum:inter auaritiam,& prodigalitatem,liberalitas. Aliqua verò ſunt oppoſita, vt priuantia:& in illis non eſt dare medium,vt nox aut dies eſt,ſecundum dialecticos.

PRO. Inter ſi,& cum,non eſt differentia.in l.quodcunque.§.fin.ff. de verbo.oblig.& l.qui promiſit.ff.de condict.indeb.

OBIEC. Contrà de l.cẽteſimis.§.fi.ff.de ver.ob.vbi eſt differẽtia.

SOL. Non eſt differentia,cum apponuntur actui extrinſeco: ſecus ſi intrinſeco,vt voluntati:vt ibi not.Bart.

OB. Præterea contrà. de l. ex his.C.quando dies lega.ced.iuncta l. quibus diebus.§.j.ff.de conditio.& demonſt.vbi ſi,facit conditionem: cum,verò dilationem tantum temporis denotat.

SOL. Pro ſol.huius contrarij dicas, quòd quando poſt legatum purè relictum adiicitur per dictionem, cum, tempus ætatis, vel alterius euentus in tempus certum, facit diem.d.l.ex his.ſi verò, adiicitur tempus incertum,facit conditionem,vt d.§.ij. Idem.

PRO. Interdum,aduerbium,denotat ſpecialitatem caſus & regulam communem in contrarium eſſe.in l.ſi in certo.§.interdum.ff.commo.in l.ſeruitutes.§.ſtillicidium.ff.de ſerui.vrb.præd. Idem.

PRO. Interdum plus valet ſcriptura,quàm quod actum eſt.l.ſi alij. ff.de vſufru.leg. Idem.

PRO. Interdum facultatibus ſuis amplius ſperant homines,quàm in his eſt.§.in fraudem.Inſtit.quibus ex cau.ma.non licet. Idem.

PRO. Intereſt creditoris duos reos habere lege iiij.§.fina.ff.de libera.leg. Idem.

PRO. Intereſt noſtra,bonum habere vicinum. l. quod ſæpe. §.ſi.ff. de contrahen.empt. Idem.

PRO. Intereſt noſtra,litibus & ſumptibus non vexari.l.minoribus. ff.de minor. Idem.

PRO. Intereſt noſtra potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere. l.iii.ff.de compenſ.

PRO. Intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi.l.vt tantum.ff.de ſer.corrup. Idem.

PRO. Intereſt prohibiti à nemine prohiberi. l. idem iuris.de verborum oblig.ff. Idem.

PRO. Intereſt reipublicæ,ne cuiquam hominum ius ſuum detrahatur.l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Idem.

PRO. Intereſt reipublicę dotatas eſſe fœminas ad prolẽ ſuſcipiendam,replendámque liberis ciuitatem.l.j.ff.ſol.matr.

PRO. Intereſt reipublicæ,vt ſuperna hominum iudicia ſortiantur effectum,in illa l.vel negare.ff.quemad.teſt. aper. Idem.

Interpellatio extraiudicialis,etiam per verba enuntiatiua,vel diſcretionis facta,conſtituit debitorem in mora.Eſt magis communis opin. ſecund.Iaſ.in l.vinum.verſi.iſtã regulam.amplia.ſi cert.pet. M.Grib.

Interpellatio non requiritur quando obligatio eſt facta cum iuramento.Dec.in l.quod te.ff.ſi cert.pet.comm.dicit,aliàs ſemper requiritur interpellatio ad inducendam moram,vt per Hippol.ſingu.cxlvij.& cccxlj.quòd clarè inſinuatur in l.vj.tit.xvj.lib.iij.For.ll.ibi *y luego que por delante fuere requirido*, Vnum tamen nota:quòd ſi promiſſio eſt facta ad diem certum:dies interpellat.l.xv.tit.x.par.v.tamen ſi dies non eſt appoſitus:requiritur interpellatio iudicialis.l.ix.titu.xiiij.parte v.ibi, *o ſi el plazo no fueſſe pueſto ante que ſe lo demandaſſe por iuyzio.* Quod eſt contra communem ſequentem comprobatam per Segu.in l.ſi ex legati cauſa. num.164.ff.de verb.oblig. & Ioan.Lup. Epiſcopum Calaguritanum in ſuis fallen.reg.ccxxvj.verſic.amplia etiam. B.Villal.

Interpellatio extraiudicialis ſufficit, ſi fiat per verba enunciatiua ad inducendam moram.Iaſ.in l.ſi ex legato.ff.de verb.oblig.comm.dicit.

Interrogare poteſt iudex poſt concluſum in cauſa ad fundandum ius partis de nouo,Alex.in l.j.§.hoc iudicium.ff.de damn.infec.& Deci. in cap.j.de iudi. communem dicunt.Sed Decium reprehendit Bellon. conſil.50.vbi plura vide.

Nota iſtam communem ad ampliationem l.xxxiiij.tit. xvj. par.iij. in fin.& nota quòd licet poſt duos annos non admittitur exceptio non numeratę dotis,l in contractibus.C.de non num.pecu.tamen iudex ex ſuo officio poteſt deferre iuramentum parti ſuper hac exceptione. l. clxxxiiij.Styli. Idem.

Licet compromiſſum per arbitros abſentibus partibus prorogari poſſit,tamen talis prorogatio debet poſtea partibus intimari:alias laudum non ſubſiſtit.Eſt dictum Bal.in l.qui reos,§.apoſtolos.C.de appel. communiter approbatum ſecundum Decium conſilio xxxix. iuridicam.in princ.vol.j. M.Gribald.

Inuentarij confectionem Teſtator non poteſt heredi ſuo remittere in pręiudicium ſuorum creditorum.Communem dicit Clarus.§.teſtamentum,quæſt.lxvj.verſic.Quo ad primum.Sed in præiudicium legatariorum,fideicommiſſariorum & coheredum,poteſt remittere. communem dicit.eod.verſic.

Inuentarij confectionem teſtator non poteſt remittere vſufructuario.Comm.in §.T.q.lxvj.verſic.quo ad ſecundum. P.Fich.

Inuentarij confectionem poteſt teſtator tutori remittere.commun. dicit.in §.T.q.lxvj.verſic.quoad tertium. Idem.

heres niſi ſit de liberis primi gradus,per non confectionem Inuentarij priuatur Trebellianica. Eſt magis communis opinio ſecundum Dec.conſil.ccxxxvj.non parua difficultas.verſi.alia eſt opinio.volum.ij. Alexan.pulchrè in conſil.lxvij.viſis,& ponderatis,circa princ. volu.iiij. vbi concludit, filium non priuari legitima, nec Trebellianica, per non confectionem inuentarij,& atteſtatur eſſe comm.opin.& ab ea non eſſe recedendum.Sed quòd heres etiam extraneus non priuetur Trebellianica,tenet Iaſon, & dicit eſſe commun. in Rub. ff. ad Trebell. verſu, breuiter.Et quòd per non confectionem inuentarij, etiam filius amittat Trebellianicam,dicit eſſe magis communem Dec.in conſ.cccclxxx. in caſu.verſu ſed tamen prædictis.volum.iij. Vide infrà Trebellianica. Imò quòd prohiberi non poſſit,dicit magis communem idem Dec.ſibi contrarius in conſilio lxxxj. in caſu propoſito. in fin. verſ. ex quibus omnibus.volum.j. M.Gribald.

Filius grauatus non conficiens Inuentarium, Trebellianicam perdit.Eſt magis communis opinio ſecund.Dec.conſi.ccxxxvj.non parua. & conſil. cccclxxx. in caſu.Socin.iun.in conſil.cxxxij.ad corroborationem.volum.j. Idem.

Inuentarium intra xxx.dies, computandos à die aditæ hereditatis, confici debet. Eſt magis communis opinio ſecundum Decium conſil. ccccccxxxiij.conſului.num.2. Idem.

Quamuis heres per non confectionem Inuentarij perdat Falcidiam, tamen Trebellianicam non amittit. Eſt vera & magis commun. opin. ſecundum Iaſ in conſil.lxxxiiij.omiſſa longa.num.4.volum.j. Idem.

Receptior eſt doctorum ſententia quòd heres Inuentariũ non confi-

ciens

ciens teneatur non ſolùm ad integra legata etiam vltra vires hereditarias.authent.ſed cum teſtator.C.de leg.fal.ſed etiam Trebellianica priuetur: vt tenuit Paulus Caſtren. in conſil.ccccxlv.circa primum, libro ij.vbi refert ſe ita ſæpiùs conſuluiſſe. Idem atteſtatur Roſellus, qui ſua ipſius ſubſcriptione dictum conſilium approbauit.Hanc etiam magis communem eſſe voluit Cor.in conſil.ccciij.in v.dubio libro.j. conſil.xxij.libro ij.& conſil.clxviij.in iij.dubio, libro iij. Deci.conſil. ccccIxxx.verſicu Poſtremò in caſu iſto & ccccxcv. Cur. Iun. in conſil, liiij.Soci.in rub.ff.ad Trebel.in fi.& in l.Marcellus.§.quod autem.eod. titu.Capra.conſi.vij.in fi.idem voluit Guid.Papa in extraneo, ſecùs in filiis vt in quæſtione liij Iaſo.verò contrarium tenuit, in conſil.cxiiij. & Aymo. Grauetta, qui poſtquam retulit plures doctores hoc in articulo ſibi ipſis contrarios, tandem concludit, quòd ob non inuentarij confectionem Trebellianica non amittatur: vt videre licet apud eum in conſi.xvij.in prima parte, F.Turzau.

Inuentarium tenetur facere heres rogatus de reſtituendo,aliàs perdit trebellianicam, Cornæ.conſil.clxviij.volum.iij. Ioann.Durand.in arte teſtan.titu.v.cau.xxxvij.communem dicunt:ſed Alexand.conſilio lxvij.volumi.iiij.dicit communem contrariam. Sed Decius conſilio ccccIxxx.dicit magis comm.primam:etiam in filiis heredibus, nu.16.

Concor.cum prima l.x.tit.vj.par.vj.

fallit in legitima,quia etſi non conficiat inuentarium,nihilominus poteſt detrahere legitimam.Calca.conſi.xxxvj.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.xj.cau.viij.& Guido.deci.liiij.communem dicunt. B.Villal.

Nota quòd tempus conficiendi inuentarium currit à tempore aditæ hereditatis. Dec.conſilio ccccccxxxiij. Roma.conſil.lxxxiiij.Ioan. Duran.in arte teſtan.titu.xj.cau.viij.& Bello.conſil.lxviij.communem dicunt. Et poſt aditam hereditatem debet incipere, & finire intra ſexaginta dies.

Nota ſecundò,quòd teſtator non poteſt remittere vſufructuario inuentarium,nec cautiones præſtandas in vſufruct. Bello.conſil.liiij.nu. 2.communem dicit.ex Soc.conſil.cxxxj.& Bartol.in l.nemo poteſt,de legatis primo. Idem.

*ADDITIO.* Inuentarium heres de iure antiquo non conficiebat & vltra vires hereditarias ad legata non tenebatur niſi quatenus ei viſum eſſet,hodie per ius authent.indictum eſt,quòd ſi integra legata euadere voluerit,ſi hereditas ſuffectura non eſſet quod debeat conficere inuentarium,aliàs tenetur ad omnia legata,& hanc communem dicit Angelus in tracta.de inuentario.nu.2. Sed an ſit verum indiſtinctè & aliis quæſt.in materia inuentarij per eundem in d.tract.& Fran, Perocel,ſimiliter in eo.tracta.per totum, & Guid.Pap.in tract.de forma inuentarij per totum,

Inuentarij cõfectionem & cautionẽ Teſtator remittere non poteſt, per text.vbi notàt communiter Doct.in l.j.C.de vſuf.Et eſt com.opin. Doct.ſecundum Socin.conſil.cxxxj.refert Bell.conſi.liiij.nu.3. I.Fich.

& ſi de iure veteri heres ob omiſſam Inuentarij confectionem in nihilo plus creditoribus, neque legatariis teneretur, vt probaretur ex text.in l.j.§.qui ff.ad Treb.iure tamen nouiſſimo authenticorum ſecùs & aliter introductum,& diſpoſitum fuiſſe legimus, §. hinc autem nobis.in auth,de hered.& falc.vbi habetur quòd heres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus, & legatariis inſolidum vltra vires hereditarias.probatur etiam ex text.in l.fin.§.ſi quis autem temerario. C.de iure deliber.non tamen intelligas, quòd adeò illis obligetur, vt etiam debitum iure naturæ perdat:quia illud non amittit,ſed de legatis detrahitur,& illa deminuet,& ſic deminuta legata inſolidum heres præſtabit,& ita ex hac declaratione generali,quam ibi tradit Bartol.in authen,ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.quæ fuit prout refert Ric.Mal. & Cin.intelligis illud quod dicitur heredem inuentarium conficientem inſolidum oneribus hereditariis teneri:quia non procedit quoad legata,vt ibi concludit & tradit gloſſ.dicta l.ſi quis autem in verbo,ſacramentum.& Alex.qui ait communem. F.Turzan,

Inueſtitura verbalis tantæ virtutis eſt, vt per eam dicatur conceſſa & data licentia apprehẽdendi poſſeſsionem propria auctoritate.Communis eſt ſecundum P.Paul.Pariſ.conſi.xxij.nu.59.vol.j. I.Ficher.

Inueſtiturarum literæ non probant dominum,contra tertium,niſi prius probetur inueſtientem fuiſſe dominum. Communem dicit Fran. Curt.Iunior.conſilio clviij.numero 5.ſequitur Caro. Rui.conſi.l.num. 3,cum ſeq.& conſi.xxv.nume.15.vol.j.Adde Pau.Caſtr.conſi.cxxxiiij. iſte Martinus,in prin.lib.ij. Idem.

PRO. Inuentæ ſunt ideo obligationes, vt vnuſquiſque acquirat, quod ſua intereſt.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbor.obligat.§.alteri, Inſtitut.de inut.ſtipu. Bellon.

PRO.Inuidiam placare paras virtute relicta.not.glo.in l.ne quicquam §.fina.ff.de offi.proconſ.& leg. Idem.

PRO.Inuitus nemo agit vel defendit.l.vni.C.vt nem.inui.ager.vel accuſ.cog. Idem.

PRO.Inuitus nemo cogitur ad communionem.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond.indeb.in l.qui admittitur.ff.pro ſoc. Bellon.

PRO. Inuiti & ignorantes per alium liberari poſſumus.l.ſolutionem.ff.de ſolu.l.ſoluendo.ff.de nego.geſt. Idem.

PRO. Ipſo iure,ſignificat ſine ope exceptionis.glo.in cap.j.de reſcrip.in vj. Idem.

Ipſo iure, etſi lex dicat aliquam rem ad dominum reuerti ipſo iure propter aliquod delictum, tamen ſemper hoc ita demum procedere intelligitur,ſi dominus voluntate ſua rem incidiſſe in cõmiſſum, prius declaret.Item quod hoc apud Iudicem petat:denique quod ſuper hoc feratur ſententia declaratoria.Eáque communis eſt Docto.concluſio, vt probat latè Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verb. Reuertatur.nu.10.11. cum ſequen.C.de reuo.dona.Et Hippo.de Rimi.§.j.numer.30.& ſeq. Inſtit.de donat. I.Fich.

Hæc procedunt etiam in crimine læſæ Maieſtatis (cuius pœna,vel omnium maximè ipſo iure incurritur)ita vt in eo quoque requiratur ſententia declaratoria,ſecundum Barto.in l.Imperator.ff.de iure fiſci. Cardi.Zabarell.conſi.cxxv.num.2.Thomas Grammat.deciſ.cv nu.5. Et idem deciſ.xv.numero 8.vbi diſertè dicit.Attamen ego dico, quod omnia iura mundi diſponentia pro aliquo crimine pœnam ipſo iure imponi,intelligenda eſſe,dummodo ſecuta fuerit ſententia declaratoria,per quam declaretur ipſum crimen fuiſſe commiſſum.aliàs pœna non poterit habere executionem &c Idem dicit iiſdem ferè verbis Iaſ.in l.ſi quis maior annis.C.de tranſ.vbi inſuper declarat, quod illi Doctores,qui dicunt in pœnis ipſo iure incurſis non opus eſſe ſententia,ſanè intelligendos eſſe,nempe.de ſententia diſpoſitiua,non autem de Declaratoria,quæ ſemper requiritur,&c. Et multa de hac clauſula, ipſo iure vide apud Tiraquell.in l.ſi vnquam.in verſic,euertatur,num. 144.C.de reuocan,donatio. dem.

Iudæus cognoſcens Chriſtianam abſque matrimonio, non vi,nec ſtupro.nec adulterio,non punitur pœna mortis. Boër.deciſ.cccvj,nu. 5.communem dicit, B.Villal.

Iudæi exiſtentes in loco vbi ius ciuile ſeruatur, dicuntur de populo Romano.quo ad hoc,vt legibus,illis viuant & habeant filios in poteſtate.Eſt mag.communis opinio ſecundum Alexand.conſilio xiij.attentis verſic.& comprobatur.volum.vij. M.Gribal.

Iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia c.ſicut de re iud. & l.in ſumma.ff.eod. titu. & ita tenet gloſſ.in l.ſi me, & Titium.ff.de excep.rei iud.imò eam exprimendo fatuus cenſetur.l.ſecunda.§.ignominiæ.ff.de his qui notan.infa.not. glo.in l.properandum.§.illo.C.de iudi.& habetur per Ioan.Andr.& alios in dicto capit.ſicut.& per Bart. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborum obligat.& Papien.in ſua practi.in forma ſententiæ definitiuæ in gloſſ.relaxandum.numero 4.& Cornæ.conſil.cccxlv.numero.3.volu.j.& conſi.lxxxix.numero 1.volu. iij.tamen ſi ipſe iudex cauſam ineptam exprimeret, dicta ſententia penitus vitiaretur,ſecundum Felin.in cap.cùm ordinem, extrà de reſcript.Innocen & alios Doct.communiter in c.in præſentia,de renuntiat.& in l.ſi is,ad quem.ff.de acquirend.heredit. & iſtam opinionem communem ſequitur, & citat Curti.Iuni.in l.prima.numero 33 ff.ſi cert.petat.Ratio iſtius communis videtur hæc, quia Iudex releuatur à iure ab expreſsione cauſæ in ſententia, illud eſt propter præſumptionem iuris,quæ eſt pro ipſo Iudice,dicto cap.in præſentia & l.ſecunda. C,de offic.ciui,iudic.quem quidem text.ad hoc ſingularem & meliorem de iure dicit Barba.in tracta.de præſtan.Cardina.in j.quæſtione j. partis. Sed quando exprimit cauſam in ſententia,quæ ſit inepta, aut minus legitima, tunc ſumus in caſu claro, quòd iudex malè iudicauit, & ſic ceſſet præſumptio in re clara, quæ eſt pro iudice.l.continuus.§. cùm ita.ff.de verbor.obliga. Aduerte etiam hic quòd quando Iudex aſſerit in ſententia probatum fuiſſe aliquid per duos teſtes ſe referendo expreſſè ad acta,tunc ſi conſtaret de errore ipſius Iudicis eſſet nulla, ſecundum communem opinionem omnium Doct.quam citat, & ſequitur Deci.in c.quoniam contra,num.158.de probation.& Moder. ibi. Limitatur primum iſta communis ex not,per Antonium.de Butr. in cap.per tuas.extrà qui filij ſint legitimi:vbi per illum text,concludit quòd ſi ad ferendam ſententiam Iudex ex duabus cauſis moueatur, quarum vna ad cauſam faciat, altera minimè, ſuſtinebitur ſententia ex ea faciente ad cauſam,vbi aliàs redderetur nulla, ſi vna tantum ratio fuiſſet expreſſa. capitulo ex parte. & capitulo dilectus. de conceſſio.præbend.& hoc idem ſequitur Innocen.in dicto cap.in præſentia.Imo.in l.ſi plagij.& in l,quod dicitur.ff.de verbo,obliga, Anton.& Abb.in cap.j.& in cap.cum inter.de re iudi, Alexan,in l.qui Romæ,§. duo fratres.ff.de verbor.obligat.& in l,ſi is ad quem.poſt Roma,ff.de acqui.hered.cum aliis concordan,de quibus per eum, & Moder.in dictis locis.Limitatur ſecundo loco præcitata communis per doctrinam Iacob. Butrig.l.ij.§.ignominiæ,ff. de his,qui notan.infami,vbi voluit quòd ſi iudex expreſſit falſam cauſam in ſententia,per quam ſententia reddebatur nulla cum adiectione dictionis,maximè, ſuſtinebatur ſententia,quoniam ad illam cauſam duntaxat non cenſetur Iudex ſe adſtrinxiſſe, & iſtam doctrinam ſequitur Abb,in cap.ſicut de re iudi.& in c.ex parte Hoſtenſis,circa de conceſſio,præbend.& capitul.tum ex literis.de reſtitut.ſpolia,& Alexand.in d.§,duo fratres.& hoc dictum Iacobus. Butrio, procedit, quando ex actis appa ret de alia legitima cauſa: tunc enim Iudex exprimendo cauſam falſam appoſita dictione maximè veriſimiliter ad illam cauſam legitimam, quam non

expreſ

expreſſit reſpexiſſe videtur, & ita declarat Dominic. in c. venerabilem, §. fin. de ſenten. excommu. in vj. & in c. in tantum circa finem. xxj. diſtin. Imo. & D. Ant. in c. ex parte de renunt. & in cap. ab excommunicato. de reſcript. & Roma. in l. ſi is, ad quem. ff. de acquir. heredi. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Ruynus conſi. lxiij. numer. 15. volu. j. F. Vi.

Iudex ſuccedens in officio poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex coniecturis, & aliis quæ percipere poteſt ex agitatis coram prædeceſſore ſecundum Bart. Ange. Imo. & alios Doct. communiter in l. ab executore. ff. de appellat. ſecus verò ſi ipſe ſucceſſor vellet interpretari dictam ſententiam ſuo ſenſu mero, ſecundum Imo. ibi ſaluantem contrariam opinionem Bald. in l. ij. C. de ſenten ex breui. recitan. & iſtam communẽ celebrant, ſequuntur, & citant Doc. in d. l. ab executore & ſimiliter Iudex ſuccedens in officio poteſt exequi ſententiã abſque mandato ſui prædeceſſoris, qui videtur idem Iudex, vt per Barto. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ, ff. de re iudi. cuius opinionem communiter ſequuntur Doct. vt per Socin. ibi num. 16. Amplia hoc in tantum procedere, quòd iudex etiam alterius tribunalis habet facultatem ſententiam alterius Iudicis exequendi, vbicunque ad ipſam pertineret executio iſta de iure communi, ſeu ſtatutario, ſecus verò, niſi haberet huiuſmodi executionem de iure communi, vel municipali, quoniam tunc non poſſet ſine literis iudicantis, vt per Bart. & omnes in d. §. ſententiã Romæ, vbi Soci. alios referens ſcribit nume. 17. & ſeq. iſtam eſſe communem opinionem, & his, occurrit congruenter hic, quod ſententia lata ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria ſecundum Doct. communiter in l. ab executione. C. quorum appella. vt per Ripam. in l. quod iuſſit. nu. 43. ff. de re iudi. licet Iaco. Burt. in d. l. ab executione. & malè teneat dictam ſententiam eſſe diffinitiuam. F. Viuius.

Iudex ſi aditus fuerit ſuper abſolutione à iuramento in contractu vſurario ſeu ſimulato ad effectum, poſteà agendi ſuper ſimulatione cõtractus abſolutione obtenta non poteſt coram alio Iudice de ſimulatione agi, ſed coram eodem iudice id petere neceſſe eſt: ſecũdum Bald. ſingulariter in l. ordinarij. C. de rei vẽdi. cuius doctrina communiter eſt recepta per omnes Doct. in l. quoties. C. de iudi. & præſertim per Alex. ibidem nume. 4. & ponunt Morder. in rubr. extra de iud. & in rub. C. de eden. vbi omnes vno ore fatentur opinionem Bald. communiter approbatam eſſe, non obſtantibus traditis per Pau. de Caſt. in d. l. ordinarij, & opinionem ipſam Bald. tanquam communem defendit & tuetur à morſibus Deci. in d. rubri. de iudi. Curt. Iuni. in præcitata rubr. C. de eden. nu. 14. vſque ad nume. 22. Hinc Alex. conſi. lviij. nu. 7. 8. & 9. volu. j. dixit quòd ſi coram aliquo Iudice ſit petita exhibitio alicuius ſcripturæ vel inſtrumenti, quòd Iudex qui fuit aditus in iſto præparatorio exhibitionis ſcripturæ, remanebit Iudex in cauſa principali, & ſic in iudicio præparato. Idem.

Iudex laicus de cauſa vſuraria non poteſt cognoſcere ſecũdum Bart. in l. quoties. C. de iudi. quem ſequuntur vltra alios ibi Alexand. & Iaſ. aſſerentes iſtam eſſe communem opinionem. & omnes Doctores in l. Titius. ff. ſolut. matrimo. In Regno verò Neapolitano ſeruatur contrariũ per literam Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ contra vſurarios, imò de iure communi iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis ad Eccleſiam ſpectantibus, etiam ſi inter laicos agitentes, prout eſt in cauſa vſurarum, cauſa matrimonij, cauſa iuramenti, & legitimationis filiorum, & de aliis ſimilibus, ſiue cauſa ſit principalis, ſiue emergens, vt eſt tex in cap. tuam. de ordi. cogni. & ibi per Abb. & in c. lator. qui filij ſint legiti. & Doct. in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. Eccle. & not. etiam Bart. in dicta l. quoties. & in l. ij. ff. de iuriſdict. omnium iudi. idem tenet Ange. in §. ſi quis autem pro pecuniaria. in auth. de ſanctiſ. Epiſco. reprobata ibi communiter glo. per ipſum, & per allegatos Doct. qui aliter ſentiebant. Hinc eſt, quòd iurans falſum coram Iudice ſeculari non poteſt ab eo puniri, ſed ab Eccleſiaſtico ſecundum Bald. in l. fin. C. de iureiur. & in l. ſi cum partio. in quæſt. fina. eod. titu. & iſta eſt communis opinio teſte Boerio in deciſio. cccv. num. 2. 4. & 5. vbi refert nonnullos Doct. contrariam aſſeuerantes. necnon iudex Eccleſiaſticus cognoſcit in cauſis ſpiritualibus annexis, vt habetur in cap. quanto. de iud. prout eſt ius patronatus, vt diximus ſuprà latè. Idem.

Iudici vbicunque eſt ſublata facultas condemnandi à nouo iure corrigente antiquum, ob hoc non intelligitur eidem prohibita auctoritas abſoluendi, ſecundum gloſſ. in clem. j. in verſic. contra eos, de hæreticis. cum qua ſentiunt omnes Canoniſtæ communiter ibi, & Legiſtæ in l. iij. ff. de re iudic. vt refert Claud. de Seyſſel. in rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in d. l. iij. num. 5. & Modern. repetentes in l. nemo qui condemnare. ff. de reg. iur. vbi Dec. poſt Bald. aſſignat rationem iſtius communis, in contrariam ſententiam, quòd in materia correctoria prohibita condemnatione, cenſeatur, prohibita abſolutio, inclinauerunt, Steph. Vercell. & Ancha. in d. clem. j. & ſequitur Aretin. in d. rubr. ff. de acquir. poſſ. Bart. Socin. ibi motus tribus fundamentis, vt per eum. & Felyn. in d. c. iij. de re iudi. vbi ponit iſtam opinionem. Socin. & ſequacium eſſe communem, & cum ea videtur etiam concurrere Ripa in d. l. iij. vbi eam, num. 8. interpretatur & limitatur non procedere quando prohibetur condemnatio fauore, & priuilegio perſonæ condemnandæ tunc non cenſetur prohibita abſolutio, nec in odium retorquetur, quòd fuit inductum in fauorem. l. quod fauore. C. de legi. & ita procedit tex. in l. quoties. C. vbi ſecutores & ibi Baldus. Idem.

Iudex tenetur condemnare victum victori in expenſis: nam tex. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudi. arctat iudicem ad cõdemnandum victum victori in expenſis, c. j. ibi ſciant iudices victum victori in expenſis eſſe condemnãdum, & ibi in ſummario text. id omnes. Doct. communiter admittunt dum dicunt quòd victus victori debet condemnari in expenſis, vt per Bart. Ang. Sali. Pau. de Caſt. & Iaſ. hócque intelligitur, & declaratur, ſi petantur dictæ expenſæ per partẽ. ſi verò non petantur ad hoc non tenetur Iudex vt per allegatos Doct. per l. dies §. hoc autem Iudicium. ff. de dam. infe. licet hoc poſſit facere Iudex ſi vellet, id eſt, condemnare victum in expenſis non petitis per l. ædiles. §. ſciendum ff. de ædilit. edic. ita tenent Dyn. & Bart. in d. §. hoc autem iudicium. in v. quæſt. Bal. in l. non quicquid. ff. de iudi. Ange. & Ray. in d. §. ſin autem alterutra. & ibi latè Alex. num. 31. & poſt eum Iaſ. nume. 31. Ponunt iſtam eſſe communem opinionem, Ripa in dict. §. hoc autem iudicium nume. 81. & ſeq. & ita ſeruatur in practica, vt tradit Imo. in l. Paulus. ff. de re iudi. & eã ſimiliter ſequitur Iaſ. multos Doc. citans in l. vniuerſa num. 4. C. de preci impe. offeren. & iudex non ſolũ poteſt condemnare victum victori in expenſis nõ petitis ſi vult, factiſque ante litem conteſtatam, ſed etiam in expenſis factis poſt litem cõteſtatam ſecundum Ripam in d. § hoc autem iudicium nume. 81. verũ ſi iudex non condemnat victum victori in expenſis petitis, cenſetur facere litem ſuam, & tenetur reſarcire de ſuo, ſecundum Barto. in d. §. ſin. autem alterutra, & alios Doct. in dict. §. hoc autem iudicium. & iſtam ſententiam ſequuntur, & aiunt eſſe communem Modern. ibi Maranta in tract. iudiciorum, in vi. parte, iij. membri. numer. 12. & Corſetus in ſingul. in verſic. iudex. Ampliantur prædicta quod victus victori in expenſis petitis per Iudicem debeat condemnari non ſolũ procedere in cauſis ciuilibus verum etiam in criminalibus ſecundum communem adſertionem omnium Doct. quam citat, & declarat Marſyl. in ſua pract. crimi. in §. ſupereſt numero 1. Limitatur quoque prędicta niſi litigator, haberet iuſtam cauſam litigandi, tunc enim Iudex, non poteſt ipſum cõdemnare in expenſis petitis ſecundum communem opinionem, de qua atteſtatur Cagnolus in l. qui in alterius. ff. de regu. iuris, nu. 25. Idem.

Iudex Laicus ſeu eius familia poteſt capere clericum deprehenſum in crimine, vel rixa, ſed nõ poteſt illum detinere, imò ſtatim tenetur Iudici competenti Eccleſiaſtico præſentare, vt ſentiunt omnes Canoniſtæ communiter in c. cum ab homine. de iudi. vt referunt Moder. ibi, & dato quod Iudex Laicus, caperet informationem contra clericum de delicto ab eo commiſſo, tunc Iudex Eccleſiaſticus nõ tenetur ſtare proceſſui Iudicis ſecularis, dum ſibi remittitur clericus cum dicto proceſſu. Iſta eſt communis opinio Doct. in c. atſi clerici. de iudi. teſte Feli. & Moder. ibi & Grammatico in conſi. Crimi. xlij. & Ruino conſi. vij. volu. v. Interpretatur hoc non procedere in clerico capto, repertóque abſque habitu clericali ad committendum homicidium, & clericus captus ſine habitu tempore homicidij perpetrati dolo, & ex propoſito nõ debet fori priuilegio gaudere, ideò non poteſt aliquo pacto petere remiſſorium ad iudicem Eccleſiaſticum ſecundum Hoſtien. Ioann. Andr. & Anton. de Butr. in ca. perpendimus, de ſenten. excommunica. Iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boer. deciſ. lxiij. nu. 16. Idem.

Idem Laicus poteſt punire Sacerdotem, Clericúmve crimen aſſaſſinij committentem eo ipſo abſque actuali, & ſolenni depoſitione, & degradatione, & hoc ob criminis immanitatem eſt proculdubio ſpeciali ratione obſeruandum, ſecundum Lapum, & alios Canoniſtas in cap. j. de homicid. in vj. Hyppol. de Marſyl. in l. vnica. num. 107. C. de raptu virgi. & in ſua pract. in §. diligenter. num. 160. & in §. examinanda. num. 25. quorum opinionem ſequuntur, & communem eſſe aſſeuerant Lambert. in cap. j. de hæret. in ſexto. num. 88. Ioan. Bernar. in practi. crimi. in c. xj. idem notat Stepha. Aufrer. in Clem. j. de offic. ordi. regula. j. fallentia. xviij. & Grammati. in voto. viij. num. 4. & ſeq. & hoc videtur iure cautum ob criminis immanitatem ſed in aliis caſibus iudex laicus debet eſſe certus, & de ſua iuriſdictione non dubitare, quia qualitas, quæ fundat, aut priuat iuriſdictionem debet de ea ante omnia conſtare. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. de iudi. vbi Doct. per illum text. ita communiter tenent, & in l. ſi quis ex aliena. eod. tit. & in c. ſuper literis. de reſcript. vt per Grãmati. in conſi. crimi. j. nu. 53. & ſeq. quod reperitur poſitum in fine ſuarum deciſionum. Idem.

Iudex in ſententia diffinitiua non poteſt aliquo pacto ſibi reſeruare in futurum condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ſed taxationem ſic ſecundum Cyn. & omnes communiter in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & Bald. in authent. generaliter. C. de Epiſc. & Cleri. licet Bart. (& malè) poſt gloſ. in d. l. terminato, ſenſerit contrarium, & de iſta communi atteſtantur Modern. ibi, ſecùs verò videtur in interlocutoria nam per eum non deſinit eſſe iudex, ita tentat Felyn. in cap. ſignificauerunt, extra de excep. hoc idem dicendum eſt in delegato, qui quidem non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, ſecundum Bart. & communiter ſcriben. in l. ab executore. ff. de appel. per text. ibi, & gloſ. in verſic. preces, niſi ſecundum

præcitatos

præcitatos Doct. talis delegatus eſſet, qui vtique poſſet exequi ſententiam, iuxta nota. per gloſſ. in l. à diuo Pio in prin. & §. j. & ibi Barto. ff. de re iudi. quia delegatus à principe non ſolùm de iure Canonico poteſt etiam ſententiam exequi. c. p. ſignificaſti. & cap. quærenti. de offic. deleg. ſed etiam de iure ciuili. l. fin. C. de iudi. & ita tenent Doct. in d. l. à Diuo Pio, & Socin. alios referens ibi, vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem. Idem.

Iudex vbicunque lex imponit pœnam, ab illa recedere non poteſt, nec debet, tex. eſt cum glo. in c. licet, extrà de pœnis. probatur etiam in l. j. §. calumniatoribus. ff. de priua. delict. & hoc firmat quoque Iacob. Nouellus in tract. ad defenſam in Rubric. incip. his hactenus. num. 44. poſt alios per eum relatos ibi: facti enim quæſtio in arbitrio Iudicis eſt, pœnæ verò perſecutio non eius voluntati, ſed legis auctoritati reſeruatur: tamen Iudex ex cauſa iuſta, ſeu rationabili poteſt pœnas à lege ſtatutas augere, vel minuere, tex. eſt iuncta gloſ. in l. hodie. ff. de pœnis. per quem tex. ita tenet Innoc. in c. extr. de conſtit. Bart. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui notan. infa. Bald. & Salic. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſis infa. irrogatur, Paul. de Caſtr. conſil. cccxxviij. vol. ij. Doct. omnes communiter in dicto c. j. extrà de conſtit. in d. l. hodie. & in d. §. pœna grauior, & iſtam communem ſequitur etiam, & citat Deci. in c. de cauſis, nu. 94. & ſeq. de offic. deleg. Paulus Girlandus in tract. de relaxa. carcera. in j. Rubr. q. vj. incip. ſexto non omittam, nu. 1. Maranta in tract. iudiciorum in iiij. part. princ. nu. 65. Marſyl. in l. pœna legis Corneliæ. §. ſed & ſi quis, nu. 6. ff. ad legem Cornel. de falſis, & in ſing. ccxliiij. Marcus Ant. Blancus in pract. crimi. in Rubr. exordiente, poſtquam videmur, nu. 81. cum aliis ſequen. Moder. Ferrarienſes in d. c. j. de conſtitut. & Iaco. noue. in dict. tract. ad defenſam, & huiuſmodi arbitrium, ſeu auctoritatem Iudex habet à lege, probatur in l. aut facta. § fin. ff. de pœnis, & in dicta l. hodie, & in præcitato § pœna grauior. Ratio dicti arbitrij videtur iſta, quia delicta cum diuerſis circunſtantiis, & qualitatibus perpetrantur, & quibus crimen ipſum quandoque fit excuſabile, quandoque magis atrox, & odioſum, quas circunſtantias, & qualitates omnes, lex ipſa exprimere non potuit, ſed quaſdam expreſſit, vt dicta l. aut facta. §. primo. cum ij. ſequen. ideò dedit Iudici iſtam facultatem, & arbitrium, vt ſecundum facti continentiam pœnas ipſas arbitrio ſuo ex cauſa augeret, minueret, vel mutaret. d. §. pœna grauior. & d. l. aut facta. §. j. & ſuper hoc poſſent exemplificari plures cauſæ, quas congerit Bar. in d. §. pœna grauior. & Feli. in d. c. j. de conſtitut. & in cap. accedens, vt lite non conteſta. primò propter ſenectutem, vel iuuentutem, propter furorem, vel ebrietatē, propter calorem iuſtum, propter nimiam excellentiam hominis in aliqua arte, vel ingenio, vt dicit Aretin. in allegato §. pœna grauior, in addit. ad Bart. quæ incipit, adde hic quòd Iudex, Iaſ. in l. j. ff. de legib. Marcus Anto. Blan. in præcitata practi. nume. 82. vbi iſtas cauſas ponit, & alias quamplures hic non expreſſas latius ponit, & comprobat: quotieſcunque verò Iudex recederet à pœnis in iure ſtatutis, debet exprimere cauſam, & an, & quando recedere poſſit à pœnis ſtatutis à lege, & quando debeat aliàs redire, & ad quos iudices Eccleſiaſtici: vide Mod. Hiſpanos in deciſio. criminali, in gloſſ. Canonicis, vel ſinodalibus. Ampliatur iſta communis, & in tantum extendit vires ſuas, vt procedat non tantùm de iure communi, ſed de iure municipali, vel ſtatutario etiam, ita quòd ſi ſtatutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine, Iudex poteſt illam ex cauſa permutare, ſecund. Bar. in d. §. pœna grauior. & in l. fi. de receptatoribus, Bald. in d. l. & ſi ſeuerior. Abb. in c. ij. de delict. puerorum Fulgo. conſilio cxxiiij. præſuppoſitis. Aret. conſil. cxxxj. Spiritus ſancti gratia. in fin. & in c. at ſi Clerici. §. de adulteriis. de iudi. cum aliis cumulatis per Marſyl. in ſingula. ccxliiij. tu ſcis illud quod, & iſta eſt magis communis opinio, vt per Decium in cap. de cauſis. num. 97. de offic. delegat. quam ſequitur omnibus ferè contrariis reſpondendo Fulgo. in dicta l. & ſi ſeuerior. Paulus Girlandus in allegato tractat. de relaxatio. carceratorum, in Rub. j. quæſt. vj. num. 8. & ſequen. & Deci. in dicto cap. de cauſis, nu. 97. Ampliatur poſtremò dicta communis, vt non ſolùm habeat locum in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinariis, ſed etiam generaliter in omnibus ordinariis, ſecundum gl. in dicta l. hodie, quam ſequitur ibi Bartol. & in dicta l. quid ergo. §. pœna. Bald. & Salic. in dicta l. & ſi ſeuerior. Et iſtam partem ſcribit eſſe communem Girlandus in allegato tract. de relaxat. carce. in Rubr. j. quæſt. vj. num. 5. & iſtam communem limitat in quinque caſibus. Feli. in cap. ij. §. ad corrigendos. de accuſatio. Carrerius verò eam limitat in octo caſibus in ſua practi. criminali, in tractat. de homicidio. num. 7. nu. 123. cum aliis ſequen. & in tribus aliis limitat Marc. Anto. Blan. in dicta pract. crimi. num. 81. cum aliis ſequen. ſed iſtam materiam vſque ad nauſeam, & ad ſaturitatem meliùs, quàm alius declarat, & explicat Tyraquel. in tracta. de pœnis temperandis, aut remittendis per totum illum tract. Idem.

Iudice negligente, ſeu recuſante deferri iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, ab eo poteſt appellari ſtante iſta negligentia ſecundum Bartol. in lege admonendi. ff. de iureiurand. cum quo ſentiunt Bald. cæterique Doctores ibi, & Salyc. & omnes communiter, & vno ore in l. in bonæ fidei. C. de iureiurand. & Panor. in capitul. finali, extrà de iureiurand. vbi aſſignat rationem iſtam pro corroboranda dicta communi, quòd ſicut poteſt appellari, quando defertur iuramentum non habenti iuſtam iurandi cauſam. l. generaliter. C. de iureiurand. ita quando Iudex nollet deferre præcedente legitima & rationabili cauſa, & iſtam communem ſequuntur, & citant Modern. in locis præcitatis. Idem.

Iudex à quo fuit appellatum reiiciens appellationem quæ interponitur non ab executione, ſeu re iudicata, ſed à ſententia debet puniri triginta auri pondo. text. eſt in l. quoniam Iudices. C. de appellatio. vbi Saly. & Docto. not. vnde debet eſſe cautus appellans etiam ſi Iudex de facto reiiciat appellationem, vt appellet ab huiuſmodi reiectione, alioquin reiectio tranſiret in rem iudicatam, ſecundum Cardina. Zabare. in clemen. j. de dol. & contuma. Hinc inoleuit practica quod cauti Iudices, à quibus appellatur, non reiiciant ſimpliciter appellationem ne incidant in pœnam. d. l. quoniam. Sed quòd dicant ſe admittere appellationem ſi, & inquantum tenentur, & debent de iure, & non aliter, nec alio modo, quo caſu talis appellatio admiſſa ſit, & inquantum non videtur ſimpliciter admiſſa, ſed ſolummodò in caſu, quo de iure admitti debuit ſecundum Bal. in l. ædita. & ibi not. alij Docto. de æden. Roma. conſi. ccccj. declarationem. Ange. conſilio ccxvij. in cauſa accuſationis, Soci. Iun. conſilio xviij. viſis. num. 14. & ſeq. volu. j. His accedit vtiliter, quòd Iudex à quo propter admiſſionem appellationis, ſi & in quantum cenſetur à ſe iuriſdictionem abdicare, adeò quòd proceſſus aliquis coram eo amplius fieri non poteſt, & factus non valet, & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Roman. in d. conſil. ccccj. vel cccj. Idem.

Iudex differēdo appellationi etiam ſi re integra reuocet grauamen, non propterea recuperat, neque reaſſumit iuriſdictionem in ea cauſa abdicatam, ſecundum Gemini. & Ioan. Andr. in capitul. cum appellationibus. de appel. in vj. & alios communiter ibi, Bal. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellatio. & iſtam opinionem audacter aſſeuerant eſſe communem. Iafredus in deciſio. ccccclxxx. & Pariſi. conſil. cvj. numero 25. volu. iiij. & Iudex ex quibus rationibus nota poſſit deferre appellationi, vide Papien. latè declarantem in ſua practi. in forma Apoſtolorum. §. de tali. nu. 2. Declarantur prædicta per ſcriben. quòd Iudex inferior non habet auctoritatem tollendi appellationem à definitiua, ſecùs ab interlocutoria, vt ſenſit gloſſ. Bart. & Ang. in l. fin. per illum text. C. de ſentent. & interloc. omnium iud. tamen contrarium tenuerunt omnes Canoniſtæ communiter in cap. ſicut Romana. de reſcript. & Bar. reuocando ſententiam in melius in l. j. §. final. ff. à quib. appel. non licet, numero 2. Iſtam communem opinionem ſequitur, & citat Ripa in d. c. ſicut Roman. nume. 20. cum aliis ſequ. Limitatur prædicta communis ita declarata non habere locum, quando vnus Iudex ex tribus delegatis detulerit appellationi, tunc enim cauſa per huiuſmodi delationem vnius Iudicis non deuoluitur ad ſuperiorem ſecundum Bal. in authen. hodie. C. de appel. quem ſequitur Cardina. in Clement. j. q. xxvj. de appellat. & Imol. ibi. Domi. in c. cum appellationibus. §. j. de appell. in vj. Angel. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrim. & Peru. in c. fin. q. vij. de conſtitut. & iſtam ſententiam aſſerit eſſe communem Dec. in c. cùm omnes. nu. 35. de conſtit. Idem.

Iudex debet deputare exploratores, ſiue æſtimatores duos ad probandum valorem rerum in omni caſu, etiam in caſu. l. ij. C. de reſcin. vend. & ad probādum damni quantitatem, & æſtimationem, qui quidem æſtimatores ipſa omnia æſtimare debent, & referre Iudici ſecundum Bartol. num. 20. Bald. Paul. de Caſtr. Salyc. & omnes in d. l. ij. vbi Cagnolus, nu. 258. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & ſeruari in practica quotidiè, & iſti æſtimatores priùs iurare debent, de æſtimando bona fide, ſine fraude. tex. eſt, & gloſſ. Bar. Bald. & ſcriben. omnes communiter in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. & hoc idem firmat idem Bartol. in l. Theopompus, num. 7. de dote prælegat. in procemio Digeſtorum. vnde periti, qui quotidiè adſumuntur in cauſarum definitionibus, vt ſecundum artis peritiam proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur. tex. & ibi Doct. in c. fraternitatis. de frigidis, & malef. Abb. & alij in c. propoſuiſti. de proba. Deci. Iaſ. in repetit. l. admonendi. num. 237. ff. de iureiurand. Crotus in tracta. de teſtibus. in ſeptima parte. vbi aſſeuerant audacter iſtam eſſe communem opinionem, & hoc iuramentum quandoque ad æſtimationem peritorum, quandoque ad veritatem pertinet, præſertímque quando rei veritas percipi poteſt ex peritia artis, vt ex agrimenſoribus, ſicuti opinatur Bald. in dicto procemio Digeſtorum, & in dicto §. his illud. & Deci. alios referens in dicto capitul. propoſuiſti, & ita iſtam materiam pulchrè declarabat Raynaldus, Rodulphus Peruſinus præceptor meus in acutiſſimis interpretationibus ſuis, dū interpretabatur Peruſij maxima cum laude dictam l. admonendi. His accedit congruenter, quòd citari debent partes, quando Iudex vel æſtimatores proficiſcuntur ad videndum locum, vel rem pro æſtimatione facienda ſecundum Bar. in d. l. Theopompus, & Cagnolus in d. l. ij. nu. 262. & nota vlteriùs quòd etiam poſt didicita teſtificata mitti poſſunt ipſi æſtimatores, & exploratores ad æſtimandum ſecundum Bald. eleganter in dicta lege ij. vbi Cagnolus. nu. 205. Idem.

Iudex neceſſariò citandus eſt vbicũque in cauſa appellationis, quæ agebatur coram ſuperioribus ex officio proceſſit, ſecundum glo. in ca. cum ſpeciali. §. porrò, de appellatio. communiter ab omnibus Doctoribus approbatam inibi, quam communem ſequitur, citat, & nonnihil declarat Deci. in d. c. cum ſpeciali. nu. 27. cum aliis ſeq. vbi ſimiliter declarat ipſe Dec. an omiſſa dicta citatione proceſſus ſit nullus. Idem.

Iudex citari debet per ſuperiores ad tuendum honorem ſuum, vbicunque ageretur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam ipſi iudici: qui malè iudicauerit, vt per glo. in cap. ſacro. de ſentent. excom. communiter approbatam ab omnibus Canoniſt. ibi, quam quidem communem ibi ſequitur & commendat Fely. & Boër. in deciſio. cclix. num. 2. & ſequen. Idem.

Iudex promittens liberationem, impunitatémque delinquenti, ſi delictum confiteatur, non tenetur huiuſmodi promiſſionem obſeruare, imò ex tali confeſſione non obſtante promiſſione impunitatis eidem facta poteſt poſteà illum condemnare, & excuſatur, ſecundum Præpoſi. Alex. & Domi. de S. Gemi. in c. ſi quilibet. & in c. vtilem. xxij. q. ij. Fely. in c. accedens. el ij. vt lite non conteſta. & in cap. afferte mihi gladium. de præſump. Domi. poſt Vguti. & Archi. in c. nos in quenquã, in fin. ij. q. j. per text. in c. vtilem xxij. q. ij. & iſtam ait eſſe com. opinio. Hiero. Chuchalon in addit. ad Deci. in l. ea eſt natura. ff. de regul. iuris. & Moder. in d. c. afferte mihi gladium, quæ communis ratione non caret: nam Iudex ad inueſtigãdam veritatem poteſt vti cauillationibus, ac etiam ſimulare, vt probatur in d. c. afferte mihi. & in c. non enim volebat Deus. xxij. q. ij. & propter vtilitatem publicam ad bonum finem permiſſa eſt ſimulatio d. c. vtilem, comprobatur quoque ſecundo loco, & fortiùs videlicet quòd in malis promiſſis non expedit fidem obſeruari. c. in malis promiſſis. de reg. iur. lib. vj. Hinc eſt, quòd pacta contra publicam vtilitatem etiam ſi iuramento vallata ſint promiſſa, minimè ſeruari debent, vt dicit Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſorib. & in l. j. de dolo. Tertio loco comprobatur dicta communis quòd non refert quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur. l. cùm ſeruus. ff. de verb. oblig. Poſtremò fulcitur iſta communis: nam ſi licet excoriare, torquere, & alia nonnulla in corpore hominis fieri pro veritate habenda, tanto magis blanditiis, & bonis verbis ſecundum Archid. in d. c. vtilem, & alios in locis præcitatis, imò Iudex poteſt delatum de crimine ad pœnam damnare ex ſola confeſſione, quam ab eo, præmiſſa criminis impunitate, extorſit, & de iure id permiſſum Iudici eſſe abſque vllo peccato adſeruerunt Archid. in d. c. nos in quenquam. Fely. in præcitatis locis in c. afferte, & in c. accedens. Paris de puteo in tractatu Syndica. c. ſaluus conductus. & c. de tortura. ver. & aduertendum eſt, & Catelli. Cotta in Memorabilibus, in ver. dolum bonum. In contrariam verò partem inclinauerunt complures Doctores, videlicet quòd Iudex teneatur dictam promiſſionem, & fidem ſeruare, Iac. de Belui. in practica crimin. in Rubr. de quæſt. vbi admonet Iudices abſtinere à prædictis perſuaſionibus in ſpecie, ſed generaliter interrogent quod crimen commiſerit, & iſtam ſententiam ſequuntur etiam, & audacter fatentur eſſe veriorem Decius & Cagnolus. nu. 20. cum aliis ſequen. in dicta l. ea eſt natura, vbi Hiero. Chuchalon in addit. ad Decium Grammati. poſt alios relatos per eum in quæſt. iij. per totam, quæ reperitur in fine ſuarum deciſionum. & ita Ioan. de Imol. conſil. cix. viſa inquiſitione, & iſtam vltimam ſententiam videtur ſecutus Fortunius in l. conuentionum. ff. de pact. in quæſtione illa an Iudex, qui promiſſa impunitate criminis coëgit à loco ſacro diſcedere & ſecum ire delinquentem, tenetur ei fidem ſeruare, &c. Sed in iſta ambiguitate, & in tot variis interpretum ſententiis pro materia reſoluenda vnũ explicitè præmittendum eſt, quòd ex dicta confeſſione reus minimè puniendus eſt, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret, tenent eleganter Io. de Imola. in dicto conſil. cix. Deci. in d. l. ea eſt natura, circa fin. & in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. nu. 25. Marſyl. in l. j. num. 15. ff. de queſt. & in ſingu. cj. & clxxvij. Alciat. in l. verborum. ff. de procur. & Grammati. in dicta quæſt. iij. Fortunius in d. l. conuentionum. & ibi expreſſiùs Duarenus. Iacobus de Belui. in allegata practica crimin. in titul. de quæſt. num. 140. Vbicunque tamen criminis reus confeſſionem ita extortã reuocauerit abſque aliquo dubio opinor non poſſe, nec debere ex ea damnari, & ita hanc vltimam opinionem veriorem eſſe arbitror, quæ placet Pari. de puteo in tractatu Synd. in c. de tortura. in verſic. ſequitur quæſtio quotidiana. Sed ſi in confeſſione fruſtratus ſpe promiſſionis reus perſeuerauerit, dãnari poterit ex mente omnium Doctor. communiter, qui quæſtionem hanc tractauerunt, & ita opiniones ſuprà relatæ ad concordiam reduci poſſunt. Idem.

Iudex interponens decretum ſuper alienatione rerum minoris, vel Eccleſiæ, aſſerénſque ſe ea in re adhibuiſſe plenã cauſæ cognitionem, proculdubiò non adhibetur fides tali adſertioni ſecund. Paul. de Caſtr. conſi. xxxviij. vol. ij. per l. ſi forte. ff. de Caſtr. pecul. & in l. ſi donatione, C. de collatio. vbi latè Moder. & Pau. Caſtr. ſequitur Dec. cõſi. cccclvj. Marſyl. in ſing. cccxcix. Rebuf. ſuper concordan. in tit. de concluſione Lateranen. Concil. & Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio procõſul. & comprobatur hoc ex eo, quod ſcribit Iaſ. in repe. l. admonendi. ff. de iureiur. vbi dicit, quòd non creditur Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita, cum abſque cauſæ cognitione deferre non poſſet. Corroboratur ſimiliter iſta doctrina Pauli de Caſt. per ea quæ not. Ang. conſil. cvij. in fi. vbi dicit quòd non creditur Iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore annorum, & ratione ſcãdali euitãdi, ſine quo ſcãdalo talis ſequeſtratio fieri non poteſt, & Ang. ſequitur Dec. cõſi. ccclxvj. prætereà præcitatum dictum Paul. de Caſt. in dicto conſi. xxxviij. ſequitur etiam Fely. in ca. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtit. Sed contra Pau. de Caſt. in dicto conſil. xxxviij. aſſerit audacter eſſe com. opi. Soc. conſi. cxv. circa primam quæſt. volu. j. & contra Pau. de Caſt. tenent etiam Moder. omnes in c. quoniam, contra. de probatio. & Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. à qua quidem communi contra Paul. temerarium foret diſcedere in actu practico. Retenta igitur iſta cõmuni, ac pariformiter reprobata opin. Pau. prout de iure reprobari poteſt dic vtiliter, quòd in alienatione rei minoris, vel Eccleſiæ requiritur cauſæ cognitio, propterea Iudex, antè quàm interponat decretum ſuper dicta alienatione debet adhibere cauſæ cognitionem, vt voluit Angel. & alij ſcriben. communiter, in l. ij. ff. de fer. ſecundum Moder. inibi, & Iaffredum in deciſio. cccliij. Idem.

Iudicis arbitrio debet pœna imponi quotieſcunque de iure cõmuni non reperitur pœna à lege limitata. l. j. §. effractores. ff. de effracto. l. ſanctio legum. ff. de pœnis, not. per gl. & Doct. in l. nemo Martyres. C. de ſacroſan. Eccle. & per gl. in c. ſuper his in ver. arbitrium, extrà de accuſation. & not. per Albericum & alios in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infam. & iſto caſu quando pœna eſt arbitraria poteſt extendi arbitrium ad mortem, & per conſequens Iudex poteſt arbitrari pœnam mortis, vt per gl. in §. in ſumma. Inſtit. de iniuriis, quam ſequitur Bar. & Ang. in l. ſacrilegi capite. ff. ad legem Iuliam pecula. Alex. conſi. v. & conſi. lxij. Signorellus de Homodeis conſ. clxx. Marſyl. in l. de minore. in prin. ff. de quæſt. & Saly. in Rub. C. eod. tit. vbi ſupponũt dictam gl. communiter approbari, & iſtam com. citat etiam Maranta in tract. iudiciorum. in iiij. par. princ. nu. 43. cum aliis ſequen. iſta verò omnia intellige cum Grano Salis, videlicet quòd non liceat Iudici arbitrari de pœna mortis, aut alia pœna ſanguinis, niſi quando concurrerent qualitates & circunſtantiæ quæ ſuaderẽt talem pœnam imponi, vt per Io. de Imol. in c. vt inquiſitionis. de hæret. in vj. & in l. ij. ff. de publ. iud. diſtinguendo, vt ibi per eum, & inquantum hoc deſiderat criminis magnitudo ſecun. Bal. in l. j. in fi. C. de his qui latro. vel in alien. crim. reos occult. nam Iudex tenetur attendere facti, & perſonarum qualitatem, & ſi Iudex non ſuadentibus præmiſſis arbitrium extendere imponendo pœnam ſanguinis, poſſet ab eius arbitrio appellari, vt per Doc. in d. c. ſuper his. Aretin. in d. §. in ſumma. & Marſyl. in l. quæſt. modũ. ff. de q. & in pract. crim. in §. cõſtãte, nu. 8. & ſeq. Idẽ.

Iudex non poteſt motu proprio officium ſuum ad priuatam vtilitatem impartiri, niſi imploranti, ſec. Inn. in c. ad noſtram. el. ij. de iureiuran. & in c. in literis. de reſtitut. ſpoliat. Ant. in c. j. in j. oppoſitione. de libelli oblatio. & in c. ſollicitè, de reſtit. ſpoliatorum. Bart. & alios in l. dies. §. hoc autem iudicium. ff. de dãno infect. vbi nu. 37. & ſeq. ſcribit iſtam eſſe com. opi. quam ſequitur Io. Bapt. Ferrettus conſi. xlij. num. 5. Iac. Nouellus in ſua pract. crimi. in Rubr. incipien. datis defenſionibus, nu. 84. & ſeq. & in tract. ad defenſam. ſuper Rub. exordiente ſolet com muni ſentent. nu. 3. & Aug. Beroius in c. j. nu. 40. de iud. Fundatur dicta cõmunis ſuper illo dicto, quòd Iudex non ſupplet de facto, ſed de iure tantùm, vt habetur in toto tit. C. quæ deſunt aduoc. & no. per gl. in ca. bonæ. de poſtula. præl. & ita voluit Bar. in d. §. hoc autem iudicium. per l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſid. & ita declarat Ant. in d. c. ſollicitè. & in c. j. de libel. oblat. Cõprobatur ſecũdo loco dicta cõmunis hac ratione: nam pari modo videmus quòd ſtãte ſtatuto, quòd Iudex teneatur cauſas terminare ĩ. tempus ſub pœna, hoc ſanè intelligitur, ſi pars petierit ſec. But. & Abb. in c. pen. de iud. Cald. conſi. iij. de pœn. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. in l. properandum. in prin. C. de iudi. & in l. vniuerſa, C. de precib. Imp. offe. & Rimi. conſi. cccccxxxv. nu. 9. comprobatur vlterius ſi ex ſtatuto Iudex ferre ſenten. tenetur ſecund. conſiliũ ſapiẽtis, & aliter lata non valeat. Intelligitur, ſi pars conſilium petierit ſecun. But. in d. c. ij. de iud. ſequitur Alex. cõſi. cxxj. vol. ij. & Iaſ. in d. l. vniuerſa. Corroboratur poſtremò iſta cõm. in iudice, qui tenetur intra certum tempus cauſam cõmittere: nã intelligitur ſi petitum fuerit ſecun. Ang. conſi. cxl. quæ omnia fundãtur in regula. d. §. hoc autem iudicium. Iſta cõm. ita corroborata fallit primum in cauſis piis, in quibus Iudex tenetur ſupplere, & officium ſuũ non petitum impartiri, facit l. qui erat heres, circa prin. ff. fam. erciſcundæ, & §. ſi heres. in auth. de eccleſiaſticis tit. vbi heres ex prouiſione, & officio Epiſcopi cogitur ſoluere legata pia omni Falcidia vacãte, & limitationem iſtam ſequuntur, & tenent Bar. & comm. Legiſtæ in d. §. hoc autem iudicium. Ant. de Butr. in c. bonæ, el ij. de poſtulatione præl. & Beroius, in c. ſollicitè. num. 10. de reſtit. ſpol. Fallit ſecundo loco in abſentibus, pro quibus Iudex ex officio poteſt officium non imploratum impartiri, & nouas probationes inducere, vt l. ampliorem. §. j. C. de appel. & auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando Iudex, & ita cõcludunt omnes Canoniſtæ communiter in d. c. bonæ. & in c. iudicantem. xxx. q. vltima. & Legiſtæ in d. §. hoc autem iudiciũ. Iſtã cõmu. ſequitur celebrat, & citat Rip. ibi nu. 74. & ſeq.

quæ quidem communis procedit ſecund.Bart.in d.§.hoc autem iudicium,in caſibus,in quibus iudex poſſit peruenire ad ſententiam definitiuam,alias ſecus,ideóque lite nondum conteſtata,iudex non poſſet ſupplere pro abſentib. procedit quoque d.comm.in abſentia legitima, vnde ſi abſentia litigantis non eſſet legitima, vtique Iudex nō poſſet officium ſuū non imploratum impartiri,vt per Bald.in d.l.ampliorem. §.j.Tertiò coarctatur d.comm.non procedere quādo iudex opponeret contra inhabilitatem perſonæ comparentis in iudicio,tūc enim Iudex ex ſuo officio,ne fruſtra laboret,& faciat iudicium fruſtratoriū,& ferat ſententiam nullam tanquam latam cum falſo procuratore,poteſt compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad cauendū de rato,ſi dubitatur de mandato ſecundum gloſſ.in c.j.in verſic.abſentiá, de electio.lib.vj.aliàs autem poterit eum repellere à limine iudicij,& ſi non apponatur,quam gloſſ.ſequitur Bald.in l.licet.C.de procurato. in l.exceptionem.C.de probatio.& in authen.offeratur.C.de litis conteſt. & in l.vnic.C.quæ deſunt aduoca.Angel.in l.Pomponius.§.ratihabitio ff.de procurat.Panorm.in cap.cauſam quæ el primo. num.3. de iudi.& in c.Eccleſia.el primo,vt lite penden.in c.j.& in c.nulli.de appellat.Ant. de But.& ibi Barba.in c.cum M.de conſtitut.Paul.de Caſt.& Roma.in l.inter quos.§.fin.ff.de damno infecto,Salyc & Alex.in d.l.licet,& Domini de ſancto Geminia.in d.c.cauſam,quæ.Contra verò glō.prædictā eſt text.expreſſus ſecundum Bart.lecturam,ibi in d.l.inter quos.fin.vbi tenet quòd Iudex ex officio non poteſt opponere cōtra inhabilitatem perſonæ comparentis in iudicio,& ideo Ioan.de Imo. in d.§.fin. nu.9. reprobat illam gloſſ.in ca.cùm in iure peritus.de officio delegati. quia Iudex ſecundum eum non debet impartiri officium ſuum non poſtulatum d.§.hoc autem iudicium,& quia in caſu præcitatę gloſſ. iudiciū non erit fruſtratorium,cùm exequutio fieri poſſit contra falſum procuratorem,vt in l.Plautius.ff.de procurato.& in l.ſi ſe non obtulit.ff.de re iudic.gloſſ.in d.l. licet.in glo.fin.& in d.glo.in allegato ca.j.de electio. aſſerit audacter Felyn.in d.ca.cauſam quæ.num.1.communiter reprobari per Doct,ceterùm his parum obſtantibus, & aliis quæ contra gl. illam allegantur ſequor omiſſo multiloquio,& omni diſputatione opinionem dictæ glo.in d.c.j.de electio.tanquam magis cōmunem,quam expreſſè ſequitur Dec.in d.c.cauſam,quæ,nu.2.& 13.& vbi dicit d.glo. magis communiter approbari,ſequitur etiam Roma.conſil.lxvij.nu.5. Ripa in d.§.hoc autem iudicium.nu.49.vbi refert in iudicando,& conſulendo nō eſſe ab opinione glo.prædictæ recedendum,cùm ſit magis communiter approbata,& Iacobinus de ſancto Georgio in d.ca.licet. num.9.& dato,quòd ſententia in caſu præmiſſo eſſet lata cū falſo procuratore per partem,exceptio falſi procuratoris poſſet opponi quandocunque etiam poſt litem conteſtatam,& latā ſententiam,vt per glo. in l.licet.C.de procurat. communiter approbatam ibi ab omnibus, & paſſim ab aliis Doct.iuris noſtri , quia non ſolùm iſthæc exceptio , ſed etiam omnis alia exceptio,quæ redderet iudicium retro nullum poſſet opponi quandocunque etiam poſt ſententiam,ſecundum Doct.communiter in c.in noſtra,extrà de procur. & iſtam ſequuntur Modern. & atteſtantur inibi,& Gramma.in voto xviij.quòd nu.5.interpretatur vlterius dicta communis.Iudex in mero officio partib. poteſt dare,concedere,ac præfigere terminum ad producendos,& examinādos teſtes. c licet cauſam de probatio.vbi Abb.hoc expreſſè firmauit,& in cap.finem litibus.in j.notab.de dilatio. & Alex.in d.§.hoc autē iudicium,vbi refert iſtam ſententiam eſſe communem, dūmodò Iudex iſtud ex iuſta cauſa faciat,verbi gratia ex negligentia litigantiū,pręcipuéque actoris, cui in primis onus probādi incumbit.l.ei,qui.ff.de probatio. Similiter Iudex ex iſta cauſa poteſt omnem iuris terminum abbreuiare ſecundū Bart.in l.ij.ff.de re iud.Limitatur & ampliatur prædicta commu.regula in multis aliis caſib.per Soc.in tractatu fallentiarum,in reg.ccxlviij.per Ripam in d.§.hoc autem iudicium.& Auguſt.Beroium in d.c.ſollicitè. num.7.cum ſex aliis ſeq.quos omitto breuitati ſtudendo. Idem.

Iudex condemnans victum victori in aliqua parte,nō videtur à contrario ſenſu in alia parte abſoluere,ſecundum Abb.eleganter in c.cum inter.de re iudica. Cornæ.conſil.xlix.videtur in hoc volum.ij. vbi concludit non valere conſequentiam,Iudex condemnat aliquē in vna parte,ergo in alia abſoluit,quia datur medium,vt per Decium in c.ſi duobus.de appellationib.Gozadi.conſil.j.primò diſcutiam.& ideò ſententia erit nulla,quia non lata ſuper toto.l.in hoc iudicio.ff.famil.erciſcun. l.dicere.ff.de arbit.gloſſ.in l.j.C.ſi aduer.vendit.& latè explicat Cornæ. in d.conſi.xlix.& iſta eſt communis opinio,vt per Mod.in l.j.ff.de officius,& ita cum iſta opinione reſidebat D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus præceptor meus , ſed per nonnullas alias rationes hic non explicitas,dum publicè interpretabatur Peruſij,dictam l.j. Pono & alium caſum,videlicet ſi iudex in ſententia dicat victum victori in expenſis, nec adiiciat condēnantes,tunc non valet iſta ſententia reſpectu expenſarum,quaſi non continens condemnationem aut abſolutionem, ſeu æquipollens,ſecundū Bart.in l.præſes.C.de ſenten. quem ſequitur Bal. in l.errore,C.de teſtam. Roma.& Nicellus in l.j. ff. de re iudi.& Iaſ. in §.curare.num.55.inſti.de action.vbi multa refert pro vtraque parte.In contrariam verò ſententiam titubanter inclinauit.idem Bart.in in l.j.§. fin autē.ff.de hered.inſtituen.Fel.multos Doc.citans in cap. ex parte.de fide inſtrumen.& Ripa in l.j.nu.22.in fin.ff.de re iudi.& iſtam opinionem conabatur poſt Roma.in dicta l.j.ff.de re iudic concordare, ac ſaluare præcitatus.Raynaldus in dicta l.j.videlicet ſi forent in ſententiam adiecta illa verba & cetera,quæ inducunt omne quod venit de natura actus,iuxta tradita per Bartol.& alios in l.Gallus.§. idem credendum, ff.de liber.& poſthu. Idem.

Iudex domicilij,ſeu originis non poteſt cognoſcere,nec inquirere de delicto commiſſo per ſubditum ſuum extra territorium,ſecundum Doctores antiquos præcipuéque Oldra.l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.& fide catho.Iacob.de Belui.in l.fin.ff.de iuriſdictio.omniū iudic.& ibi Gul.de Cu.Ioan.Andr.in addi.Specu.in tit.de compe.iudi. addi.§.j.in addi.ante,quam extraneus,Bald.in l.j.C.de ædil.actio. Saly. in l.ſeruos.C.ad legem Iuli.de vi.Alberi.in tracta.de ſtatutis,in iij. par. q.xix.& hoc plene traditur per Legiſtas in dicta l.fi.& per Canoniſt. omnes præſertim per Maria.Soci.in cap.final. de foro competen.& iſta eſt magis cōmmunis opinio ſecundum Soc.in l.à diuo Pio.§. ſententiam Romæ.numero, 16.ff.de re iudic.Marſyl.in practi.crimi.in §. conſtante numer.90.& Grammati.in deciſio.xxvj. numero 9. & 11.& aliàs in coctingentia facti ita fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano,vt refert Grammat.in allegata deciſio. xxj. vbi concludit quòd per magnam Curiam vicariæ fuit remiſſus Reus ad locum delicti,& pronunciatum iudicem domicilij non poſſe inquirere de delicto alibi commiſſo,& iſta communis non modo procedit de iure Ciuili. verùm etiam Canonico,ſecundum Bald.in l.j.§.ij. ff.de offic.præfect. Vrbis.quē ſequitur Aug.de Arimi.in addit.ad Angel.de maleſi.in verſi.hæc eſt quędam inquiſitio. & Marſyl.in dicta l.fina.num. 140.& ita interpretandum erit ſtatutum diſponens Iudicem poſſe de delictis procedere per inquiſitionem,nam intelligitur de illis commiſſis in territorio non extra ſecundum Bald.in dicta l.cunctos populos. Alexan. conſilio cxj.ponderatis,volumi.j.Iaffredum in deciſ. 100.& Ruynum conſi.lxxxiiii.nume.9.volum.iiij.& quamplurima ad id, adducit Marſyl.in d.l.final.nume.135.cum aliis ſeq.in pract.crimi.in ver. conſtante num.90.& ſeq.& conſil.xiiij. in præſenti num. 90.& ſequent.in conſilio lxvij.numero 63.& ſeq.& conſi.cxxj.in cauſa num.1.Iſta commun. corroboratur ratione hac,quia dicitur Iudex incompetens ratione delicti extra territorium ſuum commiſſi,Imò hoc caſu ſi Iudex ille habet Reum in carceribus ſuis,teneretur eundem remittere ad Iudicem loci delicti commiſſi,vt ſentit glo.in clemen. paſtoralis.de re iudica.& no.omnes ſcriben.in authen.qua in prouincia.C.vbi de crimin. agi oport.quia ſecundum Bald.in l.exequutorem,C.de execu.rei iudic. condemnatus,vel abſolutus in loco domicilij non prohibetur accuſari in loco delicti,vtpote quia de iure locus delicti eſt principalis locus, in quo punitio fieri debet,nam ad eum Iudex domicilij remiſſionem facere tenetur,dato quòd ipſe in cognitione præueniſſet.authen.ſi verò criminis,& in corpore vnde ſumitur.C.de adulte.l.ſi cui §.final.ff.eod. titul.& habetur in d.clemen.paſtoralis.ſecùs quando eſſet lata ſententia abſolutoria pro accuſato,vel inquiſito per iudicem delicti,tunc exploratum eſt de eodem delicto non poſſe amplius quæri coram Iudice originis.l.hoc accuſare.§.iiſdem de accuſa.&c.de his eodem titu. & iſta potiſſimum ratione,ſi quidem quando quis eſt condemnatus in vno loco,& facta eſt executio,vt quia pœna ſit ſoluta, non poteſt amplius contra eum de eodem delicto per alium iudicem procedi. Nam de delicto eiuſdem hominis non debet pluries quæri. l.licet.§. poſſumus.ff.nau.caupo.ſtabula.& ita ſentit Bartol.in l.ſepulchri.ff.de ſepul. viol.ſicut ergo accuſatus qui ſoluit,non poteſt in alio foro accuſari,ita etiam ſi ſit abſolutus in vno tribunali,quando ſententia condemnatoria poſt quàm eſt ſoluta habet vim ſententiæ abſolutoriæ.l.ſi qui cum totum.§.planè.de exceptio.rei iudic.Iſta non tantum procedunt,quādo quis principaliter fuit accuſatus,ſed contra illum etiam fuit proceſſum per viam inquiſitionis ſecundum Antonium de But.Abb.& alios communiter in capi.de his.de accuſat.Innocen. in ca.cùm dilectus.de elect.Bart.in d.§.iiſdem,quia ſecundum eum inquiſitio ſuccedit loco accuſationis per ea,quæ habentur in l.ij.§. ſi pub.de adulte.& de iſta communi atteſtatur Ruynus in dicto conſil.lxxxiiij.numero.5.volum. iiij.Suſtinetur quoque dicta communis alia viua ratione per doct.relatos,quia reſpublica ſua non videtur offenſa ob delictum alibi commiſſum.nam etiam Iudex extra territorium ſuæ iuriſdictionis nullum habet imperium,vt habetur in d.l. fina.ff.de iuriſdict.omnium iudi.& in c.fina.de foro competen.& in dicta clemen. paſtoralis, & habetur in l.fina.ff.de offi.præfect.vrbis.& quamuis dicta communis de iure Ciuili pariter,& Canonico ſit veriſſima,tamen ex generali conſuetudine totius Italiæ hodie approbata non eſt facienda remiſſio rei ad locum delicti ſecundum Barto.in dicta l.ſepulchri.de ſepul. violat. & Alexander ibi in appoſti.& in l.ſi cui circa fi.ff.de accuſat. & Iaſ. Auguſt.Beroius in cap.de iis,num.21.de accuſ.Sed aduerte ne erres,quia Doct. omnes dixerunt contra iā cōmmuniter,videlicet delinquentem debere ad Iudicē loci delicti remitti nō obſtante cōtra.conſuetudine,per tex.in l.prima.vbi Bart.& Doct.C.vbi de crimin.agi oport.& tenent hoc etiā Iacob.de Belu.& Aug.in §.ſi verò quis compræhenſorum,in authent. vt nulli iudi.Ioānes de Anania,in capitulo primo,de rapto.Gloſſ.in dicta

clemen.paſtoralis,in verſ.more,& ibi Io.de Imol.Fabr.in auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oport.& Cyn.Bart.Bal.Salyc. & Iaſ.in l.j. C.de ſumma Trinit.& Bal.conſi.ccv.vol.iiij.Cæpo.conſi.l.x.Paul. de Caſtr.conſi.cccvij.de iure communi,in nouis.Felyn.in c. licet ratione delicti.de foro compe.& abundè Boër.in deciſi.xxix.Sed retenta communi opinione ſuperius relata,eam interpretator non procedere in fure,qui quidem ſi commiſit furtum Romæ,deinde cum re furtiua inuentus eſt in Ciuitate Aquilæ, ibi ſine dubio poteſt capi, & condemnari,etiam ſi ibi nihil poſſideat,ſecun.Azo.in Summa.C. vbi in rem actio,Bar.Fulg.& Ang.in l.ſi abducta.C.de furtis.& Bart.in l.ſi dominum.Bal.in l.vnica,C.de confeſ.& in c.j,§.ſi furtum.de pace iuramen,firma.in vſib.feud.& Ang.Areti.in tract.maleficiorum.in verſi.& cœleſtem veſtem,verſi.quid ſi fur,cùm aliis congeſtis per Marſyl.in d.l.ſi.nu.212.de iuriſdict.omnium iud.& Boër.deciſi.ccxviij. nu.2. & iſta eſt communis opi.& ſeruatur in practica, vt atteſtatur expreſsè Albe, de Roſa.in l.ſed ſi ſuſceperit.§.ſi.ff.de iud.& in l.ſi.C.vbi in rem actio. & Boër.deciſi.xiij.nu.47.& in d.deciſi.ccxviij,nume.2.& ſeq. & ita in contingentia facti fuit vocatum,& deciſum in ſacro Regio Concilio Neapolit.vt refert Capicius deciſi.ciiij.& fuit etiam ſec.d.commu. in ſacro Burdegalenſium Senatu,vt refert Boër.in d.deciſi.ccxviij.nu.5. Duas alias verò opiniones huic communi contrarias recenſuit Boër, ibi,quas tanquam inutiles breuitati ſtudendo omitto. Idem.

Iudex ordinarius propter ſimplicem cõmiſſionem præſumitur delegatus ſec.omnes Doct.communiter in l.ius Ciuile. ff.de iuſtit. & iur. quamuis communem declarat Fely.in c.licet.de probat.& in c.eam te. de reſcrip.imò hoc caſu ordinarius verè eſt delegatus, quando eius iuriſdictio eſt alterata,vt not.per Angel.in l. j.§. ſi quis ſimpliciter. ff.de verb.oblig.& ibi Alexan.Iaſ.num.5.& alij Moder.aſſerentes iſtam fore com.opi. & per eundem Iaſon.& alios in l.ius ciuile,& Boër deciſi.clj. vnde ſcias,quòd vbicunque aliquid additur,vel detrahitur primæ diſpoſitioni iudicis ordinarij,creatur noua diſpoſitio,d.l.j.§. ſi quis ſimpliciter.& d.l.ius ciuile.Hinc dicebat Ang.& Doct.per illum tex. in d.§.ſi quis,quòd ſi Pontifex,vel Princeps in commiſſione,quam facit ordinario iudici,addit,vel minuit iuriſdictioni,facit eum delegatũ. Vtilitas(tene menti perpetuò & tenaciter)ex his redundat iſta, quia ordinarij non poſſunt capere ſalarium,c.ſtatutum.§.penulti. de reſcript. libr.vj.Sed Iudex delegatus poteſt vtique capere ſpecies pro viſitatione,ſeu viſura proceſſus.d.c.ſtatutum,hoc tenent,& not. omnes Canoniſtæ communiter in c.cùm ab omni ſpecie.de vita & honeſtate clericorum.& Legiſtæ in l.ſolent ff.de offic præſid.& iſtam comm ſequuntur Mod.ibi,& citant.& Boër.deciſio.xv,nu.1. Similiter redundat iſta alia vtilitas ex præmiſſis,quòd quando iudicauit tanquam delegatus, appellatur ad ſuperiorem, c.licet in corrigendis.de offi.ordi.& eſt text. magiſtralis in c.cùm aliquibus,de reſcrip.in vj.& ſic nulli dubium eſt ordinarium eiuſdem cauſæ, vt ſuprà docuimus poſſe conſtitui delegatum,vt eſt text. vltra relata in l.& ſi prætor.ff. de offi.cui eſt manda, iuriſdictio. Idem.

Iudex tenetur mittere in poſſeſſionem heredem ſimpliciter oſtendentem ei teſtamentum, faciens mentionem expreſsè de eius inſtitutione,& ſic ſufficit heredi oſtendere teſtamentum,& eo oſtenſo,Iudex debet eum mittere in poſſeſſionem hereditatis,ita colligitur ex l.ſi. C, de edic.diui Adria.tollend.& hoc non habet difficultatem aliquam,vt dicunt Doct.ibi,& Alex.conſi.cj.nu.9.lib.j.Deci.conſil.lxxxiij.Gozadi.conſi.xxj.& vj.imò omnes ſcrib.concludunt quòd ſufficit oſtendere ſimpliciter teſtamentum,& dicere ſe eſſe illum nominatum in teſtamento,nec aliæ probationes requiruntur,vt per Doct.communiter in præcitatis locis. Idem.

Iudices reſcriptis dati, ordinem in reſcriptis traditum ſequi tenentur,etiam ſi is iuri aduerſetur.c.cùm dilecta.de reſcript.c. de cauſis. de offic.deleg.iuncta l.nemo,C.de ſentent.& cap.quoniam contra,de probatio.& not.Doctor.in Rubr.de reſcrip.ſed Iudex ipſe non habet iuriſdictionem aliquam ante præſentationem reſcripti.ſec.com.opin. omnium Doct.quam citat,& declarat Dec.in c.ſuper eo,nume.24.cum aliis ſeq.de appel. Idem.

Iudex vel ſimilis officialis condemnatus in Syndicatu ob dolum commiſſum intuitu officij,non poteſt appellare,vt per Iac. Butri.Cyn, & Bart.& alios communiter in l.nulli,C.quorum appell. & Specul.in §.in quibus.in titu.de appell. Sed vbicunque officialis iſte eſſet iniuſtè condemnatus in Syndicatu de commiſſis, vel omiſſis in adminiſtratione officij, poteſt ſupplicare ad ſuperiores, & ſupplicatio non erit ſibi prohibita,ſicut appellatio,auth.quæ ſupplicatio, C. de precib. impe.offeren.cum ibi not.per Docto,& ita ſeruatur in praxi in terris Eccleſiæ, vt refert Grammat.alios citans in deciſio.xxxv.nu.4. Idem.

Iudex in iudicando non poteſt recedere à communi opinione. §.j. inſtit.de hered.inſtit.& l.iij.§.fin.ff.de ſuppel.lega.& l.Barbarius.ff. de offic.præſid.Doctor.not.in c.nouimus,de verb.ſign.ſi.Bal. in l.ij. C.de pœn.iud.qui malè iud.Barb.latè in c.ne Romani,de electio.& Iaſo. in auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſtam.Alex.conſi.xxv.nu.2.volu. vj.Soci.nepos conſi.lxxxix.nu.74.vol.ij.Cotta in ſuis memorabilibus in memoria,in ver.opinio,el primo.Laurentius Syluanus conſilio tertio numero 52.& Hieronymus Brixianus in tractat.de confinibus.capitu. lviij.numero decimoquarto,nam Iudex qui contra communem iudicat,cenſetur propter imperitiam iudicaſſe,vt dixit Alexand. in l. cum prolatis,& ibi Angel.ff.de re iudic.Iaſon.in l.ſi.ff.qui ſatiſda.cogan. & Curt.conſi.xlix.& conſilio xlvj.numero decimotertio. & dixit Bartol. in dicta lege ij.C.de pœna iudic.qui malè iudic.quòd iudicans contra communem opinionem dicitur facere litem ſuam,& tenetur in Syndicatu,quem ſequuntur omnes Doctor.ibi, Alexand.in dicta leg. cum prolatis.numero 121.& ſequen.& Iaſon.ibi in fin. Iafredus in deciſio. xxv.Fely.in ca.j.de conſtitut.Paris de Puteo in tractat. de Syndica. in verſic.iudicare.& Galdinus in tract.tit.de Syndica,in quæſt. xxix. Nec eſt curandum aliquo modo de opinione ſingulari, vel peregrina alicuius Doctoris,ſed ſequi debemus communem,ſecundum Bald.in l.j. circa finem.per illum tex.ff.de Senato.Ioan.Mod.in cap.cupientes. de electio.libro ſexto.& Bartol.& Doctor.not.in l.final.C.de pœn.iudic, qui malè iudic.Ioannes Andr.& Canoniſt.in cap.j.& in cap.ne innitaris.de conſtitutio.Curt.in repetitio.l.admonendi,num.75.& Cotta in ſuis memorabilibus,in verbo,opinio communis,poſt princip.Nec eſt curandum,ſi contraria opinio eſſet verior, quia tunc Iudex debet iudicare ſecundum communem,non obſtante ſententia veriori contraria ſecundum Fulg.conſilio xxx.Ioan.de Neuizanis in Sylua nuptiali lib.v.numero 61.62.63.& 65.& Alciat.& alios Moder.in l.j.ff. ſi certum petatur.Nec eſt curandum,ſi Pontifex teneret contra ipſam communem,quia hoc caſu Iudex communem ſequi debet,vt per Fely. & alios communiter in dicto cap.j.de conſtit. Hinc eſt,quòd Iudex non cogitur iudicare ſecundum deciſiones Rotæ Romanæ, imò licet Iudici contra eas ſententiam proferre,quia deciſiones iſtæ non ſunt per Pontificem approbatæ, ſed eis tanquàm magiſtralibus deciſionibus ſtari debet ſecundum Card.nal.in capi.paſtoralis,de ſide inſtrumen.& ita in facti contingentia fuit deciſum in Rota Romana, vt refert Caſſadorus in deciſio.vij.in titul.de præbendis,& ita etiam tenet Fely. in dicto cap.paſtoralis.Gemin.in cap.duobus de reſcrip.libro vj.in cap. neque ix.diſtinct.& in conſilio xciiij.& Ripa in l.j ff.ſi certum pet.Sed circa hoc non parum hæſitandum eſt, quia deciſiones Rotæ æquipollent communi opinioni, & per conſequens deciſio Rotæ eſt maioris auctoritatis,quàm ſit communis opinio,vt dic c.j.de conſtitu.Imol.& Barba.in cap.olim,de lit.conteſt.& Gomæſi.de regulis Cancellariæ, q. ij.in prœmio.& Hieronymus Chuchalon in addi.ad Dec. alios referens in l.iura ſanguinis.ff.de regu.iur.Tamen rationes iſtorum parum, aut nihil me moueat ad diſcedendum à prima opinione Card. & ſequacium tãquàm magis communi, quam dicebat in iure veriſſimam, & in practica obſeruari.Raynaldus Rodulphus interpretando publicè Peruſij. d. l. j.ff.ſi certum peta.& de hoc non eſt valde mirandum, quia minimè auctoritas Bartol.eſt poſtponenda auctoritati Dominorum de Rota,ſaltem in terris Imperij vt refert Cornæ.conſi.cccxxxij. vol.j.Ex quo auctoritas Bartol.eſt maxima in practica ſecun.Alexan. in l.ſi domus.§ final.ff.de lega.j.Bertrig.in l.j.ff.de verborum obligat.& Iaſ.in l.quominus.nume.32.ff.de flumi.& quanta autem ſit auctoritas ipſius Bartol.nemo eſt,qui neſciat,inquit Fulgo.conſi.clxxx. & ccxxvj. nec eſt tutum recedere ab opinione Bartol.vt dixit Paul.de Caſt. conſilio cccliij.viſis omnibus inſtrumentis,& acceſſores nolunt recedere aliquo pacto ab opinione Bartol.in iudicando ſecundum Innoc.in ca. dilecta.de appellat.& auctoritas Bartol. in legis defectum ad vnguem obſeruatur ſecundum Ferdi.in repetitio.l.ſi filius familiâs.§. diui. numero 93.ff.de legat.j.& Caccialupus in tract.de modo ſtudendi.imò in Hyſpania opinio Bart.præfertur cæterorum ſententiis, quid ergo, nos faciemus Itali?Curemus eius dicta colere,adorare,& imitari,vt ſuadet,& refert Iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiurand.quia ſemper habuit veritatem ante oculos,vt dixit idem Iaſo in l. certi condictio. ff.ſi certum petatur. & quia bonus Bartoliſta optimus Iuriſta cenſendus eſt, prout publicè commemorat Caccialupus in dicto tracta.de modo ſtudendi.& Ripa,in libro tertio reſponſorum,cap.ij,num.12. & ipſe Bar. pro certo fuit Dux,& illuminator Iuris,vt refert Iaſo.in l.frater à fratre.ff.de condictio indebiti.Quamuis autem Barto.vbique ſit magnæ auctoritatis,tamen plus in extrauaganti ad reprimendũ,ibi enim procedit per modum gloſſ.ſecundum Caccialupum in memorato tractat. de modo ſtudendi.& in eas valde maturè loquitur ſecund.Soci.conſil. cclxxv. in cauſa fratris.vol.ij & illæ gloſæ Bar.ſunt meliores quàm tex. vt refert Igneus in d.ſput.an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorẽ, ſed reuertẽdo ad inſtitutũ, vnde digreſſi ſumus benè verũ eſt, quòd deciſiones Sacri Cõcil.Neapol.quæ proferũtur ſub nomine regis in caſibus dubiis ſuccedũt loco interpretationis Imperialis,de qua in l.ſi. C.de legib.vt per Afflict.in deciſio.clxix.dicta cauſa.Nec eſt curãdũ ſi ex variis ſentẽtiis Doc.dubiũ reſultet,quia tũc ſtãdũ eſt cõ.opi.per Iudicẽ,etiã ſi ex variis opinionibus ipſis dubium reſultaret.ca. ij. de ſtatu Monachorũ. c.nouimus.& ibi Ant.de verb.ſignifi.c.ſi.de iis,quæ fiũt à maio.part.c. iudiciis.iij.q.iij.Balduin.c.j.§.iudices.de pace iura.firma.& l.in fin.ff. de Senat.Alex.cõſ.xcv.viſis proceſſibus.vo.iij.& conſi.j.vo.v.Sed hoc nõ eſt ſimpliciter verũ,quia vbicũque daretur cõflictus opi.nõ ſolũ ſingularis opi.l.expreſſa conuinceretur, ſed etiã per rationes & argument.

neceſſ

neceſſaria,& concludentia,vt eſt tex.not.iuncta gloſſ.in capit.j.de his, quæ fiunt à maiori parte,& vbicunque non apparet de communi opinione, vel aliqui Doctores atteſtantur vnam eſſe communem, alij contrariam, tunc res dicitur dubia propter conflictu m opinionum, ſecundum Soci.in Rub.& in l.ſi fuerit.ff.de rebus dubiis.& Ang.conſi. 100.ſanctiſſima.Ideò Iudex ſi tulerit hoc caſu ſententiã contra communem mero iure propter conflictum opinionum,valet & tenet ſecundum opinionem communem omnium Docto.in locis ſuprà citatis,quam citat Ripa in l.qui Romæ.§ duo fratres.num.33.ff.de verbo. oblig.Igitur tales caſus dubios ſolebat appellare. Iaſon eſſe caſus pro amico,vt per eum in l.doris cauſa.nu.35.in l.poſt dotem.nume.105.ff. ſolut.matri.& in l.in ſuis.ff. de libe. & poſthu.tunc enim optimum eſt habere iudicem propitium amicum, & fauorabilem, vt concludunt omnes ſcribentes communiter examinantes hanc materiam:nam poteſt ſecundum eos eligere cui ius dicat, hæreréque opinioni, quæ ſibi magis placuerit,& ſic fauere amico, vt ait etiam glo.in capi. venerabilem.de electio.& Iaſon.in d.l.cum prolatis.circa finem.& in l.diem functo.ff.de offic.aſſeſſo.tamen hoc intelligitur cum grano ſalis,videlicet de Iudice non claudicante,ſecundum Soci.in ca.j. de libel. oblatio.& Bald.in ca.ne innitaris. de conſtitut. Hinc eſt,quòd ſi aliquis ex pluribus alicuius legis intellectus magis communis,reputaretur, ſententia tamen aduerſus huiuſmodi magis communem intellectum lata non diceretur nulla,vt per Alexan.in d.§.duo fratres.& Iaſo.in d.l. cum prolatis. Ratio videtur iſta, nam lex obſcura, & varios intellectus habens ad decidendum allegari non poteſt,vt voluit Bald. in l.in ambiguo.ff.de rebus dubiis,& ſentit gl.fi.in c.j.de conſtitut.in vj.idem Bal.in c.fi.extr.de conſtitut.per illum tex. imò hoc caſu ſi Iudex pronunciaret contra dictam legem varios habentem intellectus, quaſi putans ob cauſam hoc facere ſuſtinebitur ſententia,vt inquit text.in dicta l.cùm prolatis.quem text.ad hoc ſingularem ſecundum intellectum Iac.de Aret.faciunt ibi Imol.Alex.in prin.Iaſ.poſt Bartol.& tenuit hoc idem Bar.& Bal.poſt Cy.in l.ij. C.quando prouo. Alex.Iaſ.& alij in d.§.duo fratres.Breuiter concludendo dicas, quòd quando magni,& excellentes Doctores ſunt in diuerſis opinionibus, hærere vni non eſt peccatum,nec reputatur,vt dicit Inno.in d.c.ne innitaris. & in c.tuas.de ſimon.Bal in l.ableo. C.quomodo,& quando Iudex. Bart.in l.ij.ff.de verb.oblig.Caccialupus in tractat.de tranſact. q.xij.& deciſi. Neapolitana in quæſt.ccclxxxiiij. circa fi. quia duobus amicis in duabus opinionibus contrariis exiſtentibus ſanctum eſt pro veritate pugnare,in qua bonus vir habet habenas,vt ait Bal.conſi.ccccxl.volu.iiij. & Marius Salomonius in §.reſponſa prudentum.inſtitut. de iure natu. genti.& ciui.Nec recedendum eſt per Iudicem ab opinione communi propter ſententiam gloſſ.contrariam,quia licet opinio glo. videatur communis,& ab ea in iudicando,& conſulendo non poſſit recedi, vt voluit Iac. Butriga.in l.vnica. C.qui pro ſua iuriſdictio. Bald. in l. cum hereditas.C.depoſi.& in l.penultima.C.de pœna iudic. qui malè iudic.& in l.quanquam.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti. & licet ſimiliter gloſſ. ſoleat eſſe talis,& tantæ auctoritatis, vt omnes alias antecellat auctoritates ſecundum Bart.in l.vt vim.nu.8.ff.de iuſtitia & iure.Abb.in d.c.j.de conſt Zaſium conſil.cxj.nu.18.Troy.Malui.in tract. obla.in iiij dubio.Bertran.conſi.cxv.nu.24.vol.ij.& Stepha.de Federi. in tracta.de interpretatione iuris.in fin.Dec.in c.ad hæc.nu.41. de poſtul.prælato.conſi cxlvj.nu.7.conſi.cccccxxij.nu.13.& in d.l.vt vim numero 34. vbi ſimiliter Iaſ.eo.nu.& Claudi.Aquen.ibi in lectu.j. num. 334.imò opinio gloſſ.præfertur com.opin.ſecun.Fely.& Deci. in d c.j. de conſtit.nu.43.tamen hoc non eſt verũ ſimpliciter, vt voluit Bolog. in authen.habita.C.ne filius pro patre, nam effectualiter loquẽdo non præſumi poteſt.Doctores communiter tenere contra gloſſ. auctoritatem cuius nouerunt quanta, & qualis ſit, niſi haberent legem, vel rationem per quam conuinceretur,ergo poſſumus effectualiter concludere quòd opinio communis præferenda eſt opinioni gloſ.ita notab. Io.de Leſnaudiere in tract.de Doctor.in iiij.par. quæſt.xlvij.videmus enim Iudices & rectè contra opinionem gloſ.iudicare quotidiè, vt dicit Abb.in c. capellanus.de fer.& refert Caſſadorus in deciſio.j.nu.3. in tit.de vſur.& iſta omnia moraliter,& pulchrè referebat Raynaldus Rodulphus præceptor meus legendo publicè Peruſij d.l.j.ff. ſi cert. petat.ideò non eſt ſimpliciter credendum opinionem gloſ.eſſe commun. ſed vbicunque opinioni gloſſæ accedunt tres Doct.tunc dicitur cõmu. & eſt communis realiter,& cum effectu,vt dicit Gratus,cõſi. lxxv.vol. ij.& refert Franciſcus Coſſius in d.c.j.de conſt.nu.16. Quapropter ſit tibi cordi ſemper tenere in iudicando, & conſulendo communem opinionem,quia iudicare contra cõmunem eſſet contra ſtimulum calcitrare,vt per Crauet.conſi.xix.nu.2.nec te decipiat Zaſius in ij. libro reſponſorum,ca.j.vbi temerè deducit, & probare conatur, quòd opiniones communes plerunque falſæ reperiuntur,quia Iudices,(vt ſuprà docuimus)vt primùm vident comm.opin.non ab ea latum poſſint diſcedere,ex quo paria ſunt contra legem,vel communem opinionem Doctorum iudicare,& vtroque caſu cenſetur ſententia ipſo iure nulla, vt notat Bartol. in dicta l.cùm prolatis. & ibi Modern. & Ripa in l. dies.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect.& Franciſcus Coſſius in dicto capitul.j.de conſtitutio.num.17.quamuis ibi Felyn. videatur tenere contrarium, dum voluit quòd ſententia contra communem opinionem Doctorum lata quaſi ob expreſſum iuris errorem non ſit nulla,& allegat hoc tenuiſſe Ang.poſt Imol.& Docto.in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verb.oblig. Idem.

Iudex ordinarius regulariter de iure Ciuili non poteſt eſſe arbiter, text.eſt in l.Prætor.ff.de tutor.& curato.datis ab his,& in l. ſed & ſi ſi ſ.tuum.§.ſi quis Iudex.ff.de arbitr.vbi hoc tenuerunt conſtanter Bartol. Bald.Alberic.& alij communiter,gloſſ.& Alexand.in l.j.§.& poſt operis.in j.not.ff.de noui oper.nuntia.Hoſtien. in Summa de arbitr. in §. ſecundum verſ.ſed nunquid Azo.in ſumma.eod.tit.Lanfran. in tracta. de arbitris.in §.hactenus.verſi.iij.Bapti. de S.Blaſio in tractat. de arbitris.q.xxv.& Iaſon.in authent.ſi verò.C.de iudi. & iſtam eſſe ſcribunt communem opinionem Lanfranc. in loco præcitato. & Dec. & in l. & ſi prætor.iij.notab.ff.de officio eius.Iſta verò communis (aduerte) procedit de iure Ciuili,ſed de iure Pontificio reperitur ſancitum,ac diſpoſitum contrarium,quo quidem Canonico Iudex ordinarius poteſt eſſe arbiter.cap.cùm tempore.de arbitr.& melior text.in cap. ex parte. eodem titul.& hoc firmant Innoc.in cap.innotuit.& in ca.expoſita.de arbit.glo.in c.à Iudicibus.ij.q.vj.gloſſ.Geminia. & Præpoſi.in §. ſed ſi quis Iudex.iij.q.vij.Alex.in d.§.& poſt operis. iij.not. Imol. Butriga. Cardinal.Hẽricus Boic.in d.c.cum tempore,vbi Abb.Imol. ſimul cum Cardin. dicunt iſtam eſſe communem opinionem, & hoc idem tenet Bart.& alij in d.§.ſi quis Iudex,& omnes Canoniſtæ in d.ca.expoſita. Iſtas verò opiniones ferè omnes Docto.præallegati dicunt ſeruandas eſſe quamlibet in foro ſuo, cùm in iis non verſetur peccati cauſa, & vtraque ſeruari poteſt ſecũdum adſertionem omnium ſcriben.vtriuſque Cenſuræ,& per notata in capit.j.de noui oper.nuntiat.Sed prima opinio Cæſarea interpretatur primùm,quòd licèt non poſſit fieri compromiſſum in iudicem ordinarium, tamen poteſt committi cauſa tanquàm in arbitratorem,& amicabilem compoſitorem, vt dicit Saly. in l.ſi quis ex conſenſu.C.de Epiſc.audien.& ibi Odofre.Cyn.& Bart. & Bald.ac omnes communiter poſt glo.in d.§.ſi quis Iudex.licet contrarium ſentiant & malè Iacob.de Raua.Petr.& Cyn.vt refert Sal. vbi ſ. Secundò etiam claudicat dicta communis.de iure Ciuili in Principe, in quem poteſt compromitti ſimiliter, vt in arbitrum, & quod plus eſt,partes compellere, vt in eum compromittant etiam tanquam in arbitratorem,vt in capit.cùm inter.de electio.notat Cato in Rubr. ff. de arbitr.Io.And.in cap.venerabilem.de electioni.Alex.in d.§.& poſt operis.nu.7.Imò Iudex quoque poteſt compellere partes litigantes ad compromittẽdum,ſtante diuturna,& intricata lite, & ambiguis probationibus,vt in terminis tenet Paul.de Caſt. in l.quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum petat. Abb.in c.fi.extrà de maiori.& obedien. in iiij. not.in cap.cùm pridem.de pact.& Dec.conſi.cxxv.cum aliis, quæ latè congerit Fely.in Rubr.de treug.& pace.& Dec.conſi. cccexlv. Idem.

Iudex interponens decretum ſuper alienatione rerum minoris,vel eccleſiæ, at aſſerens ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, non videtur credendum tali adſertioni, ſecundum Paul.de Caſtr. conſilio xxxviij.vol.ii.vbi hoc probat per l.ſi fortè. ff. de Caſtren.pecu.& l.ſi donatione.C.de collat.vbi latè Modern.& hoc dictum Paul. Caſtren. ſequitur Deci.conſil.cccccclvj.Marſyl.in ſingula.cccxcix. Rebuf.ſuper concor.in tit.de concluſione Lateranen.conci. & ſequi videtur etiam Iaſo.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic.Proconſu. ad idem facit quòd ſcribit Iaſ.in l.admonendi.ff. de iureiurand. vbi dicit, quòd non creditur Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuũ,cauſa cognita,cum ſine cauſæ cognitione deferre non poſſit, ad idem facit dictum Bart.in l.omnem.C.ad Tertul. vbi ait,quòd non ſtatur ſoli adſertioni Iudicis dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione, quod dictum pro notabili refert,& ſequitur Iaſ.conſil.cxlix.volu.ij.ad idem facit etiam,quòd notat Deci.in c.quæ eccleſiarum.de conſtit.vbi expreſſè fatetur,quòd non creditur Iudici ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt,in qua fundamentum ſuæ poteſtatis conſiſtit, alibi ſcribit Ang.conſi.cvij.in fi.quòd non creditur Iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum,& ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo ſequeſtratio fieri non poteſt, quem ſequitur Deci. conſil. ccclxvj. & præallegatum dictum Paul. Caſtren. ſequitur etiam Fely.in c.eccleſia S.Mariæ.de conſtit.Sed contra Paul.de Caſtren.in d. conſi.xxxviij.aſſerit eſſe com.opi.Soci.conſil.cxv.circa primam quæſt. in j.dubio.lib.j.& contra Paul.de Caſtren.tenet etiam Alex.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& Moder.in c.quoniam contra.de probatio.vbi ſimiliter mentionem faciunt de dicta communi. Idem Viuius.

Iudex tenetur ſecundum ea,quæ ex actis percipit, ſententiam proferre:non tamen ex eis,quæ particulari ſcientia percepit.Coua.reſolu. c.j.lib.j.nu.6.magis comm.dicit.ex gl.in l.j.de offi.ordin. B.Vill.

Iudex non debet impartiri officium ſuum niſi rogatus. Com.dicit Apoſtilla.ad Fely.in c.ex tenore.in fin.in ver.ad commodum partis.de reſcrip. P.Fichard.

Iudex, ſi incipit à præcepto executiuo, niſi ſit clauſula iuſtificatoria,actus eſt ipſo iure nullus.Iaſon.in l.ne quicquam. ff. de offic. Proconſul.nu.6.magis communem dicit. Villal.

Judicis præceptum in confeſſum vt ſoluat, interlocutoriam eſſe volunt communiter Doctores, vt dicit Moran. in ſpecu. part. vj. tit. de ſententia. nu. 38. ipſe tamen ibi diſtinguit in hunc modum, Quod Iudex aut proceſſit in forma iudicij. & tunc cenſeatur definitiua, aut non proceſſum eſt iudicialiter, & tunc non ſit definitiua. I. Fichar.

Iudex ponens aliquem ad torturam iniuſtè, punitur pœna capitis. Hippo. in pract. §. expedita. nu. 87. magis comm. dicit. Villal.

Judex ſi dedit licentiam intrandi in poſſeſſionem propria auctoritate, intelligitur, niſi habeat reſiſtentiam. Iaſ. in l. iuſtè poſſidet. nu. 13. de acquir. poſſeſ. communem dicit. Idem.

Iudicis ſententia inualida non excuſat à pœna ſtatuti ſimpliciter loquentis de intrante in rem alienam. Iaſ. ibi nu. 24. com. dicit. Idem.

Judicis decretum interpoſitum ex falſa cauſa, eſt nullum. Curtius Iuni. conſi. clxx. nu. 2. communem dicit. Idem.

Iudex ex mero officio excludit actorem actione carentem, & non impeditum: ſecùs tamen, ſi habeat actionem elidibilem, aut ope exceptionis. Balbus de præſcrip. par. j. q. viij. nu. 2. com. dicit. Idem.

Iudex præparantis, eſt Iudex iudi. ij præparati. Cur. Iuni. conſil. clij. nu. 9. communem dicit. Idem.

Iudex prorogatus ex promiſſione partium de conueniendo coram eo, cùm poſſit pars pœnitere: remanet tamen obligata ad intereſſe, & iſte iudex poterit de illo cognoſcere. Pan. in ca. j. de iud. num. 2. communem dicit. Idem.

Iudex, ſi non vult, non tenetur condemnare reum in expenſis factis ante litem conteſtatam, niſi petantur, factis tamen poſt litem conteſtatam, etſi non petantur, tenetur condemnare. Anto. de Tremo. in additio. ad Bonacur. in practic. excep. de recuſat. nu. 4. in verbo ratificare. communem dicit. Idem.

Nota iſtam communem ad intel. l. vj. titul. xiij. lib. iij. For. ll. & l. cclj. ſtili, & vide quæ habes infrà, in verbo reus. Idem.

Iudex ſecularis, ſi in cauſa incidat cauſa matrimonij: in materia facti, poteſt cognoſcere de illa. Coua. in epiſt. iiij. c. viij. § xj. nu. 3. ex Iaſ. in l. quoties. de iud. com. dicit: quam intellige niſi fuerit facta inhibitio per iudicem eccl. Ambr. de Vigna. in c. ſalubriter de vſuris. nu. 125.

Amplia iſtam communem ad quamcunque cauſam ſpiritualem, dummodo liquere poſſit ſummariè, & de plano, ſine diſcuſſione, Naua. in c. cùm contingat, de reſcrip. in j. remedio literaliter. com. dicit ex Decio, in c. j. de iud. Idem.

*ADDITIO.* Ratio quare Iudex lacius cognoſcit de cauſa matrimonij eſſe poterit, quia tunc ſortitur priuilegium cauſæ principalis inteatatæ coram eo, quo ad forum, vt in ſimili de dote quæ ſi principaliter & de per ſe petatur, peti debet coram iudice ſeculari, ſi autem acceſſoriè ad matrimonium, peti debet coram eccleſia vt communiter Moder. excepto Dec. & ſeq. tenent in auth. quod locum. C. de colla. & M. Ant. Bara. in tract. de tempor. vti. & contin. in c. xv. nu. fin.

Iudex ſecularis non poteſt aſſignare tempus ad perſequendum cauſam exceptionis propoſitæ coram eo, de qua per iudicem eccleſiaſticum debet cognoſci. Nec valet ſtatutum ſuper hoc, Iaſo. in l. pro tribunali. nu. 17. ff. de re iud. communem dicit. Villal.

Judex ſecularis in crimine merè eccleſiaſtico, dum iudex eccleſiaſticus petit impartiri ſuum auxilium: non poteſt ſe intromittere in proceſſu, ſed ſolum exequi mandatum, ſecundum Canoniſtas, ſecùs tamen ſecundum legiſtas. Alcia. in c. perniciosam. de offic. ordina. nu. 100. Iaſ. in l. magiſtratibus. nu. 10. ff. de iuriſdict. omn. iud. cõ. dicit. Idẽ.

Nota quod l. ij. tit. xvj. par. vij. pragma. vij. videtur approbare opin. Canoniſtarum abſque limitatione, dum præcipit quòd cõdemnati per inquiſitores hæreticæ prauitatis, vel per Epiſcopum de hæreſi puniantur pœnis in d. l. contentis. Et nota iſtam communem ad intel. l. v. j. tit. iij. lib. j. ord. & l. xxvj. tit. j. libr. iij. vbi diſponitur quòd iudex eccleſiaſticus pro captura laici, vel bonorum ſecularium inuocet auxilium iudicis ſecularis, de quo auxilio præſtando circa iſtam l. vide Ioan. Lupum in Rubr. C. de dona. §. xlviij. nu. 17. & Petrum Bellugam in ſpeculo principum. Rubr. xj. §. tractandum, & Petr. de Anca, in ca. quæ. de regulis iur. lib. vj. in xj. q. princip. Et ſi laicus in præſtando auxilium excedit, appellabitur ad iudicem ſuperiorem laici: ſi præſtat auxilium iuris, ſi verò ſolum præſtat auxilium facti: appellabitur ad ſuperiorem judicis inuocantis auxilium, vt per Bar. in l. à diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iud. de quo meminit Aufrerius in Deciſ. Thol. q. ccccxj. quẽ vide.

Fallit, niſi pro condemnato eſſet aliqua præſumptio: vt appellatio, vel ſimilia: quia tunc non debet exequi mandatum eccleſiaſticum. Alcia. ibi nu. 112. communem dicit. Idem.

Judex ordinarius de iure ciuili recuſari non poteſt. Communem & veram ſententiam dicit Iaſ. in lege apertiſſimi. nu. 4. C. de iud. ſecùs eſt de iure Canonico, vt ibidem latius. nu. 5. I. Fich.

Iudex ſecularis non prætendit aliquam iuriſdictionem ob id, quòd iudex eccleſiaſticus petit ſibi impartiri auxilium brachij ſecularis. Alcia. in c. perniciosam. de offi. ord. nu. 17. com. dicit. B. Villal.

Nota iſtam communem ad intell. l. vltim. in curiis toletanis de anno 1525. & l. vij. tit. xiij. lib. j. ord. & l. iiij. tit. j. lib. iij. ordi. in quibus diſponitur, quòd iudex eccleſiaſticus licet cognoſcat de aliquibus caſibus inter laicos: tamen facit executionem tam in bonis, quàm in perſonis laicorum: ſed per inuocationem auxilij iudex ſecularis mandabit executioni, de qua l. vide Doct. de Pala. Rube. in repet. c. per veſtras. de dona. inter virum & vxorem. à co. cxcij. vſque ad ccxiiij. Vnum tamen nota, iuxta illã l. quòd ſi iudex laicus in iſtis caſibus excedit in executione: appellabitur ad iudicem ſuperiorem ipſius iudicis laici, non ad eccleſiaſticum, vt eleganter dicit Aufreri. in additio. ad deci. Cap. Toloſ. quæſt. ccccxj. Idem.

Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto per iudicem ſecularem. Fel. in c. at ſi clerici. de iud. com. dicit. Idem.

Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere iudicem ſecularem, vt præſtet ſibi auxilium per excommunicationem: laicus tamen clericum non compellit ad præſtandum. Alc. in c. perniciosam. de offi. ord. nu. 7. & 8. com. dicit. Et de inuocatione iſtius brachij, in hoc regno vide Io. Lupum in repetitio. tit. C. de donatio. inter virum & vxorem. Idem.

Iudici vel teſti dicenti in articulo mortis protuliſſe iniquam ſententiam, vel falſum teſtimonium, non creditur. Alc. in præſum. re. iij. præſum. iiij. nu. 7. communem dicit. Idem.

Fallit primò, in ſuum præiudicium, & Marcus Ant. in tract. de iud. nu. 393. communem dicit.

Fallit ſecundò, niſi aliàs per idoneos teſtes, vel inſtrumentum probaretur ex falſis teſtibus ſententiam prolatam: per l. xiij. tit. viij. & l. ij. For. ll. & vſque ad quod tempus poteſt peti: vt ſententia reformetur prætextu falſorum teſtium: vide Henr. in c. licet, diſtin. ij. nu. 3. de probat. vbi diſtinguit, & facit plura membra. Idem.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt exequi in bonis laicorum ſententiam ſuam, ſed debet inuocare brachium iudicis ſecularis. Feli. in cap. ſignificaſti. de offi. deleg. nu. 4. com. dicit. Idem.

Nota iſtam communem ad corroborationem l. vij. tit. iij. lib. j. or. & ratio vera iſtius communis, & legis, eſt quia Epiſcopus non habet territorium, vt tenet Oldra. conſi. xviij. & vide quæ habes infrà in verſic. præſcriptio. nu. 244. & per hanc rationem iuſtificatur opinio Pan. in d. c. ſignificaſti: vbi concludit quòd Epiſcopus non habens iuriſdictionem temporalem, non poteſt habere officiales armatos. licet Deci. ibi teneat contrarium: & Barb. de præſtan. card. in v. par. ij. par. nu. 18. vbi vide quibus licitus eſt vſus armorum. Idem.

Iudex ſi non vidit probationes rei, hoc ſufficit ad caſſari faciendum ſententiam pro actore latam. l. ho: autem. poſt principium, ibi liqueréque prætori. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. l. properandum. §. Et ſi quidem ibi negotij acta, &c. C. de iud. firmat Alex. atteſtatus communem hanc ſententiam, conſi. li j. quæritur. in fi. lib. j. F. Turzan.

Si vnus ex tribus Iudicibus delegatis appellationi detulerit, licet alij non detulerint, cauſa tamẽ ad ſedem apoſtolicam deuoluitur, ídque fieri dicitur ob ſedis ipſius reuerentiam, & hoc ex dominorum ſacri apoſtolici cauſarum palatij ſentẽtia, de qua Rota deciſio. ccxxij. Incip. nota quòd ſi vnus. de appell. in antiq. arg. c. ſi duobus. de appel. & c. ſi à ſede. de præbend. in vj. Communis tamen Docto. ſententia eſt in contrarium vt tenuit Bal. in authen. hodie. ver. ſed, quid ſi appellauit. C. de appellatio. Peruſi. in c. fi. q. vij. de conſt. Ang. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſo. ma. Card. in cle. j. q. xxvj. & ibi Imol. de appell. & facit tex. in d. le. j. ib. coram ipſis, vel maiori parte ipſorum, & latè Doc. in c. cũ appellationibus. § j. ver. ſed quid ſi erant. de app. in vj. F. T.

Iudex poſtquam in cauſa pronuntiauit, & ſententiam pro perfecta habuit, vtpotè, quia per verbum condemno, vel abſoluo, aut æquipollens pronuntiauit: quo caſu dicitur habuiſſe ſenten. pro perfecta, vt no. gl. & ibi Bar. in l. actorum. & in l. poſtquàm. Iudex. de re iud. in l. mortis. § iſtæ ferè. ff. de pœ. & in l. j. in prin. ad Turpil. illam amplius corrigere, neque emendare poteſt, quia, ſtatim ſententia recitata, deſiit eſſe Iudex, præterquàm in acceſſoriis, ex doct. Guli. de Cu. in l. quia arb. ff. de arbitr. Secùs ſi pro perfecta eam nondum habuit arg. text. in l. contractus. C. de fide inſtr. & no. per gl. in d. l. actorum: vbi Paul. Caſt. & in d. l. Iudex poſtquàm, vbi etiam Bar. de re iud. Nec ad ſolam ſententiæ perfectionem ſolùm illa verba, videlicet, lata, data, &c. ſufficiunt, ſed dicta verba condemno, vel abſoluo requiruntur, ſec. gl. quam Alex. in conſi. cxviij. omnis. nu. 12. lib. iij. allegat & dicit eſſe com. approbatam in c. fi. in verſi. illuſerunt. de re iud. in vj. quæ tamẽ eſt in verſ. ſen. F. Tur.

Si Iudex in ſententia refert ſe expreſsè ad acta, & ex illis apparet de errore ipſius Iudicis, vitiatur ſenten. & eſt nulla, Quia quemadmodum error expreſſus in ſenten. illam vitiat, & nullã ipſo iure reddit. l. ſi expreſſim. ff. de appell. l. ij. C. quãdo prouocare non eſt neceſ. c. j. de re iud. ita quando error deprænhenditur ex actis, ad quæ fit relatio cum hæc parificẽtur. arg. tex. in l. ait prætor. §. j. ff. de re iud. & l. pe. C. de ſent. quæ ſine cer. quãt. & l. inſtitutio talis. ff. de cond. inſtit. firmat Bart. in l. vnic. C. de error. calc. Abb. in c. quoniã contra. de proba. háncque veram & magis com. conclu. teſtatur Alex. conſi. cxxiij. diſcuſſis. nu. 4. lib. j. Inno. tamen in c. in præſentia de renũ. diſtinguit, ꝙ aut Iudex expreſsè ſe refert ad acta, in quibus error depræhẽditur, & tũc vera eſt cõ. aut nõ expreſsè ſe retulit ad illa, & tũc ſecùs, quia fortaſſis. Iudex ex alio fuit motus, quod non apparet ex actis, háncque diſtinctionem ſequitur Abb. in c. inter cætera. de re iud. F. Turzan.

Indicium firmari,& iuriſdictionē perpetuari per primam etiam vnicam citationem firmat gloſſ.in verb.citationes.in Clem.j. de re iudi.& in Clem ij.in ver.citatio.vt lite penden.& ibi quòd ſufficit quo ad perpetuandam iuriſdictionem emanaſſe, licet non fuerit exequuta, ſecùs tamen quo ad inducendam litis pendentiam,quia quo ad hoc requiritur quòd ſit exequuta.d.clem,ij.adde quòd ſolùm ſufficiat decretum,& emanatio citationis reſpectu actoris,quo ad inducendum litis pend.in tantum,vt ſi aliquid attentet ipſe actor poſt decretum citationis , ante illius executionem veniat per viam attentatorum reuocan. Rota,in antiqui.deciſion.ccxxvij.& in nouel.deciſ.lxxv.& vltra glo. prædict.in Clem.prꝛallegatis habes aliam glo.in cap.propoſuiſti.de foro compet. & ibi licet Petr. contrarium teneat Abb. tamen gloſſ. ſequitur dicens modernos iſtam communiter tenere. F.Turz.

In ordinatoriis iudicij attenditur locus iudicij:in deciſoriis verò attenditur cōſuetudo loci litigantium. Eſt communis opinio ſecundum Alex.conſi.ccxvij.verſi.ſed ſi quæratur.volum.vij. M.Gribal.

Cauſſa dotis vel matrimonij ad ſeparationem thori,ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum,& non ad ſecularem.veluti ſi agatur de lucráda vel amittenda dote,propter matrimoniū violatū,ſiue adulteriū.Eſt comm. opin.ſecun.Dec.in conſil.ccxij.in cauſa.in princ.vol.ij. Idem Grib.

P R O. Iudex viri boni officio fungitur.l.continuus.§.j.ff.de verb. oblig.l.ceteræ.§.j.ff.fam. erciſc, Bell.

P R O. Iudex debet iudicare ſecundum leges & conſuetudines, non ſecundum exempla.in l.nemo.C.de ſenten.& interlo.omnium iud. l.rem non nouam.C.de iudi.in §.omnis autem iudex.in auth.de iud.§. j.inſtit,de offic,iudi. Bellon.

P R O. Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata.l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præſi.

O B I E C. Contrà.imò ſecundum conſcientiam ſuam, & æquitatem.l.quod ſi epheſi in fin.ff.de eo quod certo loco.l.placuit.C.de iud. l.ſi irruptione.in fin.ff.fini.regun.

S O L. Contraria procedunt,quando aliquis, vt iudex habet conſcientiam & ęquitatem.quo caſu de facto ſibi cognito per probationes factas iudicare debet,non autem habet conſcientiam,& æquitatem,vt priuatus,& quando habet vt priuatus:ius non debet dicere:quia de facto ſibi cognito tanquam priuato iudicare non debet.ita gloſ.in l.ij.in fin.de fer.& in §.ſit tibi.in auth.de mand.princ. Bellon,

P R O. Iudex non debet declinare,neque ad dextram,neque ad ſiniſtram.gloſſ.in l.vbi.C.ad leg.Corn.de fal. Idem.

P R O. Iudex ad non petita officium ſuum impertire non debet. in l.iiij.hoc autem iudicium.ff.de damn.infecto.

P R O.Iudex maleficiorum non poteſt cognoſcere de cauſa ciuili.l. ſolemus.§.latrumculator ff.de iud. Idem.

P R O.Iudex plena prius diſcuſſione cauſæ adhibita,cauſam determinare debet.l.iudices.C.de iudican.ca.iudicantem.xxx.q.v. Idem.

P R O.Iudex poſtquam iudicauit,functus eſt officio ſuo:ideo ſententiam ſuam,ſiue iuſtam,ſiue iniuſtam corrigere non poteſt,nec amplius de cauſa cognoſcere l.iudex. & l.Paulus. ff.de re iud. l. diui. ff. de pœn.cap.in literis.& cap.venerabilis.extra de offic.delegat.ſi compromiſſarius:de elect.in vj.

O B I E C. Contrà de l.quod iuſsit.ff.de re iud.vbi quod prætor iuſſit vetuítve contrario imperio tollere poteſt.

S O.Ibi in ſententia interlocutoria,ſecùs in definitiua,vt ibi dicitur.

O B I E C. Item contra de l.ſi præſes.C.quomo.& quand.iud.vbi idem iudex de cauſa iterum cognoſcit.

S O L. Ibi in ſententia nulla ipſo iure, & ita ille idem cognoſcit, ſi eſt ordinarius,ſecùs,ſi delegatus:hic in ſententia lata contra ius litigatoris,non conſtitutionis.

O B I E C. Sed contrà de l.ſi vt proponis.C.eod.tit.

S O L. Ibi in delegato ordinario,ſec.Bar.ibi. Bellon.

P R O. Iudex appellationis poteſt pro parte ſententiam infirmare, & pro parte confirmare:caſus eſt multum ſingu.in l.Carmelia pia,ff.de iure patr.in cap.Raynutius.vbi not.extrà de teſt.

P R O. Iudicis officium eſt latiſſimum.l.j.ff.de iuriſdict.omn.iudic. Latiſſimum autem eſt,quod omnia continet,quia vltra illud nihil reperitur.l.vbi autem non apparet.ibi,at cum optimum.ff.de verb.oblig. ergo quilibet iudex poterit omnia.

S O L, Contrà de l.ea quæ.ff.ad municip.vbi ea quæ ſunt mixti imperij ad magiſtratum municipalem non pertinent.& l.magiſtratibus.ff. de iuriſdic.omnium iudicum. vbi ad eundem magiſtratum non pertinet condemnare homines ad mortem.

S O L. Hîc loquimur de officio iudicis in genere,non iſtius,vel illius:& hoc modo ſumendo non continet omnia quæ poſſunt expediri, per quemcunque iudicem,de mundo, non quòd poſſit vnus quiſque omnia:ſed hęc appellatio officij iudicis cōtinet omnia quę poſſunt pertinere ad vnumquenque iudicē,cum ſit genus generaliſsimum. Idem.

PRO. Iudici fit iniuria , cum ad alterum itur. lege litigatores. ff. de arbit. Idem.

PRO,Iudicandi munus eſt publicum,& neceſſarium.l.quippe.ff.de iudic.l.munerum.§.iudicandi.ff.de mu.& hon.l.qua re.de iud.ff. Idem.

PRO. iudicium plurimorum firmius eſt.capit.prudentiam.extrà de offic.deleg. Idem.

P R O.Iudicium redditur in inuitum.l. inter ſtipulantem.§. j.ff.de verb.oblig. Bellonus.

P R O.Iudicium inter patrem & filium non conſiſtit.l.lis nulla.ff. de iud.hoc intellige verum de iure ciuili, ſecus de iure canonico. vt in can.quæritur.j.q.vij. Bellonus.

Iuramentum appoſitum donationi factæ filio à patre, facit vt donatio confirmetur.Communem dicit I.Clarus.Sent.§.donatio.q.viij.verſic.Sed quæro tu ſcis. P.Fichard.

Licet ſtatuto caueatur,quòd in aliquo caſu ſtetur Iuramento damni paſſi,vel iuramento alicuius tamen poterit contrarium probari. Eſt communis opinio ſecundū Iaſo.in l.ſi quando.C.vnde vi. M.Grib.

Iuramentum ſuppletiuū poſt concluſum in cauſa peti non poteſt Eſt communis opinio ſecundum Hypo.in l.maritus.verſi.teneas primam opinio.ff.de quæſt.Ratio quia iuramentum ſuppletiuum obtinet vim probationis:ergo poſt concluſionem cauſæ regulariter non admittitur probatio. Idem.

Iuramentum appoſitum ſuper contractu de iure inualido,illum validat,ſi poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari. Et licet iuramentū non tranſeat ad heredes iurantis,tamen quando contractum validat, operatur quòd virtus ipſius contractus per iuramentum validati,tranſeat ad heredem.Similiter quando iuramentum non apponitur ſuper actu inualido,ſed tendit ad obſeruantiam actus de ſe validi, qui tamē poterat aliquo remedio oppugnari,Nam tunc licet iuramentum ſit à iurante obſeruandum,tamen non firmat contractum neque nocet heredi.Eſt communis opinio ſecundum Cor.conſi.ij.circa primum ver, & inſuper licet in dicto §.volu.iij. Idem.

Iuramentum in litem non habet locum in actionibus contrariis.Eſt communis opinio ſecundum Alexandr.in conſilio ccxiiij. quando dolus.volumine vij. Idem.

Abſolutio à Iuramento concedi non poteſt illi qui contrauenit iuramento,prius,quam petierit abſolutionem. Eſt comm. opin.ſecund. Alex.conſi.xvij.vol.iij.Alb.Brun.conſi.xlvj.ver.ſecundo nō poteſt. Idē.

Propter Iuramentum minor excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum Eſt comm.opin.ſecund.Dec.in conſi.xxxj.volu.j. Idem.

In criminalibus non defertur iuramentum ſuppletiuum.Eſt communis opinio ſecundum Decium in conſilio xxxvij.in cauſa rigoroſæ. in fin.conſil.volum.j.

Fallit,niſi eſſet plus quam ſemiplenè probatum:quia tunc etiam in arduis & criminal.deferri poſſet iuramentum,ſecundum Deci.in ca. j. verſu.ſecunda concluſio glo.extrà de appel.Sed quod in criminalibus indiſtinctè tale iuramentum non deferatur, concludit Socyn.& dicit eſſe comm.in conſi.cxxxvj.vol.j.& in conſi.clv.præſtantiſs.vol.ij.Idem.

Iuramentum addit forum foro,& facit vt laicus virtute iuramenti poſſit conueniri,etiam coram iudice Eccleſiaſtico.Eſt communis opinio Legiſt.& Canon. ſecundum Iaſon. in conſi.ix.circa primum. verſi.circa ſecundum.vo lu.j.

Iuramentum de iure communi habet executionem paratam. Eſt magis comm.opin.ſecundum Iaſon. in conſilio.ix.circa primum. in princip.volumine primo & latius in conſilio eo.verſi.non obſtat vltimum motiuum. Idem.

Iuramentum & ſententia obligant quem præciſſe ad factum,vt non liberetur præſtando intereſſe.Eſt communis opinio ſecundum Iaſo.in conſi.ix.ver.iſtud idem deduco.vol.j. Idem.

Iuramentum de iure ciuili impedit moræ purgationem. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in conſil.ix. circa primum.vol.j.& ſecundum Alexand.in conſi.cxxxj.in cauſa.in princ.volu.iiij. Idem.

Iuramentum habet vim ſpecialis certiorationis,ideò excludit beneficium Velleiani in integrum reſtitutionis.Eſt magis communis opin. ſecundum Alexandrum in conſilio xxvij.viſo libello.verſic.quia iuramentum.volum.j.& in conſil.xlij.ſuper. eod.volum. Idem.

Statutum prohibens aliquem actum, ſiue in rem,ſiue in perſonam loquatur, non habet locum in actu iurato.Eſt magis communis opin. ſecund.Alexand.in conſi.xxvij.viſo libello.verſu non obſtat id quod vltimo. volum.j.& in conſil.lix.viſo inſtrumento.vol.j. Idem.

maior Iurans non contrauenire,non poteſt allegare ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij.Eſt communis opinio ſecundum Imo.in conſi.xiiij.in caſu præmiſſo. Idem.

Statutum non poteſt infringere vires Iuramenti,quoniam de re ſpirituali laicorum diſpoſitio non valet.Eſt communis opinio ſecundum Cornæum in conſi.quæſtio eſt.vol.ij. Idem.

Etiam in criminalibus vbi agitur de pœna pecuniaria.Iuramentum ſuppletiuum accuſatori defertur.Eſt magis comm.opin, ſecund. Alex. In conſil.lxvj.viſo proceſſu,volum.j. Idem.

A iuramento ſponte præſtito,& ſine fraude recipientis,abſolutio peti non poteſt.Crebrior opinio teſte Alexan.in conſi.lix.viſo.vol.j.Idem

Iuramentum de iure communi habet executionem paratam,& pręciſam inducit obligationem.Eſt vera & communis opin. ſecundum Iaſonē in conſi.ix.venerabilis.& conſi.lxxxv.p[illegible]ctus pręſentis.vol.j.Idē

Iuramentum conualidat donationẽ factam ſine ſolennitatibus, à iure vel ſtatuto requiſitis. Eſt vera & communis opinio ſecundum Iaſo.in conſil.lj.tota dubitatio,volum.j. Idem Gribald.

Iuramentum ſuper contractu ſimulato interpoſitum eſt nullum, vt voluit gloſſ. not.in l.emptor. C. plus vale. quòd agitur. Et hoc procedit, quando contractus dicitur ſimulatus de ſeipſo ad ſeipſum, veluti quando re vera nullus contractus celebratur, ſed contrahi fingitur, & iſta propriè,& verè dicitur ſimulatio quæ facit contractum nullo modo valere,de qua loquitur l.nuda.ff.de contrahen.empt.l.imaginaria.ff. de reg.iur.& d.l.emptor,& tunc iuramẽtum appoſitum ſuper tali contractu,ac ſimulatione non facit contractũ valere,neque iurantem obligat ad obſeruationem eius,quod agitur, nec in huiuſmodi caſu eſt petenda abſolutio ab iſto iuramento ſecundum Iaſ. in §. fuerat, numero 86.Inſtitu.de acti o.Marſyl.ſingu.cccxxvij. & Soci.conſi. lxviij. fruſtra, verſ.principaliter,quia conſenſus deficit,ex cuius defectu non valet.l. fin.C.de non nume.pecu.Et per iſtam rationem ita tenet Ruynus cõſil.cxxvj.nume.6.vol.j & ita poteſt intelligi gl.in d.l.emptor,quam Legiſtæ communtier ita declarant,vt ibi per Bal.Saly.Odofre.& Ange.& idem Ange.in l.j.C.de dote,ca.non nume. Alexan. in l.nemo poteſt.ff. de leg.j.& Grammati. deciſio.lxxvj.num.21.Et iſtam communem ſequitur citat,vberiúſque declarat Auguſt. Beroius in cap. ad noſtram, nume.12.& ſequen.de emption.& vendi.Ex quibus autem cognoſcatur contractum eſſe ſimulatum vltra allegata declarat Bart.in l.ſicut.§. ſuperuacuum.ff.ex quibus cauſis pignus vel Hypo.ſolui.& de contractu ſimulatio cum iuramento Iaſ.in l.ij.ff.de iureiuran.in fin. Sed vbicunque nota eſſet facta renunciatio exceptionis,fictionis,& ſimulationis in contractu vtrum valeat,reſponde breuiter quòd non valet aliquo pacto,ita determinat Bar in d.l.nemo poteſt,num.2.quem ſequuntur omnes Doctores communiter,vt referunt Alexan.Iaſ.& Ripa.ibi,cum qua communi ſentit etiam Anto.de But.in c. cum contingat, ext. de iureiuran.& Ioan.de Imo.ibi in vij.membro,Anchar.Domi. Cardina. & Ioan.de Imo.in d.c.ad noſtram,& Roma.in l.ſi quis cum aliter,ff.de verb.oblig.& hoc tanto magis procederet,quando quis renunciando ſimulationi,& fictioni iuraret, tunc enim iſta renuntiatio,vt ſuprà docuimus non nocet,nec valet ſecundum communem opinionem omnium Doct.in d. l.nemo poteſt,quam citat inibi Ripa.& alij. Modern. quando verò iuramentum ipſum non eſſet in contractu appoſitum ſimpliciter,ſed iurarent partes omnia,& ſingula prædicta eſſe vera,& in nullo contrafacere,vel contrauenire in hoc caſu renuntiatio valeret per dictam clauſulam prægnantẽ,& iſta eſt communis opinio teſte Alexan.& Iaſ.in j.lectu.in d.l.nemo poteſt,Marſyl.ſing.cccxvij.Iaſ. in d.§.fuerat,nu.82.& ſeq.Cremen.nota.clij.& Curti. Iuni. conſ. 100. nu.5.& prædictis occurrit quòd dicta ſimulatio contractus poteſt per literas probari ſecundum communem opinionem omnium ſcriben. cui inhæret Boerius eam audacter atteſtando conſi.xij.nu.9.licet Cyn. & malè in l.j.C.plus valere quod agitur,& in l.optimam. in iij.oppoſi. C.de contrahend.& committ.ſtipul.& Anchara.conſilio cxvij. aſſeuerent contrarium,vt ipſe Boer.refert. F.Viuius.

Iuramentum non dicitur propriè probatio,& per iuramentum quis non dicitur probare,ſed ab onere probandi releuari, ſecundum Ioan. Andr.Abb.& alios relatos per Deci.in rub.nu. 2.ext. de probatio.& iſtorum opinionem ponunt eſſe communem Gomeſius in §. item ſi quis poſtulant ,nu.4.Inſtitu.de actio.Marſyl.in repet .rubr.C.de probatio.Auguſti.Beroius in rubr.de probatio.nume.76.cum aliis ſeq.ex. Alexan.in l.Imperator.ff.de lega.j.& Capicius in deciſio.xcj.in contrariam verò partem inclinauit glo.in c.Statum.§.cùm verò.in verſ.proprio de reſcriptis, libro ſexto.quem ſequitur ibi Dominicus,idémque tenet gloſſ.in l.in contractibus,§.illo,in verbo,offerri,C.de non numerata pecu.Bald.in authen.non licet nouo,C.ſi certum peta.Ang.in l.nõ erit §.dato.ff.de iureiuran.& Deci.in d.rubr.de probatio. & iſtam ſententiam præcitati Doct.videntur probare per multa iura, rationes & argumenta,quibus omnibus quã optim. reſpondet Beroius in d.rub. de probatio.numer.76.& ſequen.Tenendo igitur primam partem tãquam tutiorem dic eam eſſe magis communem,& in iudicando,& cõſulendo ſequendam fore,vt atteſtatur Franciſcus de Accoltis Areti.in capi.ij.in xij.nota.de proba.quæ quidem communis limitatur non procedere in caſibus,quibus de iure communi,vel ex forma Statutorum iuramentum habetur pro plena probatione,tunc enim in illis caſibus appellatione probationis venit iuramentum, vnde ſi Statutum velit credi iuramento damnum paſſi,profectò ſtatutum hoc loquens de probatione damni dati,vel de damno probato habe et locum,& procederet contra damnum dantem in probatione damni,qua fieret per iuramentum,ſecundum Deci.in d.rub.de probatio.extr. & Areti.in d.ca. ij.& dato,quòd Satutum ipſum faceret pleniſſimam probationem,nihilominus admitteret probationem in contrarium, ſecundum Rom. in l.qui bona.§.quidam.ff.de damno infecto,& dictum hoc Roma.Sequitur,& refert Ruynus cõſil.lxxxvij.nu.12.vol.iij. & alia ad materiam iſtam concernentia latè ſcripſimus infrà in verſ.Statutum diſponens quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,&c. Idem.

Iuramento neceſſario non ſtatur,nec iuramentum hoc in supplementum probationis poteſt deferri vbicunque Statutum, ſeu Lex requirit manifeſtiſſimas probationes,qua probatio tunc facienda eſt per plures teſtes idoneos,vel per confeſſionem aduerſarij,vel per inſtrumẽta,vt eſt per gloſſ.not.in l.final.in princip.ff.quòd met.cauſa, quam ſequuntur communiter Doct.in capit.pia.de except.libr.vj. Auguſtinus Beroius in capitul.cùm ſit Rom.num.10.de appellat.Soci.conſi.cxxxvj. volum.j.Ripa.in l.final.numero 189. vbi audacter aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem.nec ſufficerent in caſu iſto præſumptiones à iure approbatæ,quæ alias habentur pro idoneis,& legitimis probationibus,quia vbi per modum conditionis probatio nominatur vera, & concludens probatio requiritur,& iuramentum,& probatio præſumpta nullo modo admittuntur.l.Lucius,vbi Dyn.& Bartol.per illũ text. ff.de cond.& demonſtrat.& Bar.in l.ait prætor.§.ſi Iudex,in fin.ff.de re iudi.Bal.in l.ex ſententia,circa fin.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.& in c.quo ad conſultationem,de re iudi.Roma.in rub.de arbi.Bal. & Saly. l.pen.C.de rebus credi.Iaſ.in l.admonendi.numero.112. vbi Moder. ff. de iureiur.& iſta eſt communis opinio,vt ſuprà deduximus,& atteſtatur expreſſè Dec.in d.rub.ext.de probatio.verſ.iij.ſi fiat mentio,& ver. retenta prædicta.Sed communis iſta coarctatur non procedere in caſibus,in quibus,veræ,& concludentes probationes haberi non poſſunt, vt puta ſi tibi conſtiterit,vel ſi probauerit Titium fuiſſe filium Sempronij,vel ſi probetur Bertham adulterium commiſiſſe,tunc ſufficiunt quippe præſumptiuæ probationes, & non procederet communis iſta opinio, ita inquit Deci.in d.rub.ext.de probatio.verſi.ſi tamen per text. in cap.Michael.& in cap.ex tua.de filiis presbyt.vbi gloſſ.& Doct.& ita iſtam communem limitat,& declarat Felin.in d.rubr. de probat.numero tertiò.& ſequitur Cotta in libro memorialium,in verb. lex.quæ loquitur conditionaliter. Viuius.

Iuramentum iudiciale eſt illud,quod in iudicio à parte defertur parti iudice approbante,vt dicit glo.in l.prima. ff.de iureiu.& in c.fin.eod. titu.& hoc non dicitur propriè probatio,ſeu probationem propriè facere,ſed habere vim rei iudicatæ,tranſactionis, ac litis finitæ,vt in l. ij. ff.de iur.imò in aliquibus caſibus maiorem vim habere dicitur quia hic adeſt religio iuramenti,& affirmatio iurantis,quæ aliqualem præſumptionem,& fidem facit.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita. item calor iudicij,conſenſus aduerſarij,tacita confeſſio deferentis, qui cenſetur confiteri omnia,quæ iurans iuraret ſecundum not. per Bart. in l.ait prætor.in princi.& in l.nam poſte .ff.de iure.& hæc omnia ſimul iuncta dicuntur facere iuramentum iudiciale habere magnã vim, & ferè maiorem,quàm res iudicata, quod eſt notandum pro his, quæ habentur per glo.Bart.& alios in l.ſecunda.ff.de iureiu.& quamuis iuramentum in aliquibus vim rei iudicatæ excedat,tamen in multis è cõtra ſententia virtutem iuramenti,excedit,vt habetur plenè per gloſſ.& Bart.in d.l.ij qui etiam dicit iuramentum habere executionem paratam ſicut res iudicata, per l.poſt rem iudicatam.ff.de re iudi.& ideò iuramentum appoſitum in aliquo contractu habebit(vt ipſe arbitratur) executionem paratam,licet de iure communi inſtrumẽtum publicum nõ habeat executionem paratam. l.minor vigintiquinque annis,cui fideicommiſſum.ff.de minoribus. & ibi ait ſe mirari quòd cautelam iſtã conſuetudo non adinuenerit,hoc idem tenet,& ſequitur, Iaſ.in d.l. ij. nu.9.& l.nulli nu.8.C.de iudi.vbi audacter aſſerit iſtam eſſe communẽ opinionem,& Alex.in d.l.ij.Bart.in rub.ext.de iureiu.Pau.de Caſt.in l. nam & poſtea.§.ſi petiero.ff.de iureiur.& in l.poſt rẽ.ff.de re iudi. Matheſi.in not.xx.Marſyl.in ſingu.ccclvj.iuramentum,Iaſ.in §.item ſiquis nu.87.Inſt.de actio.& Cur.in repe.legis admonendi.nu.47.ff.de iur.V.

Promittens ſoluere certam quantitatem cum iuramento, compenſando poſteà cum ſuo creditore non videtur liberatus à periurio, text. eſt apertus & clarus in c.ad noſtram.ext.de iureiu.in prin.& ibi omnes Cano.tenent Abb. etiam in c.dilectus. de ordi.cogni.& Benedi.de Plũ. in l.ſi peculium.§.quod ſi hæredi.ff.de ſtatu liber.quia in iuramento ipſo debet ſeruari in forma ſpecifica, & ſic compellit præciſè ad factum ita quod non euaditur periurium ſoluendo intereſſe gloſſ.eſt in l.ſi pecuniam.in verbo.neceſſe habeas.ff.de condi.ob cauſam & ita tenet,Iaſ. in §.in bonæ fidei inſtitu.de action.Alex.in addi.ad Barto.in l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi, & conſil.xcj.vol.ij.Alber.Brunus, conſi. xvij.nu.28.vol.& conſi.xx.nume.13.eod.vol.Doct.in d.l.ſi pecuniam. quinquageſimotrigeſimonono uumero quarto Marcus Mantua conſi. in princ.cum concordantibus ibi latè adductis,& per Panor.poſt Inno Ant.de But.& alios in c.veniens.de iureiu.In contrariam verò ſententiam inclinauerunt Bar.Fulgo.& Angel.in d.l.amplius non peti. Abb. ſibi contrarius in d.c.ad noſtram,Faber in d.§.in bonæ fidei.& Alex.ſibi ipſi parum conſtans conſi.xij.lib.ij.& nouiſſimè Auguſti. Beroius.per pulcherrima fundamenta,& optimas rationes in c.j.nu.68.& ſeq.& nu. 78. de vſuris. & ita in facti contingentia per doctrinam Bartolus. & ſequacium fuit determinatum ſuperioribus annis in ſacro Regio Concilio Neapolitano, vt conſtat in deciſio. Capicij clxvij. & licet opinio hæc poſſit ſubſt neri per tam illuſtrium Doct. auctoritatem, nihilominus prima opinio contra Bartolum.& ſequaces videtur magis communis.vt atteſtantur, Felinus. in dicto capitulo ad noſtram num. 8.Iaſon in l.eum qui.§.ſi iurauero nu.5.ff.de iur.& in d.§.in bonæ fidei

Gozadi.conſil.xxxij.nu.15.& ſeq.& Afflict. in deciſio.ccclxxxj.nu.1.& ſeq.& ita conſuluit Boeri.conſi.xiiij.Retenta itaque communi opinione pro veriſſima,& canonica,dic limitaque eam procedere,quando ius compenſandi perueniſſet poſtquam promiſſum foret per iuramentum,& ſi ex poſt facto ſecundum Abba.& alios citatos per Tindarum in tract.de compenſat.verſ.attende.Soci.in l.Iulianus in fin.ff.de condit.& demonſtr.& Pariſi.conſilio cxxj.nu.40.vol.j.& iſtam diſtinctionem,ſeu limitationem ſequi videtur Capicius etiã in d.deciſio clxvij. Afflict.in d.deci.ccclxxxj.& Anton.Galle in trac.de formulis cameralis obligationis,ſuper for.came.oblig.q.ij.nu.6.cum aliis ſeq.

Iuramentum poteſt præſtari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum c.fin.de iuramen.calum.libr.vj.vbi Doct.& tunc iurare nõ tenetur nomine proprio,ſed pro domino,& per conſequens in animã conſtituentis,ſecundum Bart.& Alexand.in l.qui bona.§.ſi alieno.ff. de dam.infecto,in l.ad egregias,in prin.ff.de inreiu.& in l. vulgo. ff.de in litem iuran.& hoc non ab re determinatum fuiſſe arbitror,quia ſecundum Ioan.And.in d.cap.final. quando procurator habet ſpeciale mandatum in effectu ipſe dominus dicitur iurare.& his ſic breuiter præmiſſis,collige vnum, quòd etiam iuramentum fidelitatis poteſt præſtari pro abſente per procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad ſe præſentandum coram domino,& ab eo obtinendum inueſtituram,ſeu renouationem,& hoc præcipuè procedit,quando ille cui debet præſtari conſentit,vel quando debens præſtare impeditur aliqua cauſa ſecundum Roma.in repet.l.admonendi.ff. de iureiu. & in d.l.§.ſi alieno.in addi.nouiſſi.qui allegat tex.in c.vnico.§.verum etiam de iſta reg.lib.vj.& c.ſi tibi domino,lxiij.diſtin.& ibi tenet Archidia,& idem voluit Bald.in c.j.in titu.quo tempo.miles,& in c.j.§. nulla per quos fiat inueſti.in vſib.feud.Iaco.de S.Geor.in ſua inueſti.ver.qui quidem inueſti.præſti.& Maranta in tract.iudiciorum in vj.par.nu.30. & opinionem iſtam ait eſſe magis communem,Curt.in repeti,d.l.admonendi.nu.363 & hoc idem videtur ſentire Bur.in l.qui abſenti.ff.de donatio.vbi dicit quod quando conceditur abſenti inueſtitura, nuncius debet eſſe ſpecialiter deſtinatus.ſequitur.Afflict.in titu.quid ſit inueſti.in vſib.feu.& Fran.in c.ſi tibi abſenti de præben.lib.vj.& nota quod iuramentum hoc dicitur extraiudiciale,quod quippe tenetur vaſallus, ſeu procurator ipſius præſtare domino,ſeu ſit vaſallus feudarius ſeu burgenſis ſecundum Andre.de Iſer.in c.j.qualit.vaſa iura.debe.fide.in quo iuramento ſex neceſſario debent concurrere,primum ſcilicet,quod iuret ſeruare dominum,incolumen,tutum,vtilem, honeſtum, facilem,& denique præſtare auxilium,quæ ſex requiſita numerantur in cap. primo.de forma fideli.& ibi per Andre.de Iſer.& habetur abunde in deci.Rotæ Neapolitanæ.cclxv.& huiuſmodi iuramentum non non ſolũ tenetur præſtare vaſallus,verum etiam ipſius heredes poſt mortẽ ſuam Vnde aduerte quòd,mortuo vaſallo,heredes eius tenentur iurare fidelitatem domino inſolidum,licet poſſideant feudum pro parte,ſecundũ Angelum in l.ſecunda.§.ex his.ff.de verborum obligation. argumen. illius §.& ibi etiam Areti.vbi quærit quid contra an vnus vaſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus heredibus patroni, & concludit ſecundum communem opinionem quòd non tenetur niſi vni, & quòd erit in eius electione,cui iurabit per gloſſ.in cap. primo.§. omnes filij, ſi de feudo fuerit controuer.inter dominum & agna.& de dicta communi atteſtatur etiam Petrus Cor.in addi.ad Deci.in l.ea quæ in partes.ff.de reg.iuris.Sed aduertendum eſt,quòd quando tale iuramentũ præſtatur,tenetur iurans,excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis, quæ ſemper præſumitur excepta,videlicet,vt promittat dominum tueri & defendere aduerſus quaſcunque perſonas,præterquàm contra Regem cap.imperialem.§.fina.& ibi Andre.de Iſer.de prohibi.feud. aliena.per Federi.in dicta c.primo.de noua forma fideli.& tradit hoc poſt Spec.Bald.late in vſibus feudorum,numero 107. Barto.in l.cùm acutiſſimi.C.de fideicommiſ.& in tract.de præſtan.Cardina.prima quæſt. primæ partis.& Cotta.in lib.memorialium,in verbo,Imperator orbis Iam ad inſtitutum reuertendo limito præallegatam communem in teſte,qui quidem per procuratorem iurare non poteſt etiam habentem ſpeciale mandatum,ſecundum communem doctrinam Doct.quam ſequitur,& citat Panor.in cap.licet ex quadam. de teſti. In contrariam verò partem inclinauit Rota Rom.quam ſequitur Romanus in ſing. viij.quod iuramentum teſtis poſſit præſtari per procuratorem ſed non poſſe teſtis deponere dictum ſuum per procuratorem. Mouetur Rota ibi per nonnulla vrgentia fundamenta & rationes, quas reaſſumpſit. Curti.in dicta l.admonendi,numero 359.quaſi inhærendo denique vltimæ opinioni Rotæ Roma,interpretatur & limitatur ſimiliter dicta communis ex not.per Panor.in c.licet ex quadam.ſuprà citato,vbi infert generalem doctrinam per illum text. quòd quando à iure, ſeu ſpeciali ſtatuto requiritur pro forma proprium iuramentum tunc non ſufficit iurari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum,allegat nota.per gloſſam in capitulo vt circa.de electio.libr.vj,idem tenuit Gemin.poſt Archidia.in capitulo ſtatutum,§ cùm verò.de reſcriptis lib. ſexto.Bal.in rub.ff.de iureiur.& Archidia.in capitulo nulli.in ver. proprio iuramento.lib.vj. Idem.

Iurare in litẽ nemo cogendus eſt per iudicem quando vellet probare per teſtes.l.ſemper.§.in hoc interdicto, iuncta gloſſa.ibi in ver.iudicis ff.quod vi aut clam.verumtamen gloſ.in l.fin.ff.de in litem iurand. inclinauit in contrariam ſententiam,quæ communiter reprobatur ab omnibus Doct.teſte Alex.ibi in princ.& dato,quòd quis vellet potius iuramẽtum deferre,quàm aliter probare,etiam ſi probationem teſtium, vel inſtrumẽtorum propriam haberet, tunc ſecurè iurare poſſet ſecundum Doct.communiter in c.ſicut de probatio. quam ſequuntur Dec. & omnes Modern.ibi,ſed vbicunque aliquis nollet iuramentũ deferre, ſed potius onus probandi aſſumere, nec probet eo caſu Reus abſolui debet,nec cogitur iurare ex quo actor probare non potuit,nec ad iuramentum aliquo pacto redeundi habet facultatem. l. ſi quis iuſiurandum.in princ.C.de rebus credi.& deciſioni huic omnes ſcriben.communiter inhærent variis in locis,præſertímque Soc.conſ.xxxij,vol.ij.

Vaſilia,fardellum,ſeu capſa poſita apud hoſpitem,vel alium quemuis cuſtodem ſigillata,& clauſa,ſi forte redderetur diſſigillata eo caſu ſtandum eſſet contra ipſum hoſpitem Iuramento in litem ipſius deponentis ſuper quantitate,qualitate pretio,valore,& extimatione rerum,quæ in dicta valiſia dicerentur per deponentem extitiſſe,etiam ſi ipſe deponens res ipſas particulares non conſignauerit hoſpiti,nec aliquid dixerit quod in ea capſa eſſent aliquæ res, & quæ, & etiam quod res ipſæ per aliquem viſæ non fuerint,& ſimiliter ſi hoſpes ipſe eſſet bonæ conditionis,& famæ, quia debet nihilominus condemnari ad ſoluendum res ipſas,ac rerum quantitates,& extimationem,de quib. in ipſo iuramento deponentis fit mentio, ex quo hoſpes dicitur in dolo eo ipſo quòd apparet dictam valiſiam fuiſſe apertam etiam ſi non reperiatur, nec probetur hoſpitem valiſiam aperuiſſe & ignoretur quis aperuerit, ſeu ſit dubium, & dicitur hoſpes ipſe conueniri ex proprio eius dolo, qui quidem probatur eo ipſo,quòd appareat valiſia fuiſſe aperta,etiam quòd ignoretur quis fuerit ille,qui illam apperuit an hoſpes,vel quilibet alius,& ita tenent,& concludunt Innocent.Ant.de But.Anch.Abb. Imo.Henri.Boic.& alij.in c.fin.ext.de his quæ vi,metúſve cauſa fiunt. Bart.Bal.Ang.& Rom.in l. in actionibus.ff. de in lit.iuran. vbi Iaſo.nu. 39.& 41.& Franciſcus Duarenus,Curt.Bolognetus, nu.86.& Franciſc. de Accoltis,Aret.aſſeuerant iſtam eſſe commu.opinionem, Cor. etiam conſil.cccxviij.prouecturali.volu.iiij.Pariſi.conſil,xlvij.inficiari,per totum,volum.j.& nouiſſimè Ioan.Baptiſt. Plot.in repeti.l.ſi quando, nu. 391.C.vnde vi.poſt alios quamplures ibi relatos,congeſtóſque per eũ, ibi etiam iſtam communem limitat in vndecim caſibus,quos ibi à nu. 400.vſque ad nu.416.abundè poteris videre. Idem.

Iuramentum ſufficit præſtare ſuper quacunque ſcriptura,licet non ſacra de conſuetudine,quoniam iam diu communis inualuit ſtylus,& conſuetudo quòd iurare ſufficiat ſuper quacunque ſcriptura habito reſpectu ad ſacra Dei Euangelia, ſolet quippe dici per notarium. Titius iurauit ad ſancta Dei Euangelia manu tactis ſcripturis,opinio iurantis, & relatio iſta quam habet ad ſcripturam faciunt,quòd illa ſcriptura habeatur loco Euangeliorum,quantum ad firmandum iuramentum,nec iurans dicit iuro ſuper hæc Euangelia,Sed in genere dicit iuro ad ſancta Dei Euangelia,& huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt,ita voluere eleganter Bald.Sali.Cor.& Curt.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditio.Imo.in c.cùm contingat.de iureiur. Bald. & Afflict.in c.j.§.item ſacramenta.nu.20.de pace iuramen.firma.Gloſ.nota.in clem. j.§.porrò.in ver.tacta.ad fi.de hæret.& poſt eam Imo.Cardi. Bonifa.de Vitali.& cæteri communiter,Corſetus latè in addit.ad Abb.in rubr.de iureiur.in j.par.quæſt.iiij.circa fin.Ruinus,conſil.ciij.num,11,volu.iiij. Paul.Caſtr.& Alex.in l.iurari.ff.de iureiu. cum aliis concordantibus,de quibus ibi per eum.Sed iſta communis,& indubitata concluſio interpretatur non habere locum in caſibus in iure expreſſis, qui tactum ſacrorum Euangeliorum requirunt, vt latè declarat Ruynus in d. conſil, ciij.num.12.& Marquardus de Suſannis in tract.de Iudæis, & infidelibus,in ij.par,c.viij.num.15.& Marſyl.ſing,ccccxv.iuramentum eſt magnæ importantiæ:ſufficit alias loco Euangeliorum ſcripturas tangere ſecundum præcitatos Doctor.licèt cautela ſit,& rationabilis (vt inquit Bald.& Saly.in d.authen.ſacramenta puberum)in loco contractus adeſſe librum Euangeliorum,vel aliquam ſcripturam de verbo Euangelij tractantem ſuper quo,vel qua iuretur, meritò ſtandum eſt inueteratæ conſuetudini,de qua dict.Doctores paſſim atteſtantur,quòd quamlibet ſcripturam tangere ſufficiat. Idem.

Iuramentum debet habere tres comites,veritatem,iuſtitiam,& iudicium.Curt.iun.conſil, cxlj. num.9.communem dicit. B.Villal.

Iuramenta omnia quæ ſunt à iure introducta poſſunt per procuratorem ſpecialiter conſtitutum præſtari.Communem dicit Franciſc. Curt.in l.admonendi.num.363.ff.de iureiur.refert Phanu.in tracta. de iuram.in litem.num.20.in ij.par. I.Fich.

Iuramentum inducit obligationem.Io.de Selua.de iureiur,par.iij, conſil.ij,communem dicit,

Fallit,ſi ſit ſine cauſa:adde Felin.in cap.j. de pactis. communem dicit ſed hanc intellige de iure ciuili:quia iuramentum non veſtit pactũ nudum.Iaſ.in l.ſi quis maior,C.de tranſact,nu,23.communem dicit,& vide quæ habes in verbo,actio. B.Villal,

Iuramentum debet obſeruari in ſpecifica forma,& non ſufficit per æquipolien,

æquipollens, Iaſ.conſi.iiij.vol.iij.communem dicit. Idem.

Iuramenti abſolutio aliter concedi non debet niſi parte prius citata & audita. Communem dicit,& ſequitur.Couarru.lib.j.var.reſolut. c.iiij.nu.5.vbi refert Curt. Deci. & Seluam, hanc dicere communem. Prætereà Firmianus quoque in verb.Abſolutio à iuramento,&c. hanc ſimiliter dicit communem.

Contrariam verò opinionem magis eſſe communem teſtatur Mat. de affli. deciſ.ccxx.nu.10.& 11.vbi pro illa allegat Io. And.in add.ad Specu.Oldrad. Calder.Ant.de But.Io.de Imo,Pau.de Caſt.in conſiliis, Ant.de Pra.veteri inter.conſilia Alex Et ipſum quoque Alexand.conſi. ccxxj.volum.ij.& conſil.liij.vol.iij.Petr.Anchar.Lapum,Laurentium de Rodolph. Iaſ. Anto.de Alex.de Neapo.Marianum. Soci. Florianum de S.Petro,Ludo.Romanum.Bartholo.Cæpolam.Anto. Corſet.in ſuo Repert. ad Abb. in ver. Abſolutio, Ioannem Milis, in ſuo reperto. in ver.Iuramentum.Et denique Felin.in c.j.de iureiu,Qui tamen ibidem num.23.tenet potius priorem opinionem, quatuor tamen limitationibus adiectis.

Limitat autem idem Matth.in d.num.11,niſi fuiſſet Pontifici,in tali impetratione abſolutionis ſubreptum, quia tunc abſolutio non valeret,&c. Ioan.F.chard.

Iuramentum firmat contractum:ſi per ſtatutum prohibeatur,contrahere Iaſ.in authen.ſacramenta.nu.53. C.ſi aduer. ven.comm.dicit.

Per iſtam communem videtur euacuari l.vj.tit.j.lib.iij. ordi. de qua vide per Docto.de. Pala.rub.in repet.c.per veſtras.de dona,inter vir.& vxor.§.fina.num.30.propè finem repet.Sed dicta lex limitatur in contractu minoris,vt in l.lix.tit.xviij. par. iij. & in omnibus contractibus in quibus requiritur iuramentum ad eius validationem, vt in pragm.

Amplia,etſi interuenerit iuramentum ante, vel poſt contractum, Alc.cap.cum contingat.de iureiur.nu.133.communem dicit.

Amplia ſecundò,quòd in tantum hæc communis, & præcedens eſt vera:quòd iuramentum tollit purgationem moræ.Anto.Rub.conſilio cxiij.communem dicit.Et non requiritur aliqua interpellatio ad hoc quòd incurratur in moram ſi contractus. vel promiſſio fiat cum iuramento,Gozza.conſi.xxv.num.10.communem dicit,vbi tamen diſtinguit:aut quæritur ad hoc,quòd pœna contractus debeatur, requiritur interpellatio,ſecus tamen ad hoc quòd promittens teneatur ad intereſſe,& ſic intelligitur dictum Bald, in capit. primo §.ad hoc. in fine. & Alexand.in l.quòd te.ff.ſi certum pet.quæ diſtinctio eſt ex mente Boer. de mora.verſi.x.principa.

Amplia tertiò quòd iuramentum ſupplet omnes defectus,ac ſolennitates,quæ poſſunt opponi contra inſtrumentum, in quo interuenit iuramentum:etſi aliunde perueniat quam ex defectu ætatis,Cur.Iuni. conſi.xlvij.nu.2.communem dicit contrariam. Imò quòd omiſſio ſolennitatis probatoriæ de iure ciuili licet iuramento ſit actus decoratus vitiat actum, Alciat.in c.cum contingat.de iureiurand. num.151. communem dicit.Sed pro concordia eſt præſupponendum vnum:per quod diluitur omnis hæſitatio:quòd iuramentum nuſquam tendit ad ſupplendum probationis defectum, ſed ad ipſius actus confirmationem,vt plenius aſſerit noſter Coua.in repet.ca.quamuis.de pactis.par, ij.§.vj. Et ideò non eſt mirum, ſi dicamus quòd omiſſio ſolennitatis probatoriæ non validatur iuramento,in aliis autem ſolennitatibus ſic, vt prima communis tenet.

Amplia quartò, quòd promittens ſoluere cum iuramento non recompenſat,Gozza.conſil.xxxij.nu.15.& 16.communem dicit reprobato Bar.in l.amplius.non peti.ff,rem rat.habe.

Fallit primò,quando prohibetur ex ratione, vel natura rei: vt quia ea non ſit in commercio,Alci.in ca.cùm contingat.nu.179.de iureiur. communem dicit.

Amplia quintò,ad cōtractum vel alienationem rei dotalis mediante iuramento,quia per iuramentum firmatur, Io.Igne.in l.j,§.ſi vir.& vxo.nume.145.ff.ad Sylla.communem dicit,licet eam per plura reprobet,quem ſequitur Caro.Molin.in addi.ad Alex.in conſi.xxvij volu.j. in verſi.ſalutis,tandem concludit quòd licet ipſa mulier teneatur ſtare contractui iurato:ſi ex iuſta cauſa reſtitutionem non impetret, tamen eius heredes non tenentur nec adſtringuntur iuramento.

Fallit ſecundò,ſi prohibeatur ex fauore publico, Alci. ibi num.83. communem dicit.

Reſtringe iſtam fallentiam:quando ſit prohibitio ex fauore priuato:licet in conſequentiam reſultet fauor publicus,idem ibidem.num. 92.communem dicit.Ex hac communi diluitur hæſitatio de qua quæritur iuxta legem lix.cau.reprobantem donationem omnium bonorum, etiam præſentium quòd illa lex non habet locum ſi fiat cum iuramento:cùm lex in fauorem ſubditorum ſit introducta, vt dicitur in ſimili de donatione excedente quingentos aureos non inſinuata:quòd ſi interueniat iuramentum, valet. An.Gomeſ.in d.l.lxix.communem dicit ex Panor.& Imol.in ca.cum contingat,de iureiuran.

Fallit tertiò,in contractu ſimulato: quia non firmatur iuramento, Bello.conſi.xlviij.nu.4.communem dicit.vt eſt confeſsio dotis in fraudem creditorum,Rube.conſi.cxx.communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem:ſi contrahens iurat omnia,& ſingula contractus eſſe vera: nam hæc verba operantur, vt non poſſit dici contractus ſimulatus.Cur.Iuni conſi.cx.nu.5.communem dicit.

Fallit quartò, ex defectu cōſenſus.Cur.Iun.conſ.lxxiiij.nu.3.com.d.

Iſte conſenſus non cadit in minori xiiij.annorum,& ideo etiā cum iuramento,nihil valet quod agit l.lvj.tit.v.licet Doct.variè loquantur. in authen,ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendit.de quo per Iaſo. ibid.nu.7.& Pan.conſi.cviij.vol.ij.& gl.in c.ex his.de ſponſ.& Matth. de Affli.in deci.Neapo.nu.322.per totum,& vide quæ habes.num.86. in verſicu.minor.

Fallit quintò.in alienatione facta per filium de bonis in quibus pater habet vſumfructum.Curt.Iuni.conſi.clij.nu.7.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.l.lv.tau. vbi dicitur quòd mulier non poteſt facere contractum,nec diſtractum ſine conſenſu viri durante matrimonio,quòd etiam mediante iuramento,non valet talis contractus:quod etiam eſt ex mente Coua.in epiſt.iiij.cap.vij.§.j.numer.3. quod mihi placet.pro quo etiam eſt communis opinio,de qua in verbo maritus,vbi dicitur quòd maritus habet vſumfructum bonorum vxoris,durante matrimonio.

Fallit ſextò,ſi ex iuramento inducatur peccatum:non eſt contractus obſeruandus,Alci.in ca.cum contingat.de iureiurand.num.101.communem dicit.

Per hanc l.declaratur l.xvj.tit.xj.par.iij.

Fallit ſeptimò,ſi iurans enormiſſimè lædatur quia per iuramentum non tollitur enormiſſima læſio:Cur.Iuni.conſi.cxlj.nu.6.communem dicit.& Io.à Ripa in l.ij.de donatio.C.num.10.refutans Alex.in conſi. xlij.& conſi.cxxv.volu.j.dicentem communem contrariam. B,Vill.

*ADDITIO.* Quòd prior opinio communis ſit,teſtatur etiam Iaſo conſi,cxxxiij.nu,8,& 9.vol.iiij. I.Fich.

Amplia iſtam ſeptimam fallentiam etiam ſi mulier cum iuramento renunciaret enormiſſimam læſionem, niſi appareat velle donare, Deci.conſi.ccclxxix,comm.dicit,contra Alex.poſtremo pro reſolutione iſtius dubij,vbi doctores variè loquuntur,vide noſtrum Coua. in repet.c.quamuis pactum.de pactis, lib.vj.in iij.par.§. iiij.à nu.3.vſque ad nu.9.vbi ponit duodecim concluſ.& ex ſecunda, & tertia reſultat ſolutio ad noſtram communem vbi concludit,quòd quando læſio fuit enormiſſima multo maior quam vltra dimidiam,quòd procedat noſtra communis de æquitate,ſi tamen non multùm exceſſit vltra dimidiam procedat communis, Alex.vide per eum. B.Villal.

Fallit octauò,in iuramento ſecundo præſtito contra primam, quia non eſt obſeruandum, Fran.de Are.in l.qui iuraſſe.nume.28.ff.de iureiurand.communem dicit.

Fallit nonò,ſi per metum extorqueatur,Ioan.de Imol. in c.verum. de iureiurando communem dicit: licet requirat abſolutionem, vt per eum ibi.

Nota in hac fallentia quod iuramentum præſtitum in prima venditione,non operatur quin ſecunda venditio valeat,licet ipſe iurans teneatur ad factum præciſè Iaſo.in lege quoties. numero trigeſimoſexto.C.de rei vendi.communem dicit.

Nota iſtam communem ad ampliationem l.50. titu.v.part.v. cum qua concordat l.quoties.C.de rei vendic.

Fallit decimò in caſu fortuito,de quo non præſumitur contrahens cogitaſſe.Ioann.de Ripa in l.xj.numero 10.quæſt.iij.C.de reuo. dona. communem dcit.

Fallit vndecimò,in promiſſione de non reuocando teſtamentum, quia tale iuramentum eſt contra bonos mores,& licet contraueniens ſit peiurus.actus tamen tenet,Alci.in d.c.cum contingat.nume.77.& Anto.de Trem.in addi.ad Bona curſum,in prac.exceptio.in rubri.qui mo.numero vigeſimoſecundo.& Coua.in rubr.de teſta.part.j. nu.15. communem dicit,

Nota iſtam communem ex qua confunditur opinio Dido. de Seg.in l.filius dum in ciuitate eſt ff.de verb. obliga.nume.23. dicentis quòd iuramentum appoſitum in primo teſtamento operatur vt ſecundum non valeat,quia iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.per verbum Bar.in l.ſi quis,in princ.de leg.iij,& Iaſ.in l. ſi mihi.§.in legatis.ff. de leg.j.Et clauſula derogatoria habet vim,vt ſecundum teſtamentum non valeat.l.xxij.tit.j.par.vj.poſſit enim dari certa concordia, quæ eſt ex mente,Alcia.in quantum reprobat opinio.Bart.in d.l.ſi quis. quòd opinio cōmunis procedat,quo ad effectum iuramenti;& ſic quòd non impediat ſecundum teſtamentum. Alia autem opin.concernat vim iuramenti & quod teſtamentum valeat eo modo quo de iure valere poteſt cum ſecundum communem opinionem relatam,nume,158.infra & vis iuramenti ſit,quòd importet idem quod clauſula derogatoria: quòd ſecundum teſtamentum non valeat:niſi de eo fiat mentio,& cū hoc recipit maximam extenſionem d.l.xxij.cogita.Et nota aliud ſatis notabile,quòd iuramentum operatur,& habet vim clauſulæ derogatoriæ circa primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam, quòd ſecundum,in quo eſt iuramentum,deroget primo,ac ſi de eo plena mentio facta eſſet.vt per Ioannem Lupum in re. §.vlti.nu.23.quę multum concludit ad ampliationem d.l.xxij.

Fallit duodecimò,in iuramento aſſertorio coniugum,quia inter eos

non

non validat donationes,Curt.Iuni.conſi.xcv.nu,5.communem dicit.

Fallit tertiodecimò,in pacto de futura ſucceſſione,quia non firmatur iuramento.Curt.Iuni.conſi.xxv.nu.7.communem dicit.& vide in verbo pactum.nu.1,cum ſeq.

Fallit quartodecimò,in obligatione ad carceres , & renunciatione ceſſionis bonorum:quia non firmatur iuramento, Alci.in c.cum contingat.de iur.iuran.nu.6,commu.dicit.Et vide in verb.obligatio.nu. 7.

Fallit quintodecimò,in iuramento appoſito in donatione:quæ reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.per l.ij.C.de reuo.dona.Ioan.Arri. de dona.lib.iij.C'nu.17.communem dicit.

Fallit ſextodecimò , in contractu facto per prodigum , quia non firmatur iuramento,Alc.in c.cum contingat de iur.iuran,nu.138.& Boë. in conſue.Bitu'§.viij.communem dicunt.

Amplia iſtam fallentiam ad alienationem prodigi, Alci.in d.ca.cum contingat.nu.146.communem dicit.

Fallit decimoſeptimò,in donatione omnium bonorum , tam præſentium,quàm futurorum,quæ n on firmatur iuramento,Cur.Iuni.cõſi.xxv.nume.6.communem dicit.

Nota iſtam communem:& ſecundum eam intellige l.x.tit.xj.par. v.

Fallit decimooctauò,in confeſſione mariti de dote recepta, vide ſupra confeſſio,contra Deci.conſil.ccij.quam refert Bello.conſilio tertio numero.2. B.Villal.

Iuramenti effectus licet non poſſit tolli per ſtatutum: tamen poteſt ſtatui quod in contractu minoris in quo interuenit iuramentum, præſumatur minor dolo inductus:& valet tale ſtatutum,Curt.Iuni conſi. cxviij.numero 6.Iaſ.in authen.ſacramenta puberum. C,ſi aduer.ven. nu.85.communem dicit. Idem.

Iuramentum,ſi ex diſpoſitione legis vel ſtatuti defertur poteſt tamẽ aduerſarius probare'contrarium:Tiraquel.de vtroque retract.§.iiij.gl. j.*de retrait lignagier*,nu.2.communem dicit,hæc communis in iuramẽto ſtatuti,vel legis,ſecus tamen deferatur,à parte quia poſteà non reuocatur per probationes de nouo repertas l.xxv.tit.xj.par.iij.quod generaliter dicit Bald.in l.in bonæ fidei.C.de rebus creditis,partem non eſſe admittendam ad probandum contra iuramentũ delatum:ſed Coua.in Reſo.c.xiij.lib.ij.num.1.dicit relinquendum arbitrio iudicis.

Nota iſtam communem ad intel.l.ix.titu.7.par.iij. B.Villal.

Iuramentum in litem non defertur niſi contra verè doloſum vel delinquentem: etiamſi ille haberetur pro doloſo vel delinquente,ſecundum formam iuris communis vel ſtatutorum communem dicit. Iaſ.l. ſi quando.num.37.& ibidem Ioannes,Bapt.à Plotis,in repet.ſua.num. 168.cum ſequen. Io.Fich.

Iuramentum non defertur in cauſa famæ. Marc.Anton. in tract. de iudice.'nu.175.communem dicit. B.Villal.

Nota ad limit.l,ij.titu,xj.part.iij.vbi dicitur quòd iuramentum defertur parti. Idem.

Iuramentum in ſupplementum probationis,licet in criminalibus non deferatur,intelligendum eſt de accuſatore,nam reo,vbi de pecuniaria agitur,deferri poteſt communem dicit Alexand.conſi.lxvj. vol. j.vt refert Minſing.obſ.lxxxvij.cent.ij. I.Fich.

Iuramentnm defertur in cauſa matrimonij habenti ſemiplenam probationem,quando aliquibus coniecturis coadiuuatur. Cur.iun. in l. admonendi.num.67.ff.de iureiuran. communem dicit. B.Villal.

Nota ad ampli.d.l.ij.

*ADDITIO.* Adde Zaſ.conſi.ix.circa fin.lib j.& Roma in l.admonendi.numero 85.ff.de iureiur.Sequitur Didacus in Epito.iiij. lib. De cre.j.c.iiij.num,5,circa finem. Io.Fich.

Videtur in contrarium de hoc iuramento,conſilium Doct.Germaniæ,quod eſt inter conſilia Zaſij lib.ij.conſi.iij'in prin.Et quòd communis ſit in contrarium,ſimpliciter tenet,& firmat Ioan.Baptiſt.Ferretus conſil.cxcvij.numero.7.parte...Adde Ioan.de Selua.in tracta.de iura.in ij.parte,in iij.quæſt. B.Villal.

Quod iuramentum purgatorium in.cauſis matrimonialibus ſemper debeat exigi a Reo,licet actor nihil probauerit,Hoſt. & Doct.cõmuniter dicere aſſerit Panor in c.Atteſtationib.in fi,de deſpon.impub. &c,Tamen id videtur eſſe contra tex.in c.fi.extra de iureiur.Et Doct.in conſiliis paſſim contrarium tenent. I.Fich.

Nota quòd licet pars damna , & intereſſe dimitat declaranda per aliam partem,& quòd in eis ſtetur ſuo iuramento,nihilominus poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri.Coua.in ſuis reſo,ca. xiij.li.ij.nu.1. communem dicit ex Panor.in c.Quinta vallis de iureiur. B.Villal,

Iuramentto accuſatoris in Furti materia non creditur:videlicet quo ad ipſum furtum probandum,ſecus quod ad illius qualitatem , communem dicit Franc,Duare.in l.in actionibus ff.de in litem iuran.num, 50.refert Phanu.in tract.de iureiu.in litem.in ij.par.num.63. P.Fich

Iuramẽtum habet vim clauſulæ,vt actus valeat quemadmodum valere poteſt,Alc. in c.cum.contingat.de iureiur.nu.184, & 170.communem dicit.& Coua.in §.relicti d.c.quãuis,par.ij.§.vj.conſ.clxvj.B.V.

Iuramento denunciationis euãgelicæ creditur,Alc.de præſump.regu.iij.præſum.xvj.num.7.communem dicit. Idem.

A iuramenti neceſſarij delatione,qua non continetur ſimul vel abſolutio,vel condemnatio, appellare non licet, cum talis ſententia, ſit, ſolummodo interlocutoria,ex qua nec actio, nec exceptio poſſit oriri ſed adhuc diffinitiua expectetur. Ita poſt Bart. Anteſignanum tenent Alexand.Salicet.Raph.Fulgoſ.Iaſ.(multos ibi alios allegans.)Et communiter Doct.in l.in Actionibus.ff.de in lit.iur.Et Inno.cap.fin.in fi.& eod.tit.cum quo ibidem cęteri canoniſtæ,Ioan.And.Anto.Butr.Hoſt, Card. Alex. Ioan.de Ana.& Ioan.de Imola tranſeunt. I.Fich.

Iuramento ſe aſtringens coram non ſuo iudice litigare, non poteſt pœnitere,Felin. in cap.j.de iudi.communem dicit teſte Couar.in rub. de teſta. B.Villalob.

Iuramentum calumniæ,etiam ſine ſpeciali mandato, præſtare poſſunt,tutor,curator,Oeconomus, Prælatus & ceteri habentes adminiſtrationem alieni patrimonij , per text. & ibi Bart. communiter receptum.in l.ij.§.obſeruari.C.de iureiu.propt.cal.Abb. & omnes.in c.Imperatorum,de iura.calum,& gl.ab omnib.recepta in c.in pertractandis eod. tit.Hæc dida.Coua.in lib.j.varia. Reſolu.c.vj.in fine. I.Fich.

Probatio per iuramentum ex l.ſi quando. C. vnde vi. locum habet contra heredem.comm.dicit Minſing.obſer.xij.cent.iiij. Idem.

P R O. Iuriſdictio ſine modica coertione nulla eſt.l.j.§.fin.ff.de offic. eius cui mand.eſt iuriſd.

P R O. Iuriſperitus poteſt mutare conſilium,ſi videatur ſibi hoc expedire.l.diui.ff.de iure patron.can.certè.xij.quæſt. j.

P R O. Iuſtus dolor aliquem excuſat.l.Gracchus. C.ad legem Iul. de adult.

P R O. Iuſta cauſa in parte,non tollit moram in alia parte.l.qui ſolidum.ff.de leg.ij.

P R O. Iuſtè poſſidet qui authoritate prætoris poſſidet.l.iuſtè.ff.de acquir.poſſeſſ.

P R O. Iurans per principem,fuſtibus caſtigatur.l.ſi du[illegible].§.fin.ff.de iureiurando. Bellon.

P R O. Iuramentum tria debet continere,veritatem, iuſtitiam, & iudicium.can.animaduertendum.xxij.q.j.& cap.etſi Chriſtus.de iureiuran.gloſſ.in authent.quod eis.C.de nupt. Idem.

P R O. Iuramentum validat & confirmat actum alias inutilem.l.j. & authen.ſacramenta.C.ſi adu.vend.cap.pactum.de pact.in vj.& cap. licet.de iureiuran.in vj. Idem.

P R O. Iuramentum contra leges & bonos mores præſtitum,non valet.l.iuriſgentium.§.& generaliter.& §.ait prætor.ff.de pact.l.non dubium.C.de leg.l.ſi quis inquilinos.§.fi.de leg.j.ff.ca.ſi diligenti.de for, compet.cap.non eſt obligatorium de reg.iur.in vj. Idem.

P R O. Iuſiurandum loco ſolutionis cedit. l.iuſiurandum. ff. de iureiurando. Idem.

P R O. Iuſiurandum habet vim rei iudicatæ.l.ij.ff.de iureiurando.

P R O. Iuſiurandum alterius,alteri neque nocet,neque prodeſt.l. ait prætor.§.j.ff.de iureiur. Idem.

P R O. Iuriſiurandi religio ſatis Deum vltorem habet. l.ij. C.de reb .cred.& iureiur. Idem.

Iuriſdictio domini inter Vaſallos quatenus eſt eorum iudex,dicitur ordinaria & non delegata.comm.in §.feudum. quæſt. xc. verſ. Sed nunquid. P.Fich.ex Claro.

Iuriſdictionem à feudo ſeparatam ſi Vaſallus ab alio acquirat, non ob id accreſcit feudo, ſed remanet ſeparata vt prius,& ceſſante feudo nihilominus remanebit iuriſdictio acquirenti.comm.in §.feudum. q. lxxxviij.verſi.ſed pone. P.Fich.

Iuriſdictionis prohibitio quòd ius non reddatur, & quòd quis non audiatur,intellige ipſo iure:& non valet ſi contra fiat,etiã quod in proceſſu non opponatur.Eſt comm. opin.contra Card.ſecund. Dec.conſ. cclxxv.in cauſa quæ luce.in princ.verſ.ſed prædictis.

Iuriſdictio iudicis delegati perpetuatur per vnicam citationem etiã non peremptoriam.Præpo.in c.non ita.ij.q.vj.comm.dicit. B.Villal.

Iuriſdictio præuenitur per citationem , Roma. conſilio cxij. nu.4. communem dicit. Idem.

Nota iſtas duas communes opiniones ad intellectum l.duodecime,titulo ſeptimo. parte tertia & eſt aduertendum quo ad hoc quòd iudicium dicatur cœptum : vt ibi cauſa firmatur, vt in l. vbi ceptum. ff.de iud.requiritur quòd citatio ſit executa.Ad perpetuandam tamen iuriſdictionem iudicis delegati,tunc ſufficit mandatum de citando,& non executum,ſecundum Hoſti. Ioan.Panorm. Petrum de Anca.in ca. fin.de offic.delega.& Bal.& Anto.Gaufre,& Henri.in cap.licet,de offic. delega.Felin.& Deci.in ca.gratum ,eo. titu.Bart. & Fran.Curt.Iuni. in l.& quia de iuriſd.omni,iudi,Dec.Cap.Tolo.q.cccxl.Do.de Rota in antiquiſſimis de offic.dele.deciſ.j.Et hæc eſt magis communis opinio vt per Petr.Raue.in compe.iur.de offic.leg.in fin.licet aliud dicat Imol. in d,cap.fin.& Alexan.& Iaſ.in l.more de iu.omni iudi.ff.qui dicunt cõmunem ſententiam eſſe quod non perpetuetur:præcipuè,Ia.nume.58 De iure autem regio per litis conteſtationem perpetuatur iuriſdictio. l.xxj.tit.iiij,par.iij Et nota quòd ſecundum ius Ciuile,perpetuatur per ſolam citationem executam,& hæc eſt communis opinio de qua per Iaſi.n d.l,more.De iure regio requiritur litis conteſtatio l.xxj.iur canonico.ſufficit mandatum de citando,etſi non ſit executum,quam dicit,

magis

magis communem dictus Rauen.ſed ad hoc quòd iuriſdictio præuenitur ſufficit citatio executa per l xij.tit.vij.par.iij.Et nota ad intel. I. iſtius l.dictam ſolenne, Secin in conſi.xlij.num.3.quia tunc dicitur præuenta iuriſdictio per citationem quando pars comparet ad terminum citationis,vel ſi non comparet & actor accuſat contumaciam:aliàs nõ per l. properandum,§.j.de iud.C.ibi contumaciam accuſante. B.Vil.

Iuriſdictio eſt poteſtas de publico inſtructa cum neceſſitate iuris dicendi & æquitatis ſtatuendi, Alciat.in cap.quòd ſedem.numero,34,de offic.ordi.communem dicit. Idem.

Iuriſdictione conceſſa in genere per aliquam diſpoſitionem cenſetur conceſſum merum,ac miſtum imperium,Alciat.ibi num. 38,communem dicit.

Fallit,ſi demandetur iuriſdictio iudici ſimpliciter,quia tunc non cõprehenditur merum,ac miſtum imperium,Curt.Iuni.in l.prima,de offic.eius cui demand.eſt iuriſd.nume,23,communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem, niſi aliàs ſubſtituatur loco alterius, quia tunc intelligitur commiſſum,idem ibi num,66.& vide quæ habes in verſi.delegatus,per totum. Idem.

Iuriſdictio,& officium iudicis ſunt diuerſa.Curt.Iuni.in rub, de iu.omni.iudi.num.21,communem dicit, Idem.

Iuriſdictio cohæret perſonæ:& habetur in territorio ad inſtar dominij,Curt.Iunj.in l.j.de iuriſ.omni.iudi.ff.num.102.comm. dicit. Idẽ,

Iuriſdictio videtur conceſſa,conceſſo territorio. Curt.iunior ibi.nu, 103.communem dicit.

De iure regio,ſi conſtet ex verbis,principem velle transferre iuriſdictionem transfert alias non.l.ix.tit.iiij. par.v.& l.ij. tit.ix.lib.iij.ordinati.quòd in principe leges claræ ſunt.ſed in alio inferiore à principe communis habebit locum.& quod dictum eſt princeps,(ſi velit, quod poſſit iuriſdictionem concedere,& velle videtur cum exprimit tamen hoc intellige non in iuriſdictione ſuprema,quæ datur in ſignum vniuerſalis recognitionis, vt apertè inſinuat l.j.tit.j.lib.iij.ordi.quia hæc Rex nõ poteſt à ſe abdicare,vt latè per Thomam Gramma.in voto xxviij.& per me in recollectis iuriſdictionis nu.6.&.7.

Fallit,ſi non ſit cõceſſum totum:ſed pars.Idem ibidem nu.106,communem dicit. Idem,

Iuriſdictio totalis acquiritur per vnicum actum iuriſdictionis,de voluntate domini tamen ex propria voluntate non acquiritur,niſi in illo actu;An.Gomez.in l.xlv.tau.num.37.communem dicit,ex Bart.in leg, iij.ff.de acquir.poſſeſſ. Idem.

Iuriſdictionis poſſeſſio non videtur tradita per apprehenſionẽ poſſeſſionis rerum,vel caſtri,etiam de voluntate domini,ſine exercitio.Anton.Gomez,ibi num.42,Communem dicit.ex Bart. in d.l.iij.pro quo dicit eſſe text.in arg.in l.quoties.la.ij.ff.de ſerui. Idem.

Iuriſdictio,ſi duobus in ſolidum competat:& habeat exercitium iuriſdictionis in aliquo caſtro:vno ex eis delinquẽte,alius non cognoſcit de delicto,Felin.in c.prudentiam.num.5.de offi.deleg.comm.dicit.Idẽ,

Iuriſdictio,vel ius exigendi pedagium, vel vectigal dicitur habere continuam cauſam.ex quo ipſa competit perſonæ,Balbus de præſcr.ij. par.v.par.q.iij.quæſtio.j.communem dicit, Idem.

Iuriſdictionis cauſæ officio mercenario expediuntur deſeruienti actioni priuatam vtilitatem,Alci.in c.quod ſedem.de offi..ordi. numero 66. Idem,

Iuriſdictionem habens ſolum in certo caſu non poteſt cognoſcere niſi conſtituto per informationem ſummariam,cum caſus ille contingens cadat ſub ſua iuriſdictione:alias nihil valet quod agitur,Curt.iun. conſi.cxxiij.nu.6,communem dicit,

Nota iſtam communem ad intel,l,xxiij.titu,vj. part.j.in fi.de iudice laico,qui poteſt cognoſcere in cauſa clerici.Et ad intel,l.xiiij.ti.ij.lib.iij or.& l.xcj.in §.ſtyli,vbi ponuntur caſus,in quibus curia cognoſcit,nam debet prius liquere cauſa delicti,Et nota,quòd ſi aliquis accuſatur de multis criminibus inter quæ eſt vnum de contentis in d.legibus:ratione illius.curia cognoſcit de omnibus aliis. Caſſa.in conſue. Burgund, rubr.ij.§.j.gloſſ.fin.Et in quantum d.l.xiiij.facit mentionem de miſerabilibus perſonis,quæ illo ſunt vide Matthæ.de afflict.deciſ.Neapo.numero 57.& vide quæ habes in verſiculo præſumptio,numero 320. & nota dictum Bald.in l.vnica, C.quando impera.int. pupi, & vidu, non non poteſt renũtiari cum intuitu miſerationis fuerit conceſſum:quem refert gloſſ.in l.xx. titu,xxiij.parte iiij. Idem Villal.

Iuriſdictionem mandatam morte mandantis re integra euaneſcere, & expirare certum eſt, probatur iſta regula, & concluſio ex text. in cap.relatum.& in cap.gratum.in cap.licet vndique.de offic.delegat. cum glo,& not.per Doct.& in §.rectè.Inſtit.de mand.Sed vis eſt ſcire, ex quo dicatur res non integra ad hoc,vt ipſa iuriſdictio perpetuata, & non expiraſſe dicatur.Et habemus gloſſ.& quia, in verb.ante,quàm. ff.de iuriſdic.omnium iudic.quæ concludit, quòd per litis conteſtationem tantùm dicitur perpetuari,cum qua glo.fuit Iacõ.Butr.& Azo.ibi dicit quod pro iſta opin.eſt text. ad literam in d, cap.relatum. de offic. deleg.quem text.cum aliàs Bononiæ ſuper hoc eſſet contentio,& idem Azo.aduocatus pro vna parte tenuiſſet opin.d.gloſſ.fuiſſetque allegatus text.in cap.gratum.eo tit.vbi expreſſ. dicitur quòd ſufficit ſola citatio ad iuriſdictionem perpetuandam,remanſit(vt Hoſt.in d.l.& quia refert.) confuſus.Concludunt itaque Bart.& alij communiter in d.l.& quia,contrarium, id eſt ſufficere ſolam citationem ad perpetuandam iuriſdictionem,& vt res non dicatur integra,& morte delegantis mandatum non expiret.Pro qua opin.vltra text.in d.cap.gratum.eſt text.in cap.fin.de offic.leg.ibi ſi priori citatione facta non præceſſit argum. à contrario ſenſu,& facit text.in l.ſi poſtea quam.ff.de iud. & quòd not. Bart.& alij poſt eum in l.ſi pluribus.ff.de leg.j.vbi quòd quando quæritur de præuentione quoad exercitium iuriſdictionis,dicitur præueniſſe ille,à quo citatio emanauit,& cum dict.communi tranſit Iaſo.in d.l. & quia.& Aret.in d.§.rectè,Inſtit.de mandat.& Ange.prout refert,Iaſ. vbi ſuprà,dicit,quòd hanc obſeruat conſuetudo. quinimo Bart. in d.l. & quia. concludit. ſufficit ad perpetuandam iuriſdictionem delegati, ſola commiſſio de citãdo,facta nuntio per ipſum delegatum.quoniam commiſſio eſt actus iuriſdictionalis,§.fin.inſt.de pœn.teme.litig.Barb. in d.cap.relatum,& in terminis probat gloſſ. in cap.ne aliqui.in verb, incœpta,vbi quòd per quemlibet actum iudicialem citra citationem perpetuatur iuriſdictio,de hæret,in vj.ponderat pro hoc text.in d. l. & quia.ibi,geri cœperit.pro quo eſt text.ſimilis in d.cap. licet, Vndique de offic.deleg.vide per Bart.& latiùs.Iaſ. in d.l.& quia.quam legit in l. more.quæ eſt l.præcedens.ff.de iuriſdictio.omn.iud.habes an commiſſio, ſiue præceptum factum per iudicem nuntio de immittendo aliquem in poſſeſſionem,vel de capiendo aliquem morte iudicis committentis expiret,& concludit,quòd vbi tale præceptum,vel aliud quodlibet eſt factum,præuia cauſæ cognitione,eſt perpetuum & tranſit ad iudicis ſucceſſorem, & poteſt de illius commiſſione,abſque vlteriori partis citatione per ipſum nuntium, cui primus iudex commiſit, exequi.recurre ad Iaſo.ibi quia plura vtilia & in practica contingentia habes,quòd quando princeps confirmat actum inualidum, & quando actum, quem putabat extare, qui tamen non extat, & quando confirmat ſtatuta alicuius ciuitatis, & quando priuilegium aliquod cenſeatur dare de nouo,& quando non,& tradit,quòd licet quis ſortiatur forum in loco contractus.l.heres abſens.§.fin.de iudi.& cap.Romana.§. contrahentes,de foro competen.ſi tamen contractus in vno loco celebratus,in alio confirmetur,non propterea conueniri poterit in loco confirmationis. I.Turzan.

Iura ciuilia loquentia de emphyteuſi non habent locum in Emphyteuſi Eccleſiaſtica Communem dicit Ioann.Clar.Sent.ſi.emphyteuſis, quæſt.xlviij. I.Fich,

Ius accreſcendi non habet locum in ſucceſsione feudorum regulariter,quia feudum eſt contractus, & in contractibus non habet locum ius accreſcendi. communem dicit idem in §.feudum. quæſt. lxxvij. in feudis tamen à Principe ſimul conceſsis habet locum ius accreſcend, commun,in d.q lxxvij.Sed certè credo, P.Fich,

Ius accreſcendi habet locum in feudo conceſſo à principe. Iaſ.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verborum oblig,communem dicit.Sed magis communem ait contrariam Carol.Molin.in addit.ac Alexand. conſil.xxx.in verb.accreſcendi, B.Villal.

Ius accreſcendi non habet locum in feudis ab inferioribus Principe conceſsis. Communiorem dicit.Franciſ.Curt.in Tract.Feud.in ij.parte Princip,in ij.quæſt,Et præceptor Zaſ.in Epito. feu.in titulo de ſucceſſ. in vj. fallent. I.Fich,

Ius accreſcendi competit inſtituto in re certa, herede vniuerſali non adeunte hereditatem.Iaſ.in l.quoties,num,7,C,de hered.inſt.communem dicit. B.Villal.

Ius accreſcendi locum habet etiam in donatione cauſa mortis,communem dicit Iaſ.Crò,& Ripa in l.re coniuncti,de legat.j.Quos ſequitur Rimin.in tit.de Donat.in princ,num,660.in fin. I.Fich.

Ius accreſcendi,vel non decreſcendi competit in indiuiduis, etiam in contractibus,Roch.in ver.ius.quæſt.vj.nume, 10. communem dicit de iure patron, B.Villal,

Iuri agendi ad legitimæ ſupplementũ,vel ipſam legitimam, præſcribitur xxx.annis,ſecundum cõmuniorem teſte Ioachi. Minſing.obſer. lxxij.cent.ij. I.Fich,

Iuri adeundi præſcribitur xxx. annis, ſecundum communiorem. Minſing, obſer.lxxj.cent.ij.Et ante ipſum Alexand, in l.licet, C, de iure deliber. I.Fich,

*ADDITIO.* Ius agendi ad ſupplementum,Non circa hoc verbum ius,quoad Bart.in l.ſi quis filium in fin,C.de inoffic. teſtam.& in conſi.xiiij.An ius agendi,tenet,quòd ius agendi ad ſupplementum legitimæ quinquennio præſcribitur,ſicut eodem tempore finitur querela teſtamenti,loco cuius dicit ſuccedere tale ius agendi ad ſupplementum,Quæ opi.communiter reprobatur vt per Bald.in authent.presbyteros,num.1.C.de epi.& cle.& in d.l.ſi quis filium.num,6. Ang.in l.Papinianus.§.ſi conditioni,num.3,ff.de inoff.teſtam.vbi contra opi.Bart. dicit ſæpius,conſuluiſſe & obtinuiſſe,cum dicta actio durat annis xxx. & in l.omnimodo,num.6.C.eod.tit.& Sali.in d.l.ſi quis filium.num. 8.Iaſ.num.5.cum multis aliis,de quibus ferè in omnibus additionibus in locis & hæc eſt communis opi.ſecundum eos.Si vis autem ſaluare.Bart.vide alleg.in dictis additio. ſeu apoſtillis.& Fran.Cremen.in ſing.

ſing.cxxviij.incip.Antiqua quæſtio eſt inter Barto.& Bald.cum eius apoſtill. B.Villal.

Ius feudorum dicitur cõſuetudo.non ius ſcriptum Communem dicit I.Clarus Sent.§.feudum.quæſt.octaua. P.Fich.

Ius off rendi præſcribitur.Gui.papa ſingu.dcccevj.cõ.dicit.B.Vil.

Hanc opinionem magis eſſe communem teſtatur etiã Alex.in l.ſi finita.§.Iulianus ff.de dam infect.Et communem dicit etiã Ang.in §.Actionũ.coll.xxxj.Inſtit.de actio.Et purpuratus in l.potẽs.C.de parõ.& alij quos vide apud Dida.Couarr.lib.j.variarum Reſolutionum c.ix.Vide infrà plenè in verbo Pactum de retrouendendo. I.Fich.

Fallit,quoad proponendũ ex vi exceptionis:quia non præſcribitur,ſed ſolũmodo iure actionis: Balbus de præſcrip. in iiij.par.v. par. quæſt.ij.communem dicit. B.Villal.

Ius patronatus Patrochiani & populus ex antiqua conſuetudine præſentandi,acquirunt.Eſt communis opinio.ſecundum Dec.in cõſ.cxvij.& pro tenui.verſ.ij.non obſtat.vol.j. M.Grib.

Etiam pro Iure patronatu, & generaliter pro omni iure incorporali nedum pro ſeruitutibus,cõpetit actio confeſſoria vel negatoria Eſt communis ſententia contra Bald.ſecundum Iaſo.in l.ſi prius.nu.5.de oper.noui nunciat. Idem.

Ius patronatus de gratia patronis competere dicitur, vt per Docto.omnes communiter in cap.j.de præb.& in c.quanto,de iud.& in c.quoniam,de iure patron.in quibus locis Scriben.aſſignant rationẽ quare gratia hæc fuerit conceſſa,introductáque contra iuris regulas & concludunt hoc fuiſſe introductum fauore Eccleſiæ,vt cultus diuinus augeretur,& per cõſequens,vt inuitarentur Laici, aliéquæ perſonæ ad conſtructiones,fundationes & denique ad dotationes Eccleſiarum,& communem iſtam ſequuntur,& atteſtantur per dictam rationem omnes Modern.in dicto cap.quoniam,& huiuſmodi ſententiam communem ampliant Modern.in cap.non ſine multa, de arbitris,poſt Doctor.communiter omnes in cap.ad hæc de offic.ordina. ſeu vicarij. F.Viuius.

Iuri patronatus Laicorum non cenſetur,ac præſumitur Pontifex in dubio præiudicare,niſi illi expreſſè derogauerit,vt not.glo.in clemen.ij.de præb.quam ſequitur Abb.in ca.dilectus,de offi.deleg. vbi aſſeuerat cum dicta gloſſ.omnes Doctor.communiter ſentire in c.dilectus,de iure patro.& cap.quoniam,eod.tit. & communis iſta probatur ex eo,quod voluit Inno.in cap.innotuit,de electio.quòd in dubio Papa nõ præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſſe cõſtet,ſiquidem ipſe magis ſe cauere debet ab iniuſtitia,quam alius argumento cap.ex ore.de priuileg.& hoc idem notat Alexand. conſi.lxxxvij.volum.j.& ſic explorati iuris eſt conſtare debere de voluntate Papæ,quòd vti velit plenitudine poteſtatis,nam in dubio nõ præſumitur,ſed potius cenſetur circumuentus,vt per Soc.conſ.ccxl. vol.ij.& in dubio quoque neque præſumitur Papã vti voluiſſe clauſula de plenitudine poteſtatis ſecundum Paulum Caſtren.& Moder. in l.in teſtamento.C.de teſtamento.milit.& conſil.cccxviij.li.j.& Iaſ. conſi j.volum.j. Idem.

Ius patronatus competens pluribus Laicis,vel clericis,vt ſingulis ex conſtructione,ac fundatione ſui patrimonij hoc caſu præſentatio facta à maiori parte comparatione minorum,dicitur eſſe legitima,vt per Ioan. And.in cap.j.de iure patro.cuius ſentẽtiam ſcribit eſſe communem Abb.in cap.cum omnes de conſtitu.& in cap.quoniam.de iure patro. vbi Moder. aſſignãt exemplum iſtius communis opinionis. videlicet quãdo omnes patroni diuiſerunt ſe in tres, vel plures partes tunc electus conſenſu plurimorum præferendus eſt. Idem. Viuius.

Ius patronatus acquiritur præſcriptione Dec.conſ.cxxxiiij. nume. 4.10.à Ripa in lib.ij.de legi.cap.ij.nu.13.communem dicit. B. Villal.

Ius patronatus annexũ villæ tranſit,cũ villa eſt in feudum cõceſſa, Lambert.in tract.de iur.patr.li.j.par.ij.q.vij. arti.j.comm. dicit. Idem

Ius patronatus legatum transfertur in legatariũ,ſi teſtator habet poteſtatẽ transferendi conceſſam ab Epiſcopo Idem Lambert.in par. ij.q.vj.quem refert Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.vj.caut.lxvij. comm. dicit,Curt.iun.in conſ.lxxxvij.nu.6.quod ius patronatus ſine difficultate,tranſit in hæredem vniuerſalem,in legatarium tamen effectualiter non tranſit:niſi accedente conſenſu Epiſcopi,comm.dicit. Idem.

Ius patronatus habens in aliqua eccleſia collegiata nõ poteſt præſentare principales dignitates illius eccleſiæ.Boer.dec.xxx.nu.5.communem dicit Idem.

Intellige iſtam communẽ in electione,quia laicus,etiam Princeps non poteſt prætendere electionem prælati eccleſiæ collegiatæ vel cathedralis ſecus tamen in præſentatione,quas poteſt ſibi reſeruare in principio conſtructionis,vel poſt acquirere præſcriptione:ſi conſtruxit,vel dotauit vel fundauit,Coua.in reg.poſſeſſ.de reg.iur.in vj.§.x. nu.50.magis cõmunẽ dicit ex Ioan.And.in reg.cui alicui. de reg.iur. in vj.Et ex hac cauſa Hiſpaniæ reges nõ ſolũ ex priuilegio qui ab ore inimicorũ fidei proprio ſanguine totã Hiſpaniã redemerunt,vt dicit gloſſ.in c.Adrianus.lxiij.diſtin. ſed etiã ex eo quod fundarunt:cõſtruxerunt,& dotarũt,eccleſias cathedrales:ex præſcriptione præſentant prælatos eccleſiarum.quod nota. Idem.



Ius patronatus præſcribitur tempore cuius memoria non extat in contrarium.communem dicit, & quod etiam communis conſuetudo eam ſequitur &c.Paul.Citad.in tract.de Iurepatron.in iij.parte in v.cau.in fin. I.Fich.

Quamuis aliqui tenuerint Ius patronatus ad hæredes extraneos nõ tranſire:Innoc.tamẽ in rub.de iurepat.in fin.& Ioan.And.in c.cum ſeculum eod.tit.contrarium voluere,quorum ſententiam veriorem,& communem eſſe dixit Abb.in conſi.liiij.videtur lib.j. F.Turzan.

Ius patronatus eccleſiæ,vel capellæ aut alterius,loci pij canonicè conſtructi & erecti,vbicunque ad plures, nõ tanquã vniuerſos,id eſt, non tanquam collegium aut vniuerſitate,ſed tanquam ſingulos pertinet,tunc de neceſſitate in præſentatione rectoris,vel Capellani ad eccleſiam,vel capellaniam vacantem,omnium patronorum vocatio nõ exigitur neque quod in ſimul & in vnum ad effectum dictæ preſentationis conueniant,ſed ſufficit,quod ſinguli,& ſeparatim præſentẽt etiã ſi agatur de præiudicando minori parti patronorum ex preſentatione maioris partis,quia ſatis eſt habere conſenſum maioris partis ſeorſum & ſeparatim.Ita tradidit Abb.conſi.lxxvj.incip.plura ſunt ij. dubio lib.ij.affirmans hanc communem opin.& licet Roch.Curtius in tractatu.ſuo de iure patron.in ver.honorificum contrariũ voluerit attamen fundamento Roch.licet de eo non faciat verbum,reſpondet Dec.in capitu.cum omnes.verſ.retenta tamen,de conſtit.qui pariter hanc communem atteſtatur non tamen arbitraris idem eſſe in inſtitutione,quæ præſentationis vigore fit,quia in ipſa,antequã is ad quem inſtituere ſpectat, ad illã procedat in genere.ſaltem omnes,quos id tangere poteſt negotium,& ſua quomodolibet intereſſe putantes,ad contradicendum,ne ſic præſentatus inſtituatur,& inſtitutio confirmetur,ſuo debet edicto in eccleſia,ad quam ſic præſentatus exiſtit legẽdo,vel illius valuis affigendo,vbi certi non ſunt qui ſe præſentationi & inſtitutioni opponere velint,vt infra certum peremptorium terminum illis eodem præfigendum edicto compareant coram ipſo ad quem pro inſtitutione recurritur,admonere,iuxta text.in cap fin.de elect.in vj.qui text.procedit etiam in inſtitutione ſecundum glo.ibi in verb.elect.communiter approbatam vt inquit Craue.qui etiam atteſtatur & ſequitur dictum commun.conſ.lxiij.primum dubium.par. prima,quomodo autem vbi vniuerſitas ius patronatus habet,preſentatio fieri debeat ſcribit Fede.de Se.conſ.lxv.infrà ſcriptæ queſtionis iiij.& v.dubio.Calder.conſilio.ix.de Iur.patron.& quid,ac quomodo quando per Abbatem tradit Rot.deciſ.v.in Anton.vbi etiam quando ad capitulum pertinet.formam.habes. F.Turzan.

Ius iniquum impetrans etiam contra vnum tantũ, ipſe viciſſim ab omnibus debitoribus ſuis retorſionem patitur.Communiorem opinionem eſſe teſtatur *Zaſius* in l.ſi quis iniquum.§.hæc pœna.ff.quod quiſque iuris. I.Fich.

Ius priuandi vaſallum feudo nõ tranſit ad heredes quando dominus tacuit,& in vita ſua nihil conquæſtus eſt,communẽ dicit Franc. Curt.in tract.feud.in iiij.part.principa.in ij.quæſt.princ.nu.156.Et Idẽ plenius ibidem in ſeq.q. I.Fich.

PRO.Iuſſus præcedit,auctoritas ſequitur.l.ſi quis mihi bona §. iuſſum.ff.de acquir.hæred. Bellon.

PRO.Iuſſus iudicis aliquem excuſat.l.quãquam. ff. de aqua plu. arcend. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem.ff.de ſolut.

OBIEC.Contra de l.quoniam.C.de appel.vbi officialis faciens præceptum iudicis ordinarij.punitur.

SOL.Cùm iudex aliquid mandat,officium ſuum exercendo.excuſatur parens propter iudicialem auctoritatem.Si verò non exercet officium ſuum non eſt parendum.Nam interdũ reſiſtere debent officiales,vt in contrario:quia illic iudex cenſebatur facere vt priuatus cùm ab eo appellatum eſſet,ab eáque appellatione ſubtracta cauſa fuerat,vnde licebat reluctari:& vide glo.in c.quod quis mandato.de reg.iur.in vj. Bellon.

PRO.Iubere cauere,& in poſſeſſionem mittere eſt magis imperij quàm iuriſdictionis.l.iubere cauere.ff.de iuriſdict.omn.iud. Bell.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARUM RECEPTARUM.

## *LIBER DECIMVS.*

### L

LABORATORES conducti ad laborandũ agrum litigioſum ſi fieret eis proteſtatio ne agrum colerent, tenentur ad damnũ,& ad pœnam,Deci in l.velle.nu.5 communem dicit.ff.de reg.iur B.Villal.

Læſio enormiſſima,eſt iuſta cauſa petẽdæ relaxatio

nis iuramenti communem dicit. Iaſ.poſt copioſiſſ.allegationes in cõſ. cxxxiij.vol.iiij.& ſeq. Prob, in Addit ad Ioan.Monach.in cap. quamuis.de pact.lib.vj.in fin. I.Fich.

Vbicunque re ipſa apparet Læſio & iniquitas licet per cõtrahẽtes iuratum ſit non contrauenire tamen tale iuramentum debet relaxari & contractus poteſt reſcindi.Eſt communis opinio ſecundum Dec. conſ.cccxlix.conſuluit.verſ.ij.principaliter. M.Gribald.

Auth.Sacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vend.non habet locum data enormi læſione,Eſt com.opin.ſecund.Dec.conſil. xlv.quod ſupra naturæ.in princ. Idem.

Filia enormiter læſa,veluti cùm pro vna dote pluribus hæreditatibus renunciat poteſt tali renuntiationi contrauenire,etiam non obſtãte iuramento.Eſt communis opin.ſec.Dec.conſ. ccclxxix. requiſitus, circa fin. Idem.

A læſione & grauamine laudi,poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri,etiam vſque ad xxx.annos.Eſt communis opin. cont.Spec.ſec. Alexand.conſ.clxxiij.in cauſa & lite.vol.vj. Idem.

Enormiſſ.læſio non tollitur iuramento.Eſt magis communis & verior opinio ſecundum Curtium Iuni.in conſ.liij.habita diligenti verſu,non obſtat ſi quiſpiam licet contrariam opinionẽ dicat magis cõmunem.idem Curt.in conſ.cxlj.habita per tex.in c.quamuis.de pact. in vj.Alex.in conſ.xlij.ſuper præmiſſis.volum.j.& contra Alex. tenet. Dec.dicens magis.commun.in conſ.cciij.vt vera.verſ.ſed venio.vol.j. & in conſ.ccxvj.viſa.verſ.negari tamen non poteſt.vol.ij. allegat Cor. conſ.clxvj.vol.j.vbi diſtinguunt ante,læſio excedit dimidiam iuſtæ æſtimationis,modico proceſſu,& procedit opin.Alex. aut magno exceſſu:& tunc(cum ſit enormiſſima)nunquam cenſetur excluſa.& hæc diſtinctio omnino notãda,& tenẽda eſt,cùm ſapiat æquitatem.Idem.

Enormis læſio in cõpromiſſis dicitur in ſexta parte debitæ quantitatis.vel reſidet in arbitrio iudicis,cùm non ſit à iure determinatum, Et iſtæ ſunt duæ principales,& mag.com.Docto.op.ſec,Dec. in conſ. xxxix.veridicam.in fin,vol.j. Idem.

Dolus ex propoſito,& dolus re ipſa,data enormi læſione æquiparantur.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſ.clxxx.viſa renuntiatione.verſ.nõ obſtat quod contra per.volumine primo,Curt.Iuni.conſil. cxlj.habita.vol.ij. Idem

Laicus qui ante Concilium Lateranenſe habebat decimas eccleſię non poteſt alteri laico concedere,etiã cum auctoritate Epiſcopi .Boerius in conſuetudine Bitu.*des coſtumes prædiales*.§.vndecimo communem dicit, B.Villal.

Laicus poteſt eſſe arbitrator in re ſpirituali,Dec.in cap.ij. de iudi. num.2.communem dicit. Idem.

Laicus poteſt eſſe aſſeſſor Epiſcopi in cauſa ſpirituali. Dec.ibi,quã intellige,niſi ipſe iudex alias eſſet ſecuturus ſuum conſilium,Panor. ibidẽ.Ex quo infertur.quòd ſi iudex eſt ita ignarus quòd neſcit diſcernere an conſilium ſit iuſtum.nécne,cum teneatur ſequi,per Anto. in ca.cum olim de arbi.quem refert,& ſequitur Alex.in l. ſi conuenerit nu.11.ff.de re iud.tunc laicus non poteſt eſſe aſſeſſor.Decius ibi,quẽ communem dicit. Idem.Villal.

Laici ſuper iure diuino ſtatuta condere nõ poſſunt vt probatur in lege non dubium.C.de legib.& in ca.quamuis de pactis in vj. Vnde ſequitur quod nec ſuper iuramento.cum ſit de iure diuino.capi.& ſi Christus,ibi reddite iuramenta veſtra Deo de iureiurãd,& tradit Bar. in lege omnes populi,iij.quæſtione princip.ff.de iuſtit.& iur.Hinc dixit Imo.in capitulo cum contingat.eod.tit.de iureiuran. quod ſi ſtatutum redderet contractum,ac iuramentum inualidum,tunc recurrendum eſſet ad forum eccleſiaſticũ pro iuramenti obſeruatione, & vt iurans illud obſeruare cogeretur,Dixit etiam Abb. in dicto capit. cum contingat , quod licet ſtatutum infringat contractum,ac iuramẽtum fauore iurantis,tenetur tamen iurans obſeruare iuramentũ. Bar.opinionem ſequuntur Ioan.ab Imo.& Anch.in dicto cap.quamuis de pact.in vj.Hanc magis communem eſſe dixit Alexand.in conſ. xxxviij.viſo.lib.iiij. F.Turzan.

Laici poſſunt puniri per Epiſcopum de adulterio.Alciat.in ca.pernitioſam:numero 18.de offi.ord.communem dicit, & per intruſionem in monaſterium.Coua.in epiſt.iiij.capitul viij.§.vij.nu.20.communem dicit. B.Villal.

Laici eccleſiaſtica negotia tractare non debent.capitu. ij. extra de iudiciis. Bellon.

P R O.Laici ſpiritualia poſſidere non poſſunt.ergo nec præſcribere cap.cauſam que de præſcriptio. Bellon.

P R O.Laicis nulla eſt attrib.ita facultas in rebus eccleſiaſtici.in capitulo cum laicis,extra de rebus eccleſi.non alienand.cap.eccleſia.de conſt. Idem.

P R O.Lachrymæ & orationes,ſunt arma clericorum cano.reprę henſibile.& ca.conuenior.xxiij.quæſt.viij. Idem.

P R O. Lata culpa dolo æquiparatur.in l.quod Nerua.ff. depoſit. in l.j.ff.ſi menſ.falſ.mod.dix. Idem.

Lata culpa non æquiparatur dolo:cùm agitur de imponenda pœna mortis,vel mutilationis mẽbri.Hier.Cagn.in l.contractus.nu.10, de re iur.ff.communem dicit. B.Villal.

PRO.Lata culpa puniri quẽ poſſe corporaliter non tamen eadem pœna corporali,qua puniretur pro dolo.ſed mitiore,& leuiore,ponit pro vera & communi concluſione Robet.Maran.in iiij.part.ſpecu.titu.j.num.59. I.Fich.

P R O.Latrones furca ſunt ſuſpendendi. lege capitalium.§.vlt.ff. de pœnis. Bellonus.

Laudemium debetur vſufructuario,& non domino,in caſu quod dominus directus deceſſerit,relicta hæredi proprietate , alteri vero vſufructu ipſius proprietatis & durante vſufructu contingat rẽ Emphyteutæ alienari,Communem dicit Clarus.§.emphyteuſis.quæſti. vigeſimatertia,verſic.fin. I.Fich.

Laudemium ſoluendum eſt domino etiam ſi cõceſſio Emphyteutica ita facta ſit vt poſſit Emphyteuta vendere cui velit Commu.in §.E.quæſt.xxiij.§.ſed quid. Idem ex eodem.

Laudemiũ non ſolum eſt ſoluendum domino de rebus venditis vel permutatis ſed etiam de donatis,quia Laudemium ſoluitur propter nouã inueſtiturã,quæro ratio militat tã in emptore quàm quouis alio cui opus ſit noua inueſtiturã.Commun.dicit in §.E.quæſtio. xxiij. Idem ex eodem.

Etiã.ſi per annum ſteteris, quòd à Laudo non reclames,non propterea tranſit in rem iudicatam ex ſentẽtia Bart,& aliorum in l.ſi ſocietatem. §.arbitrorũ.ff.pro ſoci. oBal.in l,fin.verſic.quæro vſque ad quantum tempus,C,de contrahen.emp.Bal.& Ang.in l ſicut. C. de præſcript.xxx.vel lx,anno.But.in c.Quintauallis de iureiuran.& hãc tanquam communem ſequitur Alexand.conſi.ccxxxvij.viſis proceſſibus.libr.ij.ſequendo ordinem primi. F.Turza.

Legatario poteſt teſtator dare licentiã in teſtamento , vt propria auctoritate capiat poſſeſſionẽ rei legatæ.Com.dicit Clarus in §.Teſt. quæſtione lxvij.in prin.Intellige tamen ſi hæres illam poſſideret,nõ licet legatario eam per vim occupare,vt in ead.quæſt.verſ.Sed quid I.Ficgardus.

Legato feudo,etiam ne æſtimatio quidem feudi debetur.com.dicit idem Clarus in §.E.quęſt.xl.verſi.Ex hac cõcluſione. I.Fich.

Verbum lego,etiam vniuerſitati bonorum adiectum,non importat hęredis inſtitutionem.nec directã ſubſtitutionẽ.Eſt magis cõmu. opin.ſec·Alex.conſi,ix.viſis verbis.vol.j. M.Grib.

In legatis etiam tacitis ius,& dominium recta via in legatarium tranſit.Eſt magis com.opi.cont.Alex.ſecund.Iaſ.in l.ſeruum.§.fi.de le. j.Ripa.in l.j.eo.tit. Idem.

Legatum annuum ciuitati vel Eccleſię perpetuò relictum,100.annorum ſpacio determinatur,crebrior eſt opin. teſte Alexan , conſi.lx. omiſſo.vol.j. Idem.

Legatum annuum factum Eccleſię per verbum ſemper,&in perpetuum finitur curriculo,ſeu ſpacio centum annorum à die relicti, ſecundum glo.not.poſt.Bart.in l.an vſufruct. ff. de vſusfruct.& in l.ſi vſufru.ff.de vſufru.leg.Iac.de Rauo,And.de Piſ.& Nicol.de Neap.in l.annua.ff.de annuis legat·Cardina.conſi.lxvj.Federi.de Senis cõſ.xij. Anchara.in cap.fi.de teſtam.Alex.conſ.lx.in prin.vol.j.vbi ſcribit, iſtã eſſe magis communem opinionem,& ab ea in iudicando,& cõſulẽdo non eſt recedendum,Couarruuias in tract.Reſolutionũ iuris Ciuilis & Pontificij in cap.ix.nu.10.lib iij.idem tenet,& concludit ipſemet Alex.in l.ij.in prin.ff.ſolu.matri.& ibi Decius,& Claudi. Aquẽ. nu.15. Ruynus conſ.cxliij,num.11.vol.iiij.& ita in facti contingentia conſuluit Alex.in d.conſ.lx.& hoc firmant Doct.ratione infinitatis euitandę,vt latiſſimè.per Alex.ibi poſt prin.& Sententiam iſtã tãquam veriorẽ ſequutus eſt Marcus Mantua.in apoptheg.apoptheh. lij.Contrariam verò partem,videlicet quod Legatum iſtud duret vltra centum annos in infinitum,vt dicitur per ſecula ſeculorum, expreſsè tenuit Rogerius relatus ab Accurſ. in d.l.an vſufructus, Abb. poſt alios ibi congeſtos per eũ in d.ca. fin.de teſta.Barba.cõſ.xx.vol. iiij.Ang.Cuma.Soci.in l.iij.§.fi.ff.ad legem Falcid.Corn.conſ.xxij.nu. 19.vol.iij.Iaſ.in l.videamus,§.deferre.ff.de in litem iuran.& in l.ij. ff. ſolu.matr.vbi pariter Crotus.Põtanus Peruſinus,Parpal.Ripa,& Albericus in d.l.an vſusfructus,vbi audacter aſſeuerat opinionẽ hãc ſe vidiſſe communiter ſeruari in practica,& pro iſta opinione videtur caſus legis expreſſus,qui nõ poteſt, niſi cũ magna cauillatione & falſa interpretatione euitari in l.annuã,& in l.annua.§. Titia, ff.de annuis le.prout egregiè perpendit Ripa,cira. prin.& Pontanus,in l.ij. ſolu. matr,& Soci.in l.iij.§.fi.ff.ad legẽ Falci.& ita per iſtas leges, & alias quãplures rationes,& auctoritates conſuluit Frater Ioã.Maria. Verratus Ferrariẽſis in libello Diſputationũ aduerſus Lutheranos,in tit. de ãnuis legatis,& ita cõſuluit etiã efficacioribus fundamẽtis & rationibus Riminaldus,conſ.incerto,& poſito in d.libello Diſputationũ contra Lutheranos , vbi quã optimè firmat opinionẽ iſtam & reſpondet omnibus ferè contrariis,& huic conſilio.Riminalſe ſubſcripſit Bernardinus Burguntius Doctor eximius Parmẽſis,plurimis & optimis rationibus,& ſubſcriptio hæc reperitur poſt conſil. Riminaldus in loco ſupra citato. His . accedit quod quando eſt factum legatum alimentorũ alicui Eccleſiæ præſtandorum omnibus

fratribus

fratribus dictæ Eccleſię in die ſancti Ambroſij,& nihil aliud ſit dictum tunc alimenta iſta non forent præſtanda quolibet anno in illa die ſancti ambroſij,ſed heres liberatur præſtando, & ſoluendo alimenta pro primo anno in dicta die ſancti Ambroſij,vt per plura concludit Marcus Mantua.in ſuis apophtheg.apophtheg.j. F.Viuius.

Dominium rei Legatæ tacitè non transfertur ipſo iure in legatariũ ſine traditione,ſicut transfertur dominium rei expreſſè legatæ ſecundum Bart.in l.j.ff.de leg.j.& in l.emptor.§.ancilla.ff.de rei vendi.quem ſequuntur Bald.Angel.Floria.Paul.de Caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſeruum filij.§.fi.ff.de legat.primo.Dec.in l.traditionibus.C.de pactis,Bertachinus in ſuo repertorio,in verb.dominium tranfertur,verſi.ix. & iſtorum opinionem,aſſeuerant eſſe communẽ Soc.& Iaſ.in d.l.j.Sed contrariam partem quòd imò dominium rei tacitæ legatæ tranſeat ipſo iure in legatarium abſque traditione, tenent Imo. Alexand. & Aretin.in dict. l.prima,ad quorum fundamenta reſpondent Socin.& Iaſ.ibi,poſſet tamen interpretari,ac limitari ni fallor,quando res tacitè legata eſſet apud legatarium,tunc quippe transfertur dominium in eum per text.in §.interdum. Inſtitut. de rerum diuiſio.& per.id, quod ſcribit Baldus lege prima.C.communia de lega.vbi dicit,quòd quando teſtator legat rem heredis, tranſit dominium recta via in legatarium, quando res erat apud eum. Idem.

Lego, (verbum) etiam vniuerſitati rerum adiectum non habet vim inſtitutionis.Sed erit tunc legatum,vel totius hereditatis,vel partis eius,ſecundum quod dictum fuerit, Et cenſebitur heres inſtitutus iure legati grauatus hereditatem totam,vel eius partem reſtituere,iuxta l. mulier.§.fin.ff.ad Trebell. Hanc communem eſſe concluſionem ſcribit Maria.Socin.Nepos,olim præceptor meus,in rub.de leg.j. nu.73. quam limitat ibidem nu.77.vbi vide. I.Fich.

Legatum factum Sempronio, ſi duxerit vxorem in mille,& ſi ordinem eccleſiaſticum receperit in 100.ſi efficitur clericus gaudet in mille.Hippo.in rub.de fide inſtr.num.127.ff.comm.dicit. B.Villal.

Legatum factum mulieri,vel alicui vt cõtrahat matrimonium cùm A ſi ipſa velit:requiſita recuſauit,& ſi poſtea A.velit:nihilominus debetur, etſi non contrahat: Iaſ.in l.cum auum.C.de inſtit.& ſubſtit.num.8. communem dicit. Idem.

Legatum relictum vxori,ſi honeſtè vixerit,& durauerit in viduitate;poſt eius mortem quod Titius habeat legatum,ſi ipſa contrahit matrimonium,non expectata morte, Titius habebit legatum.Iaſ.in l. ſi mater.nu.2.de inſt.& ſubſt.comm.dicit. Idem.

Legatum ſi ſit relictum filiæ pro maritanda cum A.ſi filia maritetur cum B.filia nihilominus habebit reſiduum,Iaſ.in l.filia legatorum, de legat.C.num.3.communem dicit. Idem.

Legatum factũ vxori,per hæc verba, relinquo vxori meæ quicquid ad me peruenit nomine dotis:non ſunt deducendæ expenſæ factæ,Iaſ. in l.poſt dotem.nu.36.ff.ſol.matr.comm.dicit. Idem.

Legatum factum vxori, in quo relinquitur vſufructuaria omnium bonorum,inſtitutis filiis,intelligitur ſolum legata eſſe alimẽta.Gozad. conſilio xcix.num.8.comm.dicit. Idem.

Legatum factum eccleſiæ intelligitur de parochiali, Iaſ.in l. j. C.de ſacroſanct.eccl.nu.4.comm.dicit. Idem.

Legatum annuum relictum eccleſiæ,vel ciuitati non durat,niſi per centum annos,Alexand.conſi.lx.volu.j.commun. dicit,quàm intellige in vſufructu,relicto eccleſiæ:ſecus tamen in annuo legato:Iaſ.in l.ſolu. matr.num.1.ff.ſoluto matr. Idem.

Legatum pium non debetur niſi adita hereditate,Iaſ.in l.prima.C.de ſacroſanct.eccl.num.31.& Couar.in repet.cap.Rainutius. de teſt. §.iij. communem dicunt. Idem.

Legatum,ſi factum eſt in teſtamento,minus ſolenni:heredes non tenentur ad ſoluendum niſi teſtator legatariis concedat quòd propria auctoritate poſſint apprehendere poſſeſſionem rei legatæ. Io.Durand. in arte teſtan.tit.ij.cau.iij.comm.dicit.

Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intell.l.xxxj.titulo decimoquarto parte ſexta.

Fallit ſecundò,in obligatione naturali: per quam heres tenetur ad præſtandum, ſecundum magis communem opinionem,vt per Iaſ.in l. cum quis.C.de iur.& fac.ignor.num.2.

Fallit tertiò,quando teſtamentum eſt nullum, ex eo quòd teſtator errauit inſtituens quem credebat coniunctum,cum aliàs non eſſet.Iaſ. in l.eam,quam,de fideicom.C.num.5.communem dicit.

Fallit quartò,quando teſtamentum eſt nullum ex præteritione:quia non ſunt inſtituti heredes,qui inſtituendi eſſent,Bellon. conſilio liij. in princip.commun.dicit. Idem.

Nota quò ſi legatarius poſſidet,etiam ſi teſtamentum ſit nullum:legitimè retinet etiam in foro conſcientiæ,Iaſ.in d.l.cum quis. C.de iur. & fac.ignor.communem dicit.

Concor.cum l.xxxj.titu.xiiij.par.v. Idem.

Legatum relictum ſpuriis à patre,cognatis proximioribus defertur, Coua.in epiſt.iiij.cap.viij.§.v.nu. 5.communem dicit ex Iaſo.in l.ij.C. de here.inſtit.& Alex.in l.hereditas.C.de his quibus vt indignis.

Et cognatis proximioribus negligentibus per duos menſes, defertur fiſco.l.x.tit.xiij.par.vj. Idem.

Legatum magnum tollitur rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi,Alc.de præſumpt.reg.j.præſump.xiij. comm.dicit Idem.

Legatum dicitur inutile quod in voluntate alterius relinquitur:niſi ſit in piam cauſam,Ioan.Durand.in arte teſtan.titulo vj.caut.viij.communem dicit.

De materia iſtius communis habes l.vj.tit.iij.par. vj.& l.vj.tit.v.lib. iij.For.legum.& l.xxxj.cum nouem ſequentib. in decis. Taur. & l.quæ cum communi concordat in l. vigeſimanona titulo nono parte ſexta quam rogo videas.

Legatum factum cũ clauſula quòd teſtator promittit non reuocare, & quòd ſi reuocauerit quòd donat,non poteſt mutari,& Io.Durand.in arte teſtan.cau.iij.tit.vj.comm.dicit. Idem.

Legatum alternatiuum ſi relinquatur,eſt electio legatarij & non heredis,Salice.in l.plerumque.§.fi.ff.de iur.dot. comm.dicit. Idem.

Legatum relictum certis perſonis certi loci, videtur relictum contemplatione loci.Ioan.Durand.in arte teſtan. tit.vj. cau.vij. Balbus in conſil.j.volum.iiij.comm.dicit. Idem.

Legatum de re aliena,ex certa ſcientia teſtatoris efficax eſt:& heres tenetur emere & dare legatario,Alex.in l.alienã.C.de leg. Duran. in arte teſtan.tit.vj.cau.xxxij.comm.dicit.

Concor.cum hac communi.l.x.& xxxvij.tit.ix.par.vj. & ſi res legata venit ad legatarium alio titulo quàm legati: heres tenetur conferre ei pretium.l.xliiij.tit.ix.par.vj.quia licet cauſa fuit adimpleta:non tamen ceſſauit effectus.l. ſi iam facta & l.conditio.ff.de conditio.& demonſtr. Bald.in l. filia legatorum.quæſt.ij.C.de lega.de quo per Tiraq.tract.de ceſſante cauſa,in xviij.limit.vbi dicit communem opin. Allegat.Paul. de Caſtro.conſil.cxlviij.volum.j.ibi Pau.concludit quòd ſi ea, cui quis teſtamento dotem reliquit:nubat interim antè, quàm teſtator moriatur,ſitque ab alio dotata,& tamen debetur legatum ad quod etiam accedit,quòd ſi teſtator reliquit decem Bertæ,quæ eo tempore teſtamenti erat iam nupta,debetur illi legatum ex Bald.in l.vlti.verſic.pœnæ teſtator,C.de ſenten.

Amplia,etſi ſi factum de re eccleſiæ:ſaltem vt detur æſtimatio,Cur. iun.conſil.xxx.communem dicit.

Contrarium diſponitur per l.xiij.tit.ix. par. vj. vbi dicitur quòd res eccleſiæ non poteſt legari,nec heres tenetur ad æſtimationem:quæ concordat cum cap.filius de teſta,de quo vide l.filius.de teſtam.

Amplia,etſi ſit res fiſci.idem ibi,num. 5.

Amplia, etiam ad rem dotalem.ibi,num.6.

Amplia, etiam etſi ſit res minoris,idem ibi eo.nu.

Amplia dictam concluſionem,etiam ſi legatum ſit factum fratribus minoribus,qui non poſſunt habere proprium:valet tamen vt reddatur æſtimatio, Curt.iun.conſil.xxx.numero 7. communem dicit. & ſic eſt intelligendus Signor.de homod.conſi.xl.in fine, dicens communem opinionem eſſe quòd fratribus mendicantibus non poſſunt legari annui reditus pro alimentis.

Fallit,ſi rem habet teſtator,etſi ſit fideicommiſſum,finiturum tamẽ morte teſtatoris,quia heres non tenetur eiicere, nec dare æſtimationẽ, Iaſ.in conſil.cix.vol.iiij.& idem in emphyteuſim, legatúmque finitur morte teſtatoris,Iaſ.in l.vxor.C.de legat.comm.dicit. Idem.

Legatum factum,lego priori Bibliam,& fratribus pro emenda cappa decem,ſi prior præceſſiſſet,habebit prior Bibliam tantùm,ſi tamen ſequatur,habebit vtrumque,Imol.in l.coheredi.§.partem.ff.de vulg.& pupil.& Iaſo.in l.doli.de verb.oblig.ff.num.4.communem dicunt,vbi vide Aretin.pulchrè loquentem. Idem.

Legata data ab inſtituto, cenſentur repetita à ſubſtituto, niſi aliud appareat de mente teſtantis.Bellon.conſil.lxiij.num.5.communem dicit.ex l.non iuſtam.C.ad Trebell.& l.licet,de leg.j.& l. vnica. §. pro ſecundo.& §.non autem.C.de cadu.tollen.& Iaſ.in d.l.licet. Idem.

Legatum factum nomine expreſſo heredis non cenſetur repetitum in ſubſtitutione, Alciat.de præſumpt.reg.ij.præſum.xxxv.num.3.communem dicit. Idem.

Legatum ſub conditione in primo teſtamento,ſi in ſecundo ſimpliciter legetur,reiecta cenſetur conditio, Curt.iun.conſi.cxxxvj.num.14. communem dicit. Idem.

Legatum factum creditori voluntario, debetur & creditum, ſecùs tamen & in creditore iuris, vel conſuetudinis, quia præſumitur factum animo compenſandi.Ioan.Cora.in lib. iij. Miſcella. cap.j.num.9. communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.l.xv.tit.vj.For.ll.& l.iij.& vide quæ habes in ver. vxor. infra quæ loquitur de bonis duran. matrimonio. numero fin. Idem.

Legato alicui facto actio,& vel obligatio quę affixa eſt oſſibus legatarij:non finitur: etſi finiatur tempus appoſitum ipſi legato, ſed exceptio tantum, dominium autem rei legatæ finito tempore, tranſit in heredem:ſicut tranſlatum erat in legatarium,Iaſ.in l.illud.C.de leg.nu. 7.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Ratio prædictorum eſt quam cum aliis in hac materia ponit M.Ant.Bard.in tract.de temp.vti. & contin. in capit.xij.

ſub num.12.

Legatis mobilibus,non veniūt nomina debitorum,Iaſ.conſi.v.vol. iij.Io,Durand.in arte teſtan.tit,vj.cau,ix.communem dicit. Idem.

Legata domo,ſi teſtator habet plures domos,erit in arbitrium heredis dare minimam,& ſi nullam habeat;legatum eſt eluſorium, Maine. in l.ſemper in obſcuris,nu.9.ff.de re iur.communem dicit. Idem.

Legatario licet tres actiones competant pro legatis,videlicet perſonalis ex teſtamen,rei vendicatio,& hypothecaria per l.j. C,communia de le.limitatur tamen d,l.quòd actio ex teſtamento non competit pro legatis factis duntaxat ad honorem,& vtilitatē teſtatoris,vt conſtruatur capella:quia tunc competit officium iudicis,Ripa in l.per omnia, num.42.ff.de leg.j.communem dicit ex Par.ibi,licet ſibi non placeat. Imò quòd non ſolum competant in iſto legato actio ex teſtamento, ſed etiam officium iudicis.

Fallit ſecundò,in legatis quæ ſuſtinentur de iure ſpecialiter:vt in legatis cōditionalibus,pro quibus cōpetit Actio in factum,vel officium iudicis.idem ibi.nu.43.comm.dicit,vbi vide alias limitationes.

Nota quòd l.j.in quantum dicit quòd pro legatis competit rei vendicatio,limitatur in vniuerſalibus fideicommiſſis,vel legatis,quia non competit niſi facta reſtitutione per heredem. Sublimitatur in legato vniuerſali,relicto eccleſiæ,ſecuta actione per heredem, Idem Ripa ibi num.51.communem dicit.

Limita d.l.quò ad rei vendicationem in legato partis bonorū:quia non competit rei vendicatio,idem ibi,num.53.comm.dicit.

Limita etiam legato vnius rei facto duobus in ſolidum quia non competit rei vendicatio.idem ibi,num.56.comm.dicit.

Fallit d.l.j. quia hypothecaria non competit in re legata. idem ibi, num.65.communem dicit.

Amplia primò, in legatis pro quibus competit officium, idem ibi, num.66.communem dicit.

Nota quòd actio hypothecaria quæ competit pro legatis non fuit cognita de iure digeſtorum,idem Ioan.de Ripa ibi,numero 64. communem dicit. Idem.

Legatario non accreſcunt quæ acquiruntur ex re legata ante aditam hereditatem, Petr. Raue.in alpha.aur. in verb. legatum, communem dicit.

Concor.cum hac communi à contrario ſenſu l.xxxvij.tit.ix. part.vj. Et quando res relata pluribus,accreſcit aliis,vide l.xxxv,eod,tit.

Amplia, etiam ad legitimam, quia poſtquam alicui eſt aſſignata: non accreſcit illi ſed patri,vel heredi, Curtius Senior conſilio lxxxiiij. numero tertio.contra Bald,in cap.cum M.Ferrarienſis.de conſt.communem dicit. Idem Villal.

Legatarius in teſtamento teſtis eſſe poteſt.l.dictantibus.C,de Teſt. Quòd fallit quo ad legatum ſibi factum, communem dicit Duran, in art.teſt,tit.ij,cau,ix. I.Fic.

PRO. Lectio repetita placebit,vnde ſecundum Horatium, Decies repetita placebunt.in §.j.de emen.Iuſti.Cod.

PRO. Legatum ſub modo peti non poteſt ſine ſatiſdatione l.quibus diebus.in §.Termilius.ff.de cond.& demonſt. Bellon.

PRO. Legati appellatione continetur & fideicommiſſum l.& fideicommiſſum.ff.de leg.iij.l.ij.commun.deleg. Idem.

PRO. Legati appellatione etiam heredis inſtitutio continetur in l.verbis.ff.de verb.ſig.

OBIEC. Contra de l.mulier.§.fin.ff.ad Treb.vbi legata portione hereditatis non cenſetur facta heredis inſtitutio,& per conſequens reſtitutio ex Trebelliano,nec quartæ retentio dabitur.

SOL. Dic quod ex largiſſima ſignificatione,verbum lego, trahitur ad inſtitutionem heredis,d.l. verbis.ſecus ſecundum communem vſum loquendi: cui ſtare debemus, quia non trahitur ad ætum heredis.ita Bartolus,in l.centurio.ff.de vulgari ſubſtitutione. Bellon.

PRO. Legata vniuerſalia fideicommiſſis vniuerſalibus, & legata particularia particularibus fideicommiſſis exequata ſunt.l.j,ſecundum communem intellectum.ff.de leg.j. Idem.

PRO.Legatarius poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti.l.qui teſtamento.ff.de teſt.in §.legatariis.inſtit.de teſtam. Idem.

OBIEC. Opponitur,quia nemo in ſua cauſa teſtis eſſe poteſt. in l.nullus.ff.de teſtibus.

SOL. Legatarius in cauſa teſtamēti non ſua fert teſtimonium,nec propter hoc quòd valeat teſtamentum, ſequitur quòd valeat legatum, cum ſine teſtamento legata poſſunt conſiſtere in authen.ex cauſa.C.de libe.præte.vel exhere.ita Accur.in l.omnib.C.eodem. Idem.

PRO. Legatarius quodammodo quaſi heres eſt.l.id tempus.§.fi. de vſucap. Idem.

PRO.Legatarius non habet neceſſe in omnibus rebus portionem vendicare.l.poteſt.ff.de leg.j. Idem.

PRO. Legaui,verbum,non tantum ad præterita,ſed etiam ad præſentia legata trahitur.in l.talis ſcriptura.§.fin.ff.de leg.j. Idem.

Legatus de latere in prouincia ſibi commiſſa,ac extra poteſt ſubditos abſoluere propter iniectionem manuum violentam in clericum, excommunicatos,etſi ſit enormis læſio, Panor.in cap. penult.de offic. deleg.communem dicit. B.Villal.

Concor. cum l.xxiij.tit.ix.part.j.

Legatus in prouincia ſibi decreta poteſt adiri per viā ſimplicis querelæ,gloſſ.communiter approbata.ſecundum Panorm.in cap.j de offi.deleg.numero,2. Idem.

Legatus nuntius extra prouinciam non poteſt abſoluere quemquā Panor.ibi communem dicit. Idem.

Legitima debet filio relinqui titulo inſtitutionis,aliàs teſtamentum eſt nullum. Communem dicit Clarus in §. teſtamentum. quæſtione trigeſimaoctaua. P.Fich.

Legitimam in vna re, filius non poteſt propria auctoritate eligere ſibi,ſed auctoritate iudicis hoc fieri debet.Eſt comm. opin. ſecundum Dec.conſil.ccxxxvj.non parua difficultas. M.Grib.

Dos competens intelligitur incluſiuè,vſque ad Legitimam.Eſt com. opin.ſecun.Dec.conſ.cclxxvj.proponitur quod dominus.Idem conſil. lxxxix.viſo puncto,& conſil.ccclxxix.requiſitus.circa med.

Fallit primò,quando filia dotatur à parte:quia dos præſumitur com petens ex prouiſione paterna.Dec.conſ.xxvj.& diligenter.circa princ. verſ.ſed tamen his;non obſtantibus,& conſil.cciij. vt vera reſolutione. Paul.de Caſtr.conſil.cviij. ſuper j.in vj.dubio,niſi pater eſſet in dolo.

Fallit ſecundò,quando mulier cum minori dote quàm ſit legitima, poſſet habere maritum ſecundum qualitatem ipſius.Dec. ibi.ver.ſi verò mulier.

Fallit tertiò,quando mulier ſpecialiter renuntiaſſet ſupplemento dotis,vel legitimæ cum iuramento. Dec.ibidem.verſi.præterea & ſecundò.& conſil.lxxxix.

Fallit quartò, quando filia excluderetur ab inteſtato, per ſtatutum: quia tunc cenſetur etiam excluſa à legitima,& conſequenter à ſupplemento.vt ſuprà in verb.Filia.

Filius,repudians hereditatem paternam,priuatur etiam Legitima Eſt comm.Doc.opin,in l.quia poterat.ff.ad Treb.contra Roma.ſecun. Alex.conſil.lxxv,verſic.nec iſto caſu.volum.j. Idem Grib.

in Legitima filiorum habet locum ius accreſcendi.Eſt comm.opin. ſecund,Iaſ.in l.re coniuncti.ver.tamen aliam partem ff.de leg.iij. Eſſe magis comm.dicit Alex.in l.planè § ſi duob.num.5. in fi.de leg.j.Soc. iun.conſil.xxv.caſus iſte.num. 13.volum.j.

per ſtatutum Legitima in totum auferri non poteſt. Eſt communior & æquior opin.ſecund.Alexand,in conſi.ccxj.viſo themate.verſic, ſecundo reſpondeo. volum. vij. Contrariam opinio.quòd imò in totum tolli poſſit,dicit eſſe commun.& ab ea in iudicando minimè recedendum,idem Alexand,in conſilio clxviij.viſis ac ponderatis. circa princip.volum vij. Idem.

ſicut aucta eſt Legitima deſcendentium vſque ad tertiam, ita etiam legitima aſcendentium.Eſt magis comm.opin.ſecund. Alexan.in conſilio clxviij.viſis ac ponderatis volum.vij.& in conſil. cxl, ſuper teſtamento.in fin.vol.j. Idem.

ius petendi ſupplementum Legitimæ,non finitur quinquennio vt voluit Bart.ſed durat perpetuò,id eſt,xxx.annis.Eſt comm,opin.ſecun. Iaſ.in l.certi condictio.verſ.Angelus hic.ff.ſi cert.pet. Idem.

Statutum propter exiſtentiam agnatorum,vel aliam ſimilem cauſam;poteſt matrem in totum priuare legitima in bonis liberorum.Eſt comm.opin.ſecun.Alexand,in conſil,lxviij.circa præmiſſam.verſic.& conſtat,volum.iiij. Idem.

Statutum non ſolùm matrem,ſed & filias propter exiſtentiam agnatorum à legitima in totum excludere poteſt. Eſt magis com.opin. ſecund.Alexand. in conſilio lxviij. circa præmiſſam. verſic. quinimò ſecundum volum.iiij. Idem.

In foro conſcientiæ,etiam per expreſſam pupillarem,mater non excluditur à Legitima.Eſt dictum Archid.communiter approbatum,ſecundum Dec.in conſil.ccxj,ſubtilis eſt caſus.in fi.vol.ij. Idem.

Pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio condemnato. Eſt comm.opin.ſecund.Cæpol.in conſil.lxviij.caſus. verſ.item hoc etiam determinauit. Idem.

Legitima in bonis filij debetur matri de iure poſitiuo,ideò per ſtatutum auferri poteſt,& per ſubſtitutionem pupillarem mater omnino ab ea excluditur,etiam in foro conſcientiæ.Eſt magis vera & commu. opin.contra Archid.ſecund.Rubeum.Alex,conſil.lxix,caſus talis.circa fin.volum.j. Idem.

Qui non ſuccedit,non facit partem in legitima.Eſt com.opin.ſec. Corn.in conſil.cxcix.in hac.verſic.tamen his minimè.vol.iij. Idem.

Legitima etiam iure naturæ debita,per ſtatutum omnino tolli poteſt.Eſt magis communis opinio.ſecundum Alexand.in conſil.iij.circa præmiſſam.verſic.quinimò,vol.vij. Idem.

per omiſſionem inuentarij,filius Legitimam non amittit.Eſt magis commu.opin.ſecund.Alex.in conſil.cxxxix.eleganter circa princ.vol.j.

Legitimæ ſupplementum non debet propria auctoritate capi, ſed petendum eſt ab herede vel legatariis, pro rata bonorum. Eſt magis comm.opin.ſecund.Alex.in conſil.cxxxiiij.attentis.circa med.vol.4.

Frater excluſus à fratre inſtituto extraneo,non facit partem matri in Legitimam.Eſt mag.comm.opin.ſec.Dec.in conſi.ccxcvj.in caſu.poſt Alex.in

Alex.in l.plenè,§.ſi duobus in fi.de leg.j. Idem.

Dos data fili ,& eidem pleno iure quæſita tranſmittitur ad eius liberos,velut heredes,nec eis in legitimam ab auo debitam imputatur. Eſt magis commu.opin.ſecun.Alex.in conſi.xxiij.viſis dubiis.vol.j.

Fallit,niſi dicti nepotes ſuccederent auo materno,cum eorum auunculis ex perſona matris. quoniam eo caſu tenerentur ſibi imputare, quemadmodum eorum mater imputaſſet ſecun.Alex.ibid. poſt Bal.in l.illam.C.de collat.Salv.in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi teſta. Imo.in l.in quartam.ff.ad leg.Falcid. Idem.

Neptis agens ad ſupplementum Legitimæ, ex teſtamento aui, dotem maternam in legitimam imputare tenetur Eſt commun, opin, ſecun.Dec.in conſi.clxxxj.ſatis nota ver,tertiò poteſt. Idem.

Filia ſimpliciter excluſa à ſtatuto,ſtantibus maſculis non connumeratur inter filios,nec facit partem in Legitima. Eſt magis comm.opin, ſecun.Pariſi.in conſi.lv. quoniam Iacobus nu. 16.volum. iij.Contrariá opinionem dicit magis communem Guid.Pap. deciſio. ccxcv. an filiusfam. Idem.

Legitima non debetur filio viuente patre, ſed videtur quaſi debita, l.j.§.ſi impuberi,ff.de collatio.bono.l.fina.& vtrobique Bart.ff.de liber, agnoſcen.& Bald.in l.lex Cornelia.ff.de vulga.& pupi. ſubſtitu.& in l, quanquam.C.ad legem Falci.& conſi,cclvij,nume.primo,& ſequen.volum.iij.Bar.in authen.ſi qua mulier prope fin,C.de ſacroſanct.Eccle.gl, & Doct.in leg.cum à matre,C.de rei vendi.& iſta eſt communis opinio,vt per Moder.in capit.Raynutius,de teſtam.& Marquardus in tracta.de Iudæis,& infidelibus,in iij.part.cap.vj.num.3.quæ quidem legitima debetur ipſi filio liberè,& abſque aliquo grauamine.l.quoniam in prioribus,C.de inof.teſt.legitima iſta filij certe eſt quota bonorum, non autem hereditatis.l.quoties,& ibi Bal. C.de hered. inſtitu. & iſta eſt communis opinio teſte Boerio deciſio.xxiiij.num.12. & ſimiliter,debita de ſubſtantia,non autem de fructibus.l.ſcimus. §,repletionem.C, de inof.teſta.vbi Doct.omnes communiter concludunt in electione filij eſſe ſecùs in Falcidia,& Trebellianica vt per Bar. in l. in quartam, ff.ad legem Falci.Sed an velit bona,vel æſtimationem vide Bar.declarantem in l.Marcellus.§.res quæ ff.ad Trebel. in l. ſuus quoque. ff. de hered,iuſtituend.in princ.& Legitima iſta detrahitur de ſingulis corporibus rerum hereditariarũ ſaltem arbitrio boni viri,ſec.Gul.de Gug. gl.& Paul.Caſt.in d.§.repletionem,Bar.in d.l.ſuus quoque,in fi.principij,Bal.in l.iubemus.C.ad Treb.ſimiliter nec poſſet filius ſuper legitima hac paciſci,ſicut nec ſuper hereditate patris, vt not. in l. fi.C. de pact,ad quod facit etiam,quia legitima eſt quota bonorum,nec dicuntur bona,niſi ære alieno deducto,l.ſubſignatum,§.bona,ff.de ver.ſi,Verùm ſi condemnatus eſſet ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam rationè legitimæ non tenetur,auth.ſi qua mulier, & ibi Bar.in ſi,C.de ſacroſanct.Eccl.tradit.Abb.quoque in c.ij.de delict.puerorum. hócque tenet etiam Spec.in tit.de executione ſententiæ,num.2.Bal. cõſi.cclvij.per totum,vol,iij Doct.omnes in l.in ſuis.ff.de libe. & poſth. Guli,de Cuz.Bar.Alberi.& Bald.in l.ſi qua pœna ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iu.& opinionem iſtorum ſupponit eſſe communem Soc.iun. conſ.lj.nu.5,libr.j.Petrus à Duenas in tract.de regulis vtriuſque iuris, reg,ccclvj.nu,2.Ampliat poſt alios ibi relatos per eum,& Ruynus cõſ. cxlix,vol.ij.Limitatur,ac interpretatur præmiſſa concluſio in filiis, & filiabus Iudæorum,qui,vel quæ quidem filiæ alimenta legitimam, dotes,& donationes propter nuptias petere poſſunt,& ad eas dandas parentes Iudæi,vel infideles in eorum vita aſtringi debent.§. generalem autem prouidentiam in auth.vt cum de appellatio. cognoſ. & cap.Iudæi.vbi Ioa.de Ana.& alij de Iudæ.& hæc omnia latius refert,& comprobat Marquardus de Suſannis in tract.de Iudæis ſupra citato in iij. part.ca.iiij.num.1.& ſeq.imò omnia bona parentum Iudæorum , vel hæreticorum infidelium tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,debẽt peruenire ad ſolos filios,& filias effectos Chriſtianos,adeò quòd parẽtes ipſi contrarium diſponere non poſſunt l.cognouimus, & auth. idẽ C.de hæreti.& d.§.generalem.Limittatur ſecundo loco, quando pater ingrederetur monaſterium,quia tunc haberetur pro mortuo & eius filij petere poſſunt legitimam,quæ aliàs ipſis non debebatur in vita patris,ſecundum communem opinionem omnium Canoniſtarum in c. in præſentia,de probatio.quam allegant Moder,ibi,Francus Peruſinus in rub.de teſt,& Corſettus ſing.in ver.legitima licet Deci.in d.cap.in præſentia,numer,162.atteſtatur de alia communi opinione contraria Legiſtarum. Legitima ſufficiens vbicunque inter viuos relicta,ſeu aſſignata reperitur hoc caſu filij,vel filiæ inſpectis patris facultatibus,non poſſunt agere ad ſupplementum propter lucrum,ſeu facultates poſtea auctas,quia tempus legitimæ ſolutæ,non autem mortis inſpiciendum eſt,& ſic exploratum habes,quòd poſtquam filius à patre legitimam in vita ipſius accepit,ſi pater demum effectus fuerit locupletior vel pauperior,hoc non conſideratur,ſecundum Iacob.But.in l.pactum dotali.C.de collatio.in vlti.quæſt,quem ſequitur ibi Bald.in vj.oppoſitio, & in l.in ſucceſſione.C.de reuocand.iis,quæ in frau.credi.in l. fin.C.de vſuris rei iudi.in l.quamuis.circa fin,C,de fideicomm.in l.cùm oportet §.prim.C.de bonis,quæ liber.& in auth.res quæ.C.communia de lega. Ang.Imo.& Roma.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo. obligat.Ang.in l.ſi proponas,Paul,Caſtren.in d.auth. res quæ, Moder. in cap,quamuis de pact.Alex.conſi.clxxx.lib.v.Iaſ. in l.ſi quando. §. j. C. de inoffi.teſta.In hac opinione tanquam æquiori videtur reſidere Grimati.deciſio lvij.nume.34.& ſequen.Boeri.deciſio.lxij.num.14.& Ruynus,conſi,lvj,numero 7,volumine iij.quam quidem opinionem audacter aſſeruit eſſe communem Geor. Natta in d,cap. quamuis, & Boeri.in d.deciſio,lxij.poſt alios ibi per eum relatos. In contrariam verò ſententiam inclinauit Bald.ſibi ipſi contrarius in cap.cùm M.Ferrarienſis.de conſtitut,Lucas de penna,in l.ij.circa fin.C.de pr d.& omnibus rebus nauicu.libr.x.Iaſ.etiam ſibi parum,aut nihil conſtans in d,auth.nouiſſima,& in l.quod Seruius,nume.12.ff. de condictio. cau. da,cau.non ſecu. in quibus locis ait primam opinionem negatiuam communiter reprobari per text,in d.l.ſi quando.§.j.niſi quando interuenerit iuramentum:tunc enim nihil petere poſſet ratione iuramenti, ſecundum communem ſententiam per d,cap.quamuis, quam communem vltra Iaſ.in d.l.quod Seruius,nume,12,Barba.in allegato.cap cum M.num.160.& Ripa.inibi, numero 38.expreſſe allegant, citant, & atteſtantur,& opinionem iſtorum affirmatiuam ſequitur etiã Ruynus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthum.Soc.conſi.100 vbi refert ita in Ciuitate Florentiæ fuiſſe iudicatum,& pronunciatum retenta tamen iſta ſecunda opinione,quæ videtur magis communis, vt ſupra docuimus.eam limita in duobus,caſibus nõ procedere,quos ponit Ripa in d.cap.cum M.num.38.

Pater prius condito teſtamento filio impuberi,non poteſt in codicillis directam pupillarem ſubſtitutionem facere , ſed per fideicommiſſum ſubſtituere poteſt.l.hereditatem.C.de codicil.& iſto caſu poterunt heredes eius legitimam deducere,l. ex tribus. C.de inoffi. teſta. limitatur ac interpretatur hoc eleganter non habere locum , quando per teſtatorem non filius,ſed eius ſucceſſores rogentur hereditatem reſtituere,tunc quippe fideicommiſſarius ab heredibus pupilli, legitimam deducere nequit,text.eſt in l.ſi fundum.§.fin.ff.de lega,j.& ibi latè Iaſ.poſt.Bart.& per Bald.conſi.xxxix.teſtator relinquit.libro primo. Paul.Caſtr.conſi.clxxxvij.in caſu præſenti,& per Cor. conſil. cxxxviij. nulli dubium,lib,iiij.& conſi.clviij.viſo ſupra ſcripto,vol. ij.& Auguſt. Beroium in cap.Raynutius,num.244.de teſtam. & iſta eſt communis opinio per Iaſ.in d.l.ex tribus Ratio huiuſmodi communis videtur iſthæc,quia legitima non debetur eis,qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt:ſecundum Bald.conſi.cccxix.circa primum dubium, lib.iij.& conſil.xlix.Statuto cauetur quòd mater,vol.v.cuius opinionem audacter aſſeuerat eſſe communem Crauet.conſi.ij.numero 13.Ampliatur præmiſſa communis ita firmata non ſolum procedere in caſu claro, verum in caſu dubio etiam , vnde audacter : & explicitè dic , quòd in re dubia intelligitur fideicommiſſum iniunctum non filio,ſed eius heredi argumento l.quoties,ff.de rebus dub.& per Paul.Caſtr.& Iaſ. in d.l.ex tribus,& Alexan.conſi.lxvij.conſideratis.libr.iij.& Iaſ.in l.coheredi.cum filiæ.ff,de vulga & pupil.ſubſti.& conſi.xcix.dominus, vol. ij. ſcribit,affirmatque iſtam eſſe communem opinionem contra Bart.contrarium concludentem in dicto §.cum filiæ,& de communi prædicta facit mentionem etiam Auguſti.Beroius in dicto capitulo Raynutius, num.244.circa medium,vbi ait iſtam eſſe veriorem.& magis communem ſententiam. F.Viuius.

Legitimæ renuntians mater non propterea ius petendi eã nepotibus aufertur & per conſequens non obſtante matris renuntiatione, nepos filia præmortua dotata ex propria perſona ſua in bonis ſui aui materni legitimam petere poteſt,ſecundum Bald.in l. pactum dotali. C.de collatio.& in l.fin.C.de pact.& idem voluit Imo.in l.qui ſuperſtitis.ff. de acquir.heredi qui hoc pacto limitat,& reſtringit dictum Bart. ibi, quando in vita patris filia moreretur ſequitur etiã Aret.& Pau. Caſt. ibidem,& iſtorum ſententiam refert eſſe communem. Ripa,in ſingularibus reſponſis in titu.de legibus,& longa conſuetudine,capit.vj.nu. 3.& Grammati.deciſio,50.num.30. Idem.

Ius petendi vel agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur minori triginta annorum curriculo ſecundum Doct.omnes communiter in l.ſi quis filium.C.de inoffi,teſta.licet Bart.conſi.xiiij.tenuerit contrariam opinionem,quam omnes Doct. variis in locis magis communiter damnarunt vt refert.atteſtatúrque poſt alios ibi relatos per eum Boer.deciſio ccl,nu,9,& ſeq.Io.Bapt.Caſtello.in add,ad Franc. Cremen.in ſing.cxxviij.antiqua eſt quæſtio,Ripa,in l.fi.nume,235.C. de reuocand.donatio.& Grammati,deciſio.ciij.num.46. Idem.

Legitimas duas,ſeu duas,quartas poteſt detrahere filius grauatur de reſtituendo id eſt,vltra Trebellianicam poteſt detrahere Legitimam, ſecundum communem opinionem Doct,in cap,Raynutius de teſtam. in l.in quartam.ff,ad legem Falci.& in l. filium quem habentem. C.familiæ,hercìſc,quam declarant,& citant Cro.in repet.l.qui Romæ §.duo fratres,ff.de ver,oblig,Deci.conſi.cciij.nu.3.Crauet. conſi.cx nu.1. & Cur.iuni.conſi.cvj.nu.1,Hoc procedit quando vtriuſque quartæ detractio eodẽ tempore non concurreret,d.cap.Raynutius,& c.Raynaldus de teſt.in antiq,Doct.omnes communiter in l.quamquam.C.ad l.Falci.Bal,conſil,cccclxxxviij.factum ſuper quo libr.j. Bar.in ſ.l. Papinianus §.meminiſſe.ff.de inofſi.teſt.Fulgo.con.xxvj.ſtante ſtatuto.cũ allegatis

& cógeſtis per Alex.conſ.xliiij.atteta in fi.lib.ij.& in l.in ratione §.quod vulgo.ff.ad legem Falc.& Afflict.deciſ.ccclxvij.nu.4.Interpretatur etiã iſta concluſio non habere locum,quando teſtator mandaret ſeu iuberet totam hereditatem reſtitui,quia hoc caſu filius grauatus detrahit ſolummodo legitimam, ſecundum allegatos doct. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Bertran. in l,hac edictali , §.ſi tamen nu,10.C. de ſecund.nup.Sed ipſe Bertran. loco de quo ſuprà dicit, quod filius priuatus hoc caſu debet computare Trebellianicam in legitimam, & ita declarat dictam limitationem communem. Idem.

PRO. Legitima filiorum quaſi debitum appellatur in §.j.in authen. de trien.& ſemi.colla.iij.leg.Papinianus,§.ſi quis impubes,ff.de inoffi, teſta. Bellonus.

P R O.Legitima pars liberorum titulo inſtitutionis eſt relinquenda l.inter cetera.ff.de lib.& poſth.& aliud quoque capitulum.& §.hęc autem diſpoſuimus.in auth.vt cum de appel.cog. Bellon,

P R O.Legitima etiam in quinque ſolidis iure inſtitutionis poteſt relinqui gl.communiter recepta.in l,iij.§,ſed vtrum.ff,de mi.

P R O.Legitima debetur tantum tempore mortis. in l.cum quæritur.M.de inoffic.teſta.in l.j.§.ſi impuberi.ff.de col.bono. idem,

Legitimæ nullum grauamen,aut onus,vel conditio perpetua poteſt imponi.l,quoniam nouella,& l.quoniam in prioribus.C,de inoffi. teſta.hinc eſt,quòd teſtator non poteſt diſponere in teſtamento ſuos filios ſtare ſeu viuere in communione perpetua,vt ſentiunt.Pau.Caſt.& Iaſ.in l,ſi non ſortem.§.ſi centum. ff.de condi.indebi. & ita conſuluit, Alex.conſil.ccccLxxv.vol.iij.conſil,xxix.vol,v.& conſi,xlviij.vol.vj.& ita etiam conſuluit Boeri.conſi.xiij.hoc idem tenet,ſequitur Ant. Rubeus conſ.xxvij.num.3.& Ripa.in l.nemo poteſt.nu.20,de leg.j.& ad hoc corroborandum Doct,allegant text.celebrem in l.in hoc iudiciũ, §.ſi conueniat.ff.communi diui.vbi dicitur expreſſe teſtatorem poſſe prohibere diuiſionem ad empus,ſed in perpetuum,quamuis Alex.ſibi contrarius,& malè in d.§ſi centum,velit contrarium: & hoc quòd teſtator poſſit prohibere inter filios infra determinatum, & certũ tempus diuiſionem fieri ſecundum Paul,de Caſtr.in d. §. ſi centum, poſt Bart.in l,Quintus.ff.de annu.leg.& Bal.in l,ſi quis ita ff.de cond.inſtit, debet intelligi cum grano Salis,vt latè declarat Grammati. deciſio.vij. Ampliatur antem,præmiſſa in tantum procedere,quod nec quis cogitur ſtare in communione perpetua,etiam ſi iuraſſet ſtare in dicta communione,vt latè per Doct,in d.§.ſi certum, Ripa in d.l.nemo poteſt, nu,20.& Marſyl.ſingul.xx.Limitatur ac declaratur concluſio iſta non procedere,quando pater prohiberet alienationem dictæ legitimæ vſque ad certum tempus,veluti xxx annorum,cum talis prohibitio contineat fauorem liberorum,ideo valet,& tenet ſecundum Bart.& Doct. in l.cum ex filio.ff.de vulga.& pupi,ſubſtitu. Iaſ.in l.filius matrem. per illum text,C.de inoffi,teſta.Alex,in l.multi nõ notæ.ff.de libe.& poſthu.Thoma.Ferra.caute.xxxv.Crotum in l.filiusfa.§. Diui.ff.de legat.j. & Iaſ.ibi circa fin.aſſerit ab hac opinione neminem diſcordare, licet Bald.in l.pater in iij.notat.C.de inſtitutio.& ſubſtitut.teneat contrariũ & Franciſ.de Aret.conſil.xix. Sed tamen pro prima opinione conſuluit Pau.de Caſt.conſi.lxxvij.vol,antiquo,& in d.§,ſi centum,quem ſequitur inibi Alex,& idem tenet Paul. Caſt.in d.§.Diui,&iſtam Pau. & aliorum ſententiam fatetur eſſe communem Boeri. deciſi.lxxxvij. nu.5. nec enim iudicatur oneroſa prohibitio alienationis legitimæ ad tempus facta,ideóque non reiicitur.l.filius mater,C,de inoffi.teſta,& concluſio iſta,ſeu limitatio videtur communis, teſte Boeri. in d.deciſio, lxxxvij.& conſtat quoque hanc eſſe communem ſententiam ex congeſtis per Deci.conſi.ccccxlij.& Bellameram.conſi.xxviij.Sed vbicunque ſimpliciter teſtator prohiberet alienationẽ,tunc ſtatim bona poſſent alienari vſque ad integram legitimam , & per conſequens nihil operatur,quantũ ad legitimam ſimplex prohibitio alienationis, vt per Iaſ,eleganter,conſi.clxj.reuocatur.li.ij. Idem.

Legitima matri per ſubſtitutionem pupillarem excluſæ non debetur,nec ei aliquo modo aſſignanda eſt in hoc caſu. c.ſi pater, de teſta, lib.vj.& iſta videtur verior,& magis communis opinio ſecundum Alex.conſi,xij.atteſtatis verbis,conſi.iij.conſ.xvi, ponderatis his,eodem vol.conſi.lj.in caſu præſenti,vol.vij,in leg.Centurio,vbi omnes Doctores,ff,de vulga.& pupi.ſubſtit. & Corn.conſi.xciij.licet poſſet lib.iij, Deci.verò conſi,ccclxxj,in cauſa circa fi.aſſeuerat communem opinionem omnium Doct.eſſe quòd omni tempore dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria,& caſu quo(aduerte)hæc ſubſtitutio reperiretur facta ſimpliciter abſque temporis diſtinctione ſemper fideicommiſſariam arbitratur Bald.conſi,ccclv.dicta ſubſtitutio,vol.iij.& conſi.clxxv. præmiſſis.lib.v.& Alex,latè conſil.xxxviij viſo themate,lib.j.& conſi.lxvj. viſo teſtamento,lib.ij.imò ipſe Dec.veritatis auctor conſilio cxxviij.in caſu propoſito.dicit non poſſe diſcerni,quæ ſit communis opinio, Ideò ipſe ſuadet ibi quòd æquitate propter conflictum iſtum opinionum poſſet, & deberet matri dicta legitima aſſignari & in hac opinione reſidet etiam ipſemet Deci.conſi,cccccxlij.viſo eleganti, & in effectu dicta ſubſtitutio facta per verba communia omni tempore matre exiſtente in medio erit fideicommiſſaria,vt latè per Dec.in dicto conſilio. ccclxxj. & omnes Legiſtæ communiter in dicta l. Centurio. & in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti. & Canoniſt. in c.Raynutius de teſta.& opinionem iſtam vltra prædictos ſcriben. ait eſſe magis communem afflict.de ciſio. ccclxvij.vbi refert & dicit magnum verbum quòd ita in facti contingentia fuit in ſacro Concilio iudicatum,ideò opinionem iſtam tanquam veriorem magis ęquam magiſque communem mihi ſequendam fore conſtitui,& non ab re,quia deciſiones ſacri Conſilij Neapolitani,quæ proferuntur ſub nomine Regis ſuccedunt in caſibus dubiis loco Imperialis interpretationis,de qua in l.fi, C. de legi.vt per afflict.deciſ.clxix. Idem Viuius.

Legitima filij eſt quota bonorum : non autem hereditatis , Dida,de ſegu.in l.cum Patronus d.l.ij.num,49.& Boer.deciſ.xxiiij.numerro 12. communem dicit. B,Villal.

Legitima per omiſſionẽ inuentarij amittitur,vt conuenit inter omnes Docto,ſecundum eundem Dida.in tracta.titu.v.cauſ.xxxvj. I.Fich,

Legitima neceſſariò eſt relinquenda iure inſtitutionis filio,Alexand. conſil.lxx.volum.ii.Iaſo.in authen.nouiſſima C,de inoffi.teſta. nume. 16.Ripa.in rubr.ff.ſolu.matrim.num. 44.communem dicunt,licet Alexand.in l,inter cætera.de liber.& poſthum.ff.dicat communem contrariam de iure canonico,num.31. quem Iaſo refert & dicit communem contrariam,

Amplia ad legitimam patris,quia debet relinqui iure inſtitutionis Iaſ.in d.Auth.nouiſſima,nu.38.poſt Alex,Communem dicit.

De iure regni cum legitima ſit aucta per l,ix,& xiij.tit.*dela mandas* For.ll.& l.ti.*delas here*.legitima poteſt relinqui quocunque titulo,per Bald. in l.maximum vitium. C,de libe præte. quem refert Segu.in l, cum patronus numero 42.ff.de leg,ij.licet ipſa dicat,quòd tutius eſt quòd fiat iure inſtitutionis per gloſ.in c.Raynutius de teſtam.opinionem Bal.Iaſ.in d.Auth. nouiſſima,nu.24.reprehendit per dictum Imo in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri,& Ludo. Roma.in l.ſi quis priore.ff, ad Trebell.ſed opinionem Bald.approbat l.j.ti.ij.li.v,ordi.in teſtamento nuncupatiuo,de qua vide Suarez.in l,quoniam in prioribus,in decimaquinta limita.Cod.de inoffi,teſtam,

Fallit,niſi aliàs priuetur ex cauſis in glo.in cap.Quintauallis de iur, iuran,& in auth.cum de appel.cogno.iij §. cauſas autem iuſtas, & ex maiori cauſa etiam expreſſis.Curt.Iuni.conſi.clxxxij.nu.10.& Iaſ.in l, non licet,C.de libe præt.Communem dicit. B.Villalo.

Nota quòd licet requiratur quòd iure inſtitutionis Legitima relinquatur:non requiritur quòd tota,ſed ſufficit quòd aliquid relinquatur;nec filius habet quærelam inofficioſi:ſi tota non ſit relicta, ſed poteſt petere ad ſupplementum,Corn,conſi,lxvj.vol.ij.Communem dicit.Legitima patris eſt triens:Iaſ.in auth,nouiſſima.C,de inoffic.teſtã, quam refert.Segu.in l.cum patronus,nu.14.de leg.ij,Communem dicit.lex.vj tau,Legitima aſcendentium eſt tota hereditas,dempta tertia parte bonorum,de qua filius poteſt diſponere ad libitum,in qua quærebatur,vtrùm aucta legitima filij,videatur,etiam aucta patris: de qua per Segu.in l.cum patronus nu,14.ff.de lega,ij.

Nota,quòd pater poteſt exheredare filium ex iniuria verbali ſibi illata,Curt.Iuni.conſil.cxlviij.nu.j,Communem dicit,

Concor.cum hac communi.l.iiij.titu.vij.par.vj. B.Villal.

Legitima ex cauſa minui poteſt per ſtatutum,tolli autem non poteſt;Hiero. Cagno.in l,iura ſanguinis,ff. de re iur, Communem dicit: Petrus Raue.in alpha,aureo in verbo Legitima. & Deci,conſi.xix. & Boe.deci.clxxxviij.nu.6,magis communem dicunt,Contrariam quòd imò poteſt tolli,& Idem dicit Iaſo,in authen. nouiſſima. C,de inoffic, teſta,Sed dictus Hiero.ibi dicit ; quòd Legitima quæ debetur de iure ciuili in totum poteſt tolli , quæ autem debetur de iure naturæ non poteſt,Ioan.autem Nicola,in addi.Aleiat.in tractatu præſump. regul.j, præſumpt.viij.dicit aut ſtat rationabilis cauſa ſtatuendi:& ex toto poteſt tolli aut non eſt & non poteſt.& hanc opinionem dicit magis cõmunem,dummodo ex toto alimenta non tollantur,Et ſic coincidit cũ Cagno.& dicit communem ex mente Curt.Iuni.conſil,x,Et de hac cõmuni vide Soci.conſi.cl.vol.j. nu,2.& ſic eſt intelligendus Alexand. conſilio iij.vol.vij.vbi dicit magis communem opinionem eſſe quod ex toto poſſit tolli:quem refert.Goza.conſi.xliij.num.24.ex quo ſequitur quòd licet princeps concedat facultatem inſtituendi maioricatum de omnibus bonis,pater non poteſt tollere legitimam naturalem aliis filiis quæ ſuccedit loco alimentorum nec princeps nec pater eſt tutus ſi aliàs præſtet talem facultatem,vt per plura deducit Suarez in l.quoniam in prioribus,C.de inoffi.teſtam.ſuper l.v.§,ij,limitabis per totum nu.14.& talis facultas eſt odioſa,vt per Palat. Ru.rep,de don.inter vir, & vxo.in c.per veſtras. §, xxiiij. numero 20.ex quibus etiam reſultat quod cum legitima aſcendentium debeatur iure ciuili quod per ſtatutum poteſt tolli ſecundum communem opinionem,de qua in ver. Aſcendentes, Idem,

Hanc poſteriorem opinionem,ex cauſa hic in fine poſita , ſequitur tanquam communem,etiam Nicola.Bello.conſil.xiij.nu.21. Et ibidem pro hac refert Decium,& per eum accumulata in l.iura ſanguinis.ff.de regul.iur.Et adde j.in verbo Statutum. I.Fich,

*ADDITIO*, Circa legitimam et eius emolumentum ac hereditatem,Ant.de Put.in c.licet.num.16.de vot.et vot.redem.et in c. ſi

hered-

heredes,nu.6.de teſtam.de mente gl.in d.c,licet diſtinguit,aut hereditas eſt diuidua,aut indiuidua,primo caſu conſeruatur legitima,ſecundo verò non,prout in ſucceſſione Regni, quia ſi Regnum diuideretur,facilè deſtrueretur.Circà quam legitimationem,dicit Bartol. in l. fin.§.excluditur.circa fin.de iur.patro. & in authent. nouiſſima C.de inoffic.teſtam. quod aſcendentibus titulo inſtitutionis non ſit neceſſe habere legitimam,ſicut econtrariò.Quæ opin.practicatur contra Bar. vt dicit Ang.in l,ſi à milite.§.fi.nu.3.ff.de mili.teſtam.Bald.in authen, ex cauſa, nu, 17.C. de lib.præter.& in l.omnimodo.nu.1. C.de inoffic. teſta.Imol.in l.j §.ex fundo.nu.3.verſi.iuxta prædicta reſtat,de her. inſtit.cum aliis de quibus in apoſtill.in dictis locis, & communem dicit hanc I.ſ.in d.authen.nouiſſima,nu. 37, admiratúrque quod Bartol. amicum non inuenerit in ſua opin.tamen aliquando Bald.variauit qui cum Bar.aliquando tenuit,vt per Imo.in d.§.ſi ex fundo.

Legitimatus à Principe ad ſucceſſionem feudorum,ſuccedit in feudo,& excludit cæteros agnatos remotiores,comm.d.. I.Clarus. in §.F. Q.lxxxij.verſ.Sed quæro. P. Fich.

Legitimatus à Comite Palatino habente priuilegium ſpeciale legitimandi ad feuda,ſuccedit in feudo,com.d.in §.F.Q.lxxxij.verſic. & hæc quidem. Idem ex eodem.

Legitimatus ſuccepit in Emphyteuſi à priuato concessa : ſed ſi ab Eccleſia conceſſa ſit,non ſuccedit.com. d.in §. E.Q.xxxj. Et hic habes caſum quòd legitimati de iure canonico non æquiparantur per totum legitimis.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in feudo vt legitimus:com. dicit.Clarus.in §.F. Q.lxxxij.ver.Item quæro. Quod in tantùm procedit, vt etiam ſuccedant in feudo quod receptum ſit pro ſe,& filiis legitimè natis.com.dicit ead.q.ver.Sed quid ſi feudum, & ſubiungit Clarus : quia æquiparantur legitimè natis in omnibus & per omnia.Quod ego credo de iure ciuili tantùm. Idem.

Legitimatus poſt conditum teſtamentum rumpit illud,& ſi legitimatus ante teſtamentum præteritus ſit in teſtamento , vel ſine cauſa exheredatus,ſimiliter rumpitur teſtamentum , & poteſt talis legitimatus teſtamentum dicere nullum,vel contra.tabulare, vel quærulari.Communem dicit.I.Clarus.§.feudum.q.vlij. P,Fich.

Legitimatus regulariter æquiparatur legitimis , & omnia iura loquentia de legitimis intelliguntur etiam de legitimatis.commu. dicit idem ex Socin.in §.T.q.lxxxiij. Idem.

Legitimatus filius excludit ſubſtitutum. Eſt communis opinio ſecundum Alex.conſi.ij.incip.viſis codicillis.vol.j. Grib.

Fallit dupliciter,quandò teſtator feciſſet mentionem de legitimo matrimonio procreatis : quia tunc legitimatus non excluderet ſubſtitutum.Eſt com.opi.ſecund.Alex.in conſi.clxxij.viſis duobus. nec circa ſecundum.vol.vij.

Secundò fallit, quando teſtator eſſet nobilis genere:quia loquendo de filiis legitimis, non cenſetur intelligere de legitimatis: quia tales potius ſunt dedecori nobili proſapiæ,quàm ignobili.Alex.in d.conſi. clxxij.viſis.circa fi.vol.vij. Idem.Grib.

Legitimandi facultas dicitur fauorabilis,& non odioſa.Eſt comm. opin,ſecun.Deci.in conſi.lxxvj.licet in caſu.in fi.conſilij, vol.j. Idem.

Imperator in terris Eccleſiæ legitimare non poteſt, ſaltem in præiudicium iuris alieni,etiam ſola ſpe competentis,veluti fideicommiſſi conditionalis.Eſt mag.com.opin.teſte Alex.conſi.lxvij.conſideratis. vol.j. Idem.

Legitimatus detrahit legitimam, & Trebellianicam de fideicommiſſo,perinde ac ſi eſſet verè legitimus.Eſt com.opi.ſecun.Dec. conſi. cclvij.quæritur an legitimatus. Idem.

Legitimatus excludit ſubſtitutum.Eſt com.opi.ſecund.Deci.conſi. cclviij.in caſu D.Franciſci.& conſi.ccclxv.viſo conſilio verſic. i.j. hoc comprobari.& conſil.ccclxvj.pro declaratione.verſic.iiij. idem comprobatur.vol.iij.latè Alex.conſi.ij.viſis.vol.j. Contrariam opinionem, quòd non exclud.dicit magis communem Iaſon. in l.ii,nu. 204. C.de iur.emphyt.poſt Imol.in l.ex facto.§.fin.ad Trebellian.& c.in grandi. de ſuppl.neg.prælat.lib.vj.& ita tenet Ruin.conſi.xcix.nu.106.& pulchrè conſi.lxxvj.vol.iij.vbi vult,citationem ipſius ſubſtituti regiſtrari. Et Pariſ.conſi.ix.olim.nu.18.vol.i, Deci.conſil.cclxxxiiij. viſo puncto. Idem.

In Legitimatione facta ad requiſitionem parentum aliorum citatio non requiritur.Eſt communis opinio ſecundum Deci.conſil. ccclxvij. incip.viſo puncto.circa fin.& in conſi.cccvij.viſo puncto. circa princ. & conſi.cccccxcviij.in cauſa,Soci.Iun,conſi.cxlij. vol.j.

Fallit,vbi legitimatio fieret ſtantibus filiis legitimis , & naturalibus:quia de ipſis debet fieri mentio:quinimò, eis inuitis , legitimatio fieri non poteſt cùm ſoleat fieri tantum in defectum legitimorum.De. ibidem. Idem.

Legitimatio ſemel facta, ex ſuperuenientia filij legitimi non retractatur : & ſic in legitimatione non habet locum diſpoſitio l. ſi vnquam. C.de reuo.donat.Eſt com.opin.ſecund.Deci.in d.conſil. cccvij. verſu, quartò non obſtat.Idem Dec.in conſi.cccccclxxvj.pro reſolutione vol.iij.Socin.Iuni.conſi.cxlij. vol.j. Idem.

Legitimatus per reſcriptum non ſolùm agnaſcitur patri,ſed & omnibus aliis datis,quòd illorum conſenſus non interuenerit: & illis pariter ſuccedit,perinde ac ſi foret verè legitimus.Eſt com.opi. ſecund. Dec.conſi.cccvij.viſo puncto.Eſt magis com.ſecun.Alex.cõſi.cxxxix. eleganter.vol.iiij. Idem.

Statutum,quòd extantibus maſculis filiæ non ſuccedant , non habet locum in filio legitimato.Eſt magis com.opin.ſecund. Dec. conſil. lij. viſo eleganter. verſu,ſed tamen his non obſtantibus. & conſilio cccvj.in caſu propoſito. verſ.venio ad ſecund, Iaſon. in l.ſi is qui pro emptore.verſ.ex prædictis apparet.de vſuc.ff.de vſuc.Curt.ſen. conſil. xvj,& xxxv.Bolognin.in add.Io.de Anan.conſilio xxvj. Contrarium, quòd imò ſtatutum etiam legitimatum comprehendat, dicit magis communem & veriorem,Cur.Iun.conſilio cliij.verſ.iij. principaliter. vol.ij.poſt Iaſ.in l.cum acutiſſ. C.de fideicom. Ruin.conſil. xciiij. numero 13. vol.ij.

Fallit tamen prædicta opinio in legitimato per ſubſequens matrimonium,quoniam talis nihil differt à verè legitimo.Eſt com.opinio. ſecund.Alexand.in Rub.ff.de lib.& poſth.& Dec.in d. conſi. lij.in prin. pro qua opinione eſt text.in l.nuper.in prin.cum l.ſeq.C. de nat.libe. vbi naturales per ſubſequens matrimonium efficiuntur verè legitimi, & in poteſtate. Idem.

Legitimatus cum clauſula limitatiua , videlicet abſque præiudicio,&c.venientium ab inteſtato, non ſuccedit ab inteſtato , nec præiudicat legitimis heredibus, ſed tantum admittitur ex teſtamento, & in præiudicium legitimorum hæredum. Eſt communis opinio ſecun. Dec.in cõſi.cccxxxviij.in caſu propoſito,verſu,his præmiſſis.Idẽ Grib.

Legitimatus excludit ſubſtitutum,Curt.Iuni.conſilio lxxxiij.nu.8. Iaſ.in l.cum autem.de inſtit.& ſubſtit.nu.7.C.com.dicit. B.Vill.

Limita,ſi non ſit citatus ſubſtitutus:quia tunc non excluditur,idem ibi,nu.10.communem dicit.

Amplia iſtam limitationem:etſi ſit legitimatus viuente patre, Dec. conſi.lxxxv.Coua.in epiſ.iiij.c.viij. §. ix,nu.8, com. dicit. de quo vide ſuprà in ver.citatio,nu.31. Idem.

Legitimatus antè quàm dies fideicommiſſi ceſſerit , excludit ſubſtitutum communis eſt,per ea quæ allegat Duran,in art.teſtan. titu.v. caut.xv. I. Fich.

Legitimatus,verbum,idem importat quod legitimus. Curt. Iuni. conſi.cxlv.num.10.communem dicit, & ſic filius legitimatus dicitur verus legitimus,conſi.cclviij.communem dicit, B. Villal.

Amplia etiam ad excludendum ſubſtitutum.Dec.conſil.ccclxv. numero 6.communem dicit ex Alex.conſi.ij.vol.j.

Limita iſtam communem,quo ad ſuitatem per l.xij.tau. vbi requiritur quòd in diſpenſatione exprimatur auus,ac alij aſcendentes, aliàs ad illam non extenditur,vt per Caſſa.in conſuet.Burgun.Ru.viij.§.iij. gloſſ.ab inteſtato,nu.4.tenet etiam Angel.in auth.qui mo.natu. effic. leg.& §.filium.& Bar.in l.omnium.C.de natu.libe.quia quò ad aſcendentes dicitur extraneus:& tenent Doct.Caſt.& Pala.Rub.in d.l.xij.

Fallit,quo ad ſucceſſionem in feudo: quia non ſuccedit legitimatus,niſi ſit dictum quòd ſuccedat in feudo,Curt.Iuni.conſi.cxxxvj. numero primo.communem dicit.

Reſtringe iſtam limit.in legitimato per ſubſequens matrimonium Iaſ.in l.cum autem.de inſtit.& ſubſtit.C.nu.10.com.dicit.

Reſtringe iſtam reſtrictionem,ſi in contractu matrimonij ſint inſtrumenta dotalia:Aliàs non,Curt.Iuni.conſi.cxxxvj.nu.2.com. dicit: quam intellige de iure ciuili , non tamen canonico, quam per plura deducit Deci.conſi.clv.& dicit com.opin.nu.1.in fi.de quo vide congeſta per Coua.in epiſ.iiij.c.viij.nu.8.

De iure autem regio eſt l.j.tit.xiij.par.iiij.& l.xij.tit.vj.par.j. & l.ij. tit.vj.l.iij.For.ll.quæ leges indiſtinctè dicunt filios legitimari per ſubſequẽs matrimonium,& quo ad ſucceſſionem præcipuè d.l.ij. & cum l.indiſtinctè loquatur:eſt intelligenda.c.ſi Romanorum,xix.diſt.maximè cum in defectum iuris regni,recurrendum ſit ad ius canonicum,& non ad ciuile,per longè tradita per Io. Rube.in re. Ru. de dona.inter vi.& vxo.in introductione,& ſecundum hoc debet intelligi communis poſita in verbo filius.

Fallit tertiò,quando legitimatur quò ad quædam,Curt.Iuni.conſil. lxxv.nu.4.com.dicit:quia tunc non dicitur propriè legitimus.

Fallit quartò,in legitimatis per Papam,quia non ſuccedit in bonis exiſtentibus in imperio.Curt.Iuni.conſi.cxxxvj.nu.7.com.dicit.

Concor.cum l.iiij.tit.xv.par.iiij.

Amplia etiam,ſi legitimatus ſit clericus , cùm quo diſpenſatum eſt per Roma.pontificem:quia quo ad bona eccleſiaſtica requiritur diſpenſatio principis ſecularis.Coua.in epiſt.iiij.c.viij.§.viij.nu.19. com. dicit ex Socin.conſi.xlvij.vol.iiij.

Amplia etiam è conuerſo,quòd legitimatus per principem ſecularem non cenſetur legitimatus quo ad munera eccleſiaſtica: gloſſ.com. approbata in c.lege.x.diſt.& Coua.ibi. nu.8.

Fallit quintò,in ſtatutis,Ludo.de Goza.in conſi.vj.nu.9.com. dicit. Coua.in d.c.viij.§.viij.nu.3.magis,commun.dicit. Idem.

Nota,quòd princeps non poteſt legitimare non ſubditũ :etiam de

conſenſu

conſenſu eorum quibus præiudicat legitimatio quo ad bona ſita extra ſuam iuriſdictionem. Alex.conſi.lxvij.vol.j.communem dicit I.Gallus, licet Crotus iu §.& quid ſi in tantum.ff.de lib.& poſth, teneat contrarium dicens communem eſſe contrariam: quem refert,& non ſequitur Coua.in epi.c.viij.§.viij.nu.15.

Legitimare non poteſt Papa in terris imperii, nec Imperator in terris Eccleſiæ, Communem dicit Tho.Ferra.cautel.j.in prin. I.Fich.

Legitimatus à principe ſine præiudicio venientium ab inteſtato, poteſt inſtitui heres, legitimis non extantibus. Io.Duran.in art.teſta.tit.iij, cau.viij.communem dicit. B.Villal.

Nota, quòd clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato habet locum in caſu inteſtati. Goza.conſi.vj.nu.33. communem dicit.& ſolùm excludit fiſcum, ac vxorem. Dec.conſilio.cccxxxviij. communem dicit. Idem.

Legitimato filio naturali vel ſpurio poſt patris obitum, legitimatio ipſa ad bona aliis medio tempore ex ſucceſſione ab inteſtato quæſita retrotrahatur: ita quòd illa ipſis ab inteſtato ſuccedentibus, legitimatus auferre valeat Aliqui in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,ff.de lib,& poſthu. huius fuère ſententiæ, quòd ſi prout dicitur in poſthumo poſt patris mortem nato, qui ſi heres à patre non inſtituatur, prius teſtamentũ paternum rumpit,& hereditatem ab heredibus in priori inſtitutis teſtamento vindicat.l.ſi quis poſthumos.ff.de libe,& poſthu.l.cùm quidam.§.quod dicitur,ff.de acqui.hered. Item & exemplo captiui filij exheredati, qui ab hoſtibus reuerſus rumpit teſtamentum paternum, & bona apud hoſtes exiſtẽte, per alios occupata, recuperat, l.ſi quis exheredato,§.ſed ſi pater.ff.de iniuſt.rupt.irritóque teſt. Glo.tamen in d.§.& quid ſi tantum.in ver.emancipatus, contrarium ſecuta fuit, illámque Bar.iſto ſaltem caſu quando bona non ſunt vacantia, legitimationis tempore, ſecutus eſt ibi.& ibi Iaſ.Caſtren. & alij,& idem Iaſ, in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca. Ratio eſt ſecundum ipſum, quia impedimentum medio tempore contingens,& ſuperueniens facit ne retrotrahatur, cùm actus medius, extremorum coniunctionẽ impediat.c.quamuis de reſcrip.in vj.l.ſi indebitum, vbi glo.& Bar.ff.rem ratam haberi. Bald.in l.fi.C.ad S.C.Maced. Hinc dicimus, quòd ſi alicui Apoſtolica auctoritate, de aliquo eccleſiaſtico beneficio, puta canonicatu, & præbenda, ſiue tertij, puta epiſcopi & canonici, ſiue etiam canonicorũ conſenſus acceſſerit, prouideatur ſiue prouideri mãdetur,& antequàm conſenſus accedat,& ſic conditio adimpleatur eadem auctoritate, alij purè prouideatur etiam per executorem ad id deputatum, hic illo, licet in gratia priore, potior erit ad tex.in c.ſi pro te.de reſcript. in vj. ad materiam tamen præmiſſæ dubitationis vide Canoniſtas in c.per venerabilem, extrà qui filii ſint legit.& in Apoſtil.ad Bar.in d.§.& quid ſi tantùm, in verſ.retrotrahatur. vbi diffuſiùs cõcluſio pertractatur. F.Tur.

Legitimatio poteſt fieri per procuratorem, Petrus Raue.in alpha.aur, in ver.legitimatio, communem dicit. Idem.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium, etiamſi valeat ipſum matrimonium de iure canonico, tamen in terris Imperij non extenditur ad ſucceſſiones communem dicit,& quod ab ea in iudicando, & conſulendo non ſit recedendum, Franciſc.Cur.Iuni, conſi.cxxxvj. numero 7. Et eam tenent multi alij.alleg.per Pet, à Duen. Regu.cccl.in x.limi.verſi.quæ opinio. I.Fich.

Contrariam, Et quod taliter Legitimatus etiam in terris Imperij, ſucceſſibilis ſit, communem & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum dicunt philip, Dec.conſi.clv.numero ſecundo P.Pau. Pariſ.conſilio decimotertio.numero.46.vol.ij. Lauren. Sylua.conſi.iij, cum ſeq. Guli. Mayner.lege.quoties idem. numero, 17. vſque ad 22.ff.de regu.iur. Bart.Fumæ.in ſua ſumma Armilla.in ver.fi. §.xj, qui omnes dicunt hanc eſſe communem,& quod ita communiter practicetur, vt refert. Duen.in d.x.limit.

Legitimatus eſt de reſeruatis principi in ſignum ſupremæ poteſtatis. Alciat.in l.j.ff.de verb.obliga.nu.48.communem dicit. B.Villa.

Legitimatio ſemel facta non reuocatur, ſuperuentu liberorum legitimorum, communem dicit dilectus in ar.teſt.tit.iij.cau.xiij.per allegata Alex.& Iaſo.in l.ex facto.ff.de vulga.& pup. I.Fich.

Legitimandi facultas reſpectu poteſtatis, eſt fauorabilis. reſpectus legitimati, eſt odioſa. idem ibi nume.47.communem dicit.& ideò non extenditur, Cur.Iuni.conſilio.lxxv, numero. communem dicit. Alci.in parado.capitulo xvj.concludit quod reſpectu patris, eſt odioſa: & reſpectu filij, eſt fauorabilis. B.Villal.

Legitimandi poteſtas data poſt mortẽ patris, non intelligitur conceſſa in præiudicium fideicommiſſi, Curt, Iuni conſi.lxxxiij.numer, 10. communem dicit. Idem.

Legitimandi habens facultatem, non poteſt proprios filios legitimare. Coua in epiſt.quarta c.viij.§.viij, numero 21.communem, dicit, ex Deci.in c.iij.de proba. Idem.

Legitimandi habens poteſtatem natos ex adulterio, item & ex inceſtu poteſt legitimare, ſi ambo concurrant in vno. Alcia.de verb. obli.ff.num.46.l.ij.communem dicit, Idem.

Nota, quod ſi concedatur facultas legitimandi alicui pro ſe & filiis, filij in vita patris poſſunt legitimare, Anto Ru.in l. Gallus.§. quidam rectè, ff.de libe,& poſthu.communem dicit ex Iaſ.in d.§.quidam rectè, quam intelligit, niſi aliàs acquiſita ſint pro ſe, filiis,& heredibus: quia tunc filij admittuntur ordine ſucceſſiuo ex Franc.Curt. Iuni. conſilio lxxiij. Idem.

Nota, quòd habens facultatem legitimandi, non poteſt legitimare ſine cauſa: etiam ſi habeat ampliſſimam poteſtatem: quæ in ſummo pontifice non requiritur, Cur.Iuni.conſi.lxxv.nu.4.comm.dicit. Et vide in ver.diſpenſatio, nu.67.cum ſequenti. Idem.

Legitimatio ſi impetratur pro filio adulterino ex vtroque parente: debet fieri expreſſio vtriuſque adulterij, Coua.in epi. iiij.c, viij. §. ix. nu, 3.com.dicit, ex Ferdinando de Loazes de matrimonio.dubio.x.

Fallit ſi exprimatur filium eſſe ſpurium: etſi ſit baſtardus ex quacunque ſpecie ex illegitimatis. Iaſ.conſi.xj.vol.iij.communem dicit.

Nota, quòd legum expreſſio in diſpenſatione, ac legitimatione cõtra quas ſit diſpenſatio non eſt neceſſaria, niſi aliàs quid graue præiudicium inferatur, Gome.in c.j.num.6.de conſti.comm.dicit. Idem.

Nota etiam quòd derogatio generalis ſufficit in legitimatione ad tollendum.c.vnic.§.naturales, ſi de feu, fue.contro.in vſi.feu. vbi diſponitur quod naturales etiam ſi fiant poſtea legitimi non admittũtur ad feudum, Curt.iun.conſil.clvij.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* An autẽ in legitimationib, poſſit fieri pactum inter patrem,& filiũ de non ſuccedendo niſi in tanta parte, per Geor.nat. in c.quamuis.de pac.in vj.in j.not.in fallen.xx.nu.3,& ſeq.& alios quos refert, M.aut.Bard.in tract.de temp.vti,& contin.in c.xj.num, 10.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium, non procedit, neque ſubſiſtit quando mater erat vilis,& talis perſona, quam pater ſine ſuo dedecore in vxorem ducere non poterat. putà, Nobilis ducit ruſticam, famulam, aut concubinam ſuam, aut meretricem,&c. communem dicunt & quod ab eo in iudicando & conſulendo non ſit recedendum, cùm non habeat contradictorem, Maria.Soc.Iunior, conſi.lij.nu.2.vo.j. Syluest, Aldobrandinus in §.aliquando nu.11.& 12. Inſtit.de nupt. vt refert Pet.à Duen.regu.cccxlviii.in ij, limit,& rurſ.reg.cccl. verſ. octauo fallit, quandocunque nobilis &c.

Contrariam opinionem tenet Iaſ.conſ.ccxxxiij, vol.ij.in quo tertiò opin.hanc proculdubio eſſe veram & tenendam, Et ante illum hanc tenuerunt permulti, quos recenſet idem Duen.in d.verſ.octauo fallit Et vltra ibi allegatos, tenet etiam Hiero. Scruph, conſil.centu.j.in materia enim matrimoniali ſtandum eſt Iuri Canonico, c. pen.& c, fina. extra de ſecun.nupt. I.F.ch.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, qualiſcunque etiã mater legitimati fuerit, digna vel indigna, legitima tamen vxor, ſuccedit etiã in feudis patris. Licet alij filij naturales legitimati non admittantur ad ſucceſſionem feudi. Per text, in c, vnic,§, naturales, ſi de feud, conten, ſit int.domi.& agna. In vſibus feudorum, Hanc opinionem præter cæteros per Pet. à Duen.accumulatos in reg.cccl, in vj.ampliatione communem dicunt Franciſ. à Ripa in l, ex facto.§.ſi quis arrogatus.nu, 48.ff.ad Trebel. Bar.Soci.conſ.iij.nu.11.vol.iij. Matth. de Afflì.in d.§.naturales, Iaſ.in l.generaliter.§.cum autem nu.10.C.de inſti. & ſubſti, Franc, Cur.Iuni.in Tract.feud.in iij.par.xvij.q.nu.4. Et nouiſſimè Tiraqu.in Tract.de primoge, q.xxxiiij, numer.53.vt refert Duen.in dicta Amplia. I.Fich.

Teſtamentum priùs factum, rumpitur per poſtea legitimatum in eo præteritum. Eſt communis opinio ſecun.Dec.conſi.ccclxv. viſo conſilio, verſu, qua rò concludunt. & conſi.ccclxvj pro declaratione. verſu, quartò concludunt,& eſſe magis commun.dicunt Alex. & Iaſ.in Rub.ff.de lib.poſthu. Intellige quando legitimatio ſit, viuente ipſo patre, ſecus, ſi poſt mortẽ: quia non ſuccedit, niſi in eo in quo reperitur honoratus. vt eſt text.expreſſ.in Auct, quibus modis nat, effi.leg.in §, ſi verò illo ſummodo ibi, in quantum eos pater ſcripſerit. M.Grib.

Diſpoſitio l.ſi vnquam C.de reuoc, donat. habet locum etiam in filiis legitimatis, ſuſceptis tamen poſt donationẽ. Eſt vera,& firma concluſio, cont a Bal.& Sali.ſecun.Dec.in conſ.ccclxvj.pro declaratione, verſ.vltimò non obſtat.

Fallit primò, niſi legitimatus fuiſſet iam natus tempore donationis, ita vt donator de eo veriſimiliter cogitare potuerit. Dec.ibidem. verſ. ſecundò reſponderi poteſt.

Fallit ſecundò, in legitimato poſt mortem patris donantis: quia tunc citatio illorum, quibus præiudicium inferri poterat, erat neceſſaria: vnde per talem legitimatum non reuocatur donatio, Dec. ibidem in d. conſi.antep.verſ.vltimò non obſtat. Idem.Gribal.

Omnis ſpurius ex ſoluto & ſoluta, per ſubſequens matrimonium legitimatur. Eſt commun.opin, Canon.in iudicando tenenda. ſecundum Dec, conſi, clx.& diligenter licet Canoniſt.repugnent magis communiter Legiſtæ, quòd ſoli naturales ex Concubina legitimentur. Sed opi. Cano, eſt amplectenda, ſecun.eund.ibidem. Idem.

Quando legitimatio fit ad poſtulationem patris viuentis, tunc nec agnatorum, nec aliorum filiorum facienda eſt citatio. Eſt commun. opin.ſecun.Socin.in conſi.xlij.in præſenti conſultatione verſ.ad ſecun.vol.iiij. Idem.

Legitimatus per reſcriptum ſuccedit etiam cõtra teſtamentũ vt verè

legitimæ

legitimus,Eſt mag.com.opin.ſecun.Alexan.& Iaſ.in Rub. ff.de lib.& poſth. Idem.

Imperator,vel eius comes Palatinus,vel alius quicunque princeps, extra ſuam iuriſdictionem legitimare non poteſt.Eſt magis comm.& verior opinio ſecun.Soci.Iuni.in conſi.100.pro habenda. vol,ij. Doct. in l.ſi.de iur,omn,iud.Paris.conſi.j.nu.103.vol.j. Idem.

Legitimatio per reſcriptum retrotrahitur in præiudicium iuris alteri delati,vel ſola ſpe competentis.Eſt com.opi.in l.Gallus.§. & quid ſi tantùm de libe.& poſth.ſecundum Pariſ.conſi.j.nu.58.vol.ij. Idem.

Imperator poteſt legitimare,nemine citato.Eſt com.opi.ſec.Rip.in Rub.ext.de iud.nu.84. Idem.

Legitimatus excludit ſubſtitutum ſub conditione,ſi inſtitutus deceſſerit,ſine filiis legitimis,& naturalibus.Eſt com.opin.ſecund. Rui. conſi.lxxxvij.quia Matthæus,nu. 13.vol.iij. Idem.

Legitimato per reſcriptum plus relinqui poteſt quàm legitimo. Ruin.in d.conſi.lxxxvij.nu.23.vol.iij. Et in conſil.lxvij.viſo themate. eo.vol.iij.& in conſi.lxviij.viſa legitimatione.eo.vol. Idem.

Legitimus ille dicendus,qui ex matrimnnio contracto in facie eccleſiæ naſcitur:oportet enim dicenti contrarium,non ſolùm inter parentes matrimonium non poſſe ſubſiſtere: ſed etiam malam fidem amborum probare,Coua.in epi.iiij.c.viij.§.iij.nu.2.com.dicit ex Pan. & Præpoſi.in c.peruenit,qui filij ſint legiti. B. Villal.

Concor.cum l. j.tit.xiij.par.iiij.

Nota,quòd ſi pater nominat filium ſuum legitimum in teſtamento, non ſtantibus filiis legitimis,efficitur legitimus, viua matre habili ad contrahendum matrimonium,Boë.deci.ccxl.nu.16.vſque ad num.19. communem dicit. B.Villal.

Legitimus non eſt temerè pronuntiandus niſi cum legitimo contradictore,idem ibi communem dicit ex Ancha. & Abb.in c.cauſam quæ.qui fil.ſint legi.tamen ſententia lata pro vno fratre, omnes alios fratres comprehendit,l.xix.tit.xxij.par.iij. Idem.

Legitimus ex matrimonio præfertur legitimato per principē poſt natiuitatem legitimi,idem Coua.in d.c.viij.§.ij.nu.28.com.dicit. Idē.

Concor.cum l.xij.Tau.

Nota, quòd ius legitimatis non præſcribitur per quinquennium à morte patris Idem ib..§.iij.nu.1.communem dicit. nec obſtat l.xxv. tit.xxix.par.iij.quæ loquitur in libertate. Idem.

Lex vel ſtatutum ſemper eſt in viridi obſeruantia etſi poſt multum tempus caſus legis non veniat.ſecùs tamen ſi caſus euenerit, & contra legem,vel ſtatutum fieret actus,Cur.Iuni.conſi.cxxix.nu.12. communem dicit. B.Villal.

Lex ciuilis obligat in foro conſcientiæ, & contra faciens legi peccat mortaliter,Alci.in l.cùm contingat.de iur.iuran.nu.99. com.dicit, vt plures limi.per Feli.in c. j.de conſtit. Idem.

Lex exprimens aliquos caſus ratione frequentioris vſus non intelligitur excluſus aliàs minus frequens.Curt.Iuni.conſi.cvij.numero 8. communem dicit.

Limita in pœna ſtatuti concurrente cum pœna legis communis, Hippo.in §.quæritur.numero ſexto,in practic.magis communem dicit. Idem.

Lex noua imponens pœnam concurrens cùm lege veteri etiam pœnali,quælibet pœna poteſt imponi quam proſecutus eſt accuſator, Panor.in c.de cauſis.de offi.deleg.commun.dicit.nu.14. Idem.

Lex reprobans conſuetudinem non ſolùm intelligitur de præterita,ſed etiam de futura,Iaſon.in l.de quibus,numero 55. ff.de legib. & in l.cunctos populos.numero 74.C.de ſumma Trinitate. communem dicit. Idem.

Lex vel ſtatutum conceptum verbis vniuerſalibus de futuro continens actum & non conceſſionem quæ reſtringitur ad habiles , non habet locum ratione publicæ vtilitatis,Iaſo. in l.hoc edicto.§. renuntiatio.nu.5.ff.de nobi ope,nunc.communem dicit. Idem.

Lex ſtatuens ſuper matrimonium,ac ſuper alia ſpiritualia per quæ intimidantur matrimonia non habent vim legis Deci. in capitul. Eccleſia ſanctæ Mariæ.numero 36.de conſtit.Coua.in epi.ij.c.iij. par.iij. §.viij.nu.6.communem dicit.

Amplia quòd etiam dicta lex non habet locum circa accidentia matrimonij.Præpo.in c.j.de ſponſ.commun. dicit. Idem.

Lex ij.C.de reſcind,vend,non habet locum in tranſactione. Magis communem dicit Alexand.conſilio xlij. volumi.j.Contrariam,imò, quòd habeat,dicit communem Fabianus in tractat,de emptio.& ven. q.xlviij.princ.& hanc dicit magis communem Deci.conſilio cciij. numero quarto.vbi dat concordiam aſſignatam à Cornæo, conſil.xxvij. lib.iiij.dicens vel exceſſus vltra dimidiam eſt modicus.& procedit prima,vel exceſſus eſt maximus & procedit ſecunda opinio.quam ne. & vide eundem Deci.conſilio ccxvj.per totum,vbi allegat Corn.conſilio clxvj.vol j.& cum hac diſtinctione tranſit Molin.in add.ad Alex. in d. conſi.in verbo communem.num.11. Idem.

Nota,quòd ad hoc quòd remedium d.l.ij.competat emptori,ſufficit quòd læſio excedat dimidium pretium rei emptæ, quòd ſi pretium rei emptæ non excedat centum & ipſe dedit quinquaginta vnum ſuprà centum habet locum remedium d.l.Coua.in lib.ij.reſol.c.iij. nu.8. communem dicit.

Concor.l.iiij.tit.vij.lib.iij.ordi.repro.l.xvj.titu.xj.parte iiij.quæ videbatur innuere, quòd pretium rei emptæ deberet excedere in duplum,vt ſi valebat centum quod pretium eſſet ducenta & plus, & iuxta d. l. iiij. nota quòd reſtituens non tenetur ad fructus , & hoc potius ex conſuetudine quàm ex iure,vt per Rofre.iiij.par.de li.rub. de actione ciuili quanto minoris,de qua per d.Coua.nu.9. & intellige d. communem lxxxj. & ſequentem in media læſione, ſecus in enormiſſima, quæ etiam iuramentum facit ceſſare. 7. nume. & vide Calca. conſilio xxv.nu.27.& ex gl.in c.fi.de reſtit.in integ.lib.vj. Idem.

Nota,quòd renuntians ſpecialiter remedio d.l.ij.non poteſt iterare remedium d.l.Coua.in c.iiij.nu.1.com.dicit ex Bar.& Iaſo. in l.ſi quis cum aliter.ad fi.ff.de verb.oblig.& Iaſ.nu.22. Idem.

Amplia in ſciente verum valorem rei, & pretium: etiam ſi non renuntiet,non competit ei dictum remedium,Coua.in d. c.iiij. nume. 2. communem dicit ex Deci.conſi.ccccclxxxiij.

Nota circa d.l.ij.quòd res eſt in obligatione:& pretium in ſolutione.ſecundum gloſſ.communiter approbatam in d.l.ij. quam communem dicit d.Coua.in d.c.iiij.nu.4.ex Caro.Molin.in conſuet.Pariſ.tit. j.§.xxij.numero 42.

Concor.l.lvj.tit.v.par.v.quam nota & vide ver.debitor. Idem.

Lex j.de ſacroſanctis eccleſi.habet locum in quocunque teſtamento facto:& ab illo,qui non eſt in articulo mortis,Iaſo.in d.l.j..num.31. communem dicit.

Item d.l.j.habet locum in habilibus Boër.in conſue.Bitu in Rubri. *des couſtumes concernans les teſtamens.*§.j.in princi. communem dicit contra Bartol. Idem.

Nota,quòd leges loquentes de clericis in his , quæ non contradicunt canonibus,ſunt obſeruandæ, Alci.in c. cum non ab homine.de iud.num.1.communem dicit. Idem.

Lex ſi Coloni.C.de agri.& cenſ.libr. xj. locum habet non ſolùm in rebus animatis,verùm etiam in rebus inanimatis.Magis communem dicit Maranta.in iiij.par.Spec.nu.38. I.Fich.

L.ſi quis in tantam. C. vnde vi. habet locum etiam in ſeruitutibus prædiorum,communiter teneri dicit Sali.in d.l.ſi quis. nu.7. Idem.

In l.diffamari.C. de inge. manu.competens Iudex diffamati eſt adeundus,non diffamantis communem dicit Bart.Blarerus in repet. d.l. diffamari.c.iiij.nu.24. Idem Fich.

PRO. Lex eſt inuentio,& donum Dei.l.ij.ff.de leg. Bellon.

PRO. Lex ſecundum titulum, cui ſubiecta eſt, intelligi debet.l. Imperator.in fi.ff de in diem addi. Idem Bellon.

PRO. Lex debet eſſe de caſu dubitabili. in l. quod Labeo. ff. de Carbo.edict.in l Domitius Labeo.ff.de teſtamen.l.ancillæ. C. de furt. Quandoque tamen ratione clarioris ſenſus ſuper non dubio reſpondere ſolet iuriſconſul.in l.illud nullam habet dubitationem.ff.de minor.l.ſi conuenerit.ibi proculdubio.ff.de iuriſdict.omn. iudic.in l.non dubium.ff.de leg.iij.& l.non dubium.C.de lega. Idem.

PRO. Lex eſt perpetua nec vnquam moritur.4.Eſd.l. Arriani. C. de hæret. Idem.

Legem non ignorant iuris periti præſertim in rebus & negotiis forenſibus verſati,aut iudicandi munere , aut conſulendi iubendi ve, & agendi officio fungentes,quòd vbi Lex ſcripta deficit , ſeu (vt magis propriè dicam)non reperitur ſemper in deciſioriis, conſuetudo, ſi exiſtit, eſt attendenda,& ſeruanda,cum iuriſconſultus in l. de quibus. ff.de legib.velut in caſibus,in quibus ſcriptis legib.non vtimur,id cuſtodiri,quod moribus,& conſuetudine inductum eſt. Hinc eſt, quod iudex contra conſuetudinem iudicans , cum ſit altera lex l. diuturno. ff.eod.ita facit litem ſuam,quemadmodum ſi contra legem ſcriptam iudicat,vel decernit. Bald. in authen. iubemus.C. de iudic. per illum text.& pariter punitur conſuetudinis, veluti legis ſcriptæ, tranſgreſſor,c.in iis.xj.diſtinct.gloſſ.in capit. generali.de electio. in vj. & in ca. ex literis.de conſuetud.conſuetudo etiam iniqua excuſat à pœna, gl. eſt in cap.cum venerabilis,quam multum extollit ibi Abb.de conſuetudine,& gloſſ.in cap.ſanè.in ver.antiqua.de temp.ord. & in can. flagitia. in ver.omnes xxxij. q.vj. Intellige tamen de pœna temporali, non autem de ſpirituali,& æterna ſecundum gloſſ.in can. denique iiij. diſtinct.pro qua vide Roman.conſilio clxvj.videtur prima fronte.per quam gloſſ.Ancha.in d.c.cum venerabilis,dicit conſuluiſſe in q. facti contingente tali videlicet,quidam rector villæ fecerat complures in carcerem detrudi,quamobrem fuerat accuſatus,quòd carceres priuatos teneret,& quia probauit anteceſſores ſuos ſic facere conſueuiſſe, non poterat puniri pœna priuati carceris,& fuit talis accuſatus abſolutus,eſt igitur videndum quanto tempore inducatur talis conſuetudo ad præmiſſos,& alios effectus per Bald.enumeratos in repetitione d.l.de quibus.verſ.viſo.de cauſis.& dic quòd licet gloſſ.in ver. inueterata.in d.l.de quibus,ponat duas opiniones,quarum vna eſt, quòd requiratur tēpus,cuius initij memoria in cōtrarium nō exiſtat: altera quòd ſufficiat tēpus x.annorū decurſorū,à die & tēpore primi actus de cōſenſu populi,ſiue ipſo ſciēte,& tolerāte, geſti & facti.Hæc tamen vltima

opi.

opin.ab omnibus,ſeu magis communiter celebratur,& cuſtoditur, vt per Iaſ.in d.l.de quibus.vt videre licet. F.Turzan.

Cum ſuperius dictum ſit,quòd deficiente lege ſcripta ſuccedit conſuetudo loci,ſi extat,ſcire velis,quòd vbi vtraque & lex & conſuetudo deficit,attenditur in caſu occurrenti ſimile conſuetudinis,not. Iaſ. in d.l.de quibus.ff.de legib. ſed ſimile conſuetudinis nunquam vincit, nec ſuperat legem ſcriptam,cùm non ſit conueniens, quòd lex ſcripta corrigatur per ſimilitudines.Et ob id,ſi eſſet conſuetudo in loco loquens in vno caſu,ad alios ad correctionem iuris communis trahi, & extendi nō deberet,quia per ſubauditos intellectus non debet correctio legum induci.gloſſ.in capitul.cupientes.§.quod ſi per viginti,de electio.in vj.imò nedum à ſimili,ſed nec à maioritate rationis debet fieri extenſio de vno caſu ad alium in correctoriis, adde gloſſ. communiter approbatam & ibi Iaſon.in authent.quas actiones.C. de ſac. ſanct.eccleſi.Bartol.in l.ſi.conſtante.in ix.quæſt.primæ partis.ibi aliis. ff.ſol.mat.ſolus Fulg.prout refert Iaſon. in d.l.de quibus. fuit in contraria opinio.videlicet,quòd ſimile conſuetudinis vincat legem ſcriptam.Communis tamen ſecundum ipſum Iaſon.ibi eſt in contrarium, & præualet, & ad Fulg. multifariam reſpondet, in quantum tamen Fulg. dicit, quòd ſi conſuetudo extat in loco, vel ciuitate, quòd filius maſculus excludat fœminam : licet de iure communi non excludat, cum par omnium ſit conditio.l.maximum vitium. C. de libe.præter. tamen ſimile conſuetudinis vincet legem,& ſic excludet nepotem,licet ſecundum communem opinionem, de qua ſuprà, ſecus ſit, cum etiam ex maioritate rationis ſimile conſuetudinis non vincat legem, concludit tamen Iaſon. alia ratione quàm Fulgo. quam per te vide in d.l. ſi quis. quòd non excludet nepotem, ſed è contra, ſecundum communem opinionem,de qua per Bald.Salic.& omnes in l.venia.C.de in ius voc.per gloſſ.ibi & concord.per ipſum Iaſon. traditas. F. Turzan.

ſi in Lege,vel ſtatuto derogetur cuicunque conſuetudini contrariæ: derogatio huiuſmodi ad præſentes, ſeu de præſenti vigentes conſuetudines refertur,& circa illas tantùm,& non ad futuras operatur ſecundum gloſſ.in clement.ſtatutum, in verbo conſuetudinem, de electio.ſed contra dictam gloſſ. communiter concludunt Bartol. Bald. Angel.& alij poſt eos in l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.ff. de leg.j. & ibi Alexand.cum dicta communi tranſit,quando derogatio eſt facta per verba generalia,ſeu indefinita,quia trahitur ad omnia,per text. in ca. ſolitæ.de maioritate & obedient. & probatur ſecundum ipſum Alex. in l.in fraudem.§.fin.ff.de teſtamen.mili.& in l.ij.§. diuus.ff. de. ſepul. viola.Iaſon.verò in d.l.de quibus.ff.de legibus.paſſim cum dicta communi tranſit. Idem Turzan.

PRO. Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, & punire.l. legis virtus.ff.de leg. Bellon.

PRO. Legis beneficio minimè fruantur ij, qui contemnendam eam eſſe cenſuerunt.l.fin.§.ſin verò.C.de iure delibe.

PRO. Lege imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſiis eſt vtendum,c.lege x.diſt. Idem.

PRO. Leges ſunt ſacratiſſimæ.l.leges.C.de legi.l.j.ff. de var.& extraord.cogn. Idem.

PRO. Leges ab omnibus ſciri & obſeruari debent. in l. leges. j. & ij.C.de leg.

PRO. Leges non ſunt impoſitæ verbis,ſed rebus.l.ij.C.communia de leg. Idem.

PRO. Leges ſe accommodant ad ea,quæ frequentius, non raro accidunt.in l.nam ad ea. ff. de leg.in §. j. in authent. vt ſine prohibit. mat.colla.v.

OBIEC. Contrà de §. inſula.inſtit.de rer.diu.

SOL. Super his quæ raro eueniunt lex diſponit, vt materia ad plenum declaretur,& vt dubietas tollatur,vt ibi.

OBIEC. Secundo oppono de l.ſi maior quinquagenaria. C. de leg.hered.vbi lex de mirabili caſu de raro contingenti diſponit.

SOL. Vbi euenit naturaliter,lex ſuper eo diſponere debet,vt ibi.

PRO. Leges neque in paupertate viuere,neque in anxietate mori permittunt.§.fi.in auth.de her.& fal.colla.j. Idem.

PRO. Leges non debent eſſe ludibrio.l.fi.§.vbi autem.C. de bon. quæ liber. Idem.

PRO. Leges ſeculares non dedignantur ſacros canones imitari. in c.fi.de ſecun.nupt.extra. Idem.

PRO. Legitimum,id eſt,quòd ex mente legis eſt.l.nominis & rei. §.verbum ex legibus.ff.de verb.ſignificat.

PRO. Legitimum eſt etiam quòd à lege confirmatur. in l.legitima.ff.de pactis.in l.lege obuenire.ff.de verb.ſignific.in regu.actus legitimi.vbi Dyn.ff.de regu.iur. Bellon.

PRO. Legitimè factum pœnam nullam meretur. in l. Gracchus. C.ad leg.Iul.de adult.

OBIEC. Contrà de l.j.C.de ſecund.nupt.& §.fin.in authent.de reſtitut.vbi legitimæ dicuntur nuptiæ ante annum, & tamen puniuntur,& ſic aliquid eſt legitimum quod pœnam meretur.

SOL. Ibi matrimonium non punitur,ſed nimia feſtinantia.

OBIEC. Secundò contrà de l.quoties.C. de rei vend. iuncta l. eum qui duobus.ff.ad leg. Cornel.de fal. vbi qui eandem rem inſolidum duobus vendit,pœna falſi punitur:& tamen iure & legitimè dicitur diſtracta.

SOL. Aut loquimur de iure, reſpectu contractus venditionis, & traditionis,& tunc procedit d.l.quoties.aut verò reſpectu delicti, & tunc non iure fit,imò faciens punitur.d.l.eum qui.& ita Bald.in dicta l.quoties.

OBIEC. Tertiò & vltimò opponitur de l.vnica.C.ne tut.vel curat.vect.cond.iuncta l.vnic.rem alie.ger.vbi tutores,vel curatores liberè poſſunt res ſuas,licet obligatas, pupillis,alienare,vel obligare,& tamen ſi tutores vectigalia publica conduxerint, pœna falſi puniuntur, ne pluribus inſolidum res ſuas videantur obligare, & ſic legitimè factum punitur.

SOL. Dic,quòd in d.l.vnic.ne tut.vect.condi.ſpeciale eſt in contractu vectigalis.vel dic.quòd tex.in d.l.vnic.rem alien.ger.non dicit, quòd non teneatur hac pœna. Bellon.

Libellus nō eſt neceſſarius,ſed ſufficit quod redigatur in actis qualis qualis petitio : niſi à reo petatur vt offeratur libellus in ſcriptis. Anton.de Tremo.in additio.ad Bona.in pract. exceptionum de impe. executionem.nu.17.verſi.ſunt & alij,magis communem dicit.

L.xlj.titul.ij.part.iij.dicit in cauſis minoribus, quæ non accedunt ad decem marauetinos:quòd non eſt neceſſarius libellus:ſecùs in aliis hodie habes pragmaticam factam in curiis de Madrid.anno 1534.vbi dicitur, quòd in cauſis minoribus quæ non excedunt quatuorcenta diſpondia non admittitur libellus in ſcriptis : nec fulminatur proceſſus,ſed ſimpliciter procedatur,vt denuò partibus ſatisfiat.

Amplia, cùm petitur executio officio iudicis:Secùs tamen, ſi agatur actione iudicati:vel in factum. Imol.& Raphaël,quos refert Iaſo. in l.intra diem.ff.de re iudic.numero ſecundo communem dicunt: licet contrarium teneat ipſe Iaſon.in ſecundo membro,ſed quòd ſufficit qualis qualis petitio.in nu.6.quod mihi plus placet.

Amplia ſecundò, in cauſa criminali in qua etiam non requiritur concluſio. Zaſius in §.j.Inſtitut.de actio.nu.26.commun.dicit.

Libellum non vitiat ordinis peruerſio.Fely. in c. qualiter & quando.de accuſa.nu.3.commun.dicit. B Villalob.

in Libello non eſt neceſſaria expreſſio nominis intentatæ actionis.Iaſon.in l.edita.numero primo.C.de edend.cōmunem dicit, quam amplia quando proceditur ex clauſula, ſola veritate inſpecta, quia tunc non requiritur, quòd tempus,nec locus declaretur, vt notant Deci.in capitul.dilecti.de iud.& Iaſon.in l.vinum.ff.ſi certum pet.& in terminis conſuluit Alexand.conſilio ſexto.volumine tertio. & Soc. conſilio cix.volum.ij.& Soci.Innocen.conſilio lxv.Item poſt concluſum in cauſa ſtante d.clauſula,recipiuntur teſtes:quia ſolennitates de iure ciuili requiſitæ,non attenduntur,clem.ſæpè.de verb.ſignificat. & ibi not.Imol.& Alexand.conſilio lxxxiiij.volum.iiij.nec concluſio libelli.Not.Angel.Aret.Iaſo.& Alexand.in l.omnium.C. de teſt. ſed requiritur,quòd clarè intentio actoris manifeſtetur.Curt.iuni.cxlix.numero ſexto.communem dicit.

Cōcor.cum l.xxvj.tit.ij.part.iij.& cum l.ccj.§.iij.& iiij. in pragma.

Item in criminalibus requiritur expreſſio temporis, & loci delicti: aliàs non valet,etiam parte opponente.Bello.conſi.lxiij.nu. 2. ex Bart. in l.edita.C.de edend. B.Villal.

Libellus non poteſt emendari poſt litem conteſtatam Io.à Ripa in dicta l.edita.num 44.communem dicit.

Hoc videtur etiam notari per l.xlj.tit.ij.part.iij.& nota iſtam.com. cum ſequenti ad eius intellectum.

Amplia etiam ſi ſit in eo clauſula,ſaluo iure addendi,vel minuendi, poteſt mutari,minui,vel addi.Iaſon.in d.l.edita.nu.44.com.dicit.

Limita l.j.tit.iij.lib.iij.ord.per iſtam communem. Idem.

Libellus in quo continentur duæ actiones:quæ ita ſe habeāt, quòd ſententia lata in vna,obſtat exceptio rei iudicatæ in alia, non procedit.Bello.conſi.xxij.nu.16.comm.dicit ex Bart. in l.edita actio.in iiij. gen.r.C.de edendo. Idem.

Libelli oblationem die feriata fieri non poſſe. Magis communem eſſe opinionem dicit Maran.in vj.part.Specula.titul.de libel.oblat. numero duodecimo. quam limitat, niſi periculum eſſet in mora, vel res tempore peritura. Item limitat in libello Appellatorio, qui etiam die feriata in honorem Dei,offerri poteſt. I.Fich.

Liber feudorum eſt authenticus, & poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. Communem dicit Clarus in §. feudum.q.iij. Extra tamen materiam feudalem non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. commun.in ead.q.ver.Et hæc quidem. P.Fich.

Liber feudorum ligat etiam Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas. commun.dicit Clarus in §.feudum.q.iij.ver.Sed nunquid. Idem ex eo.

Liber feudorum eſt approbatus.B.de S Blaſio in Rub.de cre.q.v. & Zaſ.in vſib.feudorum.nu.3.commun dicunt. Villal.

Liber mercatorum non facit fidem in magnis ſummis pro ſe. Aymon.de antiquit.temp.in ver.vidimus,& abundè in j. part.nu.1. com. dicit ex Bar.in l.admonendi.ff. de iureiuran. Idem.

Not

Nota,quod ſi de cõſenſu partis mercator in ſuo libro ſcripſit contractum,facit pro tertio: contra tertium ſemiplenam probationem. Idem ibi nu.29.communem dicit. Idem.

Liber cenſualis alicuius Monaſterij, vel eccleſiæ non probat, nec poſſeſſionem nec dominium eius rei, quæ in tali libro dicitur redituaria,nec poteſt fieri condemnatio virtuti dicti libri,ad reditum in eo memoratum communior eſt ſecundum allegata Matth.de Afflict. Deciſ.ccclxiiij. vbi in fine refert omnes Doct.in conſil.Neapolita. ita cõcluſiſſe.Præterea ſcribit Bar.Chaſſanæus conſi.xviij.nu.13.Omnes Doct qui loquuntur in hac materia,libros cẽſuales fidem facere,&c. intelligendos eſſe,quatenus illi ibi non reperiantur penes producentem,ſed in archiuo publico,item quod non fidem faciunt contra tertium,nec etiam contra non ſubditum,&c.vide ibidem. I.Fich.

P R O. Liberalitatem hominum captioſam interpretatio prudentium fregit.in l.cum aquiliana.ff.de tranſactio. Bellon.

P R O. Liberalitate ſua quis inops fieri non debet.l.ne liberalitate.ff.de re iudica. Idem.

P R O.Libertas inæſtimabilis res eſt.§.fin. inſtit.quib.ex cauſ.ma. non licet. Idem.

P R O. Libera debent eſſe matrimonia.l.libera. C.de inut. ſtipul.l. Titia.ff.de verb.oblig.l.neque ab initio.C.de nupt.in c.requiſiuit.& c. gemma.extrà de ſpon,matrim. Idem.

P R O. Liberum corpus æſtimationem non recipit. in l. iij. ff. ſi quadr.pau.feciſſ.dica. Idem.

P R O. Liberi corporis æſtimatio nulla eſt l.j.§.j.ff.de iis qui deie. vel effud. Idem.

P R O. Liberi nati ex illegitimo matrimonio,vel coitu,alendi ſunt à parẽtibus de æquitate canonica.c.cùm haberet.extrà de eo qui dux. in matr.quam poll.per adult. Idem.

Liberi poſiti in conditione,& etiam onere fideicom.grauati, non cenſentur in teſtamento vocati.Eſt magis cõmun.opin.ſec.Dec.conſ. ccccxxij.& pro tenui.Idem conſi.ccxcj.viſis diligenter.in fi. Iaſ. in l.j. in princ.C.de pact.Curt.conſil.xlv.ſæpè reuoluta,& conſil.lxiij.

Limitatur tamen præcedens opin.ſecund. eundem Dec.in conſil. cclxx.D.Rayn.verſi.ij.concluſio.verſi.ij.non obſtat, vt non procedat, quando in conditione fuiſſet etiam expreſſa qualitas maſculis : quia tunc his tribus concurrentibus, quod ſint etiam grauati. & per verbum maſculos, indubitanter cenſentur à teſtatore vocati.vt ibi per eundum.Licet Alex.in conſi.lxiiij.verſu,tamen poſito.vol.j.dicat duo præcedentia ſufficere,ſcilicet quòd ſint poſiti in conditione, & grauati:& atteſtatur eſſe communem.tamen præcedens eſt magis com. & verior. M.Gribald.

Fauore fideicomm.præſumitur grauatus deceſſiſſe ſine liber. & ei qui dicit filios ſuperuixiſſe,incumbit onus probandi.Eſt comm.opin. ſecund.Dec.in conſil.cccccclij.circa med.ver.ij.concluſio.vol.iiij.vide ſuprà in ver.Fideicomm. M.Grib.

Libera adminiſtratio conceſſa videtur,quando dicitur,quòd Procurator poſſit facere quicquid poſſet ipſe Dominus cõmunem dicit Hipp.in §.j.nu.132.Inſtit.quib.alie.licet vel non. B.Villal.

P R O. Limitata cauſa,limitatũ parit effectum.l.in agris. ff.de acq. rerum domi.l.ij.ff.de ſer.expor.l.cum ſeruo.ff.de contrah.empt. Bell.

P R O. Liquidi ad liquidum fit compenſatio.l.fin. C.de compenſ. §.in bonæfidei.inſtit.de actio. Bellon.

P R O. Lis dicitur mota,cùm fuerit lis conteſtata. c.ex part.iij. de verb.ſignific.extrà. Bellon.

P R O.Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni.l.litis.ff.pro emptor. Bel.

P R O. Lite conteſtata perpetuatur actio,in l.fi.C.de præſcrip.xxx. vel xl.anno. Bellon.

P R O. Litibus celeritas eſt imponenda· l. litibus. C. de agric. & cenſit.lib.xij. Bellon.

PRO.Litibus finis eſt imponendus,ne immortales ſint.l.properandũ.C.de iud.l.quidã.ſi cer.pet.ff.c.finẽ litibus.ext.de dolo & cõtu. Bell.

Litis conteſtatio requiritur in omnibus iudiciis poſſeſſoriis.Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſſ.nu.165. commun. dicit. B.Villalob.

Fallit primò,in poſſeſſorio edicti carboniani. Ioan.Cora.in §.nihil commune.verſi.expeditis.nu.31. commu.dicit,licet ſibi non placeat.

Limita l.j.tit.iij.lib.j.ordin.per iſtam communem.

Fallit ſecũdò,cum eſt periculum in mora.Iaſ.in d.§.nihil cõmune. nu.172.com.dicit.vbi ponit alias duas limitationes, Idem Villal.

In poſſeſſoriis iudiciis,etiam in remedio.c.redintegranda,requiritur litis conteſtatio.Eſt com.opin.ſecund.Alex.in conſi.ij.conſideratis. verſi. dato quòd in d.vol.iij.vide infrà Poſſeſſorium.nu.7. M.Grib.

Litis conteſtatio in quib.cauſis,& caſib.non requiratur.vide ad lon gũ tractantẽ per quatuor regulas,Ian. in c.ſi.ext.vt lite non cõte. I.F.

Litis conteſtatio fit per confeſſionem partis.Felin.in c.olim. de litis conteſta.nu.5.communem dicit. B.Villal.

Litis conteſtatio eſt neceſſaria in proceſſu:taliter quòd non poteſt deueniri ad ſententiam definitiuam lite non conteſtata Maria.in cap. viij.vt lite non conteſtata.nu.7.communem dicit. Idem.

Litis conteſtatio omiſſa reddit iudicium nullum nec poſſunt partes illam vel tacitè vel expreſsè prætermittere.commu.dicit.Minſing. obſer.lxxiiij.cent.iij. I.Fich.

Litis conteſtatio requiritur,cum agitur de fœdere matrimonij:nec teſtes recipi,nec ſententia proferri poteſt ſine conteſtatione,cum ambo ſunt præſentes.Coua.in epiſt.iiij.cap.viij.§.xij.num.6.communem dicit ex Decio in cap.per tuas.de appellat.licet ipſe dicat, quod communis ſententia eſt contra Decium.imò quod ſententia poterit proferri.& teſtes recipi ſine conteſtatione,iuxta clem.diſpendioſa,de iudic.& cle.ſæpè.de verb.ſig. Villal.

Litis conteſtatio non eſt neceſſaria;quando agitur de reſtitutione in integr.Io.Mau.de reſtit.in integ.clxxxix.comm.dicit. Idẽ.

Litis pendentia ſuper poſſeſſione.non facit beneficium litigioſum.Caſſiodo.vt lit.pend.deciſio.iiij.nu.1.comm.dicit. B.Villal.

Litis pendentia inducitur etiam per ſolam citationem,facta eiuſdem executione.communem dicit Dec.in l.more.nu.46.ff.de iuriſdi. omn.iudic.& Alciat.in c.gratum.extrà,de officio delegati. Licet Zaſius conſulendo teneat,quod per litis conteſtationem,non autem citationem litis pendentia inducatur, exordium litis ex litis conteſtatione exiſtere,tamen ea regula fallit quò ad inducendum vitium litigioſi.Item quo ad indicendam litis pendentiam.Item quo ad perpetuandam iuriſdictionem:quia in illis caſibus ſola citatio executa ſufficit.ſecundum Bened.Vadum,in ſuis Notatis ad Felin.in verſic.Litis exordium. I.Fich.

Limitatur prædicta communis niſi reus per citationem non fuiſſet ſufficienter inſtructus de iis rebus ſuper quibus in iudicium eſſet vocatus,vt per Minſing.obſerua.xxvj.cent.iiij.vbi vide etiam quinque alia requiſita. Idem.

Idem limitatur niſi citatio eſſet circunducta.ſecundum bald.in l. fi.poſt princ.ff.de eo per quem fact.fuer.Et vide Matthæ de Afflict.deci.ccclxvj. Idem.

Litigioſam rẽ non effici,ſed ipſam actionem quando actione perſonali agitur lite conteſtata in iudiciis particularibus,probat text.in l. j.ff.de litigio.in l.ij.C.eod in d.l.j.vbi Bald.C.de preſciptio.long.temp. Innoc.c.cum M.de conſtit.& in cap.dilecti,de except.Bald.conſil.xl. maritus lib.j.& conſi.cccxxxij.ſtatuto ciuitatis Vincentiæ.in fin.lib. ij.Roma.conſil.cclxx.pro deciſione.ſecundo dubio:dicens, quòd eſt communis Doctor.concluſio in d.l.ij.C.de litigio.actionem effici per litis conteſtationem litigioſam,non autem rem quam tamen conclu. intelligit Guid.Pap.concluſio.ccccIxxix.procedere in actione directa tantum,nõ autẽ in vtili,Et licet Felin in d.c.dilecti,de except.in ſi.contrarium teneri videatur,tamen à cõmuni non eſt recedendum.Et vbi quis vellet contra communem inſtare,& tenere,illud concedi poſſet quo ad alios effectus reſulentes ex vitio litigioſi,non autem reſpectu pœnæ,ſecund.Crauet,conſil.cclxxix.ſcripſi alias pro Nicolao.F.Tur.

Literis teſtimonialibus etiã Epiſcopi aliquid atteſtantis de iure nõ eſt adhibẽda fides.niſi in iis quę ſunt leuiſſimi,aut leuis pręiudicij.Ita communiter voluerũt Doctores in c.poſt ceſſionem,de proba.refert & ſequitur Abb.in conſi.liij.attingo dicta dubia.in fin.lib.ij. F.Tur.

Literæ ſubreptitiæ ſunt ipſo iure nullæ Felin.in cap.audientiam.el ij.de reſcript.num.22. B.Villal.

P R O.Literæ ſolæ ius non dant,neque probant.l.Epiſt.ff.de pact. l.non epiſtolis.C.de probat. Bellon.

Locare feudum alteri Vaſallus quidẽ poteſt ſine conſenſu domini ad modicum tempus,ſed ad longum tẽpus requiritur conſenſus Domini.communem dicit I.Clarus.§.feudum.q.lv. P.Fich.

Conducens rem propriam etiam ſcienter ab alio non tamẽ propterea videtur ius ſuum transferre in locatorem.Eſt communis opin. contra gloſ.in l.rem aliquam.ſecundum Alexan.in conſi.cxxxvj.viſo & examinato.in .vol.j. Grib.

Conductor ad modicum tempus ceſſans in ſolutione pẽſionis,poteſt per locatorem propria auctoritate expelli,& res locata apprehendi.Eſt verior & magis communis opin.ſecundum Alexan.in conſilio cxxxj.in cauſa.in princ.volum Idem.

Licet conductor,vel emphyteuta promiſerit ſoluere canonem,ſub pœna ſi ceſſauerit,poteſt nihilominus per locatorẽ expelli quoniam pœna in fauorem ipſius locatoris cẽſetur oppoſita.Eſt gloſ.commun. approbata in l.ij.C.de iure amphyt.ſecundum Alexan.in conſi.cxxxij. in cauſa & lite.in princ.volum.iiij. Idem.

Locatio facta ad decennium,dicitur facta ad lõgum tempus:& de tali locatione idem iudicatur,quod de venditione & alienatione.Eſt communis opinio ſecũdum Decium in conſ.cciiij.in cauſa.volum.j. contra glo.fin.in l.codicillis.§.inſtituto.de legat.ij.quæ tenet.prohibitionem alienationis,etiam mille annorum locationem non impedire. Idem Gribal.

Locatio potius dicitur q̃ vẽditio:ſi fit cõſtitutio annuę pẽſionis per cõtractũ.Io.Fran.Ripa in tract.de peſte.ij.par.prin.nu.39.com.d. Idẽ.

Locatio ab emphyteuſi diſcernitur ex quãtitate penſionis,quia in emphyteuſi datur modica penſio.ſolũ iure cognitionis dominij.in locatione autem magna.Bellon.conſ.xxj.num.8.comm.dicit ex Bart.in

l.ij.de iure emphyteutic.C.& Iaſon.numero 35. Idem.

Nota,quod ex effectu contractus perpenditur qualis eſt contractus ſub quacunque verborum forma concipiatur Bello.conſilio xxj. numero ſexto communem dicit ex Panorm.in c.conſtitutus.de relig. domib.& Alex.conſi.xix.vol.iij. Idem.

Locatio facta per maritum de bonis dotalib. non pręiudicat mulieri ſoluto matrimonio. Coua.in ſuis reſc.c.xv.lib.ij.,nu.5.communem dicit ex Alberi.in l.diuortio.numero vndecimo. ff. ſolut. matrimonio.licet ſibi placet opinio Alexand.in l.ſi filiofamilias. §. ſi vir. ff.ſoluto.matrimonio quòd locatio per modicum tempus facta à marito valet. Idem.

Amplia ad locationem factam per prælatum:quia non tranſit ad ſucceſſorem.Idem Coua.communem dicit. Idem.

Intellige iſtam communem cùm locatio eſt facta de bonis.de quibus ipſe prælatus percipit fructus,§.ſecus tamen de bonis aliis eccleſiæ,quia præiudicat ſucceſſori.Idem ibi communem dicit.

P R O.Locatio non transfert dominium.l.non ſolet.ff. locat. l.ad probationem.C.eod.tit. Bellon.

P R O.Longiſſimum vitæ hominum tempus eſt centum annorũ. Eccleſi.xviij.in l.ſi.C.de ſacroſanct.eccleſi.l.Si vſusfructus. ff. de vſu fruct.leg. Bellon.

In qualibet materia etiam pœnali,& tam odioſa, vel ſtricti iuris. quàm fauorabili,communis Loquendi vſus eſt attendendus, vt Doctor.communiter voluere,præſertim Bartol.& Alexand. in Rubr. de no.oper.nun.& aliis in locis ibi per ipſum Alexandrum adductis, háncque ſententiam communem eſſe refert Zacha.in apoſt.ad Abb. in capit.nonnulli.de reſcript.Quæ tamen non procederet,ſi ſtatuto caueretur,quòd verba ſtatuti propriè ſint intelligenda,tunc enim communis hic loquendi vſus non attenderetur,vt tenet Bar.in l.Labeo.ff.de ſupell.leg. F.Turzan.

Lucrum delatum filio propter tranſitum patris vel matris ad ſecunda vota,non imputatur ei in legitimam,ſed vtrunque diuerſo iure conſequitur.Eſt vera,& in iudicando amplectenda; opin. ſecundũ Deci.conſi.ccxlvj.verſ.vlterius tamen.vol.ij M.Gribal.

Lucrum quod maritus acquirit per ſtatutum poſt mortem mulieris,dicitur aduentitium ex cauſa lucratiua. Hiero. Cagno.in l.in eo. ff.de reg.iur.communem dicit. B.Villal.

Lucrum,quòd alicui infertur contemplatione alicuius, debet ei applicari,cuius contemplatione aufertur.Curt.Iun.conſilio xciij,numero ſexto communem dicit.

Fallit vbi pœna appoſita eſſet ex diſpoſitione hominis:quia non acquiritur illi cuius, contemplatione acquiſita eſt, ſed venientibus ab inteſtato.Io.Nicol.in l.generaliter.num.48.de ſecund.nupt.C.cõmunem dicit. Idem.

P R O.Lucrum intelligitur deducto damno,& damnũ lucro, deducto.l.Mutius.ff.pro ſoc. Bellon.

P R O.Ludus noxius in culpa eſt.l.nam ludus.ff.ad l. Aquiliã Idẽ

P R O.Ludus pernicioſus,impunitus eſſe non debet.l.inter omnes,§.ſi.ff.de furtis. Idem.

P R O.Ludus ſcacorum eſt permiſſus,cùm in ingenio potius naturali,quàm ſorte cõſiſtat. not.gl.in authen.interdicimus.C.de epiſc. & cleric. Idem.

P R O.Ludos eos appellare non debemus,ex quibus crimina oriuntur.in prooemio ffforum.§.ſi. Idem.

P R O.Lupanaria in multis honeſtorum virorum prædiis exercentur.l.ancillarum.§.ſi.ff.de petition.hæreditatis. Idem.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM.

## LIBER VNDECIMVS.

M

MAgiſtratus in iis,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,non poteſt alteri ſe ſubmittere.Io.Imol. in l.receptum.nu.8.ff.de iuriſdictio.omn.iud.magis communem dicit. Villal.

Maior pars decurionum dicitur eſſe, quando ſunt congregatæ duæ partes ex tribus.Bellon.cõſilio xxxix.nu.1.communem dicit. Idem.

P R O.Maior quæſtio trahit ad ſe minorem.l.per minorem. ff. de iud. Bellon.

P R O.Maior caſtitas in fœminis,quàm in maſculis exigitur. glo. in l.palam.§.quæ in adulterio.ff.de ritu nupt. Idem.

P R O.Maiori parti ſtandum eſt.l.duo ex tribus.ff.de re iudic.l. ſi in tres.ff.de arbi.c.j.de arbi.extr.& c.j.de his quæ fiũt à ma.par.c.Idẽ

P R O.Maius impedimentum eſt tam naturale,quam occidentale.l.ſi ſerua.§.fin.ff.de iur.dot. Idem.

P R O.Maius eſt delictum in committendo, quàm in omittendo. gl.communiter.recepta in l.ſi mora.ff.ſolut.matri. Idem.

P R O.Maius eſt ius in re quàm ad rem:& minus eſt ius ad rem quàm in re.c.fin.& ibi not.extrà de conceſſ.præben. Idem.

P R O. Maximum remedium ad lites finiendas.eſt tranſactio.& iuſiurandum.l.j.ff.de iureiur. Idem.

P R O. Miximum.ac præcipuum munus eſt fœminarum concipere,ac conceptum tueri.l.quæritur.ff.de ædil.edict. Idem.

P R O.Mala electio eſt in culpa.gl.in l.ij.ff.ſi menſ.fal.mod.dixer. Idem.

P R O.Mala fides auctoris,nocet hodie ſingulari ſucceſſori.auth. malæfidei.C.de præſcr.x.vel.xx.annorum. Idem.

P R O.Malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit.c.ij.extr.de regu.iur.nu.6. Idem.

P R O.Malęfidei poſſeſſor tenetur de re, & fructibus perceptis & percipiendis l.domum.C.de rei ven.l.ſi nauis §.ſi.ff.de rei ven.Idem.

P R O.Malæfidei poſſeſſores eius quod in rem alienam impendunt,nullam habent repetitionem.l.domum.C.de rei vẽdica. Idem.

Mala fides defuncti impedit præſcriptionem vniuerſalis hæredis, vel ſucceſſoris.Iaſ.in l.cum quis.nu.22.ff.de acqui.poſſeſ.magis communem dicit.Et vide quæ habes in verbo Præſcriptio.infrà B.Vill.

Mala fides in dubio non præſumitur.ſed potius bona fides.Communem poſt multas allegationes dicit Ferdinan.Vaſq.Illuſtrium controuerſ.lib.ij.c.lxxix.nu.15. I.Fich.

Amplia procedere,etiam ſi poſſeſſor non oſtendit vllum titulum, quæ ampliatio ſimiliter communis eſt,ſecundum Alcia.& Tiraq. vt refertur d.num.15. Idem.

In mala fide conſtituitur emptor per denuntiationem ipſi ante emptionẽ factam,ne rem emeret. Communem dicit per multa allegata,idem Vaſq.dicto lib.ij.c.lxxx.in prin.vbi tamen.num. 5. & ſeq. limitat. Idem.

P R O.Malum eſt peccare,ſed diabolicum perſeuerare.nota. in l. conſentaneum.C.quomod.& quand.index. Bellon.

P R O.Malum eſt cadere propoſito,ſed peius eſt ſimulare propoſitum.can.certè.xij.q.j. Idem.

P R O.Malorum mores infirmitas animi non excuſat.ca,qui reſiſtit.xj.q.iij. Idem.

P R O.Male meritus publicè,vt aliis exemplo ad deterrenda maleficia ſit,egeſtate laborare debet;l.bona fides.ff.depoſit. Idem.

P R O.Maleficiorum nulla ſocietas eſt.l.j.§.nunc tractemus.ff. de tut.& rat.diſtr. Idem.

P R O.Malitia ſupplet ætatem.l.iij.C.ſi mino.ſe ma.dix.c. de illis. ij.extrà de ſp.impub. Idem.

Malitia ſupplet ætatem,quoad ſponſalia,& Coua.in epiſt.iiij.cap. ij.communem dicunt. B.Villal.

P R O.Malitiis hominum eſt obuiandum.l.in fundo.ff.de rei ven. c.auaritiæ.de elect.in vj. Bellon.

P R O.Mandatum gratuitum eſſe debet.l.ff.manda. Idem.

P R O.Mandatum morte mandatoris finitur. l.ſi præcedente. ff. manda.l.mandatum.C.eod.tit. Idem.

Quis dicitur habere Mandatũ ſpeciale,quando eſt cõſtitutus procurator ad alienandũ,licet non dicatur in mandato ſpecialiter.Conſtituo te procuratorem ad alienandum iſtam rẽ,vel illã.Eſt com. opin. ſec.Alex.in cõſi.clxxxix.viſo ſtatuto.ver.iiij.probatur.vol.vij.M.Grib.

Mandans aliquid fieri non dicitur vere facere,ſed interpretatiuè: & ideò ſtatutum loquens de faciente,non habet locum in mandante.Eſt com.opin.ſec.Alex.in conſi.lxv.viſa.in ſi.vol.iiij. Idem.

Mandatum ad compromittendum,emendum,vendendum, & ſimilia præſumitur etiam poſt ſpacium decurſum mille annorum:vnde ex defectu huiuſmodi mandati vſque ad mille annos nõ poteſt dici ſententia nulla,ſi de mandato non cõſtet,quia præſumitur ex maxima diuturnitate temporis interueniſſe,vt voluit Bal.conſ.cccxxvij. vol.j.quam ſequitur Paul.Caſtr.conſi.lxxxiiij.viſa facti narratione.circa.ſi.vol.j.Deci.conſi.cclxxxj.numero decimoſeptimo.conſi.ccccix.& conſilio iij. Iaſ.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& in l.j.C.qui admitti. Curt.ſeni.conſi.lxxvij.Boer.deciſio.cclxxxj.nu.17.Rimina.in dicta l.j. nu.28.Zuccardus,& Bolognetus ibi.nume.58.vbi ſcribit iſtam eſſe com.opin.& Soci.Iun.conſi.cxxxix.num.10.vol.iij.vbi ait hodie fortaſſe hanc ſententiam eſſe communem,& ita in facti contingentia cõſuluit,ſeu determinauit Rota Romana teſte Caſſadoro deciſio.tertia. per totam.in tit.de procuratori.In contrariam verò partem,videlicet quòd mandatum de quo non conſtat,non præſumatur,niſi per partem aduerſam probetur,inclinauit idem Bald.titubanter,& ſibi contrarius in l.j.C.de rebus alienis nõ alienam.& in l.ij.poſt prin.C.ſi ex falſis inſtr.& in lege qui fundum.ff.de vſucapion.quẽ ſequitur Salv. in d.l.j.C.de re alie.non alie.Alex.in d.l.ſciendum.in l.qui in aliena.ff. de acquir.hæred.in conſilio primo,volumine quarto, & conſi. cxcj. volum.vj.Veronen.conſilio vigeſimoſexto, deciſione Neapolitana

& in

& in deciſio.cccxlviij.Felyn.in capitu.ſicut de re iudica.Iaſ.ſibi contrarius conſilio cxl.volumi.iij.Deci.conſilio ccxv.Bartach.in prima parte ſui repertorij.in ver.diu.verſicu.antepenult.Curt.Seni.conſilio.xlix.& xvij.Curti.iunior.in tractat.feudorum.quæſtio.j. Marſyl. ſingular.cc.xxv.Albertus.Bru.conſilio xcv.num.3.Iacob.Leonardus conſi.xcvj.num.15.& ſequent.poſito inter conſil feudalia Alberti Bruni.Laurentius Siluanus conſilio xxxv.num.51. Grammati.deciſio.ccciij.num.83.vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem,& Soci.nepos,conſiſilio lvj.num.5.volum.j.ſed in iſto opinionum conflictu,& tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententiis mihi profectò ſequendam fore conſtitui primam partem affirmatiuam,tanquam magis æquam & cõmunem,ex quo ei inhæret Rota Romana,quæ videtur irrefragabilis auctoritatis,& opinio hæc ita retenta ampliatur primo loco habere locum in mandato etiam de cuſtodiendo, quòd ex antiquitate temporis præſumitur,ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præcedentis,ſecundum Bartol.& Alexan.in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem. ff. de adulter.Afflict.in præcitata deciſio.ccclv.Bertachi.in ij.parte ſui repertorij.in ver mandatum qualiter.verſicul.vij.Ampliatur ſecundò quòd non ſolum præſumitur mandatum ex antiquitate temporis,verumetiam ratificatio ipſius mãdati,vt per Bertachi.in dicto reperto.in j.part.in ver.diu.verſic. iij.Soci.conſi.xlvj.volu.iij.Deci.conſi.ccxcix.Gozadi d.conſi.xj.poſt alios ibi per eum congeſtos.& Soci.nepos,conſil.ſuprà citato.cxxxix.nume.14.volu.iij.quod intelligit & moderatur Iaſ.conſi.cxl. volumin. iiij. procedere quando ageretur de modico præiudicio,ſecùs ſi de magno,tũc enim præſumitur ratificatio ex antiquitate temporis,niſi concurrat alia præſumptio.Tertiò ampliatur etiam,vt procedat quando appareret productionem mandati eſſe factam,vel ceſſante productione litem cũ aliquo,tanquam procuratore fuiſſe conteſtatam,hoc enim caſu pro mandato præſumeretur,ſecundum Imol.in dicta ſaciendum. quem refert,ſequitúrque Gozadi.conſil.xcvj.Quartò ampliatur etiam habere locũ in ſoluente penſionem nomine alieno,ad quam veriſimiliter quis nõ accederet ſine mandato,cùm veriſimile haud quaquam ſit,quòd procurator velit iactare ſuum ſecundum Rotam Rom.deciſi.xxiij.in antiquis,quam ſequitur Soc.ſen.conſi.xlvj.lib.iij.Deci.conſi.xxxvj.& conſi.xlij.& in l.j.C.qui admitti.Gozad.conſi.xj.Cur.ſeni.d. conſi.lxxvij. & Soc.Iuni.conſi.cxxxix. vo.iij.nu. 10.& ſeq. Quintò, & vlti.ampliatur,quando in ſententia,aut alio inſtrumento antiquo fieret mentio de ipſo mandato,quia tunc videtur probari propter antiquitatem temporis,& per conſequens eo caſu antiquitas fidem,& auctoritatem dat inſtrumento enuncianti mandatum,aliàs ſecùs ſecundũ Deci.conſ.xxxvj.quem ſequitur Goza.dicto conſil.xj.& Purpuratus in auth.ſi quis in aliquo documento.in fin.C.de eden.& Cagnolus in l.velle non creditur nume.20.ff.de regu.iur. F.Viuius.

Exceptio quotieſcunque eſſet ſuperflua, & inutilis de eo, quòd in regula non contineretur tunc & eo caſu ne reddatur inutilis & ſuperflua,cenſetur regulam iſtam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem ſecundum Deci.in l.j.numero 31.ff.de regul. iuris.& iſta eſt communis opinio teſte Cagnolo ibi.nume.30.& 33.& exemplum pro intelligenda iſta communi poſſet allegari hoc, verbi gratia, ſi conſtituo procuratorem generaliter ad omnia non veniunt,quæ mandatum ſpeciale requirunt.cap.qui ad agendum,cum ibi no.per glo.& Doct. de procur.in vj.ſi verò facerem procuratorem generaliter ad omnia, niſi quod iuramentum non poſſit præſtari,& ſic excipio vnum caſum, in quo ſpeciale mandatum requiritur illa exceptio, ne ſit ſuperflua, declarat,ampliátque mandatum,& regulam,vt omnia alia includantur in mandato,in quibus etiam mandatum ſpeciale requiritur ſecundum Domi.Gemi.poſt Lapum in dicto capi.qui ad agen.§.j.Alexan.Claud.Aquen.& Iaſ.in l.fina.ff.quod quiſque iu.idem Iaſ.in l.nummis.ff.de in litem iuran.Caſſane.conſi.iij.ſtat Statutum.nume.7.Deci.in ca.conſultationibus.circa.fin.de officio deleg.Iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Cagnolus in dicta l.j.numer.30.& 33.& Enerardus in ſua centuria in argumento iij.vbi locus ab exceptione. Idem Viuius.

Mandans non comprehenditur ſub ſtatuto puniente facientem maleficium tamẽ ſi dicat,pro homicidio,vel pro vulnere imponatur talis ſecùs pœna.Iaſo.in l.ſi quis id quod.nu.36.ff.de iuriſdictio. om. iudic.communem dicit. B.Villal.

Mandatum generale comprehendit ſpeciale ſine quo mandatum generale redderetur fruſtratorium Cur.Iuni.in l.ij. de iuriſdict. omnium iud.nu.43.ff.communem dicit. Idem.

Mandatum non præſumitur interueniſſe etiam poſt mille annos. Hieron.Cagno.in l.velle.nu.16.ff.de reg iur.communem dicit.

Fallit in iis,quę ſunt parui præiudicij:quia præſumitur lapſis decem annis.Ludo.de Goza.conſi.xcvj.nu.11.communem dicit. Idem.

Mandatum procuratoris poteſt probari per teſtes ſicut per inſtrumentum,Iaſ.in l.cautio.nume.7.de procurat.communem dicit.Idem.

Mandatum ſpeciale requiritur ad acceptandum beneficium nomine alicuius.& non ſufficit generale,licet non requiratur ſpecialis beneficij expreſſio.ſed ſufficit generalis,Coua.Reſolutio.libr.iij.cap.xvj.Cõmunem dicit ex Panormi.in capitulo accedens. el. ij.de præbend. & Doct.in cap.ſi tibi.de præbend.& nota vnum ſingulare quod eſt contra Panormitanum in dicto cap.accedens,quòd ſi aliquis acceptat beneficium nomine abſentis ſine mandato,& poſtea principalis acceptet,valet acceptatio à die acceptionis primæ ſuo nomine factæ .Idem.Coua.ibi communem dicit ex Decio in l.qui non prohibet. numero.7.ff.de reg.iur. Idem.

Mandatum ex ſola temporis diuturnitate & patientia non præſumi.permulti tenent,& communem dicit Balbus in tracta. præſcrip.j.part.iij.par.prin.in x.quæſt. I.Fichard.

Contrariam vero opinionem receptiorem ſcribit Ferd.Vaſq.lib. illuſt.contr.ij.c.lxij.nu.7. Idem.

Mandatum executiuum,nulla præcedente ſententia condemnatoria vel parte non citata. decretum nullum eſſe dicitur.l.j.vbi not.C.de execu.rei iud.& l.cùm nulla.ff.eo.titu.Nec verba Iudicis dicentis in ſententia,viſa citatione,&c.probant citationem præceſſiſſe,præſertim ſi lata fuit parte abſente.vt Bart.& alij voluère in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.Inno.in capi.quoniam contra de probat.Bart.& alij.in l. j. ff. quand.appell.ſit.& in l.j.C.de rela.pleniuſque hac in re ſcribit Alex.in conſi.xlj.viſo proceſſu.in principio,volumine iiij.vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem. F.Turzan.

PRO.Manifeſtæ turpitudinis eſt,nolle nec iurare,nec iuſiurandum referre.l.manifeſtæ.ff.de iureiur. Bellonus.

PRO.Manifeſta,probationibus non indigent.l. j.§.fin. vbi glo.de dote præleg.ff.can.de manifeſta.ij.quæſt.j. Idem.

PRO.Manifeſta crimina non indigent accuſatione,cap.ad noſtram.extrà de iureiur. Idem.

PRO.Maritus duas vxores habere non poteſt, aliàs infamis efficitur.l.ij.C.de inceſt.nupt.l.eũ qui duas.C.de adul.§.affinitatis.inſti.de nupt. Idem.

PRO.Maritis exhibenda eſt ab vxoribus reuerentia.l.alia.§.elegãter.ff.ſolut.matr. Idem.

Maritus vxori faciens vel fieri curans veſtes pretioſas,iocalia,& clenódia,non cenſetur donare voluiſſe,ſed potius ad vſum & ornamentũ conceſſiſſe.Sed ſi ſint vilia,& ad quotidianum vſum tantùm,tunc cenſentur donata,& ita fiunt propriè vxoris. Commun.dicit Clarus in §.donatio.q.x.verſi.Succeſſiuè quæro. B.Villal.

Maritus minor vigintiquinque annis ſi recipit vxoris ſuæ dotẽ,eius bona tacitè cenſentur obligata ipſi vxori ſecundum Bald. Ange.Roma.Alexan.& alios communiter in l.ſi conſtante.in princip.ff.ſoluto matri.Paul.Caſtr.& Alexan.in l.item quia.ff.de pact.Bal.in l.final.C.de legiti.tuto.& iſtam affirmat,fatetur expreſſè eſſe communem opinionẽ contra Bart.oppoſitum aſſeuerantem in dicta l.ſi conſtante,Neguſantius de Fano in tract.de pignori.& hypotecis in ij.part.iiij.membri.nu.73.& Grammati.deciſio.ciij.nume.17.& opinionem iſtam eſſe communem ampliatur in tantum procedere,quòd bona mariti non ſolum præſumuntur tacite hypot.pro dote,verum etiam pro alimentis vxori ſuæ præſtandis,quæ quidem petũtur officio Iudicis mercenario,vt per Bar.in l.ſi cùm dotem .§.ſi autem.ff.ſolut. matrim. cum quo ſentiunt omnes Doct.magis communiter teſte Neguſantio in memorato tract.de pignori.& hypotecis.in ij.par.prin.iiij.membri.num.55. Viuius.

Maritus cui fuit dos promiſſa,& poſtea data,& ſoluta præſumitur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis,& ab illo die conſtituta cenſetur tacita hypoteca ſecundum Doct.omnes magis communiter in l.aſſiduis.C.qui potio.in pigno.habe.Soc.Seni.conſ.cclxiij.pro inueſtigatione.in xxxiij.q.volu.j.& Neguſantius in tract.de pign.& hypot.in ij par.ij.princi membri.num.14. in quibus locis ſequuntur & faciunt mentionem Doct.de iſta communi.Sed contrarium & malè tenuit in d.l.aſſiduis quam ſequitur ibi Bald.& Spec.tit de ſolut.§.ante omnia,circa fin.verſic.ſed pone contraxi,tamen quicquid ſuadeant iſti illuſtres Doctor.ob hoc fatuum puto à dicta communi diſcedere in iudicando & cõſulendo,quam ab omnibus morſibus,& contrariis tuẽtur eam ſeq.Moder.in d.l.aſſiduis,& Doct.variis in locis iu.noſtri. Idẽ.

Maritus nubentis ſecundò intra annum luctus,ſi heres inſtituatur in ſolidum.teſtamentum valet in tertia parte in qua poterat inſtitui,& in aliis bonis ſuccedunt venientes ab inteſtato.Ioan.à Garo.in l.hęc edict.C.de ſecundis nuptiis.num.7.communem dicit.Et de materia tam mulieris,quam mariti ſecundò nubentis,vide ſupra in verbo Binubis : per totum. B.Villalob.

Maritus nomine vxoris,poteſt agere ad reuocationem venditionis à ſe factæ,Antonius Nicol.in concordan.gloſſ.cxx.§.duodecimo adducitur,communem dicit.& vide quæ habes in verbo abſens.

Amplia ad bona data per maritum vxori in donationẽ propter nuptias.Ibi non ſufficit conſenſus vxoris in alienatione illarum rerum. l.vij.tit.x.par.iiij.& l.iiij.tit.ij.lib.iij. For.ll.Limita tamen niſi alias res illa data,æſtimata prout decima de rebus dotalibus per l.ſeptimam, titul.xj.parte iiij.de qua per Doct.de Pala.Rube.in repetitione eadem.lxxiij.de quibus donationibus mulier mortuo viro,non poteſt alienare extantibus liberis mariti,niſi in quarta parte,vt habetur in quarta par.tit.*delas quas*.libro iij.For.ll.Et quod dictũ eſt quòd nõ poſſunt alienari etiã ſi accedat conſenſus vxoris,eſt intelligendũ,niſi aliàs accedat binubis conſenſus,vel iuramentum de quo per dictum Rubeũ. Idem.

Maritus poteſt vendicare vxorem etiam à patre : licet lis inter patrem & filium prohibeatur per ſtatutum Præpoſi.in capitulo, non eſt, de ſponſalib.& Coua.in epiſtola quarta,capitulo ſeptimo. numero 4. communem dicunt. Idem.

Maritus poteſt expellere vxorem propter dotem non ſolutam.Coua.ibi numero 2.licet ſibi non placeat communem dicit:quam intellige ſi culpa vxoris non ſoluitur.Guid.Papæ conſilio cxxvij.vbi etiam loquitur de alimentis pr. ſtandis per maritum:de quo etiam per Angelum & Iaſonem in lege ſi cum dotem.§.ſinautẽ.ff.ſolu.matrimo.Idẽ.

*ADDITIO.* Circa alimenta dicit Socin.in tractatu in Fallen. cccxv.Maritus,quòd maritus non tenetur alere vxorem, ſi dotem ſibi promiſſam non dede it,quo caſu eam expellere poteſt.Quod fallit tribus caſibus:vt ibi per eum.

Nota quòd ſi maritus expellit vxorem, & aſſumit concubinam, vel aliam vxorem,dicitur alleuoſus,& perdit medietatem bonorum.l.viij. tit.xix.lib.viij.vltra p. nam binubentis.de qua in l. vj.tit. xv.& l.vj j. in ordin.etſi non expellit mulierẽ à domo ſed habet concubinam,perdit quintam partem bonorum ſi non excedit decẽ milia marebetinorum.l.iij.eod.titu.de quibus legibus vide per Doctor.de pala,rub,in dicta repetitione §,Et nota quòd ſi ſecundum iſtam communem,maritus expulit vxorem à domo propter dotem non ſolutam,quòd ſi interim maritus lucratur bona multa:quod mulier non habebit medietatem bonorum acquiſitorum iuxta legem ij.tit.iiij.lib.v.ord.de quo per d.Ioan.Lupum. Idem.

Maritus ex matrimonio momentaneo, non lucratur partem dotis ſtante ſtatuto quod maritus eam lucretur.Tiraquellus in l. ſi vnquam de reuocan.donation.C.in verbo donatione largitus.numer. 185, cõmunem dicit. Villalob.

Mariti domicilium eſt attendendum cum agitur de lucranda dote per ſtatutum,Iaſ.in l.cunctos populos.nume.24.in prima l.& in ſecũda nume.60.de ſumma Trinitate.communem dicit; Idem.

Amplia primo,ad deciſionem litis ſuper dotem eſt attendenda conſuetudo.vel.lex domicilij.viri.Coua.in epiſt.iiij. cap.vij.numero 6.cõmunem dicit.

Amplià ſecundo,quia non poteſt maritus conueniri de dote recepta reſtituenda in loco contractus , ſed domicilij. idem Cou,ibi communem dicit.

Limita niſi aliàs eo animo contractum ſit matrimonium,vt in loco contractus viuatur.idem ibi numero 7.ex dicto Bald,in l.fina,C.ſi à nõ competenti.iudice communem dicit. Idem.

Nota quod ſi bona tam mariti,qu m vxoris ſint alio loco à loco cõtractus:conſuetudines,ac leges illius loci vbi bona ſunt,debent attendi.Ant.Rube.conſi.lxxj.communem dicit. Idem.

De iure regio fructus tam dotis,quam bonorum paraphernalium ſunt ad ſuſtentanda onera matrimonij,& qui ſuperſunt,ſunt communes inter coniuges.l.iij.titul.ij.libr,iij.For.ll.& l.ſin,tit,iiij.eod.titu.& ſic eſt intelligenda l.xviij.tit.xj.part.iiij.conſeruata dote,vt in l.xxj.eius titu.& part.quòd intellige de fructibus,durante matrimonio,perceptis, de aliis autem habes l.iiij.& x.titu. iiij.libr.iij.For.ll.quæ diſponũt,quòd ſi non ſunt a ſolo ſeparati.ſed fructus apparent diuidentur inter virum & heredes mortui ſi autem fructus non apparent,erunt heredis cuius erat proprietas ſoluta medietate expenſarum,ſi fructus ſunt vineæ,vel arborum:ſi autem ſeminis,erunt communes pro medietate.(vt dictũ eſt)ſi tamen terra erat bene culta,& non ſeminata:fructus erunt cuius erat prædium ſoluta medietate expenſarum,de quibus per Io.Lupum in repeti,rubr. Idem.

Maritus non tenetur reſtituere fructus naturales,vel induſtriales bonorum vxoris,ſi ſunt modicæ æſtimationis.Coua.ibi,cap,vij.§.j. num. 1.communem dicit.

Maritus ſi deprehendatur in adulterio poſt ſententiam in qua fuit ſeparatum matrimonium propter adulterium redintegratur matrimonium,Coua.in epiſt.iij,ca.vij.§.vj.nu. 5.communem dicit ex Feli.in ca. lator.de re iudic,nu,9. Idem.

Maritus ſi occidat vxorem deprehenſam in adulterio peccat mortaliter,Coua.in epiſt.iiij.capi.vij.§.vij.nume.9.communem dicit ex Tiraque.in legib.connubiali.in lib.viij.

Maritus heres tenetur alimenta præſtare vxori viduæ infra tempus infra quod non ſibi reſtituuntur mobilia.Alexan.in l.diuortio.ff.ſoluto matrimonio,Coua.in epiſtol.iiij.capit.iij.§.ix.numero 9. communem dicunt, Idem.

Marito ad inopiam vergente vxor agere poteſt ad dotis reſtitutionem non quidem vt virum dotis commodo priuet,ſed vt dote ipſa in tuto collocata,ex ipſius fructibus poſſit alere ſe ipſum maritum,& ſobolem,ita ſcribit Bart,& plerique alij.in l,ſi conſtante.ſolu.matrim. & in l.vbi.adhuc.C.de iure dot.vbi not. huiuſmodi dotis reſtitutionem locum non habere quando extraneus mulierem dotaſſet & dotem ſibi reſtitui fuiſſet ſtipulatus:tunc enim ſtipulatio collata cẽſeretur non in tempus quo maritus ipſe ad inopiam vergit,ſed quo matrimonium diſſoluitur.Poterit igitur extraneus ſibi conſulere cautionis remedio. de quo in l.in omnibus.ff.de iudic.videlicet dotem ſibi reſtitui ex iuſta cauſa ſic communiter tenuerunt Doct.teſte Bart.in d.l.ſi conſtante.q. vj.ſolu.matrim, F.Turzan.

Maſculum licet qua..doque concipiat fœmininum.l.j. de verbor.ſignifi.l.j.§.ſi quis ita dederit.de teſta.tamen in contractibus non concipit.Eſt deciſi.Archid.in cap.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.& com. approbatur ſecund.Alex.conſil.cxxv.attentis,in prin.volum.v. M.Grib.

Maſculinum quidem concipit fœmininũ non ex propria ſignificatione vocabuli,ſed legis interp etatione.Curt.Iuni.conſi. clxiij.nu. 13. communem dicit.

Quando de iure regio maſculinum concipit fœmininum,vide l.vj. titu.xxxiij.par.vij. B.Villal.

Maſculinum in materia fauorabili comprehendit fœmininum.Cur, Iun,conſil.cliij.communem dicit. Idem.

Maſculinum non concipit fœmininum in contractibus.Iaſon.in l. ſi quis id,quod,ff.de iuriſdictione omnium iudic. num. 23. communẽ dicit.vbi ponit quatuor limitationes. Idem,

*ADDITIO.* Fallit etiam vt per Socin.regul.in tracta. Fallen. cccxij.Maſculinum.

PRO. Maſculinum concipit fœmininum.l.qui duos multos.ff. de leg.ij.l.ſeruis legatis.de leg.iij.l.j.ff,de verb.ſignifi. Bellon.

PRO.Mater in teſtamento tutorem filiis dare non poteſt.datus tamen confirmatur.ff.de teſtam.tut. Idem Bellon.

Mater poteſt filium exheredare ex cauſa in caſu,quòd pater eſſet dilapidator,ne,ſcilicet,hereditas queratur patri,ſaltem quo ad vſumfructum,& ab eo dilapidetur,dummodò tamen inſtituat alium,qui poſtquàm filius ſit effectus ſui iuris,ei hereditatem vnà cum fructibus reſtituat, commu.dicit Clarus.§.teſtamentũ.q.xlj.ver.quæro etiã.P. Fich,

Mater tenetur filium inſtituere,vel exheredare,nam ſi eum præterit, teſtamentum nullum eſt,communem dicit in §. teſtamentum. q. xlvij.Intellige ſi cauſam nullam inſerat,nam cauſa inſerta, talis, præteritio habetur pro exheredatione,ibid. Idem.

Matrem filius non poteſt ſine cauſa in teſtamento preterire, com, dicit.in §.ibidem.q.xlix, Idem,

Mater diues propter inopiam patris tenetur dotare filiam pauperẽ ſecundum Bartol.quem omnes communiter ſequuntur in l.neque mater,C.de iure dotium.& in auth.res quæ,C.communia de lega.& opinionem iſtam ſequitur & tenet communem fatetur Coraſius in repet. l.qui liberos.in ij.lectu.nume,112,ff.de iur.dot.imò mater hoc caſu poteſt in dotem dare filiæ pauperi bona à lege prohibita alienari in vltima voluntate,ſecundum omnium Doct,communem ſententiam, quã commẽdat,celebrat,& citat Soc conſi.lxxv.vol.j.& Boer.deciſio.cxxix. nume.4.& ſeq.& opinio iſta interpretatur per Alexand.conſil.lvj. vol. j.non procedere quando teſtator expreſſè prohibuiſſet alienari in cauſam dotis dicta bona. F.Viuius.

Mater in dubio non debet excludi à luctuoſa hereditate filij.Curt. Iun.conſil.cxxxiiij.nume.6.communem dicit. B.Villal.

Mater acceptans tutelam filiorum,ſi poſteà accedat ad iudicem dicens velle contrahere matrimonium,quòd filiis prouideatur de tutore,locus eſt tutori datiuo,non autem legitimo. Curtius Iun. conſilio xciiij.nu. 5.communem dicit, Idem.

*ADDITIO.* Ad quam donationem dicit Barto,in l,ij. §. confeſtim.ff.ad Tertulianum,quòd mater tenetur confeſtim petere tutorem filiorum poſt mortem ſui viri.& intellectus illius dictionis confeſtim,non ſeruatur in practica,vt teſtatur Ang.in l.ſciant cuncti.C.de legitimis.heredibus,nume.2.Bal.in l. precibus.nume.22. C,de impub, & aliis ſubſtitutioni.dicẽtes quòd habet annũ ad petendũ dictũ tutorẽ.

Mater ſi per ſtatutũ priuetur ſucceſſione filiorũ ſtantibus agnatis priuatur etiam auus maternus,Ioan.Nigo.in l.generaliter.num.45. de ſecun.nup.communem dicit.

Matri non creditur,dicenti ab alio quam à marito filium recepiſſet etſi multũ vagauerit.Boer.deciſi.xxix.nume.6.communem dicit. Idẽ.

Mater alienauit fundum filij,poſtmodum illum heredem inſtituit, adita hereditate,filius vendicare volebat fundũ.Quærebatur,an poſſet diſtinguitur : aut filius pro debito bonorũ ſubſidio fuit inſtitutus in re particulari altero herede vniuerſali inſtituto,quo caſu habetur loco legatarij.l.j.§.ſi fundo.ff,de hered.inſtit.& tunc poterit fundum vendicare,ſi verò inſtitutus ſit in quota hereditatis,tunc pro parte ipſum tangente ſibi vendicanti obſtabit exceptio, poterit tamen ab altero herede illud repetere,tanquam ſibi fuerit euictũ:debet enim habere huiuſmodi bonorũ ſubſidiũ abſque grauamine,videlicet legatorum,& fidei cõmiſſorũ,nõ tamen æris alieni,vt not,Gl.in l.cũ à matre,verſicu.Item quid in debito C.de rei vend.cuius opi,com.teneri Bart.atteſtatur. in l.fin.§.in computatione,verſi.contra iſtam gl.C.de iure deliberand.vbi gloſſ.contrarium ſentit. F.Turzan.

Matrimoniũ cõtrahentes ſcienter in gradu prohibito, bona ipſorũ ipſo iure debẽt publicari.tex.eſt in aut.incœſtas.C.de incœſtis nuptiis & §.j.in aut.de incœſtis nupt,& in c.cũ ſecun.de hære.lib.vj.& ita not. Boer.deci.cclxiiij.nu.13.& Coua,in iiij.lib.decre.in ij.par.c.vj.§.viij.nu. 5.Confiſcatio autẽ ipſa fit ipſo iure,etiã in ccl.caſib.quos nouiſſime poſuit,& recẽſuit Ludoui.Greſoles in tract,in quib.caſib.iure Ciui.omniũ

bonorum,

bonorũ, vel partis publicatio ſit indicta. vbi ponit ſupracitatos caſus. Præmiſſa verò ampliantur: vt matrimonium hoc non poſſit contrahi cum conſanguinea, vel prohibita etiam ſub iſta conditione, videlicet ſi pontifex diſpenſauerit, ſecundum Innocent. Cardina. & Abb. in cap. ſuper eo, de condit. appo. Calderi. conſi. j. in titul. de ſponſ. & iſtorum ſententiam ſequitur etiam Areti. conſi. cxliij. & in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de lega. j. quam ait ibi eſſe communem in contrariam verò partem inclinauit Ant. de But. in dicto capi. ſuper eo, cuius opinio de conſuetudine ſeruatur, vt refert, atteſtatúrque Boëri. in dicta deciſio. cclxiiij. num. 27. & de iſta vltima opinione vide Anchara. in ca. ex publico de côuer. coniu. Ampliatur ſecundò regula præmiſſa, vt habeat locum non ſolùm ſi nuptias contrahant, ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad conſanguineas, vel moniales, vel alias prohibitas perſonas, vt in clemen. j. de conſang. & affin. & vltra miſſionem bonorum ſunt ipſo iure excommunicati, vt tenet Iacobus de Simancas in lib. Inſtitutionum catholicarum cap. xl. nume. 5. Regula iſta ita explicita interpretatur primùm non habere locũ in ſponſalibus, quia requiritur neceſſariò, quòd matrimonium ſit carnali copula conſummatum, vt in cap. & ſi neceſſe, de donatio. inter virum & vxorem. quem text. ita intelligunt ibi Anto. Abb. Præpoſi. & omnes communiter. Bald. Nouellus in tract. de dote in xj. part. numero. 3. & 7. & Couarruuias memorato §. viij. numer. 20. Limitatur ſecundo, quando maritus, ſiue mulier ignoranter commiſerunt incœſtum, vel contraxerunt matrimonium illicitum ſecundum glo. in clemen. j. de côſangui. & affini. vbi expreſſe tenet, & probat, quod ille, qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit, non incidit in pœnam illius clemen. videlicet in pœnam incœſtus, adulterij illiciti coitus, & denique matrimonium hoc excuſat etiam à proceſſu criminali, quam gloſſ. ſequitur Felin. in cap. examinata. num. 7. de iudi. & Couarruuias in d. §. vij. num. 19. & hoc procedit, & videtur verum, dummodo ſtatim quod ſciuerunt matrimonium non ſubſtineri & valere, abſtineant a coitu. text. eſt in l. ſi adulterium cum incœſtu. §. iidem Imperatores. & ibi Bartol. & Ange. ff. de adulter. & Ioan. Baptiſta Plotius in repeti. l. ſi quando. nume 289. C. vnde vi. & Paulus Girlandus in tract. de pœnis omnifariam coitus illiciti. q. v. nu. 3. Hic diſquirendum eſt congruenter, vtrùm matrimonium hoc putatiuum, data ignorantia in altero ex côtrahentibus ita prolem legitimet, ſicut verum, & per conſequens filij nati ex huiuſmodi matrimonio ſint legitimi. gloſſ. in l. qui contra, C. de incœſtis nupt. determinauit quod non, quam ſequitur Bald. nu. 2. in ij. lectu. Cyn. nume. 8. Salyc. numer. 5. Bartol. in l. fina. nu. 4. ff. de condi. ſine cauſa, & ibi Iaſo. Alex. in addit. ad Bart. in l. ſi adulterium, in additi. ſuper numer. 2. ff. de adulter. Marſyl. in l. penult. num. 36. ff. de quæſtio. & hoc per rationem relatam per Caſſadorum in deciſione vnica. numero 1. in titulo de ſponſalibus, & matrimoniis Contrariam verò ſententiam, quòd imò ſi vnus eorum duntaxat impedimentum ignorauit, filij iſti ſint legitimi, quoad vtrumque parentem, tenet gloſ. in capitu. referenti. in ver. ignorantiam, qui filij ſint legiti. in capit. cum inhibitio. §. j. in ver. ſi ambo. de clandeſt. ſponſali. & in ca. in Ciuitate. xxxiiij. qu. eſt. lj. & hoc dictum ſequitur Iacob. de Arenis in dicta l. qui contra numero. 3. & Bald. ibi numero 4. in j. lectu. ſibimet parum conſtãs. Hoc etiam tenet ibi Alberi. nume. 2. Bart. etiam ſibiipſi contrarius in authen. de incœſtis nuptiis. in princip. Abb. in capi. ij. qui filij ſint legiti. Ancha. in cap. j. de conſtitut. & conſilio clxxxv. Præpoſi. in d. cap. cùm inhibitio. nu. 7. Plotius in dicta l. ſi quando. num. 289. & Caſſadorus in dicta deciſio. vnic. numer. 1. & ſeq. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotæ determinaſſe. Sed in iſta ambiguitate, & tam dubia materia diſtinctionem traditam nouiſſimè per Petr. à Due. in ſuis regulis in reg. contrahentes matrimonium. num. 2. circa fin. ſequendam mihi fore decreui, quæ quippe ſemper mihi placuit, & videtur veritati, & æquitati conſona, eámque breuitati ſtudendo aliter non recenſeo, ſed videndam totis viribus ſuadeo. Accedit etiam præmiſſis, quòd mulier iſta ignoranter contrahendo matrimonium, id eſt, ignorando in caſu iſto ius, vel factum abſque dubio, poteſt repetere dotem, vt in l. ſi cum dotem. §. final. ff. ſoluto matrimonio, & hoc tenet, & ſequitur Bartolus in l. ſi adulterium cum incœſtu. numero vndecimo, ff. de adulter. & in l. fin. numero quarto. ff. de cond. ſine cauſa. & Iaſ. in addi. ad Portium, in §. fin. nume. decimoſexto, Inſtitu. de nuptiis, & matrimonium hoc putatiuum bona fide contractum, habet omnia priuilegia veri matrimonij. dicta l. ſi cum dotem. §. final. & ibi not. Doct. Barto. in l. ſi concubinam. ff. rerum amo. & in l. de iure. §. final. ff. ad municip. Hoc autem intelligitur procedere ex parte vxoris: nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, vt habetur per Alexan. in dicta l. ſi cùm dotem. §. ſi poſt alios per eum relatos. Ratio eſt, quia non eſt idem fauor in marito putatiuo, qui eſt in vxore, quia ratio quare fauetur vxori putatiuæ in dote eſt, vt Princeps poſſit facilius nubere. l. ij. §. fin. ff. de priuileg. credit. & ita tenet Alex. in d. l. ſi cum dotem. §. fin. quæ ratio ceſſat in marito. F. Viuius.

Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, & non ſunt neceſſaria verba, Hieronym. Cagno. in l. nuptias, ff. de regul. iur. numero quinto communem dicit. B. Villalob.

Conſenſus licet quoad Deum in matrimonio per voluntatem cognoſcatur: tamen quod ad eccleſiam, per verba vel alia ſigna conſenſum demonſtrantia, dignoſcitur. Et hic eſt verus ſenſus, & communis cap. tua nos. de ſponſal. Coua. in epiſto. iiij. cap. ij. part. ij. nu. 1. Idem.

Matrimonium contrahitur per hæc verba non, niſi te. habebo in vxorem. Præpoſitus in cap. ex parte. nu. 7. de ſponſa. commu. dicit. Idem.

Concor. cum hac communi. l. xv. titulo quinto parte quarta.

Nota quòd metus non probatur per vnum teſtem. Alcia. de præſum. reg. iij. præſum. vij. nume. 6. communem dicit.

Metum excludit præſentia patris, vel propinquorum. Hieronymus Cagno. in regula in omnibus. ff. de regul. iur. nume. 8. commu. dicit.

Limita quartò, communem principalem cum ſequentibus, ſi ſit côtractum ante pubertatem: quia matrimoniũ non contrahitur, etſi ſint verba. Præpoſi. in capitulo ſecundo. de ſponſal. communem dicit.

Reſtringe, niſi alius cum alia, copulam carnalem conſummauerit, idem ibi communem dicit.

Reſtringe ſecundò, ſi ſit proximus pubertati, & malitia ſupplet ætatem. cap. de illis, el ij. de ſponſ. impub. & proximus pubertati vir dicitur cum accedit ad decimum & dimidium ſuæ ætatis annum in fœmina ad nouennium cum dimidio. Coua. in epiſtola iiij. numero 5. communem dicit ex gloſſ. in §. pupillus. de inutili ſtipulatione. & in l. pupillũ. ff. de regul. iuris. ipſe concludit arbitrio iudicis relinquendum conſideratis circunſtantiis.

Cum hac communi concor. l. viij. titu. xxxj. parte ſeptima.

Limita quintò, inter adoptantem & arrogantem, & filiam adoptatã ac arrogatam, & inter eius filios, & vxorem propter impedimentum legalis cognationis. Coua. in epiſtola. iiij. cap. vj. §. v. nu. 2. part. ij. communem dicit.

Amplia in tantum eſſe veram communem, quòd ſi contrahatur matrimonium ſoluta cognatione legali, requiritur nouus conſenſus. idẽ Coua. ibi. nume. 3. communem dicit.

Fallit in filiis emancipatis, qui non ſunt ſub poteſtate patris: quia inter eos matrimonium non impeditur. Idem ibi in fine commu. dicit.

Limita ſextò, ſi contrahatur ſub conditione contra ſubſtantiam matrimonij. de qua per text. in ca. fin. de condi. appo. quam intellige, quòd ſi vnus apponat conditionem, & alius non conſentiat, reſultant ex côtractu ſponſalia de futuro: quæ per carnis copulam tranſeunt in matrimonium. Iaſ. in authen. ingreſſi. numer. 34. C. de ſacroſanct. eccleſ. communem dicit.

Reſtringe hanc limitationem, ſi alius tacitè, vel expreſſè conſentiat: quia ex hoc ſponſalia quidem reſultant. Coua. in epiſtol. iiij. cap. iij. par. ij. nu. 16. commu. dicit ex Geral. ſingu. xxj. & Hippol. ſingul. cclxxxvj.

Limita ſeptimò, ſi contrahatur matrimonium lite pendente ſuper primo matrimonio: aliàs nullo, quod contrahentes credebant eſſe verum nam tale matrimonium non valet. Præpo. in ca. cum in apoſtolica. de ſponſal. communem dicit quem intelligit Coua. in epiſt. iiij. par. ij. c. iij. §. vij. in foro conſcientiæ, non tamen in foro fori.

Limita octauò. ſi côtrahens non poteſt generare: nam tũ non poteſt contrahere, Ioan. de Neuiza. in ſylua nupt. part. j. communem dicit.

Reſtringe ad eos, qui non poſſunt generare, natura impediẽte: quia ſunt frigidi à natura, ſecus tamen in aliis qui ſunt ætate & natura habiles, licet impotentes. Panor. in cap. impuberes. de deſpon. impube. communem dicit.

Reſtringe ſecundò, in non volente cognoſcere vxorem propriam, ſed cognoſcit extraneam. Coua. in epiſto. iiij. capitu. iiij. §. j. numero 3. communem dicit.

Limita nonò, in occiſore presbyteri, quia licet non dirimatur matrimonium contractum. impedit tamen contrahendum. Coua. ibi ca. vj. part. ij. nu. 5. communem dicit.

Limita decimo, quia impeditur côtrahendum: licet non dirimat côtractum fama publica etiam præcedentibus ſponſalibus iuratis. Præpoſi. in ca. præterea. ij. de ſponſal. communem dicit.

Et idem eſt in vno teſte. Præpoſi. ibi in fin. commu. dicit. B. Villal.

Nota quòd matrimonium quo ad torum, diſſoluitur peccatum Sodomiæ. Coua. in epito. iiij. c. vij. §. v. num. 6. communem dicit ex Panor. in c. maritis. de adult. Idem.

Matrimonium ſecundum contractũ in facie eccleſiæ, præualet, primo clandeſtino probato per vnum teſtem, & famam. Socin. conſi. xix. vol. iij. communem dicit. Idem.

Matrimonium contrahi poteſt etiam à laborante in extremis, & propè inſtante mortis articulo, adeo vt per illud legitimentur etiam liberi anteà ſuſcepti. Veram, & communem. Et Alex. in l. ſi quis poſthumos ff. de liber. & poſthum. multíſque aliis dicit Pet. Du. Reg. cccl. in prima limi. Quam ibidem limitat, niſi talis legitimatio in fraudem legatariorum & fideicommiſſariorum fieret, &c. I. Fich.

Matrimonium iuramento neceſſario coniugum non probatur. Io. Cora. cap. iiij. in Miſcella. libr. iij. communem dicit: quam intellige vt in ver. iuramentum. nume. 107. & in verb. confeſſio, quæ ibi habes leges regni. B. Villalob.

Matrimonium non probatur per nominationem licet faciat aliquã

præſumptionem.Ioan Cora.ibi nume.7.communem dicit. Idem.

Matrimonium non probatur ex verbis narratiuis, vel enuntiatiuis inſtrumenti.Curt.Iuni.conſi.xcv.nu.5 Fely.in cap.illud.de præſumptio,nu.2.communem dicit. Idem.

Matrimonium nondum conſummatum,vna parte. iniuſta, diſpenſatione poteſt diſſolui,Curt.Iuni,conſi,clxx.nu.1.commu.dicit. Idem.

Intellige ſi eſt cauſa diſpenſandi.quia alias diſpenſatus non eſt tutus in foro.Deci.ibi communem dicit.nu.7. Idem.

Matrimonium contrahitur,ſi dico non mutabo te pro meliori vxore.Idem,Præpoſi.nu.8.ibi communem dicit, Idem Villal.

Matrimonium dicitur contractum per hæc verba,iuro vel promitto,quòd habebo te in vxorem.Coua.in epiſt.iiij.parte ij.cap,iiij.§.j.nu.5.communem dicit, Idem.

Matrimonium contrahitur præcedente expreſſo conſenſu mulieris ex traditione anuli.Idem c.iiij.nu.3 communem dicit. Idem.

Matrimonium contrahitur,ſi parentes præſentibus filiis,ac tacentibus,contrahant nomine filiorum.Præpoſi.in capitulo tuæ,de ſponſali. communem dicit.

De iure regio dicit l.x,titu.j.part.iiij. quòd ſi pater vult,vt filia contrahat matrimonium cum aliquo,& ipſa recuſet,ſi cum alio contraxit ſine voluntate patris,quod poteſt illam exheredare.Et de hoc vide Ioãnem Lupum in repetitio.capitu,per veſtras,de donationib.inter virum & vxorem. Idem.

Matrimonium præſumitur per cohabitationem quadragenariam. Præpoſi.in capitul.conſultationi.de ſponſal.communem dicit. Idem.

Matrimonium ſub conditione contractum, adueniente conditione,non eſt neceſſarius alius nouus conſenſus,aut contractus.Coua.in epiſto.iiij.capitul.iij.num.5, communem dicit,ex Abbat,in cap. de illis.de condi.appoſi. Idem.

Limita iſtam communem,ſi à principio illicitus ſit contractus,quia contrahentes erant impediti,& contrahunt ſi cum eis fuerit diſpenſatum:quia adueniente diſpenſatione,nouus requiritur conſenſus.Fran. de Aret.in l.apud Iulianum,ff.de leg.j.communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem ad conſenſum præſumptum:& ſic ſi poſt diſpenſationem ſcienter cohabitauerint. vel ſe commiſceant per carnis copulam,ſufficit ad hoc quod dicatur matrimonium contractum.Ferdin.de Loazes de matrimonio,dubio xij.nu.24. communem dicit.quem refert Coua.in epiſtol.iiij.capitul.iiij.numer.5.& dicit etiã communem.

Limita primò communem,& ſequentes,niſi aliàs fuerit contractum per metum quia eſt ipſo iure nullum.Panor.in cap. cùm locum. de ſponſa.numero ſexto communem dicit.& Barbat. conſi.liiij, vol.j.nu. 10.communem dicit.

Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intellectum l.xv,titu. ij,part.iiij.vbi inuenies concordantias ad ea quæ fiunt per metum.

Amplia limitationem,non ſolùm ſi fiat ex metu,ſed etiam ex præſumptione metus,Ioan.à Ripa in capitulo cum de conſtit.nu.180.cõmunem dicit, Idem.

Amplia ſecundò,etiam ſi metum paſſus dederit cauſam metui, vel coërcitioni,gloſſ.in capitul.veniens.de ſponſalib.Coua. in epiſto.quarta,parte ſecunda.capitul.iij.nu.7.§.iij.communem dicit. Idem.

Nota,quòd hic metus debet eſſe qui, poſſit cadere in conſtantem virum,quod arbitrio iudicãtis relinquitur.gloſſ.in l.interpoſitas. C.de tranſactionibus.Coua.in epiſto.iiij.cap.iij.§.ij.nu.8.communem dicit.

Amplia iſtud notabile ad reſcindendum quemcunque contractum: etiam alium à matrimonio.Hieronymus Cagno. in regula omnibus. de regul.iur.ff.in princip,communem dicit.

De iure regio,metus qui poteſt cadere in conſtantem virum,eſt metus mortis,mutilationis membri,vel tormenti corporalis,vel perditionis libertatis,vel famis vel ſimiliũ.l.vij.tit.xxxiij.par.vij. Idem Vil.

Matrimonium carnali copula conſummatum,nõ poteſt diuidi per diſpenſationem.Hieron.Cagno.in l.nuptias.numero 5. de reg. iuris.ff. communem dicit. B.Villal.

Matrimonium ſtatutum punitum,intelligitur de conſummato.Hippol.ſingul.cxcvj,communem dicit. Idem.

Iſta communis videtur limitare.l.xlix.taur. loquentem de contrahente matrimonium clandeſtine:ſed illa lex hanc reſtrictionem non recipit,ſecundum mentem,quæ ſemper eſt attendenda per longè tradita per Deci,conſi,cclxj.præcipue cùm verba legis ſint intelligenda iuxta materiam,& actum de quo agitur,l.ſi vno.in principio.ff.loca.l. damni infecti.ff.de damno infecto.l.ſi ſtipulatus.de vſu.& Barto.in l.j. per illas ll.C.de negotiis geſtis.Et in l.iij.eius tit.& Iaſ.in l.explicito.§. hoc autem,ad Trebell.ff.lectur.ij,& cùm in matrimonio clandeſtino eccleſia non curat de copula,ad hoc quod dicatur clandeſtinum.capi, diuortio.& ibi Docto.de clandeſt.deſponſa.nimirum quod d.l.tau.copulam non deſideret.Et hanc opinio.per plura tenet doct.Del.caſti. in d.l.Item etiam in adulterio non curatur de copula,vt in l.ij.titu.xv. lib, viij.in ordin. vbi diſponitur ſponſam de præſenti poſſe occidi per ſponſum, apprehenſam in adulterio repro. ij. libro tertio titu. *de lo. adulte.* For, ll. ſed hanc l. intellige, quando ſponſalia de præſenti ſunt contracta in facie eccleſiæ: vt diſponitur in l.lxxx.tau.tamen fiat clandeſtinè:puto procedere d.l.fori.Et nota quod ratione minoris ætatis non ſubuenitur ſi ſit maior quatuordecim annorum.l.iiij.tit.xviij. par. vj.quam vide ad materiam,an minor in delictis excuſetur. B.Villal.

Matrimonij appellatione in odioſis non veniunt ſponſalia.Felyn.in rubri.de ſponſal.nume.2.communem dicit. Idem.

in matrimonio admittitur dandi conditio præter cauſam dotis,quãdo datur vxori iuueni,vel generoſæ,etiam ſi ſit vilis in præmium iuuẽtutis.Cur.Iuni conſi.lx,num,20.communem dicit.Nota quod hæc donatio nõ tenetur à muliere reſeruare filiis primi matrimonij, ſecundò nubens.Ioan.à Ripa in l.fœminæ,C.de ſecund.nupt.nu.35,& Ioan.Lupus in repeti.rubr.§.50.nu.35,quæ faciũnt ad intellectum.l.xv.tau. & ea quæ habentur ſuprà in verſi.binubis. Idem.

Conditio appoſita, ſi inuenta virgo, reiicitur & valet matrimonium,etiam ſi inueniatur corrupta.Præpoſi.in cap. per tuas.de condit. appo.communem dicit.

Vide tu de tali caſu in terminis eleganter conſulentem Ang.conſil. lxxxij.inci.factum ſuper quo petitur conſiliũ,&c.in ij.dubio, I.Fich.

Matrimonium ex ſola anuli delatione non probari, maximè in locis,in quibus hoc ſignum eſt æquiuocum,teſtatur Oldra. conſil. clviij. nec ex ſola fama,ſecundum Doct.in ca.illud.de præſumpt,quæ Decretalis eſt clauis in materia iſta,conſuluit Bart.conſilio cxiiij. proceſſum eſt.facit text.in cap.veniens primò de teſtib,& licet Imol.in dicto cap. illud.videatur voluiſſe famam cum cohabitatione probare matrimonium, tamen poſtea contrarium concludit, & ſic communiter tenent Doctores in dicto cap.illud. Quibus adde Socin, conſilio xxxix. viſis, vbi latè lib.j. F.Turzan.

Matrimonium contrahi non poteſt cum tali perſona quæ honeſtè & abſque dedecore noſtro, nobis vxor legitima eſſe non poteſt, puto ſi nobilis ducat concubinam.ſcortum,aut aliàs vilis conditionis,&c,ita permulti tenent,adeò vt Maria.Soc.Iun.conſil.lij.num.11. volu.j.hanc communem, & ab ea non eſſe in conſulendo vel iudicando recedendum aſſerat,vt refert ad longum Petr.Duen,Regul.cccxviij.in ij.limit. Et idem porrò regul,cccl Fallen.viij.

Conttariam verò multo cõmuniorem & receptiorem eſſe demonſtrat idem Duen. in d. Regul.cccl.in vj. Amplia Et hanc poſteriorem, communem eſſe teſtantur Franciſ. à Ripa Bartho. Socinus. Matth. de afflict Franciſc.Curtius Iunio, & nouiſſimè Tiraq.vt in d.Amp.vj.refert idem Duennas. I.Fichard.

Pœnæ impoſitę de iure Ciuili mulieribus intra annũ luctus nubere feſtinantibus,& ſic in odium feſtinantiæ ad ſecundum matrimonium, de quibus in l.j,& ij.C.de ſecund.nupt. & in authen.de nupt,§.primæ, De iure Canonum ſunt omnes ſublatæ, ita quòd nunc etiam intra annum liberè & impunè nubere poſſunt.Pœnæ verò impoſitæ de iure ciuili mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota,relictis liberis ex priore matrimonio,& ſic pœnæ impoſitæ in fauorem filiorum primi matrimonij,de iure Canon.non cenſentur ſublatę.Eſt comm.opin.ſecun. Abb.in cap.fin.extra de ſecund.nupt. M.Grib.

libertas Matrimonij nec per pactũ, nec per ſtatutum pœnale impediri poteſt:& talia pacta vel ſtatuta dicuntur contra bonos mores, & non valent.Eſt magis comm,opin.ſecundum Alex.in conſil.j.viſo,proceſſu ver.& illud quod.vol.iij. Idem.

P R O,Media via eſt eligenda,medium enim tenuere beati. maior enim mediis gratia rebus ineſt,medio tutiſſimus ibis.in § j.in aut. de conſ.coll,iiij.l.ſolent.de offic.proconſ.& leg. l.nec ſupina. ff.de iur. & facti igno.l,legato generaliter. ff.de leg.j.§,cum ex aliena materia. inſtit.de rerum diuiſ.cap.j.extrà de offi.c.cuſto.

O B I E C.Contrà de l.Neſennius in fine.ff.de nego.geſt,vbi alimẽta præſtita ab auia filio,de vtroque patrimonio,non dicuntur erogata,& ſic diuiſio per medium non fiet.

S O L.Dic,quòd ibi maior erat præſumptio pro vna parte,quã pro alia,tunc non eligitur media via,ſecus quando non eſſet maior præſumptio pro vna parte,quàm pro alia,vt hic:& vide Angel.& Ioan.Fabr.in §.fin.inſtitu.quibus ex cauſis ma.non lic. Bellon.Toloſ.

P R O. Medium trahit ad ſe præcedens & ſequens,& ſic duo extrema.l.qui ſella.ff.de ſerui,ruſt.præd. ca.ſecundò requiris.§.tertio poſtulas.de appellaito.extrà, Idem.

P R O. Media tempora non nocent. in l.ſed & ſi conditioni.§. ſolemus,& l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hæred,inſtit.l.j. §.exigit.ff. de bon.poſſ.contra tabul. Idem.

P R O. Mediocris ſcientia ſufficit.l.ſi quid venditor.§.venditor.& l.ſciendum,§.illud.ff,de ædil. edict.c,niſi cum pridem. extra de renun, c.cum olim. de elect, Idem.

P R O. Medici æquiparantur obſtetricibus,& æſtimantur.ſexaginta ſolidis.in l.ſi ex pluribus.C.commun.de leg, Idem.

P R O, Melior eſt in malis factis humilis confeſſio,quàm in bonis ſuperbia gloriatio.cano. iniuſtum,vj,quæſt.iij. Idem.

Melioramenta facta ſuper re feudali,ſi finita ſit inueſtitura abſque culpa Vaſalli,debent ipſi Vaſallo remanere.Erit tamen in electione domini ſoluere æſtimationem,vel pati vt melioramenta tollantur. Et ſi

ſit ædificium

ſit ædificium non debent æſtimari rudera & materies, quæ ex ipſo diruto ædificio vendi poſſent, ſed debet æſtimari valor totius ædificij, Comm. ex Claro in §. feudum. q. lxxxviij. in princ. P. Fich.

Melioramenta in re Emphyteutica applicantur domino, ſi Emphyteuta propter culpam ſuam cadit Emphyteuſi: vt, quia non ſoluit canonem, vel penſionem, vel malè verſatus eſt in re Emphyteutica, vel illam irrequiſito domino alienauit. Si verò ſine culpa Emphyteutæ finitur emphyteuſis: vt propter curſum temporis, vel generationem finitam, tunc Emphyteuta non perdit melioramenta. communem dicit in §. Emphyteuſis. quæſt. xlv. Et ita quoque ſeruari in emphyteuſi Eccleſiaſtica atteſtatur Bald. in l. Senatus. §. Marcellus, ff. de leg. j. quem ſequitur ibidem Aret. Idem.

PRO. Melioribus contemptis, improba aduocatio ſurrogari non debet. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. Bellon.

PRO. Melius eſt præuenire, quàm præueniri. in l. fi. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. l. j. C. vt vnicuique lic. ſine iud. ſe vind. Vnde verſu.

Principiis obſta, ſerò medicina paratur.
Cùm mala per longas conualuere moras.
Et, Serò ſapiunt Phryges. Idem.

PRO. Melius eſt pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauari. l. ij. §. contrarium. C. de vete. iur enu.

PRO. Melius eſt pauca agere cautè, quàm multis intereſſe periculoſè. in §. ſi verò. in authen. de tabell. col. iiij. Idem.

PRO. Melius eſt ordinem eſſe plenum. leg. generaliter. §. ſpurios. de decur. Idem.

PRO. Melius eſt habere paucos bonos miniſtros, quàm multos malos. in cap. cùm ſit ars artium. de ætat. & qualit. Idem.

PRO. Melius eſt coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant. l. fin. C. de bon. quæ lib.

PRO. Melius eſt poſſidere, quàm alio poſſidente petere. l. is qui deſtinauit. ff. de rei vend. Idem.

PRO. Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium. in can. nemo petitorum. xj. q. iij. Idem.

PRO. Memoria humana eſt labilis. in l. peregrè. ff. de acquir. poſſ. ſ.

PRO. Memoria priſtinæ dignitatis prodeſt. l. fin. C. de quæſt. l. fin. ff. de decur. Bellon.

PRO. Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis, cum intentione fallendi. glo. in l. de ætate. §. ſi cum eſſet. ff. de interrog. actio.

PRO. Mendacium in iure punitur mendax enim omni commodo priuatur. in l. fin. ff. de rei vend. l. & ſi legib. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. l. ſi dubitet. §. ita tamen. ff. de fideiuſſ. l. ſed hæc ita. §. j. ff. de re iudi. l. ſi filius. ff. de inter. act. l. in Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil. l. contra negantem. C. de l. Aquil. §. hoc ſtudium. & §. illud. in authen. de trien. & ſemiſ. ca. ſuper literis. extrà de reſcrip.

PRO. Mendax precator carere debet impetratis. l. & ſi leg. b. C. ſi contra ius. vel vtil. pub. ca. ſedes. & c. ſuper literis. extra de reſcript. Idē.

PRO. Mentiri Deo potes, ipſum fallere non potes. ca. panem. de conſecrat. diſt. ij. Idem.

Mendicantes fratres non ſolum illi vocantur qui ex regula mendicantes ſunt, ſed etiā illi, qui ex ſuis conſtitutionibus mendicantes ſunt comm. dicit ex Claro in §. teſtamentum. q. xxix. ver. Debes. P. Fich.

Mens teſtatoris præſumitur in dubio conformis diſpoſitioni ſtatutorum potius quam iuris communis. comm. dicit ex eodem Cla. in §. teſtamentum. q. lxxvj. ſcias tamen. Idem P. Fichard.

PRO. Merces laboris eximij, appellanda eſt, quæ contemplatione ſalutis, certo modo æſtimanda non eſt. l. ſi pater. §. fi. ff. de don. cauſ. mort. Bellon.

PRO. Mercedes loco ſunt fructuum. l. mercedes. ff. de pet. hered.

PRO. Mercenarius dignus eſt mercede ſua. Matth. 11. Cor. 3. cap. cùm ſecundum apoſtolum. extra de præben. c. ſuper ſpecula. ext. de ma.

PRO. Meretrices vitæ vilitas dignas legum obſeruatione non credidit. l. quæ adulterium. C. de adul. Bellon.

PRO. Meretrices fuge. in can. meretrices. xxxij. q. iiij.

PRO. Meritis magis ſunt filij ad paterna obſequia prouocandi, quàm pactionib. adſtringendi. l. ſi quando. §. illud. C. de inoffic. teſtam. Idem.

PRO. Merum & miſtum imperium, de iure ciuili eſt indelegabile. l. j. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdict. ſecus de iure canonico: quia poteſt delegari. gloſſ. communiter approbata, in ca. quod ſedem. extra de offic. iud. ord. Idem.

Mercatores ad edendum rationes ſuas compelli, frequentiſſimè traditum eſt. Bald. autem fulgoſius. Paulus Ceſtrenſis. Iaſon & omnes ferè recentiores contra ſentiunt. Ita ſcribit Alciat. in l. j. nu. 14. (vbi & ipſe hanc poſteriorem opinionem ſequitur) C. de eden. B. Villal.

Mediocriter mali ſunt qui deceſſerunt cùm multis peccatis venialibus: Panor. in c. Mattheus. nu. 9. de cele. miſſę. communem dicit.

Medium eſſe inter bonam & malam fidem, ita vt aliud ſit bona fides, aliud mala fides, & aliud dubietas, media nimirum inter bonam & malam fidem, communiorem eſſe magiſque obtinuiſſe ſcribit Fer. vaſ. Illuſt. controuer. lib. ij. c. lxxvij. in princ. vbi illum vide latius hęc proſequentem & declarantem. I. Fich.

Merita probantur per aſſertionem electorum aſſerentium interueniſſe in donatione facta inter perſonas inter quas non eſt prohibita donatio. Curt. Iun. conſil. xcvij. num. 5. communem dicit. & de iſtis meritis vide ſuprà in verbo donatio. num. 97. B. Villal.

Merum, ac miſtum imperium & iuriſdictio non præſcribitur niſi per tantum tēpus de cuius initio non eſt memoria hominum in contrarium. Curt. iun. conſi. clxxiiij. num. 152. communem dicit. licet præſcribi poſſit. Bello conſi. xlvj. num. 1. communem dicit. Idem.

Merum Imperium præſcriptione vel conſuetudine poteſt acquiri. commun. dicit Ioan. Imo. in c. cum contingat, in fi. extra de foro cōpet. vt alleg. Iacobi. de S. Georg. in ſuo tract. feudo. in verb. cum mero imperio. nu. 13. Sequitur Zaſ. in l. imperium. nu. 26. ff. de iuriſd. omn. iudi. licet olim controuerſiſſimæ (vt ibi dicit) dubitationis fuerit. I. Fich.

Nulli etiam Mercatori ante, quàm debitor ſuus ſit moroſus in ſolutione, vel reſtitutione pecunię, ſibi debitæ, puta ſi dilationem ad ſoluendum. vel reſtituendum debitori conceſſerit, ad aliquod intereſſe paciſci licet, etiam quòd mercator, in loco mutui facti tantum fuiſſet veriſimiliter lucraturus, quia etiam ſolito negotiari non congruit ante moram de aliquo intereſſe paciſci, neque illud ſibi debeatur ex Doctor. Aretin. conſil. ix. dub. iij. Dec. in cap. cum venerabilis. de except. in conſilio cxvj. in fi. conſil. ccccxlj. ad fi. hac fretus ratione, quia ſi ſibi nō debetur ante moram, nec in pactum deduci poteſt, ſic quoque arguit ipſe Dec. conſi. cxix. verſic. in oppoſitum ibi quia demum rem & hanc ſecutus opin. communem affirmat idem Aretin. conſil. clij. viſo Themate, dubio ij. & conſil. clvij. viſis diligenter ad fin. licet enim Dec. contrariū (forſan de dicto Aret. non recordatus) ſequutus fuerit conſil. cxj. verſ. non obſtant quædam reſponſiones, ab auctoritate tamen Aret. non videtur recedendum, quem etiam ſequitur Crauet. conſil. lxxxvij. incip. Sempronius parte j. ſubdit tamen ipſe Dec. loco præallegato ſe putare, qui habito reſpectu ad intereſſe veriſimile, puta in caſu l. curabit. C. de actio. empt. certa quantitas promitti & de ea conueniri licitè poteſt, cum tunc de verò intereſſe appareat, & ſi communi contingentia inſpecta & fundo vendito tot fructus percipiuntur, qui valent decem plus tamen & minus. ſecundum varietatem temporis, illa promiſſio à principio facta iuxta illa decem, parum plus vel minus non videtur illicita, quia ad fructus & intereſſe cōmenſuratur & videtur facta quædam tranſactio, futuro euentu inſpecto, ad ſubmouendum probationis difficultatem, pro quo allegat text. quem dicit bonum in l. fin. ff. de præto. ſtipul. fatetur quoque, numero decimoquarto, ſententiam illam Doctor. qui tenuerunt intereſſe tueri, & peti poſſe, communem, quam tamen iure non bene probari, inquit, eò quòd tale intereſſe, dicitur, extra rem, de qua nulla ratio habetur etiamſi conſiſtat in damno allegat text. in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. de action. empt. F. Turzanus.

Metum iuſtum præſentia ſuperioris cui reuerentia debetur, non cauſat, ita quòd conſenſus præſtitus ab eo qui reuerentiam debet reſcindi poſſit. Eſt com. opi. ſecundum Decium in c. cauſam matrimonij. extra de officio delegat. M. Grib.

Metus, & dolus nullo pacto præſumuntur, niſi probentur, text. eſt in l. interpoſitas. C. de tranſactio. vbi bald. Aret. & alij. Doct. Hinc eſt quòd metus reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum ex eo, quia dicatur initus inter virum & vxorem patrem & filium prælatum & clericum, vel dominum & ſeruum, ſeu alios quibus debetur reuerentia niſi præcedant verbera, vel minæ: & ita probentur ſecundū Bart. in l. j. quæ onerandæ, vbi etiam Bologni. Alex. & alij in apoſti. ad Bart. ff. quar. rer. actio. Ripa. in iij. lib. reſpōſ. ſub rubr. de dona. & gra. per fin. reuocan. in reſpon. xv. nu. 8. Iuno. Bal. Card. Zaba. Abb. Sicu. Ancha. Feli. & alij omnes ſcriben. in ca. cauſam matrimonij. de offic. deleg. & iſta eſt communis opinio teſte Franciſco de Accoltis Aret. in d. l. interpoſitas. Boeri. deciſio. 100. nu. 11. & ſequen. & Doct. præcitati: & ſimiliter ſola præſentia patris non cauſat iuſtum metum ad reſcindendum contractum vel matrimonium carnale, vel ſpirituale filiæ ſecundum cōmunem opinionem omnium Docto. in locis allegatis, quam ſequitur & refert Cagnolus in l. in omnibus cauſis pro facto, nu. 8. ff. de reg. iuris ſed vbicunque eſſet probatus metus iſte ex quo Titius amiſit bona ſua ſtari debet iuramento Titij de quantitate, & æſtimatione bonorum contra illum qui intulit metum ſecundum Abb. Panor. & alios ſcriben. in c. ſi. ext. quòd metus cauſa, & Boeri. deci. lv. F. Viuius.

Metus qui poteſt cadere in conſtantem virum, eſt ex communicatio. Roma. conſi. ccclxix. communem dicit. B. Villal.

Metus reuerentialis præcedentibus minis eſt ſufficiens ad annullandum contractum matrimonij. Soci. conſil. cclxj. vol. ij. Coua. in epiſ. iiij. cap. iij. §. vj. par. ij. num. 4. communem dicit. Idem.

Limita, niſi cum timore reuerentiali enormis læſio accedat: quia non requiruntur minæ. Coua. ibi & Aret. in conſi. xxiiij. comm. dic. Idem.

Limita ſecundò, in profeſſione, quia metus reuerentialis ſufficit. Iaſ. conſi. iij. vol. j. & Coua. vbi ſuprà, comm. dicit, licet ſibi non placeat, cū tanta libertas requiratur in matrimonio carnali, quàm in ſpirituali.

Limita tertio, in precibus importunis ſine minis, Mathe. ad Aſtli. in

deciſ.lxix.communem dicit.

Nota, quod metus reuerentialis eſt ſufficiens ad non cauſandam præſumptionem iuris, & de iure ex copula ſuperuenienti. Præpo.in c. is, qui fidem.de ſpon.comm.dicit. Idem.

Metum illatum fuiſſe, potius creditur duobus teſtib. affirmantibus, quàm centum abſque metu eſſe contractum. Dec.in cap.fin. de appell. commun, dicit. Idem.

Metus reuerentialis mariti, non eſt potens ad faciendum quod contractus reſcindatur, Alciat.in cap.cùm contingat.de iureiuran.num.1. communem dicit, & vide ſupra in verba matrimonium, numero 40. cum ſequen. B.Villal.

Nota, quòd ſi per metum fiat aliquis actus tenet actus licet reſcindatur, Martinus Naua.in rele.cap.accepta.de reſti.ſpoli. oppo.v. nu.8, communem dicit.

Amplia iſtam communem ad renuntiationem beneficij factam per metum, Idem naua.ibi communem dicit. Id. in Villal.

PRO. Meum eſt, quod ex re mea eſt, l.ſolum.§.meum.ff.de rei ven. Bellon.Toloſ.

PRO. Milites ab omni bellorum tumultu rempublicam, à qua aluntur, defendere debent.in l.milites.C.loc. Idem.

PRO. Milites plebeiorum pœnis, nec tormentis ſubiici debent. l. milites.C.de quæſt, quod nota quia idem in clerico & doctore. Idē.

Miles inſtituens vnum in caſtrenſibus alterum in paganicis, & vnus eorum repudiet, tunc alter non admittitur ad partem repudiatam per Ius accreſcendi, ſed venient heredes ab inteſtato: commun. in §.T. q. xvj.verſ. Aliquando & tertio. Vide etiam verſic.ſeq. P.Fich ex Claro.

Miles ſi non prohibuit Ius accreſcendi, tunc inſtitutus in re certa per Ius accreſcendi, ſuccedit in tota hereditate.commun, dicit Clarus, in §.T q.xvj. verſ. Aut verò. Intellige tamen, ſi miles habeat bona caſtrenſia & bona paganica, tunc inſtitutus in bonis caſtrenſibus non habet per Ius accreſcendi reliqua bona paganica in quibus nullus reperitur inſtitutus vel econtrà, ſed illa deferuntur heredibus ipſius militis ab inteſtato venientibus communem dicit, dicta quæſt.xvj. verſ. Aliquando autem. P.Fich.

Milites auratæ militiæ, vt ſunt milites noſtri temporis, non gaudēt priuilegio l.j.ff.de iur.& facti igno. Iaſ.in authent. ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.eccl.nu.7.commun.dicit. B.Villal.

Amplia, ad milites cœleſtes, Iaſ.ibi comm.dicit. Idem.

Milite breuiloquè ſubſtituēte perſonis imparibus, probata eius voluntate, quod etiam poſt aditam hereditatem haberet locum ſubſtitutio in perſonam pupilli habebit locum pupillaris directa, per quam pupilli ſuccederent, ſi in perſonam fratris maioris haberet locum militaris directa. Iaſ.in l.ex teſtamento, nu.11.C.de teſta.mili.communem dicit. Idem.

Militum priuilegia dupliciter conſideranda ſunt. Aliqua enim concernunt perſonam ipſius conſtantis, & iſta priuilegia milites nō amittunt, etiamſi extra caſtra ſint. Alia verò concernunt modum teſtandi, & illa priuilegia eis non competunt, niſi donec ſunt in expeditione belli.comm.dicit, in §.T.q.xv.verſ.Sed quæro. Idem ex eodem.

Minæ factæ à potente, vel à ſolito ponere minas in executione, eſt ſufficiens indicium ad torturam, Marc.Anton. in tract.de indiciis.nu. 175.comm.dicit. Idem cum communi dicit.l.lx.ſtili. B.Vill.

Minor ante vigeſimum annū non poteſt accuſare niſi ſuam, vel ipſorum iniuriam perſequatur, Ant.de Tre.in addit, ad bonac.in pract, excepti.in rub.quib.mod.ſuo.au.nu.6.verſ.ad iſtos caſus comm.dicit.

Concor.cum l.ij.tit.j.par.vij.ſed diſcordat quòd ſufficit per dictam l.quòd ſit maior quatuordecim annis. Et in d.l. habes qui dicantur ſui ad hoc quod minor poſſit accuſari. Idem.

Minor ante xxv. annum, non poteſt conſtitui procurator in iudicialibus: in extraiudicialibus ante decimum ſeptimum, ſic Iaſ.in l. exigendi.C.de procu.nu.19.comm.dicit. Idem.

Minor rem ſuam repetens, poteſt accumulare in eodem libello, officium Iudicis reſcindens, & actionem reſciſſoriam, dicendo hoc modo, Peto me reſtitui per officium Iudicis, & poſtmodum reſtitutione mihi conceſſa, talem condemnari, ad reddendam vel reſtituendam talem rem &c. Hanc magis comm, dicit Iaſ.in §.rurſus.Inſtit de act. refert & pluribus allegationibus firmat. Hippol.Rimi.in §.fin, num.83. Inſtit.quib.alie.non licet. I.Fich.

Minor vigintiquinque annorum de omnibus geſtis per eum, dum eſt maior habet reſtitutionem, Iaſ.in l.ſi quis ſuas.C.de rep.& abſtinere.nu.6.comm, dicit. B.Villal.

Amplia, etiam ſi per legem, aut ſtatutum reputetur maior: nihilominus reſtituitur, Ludo.Rom.conſil.xc.nu.2.comm.dicit.

Nota iſtā comm.ad intel.l.xlv.j.tau.quæ diſponit, quòd filius matrimonium contrahendo ſit emancipatus, & liberatus à patria poteſtate.

Fallit primò: ſi ſciens ſe læſum, iurat non poteſt contrauenire etiam prætextu enormiſſimæ læſionis. Curtius Iunio, conſilio xiiij.communem dicit.

Nota iſtam communem ad ampliationem l.xvj.tit xj.par.iij.

Fallit in doctore minore, ſi dicit eſſe læſum, Boër.deciſ.cccl.nu.2.6. com.dicit quia intelligit ſi dicit ſe læſum in allegatione iuris: ſecus tamen, ſi in aliis, l. dicetur circa bona quæ tanquam verè philoſophantes contemnunt lege in honorib.§.philoſophis.ff.de vaca. ab execu. nume. Idem.

Nota quod minor ac mulier debet certiorari de ſuo iure expreſſè: aliàs non valet renuntiatio, Io.Nico.in addi.Alci.de præſumptio. reg. j.præſumpt.xlij.nu.2.communem dicit.

Reſtringe iſtud notabile, & eſt ſecunda fallentia ad regulam ſi minor obligatur iuramento mediante quia tunc non requiritur certioratio, Iaſo.in authen ſacramenta. C. ſi aduerſus vend.nu.56. communem dicit. Idem.

Nota, quod minor quatuordecim annorum, maior autem capacitate: ſi iurat obligatur iuramento ſecundum canoniſtas. Panor.in conſi.cviij.vol.ij.ſecus tamen, de iure ciuili, Iaſ.in authen.ſacramenta.C.ſi aduerſus vendi.num.10 communem dicit. Deci.tamen in l.pupillum. ff.de re iudica, & Io. Mau.in tract.de reſti.in integ.c.cxij.dicunt ſimpliciter obligari iuramento, licet Alciat.in cap.cum contingat.de iureiu. num.141. dicat magis communem ſimpliciter non obligari iuramento: quem vide.

Cum Alciat.concor, l.vj.tit.v.par.v.quam intellige, & limita ſi minor cum iuramento promittat non contrauenire prætextu minoris ætatis, l.xvj.titu.xj.par.ij.& l.vj.titu.ix.par.vj.& vide quæ habes ſuprà in verſi.iuramentum.nu.95.

Fallit tertiò ſi pecunia minoris perdatur caſu fortuito, non reſtituitur, Io.Mau, de reſti, in integr, c.clxxv, comm.dicit. Idem.

Maior non tenetur probare eſſe infra tempus petendi reſtitutionem Ioan.Nico.in add.ad Alc, rub.j.præſ, xlij.num.8.comm, dicit. Idem.

Minor non habet vocem in Concilio, nec in electione, nec in conſtitutione ſyndici, Iaſo, in l.de pupillo.num.4.ff, de no.oper, nun.communem dicit. Idem.

Minor poteſt ingrediendo religionem teſtari vel aliàs diſponere de bonis ſuis, etiam ſine auctoritate tutoris, ſi quem habeat, com. dicit Clar.in §.T.q.xxviij.verſ.Sed nunquid. P.Fich.

Minor non poteſt pro debito carcerari ſecundum Bald.in l.j. num. 24.C.qui bonis cede, poſ.quem ſequitur Iacob. de S.Georg.in l. nec impuberes.numero tertio.ff.de in ius vocand.Chaſſane. in conſuetu. Bur, in titu.*des rentes*, Rubr.v. §.ij. numero decimoquarto, pro qua eſt gloſſ. in l.iij. §.ſed vtrum, ff.de minor. & ita tenet Angel.in reperi. l. nemo carcerem.C.de extract.tribut.lib.x.& Roman.conſil.cxx.nu. 4. Contra verò gloſſ.prædictam expreſſè tenet Bart.in tractat. de carceribus.nu.6.vbi dicit quòd iſta gloſſ. communiter reprobatur, idem Bart.in l.ſi filio.ff.ſol.matri.Docto, in l.filius.ff.de procurat.Bald. poſt Cyn.in l.alio.C.quod cum eo.Marſyl.in ſua practi.cri, in §.attingam, nu.69.& ita communiter teneri firmat Caccialupus in tractat.de debitore ſuſpecto, & fugitiuo.quæſtione. v, nu, 8. vbi dicit memoratam gloſſ.habere locum, & poſſe ſaluari quandocunque minor eſſet filius familias: nam tunc non poteſt pro debito carcerari, quem ſequitur Pariſius ſuper hac diſt, conſi.xciiij, nu.41.vol.j. F.Viuius.

Minor petens ſe reſtitui contra, & aduerſus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur neceſſario probare ſe minorem, læſumque ad cauſam, quam quippe ſi defendiſſet, foueret bonam cauſam, ſecundum Bar.in l.nam.& poſteà.§.ſi minor.ff.de iureiur.quem ſequitur Paul.Caſt.conſi.clxxxj, vol.ij.Capel.Toloſa.in q.liiij, & xcix. Cor.conſi.clxxxj.vol.ij.& omnes ſcriben.communiter in d. §. ſi minor.de qua communi faciunt mentionem omnes ferè Doctor.ibi, & Boër.dec.lxxix.nu.6.Ratio huiuſcemodi communis videtur iſta, quia quilibet tenetur probare, id quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt per Parpali.in l.ſi quis maior.in j.nota.C.de tranſact. & Corſetum in ſingu.in ver, qualitas.& Feli.in c.examinata.de iud, Iaſ.& Deci.in l. qui ſe patris, C.vnde liberi.& clarius in l.ſi emancipati.C.de collat.& Feli.in ca.in præſentia.de probat.in gl.in ver.ij. Idem.

PRO. Minus malum exiſtit, viam domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire.in c.quidem, extra de apoſtat. Bellon.

PRO. Minus tribuit, qui nihil tribuit, l.minus.ff.de verb. ſignifi.

PRO. Miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda.ca, ſi.iiij.q.iij. Idem.

PRO. Miſericordia indigni non ſunt, qui alieno laborant vitio. l. legem.C.de nat.lib. Idem.

Miſſio in poſſeſſionem propter contumaciam non ſolùm non habet locum in beneficio obtinendo, ſed nec etiam in obtento, Ioan.de Selua.in tract.beneficij, par.j.q.v.nu.1.commun.dicit. B. Villal.

Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto eſt miſti Imperij, Iaſ.in l. poſſideri.§.genera.nu.14.ff.de acquir.poſſeſ.com.dicit. Idem.

Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto facta vni ex creditoribus ex cauſa oneroſa, prodeſt omnibus aliis creditoribus ex cauſa similiter oneroſa; ſi tamen cauſa eſt lucratiua, vno immiſſo, non dicuntur alij immiſſi, Ant.de Fan.de pign.& hypp.in iij.part.mem.ij. nu. 10.reſtrictione ſexta, communem dicit. Idem.

Nota, quòd miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non dicitur poſſeſſor, ſed detentor, idem Fa.in d.mem.ij.nu.6.com.dicit. Idem.

Falli-

Fallit in reali: quia miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto poſſidet ante annum reuocabiliter tantum: poſt annum autem irreuocabiliter. Iaſ. in d.l. poſſideri. §. genera. nu. 20. com. dicit, ſed dictus Fan. ibi dicit, quòd ſecundum communem opinionem canoniſtarum ante annum eſt detentor: & poſt annum, verus poſſeſſor: legiſtæ tamen tenent prout Iaſ. dicit com. & Fan. concludit tenendum cum legiſtis ibi in verſi. quòd immiſſo.

Fallit ſecundò, in miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto, quando creditor eſt præſens per actionem hypothecariam: cùm dicatur actio realis quia poſſidet, Iaſ. in d. §. genera. nu. 24. & Fanus nu. 8. communem dicunt. Idem.

Nota, quòd iuſſio de mittendo in poſſeſſionem ex primo decreto, quando creditor eſt præſens per biennium: ſi tamen eſt abſens, durat per quadriennium, Ant. de Fano. ibi in iij. par. mem. ij. nu. 3. communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* In materia miſſionis in poſſeſſionem dicit Bar. in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus. nu. 1. ff. de re iud. quod miſſus in poſſeſſio. ex re iudicata, ſtatim efficitur merus poſſeſſor, & ſic quòd ex primo decreto poſſidet. Quæ opi. non ſeruatur, vt dicit Bald. in l. ord. nu. 16. C. de exec. rei iud. per l. ij. §. genera. ff. de acqui. poſſeſ. cum aliis per eum alleg. vnde talis miſſus non dicitur poſſeſſor. ſed detentor, vt teſtatur de communi opi. Neguſan. in tracta. de pigno. par. iij. memb. ij. nu. 6. Intelligas tamen vt ibi per eum in nu. ſequentibus.

Monachus ſi teſtetur ante religionis ingreſſum contemplatione tamen ipſius ingreſſus poterit teſtari etiam ſine ſolennitate iuris communis. Commun. in §. teſtamentum. quæſtio. xxviij. verſicu. in primo. P. Fich. ex l. Claro.

Monachi & fratres mendicantes poſſunt in teſtamentis teſtes adhiberi. Com. in §. T. q. lvi. verſi. vlterius. Idem.

Monachus retinet iura ſuorum. Iaſon. in l. patre furioſo. nu. 47. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris, communem dicit. B. Villal.

Monachus ſolutus eſt à patria poteſtate, idem Iaſo. ibi communem dicit. Idem.

Monachus factus ſtatim fit inteſtabilis, & ſic teſtamentum eius per ingreſſum in monaſterium, fit irritum, authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et hanc opinionem communiter ſequi. Docto. atteſtatur Imol. in c. j. verſi. quid autem, ſi aliquis. de teſta, de qua vide plura apud Duran. in ar. teſt. tit. iij. cau. ix. I. Fich.

Monachiſmus ſuperueniens rumpit teſtamẽtum, anteà confectum, adeo vt nec legitima debeatur Monaſterio, communem dicit Deci. conſi. xxxj. & alij plures paſſim.

Contrariam verò communem eſſe dicit Iaſo. in authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſi. Et ſequuntur alij, ſub diſtinctione tamen, vtrùm teſtator ille tempore teſtamenti conditi cogitauerit de ingrediendo monaſterium, vel non cogitauerit, &c. prout vtramque opinionem refert Fernan. Vaſq. lib. iij. Illuſtr. contro. c. cij. nu. 2. Et poſtea ibidem ſubiungit. Itaque omnes fere conueniunt, vt ſi tempore teſtamenti, teſtator cogitauit de monachiſmo futuro, tunc per monachationem ſubſequentem non rumpitur teſtamentum: quod ſi tempore teſtamenti non cogitauit de monachiſmo futuro, tunc per ingreſſum religionis rumpitur teſtamentum: non ſecus ac poſthumi agnitione, ſecundum vnam communem ſententiam: licet ſecundum alteram communem ſententiam, etiam hoc caſu non rumpatur, quod etiam tenuit Viglius in princip. Inſtitut. quibus modis teſtam. infirm. Et hæc opinio magis placet, &c. poſtea lectorem remittit ad Dida. Couar. in capit. ij. de teſtamen. numero quarto, vbi plene tractat. Idem I. Fich.

Monachus poteſt præfici in beneficium curatum ſine diſpenſatione. Pan. in c. quòd Dei timorem. num. 7. de ſtatu monach. communem dicit. B. Villal.

Amplia etiam ad præſentationem, idem ibi. communem dicit. Idem.

Monachus effectus canonicus non poteſt eſſe iudex delegatus. Gome. in c. ſtatutum. num. 32. de reſcrip. in vj. communem dicit ſi tamen eſſet conſtitutus in dignitate iudex delegatus poteſt eſſe, Aretin. in c. cauſam. de iudi. num. 17. communem dicit ex glo. in clem. & ſi principalis. de reſtit. Idem.

Monachus fugitiuus magis æquiparatur filio, quàm ſeruo, Iaſo. in l. poſſeſſio. §. ſeruum. num. 14. ff. de acquirend. poſſeſſ. communem dicit, ſed Aretin. ibi communem contrariam, ſed pro concordia dic quod æquiparatur ſeruo quo ad effectum acquiſitionis, ſed in acquiſitione æquiparatur filio. Iaſo. ibi. Idem.

Monacho inſtituto herede, & repudiante, poteſt monaſterium acceptare, & adire hereditatem, Iaſ. in l. cùm proponas. de hered. inſti. C. communem dicit. Idem.]

Quæritur, & magnus fuit Doctorum conflictus hac que in re varij fuere cui magis, & prius, Epiſcopo, an vero Abbati, Monachus parere teneatur, & quia longum nimis legentibus moleſtum non parum eſſet ſingulas ſingulorum referre ſententias, quoniam tamen materia vtilis, & quotidiana eſt, teſte Panorm. in capitulo cùm contingat numero 21. de foro compet. Ideò aliquorum opiniones referre non prætermittam, demúmque quid reſpondendum ſit, ſubiũgam. Et quidem primo Matthæ. quem Zabare. clem. ne in agro. §. quia verò, q. viij. de ſtatu monachorum refert, & paſſim ſequitur, huius fuit ſentẽtiæ, quòd vbi monachus ab Epiſcopo animarum curæ præficitur, quo ad ipſam curam concernentia, in reddenda quoque primitiarum, & decimarum ratione, ac in cauſis iuris ordine pertractandis, ipſi Epiſcopo potiùs, quàm Abba. in fractione verò voti abſtinentiæ, & ſilentij obſeruatione ac cæteris, ad regulæ & ordinis monachalis obſeruantiam attinentibus, Abb. obedire debet, & tenetur. Sed quod in omnibus Epiſcopo parendum ſit teſtari nobis videtur quòd Augu. libr. confeſſionum ſecundo ait, maiorem, inquam, poteſtatem minori ad obediendum præferri, canon. quæ contra mores, octaua diſtinct. vbi propoſitio maior probatur, prout quòd Epiſcopo monachus ſubiectus, & illi meritò obſequendum ſit, probat text. in can. monaſteria, el j. xviij. q. ij. vbi quòd monaſteria, & monachorum diſciplina ad eum pertinent Epiſcop. in cuius territorio ſunt inſtituta, & text. in cano. cognouimus. eadem cauſa & quæſt. quo in loco Greg. Vitali Sardiniæ defenſori, cum ad ipſius Greg. peruenisſet auditum, quòd pro ſuo quiſque libito voluntatis diuerſiſque de cauſis tam fœminarum quàm Dei ſeruorum virorum monaſteria perturbabat reſcribens illi, vt in poſterum illa ſic perturbare, & vſurpare ſua auctoritate nequaquam permittat, admonet, & vt Epiſcopus ſub cuius moderamine ſunt deſuper intẽdat, & ipſius ſolicitudo ſit cauſas quoque & vtilitates inter monachos diſponere iubet, & monachos itaque Epiſcopis ſubditos fore ibi legitur. Ad idem facit text. in can. non ſemel, eadem cauſa & quæſt. vbi Aurelianenſis Concil. Conſtitutio, Epiſcopis vt non ſemel, ſed ſæpius monachorum monaſteria viſitent, & ſi quid corrigendum putauerint, & fuerit corrigant iniungit. huícque gloſſ. in can. hoc tantùm. xviij. q. ij. dum correctionem ad Epiſc. pertinere ex textu illo arguit. Addere non erit abſonum id ipſum comprobari dicere fas eſt, ex text. in can. qui verè. xvj. quæſtione prima. vbi ex Calcedonienſi Concilio, monachos ſolitariam in eremo vitam ducentes, vt honore quo propterea meriti diiudicantur venerentur, ab Epiſcopi ſubiectione exemptos, eos verò qui in monaſteriis per ſingulas ciuitates, & poſſeſſiones exiſtentibus degunt illis ſubiectos exiſtere ſancitum legimus, Epiſcopum quoque monachis præcipere, & legationis munus iniũgere poſſe eiuſdem Concilij auctoritate in capit. quidam monachi, eadem cauſa. & quæſtion. iuncta gloſſ. comprobatum habemus ex textu in cap. relatum. ne cler. vel monac. ſecular. nego. ſe immiſ. vbi Epiſcopus monachos religione neglecta, ſeculari more viuentes, ad regularem obſeruantiam impellit, & cogit. Ipſúmque Epiſcopum in monachos poteſtatem habere firmat glo. in ca. nulla. xviij. q. ij. Verùm alij hac in materia ſic diſtinguendum putarunt: quòd aut pro minimis exceſſibus contra monachos agendum eſt, & iſto caſu Abbati, vel priori ſubſunt, ab illóque plectendi ſunt. Aut de grauibus quæritur, & agitur exceſſibus, & ab ipſo ſunt Epiſcopo puniendi, refert glo. in d. can. hoc tantùm. xviij. quæſt. ij. allegat textus in cap. monachi. de ſententia excom. & in can. ſi quis monachos. xc. diſt. & in can. non dicatis. xij. q. j. quæ tamen glo. aliter diſtinguit, hanc ſaniorem inquirens ſententiam, quòd aut contra monachum iuris ordine proceditur, & agitur, & tunc coram Epiſcopo agendum eſt, ad gloſſ. in can. perſona. xj. q. j. Aut non in forma iuris, & tunc ſecus, allegat textum in cap. reprehenſibilis, de appellat. qui textus loquitur indiſtinctè de exceſſu, & monachum ac religioſum, cum pro aliquo exceſſu fuerit corrigendus contra regularem prælati ſui, & capituli diſciplinam appellare, prohibet ſicque Matthæ. & Zabarel. opinionem ſuprà citatam corroborat: eámque textus in capi. ad noſtram. el primo, eo. titul. comprobat: ab ipſa tamen non prohibetur Epiſcopus correctione, vbi in ea Abbas negligens, & remiſſus fuerit, vt probat textus in d. cap. relatum. ne cler. vel monac. ſeculari. nego. ſe immiſc. & gloſſ. in d. can. de perſona, xj. q. j. ac text. in cano. corripiatur. xxiiij. q. iij. & in cap. quanto. de offi. ordin. ad Abbatem quidem in monachos, tam quo ad regularem diſciplinã, & correctionem, iuxta text. in cap. ea, quæ. de ſta. mona. quàm etiam quo ad reliqua extra illã plenariam pertinere iuriſdictionem nonnullorum ſententia teſtatur, vt gloſſ. d. capit. de perſona. ait ipſóſque ſuos monachos excom. ſent. aculeo feriri poſſe, ex tex. in cap. cùm in eccleſiis, de maiorita. & obedien. quod probari pariter videtur ex gloſſ. in allegat. can. quæ contra mortem. viij. diſt. ibi ergo magis obedit monachus Epiſcopo quàm Abba. quod falſum eſt, & in can. j. & ij. lix. diſt. Inno. verò, in d. capi. quanto. de offi. ordin. illam ſectatus eſt ſententiam, quòd ſi agatur contra monachum ad correctionem ſecundum regulam, primo loco correctio ſpectat ad Abbatem, ſed ſi accuſatur criminaliter, debet coram Epiſcopo accuſari. Si verò agatur contra eum de pecuniaria, vel ciuili cauſa, & principaliter ad monaſterium in quo dictus monachus reſidet ſpectat, non ipſius monaſterij Abbas, ſed Epiſcopus ſiquidem ad aliud dicto Abbati ſubiectum monaſterium pertinet, tunc vterque cognoſcit & eſt iudex, ſcilicet Abbas, & Epiſcopus, & in actoris optione eſt, coram quo ipſorum conuenire velit. Quid denique in tanto opinionum conflictu approbandum ſequendúmque ſit perſpiciendum eſt: dic non

recedendum

recedendum eſſe ab ea,quæ primo fuit Ioan.de Ligna. ſententia in di. clemen.ne in agro,de ſtat.monach.quam Abbas, & cæteri Scriben. in d.cap.cùm contingat.verſic.& in illis.de foro competen.ſequuntur,videlicet Abbatem in monachos ſuos vbicunque delinquant, contrahant vel reſideant,tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & tã correctionaliter quàm iuriſdictionaliter & priuatè ad Epiſcopũ non autem accumulatiuè iuriſdictionem habere,Felin.quoque idem in capit. paſtoralis.verſi.ſeptimo limita,de offic.ordina. dummodò de crimine quod depoſitione,& degradatione dignum ſit puta hæreſis, capitul.ad abolendam,de hæretic. in ſexto.de literatum apoſtolicatum falſitate capitul.ad falſariorum.de crimin.fal. non agatur, iuriſdictionem habere,& coram ipſo Abbate primo conueniendos fore,ſi tamen commodè adiri poſſit,& loci diſtantia non repugnet,ſed aptum, & commodum præbeat aditum: aliàs & data Abbatis negligentia, coram ipſo conueniretur Epiſcopo dicto capitul.quanto,canon.Abbates. xviij. quæſtione ſecunda.ca.religioſus.de teſtamen.in vj.c.religioſus. de electio.eodem lib.ca.ſicut.de ſimo.& præallega.c.in cc. leſiis:de maior. & obedien. & ſi ordo iſte peruertatur, fori declinatoria & exceptio obſtabit.Hanc eandem opinionem ſecutus eſt idem Abbas in ca.cùm ab eccleſiarum.numero decimo.verſic.in monachis tamen. & in capitul. paſtoralis,numero ſexto.de offic.ordin.& in dict.ca. quanto in quantum ſe ad ea quæ in prædicto capitul.cùm ab eccleſiarum,dixit, ad quæ pariter in capitul.ſi quis contra clericum. ij.not. eodem titul. de foro competen.ſe remittit.cámque paſſim Roman. conſilio ccclxxv.in propoſita quæſtione,& Cal.conſilio xx. an Abbas, de regula. & ſtat.monacho.ſecuti ſunt vtrobique & atteſtati,ſic in dict. capitul. quanto,de offic.ordina.ac Doctores communiter concludi,ab ea igitur vt iam dixi in iudicando præcipuè & conſulendo non eſt recedendum.lege prima.ff.de offic.quæſtio.cum aliis allega.ſuprà q.viij.ad finem. F.Turza.

P R O. Monachus habetur pro mortuo quo ad actus ciuiles.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cle.cano.placuit.xvj.q.j. ſecùs tamen quoad actus naturales.not.Accur.in auth.idem eſt.C.de bo.quæ lib. Bellon.

P R O.Monachus quicquid acquirit,acquirit monaſterio.auth. ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl. Idem.

P R O.Monachum non facit habitus,ſed profeſſio regularis.c. porrectum extra de reg. & tranſ.ad religio. Idem.

P R O.Monachi iurare ſolent per crede mihi.not.gloſſ.in l.quæ ſub conditione.§.j.ff.de condit.inſtit. Idem.

P R O. Monaſterium habetur loco filij.in authen.ſi qua mulier.vbi gloſſ.C de ſacroſ.eccl.c.in præſentia.extra de probat. Bellon.

Pactum factum ab ingrediente Monaſterium, de retinendo bona propria, non valet.Ingreſſus verò remanet validus,& purus. Eſt communis opinio ſecundum Iaſon.in authent ingreſſi. C. de ſacroſanct, Eccleſ. M.Gribald.

Filia cui relicta ſunt mille,ſi nupſerit:& quingenta,ſi ingreſſa fuerit monaſterium: ſi ingrediatur monaſterium, nihilominus conſequetur mille.Eſt commun.opin.ſecund.Iaſ.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſ. Eccl.Dec.in cap.in præſentia.extra de probat. Idem.

Monaſterium habetur loco filij .Iaſ. in auth.ſi qua mulier, num.18. C.de ſacroſanct.eccl.comm.dicit. B.Villal.

Amplia iſtam communem, etiam vt excludat ſubſtitutum filio inſtituto,ſub conditione,ſi deceſſerit ſine filiis, Alexan.conſi.cxxj.volum. ij.num.11.Et plures alij,quos congerit Coua.Reſolu.lib.j. cap.xix. nu. 11.communem dicunt,etiam ſi ſit additum,ſi deceſſerit ſine filiis legitimis,& naturalibus de matrimonio habitis.Carolus Molineus in additio.ad Alexand.conſil.cxxj.in verſic.contrariam communem dicit.ex Dec.conſil.ccccvj.

Reſtringe hanc ampliationem,ſi pater,vel teſtator excludit monaſterium quia valet excluſio.Carol.Molin.ibidem comm. dicit ex Paul. & Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſc.& cler. Idem.

Monaſterium non inducit præciſam coërcitationem, Felin.in cap. tuæ.de ſimoni.communem dicit. Idem.

Monetam falſam Imperatoris efficiens,aut cudens igni comburendus eſt.l.ij.C.de falſa moneta.ſecundum iſtius text.communem interpretationem quam ibi tradiderunt glo. Cyn.& omnes, & omnia eius bona publicantur,Sed ſi quis crimen hoc commiſerit circa monetam Principis inferioris,qui non eſt Imperator,puniendus erit pœna capita.l.ij.C.de falſa moneta,& not.omnes Doct.communiter in d.l.ij.& gl. ſcribentéſque in c.quanto.de iureiuran.Nec quicquam refert in punitione iſtius criminis quòd ſit moneta aurea,ærea,vel argentea,ſecundum Sali.in memorata.l.ij.& Afflict.in conſtitu.Neapolita.libr.iij.titu. xl.hæc tamen pœna capitalis,de qua in d.l.ij. nota, ſeu digna deportationis eſt,gloſſ.in l.fin.C.de veter.numiſma.poteſta.lib.x.notat Sali. in d.l.ij.Alexand.conſilio.ciiij.lib.j.poſt Bald.in d.l.ij.& iſta videtur verior communiórque opinio Doct. Conſtitutione verò Neapolitana incip. adulterinam monetam, adulterans monetam Principis punitur pœna capitis,& publicatione bonorum. F.Viuius.

Monetam radens,vel minuens,ſi liber eſt,beſtiis ſubiicitur,ſi ſeruus vltimo ſupplicio punitur.l.quicunque.ff.de falſis.vbi omnes Doct.hoc pro conſtanti tenent,& firmant,& in l.ij. C. de falſa moneta. & in cap. Quintauallis.de iureiur.quod procedit in tundente,radentéve monetam auream,aut auro tingente nummos alterius metalli non in alio ſecundum Marſy.conſi. lxxj.Sed conſtitutione Regni Neapolitani exordiente,qui nummos aureos, condemnatur quicunque raſerit, vel minuerit pecuniam auream,vel argenteam ad mortem cum publicatione bonorum omnium & tondens iſte per priuatos homines capi poteſt impunè abſque ſuperiori licentia,& ad eum duci,vt probat Marſy. in l.qui falſam monetam.num.99.& ſeq.ff.de falſis. Idem.

Monetam falſam ſcienter expendens ſi nummi plumbei,vel ſtannei ſint,pœna ordinaria falſi punitur,quæ traditur in l.j.§. fin. ff.de falſis.ſi verò nummi ſint alterius materiæ,pœna erit extraordinaria, ita tradidit Bart.eleganter per text.ibi in l.lege Corne.ff de falſis. & Abb.in ca. quanto.de iureiur.Cæterùm Salic.in l.ij.C.de falſa moneta, tenet indiſtinctè ordinariam pœnam falſi eſſe in caſu iſto infligendam,quem ſequitur Marſyl.in l.qui falſam.nu.64. ff.de falſ.dicens opinionem iſtam ſeruari in practica, & eandem ſententiam ſequi videtur conſilio xlvij. num.2.Conſtitutione autem Regni Neapolita.inchoante adulterinam monetam,& cætera,monetam adulterinam cudentes, accipientes, & vtentes ſcienter puniuntur capitis pœna & bonorum publicatione:& his occurrit congruenter hic, quòd is præſumitur Reus falſæ monetæ ſi non indicauerit illum à quo eam monetam adulterinam habuerit, ſicuti voluerunt Pet.& Cyn.in l.maiorem.C.de falſis not.Aret.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignor.actio.vnde conſtat etiam ignorantiam falſi eius præſumi, qui expenderit adulterinos nummos ſi eum non indicauerit,à quo eos habuerit. Idem.

Monitio requiritur ad incurrendam pœnam, quando aliquid præcipitur fieri ſine tempore. Et propter non factum pœnam imponet, Præp.in can.quidam.v.q.j.communem dicit. B.Villal.

Concor.l.xij.titu.ix par.j.

Moræ purgatio intra quantum tempus fieri poſſit,iudicis arbitrio committitur.Eſt communis.opinio ſecundum Dec. conſilio cxxxviij. & diligenter.vol.j. M.Gribal.

In diſpoſitione legis vel vltimæ voluntatis,ad hoc vt propter morã pœna committatur,requiritur monitio,vel interpellatio.Eſt magis commu.opi.ſecun.Soc.in conſ.cxxxiij. perfecto.vol.j. Idem.

Ad actionem quærendam,non eſt licitum actori moram purgare ſecùs,ad quæſitam conſeruandam.Eſt commu.opi.ſecundum Alex.in cõſi.ix.attentis verbis,circa fi.verſ. ſecundò reſpondeo.volum.vij. Idem.

In contractibus dies & pœna conuentionalis moræ purgationem excludit.Eſt commun.opin.ſecundum Alexand.& Modern.in l.ſi inſulam.de verbor.obligat.etiam in contractibus bonæ fidei, propter bonam fidem:quæ magis exuberare debet,& moram grauiorem facit.Eſt commu.ſecundum Rip.in dicta l.ſi inſulam.num.43.licet in contrariũ adducatur tex.in l.Lucius.de action.empt. Idem Gribal.

Moræ purgatio debet eſſe celer ad arbitrium Iudicis,vt per Deci.cõſi.ccccklij.num.25.& Afflict.deciſio.lxxiij. Hinc eſt,quòd fideiuſſor, qui ſub pœna promiſit aliquem in iudicio repræſentare die,ſi poſt moram repræſentauerit,non tenetur ad pœnam,quia potuit moram purgare, & hoc etiam iuramento interueniente, vt per Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa,num.decimoquarto ff.de verb. obligat. & ita iudicaui in facti contingentia dum eram iudex criminalis in Ciuitate Pergami anno Domini 1561. Sed hoc limitatur non procedere in fideiuſſore de repræſentando aliquem ſub pœna certa,& cum iuramento,ſecundũ Afflict. deciſ.clxxiij.& Crauet.in d.conſil.xcv.De hoc non eſt nimis mirandũ, quia iuramentum excludit facultatem purgandi moram:& ſi iuramentum obſtat prædictæ purgationi,iuxta communem opinionem Bart. & omnium Doct.in l.ſi quis maior. C.de tranſact. & in l.ſi inſulam.ff. de verborum oblig.quam ſequuntur,& atteſtantur inibi Moder.Rom. ſingul.cccclxiij.& Ripa in repet.l.fin.num. 110. C.de reuocand. donatio.Sed vtrùm iſta moræ purgatio admittatur de æquitate Canonica, vide Ripam latè declarantem in d.l.fin.num. 100. cum ſequen.His occurrit ſimiliter,quòd ſi quis ageret contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti ex eo capite,quòd mora fuerat commiſſa in ſiſtendo dato, caſu hoc peteretur intereſſe,debet conſtare de quantitate ipſius, & debet probari verum debitum principalis,in quo ille tenebatur ſecundum communem ſententiam Doct.quam ſequitur citátque Alex.in l.ij.§.fi.num.6. ff.qui ſatiſd.cogan. F.Viuius.

Mora purgatur in tranſactione, Iaſo.in l.ſi quis maior annis.num.3. C.de tranſact.comm.dicit. B.Villal.

Intellige iſtam communem quando purgatur per tranſactionem factam ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam ante ſententiam, Iaſo. ibi communem dicit. B.Villal.

Mora purgatur in omnibus caſibus ante ſententiam, Iaſo. in l.pacto num.8. C.de pactis, comm.dicit. Idem.

Idem dicit Angel.in l.cum proponas.ij.C.de pact. I.Fich.

Nota quod ad inducendam moram in legatis ad pias cauſas,in quibus dies certus eſt,non requiritur interpellatio,tamen ad incurrendam pœnam requiritur monitio, Goza. conſilio trigeſimoquarto numero ſexto communem dicit.

Fallit

Fallit ſi per conſtitutionem generalem epiſcopi fiat præceptũ quòd legata pia adimpleantur quod tunc dies interpellat ad incurrendam pœnam. Idem Goza.nu.8.ibi communem dicit ex Aret.conſi.lxvij. & Abbate.conſi.lix. B. Villal.

Nota, quòd tem pus per quod purgatur mora: relinquitur arbitrio iudicis. Deci.conſi.cxxxviij.nu.7.communem dicit.

Concor.cum l.xiij.tit.xj.par.iij. Idem.

PRO. Mora eſt debitoris vitium.glo.in l.fin. C.in quib. cauſ.in integ.reſt.non eſt neceſſ. Bellon.

PRO. Mora rei fideiuſſori quoque nocet. l. mora.ff. de verbo obligat.

PRO. Mora purgari poteſt.l.interdum.§.Stichi.ff.de verb. oblig.

OB. Contrà de l.magnam.C.de cont.& commi.ſtipul.

SOL. Ibi erat dies, & pœna appoſita, quo caſu non purgatur. Idem.

PRO. Moram videtur facere, qui maluit litigare, quàm reſtituere.l.nemo,§.j.ff.de verb.obl. Idem.

PRO. Moræ litis non inſtruunt cauſam poſſeſſoris, ad inducendam longi, temporis præſcriptionem.l.moræ litis.C.de rei ven. Idem.

PRO. Morbus impedit iudicium.l.quæſitum.ff.de re iudic.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut. Idem.

PRO. Mores quos quis in ſe approbat, non poteſt in alio reprobare.l.in arenam.C.de inof.teſt. Idem.

PRO. Mors omnia ſoluit.in §.deinceps.in auth.de nupt. coll.iiij. Idem.

PRO. Mors ciuilis & naturalis æquiparantur.l.ſi deceſſerit.ff. qui ſatiſd.cog.l.j.§.penul.ff.de bon.poſſ.contra tab. Idem.

PRO. Morte proteſtantis extinguitur proteſtatio.l.non ſolùm. §. morte.ff.de no.ope.nunt. Idem.

PRO. Mortuo boue neque caro, neque corium debetur.l. mortuo boue.ff.de leg.ij. Idem.

Mortis cauſa ſe donare dicens, & tamen etiam promittens illam non reuocare, cenſetur potius eſſe donatio inter viuos. com. in §. D. quæſt.i.ij.verſi.Sed pone. P.Fich.ex Claro.

Mortis mentio ſi fiat in donatione, tenendum eſt, quòd ſit donatio cauſa mortis. Intellige tamen, non ſi ſimpliciter mentio fiat mortis, ſed ſi etiam collata ſit donatio in tempus mortis.com.in §.D.quæ. iiij. verſi.Cæterum. Idem ex eod.

Mors ciuilis, & naturalis ſolùm æquiparatur, in caſu, in quo ex ciuili effectualiter cauſaretur idem quod & per naturalem. Aret. in l.eam partem.§.inſulam.ff.de verb.oblig.com.dicit. B.Villal.

Nota ex hac communi iuncta l.xxviij.titul.iiij.part.iij. quòd monachus, ſeruus, & in perpetuum exulatus, effectualiter dicitur mortuus: quod nota. Et vide Gul.Bened.in rep.cap.Rayn.de teſta.in verb. mortuo.de hac materia. Idem.

Morienti creditur ad ſuum præiudicium, non autem ad alterius, Marc.Ant.de indiciis, nu.393.communem dicit. Idem.

Per mortem alicuius voluntas ceſſare dicitur, ſed non reuocari. Eſt com.opi.ſec.Dec.in con.ccviij.iſta videtur.in prin.vol. iij. Grib.

Mor. defuncti in longinquis partib. per ſolam famam plenè probatur. Eſt com.op.ſec.Dec.in conſi.dclij.viſo conſi.in prin.volum.iiij. Idem Gribald.

Si plures aliquem percuſſerint, & conſtare non poteſt, ex cuius vulnere deceſſerit, nullus ad mortem condemnabitur. Eſt com.opi. ſecun. Alex.in conſi.xv.viſo proceſſu.vol.j. Idem.

PRO. Mos maiorum ſeruandus eſt. l. more maiorum.ff. de iuriſ. om.iud.l.hac conſultiſſima.C.qui teſt.fac.poſſ.vel non. Bellon.

PRO. Mulier familiæ ſuæ caput & finis eſt. l. familiæ.ff. de verb. ſign.ſi. Bellon.

PRO. Mulier præfertur omnibus creditoribus tacitam hypothecam, non autem expreſſam habentibus. l. aſſiduis.& ibi communiter omnes ſentiunt.C.qui pot.in pign.hab. Idem.

PRO. Mulier, & fiſcus in priuilegiis pari paſſu ambulant. l. ij. C. de priuil.fiſc. Idem.

PRO. Mulier regulariter teſtis eſſe poteſt. in l. qui teſtamento. §. mulier.ff.de teſta.l.ex eo.ff.de teſtib.in can.ex eo.xj.q.iiij. Idem.

OB. Contrà de can.mulierem.xxxiij.q. v.& c.forus.in fi. extrà de verb.ſig.& §.teſtes.inſtit.de teſt. ordin. vbi mulier teſtificari non poteſt, quia fragilis & mutabilis.

SOL. In criminalibus iudiciis mulier eſſe non poteſt de iure canonico, vt in contrariis. In ciuilib.verò teſtis eſſe non poteſt in teſtamento.d.§.teſtes.

PRO. Mulier quamuis docta, & ſancta, in conuentu viros docere non præſumat.can.mulier.xxiij.diſt. Idem.

PRO. Mulier duobus viris nupta eſſe non poteſt. §. affinitatis. & §.ſocrum.inſtit.de nupt. Idem.

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, attamen in teſtamento ad pias cauſas, mulier poteſt adhiberi in teſtem. Com. in §.teſta.q.vj. verſi.Tertiò infertur. Item poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos com.in §.T.q.vj.verſi.Secundò infertur. P. Fich. ex Cla.

Mulier teſtis eſſe in teſtamento ad cauſas prophanas non poteſt, tam de iure Canonico, quàm Ciuili. Communem dicit in §.Teſt.q.lv. verſi.ſed quid ſi. Idem ex eod.

Mulier teſtis eſſe poteſt in teſtamento militis.com.in §.T.quæſt.lv. verſi.ſed hic. Idem P. Fich.

Mulier iuuatur Velleiano, ipſi autem renunciare poteſt.l.penult.C. de pact. Sed aduerte, quòd antè, quàm ipſa renunciet, debet certiorari de beneficio Senatuſconſulti Velleiani per Notarium. & eo caſu ſtabitur tali inſtrumento, ſec.gl.in l.ſi.C.quando mulier offic. tute. fungi pot.quam gl.ſequitur Hoſt.in ſumma, §.& quis ver.idem eſt. Archi.& Dominic.in c.placuit.de foro compe.xxxviij.diſt Fely.in c. ſi diligenti. Doct.omnes in l.ſciendum.de verb.oblig.& iſta eſt com.opi.de qua fecit mentionem Alcia.in tract.de præſump.in regu.iij.præſumpt.xiij. nu.4.& latè Tiraq.in repetitio.l.ſi vnquam nu.98.C. de reuocan.don. Hoc tamen non procedit, ſi Notarius neſciret, quid eſſet Velleianum, nam ſicut teſtibus interrogatoria fieri poſſunt, vt per Bar.in l.j.ff.ſi cer. peta.quem ibi omnes ſequuntur, ita Notario certi iuris eſt, fieri poſſe huiuſmodi interrogatorium, quid ſit Velleianum; & ſi fortè dixerit neſcire, talis renuntiatio nihil operabitur, ſecund. Alb.in l.ſi mulier. §. ſi mulier.ff.ad Velleia.& in l.ij.C.de hære.in prin.Dec. in iij. lectu.nu. 53.& Nigrum. nu.31.in d.l.j.ff.ſi cer.peta.Marſi.ſingu.dclxj.& in rub.de fideiuſſ.nu.39 Cæpol.licet hoc non firmet in caute. cxcvj. Fulgoſi. & Alex.in d.§.ſi mulier, & quamuis hoc pluribus rationibus aliqui Doct. impugnent, tamen hodie in Regno Neapol.eſt ſublata hæc ambiguitas per pragmaticam exordientem, Don. Petr.de Tolledo, in qua expreſsè diſponitur, mulieres non poſſe renunciare Velleia. etiam certioratæ per Notarium de dicto Velleiano. Imò fortius diſponitur ibi mulieres ipſas non poſſe renuntiare, etiam cum interuentu iuramenti, & renunciando, renunciatio facta dicitur ipſo iure nulla. F. Viuius.

Mulier ſi de facto ordinetur, non recipit characterem, Mainer. in l. fœminæ.de re.iur.ff.nu.8.communem dicit. B.Villal.

Mulier ſimpliciter nubendo, non videtur dare omnia bona ſua in dotem, Cur.Iun.conſi.clxviij.nu.4.commun.dicit. Idem.

Mulier pro dote non præfertur anterioribus creditoribus habentibus hypothecam expreſſam.Rip.in l.quæſitum.nu.7.de pri.cred.nu. 3. ff.Ioan.Cora.in l.qui liberos.nu.117.ff.de rit.nup. communem dicit. Idem.

Mulier non poteſt relinquere bona ſuis propinquis. quorum conſenſus requiritur in teſtamento. Ian. Dur.in ar.teſt.tit.xj.caut.ij. nu. 2. communem dicit. Idem.

Mulier dotem non habens, vel paruam: habebit ex bonis viris mariti quartam partem: ſi non ſunt vltra tres filios, ſi tamen ſunt plures: habebit virilem portionem, Ioan.Duran.in arte teſtã.tit.vj.c.xx. communem dicit. Idem.

Mulier non iuuatur Velleiano, ſi interceſſit pro dote. Io. Cora. in l. qui liberos.nu.112.ff.de ritu nupt.communem dicit. Idem.

Mulier ſi per ſtatutum debet lucrari certam partem bonorum mariti, intelligitur de conſummato. Hippol.ſing.cvj.com.dicit. Idem.

Mulier maritata non dicitur in odioſis, quæ eſt ſponſata, Bened. in c.Rayn.in verbo, duas habens filias.nu.151.Idem, com.dicit.

Mulier quòd ſine conſenſu patris non poſſit contrahere: non poteſt induci ſtatuto, Iaſ.in l.j.§.huius ſtudij.nume.12.ff.de iuſti. & iur. communem dicit. Idem.

Mulier, ſi ſecundum formam ſtatuti non poteſt contrahere: bene poteſt tamen quaſi contrahere, Iaſ.in l.Barbarius nu.4.ff.de offic.præſid. communem dicit: licet ipſe teneat contrarium. Idem.

Mulier de iure ciuili indiſtinctè admittitur in teſtem de iure tamen canonico, in criminalibus non admittitur: niſi in caſibus à iure expreſſis: in ciuilibus tamen etiam criminaliter intentatis admittitur indiſtinctè, Panor.in cap.quoniam.de teſti.num.12.communem dicit. De iure autem Regio, mulier non poteſt teſtificare, niſi in rebus quæ pertinent ad mulieres, vel in defectum probationis.l.viij.tit.viij.li.iij. For.ll.& l.ſtyli.xcvj. Et nota verbum ſatis notabile in d.l.ſtyli. *Mas en aquellos lugares do hes cierto quel hecho fue fecho ante hombres, no ſon creidas ſi los hombres que ſe acertarono alguno dellos no teſtimonia eſſo miſmo quellas dizen en ſu teſtimonio.* Ex quibus notatur, quòd habilitas vnius teſtis habilitat omnes alios etiam inhabiles: quod etiam eſt ex mente Bal.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de liber.& poſthu. quod intellige quando teſtes inhabiles non ſunt ex toto inhabiles, ſed ſolùm habent diminutam fidem: quia ſi ex toto eſſent inhabiles non habilitantur: vt per eum Bald.& Franciſ.Cur.in tract.de teſtib conclu.j.per totum. Et ſic procedit d.l.ſtyli. Et nota, quòd ad hoc, quòd teſtes inhabiles poſſint recipi ex defectu probationis: requiritur quòd actu & habitu ſit defectus probationis: attento communi curſu: per gloſſ.in c. licet. de probatio. Et producenti incumbit onus probandi, ſecundum Anto. & Imol.in capitul.dilectis. de teſtib. cogen. & niſi probentur hæc duo, non admittuntur. Alex.conſi.lxiiij.vol.j.& de teſtimonio mulieris, vide Io. Lupum in alle.here.priui.

Concor.cum l.iij.tit.xij.par.v.de qua per Io.Lupum in repet.tit. & de qualitate teſtium in cauſa criminali. De iure Regio vide l.xij. titul. xiiij.par.iij.& l.xxvj.tit.j.par.vij. Idem.

In

In teſtamento tam de iure ciuili, quàm de iure canonico mulier non poteſt eſſe teſtis, licet de iure canonico ad pias cauſas poſſit. Bellon. conſi. xiiij. num. 8. communem dicit. Idem.

Mulier non tenetur ſtare colono, vel locationi per maritum factæ, ſoluto matrimonio, Couar. in reſol. libr. ij. cap. xv. communem dicit ex Carolo Molin, in conſuet. pariſ. §. xxx. q. xxij. vide in verbo locat. Idem.

Mulieri dicenti ſe imprægnatam, non creditur, ſecundum Angel. Peruſ. in l. illud ff. ſi pars heredi. peta. & Doctor. communiter in c. per tuas, & c. Michael. de filiis presbyt. & c. tranſmiſſæ, qui filij ſunt legi. & Io. de Ana. in cap. ſicut. ij. de homic. Amplia etiam ſi dicat ex quo ſit prægnans. Bart. in l. j. in fi. ff. de libe. agnoſ. I. Fich.

Mulier conſtante matrimonio, conditionalis eſt creditrix mariti, ratione dotis, matrimonio enim durante, actio de dote nata non dicitur. l. j. C. de repu. l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcripi. xxx. an. & l. in rebus. §. omnes. C. de iur. dot. & tenent Doctor. in l. ſi conſtante. §. j. ſolu. matrim. hàncque opinionem communem eſſe tradit Alexand. in conſi. cvj. viſis. lib. v. F. Turz.

Mulier nubens, viro dote non conſtituta in dubio, omnia bona ſua in dotem ipſi viro dediſſe cenſetur, quando viro congruit matrimonium. ſic voluit gloſſ. in l. mulier bona. ff. de iure dot. quæ tamen (vt Decius refert in authent. vnde vir, numero ſexto. C. vnde vir & vxor.) communiter reprobatur, illámque & Ariſtotelis allegatam autoritatem, & ſententiam improbat Bartol. in diſput. ſua incipien. mulier habens amplum matrimonium, tanquam contra legem concludens, quòd vno caſu tantùm omnia bona ſua in dotem viro dediſſe cenſetur, ſcilicet, quando priori viro in dotem dederat, & ſimpliciter ſecundo viro tradidit, quia tunc dòs ipſa repetita videtur, ſi ex priore matrimonio non extant liberi, aliàs ſecùs, vide per eum ibidem. F. Turzan.

PRO. Mulieres ſunt ſubditæ viris. ad Epheſ. v. j. Petr. iij. ad Col. i j. in can. ſatis. & can. mulierem. xxxiij. q. v. Bellon.

PRO. Mulieres virilibus officiis fungi non poſſunt. l. j. §. ſexum. ff. de poſtul. l. cùm prætor. ff. de iud. l. ij. de regu. iur. in canon. mulierem. xxxiij. quæſt. v.

OB. Contrà de c. dilecti. extrà de arbitr. vbi mulier arbiter eſſe poteſt ex compromiſſo. contra l. penul. C. de arbit.

SOL. Illud verum eſt de conſuetudine præſcripta, vt in regina Francorum, vt ibi.

OBIEC. Prætereà contrà de can. Nouiam. ij. q. iiij. vbi delegatur mulieri ius ſpirituale.

SOL. Ibi quia princeps ſcienter commiſit cauſam.

PRO. Mulieres vagari non debent, nec virorum cœtibus immiſceri. c. mulieres. de iud. in vj. Idem.

MMLIER omni iuri, quod habet in bonis paternis renuntians cum iuramento, poterit, priùs abſoluta à dicto iuramento, contrauenire ex capite enormiſſimæ læſionis, vt voluit Corne. ita conſulendo conſilio cxlvj. volumi. j. conſilio cxxxix. & ccxiiij. volumi. iij. & Deci. conſilio clxx Abſolutio autem iſta debet de iure, & æquitate concedi, quæ quippe indulgenda eſt, ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum, capitul. & ſi Chriſtus, & c. quanto. de iureiurand. gloſſ. in authen. quod eis, C. de nu. Doctor. in c. cùm contingat de iureiurand. Paul. Caſtr. conſilio clxxv. contra ſuperius. libr. j. cum aliis citatis per Alexand. conſilio ccxiij. viſis. volum. vij. & per Curtium conſilio xliiij. ſuper contingentia. circa fin. nam euidenti, & enormi læſione præſumitur dolus, etiam ſi ceſſio etiam facta patri, l. ſi ſuperſtite, C. de dol. cum relatis per Soci. conſilio cclxiij. & ſequen. capio primum, & iſtorum opinionem dicit communem Deci. conſilio cciij. numero quinto. & concluſio hæc ampliatur etiam habere locum in tranſactione iurata, quæ certè reſcinditur ratione enormiſſimæ læſionis, ſecundum Deci. conſilio clxx. Vnde mulieribus enormiter læſis neceſſe eſt ſuccurri, non obſtante iuramento, quia iuramentum non tollit remedium, l. ij. C. de reſcind. vend. & notant omnes Docto. ibi, Ripa in iij. lib. reſponſorum, titulo de donatio. reu. capi. xv. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem, & Crauet. conſilio cxc. numero ſecundo, & Gramm. deciſio. cij. numero 54. 103. & 104. Sed vbicunque (aduerte) in tranſactione iſta non interueniſſet iuramentum, tunc non poteſt reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti precij, vt volunt Cyn. Bald. Saly. & alij Doctor. in d. l. ij. C. de reſcind. vendi. in l. ſi quis cùm aliter ff. de verbo. oblig. in capitul. cùm cauſam, de emptio. & vendit. & Afflict. deciſio. ccxx. numero ſecundo. vbi refert cum iſta opinione ferè omnes Doctor. communiter tranſire, & Grammati. deciſio. lxvj. numero 63. Ampliatur etiam præmiſſa concluſio in minore enormiter læſo, cui profectò ſuccurrendum eſt per relaxationem iuramenti, & hoc non habet dubitationem aliquam. Sed quando minor ipſe ſciens euidentem læſionem ſponte, & ex certa ſcientia, & benè conſultus ceſſit, & cætera, tunc per relaxationem iuramenti minori ſuccurri non eſt permiſſum, prout communiter teneri per omnes Doctor. dicit Curti. conſilio xliiij. Hoc autem, & hoc quod docuimus de minore enormiter læſo, cui priùs petita abſolutione à iuramento ſuccurrendum eſt, declarant vtiliter non procedere in maiore renunciante cum dicto iuramento c. quamuis, & Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendit, vbi omnes ſcriben. not. & in d. l. ij. & ita ſe habet communis opinio. vt refert Grammati. deciſio. cij. Ampliatur quoque dicta concluſio habere locum ſimiliter in ruſticis enormiter læſis, quibus neceſſe eſt ſuccurri non obſtante iuramento, vt per Crauet. conſi. cxcij. num. 2. & per Doctor. ſupracitatos. Iſta regula, ſeu concluſio ita ampliata limitatur quotieſcunque in inſtrumento reperiretur ſcriptum, mulier ſciens hereditatis æſtimationem ſponte, & ex certa ſcientia ceſſit, & cætera, tunc mulier contra pacta quaſi decepta venire non poterit: nam ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus, l. cum donationis, C. de tranſact. ita tenet Alexan. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. obligationi. per not. per Bartol. in d. l. ij. præcipuéque ſi iuraſſet non contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis, ſecundum Dom. Ant. in d. cap. cùm contingat, & Alexand. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, quæ quidem limitatio, ſeu ſententia ſequenda non foret, quando ſubeſſent veriſimiles coniecturæ, quòd mulier ſpontè donare voluerit, ſecundum communem adſertionem omnium Doctor. vt patet ex dictis, relatíſque per Deci. conſi. ccclxxix. requiſitis. in fi. F. Viuius.

MVLIER non poteſt agere ad dotis repetitionem, conſtante matrimonio. l. fi. in principio, ff. de doli excep. & l. ij. ff. ſol. matrimo. & regula iſta interpretatur primò non procedere, ſi maritus ſæuiens in vxorem eam abſque cauſa à ſe expellat, tunc enim certè tenetur vxori ſuæ vir, conſtante matrimonio, reddere dotem, ſecundum Bald. in l. fi. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. Sed contrarium tenent Alexan. cæteríque omnes communiter in d. l. ij. & Alexand. conſil. lxxviij. volum. ij. Declaratur ſecundo loco non habere locum in caſu emergentis inopiæ mariti, vel alterius obligati ad dotis reſtitutionem, quia tūc actio dotis oriretur, conſtante etiam matrimonio, ſecundum communem opinionem, quàm latè diſputando ſequitur, atteſtatúrque Alexan. in l. ſi conſtante. §. j. ff. ſolut. matrim. & Neguſantius de Fano. in tractat. de pignori. & hypoth. in iij. membro. viij. partis, nume. 1. & iſta communis probatur in dicta l. ij. & ita concludit gloſſ. communiter approbata in l. ſed ſi alia, ff. de bonis damna. & in l. ſi rem, §. omnis, ff. de pigno. actio. & in l. ſi cùm dotem. §. mulier. ff. ſolut. matrimo. Limitationem iſtam quòd mulier poteſt conſtante matrimonio dotem à marito repetere, quando maritus vergeret ad huiuſmodi inopiam, & euidentiſſimè appareret eius facultates deducto ære alieno ad dotis exactionem non ſufficere. dicta l. ſi conſtante. dic procedere de iure Digeſtorum, Sed de iure. C. ſatis habuit, ſi conſtaret maritum ad inopiam perueniſſe, & facultates non eſſent idoneæ ad ſatisfaciendum vxori, & creditoribus ſuis, l. vbi adhuc, C. de iure doti. Amplius lege nouiſſima Iuſtinianus conſtituit, vt ſtatim cum maritus cœpit vti malè ſubſtantia ſua ad dotem mulier liberè agere poteſt, §. illud. Auth. de æqualit. doti. & ita firmat Bartol. in d. l. ſi conſtante, in princ. & Panormi. in ca. per veſtras, de donatio. inter vir. & vxor. Vlterius ſciendum eſt qualiter alia, cautela, ſeu remedio conſultum, prouiſúmque fuit mulieri contra maritum bona diſſipantem, videlicet, vt poſtulet dotem ſequeſtrari. l. ſi cùm dotem, §. ſi verò dotem, ff. ſolut. matrimoni. Quocirca Doctor. in d. l. ſi conſtante. communiter interpretantur d. §. ſi verò loqui in marito conſumente dotem, & l. ſi conſtante, loqui in viro conſumente bona ſua. Declaratur vlteriùs regula præmiſſa vbi ſeparatur thorus matrimonij culpa viri accuſati, & de adulterio conuicti ab vxore, cap. i. vt lit. non conteſta. exploratum eſt itaque propter adulterium matrimonij conſumati vinculum non diſſolui, ſed thorum duntaxat ſeparari, c. tuæ. de procura. & c. ex literis, de donatio. & hoc verificatur iuxta illud. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, canon. quos Deus, xxxiij. quæſtio. ij. Vnde non licet viro adultera vxore repudiata aliam ducere, vt omes Canoniſtæ, & Theologi ſentiunt variis in locis, ergo quantum ad facultatem criminaliter accuſandi diſpar eſt cauſa mariti, & vxoris, ſiquidem maritus accuſat vxorem, ſed non cōtra vxor virum, l. j. C. ad legem Iuli um de adulter. c. apud miſericordē. §. fina. xxxij. q. j. quantum verò ad accuſationem ciuiliter eorum cauſa par videtur & æqualis. Vnde ſicut maritus accuſat ciuiliter vxorem ſuam de adulterio, aut thoro ſeparato dotem lucretur, §. plerumque de donatione inter virum & vxorem, & §. de adulterio. Aut. vt lic. matri & auiæ, ita mulier accuſat virum ſuum, vt ſeparato thoro dotem recipiat, & dontaionem propter nuptias, quam fecit maritus, ipſa lucretur ſecundum Roma. conſi. clxvj. F Viuius.

Mulier recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & tranſiens poſtmodum ad ſecunda vota ſimpliciter, & promittens dotem, quam non expreſſit præciſe, quemadmodum expreſſerat in primo matrimonio, intelligitur tunc dare tantam dotem, ſecundo marito, quantam dedit primo viro ſuo, & ſic dos data primo viro cenſetur data ſecundo vt voluit Bartol. in l. penulti. §. ſi vxor, ff. ſoluto matrimonio, in l. cum de in rem verſo, ff. de in rem ver. & in diſputa. ſua mulier, gloſ. in ver. fortuita, in l. ſi mulier diuertit, ff. ſolu. matr. Cyn. & Saly. in Aut. ſed quamuis, C. de rei vxor. actio. Paul. Caſtr. conſi. cclxxxiij. ſecundū antiquam impreſſionem, & in d. l. ſi mulier, Cuma, conſ. cix. Abb. cōſ. xlvj. vol. j. Alex. cōſ. cxliiij. vo. v. & cōſ. cxxij. vo. vj. Ber. cōſ. clx. vo. iij. Rui. cōſ. liij. volumine tertio conſil. lxj. in prin. vol. iij. & conſil. cxxxvij.

vol

volum,iiij Socin.Iun.conſilio xxix.volum.j. & Pariſi. conſilio xxxiiij. volum.iij.vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem, & Saly. in d. Auth.ſed quamuis.& Dominus meus Raynaldus Rodulphus primarius lector in Ciuitate Peruſij, dum eum audiebam ſuperioribus annis publicè in Gymnaſio Peruſino legentem,à quo iſta,& omnia alia,quę ſcripſimus, & ſcribenda ſunt in hoc opuſculo, veritatem confitendo, didicimus. F.Viuius.

MVLIER ad ſecundas nuptias trāſiens,perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri conſequuta eſt, & ſolam poteſtatem fruendi retinebit,illáſque filiis ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur.l.fœminæ,C.de ſecundis nuptiis, vbi Doctores,& in Auth. ex teſtamento,C.eodem tit. & Soci. Seni.conſil.lvj. viſo teſtamento. lib.iij.Ratio eſt;quoniam pœnæ ſecundo nubentium inductæ fauore liberorum,ſublatæ non ſunt per dictum illud Apoſtoli,mortuo marito mulier nubat in Domino.cap.penult.& fin.de ſecundis nuptiis, vbi hoc tenet Abb.& Corn.conſil.xxj.videtur,volum.j.Bartol.& Dec.in l. j.C.de ſecundis nuptiis. Iſtorum autem opinio eſt communis,ſecundū Dec.conſil.lxxxvij.pro reſolutione,& conſil.ccxxx. proponitur. & in d.l.j.confirmantur quoque præmiſſa alia ratione,nam mulier ad ſecunda vota tranſiens tria negligere videtur, Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem,vt dicit text.in §.ſin autem tutelam.in Authen. de nupt.& in §.quæ verò nunc ſequitur,eod.tit.vbi dicitur, quòd per ſecundas nuptias contriſtatur anima mariti defuncti,& propter huiuſmodi iniuriam, mortuo marito, filiis relictis, tam multa leges ſtatuerunt contra viduas ad ſecundas nuptias tranſeuntes,de quibus abundè habetur per Doct. in d.Authen.ex teſtamento. Pœna iſta impoſita viduæ ſecundò nubenti,militat etiam in viro ex identitate rationis,ſecundum gloſ.in l.fœminæ,§.illud.C.de ſecun.nup.quam approbat ibi Bart. & nonnulli alij relati per Boër. deciſ. clxxxvij. num. 1. quorum ſententiam dicit eſſe communem Dec.in præcitatis conſil.& Boer.in l. co.de quo ſuprà.Præmiſſa ampliantur primum non ſolum procedere in matrę, & patre, ſed etiam in aliis aſcendentibus tam maribus, quàm fœminis,vt puta.auis,& auiis,proauis & proauiis,& cæteri deinceps aſcendentibus,ſecundum Doct.in l.generaliter per illum text. C. de ſecund.nupt. Bald.in l. humanitatis. C. de impub.& aliis ſubſtitut. Aretin.in §.preferuntur,Inſtitu.ad Tertylia.Alexand.in d.Auth.ex teſtamento.in addit.ad Bald.in verſic.conſuetudo.Ampliantur etiam ſecundo loco prędicta, vt mulier non modo perdat dominium rerum ſibi per maritum relictarum ob tranſitum ad ſecunda vota, ſed etiam tutelam,vnde mulier relicta à marito defuncto in teſtamento tutrix filiorum pertranſitum ad ſecundas nuptias perdit tutelam, & geſta ab ea tanquam tutrice videntur ipſo iure nulla, ſecundum Saly. & alios in Authen.matri, & auiæ,C.quando mulier offic.tute.fungi poſſ.Cyn. Fab.in l.omnem,per illum text. C.ad Tertilia. & alberi.ibi,vbi refert iſtam eſſe communem opinionem,Boër.deciſ.cxxiij.nu.12.& Auguſt. Beroius in cap.dilecti filij,num.37.de arbitris,ratio videtur iſta,quare mater tutrix tranſeundo ad ſecunda vota priuetur tutela, quia mater & auia poſſunt eſſe tutrices ſi velint, quamuis non cogantur d.Auth. matri & auiæ,imò ante alios filiorum tutelam poſſunt ſuſcipere,& ad eam admiti,ſi ſecundis nuptiis, Velleyano, & omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto renuntiauerint,alioquin iſtis non con curaētibus tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla,vt probatur in d.Auth. matri & auiæ,vbi Bart.Ang.& Saly.notant, & alij. quamplures congeſti per Boer.in d.deciſ.cxxiiij.num.9.vbi ſcribit iſtam eſſe veriorem opinionem,tamen Petrus de Bellaperti. Cyn. & Alberi. in d.Authent. matri,& auiæ, tenuerunt expreſſè contrarium, & eorum opinio ſeruatur de conſuetudine,videlicet quòd mater tutrix,vel auia teſtamentaria non tenetur renuntiare ſecundis nuptiis,& omni iuri in fauorem mulierum introducto: & de iſta conſuetudine mentionem fecit Guido Papæ deci.ccccxxxix.Faber in d.Auth.matri,& auiæ,& Boer.in d. deciſ.cxxiiij.num.13.hiſque occurrit congruenter hoc in loco, quòd mater habet annum ad petendum tutorem dari filiis, niſi velit ipſa tutelam ſuſcipere,ſecundum Bald.in l.precibus,C.de impub.&aliis ſubſti.Abb.in cap.ex parte, de appellat.Aret.in §.fin,in princ. Inſtitut. ad Tertylia.vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem, & Dec. in cap. ex parte,num.33.ſuperius citato,quod habet locum in muliere maiore xxv.annis,ſecùs in minore,quæ non poteſt de iure eſſe tutrix,l.fin. C.de legiti.tute.& tenet Bald.in d.l.omnem.& in Auth. iiſdem pœnis quem ſequitur ibi Iacob.de ſancto Georg.& Moder.C.de ſecun.nupt. & Deci.in d.cap.ex parte,num.34.niſi extaret conſuetudo in contrarium,quòd mater minor poſſit habere tutelam,ſecundum Bald.conſi. cj.volum.ij.Pręmiſſa ita ampliata,& declarata interpretantur non procedere,quando vir licentiam daret vxori ad ſecundas nuptias conuolandi,tunc quippe non perdit per iſtum tranſitum dominium rei ſibi legatæ;ac à marito relictæ. Ratio eſt, quia pœna ſecundo nubentibus eſt impoſita ex eo,quia videtur inferri iniuria primo viro per ſecūdas nuptias,§.quia verò,in Authen.de nupt.& nulla iniuria fit volenti. l. j. §.vſque adeo.ff.de iniur. ſecundum Bald.in l.j. C.de ſecūdis nup.& per Roma. conſil.ccxix. ex Themathe conſultationis, & Decius conſilio ccccccxx.caſus de quo quæritur.Limitatur etiam ſecundò, quādo filij ſecundis nuptiis conſenſum accommodauerint,tunc enim mulier non perdit ea,quæ habuit ex liberalitate primi viri,ſecundum glo.in Auth. de non eligen.ſecund.nupt.in ver.copulatur, quoniam iniuria, quæ fit filiis primi viri, ſi mater conuolatet ad ſecūdas nuptias tollitur eorum conſenſu §.ſoluto.in Auth.de ſecun.nup.l.cū donationis,C.de tranſac. & hoc cōprobatur ex latiùs dictis per Iaſ.in l.ambiguitates, C.de iudi. vidui.tollen.& in l.filium quem habentem. C.famil.erciſc. & conſil. liij.in quæſt.vol.j.& per Dec.conſil.ccvj.quæritur. Limitātur tertiò, vt mater tranſiens ad ſecunda vota debeat duntaxat proprietate ſubſtantiæ paternæ,quæ peruenerat ad filium,non autem ſubſtantiæ auitæ priuari,ſecundum Bart.& alios cōmuniter in d.Auth.ex teſtamēto,Iſtam cōmunem ſequitur,& citat Beroius deciſ.cxcij.nu.5.licet Bald.& Ang. & malè in d.Auth.ex teſtamento,aſſeruerint cōtrarium.Interpretatur poſtremò præmiſſa cōmunis in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota ſuperſtite,filio,vel filiis de hoc non conquerentibus, his igitur ſtantibus,ſi filius decedat,non priuatur mater eius hereditate,quia filius non conquerendo de matre videtur remiſiſſe ſibi iniuriā factam per eam, per dictū tranſitū,argumento l.fi.C.de reuoc.donat.& ita per illū text. tradit & firmat Bald.in Aut.ex teſtamen.§.citata. Dec. conſil.ccvj.& in rub.C.de ſecun.nup.Ripa in l.fi.C.de reuocan.donat.in quæſt.lxj.& Socin.Iun.conſil.lxj.num.2.& 11.volum.ij. F.Viuius.

PRO. Multa fiūt incidenter per directū,quæ principaliter directè fieri non poſſent.l.quoties.C.de iud.l.cum ciuili.C.de ord.cog. Bell.

PRO. Multa fiunt propter ſcandalū euitandum,quæ aliàs non fierent.l.qui cedem.ff.ad l.Corn.de ſicca.c.cum teneamur.extra de præb.

OBIEC. Contrà de c.qui ſcandalizauerit. extra de regul.iur.vbi vtilius naſci permittitur ſcandalum,quàm veritas relinquatur.

SOL.Ibi de veritate bonæ vitæ,quæ propter ſcandalū relinquēda nō eſt:ſecus in veritate diſciplinæ,vel iuſtitiæ,vt hic,& ibi vide gl. Idem.

PRO. Multa fieri prohibentur,quæ ſi facta fuerint, tenent. l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui,vel alieni iur. ca. ad apoſtolicam. de reg. ext.in can.neque furioſus.xxxiij.q.ij. Idem.

PRO. Multæ hominum ſpecies,& rerum diſcolor vſus,Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.gl.in fin.ff.de offic.prætor.

PRO.Multa tolerātur per patientiā,quę ſi deducta fuerint in iudiciū exigēte iuſtitia,nō debeāt tolerari.c.cū iamdudū.extrà de præb. Idem.

PRO.Multa tranſeunt cū vniuerſitate,quæ aliàs non tranſirēt.in modicis. ff.de contr.empt.l.quędam.ff.de acq.rerū dom.l.j. ff.de fund.dot.

OB. Contra de l.perinde.& l.ſi patroni filius.ff.ad Treb.vbi operarum pactio & iura ſepulcrorum non tranſeunt cum vniuerſitate ad fideicommiſſarium,ſicut nec ſpecialiter tranſire poſſent.

Hęc regula fallit.in iuribus ſepulcrorum, & obligationibus operarum,ſecundum gloſ.in d.l.quędam.

PRO. Multę hominibus vię ad malum ſunt.in §.mitiores.in auth. de nupt.coll.iij. Bellon.

PRO. Multo tempore diſce, quæ poſtmodum doceas, & inter bonos ſemper ſectare meliores.cap.ſic viue.xvj.q.j. Idem.

PRO. Multiplex innoxię paupertati incommodum infligi non debet.l.omnes.§.pręterea.C.de ſacroſanct.eccleſ. Idem.

PRO. Multitudo numeroſa nihil habet honeſtum.§.j. in auth.de referendar.coll.iij. Idem.

PRO. Mutare formam nocet.l.prolatam.C.de ſent.& interlo.om. iud.l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu hom. Idem.

PRO. Mutuum quaſi de meo tuum fiat,dictum eſt.l.ij.§.appellata eſt autem mutui datio.ff.ſi cert.petat. Idem.

MVTVS. pręſtare teſtimonium poteſt gloſſ. tertia, quęſtione ix. cap.teſtes,& eſt communis concluſio,ſecundum Antonium & Prępoſ. in cap.cum apud.de ſponſal.vt refert,& ſequitur Alciat.in Rubr.extra de iureiur.num.13.Et dicit eam opinionem ſibi placere,& eſſe approbatam in practica. B.Villal.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM,

## *LIBER DVODECIMVS.*

### N

NATVRALES filij ſuccedunt in emphyteuſi, ſi Emphyteuſis ſit data à priuato; ſed ſi ſit Eccleſiaſtica,tunc naturales non ſuccedunt,commun.in §. feudum.q.xxx. P.Fich.ex Claro.

Diſpoſitio.§ ex imperfecto, locum non habet in filio naturali.Eſt communis opin. ſecund.Dec. in conſil.ccccccx.viſo themate. nec etiam in legitimato;ſecundum eius opinionem ibidem; ſed communis eſt in contrarium

trarium,in §.& quid ſi tamen.vbi I.ſ.Crott,& mod. Hiſpan. de lib.& poſthum. Moph.Gribald.

PRO.Naturalis ratio auctoritate iuris mutari non poteſt,l.ij.§.j.ff. de vſu.eat,rerum quæ vſu conſ... Bellon,

PRO. Naturalis hon:inu:n eſt ad diſſentiendum facilitas,l.ſi vnus. §.principaliter.ff.de arbitr, Idem.

PRO. Naturalis vis,veluti terræ motus non præſtatur.l.Martius.ff. locat. Idem.

PRO. Naturalis obligatio tollitur ipſo iure per pactum.l.Stichum, §.naturalis.ff. de ſolut.

OBIEC. Contra de l. ſi vnus. §.pactus ne peteret.ff. de pactis. & §.præterea.inſtit,de except.vbi pactũ ipſo iure non tollit obligationẽ.

SOL. Dic quòd pactum ipſo iure tollit naturalem ciuilem autem elidit tantum, vt in contr.riis, Bellon,

PRO. Naturale vitium eſt negligi,quòd communiter poſſidetur.l, ij.C.quand.& quib.quar.par.deb,lib,x. Idem,

PRO. Naturalia non poſſunt tolli.l. eas obligationes, ff,de capit. diminut.l.ius agnationis. ff,de pact. l.iura ſanguinis. ff. de regul. iur.& §. penult. inſtitut. de iure natur. gent. & ciuil, & §. at hi qui inſtit, de heredi. ab inteſta,

OBIEC, Contrà, quia ius cognationis eſt naturale,& tamen tollitur per capitis diminutionem maiorem, aut minorem. in §.fin.inſtit, de leg.agn.tut.iuncto §,cum autem.inſtit.de cap.dimin.

SOL.Tollitur ibi quãtum ad ius ſuccedendi ſeu tutelæ;ſecus quoad conſanguinitatem naturalem,

OBIEC. Item ius libertatis, quod eſt naturale, tollitur iure gentium.§.ius autem gentium.inſtit.de iur. nat, gent.& ciuil. l.manumiſſiones.ff.de inſtit,& iur.

SOL. Dic quod nihil tam naturale eſt,quam vnumquodque eodem genere diſſolui,quo colligatum eſt,omnis enim res per quaſcunque cauſas naſcitur,per eaſdem diſſoluitur. l. nihil tam naturale. ff. de reg.iur.cap.j.de reg.iur.extra,ſed libertas à iure naturali deſcendit,non mirum igitur,ſi & tollatur per ius gentium,quod eſt naturale. §.ſingulorum.inſti.de rer.diuiſio,

OBIECT. Præterea obſtat,quia ius naturale vult neminem fieri debere cum alterius damno locupletiorem. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebit. & tamen per vſucapionem quis rem alienam acquirit cum alterius damno.

SOL. Dic quòd æquitas ſcripta in ſpecie præfertur æquitati ſcriptæ in genere,& vide Dyn.in reg.locupletari. de reg. iur.in vj. Vel ſol, generaliter dicendo, quòd ius naturale in ſuo genere tolli non poteſt, tamen in ſpecie poteſt,vel dic quòd mutari poteſt,quantum ad obſeruantiam ipſius,ſecus quoad eſſentiam ſui,quia in ſe ſemper bonum,& æquum eſt. Ita gloſ.in l.ius ciuile.ff.de iuſtitia & iur,

PRO. Naturales debitores abuſiuè debitores intelliguntur & qui ab his pecuniam recipiunt,debitum ſibi recepiſſe intelliguntur.l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.ff.de fide.

PRO.Naturaliter videtur poſſidere,qui vſumfructum habet.l,naturaliter.ff.de acquir,poſſ. Bellon.

PRO. Necare videtur, qui alimenta denegat. l.necare. ff.de libe, agnoſcen. Bellon,

PRO. Neceſſaria alienatio non venit in prohibitione alienationis, ſed voluntaria.l.peto.§.prædium.ff.de leg.ij. Idem,

PRO. Neceſſariæ electionis facultas, propriè liberalitatis beneficium non eſt,l. vnum ex familia.§,ſi de falcidia.ff.de leg.ij. Idem,

PRO. Neceſſitas non habet legem.in l,j,vbi not. ff.de offic, conſ, in cap.quanto extra,de conſue,in cap.ij,extra,de obſer,ieiu, in ca,quòd non eſt licitum extra, de reg iur, Idem,

PRO,Negans ſe dominum dominio vti non poteſt,l.non alienum, ff.de inter,act. Idem,

PRO, Negantis nulla probatio, l.actor. C, de probat,cano,accuſator.vj.quæſt.v. Idem,

Negatiua cum eſt fundamentum intentionis:dicenti incumbit onus probandi, Iaſ.in l.qui ſe obtulit,§,condemnandum, ff.de re iud,num,7, communem dicit, Villal,

Negatiua probatur ſic, in bonis Petri non ſunt alia bona, qui vult dicere aliud, probet,Curt.iun,conſi.cl.nu,10,communem dicit,quam intellige,quando pro herede, vel dicenti eſt alia præſumptio, vt quòd confecerit inuentarium,Coua,in reſo,cap.vj.nu.4. lib,2.commu.dicit, ex Alciat.de præſumpt.re,iij.præſum.xx. Idem,

Nota iſtam communem ad intelle,l.xvij.& xliiij.tau, Idem,

PRO. Negligentia alterius,alteri nocere non debet, lege tertia. ff. de tranſactio, Bellon,

Negoriotum geſtor poteſt facere proteſtationem incitatoriam debitori,vt ſoluat domino,& conſtituit eum in mora,non tamen ſi incitat vt ſibi ſoluat, Ioann à Ripa in cap, cum M.Ferra, de conſtit, num, 47.communem dicit,

Nota iſtam communem ad intellect,l.v.par,vj,& l,vij. tit,vj. lib,iij. For.l.g. B.Villal,

PRO, Nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione. intelligitur,l.qui proprio.§.qui alium.ff. de procu. Idem.

PRO. Nemo cogitur de ſuo facere beneficium. cano. precariæ.x. quæſtio.ij. Bellon,

PRO. Nemo dat quod non habet.in l.traditio.ff.de acquir.rer.domi.l.ſi filiusfamilias. C. de don.l.ſi vniuerſæ. C. de legat.vbi Bart.not. Italicum prouerbium. *Mal da qui non la dit la campana de ſancto Petro.* Vide text.in cano.ventum eſt.j.q.j. Idem.

OBIEC. Contrà,de l.non eſt nouum.ff.de acquir.rer.domin.vbi dominium quod non habeo,in alium transfero.& l.interdum.ff.de acquir.poſ.vbi poſſeſſionem,quam non habemus,in alium transferimus. & l.quod noſtrum.ff.de acquir,rer.domin.vbi quod noſtrum non eſt, transferimus in alium.

SOL Ibi tres caſus ſunt ſpeciales,regulariter contra,vt hic,

PRO. Nemo debet commodum conſequi ex ſuo delicto.l.ex dolo. ff.de dol.l,itaque fullo,ff.de fur.l.non fraudantur.§.nemo. ff.de reg.iur. Idem.

PRO. Nemo debet commodum conſequi ex eo quod inuitus facit.l.nam quod, §. qui compulſus,&l, ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam.ff.ad Trebel, Idem,

PRO. Nemo diuinare cogitur. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. ff, manda.l,ſi putator,ff,ad legem Aquil.in cap,vnic,extra, vt eccle.benef, ſine dimi.conf, Idem,

OBIEC, Opponitur de l,antiqui,ff.pars hered.pet.& l.qui vxori. ff.de auro & arg, leg, & inſtit,de leg.pat.tut.in principio.vbi diuinatur in dubio etiam in futuro incerto euentu,

SOL. Dic quòd per legem dubia facta deciduntur ex mente legis veteris,vel teſtatoris,licet ex verbis expreſſe nõ appareat,& ex his quæ ſæpius eueniunt,de futuris prouidetur,vt patet per totum tit, ff.de reb, dub.vt in contrariis,

PRO. Nemo eam ſibi legem imponere poteſt,vt à priore voluntate recedere non liceat,l. ſi quis,in principio teſtamenti. ff.de legatis tertio. Idem,

PRO. Nemo errans rem ſuam amittit. l,ſi procurator.ff.de acquir, poſſeſſ. Idem.

PRO. Nemo experiri poteſt ſine actione.l,ſi pupilli.§.videamus,ff. de negot.geſt,

PRO. Nemo furto commiſſo ea intentione vt lucrifaceret, pœnitentia ſua nocens eſſe deſiit.l.qui ea mente.ff.de furt,

PRO. Nemo gladij poteſtatem, vel cuiuſlibet alterius coërtionis ſibi demandatam iuriſdictionem in alium transferre poteſt,l.ſi ſolent, ff,de offic,proc,& leg, Idem,

SOL. Nemo in re ſua debet eſſe iudex, vel arbiter. l.vnica. C.ne quis in ſua cau,iud,vel ius ſib,dic,l.penult.ff.de arbit.l.Iulianus.ff.iud.l. qui iuriſdictioni præeſt,ff,de iur,omn,iud,Ratio eſt,quia nemo ſe prohibere,vel ſibi imperare poſſet.

OBIEC. Contra de l.in re manda,vbi quis in re ſua moderator & arbiter eſt,

SOL. Ibi arbiter primus diſpoſitor intelligitur,vt ibi glo.

OBIEC. Præterea,contra de l.& hoc Tyberius. ff. de hær.inſtit, vbi imperator in propria cauſa ſerui ſui iudicat.

SOL. Hæc regula non habet locum in principe,vt ibi.

OBIEC, Item obſtat l.hæc venditio ff. de contrah.empt,& l.ſi libertus ita iurauerit,ff.de oper,lib,vbi in re ſua quis arbitratur.

SOL. Ibi non eſt arbiter,ſed arbitrator in re ſua: vnde ſi æque arbitretur,ſtabitur,aliàs,reducitur ad arbitrium boni viri.vt ibi. Idem,

PRO. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire Matth.vj. can. clericus,xxj.q.in cano,acutius,xxvj.diſt. Idem,

OBIEC. Contrà, de l.duorum. ff.de oper.liber. vbi libertus duorum operas diuerſas poteſt facere inſolidum,& eodem tempore.

SOL. Dic quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire,intellige contrariis,alias ſecus,vt ibi. Idem.

PRO. Nemo poteſt duo officia ſimul,& eodem tempore obtinere, l.fi,C.de aſſeſ, vbi not,gloſ.hos verſus,

Qui binos lepores,vna ſectabitur hora;
Vno quandoque,quandoque carebit vtroque,

Nec duas dignitates,l.libertus. §.præſcriptio.ff.ad municip,nec duas militias,l,his quidem.§,in poſterum. C.qui milit,non poſſ. lib.xij.nec duo loca collegij.l.j.§.j.ff.de coll,illi.nec duas eccleſias,ca.referente.ca, præterea.ca,cum ſecundum apoſtolum,extra,de preben, cano, ſanctorum,lxx,diſtin,can,ſicut vir.q.j,cano,clericus.& cano.clericum.xx.q.j. & in extrauagan,execrabilis.Ioan.viceſ.ſecund.nec duas vxores.§.affinitatis,inſtitu,de nuptiis, Bellon,

PRO. Nemo poteſt venire contra factum ſuum.l.poſt mortem ff. de adopt.l.ſi quis maior.C.de tranſac.

OBIEC. Contrà de l.j.C.de lib,cau.vbi poteſt pater venire contra factum proprium,

SOL. Verum eſt nomine filij,cui præiudicare non potuit,non autem ſuo,vel dic,quòd quis poteſt contrauenire proprio facto,quod eſt ipſo iure nullum,vt ibi.

OBIEC. Secundò,opono de l.quemadmodum. C. de agrico. & cenſ.lib.

cenſ.lib.xij & l.iubemus.& authen.caſſa. C. de ſacroſanct.eccle. & ca. noſti.de elec.extrà,vbi quis venit contra factum proprium.

SOL. Ibi,quia erat factum contra legem. Bellon.

PRO. Nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento,l.nemo poteſt. ff.de leg.j. Idem.

PRO. Nemo poteſt vnius rei partem acceptare,& partem repudiare.l.vnica.§.his ita definitis.C.de cad.tol.l.neminem.ff.de leg.j. Idẽ.

PRO. Nemo poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis.l.cum nemo. C.de acquir.poſſeſ. Idem.

PRO. Nemo præſumitur immemor ſuæ ſalutis.in l.fin. C.ab leg. Iul.repetun. Idem.

PRO. Nemo præſumitur velle impugnare iudicia ſua.l.ſi miles.ff. de milita.teſta.l.omnium.C.de teſt. Idem.

PRO. Nemo rem ſuam vtiliter ſtipulatur.l.nemo rem ſuam. ff.de verbor.oblig. Idem.

PRO. Nemo tenetur parare arma contra ſe.l.j. C.de eden. l.nimis graue.C.de teſt. Idem.

PRO. Nemini inferenda eſt iniuria.l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iur.§.iuris.inſtit.eodem. Idem.

Nepos qui ſuus eſt,& quem nemo in gradu præcedat,non poteſt ab auo ſub conditione caſuali vel mixta inſtitui.commun.in §. T.quæſt. xxxix.verſ.Et hæc concluſio. P.Fich.ex Clar.

Nepotem legitimum ex filio ſpurio, Auus inſtituere poteſt ſibi heredem.commun.in §.T.quæſt,xxxij.Intellige quando auus legitimam ſobolem non haberet,vt in dicta quæſtio. xxxij. verſiculo Item ſcias, cum ſequen. Idem ex Claro.

Nepos obtinens primum gradum,non poteſt inſtitui ab auo ſub conditione caſuali,vel mixta,niſi ad inſtar filij in defectum exheredetur.Et licet quæſtio ſit multum dubia, & vtraque pars facilè ſuſtentabilis:tamen negatiua hic relata,eſt magis æqua. & comm. ſecund. Iaſ. in l.ſi pater.verſic.in quarta parte.gloſ.&verſic. ex prædictis omnibus. C.de inſtit.& ſub. M.Gribald.

Statutum excludens filias,ſtantibus filiis maſculis,extenditur etiam ad nepotem;Eſt commun. opin. ſecundum Alexand. conſil. cciij.viſo themate.verſic.ſed ita eſt.volum.vij. Idem.

In vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniunt nepotes, eſt commun.opin.ſecund.Alex.in conſil.ix.viſis.verſic.veriorem.volum.j. & Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituens. verſiculo & per illum text. ff. de libe. & poſthu.Contrarium firmat Dec. in conſilio xcv. & protenui.verſiculo venio ad ſecundum. vbi dicit, hanc opinionem in puncto iuris veriorem.volum.j. Idem.

Nepos legitimus & naturalis ex filio ſpurio ab auo inſtitui,vel ſubſtitui poteſt:& non obſtante vitio paterno,capax eſt eorum, quæ ſibi relinquuntur,dummodo non conſtet, quòd contemplatione patris ei relictum fuerit.Eſt commun.opin.ſecundum Corne.in conſil.j.volum. iij.Et eſſe communem etiam teſtatur Alexand. in conſilio lxxiiij. circa primum.verſ.& dicit Paul.volum.iij.Intellige, non exiſtentibus legitimis.Vide Dec.in conſil.lxxxv. verſic.vlti.in quarto dubio. vbi videtur contrarium tenere:ſed loquitur ab inteſtato.Vide Bart.& Doc.præſert. Iaſ.in l.Gallus.§.quid ſi is,colum.penult.& fin.de lib.& poſthum.Vide infra in verb.Spurius,num.1. Idem.

Prohibitio de non alienando,tanquam odioſa facta filiis, non extenditur ad nepotes.Eſt commun,opin,cum Bart.in l.filiusfam. §.diui. de legat.j. Idem.

In ſubſtitutionibus appellatione filiorum non veniunt nepotes.Eſt magis comm. opin.ſecund.Socyn.conſil.ciiij.quoniam patris. in prin. vol.iij.refert Dec.in conſil.cccxcj.in caſu,in prin.Tamen contrarium tenet ibi Dec.& Dicit comm.eſſe contra Socy.verſic.ſupereſt.Sed quòd nepos non veniat,etiam quando verba teſtatoris ſunt collata in futurum,voluit idem Dec.ſibi contrarius in conſi.xcv.vol.j. Idem.

NEPOS natus ex primogenito patre prædefuncto excludit filiũ ſecundogenitum patruum ſuum à ſucceſſione Regni,& primogenitura ſecundum Bald.in authent.ceſſante,C.de legitim. heredit.& conſilio ccclxxxix.conſuetudo.volum.ij.& hoc idem firmant nonnulli Doc. quos refert & ſequitur Socyn.rationibus per eum relatis conſilio cclij. viſis inſtrumentis, & opinionem iſtam ſcribit expreſſe eſſe communem Barba.conſilio decimo,libro primo.Couarruuias in tract.de variis reſolutionibus iuris ciuilis,capitulo quinto,libro tertio, numero 8.& Grammati.deciſio.prima,vbi refert in facti contingentia ita in ſacro Conſilio Neapolitano fuiſſe deciſum.In contrariam verò ſententiam,videlicet quòd nepos ex primogenito non præferatur filio ſecũdo genito in ſucceſſione Regni,inclinauit Ioan.Andr.in addi. Specul. in titu.de feudis,Bartol.in Authen. poſt fratres.C. de legit,heredib. & opinio iſtorum videtur æquior,ſi primogenitus mortuus ſit,viuo patre,& ſic nondum ei iure quæſito ſecundum veriorem,& magis communem opinionem, quam ſequitur, & audacter atteſtatur Alexand. conſilio iiij.ponderatis,volum.iiij.& Dec.conſilio ccccxliiij.in caſu ad me tranſmiſſo.in fine.& ſententiam hanc approbat in d. Authent,poſt fratres,& confirmat Anton.de Roſ.in tractatu de ſucceſſio.ab inteſtato,in verſic.de legitimatis,& Couarruuias in loco ſuperiùs citato. Sed quid concludendum in hoc opinionum conflictu, & in tanta Doctorum ambiguitate:dic quòd Bald.in l.cum antiquioribus.C.de iure deliberand.& in l.fin.C.de ſuis,& legi. arguit ad vtranque partem,& tandem dicit, ſoluat Apollo,& Ioan.de Sylua.in tracta.de primogenitura, quæſtio.xxxv.libro primo,locupletiſſimè ſcribit omnia,quæ in vtranque partem poſſunt allegari, & demùm recitat ſententiam Othonis Imperatoris qui aiebat quæſtionum iſtam eſſe gladiatorio iudicio dirimendam,& ipſe Ioan.in hoc opinionum conflictu diffinire non auſus fuit, remanet ergo res dubia.& ob hoc mihi ſequendam fore decreui optimam,& tutiſſimam diſtinctionem ſuper hoc articulo traditam nouiſſimè per Auguſt.Beroium in cap. dilecti filij, num. 52. cum ſequ.de arbitris,vbi affabre & docte iſtam arduam, & confuſam quæſtionem diſtinguendo reſoluit. F.Viuius.



NEPOS ex primogenito præfertur ſecundogenito in ſucceſſione regni.Barba.conſil.iiij.volu.ij. Io. Duran.in arte teſtan.titu.iij.cau.viij. communem dicit.Sed Alex.conſi.iiij vol.iiij.& in conſi.liiij.vol.iij.quẽ refert Iaſo.in l.maximum vitium.C.de liber.præte.nume.4. communẽ dicit contrariam.quam intellige,ſi primogenitus moriatur viuo patre, Deci.conſi.xliiij.maximè ſi filius poſſidet.numero 38.

Opinio Barba.& Duran.eſt approbata indiſtinctè per l.xl.in ordi. tau. B.Villalobos.

Nepos qui eſt ſuus,quem nullus præcedit in gradu:non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali,vel miſta,Iaſo.in l.ſi pater.nume.19.C.de inſti.& ſubſti.communem dicit. Idem.

Nepos legitimus ex filio ſpurio ab inteſtato auo non poteſt ſuccedere.Cur.Iun.conſi.clvij.nu.1.communem dicit & Pyrrhus.Angleber. in conſue.Aure.de ſucceſſoribus.c.vj. Idem.

Nepos legitimus,vel naturalis ex filio ſpurio,deficiente prole legitima poteſt ab auo inſtitui heres,Coua.in epi.iiij.cap.viij.§.v.num.13 communem dicit ex Decio,conſi.ccccxij. Idem.

Amplia etiam ſi proles ſit legitima ex reſcripto principis, Idem ibi ex Decio, conſilio clxxv.communem dicit.

Fallit in nepote ex filio inceſto:Idem ibi ex Sali.in l.ſi quis inceſti. C.de inceſtis nupti.communem dicit.

Fallit ſecundò,in nepote legitimo ex filio clerici inſigniti ex ordine ſacro,Idem ibi ex Corſetto in ſing.in verſicu.fornicatio, communẽ dicit. B.Villal.

Nepos ſuccedit cum patruo in ſucceſſione legati patrui : ſecus in fideicommiſſo,Deci.conſi.j.nu.5.communem dicit. Idem.

Nepos ex filia mortua,& viuente auo,habet ius petendi legitimam ex perſona propria:etiam ſi mater renuntiauerit legitimæ,Ioan.à Ripa de legi.lib.j.c.vj.numero 3.communem dicit:Limita tamen ſi interuenit iuramentum per Decium conſilio clxxxj. Idem.

Nepoti patre repudiante hereditatem aui:vel lapſo tempore querelæ de inofficioſo teſtamento,competit querela de ſucceſſorio edicto,Iaſo.in rub.de ſucceſſo.edicto.C.nu.5.in fin.commu.dicit. Idem.

Nepotes non obſtante renuntiatione matris,etiam mediante Iuramento facta,ſi viuo patre decedat illa,ſuccedere nihilominus poſſunt, ex perſona nimirum propria communem dicit Alexand. in l. pactum dotali C.de collat.Et Gozadi.conſilio.lxxv. I.Fich.

NOBILES non gaudent priuilegio,quòd non conueniatur vltra id quod facere poſſint,Coua.in reſolu.lib.ij. c.j.nu. 4.communem dicit. B.Villal.

De iure regio nobiles qui vulgo dicuntur, *heſos dalgo*, non poſſunt pro debito incarcerari l.iiij.tit.ij.lib.iiij.in ordi.quam intellige niſi alias debitum deſcendat de delicto,per l.lxxix.tau.vel ſi alias eſt locator bonorum fiſcalium,vel pro debito regio per d.l.iiij.Item nec executio in domibus ſuæ habitationis,nec in armis,vel equo,vel mula l. iij.eiuſdẽ tituli nec poteſt torqueri per d.l.iiij.& per ll.regni.nobiles in multis diſtinguuntur ab aliis. vt apparet in prag.j.de blaſphemiis.& in l.v. tit. xxij.lib.viij.ordi.& in l.Tolle.lxxv.de 1515.compila.noua. titu. vij. lib. viij.l.j.Et de conſuetudine nobilis decapitatur, plebeus traditur furcæ, vt per Bal.in conſi.ccccxxvj.vol.j.vbi vide quæ ſit maior pœna decapitationis,aut furcarũ.Et nota,quòd ex æquali facto,magis punitur plebeus quàm nobilis,gl.in l.ſeruo.C.ad l.Iuli.de vi publi. & Sali.in l. ij. C.vt ne priua.Et nobilis quis dicatur, vide l.ij.titu.xj.par.ij. & Docto. de pala.rub.in repe.Rubr.& qualiter nobilis ſit carcerandus, & l. iiij. ti.xxvj.part.vij. Idem.

Nobilitas non perditur per ingreſſum religionis, Boerius in conſuetudine Bitur.rubr.*des couſtumes concernantes les mariages.* §.v. communem dicit. Idem.

NOMINA CREDITORVM,nec mobilia,nec immobilia ſunt,ſed tertia ſpecies,ſecundum Bar.& Doct.in l.poteſt.ff.de aucto. Tuto.Et l.mouentium,ff.de verb.ſigni,& communem dicit Iaſ.in conſi.v. volu.iij. Quare in donatione omnium bonorum,non comprehenduntur nomina debitorum,vt firmat ibidem Iaſo. I.Fich.

NOMINATIO domini in iudicio,tũc demum locum habet, & procedit,quando conuentus,vel nominans,non ſuo,ſed alieno nomine poſſidet,& ipſe nullum ius habet in re,vt ſunt,depoſitarius,commodatarius,colonus,inquilinus,&c.Sin autẽ non tamen alieno quàm

etiam ſuo nomine,ſuóque Iure poſſideat,quales ſunt Vaſallus,Emphy theuta,fructuarius,& ſimiles qui ius habent,Et ſuper illo iure ſuo poſſeſſorr. conueniatur,& non ſuper iure domini,tunc non habet locum nominatio.Ita communiter concluditur poſt gl.in l.locum §.j.ff.de tab. exhib.& Bart.in l.ij. C.vbi in rem actio.Et Canoniſtæ,maxime Panor. & Marianus Socin. eius diſcipulus,in l.quoniam.§.in aliis,& §.Quod ſi ſuper,vt lite conteſt.vbi dicit,quòd d.Gloſſ.in l.locum. ab omnibus approbetur. Idem.

Nominatus in iudicio,ſi perſona ſit priuilegiata(puta clericus)non poteſt declinare forum,& cauſam auocare ad ſuum forum,ſed tenetur defendere conuentum,in foro illius,per text.claros in l.venditor.ff. de Iudic.& l.j.C.vbi in rem acti.& tenent cõmuniter Doct.in d.§.In aliis, quæ tamen intelligenda ſunt,(vt declarat Panorm.vbi ſuprà) ſi clericus ad cauſam veniat defenſor voluntarius, & non neceſſarius, puta, quia non principaliter contra ipſum, ſed contra poſſidentem agitur, &c. Alioquin enim obtinet quod ſcribit Cor.conſi,lxxix.in fi.volu.iiij. Generaliter,inquit,dicendum eſt quòd in omni caſu, Tertius veniens ad cauſam principaliter pro defendendo ſuo iure,non autem aſſiſtendo alteri debet rem tri ad ſuum iudicem, &c. Idem.

Notarius ipſe qui inſtrumentum rogatus recepit, poteſt etiam ſine auctoritate iudicis extendere imbreuiaturas à ſe factas, ſecundum ſtylum,& conſuetudinem ſuam. Secus eſt in alio notario ſubrogato, qui inſtrumentum non recepit:quia ſine iudicis auctoritate imbreuiaturas alterius notarij extendere non poteſt.Eſt communis opinio ſecundum Alex.in conſil.clxiij.viſis narratis.volum.vij. M.Gribald.

Si vnus ex pluribus teſtibus,à notario receptis accuſetur de falſo,& ipſe teſtis dicat,notarium aliter ſcripſiſſe,quam ipſe depoſuerit:quo ad crimen falſi,non magis creditur ſcripturæ notarij contra teſtem,quàm teſti contra notarium.Eſt comm.opin.ſecun.Alex.in conſil. lxxiij. viſo teſtamento.vol,j. Idem.

Ex ſtipulatione notarij,tanquam publicæ perſonæ,nomine abſentis facta, acquiritur abſenti vtilis actio ſine ceſſione. Eſt verior & magis comm.ſec.Alex.in conſi.xxxj.viſo themate verſi.fuit etiam.vol.vj. Idẽ.

Notarius probato errore ſuo,poteſt illum propria autoritate corrigere,Eſt indubitata & commun.opin.ſecun.Iaſ.in conſi.xxviij. reuerende domine.vol.j. Idem.

Notarius paſſim pro alio ſtipulatur,§.ſi quis alij,Inſtitutio.de inutil. ſtipula.& ibi Doct.Bart. Alex.& Iaſ.nu. 14.in l.ſtipulatio iſta,§.ſi ſtipuler,ff.de verb.oblig.Bald.in l.certi condictio,§.quoniam,ff.ſi cert.peta. Bart.Bald.Paul.de Caſtr.& alios in l.j.§.huius ſtudij, ff.de iuſtitia & iure,& de hoc latè diſputat. Tyraquell.in tractatu de conſtitutione poſſeſſo.tertia part.limitatio.xxx.nu. 16.cum multis ſequen.hoc autem non ſolùm habet locum in præſente acceptante,& recipiente,ſed etiam in abſente,ſecundum gloſ.in l.ij,ff.rem pupi.ſaluam fore, quam ſequitur ibi Bart.Alexan.in add.ad ipſius,cum infinitis aliis congeſtis. per Tyraquel.in d.tract,in iij.par.xxx,limita.nu, 23.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& hinc notat Bart.& Doct.in d.§.ſi ſtipuler,quòd propter ſtipulationem Notarij quæritur vtilis actio abſenti ſine ceſſione,ſed tamen ſecuta prius ratificatione abſentis, & opinionem iſtam fatentur eſſe communem Alex.in d.§.ſi ſtipuler, num.2. & Iaſ.nu. 15, quòd etiam firmat Socin.conſil.cxxv.in fin.volu.j. Pariſi.conſi. lxxviij. nu.90.lib.iij.& conſi.lxix.nu, 136.eod,lib.& Cauar.in ſuo libro variarum reſolutionum ex iure Pontificio,Regio,& Cæſareo, in primo lib. cap.xiiij.num.11,& ſequenti poſt alios ibi relatos, per eum, vbi pulchrè declarat iſtam concluſionem,ſequitur,& ponit eſſe communem, & aduerte quòd quando compertum eſt ius quæſitum eſſe parti ex facto Notarij,vel Iudicis,vel teſtis,tũc non eſt in facultate eorum dicendi aliquid,propter quod ius quæſitum tollatur, ſecundum doctrinam Bart.communiter approbatam in l.ſi quis in graui.§. ſi quis moriens, ff.ad Silla.& de Notario ipſo aliquid poſuimus infrà in verſic.teſtis.in concluſione incip.Notarius cui eſt facta commiſſio examinationis teſtium.Et in concluſione exordiente Notarius faciendo mentionem in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis. F.Viuius.

ſi Notarius priùs deceſſerit, quam de inſtrumento per ipſum recepto ſe rogatum fuiſſe atteſtatur,vel alias de illius rogatu conſtare poſſit,communis eſt Doct. ſententia, eum non præſumi de inſtrumento huiuſmodi fuiſſe rogatum,ideóque inſtrumentũ hoc nullius eſſe momenti,vt Inno.& pleriquę alij voluere in c.j.de fid.inſtru.vbi Inno.admonet vtile futurum, ſi notarius id in inſtrumento dixerit, idémque tradidit Ioan.And.in addi.ad Spec.titu.de inſtrumen. edit.§. breuiter. verſic,& not.& in tit.de teſtibus.§.j. verſic.quid ergo ſi dicatur. in fin. refert & ſequitur Alexand.in conſil.ccxc.videtur in prima conſideratione.in fine volum.ij. F.Turzan.

ſi Notarius aliquid in ſua ſcriptura atteſtatur,quod eius rogatu,vel aliquem Iudicis actum non concernat,talis atteſtatio non probat,nec illi prodeſt,qui huiuſmodi atteſtationi innititur. Verba enim Notarij id tantum probant,de quo ipſe à partibus fuit rogatus,vel quòd factũ ſit à Iudice,ſi de tali facto, vel actu atteſtatur. Idque Innocen. & alij communiter tradiderunt in cap. quoniam contra. de proba. & ſentit Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de teſtib. §.ſequitur.& Butr. in cap.fraternitatis. de teſtib. vbi dicit, quòd licet notarius dicat ſic, videlicet, talis teſtis iuratus &c.ex hoc tamen non probatur iuramenti præſtatio. F.Turzan.

NOTARIVS quis non præſumitur,niſi probetur titulus:etiam ſi conficiat inſtrumentum vt notarius,Alcia.de præſump.reg. iij. præſum.xiij.communem dicit. B.Villalo.

Notæ quod ſi negetur inſtrumentum eſſe confectum à notario:non ſufficit,quòd probetur haberi pro tali:ſed eſt probandum eum eſſe talem:alias inſtrumentum non valet,Iaſo.in l.barbarius.nume.48.de offi.prætor.ff.communem dicit. Idem.

Fallit in antiquiſſimis,in quibus præſumitur titulus notarij, Aymon. de antiq.tempo.in iij.par.verſi.& vidimus in genere.nume. 8. communem dicit.ex Bal.in authenti.quas actiones in fi.C.de ſac.ſanc.eccle.& vide Boe.deci.xxxvj.num.11.vbi concludit hoc eſſe verum quando conſtat alia inſtrumenta recepiſſe ante vel poſt illam, de qua quæritur,quia hoc ſufficeret vt transferatur onus probandi in negantem eſſe notarium,vt tenet Bal. Alex.& Iaſ.& Deci.& Iaco.de Sancto Georgio in l.j.C.qui admitti.ad bono.poſſe. Idem.

Notarius non conficit inſtrumentum, niſi rogetur à partibus.nec ei creditur nec poteſt rogari niſi de his,quæ tũc fiunt à partibus,Cur. Iuni.conſi.clxvj.nu.2.communem dicit. Idem.

Notarius non præſumitur eſſe rogatus niſi ipſe in inſtrumento dicat eſſe rogatum,Boer.deciſ.lxxv.numero 7.etſi dicat ego ſcripſi,communem dicit. Idem.

Notarius ſi non dicat in teſtamento teſtes eſſe rogatos, & ad hoc ſpecialiter vocatos:non valet quod agitur,Boe.deciſ.xxxiiij.numero 4, communem dicit.

Fallit ſi ſit ad pias cauſas,Idem ibi nu.5.communem dicit.

Fallit ſecundò,ſi teſtes ſubſcripſerunt,Idem ibi communem dicit, numero 8. Idem.

Notarius acquirit alteri.Pano.in proœm.Decret. communem dicit nu.21.quam intellige in actionibus vtilibus, non tamen in directis, Alci.in c.cum contingat,de iur.iuran.133. communem dicit.

Fallit,ſi ſtipuletur pacem pro abſente non enim acquirit ius abſenti,Alcia.in c.cum contingat.de iur.iuran.nu.237. Idem.

Notarius non computatur inter teſtes:niſi à iudice ſit examinatus Matthæ.de Affli.Deci.neapo.xxv.communem dicit. Idem.

Notarius non poteſt ſine auctoritate iudicis committere alteri notario ingroſſationem inſtrumenti,Boe.Dec.xxxvj.nu.8. commu.dicit

Hæc opinio communis concordat cum l.viij.titu.viij.part,ij.loquẽte de notario principis cui commiſſa ſunt aliqua ſecreta alicuius ſecreti:alij aut notarij ex infirmitate,vel ex alio caſu poſſunt committere ingroſſationem inſtrumenti:dummodo ſeruetur traditum per l.lv. titu. xviij. part.iij. & l.v. titu.xix.part.ead.& l.vij.tit.viij.lib.primo.For.ll.& vide legem ſtyli.cclxxxix. Idem.

Nota quòd ingroſſatio inſtrumenti requirit ſignum notarij defuncti Boe.ibi communem dicit. Idem.

Notarius publicè excommunicatus ſi conficit inſtrumentum,non valet quod agit,Ioan.à Ripa in capitulo.ij.lib.iij.de dona.communem dicit. Idem.

Notario dicenti certioraſſe mulierem de velleyno creditur,& firmat inſtrumentum,Alci.de præſum.re.iij.præſum.xiij.communem dicit.& vide in verb.iuramentum. Idem.

Notario aſſerenti ſibi commiſſum non creditur:niſi cum fide alterius notarij,Curt.Iuni.conſi.clxvj.nu.iij.communem dicit. Idem.

Item non creditur notario dicenti in teſtamento ægrum eſſe ſanæ mentis tempore conditi teſtamenti,Iaſ.in l.ſenium,num.3.C. qui teſtam.facere poſſunt,communem dicit. Idem Villalo.

Notarij inſtrumentum confectum in loco ſubiecto illi qui eum creauit,vbique valet & probat confectum vero extra territorium illius, qui eum creauit,non vbique fidem facit communem dicit Bened.vadus in Notar.ad Felinum in ver.Notarius, verſ. Notarius qui fecit inſtrumentum &c. I.Fich.

Notorium quamuis releuet quem ab onere probandi,& inducat plenam probationem ſecundum Hoſtien.in ſumma de probatio §.fin. & eſt tex,in l.emptorem in prin ff.de actio.empt.vbi dicitur,quòd notorium æquiparatur ſententiæ,de quo vide Bal.in l.j,C.de curat.furio. & dixit idem Bal.in l.j,C.de reuocan.his,quæ in frau.cred.aliena.ſunt, quod notorium eſt probatio probata,vel ſaltem de facili probabili,tamen iſtud notorium debet allegari,& propon.ſecundum gl. in clemẽ. appellanti de appellatio.in verbo iudicis,notat Cato Saccus in l.ſi vero §.qui pro rei qualitate,ff.qui ſatiſda.cogan.idem tenet Bar.in l.eum qui ita §.quinta,ff.de verb.oblig.& in l.cum quid,ff.ſi cer.peta. Ant.in cap,peruenit de cenſi.& Fely.iſtos referens in c.cum ordinem,de reſcrip.& Barba.conſi..vij.viſis,& accuratè,& idem Bar.in d.l.j.ff. de except.& hoc quòd notorium debeat alegari intelligitur quando debens allegare eſſet præſens in iudicio,ſecus,ſi abſens licet citatus citatione habente vitium notorium,ſecundum Panor.& Præpoſi. in capitulo ex parte tua ext.de appella.quia citatio notoriè nulla non adſtringit citatum ad comparendum ſecundum gloſ. in canone placita xv.q.iiij. Idem

idem dicit gl.in cap.veniens.ext.de accuſat.in gloſ.fin. & Innocen. in cap.ex parte.il.primo,de verborum ſignificatio. quòd citatus ad Synodum,ſi eſt notoriè exemptus non tenetur comparere. Item ſecus,quãdo de eo conſtat ex actis,tunc enim Iudex poteſt, pro parte allegare, ſecundum Inno.& Canoniſtas omnes communiter in c.ex inſinuatione,ext.de appellat.Specu.in titu.de offi.Iudi.§.impedit.circa princ.quã communem ſequuntur,& citant Docto.in locis præcitatis,& ind.cap. ex inſinuatione,imò Iudex poteſt ſumere informationem etiam parte non citata an aliquid ſit notorium,ſecundum Bald. ex mente Archid. in c.cùm inter vos.ext.de conſuetu.& tenet. Cato in d. §. qui pro rei qualitate,ſed Bald.ibi dicit,quòd vbi aliquid eſt notorium, non iuratur de calumnia,per l.at qui natura,§.cùm me abſente.iuncta gloſ. in verb.committit.circa fin.de nego.geſtis. Aduerte quòd notorium probatur per duos teſtes,ſecundum gl.in §.ſi.ij.q.j.& gl.& Archid.in §.itẽ ſi pe.iiij.quæſt.iij.Bartol.in l.heredes.palam ff.de teſta.Spec. in tit. de noto.cri.in §.qualiter,Bald.in l.data opera,C.qui accuſa. non poſſunt. & Fely.in cap.tertio loco.de præſum. & Follerius in pract. crimin.in verſic.item quòd eſt notorius delinquens.nume.16.17.& 18.vbi hoc optimè declarat quomodo,& qualiter procedat. F.Viuius.

Nouari non dicitur obligatio per actum ſequentem alterius præcedentis obligationis etiam ſi noua perſona intercedat.niſi expreſsè agatur,Alexan.conſilio lxxij.volumin.ij.numero 1.magis communem dicit contra Bartol.in l.penult.ff.de prætor.ſtipulat. B.Villalob.

ſi Obligatio principalis eſt bonæ fidei,nunquam per ſtipulationem pœnalem videtur facta Nouatio.Eſt communis opin.ſecundum Deci. in conſil.xij.volum.j. M.Gribald.

Nouum opus poteſt denunciari in opere, etiam nemine præſente: ſed tamen non præiudicat domino,niſi deuenerit ad eius notitiam.Ia. in lege de pupillo §.nuntiationem.ff.de noui oper.nuntiatio. numero 5.communem dicit. B.Villal.

Amplia ad denunciationem factam domino extra opus,quia ei præiudicat.Iaſo.in dicta l.de pupillo.§.ſi quis fortè.numero 3.communem dicit. Idem.

Nuntiatio facta fabris,etiam abſente domino & ignorante, in opere præiudicat. Idem Iaſo in dict. l.de pupillo numero 6.& in §. ſi quis magis communem dicit. Idem.

Nouum opus non denunciatur,niſi ab habente poteſtatem. Iaſo. in l.hoc edicto.numero 2.ff.eodem.communem dicit.

Item nec inquilinus,aut colonus etiam procuratorio nomine non denunciat.Iaſ.in l.in prouinciali.§.ſi ego nu. 5.ff.eod.commu. dicit.

Item nec minor,etiam maior octodecim annorum,etiam ex cauſa reipublicæ,& cum auctoritate curatoris non nunciat.Iaſ.in l.de pupillo num. 3.ff.eod.communem dicit.

Item nec forenſis,quando ædificatur in publico,niſi ædificaretur in via,Iaſo in l.in prouinciali.§.ſi in publico.nu. 1.ff.eod.comm.dicit.

Item non denunciatur prætori,ſed proteſtatur contra eum,cùm lis non poſſit ei moueri Iaſ.in d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.num. 1, ff.eodem.communem dicit.

Nota, quòd nouum opus poteſt nunciari contra vicinum ædificantem in ſuo ſolo,ſi ſibi non prodeſt,& alteri nocet, Iaſ.in dicta l.de pupillo.§.meminiſſe nu.9.ff.eo.communem dicit. Idem.

Nouum opus ſi denuncietur:ſuperſedetur per tres menſes:etiã ſi offeratur ſatiſdatio:cùm denuncians dicit, hodie conſtat, hodie agatur, Iaſ.in l.hoc edicto.numero 19.ff.de noui oper.nunt.communem dicit, licet ipſe teneat,quòd indiſtinctè,ſiue dicat,ſiue non debet per tres mẽſes ſuperſedere. Idem.

Nullitas ſententiæ quæ prætenditur reformari ex eiſdem actis, eſt petenda coram iudice ipſius actus gloſſ.in l.iiij.C.de accuſa.aut principaliter prætenditur pronuntiari nulla:& tunc datur optio grauato: niſi allegentur ſordes ipſius iudicis,Felin.in.ca.per tuas,de ſent.excom.cõmunem dicit. B.Villal.

Nota iſtam communem ad intel. l.ij. titu. xxviij. pat.iij. & l.ij titu. xv.lib.iij.ordi.in qua l.aſſignatur tempus ſexaginta dierum ad dicendum de nullitate,de iure tamen communi, in actore durat vſque ad tẽpus actionis:& in reo in perpetuum,Iaſ.in l.data opera.ff.de fideiu.quẽ refert Ant.de Trem.in addi.ad Bonac.in practi.excepti. de imper.executi,nu,18,in verbo perpetuum. Vnum tamen nota,quòd ſi appellatio eſt interpoſita ex cauſa probabili quòd nullitas poteſt opponi: etiam finito proceſſu appellationis,ſi tamen cauſa erat improbabilis,non poteſt opponi ſecundum Bald.in l.contra maiores.C.de inoffi.teſta.& ſic eſt intelligendum dictum Paul. Caſt.in conſi.cclxxxviij.vol.j.numer.3. Item nota quòd licet nullitas ſit euidens quæ de iure ciuili poteſt in perpetuũ proponi,vt per Balb.tracta.de præſ.in iiij.pat.iiij.par.q. xxxij. tamen cùm in d.l.ſit taxatum tempus ad dicendum de nullitate:etiam ſi ſit euidens;non poteſt dici de nullitate poſt illud tempus:vt eleganter traditur per Alex.in conſi.cv.volu.v.num.4.& quæ per plura confirmat.Item nota & tene menti;quòd ſi iudex admiſit nullitatem poſt illud tempus:Cùm aliàs non debeat admittere:debet pronuntiare ſuper nullitate,vt per gl.& ibi Panormita.& Felin.in cap.cùm contingat de offic.delegat. Idem Villal.

*ADDITIO.* Nullitatem ipſo iure parit inhabilitas iudicis vel partium à iure naturæ cauſata prout furor,ſurditas, infantia & ſimil. licet per aliquem non ſit oppoſita.D.Seb.Vant.in tract.de nullit. ſent. in c.ex defectu iuriſdictionis ordi.nu.36.comm.dicit.

Licèt per verba quantumcunque præciſa & prægnantia, prohibitũ ſit opponi de nullitate ſententiæ:tamen nunquam excluditur excep. nullitatis,quæ ex defectu poteſtatis & iuriſdictionis cauſatur.Gloſſ.eſt com.approb.in clem.j.in gl.ſi.de ſeq.poſſ.& fruct.ſecun.Dec.in conſi. viij.viſo puncto.in prin.vol.j. M.Gribald.

Si appellatum ſit per hæc verba,prout magis communiter fieri ſolet:videlicet,Dico ſententiam nullam,& ſi qua eſt appellatio,intelligitur deducta nullitas æquè principaliter,non autem incidenter.Eſt verior & com.op.contra gl.& Saly.ſec.Ale.in conſ. ij.conſideratis ver.& certè.vo.iij. M.Grib.

Nullus ſi ſit actus eo modo,quo agitur ſummè valet prout valere poteſt quando agitur de obligatione contrahenda, quæ à duobus in voluntate pendet,Coua.in epiſt.iiij.cap.ij.communem dicit ex Bart.in lege prima §.ſi quis ita.ff.de verb.obli.contra quã Panor.in cap. quod ſuper,de offi.deleg.dicit eſſe tex.in capitulo j.de ſpon.impu.ideò cogita de communi.

Fallit,niſi aliàs illud quod fieri poterat: ſub eo quod ſit includatur, Coua.ibi ex Flori.in dict.l.j.communem dicit. B.Villal.

Numerus teſtium in teſtamento eſt de forma ſubſtantiali ipſius teſtamen.Com.in §.Teſt.quæſtio.lvj.verſi.Et ſcias. P.Fich. ex Claro.

Nunciatio noui operis facta auctore prætore.vt nõ ædificet Titius, etiam ſi eſſet iniuſtè facta nocet,& ligat ædificantes,vt teneantur deſiſtere ab opere iuſtè cepto etiam in ſuo,& ſi non obtemperat nuntiationi debet poſteà ædificatum demoliri,& deſtrui ſumptibus ædificantis ſecundum Iaſ.in l.j.num. 1.vbi etiam Bart.Pau.de Caſt.& alij.Doct. communiter,ff.de noui oper.nunciat.& eſt text.in l.prætor ait in prin. eod.titu.& in cap. j. ext. de noui oper. nuntiat.vbi text.gloſ.Abb.Sycu.Hermandeus in d.l.j.num.24.Quæ quidem communis ampliatur etiam procedere,ſi nuntiatio,ac prohibitio prætoris eſſet alternatiuè facta,vt non ædifices,vel venias reſponſurus, ſecundum Bart.in l. de pupillo,§.meminiſſe.ff.de noui oper.nuntiatio.cum quo ſentiunt omnes ibi communiter,vt atteſtatur expreſſè Ripa ibidem nume.19.Sed communis præmiſſa ita ampliata fallit,quotieſcunque eſſet nuntiatum nouum opus ſimplici verbo,quia tunc nuncians nouum opus amittit facultatem demoliendi opus propria auctoritate ſibi à iure conceſſa vt concludit Bartol.& alij in l. prima.§.nuntiatio, ff. de noui oper.nuntiatione.Quod quippe ibidem Bartol.intelligit cum grano Salis non habere locum quandò incontinenti nuntians recuperauit poſſeſſionẽ propria auctoritate,quam amiſerat per nuntiationem verbalem:ſecùs foret,ſi diuerteret ad extraneos actus,& cum limitatione hac tranſeũt omnes Doctores communiter ibi,teſte Ripa in memorato §.meminiſſe.nume.36.& ſeq.Fallit etiam,in ſecundo quando ille cui fuit nuntiatum nouum opus,ne faciat etiam in ſuo,ſeu ſolo à ſe poſſeſſo, offerat ſeparatum ſatiſdare de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, tunc certè per ipſam ſatiſdationem præſtitam tollitur nuntiatio,& ille cui eſt nuntiatum poterit perſeuerare in opere,text. eſt in l.prætor. §.deinde,& §.ſequen.& in l.de pupillo.§.is cui,vt text.& Bartol. & Docto.ff.de noui oper.nuntiat.tamen ille,qui nuntiauit poterit replicare ſed hodie inoleuit practica,quòd ſuperſedeatur per tres menſes,& tũc volens ædificare tenetur ab opere cœpto ſuperſedere per tres menſes non obſtante ipſa fideiuſſione oblata,vel data, ſed non acceptata per nuntiantem etiam,quòd nuntians interim nullum ius ſic prohibendi doceat ſe habere donec de iuribus partiũ cognoſcatur,ſeu intra quos nuntians poſſit iura ſua probare.quib. elapſis data ipſa fideiuſſione, poteſt in opere perſeuerare,vbi nuntians nihil probauerit,vt per Bartol.& Doct.in d.l.prætor.§.ſi quis paratus,gloſſ.Saly.& ſcriben. communiter in l.j.C.de noui oper.nunciat.per illum text.& in capitu. penulti.& fina.de noui oper nuntiatio.vbi text.Abb.& omnes.iſtam facit mentionem eſſe communem opinionem Iaſ.in d.l.j.nu.19.ff.de noui oper.nuntiat.Ferrarien.in ſua pract.Papien.in for.lib.in actio. noui oper.§.ante aliquam remiſſionem numero 3. Ruynus in repetitio.d.l. nu.124.& Hermandus Florentin.ibidem num.23. & ſeq. contrarium verò per præmiſſas auctoritates,& alia vrgentiſſima fundamenta cõſuluit doctiſſimè Grammati.conſi.ciuili.lxxiij.ſuper dubio pridie tranſmiſſo per totum,quòd mandatum ſuper nuntiatione noui operis reo comparente reſoluatur,& reſolui debeat in vim ſimplicis citationis,& ita ego iudicaui ſæpiſſimè dum eram Iudex criminalis in ciuitate Therami Aprutini per iam dicta,& alia complura,quæ breuitati ſtudendo omitto. F.Viuius.

Nuntio pulico ſibi duntaxat creditur in ſpectantibus ad ſuum officium,puta ſi referat ſe perſonaliter citaſſe Titium,tamen quando deponit in his,quæ ſunt extra officium ſuum non probat ſecundum Io. Andr,in tit.de citat.§.j.in prin.quem ſequitur Abb.in c.cum parati.de appellat.Deci.in capitulo poſt ceſſionem.de probat.Doct.omnes in §. quadrupli.Inſtit.de actio.& in lege.j.§.cura carnis.ff.de offi.præfe. vrb. Ruinus conſi.lxvj.vol.v.Tyraq.qui latiſſimè complura cõgerit in tract.

de retract.in tit.*de retraict,lignagier*.§.viij.gl.xj.& iſtam recitat eſſe cõmunem opinionem Alciat.in tract.de præſump.in iij.regula præſum. xiiij.nu.10.& Maranta in tract.de iudiciis,in vij.par.prin. nu. 534. & Iaſ.in l.properandum.§.& ſiquidem.nu.8.C.de Iudici.quæ quippe procedit ex quadam conſuetudine ſecundũ Guid.Papæ deciſ.ccccccxxviij. nu.1.hócque ampliatur in tantum procedere,vt nuntio ipſi credatur etiam,& fides adhibeatur referenti,ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati ſecundum Bart.& doct.in l.à Diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iudi.Guid.Papæ in d.deciſ.ccccccxxviij. Alci. in memorata præſump.xiiij.nu.4.cum aliis quamplurimis concordantibus traditis per Iaſ.in l.in illa. §.penult.& fi.ff.de verb. oblig.Sed iſta communis ita declarata limitatur primò vbicunque citatus per nuntium eſſet perſona circunſpecta,& fide digna,& iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe à nuntio,tunc enim ex iſta coniectura ſibi potiùs,quàm nuntio crederetur ſecundum Abb.& Moder. in d.c.cùm parati,Iaſ. in d.§.& ſi quidem in vj.nota.Gui.Papæ in d deci.ccccccxxviij.nu.1. poſt medium,& Maranta in loco ſupra citato.& per Aflict. in conſtitutione edictorum.in fi.Limitatur ſecundò præmiſſa communis non eſſe vera in denuntiando crimina,quia tunc non creditur nuntio, & iurato, vt voluit Specu.in tit.de citat. §.ſequitur videre, & hoc procedi intelligitur verum eſſe quo ad condemnandum,non autem quoad inquirendum,quia quoad relationem nuncij poteſt inquiſitio formari ſecũdum Bartol.in dicta l.j.§.cura carnis. F.Viuius.

Nuntio dicenti citaſſe creditur magis quàm parti neganti, Alci.de præſumpt.re.iij.præſum.xiiij.nume.9.communem dicit.

Concor.cum l.ſtyli.xxj.& ob hanc l.non ſumitur argumentum à cõtrario ex l.viij.tit.vij.part.iij.quæ videtur innuere contrariũ. B.Villal.

Nuntio dicenti eſſe de commiſſione iudicis non creditur, Alcia.ibi communem dicit.Quia commiſſio iudicis non præſumitur niſi probetur ſecundum Felin.de quo in verſiculo commiſſio. & concor.cum l.j.tit.ij.li.ij.For.ll.& cum pragm.ccj.§.*primeramente*.in pragm. Quia nuntio non creditur iuxta officium ſuum,ſecundum Io. And.in addit. ad Specu.de cita.§.j.in princ.& Dida.de Segu.in l. fina.ex legati cauſa. ff.de verb.oblig.nu.58. B.Villal.

Nuptiæ inceſtæ illæ dicuntur ad hoc quod contrahentes incurrant in pœnas ciuiles contra eos promulgatas , quæ contrahuntur contra diſpoſitionem canonis,non legis,Coua.in epiſt. iij.ca.vj.§. viij.nu. 18. ex Dec.conſi.clviij.communem dicit. Idem.

Nota,quòd maritus quia aliàs habet annuam dilationem ad reſtituendam dotem iuxta l.vni. §. exactio. C.de rei vxo.actio.ſi tamen nuptiæ ſunt inceſtuoſæ:perdit priuilegium iſtúd,Coua. ibi numero 24. communem dicit. Idem.

Item nota quòd licet regulariter maritus non poſſit conueniri vltra quàm facere poteſt,tamen in nuptiis inceſtuoſis hoc priuilegium nec alimentorum,quidem habet.Bal.nouel.de dote,par.xj.nu.18.communem dicit. Idem Villal.

Diſpoſitio l.fœminæ.C.de ſec.nup.quatenus concernit fauorem liberorum primi matrimonij,adhuc hodie procedit & ſeruatur.Eſt cõmunis opinio apud omnes, ſecun. Dec. conſil. ccxxx. proponitur. in prin.vol.ij. M.Gribald.

Diſpoſitio l.fœminæ C.de ſec.nup.ita locum habet in patre ſecundò nubente,vt in matre.Eſt commun.opin.ſecund.Decium,in d.conſi. ccxxx,proponitur.in prin.vol.ij. Idem.

Nutu conditum teſtamentum regulariter non valet, ad pias tamen cauſas valet,commu.d.Clarus, in §.teſtament.q.vj.verſ.Quinto.P.Fich

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENtiarum receptarum.

## LIBER DECIMVSTERTIVS.

### O

OBEDIENTIA,& reuerentia debetur parentibus.l.parentes.C.de in ius voc. l. veluti.ff.de iuſtit, & iur. Bellon.Toloſ.

PROPOS.Oblatio debiti,niſi in totum fieri non debet.l.tutor.§ Lucius.& ibi not.ff. de vſur.l. Iulianus.§.offerri.ff.de act,empt.niſi volente creditore.§.j.inſtit.quib.mod.tol,oblig.

OBIEC.Contrà de l.quidam.ff.ſi cert.pet.

SOL.Debitor qui totum confitetur debitum,non poteſt particulariter ſoluere,vt hic:ſi verò non confitetur de toto,partem debiti cõfeſſatam tantum recipere tenetur creditor,vt in contrario. Idem.

PROPOS.Oblatio debiti congruo loco,& tempore fieri debet.l. ſi ſolutus.ff,de ſolu.l.obſignatione.C.eod. Idem.

Oblatio pecuniæ debitæ facta domino ab Emphyteuta , ſufficit ad euitandum pœnam caducitatis,dummodo fiat loco,& tempore congruo.Com.in §.Emphyteuſis.q.viij.verſic.pone quòd Emphyteuta.Intellige tamen quòd ad hoc vt Emphyteuta conſequatur plenariam libertatem,requiritur oblatio,conſignatio,& depoſitio;& ita ſe habet cõmunis opin.d.vt Iaſo.in l.ij.C.de iur.emphy. P.Fich.

Si die dominico Oblatio debetur vni Eccleſiæ,& in feſto vnius Sancti alteri Eccleſiæ concurrentibus die Dominicò,& die feſto;dies Dominicus velut magis ordinarius & naturalis præfertur.Eſt magis commu.opin.ſecundum Socin.conſi.cxvj.volumi.quarto.Aliqui dicunt,duplicem deberi oblationem.Alij,quòd feſtum Sancti,velut magis ſpeciale præferatur,& dominico dei deroget,qui toties in anno intercurrit.Alij,quòd diuidi debeat propter concurſum,l. coniunctim. de leg. iij.Alij,quòd neutri debeatur. M.Gribal.

Oblatio verbalis non releuat offerentem, ideò iſta oblatio debet eſſe realis.l.decem.ff.de ſolu.not. Bar.in l.acceptam. C.de vſur.& Alex. conſi.cxxx.nota quòd vbi res debet offerri vol.iiij. Sed hoc non habet locum,quando creditor,cui ſolo verbo offertur ſe nolle recipere ſolutionem recuſaret tunc enim non requiritur realis oblatio ſecundũ Alexan.in l.ſi mora.in v.Fallen.ff.ſolu.matrimo.& omnes communiter in l.qui Romæ.ff.de verb.oblig.quam communem ſequuntur, ac citant Moder.ibi.limitatur quoque non procedere concluſio præmiſſa, quoad effectum retardandi venditionem pignoris per creditorem factam,quoniam quoad hoc explorati iuris eſt ſufficere verbalem oblationem.l.penul.ff.de reſcin.vendi.ſecundum communem intellectum gloſſ.Bart.& aliorum in l.penulti.ff.de diſtract.pignor.& in l.ſi reſiduũ C.eodem tit.quem ſequitur vltra allegatos Doctor. Alexand. in d.l.ſi mora.in ij.fallen. F.Viuius.

Oblatio debiti etiam ſine conſignatione,ac depoſitione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis,ſicut regulariter obſeruatur in alia pœna,de qua in textu,in l.acceptam.C.de vſur.Sed ad cõſequendam plenariam liberationem à Canone emphyteutico ſecùs eſt ſi quidem ad huiuſmodi effectum requiritur quòd emphyteuta illum offerat,conſignet,atque deponat ſecundum communem intellectum l.ij.C.de iure emphy.circa finem.traditum ibi per Doct. præſertímque per Iaſ.num.106. F.Viuius.

Oblationes debitæ vni,ſi in aliquo feſto offerantur, etſi in die dominico ad alium pertinentes,ſi dies dominicus ac feſtum contigerit venire in vno die:diuidendæ ſunt inter eos,Iaſ.in l.ſi arrogatore. num. 50.ff.de adopti.communem dicit. B.Villal.

Obligatio naturalis non dicitur ex ſtipulatione Io.à Ripa in rub. de pactis.C.nu.7.communem dicit. B.Villal.

Obligatio naturalis poteſt cedi.Iaſ.in l.hoc edicto.§.vſufructuarius, nu.6.ff.de no.oper.nunt.communem dicit. Idem.

ex teſtamento minus ſolenni oritur naturalis Obligatio, potens ad retinendum,& excipiendum.Eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in l. ſi creditoris circa fin.C.de fideicom.Vide infrà Teſtamentum. numero quinto. M.Gribal.

Obligatio ſub conditione poteſtatiua tranſit ad heredes,Boe. deci, ccclj.nume.2.communem dicit. B.Villal.

Obligatio ſi ſonet in contractum innominatum poteſt valere.nec tamen valebit vt contractus nominatus,Iaſ.in l.ſi quis ante.nu.18.ff.de acquir.poſſeſſ.communem dicit. Idem.

ſi in Obligatione exprimatur vnus caſus fortuitus,& demum generalia verba ſubiiciantur,expreſſio illius operatur taliter,quòd in eadẽ etiam veniunt non expreſſi,vt habetur per gloſſ.& Doct.in l.ſed ſi quis §.quæſitum.ff.ſi quis cautio.& in l.j.ff.commoda.& in c.j.eo.tit de cõmo. háncque pro magis communi adducit,& ſequitur Alexan. conſi, iij.incipi.viſo inſtrumento conceſſionis.in fi.lib.j.argu.tex. in cap. qui ad agendum,de procurato in ſexto.Aduertendum tamen eſt quòd. & ſi quis in ſe omnem fortuitum caſum ſuſcipiat,omnéque periculum, nunquam tamen venit ſub tali obligatione caſus inſolitus ſecundum Barto.& alios in d.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.per text.in l.fiſtulas. fru menta.ff.de contrah.empt.Bald.in l.falſus.C.de fur.& latè idem Alex. conſi.xxviij.viſis lib.j.& ibi plura hanc concluſionem corroborantia cumulat,& in conſilio iij.viſo inſtrumento.eod.libr. F.Turzan.

Obligatio generalis comprehendit merces venales,Ant.de Fano.de pign.par.ij.mem.ij.nu.17.communem dicit. Idem.

Intellige iſtam communem,ſi ſunt penes debitorem.Io. Grotus. in l.ſi conſtante in ſecunda lect.nu.203.ff. ſolu.matrimonij.communem ſic intellectam dicit,magis communem Iaſ.in §.item Seruiana.nu. 51. Inſtit.de act.de qua Coua.in reſo.lib.ij c.v. dicit,ſi obligatio referatur ad certum locum,quia tunc res vænales non comprehenduntur vt in mercibus allatis in domũ conductam,vt in l.debitor.ff. de pigno. vel poſſumus dicere vt aliàs dixit Gome.in d.§.item Seruiana.quòd etiam in caſu d.l.debitor,de mercibus allatis quòd veniunt in obligationem merces vænales quando non ſunt alia bona in quibus dicta obligatio verificetur per l. pediculis.§, item cum quæritur. ff. de auro & argento lege vel dic ſecundum Zaſium in §.item Seruiana.nu.20.quòd etiã inuectæ & allatæ merces comprehenduntur in obligatione generali

tacitè,

tacitè,vel expreſſè taliter quòd ipſæ vel loco illarum poſitæ,ſi inueniantur in domo conducta tempore ſolutionis,ſint obligatæ per l.cum tabernam.ff.de pignor.& ſic generaliter noſtra communis ſit intelligenda quòd in obligatione generali veniant merces vænales quod aliàs ita tenuit ipſe Iaſ.ſibi contrarius in l.qui Romæ. §. Callimachus. ff.de verborum oblig.magis communem dicit; & ita eſt tenendum. Nota omnia ſupradicta pro intel. l.v. titu.viij. par.v.& l.vlti. lib. xvij. For.ll. dicentium omnia bona inuenta in re locata eſſe obligata pro ſolutione mercedis. Idem.

Obligatio ad carceres,& renuntiatio ceſſioni bonorum non firmatur iuramento, Alciat.in cap.cum contingat. de iureiurand. num. 69. communem dicit. Idem.

*ADDITIO*. Hoc quòd debitor per obligationis renuntiationem,& pactum non poſſit cedere bonis cum ſit contra bonos mores, limita in pluribus caſibus, vt per Socinum in tractat. fallen. in Fallen. cccxlij.pactum.

Obligatio naſcitur ante diem,quæ tacitè ineſt ratione loci , actio tamen non,Hieron.Cagno.in l.in omnibus,ff.de reg.iur.communem dicit. B.Villal.

Obligatio dandi eſt indiuidua,Cur. Iun. conſilio lxxiiij. communem dicit. Idem.

PRO. Obligatio eſt mater actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff.de procura. Bellon.

OBIEC. Contrà de §.omnium,inſtit. de action. vbi realis actio nulla præcedente obligatione naſcitur.

SOL. Hæc regula locum habet tantum in perſonali actione,non in reali:quæ ex ea cauſa differt à perſonali.actio enim in dubio intelligitur perſonalis.l.actio.ff de act.& oblig. Idem.

PRO. Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem, ſed vniuerſalem.l.fin. .fi.ff.de cōtrahen.empt.l.j.§.j.ſi heres,ff.ad Treb. l.æris alieni.C.de donat. Idem.

PRO. Obligatio generalis,& alternatiua æquiparantur.l.cum is. §.fin.ff.de cond.indeb. Idem.

PRO. Obligatio generalis & alternatiua eſt diuidua quoad ſolutionem.l.in executione.§.pro parte.ff.de verb.oblig. Idem.

PRO. Obligatio ſemel ſublata, ampliùs reuiuiſcere non poteſt. l.qui res.§.aream.ff.de ſolut. Idem.

OBIEC. Contra de l.ſed ſi aliq. §.fi. ff. ſi ex noxa. cau. agat. vbi etiam perempta obligatio reſtituitur.

SOL. Sicut illa,quæ reſtituitur abſenti,dicitur vtilis , ita illa quæ præſenti contra quam petitur reſtitutio,& ſic non eſt eadem quę reſuſcitatur:vt C.ſi aduer.tranſ.l.ij. Idem.

PRO. Obligationes fiunt ex conſenſu.l.conſenſu.& l.in omnib. rebus.ff.de action.& oblig. Bellon.

PRO. Obligationes reorum & fideiuſſorum æquiparantur. in l. iij.§.fi.ff.de duobus reis. Idem.

Obligatus ad dandum ex ſtipulatione viam, tenetur ſtipulari dationem,& factum,Alciat.in l.ij.§.j.nu.38.ff.de verb.oblig.communem dicit. B.Villal.

Obligatus ad dandum aliquid in genere,præſtando partem, non liberatur in totum,nec in illa parte obligatus tamen alternatiuè , dando partem licet in illa parte non liberetur, tamen ceſſat exercitium actionis in illa parte,Alciat.ibi num.55.communem dicit. Idem.

Amplia quòd in tantum eſt vera quòd creditor non compellitur recipere,idem ibi nu.10.in verſ.vij. limita. communem dicit , licet ſibi non placeat in puncto iuris.

Fallit in pœna appoſita in obligatione dandi,vel faciendi cum factum eſt indiuiduum:quia non debetur niſi pro parte pro qua non fuit completa vel fuit contrauentum , Boer. dec. cccxlix. numero 8.communem dicit. Idem.

Obligatus ad factum,medio iuramento,aſtringitur, vt promittens teneatur ad factum præcisè & non ſatisfaciat ſoluendo intereſſè.Fortu. Garcia.in c.j.de pactis.nu.1.in fin.communem dicit. Idem.

Amplia in obligato ad ſcribendum libros,quia non ſatisfacit cum intereſſe,ſed præcisè tenetur ad factum,Iaſ.in l.ſtipulatio. §.habet autem.nu.11.ff.de nou. oper. nuntia. communem dicit, & reprehendit Alexand.dicentem communem contrariam. Idem.

Nota,quòd obligatus ad factum ex eadem obligatione tenetur ad intereſſe,& ex eadem poteſt conueniri,Iaſ.in l.ſi quis.§.ſi quis promiſerit.num.3.ff.de re iudic.communem dicit. Idem.

Obligatus ad dandum rem,vel quantitatem reſpectu rei,perempta re perimitur obligatio,Deci.in l.quod te,ff.ſi cert.petat.num.6.comm. dicit.vbi vide limita,& nota iſtam communem ad obligatum alternatiuè,de quo in ver.debitor ſuprà totum. Idem Villal.

in Obligatione rem tradi,non iuratur in litem. Communem dicit. Albe.in l.in actionibus,nu.3.ff.de in litem.iur. I.Fich.

Obligatus ſatiſdare,ſatisfecit,dando fideiuſſorem,aut pignora.Hier. Cagno.in l. plus cautionis.de reg.iur.ff.communem dicit. Villal.

Obligatus tamen ad dandum fideiuſſorem,non liberatur dando pignus.Idem ibi.nu.4.communem dicit. Idem Villal.

Nota iſtam communem ad intel.l.ij.tit.iij.lib.ij.For.ll.vbi diſponitur quòd ſi debitor in iudicio vocatus , non ſit idoneus in facultatibus: quòd debet præſtare fideiuſſorē,aliàs iudex debet ponere illum in carcere: & ſic ex iſta communi & l. colligitur quòd non ſatisfacit dando pignora,quod etiam facit ad intel.l.j.tit.v.lib.ij.For.ll.quæ loquitur de petenti ferias,& ad intel. l.xvij.tit.xiij.par.v.& l.xxxiij.tit.xviij.par.iij.& l.vij.tit.xviij.lib.iij.For.ll.ſed tamen de iure regio ſatisfacit. dando pignora,ſi non habet fideiuſſorem per l.vij. tit.viij. lib.ij. For.ll.approbata opinio.Bart.in l.prætoriæ.de præt. ſtipul.ff.de qua per Suarez. in d.l.ij.tit.iij.lib.ij.For.ll.num.10. Et nota quòd iſte fideiuſſor, qui præſtandus eſt ad hoc quòd reus liberetur à carceribus ſufficit quòd ſit ſatiſdatio facici,& ſic has ll.intelligit dictus Suarez.num.4.in fin.& dicit non obſtare d.l.& ſi obſeruatur. Idem.

quod Obligatus ad nudam cautionem.teneatur promitere ſub.pœna voluit glo.licet ſub verbo forte,in l.ij.§.ſed & ſi dubitetur.ff.de iud. & in l.iij.§.quamuis, el ij. ſub eodem verò fortè,in verſi. quibus,in fi. ff.ſi cui pluſquam.per l.fal.& in l.iij.§.fi.ff.de aliena.iud. mutan. ca.fac. ſequitur Imo.in l.ſi prius.ff.de oper.no.nunt.idem Imol. & Caſtr.in l. diuortio,§.interdum,ff.ſolut.matr.Bart.tamen quem alij in l.fi.per not. per gloſ.ibi,ff.de præto.ſtip.ſequuti ſunt,& in l.ij. §.fin. ff. qui ſat. cog. fuit contrariæ ſententiæ,concludens, id in iudicis arbitrio reſidere, an cum pœna,vel ſine pœna,debeat cauere,quē quatuor in caſibus,quòd pœna inſeratur,arbitrari debere ait,quorum primus eſt,ſi interponitur ſuper re ineſtimabili per text.in l.procurator ad exhibendum, ff. rem rat.habe.in §.fi.Secundus eſt, quando ſufficit nuda cautio ſine fideiuſſore,per dictam glo.in præalleg.l.iij §.quamuis.el ij.ff.ſi cui pluſquam per l.falc. Titius,quando hæc ſtipulatio interponitur ad purgandum, vel ad euadendum,aliquam pœnam,vel obligationem, in quam ceciderat,tunc enim æquum eſt,quòd certa pœna promittatur & magna, ita ex gloſſ.in d.l.iij.ad fin.de alie.iud.mut.cau.fac.Quartus,& vltimus caſus eſt,quando conſuetudine hoc inductum eſſet,quòd cautio cum pœna interponeretur,per tex.in l.quòd ſi nolit.§.qui aſſidua ff.de ædil. edict.l.ſi pignore. ff.de pigno.actio. in fi.& l.ſi prius. §.j.ff. de aqu.plu. arcen.quos caſus,Bald.quoque excipit & enumerat in l.iij.in princ.ff. de cond.cau.dat.in l.ſancimus,C.de verb.ſig.in l.vniuerſa. C. de preci. imper.offer.& in l.exequutorem.C.de execu.rei iudi.vbi quòd non debet cum pœna caueri,niſi conſuetudo eò in loco vigeat de ipſa pœna adiicienda.Hanc eandem concluſionem tenet Alex.tanquam communem in d.l.diuortio.§.interdum, ſolut.matr. & ibi per eum poſt Imol. & Paul.de Caſtr.habes quòd qui ad nudam cautionem tenetur, ſub hypotheca promittere debet cum hoc ſibi facilè ſit, l.ſi filio. in fi. ff.vt leg.no.caue.idem concludit ipſe Bart.in d.l.ſi prius.ff.de ope no.nun.& in locis aliis per ipſum Alexand.in d.§.interdum relatis,vbi etiam habes,quòd vbi quis idoneè cauere tenetur,non ſufficit cauere ſub hypotheca,ſed cum fideiuſſore,vel pignore cautio eſt præſtanda, quia dicta cautio cum hypotheca dicitur mediocris, non autem idonea, & licet glo.in l.ſi mandato Titii.in glo.parua,in §.fin.ff.mand.contrarium voluerit,illam tamē Alex.d.§.interdum.tanquam malè locutam reprobat. Limitatur autem quòd dictum eſt de fideiuſſore,non procedere,neque locum habere,quando talis à quo dicta cautio exigitur eſſet multum diues & idoneus, quia tunc ſufficit nuda cautio cum hypotheca, per text.in l.ſi ſtipulatus ſum Stichum.ff.de verb. oblig. ita inquiunt Ang. & Imol. in l.prætoriæ. la iij.ff. de præto. ſtipu. refert & ſequitur idem Alex.præal.§.interdum.& quid,quando lex diſponit quòd quis plenè, & quando,quòd competenter,vel rectè caueat,ſiue etiam dicat caueat, vel ſatiſdet,ibidem per ipſum Alexan.poſt præſcriptos ante eum ſcrib. explicatum,& declaratum habebis. F.Turzan.

PRO. Obſcure reſpondere,& nihil reſpondere,paria ſunt.l.de ætate.§.nihil.ff.de interrog.actio. Bellon.Toloſ.

Obreptio,& taciturnitas vitiat legitimationem Curt. Iun. conſilio lxxxiij.nu.8.communem dicit. B.Villal.

Obſtetricum iudicio ſtandum eſt in eo an partus viuere poſſit naturaliter,vel non.Communem dicit Clarus.Senten. §.teſtamentum.q. xlv.verſ.fin. P.Fichard.

PRO. Obuiandum eſt malitiis hominum. in cap.auaritiæ. de electio. extra. Bellon.

PRO. Occaſio delinquendi dari non debet.in l.conuenire. ff. de pact.dot.l.meminerint. C.vnde vi. cap.qualiter & quando.de accuſat. extra. Idem.

Occidi poteſt fur,pro defenſione rerum,quæ aliàs non poſſunt recuperari,Iaſ.in l.vt vim,nu.25.ff.de iuſt.& iur.communem dicit : limitat de iure poli.& in clerico,& in re parua quem vide. B.Villal.

Occidere licet offendētem patrem,filium, vxorem aut ſanguineum, aut cognatum,Iaſ.ibi nu.27.communem dicit.

Amplia ad extraneum,ſi aliàs vita eius non poteſt ſaluari ibi.num. 29.communem dicit.limita tamen quoad incurrendum irregularitatem,gloſ.fin.in cle.j.de homicid. Idem.

PRO. Occupantis melior eſt conditio. l. ſi quis à multis. ff. de noxa.actio. Bellon.

PRO. Occupati circa rem ruſticam in forum venire compellendi

non ſunt l.j.ff.de fer.& dil. Idem.

Officialis ſi durante tempore ſui officij, fuit priuatus officio,& poſteà reaſſumptus, cum eiſdem pactis reaſſumptus intelligitur,ſecundũ Bal.in l.ſi conſtante.C,de don.an,nupt.& in l.etiam. C.de iure do.quẽ ſequuntur ſcrib.omnes communiter in l.diem functo.ff.de offi.aſſeſſo.vbi Moder.audacter mentionem faciunt de iſta communi.Concludunt etiam quòd ſi ciuitas conduxit doctorem cum certo ſalario pro vno anno,quo finito,rediit domum ſuam, & demum interpoſitis pluribus annis reconducatur ſine repetitione ſalarij, intelligitur reconductus ſub illo ſalario,quod prius perceperat, vbi ſubdunt etiam idem eſſe in famulo,& ſimilibus. F,Viuius,

Officialis abſque peccato,poteſt exequi ſententiam principis, qui abſque proceſſu mandat vt aliquis furca ſuſpendatur, Hiero, Cagno, in l.velle.nu.35.ff.de re.iur.communem dicit. B,Villal.

Amplia etiam contra tertium ſuccedentem ſcienter in rem violenter affectam,Io.Cora.in l.naturaliter,§.nihil commune verſi.explicitis, nu.50,ff.de acqui.poſſ.communem dicit,

Officium iudicis non datur contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem ignoranter ſuccedentem in rem affectam ex violentia.Cora.in §. nihil commune.ver,explicitis.numero 53.de acquir. poſſeſ.ff. communem dicit. Idem.

P R O.Officium per artificium mutatur , nam artificium extinguit nomen officij,non è conuerſo.l,legatis ſeruis. §. ſi ex officio,ff. de leg. tertio. Bellon.

P R O.Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet,l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff,quemad. teſta.aper.l.ſi ſeruus communis.§,quod verò, ff.de fur.c.cum non doceat.de elect.in vj. Idem.

P R O.Officium iudicis nullam præſupponit obligationem.l. qui per colluſionẽ.§.j.ff.de actio.emp.l.quod ſi minor.§.fi.ff.de minor,Idẽ,

P R O.Officium magiſtri mercede & præmio eſt remunerandum. l.cum plures.§.tutor.ff.de admin,tut,l,qui filium.vbi pupil, educ. deb. l.Aquilius Regulus,ff,de dona.cau.mor. Idem.

P R O. Officium morte finitur,l.j.C.ſi quis ign.rem mino.l. cuius. de cur.fur. Idem.

P R O.Officij neceſſitas excuſare debet.l.tutorem.ff.de his quibus vt indig. Idem.

P R O,Omnis anima ſublimibus poteſtatibus ſubdita ſit ad Rom. 13,Deut,17,Qui enim principi non obedierit,morte morietur,in can. magnum,xj.q.j.c.ij.extra de maio.& obed,

P R O.Omnis Chriſti actio,noſtra eſt inſtructio.in c. Deus omnipotens.ij.q.j. Idem.

P R O.Omnis ætas ab adoleſcentia pronior eſt ad malum quàm ad bonum.Geneſ.8.cap,omnis,ætas,xij,q.ij.

P R O. Omnis qui defenditur boni viri arbitrio defendendus eſt l. penul,ff,de proc. Idem,

P R O. Omne artificium per exercitium recipit incrementum.l. legatis ſeruis.§.ornatricibus.de leg.tertio.ff. Idem.

PRO. Omne datum optimũ,& omne donũ perfectũ de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminũ.Iac. 1.in cano.quam pio,prima.q.j. Bellon.

P R O,Omne quod ligatur,ſolubile eſt.§.nuptias,in authen.de nup. Bellonus,

P R O. Omne quod ſolo inædificatur,ſolo cedit,§. cum in ſuo ſolo Inſtit.de rer.diuiſ. Idem.

P R O, Omnimodò,aduerbium importat præciſam neceſſitatem. in l.ſi cum exceptione.§.quatenus.ff,de eo quod met,cau,in §.fin. inſt. qui teſt,tut.dar.poſſ. Idem,

P R O. Omnes intelligere debent,hoc quod ſuum non eſt ad alios pertinere.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. Idem.

P R O. Omnes omnino ad collationem publicarum functionum, & tributorum vrgeri oportet,l.omnes.C.de anno,& trib.lib.x,

P R O. Omnia bona in dotem dari nulla lege prohibitum eſt.l.nulla.C,de iure.dot. Idem.

P R O. omnia iudicia hodie ſunt extraordinaria.in §.fi,Inſtit.de inter. Idem.

P R O,Omnia iudicia ſunt abſolutoria , in §.fi, Inſtit, de perpet. & temp.actio. Idem.

P R O.Omnia licent,niſi contrà actum ſit.l.ſolemus.ff.de iud.l.ſi heredi.de pig.acto, Idem.

P R O. Omnia noſtra facimus,quibus auctoritatem impartimur,l.ſecunda. verſi.omnia. C,de vete.iure enucle.ca, ſi ad apoſtolicæ.de præben,in ſexto. Idem.

P R O. Omnia omnino quæ conſilio rectè gerũtur,iure meritòque effectu & firmitate nituntur luminum.Iac. 1,in can.quam pio.j.q.j.Idẽ.

P R O.Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic.procur.& lega. Idem.

P R O.Omnia ſunt communicanda tempore neceſſitatis,l.ij.§.cum in eadem naue.in fi,ff.ad legem Rhod.de iact. Idem.

P R O. Omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare, diuinitatis potius eſt,quam humanitatis.l.ij.§.ſi quod.verſic.omnium. C.de vete.iur.enucle. Bellon.

PRO.Omniũ vincula die paſchæ diſſoluũtur.l.iij.C.de epiſc.audien.

O B I E C. Contrà de l.prouinciarum.C.de feriis.

S O L. Speciale ibi in latronibus inſignibus, vt de Hyſauria,vt ibi, Bellonus,

P R O. Omnium bonorum vſumfructum dari poſſe certum eſt. l, omnium bonorum.ff.de vſufruct. Idem,

P R O, Onerandus non eſt heres in infinitum, l.fideicommiſſa. §,ſi quis decem.ff.de leg.iij. Idem.

P R O. Operis effectus in partes diuidi non poteſt,l.in executione. ff.de verb,oblig. Idem:

P R O. Opera quæ facimus teſtimonium perhibent veritati. capit. quod Dei timorem.extra,de ſtatu monach. Idem.

P R O, Opinio præfertur veritati:plus enim valet opinio quàm veritas.l.Barbarius Philippus.ff.de offic.præto.l.is qui putat.ff.de acquir. hered.l.j.C.de teſta.in c.nuper.extra de bigam.

O B I E C. Contrà de l.ij.§.ſi ſub conditione.ff.pro emp.& §.ſi rem alienam.Inſtit.de leg.vbi veritas præfertur opinioni.huc accedit text. in l.illicitas. §. veritas. ff, de offic. præſid. vbi veritas erroribus non mutatur.

S O L. In his,quæ in ſolo animo conſiſtunt, vt eſt aditio hereditatis:opinio præualet:in his autem,quæ in facto veritas præfertur : hanc diſtinctionem ponit Barr.in l.gerit.ff.de acquir.hered. Idem.

P R O. Opinio doctorum eſt probabilis tantum,non neceſſaria.not. Accur. in l. prima. C.de leg.doct,in §. reſponſa.Inſtitut. de iur.natur. gent.& ciuil. Idem.

Opiniones Doctorum,quas illi, vel in Lecturis,vel in Tractatibus, vel denique in Conſiliis aſſeruerunt, quæ ſint potiores habendæ, aut præferendæ maximè quando Doct. vel etiam à ſeipſis diſcrepant, non otioſæ quæſtionis eſt.Eam mouet Neuizanus in ſua ſylua nuptiali.lib. v.verſic.ſed quæro,ſtante varietate &c.ſolum modo tamen loquitur,de vno eodémque Doctore,à ſeipſo in Lecturis & conſiliis diſcrepante. Et reſpondet,eam potius opinionem ſequendam eſſe,quam vel in Tractatibus,vel in conſiliis Doct,aliquis aſſeruit. De prima huius reſponſi parte,nihil video controuerti.Quis enim ambigat Doctorem,qui ex profeſſo materiam aliquam tractandam, examinandam, & illuſtrandam,ſibi eligit,atque ſumit vltro,non omnes ingenij neruos(ſummodo ſani ſit iudicij)intenturum,vt illam quantum omnino poteſt elaboratè ac perfectè abſoluat:nec eum quicquam perperam,vnde pro laude vituperium ſciat, tradere velle? De poſteriore verò illius reſponſi parte,ſanè non mediocriter nec immeritò,dubitatur,verùm,videlicet conſilia ſint lecturis anteferenda,maiórque fides illis adhibenda, Neuizanus ſcribit,negari non poſſe, quin ea, quæ conſulendo dicuntur, ſint magis appenſata, & digeſta &c. Et video eandem ſententiam & Alex.conſil.lxxxv.viſo titulo quæſtionis,vol.ij. Curtio Seniori, conſil. lxxv.in fin.Ioan.Fran. Purpurato in l.edita. nu.14. C,de eden.quibuſdámque aliis,quos idem Neuiza.allegat,placuiſſe.Quam nouiſſimè,noſtra ætate ſecutus eſt etiam Henningus Godenus conſil.vlt.nume.207. quod conſilium tamen ei falſum adſcribitur,& non eſt illius,ſed D Florenci, à Venningen,olim in Palatinatu Cancellarij clariſſimi, quod vtrunque multis argumentis euinci poteſt.Sed vt lecturarum dignitatẽ & fidem tueamur,quid prohibet quæſo(arrogantem tamen ingenij oſtentationem,& vanam ambitionem,tum in veteribus,etiam bene habentibus,conuellendis,tum aliis commentatoribus reprehẽdendis inſectandíſque excipio) quo minus,etiã legendo,Doctor omnia diligenter perpendere,digerere,atque ſecundum veritatem tradere ſuis auditoribus poſſit:adeóque velit etiam? Quis enim profeſſor tam ſit impius,vt non pari (ſi non maiore)cura,fidéque auditorum ſuorum cœtum intueri ac conſiderare velit,atque Conſulens quæſtionem, ſibi ad conſultandum propoſitam?maximè cum hic conſultorem tantum & iudicem,quem ſolùm perſuaſum cupit,ſtudétque,ille verò totum Auditorium,quod falſis doctrinis imbuere,adeóque inficere, certè inexpiabile ſcelus eſt,ſibi propoſitum videat?Quaſi verò non manifeſtiſſimum ſi Doct,conſulentes, non ſolum inter ſeſe crebertimè diſſentire, verùm etiam ſæpenumero ſibiipſis contradicere?Nec etiam obſcurum eſt,multum in conſulendo affectioni,amicitiæ,gratiæ,ne dicam(quod eſt quidem ſordidiſſimum,& iuriſconſulto, iuris nimirum & iuſtitiæ Sacerdote,indigniſſimum) etiam pecuniæ dari?vtinam verò conſulentibus omnibus perpetuò verſetur ob oculos græcus ille verſiculus, ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ συμβουλία,id eſt,Sacram eſſe rem conſiliũ,tunc enim(proculdubio)maiore,quàm vulgo fit,religione cõſulerent,deque iure reſponderent.Itaque rectiore iudicio,ex vetuſtioribus And.Siculus,ſiue Barbatia,& ex recentioribus noſtríque ſeculi iurecõſultis, doctiſſimi quique diuerſum ſenſerunt,& Lecturas fide digniores Conſiliis ( vtpote ſuſpectis ) cenſuerunt. Zaſius præceptor,cap.vij.num.11.ſingul.intell. lib.j.Hier.Schurpff.conſil.ij. num.18. cen.ij. Quale verò de conſiliis Doctorum, Do.Alciati fuerit iudicium,ex cap.fin. lib.xij.Parerg.ſatis apparet,quo in dubium vocatur, an publicæ vtilitati conducant Iuris conſultorum Reſponſa.Et ipſe poſt relatam longam Pauli Pici præceptoris ſui hac de re diſſertationem, tandem ita concludit. Quæ à me

hic

hic obiter dicta, maioris quidẽ ſunt ponderis,quàm vt tà ſuccinctè & leui manu,tractarentur,ſed ſatis ſit duntaxat attigiſſe, vt non temerè locutum eſſe Picum oſtenderem,ſtudioſóſque admonerẽ,vt vllis conſiliis certam omnino fidem adhiberent &c.Et ( vt finiam adiiciam grauiſſima verba laudatiſſimi Iurecõſulti Aymonis Grauettæ ex ipſius celebri tracta.de antiquis tempo. in j.parte §.Propoſitum noſtrũ principale &c. num. 48.Reperio, inquit,quod Doctor,legendo magis nituntur veritati,quàm conſulendo.quia in lectura ceſſat affectio,& cupiditas æris,cuius libido(heu) quot mortalium animas ad inferos protrahit:in qua ipſa re,minus excuſationis habent viri doctores,qui ſeculi huius bona caduca eſſe, non ignorant , & quod alius nobis theſaurus apud ſuperos quærendus ſit. I.Fich.

Opiniones per diſtinctiones ad concordiam ſunt redigendæ,c.ſuper literis, & ibi, Imol.de reſcript. & eorum opinio qui bene diſtinguunt præ cæteris tenenda eſt.Secundum Doct.alleg. per Rimi. in tit. dona.in princ.nu.23.Inſtit. Idem.

PRO. Oratio diſtributiua verificatur in quolibet particulari diſtributiuorum l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.ff.de pign.actio, Bellon,

PRO. Oratio imperfecta,perficitur ex præcedenti & ſequenti,ſi congruè fieri poteſt.l.cùm pater.§.cum imperfecta,ff.de leg.ij. Bell.

PRO. Oratio indefinitiua ad præſens tempus reſtringitur.l.fin. ff. de aur.& arg.leg. Bellon,

PRO. Oratio negatiua poſtpoſita ſigno vniuerſali facit æquipollere ſuo contrario.l,legitimos.§.in legitimis.ff.de leg. tuto. niſi quando peruus intellectus reſultaret,tunc enim æquipolleret ſuo contrario.l. de pupillo.§.ſi plures.ff.de nou.oper,nunt, Bellon.

PRO. Oratio reſpectiua deficit,deficiente perſona , vel qualitate eius reſpectu cuius profertur.l.ij.de aur.& arg.leg. Idem,

PRO. Oratio vniuerſalis ſi in vno reperiatur falſa efficitur,in l.ſi is,qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub. Idem,

OBIEC. Contrà de l.Grecè.§.illud.ff.de fideiuſſo.vbi nullo modo fideiuſſor obligatur in grauiorem cauſam,quàm principalis reus receptus eſt,& tamen in tantum tenetur,in quantum reus,ne vitietur vtile per inutile.l.j.§.penult.de verb.oblig.

SOL. Dic,quòd in nihilum tenetur fideiuſſor.ita glo.& ibi Doct.in §.fideiuſſores. Inſtitut.de fideiuſſ.nec obſtat contrarium,quia vtile per inutile vitiatur, vbi ex diſpoſitione contrahentium vtile ab inutili ſeparari non poteſt. l.Pedius. §.primo. ff. de arbitr. vel ex forma fideiubendi,quæ eſt indiuidua.l.quinta. §.ſatis acceptio. ff. de verbor.oblig. vt hic. Idem.

Oratio particularis plus prodeſt, quàm generalis in remiſſionem peccatorum,Præp.in c.ſacroſanctam.xxij.diſt.poſt princ.in c.fraternitatis.de ſepult.communem dicit. B.Villal.

Ordinarius non poteſt deponere promotum à Papa, Felin.in ca.per tuas de maior.& obed.communem dicit. Idem.

Ordinarius delegat ea,quæ ſpecialiter competunt:ſi ſe abſentat,vel ſi eſt infirmus,Iaſ.in l.quæcunque. num.77. ff.de offic. eius cui mand. eſt iur.& Alciat.in cap.quòd ſedem.num.47.de offic.ordi.communem dicit,vide ſuprà in verſic.delegatus. Idem.

Nota,quòd dicto ordinarij ſtatur, dicentis delegare ex iuſta cauſa. Alci.num.17.not.ij.communem dicit. Idem.

Ordinarius poteſt dare ſuo delegato poteſtatem ſubdelegandi. Iaſ. in l.quæcunque.num.16.ff.de offi.eius.& in l.à iudice.C.de iud.nu.8. Anton.de Trem.in addi.ad Bonacur. in pract. except. in rub.de impe. execu.nu.7.ver.merum imperium.communem dicunt.

Amplia iſtam communem ad ordinariũ minimum,Maran.in ſpecu. aure. parte quarta numero 58. communem dicit.ex gloſſ.in l.is cui.de offic.deleg. Idem.

Ordinarius cui commiſſa eſt cauſa,vt procedat ſummariè & de plano,cenſetur delegatus.Iaſ.in l.hoc edicto.§.& poſt operis num.4.ff.de no.oper.nunt.communem dicit. Idem.

Amplia,ſi in commiſſione eſt verbum, delego, etiam ſi non alteret ſuam iuriſdictionem,Curt.Iun.in l.mandata. ff. de offic. eius.nume.5. communem dicit. Idem.

PRO. Ordo ſcripturæ eſt ſeruandus in l.quoties ff.de vſufruct.in l.qui ſoluendo.ff.de hered.inſtit.l.j.C.de edict.diui Adria.tol.l.generaliter.§.ſi quis ergo.ff.de fid.lib.l.heredes mei.§.fin.ff.ad Trebell.

OB. Contrà,imò non eſt obſeruandus.in l.nec enim ordo.ff.de ſolution.in l.ij.§.ſed & ſi ita.ff.de vulgar.ſubſtitution.l.cum pater. §.fidei tutor.ff.de leg.ij.§.ante heredis.Inſtit.de leg.

SOL. Quando conſtat de ordine,& mente intellectus, ordo literæ non curatur,vt in contrariis. In dubio autem regula datur ex ordine verborum,vt hic.Nam in voluntate dubia ordo inſpicitur,in certa verò minimè,vt hic. Bellon.

PRO, Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato.gloſ.in l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſt.

PRO. Ordinata charitas incipit à ſeipſo. Vnde ait Accurſ.

*Alpibus ille perit,qui ſe plus diligit vllum.*

in l.præſes.C.de ſeruit.& aqua.

OB. Contrà de l.iſti.quidem.in fi.ff.quod met.cauſ.& §.fi.Inſtit.de noxa.act.vbi pater magis diligit filium quàm ſeipſum.

SOL. Hæc regula locum non habet in amore parentum erga filios,ratione ſanguinis. Et eſt ratio,quia quælibet res conſeruationem ſui deſiderat & videtur pater naturam ſuam in filio conſeruare.ſed nõ econtra glo.fin.in l.liberorum.de verb.ſig. Bellon.

PRO. Ordinationis teſtamenti cogitatio, mortis præcedens tempus ſignificat.l.ſi mulier.C.de iure dot. Bellon.

PRO. Origo potius obligationis, quàm titulus actionis conſiderandus eſt.l.ſi filiusfamilias.C.ad Macedonianum. Idem.

Originem non denotat,ſi aliquis vocetur Hiſpanus vel Lombardus,Boer.deciſio.xiij.numero 14.communem dicit. B.Villal.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENtiarum receptarum,

## *LIBER DECIMVSQVARTVS.*

### P

PACTVM per aliquos conditum de futura ſucceſſione quærenda non valet ſine conſenſu eius, de cuius hereditate agitur.l. pactum dotali. C.de collatio. & l. ex eo. C.de inutili ſtipulatione. & l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obligat. Illud tenent ibi Bart.Bald. Salyc.cæterique communiter:& in l. inter priuatos.C.de pactis.Canoniſtæ omnes in cap.cùm contingat,extra de iureiur.& in cap.quamuis. de pact.in vj.Cynus & alij in l.fin.& in dicta l. pactum dotali. Alexan. conſilio xxviij. volum.iij. vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem Iaſo.conſilio viij.numero 34.poſito inter conſilia feudalia Alberti Bruni.& in conſilio ix.numero 10.Curtius Iunior conſilio xv.num. 2.& Ruynus conſilio xvj.numero 16.volum.ij.Ratio dictæ communis approbatæ ab omnibus Doctor.vtriuſque cenſuræ videtur iſta, quia turpe eſt ac bonis moribus contrarium pactum fieri ſuper viuentis hereditate,abſque eius conſenſu:nam hæc pactio turpis cenſetur. d. l. fin.& dicta l.pactum dotali,nec tamen ea ſola ratio turpem efficit hãc conuentionem,quòd detur votum captandæ mortis ; quamuis hæc in d.dicta l.fi.expreſſa ſit,ſiquidem ob hanc ſolam rationem non efficitur pactum turpe,quod patet,quia ex conſenſu eius , de cuius hereditate agitur hæc pactio licita eſt,& tamen occaſio captandæ mortis non tollitur per conſenſum iſtum,atque ita intelligendus eſt text.in d.l.fi.Alia ratio ad hoc corroborandum allegari poteſt,quia hereditas ſolo teſtamẽto per hominem datur.l.hereditas C.de pact.conuen.l.pactum vbi Doct.C.de pact.vbi inter cetera dicunt decipi eos,qui filias diuitum vxores accipiunt cum pacto, quòd vltra dotem poſt mortem parentũ ipſæ mulieres habeant etiam hereditatem,nec enim valet hoc pactum nec firmatur iuramentum, & ſi fieret pactum de quota hereditatis ſecundum gloſſ.in l.ſi quando.§.illud.in ver.grauari. C. de inoffic.teſtamento.cum allegatis per Iaſ.in d.l.pactum.& per Doct. in d.l.fin.& in præallegata l.pactum quod dotali. Amplia iſtam communem procedere,etiam ſi appareat dictum pactum fuiſſe iuramento firmatum,ſecundum gloſſ.in l.quando. C. de inoffi. teſta. Legiſtas omnes indifferenter in locis præallegatis.& Canoni.in d.ca.cum contingat.& in d.c. quamuis Bart.conſil.clvj.quidã nomine Theobaldutius.Cornæ.conſi. lx.num.11.libr.j.Alexand.in d.conſil.xxviij.& in d.l.pactum.num.2.in quibus locis aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & Curt. Iunior conſil.xv.num.3.conſi.xxv.num.7.& conſil.xcviij.nu.3. Ratio eſt quare dictum iuramentum non debet iſto caſu ligare,quia cẽſetur contra bonos mores,& in cap.non eſt obligatorium de reg.iur.lib.vj.& ita in terminis tenet Bart.& alij in d.l. pactum dotali. Limitatur primo dicta cõmunis,quòd dictum pactum de futura ſucceſſione quærenda valeat, & teneat,quando ille,de cuius ſucceſſione agitur,conſentiat,& in huiuſmodi conſenſu perſeueret vſque ad mortem.d.l.fin. vbi Doc.hoc tenent,& Iaſ.ibi num.7.in vij.limitatione.Soc.Iun.conſil.50. num.4.lib. ij.& Curt.Iun.conſil.xcviij.num.3.& ſeq.Qui quidem cõſenſus etiam ex poſt ſuperueniens videtur ſufficere ſecundum Bald.in d.l. fin.circa fin.quem ſequitur Dec.conſil.xxxj.& Crauet.conſi.xix.num.3.Limitatur ſecundò,vt dictum pactum,& conuentio de ſuccedendo valeat, & ſit efficax,quando fieret iſta pactio de ſuccedendo in certis bonis ſingulariter expreſſis, vel ſub nomine quotæ bonorum , non autem ſub nomine quotæ hereditatis.l.ſi quis argentũ.§.ſed,& ſi quis.C.de dona. glo.in l.fin.in ver.accommodauerit,quam ibi communiter ſequuntur Bart.& Doct.C.de pactis.& idem Bart.conſil.lxxij.ex facto proponitur. Old.conſil.cxxxix.cum aliis allegatis per Dec. conſil. ccxxxv. & in d.l. pactum.C.de pact.Crauet.conſil.xix.nu.7.& Curt.Iun. conſi.j.nu.4.& 16.& conſi.lxxj.nu.2.vbi ſupponit iſtam eſſe communem opinionem

& conſil.

& conſi.xv.nu.1.vbi etiam nu.4. latiſsimè declarat, qualiter differant pactum de futura ſucceſſione,& promiſſio bonorum poſt mortem,& limitatio hæc procedit, & habet locum, dummodo non fiat pactum de omnibus bonis præſentibus & futuris,quia tunc iſta verba vniuerſalia tanquam Scyllam ſunt fugienda,vt per Soci.conſi.cxxxvj. viſum fuit lib.iij.& per Dec.in d.l.fi.Curt.Iuni.in dicto conſil.xv.nume.1, & Crauet.conſi.xix.nu.7.Limitatur tertiò, quando alij paciſcerentur de hereditate certi hominis in ſpecie,ſecus incerti in genere.l.ij.§.de illo, ff.pro ſocio,& tenet gloſſ.Bart.& Iaſ.nu.7.in v.limita,in d l.fin. & Capicius deciſio.Neapolitana.clix,nu.10.Limitatur quartò,quando talis pactio,ſiue conuentio veniret ex neceſſitate contractus præambuli, & tunc ratione iſtius contractus præambuli valet,& tenet, vt in l.ſi cum dotem.§.ſi vir.qui legitur cum §. ſiue autem.ff.ſoluto matrimo. & ibi ita tenet Alex.gl.& Iaſ.nu 7.in vj limita.in d.l.fi.&. Boër.conſilio 50. nu.8.Limitatur quinto,quando pactum de futura ſucceſſione eſſet reciprocum,ſeu viciſſitudinarium,vt ſi aliqui paciſcuntur non de hereditate tertij quærenda,ſed inter ſe hoc modo,quòd altero eorum præmoriente ſine liberis,bona eorum ad ſuperſtitem, vel eius liberos deferantur,tunc valet talis pactio, ſeu conuentio, & non cenſetur improbata,ſecundum Ioan.Andr.in additi.ad Specul.in titul.de inſtitut. ædi.in §.porrò.Ang.in l.hereditarium.ff.de bonis aucto. iu. poſſi.in l. ſancimus.C.de dona.& conſi clxxix.Oldrad.conſil.cxxxix. ad habendum aliquam notitiam.Iaſ.in d.l.fin.nu.7.in iiij.limita.& conſilio ix. poſito inter conſilia feudalia Bru.Attenſis. num. 10.circa medium, & Marſyl in ſingula.cccxxxj.poſt alios quamplures ibi per eum relatos, & per iſtas allegationes,& auctoritates conſtat iſtam eſſe com. opin. licet aliqui quos refert Marſyl.ibi, & malè tenuerint contrarium, & dicta regula communis quòd pactio de futura ſucceſſione viuentis quærenda non valeat,quia eſt plena triſtiſſimi euentus. Ampliatur in ſeptem caſibus,& in ſeptem aliis limitatur per Iaſon.in l.fi.C.de pact. numero 5.& 7. F. Viuius.

Pactorum genera tria reperiuntur,ſecundum gloſſ. in l.pacta conuenta.C.de pactis,inter quæ connumeratur pactum nudum, & iſtud pactum dicitur nudum à cauſa, & quando ſecum non habet dationem,factum, vel ſtipulationem, & per hæc tria cognoſcitur pactum nudum, hanc expoſitionem ſentit gloſſ. in l.iuriſgentium, §. ſed cum nulla.ff.de pact.in l.diuiſionis.eod.titul.in l.ſolent.& in l.ſi dominus.ff. de præſcrip .verbis. Nota, quòd pactum in dubio intelligitur de nudo.l.legem.vbi notant Saly. Riminal. & Deci. C. de pact.& in Rubr, cod. titul. Nunc ex prædictis pono regulam fundatam in iure Canonico,quòd ex iſto pacto nudo oritur actio. Poteram proponere aliam regulam negatiuam de iure Cæſareo,& forſan magis generalem. Sed vbi eſt concurrentia Canonum, & Legum à Canonibus inchoandum eſt,quia Canoniſtarum ſubiectum dignius eſt, ita dicit Abb. in ca. inter alia.de immuni,Eccleſia.imò ius Canonicum dicitur Diuinum.c. nimis.de iureiurand.& capitu.qualiter.el ij.de accuſatio.Felyn.hoc latè notat in proœmio Decreta.in princip. Reuertor igitur ad regulam propoſitam quòd pactum nudum producit actionem de iure Canonico.c.j.& iij.extrà de pact.gloſſ.& Archid.in can.quocunque ſuffragio, xij.q.ij.& ita communiter tenent Canoniſtæ in d.cap.j.vt per Iaſ.in l. iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.ff.de pactis.nu.4.& in l.ſi quis maior, C. de tranſactio,& in Rub.ff.de pact.vbi,etiam Moder.Ratio dictæ concluſionis videtur hæc,quia in foro Canonico proceditur de æquitate. capit.d lecti,de iud,facit alia ratio,quia inter ſimplicem loquelam, & aliam ius Canonicum non conſtituit differentiam,ca.iuramenti. xxij. q. v. Ampliatur primo loco iſta communis ita probata, quòd pactum nudum producat actionem non ſolum in foro Canonico, ſed etiam in foro Seculari in omnibus Terris ſubiectis Eccleſiæ,ſecund.Imol.in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtit.& Bald.in auth.ad hæc. C. de vſur. vbi ait,quòd iſtud procedit non ſolùm in Clericis, verumetiam in laicis ſubiectis Eccleſiæ quoad temporalem iuriſdictionem. Secundo extende iſtam concluſionem, quòd pactum nudum producat actionem non ſolùm in omnibus Terris Eccleſiæ,ſed in Terris etiam Imperij,ſecundum communem opinionem omnium Doct. quam allegat Fortunius Garcia.in c.j. de pactis,nu.10. Tertio loco amplia vt procedat non modo in pacto nudo,ſed etiã quòd eſt fortius in ſimplici pollicitatione,ita tenet Ant.de Buttrio in cap.ex parte,& Abb.in capi. iij, extrà de pact,mouentur præfati Doct. ad hoc dicendum, quia ſicut ex voto quis obligatur, & compellitur per Eccleſiam, ita per ſimplicem pollicitationem ad ſimilitudinem voti. Sed contrariam partem tenuit expreſsè Iaſ.in d.§.ſed cùm nulla.nu. 5. Quartò amplia iſtam concluſionem iuris Canonici in curia mercatorum,& vbi proceditur ex bono,& æquo, vt per Bar.notabiliter in l.qui notus.per illum text.& in l. fideiuſſor.§.quædam.ff.mand.Bal.& Saly.in l.ſi pro ea.C.mand. & l.ij. de conſt.& in c.j.extrà de pact.vbi ait,quòd ex pacto nudo agunt mercatores,& nummularij inter ſe,& dicit notari in §.pen. in auth. de fideiuſſ,& hæc ampliatio poſſet extendi ad omnes caſus,vbi proceditur ſecundũ æquitatem, vt per Alex.conſ.xlj, vel xlij,viſo puncto, lib.iij.& ſic habes,quòd vbicunque proceditur ex bono, & æquo pactũ nudum parit actionem. Limita iſtam concluſionem iuris Canonici, niſi pactum nudum fuiſſet initum dolo,vel metu.quoniam tunc non produceret actionem, etiam de iure Canonico, nec eo caſu haberet locum dictum.c.j.extr.de pact.& hoc latè probat Iaſon.in d.§.ſed cùm nulla. nu.10 Tradit & aliam limitationem dictæ com.opi.& d.cap.j.de pact. Præpoſitus Senenſis in ſuis diſputationibus inſer. iiij.caſu.iij.quæſtio. F. Viuius.

Pactum nudum de iure Ciuili non producit obligationem efficacem,& ſic non parit actionem.Sed exceptionem.l.iuriſgentium.§, ſed cum nulla.ff.de pactis.& iſta eſt com.opi.vt per Iaſo.& Moder. in d.§. ſed cùm nulla.idem Iaſon.in lege ſi quis maior.C.de tranſaction. Moder.in rubr.ff.de verb.oblig.Maranta.in tract.de iudiciis.in vj. part. ij. partis ſuper nono actu,num.24.& Berengarius Ferandus in repetit. l. pacta conuenta.ff.de contrahenda emptio.nu.30.cum aliis ſequent.in prima lectura. Ratio dictæ communis colligitur ex dicto §. ſed cùm nulla,nam vbi non eſt cauſa,ibi non eſt cauſatum. l. manumiſſionis. ff.de iuſtit.& iure,ſed actio eſt quoddam cauſatum l.licet. §. ea oblig. ff.de procurat.ergo non poteſt ſine cauſa oriri,ſed pactum nudum dicitur,cui non ſubeſt cauſa, vt habetur in dicto §.ſed cùm nulla. Hanc rationem tradit Baldus in rubric.extrà de pactis. in fine. Amplia iſtam communem procedere etiam,ſi debitor ſuo iuramento confiteretur, & affirmaret nudum pactum:nam per hoc non teneretur ſoluere, ita dicit Baldus in l.final.C.de fideicommiſſis. referens ita tenere Innocentium in capitulo primo,quòd metus cauſa. Limitatur iſta communis ita ampliata non habere locum in promiſſione geminata:nã promiſſio geminata quamuis reperiatur facta, celebrata, pactóque nudo nihilominus producit actionem.l.j.§.debitum.ff.de conſtit.pecu. & §. de conſtituta.Inſti. de actio.& per nonnullas optimas rationes comprobat dictam limitationem Iaſon.in l.j.num.11.ff.de verb.oblig. & communiter omnes Canoniſt.in c.per tuas.de arbit.& in capit. cùm contingat.de iureiuran,& dictam communem limitat etiam Iaſon,in xvj.aliis caſibus.in d.§.ſed cùm nulla, F.Viuius.

Pactum de futura ſucceſſione non valet, nec firmatur iuramento, Guli.Bene.in cap.Raynuntius.de teſta.in ver.duas habens filias. num. 194.Curt.Iuni.conſi.xv,nu.7.commun.dicit. B. Villal.

Et infinitos pro hac opinione accumulat more ſuo And. Tiraq.in tract.Primog.quæſt.vj.num.18.Aliud autem eſt in pactis ſucceſſionis reſeruandæ.Zaſ.in l.ſtipulat.hoc modo.nu.18.ff.de verb.oblig.P.Fich.

De iure regio habes l.xiij.tit.v.par.v.diſponentem quòd pactum de futura ſucceſſione generaliter non valet: ſecùs tamen de particulari, niſi de voluntate illius de cuius hereditate paciſcitur,vbi vide de materia,& in l.fin.C.de pactis.

Amplia,quia nec ſtatuto,ſeu conſuetudine poteſt introduci. Idem Guli.ibidem,nu.197.communem dicit.

Fallit in pacto de ſucceſſione in re certa:quia valet.Bello.conſi.lx. nu.2.Curt Iun,conſi.lxxxj.nu.4.communem dicit.

Fallit ſecundò,in pacto de certa quota bonorum.Io.Duran. in arte teſtan.tit.ij.cau.x.communem dicit.

Fallit tertiò.in pacto de non ſuccedendo : quia bene firmatur iuramento.Iaſon.in l.pactum dotale.C.de colla.num, 3.com.dicit. B.Vill.

*ADDITIO.* Ad quod faciunt etiam rationes, iura, & auctoritates adductæ per Pariſi.in conſi.lxix.dominus Ambroſius.num. 22. cùm aliis ſeq.Limita niſi eſſet iuramentum Iudæi, quia tunc non valeret,vt refert M Ant.Bar.in tract.de temp. vti.& contin.in c.xj.nu. 16.

Fallit quartò,in pacto facto inter coniuges de ſucceſſione ad inuicem,poſt annum contractus matrimonij l.ix.tit.vj.lib. ij. For.ll. Idem.

Pactum appoſitum in matrimonio quòd mulier ad alium locum non ducatur valet.Pan.in c.j.qui ma.accu.poſſunt.com. dicit. B. Vill.

Pactum in venditione appoſitum, vt non liceat intra decem annos,aut aliud certum tempus redimere,etſi in ſpeciem appareat vſurarum,tamen per ſe ſolùm non conſtituit contractũ vſurarium.Communem eſſe inſinuat And. Tiraq.lib.ij.de retract.§ j.glo.ij.nume.66. vt eum refert Didac.Couar.lib.iij. variar.reſol.c.viij.nu.8. I.Fich.

Pactum de non alienando,ſeu prohibitio non tollit alienationem: ſi non interueniat ſpecialis hypotheca.Ant.de Fano de pigno,parte ij. mem.j.nu.4.communem dicit. B. Villal.

Pactum non impedit tranſlationem dominij.Curt.Iun.conſ.cxlvij. nu.19.communem dicit. Idem.

Pactum appoſitum in emptione quòd quandocunque pretium reddatur teneatur emens reuendere,præſcribitur per triginta annos. Alcia.in rub.de præſcrip.nu.6.& Balbus de præſcrip.in iiij.part.v.parte q.iij.communem dicit. Idem.

Pactum quòd debitor prius mittatur in carcerem, quàm in bonis executio fiat:non valet.Ripa.in l.obligatione.nume. 24. ff. de pignor. communem dicit. Idem.

Amplia ad pactum quòd creditor poſſit detinere debitorem propria auctoritate,non valet.Idem Ripa ibi nu.21.com.dicit. Idem.

Pactum quod donatio non reuocetur prætextu ingratitudinis non valet,Ant.rube.conſi.cxiiij.communem dicit.

Fallit,ſi firmetur iuramento.Idem ibi nu.31.com.dicit. Idem.

Pacto partium poteſt introduci,quòd actus non poſſit probari niſi

per

per teſtes. Hippo. in rubr. de procu. nume. 33. communem dicit. Idem.

Pactum appoſitum per monachum contra ſubſtantiam ordinis, valet profeſſio: & pactum reiicitur. Iaſ. in authen. ingreſſi. nu. 37. C. de ſacroſan. eccl. communem dicit. Idem.

Pactum de non expellendo colonum eccleſiæ, operatur quòd non poſſit ſtatim expelli intra biennium. Iaſ. in l. qui rem, num. 13. C. de ſacroſan. eccl. communem dicit. Idem.

Pacto de retrouendendo longiſſimo temporis ſpacio præſcribi, planè communis eſt, vt expreſsè teſtantur Alex. Angelus, Felinus, Balbus, Purpuratus, Hieronymus Cagnolus, Ludo. Gozadinus, in locis, quos refert Dida. Coua. lib. 1. varia. reſolut. c. ix. in prin. vbi latiſſimè tractat. Præterea Nico. Boër. deciſi clxxxij. nu. 4 & ſeq. Cay. Vercellen. in rep. l. ij. nu. 13. Et ibidem Lud. Gozadi. nu. 84. C. de pact. inter empt. & vend. Zaſius in conſi. xij. nu. 75. lib. j. Et eandem conſtanter in multis conſiliis pro communi ſequitur Hieronym. Schurph. & nouiſſime Do. Mar. Mantua, amicus noſter obſeruandiſſimus in d. l. ij. nu. 2.

Contrariam verò opinionem antiqui Doctor. ferè omnes tenuêre, nempe Rogerius (in Dialogo de præſcriptio.) Martinus, Vincentius, Iacobus de Rauenna, Petrus, Cynus, & pleriquè Moderni ſuo tempore, vt ipſe Cynus commemorat in l. cùm notiſſimi. §. ſed cum illud, aliàs, eodem iure (de præſcrip. xxx. vel xl. anno.) Et Bald. conſil. cccxl. ſuper eo, quod quæritur, vol. j. Hanc partem tenere allegantur Guido de Suzaris, Guliel. de Cug. in l. ſi rem. §. omnis. ff. de pign. Io. Andr. & Ant. Butr. in c. quoniam frequenter: vt lit. non conteſt. vbi eoſdem ſequitur Abbas Panor. Eandem tenet Aluarot. in tit. De feu. dat. in vi. leg. commi. in vſi. feu. Bar. Salic. in d. §. eodem iure. Paul. Caſtren. in l. pignori & hnec creditores ff. de pign. actio Practicus Papienſis in Form. R. ſp. rei conuenti. in verſ. præſcriptio. Ex recentioribus autem Ludo. Gomeſſ. in §. Item Seruiana. nu. 38. Inſtit. de Actio. Vdal. Zaſ. (ſibi contrarius) In §. Actionum. verſ. & quia dixi debitorem, &c. eo. tit. (prout eos refert Didacus in d. c. ix.) Fabia. à S. Sabino. in tracta. de empt. cxj. q. vij. q. prin. Barb. conſi. lj. nu. 9. vol. j. Pariſius conſil. xcij. nu. 28. vol. iij. Et rurſum conſi. xxij. in vlt. dubio. volu. iiij. Io. Crott. in l. nemo poteſt. verſ. vlt. not. de leg. j. Paul. Pariſius conſil. xcij. nu. 28. volu. iij. vbi in fine concludendo dicit, quòd hæc opinio ſit in Iure veriſſima & optima, & concludentibus rationibus fundata: ideóque ſequenda in conſulendo, & iudicando: cum eam ſuadent etiam fauor animæ, quæ cunctis rebus ſit præferenda, &c. Pet. Gerard. Sing. xviij. Ignæus in l. in cognitione. nu. 76. ff. ad Sillan. Alc. in rub. de præſcrip. nu. 64. Bart. Chaſſa. ſuper conſuet. Burg. rubr. v. §. j. & pleniſſimè conſil. xj. per totum. Et ipſemet Didacus in d. ca. ix. hanc poſteriorem retinet, fortiterque defendit. Quam nouiſſimè ſecutus eſt etiam Ioan. Franc. Zoanettus in d. l. ij. nu. 35. Denique eandem, vtpote iuri, rationi, & æquitati magis conſonam, non attenta com. opi. in iudicando ſequi ſolet ampliſſim. Senatus Iudicij Cameræ Imperialis, vt teſtatur Da. Minſingerus obſeru. xvj. cent. j. Et obſerua. iiij. cent. iiij. ſecundum primam editionem. Itaque totam hanc controuerſiam apud nos Germanos in Imperio deinceps Sopitam fore ſpero. conflictentur porrò ſuper illa qui volent. I. Fich.

Pactum, & præſcriptio à pari procedunt. Balbus de præſcriptio. in v. par. q. vj. commun. dicit. Et vide in ver. præſcriptio. B. Villal.

etiam in debito ex cauſa dotis, reprobatum eſt Pactum l. commiſſoriæ. Eſt com. opi. contra Fulg. ſecund. Alex. in conſil. clxxviij. viſo proceſſu. vol. vij. M. Gribal.

Pactum de ingrediendo & occupando rem hypothecatam, propria auctoritate, & ſic ad executionem iuris realis, id eſt ipſius pignoris & hypothecæ, adiectum contra tertium ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à debitore, ſi tamen debitum erat liquidum, in ipſo inſtrumento extenditur. l. iij. & ibi Bar. ver. Item dubitatur, quid de ſingulari ſucceſſore. C. de pign. & ibi Petr. Cyn. Ray. & Bal. Spec. quoque in tit. de pign. §. j. verſi. Item quid ſi debitor. idem voluit per text. in l. ſi Titius. ff. de ſer. export. Et pactum huiuſmodi eſt dicti iuris realis exequutiuum, & conſequutiuum, prout tradunt Bar. Bal. & magis comm. Doct. in d. l. iij. quamuis (vt idem Bartolus ibi inquit) antiquiores ea fuerint in opinione, quòd pactum prædictum ius tantùm perſonale cauſet, & conſequenter quòd ad ſingularem non tranſeat ſucceſſorem. Corn. verò conſi. ccxviij. videtur in hac conſultatione. volum. iij. latè hanc diſcutit, & examinat quæſt. recurre ad eam. F. Turzan.

Pactum, de & ſuper hereditate viuentis inter aliquos initum, iure improbatur, tanquam contra bonos mores, & votum captandæ mortis inducẽs. l. fi. C. de pact. c. ij. extr. de conceſſ. præbend. cum ſimil. & ibi Doct. in l. pactum quod dotali. C. de pact. & in l. pactum. C. de colla. habetur, quòd nemo ex pacto vel ex ſtipulatione hereditatem ſuam in alium transferre poteſt. l. cum donationis. C. de tranſact. ibi nec ad implendum promiſſum hereditatis propria pollicitatione quiſquam adſtringitur. & d. l. pactum quod dotali. ſi tamen aliquis bona ſua alteri poſt mortem ſuam promittat, hoc eſt in tempus mortis ipſius promittentis, conferat: promiſſio iſta iure non prohibetur, cum eo caſu, promiſſio ad vniuerſam hereditatem non trahatur, ſed ad bona tantum quæ poſſidebat, & habebat promiſſionis tempore. l. ſi ita legatum eſt. ff. de auro & argento legat. lege final. §. qui indiuiſam. ff. de leg. ij. Hanc concluſionem tanquam mag. commun. ſequitur Alex. in d. l. fi. in fin. C. de pact. Cuius rei diuerſitatis ratio eſt, licet Alex. non aſſignat, quia primo caſu promiſſio & pactum liberam teſtandi facultatem aufert, cõtra tex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. eod. de verb. oblig. & in præal. l. pactum. C. de collat. cum hereditas, ius totum, & vniuerſum paciſcentis complectatur. l. hereditatis appellatione. & l. pecuniæ. §. hereditas. ff. de verb. ſignific. quod ſecùs eſt ſecundo caſu cum appellatione bonorum ſiue in diſpoſitione generali, & ſimpliciter facta, ſiue etiã particulari, non relata ad futura in huiuſmodi liberali promiſſione, donatione, necnon venditione, & legato, non veniãt futura, ſed præſentia tantùm. d. l. ſi legatum. ff. de auro & argen. lega. l. Plautius eo. titu. quod non contingit in generali expreſſa, ſiue etiam tacita bonorum hypotheca, in qua veniunt futura illis etiam non expreſsis. l. ſocietatem vniuerſarum fortunarum. ff. pro Socio. l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poſſunt. Ratio differentiæ eſt, quia primis caſibus ſi venirent etiam futura, vendens, donans, vel legans nimium damnum ſuſtineret, præter eius conſenſum, alio quidẽ caſu minimè, quia propterea quod in ſimplici & indeterminata bonorum hypotheca, veniant etiam futura, non magis obligatur, nec ad plus debitor conſtituitur, licet plenius creditoribus conſulatur & caueatur, ad glo. in d. l. j. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. & ſic iſtis caſibus ſupereſt de quo promittens & donans in terminis de quibus loquimur poteſt teſtari. d. l. ſtipulatio, hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. cum ſimil. F. Turzan.

Pactum ipſum, eſt contractus. glo. in verbo, figuris. in l. j. ff. de act. & oblig. Bellon.

PRO. Pactum ſine ſcriptura ſeruandum eſt. l. pactum quod bona fide. C. de pact.

OBIEC. Contrà pactum fieri debet cum ſcriptura ad hoc, vt valeat. c. pactum. extrà de verbo. ſignific.

SOL. Ibi dicitur pactum eſſe ſcripturam, ex pace inter partes conuenientem: quia ſæpe interuenit ſcriptura, & ad probationem pacti interponitur; vt ibi gloſ. explicat: non autem quòd ad ſubſtantiam pacti ſcriptura requiratur. Bellon.

PRO. Pactum eſt loco pretij. l. fundi partem. ff. de contrah. empt.

PRO. Pactum de retrouendando valet, & ex mora veniunt fructus. l. ij. C. de pact. inter empt. & vend. Idem.

PRO. Pactum contra naturam ſeu ſubſtantiam contractus non valet. l. cum precario. ff. de prec. Idem.

PRO. Pactum per quod aufertur libera teſtandi facultas non valet. lege pactum. j. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat. Idem.

PRO. Pacta ſunt ac omnibus obſeruanda. l. iuriſgentium. §. Prætor ait. ff. de pact. l. j. ff. de conſtit. pec. can. puellæ. xv. q. j. c. j. & ca. qualiter. extrà de pactis. Idem.

PRO. Pacta contra leges non valent. l. iuriſgentium. §. & generaliter. & §. prætor ait. ff. de pactis. l. contra iuris. ff. eod. l. pacta quæ contra. C. eod.

OBIEC. Contrà de l. paciſci. ff. de pact. vbi paciſci contra edicta ædilium curulium licet.

SOL. Ibi eſt pactum præter edictum ſeu legem: non contra. Vel dic propriè contra edictum, id eſt, edicti beneficium. Idem.

PRO. Pacta de ſuccedendo, ſeu de futura ſucceſsione improbantur. l. fin. C. de pact. Idem.

PRO. Pacta de non ſuccedendo reprobata ſunt. l. pactum. C. de col. l. ſi quando. §. j. C. de inof. teſta.

OBIEC. Contrà de c. pactum. de pact. in vj.

SOL. Ibi de iure canonico valet pactum de non ſuccedendo, quia iuramento firmatum eſt. Idem.

Pacta inſolita eſſe in renouatione feudi appoſita alleganti incumbit probare. Communem dicit Clarus. §. feudum. q. xx. in princip. P. Fichard.

Paganus ſi ſit in caſtris & loco hoſtili, poteſt eodem modo & forma quo milites, condere teſtamentum, ſi tamen non ſit in loco hoſtili, non gaudebit priuilegiis militum. Com. dicit Clarus, §. teſtamentum q. xv. verſi. vltim. P. Fichard.

PRO. Pactiones in rebus ſpiritualibus fieri non debent. cap. fin. extrà de pact. Bellon.

PRO. Papa eſt ſucceſſor Petri, & vicarius Chriſti in terris. in ca. inter corporalia. & c. quanto. ext. de tranſl. epiſc. Idem.

PRO. Papa eſt ordinarius ordinariorum. in ca. licet. de præbend. in vj. vt clem. j. in lit. pend. nihil inno. Idem.

SOL. Papa eſt à nemine iudicandus, cùm alios omnes iudicet. ca. ſi Papa. xl. diſt. Idem.

PRO. Papa omnia ſoluit, & ligat. in can. cuncta per mundũ. ix. q. iij.

PRO. Papa eſt ſupra quodcunque ius. in c. propoſuit. extrà de conceſſ. præb. Idem.

PRO. Papæ tanta eſt auctoritas, vt poſſit alicui etiã auferre beneficium, vel epiſc. gl. in c. per principalẽ. ix. q. iij. & poſſit creare, hoc eſt, de nihilo aliquid facere. gl. in c. propoſuit. ext. de conceſ. præb. nec ei quis

audeat

audeat dicere,cur ita facis? ita not.gloſſ.in c.quanto.de tranſ. epiſco. Idem.

Papa etiam ardua,ſine conſilio Cardinalium,explicare poteſt. Eſt communis opinio ſecundum Dec.in Rub.de conſtitut, verſu,ſecunda concl. M. Grib.

Papa,vel Imperator ſi aliquid concedant ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius,per Decium in c.dudum.nu,10.de decim. comm, dicit, B. Villal.

Papa poteſt expedire ardua ſine conſenſu Cardinalium. Barba. conſi.vol.j.communem dicit. Idem.

Papa non inuoluitur crimine ſimoniæ.Feli.in cap.ex parte. de offic.dele,nu. 2.communem dicit. Idem.

Papa de plenitudine poteſtatis poteſt committere ſuſpecto ſine facultate recuſandi. Panor.in cap.ad hoc.de reſtit. in fin. communem dicit. Idem,

Amplia, quia poteſt committere cauſam appellationis iudici, à quo eſt appellatum.Ant.de Trem.in addit.ad Bonac.in practi.except. in rubr.quæ contra reſcriptum,nu.8.in verb.libellum.com.dic. Idem,

Papa poteſt dare facultatem teſtandi de bonis intuitu eccl.acquiſitis,Deci.conſi.clvij.Io,Duran.in arte teſtan.caut.iij.tit.iij.nu.1. communem dicit. Idem.

Papa poteſt diſpenſare contra ius humanum etiam ab Apoſtolis traditum,vt per Concilium generale promulgatum,Coua. in epiſtola iiij.ca vj.§.ix.nu.6.communem dicit.ex gloſſ,in capit.propoſuit,de conceſſ.præben. Idem,

Papa poteſt diſpenſare in matrimonio nondum carnali copula conſummato.Coua,in epiſtol,iiij.ca.vij.§.iiij.nu. 13.communem dicit,ſecundum Canoniſtas, Theologi autem tenent contrarium. Imò quòd non poteſt diſpenſare,& dicit communem theologorum. Coua,ibi numero 14. & ipſe reſidet cum iſta vltima communi: quippe quæ fuit opinio Panor.in cap.ex publico.de conuer. coniugal. Curtius Iunior in conſi.clxx.numero 1, dicit,quòd ex cauſa poteſt diſpenſare: ſine cauſa autem non, & dicit communem, & cum hac poteſt concordare opiniones contrarias. Idem.

Papa non poteſt diſpenſare cum exiſtenti in ordine ſacro ex maxima cauſa.Hieronymus Cagno.in l.actus legitimi.nu.8.ff.de regul. iur,communem dicit. Idem,

Papa non cenſetur diſpenſare,etſi diſſimulet,niſi ipſe ſcribat quòd diſſimulet.Coua.in epiſt,iiij.cap,vj.§,ix,num.15.communem dicit ex Felin.in cap.j.de treuga & pace. Idem.

PRO. Par in parem non habet imperium,ſicut nec minor in maiorem. l.ille à quo.§.fin.ff.ad Trebell.l,nam magiſtratus.ff.de arbitr. ca.cùm inferior.ext.de maio.& obed, Bellon.

PRO. Parem vim obtinent inſtrumenta,& teſtes in litibus exercendi l.in exercendis.C.de fide inſtr,

OBIEC. Contrà imò videntur inſtrumenta publica præferri teſtib.vt in l.cenſus.ff.de teſtib,vbi monumenta publica ſunt potiora teſtibus.Secundò,& econtra videtur, quòd teſtes præualeant inſtrumentis.vt in l.cum precib.C.de proba.& in §.ſi verò tale.in authen. de fid.inſtrum,in c,iij.loco,extrà de prob,& capi,cum Ioannes heremita. extrà de fide inſtrum,

SOL. Vbi opponitur defectus, vel falſitas, vel aliqua ſuſpicio, vel aliud vitium in inſtrumento in modum exceptionis, bene poteſt hoc probari per teſtes:& teſtes præualebunt ſi ſint plures, & boni, & idonei,& ſine ſuſpitione:debent enim eſſe teſtes honeſtiores ad minus quatuor aut quinque,vbi obiiciuntur teſtes contra inſtrumenta, & hoc ſecundum Doctor.Si verò res acta probetur magis per inſtrumenta,quàm per teſtes, quia eſt factum antiquiſsimum, & tunc ſcriptura vincit teſtem,& ita procedunt duo ſuperiora contraria. Quod autem dicitur in regula noſtra, parem vim obtinere inſtrumenta & teſtes: intellige verum,quando ab vna parte producuntur teſtes & inſtrumenta:quia tam per teſtes,quàm per inſtrumenta,quis probat intentionem ſuam:ſed ſi ex vna parte producuntur teſtes,& ex alia inſtrumenta:quædam ſunt quæ melius probantur per teſtes, quàm per inſtrumenta:quædam econtrario melius per inſtrumenta, quàm per teſtes,vt nunc ſuprà diximus.

PRO. Pares in tempore pares ſunt in iure.l,aliena.§,ſi pluribus.ff, de pigno.actio.

PRO. Pares in gradu,pares ſunt in concurſu,in l,ſi reliquero. ff, de leg.tut. Bellon.

Pares curiæ poſſunt cogi ad iudicandum,vt in §.feudum,q.lxxxix, ver.Sed an iſti, P.Fich.ex Claro.

PRO. Paria delicta mutua compenſatione tolluntur: dolus enim cum dolo,delictum cum delicto compenſatur,l.ſi duo.ff.de dol,l. viro atque vxore,ff.ſol.mat.l.ſi ambo.ff.de comp. Bellon.

PRO. Paria ſunt aliquid ab initio eſſe tale, vel deuenire ad tale,l.pen.ff.de cond.ſine cauſ. Bellon.

PRO. Paria ſunt aliquid in eſſe conſiſtere, vel in eo ſtatu qui de proximo rem producit in eſſe.l.Licinius.vbi Bart.ff.quib.ad lib pro. non licet, Idem.

PRO. Paria ſunt aliquid certum eſſe per ſe,vel per relationem ad aliud.l.certum.ff.de. rei vend.l.aſſe toto.ff.de her. inſtit.l.ait prætor.§.j.ff.de re iudic.l,vbi litem non apparet.§.qui illud. ff. de verbor. obligar. Idem.

PRO. Paria ſunt aliquid certum eſſe à principio, vel certificari ex poſt facto.l,quidam relegatus.ff.de reb.dub. Idem.

PRO. Paria ſunt aliquid ſcire,vel ſcire debere.l.quod re.ff.ſi certum pet,l.qui cum alio. ff.de regu.iur.l.idem iuris.§. mulionem.ff. ad leg.Aquiliam. Idem.

PRO. Paria ſunt aliquid fieri tempore inhabili, vel conferri in tempus inhabile.l.quod ſponſæ.C.de donat.ante nupt.& econtra paria ſunt aliquid fieri tempore habili,vel conferre in tempus habile. l. in tempus.ff. de hered.inſtit.

PRO. Paria ſunt aliquem eſſe præſentem,vel abſentem per contumaciam.l,in cauſæ.§.cauſa.vbi Bar.ff.de minor. Idem.

PRO. Paria ſunt aliquid non eſſe,vel inutiliter eſſe. l. quoties.ff. qui ſatiſd.cog.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.l.vnica. in princ. C. de rei vxo.actio.l.de ætate.§.nihil.ff.de interrog.actio. Idem.

PRO. Paratus ſoluere non cogitur iudicium ſuſcipere,l.ſi reus paratus.ff.de procur. Idem.

PRO. Parcitur ſponte confitenti,l.edicto,ff.de iure fiſci. Idem.

PRO. Parentis appellatione continetur auus.l,parentis,ff.de verb. ſignific. Bellon.

PRO. Parentes tenentur alere filios.l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſc,tot.tit.C.de alen.lib. Idem.

PRO. Parentibus liberum arbitrium eſt diuidendæ hereditatis inter liberos.l.parentibus;C,de inoffi.teſtam. Bellon.

Parochiani alicuius eccleſiæ,vel quis alius laicus in ea ius patronatus licet regulariter præſcribere non poſsint, vt Collectarius & alij tradidêre in capitu.cura.de iure patronat,quoniam omnis eccleſiæ diſpoſitio ad Epiſcopum pertinet,& quicquid iuris eccleſiarum fundatores in illis habent,id totum ex ſuperioris gratia proficiſcitur, meritóque ab aliis trahi non debet in exemplum, capitul. quod alicui ob gratiam,de regul,iur.in vj.de priuile.capitul,ſanè, illud tantùm verum eſſe & locum habere intelligitur,in eccleſia libera.ſed ſi conſtaret eccleſiam eſſe iure patronatus laicorum affectam, tunc ſi laicus per ſe, vel etiam parochiani cum ipſo, ad eccleſiam huiuſmodi Rectorem pro tempore præſentarent, ſanè ius patronatus præſcriberent capit. ij.de capel,monac.& cap.ad audientiam. & ibi Doctor. de præſcript. cuius rei illa eſt ratio:quia huiuſmodi ius competens laico,ex ſui natura per alium laicum præſcribi poteſt, vt poſt longam diſputationem concludit Ioan.Andr.in dicto capit. quòd alicui ob gratiam. de regul.iur.in merc.ídque à Doctoribus communiter tenetur, vt notatur in apoſtol.ad ipſum Collecta.in dicto ca.cura.& in ca.quærelam. vbi etiam Ioan.Andr.de elect.& Fel.in ca.quanto.de iudic.vbi videre poteris ad ſaturitatem,cum res ipſa poſtulabit. F.Turzan.

PRO. Pars in dubio de dimidua intelligitur in l.nomen filiarum. §.portionis nomen.ff.de verb.ſigni. Bellon.

PRO. Pars hereditatis intelligitur cum honoribus & oneribus, pars bonorum deductis oneribus.l.ſi ſeruum l.ſeq.ff.de leg.j. Idem.

PRO. Partibus commutatis eadem res eſſe iudicatur: hinc commutatis iudicibus idem eſt iudicium, & commutatis militibus eadem legio,& commutatis tabulis eadem nauis,& commutatis hominibus idem populus.l.proponebatur.ff.de iud. Bellon.

Participans in crimine crimínoſo cum excommunicato, excommunicatus eſt ſententia canonis.Car.in cap,nuper.de ſentent, excom. communem dicit. B.Villalob.

Partus immaturus, & qui ſecundum iudicium obſtetricum viuere non poteſt,habetur pro non nato,& ei ſuccedi non poteſt.commu.de Claro.in §.teſtamentum.q,xlv.verſi.Sic etiam.Talis etiam partus non excludit ſubſtitutum;neque facit deficere conditionem fideicommiſſi.com. in d.q,xlv.verſ.Eadémque, Idem.

PRO. Partus antequàm edatur,mulieris portio eſt,vel viſcerum. l.j.§.ex hoc reſcripto.ff.de vent.in ſp. Bellon.

PRO. Partus ventrem ſequitur.l,partum.C.de rei ven. Idem.

PRO. Partus nondum editus,non rectè homo fuiſſe dicetur. l. in lege Falcidia placuit.ad leg.Falcid.ff. Idem.

PRO. Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona,l.fin. C. de impub.& aliis ſubſt.§.ei verò qui.Inſti.de inu.ſtipul,in cap. contradicimus.xxxv.q,iij.vbi vna caro eſt pater & filius.

PRO. Pater non videtur filium ad ſupplicium obtuliſſe.l. milites. §.deſertorem.ff.de re milit. Idem.

Pater non poteſt in totum reuocare donationem filio factam, in caſu ſuperuenientium filiorum, ſed ſolummodò reuocatur tanquàm inofficioſa, vſque ad legitimam partem filiis poſteà natis competentem.Com.Claro,§,teſtamentum.q.xxij.verſi.ſed quid ſi pater. P.Fich.

Pater plures habens filios, non poteſt vni plus aſsignare in feudo quàm alteri,multò verò minus poterit vni totum feudum prælegare. commun.in §.feudum.quæſt.xl.verſi.ſecundo.Intellige de feudo antiquo:nam feudum nouum poteſt pater prælegare vni ex filiis.com.in §.

feudum

feudum.q.xl.ver.Sed quid in feudo nouo. Idem ex eod.

Pater poteſt filiam in ſola dote ſua inſtituere & valet inſtitutio. com.in §.teſtamentum.q.xliiij. Idem.

Pater poteſt in donatione filio facta renuntiare beneficio. l. ſi vnquam.C.de renoc.don.com.in §.donatio.q.xxij.verſi.iij. Quæ tamen Claro non placet. Idem ex eod.

Pater regulariter filio in poteſtate exiſtenti nihil donare poteſt ſimplici donatione.com.in §.donatio.q.viij Limita, vt ibid. Idem.

Pater ſi à filio exheredetur ſine cauſa teſtamentum eſt ipſo iure nullum,ſi verò eſt adiecta exheredationis cauſa, valet teſtamentum mero iure,ſed ſi illa cauſa non probetur,poteſt à patre impugnari per querelam inofficioſi.Si autem pater ſit præteritus à filio in poteſtate, tunc ſiue adiecta ſit cauſa ſiue non, ſemper teſtamentum eſt ipſo iure nullum,ſi verò ſit præteritus ab Emancipato,tunc ſi non eſt adiecta cauſa præteritionis valet teſtamentum,ſed pater poteſt illud rumpere per contratabulas. communem dicit in §.teſtamentum.quæſtion. xlviij.Et hoc non ſolum procedit in teſtamento de quaſi caſtrenſi peculio,ſed etiam ſi teſtetur de caſtrenſi pecul.ead.quæſt. Idem.

Pater habens duodecim filios excuſatur tam à muneribus perſonalibus,ſeu à collectis quibuſcunque,quàm etiam à patrimonialibus, l. ſi quis decurio.C.de decurioni.lib.x.vbi hoc tenet gloſſ.Bartol. Andr. de Baru.& Ioan.de Plate.& Bartol.in l.ſemper.§.demonſtratur. de iure immuni.Iſta eſt magis communis opinio omnium Docto. in præcitatis locis,& hoc admittunt omnes Doctor. communiter in decurione,vt ſcilicet dictus numerus duodecim filiorum illum excuſet à quibuſcunque muneribus,d.l.ſi quis decurio.& ibi per Bald. & gloſſ. in l j.C.qui nu.libe.lib.x.& gloſſ.& Bartol.in rubr.C. de decurio. eod. libro. Ampliatur hoc in tantum procedere,quòd pater qui habuit dictos duodecim filios,& conſequutus fuit immunitatem, ſi poſtmodum moriatur aliquis ex iſtis filiis durat priuilegium, ſecundum Io. Andr.in ca.decet indultum.in Mercu.de regu.iur.in vj. quem ſequitur Alber.in l.ij.§.j.ff.de excuſa.tuto.dicens ibi ita de facto obtinuiſſe.& in capitul.decet.de regu.iuris,in vj.Fulgo.conſilio lij. Paul.de Caſt.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolu.matrimon. Deci.conſilio xxiiij. in l.in omnibus cauſis.ff.de regul.iur.in authent.præterea.in fin.C. vnde vir.& vxor.& in ca.cum ceſſante. de appellat. & ita,conſuluit Imol. conſilio lxxvij.in iij.dubio,& ita tenet Iaſon.in l.ſciendum.§. fina.ff. qui ſatiſda.cogan.& licet contrarium ſentiat Alexand.in d.§.ſi maritus,tamen iſtam præcedentem opinionem dicit eſſe communem. Alcia.in tract.de præſumpt.in j.regul. præſumpt.xxxvj. numero 2. à qua dicit non eſſe recedendum propter fantaſiam Alex. in iudicando & conſulendo Bar.Soci.in d.l.ſciendum.§.fin. F. Viuius.

Pater habet vſumfructum in omnibus bonis aduentitiis filij,eo viuente,l.cùm oportet.C.de bo.quæ liber.& §.hoc quoque.Inſtitut.per quas perſo.nob.ius acqui.quod quippe venit intelligendum cum grano Salis,videlicet in quæſitis per filium tempore emancipationis, ſecùs verò in poſteà quærendis, in quibus nullum vſumfructum habet.l.j.& ibi Paul.de Caſtr.C.de bonis quæ liber.& idem Paul.de Caſtro in d.l.cùm oportet, & iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Aldobr.in præcitato.§.hoc quoque.Imò plus dic, quòd nec expreſsè pater poteſt ſibi reſeruare vſumfructum in bonis poſteà quærendis per emancipatum,ſecundum Ioan.Andr.in addit.Spec.in titul.de nat. ex lib.ven.in fin.motus ea potiſſimum ratione,quia in acquiſitis poſt emācipationem per filium pater nullum ius habet l.ſi filius.ff.de verb. oblig.& in l.fin.ff.de ſtipu.ſeruo.meritò huiuſcemodi retentio nil operatur,& hoc idem ante Ioan.Andr.in loco ſuperius citato poſuit Old. conſilio xxiiij.vt not.Iaſon.idem tenens. & in l.fin.numero 28. C. de pact.& Ger.in ſingul.lxxvj.circ.fin. Idem.

Pater naturalis tenetur duntaxat alere filiam,non autem dotare, ſecundum magis communem opinionem Doctor. quam ſequitur & citat Alexand.in l.j ff.ſoluto matrimon.Alciat.in rubric.ff.de verbor. obligat.Ripa in rubr.ff.ſolut.matrimo.Paleottus in tractat.de nothis, & ſpuriis.quæſtio.liiij.& Boër.deciſi.cxxvi. numero 13. cum multis ſequent.& communis iſta procedit de iure Canonico, & non de iure Ciuili:& iſtud ius ſeruatur hoc caſu vbique ſecundum Deci.in ca.ſanctæ Mariæ.de conſtitut.& hoc quòd pater de iure Canonico teneatur præſtare alimenta ſpuriis,ponit pro regula cum nonnullis limitationibus,& ampliationibus Pet.Duennas in tracta.ſuarum reg.in regula, in verſi.filius ſpurius. Idem.

Pater interueniens,ſeu promittens quouis modo pro filio, non poteſt petere prius excuti filiū principalem,ſed ipſe pater tenetur ſoluere vti principalis,& per cōſequēs nō poteſt gaudere beneficio,& fauore & auth.præſente.C.de fideiuſſ.& §.non ſolùm.& §.ſi quis igitur.in authent.de fideiuſſo, quò pater ante principalem conueniri non poſſit,vt eſt text.ſingularis in l.iij.§.ſed vtrùm,& ibi Bal.ff.de minoribus. & ita per illum text.tenet Barba.in ca.peruenit.de fideiuſſ. numero 7. & in l.ſtipulationum.l.ij.§.ſatis acceptio.ff. de verbor. obligat. Steph. Aufrer.in addit.ad deciſiones capellæ Toloſanæ in deciſi. cxcvj Boër. deciſi.ccxxj.numero 6.& 14.& opinionem iſtam firmat etiam, & aſſeuerat eſſe communem poſt alios iam relatos Doct.Pirrus Englebermeus in l.ij.de decurionibus.lib.x. Idem.

Pater etiam per iudicem ſecularem poteſt compelli præſtare alimenta filio ſpurio. Alciat.in rubric.de verbor.obligat.ff.nume.2. communem dicit.ex Soci.conſilio clxj.volum.j.& Aret.in conſilio xlvij. dicens gloſſ.in ca,cum haberet de eo qui duxit in matrim.ſolùm excitaſſe iudicem eccleſiaſticum. B.Villal.

Et nota dictum ſatis notabile Bal.in authen.niſi rogati.C.ad Trebell. quòd filius ſpiritualis ex baptiſmo poteſt compellere in ſubſidium patrem ſpiritualem ad præſtandum ei alimenta.

De iure regio poteſt relinquere ei quintam partem bonorum etiam ſtantibus legitimis.l.ix.in ordin.tau. Idem.

Fallit,ſi filius poteſt aliunde alimenta comparare ſibi. Curt. Iuni. cxlviij.nu.1.communem dicit.

Concor.cum l.vj.tit.xix.par.iiij. Idem.

Pater poteſt prohibere filium alienare legitimam vſque ad certam ætatem.Boër.deciſio.lxxxvij. nu.6.commun.dicit. Idem.

Nota iſtam communem ad notata per Doctor.in l.xxvij. tau.vbi omnes concludunt per patrem non poſſe poni grauamen aliquod legitimæ.Et vide Boër.in deciſio.lxxxvij. Idem.

Pater habens iuriſdictionem miſtam cum aliis rebus diuidendis inter filios,poteſt eligere vnum ad iuriſdictionem exercendam. Ioan. Duran.in arte teſtan.tit.j.cau.viij.nu.5.commun.dicit. Idem.

Pater non poteſt tollere etiam ex ſua ſtipulatione ius quæſitum filio,nec minuere.Iaſ.conſi.cxiij.volu.j.Io.Duran.ibi tit.j.cau.viij. nu.1. communem dicit.

Amplia,quia pater non poteſt repudiare bonorum poſſeſſionem delatam filio non ſolùm in aduenticiis,ſed etiam in profecticiis. Iaſ.in l.emancipatus.nu.1.C.de repud.bono.poſſe.com.dicit. Idem.

Pater poteſt relinquere filiæ pro dote,vel ſua legitima certam rem: & valet teſtamentum.Alex.& Deci.in l.humanitatis.C.de inſt. & aliis ſubſtit.Io.Duran.in arte teſtan,tit.v,cau,xx.com.dicit. Idem.

Nota quòd ſufficit patri inſtituere filiam in ſola dote,Gul.Bene. in repet.c.Raynuncius,in ver.Alterochæ filiæ,nu,11,de teſta. communem dicit. Idem.

Pater non poteſt in bonis feudalibus per teſtamētum vni filiorum, plus quàm alteri aſsignare:nec valet talis diſpoſitio. communem dicit Zaſ.in Epito,feud,in tit.de Succeſſ.feudi,in iij.part.princ. de Succeſſ.ex teſtamento. I.Fichar,

Pater poteſt adire hereditatem filio familiàs inſtituto repudiante. Anto.de Tremo.in addi.ad Bonac.in rubr.quib.mo.ci.nu. 18. ver.pro mortuis reputantur.communem dicit. B.Villal.

Pater cenſetur ſtipulari filiis,vel heredibus in dubio.Alcia.de præſumpt.regu.iij.præleg.xxxij.nu.7.com.dicit. Idem,

Pater,& filius eadem perſona cenſentur,vna identitas, vnum domicilium,&c. omnes vbique tenent præter vnum Romanum in l. ſciendum.ff.qui ſati.cogan.Ita ſcribit Tiraq.in Præfatio. commentariorum in l.ſi vnquam.C.de reuoca.dona.nu.23.circa fin. quod axioma ad deciſionem multarum quæſtionum confert. vt ibidem videre licet. I.Fich.

Pater in codicillis non poteſt directam pupillarem facere,ſed per fideicommiſſum ſuſtinere poteſt, & ſui heredes poſſunt deducere legitimam niſi eis rogetur vt reſtituant.Iaſ.in l.ex tribus. C. de inoffic. teſtam.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.v.cau. xxxiiij. Et in dubio videtur iniunctum fideicommiſſum non filiis,ſed heredibus.Iaſo.conſilio lxix.vol.ij.communem dicit. B.Villal.

Pater non poteſt grauare impuberem per fideicommiſſum: quod poteſt facere in perſonam ſubſtituti pupillaris.Iaſon.in l.arrogator. nu.28.ff.de adopti.communem dicit. B. Villal.

Pater obligatur naturaliter in donatione facta per eum filio. Io. Cora.in l.frater à fratre §.quæſitum.nu.46.ff.de condit.indebit. communem dicit. Idem.

Pater ex mutuo filij acquirit obligationem naturalem.Ioan.Cora. ibi nu.28.& non acquiritur filio.nu. 37.com.dicit. Idem.

Pater ſi ingrediatur monaſterium:filij efficiuntur ſui iuris.Iaſo.in l. patre furioſo.nu.45.ff.de his,qui ſunt ſui vel alien.iuris.com.di. Idem.

Pater qui adulterum cum vxore deprehenſum poteſt occidere,poteſt committere filio.Coua.in epiſtol.iiij.ca.vj.§.vij.nu.5.comm. dicit ex Tiraquel.de reſo.dona.C.in l.ſi vnquam.in prin.nu.16. Idem.

Pater diſsipans bona antè,quàm interdicatur adminiſtratio:poteſt pupillariter ſubſtituere filium.Iaſ.in l.is qui bonis.ff.de verbor, oblig. magis commu. dicit.& Segu.in l.Imperator,nu.110.ff.ad Treb.Idem.

Cum etiam poteſt facere teſtamentum.l.xiij.tit.j.par.vj. Idem.

Pater filio non acceptante hereditatem, excludit ſubſtitutum vulgarem.Iaſ.in l.cùm proponas,nu.12.C.de her.inſtit.com.dicit ex Rip. in l.heredes.nu.142.ff.de lib.& poſthu. Idem.

Limita in filio inſtituto non contemplatione patris, vt in inſtitutione matris,& ſubſtitutis aliis coniunctis.Iaſ.ibi.nu.15 com.dicit.

Pater non poteſt eligere ſepulturam filio impuberi.Guliel.Bene. in repet.c.Raynutius.de teſta.verſicu.ſi abſque liberis moreretur. cl.ij.§. ſecunda ſubſtitutio.nu.3.communem dicit. Idem.

Pater

Pater adminiſtrator bonorum filij poteſt alienare mobilia ſine decreto iudicis.Iaſ.in l.præſes.de tranſactio.C.numero 5. com. dicit. & eſt ſententia Azonis in Summa.C.de bon.d.be.verſi.nec puto quòd in alienatione mobilium. Idem.

Pater legitimus adminiſtrator filiifamiliàs minoris, poteſt etiam res immobiles alienare,ſine decreto Iudicis, quòd tamen aliàs requiritur, communis eſt opinio, per ea quæ congeſſit Tiraq. in præfat. com.ſuper l.ſi vnquam.nu.28.C.de reuo.dona. I.Fich.

Pater habens adminiſtrationem bonorum filij tanquam tutor,non poteſt conſtituere procuratorem in iudicio poſt litem conteſtatam per filium.Iaſ.in l.præſes.C.de tranſact.nu.3.com.dicit.ex Bald.in l.j. C.de bon.mater. B.Villal.

Patris priuilegium habentis duodecim filios,durat, etiam ſi filij moriantur,Alcia.in tracta.præſum.re.j,præſum.xxj.com.d. Idem.

Patria poteſtas non diſſoluitur per ordinem ſacrum, niſi ſit ordo epiſcopalis.Iaſo.in l.patre furioſo.nu.5.ff.de his,qui ſunt ſui vel alien. iuris.communem dicit. Idem.

Concord.cum l.xiiij.tit.xix.part.iiij,vbi dicit quòd per ſolam electionem liberatur à patria poteſtate. Idem.

Ita nec per Matrimonium tollitur,ſecundum Ioan.Lup. de Pallat. rub.ſuper Rubr.de dona.inter virum & vxorem.§.xliij.Anto.de Prato in ver.in conſilio,quod eſt inſertum conſiliis Alexand. numero 133. volum.iiij.Et Andr.Tiraquel.in commenta.Legum connubialium.in prin.per l.inter.§.filiisfamiliàs.l.maritum.§.cæteram. & l.filiumfamiliàs.ff.de adult. I.Fich.

Limitat autem hoc Iaſon. in l.ſi emancipati.numero ſecundo. C. de collat.ex Baldo,niſi filius per decennium ſeorſim habitauerit à patre.& inſuper alleg.l.j.in verb.diu paſſus.C.de pat.poteſt. Quos ſequitur etiam Bart.Chaſſa.Burg.conſi.Rubr.vj.*Des enfans*.&c.§.iij.in ver. *eſt reputé emancipé*. B.Villal.

Nec etiam tollitur per Militiam, vel Doctoratum. l.ſi maritus. vbi Bald.C.de patr.poteſt Apoſtil.ad Bar.in l.item in poteſtate.ff.de is qui ſui iuris ſunt.Iaſ.in l.patre furioſo,in fin.eod.tit.&c. Idem.

Patria poteſtas non perditur per expoſitionem factam de filio. Anton.de Trem.in add.ad Bonac.in pract. except. in rubr.quib. mo.ciui. nu.13.in verſi.lex ſecunda licet ita.commun.dicit. Idem.

PRO. Paterno deberent perire ſupplicio,in quibus paterni,hoc eſt hereditarij criminis exempla metuuntur l.quiſquis.§.filij.C.ad leg. Iul.ma. Bellon.

PRO. Patria poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere.l.diuus.ff.ad l.Pomp.de parricid. Idem.

PRO. Patris ſuffragium prodeſt filio. Et è contrario filij ſuffragium prodeſt patri.in l.illud notandum.ff.quod cuiuſque vniuerſ.

PRO. Patris officium eſt dotare filias.l.ſi.C.de dot.promiſ.l. qui liberos.ff.de ritu nup.Non autem matris.in l.neque mater. C. de iure dot. Idem.

PRO. Patris & filij teſtamentum pro vno habetur.l.patris & filij.ff.de vulg.ſubſtit. Idem.

PRO. Patres theſaurizare debent filiis, non filij patribus. in c. cum Apoſtolus.§.prohibemus.de cenſibus.extrà. Idem.

PRO. Patria cuique dulciſſima.l. qui habebat. ff. de leg.iij. vnde Ouidius,

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit,& immemores non ſinit eſſe ſui.

PRO. Patriæ appellatione etiam ſuburbia continentur. l. vxorem.§.legauerat.ff.de leg.iij. Idem.

PRO. Patriæ parendum eſt,l.veluti.ff.de iuſti.& iur. Idem.

PRO. Patere legem quam tuleris, l.j. ff. quod quiſque iur. c. cum omne.extrà de conſtit. Idem.

PRO. Patiens & agens eodem tempore quis eſſe non poteſt. l. Vranius.ff.de fide.l.ille à quo,§.tempeſtiuum.ff. ad Trebell.

PRO. Patientia habetur pro conſenſu,l.qui patitur.ff.mand.

PRO. Paupertas cogit ad turpia.l.palam.ff.de ritu nupt.l.ſpadonem.§.fin.ff.de excuſ.tuto. Idem.

PRO. Paupertas excuſat.l.paupertas.ff.de excu.tutorum.l. illicitas.§.ſi.ff.de offic.præſi. Idem.

PRO. Parum eſt iura in ciuitate eſſe, niſi ſint qui eadem reddere poſſint.in l.ij.§. poſt originem.ff. de orig.iur.c.vbi periculum.§. præterea.& c.commiſſa.de elect.in vj. Bellon.

PRO. Parum eſt latam eſſe ſententiam, niſi & mandetur executioni.glo.not.in rub.C.de executi.rei iudic. Idem.

Patronus vendens ius patronatus,& emens perdit illud. Præpo. in cap.qui ſtudet.j.q.j.communem dicit. Villal.

Pauper quis ſit relinquitur arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonarum.Bellon.conſi.xvj.com.d.ex Decio.conſi.cxx. B.Villal.

De iure regio quod ad hoc quod non appellans intra tempus reſtituitur propter paupertatem dicit quòd tunc dicatur pauper, quando non habet in bonis niſi viginti marabetinos.l.vigeſima,titul. xxiij. Et nota iſtam communem ad intel.l.iiij.tit.ij.lib.iij.ord.Et de valore marabetinorum,vide Coua.in ſuis reſol.capitul.xj.libr. j. numero quarto & Otal.de nobilitate Hiſpa.par.ij.c.iiij.nu.11.cum ſequen. Idem.

Si teſtator diſponat,quòd poſt mortem heredis diſtribuantur bona inter pauperes eligendos per executores ipſius teſtamenti, non poterunt dicti executores aliquos pauperes eligere ante mortem ipſius heredis.Eſt magis communis opinio ſecundum Alexand.in conſi. lxxxj. viſa conſultatione.circa med.vol.vj. M.Grib.

Pax prodeſt abſenti etiam in foro iudiciali.Franciſ.de Aret.in l.ſtipulationum.§.caro.in ſi.ff.de verb.oblig.com dicit. B.Villal.

Offendes eum à quo prius fuit offenſus & prouocatus, pacem rumpere non intelligitur: quia non ex antiqua cauſa, ſed ex noua motus cenſetur.Eſt magis communis,& vera opinio ſecundum Alexandrum in conſilio ccxv. viſo themate,volum.iiij.Vide Paul.Caſtr. in conſilio cxcv.viſo ſubſcripto.volum.j.Gozadi.conſil.xxxj. in hac cauſa. Hyppol. in conſi.lxxvj.lxxxiij.cxix.cxxj.& in ſingu.cccccij.ex parte.Roma.conſi.clxxxiij.in caſu.Bal.in conſi.cxcv.laudare.vol.j. Grib.

Peccatum detectum in confeſſione de licentia pœnitentis poteſt publicari:etiam ſi poſtea non ſit ratificatum.Felinus in cap. Matthæus. de Simo.communem dicit. B.Villal.

PRO. Peccata nocentium nota eſſe & oportet,& expedit.l. eum, qui nocentem.ff.de iniur. Bellon.

PRO. Peccata ſuos teneant authores.l.ſancimus.C.de pœn. l. reſcriptum.ff.de his quib.vt indig.ca.requiſiuit.extrà de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Bellon.

Peculium quaſi caſtrenſe dicitur propriè illud,quod Aduocati Clerici & Magiſtri liberalium artium de publico acquirunt. l. fin. C. de inoffi.teſta. Vnde ſi aduocati prædicti non ex publico , ſed à priuatis perſonis veluti clientulis aliquid recipiāt pro eorum laboribus,& ſtipendio,adhuc dicitur eſſe quaſi Caſtrenſe peculium,ſecundum gloſ.in §. j. Inſtitut.per quas perſo.nob.acqui. quam ſequuntur Faber Aret. Chriſtopho.& alij communiter inibi,Cyn.Bartol.Bald.Angel.Saly.& omnes in l.fori.C.de aduocatis diuerſorum iudiciorum. Hoc idem tenet Bald.& Iaſo.in d.l.final. & Bartolus in l. final. per illum text. C. de ſilent.libro duodecimo, licet Speculator, & malè ſua lere conetur contrarium in §.primo.in tit.de actore,tamen (quicquid ipſe dicat) noli recedere à communi opinione in iudicando, & conſulendo, & probatur hæc communis ex deciſione text.in l. fori,vbi text. appellat quaſi Caſtrenſe nedum quod ex profeſſione ſeu ſalariis acquiritur, imò etiam quicquid eius occaſione quæritur, & ſic priuatim, corroboratur ſecundo loco per mentionatos Doctor. quia aſſeſſores non recipiunt ſalarium de publico.ca.ſtatutum.§.pen.de reſcrip. libr.vj. & nihilominus habent quaſi Caſtrenſe peculium.l.velut. C. de aſſeſſo.& quatenus ſuperius docuimus,quod perceptum eſt fructibus beneficiorum per Clericos dicitur quaſi Caſtrenſe peculium, dic quòd Clerici beneficia,& eorum fructus ex publico non percipiunt, ſed proculdubiò in eis dicuntur habere quaſi caſtrenſe peculium.l.ſacroſanctæ.C. de Epiſcopis & Cleri.vnde pater percipiendo fructus dictorum beneficiorum,tenetur ad reſtitutionem eorum,ſi extant,ſi verò non extent cogitur ad precium eorundem fructuum,vt per Abb.& Cardin. Zabare.in capit.quia nos.de teſtamen.cum aliis pleniùs deductis per Afflict.deciſio.ccxlj. F.Viuius.

Pecunia ſimpliciter tradita,præſumitur mutuata.Alexan. in l.cùm quid.ff.ſi certum peta.communem dicit. B. Villal.

Pecunia deſtinata ad emendam aliquam rem immobilem,computatur inter mobilia.Boër.deciſio.ccix.nu.1.com.dicit. Idem.

Tu de hac materia vide plenè tractantem.And.Tiraq.lib.j.retract. §.j.gl.vij.nu.103.cum ſequent. I.Fich.

Pecuniam ſolus princeps mutat ſine conſenſu populi,Boër.deciſio. cccxxvij.nu.7.communem dicit. B.Villal.

Pecunia in eorum eſt numero, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poſt longam enumerationem commun. eſſe dicit And. Tiraq. paulò ſuprà allegata gl.vij.nu.104.& 105. I.Fich.

*ADDITIO*. Circa pecuniam,dicit Bartol.in l.Paulus. ff. de ſolu.eſſe differentiam inter pecuniam groſſam & minutam,poſtquàm debitor fuit in mora ſoluendi,quia Ant.de Butr.in cap.quanto,nu.12. circa med.de iureiurand.& ibi Imol.Ioan.And.& cæteri dicunt opin. Bart.non ſeruari,& indiſtinctè in pecunia groſſa & minuta periculum maioris æſtimationis pertinet ad debitorem moroſum.& doct.in l.in minorem,C.in quib.cauſ.in integ.reſt.non eſt neceſſ.Martin. Lauden. in tract.de mone.nu.20.& ſequen.cum allegatis per ipſum. Franciſc. Cur.in eo.tract.nu.6.& fo.regna,etiam in eo.tract.nu. fin.

PRO. Pecunia à pecudibus dicta eſt.in c.totum.j. q.iij.

PRO.Pecuniæ appellatione omnes res continentur.l.ij.C.de conſtitut.pecun.l.pecuniæ.ff.de verb.ſignific. Bellon.

Ex conſuetudine temporis non memorabilis,etiam inſcio principe vel ſuperiore,ius colligendi Pedagium acquiritur. Eſt magis com. opi.ſecund.Alex.conſi.vj.vol.j. M.Gribal.

Penſionis ſi in vnoquoque anno propria eſt præſcriptio,quo ad futuros annos ſeu penſiones ſe non extendit.com.dicit Guido Pap. deciſion. ccccvj.ccccvij. & ccccviij.vt refert Minſing.obſer.xiij. cent.iij. I. Fich.

Penſionis remiſſio regulariter ob læſionem vel ſterilitatem:niſi in certis caſibus fieri non debet,eſt magis communis.ſecund.Alexand. conſil.lij.volum.j. M.Gribald.

Penſio magna ſi præſtetur,quæ fructibus correſpondeat vel quaſi. vel ſi præſtatur aliqua pars fructuum,tunc debet potius iudicari locatio quã Emphyteuſis,quia in contractu emphiteutico ſoluitur quid minimum pro recognitione.Communem dicit in §.ẽphiteuſis.quęſt. j.ver.ſed pone.

P R O.Per denotat perfectionem.lege vrbana familia. §. pernoctare. ff.de verb.ſignifi. Bellon.

P R O.Per.ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur.leg. fin.C.de fid. Bellonus.

P R O.Per.exteriora cognoſcuntur interiora,vnde verſus..

Intima per mores cognoſcimus exteriors.in §.pauonum.inſtit.de rerum diuiſio.nec aliqua.xxvij.quæſt.j.

O B I E C.Opponitur de lege obſeruandũ.ff.de offi.præſid.vbi lex docet quod aliud gerant in corde magiſtratus.& aliud ſimulent.

S O L.Ibi ratione dignitatis ſimulatio admittitur. Idem.

P R O.Per filij corpus,pater magis quàm filius periclitatur.§. finali.inſt.de nox.attica. Idem.

P R O.Per liberã perſonam obligatio nulla nobis acquiritur. leg. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.oblig.§.pe. inſti. per quas perſo.nob.ac. Idem.

P R O. Per negotiationem res efficitur dubia.l.fina.C.quib.ad liber.pro.non lic. Idem.

P R O.Per rerum naturã negantis factum nulla probatio eſt in l. actor.C.de probat.c.quoniam contra falſum.extra eodem. Idem.

O B I E C.Obſtat l. ab ea.parte.ff.de proba.

S O L.Hic in negatiua facti loquimur,quæ probari:nõ poteſt ibi verò in negatiua iuris,quæ probari debet ab eo qui negat.Item opono de cap.dudum.de præſumptio.extra.Sed ibi in negatiua qualitatis hic autem facti. Bellon.

P R O.Per ſecundũ actum primo renuntiatum eſſe cenſetur.l. filiũ emancipatum.l.illud ius.ff.de acquir.hæred.Amplia hoc procedere etiam ſi ſecundus actus eſſet inutilis.l.planè.ff.de leg.j.& ſi transferam ff.de adim.leg.

O B I E C.Contrà de l.ſi miles qui deſtinauerat. ff.de mil.teſta.vbi miles teſtando iure comm.non videtur renuntiare beneficio militari.

S O L.Regulam noſtrã intelligere debes in actu conſumato. vbi enim actus eſt conſumatus.renunciatur primo,ſecus vbi non eſt conſumatus , vt in contrario,quia deſtinauerat tantum.& volebat in re communi teſtari miles,& ante deceſſerat, quam teſtaretur,vt ibi Idẽ

P R O.Per verbum poteſt,libera datur facultas.per verbum debet, neceſſitas imponitur.gloſ.in lege.ſæpè audiui Cæſarem. ff.de offici. præſid. Idem,

P R O. Perfecta donatio conditiones poſteà non capit.l. perfecta donatio.C.de donati.quæ ſub mod. Idem.

P R O.Perfecta donatio temere reuocari nõ debet.in §.aliæ.inſtit. de dona Idem.

P R O.Perfectũ eſt,quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.lege j. ff.de orig.iur. Idem.

Periculum à fortuito caſu proueniens,ad fideiuſſorem non pertinet,vt not.Docto.in l.exceptione, §.ſi culpa tua.de fideiuſſ.vbi dicunt præſertim Iac.ab Arena,hanc eſſe receptiorem ſentẽtiam idémque tenuit Bal.in l.ſi propterea,quæſt.penul.C.mand.per gloſſ.in l.ſi quis prohibuit.ff.de publi.Ioannes Andreas in reg.damnum in mercu.de regu.iur.in vj.probatur.& in l.procuratorem.§.in ignorantes. ff.man.refert.& ſequitur Alexander in conſ.ccclxv.quoniam.in quæſtione circa med.vol.j. F.Turzan.

Periculum procedens à caſu fortuito,non ſpectat ad fideiuſſorem non culpabilem.Eſt magis communis opinio ſecund.Alexand.in cõſil.lvij.quoniam in quæſtione,verſ.non ſermo.vol.j. M.Gribal.

Periculum rei venditæ quæ conſiſtit in menſura ſub conditione, quòd menſuretur ſpectat ad vendentem ante menſurã,Cur. Iunior conſi.lxxiiij.nu.17.communem dicit.

Concor.cum l.xxiiij.tit.v.part.v.Et vide Matth.de afflict.in deciſio. cccxcix,per totum. B.Villal.

Permutatio,vel venditio perpenditur.ex maioritate precij,vel rei, nam ſi rei,pluris æſtimationis eſt,erit venditio,ſin autem,permutatio Coua.in ſuis reſo.lib.ij.cap.iiij.nu.9.communem dicit. Villal.

Concor.cum l.ij.tit.xvj.part.v.

Permutatio beneficij quod eſt de iure patronatus:ſi fiat irrequiſitis patronis non eſt ipſo iure nulla.Ro.in ver.honorificum.nu. 8. q. iij.communem dicit.ſed intellige prout eſt concluſum in meo compendio iuris patronatus.§.xiiij.num.14.cum ſeq. B.Villal.

Periurus non eſt priuatus beneficio.ſed venit priuandus. Ripa in cap.ij.de reſcript.nu.13.communẽ dicit,ſi tamen inſtituatur non valet inſtitutio ipſo iure.Lam.de iure par.j.lib.ij.quæſt.ix.art.xv.comm. dicit cùm eſt periurus. quia contrauenit contractui iurato per illum factum,vt per dictum,Lamber.vbi etiam communem dicit. Idem.

Periurus non poteſt petere abſolutionem à iuramento.Communem dicit Felinus in cap.j.numer,28.Limitat tamen tribus modis vt ibidem. I.Fich.

P R O.Perinde,aduerbium denotat ſimilitudinem inter caſus, vt in l.j.ſed ſciendum.ff.ſi cui plus quam per l.Falc.ſacrilegij.§.fin.ff. ad leg.Iuli.pec.§.ſed quia hæredes Inſtit.de fid.hęre.vide Bart.in extr.ad reprimendum.in verbo perinde. Bellon.

P R O.Perire volens non eſt audiendus. lege.non tantum. ff. de appellatio. Idem.

P R O.Periurus eſt infamis.lege ſi quis maior.C.de trãſactio.can ſi quis conuictus.ij.q.vj.

P R O.Periurus omni commodo & beneficio venit priuandus.l. ſi quis.C.de tranſact.c.querelam extrà de iureiu. Idem.

P R O.Periurium & homicidium æquiparantur.in c.cum non ab homine.extra de iud. Idem.

Periti vnius dicto ſtatur,quando plures in eadem ciuitate nõ reperiuntur,nec opus eſt mittere ad vicinas ciuitates pro habẽdis pluribus,etiam in cauſa quamtumuis ardua,& graui.Eſt communis opinio ſecundũ Alexandrum,& Iaſo.in l.j.§.fin.ff.de verb.oblig.Sed Panor.in cap.propoſuiſti de probat.tenuit oppoſitum,quòd imò in cauſa ardua,& grauis præiudicij,debeat mitti ad loca vicina pro habendis ſaltem duobus,& pro cuius opinione faciunt eleganter dicta per Aretin.in conſi.cxlij ex facto proponitur.vbi concludit, quòd iudex debet laborare in probatione quæ fit per peritiã artis,haberi maiorem certitudinem quæ eſſe poſſit,& iſtud maximè attendi debet in cauſis arduis,& grauis præiudicij , in quibus maior cautela & diligentia requiritur.arg.tex.in l.j.§.ſed ſi quis,ff.de Carbon.edict.& quę de ardua cauſa notantur per Doctor.in l.admonendi.de iureiurand. per Feli.& Barbat.in cap.teſtimonium.in v.notabil.de teſtib.& Petr. Anchar.in conſi.xxviij.rationes inductę.circa fin.& Bal.in l.parentes C.de teſtib.in cap.ad noſtram.de proba.Modern.Canoniſt.in ca.licet cauſam,de probat.Soci.conſil.xvij.ſuprà dictæ cauſæ.in fin.vol.j.Hypol.latè in conſilio lxxiiij.in cauſa Hierony.volumine j.& in l.j.§.ſeruum municipum.ff.de quæſt.& fac.tex.in l.propter litem.§.j.de excuſa.tuto.&c. j.& ibi Doct.de reſtit.ſpolia. M. Gribal.

Quando tractatur de iudicando aliquid,ſpectãs ad alquam artẽ, vel officium.ſaltem duo in illa arte periti adhibẽdi ſunt, ſi in loco illo reperiantur.Eſt communis opin.ſecundum Iaſonem in l.j.§.fin.ff. de verb.obligatio.Tamen idem Iaſon ibidem tenet oppoſitum,concludens,quòd imò vnus ſufficiat nec plures ſint requirendi.licet plures in loco poſſent inueniri:& dicit hanc contrariam opinionem cõmunem eſſe melius fundatam.& de iure veriorem. Item Grib.

P R O.Permiſſum ad tempus poſt tempus videtur prohibitũ.l.ſtatuliberum.§.Stichum.ff.de leg.ij.& econtra prohibitũ ad tẽpus poſt tempus videtur permiſſum.l.pater filium.§.fundũ.de leg.iij. Bello.

P R O.Permittitur alicui errorem ſuum corrigere.§.ſi quis aliud. inſtit.de actio. Bellon.

Permutare licet Emphyteutæ rem Emphiteuticam , etiam cũ extraneo communem dicit in §.Emphyteuſis. q.xvij.dũmodo fiat bona fide. P.Fich.ex Clari.ſententiis.

Perpetuum cenſetur.cuius tempus eſt indeterminatum,vel indefinitum,adeóque incertum etiam quando contingere poſſit.Iaſon. & omnes in l.ſufficit.ff.de cõdict.indebit.aſſumere tradit Tiraq.lib.j.Retract.§.1.gloſſ.xiiij.nu.120.cum multis ibi allegatis concor. I. Fich.

Perſonæ digniores quæ dicantur,relinquitur arbitrio iudicis.Dec. in c.ſedes nu.7.de reſcrip.communem dicit. B.Villal.

P R O.Pernicioſum eſt contra ſuum iuramentum venire.cap. ſuper literis.ij.extrà de reſcrip. Bellon.

P R O.Perſonale priuilegium cum perſona extinguitur,nec ad alium tranſit,realè verò tranſmittitur ad alium in l.j. §.permittitur. ff. acq.quot.& eſtiu.l.ætatem.§.rebus.& l.forma.§.numquam.ff.de cenſib.l.j.ff.de iur.immunit.l.priuilegia.de reg.iur.&.ca. priuilegium. de reg.iur.in vj. Idem.

P R O.Perſonale pactum ad alium non tranſit.l.item in duobus. §.perſonale.ff.de pact. Idem.

P R O.Perſonales actiones durãt xxx,annis.l.ſicuti.C.de præſcrip. xxx.ann.l.ij.C.de conſtitu.pec. Idem.

P R O.Perſuadere eſt plus quàm facere.l.j.§.perſuadere.ff.de ſeruo corru. edem.

Pertinentias alicuius feudi probare domino incumbit,vtpotè dicenti,nõ autem vaſallo.Commun.dicit in §.feudum.quæſt.xviij. ver. Sed quid. P.Fich.ex Clar.ſentent.

Peſtis tempore confectum teſtamentum,debet habere numerum ſeptem teſtium & non ſufficiunt quinque teſtes,vt Bald.voluit.Hanc opinionem dicit Clarus,ſi cõputentur auctoritates Doctor.eſſe magis communem ſibi tamen opinionem Bald.magis placere.in §.teſtamentum.q.lvj.verſi.Et hæc quidem. Idem.

petitorium,& poſſeſſorium adipiſcendæ poſſunt cumulari.Ioann. Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune.verſi.explicitis.num.19.regula xj.ff.de acquir.poſſeſſ.communem dicit.

Nota quod poſſeſſoria omnia concurrunt cũ petitorio.excepto poſſeſſorio retinendæ ratione contrarietatis Iaſ.in d.§.nihil commune. nu.97.communem dicit.Ioan.à Ripa in lib.de reſcri.cap.vij.nu.2.

Fallit niſi intentetur poſſeſſorium retinẽdæ:reſpectu diuerſæ poſſeſſionis Iaſ.ibi numero 98.communem dicit,vbi vide diſtinctionẽ & intellectum. Idem.

P R O.Petere non debeo quod habens alij petenti dare debeo.l. ſi quis ex argentariis.§.fin.ff.de edendo. Bellon.

P R O.Petendi cauſa ſemper eſt exprimenda.l.huiuſmodi.ff.quãdo dies leg.ced.cap.fin.de libel.obla. Idem.

In fideicommiſſarium ſubſtitutum ad pias cauſas, vel executorẽ piæ cauſæ,tranſeunt omnia iura hæreditaria ipſo iure,abſque aliqua fideicõmiſſi reſtitutione,fauore piæ cauſæ.Eſt cõm.opin.ſecun.Alex. conſi.iiij.videtur inſpectis.ver.vnde in talem.vol.ij. M.Gribal.

In teſtamento ad pias cauſas,in nihilo derogatũ eſt ſolennitatib. iuris ciuilis,per diſpoſitionem l.j.C.de ſacroſanc.Eccl.Eſt cõm. opi. contra Bart.ſecundum Iaſo.in d.l.j.verſi.quid tenendum,C.de ſacroſanct.Eccle.& Alex.conſil.clxxxij. ſuper eo.in fin.vol. Idem.

In diſpoſitione ad pias cauſas nõ attenditur prohibitio iuris ciuilis,ſed iuris diuini vel Canonici,etiam in terris Imperij.Igitur etiã relictis ad pias cauſas voluntas captatoria toleratur.Eſt magis communis opinio ſecundum Alex.conſi.xiiij.circa primum. vol. & Socin, conſi.xlix.viſo.vol.iiij.& Iaſ.conſil.cx.magnificus.volum.j. Idem.

In teſtamento ad pias cauſas non ſeruatur ius ciuile vel poſitiuũ, ſed Canonicum vel Diuinum.Eſt magis commun.opin.ſecund,Alex. in conſi.iiij.attentis narratis.volum.vij. Idem Gribald.

Pignore,vel hypothecare rem feudalem ſine conſenſu Domini Vaſallus non poteſt.Communem dicit in §.feudum quæſtione trigeſimaquinta. P.Fich.ex Claro.

Pignus datum in ſolutum à Iudice creditori,cenſetur datum pro toto credito,etſi quid minus valeat datõ tamen ſimpliciter creditore non contradicente. Anton,de Fano.de pigno.in ij.par.iij.nu.36.mem. ij.communem dicit. B.Villal.

Pignus ſi detur pro tanto precio quòd non ſit ſpes luitionis:potius dicitur alienatio quàm pignoratio.Socin.in l.j.§.per ſeruũ.ff.de acq. poſſeſſio.communem dicit,quẽ refert Neguſ.Fanus in iiij. par.mem. iij.num.10.communem dicit. Idem.

Pignus conuentionale non poteſt vendi niſi poſt biennium,à tẽpore moræ.Iaſ.in l.debitoribus numero 4.ff.de re iudica.communem dicit. Idem.

Pignus licet ſolo conſenſu videatur remiſſum;quando nõ eſt ſecuta traditio:tamen ſi eſt ſecuta,ſolo conſenſu abſque traditione non remittitur.Idem Fanus in vj.parte.mem.iij.nu.75.comm.dicit.Idem.

Pignus etiam pro executione debet vendi poſt duos menſes computatiuos poſt quartuor menſes qui dantur iudicatis,ad ſoluendum. Iaſon in l.à diuo.§.in venditione,numero decimoquinto,de re iudica.communem dicit. Idem.

Pignoratus equus præſumitur ſumptibus creditoris alimentatus. Alciat.de præſumpt.regul.j.præſum.50.in fin.comm.dicit. Idem.

P R O Pignore vtens furtum committit.l.ſi pignore.ff.de furt.

P R O.Plerunque accidit,vt extra id quod agitur,tacita obligatio naſcatur.l.ſi is qui.§.fin.ff.commod. Bellon.

P R O.Plerunque euenit,vt quod alteri ſupereſt,alteri deſit in l.j. ff.de contrahen.empt.& vend. Idem.

P R O.Plerunque dum proprietas verborum attenditur ſenſus veritatis amittitur.in cap.propterea.de verb.ſign.extrà. Idem.

P R O.Plerunque idonei,non tam patrimonio,quàm fide æſtimãtur.l.ſi quis ſtipulatus.§.fin.ff.de ſolut. Idem

P R O. Plerunque ipſius fœminæ aduerſus cõmoda propria dignoſcitur laborare conſilium.l.ſi pater pactam.C.de ſponſal. Idem.

P R O.Plerunque robur hominis,ætas,temporiſque oportunitas naturalem cauſam operarum mutat.l.ſi non ſortem.§.ſi libertus. ff. de cond.ind. Idem.

P R O.Plerunque ſub auctoritate iuris ciuilis ſtricti perniciosiſſimè erratur.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.oblig. Idem.

P R O.Plerunque tam hæredibus noſtris,quàm nobis ipſis cauemus.l.pactum.ff.de probat. Idem.

P R O.Plerunque ibi ſucceſſionis eſt emolumentum,ibi & tutelæ onus eſſe debet.§.fin.inſti.de leg.par.tutel. Idem.

P R O.Plus eſt ſtatim aliquid dare,minus verò poſt tempus ſoluere.in §.fideiuſſores.inſtitut.de fideiuſſo. Idem.

P R O.Plus eſt extinguere veneno,quàm occidere gladio.l.j.C.de male.& mathe. Idem.

P R O.Plus punitur clàm delinquens,quàm palàm.in l.fin.ff.de ritu nupt.l.pupillus.§.ſanè.ff.de auct.tutel.

O B I E C.Contrà de §.pœna.inſtitut.de obl.ex delic.vbi plus punitur furtum manifeſtum,quàm clandeſtinum.

S O L.Vbi id quod fit eſt omnino prohibitum per legem, vt furtum,& ſimilia.tũc minus punitur clàm faciens,quàm palàm,vt in cõtrario.Vbi verò non eſt omnino prohibitum,vt matrimonium & vẽditio tunc magis punitur clam faciens.vt hic. Idem.

P R O.Plus valet vnus teſtis oculatus quàm decem auriti.in §.ſi, inſtit.de grad.cogn. Idem.

P R O.Plus valet quod ſpecialiter promittitur,quam quod generali cautione pollicetur.can.quamquam xxiij.diſtinct. Idem.

P R O.Plures in vno fundo dominium iuris intellectu,non diuiſione corporum obtinent.l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.ij. Idem.

P R O.Plura exiguntur ab eis,quibus plura committuntur.l.preſbiteri.C.de epiſc.& cler.

O B I E C.Contrà de l.in ſeruorum.ff.de pœnis.& in l.fi. C.vt nemo.priuat.& l.nemo.C.de ſum.tri.& fid.cath.vbi plus humiliores & plebeij puniuntur,quàm nobiliores.

S O L.In pœna pecuniaria plus puniuntur nobiles quàm ignobiles & maiores quàm minores.In corporali verò plus punitũr ignobiles & minores.doctrina gl.in cap.non cogantur,xlij.diſtinct. & in c.cum quidam.extrà de iureiur. Idem.

P R O.Plura ſunt negotia, quàm vocabula.l. nam natura. ff. de præſcript.verb. Idem.

P R O.Plura delicta in vna re plures admittunt actiones,ſed omnibus vti prohibitum eſt.l.plura.ff.de actio.& oblig. Idem.

P R O.Pluralis locutio duorum numero contenta eſt l.libertas.§. poſt annos.ff.de mau.teſt.lege vbi numerus.de teſt.c.pluralis.de reg. iur.in vj. Idem.

Plures emphyteutę poſſunt rem emphyteuticam inter ſe diuidere, irrequiſito Domino.Imò etiam quocunque titulo inter ſe alienare. communem dicit in §.emphyteuſis. quæſtio. xiiij.verſiculo quæro nunquid. P.Fich.ex Claro.

Pluribus ſimul vocatis ad ſucceſſionem per copulã,inter quos ſolũ cadit ordo charitatis & affectionis,abſque vlla neceſſitate inſtituẽdi vel ſubſtituendi(vt ſi inſtituam Titium fratrem meũ & eius filios) tunc tales perſonæ cenſentur vocatæ ſimul,non autẽ ordine ſucceſſiuo.Communem dicit Clar.Sent.§.teſtamentum.quæſt.lxxx. verſicu. Hoc præmiſſo.Sed ſi cadit inter eos non ſolũ ordo charitatis,ſed cõcurrit neceſſitas inſtituendi,ſaltem cauſatiuè,vt quando inſtituuntur filius & nepos ipſius teſtatoris,eo caſu cenſentur vocatæ ordine ſucceſsiuo.communem dicit idem quæſt.viii.verſiculo quando inter.Si verò vocentur per alternatiuam,puta,inſtituo Titium vel eius filios, tũc cẽſentur vocati ordine ſucceſsiuo.Et ideò ſi quis ſubſtituat filios vel nepotes Titij, tunc nullus ex nepotibus admittitur donec vnus ex filiis ſupereſt communem dicit.quæſt.lxxx.ver.iij.Si verò vocẽtur per dictionem C V M,puta,Inſtituo.Titiũ cum Mæuio eius filio,hoc caſu Titius & Męuius admittuntur ſimul & ſemel eadem q.verſ.iiij. Sed ſi vocentur plures perſonæ ſub nomine collectiuo cum aliis ſub duplici denominatione,vt Inſtituo Titium & nepotes Mæuij.Iſti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vna perſona tantum.comm. eadem.q.verſi.vlti. P.Fich.ex Claro.

Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingulares in materia ſubſtitutionum, Curt.Iuni.conſi.cxxviij.num.6.communem dicit. B.Villal.

Pœna ſi appoſita ſit contractui Emphyteutico.propter ceſſationẽ ſolutionis,tunc in caſu ceſſationis liberum eſt domino, vel pœnam petere , vel Emphyteutam expellere.non autem poteſt vtrumque facere.comm.in §.E.q.viij.verſi.vlterius quæro. Idem.ex eodem.

Pœna,quæ debetur ratione delicti commiſſi:pertinet ad primum iudicem ſeu primarium non ad ſecundum.Boerius deciſ.v.nu.2.communem dicit. B.Villal.

Pœna appoſita ex diſpoſitione hominis non acquiritur illi cuius cõtemplatione eſt appoſita, ſed venientibus ab inteſtato,Io.Nic. in l.generaliter.nu.48.de ſecun.nup.C.communem dicit. Idem.

quotieſcunque ob ceſſationem vel non factum debet quis incidere in Pœnam,nunquam pœna committitur,niſi monitione,vel interpellatione præmiſſa.Eſt dictum Innoc.in c.extirpandæ.§. quia verò de conceſ.prẹb.communiter approb.ſecundum Dec.in conſi.xxxvij. in cauſa rigoroſę.verſ.ſecunda ratio,quia ſtatutum.vol.j. Gribal.

Pœnæ impoſitæ mulieribus nubentibus intra annũ luctus,in merum odium ipſarum per dictum Apoſtoli,remiſſæ cenſentur ſed iniunctæ in merum fauorem & prouiſionem liberorum prioris matrimonij,non intelliguntur ſublatæ.Eſt communis opinio ſecundum Socin.in conſi.xxxiiij.proſequendo ordinem.verſi.nec obſtant allegata.volumine.j. Idem.

Proteſtatio de reuocando factum illicitum,nõ releuat facientem: quoniam ſtatim actu conſumato quæſitum eſt ius parti. Eſt comm. opin.ſecundum Dec.in conſil.clx.in cauſa,in fi.vol.j. Idem.

Pœna impoſita iure ciuili contrahentibus inceſtas nuptias,locum habet etiam in contrahentibus nuptias inceſtas de iure Canon. Eſt communis opinio cont.Anch.ſecundum Dec.in conſi.clviij.verſ.his tamen non obſtantibus. Idem Gribal.

Pœna à lege vel canone irrogata ipſo iure efficit quod poſt mortem hæredes tenentur ad illam ſoluendam,& conueniri poſſunt,Coua.in epi.iiij.c.vj.§.viij.communem dicit. B.Villal.

Amplia ad fructus rei qui ipſo iure perdũtur à die cõmiſsi delicti,

Idem

Idem ibi nu.7.commu.dicit.

Limita quo ad forum conſcientiæ,in quo de his pœnis non curatur niſi petantur,Idem ibi nu.10.communem dicit.

Amplia iſtam limitationem ad damnum,ad quod quis tenetur ex culpa leui,vel leuiſſima:quia in foro conſcientiæ non tenentur.Idem. ibi nu.12.communem dicit.

Reſtringe iſtam limit.quando culpa eſt in faciendo,Idem ibi nu.13. per glo.in lege Cornelia.ff.ad Sil,& in lege ſi mora.ff. ſol.matr. communem dicit. Idem.

Pœnam à lege præſcriptam, Iudex poteſt alterare in aliam pœnam, puta pecuniariam.Id.communiter Doct.concludunt in l.quid ergo.§. pœna grauior.ff.de iis qui no.infa.& lege.etſi ſeuerior. C.eo tit.aſſerit Minſ.obſ.xxx.cent.ij.Et ibidem quod poteſt etiam augere vel minuere. I.Fichardus.

Pœna inceſtarum nuptiarum non incurritur à contrahentibus ignorantia facti inductis.Bal.nouel.in tract.de dote.par.xj.comm.dicit quem refert.Coua.in epi.iiij.c.vj.§.viij.nu.22. B.Villal.

Pœnæ ſecundò nubentium an hodie ſint ſublatæ per Ius Canonicum:Tractant Doct.in c.fin.extra de ſecund.nup.Et communiter cõcluſum eſt ſecundum Matt.de Afflict.deciſ.lxxv.quod illæ pœnæ quæ concernunt fauorem filiorum primi matrimonij non ſint ſublatæ, ſecus de aliis fauorem filiorum non concernentibus. In qua opinione reſidet etiam Alex.conſi.lxviij.& conſ.cxxxiij.vol.iiij. I.Fich.

Pœnam primi furti,etiam magni,puta M.Florenorum vel circiter, non eſſe capitalem,nec furem poſſe pro prima vice pœna mortis puniri communem dicit.Alex.de Imo.in quodam conſi.incip.obiicitur carcerato &c.nu.21.quod habetur.in ij. lib.conſi. Crimina. Venetiis anno 1560.per clariſſ,&c. & amicum noſtrum obſeruandiſſimum, D.Io.Baptiſt.Ziletum editorum,ſub nu.71. Idem.

Pœna,ſi apponatur in actu,qui eſt contra legem non tenet, ſecus tamen ſi præter legem.Iaſ.in l.non dubium,C.de legib. numero 59. communem dicit. B.Villal.

Pœna,ſi apponatur in matrimonio à conſanguineis,vel amicis,non valet:ſecùs tamen ſi ab extraneis,Panormi. in capi.Gemma. de ſpon. communem dicit. Idem.

Arrha tamen poteſt præſtari l.j.tit.xj.par.iiij.quam intellige quando arrha ab altero tantum promittitur,Iaſo.in l.Titia.ff.de ver.oblig. communem dicit,licet non placeat Coua.in epiſt.iiij. c.iij.§.vij.nu.7. & vide in verbo arrha. Idem.

Nota.quòd pœna quæ imponitur per ſtatutum filiis contrahentibus matrimonium ſine licentia parentum reiicitur:& valet matrimonium & non ſtatutum.Decius in l.nuptias.ff.de re iur.numero.8.cõmunem dicit. Idem.

Pœnæ ſecundò nubentium in fauorem filiorum introductæ,ſublatæ non ſunt per illud Apoſtoli.Mortuo viro mulier nubat in Domino &c.c.pen.& c.fina.vbi Abb.extra de ſecund. nuptiis. Et eſt communis opinio,vt dicit Matth.de Affilic.deciſ.lxxv. Et philip.Dec.in l.j. C.de ſecun.nupt.& in conſil.lxxxvij. I.Fich.

Pœna mortis quando poſſet infligi,& tamen ex cauſa ab eadem recipitur,tunc non poteſt alia pœna corporalis imponi,ſed debet commutari in pecuniariam pœnam,ſecundum Hipp.de Marſ.in ſua pract. Crimi.§.quoniam.nu.95.Et eandem opin.conſil.xxxiiij.xxv.xxx.xxxij. multiſque aliter conſtanter tenuit. Idem.

PRO. Pœna ſine fraude eſſe non poteſt.l.aliud eſt fraus.ff.de verb. ſignific. Bellon.

PRO. Pœna corporis eſt grauior qualibet pœna pecuniaria.l.in ſeruorum.in fi.ff.de pœn. Bellon.

PRO. Pœna vnius metus eſt multorum.l.j. C. ad leg.Iul. repet.l. capitalium.§.famoſos.& l.aut facta.§.vlt.ff.de pœn.can.quapropter.ij. quæſt.vij.cap.ſcienter.extra de iureiur.clem.j.de iud.& clem.j. de offi. ordi.in clem. Idem.

PRO. Pœna vnius, alterius præmium eſſe non debet.l.ſi ſequens. ff.ad ſena.Sylla. Idem.

PRO. Pœnæ ſunt molliendæ,non exacerbandæ, Ideo in his ſtricta eſt interpretatio facienda. l.interpretatione. ff. de pœnis.l.factum.§.in pœnalibus.ff.de reg.iur.reg.in pœnis.extra eod.tit. Idem.

PRO. Ponderet vnuſquiſque ſermones ſuos,& alteri non loquatur quod ſibi loqui non vult.can.ponderet.50.diſtin. Idem.

Pœna vbicunque alicui facto adiicitur quæ in aliquem euentum vni ex partibus veniat applicanda, ſi adiecta fuerit ab eo,qui fœnerari non ſit ſolitus,vel ex alia quàm mutui cauſa,tunc debetur,nec in fraudem vſurarum adiecta præſumitur,vt tenet gloſ.in l.ſed & ſi quis. §.fi. & ibi But. & Ang. ff.ſi quis cau.& in l,vtrum.§.fin.de peti.her.in l.pœnam.ff.de vſu.glo.in c.illo vos de pigno.Bald.poſt Pet.& Cyn.in l.cum allegas,C.eo.tit.de vſur.Inno.in cap.tuam,de pœn. Archi.in c.cùm deuotiſſimam.xij.q.ij.& probatur in pluribus aliis locis. ex quibus conſtare poteſt hanc opinionem eſſe magis communem , à qua in conſulendo,& iudicando nunquam eſt recedendum,vt rectè monuit Bart.& alij in l.fin.C.de pœn.iud.qui mal.iud.& Canoniſtæ in c.j.& in c.innitoris,de conſtit.Bald.in cap.i.§.Iudices.de pac.iur.fir.in vſib. feud,& in

l.j.verſ.& ſanè creditores,de offic. F.Turz.

Pontifex in beneficialibus obtinet, pleniſſimam poteſtatem, clem. prima,vt lite penden.c.ij.de præben.lib.vj.& iſtud non ſolum procedit in conferendo,ſed in auferendo etiam,poſtquàm conſuluit, vnde ipſe Pontifex ad libitum poteſt priuare clericum beneficio,etiam ſine cauſa,ſecundum Gemini in c.ſi gratioſè,poſt gl.ibi de reſcrip.lib.vj. idem voluit Gemini.conſi.viij.in conſ.lxxxviij.conſi.xcix & conſi.cxlj. Federi.de Senis conſi.cc.Paul.de Caſt.conſi.cclij.& conſi.cclxxxvij.& conſi.cccxiiij.lib.j.per text.in can.per principalem. ix.q.fin.Roma.cõſil.ccclix.in v.dubio,vbi dicit quod Papa poteſt in totum tollere ius quæſitum vni Eccleſiæ,etiam ex contractu aduerſus aliam Eccleſiam. Soc.conſi.xiij.lib.j.Alexan.conſi.ij.vol.j.Corne.conſi.xc.vol.iiij.Calca. conſi.vij.Deci.in c.quæ in Eccleſiarum.de conſtitu.in c.fin.de confirma.vti.vel inuti.conſil.cxlj.circa fin.conſil.clvij. Iaſ.in l. Barbarius.ff. de officio præto.in l.quoties.iij.C.de rei vendi.& conſi.xix.vol.iij.quãuis in d.l.quoties.dicat ſe non ponere pro conſtanti,& in l.fin.ff.de pactis vbi exagitat quæſtionem iſtam ab vtraque parte,nec aliter determinat.Ceterùm Ripa in lib.reſponſorum de reſcriptis,in capitulo nouo.affirmat Papam poſſe abſoluta poteſtate priuare quem beneficio abſque cauſa,& Ioannes de Sylua in tract.de beneficiis in tertia parte.q.viij.In contrariam vero ſententiam inclinauit Roma.ſibi cõtrarius,videlicet Pontificem non poſſe clericum,ſeu prælatum priuare beneficio abſque cauſa,conſi.cccxlv.& conſi.ccccIxvij.per tex.in c. conquerente.de reſtitu.ſpoliat.& in c.quamuis.vij.q.j.Barb.in c.quòd tranſlationem,nu.121.de officio delega.& conſi.xiij. volu.iij.Iaſ.titubanter,& ſibi parum conſtans in d.l.fin.ff.de pactis.conſi. cxlv. conſi. ccxiij.lib.ij.& conſi.xlvj.d.c.iiij.lib.iij.Fely.in d.c.in Eccleſiarum Ripa in j.lib.reſponſorum de legibus cap.xiiij.Ioan.de Sylua in memorato. tract.de beneficiis,in xxj.q.prin.num.55.& Abb.in c.quæſitum.de rerum permutatione,vbi & expreſſè voluit Clericum poſſe priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis ſcandali,& iſta eſt communis opinio vt aſſerit Deci. in c.cùm teneamur. num.13. de præben. & dignit.Sed in hac ambiguitate quid dicendum:Ego caſu eueniente tránſirem cum tuta,iudicio meo,diſtinctione tradita nouiſſimè per Auguſtinum Beroium in d.c.quæ in Eccleſiarum. de conſtitu.nu.167.cũ aliis ſeq.quam breuitati ſtudendo aliter non recenſeo. Sed videndum eſſe omnibus conſulo,ac ſuadeo:& circa hoc vide aliam concluſionẽ ſimilem poſitam ſuprà in verſi.Princeps. F.Viuius.

Pontificis auctoritas,in quolibet iuramento ſemper excepta intelligitur,vt not.gl.in c. ſignificaſti.in verbo auctoritate,de elect.& ibi in gl.præcedenti.in verbo pro vnitate.habentur caſus quibus iuramẽtum licitè requiritur,his duobus verſibus explicati, videlicet:Pax, & fama,fides,reuerentia cautio damni.Defectus veri, ſibi poſſunt magna caueri.quod tamen procedit in iis,quæ dependent à libera,& plena Pontificis diſpoſitione,in ceteris verò non vt tenet Abba.in c.venientes.de iure iurand. Quinimò pontifex neminem ſine cauſa abſoluere poteſt à iuramento,vt tenuit glo.in ca. quando.de conſuetudine,& Innocen.in capitulo primo,in fi.de renuntia.quam quidem opinionem communem eſſe dicit Abb.in d.cap. ſignificaſti.num. 8.vbi tenet idem eſſe dicendum in cæteris omnibus quæ ſunt de iure diuino,videlicet, vt cauſa non ſubſiſtente,Papa non poſſit abſoluere nec diſpenſare,& quo ad Deum,illum nequaquam eſſe tutum, qui ſine cauſa diſpenſationem Apoſtolicam obtinuit, vt audacter tenuit gloſſ.in cap.non eſt.in verbo adimplere.de voto. & voti redemptione.Ego tamen in his & ceteris ſpiritualibus vel quaſi. excipio ipſius Pontificis & poteſtatis plenitudinem ſecundum quam omnia poſſe arbitror,ex his,quæ voluit gloſ. in canon.principalem.ix.q.iij.& cle. dudum.§.verum.de ſepult. F.Turzan.

Populi,etiam ſubditi alterius imperio poſſunt facere ſtatuta. Alciat.in capitul.quòd ſedem.numero 59.extra.de officio ordin. communem dicit. B.Villal.

Doct.communiter tenent,quòd ſi populus ſuperiorem ſaltem,de facto non recognoſcat,poteſt ad famam reſtituere eorum ratione,quę ſuo in territorio aguntur:vt Bart. & Angel. voluerunt in l. j. §. de qua autem.de poſtul.idem Bartol. in l. infamem, ff.de public. iudi. Butr. & Abbas in cap.cum te. de re iudica. ſi verò ſuperiorem recognoſceret,tunc reſtituere non poſſet,vt not.in d.§.de qua autem.niſi infamia eſſet irrogata ex forma ſtatutorum eiuſdẽ populi,& non de iure communi,vt tradit Bart.in dicto §.de qua autem & in l.iiij.ff.de teſtamen. Bald.in l.cum mulier. ſoluto matrimonio, & Canoniſtæ in dicto cap. cum te.quorum opinionem ſequutus eſt Alexand.in conſil.cclvj.repetitus,volum.ij. F.Turz.

Poſſeſſio eſt duplex,ciuilis & naturalis. Anton.Nice.in concor.glo. concor.lxix,& Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.6.ff.de acq. poſ.comm.dicunt,& Ripa.in l.j.ff.de acq.poſſ.nu.28. B.Villal.

Poſſeſſio ciuilis eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri aptum producere ciuiles effectus. Curt.Iun.conſil.cxxvij.num.2.communem dicit,& Coua.in repe. reg. poſſeſſor.de reg.iur. lib.vj. par.ij.num. 3.ex Bart.in d.l.j.de acquir.poſ. Idem.

Poſſeſſio ciuilis poteſt acquiri à principio ſine naturali,Iaſ.in l.clãm

poſsidere.§.qui ad nundinas,ff.de acqui.poſ.nu.37. magis communē dicit. Idem.

Nota,quòd poſsidens ciuiliter de voluntate poſsidentis à' quo cauſam habet propria auctoritate poteſt naturalem accipere. Curt. Iuni. conſil.cxxvij.nu.3.communem dicit.

Amplia iſtam communem etiam ad naturalem & intellige ambas quando illa,quæ interdicitur acquiri eſt vacua.Anto. Gome.in l.xlv. Tau.nu.43.communem dicit.Et glo.in d.l.clàm poſsidere.

Amplia,quia etiam poteſt propria auctoritate expellere occupatorem reſiſtentem.Iaſ.in d.§.qui nundinas.nu.24.ff.de acqui.poſſ. communem dicit. Idem.

Poſſeſsio tam ciuilis, quàm naturalis ſi ſit occupata de voluntate poſsidentis transfertur.Idem Ant.in d.nu.34. communem dicit ex gl. in l.& habet.§.ſi vol.ij.& placet.ff.de preca.xlvj. Idem.

Item iudex poteſt mittere in poſſeſsionem vnius ſpecici.Idem Gomez.in d.l.xlv.nu.44.communem dicit ex glo.in lege j.C.vbi in rem actio. Idem.

Poſſeſsio ciuilis retinetur per poſsidentem ciuiliter ac naturaliter, etiam relinquentem rem ſolam ſi aliquis ingrediatur clandeſtinè,Iaſ. ibi nu.36.communem dicit. Idem.

Nota quòd poſſeſſor clandeſtinus vi poſsidet,ſiue expellit poſsidētem,ſiue poſsidens non ſit auſus ingredi poſſeſsionem ,vel ſuſpicans, vi poſſe expelli.Idem ibi nu.34.communem dicit.

Reſtringe iſtud notabile quò ad timorem poſſeſsionis,non tamen quó ad timorem capturæ:quia per iſtum timorem non perditur Iaſ. in lege poſsideri.§.in amittenda.num.5. ff.de acquir.poſſeſ. communem dicit. Idem.

Poſſeſſor clandeſtinus habet naturalem poſſeſsionem clandeſtinè, & ciuilem violenter,Iaſ.ibi,nu.47.communem dicit. Idem.

Poſſeſsio eſt iuris non facti.Io.Cora.in §.nihil commune.nu.3.ff. de acquir.poſſeſ.& Petr.Raue.in alpha.aure.in verbo poſſeſsio.communem dicunt.ſed intellige,vt per Iaſ.in l.j.ff.de acquiren. poſſ.& in l.j.ff.de vſufructu.nu.71.quòd in apprehenſione eſt facti, & poſteà eſt iuris & dicit communem.Ex qua communi infertur, quòd ſi Romanus pontifex dat delegatum,vt cognoſcat de iure alicuius , delegatus poteſt cognoſcere de poſſeſsione,Coua.in c.poſſeſſor.nu.3.par.ij.verſ. ab hac definitione,de reg.iur.lib.vj.communem dicit ex Innoc.in c. epiſcopi.de reb.eccle.pro qua eſt tex.in l.peregrè.ff.de acquir. poſſ. & c.dilecto.de verbo.ſignifi. Idem.

Poſſeſsio acquiritur animo.& corpore:& amittitur ſolo animo.Mainer.in l.ferè.nu.5.de re iu.ff.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Et quomodo animus in materia accipiatur ponit Bart.Romul.in l.j.nu.2.& ſeq.ff.de acqui.poſſ.An autem poſſeſsio continuetur de patre in filium & alium heredem per M.Anto. Bard.in tractatu de tempore vtili & continuo,in c.xiij.numero 1.cum duobus ſequentibus.

Intellige iſtam communem apprehenſionem manuum in rebus mobilibus,& immobilibus per pedum poſitionem, Anto.Gome.in l. xlv.Tau.nume.34.in fi.communem dicit ex Paulo de Caſtro.in l.j.de acquir.poſſeſ.ff.& l.iij.eod.tit.

Intellige ſecundò,iſtam communem non ſolùm per actum verum, ſed etiam per actum fictum vt per viſum etiam ſi res diſtet per decē miliaria,Anto.Gomez.in d.l.xlv.nu.45.ex gloſſ. in l.j. ff.de acquiren. poſſeſ.communem dicit.

Reſtringe iſtam intelligentiam duobus concurrentibus, voluntate poſsidentis cum actu,viſu in conſpectu rei.Idem Anto.Gomez. ibidē commu.dicit ex Bar.in d.l.§.ſi iuſſerint.ff.de acquir.poſſeſ.

Nota in iſta materia,quòd ſicut dominium transfertur ſolo animo tradentis ſic etiam poſſeſsio transfertur ſolo animo poſsidentis. Iaſo. in lege poſſeſsio appellata.§.per procuratorem. nu.9.ff.de acquir.poſ. communem dicit.

Reſtringe iſtam communem ſecundo,ad poſſeſsionem de nouo acquirendam,nam ſi acquiſita fuit & perdita quàm primò venit in aſpectu illius acquiritur.Idem Anto.ibi communem dicit glo.in d.l.j.

Nota,quòd poſſeſsio rei,quæ in nullius bonis eſt : non acquiritur per viſum ſine apprehenſione Idem Anto.nu.47.communem dicit ex l.iij.& docto.de acquir.poſſ.ff.§.Neratius.

Concordat cum iſta communi lege xx.tit.xxviij. par.iij. reproba.l. xvj.tit.xiiij.lib.iij.For.ll.

Amplia iſtam communem,etiam ſi dicatur per ſtatutum,quòd ſi in uentori.Idem.ibi communem dicit ex Bar.d.l.j. Idem.

Nota,quòd ſi iudex,vel executor etiā ſi non poſsideant,ſi per impetum latronum,vel potentiā aduerſarij non poteſt tradere verā poſſeſsionem;poteſt illam tradere per aſpectum,& poſſeſsio acquiritur. Idē Anto.in nume.54.& Tiraquel.de conſtitu.in tertia part. lib.xvij. numero octauo communem dicunt ex Ancha.in capitulo contingit.de dolo & contu.

Nota etiam generaliter,quòd ſi dolo,vi aduerſarij non poteſt deueniri ad conſpectum rei poteſt tradi poſſeſsio etiam abſente re.Tiraq. ibi nu.9.communem dicit. Idem.

Nota,quòd poſſeſsio etiam acquiritur per traditionem ſcripturæ dominij antiqui rei venditæ,non tamen per contractum venditionis, vel tranſlationis,quæ de nouo conficitur.Anto. in d.l.xlv. Tau.nume. 57.communem dicit ex petro.Cano.& Bal.in l.j.C.de dona. quòd etiā ex Bar.in l.licet.& Alex.in l.poſsideri.de acqui.poſſ.

Amplia iſtam communem primò,ſiue res ſit preſens,ſiue abſens.Idē Anto.nu.58.communem dicit ex Io.de Imo.in c.ij.de conſue.

Amplia ſecundò,ad venditionem vel donationem inſtrumenti rei. Idem ibi nu.59.communem dicit. ex docto.in cap.penult.vt lite penden.& l.j.C.de donatio.

De iure Regio per traditionem inſtrumenti de nouo confecti poſſeſsio transfertur.l.viij.tit.xxx.par.iij.& l.ij.tit.xij.lib. iij.For.ll.& l.xvij. Tau.& xliiij. Idem.

Nota,quòd etiam poſſeſsio transfertur per traditionem clauium. l. clauibus.ff.de contrah. emp.quòd intellige ſi traditio clauium fiat in conſpectu rei.Ant.Gome.in d.lib.xlv.nu.60.communem dicit.ex Bar. in l.j.q.iiij.de acqui.poſ.contrarium affirmat Tiraq.de iure conſti.par. ij.amplia tertiò imò quòd non ſit neceſſaria præſentia rei. Idem.

Item acquiritur per reſeruationem,vſufructus factam per vendentem,vel donantem,Idem Ant.Gome.in d.l.xlv.nu.63.communem dicit ex l.quiſquis.C.de donat.& Bal.in rub.de procurat. quando reſeruans habeat plenum ius ex gl.in l.quamuis.ff. de acquit.poſſ.non tamen reſeruat proprietatem quia requiritur traditio.ex Roma.Areti.& Alex.in l.iij.ff.de acquir.poſſ. Idem.

Item acquiritur per reconductionem factam per heredem inquilino ſine apprehenſione.Idem ibi nu.67.communem dicit ex glo.in l. qui vniuerſas.§.per colonum.ff.de acquir.poſſ. Idem.

Item acquiritur poſſeſsio ſine traditione:ſi res quam ego detinebam:fuit mihi vendita,vel donata.Idem Anto.nu.69.communem dicit ex glo.in c.interdum.in fi n.de re diuiſ.

Concor.cum iſta communi l.xlvj.tit.xxviij. parte iij. Et nota communes ſequentes ad illius ampliationem,& limitationem.

Amplia primò,iſtam communem etiam ſi res ſit in abſentia acquirentis.Idem Ant.nu.70.communem dicit ex Albe.Angel.& Pau.in l. certi condictio §.fin.ff.ſi cert.petat. Idem.

Amplia ſecundò.ſi res illa non ſit detenta de voluntate domini.Idē Anto.nu.71.communem dicit ex Barto & Pau.& Cuma.in l.non ſolùm.§.quod vulgo.ff.de vſucap.

Reſtringe dictam communem & ampliationes d.l.regni,ſi dominus ſciret per emptorem,vel donatarium rem detineri,alias ſecus.Idē Anto.in nu.71.communem dicit ex glo.in l.quædam mulier .ff.de rei vendi.Poſſeſsio etiam acquiritur ſine apprehenſione:ſi cuſtos ponatur rei Anto.in nu.74.communem dicit ex Albe.& Pau.in l.quarundā rerum.ff.de acquir.poſſ. Idem.

Item acquiritur poſſeſsio ex ſignatione rei.Idem Anto.nu.76.communem dicit ex glo. in lege quòd ſi nequam. in fin. ff. de peri. commo.rei.ven. Idem.

Item poſſeſsio ciuilis,& naturalis transfertur ex clauſula conſtituti ſi conſtituens poſsideat vtramque.Anto.ibi.nu.78. communem dicit ex Bart.in l.quod meo.ff.de acquiren.poſ. Idem.

Intellige iſtam communem quando poſſeſsionem acquirit,vel poſteà ratum habet.Idem Anto.nu.82.ex Panor.in c.cum veniſſent.de reſtitutio. ſpoliato. & Tiraquellus de iure conſtitu. poſſeſ. part. tertia limit.j.nu.2. in fine.

Amplià primò,dictam communem etiam quò ad veram poſſeſsionem,& non fictam Tiraq.de iure conſtit.parte ſecunda amplia.j.in fi. communem dicit.

Amplia primo,iſtam ampliationem ad omnes modos acquirendi poſſeſsionem per actum fictum.Ant.in d.l.xlv.Tau. nu.91. communē dicit ex Bart.& Angel.in.l.certè.§.j.de preca.ff.

Nota iſtam communem ad ampliationem d.l.xlv .Tau.& l. xvij.in dicta.ordi.de donatione,& melioratione facta per patrem filio quod ſi eſt tradita poſſeſsio non poteſt reuocari.

Amplia ſecundo , dictam ampliationem ad introducendam præſcriptionem:quia præſcriptio etiam procedit ex poſſeſsione tranſlata, miniſterio iur.Coua.in rep.c.poſseſ.de re.iur.li.vj.§.j.nu.5.comm.dicit ex glo.& doct.in c.contingit de do.& concor.Roma.ſing.ccccx.

Amplia ſecundo, communem ad procuratorem quia per eum acquiritur per dictam clauſulam conſtituti poſseſsio.Idem Anto.nu.91. communem dicit.& Tiraq.de iure conſtit. par.ij.ampli.xxv.nume. 15. communiorē dicit ex Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.nu.38.ff.de vſucap.

Amplia tertio,etiam ſi res non ſit præſens,Tiraquel.ibidem par.iij. lib.ij.nu.1.communem dicit.

Reſtringe iſtam amplia.in poſseſsione,quæ habet plurimum iuris, minimum facti:vt in poſseſsione eſt;quæ nobis ignorantibus acquiritur,non ex cauſa peculiari per filium,vel per ſeruum,quæ non dat cauſam vſucapionibus, Coua.ibi nu.6. communem dicit.ex glo.in l.j.§. item acquirimus.ff.de acquir.poſſeſ.& Iaſon.nu.39.

Reſtringe dictas communes quo ad principales: ſecus tamen in aliis:& ſic tutor vendens rem minoris,non poteſt tamen ſe conſtituere

poſsidere

poſſidere nomine alterius,nec transfert poſſeſſionem. Idem Anto.nu. 88.communem dicit,ex Bart.in l.j.ff.de acquir.poſſ.

Amplia iſtam reſtrictionem ad poſſeſſionem:quæ acquiritur in captis per filium,aut ſeruum : quia per poſtliminium ea , quæ ſunt iuris non tamen facti redeunt.Idem ibi verſi.hinc planè communem dicit ex Iaſ.nu.36.poſt Bart.in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucap.

Amplia iſtam reſtrictionem ad procuratorem quoniam,licet habeat mandatum ad vendendum non tamen ſe poteſt conſtituere poſſidere nomine emptoris.Tiraquel.de iure conſti.parte tertia lib.xiij.nume.6. communem dicit.

Nota,quòd ſi duob.res vendatur:& primò transferatur poſſeſsio per conſtitutum,& ſecundò,verè tradatur,ſubſtinetur prior, Tiraquel. de iure conſti.par.j.nu.23.communem dicit.

Intellige iſtam communem,ſi conſtituatur poſſidere per ſimplicem conſtitutum:ſecùs tamen ſi per præcarium:quia alteri tradendo verè præualet verà traditio ſecundæ,Tiraq.ibi par.j.nu.14 communem dicit.ex glo.in l.interdum.ff.de acquiren.poſſeſ.

Limita ſecundò,communem in conſtituto appoſito in minus valido, vel inutili contractu. Tiraquellus de iure conſti.nnmero quarto communem dicit.

Reſtringe iſtam limitationem,quando contractus licet à principio ſit inualidus,tamen habet actum ſucceſſiuum in quo poſſit vallidari, vt donatione inter virum, & vxorem, quæ confirmatur morte.Anto Gome.in d.l.xlv.Tau.

Obligatio ſi fiat generalis omnium bonorum cum clauſula conſtituti,ſi res quępiam per conſtituentem alienetur:poteſt agi per conſtituarium contra tertium non excuſſo principali,Tiraquel.ibi nu.57. & 64.comm.dicit ex Cuma.in legib.ff.de acq.poſſ. Idem.

Nota,quòd licet conſtituens ſimpliciter non poſſit ſubuertere poſſeſſionem conſtitutarij de omnibus ſuis bonis?ſi re vera tradat alteri rem quampiam ex illis bonis transfert vſucapiendi conditionem, & dominium in illum tertium:quale erat apud debitorem, Tiraq. ibi parte tertia, libro.xiiij.numero 10.communem dicit,ex Bar. in l.Celſus.ff.de vſucap.

Item nota quòd conſtitutum non ſolum operatur in obligatione generali omnium bonorum circa præſentia:ſed etiam quò ad futura bona,Tiraq.ibi par.iij.limi.xxx.nu.12.communem dicit ex Bar.in l.vlti.C.quæ res pigno.obli.poſſint.

Nota, quòd ſi vendens ſe conſtituat poſſidere nomine emptoris:ſi diſtrahatur venditio:opus eſt vt interueniat etiam conſtitutum. Ant. Gome.in d.l.xlv.num.8.communem dicit ex Bald.in l.j.C. quando liceat ab empt.diſcedere. Idem.

Item acquiritur poſſeſſio per denuntiationem noui operis:ſi denũtiator poſſideat & fiat denuntiatio in præſentia rei,& ſtatim transfertur in alium contra quem fit denuntiatio. Anto.Gome.in d.l.nu.3.cõmu.dicit ex docto.in l.j.§.in operis.de no.ope.nunt.ff. Idem.

Item per ſtatutum acquiritur poſſeſſio ſine apprehenſione per heredem.Tiraq.in tract.*le mort ſaiſit le vif*.decla.vj.nu.6. in præfat.communem dicit.ex Iaſ.C.qui generaliter.in l.j. communia de lega. nu.7. dicit,quòd per ſtatutum poteſt introduci quòd poſſeſſio transferatur ſine apprehenſione,communem dicit. Idem.

Nota,quòd interdictum recuperandæ non datur fictè poſſidenti, videlicet,per ſtatutum diſponens quòd poſſeſſio transferatur in heredem,Alex.in l.in ſuis.nu.9.ff.de libe.& poſthu.& Alci.in tract.de preſum.v,par.iij,nu.6.in fi.quos refert cum aliis Tiraq.in tract.*le mort ſaiſit le vif*.in vj.parte,declara & neme.ij.in fi.& noſter Coua.in reſo.lib. iij.c,v.nu.6.in ver.ſic & interdicto recuperandæ,communem dicunt, ipſi tamen Tiraq.& Coua.tenent contrarium,& dicunt veriorem cõtrariam,cum veram poſſeſsionem habent de quo per ipſummet Tiraq.de iure conſtituti.par.j. nu.68.& in ij.par.ampli. xj. quam opinionem in caſu heredis approbat l.xlv.Tau. Idem.

Item nota,quòd ſi bona ſint poſſeſſa, ab alio de voluntate domini tradentis transfertur per iſtos actus fictos ſine apprehenſione:ſi tamẽ poſſeſsio ſit vacua:requiritur apprehenſio vera.Iaſ. in l. poſſeſsio appellata.nu.86.de acquir.poſſeſ.communem dicit.

Nota,quòd per apprehenſionem vnius fundi.vel partis fundij intelligitur apprehenſa poſſeſsio aliorum fundorum eiuſdem qualitatis,& naturæ,Ant.Gome.in d.l.xlv.Tau.nu.39.communem dicit.ex glo.in l. iiij.ff.de acquir.poſſ. Idem.

Poſſeſſio acquiritur ex ſola ratione tradentis ſi acquirens ſit incertus ratione loci,& quotæ,idem Iaſ.ibi,nu.96.conclu.iiij.communem dicit.ex Pau.& Imo.in d.l.iij.§.incertam. Idem.

Poſſeſſio acquiritur per infantem quinquennalem cum auctoritate tutoris ſi tamen ſit trium vel duorum annorum qui fari non poteſt,nõ acquiritur etiam cum auctoritate tutoris ſed tutor ſolus ſic acquirit, Iaſ.in l.poſſeſſio appellata.§.adipiſcimur,num.17.ff.de acquir.poſſ.cõmunem dicit. Idem.

Fallit in poſſeſſione violenta ex iuſſu tutoris : quia non acquiritur etiam per ſeruum pupilli,Iaſ.ibi,§.item acquirimus, nu. 44. communem dicit.



Poſſeſſio acquiritur tertio,per ſeruum meum volente ſeruo, & tertio ratum habente.Iaſ.in d.lege poſſeſſio.§.hæc de ſeruis num.6.communem dicit. Idem.

Poſſeſſio non acquiritur per ſeruum emptum quouſque poſſeſſio ſerui apprehendatur.Iaſ.in d.l.poſſeſsio.§.veteres.nu.11. communem dicit. Idem.

Poſſeſsio naturalis ſerui licèt ſeruetur per fugam ſerui non tamen ciuilis,Iaſ.in d.l.poſſeſsio.§.per ſeruum nu.3.communem dicit.

Et in hoc caſu loquitur l.penult.in fi.titu.parte tertia.

Limita iſtam communem,ſi ſeruus diu ſe geſsit pro libero:quia tũc tam ciuilis, quàm naturalis perditur, Idem ibi nu. 108.in fi.comm. dicit ex doct.in d.l.iij.§.ſi ſeruus. Idem.

Poſſeſsio probatur per receptionem mercedis etiam in priuilegium tertij tunc temporis non poſsidentis. Roeri.deci. ccxxxix.numero 5. communem dicit,& ſic eſt intelligenda opinio Barto,& docto.in leg. quamuis.ff.de acquiren.poſſ.communem dicit. Idem.

Item per dictum ruſticorum dicentium aliquem tenere,& poſſidere,Dec.ccxv.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Et circa probationem poſſeſsionis & quomodo probetur continuata poſſeſsio per M.Anton.Bard.in tract.de temp. vti.& contin.in c.xiiij.nume.2.cum duobus ſequent.

Poſſeſsio probatur probatis extremis quia media præſumũtur probatis extremis,glo.in can.volumus,decimaſexta,quæſtione quarta.Segu.in §. finali lege tertia. num.10. ff.de liberis & poſthu. communem dicit. Villal.

Poſſeſsio intermedia probatur probatis extremis,Pan.in c.accedentibus.de priuile.etiam ad cauſandam præſcriptionem, Corſe.in ſingu. in verbo poſſeſsio.el.ij.communem dicit.

Concor.cum l.x.tit.xiiij.par.iij. Villal.

*ADDITIO.* Intelligas intermedia per extrema probari, ſcilicet,in poſſeſsione ſeu præſcriptione decennali, quia in alia xx.xxx.an. non ſufficit probare extrema niſi & medium tempus probetur.Coua. in c.poſſeſſor.in ij.par.prelectio.§.j.nu.1.& 3.de re.iur.lib.vj.& M.Anto.Bard.in tract.de temp.vti.& contin.in c.xiiij.ſub.nu.4.

Poſſeſsionem antiquorum probans nouus poſſeſſor præſumitur clandeſtinus,& inuaſor.Curt.Iunior.conſilio clxv. nu. 5. communem dicit. B.Villal.

Poſſeſsio transfertur in voluntarium ſequeſtre:ſecùs tamen in neceſſarium.Io.Cora.in Miſcel.lib.iij.c.ij.nu.3.communem dicit.Idem.

De ſequeſtre neceſſario quod non poſſidet eſt l.xj.titu.x.part.vij.

Poſſeſsio retinetur in immobilibus quandiu dominus eſt in ipſa re, vel habere eam in conſpectu,vel ſi de facili poteſt eam intrare.Anto. Gome.in d.l.lxv.nu.101.communem dicit ex gloſ.l.j.ff.de.acquiren.poſeſ. Idem.

Poſſeſsio naturalis amittitur ſi poſsidens ſe abſentat longè ab ipſa re ex cauſa iuſta,ſiue iniuſta Idem ibi numero 102.communem dicit ex Bartol.in dicta,l.iij.§.in amittenda.ff.de acquirend.poſſeſ. Idem.

Poſſeſsio ciuilis non amittitur per abſentiam quandiu veniens non reſiſtit,vel ſi ipſe animo deſiit poſsidere:vel ſuſpicatur ſe poſſe repelli vel deuenit ad ſtatum res quæ poſſideri non poteſt,vt per inundationem,vel alluuionem,vel per impetum latronum,vel potentiam occupantis.idem ibi num. 102.communem dicit ex Pau.& Imo.& Cuma. & Alexand.in d.l,quod meo.§.fi.de acquiren. poſſeſsion.

Concor.cum l.pen.tit.xxx,par,iij, Idem.

Poſſeſsionem naturalem per decẽnium negligens ciuilem quoque amittit communem dicit,Alex.conſi.cxliij,vol.ij.refert & ſequitur Bal. in repet.l.Celſus in ij.par.prin nu.12.de vſucap. Adde Fer.Vaſque lib. ij.Illuſtr.Contro.ca.liij. nu,4. vbi dicit Ius poſſeſsionis negligi, abiici, & pro derelicto cenſeri per negligentiã decennii, legem interpretari. Et hanc eſſe communem. I.Fich.

Poſſeſsio etiam ciuilis per longam abſentiam poſſeſſoris amittitur, ſiue ab alio res poſſideatur,ſiue Idem ibi in verſ.quarto modo,comm. dicit ex glo.& Bar.in l.ſi id quod.ff.de acquir.poſſeſ. Villal.

De iure regio tam poſſeſsio ciuilis , quàm naturalis perditur per annum & diem alio poſſidente,ſciente poſſeſſore per l.j.titu. xj.lib.ij. For.ll.& l.j.tit.xiij.ordin.& ll.ccxlij. & cxcij.ſtyli cum bona fide & titulo tamen. Idem.

*ADDITIO.* Diſtingue circa amiſſionem poſſeſſionis vt per M.Anto.Bard.in tract,de vti.& contin.in c,xviij.ſub nu.7.

Poſſeſsio ciuilis eſt quæ cauſat. præſcriptionem. Idem ibi nu. 105. communem dicit ex Pan.in c.vigilanti de præſcrip. B.Villal.

Poſſeſsio ciuilis cum bona fide etiam ſine titulo acquirit fructus. Idem ibi nu.106.communem dicit ex gloſſ.in l.ſi quis à non domino Inſtitut.de re diuiſ. Idem.

Poſſeſsionem ſolam naturalem retinens vt in vſufructuario,vel colono ad longum tempus retinetur animo:ſi ſit abſens & non perditur niſi in caſibus in quibus ciuilis poſſeſsio perditur, Idem ibi nu. 107. comm.dicit.ex glo.& doct.in l.iij.§.vti frui.ff.de acquir.poſſ. Idem.

Poſſeſsio tam ciuilis,quàm naturalis conſeruatur per colonũ,tutorem, filium,ſeruum , vel procuratorem etiam ſi detentor abſens ſit,

Aretin.idem ibi num.109.communem dicit,ex gloſſ,in l.ſi colonus.ff. de acquir.poſſ.

Amplia primò,etiam ſi detentator alteri conducat. Idem ibi communem dicit.ex Paul.in l.qui vniuerſitas.§.ſi.ff.de acquir.poſſ.

Amplia ſecundò,etiam ſi detentator efficiatur furioſus non tamen ſi moriatur.Idem ibi communem dicit ex glo.in l.ſi id quod. §. j. ff.de acquir.poſſeſſione.

Poſſeſſiò tam naturalis quàm ciuilis perd tur ſolo animo etiam ſi inſiſtat in tali re idem,ibi concludit vj.communem dicit ex gloſ.in d.l. iij.§.& in admittenda. Idem.

Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto non dicitur poſſeſſor,ſed detentor,Anto.de Fano.de pignor.parte tertia.mem.ij.numero 6.communem dicit.

Fallit in actione reali quia ante annum dicitur detentor, poſt annũ autem poſſeſſor,ſecundum Canoniſtas;Legiſtę autem dicunt,quod ante annum eſt poſſeſſor reuocabiliter: poſt annum autẽ irreuocabiliter, Idem Fanus verſic.ſexto,communem dicit, & concludit tenendũ cum legiſtis.

Amplia iſtam limitat.ad hypothecam, cum dicatur actio realis ibi, num.8 communem dicit, Idem.

Nota,quòd miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto facta vni ex creditoribus ex cauſa oneroſa, prodeſt omnibus aliis creditoribus ex eadem cauſa,ſi tamen cauſa eſt lucratiua,miſſo vno,alij non dicuntur miſſi.idem Fanus nu.10.reſtrictione vj.communem dicit. Idem.

Poſſeſſio data vigore ſecundi decreti,reuocatur data ſatiſdatione,Iaſ. in l.properandum.§.ſi autem reus.C.de iudi.nu.8.comm.dicit. Idem.

Decretum de admittendo in poſſeſſionem ex primo decreto durat quãdo creditor eſt præſens per biennium:etſi eſt abſens per quadriennium, Anton. de Fano.de pign. parte tertia, mem. ij. numero 3.communem dicit, Idem.

Nota, quòd Iudex poteſt facere quòd pars intret in poſſeſſionem propria auctoritate,Tiraq.de conſti. poſſ.par.iij. lib,xiiij,nu.13.comm, dicit ex Bart.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſ. Idem.

Poſſeſſionis quæſtio poſſeſſionem litigioſam reddit.Curt.Iun.conſ. clxv.num.6.communem dicit. Idem.

Poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium, niſi aliqua præſumptio ſit contra poſſidentem:vt quando ius reſiſtit poſſeſſioni.Curt. Iunior conſil.xc.num.3.communem dicit,

Hoc idem videtur innuere l.x,tit.xiiij.par.iij. Idem.

Poſſeſſionis initium, & finem probans, præſumitur etiam medio tempore poſſediſſe communem dicit Lanfran.in repet.c.quoniam contra.in ver.Teſtium depoſ, nu.98. circa ſi.de proba. Adde ſupra eod. in ver.poſſeſ,num,152. I.Fich.

Poſſeſſio trãsferrur ex contractu ſimulato,quando agitur vt transferatur,Curt.Iun,conſil,cviij.num.12.commun.dicit. B.Villal.

Poſſeſſio iuris, & quaſi iuris poteſt eſſe penes plures. Iaſ.in l.poſſideri.§.ex contrario.nu.82.ff.de acquir.poſſ.commun,dicit. Idem.

Poſſeſſio immobilium patris,non prodeſt filio. in caſu l.ſciendum, ff.qui ſatiſd.cog.ſecundum Guliel, de Cun,Bar.Albert.Roma.& omnes in d.l.ſciendum.Ita Tiraquel.in præfat. commenta. in l.ſi vnquam. C. de reuo.dona. Io.Fich.

Poſſeſſione ſi vaſallum ex interuallo cadere contingat,& illa poſſeſſio reuertatur ad dominum,dominus tenetur illam iterum tradere ipſi inueſtito. Communem in §.Teſtamentum. quæſt.xxviij. verſic. vltim, P.Fich.ex Claro,

Poſſeſſio apprehenſa per aliquem, in abſentia alterius ciuiliter poſſidentis, dicitur naturalis. Eſt communis opinio, ſecundum Alexand. in conſilio ccj. viſo themate, volumine vij.& in conſilio xxxv.viſo themate,volum,vj, M.Gribald.

Habens ciuilem poſſeſſionem,poteſt naturalem per vim & propria auctoritate,quandocunque licuerit occupare. Eſt commun, opin. in l, clàm poſſidere.§.qui ad nundinas de acquir.poſſeſ.ſecundum Socyn.in conſilio cxxij. in cauſa Dominæ Iacobæ. verſic, reſpondeo dupliciter, volum.iiij, M.Gribald.

Ciuilis poſſeſſio, quæ ſolius legis miniſterio, citra hominis factum acquirit,non parit interdictum recuperandæ:ſecund. Bald.in Auct. defuncto.q.iij.C.ad Trebel.Eſt.communis opin.ſecun.Iaſ.in l.ſi ſorori.C, de iur.delib.& Rip.in Rubr.de cauſ.poſſeſ.& prop. Idem.

PRO. Poſſeſſio eſt facti non iuris.l.j.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſſeſ.

OBIEC. Contrà,imò eſt iuris l.peregre.ff.eod.

SOL. Acquiſitio poſſeſſionis eſt facti,ſed poſſeſſio quæſita, & effectus poſſeſsionis,eſt iuris vt ibi. Bellon.

PRO. Poſſeſſio in rem actionem parit.l.j.C.de alien. mut.iud. cau. fact. Idem.

PRO. Poſſeſſor rerum immobilium ſatiſdare non compellitur.l, ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogant. Idem.

PRO.Poſſidens alij,non præſcribit ſibi.l.malæfidei.C.de præſcript, xxx.ann. Idem.

Poſſidere poteſt quis vnam rem duobus modis,vno generali pro ſuo & alio ſpeciali,vt puta pro emptore,Iaſ.ibi.§.ex pluribus. nu,34.& 36. ff.eod.tit.commun.dicit, B.Villal.

Amplia,ſiue concurrat eodem tempore,ſiue in diuerſis temporibus dominium autem poteſt detineri ex diuerſis cauſis in idem tempus concurrentibus,Iaſ.in dicta l.poſſideri,§.ex pluribus numero 38.communem dicit.

Poſſideri dicuntur mobilia, Iaſ.in l.poſſeſſio, num. 39. ff.eod.titu, communem dicit. Idem.

Poſſidere pręſumitur tempore mortis qui ſemel poſſedit, Alciat.de præſumpt.re.ij.pręſum.xxj.num.51.commun.dicit. Idem.

Poſsidere pręſumitur tempore expulſionis agentis interdicto recuperandę,probando quòd aliquando poſſederit,Alci.de pręſumpt. re.ij. pręſumpt.xxj.num,14.communem dicit.

Nota quòd non pręſumitur poſsidere niſi alleget poſſeſsionem,Alc. ibi in princ.communem dicit.

Poſſeſſor malę fidei poſtquã ſoluit de ſuo ante litis conteſtationem, acquirit vtilem actionem negotiorum geſtorum contra dominum, Boer.deciſ.xliiij.num.4.communem dicit. Idem.

Poſſeſſor bonę fidei habens titulum facit naturales fructus ſuos, l.in bonę fidei.ff.de acquir,rer.do. & eſt communis ſecundum Didac. lib.j. Varia.reſolut.cap.iij.nu.2.Poſſent tamen tales fructus etſi non rei vendicatione, tamen vel officio Iudicis, vel condictione ſine cauſa peti, ſiántque. ſententiam receptiorem teſtatur paulò poſt idem Didacus, Quid de induſtrialibus?vide ibidem ſecunda concluſione. I.Fich.

Poſſeſſor contra quem agitur hypothecaria,poteſt negare illum à quo habuit:habere titulum,eſſe dominum illius rei: & creditor tenetur probare eſſe dominum:aliàs ſuccumbet:licet ipſe debitor,ſiue agat, ſiue conueniatur,non poteſt negare dominium:vel cum creditore, vel cum alio tertio,quia allegaret turpitudinem ſuam.Anton,Neguſ.Fano, de pigno.par,vj.mem.ij.num.35,communem dicit, Villal.

Poſsidens ſinę titulo,non eſt legitimus contradictor,Ludo,de Goz, in conſil.xciij.num.5.communem dicit. Idem.

Poſſeſſoria remedia non dantur pro iuribus merè perſonalibus.Otolora.de nobilitate hiſpanica, cap.j. part. ij. ter. parte numero 3. magis communem dicit ex docto.in l.certis annis.C.de pactis,& in cap.querelam,de electi. Idem.

Illud tu,qui cuncta ſoles rimari,non debes ignorare, videlicet contrà tertium poſſeſſorem agi non poſſe,niſi prius diſcuſſo principali debitore, & illius fideiuſſore, vt communiter tradiderunt Doctor. in l, perſequutione.C.de pigno.& in authent.præſente.C.de fideiuſ.& licet contrarium diſponi videatur,in authen.de litig,§.vel hęc,& in authen, hoc ita.C.de pigno. illa tamen iura procedere volunt Doctor. in caſu ſpeciali,ſcilicet,quando,lite iam incepta contra debitorem,de qua agebatur,debitor alienauit, quo caſu, quamuis litigioſi vitium non contrahitur,quoad omnia,in hoc tamen contrahitur,vt poſſeſſor ipſe cauſam habens à debitore poſsit conueniri antè,quàm debitor conueniatur,háncque ſolutionem veram eſſe dicit Bartolus in dicta l.perſequutione, vbi annotauit modos, quibus ipſa fieri debeat diſcuſsio & ex Butrig. ſententia concludit, in hoc iudicis interloquutoriam non requiri. F.Turzan.

Poſſeſſoria iudicia non dantur illi qui ſua culpa excidit poſſeſsione, Veram opinionem eámque communiter Doct. ſequi.in l iij. §.genera, ff.de acquir.poſſeſ. dicit ibidem Alex.num.28. I.Fich.

Poſſeſſorij cauſam perinde atque petitorij in feudalibus cauſis coram domino feudi determinandam eſſe,communem dicit Franc.Curt, in Tract.feu.part.vlt.nu.23. Idem.

A ſententia in poſſeſſorio lata, non appellatur, communem dicit, Alciat.conſil.ccclxxxvj.in princ.Et idem eſſe dicendum de quolibet articulo in cauſa poſſeſſorij occurrenti. In fine tamen eiuſdem conſilij dicit,quod poſſet hoc caſu dici de nullitate.Et quod ita concludant omnes in l.prima.C.ſi de momen, poſſeſ. Adde & vide ſuprà in ver. Appellatio. Idem.

A ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio,de iure ciuili indiſtinctè non appellatur.Eſt communis opinio cont.Bart.& Ang.ſecundum Dec. in conſil.xxviij vol.j.& ſecund.Alex,conſi.ij.in fin.vol.iij.

Fallit,ſi iudex appellationem admiſerit, quia poterit reus obtinere, ſecundum Alexan,ibidem. M.Gribald.

Agenti poſſeſſorio recuperandę,non poteſt opponi exceptio dominij.Eſt vera & magis communis opinio, ſecundum Dec.in conſil. lvij, circa med.volum.j. Idem.

Remedium poſſeſſ.canon.redintegrandę.iij.quęſt.j, competit etiam contra bona fide & titulo poſsidentem, Eſt magis communis opinio, ſecundum Dec.in d.conſi.lvij.vol.j.Contrariam tamen opinionem dicit commun,Lanfran. de Brix. in Rubric. extrà de cauſſ. poſſ. & prop, verſic.quarta concluſio,&c. Idem.

Etiam in poſſeſſoriis,& remedio cap,redintegranda, requiritur litis conteſtatio.Eſt communis opin.ſecundum Alex.in conſil.ij.conſideraris.verſic.& dato,volum.iij.vide ſuprà Litis conteſtatio.nu.1. Idem.

etiam in iudicio Poſſeſſorio non ſufficit ſemiplena probatio.Eſt magis comm.opin.ſecun.Alex.conſil.clxxxvij. viſa copia.circa fin. vol. vij. & in conſil.cxxxix.circa primum.in fin.vol.vj. M.Gribald.

Miſſus

Miſſus in tenutam bonorum vigore ſententiæ arbitralis non dicitur poſſeſſor. Eſt comm.opin.cont.Bart.ſecundum Alex. in conſil. ccj. viſo themathe.in fin.volum.vij.& conſil xxxv.in fin.vol.vj. Idem.

Remedium can.redintegranda,iij quęſt.j.competit cuilibet,qui ſine iuſta cauſſa de poſſeſsione cecidit, tam pro rebus Eccleſiaſticis quàm prophanis.Eſt magis communis opin.ſecund.Alexand.conſi. lj.viſo.in princ.volum.j. M.Gribald.

P R O. Poſt contractum capitale crimen donationes factę valent.l. poſt contractum.ff.de don. Bellon.

P R O. Poſt definitiuam ſententiam, non eſt de expenſis tractandum,niſi iudex hoc in ſententia reſeruauit. l.terminato. C.de fruct.& lit.expen. Idem.

P R O. Poſterior opinio in dubio eſt ſequenda,gloſ. not.in l.qui filium.§.fin.ff.ad Trebel. Idem.

P R O. Poſteriora derogant prioribus.l. non eſt nouum. ff. de leg.l. clari C.de fid.in l.pacta nouiſsima.C.de pact.l.ſancimus.C.de teſta.l.ij. ff.de iniuſt.rupt.irritóve fac.teſta.in §. poſteriore quoque inſtit. quib. mod.teſt.infir.l.ſi mihi & tibi.§.fin.ff.de leg.j.& cap.j.de cog. ſpir.extra.& cap. j.de conſtitu.in vj.

O B I E C. Contra de l.ſed & poſteriores,ff.de leg.vbi poſterior conſtitutio trahitur ad priorem.

S O L. Illud verum eſt,niſi poſterior ſit contraria priori,quia ſtatur poſteriori. Idem.

O B I E C. Pręterea oppono de l.nihil prohibet.ff.de adim.leg.vbi prior ſcriptura corrigit vltimam.

S O L. Illud verum eſt, vbi præcedens ſcriptura eſt derogatoria poſterioris, quia ſtatur primæ:tamen ſi ſpecialiter reuocetur prima per poſteriorem,ſtabimus ſemper vltimæ.l.ſi quis in principio teſtamenti. ff.de leg.iij.

O B. Tertiò contra de cano.hoc ipſum,xxxiij.q.ij.& cano.domino. verſic.in fin.xxx.diſtinc.vbi antiquiori conſtitutioni ſtandum eſt.

S O L. Cum ambæ conſtitutiones ſunt particulares & locales,tunc obtinet contrarium. Vbi verò conſtitutio eſt generalis, ſemper poſterior præiudicat priori,vt ibi gloſſ. Bellon.

Poſthumus qui naſcitur in ſexto,vel octauo menſe, non rumpit teſtamentum.Commun.in §.teſtam.q.xlv.verſic.ſed quid ſi iſte. P.Fich.

Poſthumi præteritione teſtamentum fit nullum,& ſi ille poſthumus, viuo teſtatore,moriatur, adhuc quidem illud teſtamentum remanet nullum de rigore iuris,ſed de æquitate prætoria reconualeſcit,per tex. in l.poſthumus.ff.de iniuſt. rup.vel irr.fa. teſt. comm.dicit in §. teſt. q. xlv.ver.ſed pone. Idem ex Clar.

Poſthumus non rumpit teſtamentum,ſi apponatur clauſula codicillaris per verba futuri temporis.Corne.conſi.ccxxv.volum.iij.communem dicit.Sed Barb.j.conſil.vj.volu.ij. dicit communiorem eſſe quòd operetur clauſula codicillaris:per quæcunque verba concepta, & cum ſequitur Io.Duran.in art. teſtan.tit.iij.cau.x.num. 3.bonis rationibus, quem vide. B.Villal.

Poſthumus is propriè dicitur, qui poſt patris humum, & mortem naſcitur l.iij.§.j.& ibi glo.& Bart.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt.Alexan.in rub.C.de poſthu.hered.inſtit.& in conſi. clxxxiij.incip. circa primam dubitationem.lib.iij.& Iaſ.in l.Gallus.in principio de lib.& poſthu.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem,quod etiam affirmat Dec. in l.poſthumo in principio.C.de bon.poſſ.contra tabu.& ex Bar.ſententia.Idem Iaſ.in l.Gallus,in principio.ff.de lib.& poſthu.tenet quòd appellatione poſthumi inſtituti ille propriè veniat, qui poſt mortem patris in lucem prodiit,per text.in d.l. nomen filiarum.de verb.ſign.quæ iura id expreſſè probare videtur, quamuis Dec.in dicta l. poſthumo,in principio.C.de bonorum poſſeſs.contra tab.dicat text.in d.l.nomen filiarum nihil facere. F.Turzan.

P R O. Potentior & fortior eſt diſpoſitio legis quàm hominis. l.iij. de teſt.l.teſtandi.C.eod.l.nemo poteſt, ff.de leg.j. l.quod de bonis.§.j. ff.ad leg.Fal.l.ſi libertus minorem.ff.de iure patron. Bellon.

P R O. Potentiores non debent opprimere inferiores. l. illicitas.§. ne potentiores.ff.de offic.præſid.l.nec quicquam. §. ſed & ſi quis. ff.de offic.procon.& lega. Idem.

P R O. Potentioribus pares eſſe non poſſumus.l.quia.ff.de alie.mut. iud.cau.fact. Idem.

Poteſtas abſoluendi remanet ei:cui eſt poteſtas condẽnandi ſublata: niſi cum certa ſolennitate in materia hæreſeos Hiero.Cagn.in l.nemo, nu.4 ff.de reg.iur.communem dicit. B.Villal.

P R O. Potior eſt qui tenet quàm qui perſequitur. l. ſi ſeruum. §.ſequitur.ff.de verb.oblig. Bellon.

Papa alicui clerico ad canonicatum habili prębendam vni canonico aſſignari conſuetam & vacantem confert, ſiue conferri mandat, canonicatus quoque collatus cenſetur, quòd ideò, inquam eſt quia præbenda magnam cum canonia habet connexitatem, qua ratione hoc inductum eſt, quod & pari ratione id conuerti dicendum ſit arg.text.in capit.tranſlato. de conſtitu, aliáque hac ratione comprobandum, quia præbenda ad canonicatum acceſſoria eſt, quo fit vt ſi collata prębenda,canonicatus collatio ſequitur,& ſic principali quãto magis econuerſò,cum non acceſſorium à principali,ſed hoc ab illa reguletur.l.ex pupillari.& ibi not.ff.de vulga.& pup.reg.acceſſorium.de regulis iuris in vj.concluſio probatur ex trad.per glo.in. capitulo propoſuit.in verſi.inueſtitus,de conceſ.præb.quam Doct.communiter ſequuntur,quibus & ſi Pet.in capitulo clericus.de pręben. contradixerit,& ea fretus conſideratione,quòd aliud ſit canonia, aliud prębenda ac meritò ad vnius collationem alterum, non ſequi dixerit, prima tamen communis eſt teſte ipſo Imo, in dicto capitulo propoſuit de conceſ.præb. F.Turza.

Prębenda eſt quę prouenit ex inſtitutione,& officio : Canonia eſt ius proueniens ex electione,& receptione in fratrem Ioan.Arri.in ca. cum in de conſti.nu.170.communem dicit. B.Villal.

Præbendarum numerus non augetur ex receptione alicuius in canonicum,idem ibi nu.16.communem dicit. Idem.

Præbenda vacatura ſi promittatur cum recipitur aliquis in canonicum valet receptio:& vitiatur promiſſio idem ibi nume.135.communem dicit. Idem.

PR O. Pręcedentia reſtringunt ſequentia.l.fi.§.fi.ff.de trit.vin.oleóque lega.l.ſi quis in prin.ff.de leg.iij.& è contrario ſequentia reſtringunt præcedentia. l.nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. leg.l.iij.§.fina. cum l.ſequenti.ff.de adi.leg. Bellon.

P R O. Præceptoris nimia ſæuitia culpæ aſſignatur,l.præceptoris.ff. ad leg.Aquil. Idem.

P R O. Præceptum eſt neceſſitatis,conſilium eſt liberæ voluntatis. can.fin.xiiij.quæſt.j. Idem.

P R O. Prædia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerũ fece vexari non debent.in l.placuit.C.de ſacroſanct.eccl. Idẽ.

Prædicatores,& alij mendicantes,exceptis minoribus poſſunt capere ex teſtamento etiam bona immobilia, non tamen vt retineant,neque in proprio neque in communi,ſed vt vendant,& eorum precium in ſuas neceſſitates conuertant.Comm.d.in §.teſt. quæſt.xxix.verſicu. hoc præmiſſo. P.Fich.

Prædicatores Monachi non dicuntur incapaces bonorum immobilium ex eorum regula,ſed ex ſuis conſtitutionibus. Com. in §. teſt. quæſt.xxix.verſ.Debes. Idem ex eodem.

Prælatus non ſolum tenetur ad præſtandam patientiam demolitionis ædificij à prædeceſſore facti,ſed etiam tenetur præſtare expenſas, Iaſ.in l.qui opus.ff.de no.ope.nunciat num.3.in fi. B.Villal.

Prælatus eccleſiæ licet non poſſit hypothecare, vel obligare rem eccleſiæ ſpecialiter,generaliter tamen poteſt.Anto. de Fano,de pigno. in ij.part.mem j.communem dicit. Idem.

Prælatus conferens alicui beneficium Eccleſiaſticum, non poterit ex cauſa aliqua ingratitudinis collationem reuocare.Commu.in §.D. quæſt.xxj.verſ.Sed hic quæro. P.Fich.ex Claro.

Prælatus in reuocatione infeudationis non poteſt alterare,aut mutare conſuetudinem ſecundum quam res erant ſolitę infeudari. Com. in §.F.quęſt.xiij.verſi.ſcias tamen.cum verſ.ſeq. Idem.

Prælatus non habens filios,vel propinquos poterit in bonis ſuis patrimonialibus teſtando extraneum inſtituere, & eum ferre Eccleſiæ. Commun.in §.teſt. quęſt.xxvij.verſi.Circa. Idem.

Prælatus poteſt non ſolum infeudare feuda,quę tempore ſuę prælaturę aperiuntur,ſed etiam quę tempore prędeceſſoris ſui aperta ſunt ſi tamen prædeceſſor ille tale feudum receperit inter bona menſę ſuę, & ita deceſſerit,non poterit ſucceſſor,inconſulto Ro. Pontifice, illud infeudare,ſi tenuerit per annum inter bona menſæ ſuæ.Commu.in §. F.quæſt.xiij.verſi.ſed nunquid. Idem.

Prælatus poteſt res Eccleſię ſolitas in Emphyteuſim concedere,abſque ſolennitatibus in rei eccleſiaſticæ alienatione requiſitis. comm. in §.E.quæſt.vj.in princ. Idem.

Prælatus poteſt res ſolitas infeudari aliis infeudare,ſine conſenſu capituli.commu.in §.E.quæſt.xiij.verſi.Item quæro. Idem.

Prælatus recipiens penſionem ab Emphyteuta qui per biennium ceſſauit,præiudicat eccleſię,ſi non ſit collegiata,tunc non poteſt eccleſię ſine conſenſu capituli per tale ſuum factum prejudicare.commu.in §.E.quæſt.x.verſic.Aut verò. Idem.

Prælatus res feudales ad Eccleſiam reuerſas non ſolum extraneis,ſed etiam conſanguineis & affinibus ſuis infeudare poteſt.commu.in §. F.quæſtio.xiij.verſi.alterius. Idem.

Prelegata non veniunt in vniuerſali fideicommiſſo poſteà ſubſecuto,Iaſ.in conſi.clxxv.vol.iiij.communem dicit. B.Villal.

P R O. Præmiſſis ſeu præfationibus ad faciliorem rei intelligentiã eſt vtendum l.j.ff.de orig.iur.l.j.ff.ſi cert.pet.l.proponebatur.§.quibus ita præmiſſis.ff.de caſt.pecu. Bellonus.

P R O. Prępoſterum eſt ante nos dici locupletes, quàm acquiſierimus.l.pretia rerum.ff.ad Falc. Bellonus.

P R O. Pręſcriptio eſt exceptio litis finitæ,in l.vlt.C.de edic.diui Adria.tollen. Bellonus.

Pręſcriptio xl.annorum currit etiam aduerſus ignorantes:ſed aduerſus illam conceditur reſtitutio.Eſt commun. opin.ſecund.Corne. in conſi.cxcv.volum.tertio. M.Gribald.

Iuri adeundi vel immiſcendi præſcribitur ſpacio xxx. vel xl.annorum.Eſt com.opin.ſec.Iaſ.in conſi.xix.pro excutienda per tot.vol.j.

Præſcriptio temporis memorati habet vim priuilegij, etiam contra ſuperiorem ignorantem.Eſt magis com,opin.teſte Dec.in conſil. lxxxv.poſt Alex.conſi.vj.viſo themate.vol.j. Idem.

Præſcriptio longiſſ. temporis etiam contra ignorantem decurrit: ſed conceditur in integrum reſtitutio.Eſt com.opin.ſec.Alex.conſilio cxvj.perſpectis,vol.v. Socynum,in conſilio cxxviij.præſentis.nu. 150. volum.j. Idem,

in Præſcriptione xxx.annorum,bona fides etiam neceſſaria eſt.Eſt mag.com.opi.cont.Bart.ſec.Dec.conſi.cclxvj.ad excluſionem.&.conſi. cclxxij.viſo proceſſu.verſi.non obſtat.& conſilio cclxvii.non excedir, verſi.nam de tit. M.Grib,

Succeſſor vniuerſalis propter malam fidem ſui prædeceſſoris, licet ipſe ſit in bona fide, tamen præſcribere non poteſt: quia mala fides auctoris nocet heredi; etiam in bona fide exiſtenti: & heres tenetur ipſius defuncti exonerare conſcientiam.Eſt mag.com.opin. ſec.Alex, conſi.iiij.videtur inſpectis.vol.ij,ſequitur Dec.conſi. cclxxij.viſo proceſſu. Idem,

Commodum longioris vitæ in obligationibus, reſpectu præſcriptionis non eſt conſiderabile. Eſt com.opin.ſec.Iaſ.in l. qui bis idem verſi.in ſexta fallentia.de verb.oblig.Tamen idem Iaſo.ibidem tenet cum Aret.quam tenet in puncto iuris eſſe veriſſimam. Idem.

L.fin.C.de ſacr.Eccl,correcta per ſubſt.auth.in Eccleſia,quo ad præſcriptionem paſſiuam,non cenſetur correcta in ciuitate. Eſt com.opin. ſec.Iaſon.in Auth.quas actiones.verſi.contrariam opinionem. C. de ſacro.Eccleſi.per regulam,quòd in correctoriis non eſt licita extenſio, etiam ex maioritate rationis. Idem.

Licet aduerſus præſcriptionem xxx.annorum, ex cauſſa concedatur reſtitutio:tamen aduerſus xl.annorum præſcriptionem nunquam conceditur indiſtinctè.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſi.xxix.vol.j. Idem.

Fallit in Eccleſia, cui etiam contra præſcriptionem xl.annorum conceditur reſtitutioi in integrum.Eſt com.opin.ſec.Alex. in conſilio clxviij.viſo themate.vol.ij.& Dec.in d.conſi.xxix.in prin.& in conſ. xxxvj.verſu tertio & vltimo,vbi dicit magis commun. Idem.

Præſcriptionem triginta,vel quadraginta annorum error iuris impedit,ſecund.gloſſ.iuncto text.in c.Apoſtolicæ, de donatio. quam ſequitur Abb.conſi.xxxiiij.vol.j.& conſil.xix. volu.ij. Paul.de Caſt. lxx. & conſilio ccccxxix.vol.j.Anchara conſilio vltimo. cui conſilio ſubſcripſit ſe Cardina. vt ibi clarè conſtat, & huiuſcemodi opinionem fatetur eſſe communem Fely.in c.de quarta,de præſcri. t. quem ſequitur,refértque Curtius iunior conſilio vltimo.Eandem ſententiam tenet Alexand.conſilio lxxiij. volum.ij.& conſilio xlvj.in ij.dubio li.iij. Soci.conſilio xxix.lib.j.& Bellamera, conſilio vij,& conſilio x.In contrariam verò partem ſcilicet quòd error iuris non impediat præſcriptionem longiſſimi temporis inclinauit, titubanter tamen, Paul. de Caſtr.conſilio ccccvj.volum.j.conſilio iij. circa finem. conſilio xliiij. & conſilio lxxxj,volumi. ij.idem tenet Bald. conſilio ccxxj. circa fin. libro j.& conſilio lij.in fin,libro v.Roman.conſilio cxxiij.Idem videtur velle Abba.conſilio xxxvij,in iij.dubio,libro j.idem ſentit Calcag. conſilio lxviij,Rota.Romana in deciſion.cccx.nota quòd ex minus in antiquis.Calderi. conſilio ij,volumi. ij.in titul.de conſtitu. Federi. de Senis conſilio ccxlvij.Guido Papæ, in quæſt.clix.vbi ait,quòd Prælati alienatio abſque capituli cõſenſu præbet iuſtam præſcribendi anſam, Idem concludit,& ſequitur Ripa in l,j. ff. quorum bonorum, & Crauet.conſilio clxvj,numero 13.in quibus locis ambo aſſerunt, quòd ſpurius hereditatem paternam præſcribit triginta annorum curriculo,licet in iure erret, credens ſe capacem eſſe,cùm non ſit, poſt Bald. in l. nullo,C.de rei vendica. Quòd autem iuris error non impediat longiſſimi temporis præſcriptionem,tenet Imol.in l.nunquam,ff.de vſucap.Soci.conſilio xxxiij.volum.iiij. nonnullique alij relati per Fely. in præcitato capitul.de quarta,& hanc opinionem fatetur audacter eſſe communem Alexandrinus conſilio lxxv. & conſilio cliiij. quamuis dictos Doctor.omnes non referat.Retenta itaque iſta vltima opinione negatiua tanquam frequentiori calculo approbata, magis iuri & æquitati conſona, dic procedere in multis caſibus, præſertim quando præſcribens tractaret de damno vitando,& Eccleſia,vel minor de lucro captando,tunc enim error iuris nullo pacto videretur obeſſe preſcribenti.l.iuris,l.ij.in fin,& l.error.C.de iuris, & facti igno.facit tex. in l.qui teſtamento in fin.ff.de excuſat. tuto. vbi ſententiæ inualidæ error, quæ putabatur valere,excuſat à damno,& abſque dubio iſte caſus procedere videtur in minore,muliere,milite,& ruſtico, in quibus magis tolleratur error iuris quando agitur de damno vitando per ea quæ habentur per Modern.in l.ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudi. & in l.iuris ignorantia. C. qui admitti, procedit ſimiliter dicta communis,quando præſcriptio habet in ſe naturalem æquitatem, hoc caſu iuris error non noceret, putà ſi quis præſcriberet re icta ſibi in teſtamento minus ſolenni, & ita in hoc caſu tenet Bald. conſil. clxix. circa fin. vol.iiij. F.Viuius.

In præſcriptione tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium allegatio tituli non foret neceſſaria,ſec.gl.in cap.ſuper quibuſdam.§.præterea in verb.non extat,de verb.ſignifi.quam ſequitur Abb.conſi.vij.libr.ij.Federi.de Senis conſilio ccxxxiiij. Ioan.Fab. in §.æquè.Inſtit.de actio.Calderi.conſilio primo,in titul.de libelli oblatione,Gozadi.conſilio viij.Soci.conſilio cxxvij.volumi.j. quod eſt repetitum in conſilio clxxxj.volumi.ij.Iaſon.in l.ſi certis annis. C. de pactis,& Canoniſtæ omnes communiter in capitul.j.de præſcript.lib. de qua quidem communi atteſtantur Modern.ibidem.Sed tamen contrarium videtur tenere,ac concludere expreſsè Alexand.conſi.lxxiiij. volum.iiij.Felyn.in cap.accedentes,de præſcrip.& Curtius iunior conſilio clviij.videlicet quòd tituli allegatio in huiuſmodi præſcriptione ſit neceſſaria,ſiquidem ſecundum eos non videtur prodeſſe præſumptio tituli niſi allegetur l.cùm quid,ff.ſi cert.peta.Cæterum parum obſtat auctoritas Alexand.Felyn.aliorúmque ſuperiùs relata, vtpotè quia præfati Doctor.loquuntur in iis,quæ non ſunt præſcriptibilia etiam per tempus,cuius initij memoria in contrarium non extet, verbi gratia,data præſcribentis incapacitate circa beneficiorum collationem, vel circa decimas iuxta text.in capit.quanto de conſuetu. ſeu quando lex præſcriptioni expreſsè reſiſtit, vt in caſu capit.accedentes de præſcript. vel.in materia procurationis, quibus caſibus temporis curſus nil operari poteſt, vt capacem reddat eum, qui ſit incapax. Quapropter neceſſe eſt, vt titulus exemptionis, ſeu priuilegij allegetur, & ad probationem huiuſmodi tituli probare opus foret temporis curſum, cuius initij memoria in contrarium non extaret, ſecùs verò, ſi eſſemus in materia præſcriptibili,& abſque titulo,tunc profectò non eſſet neceſſaria allegatio tituli,& multò minus huiuſmodi caſu neceſſe eſſet probare quid factum eſſet, tanquam ex cauſa alicuius tituli non neceſſarij,vt not.Fely.in c.cauſam quæ.de præſcript. Idem.

Præſcriptio eſt ius quoddam ex tempore congruens,legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens,Balbus tract.de præſump.in prima part.com.dic.t. Villal.

Præſcriptio cauſatur ex ciuili,vel naturali poſſeſſione,vel ſaltem ciuili,Balbus de præſ.in iij.part.conſilio lvij. quæſtione tertia. communem dicit tam in acquiſitione dominij, quàm alterius iuris inferioris,vt vſus fructus contra Bartol.in l,iij.§.ex contrario.ff.de acquirenda poſſeſſio.vbi dicit, quòd in acquiſitione vſufructus ſufficit naturalis poſſeſſio:qui communiter reprehenditur. Idem.

Præſcriptio tollit obligationem naturalem.Balbus de præſ.ij. part. iij.par.q.x.conc.xxxviij.commun.dicit. Idem.

Præſcriptio non tollit actionem ipſo iure,ſed ope Exceptionis. & ſic opus eſt allegatione partis,communem dicit,Boë Deciſi.cccxliiij. nu.8.vt refert Minſing.obſerua xxviij.Cent. iij. ſubiungit tamen in Camera deciſum,præſcriptionem etiam non opponente parte in ferenda ſententia eſſe attendẽdam ſi manifeſte appareat probata. I.Fic.

Præſcriptio cum bona fide perimit obligationem ciuilem, & naturalem reddit ineſſicacem,Alc.in rubr.de præſcri.nu.44.cõ.d. B.Vill.

Præſcriptio actionum an vtranque obligationem tollat, vide late examinantem Fern.Vaſ.Illuſt.contro.lib.ij.c.liij.per totum. vbi nu.9. aſſerit vtramque obligationem longiſſimi temporis ſpatio pariter tolli, &c. I. Fich.

Nota,quòd ex præſcriptione triginta annorum cum bona fide acquiritur vtile dominium,Balbus ibi in ij.part. quæſtio,ij. conclu. iij. communem dicit: & in tantum hoc eſt verum, quòd completa præſcriptione,non poteſt adiri eccleſia per denũtiationem euangelicam, vt reſtituat rem præſcriptam, cùm ſit tutus in conſcientia.Balbus in ij. part.iij.part.quæſtio.x.communem dicit.Tamen ſi res præſcripta poſt triginta annos veniret ad dominum,licet aduerſum quemlibet præſcribens haberet actionem ad vendicandam: non tamen contra dominum verum,Balbus in ij.part.iij.part.quæſtio.vj.communem dicit. Et nota quòd antiquus dominus poteſt auocare rem præſcriptam à quocunque tertio:ſi ipſe tertius non præſcripſit, & non poteſt iuuari tertius à poſſeſſione primi poſſeſſoris. Balbus ibi communem dicit, quam tamen concluſionem communem cum præcedenti: limita, niſi aliàs præſcribens poſſideret cum titulo,& bona fide, quia & per præſcriptionem longi temporis(vt eſt viginti annorum,) nec dominus auocat à tertio, nec iuuatur contra eum rei vendicatione quod non prodeſſet trigenario poſſeſſori,& cum bona fide ſine titulo,Balbus ibi. communem dicit. B.Villa,

Amplia dictam communem opinionem quòd ſi duo diuerſis temporibus preſcripſerint rem aliquam, & alius tertius poſſideat rem preſcriptam cum titulo & bona fide præfertur in re vendicanda ſecundus præſcribens cum extinctum ſit ius alterius,Balbus ibi numero 9. communem dicit. Idem,

Præſcriptio non introducitur niſi cum bona fide in principio, in medio,& in fine,Balbus in ij.par,iij.par.q.vij.commun,dicit,

Intellige quòd requiritur bona fides in principio: in medio autem cum non habeat malam fidem, etſi dubitet dubitatione ſpeculatiua, vt ſi dubitet an ſit ſua res,vel ſi iuſte poſſideat cùm non habeat conſcientiam læſam,credens poſſe poſſidere cum illa dubitatione: currit præſcriptio,ſi tamen dubitet,non ſolum de iure ſed dubitet an teneatur

tur reſtituere non præſcribit cum agat contra conſcientiam, vt tenet Coua. in d. re. poſſeſſor. par. ij. nu. 4. ex Adriano. Idem.

Præſcriptio tria requirit, titulum, bonam fidem, poſſeſſionem. Omnes veluti notiſſimum Iuris elementum tradere ſolent, vt ſcribit Vaſq. Illuſt. contro. lib. ij. c. lxxvij. nu. 10. Ipſe vero ibi tenet, ſolam diutinam poſſeſſionem continuatam, & iuſtam ſufficere ad præſcriptionem creandam, perficiendam & conſumandam. I. Fich.

Præſcriptio cum mala fide non procedit: & in hoc eſt ius ciuile correctum per ius canonicum, tam in rebus corporalibus, quàm in actionibus realibus, & perſonalibus. Balbus ibi quæſt. xvij. communem dicit: licet Soc. conſi. cciij. dicat communem contrariam, ſed tamen communior eſt prima: & vide Alci. in rub. de præſcripti. nu. 48. Villal.

Adde hanc commu. affirmare Minſing. obſer. vj. cent. iiij. I. Fich.

Amplia iſtam communem etiam per tempus immemoriale: ſi conſtat de mala fide præſcribentis: temporis curſus non ſuffragatur. Alex. in l. cum aliquis. C. de iur. deli. communem dicit. quam refert Coua. in d. §. viij. nu. 4. B. Villal.

Limita in actionibus, quæ ſunt de ſui natura temporales, nec continent pœnã: ſed potiùs dantur ad intereſſe, idẽ Balbus ibi. cõ. d. Idem.

Limita ſecundò, in iure adeundi per triginta annos, cum ius ſit quærendum, & non quæſitum, Balbus ibi commun. dicit.

Limita tertiò, in mala fide prædeceſſoris, quæ nõ impedit inchoare præſcriptionem, Matthæ. de Afflict. in Neapolit. deci. xl. numero 7. communem dicit, Hieronym. Cagno. in l. qui in alterius, numero 16. ff. de re iur. communem dicit contrariam, Sed pro concordia diſtingue, vt per Panor. in ca. ij. de præſcriptio. numero 7. & 8, quæſt. prima, opinio prima procedit in ſingulari ſucceſſore: & ſecunda in vniuerſali qui tenetur exonerare conſcientiam defuncti, vt per Curt. iun. conſilio clxx. numero 14. vbi dicit magis communem, ſecundum quam intellige vt hic vt per Pyrrhũ Angl. in conſue. Aure. de executionibus, c. xiiij.

Reſtringe hanc tertiam limitationem ad ſucceſſorem repræſentantem prædeceſſorem, ſecùs in ſucceſſore dignitatis, vel officij ſi non vult vti poſſeſſione prædeceſſoris. Coua. in regu. poſſeſſor part. ij. §. ix. nu. 6. verſi. vij. apparet. commu. dicit ex gl. in c. cura, de iure patr. Idem.

Nota quòd ſucceſſor ſingularis Præſcribit ſpatio decem, vel viginti annorum ſolutionem minorem cùm ſibi non ſit nuntiatum de maiori ſumma ſi poſſidet cum titulo, ſi tamen non habet titulum: præſcribit cum bona fide per triginta annos. Balbus in iiij. part. iiij. par. quæſt. vij. communem dicit. Idem.

Mala fides ſuperueniens circa vnum, interrumpit Præſcriptionem aliis, Balbus in ij. part. vj. q. ij. communem dicit. Idem.

Limita ſi poſteà bene informatus depoſuerit malam fidem, Balbus ibi xliiij. communem dicit. Idem.

Præſcriptionem dubitatio non impedit, ſi poſt inchoatam præſcriptionem interuenit: ſecùs ſi à principio, Balbus in ij. part. iij. part. q. ij. & in ij. part. vj. part. q. ij. communem dicit. Et ſic intellige, Iaſ. in l. poſſidere. genera. de acqui. poſ. nu. 19. ff. Idem.

In præſcriptionibus quæ titulum non deſiderant, bona fides orta, etiam ex iniuſta cauſa. & fatua, puta Iuris errore, ſufficit ad præſcribendum. vera & communis opinio eſt vt ſcribit Vaſq. Illuſt. controuer. lib. ij. cap. lxxvij. nu. 9. I. Fich.

Præſcriptionem error iuſti tituli cauſat, quantum ad vſucapiẽdum & præſcribendum, non tamen ad repellendum eum, qui agit petitione hereditatis, vel interdicto quorum bonorum, quæ iudicia regulariter non dantur contra titulo poſſidentem, Balbus. in l. Celſus. ff. de vſucap. no. ij. communem dicit.

Amplia, vt procedat etiam ſi non ſubeſſet iuſta cauſa credendi titulum eſſe verum: ſi tamen quis ita credat ibid. no. iij. com. d. Villal.

Præſcribi poteſt omnino obedientia Imperatori debita per Reges, ac alias Ciuitates, Balbus de præſ. ij. par. v. prin. q. ij. communem dicit. Idem.

Prẹſcribi etiam poteſt merum, ac miſtum imperium. Idem ibi q. iij. communem dicit, ex Feli. in c. cùm ſit de foro compet. pro qua eſt tex. in l. viros. C. de diuerſi. offi. lib. xj. Idem.

Nota quòd merum, ac miſtum Imperium prẹſcribitur contra Imperatorem, ac Regem prẹſentem per ſpatium decem annorum ipſo autem abſente, requiritur tantum tempus de cuius initio non eſt memoria in contrarium Idem Balbus q. iij. in prima quẹſtio. ſecũda part. v. part. communem dicit: ſi autem iuriſdictio eſt penes inferiorem à principe: prẹſcribitur contra eum per decem annos. Petrus Nunius in capitu. primo, de exequendis mandatis Regum xv. communem dicit, ex Balbo de prẹſcri. in ij. part. v. part. verſicu. circa primam. Et de materia prẹſcriptionum iuriſdictionis vidè plenè per eum. Et in quantum Balbus affirmat ſufficere tempus decem annorum data ſcientia principis, idem ſentit Iaſo. in l. Imperium, numero 2. ff. de iuriſdict. omni. iud. vbi dicit magis communem, Iaſonem repræhendit Curt. iuni. conſilio clxxiiij. numero 26. magis communem dicens contrariam, quod non præſcribatur niſi per tempus immemoriale. cui opinioni aſtipulatur noſter Coua. in reg. poſſeſſor. par. ij. §. iij. Idem.

Item nota quòd in præſcriptione iuriſdictionis cùm ſint tres ſpecies, videlicet merum, miſtum, ac iuriſdictio ſimplex: ſi vnus actus præſcribatur, non cenſentur omnes tres ſpecies præſcriptæ, ſed ſufficit præſcripſiſſe vnum actum ſolum ad hoc quòd dicatur præſcripta tota vna ſpecies illius actus, Balbus in ij. par. quæſt. ij. verſicu. ij. principaliter, communem dicit. Idem.

Præſcribi poſſunt ea, quæ competunt principi in ſignum ſupremæ poteſtatis: Hæc autem præſcriptio ſortitur effectum per tempus, de cuius principio non eſt memoria hominis in contrarium. Idem Balbus in ij. par. v. prin. quæſt. ij. communem dicit.

Amplia iſtam communem ad inferiorem à principe: quia quoniam poteſt præſcribere ius collectandi, & exigendi pedagia per tantũ tempus, de cuius initio memoria non ſit in contrarium. Otalora. in cap. iij. primæ par. de nobilitate Hiſpanica. communem dicit. Idem.

De iure regio præſcribitur iuriſdictio in ciuilibus per quadraginta annos: & in criminalibus per centum annos l. vij. titu. xiij. lib. iij. ordi. per quam porrigitur l. xviij. tit. iiij. par. iij. & l. vj. titu. xxix. par. iij. & l. v. tit. xj. l. ij. For. ll. Regalia autem, Vt ſunt collecta, ac tributa, non præſcribuntur: vt apparet in d. l. vj. quæ concor. cum hac communi. & declarat eam, Et vide Paul. Rubeum in repe. cap. per veſtras de dona. inter vir. &. vxo. Idem.

Nota quòd præſcribens regalia, iuriſdictiones, pedagia, & ſimilia, per tempus de cuius initio nõ eſt memoria hominum in contrarium, non tenetur probare ſcientiã, ac patiẽtiam principis: quia illa prẹſumitur per dictum tempus, Balbus in ij. part. tertia prin. quæſt. vj. communem dicit. In præſcriptione vero minoris contra Regem ſemper requiritur ſcientia, & patientia. Alexand. conſi. xvj. vol. v. commun. dicit, quem refert petrus Nunius de exequendis mandatis regum, c. j. nu. 15. verſi. viij. deducitur, vbi videtur, innuere, hodie per legem ſextam d. ti. xiij. lib. iij. ordi. non eſſe neceſſariam ſcientiam, & patientiam Regis ad præſcribendũ merum imperiũ, cum ex illa lege appareat de voluntatè principis, cum ſit modici præiudicij præſcriptio, cum aliàs remaneat communicatiua iuriſdictio penes Regẽ, & hoc modo poſſit Imperator res imperij alienare: vt per Angel. in l. ij. §. hoc interdictum. ff. nequid in locatio. publicatio. Et vltra illud, princeps concedendo iuriſdictionem, non cenſetur à ſe abdicare iuriſdictionem, nec dare priuatiuè: ſed cumulatiuè: vt per plura deducit Caſſa. in conſeu. Burgun. Rubr. ij. §. j. in gloſ. fin. num. 30. cùm non poſſit abdicare à ſe omnem iuriſdictionem. vtile tamen dominium, & commoda poteſt. ſalua ſuperioritate, & recognitione, & fide. ſecun. Bald. in procem. feudor. verſ. expedita, num. 23. ad quem poterit appellare: & de cauſis appellationis cognoſcere, Io. And. in additio. ad Specula. de iuriſdictio. omni. iudic. verſi. vidiſti duas, & Ange. in l. j § ſi quis mandatum. ff. de offi. eius cui mandat. eſt iuriſdictio, quam ſuperioritatẽ & appellationem Rex (vt dictum eſt) nõ poteſt à ſe abdicare, vt per plura deducit Thomas Gramma. in conſi. xxviij. per cap. dudum. de præſcrptio. in vj. quod videtur innuere l. titu. j. lib. iij. ord. item pro hac ſua opinione in hoc regno adducit l. v. titu. ij. part. j. iuncta l. xj. titu. j. libro vij. ordi. dicit enim quod in d l. prohibetur introduci conſuetudo ſine ſcientia Regis, & in d. l. xj. mandatur quod conſuetudines populorum obſeruentur: ex quibus dicit ſublatam d. l. iij. & non requiri voluntatẽ principis, vel ſcientiam, & ſic in d. l. vj. non eſſe neceſſariam ſcientiam regis, cum iam ibi explicuit ſuam volũtatem, quod valeret præſcriptio: & adducit ad hoc Bald. de pace. conſtan. in vſu. feu. capitu. j. §. j. & eſt in nu. 3. & dicit non obſtare d. l. vij. titu. j in j. ord. vbi diſponitur, quòd iudex eccleſiaſticus non incarceret laicos, nec executionẽ faciat in ſuis bonis, iuncta l. vlt. lata apud Toletum annos 1525. vbi reuocat conſuetudinem circa dictam executionem: dicens, *porque aquello ha ſido ſin nueſtra ſcientia, &c.* quia dictæ prohibitionis cauſa eſt, quòd agitur de maximo præiudicio regis, quia quando per Prælatos præſcribitur contra Regem non præſcribitur cumulatiuè, & tranſit iuriſdictio in perſonas alterius fori: & non poteſt à principe reuocari, iuxta notata per Doct. in capit. nouit. de iudic. Sed, his non obſtantibus, adherendum eſt cõmuni opinioni, tum enim quia hãc opinionem tenet Innocent. in capitu. bonæ de poſtul. prælat. & Barto. in l. j. ff. de aqua plu. arcen. & in l. ſi publicanus. de plublica. & Ioan. Lupus in Rubrica de donation. inter virum, & vxorem. in. rept. capitu. in præludiis, verſicu. ſed eſt pulchra dubitatio., numero 33. cum aliis ſequenti. & Petr. Bellug. in Specula. princ. in rubri. xxij. numero 67. & eſt communis opinio, teſte ipſo Nunio tunc etiam, quia eſt maximum crimen vſurpare regis iuriſdictionem: & capite eſt puniendus. l. ſacri afflatus, & ibi Bal. C de diuer. reſ. & incidit in crimen læſæ maieſtatis, l. qui ſe. ff. ad leg. Iulia. maieſta. quod non inferretur tum etiam, quia ſequerẽtur duæ ſpecialitates in d. l. vj. quod non eſt dicendum, vt per Bald. in rubri. de cauſ. poſſe. & proprie. numero 13. l. penulti. C. de dotis promiſ. & l. ſi mihi & Titio. ff. de condit. & demonſtr. & Iaco. de ſancto Georg. defen. in §. dictique vaſſalli, numero 22. vna reuocatio d. l. titu. iiij. par. iij. & l. vj. titu. xxix part. iij. in qua prohibita erat præſcriptio iuriſdictionis. De iure regni, per quam reuocatur ius commune, quod concedit præſcriptionem per tempus de cuius initio non eſt memoria in contrarium per omnes ſupradictas communes opiniones.

opiniones. Altera quòd præſcriptio quadragenaria ſufficiat. Et iam tertia? quia non requiritur certioratio regis in præſcriptione quadragenaria. Quod aliquo modo non eſt dicendum: nec Bald. in d.c.j.nu.3. de pace conſtantiæ, hoc dicit: imò totum contrarium in tangentibus ipſi regi, vbi ipſemet Balbus diſtinguit: aut præſcribitur contra tranſeuntes vt ſoluant paſſagium, & non requiritur ſcientia principis, ſi tamen præſcribitur contra Cæſarem, requiritur ſcientia, & patientia ipſius: vt in l.comperit. C.de præſcrip.triginta ann. Item nec lex. xj. tit. j. lib. vij. ord. tollit dictam l.v. imò confirmat ibi Segu. *que les fueron otorgadas por los reyes nueſtros progenitores y por nos confirmadas, &c.* Et ſic præſumitur notitia & certioratio: vt aliàs dicitur de minore, qui iurat quòd non eſt neceſſaria probatio certiorationis, præſumitur certioratus ex iuramento, Iaſon. in authen. ſacramenta, nu. 65. C. ſi aduerſus vendit. & Ioan. Mauri. de Reſtitut. in integ. c. cxiiij. de qua ſuprà in verb. certioratio, vel eſt intelligenda illa lex iuxta diſtinctionem Bal. in dicto capitul. j. cùm non præſcribuntur contra regem nec eſt facienda vis in intellectu dictæ l. vij. titul. j. lib. j. ordi. quia vera ratio illius l. eſt, quia prælati ſunt incapaces, illius executionis: data autem incapacitate, nec præſcriptio etiam immemorialis procedit per capitu. j. de præſcript. in vj. Prælati enim non habent territorium, nec eorum iuriſdictio adheret territorio: vt per plura deducit, & probat Oldra. conſi. xvij. Belluga. in Specula. princ. in d. rubri. xxj. nu. 48. Nec obſtat capitul. vt animarum, de conſtitut. in vj. quia vbi territorium eſt exponendum, id eſt, diœceſim, vel certos terminos, intra quos poteſt exercere iuriſdictionem: & cum non habeat territorium, in quo cedat poſſeſsio: non eſt mirum, ſi non poſsit præſcribere, cùm ſine poſſeſsione præſcriptio non procedat, regul. ſine poſſeſsione, de regul. iu. lib. vj. ex his ego teneo in præſcriptione quadragenaria, in qua præſcribitur iuriſdictio ciuilis: quòd requiritur ſcientia, & patientia Regis ad eam conſequendam. Et nota. verbum Aymon. de antiq. temp. part. in verſi. abſolutis differentiis, num. 23. quòd in caſibus, in quibus requiritur ad introducendum conſuetudinem, vel præſcriptionem ſcientia principis: quod ſufficit quòd officiales, ac procuratores regis, vel principis ſciant, vt ei præiudicetur ex Bald. conſilio cccxl. volum. v. & Caſtren. conſilio ccv. incipienti: viſo quodam ſaluo conducto, pro quo adducit l. cùm mancipium, verſic. circa procuratoris. ff. de ædilit. edicto. Nota quòd de iure regio ad præſcribendum pedagia quæ *portazgos* dicuntur, requiritur tempus quinquaginta annorum. l. j. t. 5. x. lib. ord.

Limita omnes iſtas communes opiniones in eis, quæ ſunt reſeruata principi in ſignum vniuerſalis recognitionis, quòd non præſcribuntur, Pyrrhus Angleb. in conſue. Aure. de præſc. c. iiij. communem dicit, vt ſunt cenſus, vel tributa de quoque Coua. in reg. poſſeſſor. par. ij. §. ij. verſi. ij. rerum ſpecies. Idem Villal.

Præſcribitur contra fiſcum in bonis nondum incorporatis, ſed tantùm delatis tanquam vacantibus propter vectigal non ſolutum per lapſum quinquennij: in aliis autem bonis ſi denuntiatio præceſſerit per quadriennium: ſi tamen non fuit denuntiatum ſine titulo, & bona fide per triginta annos: cum titulo autem & bona fide per viginti annos, Balbus in ij. par. v. par. in prin. communem dicit. Idem.

Fiſcus præſcribit, quando vendit rem alienam per quadriennium, iuxta l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. quam intellige ſi vendit bona fide, Balbus de præſcrip. ibi q. viij. communem dicit.

Limita tertiò, niſi ex priuilegio concederetur eccleſiæ, vt contra eum non poſſit præſcribi niſi per centum annos, ad inſtar eccleſiæ Romanæ. Idem Balbus ibi q. j. in prin. communem dicit. Idem.

Nota, quòd ſi res priuati peruenit ad eccleſiam tempore præterito, vtitur præſcriptione priuati: pro futuro autem præſcriptione eccleſiæ. Balbus ibi q. iij. communem dicit. Idem.

Præſcribitur ius eligendi per quadraginta annos, Balbus in v. part. q. viij. communem dicit.

Amplia, etiam ſi vnicus actus interuenit in hoc tempore, idem ibi communem dicit. Idem.

Parochiani præſcribunt ius præſentandi, quando non conſtat ab aliis conſtructam, fundatam vel dotatam eſſe eccleſiam. Coua. in re. poſſeſſor. par. ij. §. x. nu. 3. com. dicit. ex Deci. conſi. cxvj. Idem.

Nota, quòd ſi conſtat à principio liberam eſſe eccleſiam: non præſcribitur contra eam per quodcunque tempus ius præſentandi, Coua. & ibi, nu. 2. com. dicit ex Pan. in c. querelam. nu. 9. de electi. Idem.

Præſcribitur ius patronatus, cùm conſtat eccleſiam eſſe patronam, idem Balbus. ibi quæſtio. ix. com. dicit. Si currat tempus quadraginta annorum cum titulo, vel immemoriale ſine titulo, quod nota. Idem.

Amplia etiam ſi dubitetur per tempus de cuius initio memoria non ſit in contrarium, Balbus ibi nu. 100. commun. dicit. Idem.

Præſcribitur etiam ius patronatus præſcripta villa, vel caſtro, cui annexum eſt ius patronatus, idem ibi com. dicit. Idem.

Præſcribitur per epiſcopum: vt poſsit alienare res eccleſiæ inconſulto capitulo per tempus tamen, de cuius memoria non ſit in contrarium, idem ibi q. xvij. communem dicit.

Præſcribitur contra ciuitatem etiam particularem per certum annos in quatuor caſibus enarratis in l. fin. C. de ſac. ſanct. eccle. In aliis autem præſcribitur contra eam iure priuatorum. Balbus in iij. par. v. part. quæſt. j. communem dicit. Nec dicitur d. l. fin. correcta per d. auth. quas actiones. C. de ſac. ſanc. eccleſi. quò ad ciuitatem, ſed ſolum quò ad eccleſias, monaſteria, ver pia loca, Coua. in re. poſſeſſor. par. ij. numero 9. de reg. iur. in vj. comm. dicit, reprobata opinione Boërij deci. cclxiiij. nu. 25. qui dicebat l. in fine eſſe in totum ſublatam.

Amplia iſtam communem ad caſtra, ad paruam villam: dummodò habeant multitudinem. Idem ibi q. ij. commun. dicit. Idem.

Præſcribitur contra condictionem ex canone redintegran. la iij. q. j. per triginta annos, ſicut & ipſa condictio durat Balbus in iiij. part. iiij. par. q. xxiiij. communem dicit. Idem.

Cõtrariam opinionem, quòd non ſolum xxx. annis, ſed etiam perpetuò duret remedium d. canonis redintegranda, communiorem videri ſcribit Minſing. obſerua. lxxxvj. cent. iij. vt & ſuprà notaui. I. Fic.

Præſcribitur contra remedium l. ij. C. de reſcind. vend. per triginta annos, Idem ibi q. xxvj. communem dicit. B. Villal.

De iure regio non durat hæc actio niſi per quadriennium l. iiij. tit. vij. lib. v. ord.

Præſcribitur ſeruitus perſonalis per triginta annos. Idem ibi quæſt. xvj. nu. 1. communem dicit. Villal.

Nota, quòd ſeruitutes habentes cauſam continuam, quæ ad eius vſum non requirit continuum factum hominis, licet à principio requirat, præſcribuntur inter præſentes per decem annos, & inter abſentes per viginti annos, Idem ibi part. ij. part. iiij. q. j. communem dicit. Seruitutes autem habentes cauſam continuam, licet naturaliter ſint diſcontinuæ, quibus poteſt quis vti quando voluerit: vt eſt itineris, vel viæ, perduntur per decem annos inter præſentes, & per viginti inter abſentes, ſi tamen habent cauſam diſcontinuam: videlicet hebdomadarum, vel dierum ex forma conſtitutionis perduntur per viginti annos: tam inter præſentes, quàm abſentes, Balbus iij. part. iiij. part. q. j. num. 1. communem dicit.

Limita iſtam vltimam communem opinionem in ſeruitutibus perſonalibus, in quibus non conſiderantur interualla temporis: nec diſtinctio prædicta, Balbus ibi q. vj. commun. dicit. Idem.

Seruitus diſcontinua requirens factum hominis conſtituitur, præſcribitur, & probatur allegato titulo ſeruitutis, ac probata poſſeſsione decennali inter præſentes, & vicennali inter abſentes, & præſumitur titulus allegatus licet aliter non probetur, cum ſcientia & patientia aduerſarij. Balbus tracta. de præſcript. in ij. part. iiij. part. q. j. communem dicit, nume. 3. & in nume. 1. dicit, quòd requiritur etiam fides, & dicit etiam communem contrariam. Imò quòd in iſtis ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam, requiratur tantum tempus de cuius initio non ſit memoria in contrarium, Curt. Iuni. in conſil. clxxiiij. nume. 28. & 38. dicit communem, approbat glo. *la grande* in l. fin. de ſerui. ff. Sed tamen dictam communem opinionem gloſſ. intellige, vt in hac communi, quando adeſt titulus ad præſcribendum de quo per d. Balb. ibi, vbi vide alias limitationes ad regulã dictæ glo. Idẽ.

Nota, quòd ſcientia, & patientia domini requiritur in præſcriptione iurium incorporalium Coua. in re. poſſeſſor. par. ij. numero 8. com. dicit. ex Inno. in cap. ij. de in integ. reſti. & l. j. C. de ſer. & aqu. Idem.

Fallit primò, in præſcriptione immemoriali iurium incorporalium: Bal. de præſcript. in ij part. iiij. part. q. j. nu. 14. com. dicit. Idem.

Fallit ſecundò, in præſcribente cum titulo, & bona fide habente titulum à tertio qui reputabatur dominus, quia non requiritur ſcientia, & patientia veri domini, & ſufficit tempus ad inſtar rerum corporalium, Balbus ibi. nu. 15. communem dicit.

Fallit tertiò, in præſcriptione libertatis cum res de facili reuertatur ad ſuam naturam, Goua. in d. nu. 8. verſi. j. ſententiam com. dicit. ex l. ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemadmo. ſerui. amit. c. ſi de terra. de priuileg. Idem.

Præſcribuntur ea, quæ competunt de iure gentium per ſpacium tanti temporis de quo memoria hominum non eſt in contrarium, Balbus de præſcript. in iij. par. iij. par. q. vj. com. dicit. Idem.

Præſcribuntur decimæ prædiales in partem, licet non in totum, Balbus ibi in v. part. q. vij. communem dicit. Contrariam, quòd imò nulla conſuetudine poſsit introduci per laicos, quòd non ſoluant integram decimam, dicit communem Curt. in cap. ſi. de conſue. Sed pro concordia dic, vt per Bello. conſilio lv. per totum vbi videtur innuere, quòd opinio Balbi habeat locum in præſcriptione de cuius initio non eſt memoria, Curt. autem de alia minori quam ſic probat: nulli dubium eſt quin per Romanorum pontificem poſsit concedi: vel dando priuilegium: vel approbando cõſuetudinem, vt minus decima ſoluatur: per gloſſ. in capitul. à nobis. j. de deci. & ibi doct. & Abbas dicit hoc indubitatum in capit. in aliquibus & Deci. conſilio cxlvij. & conſilio cxiij. & Bello. dicit de hoc eſſe communem opinionem. Et conſuetudo, de qua non extat memoria in contrarium: habet vim priuilegij, l. hoc iure. §. ductus aquæ, ff. de aqua quoti. & æſti. & capitu. ſuper quibuſdam. de verbo. ſigni. & ibi Panor. & Feli. in capitul. accedentes. de præſcript. & Barbat. conſilio xlj. volum. j. & in conſilio xlv. volu. ij. in fortiori caſu, ſcilicet in laicis acquirentibus decimas, ergo conſuetudine

udine poteſt introduci:vt minus decima ſoluatur,Et hoc etiã tenet Alexan.conſ.vj.vol.j.vbi dicit hanc eſſe mag.com.opin. Idem.

Amplia iſtam communem ad laicum qui poteſt præſcribere per tantum tempus,quòd non ſit memoria hominum in contrarium ius percipiendi decimas:& obtinebit,allegato titulo,cum poſſeſſione di cti temporis,Pyrrhus in conſue.aurel.de poſſeſ.iudiciis capitul.ij.in ſin.magis communem dicit ſine titulo.cum ſint incapaces:non præſcribunt,vt per plura probat noſter Coua.in reſo.capitul.xvij libro j. numero 6.ex Ioan Mona.in capitul.ij.de præben.in vj.Et nota in hac materia,cum per Concilium Lateranenſe ſit tolleratum laicis vt percipiant decimas,quæ ante illud concilium ſolitæ erant per eos percipi:quòd probata poſſeſſione immemoriali dicitur probatũ ſufficienter ante concilium Lateranenſe percepiſſe Coua.in capitu.poſſeſſor. in ij.§.iij.nu.9.verſi iij.fortius,com.dicit ex Doct.in c.cum apoſtolica, de his quæ ſunt à Prælat. Idem

Nota iſtam communem cum præcedenti ad intell.l.j.titu.vij.lib.j. ordi.ibi vj.*en los atros lagares que antiquamante ſuelen tener los legos.*

Præſcribitur conſuetudo quæ eſt contra ius,vel præter ius de iure ciuili per decem annos,de iure autem canonico,ſi eſt contra ius,requiruntur quadraginta anni:ſi propter ius , decem anni Balbus vbi par.v.q.xij.communem dicit. Idem.

Præſcriptionem.quam primùm incipit ceſſatio ſolutionis. cum de præſenti agi poſſit,incipere currere in penſionibus, etiam quò ad futuros annos,veram,& communem eſſe Doct.oipn affirmat Schurph. conſi.x.nu.xij.cent.

Contrarium tamen in Iudicio Camere Imper.ſeruatur.teſte Minſingero.obſeru.xiij.cent.iij. I.Fich.

Præſcribi non poteſt cum titulo,nullo,Cur.Iuni,conſilio clxxxv. num.5.communem dicit. B.Villal.

Item nota præſcribitur contra hæreditatem iacentem etiam ſi ſit vſuca.Balbus in vj.par.in princ.in caſu.lxxv.comm.dicit. Idem

Item non præſcribuntur ea quæ ſunt meræ voluntaris , vt ire ad molendinum,vel ſimilia,Balbus in iiij.par.v.partis.commu.dicit.pro qua eſt tex.in l.qui iure familiaritatis.ff.de acqui.poſſeſ.

Limita,ſi interuenit prohibitio:quia tunc benè præſcribuntur per tempus lõgiſſimum, idem ibi q.vj.com.dicit.ex gloſ.in l.qui luminibus.ff.de ſeruitu.vrba.prædio.Coua.in regu.poſſeſſ.§.iiij.par.ij.nu.6.

Amplia iſtam limitationem ad actus negatiuos qui non præſcribuntur,niſi à tempore prohibitionis.Bel.in conſil.j.nu.15.com.dicit, de qua per Alex.conſ.cxxxvj.vol.ij.& Guid.deciſ.penul. Idem.

Item non præſcribuntur ea,quæ ſunt reſeruata Principi in ſignum vniuerſalis recognitionis;vt in communi ſuprà eo. Idem

Præſcribi non poſſunt alienari prohibita.Ripa in §.diui.l.filiusfamil.ff.de lega.ij.communem dicit.

Limita,& intellige iſtam communem,vt non procedat in præſcriptione longi temporis viginti annorum cum bona fide:Balbus trac. de præſump.in v.par.v.par.q.iiij.communem dicit.

Limita ſecundò,in præſcriptione immemoriali,vel quadraginta annorum,ſi ius non reſiſtit in prohibitione alienationis in certas perſonas.Bello.conſi.xlvj.nu.7.com.dicit ex Bar.in l.fin.C.in quibus caſibus non eſt neceſſaria in integrum reſtitut. Idem.

Item non præſcibuntur legata per hæredem cùm teſtator ſuſtulit præſcriptionem Barba.conſi.xxij.vol.iiij.& conſ.lj.vol.j.Io.Duran.in. arte teſtan. tit.vj.cau.xxxj.communem dicit. Idem.

Item præſcriptio non cadit inter ſocios etiam per longiſſimũ tempus quin teneantur diuidere.Balbus in iiij.part.iiij.partis.q.xiij.communem dicit. Idem.

Præſcriptio etiam interrumpitur.ſi pauci ſuperſint dies ad illam complendam;licet concedatur reſtitutio Balbus in iij.par.vj.partis,q. j.nu.8.communem dicit. Idem.

preſcriptio etiam interrumpitur ſi ſuperueniat inhabilitas in perſonam præſcribentem,non tamen , ſi ſuperueniat in perſona contra quam præſcribitur.Balbus ibid.q.iiij.nu.1.communem dicit.

Fallit ſecundum membrum dictæ cõmunis opinionis in præſcriptione trigenaria,quæ dormit cõtra pupillum.idem Balbus ibi num. eodem,communem dicit. Idem.

Præſcriptio miſta, hoc eſt, decem vel viginti annorum interrumpitur per litis conteſtationem factam coram iudice cõpetenti.Balbus in ij.ſpecie ij.par.vj.par.q.j.nu.32.com.dicit. Idem.

Amplia ad actiones perpetuas ſeu temporales. in actionibus autem annalibus,& prætoriis,quæ regulariter durant per annum:interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationem,ſeu quaſi:hoc eſt,per libelli oblationem Principi factam.Balbus ibi,nu.6.commun.dicit.

Amplia etiam ad actiones criminales.Balbus ibi nu.24.com.dicit.

Limita in præſcriptione decennali inducta per ſtatutum cùm ſit loco præſcriptionis triginta annorum,quæ per ſolam citationem interrumpitur,& non eſt neceſſaria litis conteſtatio.Idem ibidem.num. 10.communem dicit.Et Pyrrhus Angleb.in conſuet.aure. de poſſeſſoriis iudicij.c.iij.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellectum l.iij.tit.xiij.ord.lib.iij.Idem.

Præſcriptionem licet interrumpit defectus poſſeſſionis , non tamen defectus tituli.quin poſſit de nouo inchoari præſcriptio.Balbus in ij. par.vj.par.q.j.ver.iiij.communem dicit.Idem.

Nota quòd interruptio præſcriptionis naturalis prodeſt omnibus. Ciuilis autem interrumpenti ſolum.Balbus in iij.par.iij.part.principalis.q.iij.communem dicit. Idem.

Præſcriptio non tollitur per pactum.Balbus de præſcrip.in v. par. v.part.q.vj.communem dicit.

Amplia,etiam ſi ſit dictum in obligatione,quòd toties incipiat deberi,quoties fuerit præſcriptum, etiam ſi ſit appoſita dictio,vt quandocunque poſſit petere.Balbus ibi communem dicit.

Intellige,& amplia iſtam concluſionem & ad præſcriptionem triginta annorum,quæ datur in odium negligentium.Alc .in rubri.de præſcrip.nu.60.cõ.dicit,vide de hac materia.nu.56.vſquæ ad fi.rub.

Fallit hæc communis in præſcriptione Præterita quæ poteſt renũciari Balbus tract.de præſcrip.in d.q.vj.commun.dicit. Idem.

Contrariam opinionem, ſcilicet,quòd imo præſcriptio pacto tolli poſsit commu.dicit Barb.conſ.xxij.vol.iiij.& conſi.lij.vol.iij. I. Fich.

Præſcriptio,ſi eſt ſublata per ſtatutum,ſimpliciter vel per priuilegium,intelligitur in realibus actionibus de præſcriptione,decem, vel viginti Annorum,in perſonalibus tamen triginta annorum:cũ ſtatutum poteſt operari in longa:non extenditur ad aliã.Idem Balbus ibi. q.ix.communem dicit. B.Villal.

Nota quod præſcriptione ſublata per ſtatutum non intelligitur de præſcriptione de cuius initio non eſt memoria in contrarium.Bellon.conſ.viij.num.8.commun.dicit. Idem.

Nota quod ſtatutum non poteſt tollere obligationem naturalem vel ciuilem per quodcunque tempus,& tale ſtatutum non valet.Balbus in v.par.v.q.vj.& in ij.par.iij.apr.q.x.nu.14.com.dicit. Idem,

Præſcriptio legalis inchoata cum defuncto,currit contra minorẽ. Sed datur reſtitutio excepta trigenaria:quia cum ſit odioſa , dormit in pupillo.Balbus in vj.par.in prin.in xxiij.caſu.com.dicit.

Amplia etiam ſi currit ad corroborationem contractus celebrati cum defuncto.Balbus ibi.communem dicit.

Amplia ſecundò,ad præſcriptionem ſtatutariam, quia currit contra minorem adultum:licet dormiat contra pupillum.Balbus ibi cõmunem dicit. Idem.

Præſcriptio immemorialis habet locum in priuilegio conceſſo à Principe ex certa ſcientia.Bello.conſ.lxv..nu.5.commun.dicit,Intellige data capacitate in præſcribente.Couarru.in reſo.lib.j.c.x.num.14. communem dicit ex Hypo.ſing.lxxx.Et nota aliud verbum Aymon. de Antiqu.tem.par.iiij.nu.10.quod in caſibus in quibus caſus verus æquiparatur ficto in illis appellatione priuilegij,& venit priuilegium fictum. Idem.

Præſcriptio eſt loco ſolẽnitatis in alienando rem , quando lex nõ reſiſtit,ſed ſolummodò ponit formam alienationis.Bello.conſil.xlvj. nu.7.communem dicit. Idem.

Præſcriptio annuæ præſtationis in legatis incipit quolibet anno,in contractibus tamen ſufficit vnica præſcriptio Boer.deciſio. cccxxxv. communem dicit. Idem.

Præſcriptionis exceptio per arbitrium admittitur ſi præſcriptio ſit cum bona fide,Balbus in j.par.q.v.commun.dicit. Idem

Præſcriptionis exceptio impedit litis cõteſtationem,ſi opponatur. Boer.deci.cccxliij.nu.2.& 8.comm.dicit. Idem.

*ADDITIO.* Præſcriptio an probetur & ſufficiat per poſſeſſionem inceptam ab vno,& finitã à ſucceſſore Bar.in l. Pomponius. §.prætereà,in fin.ff.de acquir.poſſ.dicit quod ſic,& ita Pariſ.conſilio cvij.laborioſa,num.11.volum.Marc.Anton Nat.in conſil.lxx.vide numero 4.volum.j.Soc.Iun.conſil.xlvij.viſo prædicto.nume. primo. cũ duobus ſequen.volum.ij.Limita,niſi in beneficiis.in quibus tempus prædeceſſoris cum tempore ſucceſſoris ad finiendum triennium colorati tituli non coniungitur continuatur,& ratio vt per M.Anton. Bard.in tract.de temp.vtili. & contin.in c.xiiij.nu.6.

Præſcriptio in actionibus redhibitoria,& quanto minoris,aliiſque rei non perſecutoriis,quæ anno olim,& hodie expirant.§.cas. Inſtit. de perpe. & tempo actio.contra minorem abſque ſpe reſtitutionis currit ex ſentẽtia Caſtren.quem Doctor.communiter in l final.C.in quib.cau.in integr.reſtit.non eſt neceſſ.ſequuntur.currit quoque cõtra ipſum minorem inſtantia triennalis.de qua in l.properãdum §.fi. C.de iud.& ibi Doctor.& idem Caſtren.d.l.ij.& ibi Barto.xvj.oppo. vbi etiam in tempore dato ad conficiendum inuentarium idem concludit per text.in l.final.C.de iure delib.fallit tamen.quod dicitur de triennali inſtantia quando tutor vel curator ſiue etiam procurator cuius dolo,vel culpa inſtantia ipſa periit,non eſt ſoluen. quia tunc datur in ſubſidiũ in integ.reſt.ſi læſus perſiſtat d.§.fi.& ibi idẽ Caſt. poſt Bar.Concluden.idem in tempore dato ad appellandũ:quod eſt decem dierum auth. C.de appel.& tempore ad appellationem proſequendũ:quod eſt annus,& ex cauſa biennium,& longius,c.ex ratione eod.tit de appel.authen.ei cui C.de temp.& repa.appel. quod ideo inductum eſt,vt iuris rigor.conſeruetur.auth. de appel. & inr.

quæ

quæ temp.in prĩn.& voluit gl.in l.auxilium.in verſ.ceſſant.ff. de mino.idem concluditur in tempore dato ad excipiendum de dote non numeratæ pecuniæ,quam habuiſſe confeſſus fuit nõ fuiſſe ſibi numeratam.l.in contractibus.in princip.cum gloſſ.in verb.perituris.C. de non nu.pecu.& habetur per Caſt.vbi ſuprà. F.Turzan.

Præſcriptio non habet locum in feudalibus contra dominum in caſu,quo vaſallus feudum,inſcio domino,alienaſſet,& ille, in quem alienatum eſt poſtea vellet allegare poſſeſsionem,& præſcriptionem contra verum dominum:tunc enim tale feudum ne lõgiſsimo quidem tempore præſcribi poteſt.Communem dicit in §.Feudũ.q. xlv. verſ.Si autem. P.Fich.ex Claro.

PRO. Præſens habetur pro conſentiente vulg.l.quidam ex parte ff.de euict.vbi latè.not.

OBIEC. Contra de l.Caius.ff.de pign.actio.vbi præſentia non habetur pro conſenſu.

SOLVT. In iis,quæ nobis inuitis fieri non poſſent, vt in pignore,præſentia habetur pro conſenſu,vt in noſtra regula, ſecùs in iis, quæ fieri poſſent nobis præſentibus etiã inuitis,vt venditio l.rẽ alienam.ff.de contrahen.empt.& legatum.§.non ſolum.Inſti.de leg.vt in contrario allegatur textus pro hac ſolut.in l.ſæpè.§.fi.ff.de re iud. Et è contrario abſens pro diſſentiente habetur. allegatur text. in l.qui poteſt.ff.de reg.iur.& in l.in eo iure.§.deinde.ff.de ritu.nu.

OBIEC.Opponitur de l.duo ex tribus.ff.de re iud.& l.ſi in tres, cum l.ſequen.ff.de arbit.vbi dicitur,quòd duo inuito tertio poſſunt iudicare,ſed non eo ignorante ſeu abſente.

SOLVT. Hæc regula ibi fallit,ratio ſpecialitatis ibi aſſignatur, quia tertius traxiſſet eos fortè in ſuam ſententiam.Vel dic,quod poſſum facere altero inuito,poſſum facere eo abſente quando negotium ad eum non pertinet,quãdo verò negotium aliquo modo pertinet, tunc factum eo abſente non valet,ſed factum eo præſente & contradicente valet,vt ibi. Bellon.

PRO. Præſens trahitur ad præteritum,vt Troia capta eſt.l.fuit.l. verbum erit.ff. de verbo.ſigni. Bellon.

PROPO. Præſens verbum non trahitur ad futurum.l.ſi ſtipulatus.§.j.& l.cum ſtipulamur.ff.de verb.oblg. Idem.

Præſentia donatarij cum taciturnitate inducit conſenſum. Communem dicit in §.Donario,q.xiiij.ver.Sed pone.P.Fich.ex Claro.

Præſentes in materia præſcriptionis dicuntur ſi ſunt layci quando ſunt ſub communi præſide:ſi autem ſunt clerici,ſi ſunt ſub eodẽ Archipreſbytero,præſentes dicuntur.Balbus in iij.par.iiij.par.j.q. iiij. in fin.communem dicit. B.Villal.

Præſens in iudicio compellitur recipere libellum, etiam ſi ad hoc non fuerit citatus,tamen non compellitur reſpondere niſi plenè inſtructus Fel.in c.j.de iud.nu.19.communem dicit. Idem.

Præſidentes ciuitatis non habent merum imperium, ſed tantum minimam iuriſdictionem.Alci.in c.quod ſedem.nu.[illegible].de offic. ord. communem dicit. Idem.

Præſentati duo ad beneficium, & collitigantes ſi vnus moriatur, patroni non poſſunt præſentare alium.Gome.in regu.cancel.de ſubrogan.q.xij.communem dicit. Idem.

PRO. Præſumimus plus audire maſculos,quam fœminas l.quiſquis.§.ad filias.C.ad leg.Iul.maieſta. Bellon.

PRO. Præſumitur quis ſanæ mentis,donec contrarium probetur,l.ij.C.qui teſta.fac.poſſ.vel non. Idem.

PRO.præſumitur quis ignorare,niſi probetur ſcire.l.verius.ff.de probat.

OBIEC.Cõtra,imo præſumitur ſciẽtia.l.cũ de indebito.§.ff.eo.ti.

SOL.Ibi etiam probatur ignorantia præſumptiuè eo ipſo quod probatur indebitum,vt ibi not. Idem.

PRO. Præſumptio de præſenti ad præteritum fit.l.ſi qui adulterij. vbi gl.C.ad legem Iul.de adul.l.non eſt veriſſimile.ff.de probat. Idẽ.

PRO.Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.l.generaliter.§.ſi petitum verſ.ſed eum ex præſumptione.ff.de fid. libert. Bellon.Toloſa.

Præſumptio iuris quando eſt pro aliquo nõ releuat,niſi allegetur Alci.in tractatu præſump.xxj.nume.2.communem dicit.De iure regio exceptio. ſi fiat notoria:ſufficit quod allegetur,& petatur.l.xlij. in pragma cap.viij.& per dictam l.declaratur.ij.titu.vj. lib.iij.ordin. ex quibus reſultat,quod ſi declinatoria iudicij ſit notoria,quod non requiritur probatio.& approbatur per dictas leges gl.in clementina appellanti de appellation.& dictum Ioã.Andr.in capitul.ſæpè.de appellatio.quod fallit pro intellect.l.xiiij.tit. ij.lib.iij.ordi.& l.xcj.ſtylli. vbi ponuntur caſus de quibus poteſt quis conueniri in domo regia. ex quib.ſi vidua eſt notoria:non indiget probatione,vt tenet Cynus in l.ij.ff.ſi quis in ius vocat.non gerit Et nota vnum ſatis notabile pro ampliatione d.l.xiiij.& xcij.quod ſi quis commiſit plura delicta, & inter ea ſit vnum ex iſtis comprehẽſa in dicta l. quod curia poteſt de omnibus cognoſcere.Caſſane.in conſuet.Burgund.rub.ij.§.j.gloſ. fin.nu.26. fin.quæ etiam faciunt ad intellect.opinionis poſitæ in ver. iuriſdictio nu.125.vide quæ ibi habes. B.Villal.

Præſumptio etiam ſi ſit à lege,debet allegari,aliàs non ſuffragatur,l.ſi adulterium cum inceſtu.§.ij.Idem Pollioni,cum not.ff.ad l.Iuliam de adult.etiam ſi id quòd ſic lex ipſa præſumit,notorium ſit.Fel. in cap.cùm ordinem,& ibi Deci.de reſcriptis idem Deci.in ca.ex inſinuatione circa fin.& in ca.vt debitus.in iij.not.de appella.ſequitur Iaſ.in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius voca.nõ ier. & in l.ſi verò,§.ſi pro rei.ff.qui ſatiſd.cogant.hinc eſt,quòd licet bona fides præſumatur,niſi allegetur.non prodeſt,tradit Alexand.conſilio xlix.& conſilio.cxxxvj.lib.ij.ac conſilio.lxix.lib.ij.& quòd neceſſariò illud à lege præſumptum etiam vbi notorium exiſtit,vt proſit ei,qui ex tali præſumptione ſe iuuare,& illam pro ſe inducere vult, allegari debeat communiter à Doctor,nemine diſcrepante teneri ait Crauet.conſil. cclviij.efficatiora. F.Turz.

Præſumptio eſt minus ſemiplena probatione.Eſt communis opinio ſecundum Iaſonem in conſilio cxxix.in caſu.verſu,ſecundò moneor,volumine primo.Hinc eſt,quòd teſtis nõ iuratus facit præſumptionem,licet non ſemiplenè probet,ca.nuper.& ibi glo.extrà de teſtibus.Dec.in conſi.cccccxl.quæritur in fi.vol.iij. M.Grib.

Præterito filij reddit teſtamentum ipſo iure nullum,etiam ſi præteritus nullum non diceret.Eſt magis communis opinio ſecund.Iaſ. in conſi.cxiij.nos Iaſon.vol.j. M.Grib.

Præteritione filiæ teſtamentum annullatur.com.in §.teſtam.q.xlij. verſic.Item quæro. P.Fich.ex Claro

Auth.ex cauſa.C.de lib.præt.dicens ex præteritione ſolam inſtitutionem vitiari,cætera verò firma manere,,no habet locum in relictis ipſi præterito teſtamentum impugnanti.Eſt cõmunis opinio ſecun. Roma.conſi.cccccxvj.in caſu propoſito. M.Grib.

Teſtamentum nullum præteritione filij,propter clauſulam codicillarem ſuſtinetur in vim fideicommiſſi.Eſt magis commun.opinio. ſecun.Dec.in conſilio ccxxviij.in caſu propoſito.circa princ.volu.ij. præteritione filij vel nepotis,facta ſine cauſa per matrem vel auiam, teſtamentum eſt adhuc hodie ipſo iure nullum.nec conſeruatur,per Auth.ex cauſa.C.de lib.præt.Eſt com.opin ſecun.Alex.conſ.xxvj.circa primum.verſi.circa tertium.vol.j. Idem.

Diſpoſitio Authen.ex cauſa procedit etiam in præteritione vel exhæredatione,facta ſine cauſa.Eſt com.opin.contra.Dyn.ſecun.Alex. dicto conſi.xxvj.verſi.nec obſtat dicta lex. Idem.

Præteritus is intelligitur qui in teſtamento non eſt inſtitutus,neque nominatim exhæredatus,etiam quod dẽ eo in teſtamento eſſet alio [illegible] facta me[illegible]o.communem dicit in §.teſtament.q.xlij.in princ. P.Fich.ex Claro.

PRO.Prætor de patria,non de extraneis prouinciis eligendus eſt l.tres.C.de offic.Prætor.

OBIEC.Contrà de l.Barbarius.ff.eod.tit.

SOL.Ibi propter communem errorem,qui facit ius.l.iij.in fin. ff.de ſup.leg. Bellon.

PRO.Prætor quandoque mentiri permittit,§.namque inſtitut. de action. Idem.

PRO.prætoris eſt æſtimare,an ſua ſit iuriſdictio,vocari autem non contemnere prætoris authoritatem.l.ſi quis ex aliena.ff.de Iud. c.cùm perſonæ.de priuil.in vj. Idem.

PRO.Prætoris factum iuri derogare non oportet.l.j.ff.de fert.& dil. Idem.

PRO.Precium loco rei ſuccedit.l.quia qui precio.ff.de vſufr.

PRO.Precia rerum conſtituuntur,ſecundum communem æſtimationem,non,ſecũdum ſingularem cuiuſque affectionem.l.precia rerum.ff.ad leg.Falc.l.ſi ſeruum meum.ff.ad leg.Aquil. Idem.

Princeps ſi alicui feudum concedat,& in conceſſione vtatur verbo donamus,vel alio ſimili importante donationem,cenſebitur libera Donatio.com.in §.T.q.xvij. P.Fic.ex Claro.

Si Imperator vel alius Princeps,fecit pactũ aliquod cũ ciuitate,vel alio loco,illud obſeruare tenetur & ex tali pacto obligatur.Eſt cõm. opi.ſec.Iaſ.in conſ.j.præſupponitur in facto.vol.j. M.Gribal.

Princeps de plenitudine poteſtatis nõ poteſt aufere ius perfectè acquiſitũ alij miniſterio iuris Ciuilis ſine cauſa veluti per ſentẽtiam præſcriptionẽ,aut aditionẽ hæreditatis,quoniã licet modus acquirendi ſit de iure Ciuili inductus nihilominus ipſum dominium eſt de iure gentiũ.ſecundum Docto.cõmuniter in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.ff.de liber.& poſthu.in l.fin.C.ſi cõtra ius vel vti.publi.& in c. quæ in Eccleſiarum.de conſtitu.quam communem ſequitur Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,ff.de vſucapio.in d.§.& quid ſi tãtum,nu.125. & in d.l.fi.C.ſi cõtra ius vel vtili.publi.in vij.limita.Feli.in d.c.quæ in Eccleſiarũ,nu.33.Alexan.Soci.Gallia.& Moder.Hiſpani.in.§.& quid ſi tantum,Iac.Nigri.in rub.ff.ſi cert.pet.nu.15.& Ruynus conſi.xcv. nu.1.&.9.vol.j.& Bellonus conſ.ij.num.2.& ſeq.& iſta eſt mag.com. opi.quam ſequitur,& citat Pariſi.conſi.cj.nu.70.vol.j.Soc.iun.conſi. cxx.nu.32.vol.ij.Crauet.conſi.clxxij.nu.3.conſi.ciij.conſ.cxxxv.num. 20.& ſeq.conſ.clxxij.& conſ.vij.nu.10.Contrariã verò partem quòd Princeps poſſit auferre ius perfectè alteri acquiſitũ ſine cauſa.tenuit Angelus in lege Lucius ff.De Euict.Abbas in c.ex parte ſecunda,de

officio

officio delega. Steph. Bertran, conſilio cccj. numero 5. volumi. iij. & Iaſ. ſibi contrarius in conſulendo tenet hoc idem in conſilio j. lib. j. vbi ſequitus Bald. in l. fina. C. ſenten. reſcin. non poſſ. vbi ait, quòd Princeps poteſt reſcribere contra ſententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, dicens illud dictum Bald. eſſe ſingulare, & poſſe auferre dominium acquiſitum, mediante tali ſententia. Similiter idem Iaſ. conſilio cxcvij. li. iiij. arguit pro opinione Pauli de Caſtro. in l. eum heredes in prin. ff. de acquirenda poſſeſſio. & in l. iij. ff. de teſtamen. quod princeps poſſit legitimare ſpurium, etiam poſt aditam hereditatem per agnatos dūmodo poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit. Eandem opinionē ſentit idem Iaſ. conſilio xciij. libro j. vbi voluit quòd Pontifex eximendo monaſterium à decimis in conſequentiam præiudicat Laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in conſequentiam. His igitur non obſtantibus, prima opinio quòd princeps non poteſt auferre ius quæſitum per aditionem hereditatis, aut per ſententiam videtur magis communis, & ſequenda vt audacter aſſerunt Moder. in dicta l. fin. C ſi contra ius vel vti publicam. Capacius deciſio. clxvj. nu. 4. & 10. Crauet, in d. conſilio clxxij. numero 3. & alij quamplurimi ſuprà relati. Hæc communis interpretatur & limitatur non procedere, quotieſcunque Princeps tolleret ius quæſitum de iure gentium ex cauſa, vt illud ex cauſa auferri poſſit requiritur quòd ſit huiuſmodi cauſa, quæ principaliter vtilitatem publicam, ſecundū Barto. in l. quæcunque. in fin. C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſca lib. x. Oldra conſil. ccxxiiij. iſtæ ſunt allegationes Paul. Caſtren. conſil. clxxvij. conſil. ccxxix. conſil. cclxxxvi. lib. j. Deci. conſilj ccclxj. & conſilio cccclxxxviij. poſt Felyn. in dicto cap. quæ in Eccleſiarum, Iaſ. in l. Barbarius. ff. de officio preto. & conſil. ccxxxiij libro ſecundo. Iſtam ſcribit eſſe magis communem opinionem Alexan. conſil. ccclxj. numero 10. volumi. ij. Limita ſecundo loco dictam communem opinionem non procedere, quando Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorū auferret dominium alterius de iure gentium quæſitum tunc enim certum eſt principem poſſe id auferre. l. item ſi verberatum, vbi Bart. & Ange. ff. de reivendi & alij ſcriben. in l. Antiochenſium. ff. de priuile. credito. & quod remuneratio ſit ſufficiens cauſa Principi ad tollendū dominium alienum, conſuluit Deci. conſili cccxcviij viſo caſu propoſito & conſili. cccclxxxviij. viſo puncto. poſt alios relatos per Grammaticum deciſio. lxvj, nu. 2. et ſeq. F. Viuius.

Bannitus, ſeu deportatus reſtitutus recuperat bona confiſcata. l. j. ij. et iij. C. de ſenten. paſſis, ſed bona alienata, et in tertium interim trāſlata aliquo modo per reſtitutionem ſibi factam à Principe recuperat, vnde reſtituto bannito, eius reſtitutio non trahitur ad bona in tertium alienata, ſecundum Bart. & Bald. in l. fina. eod. titu. Barto. & alios Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de libe & poſthu. Cardi, in cap. quia diligentia de elect. Abb. in ca. j. de parochi. & in cap. ex tua in fin. de cleri non reſiden Imo, in c. noſtra de iniur. hoc idem tenet idē Abb. in cap. inter quatuor de maior. & obedi. vbi Fely. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & conſtat ex allegatis per Alex. & Moder. in d. §. & quid ſi tantum. Ampliantur prædicta non ſolum procedere in dubio ſed etiam quando Princeps, vel ſuperior vellet expreſſe ſub reſtitutione comprehendi bona interim alienata, ſecundum Bal. Cyn. & Alexan. in d. §. & quid ſi tantum. Sed Cardina. in dicto cap. quia diligentia videtur expreſſè tenere contrarium, videlicet quòd reſtitutio facta per principem. vel ſuperiorem cum clauſula pregnanti, quòd bānitus pleniſſime reſtituatur, ita nihil de banno opponi paſſit, trahatur & extendatur ad bona in tertium alienata. cum quo quidem Cardi. ſentiunt omnes Docto. magis communiter, vt ſcribunt Moder in d. §. & quid ſi tantum. & Iaſ. ibi num. 77. & Fely in d. c. inter quatuor, & licet iſte reſtitutus recuperet bona non alienata, ob hoc non recuperaret in iſto caſu, nec in aliquo alio caſu fructus, qui donec extiterat bānitus, à fiſco, ſeu ab alio priuato fuiſſent percepti, text. eſt ſingularis in auth. idem Neſtorianus. C. de hære. ſecundum omnes Doct. communiter qui ita tenent vt refert Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum nume. 64. vbi etiam Moder. omnes. Viuius.

Princeps obligatur per ſuum contractum, & aſtringit ſucceſſorem in dignitate. Iaſ. in conſil. x. volu. iij. communem dicit.

Nota iſtam communem quæ facit ad corroborationem l. iij. tit. ix. lib. v. ordi. vbi Rex & Regina iniuerunt contractum cum ciuitatibus regni ſui, quod non poſſit alienare villas, aut ciuitates, vel alia loca, vel bona regni, niſi ex iuſtiſſima cauſa. & cum conſilio ſenatorum magni conſilij, & contra factum eſt nullum, & Rex poteſt própria auctoritate reaſſumere, de quo per Feli. & Deci. in ij. lectu. nu. 6. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. In tantum autem eſt vera noſtra cōmunis, quòd nec de plenitudine poteſtatis, quid poteſt contrauenire. Pau. de Caſt. in l. digna vox. de legib. C. Et quod Rex non poſſit alienare bona regni. l. iiij. titu. xv. par. v. etſi alienat perdit nomē regis. l. vj. titu. j. par. ij. de qua per Io. Lupum. in rep. ca. & vide ſupra in verb. præſcrib. B. Villal.

Princeps an ex ſuis contractibus obligetur, & obligare poſſit ſuos ſucceſſores Item an poſſit alienare vnam ex ciuitatibus in præiudiciū ſucceſſorum, vide cumulum allegationum apud Tiraque in tract. de Primoge. xxxv. q. nu. 23. & 24. I. Fich.

Princeps ſi reſtituit rebellem, talis reſtitutio non extenditur ad bona iam alienata, communiter tenent Doct. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. vt refert Matth. de Afflict. deciſ. ccclxj. num. 7. fallit niſi publica pax hoc exigeret, vt dicit ibidem Matth. Idem.

Princeps ſtatuens aliquid contra ius naturale vel gentium, non præſumitur habere iuſtam cauſam, Magis receptā ſcribit Minſing. obſerua viij. cent. iiij. Secus, ſi contra ius poſitiuū aliquid ſtatuat, vel ſcribat, quia tunc ſemper iuſta cauſa præſumitur moueri. Sed ita, ſi motu proprio non ad inſtantiam partis id faciat, vt ibidem tractatur. Idem.

Princeps ſine cauſa non poteſt tollere alicui ea, quæ ſunt iuris naturalis. Curt. Iuni. conſi. cxxxviij. nu. 5. communem dicit, B. Villal.

Amplia, quòd Princeps non poteſt tollere alicui ius ſuum ſine cauſa. Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. nume. 33. de conſtit. communem dicit. & Bello. conſi. ij. nu. 2. & 3. Idem.

Contrariam opinionem, quòd imò princeps, etiam ſine cauſa, poſſit rem ſubditi propriam de plenitudine poteſtatis auferre. & alteri dare, adeòque in totum cum legibus diſpenſare communem eſſe ſententiam ſcribit Vaſque. Illuſtr. contro. lib. j. cap. xv. in princi. ipſe tamen eam poſtea improbat. I. Fich.

Amplia ad feudum, quia de illo non poteſt priuare vaſallum ſine cauſa. Aymon. de antiqui. tempo. part. j. verſi. nu. 17. communem dicit ex Bald. in conſi. cccxxvj. lib. j. Idem.

Nota, quòd in iis, quæ non dependent à libera voluntate Principis, prout ſunt contractus, & vbi agitur de priuando aliquem iure quæſito: non poteſt princeps procedere, parte non citata. Idē, Aymon. part. j. verſ. j. nu. 30. communem dicit ex Soci. conſi. xvj. Villal.

Amplia etiam de iis, de quibus princeps ad libitum diſponere non poteſt, parte non citata. Idem Aymon. nu. 32. communem dicit ex Bal. conſ. cccxxvj. vol. j. Idem.

Amplia ad alienationem faciendam per Principem hominibus villæ, vel caſtri inuitis quòd non poteſt facere: quia ipſis conuenit non mutare dominum. Cur. Iuni. conſi. clxxiiij. num. 17. communem dicit: quod tamen fallit niſi pro bono pacis, vt per Gome. in §. item Seruiana. Inſtitu. de actio. nu. 43. vbi vide alias limitationes, & vide Felin. in cap. dilecti. de maioritate, & obedientia. in ver inuictiſſi. Idem.

Concor. cum l. iiij. tit. xv. par. ii. nec donare poteſt. l. iiij. tit. xxviij. par. ij. & quoad reditus regales vide l. vj. tit. xxviij. par. iij. & vide Io. de Pala. rube. in capitulo per veſtras. de dona. inter virum & vxorem. §. xlviij. numero 41.

Fallit, quia licet Princeps non poſſit auferre alicui ius ſuum: poteſt tamen tollere obſtaculum de medio, faciendo de incapace capacem ſine cauſa legitimando ſpurium, vt hic ſuccedat in hereditate Cur. Iuni. conſi. clvij. nu. 19. & conſ. cxxxviij. nu. 10. communem dicit. non tamen poteſt legitimare ad hoc quòd ſuccedat in bonis iam acquiſitis per heredem, non ſolum per aditionem ciuilem: ſed etiam acquiſitionem iuris gentium. Bello. conſi. j. nu. 3. communem dicit ex Iaſo. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Idem.

Princeps, ſiue imperator Romanus Dominus eſt totius orbis. Cōmunem dicit Vaſque libr. j. Illuſtr. contro. cap. xx. nu. 1. multa pro hoc allegans. tamen vltimo ſic concludit. Ad hanc tamen tot ſunt qui teneant contrarium, vt referunt prædicti, quòd mihi non ſatis certum eſt, vtra pars receptior ſit. I. Fich.

Principij, & de his, quæ ex principio ſequuntur; idem iudicium eſt. Curt. Iuni. conſi. cliij. nu. 13. communem dicit. B. Villal.

Princeps licet non poſſit auferre dominium quæſitum ex contractu iuris gentium ex cauſa tamen id facere poterit, ſi cauſa reſpiciat publicam vtilitatem. l. locus. C. de euictio l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cō. prædio. probatur etiam ſecundum Ang. in l. ij. & in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. hancque opin. magis eſſe comm. dicit Alex. in cōſ. ccclxj. Argumen. verſic. pro hoc. nume. 10 vol. ij. F. Turz.

PRO. Princeps eſt lex animata in terris. in §. finali auth. de conſ. colla. iiij. Bellon.

PRO. Princeps omnia iura communia in ſcrinio ſui pectoris dicitur habere. in l. omniū. C. de teſtamen. in c. j. de conſtitutio. in vj.

OB. Contrà, quia Roma. pontificem aliquando obliuio fallit. in ca. præterea. xiij. diſtinct. ergo non habet omnia iura in pectore ſuo.

SOL. Ibi non erat obliuio iuris, ſed exemplorum.

PRO. Princeps iura tuetur. l. ſi quando. C. de inoffi. teſtament. Idē.

PRO. Princeps eſt philoſophiæ plenus. l. cùm Sillanianum. C. de is quib. vt indig. Idem.

PRO. Princeps legibus eſt ſolutus. l. princeps. ff. de legibus.

OB. Contrà de l. digna vox. C. de legib. & c. iuſtum. x. diſt. & l. ex imperfecto. de leg. iij. ff. & l. imperfecto. C. de teſta. & fi. inſti. quib. mod. teſtamen. infir. vbi licet princeps legibus ſolutus ſit, tamen fatetur ſe legibus alligatum, & ſecundum leges velle viuere.

SOL. Contrarium procedit de honeſtate, quia de neceſſitate ſecus, vt hic. Idem.

PRO. Princeps facta ſeruare tenetur. ca. j. vbi not. extra, de probationibus. Idem.

PRO. Princeps debet eſſe humanus, non ſuperbus. l. fi. C. de dona

inter vir.& vxor, Idem.

P R O.Pr nceps alia incapacem,ſeu inhabilem habilitare poteſt. l. quidam conſulebant,ff.de re iudicata, Idem.

P R O.Principalis obligatio extinguit acceſſoriam,ſi in eadem cauſa concurrit,ſecus in duabus obligationibus paris potentiæ.l.generaliter,ff.de fidei. Idem.

P R O.Principale inſpicimus,licèt acceſſorium ſit maioris valoris, l.ſi in emptione.ff.de contrahen.emptio. Idem.

P R O.Principale non confirmatur per acceſſorium.l.quod permanus.ff.de iure cod. Idem.

P R O.Principium eſt ſpectandum potiſſima enim pars cuiuſque rei principium eſt,in l.j.ff.de orig.iur.& difficile eſt,vt bono peragantur exitu,quæ malo ſunt inchoata principio.c.cum principatus.j. q.j. reg.quod ab initio.de reg.iuris.ff. Hæc regula probatur ex l.j.§. idem Pomponius.ff.depoſi.& l.ſi procuratorem.j.reſponſo ff.mand.& l.vbi cœptũ.ff.de iud.& in c.propoſuiſti.extra de foro compet.c.poſt ceſſionẽ,de probat c.eã te,de reſcrip.& c.dudũ.vbi bon. gl. de elect. Bellon,

P R O.Prior tempore,potior eſt iure,l.potior.ff.qui pot.in pig.hab, l.ſi fundum.C.qui pot.in pign.habean.l.quoties.C.de rei ven.c.epiſcoporum.lxxiiij.diſt.c.fi.xvij. diſt.& c.vlt.lxxv.diſt.c.j.de maio.& obed.c. cum cui canonicatus.de præben.in vj.

O B.Opponitur de conſtitutionibus,de pactis,de reſcriptis.de teſtamentis,vbi poſteriora præualent prioribus.

S O L.Hæc regula non habet locum in his,quæ ex vnius tantum voluntate dependent, vt in legibus,reſcriptis,& teſtamentis:ſed in his quæ ex vtriuſque voluntate dependent, vt in contractibus niſi omnes conſentiant:tunc enim vltimum derogat primo.l. pacta nouiſſima.C.de pactis. ita gloſ.in l.quoties.ff.de regu.iur.& c.qui prior.de regul.iur.in ſexto,

O B.Secundò oppono de §.ordinatione.in authen.de mon. colla, iij.vbi non eſt eligendus quis ex prioritate temporis:qui enim prior eſt tempore,non præfertur in electione,ſed qui optimus eſt. ad idem textus in cano.ſicut.xxiij.q.iiij.& ca.non loca.xl.diſtin.

O B.Prætereа prior conſtitutio poſtponitur in cano. prima annotatio.xvj.diſtin,

S O L.Vbi melius eſt poſterius,præfertur priori,vt ibi,

P R O.Prior eſt via teſtati,quàm inteſtati.& inſtituti,quàm ſubſtituti.l.quandiu.j.& ij.ff.acqui.hære.

Primogenita ſunt licita.Coua.in reſolu.in lib.j.c.v.nu.5, communẽ dicit ex Tiraquel.& de primogenitu.q.iiij.nu.13. B.Villal.

Priuatio iuris vel rei alicuius,vt incurratur,etiamſi lex dicat,ipſo iure,tamen requiritur quod dominus declaret,vel rem incidiſſe in commiſſum,vtque hoc etiam petat.Et tertiò ſubſequatur ſententia declaratoria.vt late probat Tiraquel.in l.ſi vnquam,in verb. reuertatur. nu. 10.11.& ſequen.C.de reuo.don.Et ſimiliter copioſè Rimi.in §.j. num. 21.& multis ſeq.inſtit de don.vbi nu.31,32,& 33, declarat,quòd tali ſententia non priuatio,vel etiam pœna decernitur,ſed tantummodò declaratur,quòd tale delictum fuerit commiſſum:tunc enim pœna ſequitur à iure ſecundum Barto.in l.apud delatorem,ff.de iure fiſci.Itaque iudex declarabit donatarium(Exempli gratia,vitium ingratitudinis incidiſſe,proindéque donationem eſſe reuocatam,& quatenus opus ſit eam reuocare,condemnando donatarium ad relaxandam liberè rem ſibi donatam,ipſi donatori &c, I.Fich.

P R O.Priuatio præſupponit habitum.l.decem.ff.de ver. obl.l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iu. Bellon.

P R O.Priuatorum conſenſus non tribuit iuriſdictionem l.priuatorum.C.de iuriſdi.om.iudic, Idem.

Priuilegium conceſſum à Principe habet effectum à tempore ſcientiæ.Iaſ.in l.beneficium.nu.46.de conſtit.Princip.ff.comm dicit. B.Vil,

Priuilegium conceſſum deſcendentibus maſculis, & fœminis non compræhendit nuptas.Io.à Ripa in reſpon ij,lib.ij. de reſ,numero 11, communem dicit. Idem,

Priuilegium gratiæ conceſſum à Principe,per ſucceſſorem,indiſtinctè reuocari poteſt,communem eſſe quæ Guliel.dicit Alb.Roſ.in l.digna vox.C.de legit,& Mar. Laudenſis in tracta,de priuileg. in xxxiiij, quæſt. I.Fich.

Priuilegiũ conceſſum alicui,non debet operari reuocationem alterius priuilegij, Iaſ.in lege ſi ruſticus.num.5.de teſta,mili. communem dicit. B.Villal.

Priuilegia conceſſa eccleſijs,quoad earum bona , non extenduntur ad Clericos,quoad eorum patrimonia,niſi in caſibus iure expreſſis.De quibus Abb.& Feli.in c,eccleſia.S.Mariæ,de conſtit. Hanc communẽ dicit Dec.in d.cap.eccleſia, numero 18 refert Didac. Couarr.lib.j. varia.reſol.c.iiij.num. I.Fich,

Priuilegium continens idem quod ius commune per ſecundum derogatur etiam de illo non facta mentione.Ripa in c.j.de reſcri, nume, 78.communem dicit.

Amplia ad priuilegium inſertum in corpore iuris : quia tollitur per aliud non inſertum:& de eo mentionem non faciens Idem ibidem communem dicit.

Amplia ſecundò,ſi in ſecundo priuilegio ſit inſerta clauſula derogatoria,non obſtantibus priuilegiis in contrarium facientibus,etiam ſi de illis oporteret facere mentionem,quorum tenores de verbo ad verbum volumus pro inſertis haberi quia per tale priuilegium tollũtur omnia priuilegia contraria,Anani.in conſi.lvj. communem dicit, quum intellige vt per Ripam in dicto capitulo primo de reſcrip. numero 80. Idem.

Priuilegium conceſſum in iis,quæ reiterationem recipiunt ad illud tollendum,requiruntur triginta anni.Lud.Goza.in conſi.xxiij.num.9. dicit magis communem ex quo priuilegiati vt non teneantur ad collectas,perdunt priuilegium,ſi per xxx.annos pacificè collectas ſoluerunt.Ripa in l.j.de leg.c.xxj.nu.11.communem dicit. B.Villal.

Priuilegium conceſſum habenti duodecim filios,durat etiam mortuis filiis.Alcia.de præſump.reg.j.præſum.xxxvj.comm.dicit. Idem,

Priuilegiis conceſſis militibus armatæ militiæ,gaudent milites legalis militiæ,Iaſ.in l.miles,num.9.ff.de re iudicata,communem dicit.

Clauſula generalis derogatoria,in qua de priuilegio & loco priuilegiato,ſecundum formam ipſius Priuilegij ſpecialis mentio facta non reperitur,non eſt ſufficiens ad derogandum priuilegio alteri conceſſo,de quo ſpecialis mentio fieri debuiſſet.Eſt communis opinio ſecũdum Dec.in conſi.clxv,viſo tenore,ſed ſupradictis non obſtantibus, & verſ.ex quibus omnibus,& in conſi, ccclxxiiij,viſo conſilio.in fine. M.Gribal.

Priuilegiata probatio,veluti per iuramentum,nunquã locum habet contra eum qui ex delicto alterius conuenitur.Eſt communis opinio ſecund,Deci,in conſi.ccccx.in cauſa mota.verſic.quartò principaliter. M.Grib.

Priuilegium conceſſum ſubdito,poteſt per ipſum concedentem ad libitũ reuocari.Eſt com.opin.ſecun.Cur.Iun.conſ.j.nu. 34.vol.j.Idem,

P R O.Priuilegium principis intelligitur ſemper concedi ſine præiudicio alterius.lege ij.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco public, lege.cùm filiusfamil.ff.de militari teſtam.lege.impuberi,ff.de admini, tut.lege nec auus. C. de emanci.liberi, capitulo cum olim. extra de conſuetud.

OB.Contrà de l.ſciendum.ff.quib.cauſ.na,& l.ſi quis ſepulchrum, in princip .ff.de relig.& ſump.fruner.vbi beneficium princeps concedit cum damno alieno,

S O L.Dic,quòd princeps priuilegium non poteſt concedere cum præiudicio alterius graui,ſed cum damno modico poteſt.l. quoties, C.de preci.imperat.offer, Bellon.

P R O.Priuilegium teſtantis non tollit delictũ ſcribentis.l.in fraudem.§.ſi quis.ff.de milit.teſt, Idem.

P R O.Priuilegium ſucceſſoris,non reſcindit legitimum factum prædeceſſoris.l.ea,quæ.C.de reſtit,militar. Idem.

P R O.Priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate.in l,Iudæos.& ibi glo.not.C.de Iudeis.in lege qui ſine ff. de neg.geſt.tex,expreſſus in cano.priuilegium.ij. q.iij.& c.tuarum. & c, vt priuilegia.de priuileg.extra. Idem,

P R O.Priuilegia ſunt priuatorum leges,quaſi priuatæ leges,quaſi in priuatis ferantur.ca.priuilegia.iiij.diſtinct. Idem.

P R O.Priuilegia dantur ob merita.l.honores. ff.de decur.l.fin. C. de ſtat.& imag, Bellon.

P R.Priuilegia non ſunt multiplicanda,in l.ius ſingulare,ff.de leg, gl.no,in l.à diuo Pio.ff.de re iud. Bellon.

P R O.Priuilegiatus contra priuilegiatũ non vtitur priuilegio ſuo l.verum.§.ff.cum l.ſequen,ff,de min,in l,ij.C.de priuileg.fiſc. Idem.

P R O.Priuilegiati ſunt nobiles & literati.c,de multa.extra de præben. Idem.

P R O. Prius conuenitur hodie principalis,ſi eſt præſens , demum eo diſcuſſo fideiuſſor.authen.præſente.C.de fid. Idem.

P R O.Prius eſt cognoſcendum de poſſeſſione,quàm de proprietate.l.ordinarij.C.de rei vend.l,ſi de vi.ff.de iud,l.certi iuris.C.de interdi.§.retinendæ.inſt,de interd. Bellon,

P R O.Prius quærendum eſt de habilitate perſonæ quàm de ſolẽnitate rei.l.ſi quæramus.ff.de teſtamen, Idem.

P R O.Pro mortuo habetur.in cuius locum fiſcus ſuccedit, vnde qui bona amittit,perſonam amittit,lege,actione.§.publicatione.ff.pro ſocio. Idem.

P R O.Pro parte dominij ſeruitus acquiri non poteſt.in l.pro parte.ff.de ſeruit. Idem.

Probatio incumbit dicenti pauperem aut diuitem.Alci.de præſum. reg.ij.præſum.xxvij.nu.4.comm,dicit,de qua vide Coua.in reſol.lib, ij.c.xxij. B.Villal,

Ad hoc vt propter antiquitatem Probatio imperfecta ſufficiat , & plena reddatur,requiritur tempus centum annorum, Eſt communis opinio ſecundum Dec.conſi.xiij.vol.j. M.Gribal.

Valet conſuetudo,vel ſtatutum,quòd probatio imperfecta pro plena legitima habeatur.Eſt communis opi.ſecun.Dec.in conſi.xxxvij.in cauſa religioſ. ,circa prin.vol.j. Gribal.

Probatio vitiatur,ſi variatio circa confinia generet incertitudinem

Cum

Curt,Iuni.conſil,xciij.nu.13.communem dicit. B,Villal.

Probatis extremis,principio ſcilicet,& fine præſumitur probatũ etiam medium.Communem dicit Lanfran.in reper.c.quoniam,in verſi teſtium depoſitiones.nu.96.circa fi. I.Fich.

Adde ſupra eod.in ver.poſſeſſio.nu.153.

Probatio negatiua nòn ſolutionis poteſt fieri per explorationem librorum omnium.Cur.iuni.conſi.cvj.nu.10.comm dicit. Villal,

Probatio quæ dicatur in cõtinenti relinquitur arbitrio iudicis,Præpoſi.in c.quod reſtitu.xxxiij.q.prima.communem dicit. Idem.

Probationum materia relinquitur arbitrio iudicis,Cur.iuni.conſi.clxvj.nu.1.& in conſi.cvj.& in conſi.clxxviij.nu.1.communem dicit, vbi etiam dicit,quòd cum ſit arbitraria,poteſt etiam teſti plenè deponenti non adhibere fidem, & Deci.in c.iij.de probatio.& eſt l.xxviij, tit.xvj.par.iij, Idem,

Probare tenetur qui habet præſumptionem iuris contra ſe. Gigas de penſio.q.ix.in fi.communem dicit Idem.

Probare tenetur allegans factum meliori modo quo poteſt, ad aliquid obtinendum,vel ad fundandam propriam intentionem, Coua, in reſolu.lib.ij.c.vj.nu.5.communem dicit ex Bar.in l.in illa.ff.de verb, oblig.& vide in verbo vitam.& in verbo negatiua. Idem.

Probatio poteſt arctari per ſtatutum,vt vel per teſtes tantum,vel inſtrumenta fiat,Communem dicit Minſing,obſerua.v.cent.j.vbi ponit limitationem. I.Fich.

Probatio ex partis confeſſione procedens admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.vt glo.& communiter *Doct*.voluere, in auth.ſed iam neceſſe,C.de don.ante nup.& in corpore,vnde ſumitur, quod etiam ſentit Inn.in c.quia plerique.de immu.eccleſ.vbi nor.ſententiam,quæ in rem tranſiuit iudicatam retractari poſſe,ſi pars in cuius fauorem fuit promulgata,illam eſſe iniquam fateatur.Quæ tamẽ communis concluſio tunc procedere limitatur,cum talis præſumptio eſt in ipſius confitentis fauorem,ſecùs autem ſi in fauorem rei,vel cõtractus.exempli cauſa aliquis contraxit ſponſalia cum muliere, poſtmodum illam carnaliter cognouit,&ſic matrimonium contraxiſſe præſumitur.ſi deinde cum alia contrahat,hoc ſecundum matrimonium contractum contra primum,pro quo eſt præſumptio iuris,& de iure, redditur nullum.c.is,qui.& ibi no.de ſponſ.licet enim vir opponens confiteatur,quòd mulierem carnaliter cognoſcendo animum non habuit illam maritali affectione cognoſcere:talis tamen confeſſio huiuſmodi præſumptioni iuris & de iure non obeſt.quoniam hic, non de ipſarum partium,ſed matrimonij fauore agitur,ita voluit Abb. in d, c.is,qui.nu.5.de ſpon. Turzan,

Probationes de iudicij ſubſtantia exiſtere.Vltra glo.fi.in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ,de conſti.plurimi tenuere Doct.quos refert Cra. conſi, cclxv. Illuſtriſ.Marchio circa fi.Verſi.non obſtat.parte ij.ipſe tamen ibi magis communem contrariam ait eſſe ſententiam ad, quem ſi primã tueri volueris,diſputatiuè loquendo recurrere poteris,& magnæ auctoritatis viros illam ſectantes comperies,à communi tamẽ vel magis communi in conſulendo & iudicando oculos conſcientiæ non auertas alias illam lædes cum ipſam communem,vel magis commu. tunc ſequi tenearis,ex omniũ poſt Bar.ſcriben.doctrina in.l.fi,C.de pe.iud. qui ma.iudi.& in l.cum prolatis ff.de re iud.& in quaſtione per ipſum Bart.diſputat.Incip.Iudex per in præcedentiam,& Cano.in c.ne innitaris de conſtitu,quæ autem dicatur magis communis tradit Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucap.veruntamen Doctorum qui grauiores ſunt,eſt obſeruanda ſententia,inquit Ange.in l.ſi idem cum eodẽ, ff.de iur.omn.iud,per illum tex.in fi.& facit tex.in l.ob carmen.in fi.ff. de teſta.id quoque ſcribit Alexan.conſi.xij.ex his.vol.j. F.Turzan.

P R O.Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti. C, de proba.canonizata,in c, ſciant, ij, quæſtio, fin. Bellon.

P R O.Probatur ignorantia,eo ipſo quod contra non probatur. l, ſuper ſeruis.C,qui milit.non poſſunt.lib,xij. Bellon.

Proceſſus factus coram duobus iudicibus de vna re,valet Io,à Ripa in c.cum M,de conſtit.nu.99.communem dicit.

Fallit in ſententia,quæ ſi data ſit contra aliam non valet ſecunda, niſi ſecunda data ſit,pendente appellatione ſuper prima:quia valet ſecunda,& poterit excipi coram iudice appellationis de ſecunda, & inde ventilabitur quæ illarum iuſtior ſit,idem ibi nu.200.communem dicit. B,Villal.

Nota,quòd licet reus poterit comparere coram iudice quem maluerit,ſi in vno tempore citatur coram diuerſis,& ille erit iudex competens,ſed tamen ſi procurat citationem,nihil ei prodeſt.Io. à Ripa ibi communem dicit.

Proceſſus factus coram perſona inhabili,per l.vel ſtatutum.eſt ipſo iure nullus.Pet.Rauen.in alpha,Aure.in verſ.lex,communem dicit,& ſic proceſſus factus coram minore procuratore alterius,eſt ipſo iure nullus,etſi à parte non opponatur.Fran,Curt.in c.qui generaliter.§.licet, de procu.in vj.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellect.l.v.titu.v.part.iij. Idem.

P R O.Procliuis eſt curſus ad voluptatem,& natura imitatrix eſt vitiorum,can,procliuis,xx,q,iij. Bellon.

P R O.Procurator per litis conteſtationem efficitur dominus litis l.procuratorib.C.de procu. Bell.

Per traditionem actorum vel iurium quis cenſetur conſtitutus procurator,& tanquam procurator admittitur,ſaltem cum cautione de rato.Eſt communis opinio ſecundũ Hyppol,in l.ſi quis ne quæſtio,verſ. & dixit,Bald.ff.de quæſt. M.Grib.

Vbicunque à iure vel ſtatuto requiritur pro forma proprium iuramentum,non ſufficit iurare per procuratorem, etiam cum mandato ſpeciali.Eſt commu.opin.ſecun.Abb.in c.licet ex quadam. verſi. item quæro.extrà de teſt. Idem.

Procurator fiſci quando venditur res fiſcalis,non poteſt habere fidem de pretio,vt dominium transferatur.Eſt com.opi,ſecun. Iaſ.in l, quæ acta,de offic,procur.Cæſ. Idem.

Procurator fiſci,ſi aliquid vendat,non poteſt habere fidem de pretio.Iaſ.in l.quæ acta.ff.de offi.pro cu.caſ.nu.18. Villal.

Procurator generalis non poteſt facere actum,per quem dominus cadat in pœnam,Curt.Iuni.conſi.cxlix.nu.9.comm.dicit. Idem.

Procurator ad reſignandum ex cauſa permutationis etiã cum iuramẽto,poteſt reuocari.Boer.deciſio.ccvij.nu.2.communem dicit. Idem,

Procurator non tenetur appellationem perſequi à ſententia definitiua,ſecus ab interlocutoria,niſi aliàs interlocutoria eſſet tractanda in loco remoto.Iaſ,in l.inuitus.nu,4.D.de procur.communem dicit, vide in verb.aduocatus. Idem.

Et tenet Bar.Bal.Sal.Iaſ.& communiter Doct.in l.inuitus.C.de Procura.quam tamen ibidem limitat quatuor modis Iaſ.nu.4. I.Fich,

Procurator actoris cùm reus non poteſt ſtatim actorem reconuenire,tenetur ſatiſdare de defendendo dominum in futurum, Iaſ.in l. actionem.nu,7.C,de procu.communem dicit. Villal.

Procurator datus ad exigendum,poteſt recipere ſolutionem à ſponte ſoluente, Rauen.in alpha.Aure. in verſ. procurator, in fine. magis communem dicit. Idem.

Procurator verè contumax licet non admittatur ad appellandum, non præiudicat domino,quin poſſit appellare. Curt. Iuni,in l.vnic.§. ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. nu. 12. communem dicit ex Bar.ibi.

Nota iſtam communem ad limitationem l. Idem,

Procurator intra decem dies ſi non appellat domino præiudicat, Communem dicit Zaſ.in l.vnic.§,ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.addit.tamen.Sed habet ſuam moderationem &c. I.Fich.

Procurator ſi mittatur,vt compareat,& non comparet,dominus dicitur Contumax,Cur,Iuni.in d, §.ſi procurator.num.2. communem dicit ex Barto.ibi. Villal,

Procurator ſpecialis requiritur ad petendum reſtitutionem in integrum,poſtquàm ſententia tranſiuit in rem iudicatam.Panor,in c.ſuſcitata.de reſtitu.in integr.nu.5.communem dicit. Idem.

Procurator conſtitutus à domino,& ſibi non conſtito de mandato,geſta per eum tanquam per falſum procuratorem,non valent.Alex, in l.licet.de procuratoribus.C.nu.1.& Balbus deciſ.cccxlviij.nu.7.cõmunem dicit,vbi d.Balbus limitat in beneficialibus. Idem.

Procurator ſi ſit conſtitutus ad talem,vel talem actum, & poſteà ſequatur clauſula,quòd promittit habere rata omnia geſta per procuratorem illa verba generalia ponuntur ex ſuperabundãti, Iaſ.in l.quæ acta.nu.21,de officio proconſul,ff.communem dicit. Idem.

Procurator non poteſt petere ſalarium in cauſa propria, poteſt tamen per modum intereſſe & damni, ſecundum Bart. & communiter *Docto*. in l. fi. C. de fructi. & lit. expenſ. & in l. properandum. §. ſin autem alteruter. C. de iudic, & vide ſuprà: Aduocatus.num.60. P.Fich.

Procurator ad lites,& cauſas conſtitutus,ante litis conteſtationem ſubſtituere non poteſt.l.quod quis.C.de procur.c.j.§.j.eod.tit.in vj.limitatur tamen iſta concluſio per Alex. in d. l. quod quis quadrupliciter,primò quando & quæritur de perſona ipſius conſtituti, videlicet an ſit procurator,necne.Quia in iſtius diſceptationis articulo poterit alium ſubſtituere,quia tunc cenſetur illa cauſa eſſe propria ipſius conſtituti ad glo.fi.in l.licet.C.eo.titu.de procur.Secundò in procuratore rei,qui ſatisdedit iudi.ſol.qui immediatè poſt ſatisdationem eſt effectus litis.l.Titius.ff.eodem,quod intelligitur ſecundũ Bal.Sali.& Pau. quo ad præiudicium ſuum,non autem domini,& ſubdit,quod aut loquimur de procuratore,qui cum mandato comparuit tanquam procurator rei,& tunc ante litis conteſt.non poteſt ſubſtituere. l. neque. C.eo.tit.de procurato.aut loquimur de eo, qui ſine mandato comparuit,quo caſu contra eum debet fieri executio.l. Plautius. ff. eo. & tunc poteſt ſubſtituere,d.l.Titius.& ibi Barto.& Io.And.in c. j. extra eod.tertio caſu fallit, vbi eſt conſtitutus ad excipiendum tantum, quia tũc poterit incõtinenti ſubſtituere,ex quo ſuper exceptiõe lis nõ cõteſtatur,vt per Bal.in l.ſi procuratorem.§.j.ff.mãda.quartò.in cauſis, in quibus lis non conteſtatur,ad Bar.in l.ab executione.§.fin.ff.de appel.& in l.nulla C,eod,titu.de procu. F.Turz.

Procurator verò ad negotia,generaliter ad omnia conſtitutus quã-

docunque etiam in præiudicium domini ſubſtituere poteſt, per d. l.ſi procuratorem.& l.cuicunque.in fi.cum ſeq.ff.de inſtito,& l.j.§.magiſtro.ff..de exercit.Specialiter autem conſtit tus regulariter ſubſtituere non poteſt,vbicunq e certa,& limitata forma in mandato non exiſtit.puta,fuit conſtitutus ad vendendum fundum non deſignato, nec limitato pretio quo caſu videtur electa induſtria perſonæ.l,in vſucapione.§.j.verſi.Item adiiciendum.& ibi Bart,de diuer. & temp.præſcript.& in l.1.in fi.ff.de procura.c.eſ.ſi verò conſtitutus eſt cum certa & limitata forma,iuxta tex.in c.ſi cui.de offi.delega.in vj.primo reſpõſo.ſubſtituere poteſt,ſecundum ipſum Alex.in d.l.quodquis.C.de procur.vbi latius videre poteris. F.Turzan.

Procuratorem ad cauſas infamem conſtitui poſſe ciuilis iuris cenſura non prohibet,not,Doct,in l ij.C.de digni,lib. xij. & eſt tex.in §. vlt.Inſtit,de except.Limitatur tamen hæc concluſio, vt per Bal. in l. Caſsius.ff.de ſenato,& in l,milites.§.ſed & ignominia,nu.1.ff.de excuſatio,tuto.iure autem pontificio hoc prohiberi probat gl,in c.cum de putati.extra de iud,& in c Imperatorum.de iuramen.calum. & firmat Spe.tit,de procu.§.j,ver.item quod eſt infamis.Sequitur tanquam cõmune dictum Alex.Imo,in l.reum criminis,C.de procu. F.Turz.

Procuratorem conſtituere nemo cogitur.c, quærelam, de procur, glo.in c.intelleximus.de iudi.ver.conueniri.vbi quod excommunicatus procuratorẽ conſtituere nõ cogitur,& licet Cald.ibi cõtrariũ voluerit cum gl.tamen omnes conueniunt & illam ſequuntur. Turza.

Procurator citandus eſt, & non dominus principalis, quando ipſe procurator, & non dominus litem fuit conteſtatus. ſed ſi procura.non fuit litem conteſtatus,tunc vterque ipſorum citari poteſt,ex ſententia Maria, Soc. in tract. ſuo de citatio,quinto principali arti,q,iiij.cuius opin,approbat tanquam communem,& à nemine improbatam Boë.q.cclxxxv,qui illam limitat ex mente Bal,in c. in nomine domini.ver.quarto nunquid extra de teſtib.non procedere quãdo procurator.eſſet abſens,vel aliter impeditus, ſiue etiam iam ſe nolle comparere declaraſſet,quia caſibus iſtis dominus, etiam quòd non ipſe,ſed procur,litem conteſtatus fuerit, & procuratorem conſtituendo ſe à comparendi onere ex legis conſilio exonerauit l.j,§.vſus. ff.de procur,cum inuitus comparere non teneatur,l.j.C.eo.de procu,c.j.extra,de iudi.citari poterit,& iudicium valebit. Concordat Felin. cum Bald.in d.c.in nomine domini.nu. 33.de teſti.& ibi Petrus. & in c. ſi quem.de procurat.in vj.vbi etiam habes de tacita,& expreſſa reuocatione,& an & quando procurator inuitus reuocari, vel non reuocari poſſit. F,Turza.

Procurator ſimplex victus an appellare tenetur?& poſſe colligitur ex gloſſ,l.fin.ff.an per alium cauſ.Sed an perſequi teneatur. dicit glo, quòd lis eſt ſub iudice Alex.in l.inuitus,C.de procurat.cum gloſ. ibi in verb,extendere allegat l,ſi actor.C,de appel.dicit illum eſſe bonum tex.pro opinione,quæ habet,quòd actor, & pari ratione procurator conſtitutus ad vnam cauſam,non tenetur cauſam appellationis proſequi, & hanc magis communem fatetur,& ſequitur idem Alex. in d. l.inuitus, C. de procur. per. text. in d. l. actor. & in d. l. inuitus, in v. r. nec eandem. & eſt tex. apertus, in ca,non iniuſtè. in fi. eo, tit.extra de procurator. niſi eſſet conſtitutus generaliter ad omnes cauſas præſentes,& futuras:& ſic ſequitur Bart.qui ibi hoc decidit dicens ita intelligi debere tex.in d.l.ſin.ff.An per alium cau. appel. ſubdens,quòd in dubio non intelligitur cõſtitutus ad futuras,ſed ad præſentes tantùm & in hoc etiam magis communiter conuenire Doct. cum quibus eſt,glo.in l,omnium ff.eo,de procura.& in l. domus. §. ſi quis vicinas ædes.verſi.augere.ff.de dam.inſe. F,Torz.

Si quis Procuratori,tutori,curatori,vel id genus perſonis ſolutiõis recipiendæ à debitore facultatẽ dederit cũ clauſula,quòd in prædictis & circa ea liberam habeant adminiſtrationem, & iis quoque vt terminũ ſeu dilationem debitori conceſſam prorogare poſſint conceſſiſſe cenſetur,vt voluit Bar,in l.qui Romæ.§.Calimachus.de verb.oblig. cuius opinionem à cæteris doctoribus communiter approbari atteſtatur Alex.in l,pactum curatoris.C,de pacis. F.Turza.

Procuratorem,curatorem & huiuſmodi perſonas,ſi eis conceſſa & data ſit poteſtas ſolutiones à debitore recipiendi cum clauſula,quod in prædictis & circa habeat liberam adminiſtrationem: terminum & dilationem ipſi debitori prorogare poſſe,voluit Bar.in l. qui Romæ. §. Cali machus.ff.de verb.obli.& eum communiter in hoc doct.ſequi ſcribit Alex.in l.pactũ curatoris,C,de pac,tu tamen aduerte quia Bart, ibi tres caſus ponit,Primus eſt,cum quis conſtituit procuratorem in aliqua cauſa illi ſpecificata & expreſſa,videlicet conſtituo N,Procuratorem meum in tali cauſa,quam habeo,vel habere intendo, cum ſiue contra N,concedens illi liberã & generalem in prædictis adminiſtrationem,& tunc illud,quod importat liberę & generalis adminiſtrationis conceſſio, quo ad omnia iuxta l, procuratorem cui libera. ff. de procu.illud idem importat à directa ad certam ſpeciem vel cauſam l. ſi duo.ff.de adminiſtra,tuto.c.qui ad agendum,eo.tit.in vj.Secundus quando conſtituitur procurator ad agendum & defendendum,libellum dandum, litem conteſtandum &c.cum clauſula dans in prædictis liberam adminiſtrationem, tunc tali procuratori non eſt conceſſa libera adminiſtratio cauſæ,ſed ſolum inſtantiæ,vt ipſa verba ſonant,& tunc non poteſt tranſigere & conſequenter dilationem ad ſoluendum prorogare,ſed ſolùm ſuper inſtantia conuenire, & paciſci poterit.Tertius caſus eſt,quando conſtituitur in cauſa, quam conſtituẽs habet,ſeu habiturus eſt cum N.cauſa aliter non expreſſa, & iſto caſu verbum cauſa impropriatur,& de neceſſitate refertur ad inſtantiam, quæ eſt de futuro,& non ad ius,quod eſt de præſenti:& meritò ſuper cauſa paciſci,nec aliter conuenire,nec dilationem prorogare poterit. ex qua caſuum poſitione conſtat Alex.in d.l.pactum.C.de pact. minùs indiſtinctè loquutum fuiſſe,& de diſt.Bart.non eo tunc meminiſſe, F.Turza.

Gloſſ,in l.licet,C.de procur.in verb.inueniatur ibi probare &c.voluit quòd ſi exceptio falſi procuratoris,veluti Tu non es procurator, poſt litis conteſtatio, differatur,ex tali mora transferatur onus probandi in negantem,& opponentem,illam tamen reprobant Guid.de Suza,Cy,Franc,Tig.& Bar,tenentes contrarium,videlicet ipſum procuratorem allegantem ſe habere mãdatum teneri illud probare per tex, in l.actor,C,de probatio.& l.aſſeueratio,C,de nõ nu.pec.cum quibus conuenire videtur Imo.in cap.quoniam contra, de probatio. & ibi Abb. Alex.tamen dicit glo,veriorem,& cum ea tranſit,cum qua concordare dicit aliam gloſſ,in l.Pomponius.§.rati.ff.eod,& ibi Ange.Bal. quóque Sali.Fulgo & Caſtren.in d.l.licet,tranſeunt cum glo. Limitat tamen hanc op.idem Caſtren.non habere locum, vbi reus condemnatus ad impediendum executionem ſententiæ contra eum latæ opponeret,quòd hactenus procurator non habebat mandatum, quia tunc,cùm non dicatur opponi ad impediendum proceſſum cauſæ, cum iam ſit finitus.ſibi non incumbit onus probandi quòd eſſet falſus procurator,ſed ipſi actori quòd mandatum haberet. ſecùs tamen quando opponitur ad impediendum proceſſum, & nihil allegat, ac propterea Ale.ibi hoc dictum paruipẽdit dicens, quòd leges ſupra allegatæ videntur, ſi diligenter conſiderentur,etiam procedere in caſu iſto hac ratione quia dominus petendo executionem ſententię latæ ad eius fauorem cum falſo procuratore,videtur habere ratũ quod idem aſſertus procurator geſsit,& hoc facere poſſe,& iſto modo ſentẽtiam alias nullam conualidare,per glo. quam dicit magis communiter approbatam in l.ſi mater.§ iure.ff.de exceptio.re.iud,& applaudit Bar.dicenti in d.l.licet.ꝙ quando declaratum eſſet procuratorẽ eſſe legitimum vel approbatum fuiſſet inſtrumentum mandati. ſi poſtmodum in perſecutione litis opponatur exceptio falſi procuratoris, incumbat onus probandi opponenti.vide latiùs ad prędicta omnia per Alex.in d.l.licet. F,Turza.

Procuratoris mãdatũ poteſt probari per teſtes,Balbus deciſ.cxc.Boë. deci.clxxxj.nu,1.Iaſ.de pro,C.in l.ſi cautio.nu.7.cõmunẽ dicit.Villalo

Procuratorium ſi dicat,quod conſtituens promiſit ratum,quicquid legitimè factum ſit,eſt nullum.Iaſo.in dicta l.quæ acta,nu.23.commumem dicit. Idem.

Procuratorium ſi habet clauſulam, quòd procurator poſſit facere omnia ea,quę poſſit dominus,ſi fuiſſet pręſens,cenſetur habere mandatum cum libera, Iaſo.in l. quę acta, nume, 2. de offic. pro conſul. ff.communem dicit. Idem.

Procuratorium debet probari plenè, Iaſo. in l.cautio. de procurato.C.communem dicit. Idem.

Procuratorium exempplatum manu ipſius notarij,qui ipſum confecit,facit fidem, non tamen alterius; etiam ſi notarius dicat inſtrumento donationis, vel alterius contractus,quòd Petrus nomine petri,& de eius mandato,quod ipſe vidit,non creditur, niſi totus tenor ſit inſertus de verbo ad verbum authoritate iudicis,Boe,deciſ.cclxxxj. num.3,communem dicit. Idem.

Nota quòd ſi totus tenor inſtrumenti in actis iudiciariis inſeratur, creditur & facit fidem,can.ij.deciſ.cclxxxj.nu.9.comm.dicit.

Amplia,ſi de mãdato iudicis in extraiudicialibus inſeratur, ſi totus tenor inſeratur in alio inſtrumento publico.Boë.ibi.nu. 23. communem dicit..

Amplia ſecundò,ſi per notarium ſit inſertus totus tenor in alio inſtrumento de conſenſu partium,facit fidem.Boë.ibi nu. 23. communem dicit. Idem.

Procuratoris officium viliſſimum eſt, & ſimiliter non publicum, ſed priuatum eſt,§.fin.& ibi late Aret.Inſtit.de except. & probatur expreſsè in l.ſi quis procuratorem, & ibi Bart,C.de decur.lib.x.meritò procurator ipſe illud quod acquirit mediante officio ſuo procurationis non dicitur,nec dici poteſt peculium quaſi Caſtrenſe,ſed aduentitium,ita voluit Baldus & Aret,in l.fori.C.de aduocatis diuerſorum iudiciorum,Bald,in l,cum oportet.C.de bonis quę liber. quorum opinio non habet contradicentem & communem adſerunt eſſe Docto. paſſim,pręſertimque Riminaldus in §. Inſtitut. per quas perſon. ius nobis acquir,nu,61,& ſequenti,licet ipſe ibi,& male per pulcherrima fundamenta conetur ſuadere contrarium. F.Viuius.

Procurator diligẽter fines mãdati cuſtodire tenetur.l.diligẽter.ff,mãda.Quod late declarat.Iaſ,in l.j.nu.37.ff.de offi. eius, in l.ſi mora,nu. 25. ff. ſol.matrimonio.in l.j.§.ſi procurator,num.3.ff.ſi quis ius dicen.

non

non obtemp.& l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid.ff.de acqui.hæredi.ſed quotieſcũque procurator,tutor,vel curator promitteret nomine proprio tantum,& vltra nomen officij indubitanter obligarentur,quoniam præſumuntur egreſſi officij naturam proinde ex huiuſmodi obligatione perpetuo tenẽtur.l.procurator qui de euictione.ff.de procuratoribus.vbi Bart.fatetur eſſe vnum ex caſibus,in quibus ſtamus certè,& cum eo ſentiunt cæteri communiter ibi, vt omnes Docto. teſtantur in dicto loco Soc.conſi.ij.vol.ij. F.Viuius.

Procurator in capitalibus cauſis non auditur,nec admittitur.l.penult.§.ad crimen.de publi.iudi.& l.ſeruũ quoque.§.publ.ic.ff.de procurat.& dato quòd non compareat per ſe delinquẽs,ſed per procuratorem in cauſis prædictis ſpecialiter conſtitutum,& plenariè inſtructum reputandus eſt contumax ſecundum Ioan.Andr.in capit.finali.de iur.calum.Angel.in l.ſi actor.ff.de procurat.& in l.fin.eodem titu. vbi ait,quòd in palatiis ita ſeruatur,& hoc idem teſtatur Auguſti. in addit.ad Aret.in tract.de maleſi.in ver.qui Iudex videns quòd inquiſiti,& ita iudicaui reputando infinitos delinquentes contumaces caſibus euenientibus dũ erã Iudex criminalis in Ciuitate Terami,anno Domini 1560.tamen limita prædicta quòd admittendus eſt procurator ad allegandum iniuſtitiam,ſeu nullitatem banni,quæ ventilatur ſeorſum à negotio ſeu delicto principali,ita not.Angel.ibi,& idẽ videtur concludere Ioan.de Imol.in cap.veniens,extrà de accuſatio.& Ioan.de Anania ibi,vbi aiunt omnes Docto.communiter hoc tenere ibidem quòd procurator,ſeu informator de defenſionibus abſentis, poteſt in cauſa criminali audiri,& ad hoc ſubdit Imol.loco de quo ſuprà ſe alias feciſſe porrigi capitula iudicij per procuratorem,ac nominari teſtes,qui ſuper eis poſſunt Iudicem informare cum poteſtatione,quòd vellet ſuper eis veritatem inueſtigare,cum ad id nemine petente,& ex ſeipſo teneatur, aliter imputandus foret in ſyndicatu, propter hoc aſſerit idem Imol.magnum verbum,videlicet ſe euaſiſſe vnum delinquentem à ſententia banni,& refert Anania in dicto cap. veniens.& ſequitur conſulendo Marſil.conſi.vj.nu.24.& iſtorũ opinionem ſequitur quoque approbat,& inquit communem Gramma. cõſi.ciuili.xxxvij.nu.10.cum aliis ſeq.& quamuis vt ſuperius docuimus procurator in capitalibus interuenire nequeat,tamen poteſt interuenire in cauſa criminali,in qua venit imponenda pœna relegationis,vel minor,vt ſentit gloſſ.in dicto §.publicẽ,& in dicto §.ad crimen.& in ca.veniens,& iſtam opinionem recitant eſſe communẽ & obſeruari in practica Moder.in §.ad crimẽ.& Auguſtinus Beroius in dicto cap.veniens.num.35.& 39. In cõtrariam verò ſententiam precipitanter inclinauit gloſſ.in auth.quod ius.C.de procur.Bart.in d.§. ad crimen. & Sal. in l.reos.C.de publ.iud. Quicquid ob hoc iſti celebres Docto.ſuadeant non diſcedo à prædicta communi,quam ſequitur,& tuetur ab omnibus contrariis Beroius in dicto cap.veniens,& his vtiliter accedit ad præmiſſorum declarationem,vbicũque in cauſa criminali admittitur procurator,ſi dubitatur,de mandato debet caueri de rato per procuratorem rei,ſecundum Baldum in l.nõ ſolum. §.fina.ff.de procura.& hoc idem dicendum eſt in procuratore accuſatoris per eandem,& fortiorem rationem per not.per Barto. in dicto §.ad crimen. F.Viuius.

Prodigus antequam ipſi interdicta ſit bonorum ſuorum adminiſtratio per iudicem,poteſt teſtari.Communem dicit in §.teſtamentũ quæſtione xxxiij. P.Fichard.ex Claro.

Prodigus eſt inhabilis ad teſtandum,adeò vt etiam ad pias cauſas non poſſit teſtari.Communem dicit in §.teſtamentum.quæſtione v. verſic.ij.infertur. Idem.

Prodigus citandus eſt in datione curatoris, ſecundum Angelum, Paulum de Caſtro,Alexandrum,Imolam,& Modern.in l.is,cui bonis, ff.de verbor.obligationib.& iſta opinio eſt communis,vt audacter aſſerit Clau.Aquen.ibidem,& Cagnolus in l.furioſi.circa finẽ.ff.de regul.iuris,& in praxi aſſeuerat ibi in additio.ad Decium,Carolus Molinæus.In contrariam verò ſententiam inclinauit Deci.conſ.cclxxiiij. & in dicta lege furioſi.& Hierony.Chucalon.ibi in additio.& Ruynus conſi.lxxxix.numero 17.& ſequ.volumine quinto.Quicquid iſti tamen dicant.ſuadeãtque,non ob hoc diſcendum arbitror ab opinione affirmatiua,quæ videtur communis,obſeruatúrque in practica (vt s.docuimus)& omnib.ferè fondamentis Dec.& aliorũ q̃ optimè reſpondet Aquen.in d.l.is cui bonis,& Cagn.vbi ſuprà. F.Viuius.

Prodigus notoriè prodigus rediens ad ſanos mores, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura abſque Iudicis facto,alias opus eſt ſentẽtia ſecundũ Iacob.de Aretio,& Bartolũ in l.is.cui bonis.ff.de verbor. obligation. quorũ opin.ſequuntur aſſeuerantes eſſe magis comm.Iaſ.ibidem. & Hierony.Butigella.num.33.& Iaffre.deciſ.lxij.& Doct.poſt Baldũ in lege prima.C.de curatore furioſo.per tex.ibi,& hoc idem dicendum eſt in furioſo,qui ipſo iure deſinit eſſe furioſus poſtquã ad ſanos peruenerit mores.d.l.j.C.de curatore furioſo.& ibi Baldus poſt Petrũ de bella per.& in l.humanitatis.& ibi Doct.C.de impuberũ.& Guido Papæ deciſio.ccxl.hoc intelligens procedere.quãdo biennio,aut triẽnio poſt ſtetit prudẽs,et diſcretus,quicquid voluit Barto.in d.l. is,cui bonis,quem plures Doct.ibidem ſequũtur,& Deci.conſi.cclxx.

nihilominus dicta Bar.opinio verior videtur per.d.l.j.C.de cura furio, vt referunt ſcriben.in dicta l.is,cui bonis. F.Viuius.

Prodigo etiam notorio non eſt ipſo iure per legem bonis interdictum:ſed requiritur ſententia iudicis declaratoria ſecundum Bart. Bal.& Paul.de Caſt.in l.is,cui bonis,ff.de verb.oblig.Imol.in l.is cui. de teſtamen.& Bartol.in l.tutores per illum tex.in ff.de admini.tutor. & iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Boeri.deciſ.xxxiij.nu. 3. Alex.Paul.de Caſtr.Aret.in d.l.is,cui bonis,quos refert,Iaſ.ibi,& de dicta communi audacter mentionem fecit etiam Hierony.Butigella ibidem.num.2.& 15.vbi latè eam declarat. F.Viuius.

Prodigus,& furioſus in omnibus & per omnia non conueniũt, quia furioſo ſtatim per legẽ eſt interdicta adminiſtratio,ſed prodigo etiã notoriè,& manifeſtè non interdicitur adminiſtratio per legem, ſed per Iudicẽ ſecundũ gloſ.in l.ij.de curato.furio.& glo.Bar.Ang. & Paul.de Caſtr.in l.is,cui bonis.ff.de verb.oblig.Dyn.Bar.Bal. Ang.& Imol.in l.is qui de teſta.& iſta eſt cõmunis opinio,vt per Mod.in dictis locis,& Boeri.deciſ.xxxiij.nu.35.& ſeq.& diximus ſuprà. Idem.

Prodigo filio an pater cui legitimam vel aliquid in peculium aſſignauit,ſi illam ludendo diſſipauit rurſus aliã aſſignare teneatur.Bar. & Bal.cum quibus videtur tranſire Ioan.de Imol.in l.cum dotem.§. ſi poſt ſolutum.ff.ſolu.matri.& cæteri quos idem Alex.refert partem ſectantur negatiuam.Sed an pater ipſe alimẽta dicto caſu illi ſubminiſtrare teneatur,Bal.in l.iij.§.j.ff.eod.ſol.matr.& in l.ſancimus.in princip.q.vj.C.de inoffic.teſtamen.concludit patrem alimenta denegare non poſſe per tex.in l.libertus,qui operarum,& ibi trad.per Iac.de Arena.ff.de oper.liberto.Idem tamen Bal.in authen.contra rogatus. verſi.& facit ad duas quæſtiones.C.ad Trebellian.Limitat hoc quod dicitur de alimentis non procedere,vbi filius dolo,vel lata culpa diſſipaſſet,quoniam tũc alimentis etiam indignus efficitur nec illa ſibi debentur,ſunt tamen alimenta quæ iure naturæ debentur.ca.ius naturale j.diſtinct.l.j. §.penult.ff.de iuſtitia & iur.Inſtitu.de iure naturali gent.& ciui.in princi.& c.ſi quis reliquerit.xxx diſtinct.l.cum nõ ſolum.§.hoc proculdubio.verſ.ipſum autem filium.C.de bo.quæ liber. cum ſimil.& adeò ac in tãtùm,eo iure debentur,quòd etiam ſi filius iurauerit nõ petere alimenta,ſi tamẽ egere cœperit et in inopiam inciderit.iuramento non obſtante illa ſibi per patrem , & econuerſo, ſubminiſtrari petere poterit,et miniſtranda erunt,tex.eſt clarus,et apertus in canone inter cętera.xxij.quæſt.iiij. Quæſtionem quoque ponit Specu.in titu.qui fil.ſint legitim.§.j.verſi.ſed pone talem videlicet quidam emancipauit filium,& dedit ei partem,filius iurauit nõ petere de cætero alimẽta à patre tũc laborat inopia:quæritur,an hoc non obſtante filius alimenta petere poſſit,& ſoluit quæſtionẽ affirmatiuè,mouetur quia pactum huiuſcemodi eſt contra ius naturale, quo iure alimenta debentur dicto cano.ius naturale.j.diſtinct. & ca. ſi quis reliquerit.xxx.diſtinct.ideò improbatum,nec valet.l. ius autẽ agnationis.ff.de pact.& conſequenter, nec iuramentũ tanquàm acceſſorium.reg.acceſſorium.de de reg.iur.in vj.& veluti contra bonos præſtitum mores non obligat,cap.non eſt obligatoriũ.eo.tit.& libr. cum ſimilib.& iis contentus eſto quoad propoſitam hoc in loco quæſtionem. F.Turz.

Prodigus licet æquiparetur furioſo in omnibus,nõ tamen in delictis.Hiro..Cagno.in l.furioſi.nu.13.ff.de reg.iur.comm.dicit. B.Vill.

Prodigus quantumcunque notorius,poteſt cõtrahere & alienare antequàm bonis interdicatur. Anto.de Tremo. in add.ad Bonac. in practi.exceptio.in rub.quib.mod.ſuo no.nu.7.communem dicit cõtrariam imò quòd non poſſit contrahere,nec adminiſtrare,dicit cõmunem Anto.Nic.in concor.gl.concor.lxx.ſed tamen primam affirmat communem Alexandr.in l.is cui bonis.ff.de verborũ obligatio. & Aufre.in additio.ad quæſtionem.cap.Toloſ.cclxij.& iſta eſt magis communis,vt per Boerium in conſuetu.Bitur.§.viij.in fine. & cũ hac concord.l.v.titul.vndecimo,parte quinta,& ſecundum hãc communem intellige,quam habes in verbo iuramẽtum,& ceſſante prodigalitate,ceſſat prohibitio,& abſque ſententia,Ioãnes de Ripa in l.is,cui bonis.ff.de verborum obligationibus,quam intellige,quando eſt notorium prodigalitatem ceſſare Tiraquel.tract.ceſſante cauſa in verb. interdictionis cauſa nume.120.communem dicit ex Bart.Paul.Alexand.Aretin.in d.l.is cui bonis. Idem.

PRO.Prodigus eſt,qui neque modum,neque finem habet in rebus expendendis.l.ij.ff.de curato.furi.Bellon.

Profeſſio minoris,ante legitimam ætatem facta iuxta capitulũ primũ de regulis iuris,in ſexto,eſt ipſo iure nulla,etiam ſi ipſe minor ſit diſcretus,gloſſ.in dicto capitulo primo,quam Coua.in epiſtola quarta,capitul.ij.num.1.communem dicit.B.Villalob.

Profitens ſub cõditione,vt poſſit bona retinere,vitiatur profeſsio. Barbat.conſ.iij.vol.j.communem dicit,vt refert Coua.in epiſtol.iiij. capitu.iij.numero 18.contrariam dicit communem,Iaſon in l. morte,de noui operis nuntia.ff.imò quod vitiatur proteſtatio ſiue conditio.Et idem Iaſ.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanctis eccl.numero 10.& 37.vbi vide regulam & tres limitationes,cũ quibus poſſunt opiniones concordari. Idem.

Ex procemio ſumitur cauſa finalis ſtatuti,quia cauſa procemialis dicitur cauſa finalis,Communis eſt,vt apparet ex accumulatis per Bened. Vadum in Apoſtill.ad Lanfr.de Oria.in c.quoniã,contra.in prin, extra de proba. I.Fichard.

Prohibitio facta filio non cenſetur facta nepoti.communem dicit Didac.Couarru. varia.reſolu.libr.iij.cap.v.num.4. Idem.

Prohibito vno,cẽſetur prohibitum omne illud,quod ſequitur ex eo,ſiue ſit conſequens,ſiue ſit antecedens.Cur.Iun.in l.ij nume 56. ff.de iuriſd.omn.iudic.communem dicit. B.Villal.

P R O.Prohibitus vendere,non videtur prohibitus locare.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.ſecundo. Bellon.

P R O.Prohibito vno prohibentur & omnia,per quæ peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de ſponſ.l.ſcire.§.ſi mater.ff.de tuto.& curat.l.fin. C.ſi mancip.ita vend. Idem.

P R O.Prohibito vno,prohibentur & omnia quæ ſequuntur ex illo.l.final.C.de reb.alie.non alien.l.non dubium.C.de legib. capi.nã concupiſcentiam.extrà de conſtit. Idem.

P R O.Prohibitio alienationis ſine cauſa niſi fiat in fauorem certæ perſonæ,non valet,in l.filiusfamil.§.diui.ff.de leg.j. Idem.

Promiſsio facta ſine cauſa,etiam per ſtipulationem in dubio non valet,niſi appareat quòd fuit facta animo donandi.Eſt magis comm. opi.ſecund.Alex.conſi.xiij.ex his quæ in themate.ver. ex quibus.volum.j.quoniam potius per errorem facta præſumitur.Vide ſuprà,Donat.num.13. Moph.Grib.

Promiſsio omnium bonorum poſt mortem,non facta mentione de præſentibus,nec de futuris,valet.Curtius Iunior.conſilio xv.communem dicit. B.Villal.

Promiſsio ex cauſa donationis facta poſt mortem,eſt valida.Idem conſi.lxxxj.numero 3.communem dicit. Idem.

P R O.Promiſsioni factæ ſine cauſa,non ſtatur,niſi debitum probetur.l.cum de indebito in fin.ff.de probat. Bellon.

Si promiſſor ſolidæ ſeruitutis deceſsit relictis pluribus heredibus non poteſt vnus conſtituere ſeruitutem in fundo communi,niſi aliis conſentientibus.Eſt communis opinio ſecundum Iaſo.in l.ij.§.ex his vertic.v.de verborum obligationib. Gribald.

Promittens ſe facturum,& curaturum,&c.factum alienum ſi fecerit,quicquid potuit non tenetur ad principale factũ,nec ad intereſſe ſecũdum gloſſ.in cap.ex reſcripto.de iureiu.Ant.de Bur.& Abb.in cap.Gemma.de ſponſa.Areti.in l.ſi ita ſtipulatus.§.poſſum.ff.de verb. oblig.& conſi.cxlij.Abb.conſ.xc.volum.j.Afflict. deciſio. ccxcv. Dec. conſilio cccxiij.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem,ac ita in practica obſeruari,vt reſpondet Soci.contrarium conſulenti.idẽ tradit Dec.conſi.cccxxiij.& concludit diſputando per pulcherrima, fundamenta Maranta in quæſtionibus quæ reperiũtur in fin.tractat. de iudiciis.in q.vij.per totam.& Ruynus conſi.lxvij.vol.iiij.vbi conſuluit in fortioribus terminis,quòd promittens ſe facturum, & curaturum cum effectu ſimiliter excuſari debet,ſi adhibuit omnem conatum,quãuis nullus ſequatur effectus,huicque opinioni inhæret quoque conſulendo Ioan.Baptiſt.Ferretus conſi.cxxviij. & hoc ſequitur etiam Maranta in dicta q.vij.num.20.verum promittens ſe facturum & curaturum,&c.ſi hoc non fecit quàm primum potuit,in mora cõſtituitur abſque vlla interpellatione ſecundum Bal.in c.j. §.ad hæc in tit.hic finitur lex Corrad.in vſib.feud.Aret.in l.ſi ita ſtipulatus.§.poſſum.ff.de verb.oblig.& Alex.in l.quod te ſi certum peta.& Ruynum conſi.xlij.num.26.vol.j.& iſta eſt communis opinio teſte Curt.Iuni. conſil.lxxiiij.nume.6.Ad tollendum itaque omne dubium circa præmiſſa traditur illud optimum remediũ per Doct.quòd quis promittat in inſtrumento factum,& intereſſe,& quòd non vult poſſe excuſari ſi fecerit omnem ſuum conatũ,quòd principalis obſeruabit,ſed vult teneri de ſuo proprio ſoluere,& obſeruare cõtẽta in ipſo inſtrumento,tũc quippè promiſſor ipſe tenetur ad intereſſe dato quod fecerit poſſe ſuum ſecundum Dec.in dicto conſilio. cccxxiij. & conſil. cccxxx.& conſil.cccxlv.vbi poſt Abb.Areti.Socin.& Cuma.in aliquibus conſi.vt ibi per eum hoc expreſſè firmat,& Maranta etiã elegãtiſsimè in d.q.vij.nu.25.& ſeq.vbi reſpondet Afflicto contrarium innuẽti,ſeu aſſeuẽranti in dicta deciſion.ccxcv.& opinio iſta Dec.& ſequacium videtur cõmunis,& ſecundum eam conſului,& obtinui in actu practico in cauſa magni momẽti,non obſtante deciſion.Afflict. ccxcv.præcitata,quæ intelligi debet ſecundũ doctrinas,& leges quas allegat,& in effectu mouetur per conſi.Areti.cxlij.& nonnullas alias doctrinas, quæ duntaxat loquuntur quando quis promiſit ſe facturũ & iuraturum abſque adiectione illorum verborum, vt nõ excuſetur promiſſor feciſſe omnẽ ſuum conatum,ideò oſtẽſis his,& aliis quãplurimis,quæ omiſim9,&c.Iudici cauſę prædictæ,nõ dubitauit Spreta opinione Afflicti,ſecun.Dec.ſententiam iudicare. F.Viuius.

Promittẽs ſtare definitioni offenſi circa æſtimationem iniuriç eidem illatæ,tunc erit locus arbitrio boni viri,nec preciſſæ mãdabitur exequutioni quod offenſo viſum fuerit,ſecundum Alexan.poſt Accurſium in l.j.ff.ſol.matrim.Gerar.in ſingu vj.Abb.& Fely.in capit.contingit.de ſenten.excom.idem Abb.in ca.Quintauallis.de iureiuran. Iſta eſt communis opinio quam ſequuntur Lanfran.in tract.de arbit, Baptiſta de S.Blaſio q.xxiiij.de arbitris.& in ſpecie quò ad æſtimationem damnorum. expenſarum,& intereſſe,hoc idem tenet Afflictus deciſio.xcj.num.10. F.Viuius.

Promittens donare poteſt conueniri,vt donet Ioan.à Ripa de dona.lib.iij.cap.xij.communem dicit. Idem' Villal.

Promittens ſe curaturum,& acturum factum alterius,non eſt neceſſaria interpellatio.Curti.Iunior.conſil.lxxiiij.num.6.communem dicit. Idem.

Promittens de contrahendo matrimonium cum vna ex filiabus Titij,ſi poſtea cognoſcat vnã ex illis tranſit in matrimonium promiſſio.cum illa Præp.in cap.ex literis.el ij.de ſponſal.num.6.& Coua.in epiſt.iiij.cap.iiij §.j.num.17.& Petrus in Summa,in verbo matrimonium,el ij.quæſt.xj.communem dicunt. Villalob.

Promittens non mouere quæſtionem,non adimplet promiſſum ſi mouet,etiam ante litem conteſtatam. Gome.in cap.diſpendia.de reſti.lib.vj.num.4.communem dicit. Idem.

Promittens quòd cum duobus equis accõmodatis faciat,quòd habeat tres obligatur ad quinque ſecus tamẽ.ſi dicit & promittit quòd habeat tres non.exprimendo niſi vnam ſummã,tunc non fit conſeruatio,Iaſ.in l.manumiſſiones.numer.15.ff.pe iuſtit.& iure.communem dicit. Idem.

promittens de ſoluendo in quocunque loco nõ poteſt pœnitere, ſecus ſi promiſit ſe cõueniri,quia poteſt pœnitere,iuxta l.ſi cõuenerit.Iaſo.ſi quis in conſcribendo,nu.12.C.de pact.comm.dicit. Idem.

Promittens.in inſtrumento ſe ſtatutũ circa expenſas,dicto creditoris(vt ſæpè ſit)obligatur ſoluere facta declaratione per creditorẽ.Magis eſt comm.opinio,vt dicit Benè.Va.in Apoſt.ad Fel.in c.ſi diligenti num.13.in verb.vtrum extra de foro compet. I.Fichar.

P R O.Proniores ſunt & faciliores homines ad peccandum,c.alma mater.de ſentent.excomm. Bellon.

Procemium generale,etiam ſi poſteà ſequatur verba ſpecialia,facit,vt diſpoſitio cenſeatur generalis Curt.Iuni.conſ.clxxiij.num.1. & 2.communem dicit. B.Villal.

Propoſitio inepta ſi non ſit neceſſaria,non vitiat actum aut libellũ Albricus Brun.in tract.tit.effectu.amplia.xviij.comm.dicit B.Villal.

P R O. Propoſitum in mente retentũ nihil operatur.in leg.ſi repetendi.C.de cond cauſ.dar.cauſa nõ ſecut.in lege quicquid adſtringendæ,ff.de verb.oblig.& l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.eod.tit.l.veterib.ff.de pact.l.cum in plures. Bellon.

Propria auctoritate dominus vaſallum feudo priuare non poteſt, ſed debet præcedere ſententia declaratoria,feloniam vel culpam priuatione dignam,eſſe cõmiſſam.Veram & omnibus Doct.communẽ eſſe dicit Caro.Mol.conſi.iij.num.5.& 6.Et idem plenius in conſuet. Pariſ.§.xxx.nu.23.vbi idem affirmat,& vnicum tantũ caſum excipit. videlicet,ſi vaſallus feudum irrequiſito domino alienaſſet.&c.I.Fihc.

Amplia dictam communem procedere etiam in crimine lęſæ Maieſtatis,ſecundum Thomam Gramma deciſio.cv.nu.55.& ſequ.quia etiam in illo requiritur ſentẽtia declaratoria quã concluſionem ante ipſum tenuit etiam Bar.in l.Imperator.ff.de iure fiſci,& multi alij. quos refert.Gigas in tract.de cri.læſę maieſta.lib.ij.cap.xxv.vbi concludit hanc eſſe veriorem,& omninò tenendam,per text.cui dicit reſponderi nõ poſſe in l.quæſitum.ff.qui & à quibus.Et hanc tenuit etiam Gard.Zabarel.conſi.cxxv.num.2. Idem.

P R O.Propria res eſt in quã quis commodum & damnum capit l.j.§.in propria ff.quand.appe.ſit. Bellon.

P R O Proprium nemo dicat quod commune eſt.can.ſicut.hi. xlvij.diſtinct. Idem.

P R O.Propter diſcordiam peruenitur ad ſæqueſtrum.l.ſi quæ.ff. famil.erciſc. Idem.

P R O.Propter importunitatem petentium,Princeps aliquando non concedenda concedit l.j.C.de pet.bon.ſub.lib.x. Idem.

P R O.Propter ingratitudinem donatarij,donatio reuocari poteſt in l.fin.C.de reuo.do.in c.final.extrà de do. Idem.

P R O.Propter inſtrumenta de nouo reperta lis poteſt retractari. in l.admonendi.ff.de iureiurando. Idem.

P R O.Propter malos boni non ſunt deferendi,ſed propter bonos mali ſunt tolerandi.can.nimium.xx. q.iiij. Idem.

P R O Propter officiũ datur beneficiũ ca.fin.de reſcrip.lib.vj.Idẽ.

P R O.Propter vnumquodque tale,& illud magis ſecũdum Ariſtotelem authen.multò magis C.de ſacroſanct.eccl.Idem.

Prorogare iuriſdictionẽ nõſui iudicis,poteſt laycus in habentem conſimilem iuriſdictionem,vt in habentẽ merum miſtúmque imperium.Panor.in cap.cùm.ſit.De foro competenti.nu.12.communem dicit. B.Villal.

Fallit,quando in ciuitate eſt diuiſa iuriſdictio per quarterios,quia homines vnius quarterij non poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis alterius quarterij Iaſ.in l.ſi per errorem num.7.ff iuridi.omni. iudicium communem dicit. Idem.

Tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto,partiũ conſenſu prorogari

non

non poteſt nec etiam tẽpus preſequendæ appellationis.(vel ſic:Tempus inſtantiæ,præfixum à ſtatuto,etiam in cauſa appellationis,partiũ conſenſu prorogari non poteſt.)Eſt magis communis opinio ſecundum Alexandrum in conſilio vigeſimoquarto. inſpecto proceſſu volumine iiij. M.Grihald.

Licet prorogatio fideicommiſſi per arbitratores fieri poſſit,tamen non valet.niſi partibus fuerit intimata. Eſt communis opinio ſecũd. Dec.in conſ.xxxix.iuriſdicam.in prin. vol.j. B. Villal.

Proteſtatio eſt denuntiatio cum teſtatione facta.Io.à Ripa in cap. cùm.M.de conſt.nu.68.de conſtit.communem dicit. Villal.

Proteſtatio poſt actum perfectum ſuper dependentibus à ſola voluntate proteſtantis vitiatur,& valet actus,idẽ ibi nu.13.com. dicit. Et ſic dicit intelligendum eſſe ti.in l.per ſeruum.§ j.ff.de vſur. per. l. ſed ſi de fructu.ff.de vſu & habitu. Idem.

Proteſtatio facta per emphyteutam in alienatione rei emphyteuticæ.videlicet ſine præiudicio domini,non reuelat proteſtantem, Io. à Ripa,ibi nu.80.communem dicit Iaſo.in §.morte.ff.de noui operis nuntnia.num.77. Idem.

Fallit,ſi in alienatione dicatur,Domini accedente conſenſu, alias quod alienatio non valeat.Idem ibi.tu non recedas.com.dicit. Idem.

Proteſtatio ſi præcedat actũ,qui dependet de ſola voluntate proteſtantis,non videtur deſerta.Secùs tamen,ſi dependeat cum voluntate tertij.Ant.Gomeſi.in l.xlv.tau.nu.44.communem dicit ex Barto. in l.non ſolum.§.morte.ff.de noui ope.nun. Idem.

Proteſtatio quæ fit quotidie in productione inſtrumenti, ſcilicet quantum pro ſe facit,& non in aliis operatur,quòd in aliis iudex nõ poſsit ſe fundare Fel.in cap.imputari,de fide inſtru. communem dicit.Io.à Ripa in d.c.cùm M.nu.39. Idem.

Proteſtatio facta per mulierẽ cum iuramento de non alienando rẽ dotalem,ſi poſtea fiat alienatio,etiam cum iuramento, & ignorante recipiente alienationem,valet proteſtatio.Io.à Ripa ibi nu.81.verſic. ſecundo limitatur.communem dicit. Idem.

Proteſtatio non eſt neceſſaria, ſed vtilis metum paſſo.Hyer.Cagn. in l.in omnibus.ff.de regul.iur.nu.13.communem dicit. Idem.

Amplia ad impeditum etiam ex facto iudicis,quia nõ eſt neceſſaria.Idem ibi num.15.communem dicit. Idem.

*ADDITIO.* Et hanc opinionem tanquam humaniorem tenuit Rota in verbo tempore.Card.Creſenſi.dum erat Aud.vt refert Marc.Anto.Bard.in tracta.de tempo.vti.& contin.in c.iiij.ſub nu. 3. & eam eſſe vtilem,& de conſilio,& non neceſſariam.

Proteſtatio ſola non probat metum:ſed requiritur probatio metus.Io.à Ripa nu.92.communem dicit Contrariam imo quod proteſtatio ſola præcedens,probet metum,tenet glo.in cano.clarius.xxxij. q.ij.& Doct.communiter in c.j.quod metus cauſa.Sed pro concordia dic:Aut actus:pendet à voluntate ſolius proteſtantis & tunc proteſtatio præcedens probat metum,vt tenet Bart.& Doct. communiter in l.qui in.aliena §.fin.ff.de acquir.hæred aut actus pendet à voluntate duorum,& tunc ſi proteſtatio fiat ipſo actu,parte præſente, probat metum:aut ante actum,& non probat,hæc Ioan à Ripa in d. nu.92. B.Villal.

Proteſtatio ob metum potentioris fieri poteſt etiam clãdeſtinè & nihilominus valet talis clandeſtina proteſtatio.Philip.Dec.in l.in omnibus cauſis.ff.de j.regula Iuris.Et idem conſ.ccxix.nu.2.Bart.Soc.cõſil.cclxij.nu.5.& 9.vol.ij.Hoſt.& Abb.in c.paſtoralis.§.j.de offic.delega.Et idem Abb.in c.cùm M.nu.19.& ibi plura allegata per Sebaſtianum Sapiam in verb. Metus,&c.de conſtitu.Quòd ſi nec clandeſtinè proteſtari commodè poſſet,propter eundem metum(fortè alicuius potentis Principis)tunc poteſt poſteà probare talem metum, & actui contrauenire,ſecundum Iaſo.in l.qui in aliena.§.Cęlſus.nu.46. ff.de acq.hæred. I.Fich.

Proteſtatio contraria præſumptioni iuris, & de iure tollit ipſam præſumptionem ſicut confeſſio.Idem ibi.nu.94.com dicit. B.Villal.

Fallit in proteſtatione continentur in ſe turpitudinẽ,quia tollitur per contrarium actum ſequ.Io.de Ripa,nu.91.com.dicit Idem.

Proteſtatio vnius ex contrahentibus matrimonium, quod nõ intendit conſentire,etiam ſi verba proferat altero neſciente,non valet matrimonium,gl.in c.tua nos.de ſponſal.quam cõmunem dicit Coua.in epito.iiij.par.ij.q.ij.nu.3.commu.dicit. Idem.

Proteſtatio facta per profitentem,vt poſſit bona retinere,vitiatur. Fel.in c.cum M.de conſtit.& Iaſ.in authen.ingreſsi. C.de ſacroſanct. eccleſi.vbi eſt gl.Barba.autem in j.vol.conſi.communem dicit contrariam quem refert Coua.in epi.iiij.c.iij ij nu.18.communem dicit, & nullam elegit.Mihi autem videtur primam eſſe magis communem vt euidenter patet per Doct.in auth. ingreſsi.in d.c.cum M. & Doct.in l.non ſolum.§.morte.de noui oper.nuntiatio.ff.præcipuè,per Iaſ.in nu.20. Idem.

Proteſtatio reſpondentis libello,et dicentis,quod non facit animo litem conteſtandi, operatur quod ſecundum alium intellectum interpretatur, vtputà animo informandi Iudicem,& non conteſtandi, Ripa in d.c.cum M.nu.91.communem dicit.

Amplia in proteſtatione rei opponentis in iudicio cum proteſtatione,quod non intendit in Iudicem conſentire,quod operatur etiã ſi deducat alias exceptiones, quod non videatur prorogare iuriſdictionem.Idem ibi.nu.99.communem dicit. Idem.

Nota quòd proteſtans(vt in communi præcedenti eſt dictum)poterit per Iudicem tãquam contumax puniri,Io.à Ripa in d.c.cum M. nu.99.com.dicit.quam intelligit,ſi ſolũ ſtetit.in iuribus proteſtationis.ſecus tamen ſi ſalua proteſtatione reſpondet petitioni. Idem.

Proteſtatio facta in contractu dicens quòd non vult conſentire,vitiatur contractus.Deci.in d.ca.cùm M.de conſt.nu.23. com.dicit. vel etiam ſi in proteſtatione addat,niſi & quatenus de iure citatur, quia tunc ex toto extinguit iuriſdictionem Iudicis Iaſo.in d.l.non ſolum §.morte.ff.de noui.oper.nun.nu.46.communem dicit. Idem.

Proteſtatio interueniens nõ extenditur ad actum factum ex interuallo Ripa in d.c.cum M.nu.101.cõmu.dicit,Iaſ.in d.§.morte. nu.13.

Intellige in actibus pendentibus ex voluntate alionum,ſi proteſtatio non recipit fructum factum,alias ſecus Iaſon.in l.pacta nouiſſima,nu.14.C.de pactis,communem dicit. Idem.

Proteſtatio declaratoria animi,per quam nemo grauatur, non requirit præſentiam alicuius dummodò fiat taliter,quòd poſſit de proteſtatione apparere.Io.de Ripa,in c.cum M.nu.106, per l.idcircò. C. de codicil.communem dicit. Idem.

Proteſtantis expreſſus conſenſus requiritur ad hoc quòd ei præiudicet regulariter,ſed in caſu.l.fin.§.item ſi prædixerit.ff.de naut.cau. ſtabu.ſufficit tacitus.Ripa ibi nu.123.commun.dicit. Idem.

Amplia primam concluſionem iſtius communis ad matrimoniũ in quo proteſtatio quæ fit contra ſubſtantiam matrimoni ,tacenti nõ præiudicat,nec videtur conſentire,Ripa nu.127.cõ.d.quã vide Idem.

Proteſtatio domini recipientis penſionem temporis futuri, ſaluo iure expulſionis.ſi emphyteuta tacet,nihil valet, cum proteſtatio ſit contraria facto.Io.à Ripa in d.c.cum M.nu.139.verſ.totius caſus eſt, com.dicit,quam intelligit,quòd durante tempore ſolutionis receptæ non poteſt emphyteutam expellere,ſecùs tamen poſteà. Idem.

Proteſtationi inhibitoriæ ne fiat illud.ad quod tenetur,non eſt parendum,niſi veritas cauſæ oſtendatur per inſtrumentum, quòd non requiritur,ſi proteſtatio fit auctoritate Iudicis,quia ei eſt parendum. Ripa ibi nu.153.communem dicit. Idem.

Proteſtatio poteſt fieri vbicunque,etiam in eccleſia.Ripa.nu. 144. communem dicit. Idem.

Proteſtatio ſimpliciter facta in tantum in actu operatur, quo tũc vel ſtatim explicatur:vt tradit Bartol..in l.non ſolùm.§.morte.in principio.ff.de noui.oper nuntia.& in l.item quia.§.fina.de pact.in l. qui in aliena §.fin.de acquirend.hæred.& in l.Titia.§.penultim. de verb. obligat.& in l.pacta nouiſſima,vbi etiam Salic. C. de pact. per textũ in l.cum in plures.§.locator horrei.ff.locat.ſecundum vnum intellectum gloſſ.tamen ibi ſummat ſic.propoſitum in mẽte retentum nihil operatur,& patientia pro conſenſu habetur,per text. in l.per retentionem.cum gloſſ.verbo rata.C.de vſur.idem tenẽt.Ant. & Imol. in c.cum M.de conſtit.Et licet concluſio hæc multipliciter limitetur ac in certis caſibus locum non habeat,inter quos eſt,vbicùque proteſtatio fit in actu qui à ſolius proteſtantis pendet voluntate quoniã tunc trahitur ad actum etiam poſteà & ex interuallo ſequutum, vt Bart.& Ang.voluere in dicta lege pacta nouiſſima,C.de pactis Communis Doctorum eſt opinio,vt proteſtatio ſimpliciter facta in actu, ſiue ab vnius ſiue plurium voluntate.dependeat,nihil operetur niſi in actu,qui tunc,vel incontinenti, explicatur:vt rectè ſcribit Fel.in dicto capitul.cum M.de conſtitu.quoniam,inquit ipſe, nulla ſaltem bona inter iſtos caſus reddi poteſt diuerſitatis ratio,niſi dicere velimus,quod quando ſumus in actu à plurium voluntate dependente, ad hoc vt operetur.proteſtatio fieri debet coram altero, vel vno ex illis à quorum voluntate actus ille dependet,vt ibi per Fel.quia hæc in materia proteſtationis tunc quando proteſtatio fit,vel fieri dubitatur propter metum illius cum quo quis nollet contrahere, vel inuitus contrahit.puta cum Tiranno,multa quidem & valdè accuratè ſcripſit vt ibi licet videre, F. Turzan.

FRO. Proteſtatio declarat voluntatem & ſententiam noſtram l.at ſi quis.§.ſed interdum.ff.de relig.& ſumptibus funer.l.pro hærede.ff.de acquirenda hæred. Bellon.

PRO. Proteſtatio contraria actui non releuat proteſtantem. l. qui in aliena.§.Cęlſus.ff.de acquirend.hæred.cap.cum Mar. Ferrariẽſis.extrà de conſtit. Bellon.

PRO. Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.l.fin.C. de pactis conuen. Bellon.

PRO Prouiſio facta in caſum mortis naturalis, extenditur ad caſum mortis ciuilis l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.ff.de liber.& poſthu. Bellon.

PRO. Prouiſio facta in caſibus ſeparatis,non porrigitur ad eoſdem caſus ſimul coniunctos.l.ſi ita ſcriptum.ff.de libe.et poſth. Bell.

Prouiſio ordinaria generalis legis non tollitur per prouiſionem ſpecialẽ hominis Bellon.conſi.xxij.nu.3.commu.dicit ex glo.in l.ij. C.de

C.de iure emphy.& Iaſ.ibidem.nu.176.& Dec.in l.creditor.ff.ſi cert. pet.ſecus tamen ſit extraordinaria,quia tunc ceſſatur per prouiſionē hominis.Bellon.ibi.num. 5. communem dicit. exemplum in primo caſu,quia ſi in locatione,per hominē ſit prouiſum circa non faciendam diminutionem penſionis propter caſum fortuitum,non tamen ceſſat generalis diſpoſitio circa intereſſe locationis. B.V.

Prouiſio ſine cauſa inefficax eſt l.ij.§.circa.ff.de dol.exceptio & erronea non autem animo liberali, & ex certa ſcientia facta præſumitur,& dicenti quòd ex certa ſcientia promiſerit,probandi,onus incūbit Bald.in l.generaliter.iiij.& vj.oppoſ.C.de non nu.pec.& ibi Salic. & Ang.qui ſic conſuluiſſe aſſerit,concordat Alex. qui affirmat hanc com.conſi.xiij.ex his.vol.j. F.Turzan.

Proxeneta non eſt teſtis integer,niſi vtraque parte conſentiente, Curt.iun.conſ.cxij.nu.8.communem dicit. B.Villal.

Concor.cum l.xxxvj.tit.xvj.par.iij.

Proximitas ſolum attenditur in fideicommiſſaria ſubſtitutione.Alexander conſ.cccv.vol.vj.Io.Duran.in arte teſtan.tit.v.cau.xxj. communen dicit. B.Villal.

Pubes maior factus poteſt teſtificari de his quæ vidit ante pubertatem.Hierony.Cagnol.in l.fœminæ.§.fi.nu.23.ff.de reg.iur.communem dicit.& Coua.in reg.poſſeſſor.§.iij.par.ij.nu.8.ex Fel. in ca. vlri. de ſentent,excom.concor.cum.l.ix.tit.xvj.par.iij.Adde gl.in verbo impubes.§.teſtes autem.Inſtit.de teſta.ordi. B.Vallal.

Pubertati proximus dicitur vir,qui eſt decem annorum cum dimidio,fœmina autem nouennis cum dimidio.Iaſ.in l.properandum.C. de iud.§.et ſi quidem.nu.1.communem dicit.

Et hanc ætatem,l.viij.tit.viij.j.par.vij.exprimit ad hoc quod ſi committens delictum ſit minor iſtius ætatis,non debet puniri Idem.

Pubertati proximus dicitur,ille,qui annū decimū & dimidiū petegerit,ſi ſit maſculus,fœmina verò proxima eſt pubertati ſi nonum annū cū dimidio cōpleuerit,ſecundū gl.no.& ſingularem in §.pupillus in ver.infantiæ.Inſtit.de inuti.ſtipul.& in l.pupillū.ff.de regul.iur. quas aſſeuerat eſſe cōmuniter approbatas Iaſ.in l.properandum.§.& ſi quidem.num.1.C.de iud.Soc.in l.j.§ adipiſcimur.ff.de acquir. poſſ. Aret.in memorato.§.pupillus.Dec.& Cagn.nu.2.in d.l.pupillum. In contrariam verò ſententiā inclinarunt complures Doctor.qui quoad delicta illum eſſe proximum pubertati opinantur,cui ad ætatem perfectam ſex tantum menſes deficiunt,ita not.Bald.per illum text. in l. excipiuntur.ff.ad Syllani.quem ſequitur ibi Ioan.Igneus.Corn.conſ. cxlvij.num.25.vol.j.& Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.num.15.C.ſi aduer.vendi.nonnulli verò ſcriben.opinionem iſtam ſequuntur non ſolùm in delictis,ſed aliis quibuſcunque actibus,pro quibus eſt glo. in l.non tantum.ff.de excuſa.tuto.in cap.continebatur,& in c.atteſtationes.de ſponſa.impube.& abundè not.Io.Igneus in l.j.§.impuberes, & in l.excipiuntur.ff.ad Syllani.Sed his omiſſis puto hoc relinquendū eſſe Iudicis arbitrio,quis dicatur proximus pubertati, ſiquidem hoc Iudex debet arbitrari ex pueri diſcretione, & ex aliis circunſtantiis contingētibus.ita tenet Io.Faber in d.§.pupillus.Salic.in l.impium. C. de pœnis.Io.de Ana.in c.j.num.4 de delict.puerorum.Ant.de But.in memorato c.atteſtationes.in fi.Abb.& præpoſit.in d.c.continebatur. Dec.& Cagn.nu.3.in d.l.pupillum,quod intellige procedere,vt declarat Couarruuias in ſua epito.de ſponſa.in ij.par.c.v.nu.5. Viuius.

PRO. Publica vtilitas eſt præponenda priuatæ.l.vnica.§.fin.C.de caduc.tol.auth.res quæ.C.com.de leg.l.actione.§.Labeo.ff.pro ſoc.l. vtilitas.C.de primip.lib.xij.can.ſcias.vij.q.j. Bellon.

PRO. Publicæ ſalutis & ſecuritatis intereſt,riuos & cloacas purgari.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de no.oper.nunt. Bellon.

Publico in cauſa poteſt fieri ab alio iudice ſuccedente in officium primi iudicis,& non ab alio.Ripa in l.is apud.nu.32.C.de eden.communem dicit. B.Villal.

Publiciana requirit poſſeſſionem vacuā ſicut & vſucapio.Præpoſi. in c.reintegranda.iij.q.j.communem dicit. Idem.

PRO. Pudor eſt fœminis nuptiarum præmia non habere. capit. pudor.xxxij.q.ij. Bellon.

Puella cui pater aſſignauit certum quid,& præcepit vt cum illo eſſet contenta, poteſt petere ſupplementum legitimæ. Boer. deciſ. iij. num.10.communem dicit. B.Villal.

PRO. Punctus punitur loco copulæ.le.iij. §.duæ autem cauſ. in glo.in verb.moliri.ff.de Carb.edict.& l.duobus.§.ſi in coeunda.in gl. in verb.precium.ff.pro ſocio. Bellon.

PRO. Punitur affectus,licet non ſequatur effectus:voluntas enim reputatur pro facto.in l.diuus.ff.ad leg.Cornel.de ſica.in l.is qui cum telo.C.eod.tit.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.& l.præſenti. C.de his qui ad eccleſi.confug.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& clerici, ni c.nuper.extra de biga.

OBIEC. Contra,quia cogitationis pœnam nemo patitur. l.cogitationis,ff.de pœnis. l.j. §.j. quod quiſque iur.ſt.c.ſi.extra de ſponſal.

SOL. Dic.quod cogitatio ſola non punitur, vbi ſcilicet non proceſſit ad aliquem actum,ſecus ſi ad aliquem actum ſeu conatum venit vt hic intelligitur, Bellon.

PRO. Pupillus quicquid videt,ignorat.l.j.C.de fal.mone.l.pupillus.ff.de acquir.hæred. Idem.

PRO. Pupillus ſine tutoris auctoritate poteſt facere conditionem ſuam meliorem,non deteriorem.in §.j.inſtit.de auct.tut.

PRO. Pupillus naturaliter obligatur,in l.j.ff.de nou. Idem.

OBIEC. Contra de l.pupillus.ff.de action.& obliga.vbi pupillus nec mutuam quidem pecuniam accipiendo cum auctoritate tutoris naturaliter obligatur,

SOL. Diſtingue,quando pupillus eſt infans,tunc nec quidem naturaliter obligatur,d.l.pupillus.ratio eſt,quia non habet conſenſum: quando verò eſt proximus pubertati.tūc quia doli capax eſt, ſine tutoris auctoritate naturaliter obligatur,vt hic.ita ſentit glo.& Doctor. communiter,in l.pupillus.ff.de regu.iur.Vel aliter ſolue,quandiù pupillus eſt,nec naturaliter obligatur:factus verò pubes & locupletior, naturaliter tenetur:quia ſi ſoluat,non repetit.l.naturaliter. in fine,de conditione indebiti. Idem.

Pupillus teſtari non poteſt de iure communi,etiam ne ad pias cauſas quidem.licet ſit proximus pubertati. communem dicit in §.teſtamentum.q.v.ver.Hinc refertur. P.Fichar.

Pupillus ſine tutoris auctoritatę intra xiiij. annū non poteſt contrahere ſocietatem,vt habetur in l.j.C.pro ſoc.& no.Capr.conſ.xvij. nu.3.quia quicquid videt,& quicquid audit ignorat.l.fi.circa.fi. ff.rē pupilli fal.fortè.l.fi.ff.de iuris & fact. ignorā.& l.ij.ad finē. C. de fal. monet.& hoc habet locū nō ſolùm in ſocietate expreſſa,verū & tacita,vt deducit Craue.cōſ.cclxxxvj.nu.1.idque interpretatur & limitatur nō procedere vbicunque pupillus poſt finitā ætatē pupillarē ratificaret talē ſocietatē,tūc enim validatur ſocietas iſta interueniente ratihabitione ſecundum Bal.in addi.ad Barto.in tract. de duobus fratribus ſimul habitā.quē ſequitur Alex.in conſ.xlix.vol.j.& Crauet. in d.conſ.cclxxxvj.nu.2.Amplia primum iſtam conclusionem ita declaratā,quòd pupillus ipſe minimè poteſt facere.teſtamentū.l.qua ætate.ff.de teſta.imò. nec pupillus miles poteſt teſtari,vt eſt text. mirabilis,& formalis in l. final.C.de teſt.mili.per quem text. determinauit eleganter & doctè Ang.in l.ſi quæramus ff.de teſta.quod ſi Statutum diſponat,quòd pupillus poſſit facere teſtamentum, huiuſmodi ſtatutum non valeat per d. l.fin. & eum ſequitur ibi Ioan. de Imol. licet aliter dixerit Bar.ibi,& malè & malitia,quò ad hoc non ſupplet ætatem,adeò quod pupillus etiam doli capax,non poteſt condere teſtamentum.l.fin.C.de reſtitu.mino.& ibi per Doct & per Barb.in c. Raynutius.de teſtamen.Iſtud procedit,etiā ſi pupillus velit ad pias cuaſas teſtari,vt per Bart.in l.j.q.ij.C.de ſacroſanct.Eccleſ.Iaſ.in l.reſcripta.C.de præci.imper.offerē.& Dec.poſt alios ibi cōgeſtos per eū in l.pupillū,nu.5.ff.de reg.iur.& iſtā ait eſſe cōmunē opin.Abb.in rubri.nu.9.de teſta.Sed hoc fallit,quādo pupillus doli capax ex Principis,licentia,ſeu indulgentia faceret,teſtamētū,quippe quod Princeps pupillo doli capaci poteſt dare,pariter ac cōcedere teſtamēti factionē,vt per Bar.in l.ſi quæramus.ff.de teſtib.Aelx.in memorata l.fi.cum allegatis per Iaſ.in d.l.reſcripta.in fi.& Dec.in d.l.pupillū.circa fi. ff. de reg.iur.Fallit etiam quotieſcunque pupillus doli capax,in euentū motis,donando diſponeret de bonis ſuis ſub conditione.ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate, & ſimiliter confirmaret talem diſpoſitionem iuramento,tunc quidem exploratum eſt talem diſpoſitionem valere vt per Bart.Alex.cæteróſque Doct.in l.qui iuraſſe. ff.de iureiur.& Iaſ. poſt Bartol. in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vend. Iſta eſt communis opinio,vt ſcribit Deci.in d.l.pupillum,quę profectò communis comprobatur iſta ratione. quoniam aſtringitur etiam talis impubes religione iuramēti.l.fi.ff.de lib.cauſ.c.paruuli.xxij.q.v.Abb. conſilio cviij.lib.ij. Barbat. in cap.quia ingredientibus.de teſtam. & Paul.Caſt.conſi.ccxij.lib.j.Ampliatur ſecūdo loco,quòd pupillus neque poteſt eſſe Notarius,ſecundum Bald.in d.l.impuberem.ff.de falſ. in princi.& Dec.in l.ij.§.item impuberes.nu.9.ff.de reg.iur.Ampliatur tertiò quòd impubes,neque Iudex eſſe poteſt l.cū prætor.§.non autem.ff.de iudi.& no.Maranta in tract. iudicio.in vj.par.nume.98. & Deci.in l.fœminæ §.item impuberes.num. 2.ff.de regu.iuris. Ampliatur quartò,quòd pupillus ipſe regulariter accuſare non poteſt propter carentiam rationis,& intellectus,vt l.j.& ij.ff.de accuſat.no. Bart.in l.ij.§.pupillus.in princip.et in l.qui accuſare.num.4.ff.de accuſat.ideo accuſatio facta ab iſto pupillo,& ab aliis perſonis inhabilibus,eſt nulla ſi excipiatur,vt per Barto.in l.j.§.accuſationem.ff. ad Turpil.Alexand.in l.in prouinciali §.fin.ff.de noui oper.nunt.Aretin. in ca.primo de iudic.vbi Abba.& Imol.& Saly.in l. clarū.C.de auct. præſtanda.Sed hoc fallit non habere locum in adulto & minore xx. annis,tūc licet ſit minor xxv.poteſt accuſare,vt voluit Bar.in l.j.ff.de accuſat,cuius opinionem aſſerit eſſe communem Abb.et Augu. Berois in c.j.de accuſ.nu.50.et ſeq.vbi eam cōprobat optimis rationibus.Fallit etiam quod pupilli accuſatio non eſt prohibita in crimine læſæ maieſtatis adulterij.et defraudatæ annonæ ſecund.Angel. in tract.de malefic.in verſic.et ad querelam Titij numero 39. Ampliatur quintò quòd pupillus minimè habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, vt latè per Abbatem in capitulo finali de confeſſis

ſexto

ſextò,& vltimo loco,quòd pupillus & infans, qui caret omni intellectu,vt quia ſit duorum vel trium annorum ,non poteſt cum auctoritate tutoris acquirere poſſeſſionem,nam furioſo æquiparatur.l.j. ff. de bono.poſſe.infan.fur.mur.Ratio eſt quia cùm omninò careat intellectu,non poteſt per tutorem ſuppleri.l.ſed & ſi manente. ff. de preca, idémque videtur concludendum in furioſo,qui non poteſt cum auctoritate curatoris.Sed debet ipſe ſolus tutor , ſiue ſolus curator gerere, & acquirere poſſeſſionem.Si autem ſit pupillus , qui non careat omninò intellectu,vel infans,vt quia ſit quinque vel ſex.annorum,& per conſequens fari & loqui poſsit , tunc iſte bene poteſt acquirere poſſeſsionem cum tutoris auctoritate,quia habet aliqualem intellectum, qui poteſt per tutorem ſuppleri,ita loquimur.l.quamuis. §. infans. ff. de acquir.poſſeſſ.& ad hoc bene facit text.in §.pupillus.Inſtit.de inutili ſtipula.& iſta opinio communiter tenetur per Bartol.Ang.Imol. Rom.Pau.de Caſtr.& Moder.in l.j.ff.de acquir.poſſ.& ita etiam tenet Paul. de Caſtr.in l.pupillus,per gl.ibi.ff.de acquir.hered.& Iaſ.atteſtatur de communi.in l.j.§.j.nu.17.ff.de acquir.poſſeſſ. F. Viuius.

Quamuis Pupillo,vel minori tutoris,aut curatoris culpa currat tempus inſtantiæ,aduerſus tamen ipſos tutorem & curatorem , ad id quod ipſius pupilli,vel minoris intereſt,competit actio. Quòd ſi tutor & curator,ſoluendo non fuerint , tunc pupillo , & minori , contra lapſum inſtantiæ,datur in integrum reſtitutio,vt tenuit Caſſad.deciſ.v.de appel.& clarè probat text.in l.properandum. §. illo, ver. hæc autem omnino.C.de iud.vbi Paul. Caſtren. & alij communiter hoc tradiderunt. Hincque annotandum eſſe voluerunt,quòd tempus iudiciale, vt puta, inſtantiæ,cauſæ principalis,& appellationis, ac tempus ad appellan.à iure conceſſum currat ipſo iure,contra text.in l.fin C.de temp.in integrum reſtit.qui locum habet in aliis temporibus. Turz.

Pupillus ex propria ſignificatione vocabuli , non dicitur decedere inteſtatus,ſecùs tamen,ex communi vſu loquendi.Boër.in conſ. e. Bitu. in rubr. *des couſtumes concernans les teſtamens*. §. iiij. communem dicit ex Bart.conſi.cxxxviij. B.Villal.

Purgatio moræ non admittitur in caſu legis ſi quis maior. C. de tranſact Dec. conſi.ccccliij.nu.12.communem dicit. B. Villal·

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM.

## LIBER DECIMVSQVINTVS.

### Q.

Quadragenalis præſcriptio omnem actionem excludit.c.ad aures.extrà de præſcrip. Bellon.

PRO. Quadrimeſtre tempus datur laico ad præſentandum , eccleſiaſticæ autem perſonæ ſemeſtre,c.j.§.ſi.de iur.patr.lib.vj. Bellon.

PRO.Qualitas iuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.l.in delictis.§.ſi extraneus. ff.de noxalibus. Idem.

Qualitas poſita in accuſatione , vel inquiſitione , debet neceſſariò probari aliàs etiam ſi probetur delictum ſine illa qualitate,nihilominus inquiſitus eſt abſoluendus. Verbi gratia. Si fuerit deductum quòd Titius fecit occidi hominem Chriſtianum per aſſaſsinos,licet probatum fuerit homicidium, tamen ſi illa qualitas Chriſtiana non fuerit probata, debet ſequi abſolutio Fuit notab.deci.Io. And.in c.j. de hom. in vj.quod eſt com.approb.ſec.A'ex,in conſi.clxvj.videtur fortaſſe. in fine.vol.vij.& faciunt multa ad hoc,cumulata per Hyppol. in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſtio Vide in verb.Delinquens. M.Grib.

Qualitas quando eſt fundamentum intentionis, non ſolùm ſufficit probare intentionem,ſed etiam qualitas eſt probanda.Curt,iun.conſi, xxiiij.nu.11.communem dicit, B.Villal.

PRO. Quandiu quis viuit,acquirere,poteſt.l.ſi creditores. ff. quæ in fraudem credit, Bellon,

PRO. Qualitates intrinſecæ præſumuntur : non autem extrinſecæ,niſi probentur.gloſſ.in cap.ſi fortè,de elect.in vj. Bellon,

PRO. Quando à lege certa & expreſſa eſt ratio , illa ſola eſt inductiua & finalis,non alia quælibet,iſtam regulam ponit Bar.in l. non ſolùm.§.morte.collat.vj.ff.de nou.oper. nunt.

PRO. Quando agitur de peccato ſeu periculo animæ,ius canonicum ſeruatur in vtroque foro ciuili & canonico.in cap.nouit.extrà de iud.gl.in reg.malæfidei poſſeſſor.de reg.iur.in vj,

PRO. Quando aliqua qualitas vel circunſtantia in aliquo actu deſideratur,arbitrio iudicis eſt relinquenda.l.j.ff. de iure delib.l.Quintus.ff.de annuis legatis, Idem.

PRO. Quando aliquid lege canonica eſt clarè deciſum: de iure autem ciuili dubium eſt relictum,lex canonica ſeruatur in vtroque foro,ciuili & canonico,hanc regulam tradit Pan.in c.j.ext.de nou. oper. nunt.

PRO.Quando aliquid prohibetur fieri directo, prohibetur & per obliquum.in l.ſi ſponſus.ff.de don.inter vir.& vxor.§.ij.inſtit. de her inſtit. Idem.

PRO. Quando alicuius deciſionis certa redditur ratio,pro ſpecialiter expreſſa habetur.gl.& ibi Doct.in l.quamuis.C.de fide.

PRO. Quando allegatur impedimentum,ſi quis in cauſa ſit impedimenti,non venit audiendus,l.ij.§.ſi quis tamen.ff.ſi quis caut.

PRO. Quando concurrunt,habens directum,& vtile : præfertur qui habet vtile l.in cauſæ.§ ſi.& l.pro.ur.ff.de procur. Idem.

PRO. Quando concurrunt duæ cauſæ, vna naturalis , alia accidentalis,præualet naturalis.ff.de tut.in l.qui habent. Idem.

PRO. Quando diriguntur verba ad iudicem, expediri nobili iudicis officio res debet.iſta eſt doctrina gl.in l.ſi ſoror, C. de colla. quæ communiter approbatur. Idem.

PRO. Quando dubium eſt cui aliquid ſit attribuendum,vetuſtiora attribuimus,l.in finalibus.ff.fin.regun.§.ſingulorum inſtit.de rerum diuiſi. Idem,

PRO Quando duo ſunt, quorum vnum ſine alio eſſe non poteſt ſed ſublatum virtute remanentis perdurat.in leg.ſi ita ſcriptum.§. regula.ff.de iniu.rupto teſtam. Idem,

PRO. Quando duo iudicia ita ſe habent, quòd abſolutoria lata in vno pariat exceptionem rei iudicatæ , in alio, concurſus non admittitur.in l.fundum Titianum.& l.fundi.ff.de except. Idem.

PRO. Quando lex eſt ſpecialis,ratio autem generalis,generaliter lex eſt intelligenda.l.regula.§.ſi quis ius.vbi Bar. ff.de iur.& facti igno. in glo.in clem.j.de elect. in clem.vide textum in ca.porrecta.de confir vtil.vel inut. Idem.

PRO. Quando non exprimitur in obligatione noua, quo genere actionis vtamur,condictione ex lege agendum eſt.l.vnic.ff.de condit. ex lege. Idem.

PRO. Quando plures vocantur ad eandem rem ſimpliciter. in dubio intelliguntur vocati viriliter.l.reos. §. cum in tabulis. de duob. reb.l.j.C.ſi plures vna ſenten.con.fu· Idem,

PRO. Quando quis alium facientem prohibere ex officio neceſſe habuit,id ipſe committere non debuit.l.altius.ff.ſi ſer.vend.

PRO. Quando ſuperuenit cauſa tendens ad eundem effectum, licet ea exiſtente ab initio non valuiſſet diſpoſitio non vitiatur. l. debitor.de leg.ij.

PRO. Quando vni competunt plura iura, vno ſublato alterum remanet:ſi enim vnum remittit,alterum remittere non dicitur.l. ſi domus.ff.de ſeruit.vrba.prædi. Bellon.

Quandocunque hoc verbum licet generale ſit,tamen intellectu iuris ſolummodò de tempore legitimo , videlicet xxx. vel xl. annorum, intelligitur. Hieron.Cagno.in l.ij.de reſcind.vend. communem dicit. Sequitur Dominus à Tauten.concluſ.lxx. B.Vil.

Quantitas certa vt præſtetur à principio domino Emphyteuſeos, pro primo ingreſſu,non eſt de ſubſtantia & forma contractus Emphyteutici.Commun.dicit.in §.emphyteuſis.q.iij. P.Fich.ex Clar.

Creditor confeſſus in diuerſis ſcripturis , ſe decem recepiſſe , talis confeſsio de diuerſis Quantitatibus intelligitur. Eſt com.opi. ſecund. Alex.conſi.iiij.circa primum.verſi.quinimò plus.vol.j. M. Grib.

Quarta quæ debetur arrogatis,non eſt aucta vſque ad trientem, quæ debetur legitimis & naturalibus.Iaſ.in l.ſi arrogator.nume.52.ff. de adopti.communem dicit. B.Villal.

Quartæ Trebellianicæ deductionis prohibitio inefficax eſt in liberis primi gradus,communis eſt ſec.Iaſ.in l.Marcellus.ff.ad Trebell. ſec.Io.Duran.in tit.v.caut.xxxj.nu.4 refert tamen ibidem,quòd Corſetus,Alex.& Cornæus dicant contrariam opi. eſſe com. vide apud illum. I.Fich.

Quartæ detractio tranſit ad heredes.Bal.cõſi.cclxxxij. & ccclxxvij. vol.iij.& Io.Duran.in arte teſtan.tit.v.cau.xxxj.com.dicit. B.Villal.

PRO.Quaſi & quodammodo,ſunt notæ improprietatis.l. patris & filij.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.§.igitur.Inſti.de pupil.ſubſtit.l. in ſuis. ff.de libe.& poſth.Quandoque tamen dictio quaſi,eſt expreſsiua veritatis.in l. mulier.§. fin. ff.ad Trebel.l.j. ff. ad legem Iul. de vi priu. vbi Accur. Bellon.

PRO. Quanto quis præeſt melioribus & honeſtioribus , tantò ipſe melior & honeſtior eſt.§.j.in auth.de defenſ.ciu.coll.iij. Idem.

PRO. Quanto iuniores,tanto perſpicaciores,in l.præcipiunt.ff.de ædil.edict.gl.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſth.

OBIEC. Contrà de l.prouidendum.C.de poſtuland. quia ſenes ſunt magis exercitati & doctiores,quã iuuenes adhuc rudes & tyrones.

SOL. Licet vetuſtiores plus ſciant in arte qui ſtuduerunt, quàm iuuenes , tamen iuniores ſunt ſemper habiliores ad omne opus , ſtudium,ſeu miniſterium,quàm ſenes.

PRO.

PRO. Quaſſato principali, quaſſatur & acceſſorium. in l. non dubium. C. de legib. in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. l. j. & ij. ff. de pecu. leg. in §. liberis. inſtit. de pup. ſubſtit. & §. ij. inſtit. de hered. inſtit. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. inter dilectos. extrà de fid. inſtrum. cap. cum quid. & cap. acceſſorium. de regu. iur. in vj.

OBIEC. Contrà de authen. ex cauſa. C. de lib. præter. vel exheredatis. vbi quaſſata inſtitutione quæ eſt caput & fundamentum teſtamenti. §. ante heredis. inſtit. de legatis. remanent ſalua legata & fideicommiſſa.

SOL. Illud in odium parentum qui prætericrunt vel exheredarunt ſine iuſta cauſa filios.

OBIEC. Secundò contrà de authen. furioſi. C. de epiſc. aud. vbi tenet legatum in teſtamento, non heredis inſtitutio ſeu teſtamentum.

SOL. Illud ibi in odium filiorum qui patrem contempſerunt: quòd non militat in acceſſoriis legatis, ſicut in inſtitutione principali: ergo non ſequimur principale.

OBIEC. Tertiò contrà de ca. cùm contingat. extrà de iureiuran. & cap. pactum. de pact. in vj. vbi non tenet principalis contractus de iure, & tamen valet acceſſorium.

SOL. Ibi ratione iuramenti propter animæ periculum, quòd eueniret, ſi non ſeruaretur, vt ibi.

OBIEC. Quartò contrà de l. j & authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. vbi principalis contractus minoris non valet, quia reſtitutio cõpetit minori, & tamen acceſſoriũ iuramentum validũ eſt.

SOL. Illud eſt propter periurij periculum, quod non verſatur eodem modo in principali contractu ſicut in acceſſorio.

OBIEC. Quintò & vltimò oppono de l. ſtipulatio iſta. in §. alteri. ff. de verborum oblig. vbi ſtipulatio principalis alteri facta non valet, & tamen ſtipulatio pœnæ acceſſoria valida eſt.

SOL. Ibi acceſſorium eſt præter legem & non contra legem, & ideò tenet, ſecund. gloſſ. in d. l. cùm principalis. Bellon.

PRO. Quæ de nouo emergunt, nouo indigent conſilio. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de inter. actio. l. j. ff. de vent. inſpi. ca. nulli. de elect. in vj. Bellon.

PRO. Quæ depoſitis rebus accedunt, depoſita non ſunt. l. j. §. quæ depoſitis. ff. depoſ.

PRO. Quæ differunt ſecundum plus & minus, non differunt genere, ſed ſpecie. l. fi. ff. de fund. inſtru. leg. l. ſcapham. ff. de euict.

PRO. Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt. in l. qui mutuam. ff. manda.

PRO. Quæ eodem tempore confirmantur, ſimul fieri videntur. l. ij. C. de teſt. tutel. Idem.

PRO. Quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur. in l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verb. oblig. l. item quia. §. fin. ff. de pact. l. quoties. C. fami. herciſcun. §. præterea. inſtit. de inut. ſtipu. can. apoſtolus. xxxij. q. vij. idem econtrario dicendum, vt in cap. egreſſus. xxvij. q. ij. Idem.

PRO. Quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. in l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pact. l. lecta. ff. ſi certum petatur. Bellon.

PRO. Quæ inducuntur ad augmentum, non debent operari deminutionem l. legata inutiliter. ff. de legatis primo. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Bellon.

PRO. Quæ natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt. §. j. Inſtit. de inut. ſtipu. Bellon.

PRO. Quæ non proſunt ſingula multa iuuant. in l. inſtrumenta. C. de probat. in l. ſi plures. in fi. ff. de pactis. Idem.

OBIEC. Contrà de l. vnica. C. qui num. tut. ſe excu. vbi econtrario, quę non proſunt ſingula, nec multa iuuant.

SOL. Dic quòd quando plura tendunt ad fundandum diuerſa: tunc contrarium procedit, quando autem tendunt ad perficiendum vnum totum, tunc procedunt iſta iura hic.

OBIEC. Item contrà d. l. ſancimus. §. ſi quis autẽ. C. de dona. & l. ſi idẽ. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi non admittitur coaceruatio ſingulorum.

SOL. Hæc regula procedit in fauorabilibus, ibi in odioſis.

PRO. Quæ pater ſtudiorum cauſa filio ſubminiſtrauit, in legitimam non imputantur. l. quæ pater. ff. fam. erciſc. Idem.

PRO. Quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. l. quæ religioſis. ff. de rei vend. Idem.

PRO. Quæ ſpeciali nota egent, niſi ſpecialiter exprimantur, pro neglectis habentur. in l. item apud Labeonem §. hoc edictum. ff. de iniu. ca. quamuis. de præb. lib. vj. Idem.

PRO. Quæ ſunt contra bonos mores, ſunt impoſſibilia de iure. l. ſi filius. ff. de condi. inſtit. Idem.

PRO. Quę ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. in l. pure. §. fi. ff. de dol. mal. excep. Idem.

PRO. Quæcunque poſt litem conteſtatam contingunt, arbitrium iudicis deſiderant. l. quod ſi nolit. §. ſi mãcipium. ff. de ædil. edict. Idem.

PRO. Quædam permittuntur extra iudicia, quæ in iudiciis non permitterentur. l. ſeruum. & l. mutus. ff. de procur. Idem.

PRO. Quædam poſſum per me, quæ per alium non poſſum. l. po mortem. §. j. ff. de adop. l. ij. C. de his qui ven. æta. impet. auth. ad hæc. C de iud. l. pen. cùm auth. ſeq. C. de procur. l. at qui natura. § cùm me. ff. de neg. geſt. in §. ſed neque. in auth. de ſanct. epiſc. Idem.

PRO. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euicti. Idem.

PRO. Quem non honoro, non grauo. in l. ab eo. C. de fideic. l. ſed & ſi ſic. §. j. ff. de leg. ij. Bellon.

Querela inofficioſi teſtamenti, quando exheredatio eſt cum cauſa, eſt neceſſaria, licet ſecùs, quando exheredatio eſt facta ſine cauſa. Iaſo. in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. nu. 18. com. dicit. B. Villal.

PRO. Qui accuſat criminaliter, non poteſt conueniri ciuiliter. in l. j. §. fi. de iudic. Bellon.

PRO. Qui alij nocere exiſtimauit, ipſe ſuam ſentiat iacturam. vnde Ouidius, Diſcat in authorem pœna redire ſuũ. l. pen. in fi. C. de leg. Bell.

PRO. Qui alios cùm poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare oſtendit. c. ij. extrà de heret. Idem

PRO. Qui aliud dicit quàm vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult; neque id quod vult, quia id non loquitur. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Idem.

PRO. Qui cœpit actionem proponere, eandem tenetur perſequi, & finire. auth. qui ſemel. C. quomodo & quand. iud. Idem.

PRO. Qui declarat, nihil de nouo dat. l. heredes palam. §. ſed ſi quid poſt. ff. de teſta. Idem.

PRO. Qui dicit ſe heredem, in dubio intelligitur inſolidum. l. ſi defenſor. §. qui interrog. de interro. actio. Idem.

PRO. Qui diſſimulat iniuriam, callidiſſimus eſt. Prou. xij. glo. in l. j. ff. de dol. Idem.

PRO. Qui dolo dicit factum, probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. Idem.

PRO. Qui dolo deſiit poſsidere, vt poſſeſſor conuenitur. l. ſi autem. §. ſed & his qui. ff. de rei vend.

PRO. Qui donat, videtur perdere. l. filiusfami. ff. de donat. Idem.

PRO. Qui ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtẽtationem facit. c. fi. xliij. diſt. Idem.

PRO. Qui elegit viam contractus, non poteſt reaſſumere viam diſtractus & pœnitentiæ. l. cõmiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vẽd. Idẽ.

PRO. Qui eſt adhibitus actui, vt teſtis, non prędicat iuri ſuo. l. Titia. §. lucia titia. ff. de leg. ij. Idem.

PRO. Qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. l. & ſi amicis. vbi Bart. ff. ad leg. Iul. de adult. Idem.

PRO. Qui ex vico natus eſt, patriam intelligitur habere, cui reipubl. vicus ille ſubeſt. l. qui ex vico. ff. ad municip. Idem.

PRO. Qui facit artes mœchanicas, non poteſt eſſe nobilis. l. nobiliores. C. de comm. & merc. Idem.

PRO. Qui facit contra legem: non habet beneficium legis. in l. filio. § j. ff. de rit. nupt. Idem Bellonus.

PRO. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Io. viij. gl. in l. fi. §. pen. C. de ſent. paſſ. in c. ſecuti. ij. q. vij. Bellon.

PRO. Qui grauatur in vno, in alio debet releuari. Nam qui ſentit onus, debet ſentire commodum. & econtrà in l. eum qui. vbi glo. ff. de iureiuran. l. id quod. ff. de peric. & commo. rei vend. in §. cum autem. inſtit. de empt. & vend. in l. vnic. §. pro ſecundo. C. de ca. tollen. l. ſi non fuerint §. fi. ff. pro ſocio. l. manifeſtiſsimi. §. j. C. de furtis.

OBIEC. Contrà de §. fi. inſtit. de leg. pat. tut.

SOL. Ibi ſpeciale propter ſexum.

OBIEC. Prętereà contrà de l. qui proprio. §. procurator, vt in cęteris. ff. de procur. & l. qui negotia. ff. de negot. geſt. vbi quis ſentit damnum. & non econtrà commodum.

SOL. Illud contingit ibi propter culpam, vel delictum procuratoris, quòd ſcilicet teneatur, & non agat, ſecund. Paul. de Caſt. ibi.

PRO. Qui iam certus eſt, amplius certificari non debet. l. j. §. fi. ff. de act. empt. Idem.

PRO. Qui in vnum caſum pepigit, etiam in aliis ſibi prouidere non videtur. in l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matrim.

OBIEC. Sed contrà de l. ſi extraneus. ff. de condict. cauſa data & cauſa non ſecut.

SOL. Ibi non agit ex ſtipulatione, ſed agit condictione ob cauſam, ac ſi nulla ſtipulatio eſſet facta. Idem.

PRO. Qui in vno peccauit, factus eſt omnium reus. Iaco. ij. c. defleat. extrà, de regu. iur. Idem.

PRO. Qui in vtero eſt, habetur pro nato. l. qui in vtero. ff. de ſtat. hom. §. fi. inſtit. qui teſta. tuto. dar. poſſunt. Idem.

PRO. Qui male agit, odit lucem. Io. iij. l. j. §. tria lumina. ff. de ventre inſpi. in c. conſuluit. de offi. deleg. extra. Idem.

PRO. Qui mandat ſolui, ipſe ſoluere videtur. l. qui mãdat. ff. de ſolu.

PRO. Qui manifeſto facinori deſinit obuiare cum poteſt, conſentit. c. j. xvij. q. iij. Idem.

PRO. Qui morbo corporali laborant, à muneribus perſonalibus ſe excuſant. l. j. & ij C. qui morb. ſe excuſ. lib. x. Idem.

PRO. Qui negligenti amico rem cuſtodiẽdam tradidit, non ſibi, ſed

ſuæ

ſuæ facilitati id imputare debet.§.prætereà.inſtit.quib.mo.re contra. obligat. Idem.

PRO. Qui nimium emungit,eligit ſanguinem.Prouerb,iij. capi. denique.iiij.diſt. Idem.

PRO. Qui nomine eximuntur,etiam fructu carebunt.l.à nullo, C.de feriis. Idem.

PRO. Qui non conſentit,videtur contradicere. l, inuitum. ff. de ſer.vrb.præ.l.filiusfami.§.inuitus.ff.de procur. Idem.

PRO. Qui non eſt,ſed eſſe ſperatur, facit partem.l,ſi duobus, ff. de leg.j. Idem.

PRO. Qui non eſt idoneus ad officia ſeu beneficia , admitti non debet:quia debentur tantum idoneis.in l,cùm prætor, ff, de iudic.l. ad rem publicam.ff,de muner.& honor,l.ſpurij.§.minores.ff. de deci, ca, graue.& cap.referente.extrà de præbend, vnde clauſula ſemper ſubintelligitur in illis conferendis , ſi dignus vel idoneus ſit, in l. vt gradatim.§.j.ff,de mune,& hono.in c,cum adeo.extrà,de reſcrip, Idem,

PRO. Qui non eſt in culpa,non debet eſſe in pœna.l.ſi ideò.de his quib.vt indi.ca.cognoſcentes,extrà,de conſtit,ca.ſine culpa, de regu.iur.in vj. Idem.

PRO. Qui non facit quod etſi vellet facere, non poſſet, de iure culpari non debet.in l.j.§.fi.C.de annа.excep. Idem.

PRO. Qui non habet in ære,luat in corpore.l,j.§.fi.ff. de pœn.l. quicunque.C.de ſer.fugi.l.fi.ff.de in ius voc, Idem.

OBIEC. Contrà de l.interpretatione.ff,de pœn.vbi pœnæ molliendæ ſunt , non exaſperandæ. Hic autem grauior pœna imponitur, quia de pecuniaria tranſit in corporalem , quæ maior eſt pecuniaria, in l.in ſeruorum.ff,de pœn.

SOL. Hoc in vilibus perſonis non habet locum, vt l.hæ operæ, in fin.ff.de oper.lib. Idem,

PRO,Qui non impedit maleficium,quando ad eum ſpectat prohibere,ipſum perpetrare videtur.l,ij.ff,de nox.act. Idem.

PRO. Qui non laborat,non manducet.ij.Theſſ.l.iij. gloſſ. in l, quamuis.ff.de damno infect. Idem.

PRO Qui occaſionem damni dat,damnum dediſſe videtur.l. qui occidit.§.penul.ff,ad legem Aquil, Idem,

PRO. Qui omne dicit, nihil excludit. l, Iulianus,ff. de leg.iij. l.à procuratore.vbi not.C.mand.in can.ſi Romanorum.xix.diſt.

OBIEC. Contrà de l.qui habebat.ff,de leg. iij. vbi legatis omnibus prædiis non veniunt pignori obligata,contra d.l.Iulianus.vbi legato omni prædio non tantum pars quę eſt dominij noſtri, ſed etiam pars hypothecata legata cenſetur,

PRO. Pro ſol.huius contrarij,dic quòd in d,l,qui habebat, cum teſtator dixit,Prædia omnia quæcunque in Syria,habeo,do,lego,videtur legaſſe tantum prædia iure dominij , non autem quæ poſſidebat iure pignoris,quia licet verbum habeo,in legato poſitum poſsit compræhendere cauſam poſſ. ſsionis & proprietatis;vt l,ſtipulatio iſta.§. habere.ff.de verb.oblig.tamen in dubio à digniori denominari debet. l.j.ff.ſi ager,vel emphy.pet.& ſic à dominio non à poſſeſsione pignoris.Vel dic,quòd dictio omnia,facit vt compræhendantur omnia,quæ poſſunt compræhendi de natura ſermonis : ſed prædia obligata non poſſunt compræhendi ex natura ſermonis.l.ſeruos.de leg.iij. Idem,

PRO. Qui peccat,contra legis auctoritatem peccat.can,qui peccat.xxiij.q.iiij. Idem,

PRO. Qui per alium facit,per ſeipſum facere videtur, Et poteſt quis per alium,quod poſſet facere per ſeipſum.l,ita autem.in §. geſſiſſe.ff.de admi.tuto.in d.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma,in ca.mulieres. §.j.de ſent.excom.in vj. Idem.

OBIEC. Contrà de l.j.§.in alienis.C.de theſ.lib.x,vbi non poteſt quis facere per alium,quod poſſet facere per ſeipſum,

SOL. Ibi fallit ratione perſonæ, cui hoc non cõuenit ſuo nomine.

OBIEC, Item contrà de l.cùm fundum.§.quæſitum.ff. de vi & vi arma. vbi poſſum expellere violenter poſſeſſorem per me , & non per procuratorem,

SOL. Ibi patet,quia erat illicitum mandatum, Idem,

PRO. Qui per ignorantiam iuris patitur alium vti re ſibi debita,non cadit à credito.l,quæ fideicommiſſum.ff.de leg.ij.

PRO.Qui per ſe capere non poteſt,etiam per alium capere non poterit.l.neque per ſe,C,de her.inſtit. Idem.

PRO. Qui percuſſerit clericum , excommunicationi ſubiaceat, c.ſi quis ſuadente Diabolo,xvij,q.iiij. Idem.

PRO. Qui perdit principale,perdit & acceſſorium.l. Labeo.ff, quemad.ſer.amit. Idem,

PRO, Qui prior appellat,prior agat.l.qui prior,ff. de iud. Idem,

PRO. Qui prohibetur à iudice emere , prohibetur & in pignus accipere.in l.in quorum finibus.ff.de pignor. Idem,

OBIEC, Contrà de l.j.§.eam rem.ff.quæ res pigno.obliga,poſſ. vel non. Idem,

SOL, Ibi prohibetur à lege,hic à iudice.

PRO. Qui prohibetur alienare,non prohibetur donare, ſi ſorori donatio fiat,quòd nota,quia quotidianum,in l.voluntas. C, de fideicommiſſ, Idem Bellon,

PRO. Qui reſiſtit poteſtati,ordinationi Dei reſiſtit.Rom.xiij.c. qui reſiſtit.xj.q.iij,

PRO. Qui ſe ingerit,ſuſpectus eſt.l.quæ omnia,ff.de proc. Idem.

PRO. Qui ſemel calumniatus eſt,præſumitur adhuc velle calumniari,l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſ.quia qui ſemel malus,&c.reg.qui ſemel malus.de regu.iur.in vj, Idem.

PRO. Qui ſemel eſt heres,non poteſt deſinere eſſe heres.in lege, & ſi ſine.§.ſed quod Papinianus,ff,de min.l.ei qui ſoluendo.ff.de here, inſtit. Idem,

PRO.Qui ſeruit altari,de altari viuere debet,j.Corint.ix,ca. cum ſecundum apoſt.extr.de præben.in antiq. Idem.

PRO.Qui ſibi non parcit,multominus alij parcet.in l.fi.ff.de bon, eorum qui ante ſenten.mort.ſibi conſc, Idem.

PRO. Qui ſubtiliter factum emendat,laudabilior eſt eo qui primus adinuenit.l.j.§.ſed neque.C.de veteri iure enucle. Idem.

PRO. Qui tacet,conſentire videtur.l.item quæritur,§.qui impleto.ff.loca.l.ij.§.voluntatem.ff.ſol.mat.

OBIEC. Contrà de l.filiusfami.§.inuitus. ff.de procurat. & l. nam ita.ff.de adoptio,& l.qui vas.§.vetare.ff.de furt.vbi qui non conſentit & ſic tacet,diſſentire videtur,

SOL. Tacens habetur pro conſentiente in his quæ pertinent ad vtilitatem ſuam & commodum: in his autem quæ pertinent ad præiudicium ſuum,tacens non habetur pro conſentiente,ſed diſſentiente, vt in contrariis.

PRO. Qui tacet quò ad ſuum incommodum, negare videtur. in l.de ætate.§.qui tacuit. ff.de interro.actio. Idem.

PRO. Qui tacet verum,committere videtur falſum.l. paulus.& l, qui teſtamentum.ff.ad leg.Cor.de fal.in authen.presbyteri.de epiſc.& cler.in canon.quiſquis.xj.q. iij.ca.j.ext.de cri.fal. Idem,

PRO.Qui tenetur ad dandum,dare præciſè compellitur.l.vbi autem non apparet.§.fi.ff.de verb.oblig. Idem.

PRO. Qui tenetur ad pretium rei, re perempta liberatur. l. quidam.§.ſi tibi,de leg.j. Idem.

PRO. Qui tetigit auriculam , totum corpus videtur tetigiſſe. l. vulgaris quæſtio.ff.de furt. Idem.

PRO. Qui videt vtilius,& legit deteriora,abſit ei radius luminis abſque mora.not.in §.ceterum,inſtit.quod cum eo qui in alien.poteſt eſt neg.geſt.eſſe dica. Idem.

PRO. Qui vnum excludit,aliud includere videtur.l.qui accuſare. ff.de accuſ.l. cùm prætor.ff.de iudic.ca.nónne benedicimus , extrà de præſump.& econtrà,qui de vno dicit,de alio negare videtur. in l. maritus.C, de procu.& l.j.C.ad leg.Iul.de adult. Idem.

PRO. Qui vno teſticulo natus eſt,iure militabit.l.qui vno teſticulo.ff,de re milit, Idem.

PRO. Qui voluntatem mutatam dicit,probare debet,l.eum qui. ff.de proba. Idem.

PRO. Quicunque primatum deſiderat in terra, inueniet confuſionem in cœlo.in ca.multi.xl.diſt. Idem.

PRO. Quicunque vult Deum inſtituere, & non filium, quærat alium pro conſilio,non Auguſtinum.in can.ſi.xvij.q.iiij. Idem.

PRO. Quilibet doli capax,tenetur ſaltem ſemel in anno, confiteri proprio ſacerdoti,vel alteri de eius licentia,& Euchariſtiæ ſacramentum ad minus in Paſcha recipere. ca. omnis vtriuſque ſexus, de pœni,& remiſſio.extrà. Idem,

PRO, Quilibet poteſt renuntiare iuri pro ſe introducto. l. ſi quis in conſcribendo.C.de pact.& l.ſi iudex.ff.de mino, Idem.

PRO. Quilibet prima facie præſumitur idoneus, niſi probetur contrarium.ca.dudum,de præſump.extra. Idem,

PRO. Quis non debet admitti vt talis,niſi probet ſe eſſe talem,l. non ignorat.C.qui accuſ.non poſſ. Idem,

PRO. Quiſque præſumitur ſcire facultates ſui patrimonij,l.quiſquis.C.de reſc.ven,auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.

OBIEC. Contrà de §.in fraudem.inſtit. quib.ex cauſ. man. non licet.vbi ſæpè ampliùs de facultatibus noſtris ſperamus, quã in his eſt.

SOL. Contrarium procedit in vltimis voluntatibus.Ratio eſt in l.hac conſultiſsima.§.at cum humana fragilitas,C.qui teſta.face. poſſ, vel non.niſi contrarium aliqua ſuadeat qualitas , vt quia teſtator prohibuit detrahi Falcidiam,dicta authen.ſed cum teſtator.cum glo, Noſtra autem regula procedit in contractibus inter viuos in rebus immobilibus ſeu mobilibus, & præſentibus , quæ peruenerunt ab antiquo,aliàs ſecùs. Idem.

PRO. Quid permittitur publicè,quod priuatim non permitteretur.l.j.ff.de polli.l.in tantum.§.vniuerſitatis.& inſtit,de rerum diui.& l, non exiſtimo.ff.de admi,tut. Idem.

PRO. Quicquid acquirit filius,acquirit patri,& ſeruus domino.l. placet.ff.de acquir.hered. Idem,

PRO. Quicquid acquirit monachus,acquirit monaſterio. in authen.ingreſsi,C,de ſacroſan.eccleſiis. Idem.

PRO Quicquid sorti accedit, vſura eſt. c. plerique. xiiij. q. iij.

PRO. Quinque ſunt ſenſus corporis, & vnuſquiſque habet perfectam cognitionem ſecundum ſubiectum materiam. gloſſ. in l. quod meo §. ſi venditorem. ff. de acquir. poſſeſſ. Idem.

Quingenti ſolidi quorum mentio fit in l. penult. §. fin. C. de donat. faciunt hodie ſummam ſeptingentorum ſcutorum. Hāc communem dicit in §. donatio. q. xv. Addit etiam Decnam in reg. cxxiiij. limi. xix. in fin. dicere, quod hodie valeant vltra mille aureos. I. Fich, ex Cla.

Quinquennalis dilatio debitori conceſſa, ſiquidem ab eo præſtetur fideiuſſio, valet effectualiter, & confirmatur per ſatiſdationem ſubſequentem, communem dicit Bald. in l. vniuerſa. C. de precib. Imp. offer. refert & ſequitur Matth. de Afflict. deci. ccclxxviij. in prin. I Fich.

PRO. Quod ab initio nullum eſt, tractu temporis conualeſcere non poteſt. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. reg. quod ab initio. de reg. iur. & ibi vide. Bellon.

PRO. Quod accedit fundo, venit in obligationem, l. ſi fundus. ff. de pignor. Idem.

PRO. Quod approbo, non reprobo. in l. Pomponius. ff. de nego. geſt. in l. generaliter. C. de non numer. pecu. §. ſemel autem. inſtit. quib. ex cauſ. man. non licet. in can. horrendus. xxxij. q. v. & can. dilectiſſimi. vi j. q. j. cap. per tuas. extrà, de probat. ca. de illis. extrà, de deſponſa. impuber. cap. nulli. de electio. in vj.

OBIEC. Oppono primò de medico, qui ſemel probatur reprobari poteſt. l. ſed & reprobari. ff. de excuſa tuto. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de munerib. & honorib. Secundò de grammatico & oratore, vt in l. grammaticos. C de profeſſ. & med. lib. x.

SOL. In medico eſt ſpeciale propter publicam hominum ſanitatem: grammatici autem & oratores reprobari poſſunt, quamuis ſemel probati. vbi ſubeſt cauſa, vt propter inſufficientiam: ex cauſis enim poſtea emergentibus probatus reprobari poteſt. d. ca. nulli, de elect. Bellon.

PRO. Quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopire debet. l. vnic. in prin. C. de cadu. toll. Bellon.

PRO. Quod commune eſt, meum eſt. l. ſerui electione. §. fin. ff. de lega. j. l. illud. ff. de ritu nupt. l. ij ff. de condi. inſtit. l. ſi pupilli. §. ſi quis ita. ff. de neg. geſt. l. j. §. domini. ff. ad ſena. Syl.

OBIEC. Contrà de l. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & can. Apoſtolus. §. qui manumittitur. x j. q. ij. vbi res quæ eſt pluribus communis, non eſt propria ſingulorum.

SOL. Ibi de re vniuerſitatis, quæ non eſt propria ſingulorum, §. vniuerſitatis. Inſtit. de rer. diui. Hic in re communi.

OBIEC. Contrà de communi nullus poteſt dicere, hoc meum eſt, tex. in can. nulli. xij. q. j.

SOL. Dicendum, quòd ibi falſum dicit, vt ibi glo. Vel ſol. quod commune eſt, meum non eſt in totum, ſed pro parte, vt hic. Bellon.

PRO. Quod contra rationem iuris introductum eſt, non eſt trahendum ad conſequentiam. l. quod contra. ff. de leg. Bellon.

PRO. Quod Differtur, non aufertur. l. quoties. C. de precibus Imper. offer. can. ancillam. xxxij. q. ij. can. nemo. de pœn. diſt. iij. Bellon.

PRO. Quod ex re obligata ſupereſt, obligatum eſt. l. domo. ff. de pign. act. Idem.

PRO. Quod fauore aliquorum introductum eſt, in eorum læſionem retorqueri non debet. l. quod fauore. C. de le. c. quod ob gratiam. de reg. iur. in vj.

OB. Contrà de l. j. ff. quod quiſque iur. vbi qui iniquum aduerſus aliquem ius obtinuit, eodem iure vti cogitur; & ſic in eius fauorem introductum, in eius incommodum retorquetur.

SOL. Vbi illud procedit, quando ad poſtulationem fuit conceſſum. l. iij. ff. eod. titu. hic non.

OB. Itē cōtra de §. neque. Inſtit. de autho. tutor. vbi licet ſit lucroſa hereditas: tamē pupillus eā adire nō poteſt ſine tutoris authoritate.

SO. Ibi ideo illud ſtatuitur: quia etiam damnum poterat ibi eſſe in vexando, ne ſcilicet litibus & ſumptibus vexaretur. l. minoribus. ff. de minoribus, quam rationem ſequitur Bartol. in l. potuit. C. de iur. delib. item obligaretur creditoribus hereditariis. Vel dic, quòd licet appareat lucroſa, tamen frequenter eſt oneroſa. l. ſi hereditatem. ff. mand. Idem.

PRO. Quod fit contemplatione alicuius, ab eo factum videtur. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. ſubſtitut. l. cum aliquis. C. de iur. delibe. l. profectitia. ff. de iur. dot.

PRO. Quod fit per legem, poteſt fieri per pactum. l. non impoſſibile, & ibi Bar. not. ff. de pact. Idem.

PRO. Quod gratis accepiſtis, gratis date. Matt. 10. c. quicquid. j. quæſt. j. Idem.

PRO. Quod humani iuris eſſe deſiit, ſeruitutem non recipit. l. cauſi. ff. communia prædio. Idem.

PRO. Quod in diem promiſſum eſt, vel ſtatim dari poteſt. l. quod in diem. ff. de ſolut. Idem.

PRO. Quod in genere debetur, incertum eſt. l. cum incertus. ff. de leg j. Idem.

PRO. Quod in pœnam alicuius introductum eſt, in eius commodum conuerti non debet. c. & ſi neceſſe. extrà de don. inter vir. & vxorem. Idem.

PRO. Quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. l. Manichæos. C. de hæret. Idem.

PRO. Quod maior pars facit, omnes facere videntur. in l. quod maior. ff. ad muni. l. & ſui iur. §. ſi cum l. maiorem. ff. de pact. l. fi. C. qui bon. ced. poſ. vbi maiori parti ſtandum eſt. & c. j. extr. de his, quæ fiunt à maiori part. cap. Idem.

PRO. Quod meum eſt vſucapere non poſſum. l. ſequitur. §. lana. ff. de vſucapio. Idem.

PRO. Quod meo nomine poſsideo, poſſum & alieno nomine poſsidere. l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſſ. Idem.

PRO. Quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè gentes obſeruatur. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Idem.

PRO. Quod negat natura, lex non audet. l. ij. §. j. ff. de vſuf. earum rerum quæ vſu conſum. Idem.

PRO. Quod nō capit Chriſtus, capit fiſcus. c. maiores xvj. q. vij. Idē.

PRO. Quod non eſt conceſſum, intelligitur prohibitum. l. iij. ff. de coll. illi. l. filiusfam. l. ff. de dona. l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſ. l. j. ait prætor. ff. de poſtu. c. ij. de tranſ. epiſ. Idem.

PRO. Quod non fit per hominem, reputatur à lege. l. ſi ea lege. C. ſi man. ita fuer. aliena. Idem.

PRO. Quod non inuenio prohibitum, videtur permiſſum. l. necnon. ff. ex quib. cauſ. mai. l. mutui. ff. de proc. c. j. de procur. in vj.

OB. Contrà de l. iij. §. j ff. de colle. illi. vbi collegia contra leges dicuntur coire, niſi ex authoritate principis vel iuris celebrentur.

SOL. Ibi ideo, quia illicita ſunt. l. j ff. eod. tit. hic verò quia licita, ideo hæc conceduntur, illa prohibentur. Idem.

PRO. Quod non licet maioribus, licet minoribus. non econtra. l. obſeruandum. ff. de ritu nuptiar. Idem.

PRO. Quod non poſſum per me, poſſum per alium. l. ſi communem. ff. quemadmodum ſer. amit. l. Imperator. ij. ff. de ſtat. homin. l. Ariſto. ff. quæ res pigno. oblig. poſſ. & vide pulchram gloſſ. fin. in c. j. de iur. patr. in vj. vide textum in c. fin. ne cler. vel mona. ſecul. neg. ſe immiſ. & econtra, quod poſſum per me, poſſum per alium. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de neg. geſt. vbi gloſſ. & l. ij. ff. de ad. rerum ad ciuit. perti. c. poteſt quis. de reg. iur. in vj. Idem.

PRO. Quod nullius eſt, primo occupanti conceditur. l. quod enim nullius. ff. de acquir. rerum domi. Idem.

PRO. Quod nullum eſt rumpi non poteſt. l. ſi quis ſub conditione. §. rumpendo. ff. de iniuſt. rup. irritóue facto teſtam. Idem.

PRO. Quod omiſſum eſt legibus, religione iudicantium ſuppleri debet in l. quæſitum. ff. de teſtib. Idem.

PRO. Quod omnes tangit, ab omnibus approbetur, in l. fin. C. de auth. præſt. Idem.

PRO. Quod operatur diminutio, quantum ad augmentum: operatur diminutio, quātum ad diminutionē. l. ſi ex toto. ff. de leg. j. Idem.

PRO. Quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito. §. fi. ff. de le. iij. Idem.

PRO. Quod poſſum per me, poſſum per alium. l. ſi mihi. §. regula. ff. de leg. j. Idem.

PRO. Quod primum eſt, aliud ante ſe habere non poteſt. in procœ. ff. omnium. §. in reliqua. Idem.

PRO. Quod principi placuit, legis habet vigorem. l. j. ff. de conſtit. prin. §. ſed & quod principi. Inſtit. de iur. natu. gent. & ciuil.

PRO. Quod prohibetur initiari, poteſt poſtea impedimento ceſſante confirmari, accedēte conſenſu nouo. l. & ſi cōtra. C. de nupt. Idē.

PRO. Quod remittitur à iure non eſt neceſſe remitti à iudice. l. quę ſub conditione, in fi. ff. de cond. inſtit. Idem.

PRO. Quod ſemel conſecratum eſt, ad humanos vſus transferre non decet. c. mancip. extrà, de rerum permut. Idem.

PRO. Quod ſemel emiſſum eſt, manet irreuocabile verbum, ca. fin. xliij. diſtinct. Idem.

PRO. Quod ſemel ordo decreuit, id reſcindi non debet. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordine facien. Idem.

PRO. Quod ſemel meum eſt, amplius meum fieri non poteſt. l. cum res. & l. ſi mater. C. de contrahent. empt. l. & an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iudic. in §. ſed & ſi rem. Inſtit. de leg. & §. ſic itaque diſcretis. Inſtit. de actio. Idem.

PRO. Quod ſi teſtamenti facti tempore deceſsiſſet teſtator inutile foret, id legatum, quandocunque deceſſerit, non valebit. l. j. ff. de reg. Cato. Idem.

PRO. Quod vna via prohibetur, alia permitti non debet. l. ſcire oportet. § ſi mater. ff. de tut. & cura. l. quæ ſub conditione. §. ſi quis. ff. ſed cond. inſtit. Idem.

PRO. Quodlibet prædium præſumitur liberum, niſi contrarium probetur. l. altius. vbi ſcrib. C. de ſeruit. & aqu. Idem.

PRO. Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem. Teſta diu.

&. Quod

& Quod noua teſta capit,inueterata ſapit.not.glo.in cap. quibuſdam prima quæſtione prima,& cap,cum in iuuentnte.extra de præſump.

PRO.Quæ res pluris eſt, vtique tanti eſt. l.cum furti. ff.de in lit.iurand. Bellon.

Quorum bonorum interdictum vtiliter etiam ad ſucceſſores iuris ciuilis pertinet,communiter ab omnibus teneri dicit Salicet.in rub. cap.eo.titu. I.Fichard.

PRO.Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet. Matthæ. 19. in in can.an quod in ſubditos.xxxiij.q.ij. Bellon.

PRO.Quot capita,tot ſenſus varij. quot, in orbe colores, belua multorum es capitum l.quia poterat.ff.ad Treb.ſen.

PRO,Quotidiana ſunt plenius pertractanda.l. lega.ff.de lib.leg.

PRO,Quoties aliquid pro forma requiritur,non ſufficit illud per æquipollens adimpleri.in l.qui per ſalutem,de iureiur.ff.

PRO.Quoties deficit actio,vel exceptio,vtilis actio vel exceptio danda eſt.l.quoties.ff.de præſcri.verb.

PRO.Quoties lex nouam obligationem introducit, niſi expreſsè caueatur,quòd ea ſola actione vtamur,etiam veteres eo nomine actiones competere certum eſt,l,quoties.ff.de actio.& obli.

PRO.Quoties plures leges concurrunt ad vnum effectum, ſi ceſſat vna remanet virtus alterius, in l. ſi non lex Elia Sentia. ff. de hered.inſtit. Bellon.

PRO.Quoties plures qualitates,aut plura iura in eandem perſonam concurrunt,perinde eſt,ac ſi in diuerſorum perſonis eſſent,& loco plurium perſonarum habentur.in l.tutorem,ff.de his, quib. vt indig.l.ſi conſul.ff.de adop.l.ij.ff.de offi.præt.

OB.Contrà de l.ſi plures,ff.de pact.vbi duorum vicem ſuſtinere quis non poteſt.

SO.Ibi habetur reſpectus ad perſonam,& tunc eſt impoſſibile quẽ ſuſtinere vicem plurium,ſecus ſi habetur reſpectus ad perſonam ratione officij vt hic. Bel.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARUM RECEPTARUM.

## *LIBER DECIMVSSEXTVS.*

### R

RAptor honeſtæ mulieris punitur,pœna capitali,& in flagranti crimine deprehenſus poteſt à coniunctis perſonis impunè occidi.l.vnic.C.de raptu virgi.& hoc procedit,quando raptor carnaliter cognouiſſet mulierem raptam,vel rapuiſſet libidinis cauſa,ſecundum Deci.conſi. ccxxxiiij. numer. 8, Marſy.in d.l.j.nu.245,& iſta eſt magis communis opinio teſte Boërio deciſio.cccvj.nume.4.& Moder.in allegata.l, j.Sed prædicta non habent locum in Meretrice rapta, tunc quippe non ſortitur effectum dicta pœna capitis ſecundum Doct.in l.raptores.C.de epiſcop.& cleri.& in d.l.j.quia leges abhorrent vitam inhoneſtam mulierum,& quæ ſint Meretrices vide Alex.latè declarantem conſi.xcix.viſa inquiſitione contra Arram lib.vj.vbi ait eam eſſe Meretricem,quæ licet non proſtituat ſe publicè in lupanari,tamen alibi & in quacunque domo pudori ſuo non parcit,& quemcunque cauſa quæſtus admitrit. F.Viuius.

Rari ſunt qui philoſophantur.in l.ſed & reprobari.ff.de excuſ.tut. Bellon.

Ratificatio non poteſt fieri in præiudicium tertij. Cur.Iuni. conſil, lxxvj.nu.6,& Deci.conſi.ccxlvij.nu.5.commu.dicunt.

Fallit in emptione rei alienæ facta cum bona fide,ſi res pereat,poteſt dominus rei ratificare, cum damno emptoris. l. lj.titu.v.par.vj, B.Villal.

Ratificatio debet fieri illo tempore,quo actus principalis debet fieri,& ſic tempore habili ad hoc quod valeat,Anto,Gome, in l,xlv.Tau. nu.53.communem dicit. Idem.

PRO.Ratihabitio retrotrahitur.l.licet.ff,de iud. l. fina, C. ad Maced. Bellon.

PRO.Ratio eſt anima legis.l,cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.ij. l.j.C.quæ ſit long.conſ.vbi gl,in cap,erit autem lex.iiij.diſtinct,c.conſuetudo.j.diſtin. Idem.

PRO.Ratio legis durat,licet ius ciuile deſtruatur.glo.in c,nouit,extra de iudi. Idem.

PRO.Ratio vel reſponſio quæ eſt eadem cum dicto,non valet. l, qui interrogatus. ff, de pet.here. gloſſ, in l. fi. ff. de offi,procon.Cæſ, Idem.

PRO.Ratione dubitationis fit quod aliàs non fieret.l.j.§. Sed ſi dubitetur.& l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.l.hereditarij.ff. de quæſt. l. de iure.ff.ad mun.l.itẽ Mela.§.j.ff.ad l.Aquil.l.ordinata.§.fin.ff.de lib. cauſ. & l.lite,C.eod.tit. Idem.

Quando in ſtatuto non poteſt niſi vnica Ratio aſſignari,illa habetur pro expreſſa,& ab ea arguere licet.Eſt com,opi.ſecun. Dec. conſi.cccxxxiij. licet propoſiti mei.verſi,iiij.& vlt. & verſic. prætereа.ſecun.commu. M.Gribal.

Ratio finalis ſtatuti,excludentis fœminas,& deſcendentes ab eis, videtur eſſe propter fauorem agnationis,vt bona conſeruentur in familia & familiæ dignitas conſeruetur.Eſt commu.opin. ſecun. Deci. conſi,ccclxxij.viſis & diligenter.circa fi. verſi. tamen ſecun. commu. Idem.

Ratio vnica ſtatuti habetur pro expreſſa.Curt.Iuni.conſi. clxx. nu. 6,communem dicit. Villal.

Rationum librum mercator tenetur edere ad fundandam intentionem actoris.Ioan.à Ripa in l.j.C.de edendo.nume 8.communem dicit.Et intelligit in mercatoribus matriculatis & iuratis qui dicuntur ſuccedere in locum argentariorum. B,Villal.

Raſura,vel vitium ſcripturæ circa ſubſtantialia inſtrumenti, vitiat inſtrumentum,in aliis autem vitiat ſolum caſum,in quo eſt raſura.Anto.Gome.in l.xlv.tau.nu.145.communem dicit,ex gl.in l.fin.C.de edi, diui Adri.& Doct.in c.fraternitatis de hæretici. Idem.

Nota,quòd ſi raſura,vel cancellatio eſt correcta per notarium conſtruentem ſcripturam,non vitiat inſtrumentum raſura vt tenet Bar, in d. l. fina, tamen iſta correctio debet eſſe in dicta ſcriptura, & ſub eius ſigno,& non ſufficit,quòd fiat in margine.Idem Gome. ibi. numer.146.magis communem dicit ex Bal.in l.ſi vnus.C.de teſtament, B.Villal.

PRO.Ream linguam,non facit niſi rea mẽs.can.homines.xxij.q.ij.

PRO.Reatus omnem honorem excludit,l.j,C.vbi ſenat.vel clariſſ. Idem.

PRO.Recipiendo ſortem tacitè videtur remitti pœna.in l.ſi poſt moram.ff.de eo quod cer.loco. Idem.

OBIEC. Contrà de l. cum ſtipulati ſumus. ff. de verb. obl. & l.j. C.de iud.

SOL.Dic quòd creditor petendo in iudicio ſortem principalem, non præiudicat ſibi in vſuris intereſſe,damnis,nec aliis acceſſoriis,vt ibi.ſecus videtur in receptione ſolutionis:quia recipiẽdo ſortem ſimpliciter,ſibi præiudicat in iſtis acceſſoriis,vt hic & l.ij ff.ſi quis caut.

OBIEC.Ad idem contrà de l.& elegãter.§.non ſolum.& ibi not, ff.de dol.vbi recipiẽdo rem non videtur remittere intereſſe.

SOL. Ibi,quia erat ex diuerſis cauſis debitor.vt ibi gl. Bellon.

Reciproca donatio non dicitur propriè donatio.Com.in §.D. q. ij, ver.item quæro. P.Fich.ex.Clu.

Reciproca donatio non eget inſinuatione,com,in §.D.q. xvj. verſi, Sed nunquid, Idem.

Recognitio feudi per errorem facta non nocet poſteris, Com, Clar.in §.F.q.xx.ver.Sed pone.Idem eſt,ſi recognitio aliter fiat quàm more ſolito vel debito,vt ibid.quod intellige de feudo antiquo, vbi vaſallus defũctus nõ poteſt præiudicare vocatis ex tenore inueſtituræ, P.Fich.

Quando reus vult reconuenire actorem,non incontinenti,ſed in futurum,procurator actoris tenetur ſatiſdare quòd in cauſa futura defendet dominum in cauſa reconuentionis,& hoc procedit, quando reus non habet iura ſua in promptu,quibus poſſit de præſenti reconuenire procuratorem,tunc debet ei ſatiſdari ſecus,ſi poſſet reconuenire de præſenti,& nollet,Eſt cõ.opi.ſec.Iaſ,in l.actionẽ,C.de procur, M.Gribal.

Reconuentio poſt litem conteſtatam fieri non poteſt.Eſt cõ. opin, ſecun.Feli.in c,j.in princip.de mut.petit. Idem Gribal.

Reconuentioni non eſt locus,quo ad effectum ſimultanei proceſſus aliquo pacto,quando vna cauſa reperitur ſummaria, altera verò plenaria,vt per Inno,& communiter Canoniſtas omnes in c.j.de mu. peti.& Legiſtas in auch.& conſequenter.C,de ſenten.& Angel. in l. ſed & hæc.§.non ſolùm.ff.de procura.in quibus locis plerique ſcribẽ, aſſeuerant iſtam eſſe communem opin.Doct.vtriuſque cenſuræ. Aduerte autèm, quòd quoad effectus ſimultanei proceſſus reconuentio ipſa fieri debet ante litem conteſtatam,ſecundum præfatos Docto ſecùs autem quo ad effectum prorogationis Iudicis,quia vſque ad ſententiam fieri poteſt reconuentio coram eo.c,diſpendioſa.c.reus quoque,& ibi,Io,And.de reſcrip,li.vj.& in d.c.j. F.Viuius.

Reconuentio non fit coram Iudice delegato electo de conſenſu partium,Gome,in c.diſpendia.de reſcript,nu,33,lib. vj. cõmunem dicit, B.Villal.

Contrarium deciditur per l.xx.tit,iiij.parte iij.

Rector vniuerſitatis non poteſt eligi niſi ſit clericus,Socin.in c.j.de foro compe.decla.xiiij.nu.17,communem dicit, Idem.

Dubia etſi quæſtio ſit,An rector, vel prælatus de rebus Eccleſiæ ſignãter,quæ abſque capituli cõſenſu,& tractatu, ac ſuperioris auctoritate alienari non poſſunt,compromiſſum de iure,& in arbitrium,ſine

conſenſu capituli & ſuperioris auctoritate, facere poſsit, vt vide licet in c. cum tempore de arb. vbi videtur negatiua, quam nonnulli ſecuti ſunt, pro quibus facit quod voluit glo. fin. & ibi Hoſti. in ſumma, in tit. de arb. §. de qua re ver. quid de clerico. vbi indiſtinctè concludit, clericum ſuper rebus Eccleſiæ ſuæ, quas per ſe liberè alienare non valet, compromiſſum facere non poſſe, licet ſecùs ſit de propriis rebus, eas (vt inquit,) ratione, quia in re propria quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. Alij verò, quos Inno. in d. c. cum tempore comminiſcitur, contrariū voluerunt. Magis tamen communis & receptior illorum eſt ſententia qui negatiuam aſſumpſere, illámque tuentur, cum quibus fuit Anto. de But. & Imo. in d. c. cum tempore. quo in loco idem Imo. ſcribit, quòd licet ſuper propriis rebus, & fructibus præteritis huiuſcemodi perſonę compromittere abſque capituli conſenſu, loquendo de prælato, & ſine ſuperioris auctoritate poſsint, ſuper fructibus tamen futuris, & iuribus Eccleſiæ, ſecus eſſe: & alij quamplurimi, quos Socin. qui hanc magis com. affirmat, refert conſilio xviij. proſequendo, lib. j. ſequuntur, cum quibus fuit Ab. in d. cum tempore. vt ibi videre licet. F. Turz.

P R O. Recurrendum eſt ad vulgarem interpretationē. in l. annicu lus. ff. de verb. ſig. in c. ex literis. extra de ſponſ. & matr. Bellon.

Recuſatio ita ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, ſicut appellatio, Ant. de Trem. in addi. ad Bona. in rub. de recuſa. in fi. magis communem dicit. Villal.

Recuſatione propoſita, ſi Iudex actis ante recuſationem propoſitā procedit ad ſententiam definitiuam, licet dicatur nulla Iudex recuſationis, vel appellationis poteſt dictam ſententiam confirmare Philip. Franc. in addi. ad Ioan. Monachum. in c. Iudex, de offic. deleg. li. vj. nume. 3. communem dicit ex Imol. & Ioan. And. in c. j. de confir. vti. vel inuti. & Alex. in conſi. lxvij. vol. vj. Idem.

Reditus annui, (non perpetui,) inter mobilia cenſentur, communior eſt, vt apparet ex allegatis per Nicol. Boër. conſi. iij. nu. 7. Quæ tamen ſanè intelligenda ſunt, nempè de reditibus ad modicum tēpus, vt pote ad quatuor. aut quinque annos (ita loquitur Boërius) duraturis. Non ergo ex hac communi ſequitur, Cenſus Redemibiles, ob id quod quouis anno redimi poſsint, ipſos quoque inter mobilia cōputandos eſſe. Etſi enim poſſibile ſit, vt vel altero vel ſecundo anno redimantur: tamen perinde poſsibile eſt, vt etiam centum annis non redimantur (cuius multa extant exempla.) cùm tamen redimendi facultas quandocunque competat, ſi inſtrumento venditionis (prout in talibus redemibilibus Cenſibus vel penſionibus eſt moris) appoſita fuerit. Cùm ergo tempus redemptioni non certum, ſed planè incertum adeoque indefinitum fuerit appoſitum, talis Cenſus perpetuum, l. iuris peritos. vbi notat ff. de excuſ. tuto. Sufficit igitur incertum eſſe. ſit ne futurum aliquid, an non, vt perpetuum in dubio cenſeatur, ita ſcribit Tiraq. lib. ij. De Retract. §. ij. glo. j. nu. 39. per l. ſufficit. & ibi Iac. in ij. not. ff. de condict. indeb. Et ſubiungit: Ex qua omnes illud vbique aſſumūt, dubia & incerta interpretari præſumíque perpetua, &c. cum multis ibi allega. Et firmat idem Tiraq. in eo. Tracta. lib. j. glo. xiiij. nu. 120. I. Fich.

Reductio ad arbitrium boni viri in laudo poteſt peti vſque ad triginta annos. Præpo. in cap. à Iudicibus, ij. q. ix. & Balbus Trata. de præſcript. in iiij. par. iiij. princ. q. xxxiij. communem dicunt, Nota tamē verbum Nunij in alpha. hiſpano. de leg. re. in litera in verbo *alvedriadores*, quod l. fin. titulo parte. iij. quæ diſponit quòd à ſententia arbitri eſt appellandum in x. dies habet locum in arbitris, & not. Salic. in arbitratoribus, quod nota, & vide illum. B. Villal.

Reductio ad arbitrium boni viri, eſt petenda, vel appellatio eſt proponenda eorum Iudice illius, contra quem ſententia arbitri, vel vel arbitratoris eſt pro lata, Alex. conſi. cxxxj. vol. ij. quem refert Coua. in reſo. lib. ij. cap. xij. in princ. communem dicit, & hanc communem limitat Panor. in c. Quintauallis. de iureiurand. quando ex forma ſtatuti, ſententia arbitri, vel arbitratoris poteſt mandari executioni, quæ opinio facit multum ad intelli. l. vlt. ordin. de madrid. & l. viij. de anno. 1539. & in compilatione noua titu. iiij. lib. iij. l. j. ordin. ſed tamē contra opinio. Panorm. tenet Pau. in l. ij. C. vbi & apud quem, & alij quos refert. d. Coua. in d. cap. xij. in verbo, primo, etenim, quem vide quia ipſe contra opin. Panor. ſe reſoluit de iure regio per. l. xxiij. titu. iiij. eſt ſublata hęc controuerſia, quia diſponitur, quòd per Iudicem ordinarij vbi ſententia eſt prolata, tractetur de reductione, ibi *de los Iuezes del tal lugar do acaeciere*. Et ad hoc notat illam l. Nunius de exequen. mand. regul. c. j. nu. 19. Idem.

Nota, quòd à ſententia Iudicis reductionis, vel appellationis non eſt appellandum, ſecundum Barto. in l. ſecunda. C. vbi, & apud quos, quam magis commu. dicit Carol. Moli. in addit. ad Alexand. conſi. cvj. vol. iij. contrariam, imò quòd poſsit appellari, comm. dicit Deci. in l. j. ff. de regul. iuris, & Philip. Franc. in rubr. de reg. iur. lib. vj. numer. 17. Et hanc magis comm. dicit Alex. in d. conſi. cvj. & hanc vltimam dicit veriorem de iure. Coua. in reſo. lib. c. xij. nu. 5. verſi. j. ff authores.

De iure regio eſt approbata hęc vltima, vt poſsit appellari per l. vlti. in ordi. de madrid. de qua vide per Coua. in d. c. xij. lib. ij. in reſol. B. Villal.

Regalia præſcribi poſſe tempore cuius non extat memoria. communior eſt, vt videre licet apud Aymo. Crauet. in Tracta. de Antiqui. tēp. in iiij. par. §. abſolutis differentiis, verſic. quarto quęro. numero 13. I. Fich.

P R O. Regina non habet eandem pręrogatiuā, quam Rex. l. quod princi. cum l. ſeq. ff. de leg. ij. Bellon.

P R O. Regina eſt & domina in vltimis voluntatibus voluntas teſtatoris. l. cum quęſtio. in fin. C. de leg. l. in conditionibus. ff. de cond. & demon. Bellon.

P R O. Relatiuum quis vel qui, in dubio non facit veram relationem, ſed ſimplicem. l. Iulianus hered. inſtit.

P R O. Relatiuum quis vel qui reſtrictiuum eſt. l. ea tamē adiectio, ff. de leg. iij. Aliàs declaratiuum. vt l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide catho. vbi Barto. Bellon.

P R O. Relictum pro anima, cenſetur eſſe ad pias cauſas, glo. in l. ſi quis Titio. ff. de leg. iij. Bellon.

P R O. Relicta ab inſtituto cenſetur repetita à ſubſtituto. l. licet imperator. ff. de leg. j. Bellon.

Relictum inſtitutionis titulo non cenſetur, ſi teſtator ita dicat: Filio meo centum relinquo, nec volo quòd vlterius petere poſsit. com. in §. T. q. xxxviij. verſi. prętereà. F. Fich. ex Clar.

Relictum ſpurio nihil valet, & pro non ſcripto habetur, nec tamen fiſco applicatur, ſed defertur heredib. inſtitutis. cō. in §. T. q. xxxj. verſ. Sed quid ſi pater. Idem ex eod.

Relictum per vxorem filio mariti, non habita mentione patris, nec patrię poteſtatis, intelligitur factum intuitu filij, & non patris, Stephanus Bertran. in l. hac ędicta. C. de ſecund. nup. nu. 13. communem dicit B. Villal.

Relictum filię, ſi nupſerit centum, & ſi non quinquaginta, ſi ingrediatur in monaſterium habebit centum. Deci. conſi. lxiiij. Iō. Duran. in arte teſtan. tit. vj. cau. vj. Deci. conſi. cccxix. communem dicit. Idem.

Relictum ad meram alterius voluntatem inutile eſt, l. ſenatus. §. legatum, vbi glo. & ff. de lega. j. niſi factum eſſet relictum ad cauſam piam, tunc valeret de iure Canonico. c. cùm tibi. de teſta. Et hanc cōmunem dicit Iaſ. conſi. cx. vol. j. I. Fich.

Religionem ingredi volentis teſtamentum non ſubiacet diſpoſitioni iuris communis, ideoque non vitiabitur etiamſi id quod filiis ſuis relinquit non inſtitutionis titulo relinquat, ſufficit enim quocunque titulo relinquat, filij tamen nihilominus habebunt legitimam ſuam. Comm. §. T. q. xxxviij. verſ. Item quęro. P. Fichar. ex Clari ſententiis.

Religioſis poteſt indici durior vita ſecundum regulam, & ordinē, Panorm. in cap. ad noſtram nu. 4. de app. communem dicit. & Dec. numero 6. B. Villal.

Relinquo verbum ad rem, ſeu quantitatem certam relatum trahi non poſſe ad filij heredis inſtitutionem. Doctor. cōmuniter in §. aliud quoque capitulum. iuncto §. Ceterum. in authent. vt cum de appella. cogn. Imol. in cap. Raynutius de teſtam. not. etiam in l. j. §. quoties. & in l. his verbis, in princip. vbi Bar. Bald. & Ange. ff. de hered. inſtit. Bar. & alij in l. cogi. in princ. ad Trebel. Alex. in conſil. cccxxj. nu. 20. lib. ij. F. Turzan.

Relegato debet reſtitutio concedi Curt. Iuni. conſ. clxxxij. nu. 13. communem dicit. Villal.

Remedium cap. redintegranda. iij. quæſt. j. & l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. xj. competit cuilibet, qui poſſeſsione ſuarum reum eccleſiaſticarum, aut aliarum quaruncunque ſine iuſta cauſa ceciderit, vt communis eſt Doct. ſententia ſecundum Bart. in d. l. ſi coloni, & Alexan. in conſi. lj. viſo volu. j. & in conſi. xcj. in cauſa. volu. v. & Doct. in c. ſæpè de reſtit. ſpo. Quod pre ſertim locum habet, quando agitur contra poſsidentem ſine titulo, quoniam illius poſſeſsio præſumitur clandeſtina, vt not. Alex. in conſiliis ſuperiùs adductis. F. Turza.

Remedium, ca. redintegranda iij. quæſt. j. datur contra quemlibet poſſeſſorem, communem dicit Panor. in c. cùm ſedem, nume. 26. de reſtit. ſpolia. I. Fich.

Remedio ca. redintegranda agens non tenetur probare quòd tempore ſpoliationis poſſederit, quod alias in interdictis requiritur. Cornæ. communem dicit conſil. xviij. nu. 1. vol. j. I. Fich.

Remedium l. ij. C. de reſ. vend. non habet locū in contractibus ſtricti iuris, ſed tantum bonæ fidei, vel habentibus naturam bonæ fidei. Eſt commu. opin. ſec. Imol. & Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. de verbor. oblig. M. Gribal.

Remedium l. ij. C. de reſc. vend. non habet locum in contractu tranſactionis. Eſt vera, & mag. comm. ſec. Dec. conſ. ccxvj. viſa tranſactione. & conſ. cciij. vt vera reſolutio. ſed ibi Dec. dicit, contra, opinio, magis eſſe communem. Adde Curt. Iun. in conſil. liij. habita. verſi. non obſtat. Alexan. conſi. xlij. vol. j. & conſi. cxviij. vol. vij. Idem.

Fallit, vbi quis eſſet deceptus vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis futuræ litis, longo & magno exceſſu. Dec. in d. conſi. ccxvj. Corn. in

conſi,clxvj.vol,j.Idem Dec.in conſi. lx, viſo themate, volu, ij, verſi.ex quo infero,vol.j. Idem.

Remedium l.ij.C.de reſc.vend.non habet locum,quando interuenit in actum decreti,vel autoritas ſuperioris.Eſtq; commu. opin. ſec. Dec. in conſi.ccx.viſo puncto.verſi.iij.etiam.vol ij. Idem.

In remedio.l.ij.C.de reſc.vendi.ſupplementum pretij non eſt in obligatione,ſed in facultate rei,ex illo remedio conuenti.Eſt com opin. cum glo,ſec.Saly.in d.l.ij.in xiiij.quæſt.C.de reſc..vend. & ſatis probatur in text. M.Gribald.

Remiſſio etiam in ciuilibus non habet locum. communem dicit Bern.à Diale.in tracta,Regul.Iuris.Regula dcxlij.vbi.lim.t.xv. modis, I.Fich.

Remiſſiones in criminalibus hodie de conſuetudine non fiunt,Iſtã communem eſſe opinionem Doct.vtriuſque Iuris,& ita etiam ſeruari omni die communiter dicit Iacob.de Belui.in repet, cap. Romana in §.contrahentes in vj,prin.oppoſito cir,fin.de foro compet, lib. vj, Idem.

P R O. Remittere eſt dare,l.ſi mulier,ff,de condit,cauſ.dat. & cauſ. non ſecuta. Bellon.

P R O.Remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas in l,quæritur.§. ſi venditor, ff, de ædilit. edict, l, po ſtquam liti, C, de pact. Idem.

Remuneratoria donatio,non poteſt dici propriè mera donatio,cõ, in.§.D.q.iij. P,Fich.ex Clar.

Remuneratoria donatio ad hoc vt valeat,requiritur vt ipſa merita æquiualeant donationi,comm.in §,D.q.iij.verſi. Sed nunquid.In reſiduo enim erit donatio ſimplex, Idem.

Remuneratoria donatio,vt valeat , quando ſumus inter perſonas donare prohibitas,vt inter patrem & filium in poteſtate,requiritur vt de meritis omnino conſtet:illa vero ſi appareant,in cauſa ſunt,vt donatio facta remuneratorié,præſumatur, quantumcunque ſimpliciter facta fuerit,abſque vlla meritorum expreſſione,ſecundum Docto.allega.ab Hippo.in tit.de dona.Inſtit,in prin,nu,84.Et communem dicit Dec.in l.ſi donatione.C.de collat, I.Fich.

P R O.Renuntians priuilegio non videtur renuntiare iuri communi.l.miles.§.ſexaginta.ff,ad l.Iul.de adulter. Bellon.

Renuntians appellationi non videtur nullitati renuntiaſſe.eſt communis opinio ſecundum Dec,ccccxxxiij.vt refert Sebaſt.Van.in tracta.nullita.In minori editione, I.Fich.

Renuntians filia partem facit,licet ipſa non admittatur ad partem, & idcircò eius portio remanet & accreſcit heredi,cui pater prouidiſſe videtur,cõmuniorem dicit Guido Papa deciſ.ccxcv.vt refert Minſ, obſ.xxij.cent iiij. I,Fich,

Renuntiare non poſſe fideiuſſorem beneficio Excuſſionis,communem dicit Vaſq.li b.j,Illuſt.Contro.xxxiiij. nu, 25. Poſtea verò.allegat permultos.Contrariam opinionem tenentes, I.Fich.

Renuntiatio facta in iudicio tollit ius conditionale, Ioan.à Ripa in l.conditionis.nu.16,C.de pactis.communem dicit.

Amplia ad renuntiationem iuratam, idem ibi,nume,17, communem dicit. B.Villal.

Renuntiatio omnium caſuum,per quos reuocatur donatio,non valet.Rube.conſil.xciiij.communem dicit. B.Villal.

Renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, vel appellationis in compromiſſo non operatur contra enormiſſimam læſionem,Curtius Iunior conſilio lxxix.nu.4.communem dicit, B.Villal.

Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ tempore cautionis emiſſæ,eſt nulla.Alexand.in conſilio xxxv.vol.j.comm.dicit,quem refert & idem ſentit Coua,in ſuis reſolu.cap.iiij.nu.3.lib.j.

De iure regio,contrarium eſt determinatum per l. ix. titu. j. par v, B.Villal.

Renuntiatio generalis cum iuramento operatur circa legitimam. Io.de Ripa.de le.lib.j.c.vj.nu.8.communem dicit, B.Villal,

Amplia ad renuntiationem bonorum paternorum cum iuramento.Idem ibi,nu. 13. communem dicit contrariam Boëri.deciſ.iij.nu. 7.ſed tene primam quia plures ſunt qui tenent eam , vt per Coua. in relec.d.c,quamuis,de pact.par.iij.§.ij.nu.2. Idem.

Renuntians beneficium in manibus prælati,poteſt pœnitere antequam alteri facta ſit collatio.Boër.dec, cccl. numero . 3.comm. dicit, Idem.

Renuntiare feudum,inuito domino,vaſallus non poteſt,quia feudum eſt contractus nominatus vltro citroque obligatorius,neque dependet ex vnius voluntate.Hæc opinio Claro magis placet quam q̃ poſſit renuntiare.Dicit tamen Doct.communiter ita diſtinguere: Si Vaſallus non tenetur ad certa ſeruitia eo caſu non poteſt renuntiare inuito domino,ſed ſi feudum ſimpliciter ad incerta ſeruitia conceſſum ſit,poteſt renuntiare.Hæc dicit Cl.in §.feud.quæſt.xxxiiij.verſ. contrariam. P,Fich.

Renuntiatio Vaſalli non præiudicat agnatis eius,communem dicit in §.feud.quæſti.xxxiiij.in fin. Idem.

Pater poteſt ſpecialiter renũtiare beneficio l.ſi vnquam.C.de reuoc. dona.etiam in præiudicium filiorũ,Eſt magis cõmunis opinio ſecund. Iaſ.in conſi.cxxv.circa primum.verſi.ex prædictis.volumi.primo. Cõtrarium tenet Iaſſi.Curt.in conſi.primo, per tot. & ibi dicit eſſe veriorem , æquiorem , & amplectendam. Egeret deciſione Cæſarea, M.Gribald.

De conſenſu vtriuſque partis poteſt ſoli inſtantiæ renuntiari.Eſt cõtra commu.opin.Bar ſec.Alex.in conſi,xxij,viſo inſtrumento.verſic.& licet Bart.vol.j. Idem.

Renuntiatio etiã iurata nõ trahitur ad caſum valde inſolitũ,& incogitatũ.Eſt commu.opin.ſecund,Alexand.conſi. xxviij. viſis.volumi. j. Idem.

Renuntians ſpecialiter condictioni indebiti,ſine cauſa & omni legum auxilio,non tamen propterea impeditur ſolutum per errorem repetere:quia promiſſio,vel renuntiatio erronea non præiudicat. Eſt magis opin.cum Bart.ſecund.Iaſ in l.fin.§,item quæſitum. per illum textum.ff.de condi,indebi. Idem.

Legi prohibitiuæ renuntiari poteſt cum iuramento. Eſt commun. opin.contra Bart.ſecund.Alexand.in l.ſi conſtante.§.quoties.ſolut.matrim.Ripa in l.qui Romæ,§.duo fratres.nu.73.de verb.oblig. Idem.

Renuntiatio generalis & indefinita non compræhendit ius fideicõmiſſi futuri,Eſt commun.opin.ſecund.Socyn, in conſil.xxv. quoniam in præcedenti.volu.ij.& Ripa in §.duo fratres.in v.quæſt.Bart.in fi.de verb.oblig.per tex.in l.& vno,§.j.de accep.&l.ſi ita ſcripſiſſet.de leg.ij. Idem.

Renuntiatio filiæ,viuo patre defunctæ , nepotibus indiſtinctè non præiudicat. Eſt commu. opi . teſte Dec..in conſi. clxxxj. ſatis nota, Idem.

Renuntiatio non numeratæ pecuniæ facta tempore confeſſionis non valet,quemadmodum enim quis pecuniam inueniendi cauſa facilis eſt in confitendo,ſic facilis eſſe cenſetur in renunciando,vt Iaco. ab Arena.Cyn.Bart.Bald.Angel.& Sali. tradiderunt in l. ſi ex cautione, C. de non numer. pecunia,vbi atteſtantur hanc opinionem eſſe communem. F.Turzan.

Repræſaliæ conceſſæ contra alios ciues,puta Genuenſes vel Florentinos.propter denegatam iuſticiam,non habent locum contra Genuenſes & Florentinos alibi habitantes,qnando fuit denegata iuſticia:quia illis culpa imputari non poteſt.Eſt commu.opin.ſecun.Dec. in conſi.cccli..viſo puncto.circa med. M.Gribald.

Captus & exactus pro repræſaliis,conceſſis ex facto vel delicto alterius,poteſt repetere illud quod ſoluit,& damna & intereſſe,ſuportata ab eo,cuius occaſione repræſaliæ emanarunt, Eſt commu. opin, ſecun.Iaſ.in l.ij.§.fina.verſic.extra glo.de verb.oblig.per reg. text. d.§. fin.quod quando quis condemnatur ex delicto alterius,& cogitur ſoluere,poteſt repetere ab eo cuius facto condemnatus eſt. Idem,

Fallit,niſi tales repræſaliæ fuiſſent iniuſte & indebitè conceſſæ , reſpectu alicuius,ſine tamen culpa ipſius:quia talis nihil tenetur reſarcire.Iaſ.& alij Docto.ibi,per tex.in l.ſi per imprudentiam. ff. de euict. Idem.

Repræſaliæ poſſunt concedi contra Clericum debitorem , Guido Papa deciſ.xxxiiij.communem dicit, B.Villalo,

P R O.Reproba pecunia non liberat ſoluentem.l.eleganter. §.qui reprobos.de pign.actio. Bellon.

P R O. Res communis mea eſt.l.ſerui electione. §.fi.ff.leg.j.

O B I E C.Contra de l.Quintus.ff.de aur.,& argent.leg.vbi ſi legetur id quod vxoris cauſa emptum eſt,quod ad propriũ eius vſum eſt emptum,non autem communem,cedit legato.

S O L.Quod commune eſt, meum eſt , ſcilicet impropriè,non autem proprie. Idem.

P R O.Res de facili reuertitur ad ſuam naturam. in l,ſi vnus.§. pactus.cum l,ſeq.ff.de pact. Idem.

P R O.Res donominatur à ſuo auctore.in §. nanque inſtit. de act. §.capite,inſtit.de leg. aqui. in can.quædam.ij.diſtinct. Idem.

P R O.Res eſt diuiſibilis in infinitas partes.l.interdum,§.j.ff.de hered.inſtit. Idem,

P R O.Res empta ex pecunia mea,non eſt mea.l. ſi ex mea. C. de rei vendi Idem,

P R O,Res extinguitur, vbi peruenit ad eum caſum,à quo incipere non poteſt.l,pluribuſ.§.& ſi placeat.ff.de verb.oblig. Idem

P R O.Res facti infirmari iure ciuili non poteſt.l.j.§. ſi vir vxori. ff. de acquir,poſſ, Idem.

P R O.Res intelligi debet vt duret.l.ſi pro parte.§.verſum. ff. de in rem verſo, Idem.

P R O.Res inter alios facta aliis non præiudicat.tot, tit. C. res inter alios act.l.ſæpe conſtitutum eſt.ff,de re iud,l.quia.ff.de his qui not.infam.l.Modeſtinus,ff.de excep.cap.cum ſuper controuerſia.& cap. pe, ext.de re iud, Idem.

P R O.Res iudicata pro veritate accipitur.l,ingenuũ.ff.de ſtat.hom, Idem.

P R O.Res non intelligitur reddita,quæ deterior reddita eſt l.iij.§.ſi reddita.ff.commod. Idem,

PRO.Reſpub.& eccleſia æquiparantur.l.vt inter diuinum.C.de ſacroſanct.eccleſ. Idem.

PRO.Reſpublica pupillo æquiparatur.l.rem publicam. C. de iur. reip.lib.x. Idem.

PRO.Reipublicæ intereſt,quam plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere.l.nam reipublicæ.ff.de nou.oper.nuntiat.

PRO.Reipublicæ intereſt ne crimina remaneant impunita.l.ſi ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.l.ſi operis. C. de pœn. l.ſi longius. §.j. ff.de iu.l.locatio. §. quod illicitè. vbi not.ff. de publ.cap. vt famæ. ext. de ſent.excom. Idem.

PRO.Rem publicam hominum adiectione potius quàm pecuniarum copia augeri conuenit.in l.j.ff.de bo.dam.

PRO.Res ſacra nō recipit æſtimationē.l.ſacra.ff.de rerū diuiſ.Idē.

PRO.Res ſemel data amplius dari nō poteſt,in l.oratiōe.ff.de feri. Idem.

PRO.Res ſua nemini ſeruit.l.vti frui.ff.ſi vſusfr.petat.l.in re communi.ff.de ſeruit.vrb.præd. Idem.

PRO.Aes tantum valet quantum vendi poteſt.l.j §.ſi heres. ff. ad Treb.l.ſi ſeruus.ff.de cond.furt.l.ſi quis uxori.§.fi.ff.de furt. Idem.

PRO.Res tranſit cum ſuo onere.l.alienatio. ff. de contrah. empt. l.tutor. §. ſi fundus. ff de pig. act. l. j. C. rem alie. ger. l. j.§. ſi heres. ff.ad Treb. Idem.

PRO.Rei appellatio eſt generalis.l.j.ff.ſi cert.petatur.l. rei appellatione.ff.de verb.ſignifi. Idem.

OB.Contrà de l.ſi in rem.ff.de rei vend.vbi appellatio rei non genus,ſed ſpeciem ſignificat.

SO.Ibi quo ad libellum actionis realis, in quo res certa deſignari debet.vt ibi. Idem.

PRO.Rei appellatione pars continetur. l. rei appellatione. ff. de verb.ſig. Idem.

PRO.Rei appellatione veniunt perſonæ.l.omnia.§.fin.ff. de leg. j. §.j.inſtit.de reb.incor. Idem.

PRO.Rei alienæ valet emptio,& legatum.l.rem alienam.ff.de contra.empt. in §. non ſolum. inſtitu. de leg. l. cum alienam. C. de leg. Idem.

PRO.Rei commodatæ & proprietatem & poſſeſſionem retinemus.l.rei commodatæ.ff.commod. Idem.

PRO.Rei legatæ vel per fideicommiſſum relictę dominium transfertur à morte teſtatoris.in l.à Titio.ff.de furt. in l. vnic. §. cum igitur. C.de cad.toll. Idem.

OB.Contrà de l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de leg.ij.vbi ab adita hereditate.

SOL.Verè ab adita hereditate,fictè autem ex legis interpretatione,à morte defuncti dominium transfertur.

PRO.Rei ſatis demonſtratę quicquid adiicitur, fruſtra eſt.l.j.§. fi. ff.de dot.præleg. Idem.

PRO.Rei turpis nullum mandatum eſt.l.ſi verò non remunerandi.§.rei turpis.ff.manda. Idem.

Rei vendicatio competit contra ciuiliter poſſidentem,Io. Cora. in §.nihil commune,nu.27.ff.de acquiren.poſſ.communem dicit.

Amplia etiam contra ſimplicem detentatorem.Idem ibi nume. 30. communem dicit.

Nota quòd ſi rei vendicatio intentatur contra aliquem, qui tempore ferendæ ſententiæ non poſſidet,actor pronuntiabitur dominus, & abſoluitur reus,& virtute iſtius declarationis,aufertur à reo ſi inueniatur poſſidere,Iaſ.in d.§.nihil commune,nume. 139. & 140. communem dicit. B.Villalo.

PRO.Rem quæ culpa caret,in damnum vocari non conuenit.c. cognoſcentes.extra de conſt. Bellon.

PRO.Res ſunt immutabiles,nomina vero mutabilia in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j. Bello.

PRO.Rerum ordo confunditur,ſi vnicuique iuriſdictio ſua non ſeruetur.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſt.fac.po. vel non. can. peruenit,xj.quæſtio.iij. Idem.

PRO.Rebus iudicatis ſtandum eſt,l.ſi patronus. §. ſi quis. ff. de bon.lib. Idem.

Res legata non cenſetur hypothecata legatario , ſed ſolùm aliæ res teſtatoris Roge.in §. j. Inſtit. delega. nume.35. communem dicit. B.Villalo.

Reſcindēs,ac reſciſſoriū iudiciū ſimul in eodē libello cumulari poſſunt,Io.Mau.in trac.de reſti.in inte.c.ix.cōmunem dicit. B.Villalob.

Reſciſſoria actio non poteſt deduci in Iudicium niſi prius per officium Iudicis habita reſtitutione,communem dicunt. Faber, & Iaſ. in §.rurſus,nu.82,Inſtit.de actio.refert & ſequitur Couarru.lib.j.var. reſolut.c.iiij nu.5. I.Fich.

PRO.Reſcripta ſunt ſtrictè interpretanda.cap.j. de reſcip.

OBIEC.Contrà de l.pen.de conſt.princ.

SOL.Ibi in beneficiis,hic in literis beneficialibus. Bellon.

PRO.Reſcripta ad ius perpetua ſunt.l.falſo.C.de diuer reſcrip.

PRO.Reſcripta contra ius impetrata nō valēt.l.reſcripta.C.de precibus imp.offer. Bellon.

Aliquis.poſtquā reſcriptū impetrauit,illi inuito eo aduerſus quē impetrauerat ex renuntiare volebat.Quærebatur an poſſet,& dd.in C.de conqueſtione. de reſtit.ſpol.Bal. in l.petende.C.de tēp.in integ.reſtit. communiter concludunt cum renuntiare poſſe exceptio.tamem quibuſdam caſibus.quos enumerat Fely.in rub.de reſcr. videre poteris. F.Turza.

Reſcriptum ad beneficium poteſt quis impetrare pro alio abſque mandato,Ripa in cap.ad aures de reſcrip.nume.5. communem dicit. B.Villa.

Reſcriptum,ſecundum non faciens mentionem de primo , non eſt ipſo iure nullum,ſed venit annullandum ope exceptionis Panor. in c. ceterùm,nu.5.de reſcrip.communem dicit. Idem.

Reſcriptum impetratum ad obſeruantiam iuris communis contra habentem priuilegium concernens merita cauſę,non tenetur facere mentionē de priuilegio.Panor.in c.cūordinē de reſcrip.com.d. Idem.

Reſcriptum ſi dicitur ſubreptitium,non ſufficit ſolùm de ſubreptione excipere,ſed requiritur quòd excipiens appellet,Panor.in d.ca.ceterùm.nu.9.communiemdicit. Idem.

Reſcriptum Principis nouas ac inſolitas clauſulas continens. pręſumitur falſum,& non venit exequendum,Ioan.Nico. in addi.ad Alcia. in tractatu pręſumpt.re.ij.pręſumpt.iij.in fin.communem dicit.Idem.

Reſcripti ſola impetratio ad diuerſos iudices ſine vſu non ponitur. Gomez.in c.diſpendia,nu.28.de reſ.in vj.communem dicit. Idem.

Reſeruatio iuris colonici in contractu facta,nihil operatur:nec prodeſt reſeruanti,niſi emptore ſciente nullum ſubeſſe colonum. Eſt cō. opin.ſecund.Alexand.conſi.xxviij.viſis.verſi.& ideo.vol.j. M.Gribal.

PRO.Reſponſio debet eſſe conformis interrogationi ad hoc vt valeat.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.obli.in §.pręterea,inſt.de inut. ſtip.l.vt reſponſum congruum.C.de tranſ. Bellon.

PRO.Reſpōſio ſine interrogatiōe valet.l.ſi ſine. ff.de inter.Bellon.

PRO Reſpondere de iure licitum eſt, etiam in xvij. anno. l. j. §. j. ff.de poſtu an. Idem.

PRO.Reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris.l.lex vectigali fundo.ff.de pign. Idem.

Reſtitutio ex capite ignorantię poſt quadraginta annos intra quadrienium competit eccleſię & pauperibus,reiecta opinione Alexan.dicentis quòd poſt centum annos Boeri.deci.xxxix.nu.7.& Bello. conſi. xlvj.nu.15.communem dicit. B.Villalo.

Reſtitutio ex capite ignorantię,datur contra pręſcriptionem triginta annorum.Bertran.conſ.xv.vol j.nu.42.& Curt.Iunior conſi.lvij.nume. 3.&Balbus tracta.de pręſ.in iiij.part. iiij. prin. q. xxix. communem dicunt.

Limita,tam in pręſcriptione quadragenaria,quàm in alia,ſi reſtitutio in integrum petatur pro conſequendo lucro.Iaſo.in l. poſſideri.§. Labeo.nu 14.de acquirend.poſſeſſ.ff.communem dicit. Idem.

Nota primò,quòd hoc quadriennium intra quod reſtitutio eſt poſtulanda,incipit currere à tempore læſionis,& implete pręſcriptionis, Balbus de pręſcri.in v.part.q.ij.communem dicit.

Nota ſecundò,quòd hoc quadriennium non currit per vitam Pręlati alienantis.Idem Balbus ibi communem dicit. Et de hoc quadriennio vide ſuprà in verbo abſens,nu.2.cum ſequentibus. Idem.

Reſtitutio in integrum tranſmittitur ad heredem heredis impeditum ex aliqua cauſa non adire hereditatem ſibi delatam,Rub.lvij.nu. 2.communem dicit. Idem.

Amplia,ad heredem ab inteſtato.Ioan.Mau.de reſti.in inte.c. cclxxxviij.communem dicit. Idem.

Reſtitutio in integrum per clauſulam generalem datur heredi non ſoluenti canonem , etiam aduerſus pręſcriptionem quadragenariam. Hiero Cagno.in reg.qui in alterius.ff.de regn.iur.nu.6.communē dicit,vbi vide bonam diſtinctionem,vide in litera C.nu.70. Idem.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali datur contra ſententiā ex ſcriptura de nouo reperta.Curtius Iunior conſi.xviij nu. 1.communem dicit,quam intellige in reo,non autem actore,& vide Boer.deci. cccvij.& Iaſon.in l.Imperatores,nu.6.ff.de re iudi. Idem.

Nota iſtam communem ad ampliationem. l. j. titu. xxvj. parte.v. Idem.

Reſtitutio in integrum ex capite iuſtę ignorantię datur contra pręſcriptionem xxx.annorum.Hanc communem eſſe teſtantur multi, Socinus,Matthæus Afflictus,Decius,Balbus,Boerius,Alex.Hiero,Gratus Tiraquellus,Couarruuias,Aymon Crauetta,Arius Pinellus , Io. Dilectus.qui omnes hanc eſſe communem dicunt.vt eos refert Ferd. Vaſ. Illuſ.contro.li.ij.c.lxxv.ſtatim poſt prin. I.Fic.

Vtrùm verò talis reſtitutio,ex eodem capite detur etiam contra pręſcriptionem Quadragenariam,non mediocriter cōtrouertitur. Quòd concedenda ſit,communem eſſe opinionem dicunt Alexandrinus Felinus,Balbus,Boerius,Alexandrinus,Aymon Crauetta.

Contrariū autem opinionem tenuerunt ferè omnes prędicti Doct. (ſibi ipſis contrarii.)Ex quibus Socinus Patruus & Alexandrinus hāc dicunt eſſe communem. Idem dicunt Carol. Moli. Socinus Nepos, Gomeſius,

Gomeſius,Galiaula,& Ioan.Dilectus.Pro vt eos refert Vaſquius in d. ca.lxxv.Imò ex illis Alexandrinus & Crauetta, poſt alios, voluerunt etiam contra centenariam præſcriptionem, talem reſtitutionem eſſe concedendam in illis caſibus,in quibus currit centum annorum præſcriptio contra Eccleſiam vel fiſcum,vel ciuitatem &c.

Ipſe autem Vaſquius ibidem ita concludit.

Quid dicendum? Et ſanè longè verior eſt in puncto iuris opinio, partis negatiuæ,in omnibus quatuor caſibus præmiſsis,vt in præſcriptione longi temporis,decem,vel viginti annorum,& in præſcriptione centum annorum,ceſſet reſtitutio,poſtquàm eæ præſcriptiones legitimè expletæ fuerunt,ne præſcriptio iam perfecta, infecta reddatur, &c.Et ibidem multas pro hac concluſione rationes affert. B.Villalo.

Amplia ad teſtes de nouo repertos,Iaſo.in d.l.Imperatores. nu. 15. communem dicit,quam communem intellige in vniuerſitate, eccleſia ac minore:nam in aliis ſtat regula in contrarium, de qua per Iaſo. in d.l.Imperatores,vbi ponit regulam & limitationes.

Reſtitutio eſt neceſſaria, quando petitur ſententiam retractari ex eo, quòd fuit lata ex falſis probationibus,licet ſit tutus ex probatione falſitatis,Iaſ in l.diuus Adrianus.nume.8.ff.de re iud. communem dicit.

Nota primò quòd hæc exceptio,vel actio falſitatis,eſt proponenda intrà quadriennium,quod datur ad rustitutiouem in integrum petendam, Iaſon.ibi nu.30.magis communem dicit. Idem.

Nota ſecundò,quò ad hoc quòd competat reſtitutio, ſufficit probare falſitatem teſtium ſine eo quòd probet corruptelam, niſi petens ad vtrunque adſtringatur probandum, Iaſo. ibi nume. 18. communem dicit.

Amplia,ſi vtrunque imponatur diuerſa oratione,vel quando vnum non qualificat alterum,vt ſi dicatur,actor produxit teſtes falſos,& corruptos,non tenetur ad vtrunque probandum,Iaſo,ibi.nu.22. communem dicit. Idem.

Reſtitutio conceſſa minori in iis,quæ ſunt indiuidua & connexa, ad conſortes extenditur,Ioan.Mau.de reſti.in integ. c. clxxxv. communem dicit. Idem.

Reſtitutio conceſſa Bannito,vel rebelli per principem,non trahitur ad bona ipſius reſtituti iam anteà amiſſa, vel per principem in alium alienata.Communiter aſſerunt omnes Doct.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.Et Aegid.Bellame. deciſ. dcclxxiiij. exceptis tamen bonis ad Fiſcum delatis,& alteri nondum conceſsis,prout limitat Petr.Pau.Pariſ.conſi,lxix.nu,199. I.Fich.

*ADDITIO,*

Hoc idem ſequitur Caſſan.in conſi.lxvj,Aliqua,nu. 65. & idem in aliis cauſis,in quibus conſors priuilegiatus fuerit,cum vnitorum ad inuicem eadem ſit natura,Ioan,de Amic.in conſ.j.in cauſa & lite.nume. 15.& refert M.Anto.Bard.in tract,de tempo. vti. & contin. in c. xviij. ſub.nu.24.

De iure regio, licet appellatio vnius ex ſociis proſit omnibus aliis, tamen ſi ſententia retractatur, ex reſtitutione minoris, habentis rem communem,non prodeſt aliis. l. v. ti.xxiij.par. iij.quæ videtur eſſe contra noſtram communem. B.Villa.

Reſtitutio in integrum ceſſat in executionibus pœnarum, Mau. c. clij.communem dicit.

Reſtitutio in integrum poteſt delegari indiſtinctè,Iaſo.in l.nequicquàm.nume.82.ff.de offi.Proconſ.communem dicit. Idem.

Reſtitutio,ſi alicui eſt facienda de aliqua re, ſufficit quòd in bonitate intrinſeca,ac ſubſtantia non mutata reſtituatur, Boerj.deci. 327. nu.11,com.dicit. Idem.

Reſtitutio in vna cauſa conceſſa circa eandem rem non poteſt reſtitutio iterum poſtulari,nec eſt concedenda,Io,Mau. de reſtit. in integ. c.258.commu.dicit.

Nota iſtam communem ad intel. l. xviij.in ordine de madrid. vbi prohibentur minores reſtitui,ſecundò,ad opponendum, & excipiendum in cauſa,quòd illa prohibitio extenditur ad totam cauſam, etiam cauſæ appellationis. Idem.

Reſtitutionem in integrum poſt quadriennium non competere,regulare eſt c.j.& c.iij.de in integ.reſtitutio,lib. vj. fallit tamen vbi adeſt enormiſſima læſio,quia tunc ſiue eccleſia,ſiue minor ſit,qui taliter læſus ſit,reſtituitur lapſu quadriennij non obſtante,Glo, eſt in d.c.j.de in integ.reſtit.quam Socin.dicit communiter approbatam in conſi.226. in cauſa.lib.ij.vbi videas quando dicatur enormiſſima læſio.quod conſilium prout affirmauit mihi dominus meus reuerendus,& excellentiſsimus Ant. Auguſtinus, apoſtolici cauſarum palatij ex primatibus Auditor meritiſsimus temporeſſu o Rota ſequuta fuit,& obſeruat, Addi poteſt Roman.conſi.123.circa prin.nu.5.Alex.verò conſi. 30.ponderatis.lib.v.inquit,quòd poſt quadriennium non datur reſtitutio aduerſus rem iudicatam etiam ſi de læſione conſtet.potes tu intelligere pro concordia,niſi læſio ſit enormiſsima, quia tunc ſecùs, vt per Soci. & Ro.allegatis conſiliis. F.Turza.

Beneficium reſtitutionis in integrum etiam ciuitati,& caſtro,& vniuerſitati hominum,quæ per ſuos adminiſtratores regi ſolet, conceditur.Eſt com.opi.ſec.Rom.in conſi cccxxiij pro plenior. verſi. ſecundò videndum. M.Gribald.

Reſtitutio in integrum non conceditur priuato aduerſus præſcriptionem 40.annorum Eſt com.opi.ſecund.Dec.conſi. 375. iuridicam eſſe.circa fi.& latè conſi.29.& pro tenui. Secùs tamen eſt in Eccleſia, quoniam illa reſtituitur:vt ſuprà in verbo.Eccleſia.nu. 1.& 4. vide infrà nu.5. Idem.

Remedium reſtitutionis in integrum cum ſit extraordinarium,non habet locum vbi competit ordinarium,niſi per ipſum remedium extraordinarium, pinguius & vtilius ipſi agenti ſuccurreretur. Gloſ. eſt com.approb.in l.fi.C.ſi aduer.rem iud.ſec.Alexan.in conſi.207.domine Alexander.in fi.vol.7. Idem.

Non ſoluenti Canonem,propter probabilem ignorantiam,mediante reſtitutionis beneficio ſuccurritur,Glo.eſt commu,approb.in l.ij C. de iur.emphy.ſecun.Dec.in conſi.58.in fi.volu.j. Idem.

Aduerſus præſcriptionem cauſatam ex capite ignorantiæ,conceditur in integrum reſtitutio.Eſt com.op.ſecun. Alexan.in conſi.77. viſo proceſſu.volu.vj.etiam ſi ſit præſcriptio.40.annorum.Eſt commu, ſecu.eund.in conſi.159.viſo.volu.ij.Contrar.tenet Socy.& dicit neminem diſcrepantem in conſi.ij præterea,vol.iij. Idem.

Reſtitutio papæ vel principis nunquam retrotrahitur,quo ad bona & iura,in alium medio tempore ſolenniter & iuridicè tranſlata.Eſt com.opi.ſec.Iaſ.in conſi.139.in cauſa.volu.j. Idem.

Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, datur etiam contra præſcriptionem 10.annorum.Eſt vera & com.op.ſec.Gozad.in conſi. lvj.circa primum.nu.11.poſt Alex.in conſi.171.& conſi.84.vol.j.& conſi.116.volu.v. Idem.

Retractatio actus eſt pœna,Boe.deci.j.coram.dicit. B.Villalo.

Retractus rei venditæ qui datur conſanguineo,vel ſocio per ſtatutum vel conſuetudinem,eſt contra ius commune, Tiraq. de vtroque retract.de retrac.lignagier.§.xxxv.nu.8.communem dicit. Idem.

Reuocatoria non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem habentem rem alienatam in fraudem,niſi principalis anteà excutiatur, Iaſ. in §. item ſi quis de acti.nu.67.omnem dicit. Idem.

Limita,ſi notoriè conſtat nulla bona habere alienantem. Idem ibi nu.68.communem dicit,& ponit alias ſeptem limitationes. Idem.

Reuocare princeps indiſtinctè poteſt priuilegia gratiæ,ab anteceſſore ſuo conceſſa,Alber.Roſates in Tit. De Iuſtinia Cod. confirman. nu.17.communiter Doct.tenere teſtantur, ſimiliter communem dicit Mar.Lauden.in tract.de priui.in 34.q. I.Fich.

Fallit primò ſi eſſent conceſſa ob benemerita, Matth.de Afflict. dec.ccxxviij.nu.10. Idem.

Fallit ſecundò,ſi fieret ſine iuſta & legitima cauſa, Doct.in l. digna vox.C.de LL.Ceterum de iure Canonico planum eſt, quòd ſucceſſor quandocunque ſui anteceſſoris priuilegia & gratias reuocare poſſit, c.ſi is cui.*De* præben.& dignit.lib.6. Idem.

Reuocari non oportet,neque debet quòd nulliter factum geſtumue ſit,vbi omninò ſi id factum non eſſet,fieri deberet,ratio eſt,quia ex quo de nouo ſic faciendum eſſet,partis non intereſt quòd reuocetur, & voces quorum non intereſt,recipiendæ,& audiendæ non ſunt, inquit Iureconſul. in l.j.ff.de appel.recip.probatur concluſio ex text. in l.fina.ff.de eo quod met.cauſ.& ex his,quæ ſcribunt Ang.& Alex.in l. ſi finita.in prin.ff.de dam.infect.Areti.in §.quadrupl.Inſti.de actio.qui loquuntur in tenuta nulliter data Pau.de Ca.conſi.472.in cauſa capturæ.Iacobi.in fi.li.j.Soci.conſi.113.ad fin.li.iij.Deci.in c.cum ceſſante,in fin.de appel.& in conſi.449.Iaſ.in l.à diuo pio.§.in venditione, de re iud.& in l.ſi pacto quo pœnam.in v.not.C.de pact.Cur. Iun. in conſi. 127.verſi.accedunt ad confirmationem,Gozadi.conſi.21.Abb. conſi. 29.in fi.par.2.Imo.in conſi. 105. ver. nec obſtat quod legitur & notatur,quos omnes pro comprobatione communis ſententiæ, quam atteſtatur,refert Craue.conſi.189.in cauſa appellationis nu. 6. ad quem data facti contingentia recurrere poteris & ad eundem conſi.65.ſorores.& conſi. 140. in cauſa ſpolij in fine,quam concluſionem veram ſe credere ait d.conſi.65.quando ex eiſdē actis conſtet quòd illud quod nullum eſt de nouo fieri deberet,aliàs ſecùs. F.Turza.

In actione perſonali reus vſque ad xxx.annos poteſt petere reuocationem tenutæ ex primo decreto.quando vult reficere actori expenſas, & ſatiſdare de iudicio ſiſti, ſec. formam Auct. & qui iurat. C. de bo. auct.iud.poſſi.Eſt com.opi.ſecun.Alex.in cōſ.ccv.viſa dicta.circa med. vol.vij. M.Grib.

Reuocatio donationis,quæ fit ex diſpoſitione l.ſi vnquam.C. de reuocan.donat.fit ipſo iure,immediatè,cum naſcuntur liberi. commu §.D.q.23.verſi.Præterea. P.Fich.ex Claro.

Reuocatio teſtamenti generalis non ſufficit,ſi vnum vel plura teſtamenta præceſſerint,quorum vnum vel plura habuerint clauſulam derogatoriam,ſed requiritur vt in reuocatione fiat expreſſa & ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ,com.d.in §.T.q.99.verſi.Et hæc quidem. Idem.

Reuocatione teſtamenti facta coram tribus teſtibus.ſi concurrat perſeuerantia longi tēporis nēpe decennij,cenſebitur reuocatū teſtamētum factum,etiamſi poſtea non fiat vel ſubſequatur aliud Teſtamentum.

com.in §.T.q.91.verſ,dictum.Si autem reuocatio fiat coram ſeptem teſtibus,& teſtator expreſsè dicat ſe velle inteſtatum decedere,tūc non requiritur curſus decennij.com.in d.§.T.q,12. Idem.

Reus ſi actor eſt contumax,& nihil probat, abſoluitur diffinitiuè, quando tempus eſt aſſignatum ad probandum,ſi autem nullum tempus eſt aſsignatum,abſoluitur ab inſtantia, Iaſo.in l. properandum, §.etſi quidem nu.15.C.de iudic.communem dicit. B.Villalo.

Amplia iſtam communem in tantum eſſe veram, quòd abſolutus reus,quia actor non probauit,amplius de delicto illo non poteſt accuſari,nec per actorem,nec per alium,Coua.in reſo.c j.li.j.nu.8.commu. dicit,ex Docto.in l.qui de crimine,C.de accuſa. Idem.

Reus exceptionem ſuam probans dubiè etiam ſi actor probauerit plen ,eſt abſoluendus,quando dubia probatio eſt talis, quę poteſt facere actum licitum,Iaſo.in l.non ſolum.§.ſciendum,nu,6. de no. ope. nunc.ff communem dicit. Idem.

Reus debet in expenſis condemnari,ſi ſuccumbat, etiamſi ſententia ſit interlocutoria,Iaſo.in properandum. §. ſiue autem.nu. 19. communem dicit.

Fallit,niſi iuſtam habuit litigandi,Hiero.Cagno.in l.qui in alterius, ff.de re iur.nu.25.commu.dicit.

Concor.cum l.vij.tit.xxij.par.iij.per quam declaratur l.xxxix,tit.ij, & l.viij.ti.iij.par.ea.& l.vj.ti. xiij.li.ij.For.ll.& vide quę habes in verſi. Iudex. Idem.

Reus conuictus de homicidio , poteſt ſe iuuare , quòd ad ſuam defenſionem illud fecit.Hiero.Cagno.in l.nemo,nu,4.ff.de re. iur. communem dicit, Idem.

Reus inuentus cum aliqua re ſubtracta,ſi res eſſet manſura in loco vbi inuenitur,poteſt ibi conueniri,aliàs ad ſuum Iudicem data ſatiſdatione,remittitur,Boe.deci.218.nu.3.& 4.communem dicit.

Aliter diſponitur in l.xxxij.titu.ij.par.iij.in can. xij. vbi diſponitur, quòd ſi res mobilis,vel ſe mouens ſi alicui petatur,quòd ibi reſpondere debet vbi inuenitur etſi ſit bonę famę,ſub fideiuſſoribus de iudicio ſiſti.& iudicatum ſolui res ſibi tradatur,aliàs ſi ſit malę famę , detinetur cum re,& de re ſe mouenti,eſt l.v.ſtili.Et nota dictum aureum Ange.in l.ij.ff.vi.bono.rap.vbi dicit quòd poſſum & propria auctoritate roncinum meum qui ſubtractus eſt furtiu ,accipere,de quo per Iaſo. in conſi.xx. vol.iij.in primo, quam communem habui de facto. & pro iſta opinione fuit liberatus Ares Comes de Pinnero,& vide Petr. Rauen.in alpha.aure.in verſi.fur.

Reus opponens ſe in iudicio,cum clauſula.quòd per actus,quos facit,non videatur prorogare iuriſdictionem,non intelligitur prorogare iuriſdictionem,Io.de Ripa,in c.c m M.nu.99.de conſti.communē dicit.Et vide in verbo proteſtatio,nu.277. Idem.

P R O.Reus in exceptione eſt actor.quod intellige,quantū ad onus probandi:ſicut enim actor probat intentionē ſuā,ita reus ſuam exceptionem.l.j.ff.de exceptio.& in l.in exceptionib.ff.de proba. Bello.

P R O.Rei duo debendi hodie inſolidum non obligantur, ſed pro parte conueniuntur,niſi renuntiauerint beneficio diuidēdarum actionum.authen. hoc ita.& ibi gl. C.de duobus reis.

P R O.Rex Francię nullum recognoſcit ſuperiorem,de iure , nec de facto.in c.per venerabilem.§.inſuper.extra,qui fil.ſint legit.facit quod no.gl.in §.j.inſtit.de patr.pot. Idem.

Rex poteſt in ſuo teſtamento ordinare vnum ex filiis,qui poſt ſe regnet,& ſic vnū aliis preferre,etiamſi iuriſdictio ipſi teſtatori ſit in feudum data,& ipſe fuerit ſtipulatus pro ſe & filiis,cōmun m dixit Barba, conſi.lv.inter conſi. Alex.vol.iiij.cum locupl tiſsimè ibi alle gatis Cautius tam n eſſ t,ſ cundum Iaſ,in l.ij.q.vlti.C.de Iure emphy.ſi tunc aliis filiis condignam r compenſation m relinquer t.D. quo vide Dil, in Ar t ſta tit iij.cau.8. I.Fich.

P R O.Ridiculum eſt tunicę fundum accedere.l.iuſtiſsime. ff. de ęlid.edict. Bellon.

P R O.Ritè d notat ſolennitatem,Rectè iuſtitiam.gl.in l.non putauit §.non quęuis,ff.de bon.poſſ contra tab. Bellon.

Rogatus h reditatem expēdere poſt mortē in virgines maritandas, vel in pauperes,non poteſt illam erogare in vita,Decius in l.cùm tempus,de re.iur ff communem dicit. Contrariam verior m,& communior m dixit Hiero,Cagno.in d.l.cùm t mp.per totam optimis fundamentis. B.Villalo.

P R O.Roma communis omnium patria & caput mundi.l.Roma. ff ad municip.l.j.§.ſed neque leges.C.de vete.iur.enuc.in c.cuncta per mundum.q.iij.in ca.fi.de pœn.in vj. Bellon.

Rubrica generalior nigro non reſtringitur per nigrum ſpecialiter loquens Imò ex ipſa rubrica gen ralior poteſt extendi nigrum, Cur, Iuni conſi. vij.nu.7.communem dicit. B.Villalo.

Rubrica generalior nigro,poteſt allegari in ſua generalitate, Curti,Iuni.conſi.lxv.nu,3.com.dicit. Idem.

P R O.Ruſtica familia non vtitur cibis delicatis,vti pullis : ſed caſeo,fabis,& ouis.glo.in l.ſeruis vrbanis.ff.de lega.iij. Bellon.

P R O.Ruſtici nec æquitare,nec pe unias portare audent.l. domini.C.de agri. & cen. lib. xj. in l. idémque.§.idem Labeo. vbi Accur. ff.mand. Idem.

Ruſticus ſi teſtetur in ciuitate,vel ciuis in comitatu,non gaudebūt priuilegio.l.fi.C.de teſtam.in qua conceditur ruſticis quod ſaltem coram quinque teſtibus teſtari poſſint.communem dicit Clarus in §.teſtamentum.q.lvj.verſ.ſed quid. P.Fich.

Ruſticus ad hoc quòd poſſit petere reſtitutionē contra contractū initū contra ius,deberet ſaltē cōſulere duos iuriſperitos,& nō ſufficit vnum,Ioan.Mau.in tract.de reſti.in integrum,ca,lxxviij.communem dicit. B.Villalo.

P R O.Ruſticorum auctoritati credendum eſt in.l.ſi chorus.§.j.ff. de leg.iij. Bellon.Tol.

P R O.Ruſticorum vulgare dictum eſt,vt diuidant rem per mediū. gl.in l.Neſennius.in fi.ff.ne neg.geſt.bene facit l.j.§.fina. ff. de ſtip. ſer, & l.ſi paternā.de hered.inſtitu.cap.afferte.de pręſumpt.Reg.iij.Bellon.

P R O.Rurſus,aduerbium verificatur in duabus vicibus tantum. l. fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de lega,iij. Idem.

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARUM.

## LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

### S

SACRA alienari nō poſſunt.l.iubemus. C.de ſacroſan.eccle.§.ſacrę.inſti.de rerum diui.tot.tit. in authen.de reb.eccle.non alien.& extra,eod.titu.cap, nulli, Bellon.Toloſ.

P R O. Sacramentū coniugij apud fideles & infideles exiſtit.c,gaudemus,de diuort. Idem.

P R O. Sacrament timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcitur,l.j.C.de iura.calum. Idem.

P R O. Sacri canones non dedignantur imitari leges,nec contra ſacrę leges,ſacros canones.in ca,j.extra de nou. ope.nunt.in authen. de eccle.tit. in prin.cola.ix. Idem.

P R O.Sacri canones arctari non debent grammaticis regulis. Indignum eſt ſacros canones adſtringi regulis Donati,inquit text . in can, indignum.xliiij.diſtin. Idem.

P R O.Sacrilegij inſtar eſt dubitare de principis poteſtate, an is quē elegerit,dignus ſit .l.ij.C.de crimi.ſacri. Idem.

P R O.Sacerdotis officium eſt nulli nocere , omnibus autem velle prodeſſe,ca.denique.xiiij.q.v.c,cum ſacerdotis.de poſtu.extra. Sacerdotium enim datur,non tantum vt pręſit,ſed etiam proſit .ca.ſi qui.j. quęſt.j. Idem.

P R O.Sæpe ad hoc commodantur pecuniæ,vt ditis gratia, numerationis loco intercedant.l.ſæpe.ff.commod. Bellon.

P R O.Sæpe confines fundos, étiam ſupra iuſtam æſtimationem, intereſt noſtra acquirere.l.ſi cui fundus,ff.de leg.ij.

P R O. Sæpe & ſolutio,& exactio partium non minima incommoda habet.l.planè.ff.fam.erciſ.

P R O,Sępe fit,vt proprietati originis,obſiſtat longinquitas temporis.c.ſępe,xij.q.ij. Bellon.

P R O.Sępe plus in nigro,quàm in rubro continetur,vt in titu.ff.de iuſtit.& iur.iuncta l.iuſtitia.in §. iuriſpru.idem in rubri. de vſuc. iuncta l.preſcriptio.vide gl.in rub.C.de relig.& in rub.C.de reb.cred.

P R O.Sępe pro meritis ſubditorum,deprauatur vita rectorum.c.ſi hereticus.ij.quęſt.vij.

P R O. Sola teſtatio,ſine redditione cauſę,non valet.l.ſolam. C.de teſtibus. Bellon.

Salarium integrum debetur poteſtati mortuę ante finitum officiū. Iaſ.in l.diem functo,nu.38.ff.de offi.aſſeſſo.& Iuni,nu. 19.commu. dicit. B.Villalo.

Amplia,in ſalario aſſeſſoris,Cur.Iuni.ibi,nu.37. cummunem dicit.

Amplia ſecundò,in ſalario doctoris legentis,Idem ibi comm.dicit.

Amplia tertiò,in aduocato,Idem ibidem nu.53.comm.dicit.

Nota quòd ſi præſidens remoueatur per culpam ſuam, non perdit ſalarium præteritum,ſed futurum,Idem ibi,nu.53.comm.dicit.Idem.

Salarium aduocati,vel procuratoris pars non perit,ſi gratis officiū exercuerunt.Boe.deci.ccx. nu.5.communem dicit.

Amplia in aduocato,qui propriam cauſam proſecutus fuit,quia nō repetit ſalarium,ſi vincat,Boer.deci.ccx.nu. 3,communem dicit.Et vide ſuprà aduocatus,nu.44. Idem.

P R O.Sancta ruſticitas omnia palam habet.Accur. in §. item Seruiana.inſtit.de actio. Bellon.

P R O.Sanctiſsima res eſt ciuilis ſapientia , quæ pretio nummario non eſt æſtimanda.l.j.§.j.ff.de var.& extra,cog. Idem.

PR O.

PRO. Sapiens fallere non vult, falli autem non poteſt. gl. in l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur. Idem.

PRO. Sapiens pauca, & multa intelligit. §. j. vbi glo. in authen. de conſang. & vterin. fratr. colla. vj. Idem.

Sapientis dictamine iuramentum ſuum extendi velle ſi teſtator dixerit: tunc poterit ille ſapiens relicto filio vel filiis facto, apponere illa verba Iure inſtitutionis, vel Titulo inſtitutionis. cõ. §. T. q. xxxviij. verſi. vlterius. P. Fich. ex Claro.

PRO. Satis iniquum eſſe videtur, per leges quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri: augeri enim magis rempublicam hominibus legitimè natis quàm impiis periuriis affici conuenit. l. ij. C. de indic. vid. toll. Bellon.

PRO. Satius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnari. in l. abſentem. ff. de pœn. Bellon.

PRO. Satisfactio pro ſolutione eſt. l. ſatisfactio. ff. de ſolut. Bellon.

Schedula ſcripta manu propria ipſius teſtatoris, continens eius voluntatem vltimam, diſponendo de bonis ſuis in fauorem piæ cauſæ, in tali caſu (ſcilicet piæ cauſæ) illa non ſuſtinetur in vim teſtamenti, neque alterius vltimæ volũtatis. Sed ſi inter liberos reperiatur talis ſchedula à teſtatore confecta, ſeruanda eſt tanquam teſtamentum. comm. Clarus in §. teſtamentum, q. vij. in princip. Idque procedit ſiue teſtes adhibiti ſint necne, cum. in §. T. q. xiiij. in princip. cum verſi. ſequent. Requiritur tamen quod dies ſit appoſita, qua confecta eſt, commun. in d. q. xiiij. verſi. Sed nunquid. Item requiritur quòd ſcripta ſit abſque vllis abbreuiaturis, vel notis, etiam vſitatis. commu. in d. q. xiiij. V. Sed quia. Hoc tamen Clarus intelligit de numero vnciarum, vel ſumma aliqua pecuniæ, ne notis arithmeticis exprimantur. Valet autem huiuſmodi ſchedula etiamſi non fuerit manu teſtatoris ſcripta, ſed ſaltem ſubſcripta. com. in d. q. xiiij. verſicul. quæro quid ſi. nam ſi neque ſcripta, neque ſubſcripta eſſet manu teſtatoris, ſed ſaltem in eius arca reperiretur, nihil valebit. d. q. xiiij. verſic. item quæro. ſi tamen à filiis ſubſcripta eſſet. (licet à patre neque ſcripta neque ſubſcripta) valeret. commu. in d. q. xiiij. V. ſed pone. Intellige tamen non vt teſtamentum valere, ſed vt contractum ex conuentione ipſorum filiorum. Ibid. Si verò talis ſchedula reperiatur in libro Notarij, non tamen manũ teſtatoris ſcripta vel ſubſcripta nihil valebit, etiamſi ibidem reperiantur nomina teſtium adhibitorum. d. q. xiiij. V. prætereà quæro. P. Fich.

PRO. Scientia poteſt donari non vendi. in l. j. §. proinde. vbi gl. ff. de var. & extra cogni. Bellon.

OBIEC. Contrà, cui ius eſt vendendi, & donandi ius eſt. l. cui ius. ff. de reg. iu.

SOL. Dic quòd illa regula quandoque locum non habet, quia quandoque permittitur donatio, non venditio: vt l. fin. C. de præd. decur. lib. x. Idem.

PRO. Scientia nobilitat hominem in l. ſi. vbi glo. C. de poſt. in c. penul. extrà, de præben. Idem.

PRO. Scienti & conſentienti non fit iniuria. l. qui autem. §. j. ff. quæ in fraud. cred. Idem.

PRO. Scire leges non eſt verba earum, ſed vim ac poteſtatem tenere. l. ſcire leges. ff. de legib. Idem.

PRO. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. in can. ſicut in ſacramentis. §. item ſi poſſet. de conſec. diſt. iij. c. ſuper literis extrà, de reſc. Idem.

PRO. Scriptura cedit chartæ. §. literæ. inſti. de re. di.

PRO. Scriptura fit ad faciliorem probationem, & perpetuam rei memoriam. l. cum res. C. de proba. l. contrahitur. ff. de pig. l. iiij. de fid. inſtr. l. iubemus. ver. ſed ne aliqua. C. de teſtam. Idem.

PRO. Scripturæ veritas per ipſum debet probari authorem. l. ſi quis decur. C. ad leg. Cor. de fal. Idem.

PRO. Scripturæ diuerſæ nihil probant. l. ſcripturæ. C. de fide inſtrumentorum. Idem

Scripturam minus ſolemnem contra Titium productam per Sempronium non poteſt ipſe Titius acceptare in parte, & in parte non, etiam quando Capitula eſſent ſeparata ſecundum Corne. conſilio lxxxj. volum. iiij. ſed debet fieri acceptatio in totum, aut in totum repudiari. Contrarium verò ſentit Bart. in l. quædam. §. nummularios. ff. de ædendo. in l. Aurelius. §. item quæſiit. in fin. ff. de liber. legat. & in l. Publia. §. fin. ff. depoſi. vbi ipſe docet modum, quando ſit vnum capitulum, & quando diuerſa, & illam opinionem Bart. ſequitur Abb. in c. ij. de fide inſtr. & conſi. xxxvj. volu. ij. Ant. de But. & Imol. in ca. bonæ. ij. ext. de poſtul. prælat. & in c. ex parte decani. extrà de reſcript. Roman. conſil. cccxlvj. Iaſ. in repeti. l. admonendi. ff. de iureiurand. & ibidem Ripa. nu. 123. idem Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de ope. no. nũcia vbi rationem adducit, quia approbatio ſcripturæ dependet à poteſtate approbantis, ſeu acceptantis, & huiuſmodi ſententiam ſequitur etiam Guido Papæ q. ccccciij. & plerique ex præcitatis Doctor. aſſerunt eam eſſe communem, & Bellonus conſi. xlvj. nu. 11. & ſeq. Quæ communis ita retenta tanquam veriſsima limitatur non habere locum in ſcriptura alicuius adminiſtratoris, vt puta in libro rationum tutoris, nam ſi aduerſarius vellet acceptare in parte, tenebitur ſtare in toto propter vnitatem officij ſui. l. cum quæritur ff. de admi. tut. & in iſtis terminis loquuntur Corn. in d. conſi. lxxxj. & Ang. in l. ſumptus. C. de admi. tut. vbi ait, quòd excepto libro rationum adminiſtratoris in aliis ſcripturis poteſt fieri acceptatio in parte tantum, quando capitula reperiuntur ſeparata: Coarctatur ſimiliter hæc communis non procedere in priuata ſcriptura facta manu alicuius tertij: illa quippe non poteſt in parte acceptari, etiam in capitulis ſeparatis ſec. Iaſ. in d. l. admonendi. limitatur poſtremò iſta communis non procedere quãdo Iudici aliud cauſa cognita videretur, & ex veriſimilitudine, ac qualitate perſonæ ſcribentis, quòd etiam cõtineat in aliis partibus liber veritatem, verbi gratia: ſi ageretur de modica ſumma, & ſcribens ipſe ſit bonæ famæ. ita Bald. conſi. clvj. vol. iij. & ſic ſecundum Bal. hoc videtur reſidere in iudicis arbitrio, & ſequitur Deci. in ca. ij. de fide inſtrum. & in l. j. C. de æden. & circa materiam ſcripturæ aliqua ſcripſimus infrà, in verſi. teſtes. in ſcriptura priuata, &c. B. Villal.

Scripturam eſſe de ſubſtantia contractus Emphyteotici. Magis commun. dicit Clarus. §. Emphyteu. q. iiij. P. Fich.

PRO. Secundum qualitatem & conditionem perſonarum verba intelligi debent. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi. Bellon.

PRO. Secundum qualitatem & conditionem perſonarum pœnæ ſunt infligendæ. in. l. Pedius. ff. de ince. rui. & nauf. maior enim pœna infertur ſeruo, & minor libero. in l. capitalium. §. fin. ff. de pœn. l. ſi ſeruum. ff. ſi ex nox. cau. aga. & minor pœna ſublimioribus, quàm humilioribus imponitur. l. iij. §. fi. ff. pe adulteriis. Idem.

PRO. Secundum diuerſas qualitates diuerſæ ſpecies fiunt. l. & habet. §. placet. ff. de precario. Idem.

PRO. Sed, ſubſequente copulatiua &, denotat diuerſitatem facti, & identitatem iuris. l. ij. vbi gl. ff. ne quis eum qui. l. ſed & ſi lege. ff. de pe. here. Bellon.

PRO. Sedes apoſtolica omnibus petentibus ſe liberalem exhibet. c. ſedes apoſtolica, extrà, de reſc. Bellon.

PRO. Sedes apoſtolica nunquam moritur. c. ſi gratioſa, de reſcrip in ſexto. Idem.

PRO. Segnius expediunt commiſſa negotia plures. glo. in l. ſi plures. §. j. ff. de tut. & cura. Idem.

PRO. Senectus venerabilis eſt. Sapien. iiij. idémque honor ſenibus qui & in magiſtratibus olim tribuebatur, in l. ſemper. ff. de iure. immu.

Senex ætatis decrepitæ torqueri non poteſt. l. iij. §. ignoſcitur. ff. ad ſylle. vbi Bar. hoc expreſſe firmat, & in l. de minore. ff. de queſt. in prin. Brunus in tract. de indi. & tortu. in iiij. q. nu. 18. poſt Odofr. & Gãdi ibi relatos per eum. & Grammat. deci. xxxiiij. nu. 5. vbi tenet, quòd Senex non excuſatur à tortura, ſed decrepitus tantùm, qui eſt poſt annos ſenectutis, & iſta eſt com. opi. vt aſſerit Paul. Grilan. in tract. de q. & tort. in q. incip. vj. quæro, an omnes perſonæ indiſtinctè, num. 2. licet ibi teneat expreſsè contrarium, quicquid ipſe dicat, ac ſuadeat ob hoc à præfata communi non eſſe recedendum duxi, quam approbat per plures rationes Tyraq. in tracta. de pœnis remittendis, aut temperandis, cauſa viij. nu. 1. cum ſeq. imò, retenta com. opi. dic fortiùs, quòd confeſſio emanata à prædicto Sene, ac etiam ratificata nulla videtur, nec eidem in aliquo præiudicat, vt voluit gl. Bar. & alij in l. pen. ff. de quæſtio. Gandi. in tract. maleficiorum, in rub. de quæſt. Mar. in l. j. ff. de quæ. nu. 24. & conſi. xiiij. Alex. conſi. v. vol. j. Gramm. conſi. crim. xxxvij. voto. vj & Capicius deci. cxlv. & iſtam Bar. opin. in d. l. pen. communiter intelligunt Doct. paſsim in confeſsione expreſsè ratificata etiam ad bancum iuris, & in expreſſa perſeueratione dictæ confeſsionis, ita tenet Alex. conſi. lij. vol. iij. Marſi. in d. l. j. Ang. Aretin. & ibi latius Aug. de Arimi. in trac. de maleſi. in ver. fama public. nu. 36. & Marſi. in d. l. pen. quia quouſque perſonaliter detinetur item metus durare præſumitur, vt ibi latiùs per eum, qui dicit plures liberaſſe à pœna mortis, & plures alios citat Gram. conſi. cri. xxxvij. nu. 8. Iaſ. conſi. lxxxvii. verſi. pari ratione lib. nec confeſsio, idem tenet Alc. in c. j. num. 52. de offi. ordi. & Pariſi. conſi. lxiij. in fi. vol. iiij. ex quibus apparet iſtam eſſe com. opi. vt Doc. ſuprà relati audacter atteſtãtur, & alij paſſim, & his accedit, quòd Senex dicitur ab ætate quinquaginta ann. vſque ad ſeptuaginta, vt per gl. magiſtram in proœ. vj. Decre. & ibi plenè Io. And. & Gram. in allegat. deci. xxxiiij. B. Villal.

PRO. Senior præfertur iuniori. in l. ſi. ff. de fide inſtrumẽtorũ. Bell.

PRO. Seniorum conuerſatio, iuuentutis educatio perfecta fit. §. cogitandum. in auth. de monach. Idem.

PRO. Senatus ius facere poteſt. l. non ambigitur. ff. de legib. Idem.

PRO. Senatores pars corporis Imperatoris ſunt. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta. Idem.

PRO. Semper in coniunctionibus, non tantum quid liceat, ſed & quod honeſtum eſt, conſiderandum eſt. l. ſemper in coniunctionibus. ff. de rit. nuptiarum. Idem.

PRO. Sententia à non ſuo iudice lata, eſt nullius momenti. in l. fi. C. ſi à non comp. iud. c. in clericorum. xj. q. j. c. in primis. in fi. ij. q. j. c. at ſi clerici. ext. de iud. c. ad audientiam de conſuet. ext. Bellon.

PRO. Sententia debet eſſe conformis libello. l. vt fundus. ff. com. diui. l. fi. de fide. lib. C. cap. licet Heli. de ſimo. Bellon.

PRO.

PRO. Sententia debet fieri in ſcriptis,& ſedendo.in.l.ij.C.de ſen. ex breuic.recit.& §.ſedendo.in authen,de iudic.

PRO. Sententia eſt quid indiuiduum.non enim poteſt pro parte valere,& pro parte non valere. l. in hoc iudicium. ff. familiæ erciſcundæ. Bellon.

PRO. Sententia habet relationem ad acta,gl.in l.iij.C. de ſenten quæ ſine certa quantita.profer. Bellon.

PRO. Sententia habet paratam executionem.l.ij.C. de execut.rei iudic. Bellon.

PRO. Sententia facit ius,& reddit de albo nigrum, & de nigro album.l.ingenuũ.ff.de ſtatu hominum.l.ſiue.ff.de libe.agnoſcen. Bell.

PRO. Sententia lata contra ius,ipſo iure eſt nulla.l.ij. C. quando prouoc.non eſt neceſ.l.j §.item cum contra.ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcin. Bellon.

PRO. Sententia lata contra formam & ſolennitatem iuris non valet.l.prolatam,C.de ſenten.& interlocut.om. iudic.l.cum hi.§.ſi prętor.ff.de tranſactionibus. Bellon.

PRO. Sententia contra pupillum indefenſum non valet.l.acta.§.ſi. ff.de re iudica. Bellon.

PRO. Sententia lata contra vnum ex ſociis,non præiudicat cæteris,ſi eius culpa acciderit:ſecus ſi dolo.l.ſi de com.ff.ſi ſer.vẽdi. Bellon.

PRO. Sententia in mortuum dicta non valet.in l. Paulus, ff. quæ ſenten.ſine appellatio,reſcinda.l.in ſumma.§.fi.de re iudicata. Bellon.

PRO. Sententia non conſtituit ius,ſed quod eſt declarat.l.ſicuti.§. ſed ſi quæritur.ff.ſi ſer.ven.l.& ex diuerſo.§.j.ff.de rei vendi. Bellon.

PRO. Sententia omiſſo procuratore lata contra dominum,quia in iudicio non fuit,eſt ipſo iure nulla.l.j.C.de ſenten.& interlocut. omnium iudic. Bellon.

PRO. Sententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit,timenda eſt. ca. ſenten. j.q.iij. Bellon.

PRO. Sententia præſumitur iniuſtè lata,l.Herennius. §. Caia.& ibi not.ff.de euictio. Bellon.

PRO. Sententia transfert dominium,in § fin.inſt.de offi.iud. Bell.

OBIEC. Contrà de §.item ſi in iudicio.inſtit.de excep. vbi ſententia lata in actione perſonali reo abſoluto remanet debitor.

SOL. Illud habet locum in obligatione quæ eſt res incorporalis.§. j.inſtit.de reb.corpo.& incorpo.Hic de dominio rei corporalis: facilius autem perditur dominium rei corporalis quàm incorporalis, in l. iij.vbi not.ff.pro ſoc. Bellon.

Sententia requiritur in caſibus, quibus Vaſallus incurrit pœnam priuationis,Vaſallus enim nunquam amittit feudum ipſo iure, niſi in caſu alienationis, & traditionis factæ ſine conſenſu domini. in reliquis omnibus Vaſallus debet prius de culpa conuinci, & ſententia ſubſequi antequam Vaſallus priuetur feudo, commun.d.in §.F.q.lxij. P.Fach.ex Claro.

Licet ſententia infinitiua lata ex veris probationibus,puta ex teſtibus,de veritate,vel partis confeſſione,vel publicis inſtrumentis, tranſeat in rem iudicatam,& nunquam poſſit reuocari: tamen lata vigore aliarum probationum,quas Doctor.appellant non integras, vel præſumptiuas,puta vigore probationis, factæ per duellum, vel per teſtes de credulitate, vel iuramenti ſuppletiui, & ſimilium: talis ſententia poteſt quandocunque comperta veritate reuocari, & nunquam tranſit in rem iudicatam (Vel breuius: Sententia lata ex probationibus præſumptiuis, vel priuilegiatis,nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed poteſt quandocunque comperta veritate reuocari.) Eſt communis opinio ſecundum Cor.in conſi.lv.viſis.circa fin. verſi. & primo allegatur.volu.iij. M.Gribald.

Sententia lata contra infirmitate detentum, ſiquidẽ à iudice ignorante,mero iure tenet, & valet,ſed datur condemnato in integrum reſtitutio: ſi verò à iudice ſciente, eſt ipſo iure nulla. (Vel generalius: Sententia lata contra contumacem, neceſſario impedimento detentum:mero iure valet, ſi ab ignorante, ſed reſtitutione reſcinditur: ſi à ſciente,eſt ipſo iure nulla.) Eſt com.opi.ſec.Iaſon.in l.ij.§. ſi quis in iudicio.in v.not.ff.ſi quis caut. Idem.

Sententia à qua non eſt appellatum, & quę tranſiuit in rem iudicatam:ſiue contra præſentem,ſiue contra contumacem lata fuerit,præſumitur iuſta & ſolennis, & quò ad rectitudinem, & quò ad ritudinem,nec amplius poteſt reuocari vel infirmari, maximè ſi à tempore iudicati lapſum fuerit biennium. Eſt magis com.opin. ſec. Alexnd. in conſi.xxv.viſo proceſſu.circa med.vol.vj. Idem.

Sententia lata contra communem opinionem, mero iure valet, propter conflictum opinionum. Eſt commun.opin.ſecund. Iaſon. in l. cum prolatis.de re iudic.ſequitur Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres. in vj.oppoſ.Bar.de verb.oblig. Idem.

Sententia lata ad conſilium ſapientis, nunquam tranſit in rem iudicatam.Eſt com.opin.ſec.Dec.in conſi.cclxxviij.non leuis.in fi. Idem.

In iudiciis vniuerſalibus incerta ſententia reſpectu rerum admittitur,ſed in exequutione poſtea liquidatur.Eſt commun.opi.ſec.Aret. in conſilio.cx.clariſſime.in fin. Idem.

Sententia lata per errorem expreſſum,habita relatione ad acta,eſt ipſo iure nulla.Eſt mag.com.opi.ſec.Alexand.in conſi.cxxiij. diſcuſsis. verſi.tamen quò ad propoſitum.vol.j. Idem.

Peruerſio ordinis cauſæ ad cauſam,non vitiat ipſo iure ſententiam gl.in l.j.C.de appel.Eſt com.opi.ſec. Socyn. conſil.xcviij.iuſtiſ.iudex. vol.iiij. Idem.

Sententia Iudicis, quæ tranſiuit in rem iudicatam habet præſumptionem pro ſe,ſiue lata fuerit in præſentem,ſiue in abſentem, & contumacem verum vel fictum,ſecundum Specu.Ioan.And.in §.vt auth. de ſententiis prola.Ioan. Calderi. & Abb. in ca. quoniam contra.de probatio.& alios communiter ibi,Imo.& Anto.de But. in ca. in præſentia,de renunti.vbi ſubdit ipſe Imo. hanc eſſe communem opinionem,& in ca.in iure de offic.deleg.& in ca.in præſentia. de renunt. & latiſsimè Roman.in l.ſciendum.ff.de verbo.obligat.Gramma. deciſio. xxiiij.numero 5.& 13.& Modern.in d.capit.quoniam contra. Ratio eſt quia ſententia poſtquàm tranſiuit in rem iudicatam cuiuſcunque iudicis fuerit,habetur pro veritate.l.res iudicata ff.de regu.iur.c. cùm inter, de re iudic.& ex ea reſultat præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi propter confeſſionem partis,vt not.Bartol.in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condict.indebit.& Bal.in l.filium quem habentem,C.famil. erciſc. & in ſ l. cùm quis.C.de Iuris,& facti igno.& Cepo.in cautel.xxiij. hoc procedit præſertim vbicunque ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam lata eſſet non de recenti,ſed de antiquo,vel longinquo,& tunc præſumitur pro ſententia,etiam ſi in ea non eſſet facta mentio ſolemnium, aut actorum,ſecundum Hoſtien.in ca.cùm inter,de re iudic.Innoc. in ca.cùm de iure.de offic.deleg.Bartol.& Curt.iuni.in l.admonendi, nu. 250.ff.de iureiurand.& Areti.conſil.xxxvj.Paul.verò de Caſt. ſibi parum conſtans conſi.lxxvj.libr.ij tenuit contrarium.vbi ait, quòd non præſumitur pro ſententia in antiquis etiam quò ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſententia,idem voluit Bald.conſi.cciij.volum.iij.idem videtur tenere Alexand. conſi.cxxiij.volum.ij.Sed prima opinio Inn. videtur magis communis,vt ſcribit Curt.iun.in d.l.admonendi, num. 250.& prædictis accedit vltèrius quòd antiquum tempus, quò ad hoc dicitur xx.annorum argumento ca.cùm venerabilis.de excep. & facit to.tit.C.de præſcript. longi temp.decem, vel viginti annorum, & ita tenet Calder.in d.ca.quoniam contra,quem ſequitur Abb.conſilio lxj.lib.j.& Calca.conſilio viij.Sed opinio iſtorum mihi parum ſatiſfacit,ex quo alteram ſententiam huic de directo contrariam reperio, & forſan veriorem, quòd in præmiſsis tempus dicitur antiquum, quando poſt latam ſententiam eſſet lapſum biennium, tradit Bald. in l.vnica.C.ne lice.in vna,eadémque cauſa ter. prouo. poſt Oſtien. in d. ca.in præſentia,idémque voluit Ioan. Andr. in nouella, Ang.in l.quæcunque.§.fin. ff.de publica.Bald. in ca.j. de milite vaſa. qui contumax eſt,Bertachi.in iij.par.ſui reperto.in verſi. ſententia præſumitur. ante fin.Alexand.in l.fin.§.illud,ff.quando appellan. ſit. in addit ad Bartol. ante fin.& Gramm.poſt alios relatos ibi per eum in deciſio xxiiij.nu. 7.& ſequent.ſubdens ibi iſtam eſſe veriſsimam opinionem. In contrariam verò partem videtur inclinare Bald.in d.cap.j.citans Inno. in ca.Albericus,ext.de teſtib.& idem Bald in cap.j.quo tempo.quòd imò requiratur,vt ſit lata ſententia ipſa multùm de antiquo,cæterum neutram ex iſtis duabus opinionibus ſequar. cùm ambæ erroneæ appareant,vt infrà apertiſsimè oſtendetur. Tertiam opinionem circa præmiſſam reperio quòd ad hoc,vt dicatur ſententia antiqua ſufficit tempus decem annorum, ſecundum Hoſtien.in d.ca. Albericus,quem ſequitur Ang.in d.ca.quoniam contra.Alexand.conſi.123.lib.ij. Gozadi.conſilio cxxx.vel cxxxvij. & Veronen. conſilio xxvj. quartam vltimo loco reperio opinionem iudicio meo magis tutam,& æquam, & ſequendam fore ſuadeo,quæ quidem eſt ita,quòd totum hoc committi,& relinqui debeat Iudicis arbitrio, quando ſententia ipſa dicatur lata de antiquo,vt pro ea præſumatur,etiam in ea non facta mentione ſolennium, & actorum, & iſtam opinionem ſequitur, & tenet Io. Calderi.in d.ca.in præſentia,Alexand.conſilio ccxix.lib.vj. & conſilio xvij.lib.iiij.Areti.conſilio xxxvj. & iſtam ponit eſſe communem opinionem Auguſtinus Beroius in d.ca.quoniam contra.num.252.& alij Modern.ibi qui quidem Iudex variè arbitrari poſſet,ſecundum qualitates iudicum,qui pronuntiarunt,quia magis abſque dubio præſumeretur pro ſententia vnius Iudicis maioris,quàm inferioris in dubio. l.j. ff.de offic.pręfect.prętor.not.Bald.in l.tutores.ff.de confirma. tuto Iaſ. in l.pacta nouiſsima.in iij nota.C.de pactis,& in rubr.C.qui admi.& hoc procedit quando Iudicis maioris qualitas non eſſet nota Iudici Arbitranti,ſi enim manifeſta eſſet,& Iudicem ſciret imperitum, præcipitem,aut minus integrè arbitrium eius, conſiderabit tempus longiùs, quàm in Iudice recto,integro,perito & inculpato,vbi verò tempus exactum eſſet annorum xxx. illud ſine dubio videtur ſufficere ſecundum Veronen.conſi.lxiij.Ampliatur prędicta communis, quòd ſicut pro ſententia præſumitur, ita pro laudo præſumendum eſt, ſecundum Alexand.in l.ſciendum.ff.de verbor.obligat.Bald.in l.ſi de meis. §.recepiſſet.ff.de arbitr.& Doctor.in capitul. quoniam contra falſum, de probatio. quod procedit de plano in laudo arbitratoris, vt habeat præſumptionem pro ſe, ſecundum communem opinionem omnium

ſcriben.

ſcriben.quam celebrat,& citat Deci.in d.ca.quoniam contra,nu.184. Lanfran.de Oriano,Pariſi.& Auguſtin.Beroius ibidem. Similiter hoc procedit in laudo quòd in dubio pro eo præſumitur etiam pendente reductione ad arbitrium boni viri, vt concludunt omnes indifferenter, in dict. ca. quoniam contra,præſertímque Deci. ibi,numero 186. Ampliatur quoque iſta communis, quæ habet quòd præſumatur pro ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam non ſolum procedere in ſententia,verum etiam in quolibet decreto iudicis,imò Doctor.in di. ca.quoniam contra,communiter conueniunt, quòd præſumatur adhibitum cauſa cognita;etiam quòd in ſpecie non exprimantur ſolemnia requiſita ad ipſum actum, ſuper quo decretum interponitur, & loquuntur Doctor. etiam in actu, in quo tales ſolennitates remitti non poterant, vt in alienatione bonorum Eccleſiæ, vel minoris, & iſta exempla,& alia ſimilia ponunt Doct.in l.cum hi.§.ſi prætor. ff.de tranſact.vbi Bal.& Pau.de Caſt. F.Viuius.

Sententia latea per Iudicem finita inſtantia, eſt nulla, ſecundum Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.in ii quæſtio.ff.de offic.Procon. & in cap.j.ſi de inueſti.inter Domi.& vaſ.alis ori.in vſi. feudorum, & in l. properandum.C.de iudi.Abb.in capit.venerabilis,de iudic. Fely. poſt eundem Abb.in ca.de cauſis.de offic.delega.Roman. conſilio ccccxxv. & ccccxxvij.Paul.de Caſtr.conſilio cccxxiiij.videtur dicendum,facit text.in auth.& qui.C.de tempo.appe.& firmat Paris de Puteo in trac. ſyndi.in ver.ſententia.in princip. vbi dicit inſtantiæ lapſum non ſuppleri per.c.deteſtantes.in Regno,& iſta eſt communis opinio, vt per Moder.in d c.de cauſis. F.Viuius.

Sententia non poteſt ferri, parte non citata, per conſequens lata non præiudicat,ſecundum Doctor. in l.de vnoquoque. ff. de re iudic. vbi Marſi.& Doctor.in l.nec quicquam,vbi Iaſon.numero 20. de offic. Procon. & legati, & Bernard. de Luco in reg. 673. per text. in ca. Deus omnipotens,ij.q.j. & in capitul.j. de cauſ. poſ. & propriet. quia citatio eſt fundamentum iudicij, vt inquit Specul. in titul. de Citatio. in princip.Abb.& alij in ca.quoniam contra falſam. in verb. citationes de proba.& ibi tradit Deci.& dicit Bartol. in l. prolatam. C. de ſententiis & interloc.omnium iudic.poſt Antiquos per eum relatos, quòd citatio dicitur de ſubſtantia iudicij ſaltem eo reſpectu, quia ea omiſſa ſententia contra abſentem non citatum erit nullius momenti,& cum Bartol.tranſeunt omnes communiter ibi. Ampliatur primò iſta concluſio, vt in tantum procedat, quòd ſi ſententia fuerit lata contra abſentem non citatum, non valeat nec teneat, etiam quando eſſet lata in fauorem abſentis non citati,vt voluit Sily, gloſſ.& Bart. in l.eos qui.C.quomodo,& quando iudex,& in l.furioſo, ff. de re iudi. vbi Alexand.numero 3.ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Iaſon.in d.l.nec quicquam.numero 48. quam ipſe limitat non procedere in ſententia definitiua, ſecùs in interlocutoria lata in fauorem abſentis non citati. Ampliatur ſecundo loco quòd ſententia, omiſſa citatione,etiam à Principe, lata, dicitur nulla, vt in l. fin. in princip. cùm gloſſ.ij.C.de legib.tenet Bald.ibi, Alexand.conſilio xj.aliàs conſului,lib.vij.Soci.in tractat.de citatio.in vij. articul. princip.Marſyli. in d.l.de vnoquoque,vbi hoc plurimum declarat,numero 13. cum aliis multis ſequent.& Iaſon.in d.l. necquicquam, numero 29. vbi refert Doctor.contrarium aſſerentes:Ratio iſtius ampliationis videtur iſta, quippe negans citationem videtur negare defenſionem, quæ cùm naturalis ſit, & iure naturali concedatur. l. vt vim. ff. de iuſti.& iure,auferri nemini debet,vt eſt text.in clement.paſtoralis.§. cæterùm de re iudica.& ita tenet Bald.in l.cùm fratrem. in fin. C.de is quibus, vt indignis Alexand.conſilio v. volumine ij. numero 2. Iaſon. in l.ij. quam legit cum l.j.C.quando libellus Principi datus, & in l. reſcriptum.in ſecundo nota ff.de pact.imò citatio ipſi dicitur adinuenta de iure Diuino. Nam etiam Deus omnipotens, cui omnia ſecreta ſunt clara,non priùs Adam damnauit,quàm citaſſet,quando dixit: Adam, vbi es,vt legitur, Geneſ. capitul.iij. & ita dixit Bartol. in extrauag.ad repri.in verbo.& figura,Socin.in præallegato tractat.de citatio.in ſecundo articul.Abb.in ca.cùm olim.de re iudic.& Curtius Senior conſilio 49.numero 92.vbi alios allegat. Ampliatur tertio hoc habere locum non ſolum in ſententia deffinitina, verum etiam in interlocutoria requirente cauſæ cognitionem & afferente parti non modicum præiudicium,in qua quidem ſententia requiritur, vt feratur partibus præſentibus,& legitimè citatis,ſecùs autem ſi ſit parui præiudicij. l.à procedente.C.de dilat.tenet,& declarat Bartol.in d.l.necquicquam.§. vbi decretum,Angelus,Imol. Paul.de Caſtr.& Marſy.numero 4.& ſequent.in d.l.de vnoquoque,Bartol.Imol.& Alexand.in d.l.ſi opus.ff. de noui oper.nuntiatio.& Iaſon.in d.l.necquicquam, vbi numero 23. ait iſtam eſſe communem opinionem,& Ruynus conſilio 69. num.6. quia cauſæ cognitio eſt de iure Diuino,ſecundum Abb.in ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitutio.& Deci.conſilio 264.reuocatur. Aduerte tamen quòd in interlocutoria ſententia non ſolum requiritur citatio,verum etiam peremptorium,ſecundum Hierony. Tortum in quodam ſuo conſilio quòd refert,& citat Marſyl. in d. l. de vnoquoque numero 6.Ampliatur quartò, quòd etiam ſententia diffinitiua videtur nulla ſi pars citetur ad audiendam iudicis voluntatem, quia requiritur citatio ad audiendam ſententiam,ſecundum Rotam Roman. in deciſione 342.in nouis,Iſtud autem procedit etiam in cauſis ſummariis,vt per gloſſ.& Doctores in clementina ſæpe,de verbor. ſignifi. & Ioan.Ferrettum conſilio nonageſimoquinto, numero tertio. Ampliatur quinto loco, quòd quando domino fuit facta citatio ad audiendam ſententiam in caſu,quo iudicium fuerit agitatum cum eius procuratore, tunc ſententia ipſa domino non comparente non valet,vt per Bartol.in l.mutari,circa fin.ff. de procurator. & in l.procur. C.eodem titul.Canoniſtæ omnes in capitul. in nomine domini,de teſtibus,& Alexander.in l.furioſo,numero 7. ff. de re iudicata. Ampliatus ſextò quòd ſi reo fuerit citatio facta ſeptima die menſis Aprilis, & lata fuerit per iudicem ſententia die xiij. eiuſdem menſis in fauorem actoris ſine alia citatione rei condemnati,tunc ex defectu iſtius citationis omiſſæ ſententia redditur nulla, non obſtante præcedenti citatione facta pro alia die. l.fin.§.cum ibi notat.ff. quod vi, aut clàm, & not.& declarat Ruynus conſilio cxxxvj.numero 1.volumine v. Ampliatur prędicta vltimo loco, quòd non valet Statutum quòd ſententia poſſit ferri parte non citata, ſecundum Bald.in l.j. C. quomodo,& quando Iudex.per dictam clement.paſtoralis,& idem tenet Soci.conſilio clxiiij. viſa bulla Bonifacij,volumine ij.Anton.& Ioan.de Imol. in d. clement. paſtoralis,& Bartholo.Socin. conſilio vij numero 14. poſito,ac inſerto inter conſi.feudalia Albert. Bruni, & Curtius iuni. conſilio lxx.numero 21. & iſtam concluſionem ita & aliter ampliatam limitat in xix.caſibus Iaſon.in d.l.necquicquam,numero 23.eandem regulam limitat in aliis. xix. modis Franciſc. Niconicus in ca. quoniam contra falſam de probatio.in ver.citationes,numero 54. vſque ad numer. 97. eandemmet regulam limitat Anton. Nicel. cxv. modis in concordantiis gloſſ.concordan.lij.nu.ccxxiiij.vſque ad num. 371.& in repetitio c.teſtium.& in c.ij.de teſtib. F. Viuius.

Sententia Principis abſque citatione non valet de iure Canonico text.eſt in clement.paſtoralis,in ver.cæterum de re iudicata, quia citatio ipſa à iure naturali prouenit,& eſt vera ſpecies defenſionis,itaque nullo pacto per Principem etiam omitti poteſt, vt per Abb. in ca.j.de cauſa poſſeſſ. & proprieta. Corne. in ca. cùm olim. de re iudic. Areti. conſilio clxv. ſicut Ioan. Socin. conſilio ſuo incipien. ſępenumero,quod eſt poſitum inter conſilia Franciſc.de Curt.& eſt xx.in ordine,vbi vult poſt alios relatos per eum ſentẽtiam declaratoriam non adhibita citatione eſſe nullam, & huiuſmodi opinionem ſequitur etiam tanquam communem Maranta in tractat.de iudic.in vij. parte princip. numero 3. & Socin.conſilio xij. volumine j. & Sebaſtian Vantius in tractatu de nullitat.in tit.quis poſsit dicere,&c.& Fortunius in l.Gallus. §.& quid,ff.de liber.& poſthum. Iſta verò communis limitatur non procedere de iure Ciuili.l.final.C.de legibus, vbi apparet ſententiam Principis abſque citatione valere,& notat Roma.conſilio cccxlix.in ſecundo dubio:circa fin.allegans l. Lucius, ff. de euictio.& l.item ſi verberatum,ff.de rei vendi. & ideò Alexand. conſilio lxxxvij.viſis codicillis. libr. ij. dicit quòd,quando apparet Principem omninò voluiſſe alicui præiudicare non oportet citare illum, ex quo actus eo inuito poterat expediri, quod etiam tenet Roman. conſilio ccxij.quò ad primum,& Modern.Canoniſtæ.in d.ca.cùm olim, ſequitur etiam Deci.conſilio cxcj.in cauſa,numero 6. & 8. & conſil. cclxix. conſultus ab illuſtri,& Socin.conſilio iiij. libr.iij. numero 14. confirmatur prædicta concluſio:nam Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam parte non citata ſecundum Ioan.And.in additio.Specu.in titul.de ſentent.§.iuſta,ver.eſt etiam nulla,& in capitul.j.de cauſa poſſeſſio.& propriet.& in ca inter quatuor,vbi Innoc.Imo.& Abb. de maiori.& obedien. cum aliis cumulatis per Alexand. in l. de vnoquoque.ff.de re iudic.& per Socin. in d. conſilio xx. & conſilio xxj. & per Fely.in d.c.cùm olim,& licet ibi videatur concludere, quòd proceſſus factus etiam de plenitudine poteſtatis contra non citatum non valeat,tamen in verſic.recipiunt iſta,concludit,& tenet valere in caſibus,in quibus poteſt omitti citatio,qui ponuntur per Alexand. in d. l.de vnoquoque,& per Maranta.Soci.in tractat.de citatio. & opinionem iſtam quòd Princeps de plenitudine poteſtatis poſsit procedere,& facere actum validum abſque partis citatione,firmauit quoque per plura argumenta,& rationes diſputando Marſyl. in repetitio. l. de vnoquoque.ff.de re iudic.numero 12. vſque ad numer. 23. ego verò concludo poſſe à Principe citationem tolli, quæ iure humano poſt concluſionem cauſæ neceſſaria eſt ad ſententiam pronuntiandam, in iſto quippe primo caſu nulla eſt alleganda defenſio, & ideò potiùs ea citatio eſt iuris poſitiui, & humani, quàm naturalis, quemadmodum in ſpecie tradit elegantiſsimè Afflict.in deciſio. cclxxxiij. & Maranta in tractat.iudiciorum in vj parte,numero 10.vbi explicant quòd omnes ſententię ſacri conſilij Neapolitani proferuntur poſt concluſionem ipſam in cauſa abſque citatione,& tenent tanquam latæ ſub nomine Regis, & Principis. Secundo caſu ſimiliter conſtat Principem poſſe tollere citationem in his actibus, quos ipſe agere poteſt liberè abſque iniuria etiam ſine cauſa,& in alterius præiudicium. Nec enim citatio tunc impedire poteſt liberam voluntatem Principis, quòd expreſsè tenuerunt Socin. conſilio clxiij. volumine ij.& alij, quos refert, ſequitúrque

quitúrque Crauet.conſi.v. F.Viuius.

Sententia interlocutoria non eſt neceſſe,in ſcriptis proferri.Iaſo. in l.nequicquam.nu.59.de offi.Proconſ.com.dicit. Villál.

Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij.licet ſit interlocutoria,habet tamen vim diffinitiuę Coua.in reſo.lib.j.nu.8. commun. dicit,ex Rebuffo.l.quòd iuſſit.nu.48.ff.de re iudi. Idem.

Idem ante illos dixit Feli.in c.Examinata.in fi.de Iudi. I.Fich.

Sententia interlocutoria.quò ad partes.tranſit in rem iudicatam, quò ad iudicem tamen non Præp.in c.xij.q.j.& Iaſ.in l.quid iuſſit,nu 46.de re iudi.ff.communem dicit. B.Villal.

De iure regio,iudex habet terminum trium dierum ad illam reuocãdam,& ſi ab eo fuerit appellatum.vſque quo deueniat ad iudicem, ad quem.l.iij.tit.ij.lib.ij.For.ll..& de hoc loquitur l.iij.& v.tit.xiij& l.j. tit.xv.lib.ij.For.ll. Idem.

Amplia etiam ſi contingat aliquod factum.poteſt reuocari.Iaſon. ibi nu.23.communem dicit.

Amplia ſecundò.quòd in tantum eſt vera.quòd ſi pars in proſecutione appellationis fecerat expenſas. non ſunt reſarciendæ Iaſo. ibi nu.9.comm.dicit.

Fallit in interlocutoria,in qua iudex pronuntiatur eſſe iudicem, quia per eum non poteſt reuocari.Iaſo.ibi,nu.9.communem dicit.

Fallit ſecundo.in interlocutoria bis confirmata,gl.in cle.ſi.in ver, ſuper ea.de appel.ſecundum Specu.& Car ibi.& Aufer.in addi. ad Deci.Capel Tolo.181.quia tunc per iudicem.nec per partes poteſt reuocari.Et vide Alex conſ.99.vol.v. Idem,

Sententia lata contra Vaſſallos.ſciente domino pra iudicat domino quantum ad poſſeſſionem non quò ad proprietatem,Feli.in cap, cum ſuper.nu.12,de re iudi.communem dicit. Idem.

Sententia ex teſtimonio periti in arte.nunquam tranſit in rem iudicatam,Hieronymus Cagno in conſil.dere.iuris ff,nu, 32, communem dicit. Idem.

Sententia quę tranſit in rem iudicatam non poteſt impugnari ex eiſdem actis,Curt,Iuni.conſi,ix,nu.6.communem dicit. Idem.

Fallit.ſi appareat euidenter iniqua ex eiſdem actis.quia nunquam tranſit in rem iudicatam Curt,iuni.124.nu.14.commuem dicit & eſt ipſo iure nulla.Iaſo,in lege errorem. numero,11.C,de teſtam, communem dicit. Idem.

Sententia prolata non viſo proceſſu.eſt ipſo iure nulla,ſi conſtat, Anto de Tremo.in addi.ad Bona in pract excepti.in rub.de impe.execuri.nume.17,in verbo, alij caſus,verſi.quid autem.de publicatione teſtium communem dicit. Idem,

Sententia lata pro abſente non contumace.non valet,Iaſo.in l.nequicquam,ff.de offic.Proconſul & in l.furio.nu,3.de re iudi.ff.cõm.d.

Amplia iſtam communem etiamſi ſit lata in fauorem furioſi, vel abſentis qui non potuit citari,Fran.de Aret,in c,cauſam quę,de iudi, nu.23,ex Anto.ibi & ex gl.in l.furioſo.& in l.quęſitum.ff.de re iu.Idẽ

Sententia diffinitiua,vel interlocutoria parte cuius intereſt, non citata.non valet,Anto.de Tremo in addit.ad Bonac.in pract.excepti.nu 17.in fi.communem dicit. Idem.

Sententia referens ſe ad aliquod inſtrumentũ quod non eſt in proceſſu,non valet ſecus tamen ſi eſt in proceſſu Iaſ.in l.ait pretor.§.ſi iudex.nu.19.ff.de re iudi. communem dicit,quia ad alia acta iure poteſt ſe referre Sebaſt. Vantius de defectu proceſſu. & ſolenni, num. 105, communem dicit. Idem.

Amplia etiam ſi iudex ſit informatus de dicto inſtrumento,non tamen producto in iudicio.Coua.Reſo,lib,j,c.j. nu,9,communem dicit ex Areti.in c.iij.de accuſa nu.14.

Sententia prolata de nocte non valet,Iaſo,in l.non minorem,num, 3.C.de tranſactio.communem dicit. B.Villal.

Sententia lata pro majori contra minorem ex falſis teſtibus, aut probationibus,eſt ipſo iure nulla,& non eſt neceſſaria reſtitutio,Iaſo, in l,ſi quis ad quem.ff.de acquir.here,communem dicit.Si tamen proferatur contra maiorem,non eſt ipſo iure nulla,ſed cum beneficio reſtitutionis in integrum petito intra quadriennium, ſecundum magis communem opinionem,vt atteſtatur Anto.de Tremo.in addit.Bonac in rub.de excepti.& Be,nu.3,in ver.vel inſtrumenta. Idem.

Nota iſtam communem ad intel.l.j.titu.xxvj.part,iij.& eſt maximi effectus,quia ſi eſſet ipſo iure nulla,deberet nullitas proponi intra ſexaginta dies à tempore latę ſententię,per.l.ij. titu.xv.lib.iij. ordi. Sed cum requiratur reſtitutio,ſufficit quod proponatur intrà quadriennium,quod nota.Et circa iſtam.l.nota dictum notabile,Balbi in tract. de preſcr.in iiij.par.iiij.q.lij.nu.4,cum ſequen.vbi dicit, quod ſi apparet de nullitate,manifeſtè in perpetuum poteſt dici de nullitate , ſecùs tamen,quia non durat niſi per triginta annos. Idem.

Sententia,in qua non eſt appoſitum verbum,'abſoluo,'vel condẽno,non valet,Iaſo,in l.errore.C.de teſta.nu,3.communem dicit.Idem

Sententia in vna parte inualida quando ſunt plura capitula, nõ eſt in totum inualida,Anto,Nice,in concorda gl.concorda lv. communem dicit. Idem.

Sententiam nullam ex turpitudine iudicis non poteſt iudex, qui protulit corrigere,nec aliter pronuntiare,Panor in cap. oporteat.nu. 6.de accuſ.communem dicit. Idem.

Sententia iniuſta,quę tranſit in rem iudicatam,ſi hoc conſtat per confeſſionem partis,vel ſi id ſit notorium, condemnatus reſtituitur, non obſtante re iudicata,Alci,in cap,nouit.de iudi.nu.40. communẽ dicit.Et poteſt etiam retractari per Euangelicam denuntiationem, Curt.iun.in conſi.ciiij.nu.4.com.dicit.Et vide Boe.deciſ.cccvj. Idem

Sententia arbitramentalis,quę tranſit in rem iudicatam à partibus homologata,debet obſeruari.Curt.Iuni.conſilio clxxvij, numero 13, communem dicit, Idem.

Sententia lata per arbitros cum clauſula arbitratorum,& arbitrorum ſi pronunciant tanquam arbitri,& arbitratores, cenſetur prolata tanquàm ab arbitratoribus,Ioan,de Ripa in lib.ij. reſponſ.ca.ij.num. 5.communem dicit. Idem.

Sententia poteſt proferri de conſenſu partium per iudicem ordinariũ,arbiter autem non poteſt Iaſ.in l.ſi conuenerit.de re iudi.nu.7.ff. communem dicit,quã intellige,ſi à partibus non ſit homologata, ſecùs tamen,cũ pariat actionem in factum,Bar.in d.l.ſi conuenerit.

Nota quòd ſententia arbitri homologata ex compromiſſo, rato manente pacto,producit actionem in factum, Iaſ.in l.ait prætor,nu, 12.ff.de re iudica,communem dicit, Idem,

Sententia ſi per iudicem appellationis ſit confirmata,producit actionem,& ex ea agitur & non ex prima,Iaſo.in l.res iudicata,nu.11, ff.de re iudicata.communem dicit. Idem,

Pallit,ſi ſententia appellationis,ſit confirmata ex deſertione primę per lapſum fatalium,cùm ſit interlocutoria,agitur ex prima,Iaſo. ibi nume.4.communem dicit, Idem,

Sententia lata contra heredem , per quam eſt pronuntiatum teſtamentum nullum , præiudicat legatariis, Alexand. in l. ſæpe. ff.re re iudic. magis communem dicit , vt refert Ant. de Tremo in addit. ad Bonac.in pract.excepti,in rub. de except.& Bene,num.5.in verbo, nota autem nono. Idem,

Sententia licet ſit pronuntianda in loco maiorum,tamen propter neceſsitatem eminẽtem,poteſt proferri ſuper turrim,Iaſ..in l.ab antiquis.C.de teſtam.communem dicit. Idem.

Sententia continens certam diſpoſitionem,licet adiiciãtur(prout hactenus ſolitum eſt) illa verba non faciunt conditionem,nec oportet aliquid probare , quando petitur executio.Curtius Iunior conſil, lxxix.num,3.communem dicit, Idem.

Sententiæ verba ſtrictè ſunt intelligenda. Curtius Iunior cõnſil. lxxiiij.communem dicit. Idem.

Sententiam,vel proceſſum in fauorem falſi procuratoris,dominus poteſt ratificare,ſiue maior,aut minor, Iaſo. in l,licet. de procura. C, num. 10.communem dicit. Idem.

Sententia contra principalem lata non habet executionem paratam contra fideiuſſorem contractus,in fideiuſſore verò iudicij ſecus, ſecundum glo.in ca.j.de iniur.& dam.dat,in vi.in verſ. prægrauatur, & Bart.in l,j.ff.iud. ſol. ſed agi debet ordine iudiciario ſeruato actione ex ſtipulatu,& quomodo agendum ſit docet Imo.in c.peruenit.de fideiuſſo.qui opinionem gl.& Bart.vbi ſuprà comm,dicit. Turzan,

Sententiæ,quæ in rem tranſiuit iudicatam ſtandum eſt, & pro dicto eius proceſſu præſumitur ſiue de præſenti ſiue de antiquis & ſiue in præſentem,ſiue in abſentem lata ſit.Inn.& Imo.qui aſſerunt hanc communem in cap. cum in iure peritus. de offic. deleg. Felyn,in cap. quoniam contra.verſiculo quarto concluſio, & verſiculo tertio,concluſio.de probationibus. F.Turzan.

Sententia poſt peremptam inſtantiam lata , dicitur eſſe nulla , vt Doctor.communiter tradiderunt.in l.properandum.C.de iud.& in c. de cauſis.de offic.deleg.Ioan.And.in additione ad Spec.in tit.de iud, deleg.§,teſti.verſi.quid ſi ſtatuto. & Bald. in l.obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. procon. & leg. & in c.ex ratione , de appel. cujus rei illa eſt ratio,quia lapſa inſtantia perinde firma remanet prima ſententia, ac ſi nunquam appellatum fuiſſet. l.ij. in fin. §, illud. C.de temp, appella,l.ſi contra.C.de appella.& d.cle.pe, ſicque huiuſmodi ſentententia lata cenſeretur à non ſuo Iudice.cap.at ſi clerici,de iudi.& toto titulo C.ſi à non compe.iud.iudi.fu, F.Turz.

Sententia contra maiorem abſentem,contumacem,per dolum,& falſas probationes producentem lata,eſt nulla præſertim ſi Iudex ſecutus fuerit probationes huiuſmodi vt probatur in l. ſi Prætor.§.Marcellus & ibi gloſ.Bar.& alij de iudic. Abb.in cap.cum venerabilis, de except.& plenius in c. licet cauſam.de proba.probatur etiam in l.qui agnitis eo.tit.de except.faciunt l.j.ij.& iij. C.ſi ex falſ. inſtru. & quod notatur in l,querela.C. de fal.Ioan. Andr.in d.c.licet cauſam.hancque opinionem ſecutus eſt Soci.in conſil.xviij.in j.parte, F.Turzan,

Scribit Iaſon,in §.bonæ fidei,col,mihi. iij.num.6.quòd ſi ſententia Iudicis,ſiue iudicium delegatorum ſit iniqua, erit quoque nulla , nec poteſt eſſe iniqua,quin ſit etiã nulla,ea,inquit,ratione,quia illis mandatur,vt iuſtitiam faciant.Si igitur iniquam ferant ſententiam mandatum non adimplent,verum contra illius formam pronuntiant,conſequenter nulliter,ca.cum dilecta,de reſcrip.cum aliis vulga.quæ Iaſ.

ſententia

ſententia alio ſic corroborari poteſt meo: ſi compromiſſum fiat in aliquem, ſeu aliquos ea lege, quod de iure tantum decidant, & definiant, ſi quidem arbitri contra ius pronuntient, laudum erit nullum. l.non diſtinguemus.§.fi.ff.de recep.arb.Bar.in l.diem proferre.§.ſtari.ff.eo.Aret.conſi.lxviij.verſi.iij.oſtenditur.Cor.conſil.clxxvij.lib.ij. ergo idem dicendum in iudice delegato, cui mandatur, vt pronuntiet, ſecundum ius. Sed contra Iaſ.dictum inuehitur, & tenet Felyn. in cap. cauſam, quæ, de re iudic, ſequitur Ripa in l.qui Romæ. §. duo fratres. ff.de verb.oblig.& breuitatis ſectator & amator, vtruſque leg.interpres. Bur. Aſten.conſil.lxix.verſic.vij.ipſe delegatus. Pro opinione verò Iaſ.tenet Cor.conſi.clxxvij.nu.27.lib.ij. Ita demũ ſi expreſſè mandatum ſit iudici delegato, quòd prout de iure pronuntiet, ſequitur Oldrad.conſil.xciij. magiſter ordinis. verſic. & ſic cum iuſtas cauſas, conſil.ccxcv.orta materia, Barba.in c. prudentiam. & ca.in literis.de offic.deleg.Fel.tamen vbi ſupra dicit illam opin.comm. Sed dici poteſt Iaſ.& ſequa.opin.procedere poſſit, quando diſpoſitiuè demandaretur, quòd de iure pronuntiaret, & non ſub verbis illis generalibus iuſtitiam faciat, quia tunc, licet demandatum ſit quòd tacitè ineſt, illa tamen diſpoſitiua expreſſio aliquid operari debet, iuxta text. in l. ſi quando.ff.de leg.j.& in c.ſi papa de priuil.in vj. cum ſimil, & pro hac declaratione ſeruit dictum Bar.in d.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit, Abb.d.ca.cum dilecta.de reſcript.Fulg.conſil.xj. F.Turzan.

PRO. Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.l,naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ.l.Papinianus exuli,ff.de mino.l.fin ff. de calum. Bellon.Toloſ.

Sepultura prælati, licet ſit honeſtũ, quòd ſepelietur ante electionẽ: non tamen eſt neceſſaria.Guil.conſil.ccvj.nu.1.comm,d. B Villal.

Sequeſtrum non tollit poſſeſſionem, ſi eſt neceſſarium, ſecus ſi eſt voluntarium, Curt.iun.de ſequeſtris q.ij,num.71.communem dicit, vide in verbo poſſeſſio. B.Villal,

Sequeſtrum regulariter tollitur ſatiſdatione, Balbus deciſ. ccxl. Curt.iun.de ſequeſtris.q.xiiij.comm,dicunt. Idem.

Sequeſter poteſt præſentare beneficium eccleſiaſticum, Io.Cota, in Miſcel.lib.iij,c.ij.nu.16.communem dicit, licet contrariam dicat cõmunẽ Borſettus.in c.examinata de iudi.ſed hanc dicit magis communem Lambertinus de iure patr.q.ix.ar.iij,lib.j,part.ij. Idem.

Sequeſtrum abſque conſenſu vtriuſque partis poſitum penes aliquem mercatorem non priuat poſſeſſorem poſſeſſione, præcipuéque ſi per iudicem incompetentem appoſitum fuit, tũc iuxta communem ſcribentium, quam ſequitur & declarat Fely.& alij ibi in ca. illud de præſcrip. Caſſaneus conſil. xlviij. per totum, & nouiſſimè Gomeſ.in regula cancell.in reg.de annali poſſeſſore,q vj,ante fin. F.Viuius.

Sequeſtrum regulariter tollitur per ſatiſdationem. l.fi. C, de ordi, cogi.& ſecundum Cynum & communiter Doct. in l.vnic.C, ſe prohi.ſequeſt.pecu, dummodo in ſatiſdatione promittatur de reſtituendo ſine procraſtinatione, ſecundũ Bart.in l.litibus C.de agri.& cenſi niſi in caſu clemen.j,de ſequeſtra. poſſeſsio. in quibuſdam aliis caſibus, de quibus per Pan.in c.ij. ext,eo. item contumacia, vel abſentia impetrantis ſequeſtrum non curantis litem proſequi.l,ſi oleum,ff.de dolo. Similiter nota, quod multi ſunt caſus in quibus ſequeſtratio fieri permittitur, de quibus per glo.in cap, dilectus.extra de ſeque.poſſe. & fruct.& per Bal.in l.fideiuſ.§.fi.ff qui ſatiſda.cogan,& in l.vnic.C. de prohi.ſeque,pec.& per Abb.in d.c.dilectus, & licet ad conceſsionẽ ſequeſtri exigatur ſummaria cognitio, non tantum citatio partis, vel alius ordo iudiciarius propter ſuſpicionem fugæ, & exportationis rei, vt per Bald.in præcitato §.fin, & Panor.in d.c.ij.circa fin. Idem.

PRO. Sero accuſas mores quos vxorem ducendo probaueris.l. hæc verba.§.fi.ff.ad leg.Iul.de adult. Bellon.

PRO. Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.l.j.ff.de vſufru.leg,vnde prædium ipſum ſibi ſeruire non poteſt.l,cum eſſet.§.fin.ff.de ſer, ruſt. præd. Bellon,

PRO. Seruitutes ſunt indiuiduæ. lege, viæ atque itineris. ff, de ſerui. Bellon,

PRO. Seruitutes ſunt perpetuæ, non temporales.l.iiij.ff.de ſeruit. Bellonus.

Seruitus nõ dicitur propriè quæ à perſona perſonæ debetur.Cora, in rub.de ſerui,nu.13.communem dicit. B.Villal.

Seruitus, vel ius piſcandi, vel ſecandi ligna ex nemore, vel paſcendi pecora in pratis alienis, eſt perſonale, Idem Cora.ibi, numero 208, communem dicit. Idem.

Seruitus de non ædificando molendinum, præſcribitur à tempore præſcriptionis aliorum habentium molendina, Iacob.de S,Georg.in tract de feudis in verbo.molendino, nu.5.comm.dicit. Idem.

Seruitus, vel ea, quæ habent cauſam diſcontinuam, non præſcribitur, niſi per tantum tempus, de cuius initio non eſt memoria in contrarium, etiam contra ſcientem, Curt iun.conſi.clxxviij. nu.28.& 38. communem dicit & in verbo præſcripto. Idem.

Seruitutis probatio inducitur ex cauſa habili allegata, & probato tempore Præpo. in cap. quia cognouimus. x. quæſt.iij. communem dicit. Idem.

Seruitutem vel onus aliquod imponere poteſt vaſallus rei feudali ſine conſenſu domini in ſui præiudicium tantum, Sed in præiudiciũ domini, vel agnatorũ non poteſt, ideo ipſo mortuo extinguitur etiam ſeruitus illa commu.d.in §.F.queſt.xxxvij. P.Fich.ex Cla.

Seruitutes quas vaſallus pretio acquiſiuit in beneficium rei feudalis, vel alia quæcunque iura inſeparabilia, accedunt feudo, & ad dominum directum pertinent non ad heredes vaſalli ad quos feudum non tranſit.com.in §.F.q.lxxxviij.ver.ſed quid de. Idem ex eod.

Seruus teſtamento in teſtem adhibitus, qui tamen communi opinione non habebatur pro ſeruo, non ideò facit teſtamentum irritum ſed valebit.commu.in §.T.q.lv.verſ.vlt. Idem, ex eod.

Seruus acquirit domino ignoranti ex cauſa peculiari poſſeſſionem & vſucapiendi conditionem. Sed ex cauſa peculiari licet acquirat poſſeſſionem, non tamen conditionem vſucapiendi, Iaſ.in l. poſſeſſione appellata,§,item acquirimus, nu.5.ff.de acquirenda poſſeſſio. & in §, per ſeruum nume.8.communem dicit. B.Villal.

PRO, Seruus neſcit quid faciat dominus ſuus, Ioan. xv. not.gloſſ, in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cert.pet. Bellon.

PRO. Serui communiter ſunt fures.gloſſ. in l.Iulianus.ff.de actio empt. Idem.

PRO. Seu, dictio eſt ampliatiua.l.ſi ita.ff.de aur.& arg.leg. Idem,

PRO. Si, pro quia ſumitur.l.videamus, vbi gl.ff,de in lit.iur. Idem,

PRO. Si cæcus cecum ducat, ambo in foueam cadunt. Matth.xv, Luc.vj.in ca.ſi.de æta.& qualit.extra. Idem.

PRO. Si ex vna obligatione plures naſcantur actiones, vna tantũmodo, non omnibus eſt vtendum.l.plura.ff.de ac.& oblig.

PRO. Si fueris Romę Romano viuito more, Si fueris alibi, viuito ſicut ibi.not.in cano.illa.xiij.diſtin. Idem.

PRO. Si idem eſſent codicilli, & teſtamenta, cur diuerſis nominibus nuncuparentur?l.ſi idem.C.de codi. Idem.

OBIEC. Contrà quia imo idem ſunt.in l. fi, C. de teſtam. & l, hac conſul ſſima.§.j.C.qui teſta.fac.poſſ.vel non.

SOL. Ibi ſunt duo caſus ſpeciales, in quibus æquiparantur teſtamẽta, & codicilli.quo ad teſtium numerum tantum, in teſtamento ſcilicet ruſtici & cæci, Idem.

PRO. Si in vno caſu decedat pater & filius, pater prius deceſſiſſe præſumitur.l.qui duos.§.cum in bello.ff.de reb.dub.

PRO. Si nemo adeat hereditatem relicta in teſtamento non valet. l.ſi nemo.ff.de tut.l.ſi nemo.ff.de reg.iur,

PRO. Si non valet quod ago vt ago, valet vt valere poteſt.l.j.vbi latè not.ff.de iur,cod.l.ſi C.de Cod,l,ex ea ſcriptura,§.j.ff.de teſta.l.ſi vnus. §.vltim,ff.de pactis. Idem.

PRO. Si non valet quod in veritate agitur, tamen valet quod ſimulatè concipitur,l.Lucius.vbi Bartol.ff.depoſ. Idem.

PRO. Si omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent locum diuina iudicia non haberent.c.ij.xv.q.vj. Idem.

PRO. Si quis contra domini voluntatem rem attigerit, furti actione teneatur.l.ſi quis in tantam,C.vnde vi. Idem.

PRO. Si vinco vincentem te, multo fortius te.l. de acceſſionibus, ff.de diuer.& temp.præſ. Idem.

PRO. Sic facianda eſt interpretatio in ambiguis, vt magis actus valeat, quã pereat, in l.quoties.ff.de reb.dub.l.quoties,ff.de verb.obligat.

OB, Contra de l.ſi ita fuerit.ff.de reb.dub.& l.duo ſunt Titij.ff. de teſta.tu.vbi in dubiis potius actus vitiatur, quàm valeat.

SO. Aut ſit interpretatio circa eor, quibus relinquitur, & tunc vbi ſunt incerti relictum impeditur, quia deficit probatio non ius.l.quoties.ff.de vſufr.& l.ſi quis de pluribus.de reb,dub,& ita procedant cõtraria, aut verò ſit interpretatio circa eum, à quo relinquitur, & tunc humanior ſententia eſt ſequenda ne pereat relictum in dubio.l.ſi ita fuerit.§.planè.de reb.dub.& ita hic intelligitur.

PRO. Sicut actiones ſunt arma actorum.ita exceptiones ſunt arma reorum.gl.in verb.perſequendi in §.j.Inſtit.de actio. Bellon.

Signum notarij non eſt neceſſarium quòd apponatur, licet ſit vtile propter comparationem. Alex.in rubr.de noui oper.nunciat.ff. xiiij. communem dicit. B.Villal.

Vulgaris fuit Doctor.quæſtio, videlicet Rom,& Imol.in rubr. de no. oper.nunciat.Barr.in l.ad teſtamentum.§. ſi quis.ff.de teſtamen. Guv.in l.comparationes,C.de fide inſtrumen.Cyn.& Bald.in l.contractus,eod.titu.eiuſdem Bald.in l.ſcripturas.C.qui potio.in pignor. & aliis in locis. An omiſſio Signi Tabellionatus notarij vitiet inſtrumentum, & communiter concludunt omnes non vitiare, quia illius oppoſitio de iure neceſſario non requiritur, vt refert & ſequitur Alex.in d. rubr.nu,14.vbi videre potetis. F.Turz.

PR. Simplicitas legibus eſt amica §.ſed quia ſtipulationes.Inſtit.de fid.hered.& veritas.in c.veritatis extra de iur. Bellon.

PRO, Simplicitati, ſeu ruſticitati, & ignorantiæ parcendum eſt. in l.ij.ff.ſi quis in ius voc,non ier.l.j.§.fi.ff.de ede.l.ſi quis ver.doli.ff. de iuriſ.om.iud. l.ſi quis in graui.§.ſi quis ignorans.ff.ad Syllal.de die.§. ſi ſeruus.ff.qui ſatiſdat.cogan.l.quicunque.C. qui admi.adde tex.in l. final.

ſina.C de ſide,in l.fin.ad Turp..in l.fi.C.de teſtamen,in l.j.ff.de dol. in l.generaliter. C. de tab.lib.x.& in cap.cum vniuerſorum. extra de rerum permut.

O B.Contra de l.ij.C.de in ius voc.& l.j.C. de inter.ma.& l.j.C.de fina.Imò vbi ruſticitas ſeu ignorantia non excuſat.

S O L.Dic quòd contraria caſualia ſunt in iure naturali,& interdicto matrimonio,& falſa moneta.

P R.Simulans dementiam tenetur,l.congruit.§. fi.ff.de offi. præſi.

P R O.Sine accuſatore nemo condemnari debet.Ioann.8.l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem.ff.de mun.& ho.cano. de manifeſta.ij.q. vj. cap.j.de accuſa.extra. Bellon.

P R O.Sine colloquio adulterium non committeretur.l. & ſi amicis.ff.ad l.Iul.de adul. Bellon.

P R.Sine poſſeſſione non procedit vſucapio,nec præſcriptio.l. ſine poſſeſſione.ff.de vſu,c.ſine poſſeſſione de reg.iur.in vj. Bellon.

P R.ſine poſſeſſione rei,dominium, in eccleſiam transfertur l.fi, vbi not.C.de ſacroſ.eccleſ.c.ij.extra de conſ.

P R O.Sine ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt l.apertiſſimi.C.de iud. Bellon.

P R.Singulare,vniuerſale poſitum poteſt referri ad omnia præcedentia,cuiuſcunque generis vel numeri exiſtant.heres meus §. vxori. ff de leg.iij. Bellonus.

P R O.Singula corpora,quæ cuiuſque propria fuerunt ex cuiuſque conſenſu mixta communicata eſſe intelliguntur.§.quòd ſi frumentũ, Inſtit.de rerum diuiſi.

O B.Contrà de l.ſi alieni.ff.de ſolut.vbi ſi alieni nummi mixti fuerint,non ſunt communes,ſed fiunt accipientis.

S O L.Speciale ibi in pecunia numerata,quæ multa habet ſingularia.l.ſingularia.ff.ſi certum petatur. Bellon.

P R O.Singula officia ſingulis ſunt perſonis committenda.in c.cũ ſingula de præb.in vj. Bellon.

P R.Singulæ cauſæ,ſingulis appellationibus commodius diſtinguuntur.§.alio quoque modo.Inſt.quib.mod.teſtamen.infirm.

P R O.Singulæ cauſæ ſingulas obligationes ſequuntur.l.& an eandem.§.actiones.ff.de exceptione rei iudic.

P R O.Societatis ius, quodammodo fraternitatis in ſe continet.l. verum ff.pro ſocio.

Societas vniuerſalis omnium bonorum non ſolum ſpecialiter & expreſſe.ſed etiam tacitè contrahi poteſt. Eſt commu.opin.cont. glo, ſecun,Soci.in conſi.ccxcj.viſis literis.in prin vol.ij. Gribal.

Societas omnium bonorum tacitè, poteſt contrahi,Iaſo.conſi. xxj, volu.iij.& conſi.iij,communem dicit. B.Villal.

Societas præſumitur inter fratres,ſi ſimul poſt mortem patris vixerunt hereditate indiuiſa,& lucra communicata non data ratione, Alci.in tract.preſump.regula.j. præſump.xxv.in principio communem dicit. B.Villal.

Socius vnius Fundici,ex pluribus, quòd non poſſit ãgere contra debitorem Fundici inſolidum,ſine mandato,eſt opinio Bar.in l.eandem.in princ.in vij,q.ff.de duo reis.Et eam communiter per omnès ibidem teneri, teſtatur Alex.in l.ſi vnus.in prin.nu. 1, & 4.ff.de pact, Et ibidem etiam Iaſ.nu,2.in fi.eam dicit communem. B.Villal.

Sodomæ delictum videtur contra ipſam naturam naturantem quæ eſt Deus,& contra naturam naturantem naturatam, quæ eſt cœlum & contra naturam naturatam,& eius generationem, quæ eſt homo, & propter huiuſcemodi delictum ac peccatum & fames, peſtilentiæ, & terremotus fiunt & Sodomitæ tenentur pœna vltimi ſupplicii , id eſt,mortis, vt habetur in auth.vt non luxurientur contra nat. & in l.cum vir nubit in fœminam.C.de adult,& §.item Lex Iulia.Inſti.de adul.& Deus optimus maximus licet ſit miſericors,& ipſa pietas ac miſericordia,pro tali tamen delicto atrociſſimo fecerit funditus ſubuerti Sodomam,& Gomorram,& alias ciuitates de quibus in teſtamento veteri ſacræ ſcripturæ,ex quo propriè loquendo, tam Sodomia quàm peccatum contra naturam dicitur ſiue fiat cum maſculo,ſiue cum fœmina,vt inquit Deci.in l.ſi qua mulier num.9. C.de ſecun, nup.& idem Deci.ibidem,in fin.vbi reprobat Soc.qui voluit ſolum propriè dici Sodomiam,quando fit cum maſculo,& ſi fiat cum fœmina dici pollutionem extraordinariam,quæ quid opinio Deci.(quicquid dicat Soci.)videtur verior,& communior quod propriè loquendo Sodomia dicatur,eam latè probat Hieron.Pau.in pract,Cancellariæ,& pari modo punitur ſiue cum maſculo,ſiue cum fœmina fiat,vt voluit Cardi.in clem.j.q.xiij.de conſang.& affini.Cotta lib.memorialium.in ver.pedicones,Aflict.in conſti.Regni lib.iij.rub.xlij.& probatur in c.vſus.xxxij.q.vij.vbi maſculis, & in fœminis,& in c.adulterij, malũ ead.cauſa & q.licet & malè Alciat.lib.x.Parerg.c.xj.aſſeruerit cõtrariũ & his accedit vtiliter,quod Sodomitarum bona confiſcantur & ipſi fiunt infames,& teſtari non poſſunt,vt latè conſuluit Anaſtaſius Platus conſi.fi.volum j.inter conſil.Barbatiæ, & nouiſſimè Nicolaus Bello, conſi.lxix. circa teſtamen. Dec.in d.l.ſi qua mulier num.7. Bal.in Auth. inceſtas C.de inceſtis nup.& Cotta.in lib.memorialium. in ver.pedicones. F.Villal.

Solennitas requiſita per cano.ſine exceptione xii.quæſt.ij. in alienatione rerum eccleſiaſticarum, non poteſt tolli conſuetudine. Solennitas autem introducta per auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle.tollitur conſuetudine.Iaſ.in l.de quibus.ff.de legib,nu.62, communem dicit. B.Villal.

Solennitas extrinſeca præſumitur ex tempore longiſſimo xxx, annorum,Aymon.de antiquit.temp.par.iij.in verbo primo,num.25. communem dicit. Idem.

Amplia iſtam communem ad mandatum procuratoris incertum in alio inſtrumento antiquo, Boer.deciſ.cclxxxj. nu,15, communem dicit ex Alex.conſil.cj.vol. vij.

Limita primò,quando ex eius aſpectu apparet defectus, Curt.iun, conſil.xxx,nu,4.communem dicit,

Amplia etiam in alienatione rerum eccleſiaſticarum,Io.à Ripa in l,lxij.de reſc.c.xxij communem dicit. Idem.

Solennitas intrinſeca materialis non præſumitur , vt pretium in venditione , Alber.Brun.de forma & ſolenni. in parte de proba , & præſumpt.formæ.conſi.v.communem dicit, Idem.

Solennitas ſententiæ præſumitur , quando partes fuerunt præſentes.Aymon.in ij.par.in verbo,ſed iſta limitatio.nu.15.com.d. Idem.

Solennitas excuſſionis ceſſat,vbi notorium eſt , debitorem principalem non eſſe ſoluendo.communem dicit Iaſon.in l,decem.num. 27.ff.de verb.obligat,

Contrariam opinionẽ quòd imò requiratur præambula excuſſio principalis debitoris,vt fideiuſſor conueniri poſſit,veram & communem dicit idem Iaſ.(ſibiipſi contrarius)in l,ſtipulatio.§,habet autem. nu.6.ff,de oper,nou.nuntia.Vide vtrobique allegatos Doct. I.Fich,

Solennitas certa à iure requiſita in teſtamento , ſi per ſtatutum remiſſa ſit , propterea non cenſetur proportione eadem remiſſa ſolennitas in codicillis,& cauſa mortis requiſita , vt ſi noua lege quinque tantum teſtes in teſtamento ſufficere ſanciatur , non ex hoc in codicillis,vel donatione cauſa mortis, ſufficient tres teſt. ſecundum Bart, in l.j.ff.de leg.j,quæ communis eſt,vt dicit Couarr.in rub. de teſtam. iij.numero 21. I.Fich,

PRO. Solennitas omiſſa vitiat actum,leg.ſi vnus.C.de teſt. Bell.

P R O. Solennitas intrinſeca præſumitur.l.ſciendum. ff. de verb, oblig.l.iuris gentium.§.quòd ferè.ff.de pact.l.j.in prin. .C.de rei vxor. actio.§.ſcriptum.Inſtit.de inut.ſtip. Bellon.

P R O.Solennitas intrinſeca non præſumitur,niſi probetur.l.quæcunque.§.fin.ff.de pub.in rem action. Bellon.

PRO.Solet verbum denotat perpetuitatẽ.l.qui ſaltum.ff.de leg.iij.

P R O. Solet ſæpe iudex,exacto iureiurando ſecundum eum , qui iurauit,iudicare,l.admonendi.ff.de iureiurand. Bellon.

P R O. Solidum non ſoluitur,non minus quantitate quàm die.l. ſolidum.ff.de ſolut. Idem.

P R O. Solo conſenſu matrimonium contrahitur,l.in copulandis. C.de nup.l.conſenſu.C.de repud.§.nuptias.in authen.de nupt.col.iiij, l.nuptias.de reg.iur. Bellon.

P R O.Soluta reſoluitur in coniunctam.l.triplici modo.ff.de verb, ſign.l.cum in teſtamento.§ j.ff.de hered.inſtit. Idem.

P R O. Solutio magis præſumitur eſſe facta pro eo quod meo nomine,quàm quod alieno debetur.l.& magis.ff.de ſolut.

P R O. Solutione facta pro parte tantum, adhuc integra remanet obligatio.l.ſi quis.ff de ſolut, Idem,

Solutio facta per heredem putatiuum cenſetur in dubio nomine veri heredis : & hoc ſi talis ſolutio fuerit facta poſt motam controuerſiam, ſecus , ſi facta fuerit ante : quia tunc cenſetur facta nomine proprio ipſius ſoluentis.Eſt comm.opin.ſecundum Dec.conſi.ccxlvij, de duobus.verſic.& ideò illa,&c. M.Gribald.

Vbicunque ſoluendum eſt aliquid pro aliqua re , ſi creditor eſt illius fori,in quo res ſituata eſt tenetur debitor,licet alterius fori,accedere ad domum creditoris,& ei ſoluere.Eſt comm.opin.ſecund.Iaſ.in conſil.viij.reiectis,verſi.& quamuis Bal.volum.j. Idem.

Solutio debet fieri de moneta antiqua,quæ currebat tempore contractus,Cur.iun.conſil.xxiiij.nu.4.comm.dicit. B.Villal.

Fallit,quando valor monetæ extrinſecus eſt mutatus,quia tunc inſpicitur tempus ſolutionis,& non contractus,maximè quando debitor eſt in mora,Boer.deciſ,cccxxvij.num.4.commmunem dicit.

Amplia,& in reſtitutione dotis.Franc.de Aret.conſi.ij.comm.dicit,

Nota quatuor cõcluſiones communes in hoc quando pecunia mutatur,Prima ſi tempore ſolutionis ex toto ſit mutata pecunia, & reprobata,ſoluitur æſtimatio eius in pecunia, Boer. in d.deciſ.num.12. communem dicit.

Secunda,ſi pecunia non eſt mutata ex toto, ſed diminuitur propter deminutionem ligæ,vel ponderis,periculum eſt debitoris, Boer, ibi.nu.13.communem dicit.

Tertia,ſi pecunia non deminuitur ex liga, vel pondere, vel augeatur,ſed quia Principi placuit augmentum,aut deminutio, periculum eſt creditoris.Idem ibi communem dicit.

Quarta,ſi variatio eſt facta poſt moram debitoris,ſoluere tenetur

quanti

quanti plurimi fuit poſt moram,Idem ibi communem dicit.B.Villa.

Solutio de conſuetudine poteſt fieri in moneta groſſiori, licet moneta ſit in obligatione.Cur.in conſi.xxiiij.nu.5.comm.dicit. Idem.

Solutio eſt probanda per dicentem ſoluiſſe,quando agitur cum illo,cui ſolutio erat facienda,ſecus tamen,ſi cum alio tertio opponente de non ſolutione,quia negatiua non ſolutionis eſt probanda per opponentem,Iaſ.in l.in emphyteuticarijs nu.133. C. de iur. emphy. communem dicit. Idem.

Solutionis exceptio ſemper poteſt opponi in executione ſententiæ,vel contractus habentis executionem paratam,Hieron.Cagno.in l.bona fides.nu.2.ff.de reg.iur.communem dicit. Idem.

Solutio partis ſtipulationis iuxta l.ij.§.& harum.ff.de verb.obligat. repetitur condictione indebiti,Alci.in d.l.nu.52.comm.dicit.

Soluere promittens in certo loco cum renuntiatione fori,poteſt ibi conueniri,etiam ſi ibi non inueniatur.Alci.de præſump.xxxvj. com. dicit. Idem.

Soluens timore ſtatuti,dicitur habere iuſtum metum Cur. Iuni. conſi.cxxvj.nu.4.com.dicit. Idem.

Spoliatus à iudice non poteſt petere , vt ante omnia reſtituatur, cum præſumatur pro iudice,Curt.Iuni.conſi.clxxv.nu.5.comm.dicit.

Sorte,& fortuna dubia dirimuntur.de legat.& notatur ſatis ſuperque in §.optionis.Inſtitu.de leg.l.cum ambo.ff.de iud.vnde in Euangelio.Partiti ſunt veſtimenta mea ad inuicem,& miſerunt ea in ſorte. Ioan.9.Pſal.10.gl.in l ſi quæ.ff.famil.erciſcun. Idem.

P R O.Sortitur quis forum ratione domicilij.l.ſi fideicommiſſum. §.penult.ff.de iud.& ratione contractus,vel quaſi.l.heres abſens.ff.de iud,& ratione delicti.leg.capitalium,§.fi.de pœn.auth.qua in prouincia.C.vbi crimi.agi oport.can.ibi cauſa.iij.q.& ratione rei.l.fi.C.vbi in rem act.& vide de hoc in c.fi.extra de foro compet. & gl.in d. l. heres.in §.apud Labeonem. Idem.

P R O.Species furti eſt,de alieno largiri.l.ſi pignore.ff.de furt.Idē.

P R O.Spes venit in conſiderationem.l.nec emptio.& l.ſi iactū retis.ff.de contrahen.empt.l.ſpem.C.de dona. Idem.

P R O.Spiritualia eſſe non poſſunt,ſine temporalibus : nec anima ſine corpore.in can.ſi quis obiecerit.xij.quæſt.iij. Idem.

P R O.Spiritualia ſunt digniora temporalibus. c. illud.& c. ſolitæ. extr.de maior.& obed.c.nouit.extr.de iud.vnde anima præfertur corpori.l.ſancimus.C.de ſac.ſan.eccl.c.præcipimus.xij.q.ij.

P R O.Spoliatus ante omnia venit reſtituendus.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.Iul.de vi.l.momentaneæ.C.vnde vi.l.j.C.ſi per vim,vel alio mo.can.redinte granda.q.j.iij.c. in literis. & c.ex conqueſtione. extra de reſt.ſpol. Idem.

Spoliatus ſua poſſeſſione,vel in ea turbatus ante omnia eſt reſtituendus,& manu tenendus.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iuliam de vi publ.& c.redinte granda.iij. q.j.Alex.& Doct.not.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſeſ. Iſta eſt vulgaris,& communis regula,quam quidem regulam amplia in tantum procedere , vt ſpoliatus debeat reſtitui vſque ad minimum quadrantem etiam ſi iniuſtiſſimè poſſideret,c.ſolicitè.de reſtit.ſpolia.& ita tenet Bal.conſi.cxxxv. volu. ij.& conſi.cxxxix.nu.1.vol.iij.& Cæpol.conſi.xix.nu.4. Ampliatur ſecundò iſta regula quod ſpoliatus intentans remedium d.c.redintegrāda,eſſet reſtituendus,dato quòd non probet vim, ac violentiam ſibi fuiſſe illatam,& ſic ſufficit, quòd ſola clandeſtinitas interuenerit in ſpolio facto:nam contra clandeſtinum poſſeſſorem poteſt agi remedio recuperandæ,nec poſſet proponere clandeſtinus poſſeſſor exceptionem ſui dominij,& per Imo.& Alex.in d.§.nihil commune,vbi referunt idem ſentire Inno. Io.And.& Ant.de But. quod quomodocunque ſuis fuerit ſpoliatus poteſt agere non obſtante ſibi exceptione dominij.Hanc opinionem lat. diſputat Soci. in d. §. nihil commune , vbi eam numero 32.dicit veriſſimam Fabius Corombonus, communem etiam aſſerit Ripa nume.73.& in c.ſæpe,de reſtit.ſpoliat. Contrarium verò , & malè ſenſerunt Dynus in regula qui ad agendum.de reg.iur.in vj.Bal.in l.ſi quis emptionis.§.ſed hoc ſuper illis.C. de præſcri.xxx.anno Ang.in l.vitia.C.de acquir poſſeſſio.& Roma.in d.§.nihil commune.Quicquid tamen iſti Doct. ſuadeant ob hoc non eſt diſcedendum à prædicta communi,quam approbant, tuentur, pariter ac atteſtantur ferè omnes Mod.in d.c.ſæpe.et in d.§. nihil commune.Ampliatur tertiò dicta regula,quòd non ſolùm ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus ad rem,ſeu poſſeſſionem ſpoliatam, verùm etiā ad fructus,quos ſpoliator percepit,ſeu percipere potuit ex re ipſa vel poſſeſſiōe,tex.eſt in c.grauis.et ibi Doct.no.de reſti .ſpoliat.Rota dec.xxv.in rub.de reſti.ſpoliat.in nouis,et Ripa in d.§.nihil cōmu.nu. 48.et nō ſolū ad poſſeſſionē,et fructus ipſos,ſed etiā ad expēſas,dāna, et intereſſe paſſa per ſpoliatum.debet ſpoliatus in primis et ante omnia reſtitui,c.accedens.ij.et ibi Ab.Panor. in pæn.not.et in d.c.grauis. vbi Doct.et Ripa in d.§.nihil commune.nu.50.Iſta regula ita declarata fallit in exceptione reſeruationis Papalis ſpecialis,vel generalis: nam agenti ſpolio,ſeu remedio d.c.redintegranda,obſtat dicta exceptio reſeruationis Papalis in beneficialibus,et oppoſita concernit defectum pro pietatis,et poſſeſſionis,vt firmat Rota deci.lvj.et cclxxj.

in antiquis,Beſſignetus deci.iiij.de reſtit.ſpol.Doct.in d.§.nihil commune,et Bald.Nouellus in ſua practic.crim.in rub.vulgaris eſt regula etc.nu.41.et ita ſe habet communis opinio,et practica obſeruat,vt meminit,et teſtatur Gomeſ.in reg.Canc.in reg.de triennali poſſeſ. q. xxxv,Aeneas.de Falconib.in tract.de reſerua.in iiij.q. prin. ij. effectu, et xlj. Aug.Beroius q.lxxx.Ripa.in d.§.nihil commune.Caſſadorus deciſ.j.in tit.de reſt.ſpoliat.et Soci.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir. poſſeſs.numero 19.Quam communem ſententiam intellige veram eſſe, et procedere,ſi ſpoliatio eſſet facta ante litem motam , vt conſtat in præcitata deciſ.lvj.ſimiliterque eam intellige procedere , quando reſeruatio eſſet facta ad beneficium vacaturum , ſecùs ſi ad vacans, vt per Caſſad.deciſ.ij.de reſtit.ſpolia.alias verò declarationes,et limitationes ad dictam reg.c.redintegranda.circiter 50.ponit Iacob. Nouellus Venetus in præcitata pract.cri.viij.verò limitationes refert Fabius Corombo.in dicto.§.nihil commun .numero.32.cum aliis ſequen.et xxxiij.limitationes ponit Baldus Nouellus Peruſinus ibi nume.46.vſque ad finem. F.Viuius.

Remedium c.redintegranda.iij.q.j.diſponens quòd Spoliato,ſeu deiecto à ſua poſſeſſione fiat redintegratio ipſius poſſeſſionis,ante omnia competit nedum poſſeſſori,ſed etiam conductori,et mandatario, ſecundum Specu.in titu.de poſſeſſ.et petit.§.j.verſi.ſed nunquid depoſitarius,vbi etiam Io.An.et Soci.conſi.xviij.nu.15. volu. iij. Similiter competit commodatario,depoſitario,et ſimilibus,ſecundum omnes Docto.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir. poſſ. et Socin.in l.rem quæ nobis.nu.6.eod.tit.et ibi Ripa nu.21.ait hanc communem opinionem.

Remedium c.redintegranda.iij.q.i.exploratum eſt eſſe pleniſſimū remedium,et magis generale,ac vtile inter alia remedia poſſeſſoria concurritque cum omnibus aliis remediis ſecundum Doct. in l. naturaliter.§.nihil commu.ff.de acquir.poſſ.et Lanfran.de Oriano in repetit.rubr.in tertia concluſione de cauſa poſſeſſio. et proprie. Datur autem iſtud remedium non ſolùm clericis pro rebus Eccleſię,ſeu propriis,verum etiam conceditur pro rebus Laicorum generaliter , ſiue mobilibus,ſiue immobilibus,ſecundum doctrinam Ant.in c. cùm ad ſedem.extra de reſtitu.ſpoliato.communiter approbatam,vt atteſtatur eam ſequendo Io.de Imo.Alex.et Soci.nu.4.in l.rem quæ nobis. ff.de acquir.poſſ.et idem Alex.conſi.xciiij.volu.v. et Maranta in tracta.iudicio.in iiij.parte prin.in vij.diſtinct.nu.50. vbi dicit quòd iſta eſt communis opinio.et obſeruatur in practica.Ampliatur hoc ſcilicet quòd d.c.redintegranda remedium datur,ac conceditur etiam pro feudis et iuribus incorporalibus , & bonis etiam ſtabilibus ſecun Barto. in l.iij.§.vnde vi.ff.de vi.et vi arma. Anto. de Butr., in c. cum Eccleſia Sutrina.numero 38.vbi etiam Ab.de cauſa poſſeſ.et proprieta.Iaſ.conſilio.clxxij.vol.iiij.Soci.in d.l.rem quæ nobis. in v. q. et Ripa in d.c.cum Eccleſia.nu.101.et iſta eſt communis opinio teſte eodem Ripa in c.ſæpe.nu.22.de cauſa poſſeſſio et proprie.Soci.et Iaſo. nu.19.in d.l.rem quæ nobis. F.Viuius.

Spoliatus quandocunque poteſt petere,ſeu agere ad reſtitutionem ſibi faciendam,cùm remedium,c.redintegranda.iij.quæſtion.j. ſit perpetuum,vt ſuadent omnes Canoniſtæ communiter in c.ſolicitè. de reſtitutio.ſpoliat.Soci.in l.rem,quæ nobis.viij.q. ff. de acquir. poſſeſ. et Caſſadorus deciſ.vj.in titu.de reſtitu.ſpoliat.in prin.vbi aſſeuerat hāc eſſe communem opinionem.Sed Claudius de Seyſe.in d. l. rem quæ nobis.Maranta in tracta.de iudiciis in iiij.parte vij.diſtinctio.numero 40.Bertrandus conſilio ccxlvij.Gratus conſilio lxx.volumi.ij. numero 18.Decius conſilio cccij.numero 24.et Ant.Galleſius in tract.de exercitatione iuris peritorum libr.iij.nume.56.audacter affirmant contrariam opinionem,videlicet quòd remedium.d.cap.redintegranda,præſcribatur xxx.annorum curriculo,eſſe magis communem,in iſto verò conflictu opinionum ſequor primam partem,omiſſo omni multiloquio,quam quidem tanquam veriorem tenuit maior pars Dominorū de Rota vt recenſuit Caſſadorus in præcitata deciſio.vj.nu.1.eamque ſequebatur Raynaldus Rodulphus Peruſinus Præceptor meus in Gymnaſio Peruſino,viuis et veriſſimis rationibus interpretans l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſeſſio.

Remedium c.redintegranda.iij.q.j.non conceditur,nec datur contra bonæ fidei poſſeſſorem cum titulo,verbi gratia , quando poſſeſſio nullo modo eſt vitioſa,nec poſſeſſor habet cauſam ab auctore vitioſo, vt voluit Bar.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poſſeſ. et Socin. poſt alios plures ibi per eum congeſtos , numero 12. et iſtam opinionem communem eſſe aſſerit Gozadi.conſi.xxviij.Pariſi.conſi.j.vol.j.et conſi.xxviij.vol.ij.et Socin.Iuni.conſi.xlvij.et ſeq.vol.ij.contraria verò ſententia videtur magis communis,et practicabilis, vt per Alex.Iaſ.et Ripam in d.l.rem,quæ nobis.Deciſio. conſilio. lvij. et conſilio. cclij.Ioan.de Amicis conſi.xcvij.Boer.deci.ccxxxix.Maranta.in tract.de iudiciis.in iiij.part.vij.diſtin.nu.50.Afflict. deci.ccclxj.et Caſſadorū,in deci.vj.de reſtit.ſpoliato.et ita conſuluit Ruynus conſi.xlvj.nu. 6. volu. j.videlicet quòd ſpoliatus debeat reſtitui etiam contra titulo , et bona fide poſſidentem , quam opinionem ſequitur quoque Ioan.Baptiſta Plotius poſt alios complures relatos per eum in repeti.l.ſi quan

quando.C.vnde vi.nu.65.poſt medium,& ita iudicauit ſacrum Concilium Neapolitanum,vt refert Afflict.in allegata deciſio.ccclxj.num.33.& iſtam partem tanquam veriſſimam amplector,ex quo deciſiones ſacri Concilij Neapolitani,quæ ſub nomine Regis proferuntur hodie in Regno ſuccedunt in caſibus dubiis loco Imperialis interpretationis,de qua in l.fi.C.de legibus,vt per Afflic.deci. clxxix. in fin. & iſtam vltimam opinionem ſequitur quoque Maranta in tract.de indi. in iiij.parte prin.in vij.diſtin.nu.40.poſt medium,vbi refert quod iſta eſt varitas,& magis communis opinio,& Ruynus conſi. xliiij. nu. 1. volum.iiij. Idem.

Canon redintegranda,iij.q.j.inducit nouum remedium poſſeſſorium, & ſic prouidet de nouo remedio competente, etiam vbi alia remedia deficiebant,in tantum quòd pinguius prouidet,ac ſubuenit quàm l.ſi coloni.C.de agrico.& cenſi.libro xj. quæ prouidet, quando res fuit vitio affecta,& d.c.redintegranda,loquitur generaliter etiam vbi res non fuit vitio affecta,nec poſſeſſio fuit aliquo tempore vitioſe quæſita,& per conſequens ille Canon prouidet ſpoliatis, & eiectis de poſſeſſione iniuſte quomodocunque & qualitercunque,ideò non ab re concludunt Docto.quòd ille Canon inducat nouum, aliis non competens,& præcipuè Archidia.in d.c.redintegranda, glo.Hoſtien. Ioan.And.Calderi.Ioan.de Ligna.& omnes in cap.cùm ad ſedem, extra de reſti.Spoliato.vbi Panormi.dicit hoc in practica obſeruari quotidie,& ita ſe conſuluiſſe,& iſta eſt communis opinio teſte Socin. in d.l.rem,quæ nobis.nu.3.& Modern.in c.ſæpe de reſtit.ſpol.& hoc idẽ voluit Lapus in allegat.liſ.vbi ait ita ſemper ſe obſeruaſſe.& practicaſſe,& Cornæus Peruſinus conſi.cccxxix.nume.29.vol.j.vbi aſſeuerat, hanc eſſe communem opinionem,vt & deduximus latè ſuprà, & idẽ Cornæ.conſi.lvj.nu.28.vol.ij. F.Viuius.

Poſſeſſorio recuperandæ agens debet narrare,& producere in libello ſe poſſediſſe,ac propter iniuſtas cauſas cecidiſſe à poſſeſſiõe, & per illum contra quem agitur,res poſſideri,& denique concludere, ſe debere redintegrari ad ſuam poſſeſſionem,ſeu aduerſarium ſuum condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis,vt per Innocen.in cap.querelam.de electio.in c.ad ſedem.& in c.ſæpe.de reſtitutio.ſpolia.cum quo ibi omnes communiter ſentiunt, & non immeritò Doct. hoc tenuerunt nam intentans remedium,c.redintegranda.iij.q.j.ſufficit probare antiquiorem poſſeſſionem quæ poſteã ad ſuum aduerſarium reum conuentum ſinè eius facto peruenerit, & tunc probata antiquiori poſſeſſione dicitur ſpoliatio re ipſa probata,& præſumitur nouus poſſeſſor clandeſtinus,& inuaſor,adeò quòd poteſt condemnari ad relaxandum dictam poſſeſſionem.ſecundum Bal.in l.penul.C.ſi à non cõpeten.Iudice.Inno.& Doct.in d.c.ſæpe,Lapum in allegat.lij,incip.lætatus ſum,Ab.in d.c.ad ſedem,& in c.ſi diligenti.de præſcript. Afflict. dec.cccxxvij.& cclxiij.nu.3.& Alciat.in tract.de præſumpt.reg.ij.præſumpt.xxj.& iſta eſt commu.opin teſte Cur.Iuni.conſi.clv.num. 5.& Alciat.in d.præſump.xj.nec ab re,vt ſuperius deduximus,libellans ſuper poſſeſſorio in libello debet ponere ſe cecidiſſe à ſua poſſeſſione ob iniuſtam cauſam.quoniam remedium d.c.redintegranda,non conceditur amittentibus poſſeſſionem culpa,negligentia,vel iuſta cauſa, vt tenent Doct.communiter in d.c.ad ſedem.& alij relati per Socin.in l.rem quæ nobis.nume.8.ff.de acquiren.poſſeſſio.vbi aſſignant tria exempla in quibus iſta communis verificari poſſit,& dictam communem atteſtantur Ripa in d.c.ſæpe.nu.27.Alex.conſi.vj.vol.iij. Abb. & alij in c.accedens.vt lite non conteſt.Sed Eccleſijs,minoribus, & abſentibus,qui eorum negligentia ceciderunt à poſſeſſione,cõpetit pro recuperanda poſſeſſione,amiſſa eorum negligentia officium Iudicis ſecundum Hoſti.& alios communiter in d.c.accedens,Soci.in d.c.rem quæ nobis.nu.9,& Alex.conſi.xcij.vol.j. F.Viuius.

Spoliatus non tenetur reſpondere in cauſis criminalibus cõtra ipſum motis ante reſtitutionem ſibi factam,c.j.iij.q.j.quoniã exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum, cum debeat ſpoliatus ante omnia reſtitui.l.ſi quis à ſe fundum.C.ad l.Iuliam,de vi pub.& ibi glo.& in c.j.de reſtitu.ſpolia.& dicit Ange.in l.ſi maritus.ff.de donatio. inter vir.& vxo.quòd ſpoliatus omnibus bonis ſuis, vel maiori parte à tertio,tunc à nemine inquietari poteſt neque ciuiliter,neque criminaliter,niſi priùs,& ante omnia reſtituatur.vt ſuprà docuimus & Barto.in d.l.naturaliter.§.nihil commune ait dictam exceptionem eſſe dilatoriam,ideoque impedire debet litem conteſtari, quem ſequuntur omnes Doctores ibi,ff.de acquiren.poſſeſſion.Ange.in §.æquè.in xxxix.exceptio.Inſtit.de actio.& Francus in capit.j.in Fallen. xxij. de liti. conteſta.libr.vj.Sed huiuſmodi exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam ſecundùm Bar. in d. §. nihil commune, quem omnes ibi communiter ſequuntur,vt referunt Modern ibi, licet nonnulli ſenſerint contrariam relati per præcitatos Modern. & per Fulgoſi.in d.§ nihil commune.Amplia præfatam concluſionẽ ita declaratã,vt habeat locũ non ſolùm ſi ſpoliatus trahatur in cauſam criminalẽ per viã accuſationis,ſed etiã per viã inquiſitionis ſecũdũ Gemi. in c.frequens.de reſtit.ſpol.lib.vj.cuius opinionẽ atteſtatur eſſe cõmunẽ poſt alios per eũ relatos,Ripa in d.§.nihil cõmu.nu.55. F.Viuius.

Spoliatus non reſtituitur quando per ſententiam conſtat de dominio ſpoliatoris.Communem dicunt Alex.Iaſ.Ripa & Fabius,vt refert Iac.Menec.in Commẽ.de Reme.recupe.Reme.j.q.xx.nu.204.I.Fich.

Sponſa nondum traducta domum,vel carnaliter cognita,de ſponſata tamen per verba de præſenti,an cenſenda ſit loco veræ vxoris,ita vt perinde atque legitima vxor,potiatur omnibus lucris matrimonialibus,vigore ſtatutorum,& conſuetudinum Prouincialium. Quæſtionis eſt intricatiſſimæ,& maxime controuerſæ.

Affirmatiuam enim partem,& opinionem plurimi tenent, quorũ catalogum vt omittamus,eam communem dicunt Bal.Nouellus,Curtius Iunior,Stephanus Bertrandus, Paulus Caſtrenſis Chaſſanæus, Angel.Aretinus.(dicens hanc ſeruari in practica) Carolus Ruinus,& Bar.Socinus,prout eos refert Phanut.de Phanut.in tracta.de lucro dotis,in gl.i.ſuper verb.Nupta,nu.56.& ſequent.vbi cõcludit hãc cõcluſionem tam in conſulendo,quàm in iudicando omnino ſequendã eſſe.Nam ( quidquid dixerit Pariſius conſilio lxij. volumi.iiij.) longè plures Doct.ſtare pro ea, & eam eſſe in iure probabiliorem,&c.

Negatiuam autem partem & opinionem(vt auctorum eam aſſerentium catalogum ſimiliter omittamus) communem eſſe dicunt Ioan. Brunellus,Sebaſt.Sapia,Socinus.Decius,Hippol.de Marſil.Pariſius, & Andr.Tiraqcellus,prout eos,in locis propriis,recenſet idem Phanutius,in dict.loco.nu.29.& 30.Et latè refert vtriuſque ſententiæ auctores,fundamenta,rationes & argumenta.Idem facit Bruuellus,(vbi ſuprà) & Rolandus à Valle,in tracta.de lucro dotis.quæſt.cvj. numero 36.diſtinctione vtranque opinionem concilians,Et latiſſimè d. Tiraquel.in commen.LL.Connubialium,in gloſſ.ij.mox à princip. vſque ad nume.22.vbi concludit hanc negatiuam ſententiã ſibi videri probabiliorem.Ad hos igitur iam dictos recurres,ſicubi tibi caſus eiuſmodi decidendus,obueniat,& reperies materiam congeſtam. I.Fich.

Sponſæ donatum à conſanguineis,vel affinibus ſponſi,cenſetur donatum contemplatione ipſius ſponſi.at quæ à conſanguineis ſponſæ, cenſentur ſponſæ contemplatione donata.Com.in §.donatio.q.x.verſi.Sed nunquid. P.Fich.ex Clar.

Sponſæ quod mittitur à ſponſo,vel eius patre, ſi expreſsè dicatur quod donetur,habebitur pro donatione,ſed ſi ſimpliciter miſſum & nihil dictum ſit,cenſebitur traditum cauſa ornamenti tantùm. Com, in §.D.q.x.in prin. Idem ex eod.

Spõſalia tranſeunt in matrimonium per copulam,etiam ſi ſit proteſtatus quòd non intendit per copulam contrahere matrimonium, Ripa in c.cùm M.de conſti.nu.95.& Coua.in epi.iiij.c.v.numeto.18, communem dicunt. B.Villal.

Sponſalia ex ſola traductione ad domum,non tranſeunt in matrimonium,Præpoſi.in cap.final.de ſpon.Coua.in epiſt. iiij. cap. iiij.§.ij communem dicit. B.Villal.

Communem ſimiliter dicit Phan.de Phan, in tract.de lucro dotis, in ij.gl.ſtatuti,verb.nupt.nu.7.vbi vide. I.Fich.

Amplia ad ſponſalia de verbis,quæ non tranſeunt in marrimoniũ per amplexus,oſcula,& munera,Coua.in epiſt.iiij. communem dicit, B.Villal.

Fallit in ſponſalibus de futuro ex iuris interpretatione,quæ contracta fuerunt per verba de præſenti,quia per amplexus ac ſigna, ætate ſuperueniente,tranſeunt in marrimonium,Coua,in epiſtola iiij. §.ij, nu.3.& Deci.conſi.ccclxviij.communem dicunt.

Concor.cum l.iij.tit.j.par.iiij.

Amplia ad matrimonium contractum ante ſeptennium,quod ante pubertatem durauit,Coua.ibi nu.fi.ex Dec.Rotæ.ccccl xij.in nouis, communem dicit. Idem.

Sponſalia ſi coutrahantur medio iuramento, conpellitur iurauis contrahere, etſi ſponſa poſt ſponſalia efficitur pauperior, cùm nihil promiſit,ſecùs tamen,ſi promiſit,Coua.in epiſt. iiij. cap. v, nu.3.ex mente Docto.in c.quemadmodum. de iureiurand. communem dicit, Idem.

Sponſalia etiam iurata ſoluũtur per matrimonium de præſenti,etiam nondum carnali copula ſubſecuta,Coua.ibi,nu.9.cõmunẽ dicit.

Concor.cum l.x.tit.j.lib.iij. For. ll. quæ faciunt ad intel. l. viij. tit, j.par.iiij. Idem.

Sponſalia de futuro non comprehenduntur per diſpoſitionem punietem matrimonium clandeſtinum,Coua in epi.iiij.par.xlij.c.vj. nu, 22.communem dicit. Idem.

Sponſalia facta de præſenti ſecundum verba ſcilicet in interpretatione de futuro,ſuperueniente ætate legitima per amplexus,oſcula & munera,tranſeunt in matrimoniũ:ſecùs in ſponſalib. de futuro, quo ad verba & mentem.Eſt com.opin.ſecun.Dec.conſi.cccxlviij. in cauſa matrimoniali.verſi.ſecundo modo. M.Gribal.

Proximi ſeptennio,dummodo non ſint minores quadriennio, poſſunt validè contrahere ſponſalia.Eſt com.opi.ſec.Soci.in conſi.iij.circa præſentem.in prin.vol.j.Imò Soci.ibi vult oppoſitũ ꝙ non ſolum maior quadriennio,ſed nec proximus ſeptennio poſſit validè contrahere ſponſalia:& dicit ita communiter teneri. Idem. Gribal.

Spurius

Spurius ita demum non ſuccedit matri,ſi eſt natus excoitu damnabili,putà ex adulterio,ſtupro,vel incœſtu,vel alio ſimili accuſabili ſecũdum leges natus alias,ex coitu non accuſabili,ſecundum leges ſuccedit matri ab inteſtato , & contra teſtamentum. Eſt commu.opin. omn.gl.& Doct.in l.ſi qua illuſtris.C.ad or.phit.ſecundum.Soci.conſi. cxlviij.verſic.quibus fundatis.quod incip.nemini iam ſunt.volum. j. M.Gribal.

Dato etiam quòd filius ſpurius eſſet incapax,tamen liberi,ſeu deſcendentes ipſius ſpurij legitimi,& naturales poſſunt legata , vel relicta ſibi ab auo capere:poſt tamen mortem eorum , patris ſpurij. Eſt communis opinio ſecundum Alex.in conſi. clviij. viſo teſtamento.in princip.vol.vij.Vide ſuprà in verb.Nepos. Idem.

Auus non poteſt relinquere nepoti,etiam legitimo ex filio ſpurio,ſtãte legitima ſobole.Eſt vera & communis opinio ſecundum Iaſ.in l.hereditas.C.de his quibus vt indig. Idem.

Nepos legitimus ex filio ſpurio,ceſſante legitima ſobole,validè ab auo inſtitui & ſubſtitui poteſt.Eſt magis communis opinio ſecundũ Deci.conſi.ccccclxij.viſa legitimatione.vol.iiij. Idem.

Statutum quòd Spurij ſuccedant,non valet. Eſt communis opinio ſecundum Deci.conſi.cclxxj.in caſu tranſmiſſo de Hiſpania.vbi refert Federic.conſi.cclxxv.inc.caſus talis eſt ſtatutorum.Tamen contra cõmu.tenet Dec.ibidem.vbi refert Calde. tenere contra communem opin.bonis rationibus:cum Calde.tranſit,ejus opinionem confirmãdo & reſpondendo contrariis.Tamen pro communi opinione in odium ſpurij faciunt multa accumulata per Hypp.de Marſyl.in ſuis ſingul.cclxxiij.notiſſimum.& in ſingul.ccciij.filiorum. & ſing. ccccclxxxviij.Spurius. Idem.

Spurium habens,ſi inſtituat extraneũ aliquem heredem, & ille heres poſtea moriens inſtituat ſpurium illum hæredem in omnibus bonis,quæ à patre ſpurij habuerit,non præſumitur talis inſtitutio facta in fraudem,niſi aliæ coniecturæ fraudis concurrerent. commu. dicit. §.teſtamentum.q.xxxj.ver.ſed pone quod pater. P.Fich.ex Claro.

Spurium pater inſtituere poteſt heredem ſub conditione ſi legitimetur.cõmunẽ dicit in §.teſtamentum,.xxxj.ver.Sed quæro nũquid. Idẽ.

Spurium ſuum ſi pater inſtituat heredem, vel ei aliquid relinquat in teſtamento,talis inſtitutio vel relictum nihil valet,& habetur pro nõ ſcripto.Com.dicit in §.teſtamentum.q.xxxj.verſi. Sed quid ſi pater. Ab extraneo tamen ſi quid relinquatur ſpurio,poterit illud capere.eadem quæſt.xxxj.verſi.Regulariter. Idem.

Spurij teſtamento patri non ſuccedunt,& ſtatutum contrarium nõ valet,quia datur materia fornicandi,Deci. in cap.in præſentia.de probatio.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.j.cau.xiiij.communem dicit , niſi cauſa alimentorum.Iaſ.conſi.xxvj.volu.j.nu. 13.vel ſi conſeratur in tẽpus cùm inſtitui poſſint,data poteſtate legitimãdi in teſtamento, Iaſ. conſi.cxvij.vol.ij.nu.15.com.dicit. B.Villal.

De iure regio per l.tau.ix.& xj. & filij naturales matri ſuccedunt, non ſtantibus filiis legitimis,etiam ſi tempore mortis ſint aſcendentes legitimi,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato.patri autem ſolùm ex teſtamento,etſi ſint aſcendentes,dummodò non ſint deſcendẽtes, & in hoc corrigitur l.viij.tit.xiij.parte vj.& vide l.j.tit.vj.lib. iij. For.ll. aliis autem filiis adulterinis,vel ſpuriis, procedit noſtra communis opinio,& concor.cum l.xxij.titu.iij.lib.j.ord.& l.taur.ix.ſed quantum hæc noſtra communis limitatur niſi cauſa alimentorum.d l. xxij. & l. iij.titu.iij.lib.v.in dicto ordi.quæ de nouo appprobatur per d.l.ix.tau. non concordat eum communi.Imò ex toto tollit omnem donationẽ, & legatum factum per Clericum ſuis filiis ibi,*ordenanamos y mandamos que los tales huijos de clerigos no ayan ni heredem ni puedam auer ni hæredar los bienes de ſus padres clerigos ni de otros parientes ni ayan ni puedan gozar de qualquier manda o donacion o vendida queles ſea oecha.* Hoc ideò,quia leges vitium paternum tantum refrænandum eſſe exiſtimarunt,vt in l.fin.C.de natur.libe,& l.iij.in fin.titu.xxj.par.iiij.& ibi glo. & ſic non poteſt eis legari expreſsé,nec fictè,vt traditur per Dida. de Segu.in l.iij.§.fin.de lib.e.& poſthu.ff.nu.145.Et de materia iſtius l.& communis,vide per Boër in cõſue.Bitu.rubr.*des conſtumes concernans les teſtamens*,& Fortu.Garcia.de vlt.fi.iuris cohe.xxviij.cum ſeq.vbi cõcludit tam ſpuriis filiis,quàm procreatis ex damnato coitu alimenta non ſunt deneganda,quem vide. Idem.

Spurius filius inſtitui poteſt à teſtatore in tempus,quo capere poſſit.Et dare illi licentiam,vt mortuo ſe quandocunque faciat legitimari,&c.Hanc cautelam communiter eſſe receptam,dicit Iaſ.conſi.cxij. par.ij.Et dilect.in art.teſta.ti.j.cau.xiiij.nu.15. I.Fichard.

Spurij filius legitimus non ſuccedit auo,etiam legitimis non ſtantibus,niſi auus prohibeat vſum relictorũ filio.Iaſ.in l.heredibus. ff. de iis,quib.vt indi.Io.Duran.in arte teſtã.tit.j.cau.iij.nu.12. cõm. d.Idẽ.

PRO.Standum non eſt arbitrio,ſi ſit iniquum. in l.ſi libertus ita iurauerit.ff.de oper.liber.in c.ij.extrà de arbit.

OBIEC.Contrà de l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.vbi ſtandum eſt ſententiæ arbit.ſiue æqua,ſiue iniqua ſit.

SOL.Dic,quòd ſi iniqua ſit,reducitur ad arbitrium boni viri,niſi ſit ſententia arbitri ex ex compromiſſo.l.ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff.proc ſoc. Bel.

PRO.Statutum eſt lex.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. Idem.

PRO.Statuto etiam contrauenitur,per vnum actum contrarium. in cap.cum acceſſiſſent.extrà de conſtitu.in cap.pro illorum. extrà de præben.c.ſuggeſtum.de decim. Idem.

PRO.Statuta propié,& ſtrictè ſunt interpretãda.l.iij. §.ait prætor. ff.de neg.geſt.l.iij.C.de nox.act. not. in l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb.obl. Idem.

PRO.Statuta diſponentia aliquid præter ius commune,in dubio interpretari debent:vt quantum fieri poſſit,non lædant ius commune.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxal. Idem.

PRO.Statuta & conſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem irritantur.in auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccleſ. Idem.

Statuto ita ſtante,quòd extantibus maſculis filiæ non ſuccedant: ſi aliquis accepit emphyteuſim pro ſe & filiis maſculis & fœminis, tunc fœminæ non admittuntur cum maſculis,ſed in defectum maſculorum tandem admittuntur Com.dicit in §.emphyteuſis.q.xxxij. verſic.vltim. P.Fich.ex Claro.

Statutum puniens delinquentem pro aliquo crimine,non compræhendit ſubditum delinquentem extra territorium : & ſic talis delinquens non poteſt in loco ſtatuti puniri,vigore ipſius ſtatuti,pro crimine alibi commiſſo.Eſt com.opin.ſec.Hypp.in l.fi.ff.de iuriſd.om. iud. M.Gribal.

Statutum,quòd vnus pro alio teneatur & puniatur,eſt validum Eſt communis opinio ſecundum Deci.in cap.cognoſcentes. verſic. & ex his.de conſtituti.Sed intelligitur,quo ad pœnam pecuniariam:ſecùs quo ad corporalem,vt ibidem per eum. Idem.

Statutum loquens de inteſtato , non compræhendit inteſtabilem. Eſt communis opinio ſecundum Alex.conſi.ccxi.viſo themate. verſi. ſecundò reſpondeo.vol.vij.Et ſic nota,quòd ſtatutum loquens de nõ faciente actum,non compræhendit eum qui faciendi potentiam non habet.licet contrarium teneat Polyt.in ſuo tract.ſubſt. Idem.

Statutum quod eſt contra ius commune,loquens in caſu vero,nõ habet locum in caſu ficto.Eſt communis opinio ſecundum Alex. in conſi.clxxxix.viſo ſtatuto.vol.vij.

Statutum debet potius cenſeri ſuperfluum, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur,Gl.eſt commu.approb.in l.fin.C.de iure delibe.ſecundum Deci in conſi.xxxvij.in cauſa rigoroſæ.vol.j. Idem.

Statutum excludens matrem ab hereditate filij ab inteſtato decedentis,habet etiam locum in pupillo decedente inteſtabili. Eſt magis communis opin.cum Bar.ſecundum Barbat.in conſi.lxvij.libro iij.refert Dec.in conſi.ccccclxiij.duo dubia,circa princip. vol. iij. Sed quia articulus eſt dubitatiſſimus propter auctoritates Docto. tenentium oppoſitũ,diſtinguit.Aut pupillus eſt ſine patre,ita quòd nullo modo poteſt decedere teſtatus:& tũc procedat opinio cõtraria quòd mater non excludatur:aut pupillus habet patrem,qui poteſt ei facere teſtamentum,vt Inſtitu.de pupill.in princi. & tunc procedat opinio commu. ſuprà relata.Et ibid.ſubiungit Dec.quòd in caſu dicti ſtatuti mater nõ ſolùm per agnatos maſculos, ſed etiam per agnatas fœminas excluditur,veluti per amitam , & ita concludit in fin.d.conſilij:licet videatur rigoroſum. Idem.

Statutum in obſeruantiam non receptum,nec vtentium moribus approbatum,nullius eſt vigoris.Eſt cõmunis opinio ſecundum Alex. conſi.vi.viſo themate.vol.j. Idem.

Statutum ſiue in rem,ſiue in perſonam loquatur , non extenditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.Eſt magis communis opinio ſecundum Alex.conſi.xvj.viſo titulo.vol.j.

Statutum diſponens de effectu probationum,etiam circa deciſoria, non ligat niſi ſubditos,ratione contractus,vel alia ratione.Eſt communis opinio ſecundũ Alex.in conſi.cxxxviij.opportunè. ver. præterea. Eſt communis,volu,j. Idem.

Statutum quòd quis audiri non debeat,ipſo iure repellit agentem & proceſſum prorſus annullat,dato quòd à parte nõ opponatur. Crebrior eſt opinio,teſte Deci,conſil. cclxxv.in cauſa quæ Lucæ.ver. ſed prædictis.vol.ij. Idem.

Statutum,quòd filia dotata non ſuccedat, velut odioſum ad bona ſita extra territorium ſtatuentium non porrigitur. Crebrior eſt opinio teſte Dec.conſi,cclxxvj.proponitur.vol.ij. Idem.

Statutum excludens fœminas & cognatos,propter agnatos,dicitur odioſum,& ideò ſtrictè interpretandum. Eſt communis opinio teſte Deci,in conſi.xiij.verſi.& quod ſtatutum.vol.j. Idem.

In reſpicientibus formam , & ſolennitatem actus qui geritur , inſpicienda ſunt & ſeruanda ſtatuta illius loci , in quo talis actus celebratur . Eſt indubitata & communis opinio ſecundum Iaſo. in conſiliorum xlviij. in caſu conſultationis.volu primo Idem Gribal.

Statutum diſponens,quòd qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus,vt puta intra decennium,amplius non poſſit, valet & tenet ſecundum Bar.in l.ſequitur.§.ſi viam.nu. 4.ff.de vſucapio.& in l. cum notiſſimi. in princ. C. de præſcript. xxx. vel lx.annorum.in l.ambitioſa.nume.14.ff.de decretis ab ordi.facien.in l.legaui.

ff.de liberatio.lega.in l.cùm mulier. ff. ſolut. matri.& in l. nemo poteſt.nume.22.de lega.j.vbi concludit in fortioribus terminis, quod in tantum verum de eſt validitate præfati ſtatute, quòd non poteſt pacto renuntiari,vt pot.,quia eſt introductum in fauorem publicum,& in odium negligentis,& iſtam Bar.ſententiam ſequitur Iaſon. in princi.Inſtitu.de actio.nu.100.In contrariam verò partem inclinauit ipſemet Bar.reuocando ſententiam,iudiciúmque in repetit.l. omnes populi.nu.24.ff.de iuſtit.& iure,quòd dictum ſtatutum non valeat tanquam nutritiuum peccati,cui opinioni inhæret.Imo.in d. §.ſi viam.vbi concludit veriorem eſſe opinionem Bar.in dicta l.omnes populi,& idem Imo.aſſerit eam eſſe communem,conſi. xvj. nu. 1. & in conſi.xlv.,nu.2.Afflict.in conſtituti.Neapolitanis lib.iij.rub.xxxj. nume 4.Bert.conſi.lxxxiiij.num.5.vol.ij.Crottus in dicta l.nemo poteſt, & ibi Ripa nu.116.Alciat.in l.quinque pedum,C.finium reg. Thom, Ferra.poſt alios quamplures congeſtos ibi per eum in cautela xxxviij, nu.2.Franciſcus Balbus in tracta.de præſcrip.in ij.parte princip.quæſt, xiij.& ſequent.Gomeſi.in principio.Inſtitu.de actio. nu.67. Gozadi, conſi.lvj.numero 13,& nouiſſimè Ant,Galleſius in tract. de formulis Cameralis obligat.ſuper formu.Camc.obligat.iij quæſtionis.nu. 11.licet dicat ibi prædictum ſtatutum non ſeruari in vrbe Roma,& ſic ex allegatis mihi ſequendam fore conſtitui opinionem communem,pro qua ſententia eſt textus in capitu.ſi virgo,verſic.ſi autem ſciuerit. xxxiiij.quæſt,ij,& in cap.fina,cum ſimilibus de præſcriptio,& dato quòd præcitatum ſtatutum valeret,nihilominus deberet interpretari,quando adeſſet bona fides in præſcribente,quia exiſtens in mala fide non præſcribit,& ſic dictum ſtatutum permitteret expreſsè præſcriptionē cum mala fide,vtique non valeret ſecundum Ioannem Andr. Barto. Bald. Ancha.Imol,& Anto.de But.in locis citatis à Fran.in cap. poſſeſſor.de regu.iur.in vj.nu.9.vbi refert Imo. dicentem hanc opinionem eſſe communem,licet Barto.in dicto §.ſi viam,aliud voluerit, & malè ſecundum Imo.ibi relatum,à Franco,& Alex.conſi.xcix. nu.9. & latè ſuprà deduximus. F,Viuius,

Statutariæ præſcriptioni,& ſic inductæ à ſtatuto debitor renuntiare nō poteſt in merum odium creditoris negligentis petere debitum per ea,quæ ponunt Bar.& alii Doct.maximeque Iaſ.& Crotus in l.nemo poteſt,ff.de leg.j.& alij,quos citat Pariſius conſi.xcij.nu. 6.vol.iij, & iſtam opinionem Bar.atteſtatur eſſe communem Bald.in tracta. de præſcript.in vj.parte princip.q.vj.Paul.de Caſt,in l.ſequitur.§.ſi viam. ff.de vſucapio.& Pariſi.in rubr.de præſcripti.nume. 32,poſt alios in dictis locis congeſtos per eos,In contrariam verò opinionem inclinauit Dyn.Bald.Florian,Imo,Io.And.Anto.de Butr,& alij Doct. citati à Iaſ.in dicta l.nemo poteſt,nume,83,& à Fely,in rub.de præſcriptio.& à Pariſi,in præcitato conſi.xcij.nu,43,volu.iij. vbi citat Fabia.& Moder.atteſtantes hanc ſententiam communem.Sed tamen in tam diuerſis,iuris noſtri interpretum ſententiis,quid concludendum Ego,caſu eueniente,indubitanter tam in conſulendo,quàm in iudicando ſemper amplecterer primam opinionem Barto,tanquam veriorem,communiorem & frequentiorem.Hæc tamen opinio Bart, ita retenta procederet,quando quis renuntiaret præſcriptioni ſtatutariæ decurrere. Præſcriptioni verò iam decurſæ vtique renuntiare quilibet poteſt,vt per Bartolum & alios in dicta l.nemo poteſt,& maximè per Crotum, nume.113,in vj.Fallentia,& ponit Roma.conſilio ccj. numer.5,quia ad ius ſemel renuntiatum iura redire non patiuntur.l.quæritur. ſi vēditor.ff.de ædi.edict.ponit Paris,conſi.lxix.nu.xx.vol.iij. F.Viuius.

Statutum imponens nouam pœnam in dubio propter impoſitionē huiuſmodi pœnæ videtur proculdubio receſſum, præcipueque in dubio à pœna iuris communis,ſtatutique tantùm pœna attenditur. vt per Bald.in l, data opera.C.qui accuſa.& in l.ij,circa finem,C.de rebus creditis.& in l.qui ſepulchra,propè fin.de ſepul,violat,vbi Saly.cū aliis latè congeſtis per Marſyl.in pract,crimi in §. quæritur,numero 5.& ſequen.Hoc idem tenet,& firmat,& ita totus mundus,& practica obſeruat,vt aſſeuerant omnes Doctores paſſim.& in capit. de cauſis. de officio delegat.præſertim Deci.ibi.nume.86.& Alberi.in tracta.ſtatu. in viij.quæſtio.primæ partis,licet Ab.in dicto cap.de cauſis aſſeueret contrarium,quem nonnihil taxant Moder.inibi,& iſta opinio videtur magis communis teſte Marſyl.in pract.crimi.in §.quæritur nu.5.& 6, Idem.

Statutum vnum ſi pro maleficio imponeret pœnam mille librarū, aliud verò ſtatutum pro eodem maleficio imponeret pœnam quingētarum librarum tantùm,per hoc non cenſetur correctum aliud ſtatutum imponens mille librarum pœnam ſecundum Bart. eleganter in l. iij.§.cum Titio.ff,de adimen,lega,quem ſequitur Alex.in l.j.C.de bono.poſſeſſ.contra tabu. Aret.conſil.xxvij, Cornæ.conſil.clxxij.libr. iiij, Dec.in l.j.verſicu.vltimo non obſtat.ff.de officio eius.& in l.j.C.de bonorum poſſeſſ.contra tab.vbi ait quòd hoc procedit, licet verba ſint geminata,quia adhuc per ea non inducitur correctio,quòd etiam voluit idem Deci.conſi.cclxxxj.in fin,allegans Alex. conſilio cxxx. libr. iiij.Sed contrarium,& malè videtur velle idem dec. conſi.ij.. & ꝙ per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris voluit Roma.cōſi.lxxxvij.Iaſ,in d,l.j.C,de bono poſſeſſ.contra tabu. Veruntamen contra iſtam partem arguit idem Iaſ.in d.l.j.ff.de offic.eius,cui.& in l.vni. ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.& in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri. verſi.iiij.adde,vbi ait,quòd imò induci debet correctio iuris,ex quo aliàs diſpoſitio taxatiua nihil operaretur,quia ſumitur argumentum à cōtrario ſenſu,etiam ad correctionem iuris communis,quando aliàs in ſenſu directo nihil operaretur,tandem audacter fatetur ipſe Iaſ. quòd in practi.difficile eſſet obtinere contra Barto. ex quo non habemus contradicentem,& ſic iſta Bar.opinio eſt communis,vt per Doctores ſupra citatos. Idem.

Statutum vltimum debet diſtingui,& interpretari ij,ſtatutum antecedens,quum vnum ſtatutum declaretur per aliud.l. non eſt nouum, ff.de legib.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de legat.j.Bart. in l.j.§. paruis. ff. quòd vi,aut clàm.Pariſ.conſi.liiij.nu.12.vol.ij.nec præſumitur correctio antecedentis ſtatuti,quando non conſtat de mente ſtatuentium voluiſſe corrigere antecedens ſtatutum,ſecundum Ioan. de Imo.in l. ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri.quem ſequitur Alex.conſil.cvij.num.6. vol.v.& Iaſ.poſt gl.communiter approbatam,& alios Doct, in l. ſciendum.ff.qui ſatiſda.cogan,vbi Iaſ.nu.4.qui dicunt, quód quando non conſtat de mente condentis legem nouam.quòd voluerit corrigere legem antiquam,quòd lex noua tunc etiam generaliter loquens diſtingui,& intelligi debet per iura antiqua,allagant iura,de quibus ibi per eos.Hinc Pariſi.conſi.xliiij.nu.9.cum tribus ſequen,in terminis ſtatuti Bononienſis ſub rubr,de præcept,facien. & c. ne illud contrarietur ſtatuto,ſub rubri,de cauſa reductio.laudi ad arbitrium , & c. Dixit alternatiuam,vel in ſtatutis reſolui in copulatiuam,ne vnum ſtatutum contrarietur alteri,prædictis accedunt aurea dicta per Bar. in extraua. ad reprimen.in verſic.non obſtantibus.vbi dicit,quòd ſi ſtatutum præcedens,& ſubſequens eſſent omninò contraria per ſecundum tollitur primum,ſi verò alia limitatione,vel diſtinctione adiuuari , & concordari poſſunt,nūquā primum ſtatutum tollitur per ſecundū. Idem,

Statutum alicuius Ciuitatis diſponens,quòd nemo debeat ad collegium ipſius admitti niſi ſit natus ibi,vel niſi ſit Ciuis originarius, non habet locum quotieſcunque quis natus eſſet alibi,& ſic extra dictā Ciuitatem tranſeundo,vel caſu,poteſt enim tunc ille eſſe de collegio etiam quòd ſit natus in alio loco,& Ciuitate per tranſitum,vt per Ioan.de plate,in lege filios.C.ad municipa.tamen huiuſmodi opinionem non auſus eſt firmare Bar.ibi,Sed caſu eueniente ſemper conſulerem,& iudicarem pro opinione Ioan,de Plate.tanquam in iure veriſſima,quia originarius non dicitur quis loci,in quo natus eſt caſu,& tranſeundo,vt per Canoniſtas omnes in c.Rodulphus , de reſcrip. & ita ſe habet communis opinio,de qua teſtantur Moder.ibi,& Boër.deci.xiij.nu.52.comprobatur alia ratione iſta ſententia Ioan.de Plate.Nā per hanc natiuitatem filius in Ciuitate vbi verè natus fuit oneribus non obligatur,cùm ibi parens fuerit ad tempus,lege prima, vbi Bart. ff.de capti.& poſtliminio reuerſ.quem ſequitur Ab.& Fely.in d.c.Rodulphus.& iſtam opinionem ait eſſe communem Auguſt. de Crimi. in l.huiuſmodi.§,legatum.ff.de leg.j.Ripa in tract.de peſte.in ij.parte. verſi.xviij. F.Viuius.

Quando duo per modum regulæ æquiparata ſunt à iure ſtatutum loquens in vno ex æquiparatis habet locum, & in alio ſecundum gl. communiter approbatam in l.ſi quis ſeruo.in princi,C.de furt. & tradit Soci in l.j.ff.de leg.j.& Aug,Beroi.in quæſtione ſua cv.nu.5. vbi arguit de literis Cambij ad ſcriptū priuatum,dicens ſtatutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de literis Cambij habet locum in ſcriptis priuatis vti per regulam æquiparatis. Idem.

Statutum iubens libris campſorum,ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem valet,& tenet,quaſi tunc publica auctoritate nitatur, ſecūdum Ioan.And,in addi.Spec.in titu.de inſtru.æditio,§.nunc dicendū, Bal.& Ang.in l.quædam §,nummularios,ff.de æden.Inno.in c.cum.P. tabellio,de fide inſtrumen,eundē Bal.in l.cunctos populos. C.de ſumma Trinit.Anch.in c.Canonum.extra de conſtitu. Benue. Stracca in tract.de mercatore,in tit quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit,nu.31.cum aliis abundè congeſtis per Crauetam in tract.de antiq. temporum,in j,parte,nu.27.vbi ait huic concluſioni neminem ex ſcribentibus aduerſari,& iſta communis ſententia probatur in c.cùm dilectus,de fide inſtrumen.vt latè Moder.in l.admonendi.ff.de iureiurā. et in c,ij.de fide inſtrum.Ampliatur hoc ſtatutū extendere vires ſuas extra territorium ſtatuentium,et liber,ſeu ſcriptura mercatoris ſic roborata à ſtatuto vbique probat,licet in iudicio,in quo producitur nō adſit huiuſmodi ſtatutum,ſecundum Ioannem Andr. in dicto §.nunc dicendum Bartol.et Doct. in l.j.in vij. quæſtio, princip. C. de ſumma Trinit.et fide Catho.Bald.in l.exemplo.C.de probatio.et in l.ſi nō ſpeciali.nume.4.per illum tex.C.de teſtam.Anto.de But.ceteroſque Canoniſt.in dicto ca.i.,de fide inſtrument.Rochum Curtium in repetitio. ap.fina.nume,46.de conſuetu.Deci.in ca.primo,de probatio.Benuenu. Stracca in dicto tract.de mercatore,in titulo quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit,nume.31.& Iaſ.in l.ſi arrogator. ff. de adoptio,vbi aſſerit,huic ampliationi nunquā inueniſſe contradicentē, & Crauet.in tract.de antiqui.temporum,in j.parte,nu.9.atteſtatur iſtam eſſe communē opinionem,et ratio iſtius cōmunis videtur iſta,

quoniam

quoniam circa ſcripturæ fidem inſpicitur locus, vbi celebrata eſt vbicunque poſtmodum producatur, vt voluit Bald. cõſi. lxxix. libr. iij. per textum in l. ſi fundus. ff. de euicti. Guido Papæ in quæſtio. cclxij. & Iaſ. in l. ius autem Ciuile. ff. de iuſtit. & iur. Limitatur primùm præmiſſum ſtatutum non procedere ſi eſſet indiſcretum videlicet quòd omni ſcripturæ mercatoris pro ſe crederetur, quia tunc careret ratione, imò eſſet pronum ad falſum committendum, vt per Baldum in l. vnic. numero 13. C. de confeſſ. cuius dictum reputat ſingulare, & ſequitur Panor. in cap. bonæ. el ij. circa finem, extra de poſtula. prælatorum. Iaſ. in repetitio. d. l. admonendi. nume. 102. vbi omnes Moder. hoc idem tenẽt Marſyl. in ſingul. ccccclviij. circa medium, liber mercatoris. & Bennenu. Stracca in præcitato tracta. de mercatore, in titulo quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit, numer. 37. & ſe qu. dictumque ſtatutum quòd libris mercatorum detur plena fides, interpretatur ſecundo loco in pertinentibus ad mercationem, & eorum officium, non autem in aliis, prout tradit Rom. conſi. cciij. poſt Ioannem Andream in dicto §. nunc dicendum. in addit. magis. Aret. conſil. xxxiij. & conſil. xiiij. Alexander Iaſ. in dicta l. admonendi, idem Iaſ. in l. age. nume. 4. C. de tranſact. Deci. in capit. poſtceſſionem, numer. 13. de probatio. & conſilio xxx. Crauet. conſilio tertio, numero 15. Riminal. conſi. xxxv. numero 12. & conſilio cclxxix. numero 1. conſilio ccxcvij. & cccj. numero 3. Marſyl. in repetitio. rubr. ff. de fideiuſſo. nume. 109. & in repetitio. l. fin. nume. 168. ff. de iuriſdict. omnium iudi. & Benue. Stracca in allegato tracta. de mercatore in titulo quomodo procedendum ſit in cauſa mercatorum, numero 40. licet idem Deci. titubanter, & parum ſibi conſtans contrarium teneat in dicta l. age. numero 5. quem taxat Alciatus ibi. & primam opinionem dicit eſſe communem, puta ſi ſit mercator pannorum, & in libro ſit ſcriptum aliquid de mercatura pãnorum, ſecùs ſi ſcriberet de aliquo depoſito, vel mutuo quod non eſſet de arte ſua, argu. l. tertiæ. §. eodem modo. ff. naut. caupo. ſtabul. Idẽ videamus in alio ſimili ſtatuto diſponente, quòd poteſtas teneatur pro ſua familia, quod quidem ſtatutum reſtringitur ad ea, quæ pertinent ad officium, puta ſi familia delinqueret in officio, nõ ſi extra cauſam officij ſecundum Roman. conſilio xj. & conſilio xxv. Crauet. in dicto conſi. iij. & Alc. in dicta l. age poſt Angel. in l. j. C. ſi rector prouin. Tertiò limitatur præfatum ſtatutum quod credatur libris mercatorum, vt intelligatur procedere, niſi talis mercator ſit infamis, vel alias incurrerit infamiam, ita voluit Bald. in dicta l. cunctos populos. quem refert & ſequitur Iaſ. in §. ſed iſte. Inſtit. de actio & in repet. d. l. admonendi. numero 102. & Stracca in dicto tracta. de mercatore in ti. quomodo in cauſa mercatorum procedendum ſit, numero 39. Limitatur quartò mentionatum ſtatutum intelligendum, ac interpretãdum eſſe quatenus liber mercatoris conſcriptus ſit in territorio ſtatuentium, & non alibi, vnde ſi Aquilanus Romæ commorans, & ibi in libro ſuo annotaret ſe ſoluiſſe centum quæ Martino Aquilano debebat, ſeu ſoluere tenebatur, tunc virtute prædicti ſtatuti non probaretur ſolutio, vt voluit Sene. in dicta lege omnes populi. numero 164. poſt Baldum in capitulo cùm dilectus. extra de fide inſtrumentorum. & Iaſon. in dicta l. cunctos populos. Sed contra iſtam limitationem complura ſcribit, & refert. prætermiſſaque auctoritate Bald. Cornæus conſilio cccxix. circa primum, in vltima dubitatione, volumine tertio, vbi dictam quæſtionem inſolutam reliquit. Idem.

Statutum diſponens, quòd cauſæ vertentes inter affines debeant cõpromitti non habet locum, nec procedit ſi cauſa vertatur inter quondam ſocerum, & generum, quoniã eſt diſſoluta affinitas propter mortem alterius coniugum, ſecundum Barto. Bald. Ange. in lege cui corũ. §. affinitatis. ff. de poſtulan. hoc idem firmat, ac tenet idem Bald in l. fin. C. de verb. ſignifi. & in l. rei iudicatæ. ff. ſolu. matrimo. & Saly. Paul. Caſtren. & Alex. ibi. & Iaſ. in l. tantum ff. de re iudic. vbi Alexan. audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem. numero 27. & Crottus in tracta. de teſtibus. in ij. quæſt. vj. quæſtionis princip. Saly. verò præcipitanter videtur tenere contrariam in dicta l. fin. cuius fundamentis optimè reſpondet Alexander in præcitata. l. non tantum. & cõſi. ccvij. vo. vij. vbi conſuluit pro dicta communi. Idem.

Sub Statuto diſponente coniunctos, & affines teneri ad compromittendum non comprehenditur nouerca & priuignus, nec in aliquo pacto habent beneficiũ iſtius ſtatuti, vt alter alterũ poſsit ad cõpromittendum compellere, ſecundum Bal. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſ. & Alexan. conſi. ccvij. circa fin. volum. vij. vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem omnium Doctorum & Moder. appoſtillantes Alexand. inibi, & in tracta. de compromiſsis. Idem.

Statutum diſponens quòd Monaſterium, vel Religionem ingredientes patri, vel matri ſuccedere non poſsint valet tenet ſecundum Bart. in l. fin. C. de pactis, ſecus autem eſſet ſi dictum ſtatutum vteretur verbo futuri temporis, veluti ſi ingreſſa fuerit, &c. Tunc enim ſecundum eundem Bartol. valeret ſtatutum, ſed Doct. omnes vnanimiter tenent hoc ſtatutum indiſtinctè non valere, præcipueque Angel. Imo. Roma. Alexan. & Iaſo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & idẽ Iaſ. cũ aliis latè ibi congeſtis per eũ in d. l. fin. vbi hoc idẽ tenet Deci. Claud. Aquẽ. Riminal. aliique Moder. Soci. in l. fin. ff. de



his, quę pœnę nomine, & iſta eſt vera, indubitata, & cõmunis opinio cõtra Bar. vt aſſerit Alex. cõſi. cxxxix. viſo themate. uolu. ij. Dec. in cap in præſentia. extrà de probat. nu. 197. Ioan. Bapti. Caſte. in addi. ad Marheſi. in ſing. cxlv. nota dictũ, &c. Ruynus cõſi. ccv. nu. 2. vol. j. Bolognetus in dicta l. fina. nu. 105. & Mantua. ibi. nu. 78. cũ ſeq. & idẽ Deci. in c. Eccleſia ſanctę Marię, nu. 188. de conſtitu. Item nec valet ſtatutum præcipiens quòd qui non petierit creditum ſuum intra tale tempus, puta intrà decennium, amplius petere non poſsit ſecundũ Bar. in l. omnes populi. in iij. q. princip. ff. de iuſtitia & iure, & alios quàm plures congeſtos per Thom. Ferrat. in caute. xxxviij nu. 1. vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & nouiſsimè Ant. Galleſius in tracta. de formulis Cameralis obligationis ſuper formu. Camera. oblig. iij. quęſtionis, numero 11. quamuis ibi dicta iſtud ſtatutum non ſeruari in vrbe Roma, & de hac communi diximus ſuprà in verſi. ſtatutum diſponens quod qui non petierit creditum ſuum à debitore, &c. Idem.

Statutum excludens filias à ſucceſsione patris, pręcipienſque eas dotari arbitrio propinquorum, tunc non poſſent propinqui minùs legitima arbitrari ſecundum communem opinionem omniũ Docto. quã allegat Grammat. in deciſio. 101. nume. 40. & quamuis propinqui in caſu præallegato minùs legitima arbitrari nequeant, nihilominus poterunt arbitrari in plus, quando legitima non ſufficeret ſecundũ Saly. & Fulgo. in authen. res, quę. in ij. not. C. communia de lega. Alex. cõſilio lxix. volum. j. dicentem, quòd ita conſuluit Ange. conſi. incip. Dominus Gregorius Pagoni, &c. quia ſecundum eum legitima eſt pars minuſcula. l. ſi quis plures filios. C. de in officioſo teſtam. & Bald. conſilio exordiente: Antonius plures filios, vt potè quia bonus vir nõ debeat arbitrari, quòd legitima filię ſit auferenda, quę quoque cenſetur æs alienum, & debita iure naturali. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. de inoffic. teſta. & ſuccedit in locum alimentorum & legitimę, per not. per Cyn. in l. ſancimus. C. de ſecun. nupt. & idem per eaſdem rationes tenet Alex. conſilio vij. volum. ij. conſilio lxxxiij. volum. iiij. Iſtam opinionem approbare videtur Soci. in l. heredes mei. §. cum ita. ad Treb. dicens, quòd iſtam ſententiam tenet, & firmat Saly. in diſputatione inchoante: ſtatuto cauetur, &c. & Bal. conſilio incipiente, Materia diuiditur, & conſilio exordiente ſtatutum tria capita, ſubdenſque ibi, quod ſecundum hanc opinionem ſępius Moder. Peruſini conſuluerunt habentes iſtam opinionem pro canonizata, & quòd aliàs fuit iudicatum in ardua cauſa in Ciuitate Florentię, in qua vtrinque erant conſilia Doctorum totius Italię, & dictam ſentẽtiam tenet etiam, ſequiturque Corn. conſil. cxcvij. volum. j. conſi. xcj. cvij. clxij. vol. ij. & conſi. cxj. cõſi. cxv. volum. iij. & conſi. j. conſi. cclviij. volum. iiij. Curt. cõſilio xxvij. xxxviij & ſequent. & lxxviij. & ſi quis opponeret pręfatę communi concluſioni hoc fundamento, videlicet quòd regulariter ſubſtantia contractus, in alterius ex contrahentibus, voluntatem cõferri non poteſt. l. quòd ſæpe. §. j. ff. de contrahen. empt. reſponde breuiter quòd dotis ſubſtantia poteſt. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. & non ſolum per uerba reſonantia arbitrium boni viri, vt promitto dotẽ arbitrio meo. & quam æſtimauero, ſeu arbitratus fuero. l. ſic. ff. de leg. j. ſed etiã per verba liberam voluntatem importantia, vt promitto dotem, quam voluero. l. fideicommiſſa. §. quanquàm. ff. de lega. iij. Idcirco ſemper videtur boni viri arbitrium, ſtipulationi in inſertum eſſe. l. iij. C. de dot. promiſ. vbi omnes not. & in l. j. ff. ſolu. matr. Idem.

Statuti rubrica diſponens, vel prohibens, quòd filia dotata non ſuccedat in bonis aſcendentium, nigrum verò prædictæ rubricæ, ſeu ſtatuti non diſponens, niſi de bonis matris, vel auiæ nullum verbum addendo, ac faciendo de bonis paternis, hoc caſu filia non poteſt ſuccedere in bonis paternis ſecundum Paul. de Caſtro conſi. lxxxiij. volumine ſecundo, præſens caſus modicam. Ratio allegatæ doctrinæ videtur iſta, quia rubrica generalis habens rubricam perfectam non reſtringitur per nigrum, vt omnes Moderni pleno ore fatentur in dicta lege prima. ff. ſi certum petatur. Imò dic fortiùs, quòd prædicta rubrica generalior nigro poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, & pro textu, & l. ſecundum Bartolum. in dicta lege j. quod intelligunt omnes ſcribẽ. ibi communiter, quando rubrica habet orationem perfectam, vt ſuprà docuimus, & tenet etiam Alexand. conſilio xiij. in princip. volum. iij. conſil. clxxx. maturè digeſtis. volum. ij. Corn. conſi. lxvij. planè quidem. libro j. & conſi. ciiij. eod. volu. & conſilio clxxxij. in hac conſultatione. volum. ij. quam quidem communem vltra alios iam congeſtos ſequũtur, & atteſtantur Alex. & Deci. in ij. lectu. in dicta l. j. & omnes Moder. corroborãt ſimiliter dictam doctrinã Pul. de Caſt. per deciſionẽ Petri Gerar. in ſingu. ſeptimo, quòd ſi ſtatutum diſponat, vt filia fœmina nõ ſuccedat, debet intelligi in bonis dotâtis. & per Iaſ. in l. quoniã nouella. C. de inoffici. teſtament. licet de eo, ad quẽ ius dotãdi ſpectat nigrũ nihil dicat. in cõtrariã verò partẽ inclinauit per ſeptẽ fundamẽta Iaſ. in dicta l. j. quibus omnibus reſpõdet Dec. Niger. & Mantua. ibi, & quã optimè reſpõdebat reſidẽdo cũ doctrina Paul. Caſtrẽ. fortiſſimis, & nouis fundamẽtis, quæ omitto breuitati ſtudẽdo. Raynaldus Rodulphus Peruſinus ſingularis præceptor meus Iuriſcõſultorũ eloquẽtiſsimus. & acutiſsimus hac tẽpeſtate dũ eũ Perusij ſuperioribus annis publicè audiebã, & cum dicta doctrina Paul. de Caſt. tranſeunt,

omnes Doctores communiter in locis mentionatis. Corroboratur vlterius præfata opinio Paul.de Caſt.quòd per extenſionem ex mente ſtatuentium collectam compræhenditur ſucceſſio patris,quoniam inficiari nequit aliquo modo,quòd ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati de ſucceſſione patris quòd idem eis qu diſpoſuiſſent,ſed omiſerunt tãquam clarũ,vt pot quia maior erat dubitatio de ſucceſſione matris, quum bona non diſcedant à familia agnatorum, & iſta eſt communis opinio,vt per Soci.conſilio cxxviij.Alex.conſi.13.& cxxij.volu.iij. & Alcia in dicta l.j.& mihi videtur eſſe probabilem,iuri conſonam,& æquam ſententiam,quia hoc ſtatutum eſt fauorabile ſecundum Bald. in l.maximum vitium.C.de liberis præteris. Idem.

Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile,vt per Bald.in l.maximum vitium.C.de libe.præter. & per Alex.conſi.lxxxix.& conſi.cxxxij.volu.vj.& conſi.cxlj.vol.vij.quia pro conſeruatione agnationis,& familiarum,eſt introductum, vt volunt Bald.& ceteri in dicta l.maximum vitium, & alios quamplures eiuſdem ſententiæ relatos per Curtium Iuni.conſi.lxxxvij.nu.5.vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem,Soci.Iunior.verò conſi.j.nu.46. & 108.lib.1.circa iſtam materiam refert quatuor opiniones, & denique ſecundam opinionem,videlicet quòd dictum ſtatutum ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis communem,ſed quid concludendum in tã variis iuris noſtri interpretum ſententiis?Ego pro nunc inhæreo primæ opinioni hac potiſſimum ratione,omiſsis aliis, quia huiuſmodi ſtatutum in totum legitimam tollere non poteſt, ſed deminuere, ex quo legitimam reduxit ad dotem datam,vel promiſſam, quæ dicitur eſſe loco legitimæ,vt tenent Bald.& Saly.in ij.not.per illum tex. in l. quoniam nouella.C.de inoffic.teſtam.Ampliatur primum hoc ſtatutum diſponens, quòd filius maſculus excludere poſſit fœminam, vt procedat etiam in nepote ex filio,qui quidem poteſt dictam fœminam excludere,ſecundum Bal.Alex.& alios Doct. in l.venia.C. de in ius voc.Anch.in Canone.ſtatuta,de conſtitut.Ruyn.conſi.cxlj.nu. 3. volu.ij.& conſi.lviij.nu.5.poſt alios ibi per eum congeſtos. volu. v. quoniam appellatione filij nepos comprehenditur,l. liberorum, vbi Bar.ff.de verb.ſignifi.& Moder.in d.l.venia. Roma.conſi. cxxix. Rochus de Curte in repetit.cap.final.de conſuetu.Goza.conſi. xc. Marſil.conſi.lxxxv.nu.14.& latiùs in ſing.ccciij.filiorum appellatione,& Iaſ.in l.de quibus.nu.16.ff.de legib.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.& Soc.nepos conſi.cxliij.nu. 83.lib. iij. poſt Deci. in l.ij.C.de in ius vocan.Comprobatur etiam iſta communis,quia cõſuetudo extenditur,quando caſus,ad quem fit extenſio comprehenditur ſub caſu expreſſo ſaltem ex lata vocabuli ſignificatione:nam ad talem caſum extenditur cõſuetudo etiam contra ius,aut à iure exorbitans.l.filium habeo ff.ad Maced.Comprobatur poſtremò iſta concluſio,quoniam nepos in caſu noſtro locum patris tenet:ſecundum Paul.Caſt.conſi.cliij.præſens caſus.& Franci.de Aretio conſi.liiij.ſubrogatum etenim ſapit naturam eius,in cuius locũ ſubrogatur.l.ſi eũ. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.l.j.§.hæc actio.vbi Bart.ff.ſi quis teſt. liber.eſſe iuſſus fuerit,& perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis, quibus ille,cuius loco ſubrogatur.l.decernimus,& ibi per Bart.C. de aquæ ductibus.lib.xj.& l.comperimus,vbi etiam Bart.C.de proximis ſacrorum ſcriniorum,lib.xij.Amplia ſecundò præfatum ſtatutum, vt non ſolum habeat locum in laicis,verum etiã in clericis, qui abſque dubio poſſunt gaudere beneficio dicti ſtatuti cõtra fœminas,ſecundũ Sand. in c.Eccleſiæ ſanctæ Mariæ.verſic.ſeptimo quæro,& c.de conſtitut.Bald.in l.cunctos populos,in ij.lectu.verſic.ſed his vlterius quæritur.& conſi.xxx.volu.j.Abb.in capi.conſtitutus.de in integr. reſtitu, in v.not.Lapus in alleg.100.& ſeq.Barbat.conſi.liiij.in fin. Soci. Iun, conſi.x.nu.23.volu.j.& alios quamplures relatos per Ioan.Bapt.Caſtellionem in addi.ad Roma.in ſingu.ccccxlj.habeo caſum in facto,vbi atteſtatur hãc eſſe communem opinionem,quoniam ſtatutum inter Laicos,eſt obſeruandum etiam inter Clericos, quando ſtatutum iniecit vinculum ante clericatum cap. reſtitutus.de in integrum reſtitu.& no.Canoniſtæ in dicto cap.Eccleſiæ ſanctæ Mariæ; contrariam ſequutus eſt Soci.Iunior in dicto conſi.j. nume. 63.volum. vbi dixit hanc opinionem eſſe veriorem,tamen quicquid ipſe Soc.ſuadeat ob hoc in iudicando,& conſulendo,ſemper ſequerer communem,quia iudicare contra cõmunem eſſe cõtra ſtimulum calcitrare,vt per Craner.conſi.xcj.nu.11.Ampliatur tertiò iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos,quòd excludat etiã legitimatos per conſequẽs matrimonium,ſecundum Ancha.conſi.ccxlij.& tenore.& Deci.conſi. clv.& diligenter pro tenui.Amplia quartò dictum ſtatutum excludẽs fœminas extantib.maſculis ligare etiam fœminas ingredientes religionem,& ſic operatur contra fœminas profeſſas religionem,ſeu moniales,vt per Ioann.And.in regul.ſine culpa. de regul.iur. in vj. mercurialibus.Paul.Caſt. con.cccxxxix.primum dubiũ de quo quæritur. Roma.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obl. Ab.& alios in c.quod Clericis.de fo.comp.Ab.& Fely.in d.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ & Ripa in ſuis reſpon.in titu.de longa cõſuetudine c.vj.nu.11.vbi audacter atteſtatur hanc eſſe cõmu.opin.& Soci.nepos conſi.xxv.nu. 11.vol.iij.nonnulli verò Doct.& male fuerunt in contraria ſentẽtia, quos refert Ruynus conſi.cc.nu.lib.ij.& Laurentius Syluanus conſi. xlix.nu.4.Amplia quintò hoc ſtatutũ,quòd fœminæ excludantur propter maſculos extendi,etiam ad Iudæos,vt voluit Ana.in cap. Iudæi, el ſecundo,de Iudæis.& Felynus ibi.& nouiſſimè Marquardus de Suſannis,in tract.de Iudęis,& infidelibus in 2.part.c.ij.nu.4.& ſequẽ.poſt alios ibi relatos per eũ,vbi audacter aſſeuerat hanc commu. opini. Amplia ſexto loco dictum ſtatutum,quòd ſtantibus filiis maſculis fœmina excludatur,habet locum & procedit etiam ſtante vno. ſecundũ Bal.in l.j.C.de condit.inſer.per illum tex.quem refert,& ſequitur Deci,in cap.prudentiã §.adiicimus.nu.8.de offi.dele.l.preallegatũque ſtatutum quòd fœmina excludatur ſuperſtitibus maſculis.Amplia ſeptimò,vt procedat,vt tam filia, quàm venientes ex perſona eius à ſucceſſione repellantur,vt per Bar.in l.ij.§.videndum.in fin.ff.ad Tertyl. & in dicta l.liberorum.per l.illa.C.de collatio.Ruynũ conſi. 120.nu.2. vol.j.& conſi.clj nu.6.vol.ij.cum aliis congeſtis per Decium conſi.ccccclvj.iuridicam,Laurentium Syluanum conſi j.nu.65. & Ruynum conſi.viij.nu.9.vo.iij.& iſta eſt vera & indubitata concluſio. Amplia vlteriùs,quòd ſub huiuſmodi ſtatuto excluſiuo fœminarũ compræhẽditur non ſolùm filius legitimus & naturalis, ſed etiam arrogatus in filium ab auo meterno,quia per omnia ſimilis eſt filio vero,legitimo, & naturali tam ratione patriæ poteſtatis,quàm quo ad effectum ſuitatis,ac etiam reſpectu ſucceſsionis ab inteſtato,vt §.ſed hodie ex noſtra Inſtit.de adop.§.pe.Inſti.de her.quę ab inte.iuncta l.cùm in adoptiuis.circa fi.C.de adop.& l.ſi te parens,& ibi Bar. C. de ſuis & legitim.imò dic,quòd arrogatus filij appellatione continetur,l.filij appellatione.l.iuſta,& dicta l.liberorum.ff.de verb ſignifica, ergo ſecuta arrogatione cum in eo concurrant vinculum Ciuile & naturale.d.§.ſed hodie. filius legitimus & naturalis dicetur,& eadem ratione,quia filius legitimus & naturalis fœminam excludit,eadem & ipſe arrogatus excludere videtur.Ampliatur,ſeu interpretatur nono dictum ſtatutum excludens fœminas propter maſculos,quod eſt de iure licitũ ſecundum communem opinionem Do.citatam,& relatam per Alber, Brun.in tractatu de ſtatutis excluden.fœminas.Fallit primo loco iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos non habere locum extra territorium ſtatuentium,& ſic non propagetur,nec extendit radices,& vires ſuas,quo ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentiũ, ſecundum Bar.in l.cũctos populos.q.vj.C.de ſumma Trini.Alex.con. cxxviij conſideratis verbis inſtrumen.vol.j.vbi latiſſimè reſpondet omnibus ferè rationibus Salv.contrarium aſſeuerantis in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.& fide Catholi.& iſta videtur cõmunis opinio,vt teſtatur Allegato conſilio.et Ruynus conſi.xlviij.nu.1.circa medium,volu.iij.vbi ait ab iſta ſententia communi nõ eſſe recedendum, et Rolandus à Valle poſt alios relatos per eum in tract.de lucro dotis, in quęſt.xx.nu.14.Interpretatur,& limitatur ſecundò dictum ſtatutũ excludens filiam à ſucceſſione patris,quòd ipſo mediante non excluditur ad inualidandum teſtamentum inter liberos conditum,et ſic filia ſimpliciter à ſtatuto excluſa,ſi in teſtamento patris fuerit prętérita,poteſt illud rumpere,ſi pater extraneos vel filios inſtituerit,quia in hoc filia extranea perſona non reputetur,ſecundum Cornę. in l. hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.verſi.pręd icta faciunt.Cuma.conſi.cxix. circa fin.cum aliis relatis per Boë.deci.ccxlj.nu.9.vbi ait,hanc eſſe cõmu.opi.et Beroius poſt alios relatos per eũ in repetitio.c. Raynutius. nu.234.cum aliis ſequent.de teſtamen.vbi ad vtranque partem doctè,ſublimiter,ac latè hanc quęſtionem diſputat.Ratio dictę communis opinionis videtur iſta,quia pater tenetur neceſſariò vocare filiam in ſuo teſtamento,vel eius filios,vt decidunt Bar.Iaſ.ceterique Doct. communiter in l.ſtipulatio modo concepta.ff de verb.oblig.et de dicta communi atteſtantur Moder.inibi et Gui Benedict.in repetiti. d. c.Raynutius,de teſtamen. nu. 81.Fallit tertiò pręfatum ſtatutum diſponens,quòd ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat,non habere locum in legitimatis per reſcriptum Comitis Palatini, vel alterius habentis poteſtatem legitimandi,cùm non excludant fœminam ſecũdũ Deci.in l.liberos.circa fin.C.de collatio.in cap. in pręſentia.nu.40, extrà de probatio.et latè conſuluit conſi.lij.et Curtius Senior conſil. xvj.nu.5.et ſeq.et conſi.xxxv,num.16.cuius conſilio complures excellentes,et illuſtres Doc.ſe ſubſcripſerunt,& ita in opulenta hereditate fuit Mediolani iudicatum,et iſta eſt communis opino ſecundum eundem met Deci.in d.l.liberos.Et de dicta communi atteſtatur etiã Franciſcus Curtius in pręallegatis conſiliis,et de veritate iſtius concluſionis communis plura ſcribit Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore. ff.de vſucapi.Crotus in l.Gallus,§.et quid ſi tantùm.ff.de libe.et poſth.Brunus in tract.quòd ſtantibus filiis maſculis filię fœminæ non ſuccedant.q.xij. articul.iiij.declarat hoc nõ procedere in filio ſpurio legitimato per Principẽ,qui quidẽ ſub ſtatuto prædicto ad excluſionẽ fœminarũ cõpręhẽditur,vt pote quia ipſe verè,ac propriè legitimus et naturalis cẽſetur, vt cõcludũt.Bar.et alij omnes communiter in dicta l.ſi is,qui pro emptore,et latè per Alex.conſi.ij.vol.j.ergo filius iſte dicitur excludere fœminas,ſicut legitimus et naturalis.et hoc voluit idẽ Alex.in l.ſed ſi hac.§.patronum.ff.de in ius.vocan.qui atteſtatur iſtam Doct.communiter tenere,et in dicto conſi.xj.et conſi.lxxxvij.vol.ij.Limitatur quartò quòd

rò quòd dictum ſtatutum excluſiuum fœminarum, ceſſat ſi maſculi ſint in capaces, puta ſi ſint deportati, quia tunc habentur pro mortuis & pro non ſtantibus, vt per Bartol.in l.j.§.pen.ff.de bon poſſeſ.ſecundum Tabul quem ſequitur Bal.in authen.ingreſſi circa finem.C.de ſacroſanct.eccle.& Ruynus conſilio liiij.nu.5.volum.ij. Interpretatur ſimiliter & reſtringitur hoc ſtatutum etiam habere locum ſi maſculus extaret & ſuccedere nollet.l.ij.§.ſed ſi ſint ſui.ff.ad Tertyl.& ibi not. Barto.quia huic ſtatuto poteſt maſculus renunciare, vt per Bald.in l. maximum vitium.verſi.ſed pone frater. C. de libe. prete. Fallit ſextò hoc ſtatutum quod ſtantibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant, quòd ſi maſculi non ſuperſint, ſed ſolum fœminæ, ipſæ admittentur, vt per Bartol.in l.fina.in q.j.ff.ad Tertil.Bald.in l. hi quibus. C.de ſecun. nupt.& iſta eſt communi.ſententia omnium ſcribentium, & longo ac diutino tempore obſeruata, vt refert, & atteſtatur Soci conſil.lxxx. nu.6.volumi.ij. Limitatur ſeptimo hoc ſtatutū excludens fœminam dotatam à ſucceſſione dotantis non excludere eam à bonis emphyteuticis, cum de ipſis non fiat mentio prout voluit Bald.in d.l.liberti, libertæque.C.de oper.liber.Barto.& alij. Docto communiter in l.iuſiuran §.ſi liberi ff.de oper libert, Imol, & alij omnes in ca.potuit.de loca & conducto, & Ruynus conſi.iiij.num.6. volu.j.vbi hoc declarat, & limitat. Interpretatur octauo loco dictum ſtatutum præferens maſculos fœminis non habere locum in adoptiuis vt voluit eleganter Ioan. de Ana.conſilio xxxvij.viſo caſu, cuius dictum refert, ac comprobat, & ſequitur Deci.in dicto cap.in præſentia.num. 117.& ſeq.& Tyraque, cum aliis infinitis ibi relatis per eum in repetitio.l.ſi vnquam.C.de reuocan.dona.in ver.ſuperſint liberos.num.11. Interpretatur nonò præallegatum ſtatutum quòd licet excludat fœminas à ſucceſſione, non propter hoc excludit à ſupplemento legitimæ, vt per multa concludit Sal.in authen.nouiſſima, C.de inoffi.teſtamento in l.ſerui noſtri, propè.fin.ff.de noxal.in l.ſancimus.C.de nupt.& in authens.res, quæ.C. communia de leg. vbi etiam Raph.Cuma.hoc idem tenet Alex.conſi. vij.libro.ij.conſi.lxix.volu.j.& conſilio lxxviij.volu.iiij.& hoc idem tenuit Socin.Iunior in dicta.l. Gallus.§. & quid ſi tantum, & ita conſuluit conſilio xxx.& cl.volu.j.iſtā ſcribit eſſe comm.opin, Socin.in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.& Grammaticus vltra alios per eum congeſtos deciſio, cj.nu.46.& iſtam quæſtionem latè diſputat ad vtrāque partem Auguſtinus Beroius in repetitio.d.cap.Raynutius, nu.23. Moderatur, & coarctatur nono hoc ſtatutum non procedere quando ex diſpoſitione ſtatuti fœmina non poſſet ſuccedere, & deberet ſtare dote contenta, tunc filia non poſſet petere ſupplementum legitimæ ſecundum Barto.& alios in dicto.§.& quid ſi tantum, & iſta eſt communis opinio, vt patet ex allegatis per Alexan.in dicto §.& quid tantum.& Iaſ.in dicto authen, nouiſſima. Soci.conſi.cl.prima igitur radix.Iaſ.conſilio lxxxij.ſtatuto Ciuitatis.libro.ij.Deci.conſil.xxvj.diligēter in conſilio lxxxix.viſo puncto.in fin, & conſilio cciij.in caſu.&c, Curt.conſi.xxxvij.conſiderato Themate, Calca.conſilio xj.& quamuis illud ſtatutum prohibeat ſupplementum dotis, vel legitimæ, nihilominus non habet locum in magno exceſſu, ex quo detegitur patris dolus, l.vnde ſi Nerua.ff pro ſocio, & tenet ac declarat Pau. Caſtren.conſilio cx.quod refert Ruynus conſilio xcviij.numero 4.poſt princip. volum.ij. Fallit decimo quòd filia excluſa à ſtatuto donec ſuperſunt maſculi poſſit aliquando ſucceder . Vnde ſcias, quòd filia, quam ſtatutum à ſucceſſione, donec ſuperſunt maſculi, excludit, etiā ſi poſt quadraginta annos deficerent maſculi ad ſucceſſionem admittetur vt per Bartolum in l. final.ff.ad Tertul.cuius opinionem fatetur eſſe communem Soci.conſilio lxiij.in cauſa vertente.libr.j.Ioan.Dilectus in tract. de arte teſtandi, in cautela vj.nu.1.titu.xj.& Soci.nepos conſilio cx.nu 4.& 16.volu.ij.& conſilio j.nu.1.libro j.& conſilio xxxj.numero.1.eodem volum.quam quidem Bartol. Paul.de Caſtren. Saly. Corne ceterique omnes in l.ij.C.de libe præter.poſt alios quamplures relatos per Soci.Iuniorem conſilio j.nu.1 libro j.& intelligit procedere vltra præallegatos Doctor, ipſemet Socin. Iunior in dicta conſilio cx.nu.16 & conſi.cxiiij.nu.12.& 3.eodem vol.quando fœmina non ſimpliciter excluditur, ſed temporaliter: veluti donec, & quandiu maſculi ſuperſint: ſecùs autem eſſet, ſi fœminæ excluderentur ſimpliciter per ſtatutum, extantibus maſculis quia hoc caſu excluſio earum eſſet perpetua. Interpretatur xj loco dictum ſtatutū, quòd filius maſculus excludat fœminam ſimpliciter locum habere etiā in ea, quæ momento fuit excluſa, vt in perpetuum excludatur & ſic ſufficit tum quòd momento maſculus fœminam excluſerit, vt ſit excluſa in perpetuum, ſecun.Bald, in l.ſi quis poſthumus.§.j.ff.de libe, & poſthu, quē ſequitur Dec.conſ, cccccxxiij. Interpretatur duodecimo prædictum ſtatutum excludens fœminas dotatas à ſucceſſione verificari etiam in ea fœmina, cui dos promiſſa fuit vt per Bald. in l.non ſine. C. de bonis quæ liber. Afflict. deciſi, lxi, & Iaſ.conſi.xj.libr.j. In contrariam verò ſentētiam videntur inclinare Iacob de Arena Petrus Cyn.& Fulgo in d, l.non ſine. Cuma & Imo.in l.Titio centum §.Titio genero.ff.de conditio & demonſtra, Alex. conſilio xiij. volum.iij.& Soci.conſilio ccvij.volum.ij.ſed in iſto conflictu opinionum caſu eueniente ſemper conſulerem pro prima opin, quæ videtur verior.vbi ſtatutū ſimpliciter excluderet fœminam dotatā ſecùs, vbicunque exigeret dotem eſſe datā, vt per Socin.conſi. xcij.volum.j.quem ſequitur Brun.in tract.exclu.fœminarum.in vij.q. Limitatur xiij. hoc ſtatutum vbicunque filius maſculus moreretur antè quàm portionem ſibi debitam ex forma dicti ſtatuti adiret, & agnoſceret, quia tunc portio ad quam ipſe filius admittitur ex diſpoſitione ſtatuti, excludendo fœminam, non tranſmittitur ad quoſcunque heredes, vt voluit Salic.in l.j. C.de adulte. Sed Salicet.noli adhibere fidem ne te decipiat, quia contra eum eſt communis opinio, vt per Alexandrum conſilio xx.volum.j.Socin.conſilio cxliij. volum.j. & conſilio ccxcvj.volu.ij.& per Brun.in ſuo tract.exclu.fœmi.in xiij. artic.princ.quæſt.vj. Idem Viuius.

Inſtitutio patris & matris eſt neceſſaria de iure communi in teſtamento filiorum, vnde filius faciens teſtamētum in caſibus à iure permiſsis, tenetur parentes in aliquo inſtituere heredes, quia illis præteritis teſtamentum viribus caret, §.ſiue igitur, & §. hæc autem diſpoſuimus.in auth.cùm de appell.cognoſci.notat Calderi.conſi.v.an ſi teſtator.in tit.de teſt.Bal.conſi.lxxxiiij.veritas lib.iiij, & hæc eſt cōmunis opinio, vt conſtat ex congeſtis per ſcriben. in auth.nouiſsima. C.de inoffi.teſta.& per Barb.in c.Raynutius, de teſta.contra Bart.in d.auth. nouiſsima, quia legitima debetur parentibus propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenentur, d.§.hæc autem, & præcipue debetur matri, ne à luctuoſa filij hereditate dicatur excludi, l.fin.C.de inſti.& ſubſt.ſub cond.fact.& l.liberi.§.j.C.de inoffi.teſtam. & hoc latè docuimus s. in ver.filius.in concluſione incip. Inſtitutio parentum, &c. Limitatur hæc comm.opin.ſeu limitari poteſt per Statutum contrarium diſponens, vnde legitima matri debita cum ſit de iure poſitiuo, poteſt per Statutum tolli, ſecun.Bald.in l.j.§.ius naturale, ff.de iuſt.& iure, & hanc eſſe comm.opin.aſſeuerant audacter Ioan. de Imo.in l.quod de bonis.§.fin.ff.ad legem fal. Alex. conſil.clxviij. vol.vij.Dec.conſil.ccclxxij.& Pariſ.conſil.xxiij.vol.ij. Idem.

Prouincia aucta, & augmentata acceſſoriè comitatu vel regno, ita quòd ſit vnum Regnum cum primo, vel vnus comitatus; regulatur ſecundum Statuta, & regulas ipſius Regni, vel comitatus, & eiſdem Statutis, Legibus, & priuilegiis eſt gubernanda, quibus gubernatur Regnum ipſum, & comitatus, Secundum Bart.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pig act.quem ſequuntur omnes Doct.ibi, & Rom.conſil. ccxviij.Alex.conſi.cxiiij.vol.iiij.& conſi.xlvij. vol.vj. Afflict.in c.j.§. & ſi Clericus, de capitul.Corra.in vſib.feud.Calcan.conſil.ij. Barbat. in c.tranſlato, de conſtitu.Iaſ.in §.in perſonam Inſtit, de action.Ripa in prima parte reſponſorum.xxij. & Curtius Senior conſilio lvj. vbi ait hanc eſſe commun.opin, & Moder.in d.§.ſi nuda. Viuius.

Statutum habilitans, vel inhabilitans perſonam alicuius aliàs inhabilem, ſeu habilem de iure communi, non extenditur aliquo modo ad forenſes, ſecundum Bart.in l.j.ff.de tuto.vel.curat.datis ab iis, vbi aſſerit eleganter quod ſtatutum ciuitatis, quod diſponit circa perſonā legitimandam ad aliquem actum, non extenditur, nec porrigetur ad omnes, qui non ſunt ſuæ iuriſdictionis, hoc idem videtur intrepidè tenere ipſemet Bart.in l.cunctos populos, in iij.q.C.de Summa Trin. & fide cath.vbi concludit quòd ſi ſtatutum diſponeret filium familias poſſe condere teſtamentum, tunc filius familias Forenſis in ciuitate, in qua reperitur huiuſmodi Statutum non poterit teſtari: nam Statutum legitimare nequit perſonam ſibi non ſubditam, nec circa ipſam diſponere aliquid, & cum Bart. tranſeunt omnes Docto.in præcitatis locis, & præſertim Iaſ.ibi in j.lect.& in ij.Marſyl.in l.fin. verſic.hanc tamen concluſionem, ff.de iuriſdict.om.iud.Alex.conſil.xlv.volum.v. Corn.conſil.xlv.vol.j.& conſi.xciiij.vol.ij. & Ruynus conſi.cxx.vol.j. & conſil.ccj.eod.vol, vbi ait hanc eſſe commun.opin. Viuius.

Statutum ſimpliciter diſponens, ſeu loquens de marito lucrante dotem, aut bona mobilia mortua vxore in matrimonio recipit interpretationem per legem hac edictali.C.de ſecundis nupt. Id eſt, niſi ſuperſint filij prioris matrimonij.vt per Bart. Bal. Sal. & ceteros communiter in d.l.hac edicta li, in vj.q.& ſic filij primi matrimonij, non obſtante dicto Statuto, poſſunt totā dotem, & bona mobilia petere, iuxta diſpoſitionem text.in d.l. hac ædictali, & iſtam opin.ſequūtur omnes Docto.in l.vnica, C.de inoffi. dot.& dicunt eſſe magis comm. Iaſ.& Curt, Iun.in auth.præterea.num.14.C.vnde vir, & vxor.& Aug. Beroius in ſuis quæſt, familiaribus.q.cxix.nu.2. Iſtam etiam ſentētiam communem ſequebatur ſimiliter publicè legendo Peruſij Raynaldus Rodulphus Præceptor meus, interpretans annis præteritis cum non modica vtilitate ſuorum Scholarium.d.authen, præterea, qui quidem optimis fundamentis reſpondebat Bart.& ſequacibus in l.ead lege in iiij.quæſt.C.de condict, ob cauſam, contrarium aſſeuerantibus, vbicunque tamen (nota) ſtatutum non faceret mentionem expreſſè, & ſpecificè quòd maritus, etiam exiſtentibus filiis primi matrimonij, lucretur dotem, ſed ex coniecturis, ac verbis ipſius Statuti, & mente ſtatuentium colligi poſsit facillimè, quòd vellet derogare dictæ l.hac ædictali, & ſic præiudicare filiis prioris matrimonij videtur derogatum dictę l.hac ædictali, abſque aliquo dubio, licet expreſſè ſtatuentes non fecerint mentionem de ipſa derogatione, & maritus, tunc lucrabitur dotem, etiam exiſtentib.filiis primi matrimonij, ſecūdum Bald.

Bal.cõſi,cccclxxxv.vol.vj.Saly.in d.l.hac ædictali in vj.q.Paul.de Caſt.conſi.cxcij.vol.ij.vel j.Roma.conſi.xliiij,& iſtam aſſeuerat eſſe cómunem opinionem omnium Doct.Pariſi.conſi,xcj.lib.iij.In contrariam verò partem præcipitanter inclinauit Soci.conſilio xxxv.vol.iiij. & Curtius Senior conſi.lxxviij,videlicet,quòd ſi Statutum ſpecificè dictæ l.hac ædictali non deroget non cenſeatur aliquo modo derogatum;tamen quicquid iſti Docto.ſuadeant temerarium,& fatuum eſſet in iudicando,& conſulendo recedere à præallegata communi opinione,quam declarat,ſequitur,& tuetur Rolandus à Valle poſt alios ibi per eum relatos in tract.de Statuto de lucro dotis in quæſtio.xxv, nume.1.& 3.Sed hoc dubium ceſſat quotieſcunque ſtatutum diſponeret,quòd vxore præmoriente ſine liberis, maritus lucretur totam dotem,aut partem dotis,vel bona mobilia in præiudicium filiorum primi matrimonij,tunc valet dictum ſtatutum,& præiudicat filiis primi matrimonij,ſecundum Bald.in l, vnic, C, de inofficio. dotibus,& Pau.Caſtren.ibidem tenet Baldus in dicto conſilio cccclxxxv. & in dicta l.hac ædictali.& ibi Saly,in ſexta quæſtione.Paul,de Caſt.in dicto conſilio cxcij.& conſilio ccccxlviij.volum,ij,& ita ſe habet communis opinio omnium Doctorum de qua teſtatur Boerius deciſio,cxiij.nu,4.Boerius in dicta quæſtione cxix,nu.1.Ruynus conſil, lviij. & conſil, lix.volumine tertio,Pariſi.conſilio xcj,volumine tertio.& iſtud ſtatutum fuit inductum rationabili,& iuſta cauſa,& dicitur fauorabile, ac inductum fauore matrimonij,& publicæ vtilitatis,vt viduæ citius,& facilius virum reperire poſsint,vt per Baldum in dicto conſilio cccc-xcv,& Decium conſilio xix.Alcia.in tractat,de præſumpt.in prima regula præſumpt,viij.nume.6,Pariſi,dicto conſilio xcj.& ita per iſtam rationem,& alias quam plures cõcludebat acutiſsimus Preceptor meus Raynaldus Rodulphus Peruſinus,dum eram ſub eius diſciplina Peruſij,interpretans d.authent.præterea.Interpretatur ſecundo loco prædictum ſtatutum procedere in matrimonio vero,ſecus in matrimonio putatiuo,ideò ſtatutum de lucrando dotem per matrimonium non habet locum in marito putatiuo,ſecundum Bald.Salyc.in lege prima, C.de condi.ob cauſam.Alexan.in l.ſi cùm dotem.§.fin.ff, ſolu, matrimo,& Ripam in rubric,eodem titul.& iſtam ait eſſe communem opinionem Rolandus in tracta.de ſtatuto de lucro dotis in quæſt. xcvij, nume, 167, & 13.Interpretatur tertio dictum ſtatutum diſponens maritum lucrari debere dimidiam partem dotis.& aliam partem reſtituat,quòd tunc maritus non lucrabitur dotem promiſſam, ſed tantùm ſolutam,ſecundum Bartolum conſilio cxxxij, ſtatuto ciuitatis Auguſtinæ cauetur,& iſta eſt magis communis opinio Doct.de qua meminit Boerius deciſio.xxij. nu.7.9.& 13.In contrariam verò ſententiam inclinauit idem Barto,in l.iubemus,§.ſan. C. de ſacroſanct.eccleſ.Ang.ſibi contrarius conſilio clviij.Iaſ.ſibi contrarius in l.ſi donaturus.§.final.ff.de condi.cauſ.dat, Alaxan,in l.non tantum ff de re iudica.Soci,in l.de diuiſione.ff.ſolu,matrimonio, Crotus in rubr. eodem titulo.& ibi Parpal,Ruynus ſibi contrarius conſilio cxcvij. volumine primo,Tyraquel.in tracta.de retractu.nume,59.videlicet quòd maritus ex forma huiuſmodi ſtatuti lucretur dotem non ſolum ſolutam, ſed etiam promiſſam,tamen quicquid iſti Doctores dicãt prima pars videtur tutior, & magis communis ſecundum Salyc,in l.ſi conſtante.C.de donatio,ante nupt,& Iaſon in rubric.ff.ſolu.matr. Ratio eſt, quia dare,& promittere paria ſunt.l.ſi,C,ad legem Falcid.& quia mulier ex ſola promiſſione dicitur habere dotẽ,vt notatur in l.cùm poſt, §.j.ff.de adminiſtra.tuto.& in l.vnic.§. accedit,C,de rei vxo.actio.&ita tendebat cum prædicta communi precitatus D.meus Raynaldus Rodulphus,quẽ imitantem veſtigia Bart.& omnium illuſtrium Doctorum,ac habendo veritatem ante oculos per ſeptem annos audiui defen ſorem communium opinioum,ideò nõ eſt mirum,ſi Peruſij hac tẽpeſtate in eum virum euaſit,quem totus orbis prædicat.Interpretatur quarto loco dictum ſtatutum deferens lucrum dotis marito mortua vxore,vt habeat locũ etiam ſi in vno momento matrimonium carnali copula conſummatum duraſſet,ac vna nocte concubuiſſet vxor cum marito,ſecundum Baldum in l,non tantum.C,de legat,& cum Bal.ſentiunt Angel.Cornæ,& alij Doctores communiter ibi,licet ibi Iaſ,contradicat opinioni Bald.& malè,vt per Modern.in dicta authent.præterea,imò dic in fortioribus terminis quòd ſi ſtatutum in Ciuitate viri diſponeret ſimpliciter,quòd vxore præmoriente maritus lucretur dotem,habet locum etiam ſi mulier premoriatur antè, quàm ad domũ ſui mariti ducta fuerit,& tunc maritus lucrum dotis poteſt conſequi, vt per Bar,eleganter in l.nihil ff.rerum amota.& iſtam ait eſſe communem opinionem Rolandus à Valle in tracta,de ſtatuto de lucro dotis in quæſtione xvj.nu.9,Interpretatur vlterius hoc ſtatutum de lucro dotis locum etiam habere,ſi vxor poſt matrimonium per verba de præſenti,ante tamen copulam conſecutam ingreſſa fuerit, monaſterium mendicantium & in eo profeſſa fuerit:quia tunc maritus poteſt cõſequi,& lucrari dotẽ ſecũdũ Bar.& Paul.de Caſt.in l.Deo nobis.in princip,C.de ſacroſanctis eccleſ.Felynus in rubric.de ſpõſa.Iaſ. in authẽ.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccleſ.& in l.ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſdare cogan.& in l.ex ea.§.Inſulã.ff.de verb.oblig.& ita conſuluit ipſemet Iaſ.conſil.cxxxv.vol.ij.in quibus locis ait hanc eſſe veram, & communem Doctor. quam ſequitur etiam Alciat.in ſecundo libro,de verborum ſignific.Et animaduerte circa præmiſſa vtiliter,quòd dictũ lucrum dotis non venit communicandum per maritum cum fratribus,quia tanquam aduentitium præcipuum eſt mariti, ſecundum Bartolum in l.ſi cum dotem.§.transgrediamur.ff,ſoluto matrimo.in l. j.C,de bonis,quæ libe,cum quo tranſeunt Bald.in l.ſi donaturus.§.fin. ff.de condi.cauſ.data, & in l,in actione.§,fina.ff.pro ſocio.Floria.Saly. Angel,Cornæ,& Fulgo,ibi,& Alex,in addit.ad Bar.ibi,Cornæ.conſil. cxlix,volumine primo,Aret.in §,fuerat,Inſtitu,de actio.Iſta opinio cõmuni calculo ab omnibus ſcriben,eſt approbata ſecundum Flori.in l. ſi filia.§,ſi filius.ff.famil,erciſcund,Crottum in l,frater à fratre.ff.de cõditione indebi.& omnes Modern.Baldus Nouellus in tract.de dot.in ſexta parte ſpeciali.xxxvij,Campe.in eodem tractat,de dote,in quinta parte,quæſt.vij.& Moder,in cap. in præſentia de probatio. Sed in iſta quæſtione reperiuntur tres aliæ opiniones contrariæ,quæ communiter reprobantur per Moder.in dicta lege frater à fratre,& per Doctores ſupra citatos,Interpretatur & limitatur vlterius præmiſſum ſtatutum diſponens quòd maritus per mortem vxoris,cum liberis lucretur dotem:non habere locum vbicunque maritus tranſiret ad ſecunda vota,& ſic propter tranſitum ad ſecundas nuptias maritus perdit huiuſmodi lucrum quo ad proprietatem,ſecundum Bald. in authen, vxore,C.de ſecund.nupt.in authent,ex teſtamento,C,de ſecund.nupt. in authent.ex teſtamento.C.eodem titu.& in l,pro hereditariis. C. de heredi actio.idem voluit,Salyce.in l.fœminæ.§,illud,C,de ſecund, nupt,Roman.in l.ſi cùm dotem.ff.ſoluto matrimo.& conſilio cxc. Alex. in l,j,§.hoc autem.ff,ad Trebelli.,conſi,cclxix.vol.iiij.& in dicta authen.ex teſtamento.Paul,de Caſt.in l,fina.C,de bonis mater.& in l. ij. ff.ſoluto matrimonio,& iſtam fatetur eſſe magis communem opinionem Boerius deciſione clxxxv,nu,7.cum aliis ſequen. Ruynus conſi. cj.volumi.j.& Ripa in dicta lege fœminæ.nu,45. In contrariam verò partem titubanter inclinauerunt Bal,& Corne,in l, final, C. de bonis mater.per illum tex.tamen reperio Cremen in ſing.vltimo aſſeuerantem ſe conſuluiſſe contra Bal,in d.l.fin.vna. vbi dicit, quòd Anto. de Sutr.idem conſuluit in conſilio exordiente.Circa examinationem reperio ſimiliter fuiſſe iudicatum in curia Burgalenſi contra dictum Bald. in dicta l. fin. vt atteſtatum apparet per Boeri.in deciſio.clxxxv, nu,78. & 9.vnde reprobata communiter per ſcriben.iſta ſecunda opinione Bal,quæ de iure optimis fundamentis,& rationibus reprobari poſſet:inhæreo primæ opinioni communi ſecundum meum ſolitum, & conſtitutum,ſtylum,& morem.Interpretantur predicta ſeptimo loco,ſimiliter quòd ſi ſtatutum loci vxoris,ea præmortua abſque liberis diſponeret:deferendum eſſe lucrum totius dotis, tunc attendendum eſſet ſtatutum loci mariti,non autem vxoris ſecũdum Archidia, in cap.illud.xij diſtinct.Barto,& omnes communiter in l,cunctos populos, C. de Summa Trinit. & fide Catholica.& in l.exigere dotem, ff de iudic.Bald.conſi.xxxij.& conſi.ccvij.,vol.iij.& conſilio liij,vol. v, Alex.conſilio 100.volum.j.& conſilio cxxix.volumi.vij. Cuma. conſilio xxvj,& conſilio cix.vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, Curtius Iunior conſil. cxxix.& quamuis nonnulli Doctores & præſertim Angel.in dicta lege exigere dotem.aduerſentur ac contradicant dictæ communi ſententiæ:tenendo quòd ſtatutum loci vxoris inſpiciendum ſit,vbi celebratus fuit contractus dotis,tametſi propter hoc non diſcedo à dicta communi,à qua diſcedere hæreticum eſſet in iudicando,& conſulendo,vt aſſeuerat Soci.Iunior conſilio xiiij.volu, j.Sequendo dictam communem,& Iaſ,in l.j,nume. 24, cum aliis ſequent.C.de ſumma.Trinit,& fide Catho.vbi iſtam communem opinionem limitat in ſeptem caſibus,In tantum autem hoc procedit, ꝙ ſi vxor duxerit maritum ad eius domum,attendatur ſtatutum domicilij ipſius mariti in lucro dotis,& non ſtatutum loci vxoris, vt per Baldum in l.cùm quædam puella.ff.de iuriſdictio.omnium,iudi, quẽ ſequitur Ioan.Bapt,de ſancto Seueri.aliàs Caccialupus in repeti. l.cũctos populos.C.de ſumma Trinita.& fide Catho.Sed contrarium tenuit idem Baldus reuocando ſententiam in melius.in l.fi. C ſi à non competen,iudi,iudica.fuer.videlicet quòd in iſto caſu attendatur domicilium vxoris,& non viri,hoc idem voluit ſequendo Bal. in dicta lege fina.Alexand.in addi,ad Barto.in dicta l.exigere dotem.in prin, & Curtius Iunior ibi, & Cagnolus deciſio. conſilio cclxxxiij.Fely, in cap,j.de ſponſal.& Iaſ.in dicta l,cùm quædam puella,& iſt a eſt cõmunis opinio,ſecundum Purpuratum in d.l,cunctos populos.num, 120,quam quidem communem declara & intellige procedere,vt per Fely,in d.ca,j.in iij,limit. F.Viuius.

Statutũ diſpõens,ꝙ de cõtractibus,vel de qualibet negotiatione ſoluatur gabella,non habet locũ in contractibus nullis,ideoque de cõtractu nullo non erit ſolueda gabella aliquo modo vigore dicti ſtatuti ſecundũ Aluaro.in capi.ſecundo, quo tempore miles in vſibus feudorũ.Bal.in l.nõ dubiũ.C.de legib.& ita cõſuluit.Rom,conſi. lxxviij,Chriſti,&c.Interpretatur ſimiliter dictũ ſtatutũ,quod in illo non comprehendatur legatum,ex quo non eſt propriè negotiatio, ſecundum Bartolum. in l. cetera.§.ſed & ſi quis ad opus. ff.de legat.j,quẽ ſequuntur omnes Docto.communiter ibi & paſsim in iure noſtro te

Per

Per Statutum,vel legem nouam iura limitatoria,ſeu ſpecialia non
videntur ſublata,etiam ſi in ea vel in eo reperiretur clauſula non ob
ſtantibus ſtatutis & legibus authen.de heredib.ab inteſta.vbi glo. in
verb.vacantibus,& ibi ſcriben.l.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cog. vbi gl.
in verb.non compelli,& omnes Doctores communiter,Roma.con-
ſilio xl. viſis. conſilio ccc. xxij.in cau & conſilio cccxcix.vt præ
ſens. quia ius ſpecialiter competens nunquàm videtur ſubla-
tum, & illa eſt communis opinio. l. decurionibus , vbi textus.
glo.& Docto.C.de ſilentiar.lib.xij.& gl.communiter approbata in §.
prætereà ſi quis infeudatus, vbi Bald.Iſer.Aluaro,Præpoſi. & alij Do-
ctores de prohib.feud.a ic.per Federi.in vſib.feud.Fely.in cap.primo,
verſic.declara de reſcrip.Iaſ.in l.ſicut certi,C.de teſtam.milit.Iaſon.in
l.quòd dicitur.in ſecundo notab.ff.de verborum obligat.& in l.j.ter-
tio nota.ff.ſolu.matr.& Cotta in memoriali,in ver.dos habet,&c.Idē.

Statutum imponens pœnam corporalem pro homicidio , vel pro
alio delicto interpretatur,& intelligitur,ſi dolus adſit , nec lata culpa
ſufficit,vt per Bartolum in l.j.§.non autem,ff.ſi quis teſt.l.b.eſſe.Bald.
in l.data opera,C.qui accuſa.poſſ.Cyn.Bal.Angel.& Paul. Caſtren. in
l.j.ff.de legib.& per huiuſmodi doctrinam idem Paul.de Caſt.in l.& ſi
ſeuerior.C.de his,qui no.infam,refert ſe exemiſſe quendam à morte,
vbi etiam Alex.ſequitur etiam Deci.alioſq́ citans legendo in c.ij. de cō
ſtitu.& conſulendo in conſilio ix.Marſyl.in l.lege Cornelia. nu. 3.ff.
ad legem Cornel.de ſicar.& hanc opinionem aſſeuerat eſſe commu
nem Claudi. Aquenſ.in dicta l.j.ff.de legib.nu.31.& Iaſon. in l. in a-
ctionibus nu.26.ff.de in lit.iurand.vbi Deci.& alij reſpondent omni-
bus fundamentis pro cōtraria parte allegatis.& circa hoc ſcripſimus
ſuprà latè in verb.ſtatutum diſponens,quòd Bannitus non poſſit re-
uerti ad Ciuitatem circa finem coarctatur dictum ſtatutum non pro
cedere,quando diſponeret,quem corporaliter puniri pro homicidio
qualitercunque commiſſo:tunc enim quamuis culpa homicidium
committret debet capitari ſecundum Saly.in l.ij.C.de noxa.& huiuſ
modi caſu ſecundum Saly,fortè non diſtingueretur, vtrum homici-
dium factum ſit ad defenſionem,& hoc dictum Sal.ſequitur Alex. in
l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cauſ.infa.irroga. Idem.

Statutum pactum,vel conſuetudo diſponens ad dandum,& traden
dum aliquid publicæ vtilitatis cauſa,veluti pro fabrica eccleſiæ , ſeu
pro paramentis faciendis,pro conſequendo ſpiritualia non valet,nec
tenet ſecundum Doctores omnes in capi.veniens.extrà de teſtib.Pa-
nor.& alij communiter in cap.cum M.Ferrarienſ.de conſtitu.vbi Ri-
pa nu.174.Sed hoc non procedit in pacto facto poſt traditionem re-
rum ſpiritualium,tunc profectò obſeruandum eſſet huiuſmodi pa-
ctum,vel ſtatutum ſecūdum Ioannem Andr.& Panor.in d.c. veniēs.
Iſta eſt communis opinio teſte Ripa,& aliis Mod.in d.c.cum M.Fer-
rarien.nu.176.nec habet locum dicta concluſio, vbicunque conſue-
tudo ipſa diſponeret aliquid ſoluendum eſſe ſimpliciter,pro lampa-
de ardente ante ſacram Euchariſtiā:tunc enim dicta conſuetudo dici
tur rationabilis.c. ad Apoſtolicam.de ſimo.Animaduerte autē quòd
hæc conſuetudo non dicitur inducta ex hoc duntaxat,quòd aliqui ho
mines vniuerſitatis particulariter ex deuotione fecerūt ſumptus pro
dicta lampade,quia opus eſt,quòd prædicti homines particulares fe-
ciſſent impenſas intentione inducendi conſuetudinem, non autē ex
particulari deuotione,vt per Abb. in c.fin.de conſuetudin. in antiq.
Imò requiritur neceſſariò quòd huiuſmodi impenſæ ſciente, conſen-
tienteque vniuerſo populo,vel ſaltem maiori parte eiuſdem fuerint fa
ctæ,& hoc caſu dicta conſuetudo obligat vniuerſitatem,& totum po
pulum ad ſoluendum pro dicta lampade. ſecundum Canoniſtas com
muniter in d.c.fin.& Legiſtas in l.de quibus.ff.de legibus, quam qui
dem communem ſequitur & atteſtatur Rochus Curt.in d.c. fina. &
Ripa in ſuis ſingularibus reſponſis in titul.de legib.& conſuetudini-
bus.cap.xx.nu.7. Idem.

Statuta condere,& conſuetudinem inducere poteſt quilibet po-
pulus iuriſdictione carens,& omnes aliæ ciuitates principum domi
nio ſuppoſitæ legis condendæ habent facultatem ex poteſtate ipſis à
lege conceſſa:ſecundum Albe,Bald. & omnes Legiſtas,tam antiquos,
quam etiam Moder.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure , quorum
opinionem dicit eſſe communem.ibi Iaſ.in ſecunda lectu.nu.2.& 26.
contra Barto.contrarium ibi aſſeuerantem , ſequitur Angel. conſilio
cxxxix,viſis omnibus ſtatutis.Areti.conſilio vij.abundè,ſatis,& ſuffi-
cienter in fine.Canoniſtæ omnes in cap.quòd Clericis.de foro com-
peten.Alex.conſi.clxxvj. viſo themate,vol.ij.& Matta.qui ait hanc eſ-
ſe communem ſententiam conſi.xij.contra ea quæ.aliàs allegaui. nu.
1.Moder.in c.fi.de conſue. Idem.

Statutum proclama vel diſponens. quòd qui cæperit Bannitum,
ſeu aliquem malefactorem,habeat tale caſtrum in feudum,tunc mu-
tus,cæcus fœmina,& aliæ ſimiles perſonæ de iure inhabiles,vt in c.j.
an mutus vel aliter imperfectus in vſibus feudorū,ad feudum admit
tuntur ij.Guliel.de Cu.Bal.Saly.Roma.& Alex.in l.ſi filiusfamilias. ff.
ſi certū peta.& Iaſ.ibi nu.3.cum aliis ſequ.dicit iſtam doctrinam Gu-
li.ab omnibus communiter approbari,hoc idem tenet ipſemet Iaſ.in
l.j.nu.14.in ij.lectu.C.de ſacroſan.eccleſ.in l.j.§.nūtiatio.de oper. no
ui.nūtiat.Alex.conſi.xxxv.nu.6.lib.vj. Alber.in tractat.de ſtatut. in r.
par.q.clxxxj.Bal.in tractat.ſtatu. ver. capere ver. Caſtrum. & Alciat.
de verb.ſignifi.lib.j. Idem.

Statutum puniens delicta intelligitur de conſummatis, & non at
tentatis,vnde ſi ſtatutum diſponeret,quòd ſi quis doloſè occiderit ho
minem pœna mortis puniatur,intelligitur ſecuta morte effectualiter
tantum,& non aliter ſecundum Barto.& omnes communiter in l. is
qui cum telo,C.ad legem Cor.de ſicar.Bar.in l.j.§.Diuus.ff.eod. titu.
Bald.& omnes in l.ſi quis ſeruo.de fur.& in auth.ſed nouo iure,eo.tit.
Ioan.de Imo.in c.j.de præſump.& hoc latè probat & confirmat per
nonnulla alia ſimilia exēpla Marſyl.in l.qui falſam monetam.nu.23.cū
multis ſequen.ff.de falſis.& Grammaticus deci.ij per totam,vbi refert
ita in contingentia facti fuiſſe iudicatū in ſacro Regio Conſilio Nea-
politano.Nam ſtatutorum verba neceſſariò debent propriè intelligi,
nō autē impropriè,& fictè,vbi abſonus intellectus nō ſequitur,& ſic
ſtatuta ipſa requirunt caſum verum,& nō fictum,l.iij.§.hæc verba.vbi
Bar.not.ff.de negotiis geſtis.& alij Doct.in l.j.ad legem Corn.de ſicar.
Iſtam aiunt eſſe communem opinionem Deci.in l.non vult heres.nu.
4.cum aliis ſequen.ff.de regul.iur.& Auguſt.Beroius in c.ſi quis Epi
ſcopus.nu.6.de accuſati.& circa hoc latè ſcripſi in ver.ſtatutum. diſpo
nens quòd mulier,& minor non poſſint contrahere in decima limita
tione.Prædicta autem vera ſunt maximè,quia hodie per conſuetudi-
nem generalem totius mundi eſt derogatum omnibus legibus diſpo
nentibus conatū puniri,& ſic per talem conſuetudinem conatus non
punitur, niſi ſequutus ſit effectus,ſecundum Spec.in tit de accuſatio.
§.j.cum quo ſentiunt Ang.Paul.de Caſt.Alex.Iaſ.& cæteri.in l.j.§.hæc
autem verba.ff.quod quiſque iur.Fely.in tracta.quando conatus pu-
niatur.cùm aliis abundè congeſtis per Marſyl.in d.l.qui falſam mone
tam.ad leg.Corn.de falſ.nu.24.& hoc idem tenet Boeri.dec.cccvj.nu.
3.& Hieronymus Chucalon in additio ad Deci.in d.l.non vult heres,
vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem,& Grammaticus quo
que in d.deci.ij.nu.19.Hoc autem declarāt non procedere Ang. Paul.
de Caſt. Alex.& Iaſ.in d.§.hæc autem verba in crimine læſæ maieſta-
tis,& in crimine proditæ,ac expugnatæ patriæ,quorum quidem opi-
nionem in iſtis duobus caſibus dicit communem Boer.in tract.de ſedi
tioſis.circa fin.nu.41.& ſeq.Iſte vltimus caſus comprobatur ex eo, quod
ſcripſit Soci.conſi.cxxj.præmittenda eſt diſputatio.volu. iiij. vbi dixit
quòd ille,qui venit ad expugnandam patriam committit crimen læ-
ſæ Maieſtatis,vt habetur per Bar.in extraua.qui ſint rebelles,in ver.te
nore, & in ver.rebellando, & per Doct. in l. quiſquis, C. ad legem
Iuliam maieſta. Idem.

Statutum diſponens quòd ad onera taxarum,equorum,& hoſpita-
tionis militum etiam exempti teneantur, exceptis iis, qui à principe
literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione illius ſanctionis habuerint,
quo caſu non ſufficit clauſula immunitatis omnibus,& quibuſcūque
oneribus.cum clauſula non obſtantibus quibuſcunque , etiam ſi de
verbo ad verbum deberet fieri mentio in ſpecie, & quibus omnibus
derogetur,niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate,etiam reſpectu ta
xarum,equorum,& onerum belli cum derogatione iſtius ſtatuti,ſecū
dum communem opinionem omnium Doct.quam citat, & ſequitur
Dec.conſi.clxv.viſo,& conſi.clxviij.verecunde.Iaſ.conſi. cxxj. vol. iiij.
Fel.in c.accedentes,de reſcri.& Gome.in proœm.reg.Cancel.q.v.com
probatur iſta communis opinio:nam ſtatutum ipſum circa onera di-
citur tranſire in contractū,adeò quòd non poſſet reuocari ſaltem abſ
que eius ſpecialiſſima derogatione,ſecundum Lud.Bolog.conſi.iiij.vi
ſo,& Rube.Alex.conſi.nono,in cauſa:onera enim taxarum,equorum
& hoſpitationis militum ſunt onera Realia,à quibus nemo poteſt ſe
excuſare,etiamſi eſſet aliàs priuilegiatus,& exemptus,vt per Pariſi.cō
ſi.lij.tenetur vol.j.Rube. Alex.in præcitato conſi.9. nu. 6. per tex.in l.
tertia. §.munus.& in l.reſcripto.§.ſciendum,vbi Bar.nu.3.ff. de mune.
& hono.& quia etiam ſtatus pacificus.& publica quies conſeruatur
armorum intuitu ſecundum.Signo.de homodeis,conſi.lxxxij.nu. 6.in
quæſtionib. Idem.

Arbitri,ſeu Iudicis morte expirat compromiſſum.l.diem proferre,
§.j.iuncta gl.ibi,& l.ſi interpellatur.vbi gl.ff.de arbitris.& hoc proce-
dit in vno ſolo arbitro electo,Amplia dictam concluſionem , quòd ſi
ex tribus arbitris qui neceſſariò eliguntur ex forma ſtatuti vnus dece
dat,finitur compromiſſum, nec duo ſuperſtites poterunt ſententiam
ferre c.vno delegatorum.vbi Hoſtien,Ioan.Andr.& cæteri Canoniſtæ
communiter notant,& Bar.Pau.de Caſt.Alex. Iaſ. aliique omnes in l.
duo ex tribus.ff.de re iudi.hoc verò de plano procedit in arbitris ſtatu
taris qui ſunt arbitri iuris,& ſunt ordinarij Iudices,de quibus facit mē
tionē text. in c.præſentata.de teſtib.& Barbat.in d. c.vno delegāt. Idē.

Statutum diſponens ſuper gradibus , vel de gradibus loquens de-
bet interpretari,& intelligi de gradibus iuris Ciuilis, & fieri compu-
tatio graduum , ſecundum ius Ciuile , ita tenent,& concludunt per
quamplures rationes Iaco.Butrig.& Bal.in l.fi.C.de ſucceſ.edict.& in
ter alias rationes aſſignant iſtam,quia computatio graduum ſecundū
ius Canonicū eſt impropria,ſequitur ibi Alex.nu.6. Bar.in l. iuriſcōſu
ltus §.j.ff.de grad.affi.& in d.l.fi.& idem ibi Saly.& Iaſ.in d.l.nu.12.&
Deci.

Deci.nu.14.& Alber.Brun.in tract.quòd ſtantibus maſcu.artic.v.nu. 20.ſub q.ij.vbi etiam latè diſtinguit ante num. 20.& idem conſuluit Bar.conſi,exordiente quæritur vtrum gradus, & iſta eſt communis opinio,vt per Moder.in dicta l.fin.vbi Iaſ.Deci.& alij ſcribē.ampliāt. limitant, ac latè declarant in pluribus caſibus dictam communem. Idem.

Statutum diſponens,quòd de damno dato ſtetur iuramento d mnū paſſi,iſto caſu ſi alicui ſit commiſſum furtum,non ſtabitur eius iuramento,cùm furtum ſit mer criminale,licet in furto inſit damnum, ita voluit eleganter Bald.in l.nauta.§.quæcunqu .ff.naut. caupo. ſtabul.in l.ait prætor.in principio.ff.de iureiurando.& in l.ſi ſeruus ſeruum.§.oliuam.ff.ad legem Aquiliam.Hoſtienſis in Summa in titu.de damnó dato.§.locum habet in princip.Alberi.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Syllan.& in ij.parte ſtatutorum quæſt. xiij.item quæro aliam &c. Alex.& Roma.in l.ij.ff.de damn.infect.& idem Alex.conſi.clxvij.requiſitus,vol.ij.& Marſi.l.poſt alios ibi relatos per eum in l.de minore.§. tormenta.nu.5.ff.de quæſtio.& in ſua practic.crimi.in §.expedita.nume.75 & Ioan.Baptiſta Plotius in repetitio.l.ſi quando.C.vnde vi.nume.823.circa fin.vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem,& Ripa.in d.l.ij.ff.de damn.infec.nu.2.licet ibi de ea nonnihil dubitet cō plura ſatis vrgentia in contrarium adducendo. Interpretatur ſecundò præfatum ſtatutum,ac limitatur,quòd accuſatoris iuramento, de damno illato fides adhibeatur non procedere quotieſcunque accuſatoris iuramento,de damno illato fides adhibeatur nō procedere quotieſcunque accuſatus contra quem iuratum fuit, inſtantiam faceret iudici,vt ad inſpiciendum locum accederet quia ex euidentia, & inſpectione oculorum nullum damnum illatum apparebit,eo caſu iudex requiſitus à parte non obſtante dicto ſtatuto proficiſci poterit ad locum damni,& pronuntiare illud quod ex aſpectu conſtabit, Bald. & Salic.l.contra negantem.C.ad legem Aquiliam & in l.prima. C. ſi aduer.lib.Barbat.cap.pernicioſam.de offic.ordin.Curtius ita practicari ſcribit.l.admonendi. ff. de iureiur. Ratio huius concluſionis eſt, quia nulla lex prohibet ac excludit probationem per rei euidentiam, vt voluit Azo in Summa C.ad legem Aquiliam.Baldus l.Deo nobis. C.de epiſcopis & clericis.& rub.C.de probat.licet Bald. titubanter l. ij.de iureiu.teneat expreſſe contrariam in nube fundata,amplector primam opinionem, quæ videtur communis teſte Curto dicta l. admonendi.nu.352.Limitatur tertiò dictum ſtatutum,vt non credatur iuramento damnum paſſi ſi accuſatus petat exprimi diem per damnum paſſum:quia intēdit illū redarguere de falſo, & probare ipſum damnum paſſum: vel accuſatorem fuiſſe alibi: tunc enim neceſſario debet exprimi dies per damnum paſſum alioqui iuramento nō creditur.Bald.l.j.in fin.C.de iudic.Iſta eſt communis de qua per Docto.in l.arbitraria.§.ſi quis Epheſi.ff.de eo quod certo loco.& l.libellorum.ff.de accuſ.B,Plotius in dicta l.ſi quando.limitat hoc ſtatutum lxj.caſibus & aliis.li. F.Viuius.

Statutum,Lex,vel Princeps poteſt prohibere,quòd non iuretur ſuper contractibus ſecundum Bald.in l.non dubium.circa finem. C.de legib.per tex.in l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.& Doct. omnes communiter in c.Laicus.de foro competen.in vj.quam communem præcitati Doct. ibidem ſequuntur,& pleno ore atteſtantur,& alij paſſim in iure noſtro,vide aliam concluſionem conſimilem ſuprà in ver.ſtatutum mulierem,vel minorem prohibens.& cætera. F.Viuius.

Reus pro crimine, ac delicto capitali condemnatus ad mortem, mediante ſententia definitiua,ſecundum formam iuris communis efficitur ſeruus pœnæ.l.qui vltimo.ff.de pœnis,ſed cōdemnatus ad pœnam mortis per ſententiam vigore contumaciæ, ac fictæ confeſſionis ex forma ſtatuti non efficitur ſeruus pœnæ,donec venerit in iudicis poteſtatem,ſecundum Bald.in l.data opera.C.qui accuſa.nō poſſ. & in l.j.C.de hered.inſtitu.vbi omnes hoc ſequuntur,& in l.eius.§.ſi cui.ff.de teſta.& ſi iſta ſententia non operatur effectum ſuum, donec præfatus reus condemnatus ad mortem repertus fuerit, tunc enim ipſi pœna vltimi ſupplicij erit imponenda,& ita ſe habet communis opinio,vt patet ex allegatis per Boeri.deciſio. cclxviij.nu.8,cum aliis ſeq.vbi refert nonnullos Doc.in contrariam ſententiam inclinantes. Ratio huiuſmodi communis opinionis videtur iſta.quia ſententiá lata contra aliquem contumacem potiùs præſumitur propter vitium contumaciæ lata,quàm propter ius partis.text.eſt in l. præſens. ff. de pignor.& in l.ſi ideo.ff.de euictio.& in l.fina.de emptio.& vendi.quę iura ad hoc allegat Roma.conſi.cccxxix.præſens conſultatio,vbi etiá allegat Bar.in l.ſæpe.ff.de iudi.& in l.res inter alios.ff.res inter alios non nocet.& Anton.in cap.quamuis. de re iudi. imò vlterius dicas, quod dicta ſententia lata ex forma ſtatuti contra contumacem, nunquam tranſit in rem iudicatam,vt voluit Ioannes de Anania in c.de his.extra de accuſat.cuius dictum pro valde ſingulari,& notabili refert,& ſequitur Lud.Bolog.conſ.34,circa finem,Marſyl.in ſua practi. crimi.in §.ex ordine ſucceſſiuo,nu.2. Idem.

Statuti puniens in aliqua ciuitate arma ferentē pœna centū: aliud ſtatutum puniens inſultantem aliquē eadē pœna centum,& aliud ſtatutum in eademmet Ciuitate puniens vulnerantem aliquē pœna cētum,quomodo intelligentur iſta tria ſtatuta,& interpretentur,dic quod ſtantibus dictis ſtatutis,ſi euenerit caſus, quòd Titius vulnerauerit Mætium cum armis, non punitur pœná ccc. videlicet pœna centum pro armis pœna centum pro inſulto, & pœna centum pro vulnere. Sed punitur duntaxat pœna centū,& ſic vna ſola pœna pro vulnere,quia portatio armorum,& inſultus confunditur, vt per gl.notabilē,& ſingularem in l.qui de crimine, C. de accuſatio.quam ſequuntur omnes ſcriben.communiter ibi, vt de iſta communi atteſtatur Iaſfredus in dec.95.idem tenet Bar.in l.quemadmodum. §.illud.ff.ad legē Aquiliā. & inficiando.§.illud.ff.de fruct.circa finem.Ioan.Andr.in addit.Spec.in titu.de homicid.ſuper rub. vbi vulgata eſt quæſtio Bal.in l.quicunque.C.de ſeruis fugitiuis.in lege, diuortio.ff. ſoluto matrimonio.& in l.aduerſus.in fine.C.de furtis. Anch. conſil. cclxxij de titulis &c.per Gandi.in tract.maleficiorū ſub rub.de pœnis reorum.verſi.pone inſuper,&c.Abb.& alij in c.j.de pœnis, & Albericus de Roſa.in tractatu ſtatutorum,in i.part.quæſt.89. Idem.

Statutum imponens pœnam vendentibus rem immobilem forenſibus,non excuſat aliquo pacto heredem damnatum à teſtatore in teſtamento vendere,quia ob præceptum teſtatoris de vendendo forenſibus,non excuſandus eſt ipſe heres à pœna præfati ſtatuti.l.Senatus. ff.de legatis primo,& tenent omnes ſcriben.communiter.in l. cætera, §.fin.eo.tit.vbi Doct.de iſta communi audacter teſtantur,& Iaſ. in l. iuſte poſſidet,nu.18.& ſeq.ff.de acqui.poſſ. Idem.

Statutum diſponens quòd inuentus de nocte cum armis punitur tanta pœna,tale Statutum intelligitur duntaxat punire appræhēſos, non autem teſtib.conuictos,vt per Bar.Angel.Imo.Rom.& alios Docto.magis cōmuniter in l.j.ff de acqui.poſſ.Marſyl.in l qui falſam monetā.nu.33.ff.ad legem Corne.de falſis,in l.is,qui cum telo. nu.45. C. ad l.Corne.de ſicariis.in ſua practi.crimi.in §.pro complemento, nu. 24.& in ſing.cccxcv. dubitarunt Doct.&c.In quibus quidem locis ipſe refert omnes Doct.in contrariam ſententiam inclinantes, tamē opinio Bar.& ſequacium videtur communis,vt atteſtantur Iaſ. & Ripa.num.53.& ſeq.in d.l j.& Soci.& Moder.in l.iij.§.Neratius.ff.de acquir.poſſ.& Ang.de Aret.in tract.maleſi.in verſi. dictus Andreas armatus,nu.7. Ampliat.iſtud ſtatutum præcipiens,quòd nullus proficiſcatur de nocte ſine lumine,vel cum armis,ſub tali pœna compræhendere etiam fœminam ſecundum Cyn.& Bal.in l.quicunque. C.de ſeruis fugiti.Marſy.in repetitio.l.vnicæ,nu.266.C.de raptu virgi. & Soci.nepos,conſi.j.nu.91.lib.j.& conſi.iij.nu.19.eod. lib. idem videmus in Statuto diſponente,quòd nullus audiatur volens exceptionem opponere,quòd pactum ſit nullum:iſtud Statutum compræhendit etiā fœminam,vt voluit Bal.in l.in multis.ff.de ſta.hominum,quia Statutum loquitur in materia,quæ eſt par maribus & fœminis, in qua viget eadem ratio.l.fi.C.de indic.vidui.tollē. idem videmus in Statuto prohibente veſtes,vel alia portare ſub aliqua pœna,tunc portans veſtes prohibitas vigore prædicti ſtatuti,non incidit in pœnam, niſi apprehēdatur cū reb.vetitis ſecūdū Ang.in auth.de ſanct.Epiſc.§.reuerēdiſſimis,& iſta eſt cōmu.opin.teſte Ant.Gomeſ.in l.xlv.nu50.tau.Idē.

Statuta contra venditorem etiam in pœnalibus cenſentur facta, ac condita contra emptorem ratione correlationis,vbi eſt eadē ratio, ſecundum Bar.& Doct.in l.xiij.C.de cupreſsis lib.xj.tex.eſt in l.fi. vbi Iaſ & ſcribē.omnes.C.de ind.vidui. tollen.Euerardus in ſua centuria, nu.76.in loco à correlatiuis.Ratio præfati Statuti videtur iſta.quia ſtatuto de emptore nullum verbum factum fuiſſet:Econuerſo Statutum puniens emptorem bladorum,videtur punire etiam venditorem,eſto quòd de venditore nulla mentio fuiſſet facta, quando eſſet eadem ratio ſecundum Euerardum in præallegato tract.de centum mod.argu.vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem,& Fabius de monte ſancti Sauini in tract.contractuum in ſj.q.prin.circa fi. & iſtam communem ſequitur,& tenet Abb. & omnes Canoniſtæ in proœmio in Decret.Bar.Ioan.de Platea,cæteríque Legiſtæ in d.l.j.C.de Cupreſsis, Bar.Ang.Iaſ.& Doct.in d.l.fi.C.de indi.vidui.tollen.Curti.ſeni. conſi. xj.Statuto,&c.nu.7 Deci.in l.ſicut bonis,nu.7.D.de in ius.vocan.Domi.de ſancto Geminia,in c.eos.§. clericis, de tempo. ordi. Limitatur hæc opinio communis,quòd ex dicto Statuto de venditione,bladorū non ligantur clerici pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum, ſecundum Ripam in tract.de peſte in titu.de præſ.reme. contra peſtem, in parte incip.Deuenio nunc ad modum,& normam vbertatis conſeruandæ,numero 22.& in c.Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſti.q.xl.Limitatur ſecundo loco,quod nec ligatur emptor, vel venditor, aut conductor forenſis ex diſpoſitione præfati, ſtatuti vbi probabiliter ignorabant diſpoſitionem iſtius ſtatuti, puta: quia non diu commorati fuiſſent in loco ſtatuti. quo caſu forenſis præſumitur ignorare ſtatuta loci ſecundum Ripam in d.part.deuenio, numero 120.& ſeq.& Gandinum in titu. de rebus non portandis contra deuentum, verſicu. ſed ſtatutum eſt. l. fi. ff. de decre. ab ordi. facien. &c. Idem.

Statutum imponens pœnam centum ducatorum, vel aliam pœnam minorem, ſeu maiorem pecuniariam, ſeu corporalem percutienti aliquem, quomodo eſt intelligendum vbicunque Titius

tius

minorem, ſeu maiorem pecuniariam, ſeu corporalem percutienti aliquem, quomodo eſt intelligendum vbicunque Titius vulneraret, aut percuteret Sempronium vno ictu cum bidente, vel tridente, dic quòd hoc caſu vigore prædicti Statuti non debet puniri niſi de vno vulnere ſecundum communem opinionem, quæ ſeruatur in practica quotidie, vt meminit Angel. Aret. in tract. maleficiorum. in ver. & ipſum Titium. nu. 11. & ibi Auguſt. in add. & Marſy. in l. ſi in rixa, nu. 15. ff. de ſicariis, & in practi. crimi. in §. pro complemento, nume. 29. in quibus lo. is non nihil aperit mentem dicti Statuti. Idem.

Statutum prohibens, quòd non poſſit extrahi frumentum extra ciuitatem, ampliatur habere locum etiam in extrahentibus farinam ſecundum Bartolum in l. quæſitum. §. illud, ff. de leg. iij. & l. Cæſar. ij. nu. 16. ff. de publica. & vectig. Iaſ. in l. non dubium. 40. & 35. C. de legib. Bonifac. in tracta. maleficio. in rub. quid ſit accuſatio. verſ. qui iam. Maranta. in tracta. de iudic. in princ. nu. 20. Ripa in tracta. de peſte rub. de remed. ad conſeruandam vbertatem. nume. 75. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. & Gand. in tracta. malefic. in rubr. de reb. non port. contr. decret. num. 40. Amplia ſecundò, vt habeat locum in Statuto diſponente, quod non poſſit exportari vinum extra territorium. l. ſub pœna. quòd minime poſſit vigore iſtius ſtatuti extrahi vinum bucchale, vt voluit eleganter Bal. in l. ad Barbaricum. C. quę res expor. non poſ. Amplia tertiò, ſtatutum puniens inuentum exportare frumentum extra territorium, vel ciuitatem interpretari, ac extendi, vt puniat non ſolùm perſonaliter adprehenſum, ſed etiam teſtibus conuictum ſecundum omnes Legiſtas, in l. j. ff. de acquir. poſſeſ. & iſtã ait eſſe communem opinionem Ripa in tracta. de peſte. in titu. de remed. ad conſeruat. vbertat. numer. 104. vbi iſtam communem ſequitur, commendat, celebrat, ac ab omnibus fere contrariis, tuetur, vbi ſimiliter idem Rip. ampliat hoc dictum etiam procedere, ſi ſtatutum puniret adpræhenſum frumentum exportare: quia eo caſu compræhenderet etiam teſtibus conuictum, vt per gl. in l. j. C. vbi Senato. vel clariſſimi: & iſta gl. communiter approbatur: vt refert Ripa vbi ſuprà nu. 105. Amplia quartò, quòd ſtatutũ inhibens ſub pœna extrahi frumentum ſuper equo, aſino, vel curru, extra territorium habere locum etiam ſecundum Salicet. in l. ſi ſerui. nu. 24. & ſequen. C. de noxal. ſi portet dictum frumentum ſuper humeris propriis, vel collo boum, Rationem ibi aſſignat. ſtatuentes conſiderauerunt factum exportationis, non autem modum exportandi facta de equo, vel aſino, & curru, fuit facta cauſa exempli. Limita primò, dictum ſtatutum puniens extrahentem frumentum extra territorium, vt non compræhendat illũ qui ante conditum ſtatutum incepit exportare, ſed antè, quàm exiret, firmauit ſe & tunc: & tunc ſtatutum factum, ſeu publicatum fuit, & illud ſciuit, & prout inceperat, frumentum extraxit. Ratio eſt quare extrahens hoc caſu non puniatur al qua pœna: quia initium ſpectatur in iſto caſu. non autem illud quod ſuperuenit poſtea, vt voluit Ioan. And. Anch. Ant. Bal. & ceteri omnes in c. cognoſcentes. de conſtitu. Iſtorum doctrinam dicit eſſe communem Beroius ibid. nu. 2. & ſequen. licet de ea nonnihil dubitet nonnulla in contrarium adducendo. Limita ſecundò, dictum ſtatutum prohibens, & puniens extrahi frumentum extra territorium, non habere locum in extrahente ſui vſus cauſa ſecundum Bald. in l. cum proponas. C. de nau. fœn. Imo in l. cætera. §. fi. ff. de leg. j. Marſyl. ſing. lxxxvj. Statutum fità principe. & Iaſ. in d. l. cetera. §. ſed & ſi quis ad opus. nu. 7. vbi ait hanc eſſe communem opin. Limita tertiò, dictum ſtatutum prohibens extrahere annonã extra territoriũ nõ obligare. nec ligare eccleſias, quin poſſint annonã extrahere, quã colligunt ex prædiis ſuis, ſecũdũ Rip. tract. de peſte tit. ſuperius citato. nu. 122. per c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. Hoc autem ampliatur procedere nõ ſolùm in eccleſia, verũ etiã in clericis. Ripa tract. de peſte, poſt Bal. titu. cxcviij. vol. iij. & iſta omnia ſequitur, & refert Grammatic. deciſ. 100. nu. 15. Limitatur iſtud ſtatutum, vt non procedat in diſtrahente originaliter de ſuo territorio: ſecus ſi ex alieno portaretur per tranſitum illius territorij vt voluit gl. in l. poſthac. de ędif. priuat. cum qua ſentiunt communiter Doct. & in d. l. cetera. §. ſed & ſi præſertim. Iaſ. ibi nu. 21. & adſignat rationem huius concluſionis, & teſtatur eſſe communem. Limita quintò, quòd ſtatutum prohibens portari, ſeu adduci vinum in ciuitatem collectũ extra illius finem, & territorij non comprehẽdere clericos, & eccleſias, vt per Felinum Dec. & alios in cap. eccleſia S. Mariæ. de conſtitu. & ita fuit deciſum iudicatum & definitum in ſacro regio concilio Neapolita. in cauſa, & lite quæ interuenit inter ciuitatem Salerni, & Abbatem ſanct. Benedicti, vt refert Grammaticus deciſio. centeſima, nu. 17. cum aliis ſequentib. & hoc idem refert & ſequitur Couarruuias in repetition. c. quamuis pactum. de pactis. in vij. §. iiij. nu. 8. Limitatur vij. ſtatutum puniens emptores, vel extractores bladorum extra territorium non ligare forenſes ignorantes putà, quia non diu morati ſunt in dominio ſtatuentium: quo caſu forenſis præſumitur ignorare ſtatuta illius loci, vt per Ripam in tracta. de peſte, in titu. de præſer. remed. con. peſtẽ, in parte quæ incipit: Deuenio nunc ad modum, & normã vbertatis conſeruandæ, nu. centeſimovigeſimo, & ſequentib. & Gandinus in tracta. maleficiorum, in titu. de rebus non portandis contra deuetum, verſ. ſed ſtatutum, &c. quia ſtatutum dictos forenſes ligare non poteſt l. fin. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. l. neque. C. qui dare tuto. poſſ. & c. vt animarum. §. Statutum. de conſtituti. in vj. Animaduerte autem, quòd Statutum in dubio eſt ita interpretandũ, vt non compræhendat forenſes ſecundum Cynum. in l. prima. quæſtione vltima. C. quæ ſit longa conſuetud. & Guido. de Suza. in quadam diſputatione incip. ſed pone Statutum, & in alia quæſtio. incip. quæſtio talis eſt Bononienſis &c. dicentem quòd Statutum ſemper ita debet arctari, vt in eo extraneus non contineatur, allegat. l. prima. §. fin. ff. quod quiſque iuris, & dicit Bald. in repeti. l. de quibus. ff. de legib. verſi. quartò quæritur. an conſuetudo &c. quòd conſuetudo immediatè compulſiua, & prohibitiua, aut pœnalis non extenditur ad forenſem, ſed mediatè aliquo facto. vel delicto intra territorium commiſſo ligat; quia conſentire tunc videtur, qui delinquit, & idem tenet Specu. in titu. de conſtitut. §. primo. Ioan. Andr. in rub. de conſuetud. & Alex. latè conſil. xliiij. volumi. quinto. Septimò interpretatur & limitatur dictum ſtatutum pœnale prohibens extrahere frumentum de comitatu, vt non liget minorem ſecun. Roma. in ſing. vlt. Viuius.

Statutum diſponens, ſeu puniens ingredientes, vel turbantes alienas poſſeſſiones, non excuſat Meuium introeuntem poſſeſſionem alienam ex decreto Iudicis inualido, huiuſmodi enim decretum certi iuris eſt, non excuſare Meuium à pœna prædicti Statuti ſimpliciter loquentis, vt per Bar. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquirend. poſſeſſ. cũ quo ſentiunt omnes communiter ibi, vt aſſeuerant Moder. ibi audacter, præſertim Iaſ. nu. 304. & ſequent. & Doct. appoſtillantes Barto. Idem.

Statuta potiùs intelliguntur ſuperflua, & nihil operari, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur, ſecundum gl. communiter ab omnibus ſcriben. approbatam in l. fin. quam ibi Bar. ſummè extollit. C. de iure deliberan. vbi Bar. poſt gl. ibi vult quod ſi ſtat Statutum quòd executio inſtrumenti fiat contra heredem, ſicut fieri poterat contra defunctum huiuſmodi Statutum profectò non habebit locum in heredem cum beneficio legis, & inuentarij, ne ille indebitè damnum patiatur, licet & ipſe propriè ſit heres, & conſequenter verba Statuti illum comprehendant, & de prædicta communi atteſtantur Moder. in d. l. fina. & Doct. in tracta. de Statutis. Idem.

Statutum diſponens quòd bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatẽ, vel qui occidit occidatur, niſi habuerit pacem ab heredibus defuncti, tunc in iſto Statuto non compræhenduntur mulieres heredes occiſi, ideò ſecundum Doctor. ſufficeret in omnem euentum bannito habere pacem à maiori parte heredum, ita voluit Bart. & alij Doct. in l. quarta. §. Cato. ff. de verborum obligationibus. quorum quidem opinio communiter approbatur ab omnibus, vt per Paul. de Caſt. in l. ſecunda. §. ex his. ff. de verborum obligationibus. Boerius in deciſio cxxj. nu. 2. Moder. in d. §. Cato. vbi reprobant cæteras quinque opiniones quæ in hoc articulo reperiuntur, & nota, quòd præfatum Statutũ, quo cauetur licitum eſſe alicui vindictam ſumere ſecundum Iacob. Butrig. & Pau. Caſt. in l. refectionis, per illum text. ff. commu. prædio. quia tendit ad refrænandum maleficia, & quia priuatum facit miniſtrum Reipublicæ. l. j. C. quomodo licet ſine iudi. ſe vindi. imò Docto. in d. l. refectionis, extendunt hoc dictum. quod in iſto caſu licitum ſit congregare amicos etiam extraneos, qui illum adiuuent, & iſti conuocati, non puniuntur ſicut nec principalis, & allegant gl. in l. cùm fundus. ff. de vi, & vi arma. & idem tenuit Bal. in cap. fin. de iuramen. calum. qui ſecundum eum, quãdo conceditur quòd aliquid impunè fiat videtur ſemper conceſſum, vt illud fieri poſſit conuocatis amicis, & familiaribus. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbo. obliga. & idem tenet Capo. in tracta. de ſerui. vrb. prædio. vbi aſſerit quod ita obtinuit in ciuitate Veronæ, & ſequitur Iaſ. in l. j. §. fin. ff. de noui ope. nuntiatio. Fallit. ac claudicat dictum Statutum, quando loqueretur in numero plurali, vt puta dicit Statutum bannitum non poſſe reuerti ad ciuitatem, niſi pacem habuerit cum heredibus occiſi, tunc enim compræhendit tam maſculos heredes, quàm fœminas, ſecundum Barto. in l. ſi filius qui patri, in vltimo. quæſtio. ff. de vulgari. & pupil. ſubſt. & hoc non ſolum, procedit de iure ſtatutario, & municipali, ſed etiam de iure communi omnibus heredibus, etiam fœminis competit ius vindicandi defuncti necem. l. ſororem. C. de his quibus vt indi. & l. fœmina. C. ad turpilia. & not. omnes Doct. in d. §. Cato, præſertim Iaſ. nu. 59. vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & Ruynus ibidem nume. 20. in ij. lectu. & Pontanus Peruſinus numero 70. & ſequent. præfatum Statutum ſimpliciter diſponens, quod occidens ocidatur. Interpretatur, & limitatur ſecundo incurrere pœnam Statuti, niſi qui ex animo, & doloſè occiderit, & ſic Statutum (licet ſimpliciter loquatur) debet declarari ſecundum ius commune, vt in capitu. cùm m. dilectus, de conſuetudi. vbi per Docto. tradit Calderi. conſilio in ix. in titul. de conſtitutio. quicquid diſputet Cotnæus conſilio primò, Decius. in conſilio decimo, conſideratis. volumine tertio; & Baldus. hoc latè declarat in l. data opera, verſiculo item ſi Statutum. C. qui accuſare non

poſſunt,

poſſunt,& dicit magnum verbum Paul.de Caſt.in l.& ſi ſeuerior.C.ex qui.cauſis infa.irroga.quòd per hoc liberauit quendam,qui proiiciendo ſaxum hominem interfecerat caſu,& præter propoſitum ſuum,licet in loco extaret Statutum de quo ſuprà. & determinat idem Paul. de Caſtr.conſilio cclxxvij.in cauſa incarceratorum,in princ.volu.ij, ſecundum nouam impreſſionem,& Deci.conſi. ix.per totum vbi plurima ad propoſitum reperies:idem voluit Cardin.in cap.lator.vbi idem dicit Fely.ext.de homici.Barba.conſi.xl.illud adduco,vol.ij.Alex.conſi. cxl.videtur in caſu propoſito,lib.ii.& Iaſ.in l.j.ff.de legi.

Statutum diſponens,quòd bannitus,poſſet impunè occidi valet,& tenet de iure,vt per Ioan,And.in addit.ad Spec.in tit.de conſti.§.j. Hoſtienſ.in cap.j.eod.tit.Barto.l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iu. & in l. vt vim.eod.titu.& cano.omnes in cap.quæ in eccleſiarũ.de conſtit.Marſyl.in l.j.verſi.& tale ſtatutum.ff.de ſica.conſi.lxxiij.nu.75.& conſi.xxxij.nu.2.& In ſua practic.crimin.§. aggredior. nu.1.Ratio iſtius ſtatuti videtur iſta,quia dicitur fauorabilis ex eo,quòd ob bonum publicum videtur inductum.l.ij.vbi Barto.& alij C.quando lic.ſine iudic.& in l. omnes populi.ij.quæſtio iij.quæſt.princ.Iaſ.conſi.cxxxiij.lib.j. & l. vbi pactum.C.de tranſact.Bald.conſil.ccccxcj.poſt med.lib. iij. & Moder in ca.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.Decius conſilio cccxxvij. nu. 3. in fin.In tantùm autem hoc ſtatutum valet,vt etiam in foro animæ & apud Deum valeat,vt dicit Alexan.in l.ſi plagij. in princip. de verbo, obliga.& P.Duenas in tracta.regul.reg.lxviij.Limit.ij.cum aliis per eũ ibi congeſtis,latè per ea,quæ voluit Alberic.in tract.Statut.iiij. part.q. xix.Imò huiuſmodi ſtatutum poteſt premiare occidentem bannitum, quamuis homicidium de ſe malum ſit,vt not.Hoſtienſ.& Doct. in ca. fin.extra de conſuetu.Soci.conſj.clvij.Præſens conſultatio.in princ.volu.ij.cum aliis congeſtis per Decium in d.cap.quæ in eccleſiarum. nu. 54.& ſequent.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.Ratio iſtius concluſionis videtur iſta quia æſtimari non poteſt quantum interſit prouinciam liberam eſſe à malis hominibus l.congruit.ff.de offic.præſid.His addenda eſt ſing.doctrina Bal.in l.ita ſcriptum. §. fin. ff, de leg.ij.vbi dicit ſtatutum diſponit,quòd capiens bannitum, & præſentans illum in carceribus communis,poſſit habere præmium à cõmuni,tunc ſi quis ceperit bannitum,& poſt conditum ſtatutum illũ præſentauerit communi,videtur poſſe habere & conſequi præmium. Et licet occidẽs bannitũ (ad inſtitutũ redeundo )ſtatuto permittente nõ puniatur aliqua pœna corporali vel pecuniaria,nihilominus eſt infamis.vt per Bal.in l.decuriões.C.ex quibus cauſ.infamia irroger.quẽ ſequitur & refert Marſyl.conſ.9.n.39.& in l.lege Cornelia.ff.de ſicariis. adeò ꝙ in facto graui nõ poteſt eſſe teſtis abſque tortura ſecundũ Bal, in authenti,ſi vero teſtis productus dicatur.C.de teſtibus.Et caſu,quo dictum ſtatutum loqueretur , quòd bannitus poſſit impunè occidi: Hanc quæſtionem latè diſputat Nellus in tracta,Bannito. parte ſecunda,numero primo & octauo,& reſoluit prædictum,ſtatutum ſic declaratum.Ampliatur primò etiam habere locum,ſi occidens ſub pœna iuramento vallata ante bannum non offendere,vt puta Titius erat Mæuio inimicus,fecit pacem cum eo cum promiſſione iurata de non offendendo:nihilominus vigore iſtius ſtatuti de occidendo,non obſtante promiſſione,Titius poterit Mæuium occidere,nec tenetur pœna cõuenta,vt per Bart.C.quando lic.ſe ſine iud,vind,vbi Alex.in apoſti. & in l.qui ſeruum.ff.de verbor.obligat.Anch.& Barb.numero centeſimo ſexageſimo ſecundo.cap.cum M.de conſtitut.Ripa in repetitio. l. fin. C.de reuocand.donatio.numero octuageſimo ſexto, vbi ait hanc eſſe communem.Beroius verò in dicto cap.quæ in eccleſiarum.cxxiij.& ſequent.per pulcherrimas,& ſubtilliſſimas rationes conatur ſuadere cõtrarium,tamen (quicquid ipſe dicat) ob hoc non diſcedo à communi.Ampliatur ſecundo dictum ſtatutum.quòd occidens patrem,ſiuum fratrem,vel dominum bannitum non debet puniri vel aliqua pœna affici,vt voluerunt Barto.& Alex. ibi in addit. in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adulter.Salicet.in l.vnica.C, de iis , qui parent. vel lib.Abbas conſilio centeſimo quarto,libro primo,Imol in l. triticum,prope fin.ff.de verbor.obligat.Felin,in dicto cap.quæ in eccleſi. numero quinto.P.Duenas Regu.lxviij nume.octuageſimo octauo. & nouiſſime Auguſtinus Beroius in memorato capi.quæ in eccleſiarũ, numer.114.de conſtituit.in antiquis.vbi reſpondet contrariis,& audacter aſſeuerat hanc eſſe magis communem opinionem.Ratio dictę cõmunis opinionis videtur iſta,quia bannitus transfuga,& hoſtis ciuitatis.l.amiſſione.§.primo.ff.de capi.deminu.& in l.prima. ff. ad legẽ Iul. de ſicar.& notat Barto.in lege vt vim,& in l.omnes populi.ff. de iuſtitia & iure.Floria.in l.binas ædes.ff.de ſerui.verba.prædio.& Moder.in d.c.quæ in Eccleſiarum,quamuis cõtrarium teneat Ruynus poſt alios ibi relatos per eum conſi.iiij.numero ſeptimo,volu. v. videlicèt quòd filius patrem bannitum propter reuerentiam occidere non poſſit, vigore dicti ſtatuti,& Follerius in commentariis ad Pragmaticam editam per Reuerendum Cardinalem Paceceum de contumacibus non comparentibus infra decem dies &c. numero 13. Ampliatur tertiò præallegatum Statutum in tantum procedere , quòd ſi quis vellet interficere bannitum vigore ſtatuti , & bannitus proteſtetur inſultanti , vel ſe offendere volenti , vt nulla ſibi inferatur contumelia, vel iniuria fuit enim abſolutus , tunc proteſtans niſi ſtatim faceret fidem de reſtitutione,in integ.vel abſolutione ſibi facta à ſuo Iudice poſſet impunè offendi,ſecundum theoricam Barto.in l.non ſolùm.§. morte. ff. de de noui oper.nunciat.communiter approbatam ibi à ſcriben. & in cap.cum M.Ferr.de conſtitu. vt atteſtatur Ripa ibi,numero 176. Ampliatur quartò Statutum permittens aliquem impunè occidi. vt intelligatur permittere illum verberari, ac iniuria affici ſecundum Bart. in l,nec in ea.ff.de adult.Bal.in l.ij.C.de exhiben.reis.in l.ſi quis non dicam rapere,in princip.C.de Epiſco.& Cleri.in l.pen.C.de priua.carce. in l.iij.ff.de adimen,lega.& in l.in ſuis , & ibi Ange.& Imol. ff. de liber.& poſthu.Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de conſuetud.§.j.in fin. Ant.in capitu.fin.de conſuetud.in prima fallen.& Imo.in l. ſi verò. §. de viro.ff.ſolu.matri.quos ſequitur,et refert Alex. in dicta l.nec in ea. Ampliatur quintò,Statutum permittens generaliter bannitum occidi,quòd generaliter debet intelligi ſiue quis occidat per ſe,ſiue per alium,etiam data pecunia,vt voluit Bal.conſil.ccccj. ad euidentiam dicendorum,vol.j.Limitatur primo iſtud Statutum vt intelligatur ſolummodo de bannitis ex veris probationibus delicti: non autem de bannitis per contumaciam,ſecundum Bald.Ioan.de Imo.in l.ſi mora. ff.ſolut.matri.Alberi.in tract.ſtatu in prima parte.quæſt.lij.ſed hic quęro,etc.quòd dictum ſequitur etiam Ale.in l.omne delictum,circa princip.ff.de re milit.Marſyl.conſil.lxxxij.nu.11.conſil.x.nu.8.et 12.et in l. infans.nu.24.ff.ad legem Corne.de ſica.poſt nonnullos alios Doct.ibi per eum relatos,et Beroius in d.c.quæ in Eccleſiarum.nu.117.et Alex. per pulcherrimas rationes.in d.l.ſi mora.nu.13.vbi aſſerit hanc eſſe cõmunem opinionem,quòd bannitus propter contumaciam non intelligatur ex maleficio bannitus.His accedit pro maiori declaratione pręcitati,quòd vnuſquiſque de populo in iudicio poſſet comparere,et dictum bannitum etiam defendere , ac tueri per remedium nullitatis, huicque taliter comparenti obiici non poſſet,quòd ſua non intereſſet per doctrinam ſingularem Barto.quam ibi ſequitur Angel. Saly. Fulgo.et Paul.de Caſt.in l.vbi pactum.verſ.ſtatuto cauetur,etc. Bald.in l. decurionum.C.ex quib.cauſ.irrog.infa.Abb. in c.illa.de accuſat. cum aliis,de quibus per Fely.in c.illa.de accuſat. cum aliis , de quibus per Fely.in c.cùm ſuper.verſi.non ſolùm pro intereſſe &c.& Marſy. in l.ſi quis quinto reperio etiam,nu.141.ff.de quæſtio. Limitatur ſecundò, quòd ſi ſtatuto cauetur bannitum in centum, poſſe impunè occidi, tunc ſi quis reperiatur bannitus in vna cauſa in quinquaginta,& in alia cauſa in aliis quinquaginta,non debet fieri hoc caſu cumulatio, vt dicatur bannitus in centum,quoniam iſta eſt materia odioſa. l. vbi fideiuſſor.vbi omnes Doct.hoc tenent,& firmant.ff.de ſolutio. Barbat. in cap.licet.nu.45,& ſequen.de foro compe.& Iaſ.in l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſdiction.omnium iudicum.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.Limitatur tertiò præfatum ſtatutum , quòd carcerati occidi non poſſunt,ſtante iſto ſtatuto,quòd banniti poſſint occidi,ſecundum Bar,in l.in laqueum.ff,de acquir.rerum domi. & probatur in l.fin,C.de cuſto.reorum.& firmat Marſyl. ſing.cl. acceſſus ad meretrices.& in l.j.nu.8.circa fi.de ſicariis. Limitatur quartò præmiſſum ſtatutum permittens bannitum poſſe impunè occidi, habere locum in rite bannito.l.non putauit.§.non quæuis.& ibi Bar.ff.de bon. poſſ.contra tabu.& l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.& iſte occidens non ritè bannitum,non iuuaretur dicto ſtatuto ſecundum Canoniſtas in d.c.quæ in Eccleſiarum,& Legiſtas omnes poſt Bart.in l.iii.§. ſi ſeruus.ff.de acquirend.poſſeſ.& in d.§.non quæuis.cum aliis abundè cõgeſtis per Marſy.conſi.x.nu.10.& 16.vbi ait hanc eſſe communem opinionem,imò occidens bannitum,qui fuerat nulliter bannitus non excuſabitur,quominus puniatur ordinariè,videlicet ſi taliter occidẽs haberet notitiam huiuſmodi nullitatis , alias cum diligentia perquirere,& ſe informare debuiſſet antequam ad actum,cui naturaliter ineſt dolus deueniret,tanquam culpabilis iudicantis arbitrio plectẽdus erit iuxta communem theoricam ſcriben.de qua per Alex. conſi. lxxvij.viſis,lib.iij.poſt Barto,Bald.& alios in l.non putauit.§.non quæuis. ff.de bo.poſſ.contra tabu.& in l. fi. ff.de adulter.& Bal.in l. ex morte. ad legem Aqui.Doct.maximè Iaſ.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi,cum aliis,de quibus per Dec cõſi.ccccclxxxij.nu.10.per Bal.in l.j.C. de pe.& in addi.Spe.in tit,de cita.ver.nõ valet.Ale.cõſ.cxiiij.nu.4.lib, j.cõſ.clx.lib,vij.& Fely.in d.c.quæ in Eccleſiarũ.Limitatur v.dictũ ſtatutũ dans præmium occidẽti bannitũ,nõ cõpręhẽdere occidẽtẽ eũ ſe defendẽdo,ac tuẽdo,quoniã hoc nõ facit principaliter , vt occideret bannitũ,verũ vt ſe defenderet,vt voluit Bar,per illũ tex. in argumen. in l.ſi quis in graui.§.vtrũ.ff.ad Sylla,& in l.nulla macula ſimiliter per illũ tex.C,de delato.lib.x.vbi hoc idẽ tenet Ale,ſequẽdo Bar.et Roma. in d.§.vtrum.Coarctatur iſtud ſtatutum quinto loco loquẽs de bannito occidendo non procedere in bannita,et ſic in muliere ſecundum Ioan.de Ana.in c.intelleximus.de his,qui fi.occi.Bal,in l. Imperator. ij.ff.de ſtatu homi.Aug.conſ.lxvij.j.Alex.conſi.xxviij.præclar. vol.iij. et Deci.in l.fœminæ.nu.83.de reg.iu.quod procedit in fœmina dũ eſt prægnans,ſecundum Marſil.in pract.crimi.in §.nunc videndum. numero 50. et Duen. reg. lxviij. numero 187. Animaduerte , quod ſi quis interficiat mulierem bannitam , quæ ex d. ſtatuti diſpoſitione

interfici

interfici potuiſſet,& illa prægnans.fuiſſet.ille de homicidio tenetur,& punitur licet prægnantem ignorauerit.quia de hoc cogitare debuit, ſecundum l.Imperatores ff. de ſtat. hominum, quem ſequitur Salic. in l.quoniam.C.ad leg.Iul.de vi. Nell,in tract. Bannito.ij.par.ij. temq.xlv.illud,quod ſuprà docuimus mulierem bannitam non poſſe occidi probatur iſta ratione ſecundum Bal.& Ioan.de Anan.in locis ſuprà relatis,quia grauiſſimum facinus committit,qui prægnantem occidit,& prædicta procedunt ſecundum eos,etiam ſi partus ſit adulterinus,vel in carcere conceptus,& procedunt etiamſi eſſet mulier prægnans decem vel viginti dierum tantum:quia licet non ſit anima,tamen eſt ſpes Limitatur ſextò d. ſtatutum non habere locum, nec extendere vires ſuas extra territorium ſtatuentium,& ſi occidens bannitum extra territorium eorum,non iuuabitur tali ſtatuto,nec erit immunis à pœna,ſecundum Iaſ.l.fin.ff.de iuriſdict.omn.iud. Poſt Ioan. Imolenſ.in clemen.paſtoralis.de iureiur.& Anchar.in cap. canonum ſtatuta.de conſtitut.in vj.verſi.tertiò principaliter.& hoc tenet & probat Ruinus conſil.lxxxiiij.numero 4.& 6. volum.iiij. Marſil. conſilio cxxj.numero 2.in variis locis poſt Baldum conſi.cccxcvij.volum.vj.dicit,quòd ſtatutum præmians occidentem bannitum, continet etiam occidentem bannitum extra territorium Mihi placet opinio prima, quam hac ratione confirmo,quòd bannitus non poſſit impune occidi extra territorium,verum nec capi etiam poteſt,quia captus relaxãdus eſſet,cùm ſit illegitimè captus , vt per Bald.in authent. item nulla communitas.in fine.C.de ſacroſanct.eccleſ.Iaſ.l.vbi pactum. C. de pact. Fran.Viuius.

Statutum diſponens,quòd pater teneatur ſoluere pro filio condẽnationem vſque ad legitimam,pro delicto filij,valet.Alexand.l.lex Cornelia.numero 8.de vulga.ff.Iſta eſt communis obſeruata in practica, atteſtante Marſil ſingul.xxxvj,Bal verò in d.l lex Cor.inclinauit in contrariam ſententiam,ſcilicet vt non valeat tale ſtatutum:quia ſapit tyrannidem quæ nullitatis cauſa eſſe debet,ex quo non habet requiſita in lege.ca,erit autem lex.iiij.diſtinct.l.j.& ij.ff.de legib.& quod ſapiat tyrannidem facit quia diſpoſitum eſt alibi.ne pater pro filio teneatur l.j.C.ne fil.pro pat.& l.j.§.j.ff.ſi pars hered.peta.& l.filius.C.de bon. præſcri.& vide ibi Bald.ergo ſtatutum tale iniquum valere non poteſt & vide l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto.Ang.in l.filius.ff.de inoffic.teſtament. His tamen non obſtantibus, contrarium verius videtur,quod etiam communiter tenetur,vt ſuprà recenſui,per text, in ca.ij.de delic.puer.& ibi Anchar. & poſt eum Ioan.de Anan. gl.in rub.C.de decret.decurio Bald.in l.j,C.ne fil.pro patr.Ruyn.concxlix.nu.13.vo.iij.& quòd iſta opinio ſit communis,& ſeruetur in practica tenet Alex.in d.l.lex.Cornelia.Al orand.in §.præter ea.inſti. quibus mod.ius patr.poteſt.ſol.Chaſſa.in Conſuc.Burg.tit. *des ſucceſſions*. ru.vij.§.ij.nu.5.Limitatur d.ſtatutum non habere locũ de iure comm. quia ſi filius ſit condemnatus ex delicto pater de iure comm. ad pœnam iure legitimæ non tenetur. Authen.ſi qua mulier.C.de ſacro ſan. eccle.& ibi Bart.in fin.Abbas.c.ij.de delict.puero.Spec.de execut ſenten.nume.2.Socin Iunior conſil.lj.numero 5.libr.j.Limitatur ſecundo d.ſtatut.non habere locum in nepote.Ruyn,poſt Bald.in conſi.vij. numer.6.libr.v.licet nepos largè veniat appellatione filij.quia huiuſmodi ſtatutum eſt odioſum & irrationale.Rayne.de forliu.l.Iulia. §.j. ff.de ritu nuptia.Cro.in l.omnes pop.ff.de iuſtitia & iure,vnde in pœnalibus non fit extenſio per identitatem rationis cap.ſtatutum capit licet,de elect.lib.vj.quem text.ad hoc citat Calderin.conſi.j.titu de hæreti.quod ſine dubio procedit,quando conſtitutio pœnalis contineret odium irrationale,vt ſuprà docuimus,prout etiam apparet ex l.quiſquis C.ad l.Iul.maieſtat.vbi filij puniuntur propter delictum parentis,ideoque lex illa loquitur in filiis & non extenditur ad filias,vt ibi habetur & not.Bar.in l.j.ff.de verbor ſignifica. Angel.in l. quicunque. C.de ſeruis fugiti.Iaſon.ſi quis id quod,in vj.limita.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.quia continet odium irrationale ſimiliter non habet.econtra ſi filius committat crimen læſe maieſtatis,quia propter id punietur pater ſecundum Saly.in d.l.quiſquis,quem ſequitur Deci.cõſil.lxiiij.& illud.quod ſuperius retulimus, quod appellatione filiorum veniunt nepotes ſequitur etiam Bart.in l.patri ff. de adulte. Limitatur nou tertio loco præfatum Statutum procedere, quando delictum per filium eſſet commiſſum in territorio ſtatuentium aliàs ſecus,vt per Bart.in tract. repreſali in j.quæſtio.& Iaſ.in §.actiones, nu. 88. inſtitut. de actio. Limita quarto hoc Statutum Marſy.in ſing.ſuprà citatis non habere locum in filio pupillo committente delictum. Quinto limitat idem Marſi.dictum Statutum non procedere quando filius eſſet condemnatus propter contumaciam in l.infans, num. 20.de ſicariis & in l.de vno quoque num.173.ff.de re iudi.& Corne.poſt Bald.& alios per eum conſi.xcij.nu.5.lib.4.Sexto fallit præallegatum Statutum , quòd pater teneatur aſſignare legitimã fiſco pro filio delinquente procedeeſt. quo ad patres Ciues non autẽ quo ad patres forenſes ſecun.Bal.in l.ſi qua ff.de his,qui ſunt ſui vel alie iu. quemadmodũ valet. præcitatũ Statutum ita etiã valet aliud Statutum patri vel auo pecuniariã pœna imponens pro delicto filij,vel nepotis,vt per Bart.in l.j.C.ne filius pro parte in l.ſancimus.C.de pœnis poſt Guid.de Suza in l.ſi quis in tantã



poſt gl.ibi,C.vnde vi,& Bar.in capit cognoſcentes de conſti.nu.7.circa fin.& alios compſures relatos per Ruynum conſi.viij.nu.1. lib.5. vbi hoc optimis rationibus probat,limitat,& declarat,& iſtud ſtatutum quòd vnus teneatur pro alio tenet,vt ſupra docuimus,& iſta eſt vera,& communis opinio,teſte Deci.in d c.cognoſcentes de conſtitu num.8.& dicit quòd iſtud ſtatutum demum valet,quando ſubeſt. cauſa legitima,ſicut quando pater obligatur pro delicto filij , quia ineſt cauſa,vt quis retrahatur è delicto,quamuis non ſubſit culpa patris ſecundum Bald.in l.ſancimus.C. de pœnis Imo.in l.cum filius in princ. ff.de verbo oblig.& Alexand.in l ſi pe.ff.de re iudica.Limitatur dictũ Statutum quando diſponeret,quòd quis corporaliter puniretur pro alio,tunc enim non valet ſecundum Bal.in l.j.C.ne filius pro patre,& Saly,in rubric.C.res inter alios act,Anchara.in d.c.canonum ſtatuta, de conſti.li.vj.ver.quatro vlterius ſcriptum eſt,& c.& Alex.in dicta l,ſepe notatque ex prædictis quòd ſi pater voluiſſet pro redemptione filij legitimam fiſco ex forma ſtatuti ſuprà relati non cogeretur illam in teſtamento relinquere,nec per conſquens teneretur amodo ad aſſignandam aliam ſecundum Bald.in l.ſi cum dotem § ſi poſt ſolutum ff.ſolut.matrimo & in d.lex Corne.& Guido Pape ſingu.cccccclxviij. poſt medium.Sed ſuper hoc Bar.diſtinguit in d.l.ſi Stichus,nu.2 in fi. quod ſi pater ſolueret emendam pro condemnatione filij voluntariè tunc ſoluta non ſunt imputanda in legitima,ſecus verò ex neceſſitate forte per Statutum tunc proculdubiò imputanda eſſent,quam diſtinctionem ſequitur Bal.in l.omnimodò.§.imputari,C.de inoffi.teſt. Sed eam reprobat Fabianus de monte in repe auth.nouiſſima. C. de inoffi.teſta.quæſtio.viij,eandem reprobat Ripa.in l.in quartã,nu.185. ff.ad legem Falci.vbi dicit ita communiter teneri, & pro iſta communi facit text.in l.relegatorum,§.fin.ff.de interdic.& releg. vbi dicitur quòd ex delicto quis non debet habere beneficium,& multò minus ſi pater filio vtendo liberalitate adhuc legitimam dono dediſſet , & hoc caſu,quando filius præfatam legitimam aſſignatam diſſipauerit, non tenetur pater rurſus legitimam aſſignare,ita tenet Bartolus & ibi Paulus de Caſtro & Doctores in dicto §.ſi poſt ſolutum,Paulus Caſtrenſis conſi.lxxx.nume.3.volu.primo,& Baldus in l.data aliàs incip. lata.C.de donatio.& dato quod pater ſoluat legitimam pro filij delicto,nullo iure,nec Statuto cogente,ſi eo prætextu ipſam ſibi aſſignaret,non tenetur aliquo modo ad aliam,vt voluit expreſſè Baldus in d. §.ſi poſt ſolutum,& ſic pater ab initio quando ſoluit dictam legitimã integram,vel partem eius debet proteſtari,quod ſoluit animo compenſandi,& repetendi l.at ſi quis.§.plerique. ff.de religio.& ſump.fun & not.gloſſ & doct.in l.j.C.de nego.geſtis,& in l.alimenta eodem tit. Similiter his occurrit,quod pater generaliter ſoluendo condemnationem pro delicto per filium perpetrato,& confeſſato habentem peculium aduentitium,id eſt,bona materna,videtur ac præſumitur ſoluere in dubio nulla facta mentione de vna cauſa,magis , quam de alia de bonis filij,& non de ſuis,& illud conſultabitur in patrem ipſi filio ſecund.Bart.in l.Stichus,ff.de peculio lega num.2.circa mediũ per l.Neſennius,ff.de nego geſtis,quem ſequitur Bald.in auth.ex teſtamento. C.de collatio.in v.quæſtio & iſtam Bartol.opinionem ait eſſe magis communem Alexand.in d.l.in quartam,num.23.ff.ad legem Falci. & Ruynus conſi.cxlix.num.14.volum.iij. F.Viuius.

Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris non propter hoc cenſetur frater excluſus à ſucceſſio. ſororis, vt notab.voluit Bald. per illũ text.l.lege xij.Tab.C.de legit.hered. quem ſequitur ibi Paul. & Alexan.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obli.& iſta eſt cõm,opinio per Moder.in rub.ff.de acqui.poſſeſ.id quod comprobatur hac potiſſimum ratione per Bald.in d.l.lege.xij.quia dato vno inconuenienti,aliud dari nõ debet.& hoc procedit etiam cõſeruandæ agnationis cauſa ſecundum Soci.in rub.ff.de acqui poſſeſ.Dec.in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.nu.5.Sed ſi hæc cauſa conſeruandæ agnationis non eſſet in iſto ſtatuto expreſſa,vt quòd ſimpliciter loquatur,vt ſuprà habentur pro expreſſa ſec.id.comm. opinionem doctor. quam celebrat,& allegat Albertus Bru.in tract.ſtatut.in iij.par.q. prin Contrarium verò tenet, per multa,& pulcherrima fundamenta Soci in d.rub.circa fin.ff.de acqui.poſſ. Iaſ.tamen ibi audacter aſſerit communem opinionem eſſe contra Soci.& licet dicto Statuto caueatur quòd ſoror non ſuccedat fratri,non ob hoc erit excluſa à ſucceſſione ſororis.Eo enim caſu maſculinum reſpectu perſonæ cui ſuccedendũ eſt,non continet fœmininũ,ita per nonnullas,& ferè optimas rationes determinat Pau.de Caſt.conſilio cccxl.hereditas prædicta alias ſecundum aliam impreſſionem eſt,nu.19.volumi.j.idem concludit Capra conſilio lxij.in iiij.dubio,Corneus conſilio xj.volu,j.conſilio xciiij.vol ij.& Iaſ.in d.rub.de acqui.poſſeſſio. Viuius.

Statutum diſponens,quod mulier & minor non poſſint contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum;poterit tamen non obſtante dicto Statuto bona ſua offerre Eccleſiæ ſecundum Bald.in l.generali,C.de ſacroſan.Eccle.quem ſequitur Anchara.in capi.j.de conſtitu.Abb.in capi.relatum primo de teſtamen.Ioan.de Anania.conſilio lvij.& Dec.in c.in præſentia,nu.98.& Auguſtinus Beroius ibidem nu 158.& alij Docto.magis cõmuniter in d.c.relatum,Ratio eſt quia eſt

actus ſpiritualis ſuper quo laicus ſtatuere non poteſt.l.priuilegia. C. de ſacroſanct.Eccle.Limitatur ij.ac interpretatur iſtud.Statutum,quādo mulier diſponeret donando cauſa mortis,poteſt mulier ita donare non obſtante hoc Statuto ſecundum magis communem opinionem Doct,quam atteſtatur Soci.in l.ij.ff.de lega.j.& ſequitur ibi Iaſ. nam prohibitus facere teſtamentum,non intelligitur prohibitus donare cauſa mortis.l.tam is.§.fin.ff.de donatio cauſa mor.vt per Deci. conſi. cxcvj.in caſu propoſito,& per Bald.conſi.cccc viij.volu.ij.contraria verò opinio videtur communis quam declarat,& citat Iaſ.in d.l.ij.ff. de leg.j.& Ripa ibi,nu.10.& Tyraque.in tract.de legibus connubialibus in iij.glo.iiij.quæſtio.Sed primam opinionem ſequendam fore mihi conſtitui,quæ videtur magis communis,& æqua,vt patet ex congeſtis per Alex. Soci.& Moder.in d.l.ij.Fallit tertiò huiuſmodi Statutū,quando propinqui,ſeu conſanguinei mulieri conſenſum præſtarent ad vtilitatem propriam,vtputa ſi mulier vellet propinquis quorum conſenſus deſideratur ex forma Statuti in teſtamento ſua bona relinquere, tunc propinqui ad proprium commodū conſenſum accōmodare nō poſſent per not.per gl.& Bar.in l.j.ff.de auctori tuto & Bart.in l.frater à fratre.ff.de condi.indebi.cum allegatis per Soci. conſi.clxxij.& per Corne conſi.ccxciiij.eleganter.lib.j.& ita ſe habet communis opinio, vt aſſerit Deci.conſi.cccccxij.concluſionem,circa fin. contra Baldus qui in oppoſitam opinionem inclinauit in conſi.vj.hæc eſt copia.lib. ij.& in l.j.C.vnde vir,& vxor Limitatur hoc quotieſcunque per propinquos ante teſtamentum mulieri accommodetur conſenſus in genere ad faciendum teſtamentum arbitrio ſuo: non autem in ipſo teſtamento,vt probatur per Alexan.in l.j.§.fuit quæſitum. ff.ad Trebellia, & per Corne.conſi. ccxlij.volu.ij.eſt tamen neceſſe poſt huiuſmodi cōſenſum præſtitum,teſtamentum fieri ex interuallo,vt per Deci.conſi. ccxlv.in cauſa: interpretatur quartò dictū Statutum diſponens, quòd mulier non obligetur ſine conſenſu propinquorum,quod ſi ipſi propinqui ſine cauſa recuſent:coguntur à ſuperiore conſentire, ſecūdum doctrinam Anto.de Bur.in c.cum conſuetudinis.de conſuetu.quam ſequitur Abb.per illum text.in cap.nullus,de iure patro.in c.quòd Dei timorem,circa fi.infra de ſtatu monach. de quo Bart. & latè Alexand. in l.ſi cum dotem.§.eo tempore.ff.ſolu matrimo.& iſta eſt communis opinio vt inquit Ioan.Baptiſt.Plotius poſt alios ibi per eum congeſt. in repetiti l.ſi quando,nu.32.C.vnde vi. Interpretatur quinto dictum Statutum expoſtulans in contractibus minorum & mulierum , propinquorum conſenſum non habere locū in donatione viri & vxoris vt conſuluit Pau.de Caſt.conſi.lxxxij.in iſta donatione in ij.dubio, li. ij.quem refert,& ſequitur Tyraque.in repeti.l.ſi vnquam. C.de reuocan.donatio.in verſi.libertis,numer,113.Limitatur ſextò huiuſmodi Statutum exigens,ac requirens conſenſum propinquorum,non verificari in vno,quia plures pro firmiori iudicio requiruntur,ſecundum Anchara conſi.xxxv.viſa quadam petitione,quem refert, & ſequitur Deci.in c.prudentiam,nu.17.extra de offic.delega.Sed hoc non habet locum vbicunque Statutum prohiberet quòd contractus,vel actus non poſſit fieri abſque patris & matris,vel duorum agnatorum licentia:tunc enim ſola patris licentia ſufficeret,dum viuit,ſed eo defuncto ſola licentia matris ſufficit abſque licentia patris prædefuncti, & ſine etiam licentia agnatorum,ſecundum gloſ.in l. Gallus.§. quidam recte verbo.non exprimatur,quam ſequitur ibi Barto.nu.4.Ra.n.Bal Alberi. Nicol.de Neap.Ang.Cuma.Paul.Caſtren,& Alexan. & iſta eſt communis opinio,teſte Iaſo.ibi,nu.12.& 20.Ripa.in c.ex parte primo,nu.54.de reſcript.& Ioan.Baptiſt.Plotio in d.repeti.l. ſi quando, nu.842.& ſequentibus cum aliis ibi per eū relatis. Fallit vlterius præcitatum Statutum,quòd mulier contrahere non poſſit abſque conſanguineorum conſenſu,non compræhendere hermaphroditum,ſecundum Bald.in l.omnes populi verſic quid ſi Statutum dicat.ff.de iuſti & iure,quia hermaphroditus eſt homo miſtus , non autem propriè mulier,idem tenuit Anchara,in repeti.c.Canonum Statuta,in verſi. venio ad quartum membrum de conſtitu.in vj.de quo vide ſolemnē. Doctorem præceptorem meum Pontanum Peruſinum in l.ſtipulatio nū,verſi.quid,firmat Bald.& c.ff de verbo.obligatio. Interpretatur octauò hoc Statutum,vel huic ſimile,videlicet,quod eo mediante conſenſus viri in contractibus vxoris requiratur,non habere locum in viro furioſo,ideo contractus valet ſine conſenſu mariti,l.cum heres.ff. de acqui heredi.& ita per illum text.tenet ibi Imo.& Areti.vt refert Ruynus,conſi.cxlv.nu. 4.Fallit nonò,quando Iudex ſuppleret defectum conſenſus propinquorum ſua præſentia,& auctoritate.quod poteſt facere Iudex vbicunque aliquorum conſenſus ad actū requiritur, ſi illi ſint inhabiles ad conſentiendum, vt per Bald.in l.ſi furioſi, per illum text.C.de nupt.& in l.bonorum,vbi alij Docto. communiter. C.qui admi.& per Alexand,in l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad Trebellia.& ſequitur Socin.conſi.lxxxvij.in præſenti.volu.j.Fallit,d.ſtatutum requirens propinquorum conſenſum non verificari in tacito,vel ficto, qui ex ſola præſentia,& taciturnitate inducitur:quoniā debet intelligi in caſu vero. & non ficto.l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.& ibi Bart.& in hoc caſu concludit Bald.l.ij.§.voluntatē.ff.ſolu.matri.cū quo ſentiūt cōmuniter omnes,vt per Dec.in c.at ſi cleri de iudic.nu.77.Rui. cōſi. lxij.nu.1.volu iij.vbi dicit hoc procedere præſertim,quando ſtatutū copulatiuè vult adeſſe præſentiam conſentientiū in aliquo actu declarando per mulierem.Fallit xj.d.ſtatutum non habere locum in contractibus damnoſis.ſecus in vtilibus Bal.l.neque.C.de contrah.& cōſtipu.Fallit xij.quando conſanguinei,quorum conſenſus haberi poſſit,præſentes:ſecus,ſi abeſſent à longinquo,nec eius conſenſus haberi poſſit , valebit contractus ſine conſanguineorum conſenſu Bald. conſi.ccccclxxxviij ſequens quæſtio.vol.j. Crauet.conſil.xlij. nu.4.His addendum,quòd ſi ſtatuto cauetur,quod mulier nō poſſit cōtrahere ſine præſentia conſanguineorū fiat abſque conſenſu conſanguineorū, tunc non poteſt ratificare poſtea per cōſanguineos:quia licet ratificatio repræſentet conſenſum,non tamen repræſentat præſentiā corporalē.Bal.l.j.verſi.extrà quæritur.C.qui admit.Fallit xiij.quando mulier faceret teſtamentū extrà territoriū,vbi non extet huiuſmodi ſtatutum arg.l.ij.quemadm.teſt.aper.Bart.l.j.C.de ſumm.Trin.& trahitur teſtamentum ad bona vbique ſita.Limitatur etiā dictū ſtatutū vt nō poſſit mulier cōpromiſſum facere abſque d.ſolēnitate Ang.l.ſi,§.neceſſitate. C.de bon.quæ lib.Fallit xv.d.ſtatutū vt videatur prohibere mulierem acceptare tutelā.Bar.l.ij.ff.de leg.& vide Alc.tracta.præſum.reg.j.præſump.lij.num.7.Interpretatur xvj.quotieſcunque cauetur,ꝙ ſi mulier contraxerit ſine propinquorū cōſenſu,cōtractus ſit nullus,tunc enim ſecundū.l.j.C.qui admitti.partes non poſſunt huic conſtitutioni prohibitoriæ renuntiare,& facit text.capi.denique.4 diſtinctio.in finalibus verbis.Fallit xvij. iſtud ſtatunm non habere locum quando mulier contraheret cum patre,& omiſſa ſolennitate ſtatuti,ideſt propinquorum conſenſu.in manibus patris renuntiat,vt voluit.l.pactum dotali.C.de collat.quem ſequitur Alexan.cvj.quoad præſens.volu.j.Tira l.ſi vnquam.C.de reuo .donat.in verbo præfatio. Limitatur xviij. d. ſtatutum,vt recipiat interpretationem à iure communi, vt habeat locum in obligatione neceſſaria.Roma.conſi.cccxciiij.per l.j.C.quando decret.opus non eſt,quem ſequitur Alexan.conſi.ccxv.vol.vj.

Statutum diſponens quòd naturales,& ſpurij poſſint ſuccedere patri quemadmodum & legitimi,nō valet Bald.in l.j.ff.de teſtamen.Bal. l.j.C.de iure aur.anulo.quia tale ſtatutum præbet fornicandi occaſionem contra.l.conueniri.ff.de pact.dotal.& ita per illam rationem tenet Federicus Seneſ.conſi.ccxxiij.& ccxxvi .Bald.in l.cum quam C. de fideicommiſ.Imo.l.iij.ff.de teſtamen & iſta opinio eſt communis quam citat,& ſequitur Ioan.Bapti,de S. Seuerin in repet.l. omnes populi ff.de iuſtit.& iur.Angel.Aret:in tracta.de teſtamen.Dec.c.j. de conſtitut.& in cap. in præſentia.de probat. licet ipſemet Decius. parum ſibi conſtans contra communem efficaciſsimis fundamentis ſequitur & ſuſtinet Paleotus in tractatu de nothis & ſpuriis.q.liiii.tamē quicquid iſti ſuadeant ob hoc non diſcedo à ſententia communi tanquam magis æqua,& melioribus rationibus,vallata.Limita prædicta, quòd quamuis filius illegitimus vigore ſtatuti præfati patri ſuccedere non poſſit,tamen de iure communi omnis filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus,ad ſucceſſionem matris admittitur,niſi mater ſit illuſtris.l.ſi qua illuſtris.ff.ad Orficia.& voluit Corne.conſilio xxv. in præſenti.in fin.li.j.& per conſequens ante obitum matris filij habebunt alimenta,quia mater locuples tenetur alere filium ſpurium,vt not. Barto.in authen.ex complexu.C.de in cæſ.nupt.ideòque pater ſciens filiū naturalē ei ſuccedere nō poſſe ex diſpoſitione huius Statuti,poteſt facere heredem,matrem ſpurij ad hoc,vt poſt matris mortem ſpurius poſſit conſequi omnia,& ſcias quod etiam concubinæ donare,ac in teſtamento relinquere poſſunt.l.donatione.ff.de donatio.& l. qui concubinam,& l.vxore.§,concubinæ.ff.de lega.iij.

Statutum Florentinū diſponens patrem habentem domicilium Florentiæ,ſcientèmque ipſius filiū negotiari,exercereque mercantiam in ipſa Ciuitate teneri,ac obligari, niſi à dicta negotiatione filiū expreſſè prohiberet ſecūdum gl.in rub.C.de decre.decuri.li.x. quā ſequuntur omnes ſcriben.communiter in l.filiusfamilias.ff.de verb. obliga. & in d.rub.& Boerius deciſio.c.xxj.nu.15.vbi expreſſe atteſtatur de dicta communi opinione gl.Interpretatur & limitatur primò huiuſmodi Statutum,quod pater teneatur pro contractibus filij mercatoris reſtringi ad contractus filij,qui fierent,& celebrarentur ob cauſam mercaturæ,non autem ex alia cauſa,vt tradidit Alexan.conſi.cxiij.vol iij.Crauet.conſi.iij.nu.25.& cōſi..lxxj.Idē videmus in alio ſimili Statuto diſponente,quòd filius non poſſit ſe obligare,vel contrahere, niſi ſit artifex,vel mercator,nā valet contractus,vel obligatio,ſi fiat tunc occaſione artis,vel mercat.alias ſecūd.Bald.Saly in l.fi.C.ad Macedo.B. in l.iij.§.ex hoc edicto. ff.nautæ caup.& ſtab.Iaſ.in l.age.C.de tranſact. Dec.in c.poſt ceſsionē,de probat.& Marſy.in rub.ff.de fideiuſſori.nu. 210.Interpretatur ſecundo loco dicta cōm.opin.quod pater vigore prçallegati Statuti ex cōtractib.filij,celebratis extr.territoriū nō teneatur,nec obligetur,ſecūd.Dec.cōſi.ccclix.in cau. Domini. Marci, & ita conſuluitur refert Soci.in l.modeſtinus.ff.de except.genitor ſuus, Areti.quòd Statutum Florentinum quoad patrem,qui permiſerat filiū negotiari,& non contradixerit pro filio obligatum iubet, non contrahi ad negotia,quæ extrà territorium filius geſſerit. Viuius.

Statutū,ſeu Lex faciens mentionē de fructibus,intelligūtur dedu.

impenſis,

impenſis ſecundum Bart.in l.fructus,per illum tex.ff.ſolu.matri. Bal. Ange.& omnes Moder.in l.non amplius.in prin. ff.de lega.j.& idem tenet Bal.in l.j.per illum text.C.de fructibus,& lit.expen.cum aliis latè congeſtis per Alexan.in d.l.fructus,in iiij.no & per Fely.in c.ad noſtram,in ext.de iureiur.& in c.ad aures.de reſcript.& Deci.conſi.clvj. Statutum, vbi idem conſuluit de penſione, quæ ex fructibus detrahi debet,in æſtimando valorem b neficij,& opinio præcitatorum Do. videtur communi omnium calculo approbata vt aſſerunt Moder. in d.l.non amplius.& alij ſcriben.paſſim,& ad hoc facit text.in l.ſi à non domino §.fi.ff.de petitio.heredi.vbi ad literam dicit Iuriſconſultus, quòd fructus intelliguntut,deductis impenſis,quæ quærendorum colligendorúmque gratia fructuum fiunt quem quidem text. dicit vnicum ad hoc& ſingularem Roma.in ſing.cccxxxiiij.malæ fidei poſſeſſor il.primo.& ob hoc tenent Bald.& Ang.in le.j.C. de fruct.& lit.expen,quod poterunt deduci expenſę factæ propter cuſtodiendos fructus,& operas factas. F.Viuius.

Statutum prohibitio, vel ordinatio in præiudicium Eccleſiæ, aut Laicorum etiam ſubditorum molendina habentium,ſeu de nouo cōſtruentium facta vel fa .ium,etiam per indirectum non valet.nec tenet aliquo modo, vt conſuluit Collegium Bononienſe, vt conſtat in conſi.xiij.inter conſi.Ancha.in eodem caſu conſuluit Calderinus, vt eſt videre inter conſi. Anchara.conſi.clv.quæ conſi. refert. & ſequitur Alex.conſi,ccxj,vol.ij.Soci.conſ. cclxxij.lib.ij.Iaſ,in l. Ciuitas. ff. ſi cer. petat.in lege quominus,quæſtio.xxv.ff.de flumini. in l.j. ff.de legi. & Boeri.deciſio.cxxv.Sed tamen contrariam partem,quòd imò tale Statutum valeat etiam in præiudicium Eccleſiæ,tenet Bal.inter conſi.Anchara.in conſi.xj.Calderi.titubanter,& ſibi contrarius conſ.xxj.titu.de conſtitu cui conſilio ſe ſubcripſit Anchara.ſibi parum conſtans,& pręcitatum conſilium Bal, xj. ſequitur Iaſo.ſibi contrarius conſ.ccxxxvj. vol.ij.& conſi.xxxix.in fin.lib.iij. Curtius iunior conſi. cxlvij.circa fi. Deci.in c.Eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtit.in anti.verſic. tertiò concluſio ſupra facta.in conſi.cclxix,& conſi. cclxxj.& conſi.ccxciij.& Iaſ in l.filius familias.§.d ui.verſi.tu vltra alios. ff.de leg.j.in iſtis tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententiis quid dicendum?profectò caſu eueniente intrepidè ſemper conſulerem pro prima opinione tanquam magis communi,& in iure veriſſima, & quòd ſit magis communis atteſtatur Iaſ.in d.l.quominus in quæſtio.xxv. & Boerius deciſio.cxxv. F. Viuius.

Statutum diſponens,quòd poſitionibus ſimpliciter,& præciſè reſponderi debeat,aliàs habeatur pro confeſſo,ſi contingeret in caſu prędicti Statuti,quòd titius negaret ſe recipiſſe centum à Mæuio quæ ab eo in iudicio petebātur hoc etiam ſupplendo,& addendo,quod quatenus appareret in aliquem euentum,ipſum Titium iſta centum habuiſſe, affirmat & fatetur in negotiis dicti Mæuij petentis, ſeu agentis expendiſſe.vel ei reſtituiſſe,hoc caſu animaduerte,quod non videtur eſſe dicto Satuto ſimpliciter reſponſum,& reſpondens ipſe habetur pro confeſſo,ſecundum Barto.Roma Alex,Fran.de Areti.& Iaſ.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter,vbi ait iſtam eſſe comm.opinio.ff.de verb.obli. & Boeri.poſt alios complures congeſtos per eū deciſi.cccxxxix.nu.4.

Statutum,vel conſuetudo diſponens quod teſtementum poſſit fieri coram quinque teſtibus,aut paucioribus tam circa leuia.quam circa grauia valet.& intergerrimè ſeruatur ſecundum Cin,Bal,& omnes fer docto in l.j.C.de ſumma.Trini.& fid.Cathol.& l.iij.ff.de teſtamē. & iſta eſt communis opinio teſte Iaſo.in d.l.j.& Deciū. in c.ſicut, de probat,qui retulit omnes ferè dictam contrariam partem tenentes, licet ipſe demum teneat communem,& Boer.deciſ.ccxxviij. nu.6. & ſeq.& ſic manifeſtè apparet legem municipalem,vel conſuetudinem poſſe addere formam teſtamenti vltra ſolennitatem traditam de iure Ciuili.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen.vbi per illum text.communiter not.docto.vt ex congeſtis per Alexan.conſtat ibi Ampliā primo d.ſtatutum vt comprehendat non ſolum ciues,ſed & forenſes,ſecundum Barto.in d.l.j.cum quo ſentiunt omnes doctores communiter vt meminit Iaſo,in d.l.j.nu.40.Ampliatur ſecundo d.concluſio quod teſtamentum,ſecundum formam d.ſtatuti conditum poteſt vbique effectum ſortiri etiam quoad bona alibi exiſtentia,vt volunt omnes ſcribentes in d.l.j.pręſertim Iaſ.ibidem,nu.44.vbi ait hanc eſſe communē Interpretatur tertio dictum ſtatutum quod licet quinque ſufficiant in confectione teſtamenti, ſufficiunt etiam in ipſius reuocatione,ſecundum Deci.& alios in c.cognoſcentes in ij.Lectu.nu.6.de conſtitu Fallit d. concluſio in codicillis,quia ſtatutum diſponens in teſtamento ſufficere quinque teſtes non tamen ob hoc præſumitur quod in codicillis,ſufficiunt tres teſtes,ſecundum not.doctrinam Bar,in l.ij. circa fin.ff.de lgea.j.communiter ibi ab omnibus ſcribent,approbat, vt referūt Moder.inibi,& Ripa in tract,de peſte in tit.de priuileg.vltimarū voluntatū cauſa peſtis,nu.47.Limitatur ſecundo dicta communis concluſio quando aliquis ſubditus,vel vaſſalus conderet teſtamentum extra territoriū ſtatuentium,& in loco.vbi reſeruātur ius commune,tunc enim valet teſtamen tū factum ſecundū formam iuris cōmunis,argu.l.ſi fundus ff.de euictio,cū aliis relatis per Corne. conſi. ccxxxij.circa primū,libro quarto,vtpote quia ſeruanda eſt forma,quę ſeruari conſueuit in loco,vbi fit teſtamentū,adeo quod teſtator Chriſtianus exiſtens in territorio Saracenorum poteſt condere teſtamentum ſeruata ſolennitate iuriſgentiū, quam ſeruent hoſtes Chriſtianæ fidei in ſuis teſtamentis,ſecūdum Paulum de Caſtro eleganter & Ange.in l.ſecunda.C.quemadmō.teſta.aperian.quos refert,& ſequitur Ia in d.l.cunctos populos,licet Barto.contrarium aſſeuerit in l.qui a latronibus.ff.de teſtamen.& Barba.in rub de teſtamen.vbi poteris videre multa congeſta per eum,& vide Ange,in authen. omnes peregrini.C.communia de ſucceſſio vbi per illum text.tenet peregrinos poſſe facere teſtamentum non ſeruata ſolennitate iuris Ciuilis cuiuſpiā opin.impugnare nititur Barbat.in d.rubri.de teſtamen. ego verò inhereo dictæ Ange.ſententiæ ne verba d. Authenti. omnes peregrini. nō aliquid operentur argu.l.ſi quando.ff.de lega.primo & cap.ſi Papa de priuilegiis.lib.vj.& l.j.ff.de milita teſtamen. F.Viuius.



Statutū filias perſonæ defunctæ ab inteſtato excludēs ſtante patre, & fratribus defunctæ perſonæ,non extenditur ad bona extra ſtatuentium territorium exiſtentia,vt Iacobus Rauen.Guil.de Cu.& Rapha tenuerunt in l.cunctos populos.C.de ſumma Trini.& fi.cath.& ibi Bal.in repet.l.vbi concludunt hanc opinionem eſſe magis communē. arg.l.pupillo.ff.de tut.& curat datis ab his.& l.Titiū.§.tutoris.ff de adminn.tut.& ab eis non diſſentit. Alexan.eam pariter magis comm. inquiens in conſilio xvj.viſo titulo volumi.primo,quem vide.eſt quidē ſtatutum huiuſmodi iuri contrarium, ideò debet reſtringi. vt docto. ſuperius allegati voluerunt in dicta.l.cunctos populos,& Alex. vbi ſupra,argu.l.certa forma.C.de iure fiſci.libro x. & l.conſtitutionibus.ff. ad munici. Quatenus autem dicitur loci ſtatutum eſſe attendendum id procedit ſiue in re,ſiue in perſona loquatur.vt tenuit Ancha. in re. c.canonum ſtatuta.de conſtitu. F.Turzan.

Satutum loquens in faciente,habet locum in mandante.Bart.in l. ſed ſi vnius.§.ſeruus meus.ff.de iureiur.verſic.ſtante ſtatuto.& Iaſo. in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omni iudi.qui in hanc ſententiam cōmuniter Docto concurrere inquit,& hanc tenuit Rota, anno 1551. 16.Martij in vna bononien.caducitatis bonorum de Buchis,in qua ego etiam pro iſta parte,videlicet pro dominis Gaſpare & fratribus de Buchis contra do.Ioannem Baptiſtam & Ludouicum etiam de Buc. coram R.P.D.meo.D.Fabio Rotæ *Decano* meritiſſimo doctrina,& integritate ſingulariſſimo. F.Turzan.

Statutum ſi excludit filiam dotatam non ſimpliciter maſculis exiſtentibus,ſed donec ſuperſint maſculi,illis deficientibus & mortuis recuperat locum ſuum redintegratur ad patris ſucceſſionem, perinde ac ſi nunquam excluſa fuiſſet,demonſtratur, quia ſi pater, ipſa filia pręterita in ſuo teſtamento filium. vel filios maſculos inſtituat heredes,teſtamentum corruit,& ex die mortis ipſius nullum eſt, vt tradunt Bald.& Salice in l.Auus.de pact,Angel.& Imo. in l. qui ſoluendo.ff.de heredi.inſti,vbi idem Ang.collegium Bononiæ ita conſuluiſſe inquit.ergo ſuccedit tanquam ſua,Dixit quoque Barto.qui quæſt. noſtram etiam in terminis ponit in l.fin.ff.ad ſena.conſul.Tertull.quo ex quo pendet dubium,an teſtamentum ipſum rumpatur,arg.text.in l.ſuus quoque.§.ſiue,verſicu.& ideò de heredi.non iudicabitur, nec cenſebitur interim validum,ita quod filius ſic inſtitutus hereditatem adire valeat & ad ſolutionem alterius quæſtionis an talis filia dotata præterita teſtamentum rumpat.arguit ſic:ille filius,qui non ſuccedat & ab inteſtato præteritus,rumpit teſtamentum.l.prima,§.pe.ff.de bono. poſſeſ.contra tabu. ergo filia, quæ ex forma ſtatuti quouſque ſuperſunt maſculi excluditur à ſucceſſione partis ſi in eius fuerit teſtamento præterita,rumpit teſtamentum, F.Turzan,

Statutum diſponens idem quòd ius commune addens,vel minuēs pœnam,non tollit ius commune,Panor in capi.de cauſis.de offic,dele Henri.Bothic.de ſin.iij,par arg.j.numero 360.communem dicunt licet.Henri.tendat in oppoſitum,& diſtinguit. B.Villal.

Statutum ſic eſt interpretandum,vt ſi fieri poteſt,quā minimū lædat ius commune,Barto.& alij in l.omnes populi,ff.de Iuſtit. & Iure Et ibi comm.dicit Ioan.Crot.In repet nume.194. I.Fichar.

Statutum ſimpliciter loquens,non trahitur ad contractus iuratos, Cur.Iun.cōſi.lxvij.nu.1.com.d.ex qua iuſtificatur alia com.opin.quod ſtatutū prohibens donationes ſine decreto iudicis,non habet locū in iuratis,vt per Io,de Ripa.in lib.iij.de doua.capi.x.nu.3.comm.d:Et ſic ſi ſtatutum prohibeat minori contrahere,ſi contrahat,et iurat valet, et tenetur ad obſeruantiā iuramenti,Iaſ.in auth.ſacramenta puberū, nu.51.C.ſi aduer.vendit.communem dicit. B.Villal.

Statuta non poſſunt annullare vires iuramentorum communem dicit Cur.in Authen.Sacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendi vt refer Riminal.ſuper titulo quibus alie. non licet,numero 297,vbi limitat duobus modis. I.Fich.

Statutum loquens in vno excorrelatiuis, etiam ſi ſit correctorium iuris communis habet locum in alio,Cur.Iuni. conſil.vj.nu.1.comm. dicit,de qua vide Iaſo in auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.nu.33.et in l.Iuliam nu.17.C.de indicta vidu tollen.et in l.qui condemnare.ff. de re iu.nume.9.communem dicit. B.Villa!.

Ampl a etiam ſi ſit pœnale Iaſ.in l.ſi prius.ff.de noui ope. nuntiat.

ſ 2 numer. 4

nu.54.communem dicit. Idem.

Statutum poteſt tollere Legitimam communis eſt,ſecundum Cor conſi.cl.Incip.hanc quæſtionem j.vol.Alb.Bru.in Tra&ta.de ſtat.Excl. fœ.nu.8.Dec.in l.Iura ſanguinis.Et Bello conſi.xiij.nu.21. I.Fich.

Statutum diſponens circa ſcribentem manu propria habebit etiã locum in ſubſcribente,Deci.in authen.ſi quis in aliquo documento. C.de eden.nu.17.communem dicit,ex Angelo in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.de verbo.oblig. B.Villal.

Nota iſtam communem ad intel.Pragma. de anno 124.nu. vlti. in conuentu madricio de apocha recognita,quod habeat executionem paratam. Idem.

Statutum diſponens,quòd ſententia lata contra vnum,poſſit exequi contra alium,valet.& tenet,Anto.de Tremo.in addit ad Bonac.in practi.excepti in rub.de excepti.& bene. quæ poſt.nume. 5.in verbo, & interdum,communem dicit. Idem.

Statutum concedens mercatoribus forum,vt coram ſuo iudice cõueniãtur,intelligitur ſi agitur ſupe re mercantili,Ioan.de Ripa de leg. c.ij.nu.2.communem dicit. Idem.

Statutum diſponens circa teſtamenta,comprehendit forenſem ibi teſtantem,& trahitur teſtamentum ad bona vbicunque exiſtentia,& heres vbicunque ſuccedit,Iaſo.in l.cunctos populos, nu.91.de ſumma trinit.communem dicit. Idem.

Contrarium,imò quòd vel ſtatutum loquatur cum rebus vel perſonis teſtamentum non habet locum,niſi in bonis ſitis in loco ſtatuẽtium,tenet Soci.conſi.292.vo.iij.& conſi.288.eo.vbi dicit com.Et magis communem dicit Alex.conſi.19.vol.6.& conſi.11.lib j. na.1. cui applaudit commu.opi.de qua per Corne conſi.162.vol.3.& in conſi. 15.vol.2.dicentem quòd ſtatutum excludens fœminas propter maſculos,non extenditur ad bona exiſtentia in alieno territorio.Et cum Soci.referens omnes has communes opiniones,tranſit Gozza.conſilio xlix.nu.8.& 9.& 11.non referens Iaſo.reprobatã opin.Bar.in d.l.cunctos populos.Sed opinio.quam com.dicit,Iaſo.ego teneo.Scimus enim quòd teſtamentum per forenſem factum ſecundum ſolennitatẽ loci,vbi teſtamentum conficitur.vbique valere,etiam in locis,vbi aliæ vel diuerſæ ſolennitates & formæ requiruntur.l.j. C.de eman.lib. cum concor.& Bart.in d.repe.l.cunctos populos,in iij.q.vbi tenet Cy. Sal.& Fulgo.& alij.quos refert Albert.Bru.in tract.de feu & ſolem verſic.quas res vel quos caſus. ſed ſi vbique valet, quò ad effectum bonorum,ideo cogita. B.Villal.

Statutum ne bona extraneo vendantur validum, & licitum eſt,Idque communiter tenetur à D.vt apparet ex alleg.per Tiraq. lib.1,Retract.in præfat nu.14.ibi citatur etiam Alber.in ij.par ſtat.q.ij.ex prædictis,vbi dicit hoc communiter teneri. I.Fich.

Fallit in Eccleſia,et Clericis,quia illi ſub tali ſtatuto non comprehẽduntur,ſecundum magis communem,vt prolixè recenſet d.Tira.in cõmunem.De legib,connu.Gloſ.viij.nu.172. Villal.

Statutum diſponens circa ea,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,cõprehendit forenſes,Iaſ.ibi nu.86.communem dicit,

Statutum introducens præſcriptionem,non valet,et tanquam iniquũ non eſt ſeruandum.Crot.in l.omnes pop.numero 71.ff.de iuſt.et iure.l.nemo poteſt.de leg.dicit com. Et Alcia.in ru.de preſ.nu.5. I.Fic.

Contrariam opinio.dicit communem Ripa in l.nem.et Gui. Papa, Dec.j.xxix.et cccxix et ccccix.d.l.prout refert cum multis pro vtraque opi.alla.Io.Baptiſt,Bouius in tract.de ſtatu.vr.præſcrip.nu.11.et 12 quam et poſtea ſub nu 17.tanquam veriorem ſequitur. Idem.

Statutum non poteſt facere,quòd lapſo aliquo tempore ſtatim creditor cadit à iure ſuo,Soc.conſ.cciij.commun.dicit ſed verior et communior eſt contraria,quòd poſſit facere.Ferd.de Soazes in trac.de matri.numero 23. B.Villal.

Statutum reſpiciens factum in delictis,ſecundum delictum grauat optimũ,vt ſi dixerit,qui fecerit tria furta,moriatur.Sed ſi reſpiciat pœnam,non grauat,vt ſi dicat,pro duobus furtis fur decapitetur, Alcia. in c.cum non ab ho.de iud.nu.15.com.dicit.

Statutũ requirens in cõtractu ſolennitatẽ probatoriam talẽ contractũ non firmat iuramentũ ſi illa ſolennitas non adhibeatur Sic teſtamentũ in quo requiruntur ſeptẽ teſtes iuramẽto non validatur Alcia. in c.cum contingat.de iureiurand.nu.155.comm.dicit, Idem.

Statutum non poteſt diſponere,quòd ingrediens in monaſterium, non ſuccedat,Iaſo.in lege de quæſtio.C.de pacti ,numero, 25. communem dicit. Idem.

Statutum quod inuentus portans arma,quod puniatur intelligitur ſi fuerit inuentus et depræhenſus,Bello.conſi. xlix. nu.4.communem dicit,ex Bar.in l.ſi Barſatorem C.de fideiuſſ,et Doctor.præcipue Iaſo. in l.j.ff.de acquiren.poſſeſſio.

Statuto prohibente veſtes vel alia ſub pœna non incidit quis in pœnam, niſi apprehendatur cum rebus vetitis, Ant. Gomez.in l. xlv. nu.50.tau.communem dicit ex Ange.in authent.de ſanct.epiſco.§.reuerendiſſimis.colla ix. Villal.

Nota iſtam communem ad intel.Prag.ccxv.et clxvij.et aliarum ll. loquentium de prohibitione armorum ac veſtium,et aliarum rerum.

Statutum prohibens vxorem teſtari ſine licentia mariti,non habet locum in teſtamento ad pias cauſas Bello conſi xix. communem dicit ex Iaſo.in l.j.C.de ſacroſanct.eccle. Idem

Statutum vel conſuetudo poteſt addere formam teſtandi,vltra ſolennitatem traditam à iure ciuili.communem dicit Alax.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta. F.Fich.

Statutum excludens fœminam dotatam,ſolum excluditur ab hereditate dotantis,Curtius Iunior conſi.lxv.nu.1.niſi ſtatutum procedat exprimendo perſonas,ex quo colligitur ad omnes extendi, idem ibi numero 2.communem dicit. B.Villal.

Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris non excluditur filia à ſucceſſione fratris habentis bona patris.Iaſo. in lege poſſeſſio appellata de acquir.poſſ.ff.nu. 20.communem dicit Quia hereditas non dicitur amplius hereditas,vt per eundem ibi.numero 18. Idem.

Item ſtatutum excludens matrem per patrem non extenditur ad patruum magnum,Iaſo.in l.ſi mater.nu.2.C.de ſucceſ.edi,cõmm.di.

Item ſtatutum excludit ſororem à ſucceſſione fratris.non excludit fratrem à ſucceſſione ſororis,Hiero.Cagno.in l,ſecundum naturam num.20.ff.de re iur.communem dicit. Idem.

Statutũ excludens cognatos per agnatos,dicitur in fauorem conſeruandæ agnationis,Curtius Iunior conſilio cliiij.numero 1. communem dicit,& in conſi. cl.nume.1.

Item ſtatutum excludens fœminas dotatas propter maſculos, eſt conſtitutum fauore agnationis Curtius Iuni.conſil.cvij. numero 7. communem dicit. Villalo.

Statutum excludens filias fauore agnatorum,dicitur fauorabile, communem dicit.Geor.Nattan.in trac.de ſtat.exclud.fœ.nu.15.Et Brunus in ſimili ſuo trac.in iiij. argumen.nume. Et Alciat.in l.ij. C.de in ius vocand, I.Fich.

Amplia etiã ad fœminam ingreſſam monaſterium,quod ſtatutum excludens fœminas ab hereditate ſtantibus maſculis,excludit eam. Ioannes de Ripa lib.j.cap.ij.nu.2.communem dicit. B.Villal.

Nota quod ſtatutum de agnatis loquens,comprehendit legitimatos Curt. Iunior conſi.cliij.communem dicit. Idem.

Amplia ad ſtatutum diſponens,quòd ſtantibus filiis filiæ non ſuccedant,quod habet locum niſi ſint filij legitimati, Curt. Iunior ibi magis communem dicit Licet Curt.Sen.in conſil. xxxvij. commun. dicit contrariam,ſed primam dicit communem Iaſon. in l. cùm acutiſſimi.C.de fideicommiſ.ſed pro concordia dic.vt dicit Decius in conſil.cccvj.& Paul.de Caſtro quos refert Goz.conſilio vj.nume. 73. quòd prima opinio habet locum cum quis eſt ſimpliciter legitimatus,ſecus tamen,ſi ſit legitimatus, vt poſſit ſuccedere in bonis parentum cognatorum in omnibus,& per omnia perinde ac ſi de legitimo matrimonio eſſet natus,& ſic procedit communis ſententia tamen ab hac diſtinctione diſcedit Car.Molin,in conſue.pari,rub.j. §.viij.gl. j.nume. 50.vbi ſentit legitimum non excludere filiam,etiam ſi legitimatio ſit plena vbi dicit communem,& affirmat communem etiam in addit.ad Alex.conſi.ij.in ver.legitimato volul.j.ſed quod ſat ſit legitimato gaudere diſpoſitione,& fauore cõm.vt ſuccedat cum filia legitima,& hæc eſt magis communis opinio. Idem.

Nota quòd ſtatutum excludens fœminas propter maſculos eſt licitum,Alberic.Bru.in tracta.de ſtatu excludente fœminas, communẽ dicit. Idem.

Statuto ſtãte quod decedente vxore in matrimonio,maritus lucretur dotẽ non poteſt maritus plus habere quam vnus ex filiis Curtius Iuni.conſilio cxxij.numero 10.communem dicit quam intellige, quãdo ſtatutum diſponit ſimpliciter,ſecus tamen ſi adiungat etiam ſtantibus filiis ſecundum Iaſon.in l.præterita,numero 15.C. vnde vir & vxor,quod nota. Idem.

*ADDITIO.* Circa ſtatuta dotium, dicit Bar.in l.iubemus.§. ſane.C.de ſacro.ſanc.eccle quod ſtatutum loquens de dote data non habet locum in dote promiſſa.Quæ opinio communiter reprobatur vt Nico.de Neap.rubr.niſi ſoluto matrimo Bald.in l.Deo nobis.C.de epiſcop.& cleric.& in l.ſi pater.C.de iure dotium & alij.

Statutum de lucrando dotem,intelligitur ſecundum terminos,l. hac edictali.C.de ſecun.nup.cum Bar.eſt communis opinio Doct.in d.l. hac edictali & commu.teſtatur Cur.Iunior poſt alios doct.in Auth. præterea.C.vnde vir et vxor.Et ſimiliter Soci. conſilio lij.ſuper hac volum.iij.plura conſilia deducens,refert et ſequitur Belui,conſilio xiij.numero.2. I.Fich.

Statutum vel pactum deferens lucrum dotis marito.locum etiam habet in dote promiſſa tantum,cõm.dicunt Alex.in l.ſi donaturus. §. ſi quis,num 7.Et Iaſ.ff.de condi.ob cau Et Fran,Are.in l.ij.nu.2.ff.ſolut matri.So.conſil.xxxij.in præſent. conſultatione num.7.et lib.iij. Fran. Curt.Iunior conſilio.cxxix.nume.9. I.Fich.

Statuentes non poſſunt arctare modum probationis reſpectu clerici agentis. Alcia.in ca cum contingat de iureiutando nume.155. communem dicit. B.Villal.

Nunquid ſtante ſtatuto vel conſuetudine in loco peccati nutritiue ſiuo

ſiue nutritiua,ſecularis iudex adiri poſſit,vt deſuper decernat,& illud vel illam non tenere declaret,videtur dicendum quòd non,quia decernere ratione peccati & ſuper concernentibus peccatum,ad eccleſiaſticum iudicem non autem ad laicum pertinet,c.nouit §.ſiue. ver. non enim intendimus,de iudici.vbi Papa de quolibet mortali peccato decernere & quemlibet corrigere,ad ipſum & eius ſpectare officiũ ait:Idem eſt text.in §.ſi verò eccleſiaſticum,in authent. vt cleri apud prop.epiſco.colla.7.Abbas tamen in capitu.ex parte,verſicu.ego puto,de conſuetudin.voluit quòd ad laicum etiam hoc ſpectet,& ipſum adiri poſſe,ea inquam motus ratione,quod ad ipſum quoque peccato ocurrere pertineat,alleg.text,in l.ſenatus.ff.de officio præſid.qui tamen mihi hoc non probat.Text.verò in capit.Rex debet,xxiij quæſtione quinta,hoc ſatis probare videtur.ibi periuros non ſinere viuere,cum tamen alibi dicatur de iuramento & periurio cognoſcere ad Papam,& eccleſiaſticum iudicem pertinere,d.capit.nouit verſic.licet autem,de iudi.habes igitur ex illo tex.quòd periurus ad mortem per laicum damnandus eſt,glo.tamen declarat hoc intelligi de teſte, qui falſum in criminali cauſa dixit teſtimonium,l.j.ff.ad leg.Corn.de ſicar. ſecus vero ſi aliter,puta ex inobſeruantia contractus quis periurium. incurrat,quia tunc tantum infamatur.l.ſi quis maior,C.de tranſac.vel alias ſolum Deum habet vltorem,l.2,C.de reb.credit.vel per Principem fuſtibus caſtigatur,l.ſi duo.§.fi.ff.de iureiurando aliàs quoque pœnas ſuſtinet de quibus in c.quicunque vj.quæſtió.j. vbi videas. & ad propoſitum concluſionis noſtræ facit quod colligitur ex text. & ibi per Barto.in l.ſub prætextu,ff.de extraord.crimi.inquiens quod Capitaneos & poteſtates terrarum videre poſſunt ſtatuta & ordinamenta iſtorum diſciplinatorum,& ſi in illis quod ad religionem nõ ſpectant vel quod illi aduerſetur ſtatutum adinueniant,non ſolum ſtatuta & ordinamenta ipſa,caſſare & irritare,verum etiam collegium diſſoluere, ſequitur Bal.in c.j.§.conuenticula,de pa.iura.firman. Vbi ſubdit quod epiſcopus coget ipſos diſciplinatores ad edendum & præſentandum dicta ſtatuta & ordinamenta et quod cõtra malas conuentiones habet epiſcop[9] iuriſdictionẽ à iure,d.§.conuenticulam,et cum Bartol.tranſit idem Bald.in l.vnica.C.de monopo et in l.collegium.C.de heredib. inſtitu. F.Turzan.

Stipulatio patris emphiteuſim pro ſe et filiis recipientis ſimultaneè et illico,poſtquam adiecta eſt, vel ex poſt facto, & ordine ſucceſſiuo committatur et effectum an producat quæritur,in qua quæſtione Bal. in l.quod dicitur.ff.de verb.obliga non ſtatim,ſed ordine ſucceſſiuo committi et effectum ſortiri,ita vt inquam pater ipſe primo et deinde filij ad ipſam admittantur emphyteuſim,voluit,circa quæſtionẽ, quia non multum expedit aliter non inſiſtam,ſed aliam ſatis vtilem,et à Doctoribus magno tractatam conflictu et opinionum varietate ſubnectam,videlicet. F.Turzan.

Stipulatio interpoſita in quacunque materia,ſemper intelligitur, ſecundum materiam illius actus,Iaſo.in l.cùm mota,nume.20.C. de tranſacti.communem dicit. Villal.

Stipulatio alteri facta firmatur iuramento,Alcia in d.cap. cum contingat,numero 221.communem dicit. Idem.

Stipulans ſine cauſa,ſi ſciat ſe non debere donare videtur,ſi tamẽ dubitetur, ſi ſciuerit,vel ne non valet ſtipulatio,Curr.Iuni.conſi.cxxxj num.4.communem dicit. Idem.

P R O.Stultis non ſolet ſuccurri, ſed errantibus.l.regula.§.ſi quis ius.de iur.et fact.ignor. Bellon,

Stuprum Vaſallus committens cum vxore Domini poſt eius mortem,feudo priuandus eſt,ſecùs ſi ad ſecunda vota tranſiiſſet. Comm, in §.feudum q.xl. P.Fich. ex Claro.

P R O.Sub dubio forte reſpondent ſæpe periti gl.in l.ſi duo ff.de recept arbit. Idem.

P R O.Sub ſimplicibus miſtum continetur l.ij. vbi glo.ff.de verbo obligat. Idem

Subinfeudare alium de feudo poteſt vaſallus,etiam ſine conſenſu Domini.com.in §.F.q.xxxij.in prin.etiamſi ſit feudum Eccleſiaſticum, com.in d.q.xxxij.ver.Et hæc Non tamen feudum Decimarum com. q.ead.verſi.Sed quid ſi ſit,Vt autem , eiuſmodi infeudatio ſubſiſtat, tria requiruntur,Primum vt Vaſallus hoc agat bona fide.Secundò vt ſubinfeudatus ſit eiuſdem conditionis & qualitatis cuius eſt ipſe Vaſallus.Tertiò vt ſubinfeudatio fiat eiſdem pactis & conuentionibus quibus Vaſallus prior feudum tenebat.com.d.q.xxxij. verſi.Scias tamen.Nota tamen ſi talis infeudatio eſſet facta in præiudicium Domini tantum, tunc feudum debet remanere penes iſtum ſecundum Vaſallum etiam poſt finitam lineam primi.Atſi eſſet facta in præiudicium agnatorum qui ſuccedere debebant vigore primæ inueſtituræ,tunc ſubinfeudatio illa reſoluitur ſtatim poſt mortem ſubinfeudantis venitque proximior agnatus ad feudum commu. in d.q.xxxij. verſi.Sed circa. P.Fich.

Subinfeudatus ſi alienare velit feudum debet id facere cum conſenſu ſupremi domini,non eius qui eum ſubinfeudauit:nam is non habet niſi reliquias quaſdam vtilis dominij.comm.§.F,q.xxxij. verſic. vltim. P.Fichard.

P R.Subrogatum debet ſapere naturam eius,in cuius locum eſt ſubrogatum.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.in l.parabolani. C.de epiſcop.& cleric.in §.fuerat.inſt.de actio.vnde male faciunt.qui legunt per alium non eiuſdem qualitatis gl.in l.j.C. de manc.& col. lib.xj. Bellonus.

P R O.Subſcribens ſe vt teſtis,non obligatur.l.mutuæ. C. ſi cert. petat, Idem.

P R.Sublato principali,tollitur & acceſſorium.l.eos.C.de vſur.

O B.Contrà de l.intelligere.C.de luit.pign.

S O.Hic de acceſſorio,quod non poteſt eſſe ſine ſuo principali,vt in vſuris bonæ fidei,vbi de acceſſorio,quod eſſe poteſt ſine ſuo principali.vt ibi hypothecaria per ſe ſtat,ſine perſonali vel ſublata perſonali actione,vt ibi Bal.

P R O.Subſtitutio,quę nondum competit,extra bona noſtra eſt.l. ſubſtitutio.ff.de acquir rerum domini. Idem.

Subſtitutio pupillaris facta vni ex filiis in teſtamento inter liberos ſuſtinetur ſi ſubſtituatur vnus ex filiis,ſed ſi extraneus ſubſtitueretur non ſuſtinetur.com.in §.T,q.x,verſ.Hinc infertur. P.Fic.ex Cla.

Teſtamentum ita poteſt incipere & ſumere vires à vulgari ſubſtitutione,ſicut ab expreſſa.Eſt.com.opin.ſecun.Alex.in conſi.j.incip.perſpectis.volu.j. M.Gribal.

Conditio adiecta ſubſtitutioni per verba naturalitatem importantia,non poteſt ciuiliter adimpleri, ſed naturaliter Fallit fauore religionis.nam ſi inſtitutus habeat ſubſtitutum ſub conditione,ſi ſine filiis, vel liberis legitimis & naturalibus decedat,ſi ingrediatur monaſteriũ excluditur ſubſtitutus,quia monaſterium,habetur loco filij,licet fictè & ciuiliter.Eſt commu.opin.ſecund.Alexan.in conſilio cxxi.viſo themate.verſic.in hanc partem.volumi.ij. Idem.

Tunc dicitur ſupereſſe perſona,quæ ex præſumpta mente defuncti excludit ſubſtitutum ; quando ſupereſt aliquis , qui ſit prior in gradu quam ſubſtitutus,& de deſcendentibus teſtatoris.aliàs ſi ſit in pari gradu cum ſubſtituto,vel de tranſuerſalibus,non excludit.Eſt com.opinio Bart.& Doct.in l.heredes.§.cum ita.ff.ad Trebel, ſecundum Alex ibidem,& Socyn.in conſi.xciiij.pro clariori.verſic.ſed ad hanc rationem vſque in fi.columnæ, volu.iiij licet Imo tenuerit.quòd etiam tranſuerſalis dicatur eſſe de perſonis excludentibus ſubſtitutum,in d. §.cum ita. Idem.

Inſtitutio vel ſubſtitutio facta ab extraneo de aliquo,& eius filiis ac nepotibus qui non erant de neceſſitate inſtituendi,intelligitur facta de omnibus ſimul & ſemel,non autem ordine ſucceſſiuo.Eſt com & verior opin.ſecun.Alexan.in conſi.lij.viſis in fin.vol.iiij.

Fallit prædicta cõcluſio ſi inſtitutio,vel ſubſtitutio eſſet facta per nomen collectiuum,velut liberos,quia tunc intelligitur ordine ſucceſſiuo,ſecun.Dec.in conſ.j.ij.vol.quod eſt conſ.ccv.incip. in cauſa iſtorũ. verſi.ſecun.ratione.&c. Idem.

Subſtit.breuiloqua ſimpliciter facta,abſque compendioſa,non cõtinet fideicommiſſariam,ſed directam tantum.veluti ſi teſtator ſolùm dicat,Vos inuicem ſubſtituo Eſt com. opi.ſec.Iaſ.in conſ.cxxxiiij. in præſenti.verſi.tota ergo.volu.j. Idem.

Subſti.vel inſtit.facta per verbum Lego,ad directam trahi non poteſt.Eſt mag.commu.opin.ſecun.Alex.conſi.ix.viſis.volu.j. Idem.

Ius tranſmiſſionis ſubſtitutionem excludit.Eſt com.opin.ſec.Socy. in conſilio ccxcvj.in præſenti volu.ij. Idem.

Per dationem vulgaris ſubſtituti tollitur exiſtentia ſuitatis,Eſt.ma. com.op.ſecũ.Iaſ.in l.ſi filius heres.verſ.in practi.de lib. & poſt. Idem.

Subſtitu vulgaris tollit exiſtentiam ſuitatis.Eſt. com.op. in l.ſi filius heres.de lib.& poſth,ſecund.Alex.conſilio iiij,videtur inſpectis,verſi. & licet dicta.volu.ij. Idem.

Fallit hæc communis opin. tribus modis,Primò,quando vulgaris eſt iuncta cum fideicommiſſaria,ſecund.Bald. in l. non iuſtam. C. ad Trebel.& Alex.in d.conſilio iiij.vbi ſuprà,

Fallit ſecundò,quando ſubſtitutio vulgaris fuit expreſſè relata ad caſum,impotentiæ duntaxat.& non ad caſum voluntatis,de proprio ſignificatu verborum.quia tunc non tollit ſuitatem.Alexan.ibid.verſ. & quod non fuerit,

Fallit tertiò,in tacita vulgari,contenta in expreſſa pupillari:quia per talem omninò tacitam non tollitur ſuitas.Ita concludunt Doct.com. in d.l.ſi filius heres. Idem.

Subſtitutio facta filio,hoc modo:Filio meo talem ſubſtituo,continet vulgarem tantum,& non fideicommiſſariam. Eſt.com.opin.cum Bar.ſecundum Doct.in conſi.j.circa fi.vol.ij. Idem.

Teſtamentum à tacita vulgari incipere poteſt, quemadmodum ab expreſſa.Eſt mag.ſec.Alex.conſi.j. Idem.

Rupto teſtamento per præteritionem,conſeruatur pupillaris ſubſtitutio,per authen.ex cauſa,C.de lib.preter.Eſt com. op.ſec. Roman. conſilio cccxvj.in caſu propoſitæ.in fin.conſilij.

Acquiſitum ex pupillari ſubſtitutione,venit in reſtitutionem fideicommiſſi,etiam conditionalis.pupillari ſubſtituto cõiuncti per verba vniuerſalia.Eſt com.opi.ſecund.Alex.in l.ita tamen. §. qui ſuſpectam. verſicu.in hoc dubio articulo.ad Trebellia.

Tacita pupillaris non excludit matrem,imo expreſſa ſaltem verbis generalibus.Eſt commu.opi.ſecu.Dec.in conſilio ccxj.ſubtilis eſt caſus.in prin.vol.ij. Idem.

Breuiloqua ſubſtit.per ſe facta ſiue compendioſa,ſiue fiat verbis directis ſiue communibus perſonis,paribus vel imparibus,valet tãtum iure directo,& ad fideicommiſſariam non porrigitur.Eſt vera & commu.opi.ſec.Iaſ.cxxxiiij.in cauſa quæ vertitur.vol.i. Idem.

Subſti.compend.facta à pagano per verba communia filio impuberi.intra tempora pubertatis,valet iure directo indiſtinctè, & mater per eam excluditur.Eſt commu.opi.ſecun.Iaſ.in l.precibus.& Lãfran.in l.centurio.verſi.ſubſtitutio compendioſa.ff. de vulga.pulchrè Corne.in conſil. clxxxvij.tria & vulgata volu.j.per c.ſi pater de teſtament in vj.Tamen Dec.in d.l. precibus. verſicu. moderni,hic tenet oppoſitum,dicens quòd non facilè colligi poteſt,vtra opi.ſit mag. communis.Sed eius iudicio diſtinguendum eſt,ne mater omninò excludatur,ſed ſaltẽ habeat ſuam legitimã in bonis filij , quia iniquum foret illam priuari.Cui diſtinctioni pro dubio cùm ſapiat æquitatem, inhærendum videtur tam in conſulendo,quam iudicando.licet L.Galiaul in dicta l.centurio videatur amplecti & approbare opini.Barto, quòd mater non excludatur,reſpondendo ad d.c. ſi pater.in verſicu. quarta eſt concluſio.

Subſtitu.compend.continet in ſe vulgarem,Vel ſic, Compendioſa ſubſti vulgarem expreſſam continet.Eſt communis ſecun.Alex.in conſi.j.perſpectis.in prin.vol.j. Idem Gribald.

Subſtitutio compendioſa impuberi filio facta verbo communi veluti ſi teſtator dicat,Lucium filium meum heredem inſtituo,& ei quandocunque ſine filiis deceſſerit,Sempronium ſubſtituo intra tẽpora pupillaris ætatis directa eſt,poſt autem pubertatem decedente filio conuertitur in obliquam,ſecundum glo.in §,qua ratione,Inſtitu.de pupil.ſubſtitutio.& opinio hæc communiter approbatur,vt aſſerit Iaſo.conſ.cxxix.factum ſic ſe habet.lib.j.contra gloſſ.in l.precibus.C.de impube.& aliis ſubſti.& Oldra conſilio xcix. factum tale, & Bald.conſi.cccxcij.ſuper primo,& conſi.cccxcix.præmittendum li. iiij.Amplia iſtam communem procedere etiam ſi mater eſſet in medio,quia ſubſtitutio compendioſa facta per verba cõmunia omni tẽpore.pupillarem quoque cõtinet non tacitam , ſed expreſſam verbis generalibus,dicta l.precibus,& potẽtior eſt fauor pupilli,ne abſque teſtamento decedat,quàm matris,vt filio ab inteſtato ſuccedat.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſta. & in cap.ſi pater, de teſta.lib.vj.& hoc tenet,& firmat poſt alios per eum ibi congeſtos Tiraque in tract,de legib.connubialibus,in glo.v.nnmero 60.Arnol, Ferronus in glo.ad conſuetudines Burdigalenſes in ij. parte.in §.xj. Iacobinus de S.Geor.in l.fina.numero.37.C.de edict. Diui.Adria.tol licet contrarium,& malè teneat Coraſius in d.l.precibus,numer.19. & de ea dubitat etiam Deci.conſilio cxxviij.Sed prima opinio videtur veriſſima,& comm.vt per Alexan.in l.centurio.ff.de vulga & pupil.& conſilio xij.vol.iij.ideo ne te decipiat Deci.ſuis ſuaſionibus,noli diſcedere in actu practico à dicta communi. F,Viuius.

Subſtitutio pupillaris facta de duobus filiis,ſi deceſſerint in pupillari ætate,vno præmorienti impubere,non habet locum niſi ambo deceſſerint,etiam ſi non ſit poſita dictio,vterque,Iaſo.in l.cùm quidam,nu. 6.de impu & aliis ſubſti.C.communem dicit. Villal.

Subſtitutio pupillaris reciproca facta inter duos filios per patrem emancipato vno & ſubſtitutione ſublata,tollitur & reliqua,Iaſo.in l. teſtamenta.C.de teſtamen.numero 21.communem dicit licet ipſe veriorem contrariam affirmet,& teneat. Idem.

Subſtitutio pupillaris non conualeſcit,impubere arrogato decedente ante arrogatorem,Iaſo in,l.arrogator,numero 1.& 38.ff.de adopti.communem dicit. Idem.

Subſtitutio pupillaris poteſt per patrem fieri vſque ad pubertatem,filio inſtituto herede etiam in legitima:ſubſtituere vniuerſaliter per fideicommiſſum non poteſt licet poſſit in ſubſtitutione pupillari iniungere vniuerſaliter fideicommiſſum non ſolùm in legitima, ſed etiam in aliis bonis ipſius filij,Iaſ.in l.ex tribus.C.de inoffi.teſta, nu.2.communem dicit. Idem.

Subſtitutio impuberi facta per verbum commune,vt ſi dicat:Lucium filium meum inſtituo,& ei,quandocunque ſine filiis deceſſerit Sempronium ſubſtituo,intra tempora pubertatis moriente filio directa eſt,& poſt pubertatem reuertitur in obliquam, Iaſo.in conſil, cxxix.volu.j.& matrem excludit à legitima,Alexan.in l.centurio.ff.de vulga.& in conſilio xij.vol.iiij.communem dicunt.Deci.tamen.conſi cxxviij.dubitat de hac communi,& ideò putat deberi dare legitimã matri,& vide eundem conſi.ccclxxj. Idem.

Subſtitutio tacita pupillaris reſultat expreſſa vulgari,& dicta vulgaris expreſſa continet ſub ſe ſubſtitutionem tacitam pupillarem,Ia. in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſti.nume.6.communem dicit.

Fallit quo ad matrem qui a non admittitur,Iaſo.ibi.nume. 7. communem dicit, Idem.

Subſtitutio ſi fiat per paganum filio compendioſè,per verbum cõmune ſubſtituo , ſi contingat filium mori in pupillari ętate admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari,poſt pubertatem ſi moriatur ſolùm habet locum fideicommiſſaria ſubſtitutio, Iaſo.in d.l.precibus, numero 25.communem dicit.

Limita,quia ſi mater eſt in medio,cenſetur eius fauore talis ſubſtitutio omni tempore compendioſa , etiam pupillo decedente in pupillari,Ioan.de Ana.conſi.lxxix.& Fran,de Are.conſ.clv.communem dicit,licet Iaſo.in d.l.precibus.nu.15.teneat contrariam.Imo quòd cùm tractemus de compendioſa ſubſtitutione,ſub qua pupillaris cõtinetur,excludit matrem,ſed prima videtur magis comm.

Amplia iſtam limitationem ad patrem,quia ſubſtitutio vulgaris expreſſa aui quæ continet tacitam pupillarem non excludit patrem. Bened.in ca.Rainutius in verb.ſi abſque literis,nu.88. de teſta communem dicit. Idem.

Subſtitutio exemplaris quæ parentibus conceditur,cùm filius eſt mente captus,ſi habet filios,ſufficit quòd fiat in vnũ,Iaſ.in l.humanitatis,nu.5.C.de inſtitu.& ſubſtitu.communem dicit. B.Villal.

Subſtitutio vulgaris tollit ſuitatem,Segu.in l.iij.§.fina.nume. 158. de liber.& poſthu.communem dicit. Idem.

Subſtitutio vulgaris tollitur,ſi ſubſtitutus non ſit heres,vel ſi moriatur intra annũ,intra quem tenetur adire ſi tranſmittat hereditatẽ Iaſ.in l.cũ proponas,nu.18.C.de hered.inſtit.comm.dicit. B.Villal.

Subſtitutio fideicommiſſaria facta duobus ſimpliciter in quocũque eorum de per ſe purificatur conditio & ſubſtitutus admittitur, etiam ſi non ſit omnium bonorum,Iaſo.in l. cum quidam, numero 7.C.de inſtitu.& ſubſtitu.communem dicit. B.Villal.

Subſtitutio facta ſub his verbis,inſtituit & ſubſtituit, ex verbo inſtituo reſultat directa,ex verbo ſubſtituo, fideicommiſſaria.Curt,Iu. in conſi.lxxxiij.nu.2.communem dicit. Idem,

Subſtitutio in forma ſimplici compendioſa per verba communia continet vulgarem.Caro.Molin.in add.ad Alexand.conſilio j.in verbo reſpondeo,communem dicit. Idem.

Subſtitutio tacita vulgaris ita confert vires teſtamento,ſicut expreſſa vulgaris,Alex.in dicto conſi,j.nu.11.magis comm.dicit. Idem,

Subſtitutio conditionalis euacuatur,ſi,ſubſtitutus moriatur ante euentum conditionis.Et ſi ſubſtitutus ſit de deſcendentibus teſtatoris, Io.Duran.in arte teſtan.titu.v.cau.xxxiij.& Alexan.in l.cum ex filio.ff.de vulga.& pupilla,communem dicit. Idem.

Subſtitutio conditionalis non tranſmittitur etiam ad filios,niſi aliud appareat ex coniecturata mente teſtatoris, Curt.Iuni.conſ. iij. nume.25.commuuem dicit. Idem.

Subſtitutio fideicommiſſaria habens plures gradus,ſi primus deficit admittitur ſecundus loco illius,Curt.Iuni.conſi,lxxxiij.nu.1.cõmunem dicit.& conſi.cxxxv.nu.2.communem dicit. Idem.

Nota quod ſubſtitutio facta per verba habẽtia tractũ tẽporis,& plura tẽpora reſpiciẽtia,dicitur cõpendioſa,puta quãdo fit ſub cõditione mortis,cũ quis poſſit diuerſis temporibus mori,Bello.conſi. xxx.nu, 3.comm. dicit,ex Bar.in l.cẽturio,verſi.expediti.ff.de vulga.& pupil, & Docto in l,precibus.de impub,& aliis ſubſtitu. Idem.

Subſtitutio compendioſa de re certa facta per ciuilia verba,vt heres eſto,vel inſtituo,trahitur ad vniuerſa bona filij in pupillari ætate decedentis,Boer.deci.xxxiij. nu.7.communem dicit. Idem.

Subſtitutio cum ſit poſt mortem alterius,dicitur compendioſa, Curt.Iuni.conſi.clxxij.nu.2.communem dicit. Idem.

Subſtitutio reciproca reſultat cùm ſubiicitur ſubſtitutio ab vltimo moriente in tota hereditate,Cur.Iun.conſi.clv,nu.1.& conſi.cx. nu.5.communem dicit. Idem.

Item,ſi poſt mortem omnium,idem ibi nu,2.comm.dicit.

ſubſtitutio de filiis,& de illorum filiis,filiis autem præmorientibus abſque liberis,dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo, Curt.iuni.conſil, clxj.nu.5.communem dicit. Idem.

ſuſpicionis cauſa de iure ciuili non eſt alleganda, ſecus tamen de iure Canonico,Anto.de Tremo.in addi.ad Bonac.in pra.excep.in ru de recuſa.nu.2.litera b.communem dicit. B.Villal,

De iure regio ſufficit iurare iudicem habere ſuſpectum l.j. titu.v, libro tertio ordina.per quam corrigitur.lxxvij.titu quarto par.iij.& l. ix.& x,titu,vij.libro.primo for.ll.Et circa iſtam legem nota iuncta differentia quam communis noſtra ponit inter ius Canonicum. & Ciuile,quod proceſſus habitus per iudicem recuſatum de iure Canonico,& cum hac diſtinctione tollitur communis diſceptatio doctorum quam opinio.tenet Bald.in cap.cum ſpeciali de appella.& ſequitur Imol.ibi & Decius in numero 9.quem vide.Et cum differẽtia noſtræ communis opinionis euacuatur aliud dubium,quod Doctores torquet in capitu.iudex.de offic.delega in vj: Et Feli. in capitu. inſinuante,numero.15.de offi.deleg.an recuſatio,vel ſuſpicio poſſit proponi poſt litem conteſtatam,vel concluſum in cauſa,ad cuius deciſionem Barba.in in tracta.de preſtã cardi.in q.v par.ij.nu.6.quod de iur.ciuili cũ nõ requiratur cog cauſę,in quacũque parte litis proponit. ſecus tamẽ,de iur.Cano.quod nota pro iſta l.Itẽ nota quod ſicut iudex poteſt recuſari,ita & notari⁹ cauſ.& ſufficit iuramẽtũ ad hoc quòd teneatur recipere ſocium, ſecundum Bald.in cap. ſuper quæſtionum articulis.

§.verùm

§.verum de offic,deleg.& in l.j.C.de rela,& gloſ,in Auth.de trien,& ſemi.§.& quòd ſæpe,& ſecundum Bald.in d.locis.Fac.regula,quòd omnis perſona quæ poteſt interuenire in iudicio,poteſt recuſari ſecundum Ang. in l.obſeruare.ff.de iudi.& Præpo.in c.cum ſpeciali de appel.quæ faciunt ad ampliationem l.lxxij.in curiis Valliſoleti,de 1537. & 70. de Madrid,de anno. 1534. Et nota quòd ſufficit, quòd vnus ex ſociis ſcribat,& alter ſubſcribat,ſecundũ Inno.in c.quoniam. cõtra, de proba.quem ſic refert,& ſequitur Pan. Item nota quòd aſſociati, tam iudiciis,quàm notarij debent eſſe ſine ſuſpicione,vt apparet per d.l.j.tit.v.lib.xiij.ordi.ibi,*entre ſi dos ſin ſoſpredas*,alias poſſunt recuſari,de quo Perigen.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem,de reſcrip.in vj. Item, in quantum per d,l.diſponit quòd ſi nõ ſit alter iudex, vel decuriones quòd iudex recuſatus tenetur ſibi aſſociare alios homines integræ opinionis,approbata opinione Abb,in d.c.quoniam contra falſam, vbi dicit,quòd officium iſtorum eſt quaſi teſtium arg.l.Domicius Labeo ff.de teſtam,& ibi Bald.in l.apertiſsimi.C,de iudic.vbi eſt materia,& forte derimatur,quis debet eſſe cum iudice:Multi enim caſus de iure ciuili derimuntur forte,vt in l.fin,C,communia de legi.gl.in §.pe, Inſti.de ſatiſd.tuto.nec eſt in his caſibus ſors prohibita,quando enim ſortes ſunt licitæ,vide Feli,in c.capitulum ſanctæ Crucis,de reſ.num, 21.& Iaſ.in l.huiuſmodi.§.fin.in fin.ff.de leg.j.& ſanct.Thom.ſecunda ſecundæ q.lxxv,arg.viij.& Turris Crema.in c.cxxvj. q.ij.

Subſtitutus ſub conditione iſta ſi heres inſtitutus deceſſerit abſque liberis legitimis,& naturalibus ab eo procreatis,excluditur per monaſterium,caſu quo inſtitutus ingrediatur religionem,& per conſequens monaſterium obtinet hereditatem excludendo ſubſtitutũ,vt probatur in authen.niſi rogati,C.ad Trebel. vbi Doct. & per Bartol. conſi. Calderi.conſi.xliij,an Statutũ in tit.de teſt.,Bald.conſi.cclxxxvj. pater tres & cætera,lib,iiij.cum aliis latè congeſtis per Laur.Cal.conſilio lxviij.Magiſter, & iſtam aſſerit eſſe magis communem opinionem Barba.conſil.xx.ſtat difficultas,lib.j.Deci.in cap.in præſentia, ext.de probat.num.221.& ſeq.& Moder,ibi,Ratio videtur iſta,quare de iure monaſterium excludat ſubſtitutum, quia ſubintelligitur, niſi heres monaſterium ingrediatur.§.ſed,& hæc præſenti.in authen. de ſanct.Epiſcop.& tenet Dyn. & Bart.in l.ita quis,§.j. ff.de legat.ij. Paul de Caſtro,in d.authen.niſi rogati: & hoc abundè comprobatur ex dictis per Alex.conſi.cxxix,viſo themate,lib.ij.& conſil.xxv.ſuper contentis in dicto themate, volum.iij. Comprobatur ſecundo loco præallegata communis concluſio,& fortaſſe efficaciori ratione, quia monaſterium loco filiorum habetur,quantum ad excluſionem ſubſtituti,patet in dicto cap. in præſentia, vbi pariter deficit fideicommiſſum,ſi grauatus ingrediatur monaſterium,ſicut ſi filios ſuſcepiſſet & hoc reſpectu gloſ.& Docto.concludunt in memorato c.in præſentia,monaſterium eſſe loco filij,vt per glo.in authen.ſi qua mulier. in verb.liberos,vbi Bald.C.de ſacroſanct.Eccleſ,& in authen.niſi rogati,vbi Bald,C.ad Trebel.& in dicto §. ſed & hæc præſenti, Specu.in titu.de locato,§.nunc aliqua,verſic.clviij.Bart,in l.heredibus.§.ff. de Trebel.Bald.in cap.j. de mihi Vaſal,qui ar,bel.depo,in princ.Angelus conſil.lxxx.quæſtio ſubtilis eſt,vbi inquit,quòd communiter omnes dicunt,quòd monaſterium loco filij habetur,& idem Fulgo,conſilio liij. quod procedit quod ad effectum,vt excludatur ſubſtitutus, ita concludit Bald.in l.filium,ff.de his qui ſunt ſui,vel alieni,iu.Ampliatur dicta communis concluſio etiam procedere quando inſtitutus efficeretur Clericus,ſeu Preſbyter,& ſuſciperet Eccleſiaſticum ordinẽ, tunc enim expirat onus fideicommiſſi ſibi iniunctum, & habet liberam diſpoſitionem bonorum,quæ ſubſtitutioni ſubiecta ſunt, ſiquidem dicto.§.ſed & hæc præſenti alternatiuè loquitur, ſi monaſteriũ ingrediantur,aut Clerici fiant,& licet aliqui Doctor, contrariam teneant, nihilominus hæc opinio videtur verior, vt aſſerit Dec.in dicto cap.in præſentia,verſ.ſi,in ea glo.ibi & cætera,& concluſione hac lætari debent nonnihil Clerici,quoniam per eam habent liberam bonorum ſuorum diſpoſitionem,quæ per ſubſtitutionem erat eis ſublata,ſi in ſeculari vita permanſiſſent,l.fin.§.fin.C.communia de lega.In contrariam verò partem inclinauerunt omnes Doct. magis communiter in dicta authen. niſi rogati. quòd ſubſtitutio non euaneſcat in herede ſimplici facto Clerico,& de iſta communi atteſtatur Boerius deciſio.ccliiij. num.1. 36, &. 12. & Modern.in memorato capitu.in præſentia,& quamuis contraria,& ſic prima opinio ſit verior non ob hoc eſt diſcedẽdum à dicta communi,ſecundum Fulgo.conſil.xxx.vi de Neuiza.in Sylua nuptiali lib. v.nu.61. cum duobus ſeq. & Alciat, in l.j.ff.ſi cert.petat.Interpretatur primo loco dicta communis concluſio non habere locum,quando aliquis eſſet ſubſtitutus pro redemptione captiuorum:tunc enim non excluditur ſubſtitutus per Eccleſiam,vt volunt omnes Doct.communiter in d.c.in præſentia,& in allegata auth,niſi rogati,& Corn.conſ.xviij. lib.iiij. vbi ſcribit iſta eſſe communem opinionem.& Moder,in locis præcitatis. Limitatur ſecundò non procedere d.communis,quando teſtator in teſtamẽto ſuo expreſſè diſponat ſubſtitutum debere admitti,ſi ſcriptus heres deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore procreatis, & vero matrimonio natis,hoc etiam addito,ſi ingreſſus fuerit monaſterium,quod non mirum videtur,quia eſt in poteſtate teſtatoris ſubſtituere quem velit heredi etiam monaſterium ingreſſuro, l.Deo nobis.C.de epiſc. & Cler.& tacitam legis prouiſionem tollit expreſſa teſtatoris prouiſio.l.cum filio.§.j.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& hoc tenent omnes Doct.communiter,vt ait expreſſè Lauren, Calca.conſil. vij.quia à me,namque iuſtum,ac æquũ eſt,quòd teſtator poſſit quam legem velit,imponere rebus ſuis.cap,verum,de condit.apposi.& C.de dona.quæ ſub modo,& valde iniquum eſſet monaſterium habere bona teſtatoris inuiti,cum nemo benefacere compellatur,cap.ad finem. xxiij.q.v.vt per Dec.conſi.cccxix.eleganti conſilio, & confirmatur, ac comprobatur dicta communis limitatio ex dictis per Corne.in d. conſil.xviij.& per Fulgo. conſi.liij.quando ſuperius, & per Alexand. in allegatis conſi. xxxv. & cxxix. quia eſt in hoc ſeruanda teſtatoris voluntas,vt conſtat ex congeſtis per Dec.in d.c.in præſentia,& conſi. cclix. viſis his.vbi tenet quòd ad excludendum monaſterium ſufficiãt etiam coniecturæ voluntatis, vt ſi teſtator ſubſtituat adiecta cauſa, quia velit bona ſua in familia remanere. F.Viuius.

Subſtitutus pupillaris poteſt grauari per fideicommiſſum,ſicut poſſunt venientes ab inteſtato,Rode.Suarez.in l.quoniam in prioribus. C,de inſt.eſt.fallen.prima.nu.14.communem dicit,ex Imo, in c.Raynutius,de teſta. in fi, Villalob.

Subſtitutus vulgaris excludit patrem, cõmuniter teneri dicit Zaſ, in Tracta.ſubſt.poſt prin.verſi.in ſecundo caſu. I.Fich.

Subſtitutus moriens antequam ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes tunc ſubſtitutionis expirat,nec ad heredes tranſmittitur.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis,& legit.& not,Bal.conſil.xciiij. punctus quæſtionis,lib, ij.conſ.cccxl.dicta domina,& conſ.cccccxxxiij,pũctus.circa fi.vol.iiij. & Ratio iſtius dicti videtur hęc, quia quælibet ſubſtitutio dicitur cõditionalis.l.coheredi.§.coheres,ff,de vulg.& pupil.ſubſtit,& ius conditionale ad heredes non tranſmittitur l.ſi ita legatum.§,illi ſi volet. ff.de leg.j.not,Fulgo.conſi.xiiij.in quæſtione,& conſ.lxx.proponitur, Alex,conſi.xlix.viſo themate, volum,vj. conſilio vigeſimoquinto & conſilio cclij.volumine ſexto.& Dec.conſil. ccccxxxv,in cauſa mihi, Amplia iſtam concluſionem ita declaratam primo loco etiam procedere,ſi teſtator ſubſtituiſſet filios,& heredes,vel eorũ præmortuorum liberos,quia nec admittentur filij heredis præmortui, donec ſuperſit aliquis ex filiis ſubſtitutis.per notata in.l.heredes mei.§.fin.ff, ad Trebel.& per Alex.conſi.xvij,viſo teſtamento,vol.vj.niſi iure accreſcendi hereditatem habere poſſit filius ſubſtituti.l.qui patri. ff.de acquir.hered,quod mirabile dicit Baldus conſi.ix.factum tale eſt.lib, ij.Amplia ſecundo loco dictam concluſionem etiam procedere ſi heredes ex deſcendentibus teſtatoris ſubſtituti eſſent l. heredes mei.§. vomita. ff. ad Trebel. gloſſ. valde nota. in l.vnic. C.de his,qui ante aper. tabu. & ibi Bart.& idem Bart.in l.j. ff.de legat, j. ſequens Cyn. l.j.C.communia de leg,Bald.in l.cùm ex filio.ff,de vulg.& pup.Corn. conſil.ccxlviij,circa hanc,vol.j.& Soc.conſil.cxcvj.circa præmiſſa,& glo,in d.l.j.communiter approbatur, vt per Alex. in d.l.cùm ex filio, & iſtam eſſe cõmunem conſtat ex congeſtis per Dec.conſil.cccxciiij. pro vera,& conſil.lv.pro tenui,& Curt. conſil.lxiij. antiquiſsima, & conſi.lxxv.Dominus Ludouicus,Soci.in l.j.ff.de vulg.& pupil.ſubſti. & Iaſ.in l.ſi cui legetur.§.hoc autem, ff.de leg.j. & conſilio lxxx, iſte caſus,libro primo & quamuis glo,contrarium ſentit in l,is, cui, ff.de actio.& obligat.tamen aduerte, quia communiter improbatur per Doct.præcitatos, F.Viuius.

Nota quòd ſubſtituto vulgari competit beneficium.l.fi. C.de edic, diui Adri.& poteſt petere ſe mitti in poſſeſsionem,Bellon.conſil.xix. num.15.communem dicit,ex Bart,& aliis in d.l.fin.q.iiij, B.Vill.

Subſtitutio extenditur de caſu ad caſum,Iaſo.conſil.cciii.vol.j. & Ioan.Duran.in arte teſt.tit,v,cau.v.communem dicit. B.Villal.

Subſtituto vniuerſali herede, ſi filius ſine filiis decedat, non eſt ſubſtitutus heres heredis,Iaſ.in l.centurio,ff.de vulg,& pupil. Duran. tit.v.cau.xxiiij.communem dicit. Idem.

Subſtitutum excludit qui ab inteſtato ſubſtitutũ excluderet,Corn, cclxxvj.litera 9.vel 3.communem dicit,& in conſil.cxxxviij. volu.ij. litera,a,dicit,quòd ſi ab inteſtato non excluderet, non excludit, & communen dicit. Idem.

PRO. Subtilitates à iudicibus admitti non debent.l.ſicut.§.pen. ff.quibus modis pign.vel hypoth.ſol. Bellon.

Succedere volẽti in feudo dato pro ſe & filiis, & heredibus,ſufficit quòd ſit heres primi inueſtiti,nec requiritur quòd ſit heres vaſalli vltimò defuncti.comm.in §.Feudum,q.ix. verſic.quæro an oporteat, P.Fich.ex Clari ſentent.

PRO,Succeſſio in beneficialibus non eſt admittenda.c.j.& ij.extrà de teſt.c.j.extra de præb.ſanctuarium enim iure hereditario poſſideri non debet. in c,ad decorem,de inſtitut.extrà. Bellon.

PRO. Succedat in onere,qui ſubſtituitur in honore, ca. aduerſus de immunit,eccleſ. Bellon.

Licet per tranſitum ad ſecunda vota,ſucceſsione bonorũ,prouentorum filio ex hereditate paterna, & illorũ proprietate poſt mortem filij iam adepta:tamen illud procedit,quando tempore talis tranſitus

ad ſecunda

ad ſecunda vota,ſupereſſent fratres vel ſorores filij defuncti;quia talis proprietas accreſceret dictis fratribus. Secus verò vbi nulli supereſſent fratres vel ſorores ipſi filio defuncto;quia tunc mater per tranſitum ad ſecunda vota,non priuaretur dicta proprietate.Eſt communis opin. ſecundum Alexand.in conſil.ccxj. viſo themate.in princip. volum.vij. M,Gribald.

Mortuo nepote, relictis poſt ſe auo paterno & materno, in bonis prouentis ex linea paterna, ſuccedit auus paternus; in prouentis ex linea materna,ſuccedit auus maternus;in cæteris verò bonis, ſuccedunt æqualiter.Eſt verior & mag.commun.opin.cum Bartol.ſecund. Alex.in conſil.clxviij. volum.vij. Idem.

In ſubſtitutione fideicommiſſaria regulariter filius non ſuccedit in locum patris,ſed proximiores in gradu admittuntur.Eſt comm,opin, ſecundum Dec.in conſil.cccclxxx.in caſu,qui vol.ij. Idem in conſil, cccclxxviij.in cauſa domini.in fin.eod,vol, Idem.

Filij fratris ſiue ſuccedant patruo cum alio patruo, ſiue cum patruelibus,ſemper ſuccedunt in locum parentum; & attenditur pluralitas vinculorum Eſt magis comm. opin.ſecund, Alex.in conſil.clxvj. ſuper.circa fin.volum,v. Idem.

Conſanguinei pares in gradu æqualiter ſuccedunt defuncto non facta diſtinctione bonorum, ex linea paterna vel materna obuentorum.Eſt verior opinio antiq.& Moder.ſecundum Corn.in conſil,vij. etſi videatur, volum.iij.

In materia ſucceſsionis,etiã in foro Eccleſiaſtico, debet fieri computatio graduum,ſecun.ius ciuile.Eſt comm,opinio ſecundum Corn, in conſil.ccxlviij.videtur in princ,vol.ij. Idem,

Contendentibus patruo & nepote ex filio progenito,de ſucceſsione regni vel feudi,nepos præfertur,ſecundum commu.opin. Sed pro patruo eſt verior & magis communis opinio ſecundum Dec.in conſilio cccxliij.in caſu ad me tranſmiſſo,poſt Alex in conſil. iiij. verſic, pro iſta ſecunda parte,volum.iiij,& prædicta opinio maximè redditur indubitata,duobus concurrentibus, quòd patruus ſit maior natu quàm nepos,& in poſſeſsione,ſecundum Dec, ibid. Nam ex pluribus concurrentibus agitur effectus.l.j.vbi Bald, C.de fideicom.& in dubio fauendum eſt poſsidenti.§.commodum.Inſtit,de interd,Et quando caſus eſt dubius de iure ciuili,& clarus de iure Canon.ſtandum eſt iur,canonico, etiam in foro ciuili.Nam pro hac opin. videtur clara deciſio in clem.paſtoralis.de re iudicata, Idem.

Licet pactum ſeu conuentio de vniuerſali ſucceſsione non valeat, tamen ſuper certis bonis non improbatur; quia nec liberam teſtandi facultatem tollit,nec de vniuerſali ſucceſsione tractatur. Eſt vera & communis opinio ſecundum Cur,iun.in conſil.j.nu.16.vol.j. Idem,

PRO.Suæ rei emptio non valet.l.ſuæ rei.ff.de contrahen.empt.

PRO. Sufficit libellum concludere præſumptiuè.in l.omnes §.Lucius,vbi Bart.ff.quæ in frau.cred, Bellon.

PRO. Sufficit,ſi cui vel in paucis,amici labore conſulatur, l.tutori.C.de neg,geſt. Bellon.

PRO. Sufficit vtiliter eſſe cœptum, etiam ſi effectus non habet negotium. l.ſed an vltro,ff.de neg,geſt, Bellon.

PRO. Super eccleſiaſtico beneficio,non poteſt tranſigi,ſed amicabiliter componi.c.ſuper eo,de tranſact, Bellon.

Superioritatis ius præſcribi poteſt,communem dicit,Socin,conſil, cclxxv,vol.ij.& Purpura.in l.j,nu,14.ff.de offic.eius, I.Fich.

Contrariam opinionem communem dicit Crauetta in tract. de Antiqui,tempo.par.iiij,num.72 vt refert Vaſq.lib.j. Illuſt.contro.c.ij. num.14.vbi vide. B.Villa,

Suorum,ac emancipatorum nulla eſt differentia,Alc.in parado.lib, iij.c,x,communem dicit, Idem,

Suitas tollitur per dationem vulgaris ſubſtituti, Iaſ.in l.ſi in fraudem,num.3.C.ſi omiſſa cauſ.teſta.communem dicit. Idem.

Suſpectus allegari poteſt prælatus,& de iure recipitur,ac admittitur hæc ſuſpicio quotieſcunque iudicaret, & Iudex eſſet in cauſa ſuæ eccleſiæ ſecundum Siculum in c.inſinuatione, de offic.deleg.& cap, poſtremo de appellatio.& alios Canoniſtas ibi & iſta eſt communis opinio teſte Stephano Aufre,in tract, de teſtibus, in ver. prælatus tamen niſi allegaretur vti ſuſpectus iſte prælatus non repelleretur à iudicando in cauſa ſuæ Eccleſiæ, cap,ſi quis ergo. j. q.vij.& c.cùm perſonæ de priuil.lib, vj.& notant Doct,in ca,cùm veniſſent,de iudiciis, Inno,in c,ex parte,in antiq.de verb.ſig.& Anton.in ca.j,de maledi,& cum iſta opinione tranſeunt omnes Canoniſtæ communiter in d,ca, cùm veniſſent. Item poteſt repelli vti ſuſpectus etiam Iudex à iudicando,ratione iuriſdictionis aduerſarij mei;verbi gratia, ſi eſſet Vaſallus,& ſuffraganeus,cap,accedens primo.extra vt lite non conteſta, vbi omnes Docto.hoc communiter firmant,& iſtam communem eſſe ſcribunt Moder.ibi,& maranta in tracta.de iudiciis. in vj, parte tertiæ partis ſuper ij.actu. F,Viuius,

Suſpecti de iure non poſſunt allegati omnes Doct, vnius Ciuitatis,ſecun. Bal.& alios magis communiter in l.hoc modo,ff,de condi. & demonſtrat.& notat eleganter Auguſt.Beroius in cap,j,de iudiciis nu,121.& ita conſului,dum eram Iudex criminalis in ciuitate Teram anno Domini 1560,in quadam cauſa vertente inter quoſdam de Terra Ciuitellæ Aprutij, & hoc idem videtur diſpoſitum in conſilio, vel Senatu,qui tanquam ſuſpectus,vel ſuſpectum recuſari non poteſt, vt per Doct.communiter,& Dec.in d.c.j.de iudiciis.& de iſta communi atteſtantur omnes Moder.ibidem,& Boerius,deciſio cclxix.ſed ſi caput conſilij eſſet ſuſpectum,tunc totum conſilium erit ſuſpectum, ſiue allegari poſſet ſuſpectum ſecundum Bald.in l.j.C.ſi rector prouinciæ. Limitantur prædicta omnia non habere locum in collegio,quod quidem poteſt allegari ſuſpectum,vnde ſi cauſa committatur alicui collegio,poteſt totum Collegium allegari ſuſpectum ſicut ſingulari perſona,vt dixit Bald,in d. c,j. de iudic.hoc idem tenet Felin.in cap.cauſamque,de offic. deleg.& in præallegato c.j. F.Viuius.

Ad hoc vt debitor tanquam Suſpectus & fugitiuus capi poſſit, debet talis ſuſpicio ex coniecturis ſaltem & præſumptionibus probari nec ſufficit iuramentum creditoris. Eſt communis opinio ſecundum Dec,in conſil.lxxvij.circa med.volum.j. M.Gribald.

Suſpenſus non priuatur à teſtificando.Franc. de Aret.in c.olim. de accuſ.num,2.communem dicit,licet ipſe arguat in contrarium,& videatur diſtinguere inter temporalem ſuſpenſionem, & perpetuam per text,in c,teſtimonium.de teſti. & d.c.olim,cui dicit non poſſe reſponderi,& concludit iſtam eſſe veriorem opinionem. B.Villal

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM.

## LIBER DECIMVSOCTAVVS.

### T

TABELLIO. non præſumitur niſi probetur titulus, Boer. deciſ.xxxvj. nu.8.communem dicit. Et vide in verbo notarius.. B.Villal.

Tabellio eſt ſeruus publicus. l.ij. ff. rem pup. ſal.fo.& §.item ſi impubes. Inſtit de adop. B. F.

PRO.Tabula cedit picturæ. §.literæ. Inſtit.de rerum diuiſion.

OBIEC. Contrà de l.in rem.§.ſed & id quod.ff.de rei vend.

SOL. Diſtingue aut tabula eſt pretioſior,& tunc ei cedit pictura, vt ibi;aut pictura eſt pretioſior tabula,& pretioſiori ceſsio fiet. Bel.

PRO. Tacita pupillaris ſubſtitutio non excludit patrem. l.precibus.C.de impub.l.fin.C.de inſtitut.& ſubſtit. Idem.

Tacita inſtitutio,quo ad filium vel alium qui de neceſsitate inſtitui debeat,non valet,neque ſufficit ad validitatem teſtamenti. Com. in §.teſtamentum.q.xxxv.ver.In primis. P.Fich.ex Claro.

Taciturnitas in diſpenſatione habilitatis primæ,reddit ſecundam ſubreptitiam,Cur.iun.conſil.xxix.nu,9.comm.dicit. B.Villal,

PRO. Talis quis præſumitur,in quali habitu reperitur. l. item apud Labeonem,in §.ſi quis virgines.ff,de iniur, l. ſi ignorans. & ibi glo.ff.loc. Bellon.

PRO. Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant,& econtra.l.fundum.ff.de fund,inſt, Idem.

PRO. Tam ex contractibus, quàm ex delictis filij familias obligantur.l.tam ex contractibus. ff.de iudiciis.

PRO. Tanta eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur.c.tanta, extra qui fil. ſint leg, Idem.

PRO, Tantum operatur genus in ſuo genere, quantum particulare in ſuo particulari.l,ſi chorus.ff.de leg.iij. l.ſi duo.ff.de admin.tut.

OBIEC, Contrà de l.ſi quis mihi bona.§ ſed vtrum.ff. de acquir. hered.& l.ſed & ſi rei.§.quæſitum.ff ſi quis caut.

SOL, Dic quòd ibi requiritur ſpeciale mandatum, quòd ſub generali veriſimiliter non comprehenditur. Bellon.

PRO. Tantum operatur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero.§,minorem.Inſtitu.de adopt, Idem.

PRO. Tantum valet vnum verbum effectiuum, quantum mille. l,ſi aliquid.vbi Bald.no.C.de don, Idem.

PRO, Tantò grauiora ſunt peccata,quantò diuturniora.in c.non ſatis.& cap.cum in eccleſiæ,extra de ſimo, Idem.

Tempus petendæ inueſtituræ non incipit currere, niſi à die probabilis ſcientiæ,& ſic ille annus à principio eſt vtilis & poſt ſcientiam continuus, Commun. in §,feudum. quæſt,xlix.verſiculo Scias tamen P.Fich.ex Claro.

Tempus petendæ inueſtituræ non currit impuberi.Commun,in §. feudum,q.xlix.verſic.Item ſcias. Idem ex eodem,

Tempus datum ad cognoſcendum,incipit currere à tempore præſentationis commiſsionis,ſi detur ſub certo numero dierum, ſecus, ſi vſque ad certum diem,Franc.in c.ſuper eo,ij.de appel.com.d. B.Vill.

Tempus

Tempus decem annorum dicitur longum, Naua. in c. j. §. ij. de præſcript. diſt. j. nu. 5. communem dicit. Idem.

Tempus xxx. dierum petendorum Apoſtolorum, currit ſcienti latam ſententiam, ſtatim à tempore ſcientiæ, Magis cōmunis, & æqua eſt opin. ſecundum Maran. in Spec. in vj par. Iud. nu. 290. I. Fich.

Tempus faciendi inuentarium currit à tempore aditæ hereditatis, Dec. conſil. cccccc xxxiij. Roma. conſil. xxx. iiij. Durand. in arte teſtan. tit. xj. cau. viij. Iaſ. in l. ſcimus. C. de iure delib. nu. 7. Bellon. conſi. lxviij. communem dicit, & poſt aditam hereditatem debet incipere intra triginta dies, & finire intra ſexaginta. B. Villal.

*ADDITIO.* Dictique xxx. dies continui ſunt, ac à die ſcientiæ delationis hæreditatis incipiunt, & ſimpliciter alij lx. continui, à die hereditatis aditæ incipien. & ita de communi teſtatur B ro in q. lxij. an tempus, & q. ſeq. & refert M. Ant. Bard. in tract. de temp. vti. & contin. in c. iij. ſub num. 7.

Nota quòd tempus datum à Prætore, non poteſt abbreuiari ad finē excluſionis, ita nec tempus datum ad adeundum, de iure ciuili, Curt. Iun. conſil. cviij, nu. 37. communem dicit. B. Villal.

Iudex tamen poteſt abbreuiare tempus ad adeundā hereditatem, ne legatarij diu expectent, Alex conſil. iiij. vol. ij. & idem Alex. & Iaſ. in rub. de ſucceſſo. edicto. C. communem dicit. Idem.

Nota quòd intentio creditoris non eſt fundata contra heredem filium, ex eo quòd probatur, quòd non abſtinuit, quia interim dum ſe nō immiſcuerit, potuerit abſtinere, Pyrrhus Angleb. in conſue. Aure. de ſucceſſionibus. c. xxix communem dicit. Idem.

Tempus ſtatutum ad aliquid faciendum non currit ignoranti, Curt. Iun. conſil. viij. num. . communem dicit. Idem.

Fallit in tempore dato patronis ad præſentandum, quia currit à tempore vacationis beneficij, Lamber. de iure patron. lib. ij. par. ij. q. j art. viij. num. 1. communem dicit.

Fallit ſecundò, in petitione reſtitutionis ex capite ignoratiæ quia non poteſt peti poſt quadraginta annos, Boer. deci. xxxix. nu. 7. comm. dicit, de qua in verbo reſtitutio. nu. 32. Idem.

Tempus longiſſimum facit præſumi ſolennitates extrinſecas, Boer decif. j. nu. 15. communem dicit.

Fallit ſi ex eius aſpectu apparet defectus. Curt. Iun. conſil. cxxx. nu 7. communem dicit, de qua in verbo Solennitas.

Tempus centum annorum requiritur ad hoc quòd dicatur concurriſſe tempus de cuius initio memoria non ſit in contrarium, Cur. Iun. conſi. xc. nu. 2. communem dicit, Aymon. Crauet de antiquitate temporum, par. iiij. in verſi. abſolutis differentiis, in princ. vſque ad nu. 9. diſputando hanc materiam concludit, quòd quando requiritur tempus, de cuius initio non ſit memoria, non eſt neceſſarius curſus centū annorum, ſed quòd probetur, quòd non ſit memoria hominū in contrarium, per notata, per Doct. in c. j. de præſcript. in vj. De iure regio ad probandum immemoriale tempus. ſufficit quòd teſtes deponant de quadraginta annis de viſu, & de auditu, auditus antiquorum, cum publica fama, & voce, (vt habetur in l. xlj. Tau.) in contrarium probato tempore immemoriali, non dicitur probatum tempus centum annorum, cùm requiritur lapſus temporis centum annorum, Couar. in cap. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vi. num. 9. communem dicit, ex gloſſ. in c. cùm uobis. de teſtib. Idem.

Tempus de cuius initio memoria non ſit in contrarium, debet probare ille, qui fundat intentionem ſuam in dicto tempore, Curt. Iun. conſil. xc. in fine. communem dicit. Idem.

Tempus in quo grauamen incipit effectum non conſideratur ſed tempus, in quo grauamen profertur à iudice, Præpo. in c. biduum. ij. q. vj. Fallit autem in excommunicatione, comm. dicit. B. Villal.

Tempus quod datur condemnatis, vt ſoluant, eſt in iudicis arbitrio. Boer. deciſ. xlv. nu. 2. communem dicit. B. Villal.

Tempus executionis cauſarum criminalium eſt in iudicis arbitrio, Idem ibi nu. 7. communem dicit. Idem.

Tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem currit à tempore finitæ præſcriptionis, cum præſcribitur contra nunc maiorem, qui tempore inchoatæ præſcriptionis minor erat, Ioan. Maur. de reſti. in integrum. c. xliiij. communem dicit. Idem Villal.

P R O. Tempus contractus eſt inſpiciendum in contractibus. l ſi filiusfam. ff. de verbor. oblig. l j. §. non ſolum. ff. depoſ. l. ſi tamen. ad ſenat. Maced. Bellon.

P R O. Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. l. obligationum fere. §. placet. ff. de action, & oblig. Idem.

O B I E C. Contrà de l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. vbi ſolutio vſurarum pluribus annis facta obligat in futurum.

S O L. Ibi propter lapſum decennij, qui eſt loco iuſti tituli, & ideo ibi allegatio iuſti. tituli obligat in futurum.

O B. Secundò opponitur de l. j. C. de fideicomm. vbi ex præſtatione alimentorum triennali præiudicatur in futurum ſoluenti.

S O L. Ibi fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis.

P R O. Tempus, perſona, locúſque aggrauant delictum. l. aut facta. ff. de pœn. Idem.

P R O. Tempore indigemus vt aliquid maturius agamus. c. ponderet. 50. diſtinct. Idem.

P R O. Tenebræ aptiores ſunt ad fabricandum falſum. in l. j. §. tria lumina. ff de vent. inſp. Idem.

Terminus, diem termini non computari in hoc ipſo termino, permulti Doct. aſſerunt, & hanc opinionem communiore conſuetudine obſeruari dicit Bal. in l. eos. §. ſi autem. nu. 6. ff. de appellat. Et communem eſſe dicit Iaſ. in l j. nu. 20. ff. ſi quis cautio. vt refert Petr. Duen. Reg. cxcvj. per totum.

Contrariam opinionem, quòd imò dies Termini computetur in terminum, tenent ſimiliter plurimi Doct. (multi ſibi ipſis contrarij.) Et communem eſſe dicit Philip. Cor. conſi. cclxxix. nu. 4. volum. iiij. vt refert Duennas in ſubſequente reg. cxcvij. per totum, quem omnino vide, necnon Tiraquellum ibidem allegatum. I. Fich.

Terminos prædiorum, vel domuū amouens ſcienter, ac dolo malo finium occupandorum gratia, ſi eſt perſona nobilis relegatur ad tēpus, ſi vilis fuſtigatur, & ad biennium relegatur. l. ij. ff. de ter. mo. Cyn, Bal. Saly. & Alber. in l. j. C. de acc. Abb. & Barba. in c. ex literis. de probatio. Iodocus Damhouderius in Enchiridio ſub rubric. de tranſlatione Limitum, vbi autem illos terminos amoueret quis cauſa offuſcādi eos, punitur pœna arbitraria. l. ſi. circa fin. ff. de ter. mo. Abb. in d. c. ex literis. Saly. in l. j. de accu. Vbi verò quis amouit terminos dolo malo, puta vt lapides confinales furetur, vel vt vicinis negotium faceſſat non tamen mouit eos occupandi confinia nec animo litis confinium ſuſcitandi in ſuum commodum, nec ea offuſcandi, punitur pœna 50. aureorum. l. fin. in prin. ff. de termi. mo Saly. in d. l. j. Abb. in d. ca. ex literis Iodocus in dicta rub. de tranſla. limi. & ita reſtringitur ipſa l. fin. & iſta eſt communis opinio, ſecundum Dec. in d. c. ex literis in. fin. vbi tamen qui amouit terminos neſciens illos eſſe terminos, dolo tamen id egit, puta vt lapides confinales furetur, ſi eſt vilis perſona ceditur verberib. l. ij. ff. de term. mo. ſi eſt nobilis punitur pœna arbitraria ſecundum Abb. in d. c. ex literis vel ſaltem tenetur furti, vt per Saly. in d. l. j. & terminos, ſeu limites intellige quæuis ſigna, ſiue ſubſignacula, quæ agros ad inuicem ſeparant, ſiue lapides, ſiue pali, ſiue arbores, ſiue foſſata eſſent. vt per Iodocum in præcitata rub. de tranſla limitum, in fin. glo. & Doct. in d. l. fin. F. Vitius.

Teſtari non poſſunt (indiſtinctè) damnati in metallum, vel ad beſtias, vel opus publicum, vel ad mortem, vel quib. aqua & igni interdictum eſt. Hanc receptiorem eſſe ſententiam concludit Vaſq. contro. Illuſt. lib. iij. c. xcvj. nu. 2. Villal.

Teſtamentum ad pias cauſas non requirit de neceſſitate ſolennitates iuris gentium. Com. in §. T. q. vj. verſi. Fuit. P. Fich. ex Claro.

Teſtamentum ad pias cauſas ſuſtinetur etiam quò ad legata ad non pias cauſas laicis relicta. Com. in §. T. q. vj. verſi. Sed quæro. Idem.

Teſtamentum conditum ſecundum conſilium Galli Aquilij valet Comm. in §. Teſtamentum. q lxxxv. verſi. fin. Idem ex eod.

Teſtamentum eſt inuentione de iure gentium, ſed ſolennitates in eo requiſitæ ſunt inuentæ iure Ciuili & pretorio. Magis communem eſſe dicit in §. teſtamentum. q. ij. Idem.

Teſtamentum fratris rumpitur per quærelam fratris ſuperſtitis in totum & non ad legitimam tantum ipſius fratris, quæ eſt quarta pars totius hereditatis. Com. in §. T. q. 50. verſi. ſed quæro. Idem.

Teſtamentum in quo filius reperitur præteritus, tam de iure prætorio quam Ciuili, nullum eſt. com. in §. teſtamentum quæſt, xliij. in principi. Et tale teſtamentum eſt ipſo iure nullū etiam antequam impugnetur ab ipſo filio. com. ead. q. xliij. verſi. Succeſſiue. Idem.

Teſtamentum inter liberos valet etiam ſi in eo non interueniant ſolennitates iuris ciuilis, attenditur enim in eo ſola diſpoſitio iuris gentium. com. in §. teſtamentum. q. viij. in prin. Sufficiunt autem in eo duo tantum teſtes. ead. q. verſi. Hinc. Et poteſt etiam fœmina in tali teſtamēto eſſe teſtis. ead. q. verſi. Secundo. Nec requiritur vt teſtes ſunt rogati. com. in ead. q. verſi. Tertio. Tenetur tamen teſtator omnino omnibus filiis ſuis alquid relinquere titulo inſtitutionis. com. in d. q. verſic. Sed pone. Et in tali teſtamento ſemper ſubintelligitur clauſula codicillaris. comm. in d. q. verſic. Verum tamen. Nutu autem conditum non valet, comm. eadem q. verſi. Vlterius. Item non valet quandiu aliquid in eo deeſt quod teſtator adhuc addere volebat, licet enim ſubſtineatur, etiamſi imperfectum ſit ratione ſolennitatis, tamen quatenus imperfectum eſt ratione voluntatis, non ſuſtinetur. Commun. in dict. q. ver. Habes cum ſeq. Et nota quod licet in tali teſtamento dari poſſit vnus ex filiis alteri filio in tutorem. tamen pater non poterit etiam extraneum dare tutorem commu. in dicto §. T. q. x. verſi, Secundo Talis tamen tutor extraneus datus à patre, poteſt poſtea à iudice confirmari. Ibidem. Idem ex Claro.

Teſtamentum minus ſolemne, facit aliquem naturaliter obligari. commun. in §. teſtamentum. q. xc. verſic. Præterea, Intellige de legatis, ibid. q. verſic. Sed hæc. Ideò ſi legatarius poſſideat rem ſibi legatam, poterit retinere ope exceptionis. comm. in d. q. xc. ver. Hinc infertur. cum ſeq. Secus autem eſt in hereditate, illa enim nec naturaliter quidem debetur heredi ſcripto. commun. in dicta quæſt. xc. verſiculo

Cæterum.

Cæterùm. Si tamen heres ſcriptus eam poſſideat & aliter heres ab inteſtato eum non moleſtet, tutus erit in foro conſcientiæ. commun. dicit in eadem quæſt. verſic. Sed quid iſte hæres, quod tamen Claro non placet. Idem.

Teſtamentum parans notarius vel alius, iniuſſu teſtatoris, etiamſi poſtea coram ipſo legatur, vel etiam coram teſtibus, & teſtator interrogatus, an ita velit, reſpondeat, quòd ſic, tamen teſtamentum nihil penitus valebit. Commun. in §. teſtamentum. quæſt. xxxvij. verſic. Tertio. Idem.

Teſtamentum prius per poſterius rumpitur, etiamſi prius ſit per Imperatorem confirmatum. Comm. in §. T. q. xciiij. verſic. Et hæc. Imò etiamſi in priore teſtamento iuramentum appoſitum eſſet tamen rumpitur per poſterius, quia nemo ſibi legem dicere poteſt &c. Com. in d. quæſt. xciiij. verſic. Sed quid, ſi teſtator. Interim verò teſtator periurus cenſebitur, & ideo debet petere abſolutionem à iuramēto. ead. q. verſi Sed nunquid. Tale tamen iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ, ideò debet in ſecundo teſtamento expreſſe poni reuocatio iuramenti. ead. q. verſic. vlt. Quod autem teſtamentum prius per poſterius rumpatur, procedit etiam ſi hereditas ex ſecundo non fuerit adita, ſatis enim eſt eam adiri potuiſſe. Comm. in d. § teſtamentum. q. xcv. verſi. Dixit. Et quod prius per poſterius rumpatur procedit etiam in teſtamento inter liberos, ſi in ſecundo nullus ſit inſtitutus extraneus, alias ſecùs. in d. §. D. q. xcviij. per totum. Idem.

Teſtamentum prius rumpitur per poſterius etiamſi prius habeat clauſulam derogatoriam, quæ in ſecundo non ſit expreſſe reuocata, ſi modo decennium effluxerit inter primum & ſecundum teſtamentum. comm. in § T. q. xcix. verſic. Scias etiam. Item ſi in ſecundo iuraſſet teſtator ſe velle id eſſe vltimum teſtamentum, non attenditur clauſula derogatoria in primo teſtamento, ſed valebit ſecundum. in ead. q. xcix. verſi. Item ſcias. Idem cenſendum ſi ſecundum fuerit apud acta conditum. ead. q. verſi. ulterius. Idem.

Teſtamentum quòd ex cauſa præteritionis nullum eſt, annullatur hodie quò ad inſtitutionem tantum ſed legata, & cetera in teſtamēto contenta firma manent. Comm. in §. q. lj. ver. Præcedentibus. Idem.

Teſtamentum ruſtici requirit ſaltem quinque teſtes ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis teſtetur. comm. in §. T. quæſt. lvj. ver. Sed quid in teſtamentis. Idem.

Teſtamenta duo ſi producantur, valebit illud quod apparet poſterius factum, ſi verò illud non apparet, neutrum valebit. commun. in §. T. q. vlt. in fi. Idem.

Teſtari de feudo regulariter Vaſallo non licet niſi feudum ſit abſolutè hereditarium, in §. feudum. q. xl. Idem ex Claro.

Teſtamentum origine, & inuentione de iure ciuili exiſtere voluit, Bartol. in progreſſu commenti ſui in l. ex hoc iure. in principio. ff. de iuſt. & iur. & ſentit gloſ. in l. j. in verb. Ciuitatis noſtræ. ff. de acquir. rer. dom. ſed idem Bart. in l. interdum. circa principium, eod. tit. tenet contrarium, videlicet, quòd inuentione ſit de iure gentium, quia eo ipſo tempore, quo primùm gentes fuerunt, cœperunt teſtari de bonis ſuis poſt mortem, reſpectu verò ſolennitatum ſit de iure ciuili, quòd hæ cum eo iure introductæ ſint dico partim, & partim de iure prætorio, Inſtit. de teſta. in princ. & quod inuentione ſit de iure gent. tenent communiter Doct. in rub. extra eo. de teſta. & probatur ex tex. in l. ſi teſtamentum. F. Turzan.

Teſtamentum præteritione filij in poteſtate exiſtentis & nati, vel naſcituri de iure ciuili à principio eſt nullum, abſque eo, quòd filius dicat nullũ, probatur Inſtit. de exheredatio. lib. in princ. ibi initio non conſtiterit teſtamentum, ad idem tex. in l. j. ff. de iniuſt. rupt. irritóque teſt. ibi nullius momenti. l. iij. § ex his ibi illi ſemper & in l. qui vxorē ibi continuò cuius teſtamentum, qui in hoſtiũ poteſtate fuit rũpitur eod. tit. l. inter cetera. in fin. ibi inutile eſt teſtamentum. ff. de liber. & poſthum. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de tabu. exhib. l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicom. libertat. & plurib. aliis locis probatur iſta concluſio, quam verã fatentur Doct. in l. j. C. de bon poſſeſ. contra tab. in princ. & communem, vt per eos in auth. ex cauſa. C. de lib. præt.

Limitatur autem iſta concluſio ſecundum Alex. in d. auth. ex cauſa. quando filius eſt exheredatus, & conſenſit ſe exheredari. licet Iaſ. etiam ibi plurimum, & pluribus mediis impugnet.

Limitatur ſecundò, ſecundum ipſum Alexand. quando teſtamentum habet ſolitam clauſulam codicillarem, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, quia tunc ſuſtinetur, & valet iure fideicommiſſi. & filius cenſetur grauatus reſtituere hereditatem ſcriptis heredibus, tradit Bart. in l. prima. quæſt. v. ff. de iure codicil. in l. ſi iure in fin. ff. de leg. iij. Alexand. conſilio xxxvij. in cauſa libro j. & in dicta authen. ex cauſa. C. de libe. præter. vbi hanc communem opinionem eſſe atteſtatur, & ſequitur, & idem tenet conſilio xlj. viſo themate. eodem libro j. & in conſilio cxliij. circa primam dubitationem, al às ſecundum librum meum cclxxxv. circa finem libro ij. & conſilio xxxj. ponderatis libro iij Angel. conſilio cxix. viſo themate. Bald. conſilio ccccxxvj. incipien. gloſſ. in authent. ex cauſa. libro tertio, & conſilio ciiij. caſus talis eſt. libro quinto, & denique Roma. conſilio cxxij. id quod, quæ omnia ſufficiant tibi ad probationem dictæ communis. F. Turza.

in Teſtamento inter liberos neceſſe eſt relinquere titulo inſtitutionis. Eſt communis opinio ſecundum Iaſonem. in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſt. Licet idem Iaſon. teneat contrarium bonis fundamentis, & in iudicando dicat contrariam opinionem communi eſſe amplectendam, tanquam de iure veriorem. Latè Pet. de Vbal in repetitione c. Raynutius. de teſta. in antiq. M. Grib.

In teſtamento ad pias cauſas. in nihilo derogatum eſt ſolennitatibus iur. ciuil. per diſpoſitionem l. prima. C. de ſacroſanct. Eccle. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in l. j. verſic. quid tenendum. C. de ſacroſan. Eccl.

in teſtamento tempore peſtis non valet diſpoſitio minori numero ſeptem teſtium. Eſt magis comm. opin. ſecun. Alex. et Iaſ. in l. fin. C. de teſtam. Hoc autem indubitanter procedit, vbi peſtis eſſet lenis: ſi autem eſſet contagio notabilis, et multum ſæua, tunc in terris Eccleſiæ coram duobus cum parochiano, in terris imperij coram quinque fieri deberet. Eſt æquior et verior opin. ſecun. Rip. in ſuo tract. de peſta. vbi latè hunc articulum examinat, in ſecunda parti. ſecundę particulæ princip. in princ. vbi tractat de vlt. volunt. Contrar. tenet Dec. conſ. cclxxxiiij. viſo puncto. vbi contra communem concludit, quòd valeat minori numero, Idem Grib.

Teſtamentum ſicut incipere poteſt ab expreſſa vulgari, ſic etiam à tacita contenta in expreſſa pupil. Eſt comm. opin. ſecun. Alex. conſil. j. perſpectis. circa med. vol. j. et eſt magis comm. ſecund. eund. conſil. clxxviij. viſo verſi. et hoc ſecundum eos. vol. ij. Idem.

Licet teſtamentum vel alia vltima voluntas ob. defectum ſolennitatis teſtium non valeat, ad hoc vt oriatur actio, et agi poſsit iudicio ordinario: tamen oritur obligatio naturalis, potens ad retinendum, compenſandum, vel excipiendum. Eſt comm. opin. ſecun. Corn. conſil. cclxj in hac conſultatione. verſic. nec refragatur. vol. j. Vide ſuprà in verb. Obligatur. Et eſſe magi comm. dicit. Iaſ. in l. ſi creditotis. in fin. C. de fideicomm. Idem.

Teſtamentum quod fit per monachum poſt ingreſſum monaſterij, et ſic poſt promiſsionem, ex permiſsione auth. ſi qua mulier, eſt propriè teſtamentum, et omnia iura loquentia de teſtamento, habent locum in eo. Eſt communis opinio cont. Azo. ſecun. Soci. conſi. xiij. præſens conſultatio. verſ. item non requireretur. volum. j. Idem.

Per ſecundum teſtamentum non cenſetur primum ſublatum, niſi fuerit in ſecundo facta ſpecialis mentio de clauſulis derogatoriis appoſitis in primo, nec ſufficit generalis reuocatio ſeu caſſatio prioris teſtamenti: et hoc indiſtinctè, ſiue vnicum tantum, ſiue plura præceſſerint teſtamenta. Eſt communis opinio contra Bar. ſecundum Alex. in conſil. clxxij. viſis. ver. ſecundò reſpondeo. eod. vol.

Ad hoc vt præcedens teſtamentum per ſequens annullatum cenſeatur, requiritur quòd in ſequenti teſtamento fiat ſpecialis mentio derogatoria prioris teſtamenti, et non ſufficeret generalis. Eſt communis opinio ſecundum Alex. in conſil. clxiij. viſis narratis. vol. vij. et in conſil. clvj. viſo teſtamento. in princ. eod. vol. Idem.

Valet teſtamentum, in quo ad interrogationem notarij teſtator reſpondit, quòd ſic in omnibus diſpoſitis in ipſo teſtamento. Eſt communis opinio ſecundum Dec. in conſil. cccclxxxix. in caſu. verſic. et in caſu iſto. volum. iij. Idem.

Statutum vel conſuetudo alicuius loci, quòd quis teſtari poſsit coram duobus teſtibus, porrigitur etiam ad forenſes ibi teſtantes, etiam quo ad bona alibi ſita. Eſt magis communis opinio ſecundum Iaſ. in l. j. verſi. ſecundum dubium. C. de ſacroſan. Eccleſ. Idem.

Teſtamentum cum clauſula derogatoria non tollitur per ſecundũ. habens etiam clauſulam derogatoriam generalem, niſi prioris clauſulæ ſpecialis fuerit facta mentio. Eſt magis comm. opin. ſecun. Soc in conſi. ij. in cauſa. ver. ſed ex ſuperabundanti. vol. iij. Idem

in Teſtamentis de iure Canonicó, duo tantùm idonei teſtes requiruntur cum parocho. Eſt magis comm. opin. ſecundum Alex. conſil. clxxvij. viſo. verſi. nec obſtat. vol. ij. Idem.

Condemnatus ad mortem, etiam ad pias cauſas teſtati non poteſt, quoniam ſeruus pœna factus cenſetur. Eſt magis comm. opin. ſecund. Alex. conſil. clxxxij. ſuper eo. vol. v. Idem.

Tenor deperditi teſtamenti probari poteſt per duos teſtes notarios, qui deponant, ſe tenorem dicti teſtamenti legiſſe, et intellexiſſe. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in conſil. xlij. factum quæſtionis. volum. j. Idem.

Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, vt purà ſi teſtator incepit condere, ac conficere teſtamētum ipſum, et poſtmodum non habuiſſet illud pro abſoluto ſuperueniente aliquo impedimento, tũc teſtamentum hoc etiam quò ad pias cauſas non valeret, ſecundum gl. Bart. et omnes in l. ſi is, qui. ff. de teſtamen. Guliel. de Cun. et alios in l. fin. fam. erciſc. et omnes communiter in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. vbi Curt. iun. latiſsimè. nu. 4. et iſtorum opion. apparet eſſe communem ex relatis per Boer. deciſ. hciij. nu. 10. et deciſ. ccxl. nu. 4. et ſeq. et ita expreſſè iſtam communem aſſeuerat quoque

Franc.

Franc.de Aret.in d.l.ſi is,qui.& Modern.omnes in allegato §.ex imperfecto.& quamuis præcipitanter Abb.in rub.de ſucceſſ.ab inteſtato.ſenſerit contrarium cum aliquibus aliis relatis per Modern.citatos,tamen quicquid iſti Doct. abſque aliqua cõcludenti ratione ſuadeant,ob hoc fatuum eſſet recedere ab iſta communi Canonica, & veriſſima,imò teſtamentum hoc ratione voluntatis imperfectum ſimiliter non valet, etiam inter liberos conditum, d.l.ſi is qui.& ibi Bart.& per Doct.in d.§.ex imperfecto,cum congeſtis per Iaſ.conſil. clv.cauſa & lite.lib.ij.vbi ſcribit iſtam eſſe commun.opin.& conſil. lxj.conſultus lib.j.Barbat.conſil.ix.illud.vol.iiij.& Deci.conſil.cxxvj. ad dubium in fin.Sed hoc non procederet in alio caſu, ſcilicet, vbicunque teſtamentum ipſum eſſet ſcriptum per teſtatorem,vt per aliũ in ſcedula teſtamentaria,nec eſſet lecta,publicatáque coram ipſo teſtatore,teſtibus,& Notario,tunc quippe teſtamẽtum hoc valet inter liberos & ad pias cauſas conditum:ſecundum Bart.in l.fideicommiſſa.§.quoties.ff.de legat.iij.cuius opinionem ſequuntur omnes Doct. ibi,& commun.dicit Franc.de Aret.& Boer.in præcitatis deciſio. & ita hæc omnia,& alia quam plura, ad materiam præmiſſam concernentia referebat clariſsimus, & cõſummatiſsimus Iureconſultus D. Raynaldus Rodulphus interpretando publicè peruſij d. §.ex imperfecto,Vir omni ſcientiarum genere refertiſſimus. F.Viuius.

Teſtamentum, licet quò ad ſolennitates ſit de iure ciuili, tamen inuentum eſt de iure gentium,&ideo reſcripto non poteſt tolli.Bello. in conſi.ij.num.4. B.Villal.

Nota,quòd ſi teſtator condidit teſtamentum in ſcriptis,in quo deficit aliqua ſolennitas, valet nihilominus, vt teſtamentum nuncupatiuum.Gomeſ.conſil.iij. nu.10. communem dicit,ex Bart. in l.fin. ff.de iure codici. Idem.

Teſtamentum,licet ad hoc quòd valeat requirantur ſeptem teſtes, per l.hac conſultiſsima.C.de teſtam.in prin.tamen fallit,Primò tempore peſtis, quia ſufficit quòd fiat coram quinque teſtibus,& valet. Matthæ.de afflict.cap.j.deciſ.xxv.num.2. Barbat.conſil.lxxxiij. nu.4. Deci. conſil.cclxxxiiij.communem dicit:licet Alexan. conſil.lx. vol. ij.dicat communem contrariam,quam refert Iaſ.in l.& ab antiquis, num.4.C.de teſtam.ſed tamen eum non ſequitur. Idem.

Quod Horatius in Arte Poëtica ſcribit·

*Bonus interdum dormitat Homerus.*

*Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.*

Id auctori videtur hoc loco accidiſſe. Nullus enim horum Doct. hanc opinionem dixit communem.Quinimò Matth.de Afflictis, & Barbatia(qui in allegato hic conſi.lxxxiij.nihil dicit)in conſil.lviij. verſic.circa ſecundam dubitationem dico.vol.j.expreſſè tenent contrariam,quemadmodum etiam Alex.in d.conſ.lx. vol. ij. & inſuper. in conſil.clxxviij.vol.j. Verum quidem eſt, quod Decius in d. conſil. cclxxxiiij.(quo in terminis hanc quæſtionem plene tractat) concludit pro prædicta opinione,quòd tempore peſtis quinque teſtes ſufficiant, propter magnam eius æquitatem, vt dicit, & quia alij plures Doct.eam tenuerunt,quos recitat,nempè Baldum,Florian.Ang.Aret. Andr.Sicul.Iaſonem.Sed interim non audet communem dicere.Et ſi hoc dicat,non videri verum eſſe,quod Alexan.tradit contrariam eſſe communem.Imò ſcribit ibidem num.5 Alex.variaſſe,& in l.ſcriniarios.C.de teſtam.mili.tradidiſſe, teſtamentum coram duobus etiam teſtibus tempore peſtis cõfectum,valere.Poſtremò,inquit,dato quòd res eſſet dubia,tamen in dubio in fauorem teſtamenti eſſe iudicandum,ſecundum receptam theoricam,quo argumento etiam Iaſ.in l. fin.vbi latè hanc quæſt.examinat.C.de teſta.vſus eſt.Et hãc Decij ſententiam in d.conſil.cclxxxiiij.(quam etiã retinuit in conſil.cccccliiij. nu.7.)approbat in Addit.ibidem Carol.molinæus,& inſuper pro hac allegat Cor.conſil.liij.lib.iij.Franc.Ripam.in tract. De peſte. Hippo. de Marſ.in l.j.§.præterea num.125.de quæſt.Et Steph. Bertr.conſil. ccxxiij. viſo caſu de quo ſuprà lib.&c. Hanc ſequitur etiam Rubeus Alex.conſil.lxxi.,& plenius conſi.clxv.cum diſtinctione tamen,ſcilicet,an peſtis ſit notabilis,vt tunc demum procedat.&c.Denique hãc opinionem Cameram quoque imperialis Iudicij hoc caſu, etiam in minore,quàm quinque teſtium numeo,Iudicando ſecurã eſſe,in cauſa Ioachini Gulichs, contra Philippum Erlenbacher j. Iulij. Anno 1540.Et antea quoque anno 1535.in ſimili cauſa, in obſeruationibus meis reperio.Solet enim illa veritatem potius & æquitatem, quàm ſtricti iuris ſolennitates in cognoſcendo perpendere,&obſeruare,ſecundum c.dilecti ext.de Iud.Poſtea reperi Iaco.Philip.Portium,Concluſionum lib.iij.cap.ix.quo hanc quæſtionem tractat,& Doct.pro & contra allegat,(quem vide omnino)hanc poſteriorem opinionem ſimiliter tenere.

Circa iſtam communem,& ſequentes vide l.j.tit.j.lib.v.ord.& l.ii(.tau.quæ diſponunt,quòd in teſtamento nuncupatiuo,& ſi ſit inter liberos,debet adhiberi tres teſtes & ſi notarius defecerit,quinque teſtes & ſi quinque non,ad minus ſint tres,& in teſtamento in ſcriptis,requiruntur ſeptem teſtes & notarius,qui omnes vna cũ teſtatore, ſubſcribant teſtamentum,vt per dictas ll.apparet. B.Villal.

Fallit ſecundò,ſi fiat coram presbytero parochiali,& duob.teſtibus, Ioan.Durand.in arte teſtan.tit.ij.cau.ij. Corn.cxcj.cõmunem dicunt & Dida.conſil. cclxxxiiij.& ſi non ſit parochus, requiruntur quatuor teſtes,Bellon.conſil.xij.num.2.communem dicit.

Fallit tertiò,ſi ſit in præſentia Principis, quia non requiruntur teſtes ad eius validationem,Coua.in rub.de teſtib. par.ij.num.2. communem dicit.

Concordàt l.v.tit.j.par.vj.

Amplia non ſolùm,ſi fiat coram eo,ſed etiam ſi confirmet. Idem ibi communem dicit,ex Bart.in l.omnium. C.de teſtamen.

Fallit quartò,ſi quis inſtitutus ſit intuitu pietatis,ſi heres verè pauper eſt,valet teſtamentum, etiam ſi non ſint additi niſi duo teſtes, Io. Durand.in arte teſtan. titul. ij. cau.ij.Barbat. in cap. de teſtam. communem dicunt.

Fallit quintò, in teſtamento patris inter liberos,quia valet etiam per ſchedulam vbi de voluntate,& inſtitutione conſtat,etiam ſine teſtibus,Alexan.conſil.cv.vol.iij.& Iaſ.conſil.lvij.vol.ij.& Io.Durand. tit.ij.cau.ij.infrà,communem dicit.

Concor.cum l.vij.tit.j.par.vj.

Fallit ſextò.ſi per ſtatutum conſtituatur,vt valeat teſtamẽtum cum duobus teſtibus,Iaſ.in l.j.de ſumma trin.C.nu.37.comm.dicit.

Nota quòd tale ſtatutum non ligat forenſes,ſecundnm magis cõmunem opinionem,vt per Iaſo.ibi num.40.

Fallit ſeptimò,ſi à teſtatore eſt electa fides heredis,quia non requiritur alia ſolennitas,nec alij teſtes,Iaſo.in l.quæſtionum, num.14.C. de fideicom.communem dicit. Idem Villa.

Teſtamentum non infirmatur ex eo, quòd teſtes ſint legatarij, ſi ſolenniter ſit confectum:ſecùs ſi in teſtibus conſiſtit, Curt.Iuni.conſil. xviij.numero 18.communem dicit.

Concor.cum l.xj.titu.j.part.vj.& cum l.viij ti.v.For.ll.

Item, nec probatur legatũ ſibi ademptũ, Iaſo. in l. dictãtibus,C.de teſt.nu 6.& Io.Durand.in arte teſta.ti.ij. cõmunem dicũt,& Bello.in conſ. xvj. Idem concludendo, num.7. & dicunt commun.tam iſtam quàm præcedentem. Idem Vill.

Teſtamentum comprobatur legitimè eſſe factũ. per duos teſtes teſtamentarios, Alexan. conſi.lxxxiiij. volum. ij. & Durand. cau.ij. numero 6.communem dicit Idem.

Teſtamentum non reuocatur ex eo, quod teſtator coram ſeptem teſtibus dicat nolle valere teſtamentum niſi dicat ſe velle mori ab inteſtato.Ioan. Duran.tit.ij.cau.iij.communem dicit.

Teſtamentum ſubuertitur filiis non inſtitutis,etiam ſi eis legata ſit res certa.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.iij.cau.j.communem dicit.

Etiam ſi legetur ei legitima,ſi non inſtituatur.l.v.tit.viij.par.vj.ſed tamen de hoc vide quæ habes in verbo,Legitima.

Amplia,ſi inſtituantur filij ſub conditione nõ poteſtatiua.Duran. in dicta cau.j.nu.3.& Soci.conſil.xcvij.vol.iij.communem dicit.

Amplia in teſtamento filij patre non inſtituto,quia non valet.Ioan. Duran.ibi numer.8.communem dicit. Idem.

Teſtamentum, in quo pater inſtituit filios ſimpliciter, non comprehendit filium, quem ignorabat habere, & eſt nullum. Iaſon in l. ſicuti.numer.2.C.de teſta.milit. communem dicit. Idem.

Teſtamentum inter liberos nõ ſuſtinetur ea via,quæ melior de iure valere poteſt.Ioan. Duran.dicta cau.j.nu.7.communem dicit. Idem.

Teſtamentum matris, vel aui materni, ſuſtinetur per clauſulam codicillarem etiam ſi filius ſit præteritus, quia grauati cẽſentur venientes ab inteſtato reſtituere.Ioan.Duran.in arte teſtan.titul. iij.cau.xv. communem dicit.

Amplia ad teſtamentum nullum ex quacunque cauſa, ſi in eo ſit appoſita clauſula codicillaris veniẽtes ab in teſtato,tenentur reſtituere heredibus ſcriptis obtenta quarta Trebellianica. Iaſon in authen. ex cauſa.num.22.C.deliber.præte.&Duran.in arte teſtan.tit.viij.cau.j. nu.4.tit.xj.cau.j& Io. Nico.in conſi.ij.num.6. de ſecund. nuptiis communem dicit,quam intelligit,Rub.conſi.cxxv.numero ſeptimo,quãdo venientes ab inteſtato tempore teſtamenti tenebant primum gradum quod nota. Idem.

Teſtamentũ patris cum clauſula codicillari per verbum, de præſenti valet,non compræhendit poſthumum, ſecùs tamen per verbum,valet & valebit de futuro,& de præſenti.Alex.conſ.cxxiiij.vol. j commun.dicit,reprobata opinione Bart.dicentis clauſulam codicillarem,per quodcunque verbum,non comprehendere poſthumum.Et hanc Bart.opinionem Franc.de Aret. conſil.vlt. num.7. communem dicit,quos refert Iaſ.in auth.ex cauſa.num.24.de libe.præte.Et hanc vltimam dicit magis communem.Anton.Rub.conſil.xxij.fin.vbi dicit Barbat.& Socinum hanc dixiſſe communem. Idem.

Teſtamentum eſt ipſo iure nullum,quando erratur in perſona heredis,quam credebat teſtator eſſe coniunctam. Iaſ.in l.eam, quam, num.16.C.de fideicommiſsis communem dicit. Idem.

Teſtamentũ,in quo filius ſub poteſtate eſt præteritus,ſi filius dicat nullum, rumpitur,aliàs non. Iaſon in l. poſthumo. nu.23. C. de bon. poſſeſſ.communem dicit,licet ipſe faciat concluſionem contrariam, dicens quòd eſt ipſo iure nullum, & in auth.ex cauſa.de libe.præte. nu.8.dicit

nu.8.dicit hanc ſuam concluſionem communẽ,quod ſit ipſo iure nullum in filio ſub poteſtate,& in emancipato,non ſit ipſo iure nullum. Idem.

Teſtamentum,in quo à patre filiusfamilias præteritus exiſtit, an ſit ipſo iure ſimpliciter & omnino nullum, vel ita demũ, ſi filius velit dicere nullum: Hanc quæſtionem adeò controuerſam eſſe ſcribit Fer. Vaſq. Illuſt. contro.lib.iij.cap.xcix.num.1. (idque ex Iaſ.in l.fin.numero,cum ſequent.de bonorum poſſeſſion, contra Tabul.) vt ſit de ſummis iuris apicibus.

Quòd enim tum demum ſit nullum, ſi id velit, tenent permultæ gloſſæ,adeò vt in dicta lege fin,num.23,eam dicit gloſſ.eſſe communem,quam ſequitur & firmat Angelus in l,ita tamen. §.quoties.ff.ad Trebell.vbi dicit veram eſſe non aliter atque Euangelium.Eam ſimiliter ſequitur propter multos quos allegat Tiraq. in l. ſi vnquam.in ver.reuertatur.num.13.C.de reuoc.dona.

Contrariam opinionem,quòd vt teſtamentum ſit prorſus ipſo iure nullum,non attenta filij declaratione, multò plures gloſſæ tenent, quas ſequitur & firmat Iaſon in l.filio præterito. num,23.& 29. C.de contra Tab.dicens communem eſſe tam vltramontanorum quàm citramontanorum. Et ſimiliter communem dixerunt Emanuel à Coſta, Guliel.Benedi,Alexand.in conſil. Decius (dicens in hac re tanquam clara,non eſſe laborandum.) Et denique Curtius Iunior prout illos, cum aſſignatione locorum,recenſet idem Vaſq. in d.cap. xcix.nu.1. fin.Et ibidem concordiam quandam harum pugnantiũ opinionum, ex d.Curt.ſubiungit,quàm ibi vide. I.Fich.

Nota quòd licet teſtamentum ſit nullum ex præteritione filij in poteſtate, tamen debentur legata. Iaſon in authentica ex cauſa.nu.j, de libe præte.comm.dicit,& Alex.conſil,xxxvj.nu.8.lib.j.

Fallit ſi in teſtamento ſit clauſula codicillaris,quia valebit in vim codicillorum.Alciat.in l.j.§.ſi quis ita.num,17, de verb.oblig. communem dicit,quia rupto teſtamento ex præteritione, clauſula codicillaris ſortitur ſuum effectum integrum, magis communem dicit Alex.conſil.xxxvij.vol.j,num.3.

Amplia iſtam communem, & ſi teſtator ignoraret natos ſibi eſſe nepotes. Alex,in conſil.xxvj.numero 9.magis communem dicit, ſed Carol.Molin,in additio. ad ipſum Alex. in d. conſil.xxvj, dicit quòd hodie communis opinio eſt in contrarium reprobata, gloſſ. in auth. ex cauſa.C.de libe.præte.vt per Bart.Paul.& Iaſ.ibi,nec etiam recipit limitationem Bartol. inquantum intendebat dicere, quòd hæc noua communis opinio non habet locum, quando teſtator diu vixerit. Et nota quòd hæc noua communis opinio dicitur magis communis ab Alexan.conſil.xlvij,num.11.lib.ij.

Reſtringe iſtam ampliationem in legato paruo,ſecùs tamen in magno,quia rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi, rumpitur legatum magnum. Alciat.de præſumpt, re.j. præſumpt. xiij. in princip, communem dicit.

Amplia etiam,ſi prætereatur poſthumus, Iaſon ibi num. 2. communem dicit.

Amplia ſecundò,etiam quo ad ſubſtitutiones exemplares & pupillares. Iaſ.ibi num. 10.communem dicit.

Amplia tertiò,quò ad fideicommiſſa. nume, 11. communem dicit idem Iaſon.

Amplia quartò,etiam in exheredatione ſine cauſa, vel cum cauſa non probata,ibidem num,8.communem dicit Iaſ.

Limita in legatis relictis ipſi filio rũpenti teſtamentum. Idem Iaſ. num.5.communem dicit. B.Villal.

Teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis.Io.Duran.in arte teſtan.tit,iij.cau,ix.commun.dicit. Idem.

Teſtamentum ſi inueniatur cancellatum penes teſtatorem præſumitur de eius voluntate. Iaſon in l.ſi vnus.num.9.C.de teſta.communem dicit. Idem.

Teſtamentum non vitiat ſolennitas leuis omiſſa. Iaſ.in d.l.ſi vnus num.4.communem dicit. Idem.

Nota quòd per ſtatutum poteſt dari teſtandi forma,vltra formam traditam per ius Ciuile. Ioan. Durand, in arte teſtan.tituloij, cau,vj, communem dicit. Idem.

Teſtamentum factum ſecundum formam loci, in quo teſtamentum conficitur,attenditur,& non loci rei ſitæ, & ad illa bona extenditur.Iaſon in l.j,num.44. C.de ſacroſanct. eccleſ. communem dicit, licet ipſe in l,ſi arrogator.numero40.ff.de adoptio.dicat opinionem Petri,quæ huic contrariatur, communiter teneri, ſed tenet primam, Idem.

Teſtamentum in certo loco conditum, an extendat ſe, valeatque quò ad bona vbicunque exiſtentia,vel ſita: Item cuius loci ſtatuta vel conſuetudines ſint circa hoc attendenda? Quæſtio eſt ex earum numero,quæ inter Iuriſconſultos maximè controuertũtur, & diſceptãtur.

Affirmatiuam huius,ſubſequentes Docto.tenent,Specul.in Tit.de Inſtru.edit.§.compendioſè.ver.quid ſi conſuetudine. Ioan.Andr. ibidem in addit.in verb. Cynus. Cynus ipſe in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit. & fide Cath. verſ.quidam Moderniores.Gul.de Cun. in d.l.cunctos.verſ.ex prædictis reſultat.& ver.ſi eſt dubium,&c.Guido Suſa.in l.omnes populi. ff. de Iuſtit. & Iur. vt eum allegat Gozad. conſil.xlix.in princ. Ioan.Calderi.conſil.xxxiiij.Sub Rubr.de teſtam. quibus annumerari poſſet Bart.ob diſtinctionem,quam facit in d.l.j. videlicet an verba ſtatuti reſpiciunt bona, vel perſonas,&c.Alberi.de Roſa.in d.l.j.Bald.in repetitio.l.j.in xxx. q.verſi.quinto quæritur. Salic.in eadem l.j.verſi. Si autem bona ſunt immobilia,& ibidem commemorat,quòd ita obtinuerit de facto concurrentibus doctiſs.Iuriſconſultis tam Bononienſibus,quàm Florentinis. Petr.Anchar.conſil. xxxvij.verſi.venio ad ſecundam rationem.num.7 Rapha.Fulg.in d.l. j.num.24,in fin.Ludo.Roma.conſi.xxxix.Franc.Aret.in d.l.j.ſequens ſupradictam diſtinct.Barr.Ang.Aret.in tract.de teſtam.in verb.ſecundum morem & ſtatuta noſtræ ciuitatis Regij,&c.in q.v.

Ioan.Campegius in tract.de dote.in vlt.par.quæſt.lxix. incipien. An talis excluſio ſtatuti,&c.Iaſ. poſt longã diſputationem in vtranque partem,tandem concludit, Communem eſſe opinionem, quòd teſtamentum ſe extendat ad bona vbicunque ſita,in d.l.j.Et ita etiam prolixè conſuluit idem,in coſil.lxxxvj.verſic.ſed præmiſſis non obſtantibus vij. lib.iij.Alciatus in d.l.j.numero 14.& ſeq. maximè verò. num.16.19.& 20.& Ioan.de Ami.conſil.lxxv.nu.3.Paul. Pariſ.conſil. xij.num.45.dicens communiter teneri.vol.iij.

Negatiuam autem & contrariam opinionem tenent ſubſequentes Docto.Petr.de Bella pert.in d.l.j.poſt dominum ſuum Cyn. in ead.l. j.circ.fin.verſi.tu verò teneas,Iaco.de Rauen.vt refert. Cyn.ibidem, verſic.ſubſequenter quæro.& l.ſi arrogator.ff.de adoptio.vt eum refert Alexand.conſil.xvj. volum. j. Petrus de Anchara, in repetit.cap.j. de conſtitu.dicens eſſe hanc opinionem Communem Alexand.in d. conſilio decimoſexto & conſilio cxxviij.volumine primo.& conſil. decimono volumine ſexto.etiam ipſe dicens hanc Cummunem. Salicetus (vt à quibuſdam intelligitur) in dicta l.j. verſic. ex prædictis infero ad deciſionem,& verſic.præcedenti.Franciſcus Aretin.perplexior quidem eſt,ob multifarias diſtinctiones,nec admodum alienus hac contraria opinio.licet à diuerſa quoque non abhorrere videatur, in d.l.j.Socinus porrò,conſil.cclxxxviij. vol.j. & conſil.ccxcij.volum. ii.vbi dicit eſſe Communem. Albertus Brunus in tract. de Stat. fœm. excluden.artic.viij.princ.queſt.xxv.Lupus allegat.xcj.incip.In primis videndum eſt de conſuetudine,&c.Card.Floren.conſil.ij. Et denique plenè Ludouic.Gozadinus Bononienſis,in conſilio xlix.

Hanc quæſtionem poſtea etiam à Iacob.Philip.Portio(cuius præclarum opus concluſionum,regularum, & communium opinionum hoc anno 1567. Venetiis publicatum eſt) tractatum inueni in lib.v. c.xxix.per totum,vbi ipſe priorem opinionem tanquam magis communem tenet,& pro ea vltra prædictos Doct. allegat inſuper Anchar. conſil.clx.Chaſſian.conſil.xix.cap.xix.Signo.de Homo. conſil. clxix. Alex.(qui dicũt communem) conſil,xliiij. vol.v. Imo in cap. cognoſcentes.de conſti.Barbat.ſuper rubr.de conſuet.num.64. Roch.Curt. in cap.fin.eo.tit.& Bald.in l.ij.in j.nota. C.quemad. teſta.aperi.& ibi clarius Paulum de Caſtro,&c, I.Fich.

Teſtamentum ſecundum,in quo eſt clauſula, non obſtante quocunque alio teſtamento,ſub quacunque forma verborum concepta, irritat primum,& ſi in eo clauſula ſit derogatoria. Aret.in c.j.de reſcr. communem dicit.

Amplia,ſi conſtat quomodocunque quòd teſtator voluit mutare voluntatem. Ioan.Durand.in arte teſt.tit.x,cau.j.commun.dicit.

Concor.cum l.xxij.tit.j.par.ix.& vide l.xliiij.in ordi.cau.loquente de eo,qui fecit maioricatum. B.Villal.

Teſtamenta duo ſi inueniantur facta in vno die,neutrum valet propter incertitudinem.Boer.deciſ.ccclxxj,nu.3.comm.dicit,vide limit. per Dec.& Iaſ.in l.fin.C.de edi.diui Adri.tollen. Idem.

Didacus Perez.in addit.ad ſecuram.in l.quoniam.ff.de acquiren. poſſeſſio.num.92. vult dicere,quòd ambo heredes ſuccedant per l.iij. tit.xiiij.parte vj,quæ lex mihi non probatur. Verba enim legis ſunt, *Y ſi ambos moſtraren que han ygual derecho en los bienes del finado ambos deuen ſer metidos en poſſeſſion dellos ygualmente*: non quòd lex requirat, quòd ambo demonſtrent de ſuo iure, & ſic acquiritur quòd ambo habeant ius,ſed nullum habent propter incertititudinem. argum. l. duo ſunt. ff.de teſtam. tuto. & lex debet intelligi, quando vel ſunt conſanguinei in æquali gradu, vel æqualiter probatur per teſtes de iure proprio,ſed cogita.

Intellige autem iſtam communem, quando hæc incertitudo non poteſt vitari, vel per horam, vel per momentum, ſi tamen de tempore anteriori poteſt conſtare qualitercunque, teſtamentum prius valet.Anton.Gomez. in l.xlv.tau.nume,148.magis communem dicit ex Bart.Paul.& doct.in l.ex pluribus.ff.de ſolut.

Vni primo,niſi vnus ex illis iam poſſideret, Idem ibi num. 149. ex gloſſ.in l,ſi cùm actum.ff.de neg.geſt.& Bald.in l.j.C.quando prouocandum non eſt,

Vni ſecundò,ſi vnus ex inſtitutis eſſet de venientibus ab inteſtato, idem ibi communem dicit ex gloſſ.in l.ſi prius.ff.de contra. Villal.

Teſtator dicens,filio meo centũ relinquo,non cenſetur reliquiſſe

iure

iure inſtitutionis.Com.dicit in §.teſtamentum.quæſtio.xxxviij.verſi.Quid vero. P.Fi.ex Cla.

Teſtator dicens.Filio meo relinquo centũ pro legitima,vel pro Falcidia.tale relictum ſufficit pro titulo inſtitutionis.Com. dicit in §.teſtamentum.q.xxxviij.verſi.ſed quid ſi dicat. Idem.

Teſtator habens plures agnatos vel cognatos,ſi vnum inſtituat,& per fideicommiſſum ſubſtituat alios agnatos,vel cognatos proximiores,intelligitur ſenſiſſe de cognatis,grauati , non autem de ſuis. Magis communem dicit in §.teſtamentum,q.lxxvj.verſicul. Sed hic occurrit. Idem.

Teſtator inſtituens filium in legitima cenſetur ipſum purè inſtituiſſe,ideò tale teſtamẽtum ſuſtinebitur.Magis com.dicit in §.teſtamentum.q.xxxix.ver.ſed quæro nunquid. Idem.

Teſtator miles ſi in bonis caſtrenſibus teſtetur & filiũ in poteſtate ſine cauſa exhęredet,vel prætereat tale teſtamentum hodie ſubiacet.querelæ.com.d.in §.teſtamentum.q.v.ſed quæro in fi. Idem.

Teſtator non poteſt facere quominus leges in ſuo teſtamento locum habeant,comm.in §.teſtamentum.q.v.quam tamen. Idem.

Teſtator non poteſt prohibere inſinuationem à iure requiſitam. Com.in §.teſtamentum,q.lxv. Idem.

Teſtator poteſt de bonis hęredis ſicut de propriis teſtari.commu. in §.teſtamẽtum.q.lxiiij.in fine,& ideò etiam illius fauori,ſicut proprio renuntiare.Ibidem. Idem.

Teſtator poteſt hæredem priuare hæreditate,ſi fecerit aliquid vel non fecerit,contra eius voluntatem,vt ſi nupſerit ſine alicuius cõſilio.com.d.in §.teſtamentũ.q.lxix.Talis tamẽ priuatio nõ operatur, vt ipſo iure deſinat eſſe hæres,ſed valet in vim fideicõmiſſi.d.q.lxix. verſi.Intellige, & ſi teſtator non dixerit cui in tali caſu hæreditas reſtitui debeat,tũc ſi adſunt cohęredes vel ſubſtituti,illis debet reſtitui,ſed ſi tales non adſint,reſtitui debet venientibus ab inteſtato.cõmu.in d.q.lxix.Sed pone. Idem.

Teſtator poteſt grauare hęredem,vt alicui reſtituat rem ipſi prius interuiuos à teſtatore donatam.com.in §.teſtamentum. q.lxxj. ver. vltim. Idem.

Teſtator ſcripſit vel ſcribere curauit,vltimam ſuam voluntatem, deinde coram ſeptem teſtibus dixit illud eſſe ſuum teſtamentum,& quòd ita diſponeret de bonis ſuis,vt legebatur in ſcriptura,quæ tamen nõ legebatur,tale teſtamentum valet in vim nuncupatiui,ſatis enim videtur teſtator mentem ſuam manifeſtaſſe teſtibus , ſaltem implicitè,per relationem ad illam ſchedulam,ſiue ſcripturam. Magis communem eſſe dic.in §.teſtamentum,q.iiij.ver.Sed pone.

Teſtator ſi dicat:Filiæ meæ relinquo centum pro dote,tale relictum ſufficit & ſuſtinebitur in vim inſtitutionis.com.in §.teſtamentum.q.xxxviij.ver.Quid autem. Idem.

Teſtatot ſi dicat ſe non velle reuocare teſtamentum & ſi reuocet ſe omnia ſua bona pro pœna donare hæredi ſcripto. talis donatio nõ valet.com.in §.teſtamentum.q.xcv. Idem.

Teſtator ſi in inſtitutione excludit fœminas propter maſculos,cẽſetur eas pariter voluiſſe excludere in ſubſtitutione.comm.in §.teſtamentum,q.lxxvj.ver,Hinc infertur. Idem.

Teſtator ſi incepit facere teſtamentũ & inſtituit piam cauſam hęred.vel aliquid ad pias cauſas,& poſtea tranſit ad alia legata,& prius, quam poſſet ipſum teſtamentum complere,deceſſit, tale teſtamentum non valet, neque ad pias neque vt inter liberos,quia quandocũque teſtator decedit priuſquàm integrè volũtatem ſuam explicaue rit,tale teſtamentum non dicitur deficere ratione ſolennitatis, ſed ratione voluntatis,quia videmus teſtatores in ipſo actu conficiendi teſtamenti mutare,addere,& reuocare,multa per eos iam diſpoſita. comm.in § teſtamentum.q.vij.ver.vlt. Idem.

Teſtator ſi in ſchedula integrè ſcripſit voluntatem ſuam,vel ſcribi. fecit per notarium vel aliam perſonam ſed non fuit coram teſtibus lecta,neç ab aliquo notario publicata, tale teſtamentum valet ad pias cauſas,& inter liberos.ideò debet in illis caſibus ſuſtineri. com.in §.teſtamentum.q.vj.ver.aliquando.Clarus tamen addit,dũmodo duo concurrant,Primum quòd teſtator hanc ſuam voluntatẽ ſaltem duobus teſtibus explicuerit,per relationem ad ipſam ſchedulam.Secundò quod teſtator non dixerit ſe velle de contẽtis in ſchedula cõfici teſtamentum per notarium,tunc enim eſſet potius præparatio quàm diſpoſitio.Ibidem. Idem.

Teſtator ſi teſtamentum à ſe prius conditum incidat vel cancellat,tale teſtamentum habetur pro annullato.com. in §.teſtamentũ. quæſtio.xciij.Et eo caſu hæreditas tranſit ad hæredes ab inteſtato venientes. Magis commu.dic.eadem quæſt.verſi.Sed quæro. Idem.

Teſtator vocauit duos teſtes,& coram illis fecit ſcribi quod inſtituebat piam cauſam in hæredem,& poſtea dixit teſtibus,quòd volebat dictã ordinationem ſcribi per notarium,& iuſſit etiam notarium vocari,ſed prius,quàm illam faceret ſcribi notario,ipſe teſtator deceſſit,talis ſchedula cum depoſitione illorum duorum teſtiũ, non valet fauore piæ cauſæ.comm.in §.teſtamentum.quæſt.vij.ver. Aliquando & iij.Idem. P.Fich.

Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt vſufructuario remittere ſatiſdationem,quæ præſtari debet defruendo,arbitrio boni viri,citra rerum & ſubſtantiæ corruptionem.Eſt com.opinio ſecundum Iaſo. in conſi.xl.tria ergo.vol.j. M.Gribald.

Quando in teſtamento adeſt numerus teſtium requiſitus, licet aliqui ſupernumerarij contradicant,tamen teſtamentum non vitiatur,nec ſuſpectum redditur,Eſt vera & communis opinio, ſecundũ Iaſ.in conſi.cxxiiij.factum ſic ſe habet.vol.j. Idem.

Teſtator diſponens in ſuo teſtamẽto hæredi,vt diſtribuat aliquã quantitatem inter pauperes,poteſt tunc diſtribuere in vnũ pauperẽ iſtam quantitatem ſecundum Barto.in l.vnum ex familia.§.ſi fundũ ff.de leg.ij.Alex.in l.qui quartam §.j.& ibi Claudius Aquen. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.ff.de leg.j.In cõtrariam verò partem reuocando ſententiam in melius inclinauit idem Bart.in l.j. ff. de opti.leg.quia illa locutio pluralis numeri in pluribus vera eſſe debet.l.vbi numerus.ff.de teſtib.& cap.pluralis.de reg.iur.libr.vj.not. Paul.de Caſt.conſ.ccclvj.in teſtamento Michaelis, & hęc opinio videtur verior in puncto iuris,vt probatur argumẽto d.l.vbi numerus. & d.cap.pluralis.itẽ probatur per verba teſtatoris,qui loquutus eſt per verba denotãtia plures pauperes.Prętereà videtur,videtur prædicta opinio,quoniã diuerſa eſt ratio in pluribus,quam in vno.& ꝙ hoc verũ ſit oſtendo,vtpotè quia videtur magis pium pluribus ſuccurrere,quã vni.item videtur neſcio quo pacto pluribus pauperib. ius quæſitum:ergo non poteſt in præiudicium ipſorum vni pauperi diſtribui,nam priuaret aliquos pauperes iure ſuo.Poſtremo facit ad hoc,nam Epiſcopus in dubio,vbi nõ eſt datus exequutor,ipſe eſt vltimæ voluntatis exequutor.cap.fina.xvj.quæſt.j.& tamen Epiſcopus in iſto caſu nõ poteſt eligere vnũ pauperem.capit.cum omnes, extra de teſtamen.& hoc videtur eſſe magis ex mẽte teſtatoris,quæ quidem mens ſemper attendi debet imò hic deberet ceſſare omnis quæſtio voluntatis,cùm in verbis teſtatoris nulla reperiatur ambiguitas.l.ille.§.fi.ff.de leg.iij.& hic accedit vtiliter vnũ notatu dignũ, ꝙ hæres grauatus poſt mortẽ ſuã diſtribuere bona inter pauperes, profecto hoc facere nõ poſſet in vita ſua præiudiciũ pauperũ,q. poſt eius mortẽ Docerũt,vt no.omnes cõm.in l.poſt mortẽ.C.de fideicõ. & Alex.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolũ.ff.de verb.obl.& de iſta opinione cõmu.atteſtatur Deci.in l.cùm tẽpus.ff.de reg.iur. F.Viuius.

Teſtator licet de iure poſſit remittere heredi cõfectionẽ,ſeu neceſſitatẽ cõficiẽdi inuẽtariũ l.fi.C. de arbit.tut.& l.cũ tale lega.§.j. vbi Bal.& Imo.ff.de cõditio.& demõſtra.Curt.conſi.xxix.in Regno Hyſpaniæ,circa fin.cùm allegatis per Decium conſi.cccviij.viſa iterum lecta.& Soci.conſi.lj.viſo teſtamento.vol.iij.nihilominus Iudex ( ſi ei viſum fuerit,id expedire rerum adminiſtrationi) poteſt tutorem cogere ad confeſſionem dicti inuentarij ex l.vtilitatem,vbi Bart. ff. de confirma.tut.Angel.conſi.cxliiij.circa finem.Iaſon. in l.cum neceſſitatem.C.de fideicomm.Gui.Papæ deciſio.ccclij.in fin.Bart.cõmuniter approbatus.& receptus in l.nemo poteſt.num.12.ff.de legatis primo,vbi poſt alios Crotus.idẽ Barto.in l.tutor qui repertorium.num. 18.ff.de adminiſtra.tutorum.Crauet.conſi. cxciij. nume. 18,ff.de adminiſtra.tutorum.Crauet.conſi.cxciij.nume.10.in l.ſi ex legati cauſa.nu.21.ff.de verborum obligat.Areti.conſi.xxij.& Deci. conſi.cccxlix.num.5.Ioan.Dilectus in tract.de arte.teſtan.in rub. de tutore.cap.cxj. Idem Viuius.

Teſtator ſub conditione poteſtatiua poteſt hæredẽ inſtituere, & valet inſtit.Ioã.Durã.in arte teſtan.tit.iij.cau.iiij.cõmu.dicit. B Villa.

Teſtator ſi exprimat nomen in inſtitutione.& omiſit. hæres eſto, vitiatur teſtamentum,ſecus tamen ſi ſint omiſſa hæc duo per errorẽ notarij,& exemplificat Iaſ.in teſtatore,qui facit teſtamentum inſcriptis manu propria,& in notario in nũcupatiuo,in l.errore.C.de teſtam.num.2.communem dicit. Idem.

Nota quod error notarij non poteſt probari,niſi per ſeptẽ teſtes in teſtamento,& in codicilis per quinque,cum ſint de ſubſtantia teſtamenti.Iaſ.in d.l.errore,nu.7.communem dicit. Idem.

Teſtator potens loqui & intelligere,ſi per notarium interrogetur an velit Lucium ſuum hæredem inſtituere,& ipſe reſpondet ;quod ſic,& notarius dicit quod ſuum hæredem inſtituit:valet teſtamẽtũ. Ioannes Duran.in arte teſtan.titul.iiij.numero 2. Boeri.deciſ.xxvj. numero 6.Bellon,conſilio lxij.& Iaſon.in l.iubemus.C.de teſtamen. numero 20.communem dicit.Et de intellectu illius communis vide Soarez in alleg.j.diſtinguentem,an notarius ſit rogatus à teſtatore,vel non?Caro.Moli.in additio.ad Alexan.conſi.xij.in verbo quod ſi hanc communem dupliciter,intelligit quando teſtator cõſtat eſſe ſanę mentis:& articulatè loquens Secundo,quando apparet teſtamentum ab initio ſcriptum de voluntate teſtatoris,ſecus:ſi eo inſcio ſit ſcriptum ex Ioan.And.in addit. ad Specula. de teſta. §.j.& Iaſ. in l.iubemus.in fin.& conſi.cxcvj.& Hippo. ſingul. cccclix. & Afflict. deciſio.cxliij.quod nota. idem.

Teſtator ſi ad interrogationem alterius aliquem hęredẽ inſtituat, talis inſtitutio valet,dũmodo non ſit ille morti proximus,ſed mentis

adhuc bene compos,communem eſſe multi teſtantur Docto. quos recenſet Vaſq.Illuſt.contro.lib.iij.cap.cij.num.4. I.Fichar.

Teſtator filios impuberes inſtituens, & eos inuicem ſubſtituens, ex his verbis inter impuberes, vulgaris & pupillaris eſt ſubſtitutio: inter puberes autem ſolùm vulgaris cenſetur facta.Iaſ.in l.Lucius. ff.de vulgar.& pupillar, in conſil.cxxxiiij.vol.j. & Io. Duran.in arte teſtan.tit.v.cau.xxix.commun.dicit. Villal.

Teſtator ſubſtituens Petrum,& eius filios & hæredes intelligitur ordine ſucceſſiuo.Curt.iun.conſi.cxxj.num.5.communem dicit.

Quando de teſtatoris mente non conſtat,in hærẽdũ eſt verbis, & eius virtuti.Curt.iun.conſil.clxix.nu.1.commun.dicit. Idem.

Teſtator ſi quingentos relinquat aureos amico, aut quadraginta ducatos quolibet anno,donec hæredes ſoluerint talẽ ſummam,tunc nequeunt prædicta quadraginta peti.quia ſapit vſuram omni iure prohibitam,Ita conſuluit Aret.conſ.cliij.viſo themate.Et hanc communiter approbari aſſcribentibus teſtatur Hiero. Cagn.in l.curabit nu.9.& 10.C.de actio.empt.poſt Bart.conſi.lxvj.lib.ij.&c.Refert tamen ibidem ſequentibus nu. Quòd oppoſitum conſuluerit Socin. quem ſequũtur Alciat.lib.v.par.cxxij. & Rip. &c.Et ibi latè hoc ipſe Cagnolus diſtinguendo proſequitur,quem vide. I.Fich.

Amplia,quia in fideicommiſſis,teſtatoris coniecturata mens non operatur,quando ratio ſermonis non patitur. Curt.iun. conſil.lxix. num,2.communem dicit. B.Villal.

Teſtator,& contrahentes in dubio,videtur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria,vel cõſuetudinaria. Cur.Iun.conſ.lxxxvj.nu. 6.& conſi.clxxj.num.1.communem dicit.

Item,& cum diſpoſitione iuris communis,& in fideicommiſſis vi ſi.cxxv.nu.2.& conſ.cxxviij.num.8.communem dicit. Idem.

Teſtator excludens fœminas,propter filios,& propter nepotes videtur excluſiſſe.Curt. Iun.conſ.cxvj.nu.1.comm.dicit. Idem.

Teſtator videtur vocare nepotem cũ patruo.cum diſponit inter perſonas inter quas cadit ordo neceſſitatis ſecùs tamen, quando ſolum cadit ordo effectionis & charitas,quia tunc admittuntur ſimul, & ſemel.Curt.Iun.conſ.cxxviij.nu.1.communem dicit. Idem.

Teſtator non poteſt prohibere ius accreſcendi,communem dicit Alex.in l.ſi quis priore.ff.ad Treb.& in l.hæres C.de hęred.inſtituen. Io.Duran.in arte teſtan.tit.vj cau.xv.contrariam,imò quòd poteſt tenet Iaſ.conſil.viij.vol.iij.vbi dicit magis communem,pro cõcordia, vide Ant.Nice.in contrar.Bar.contrar.cxciiij.ſed melius vide per Frãci.Curt.Iuni.conſi.xij.nu.5.vſque in fin.vbi concludit,quòd quando teſtator fecit duo teſtamenta.vnũ ſolenne, & aliud minus ſolenne, tũc bene poteſt prohibere ius accreſcendi & ſic procedit doctr. Bar. in d.l.ſi quis priore.Et quòd hęc eſt communis opinio.& nulli dubia ſed quando eſt vnicum teſtamentum procedit contraria eiuſdẽ Bart. in l.quoties.§.fin.de hære. inſtituen..quem. vide. Idem Villa.

Teſtator,ſi dicat fideicõmiſſariis & legatariis,quòd poſſint propria auctoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum, tunc eas conſequi poterunt etiam ſi teſtamentum minus ſolemne eſſet,communem dicit dilect.in art.teſtan.Tit.ij.cau.iij.ex Iaſ.in l.cum quis.C. de iur.& facti igno.& l.nemo,de lega.j. I.Fich.

Teſtator poteſt prohibere detractionem quartæ Trebellianicæ in fideicommiſſo.Barba.conſil.x.vol.iiij.Iaſ.conſil.lxxxiiij. vol.j.& conſ. cxlvj.vol.ij.vel ſi teſtator vtitur verbis ampliſſimis:vt plenam hæreditatẽ,vel quicquid ad eum peruenerit,vel omnia bona reſtituere mandauerit.Alex.conſil.v.vol.iij.Io.Durand. in arte teſtan, cau.et Ludo. Gozad.conſ.xcvij.nu.6. communem dicunt:et magis cõmunem dicit Alex.conſ.lxvij.vol.j.nu.1.inquantum hæc communis dicit,quòd quando teſtator mandat reſtituere totam hæreditatẽ,quòd Trebellianica non detrahitur.Bellon.in conſi.lxiiij.nu.1.communem dicit. ex Alex.conſ.v.nu.3.vol.et conſ.cxlj.vol.ij.et conſ.ij. et conſ. cxxxiij. vol.v.et Ang.conſilio cxxxv.incipient.hoc eſt teſt.ſed dictus Bello.in conſi.lv.num.1.dicit magis cõmunem contrariam.Imò quod detrahitur ex mente Decij,conſi.ccccxcv.& vide eundem Bell.conſil.lxvj. nu.1.et 2.ex Roma.conſi.ccxxxix.qui dicit communem. et Paul. in auth.cùm teſtator.C.ad leg.falcid.et Capra conſi.lxxxiij. B.Villal.

Nota iſtã cõmunem ad intell.l.vlt.tit.v.par.vj.et l.viij.tit.xj. par.ea.

Fallit quando filius primi gradus inſtituitur,et grauatur de reſtituẽdo,quia inefficax eſt prohibitio Dec.conſi.lxxxj.et ccxcix.et Cur. iun.conſi.lxx.nu.16.et Lud.de Goza.conſ.xlv.nu.11.communem dicunt ſed Alexan.conſil.xxix.nume.5.et Cornæ. conſilio 22.volum.2. dicunt communem contrariam, ſed pro concordia vide Decium conſil.cccclxxx.dicentem.Aut ſunt detrahendæ duæ quartæ et poteſt prohibere,ſi tamen vna,non,ſed tamen Curt.iun. conſil.clx.num.3. et Couar.in cap.Raynutius,de teſta.§.numero 7. indiſtinctè dicunt, patrem non poſſe prohibere deductionem Trebellianicam.et Ludo. de Zozad.xcvij.numero 4.dicit communem primam,etiam ſi deducendæ eſſent duæ quartæ,quòd non poteſt prohibere. Et hæc videtur communior. Idem.

Et ſi filius reſtituit abſque detractione Trebellianica,poteſt repetere gloſſ.in capitulo finali,de donat.inter vir.et vxorem. et l.v.titu. ſecundo par.iiij.

Nota quod ſi inſtitutus non confecit inuentarium, non detrahit Trebellianicam,& perdit eam,Bello.conſilio xix.numero 12. communem dicit,ex Deci.conſil.ccccxcv.et Bello.conſil.liiij.num.4.magis communem dicit. B.Villal.

Amplia et in filio primi gradus. Idem ibi communem dicit, ex Curt.iun.conſil.liiij.

Amplia ad occultantem bona hæreditaria,quia non detrahit Trebellianicam,et punitur,quia duplicatur res omiſſa Bello. conſil.xxx. nu.5.communem,ex Alex.et Iaſ.in l.fi.§.licentia.C.de iure deliberan.

Nota quod in omnib.caſibus,in quib.Trebellianica eſt detrahenda computandi ſunt omnes fructus, quos percepit reſtituens bona fide fideicommiſſario.Bello.conſi.lxiiij. num.8.communem dicit ex Bart.et Paul.in l.iubemus.§.fi.C.ad Trebell. Idem.

Quamuis Doctorum ſit controuerſia, an cõtra teſtatoris prohibitionem detrahi poſſit Trebellianica:receptior tamen eorum eſt ſententia eam detrahi poſſe,vt tenuit Alex.in conſil.lxvij. conſideratis. vol.j.et conſi.v.in fine,vol.iij.Quod Bald.procedere voluit in liberis primi gradus duntaxat in aliis vero non in l.iubemus.C.ad Trebell. per authent.ſed cum teſtator.C.ad leg.falc.iuncta l.Marcellus.verſic. quòd autem.ff.eodem.tit.cuius opinionem Alex.in d.conſi.lxvij non approbat,nec improbat,ſed allegat Cynum in dicta l.iubemus.et in l.cohęredi.§.cum filiæ.et ibi Raph.Cuma.ff.de vulg.et pupilla.tenentes contra Bald.quòd autem Trebellianica indiſtinctè prohiberi poſſit tam in liberis primi gradus.quàm in aliis communem eſſe opinionem atteſtatur Alexandrinus conſil.ij.num.26. vbi allegat Ang. in conſil cxxv,Signorol.in conſi.ccxxxv.in fin.Alex.in l.ſi debitor.ad l.falc.Iaſ.in d.l.Marcellus.ad Trebell. Corn. conſilio xxij.vol.ij. Alex. conſ.xxix.vol.v.Aret.conſil.lxvij.in fin.Curt. conſil.lj. Idem Alexandrinus conſilio xiiij. numero 12. vbi vltra alios ſuperius allegatos adducit Cynum in d.l.iubemus. et Cuma. conſil.xxv.Picum et Dec. in conſil.lxxxj.et ccxviij. F.Turzan.

Teſtis ſi dixerit audiuiſſe aliquid publicè dici, non ob id probat de hoc eſſe publicam famam ſi quidem eſſe poteſt quod ab vno tãtum id dici audiuerit.ad hoc igitur,vt probetur fama,deponere debet ſe audiuiſſe dici à maiori parte populi,vt rectè tradit Bar. in l. de minore.§.plurimum.ver.ſed quid ſi teſtis dicit nume.21. ff.de quæſtio.& in l.iij.§.eiuſdem.de teſtibus Alex.conſ.ccclvij. viſis.in princip.num.5.vol.ſecundo.idque à Docto.communiter teneri atteſtatur.Imo.in l.hæredes palam.in prin.ff.de teſt.Rot.tamen tenet cum Bald.in cap.præterea de teſtib.& ſequac.videlicet quòd ſufficit ſi teſtes deponerent publicè dici audiuiſſe,vt famam probent teſtes.Caſſad.tit.de probat.deciſ.iij. F.Turzan.

Teſtes ſingulares de diuerſis actibus, nunquam ſimul iunguntur ad aliquid probandum.Eſt communis opinio ſecundum Alexan.in conſil.xviiij.repetitus.verſ.& licet alibi.vol.7. Idem.

Teſtes inhabiles ſi producantur, Iudex ex officio de conditione ipſorum teſtium diligenter inquirere debet, & eos repellere etiam parte non petente,ſecundum Inno.in cap.intimauit.de teſtib.& eſt communis opinio ſecundum Corſet.in l.fin. in c.ſi teſtes inhabiles, in verbo,Teſtis. Idem.

Executor alicuius negotij non poteſt eſſe teſtis niſi de conſenſu vtriuſque partis.Eſt magis communis opinio ſecundum Alex. conſ. clxvij.quoniam rei.in princip.vol.vj. Idem.

Vbi agitur aliquid de probando in genere teſtes ſingulares plenè probant.Eſt communis opinio ſecundum Corn.in conſ.clxxxv.licet in hac.verſic.his tamen.vol.ij.Ratio vltra omnes:quia quilibet teſtis facit ſemiplenam probationem illius generis,& tendunt omnes ad eundemmet finem mediatum,per media perfecta & propinqua.Vide ſuprà.num.2. Idem.

Licet teſtis non deponat de tempore, vel dicat ſe non recordari: tamen probat,quando ſumus in caſu,in quo tempus nõ eſt de ſubſtantia.Eſt communis opinio ſecundum Alex.in conſil. clxxxv. viſo proceſſu.verſ.nec obſtat.volum.vij.

Fallit communis opinio vbi teſtis eſſet alias ſuſpectus, quia niſi interrogatus de tempore reſpódeat,non creditur ei, ſecundum Salic.in l.teſtium.q.vij.de teſti. Idem.

Mulier etiam leuis conditionis & famæ,in cauſis capitalibus poteſt teſtificari.Eſt magis communis opinio ſecundum Alex.conſ.xj circa primum.verſ.circa quartum.vol.j. Idem.

Quando teſtis vario modo loquitur, vltimum eius dictum attenditur. Eſt communis opinio ſecundum Decium. in capitulo per tuas. de probatio.& in conſilio ccxlix.licet in caſu verſiclo.& quoniam teſtis. Idem.

Vbicunque teſtes debent eſſe rogati, ſufficit eos à parte vel notario rogari.Eſt magis communis opinio ſecundum Iaſo.in l hac conſultiſſima.verſiculo, & debent teſtes C. de teſtamen quando dictum teſtis reprobatur in vno, cæteri partibus ei non creditur

eſt

Eſt magis commu.opinio ſecundum Iaſo.in l.hac conſultiſſima. verſi.& debent teſtes.C.de teſtam.

Quando dictum teſtis reprobatur in vno,in ceteris partib.ei non creditur Eſt communis opinio ſecundum Alex.in conſi.xxvij.in cauſa,volumine ſecundo,

Primum dictum teſtis iuratum attenditur,& per ſecundum contrarium non vitiatur.Eſt com.opi.ſecundum Dec.in conſi.clxxxix.lætatus.verſi.ſecundò principaliter. Idem.

Aſſertio notarij dicta Teſtium recipientis,quòd ſecundus idem dixit quod primus ſufficit ad probandum,licet dicta ſingulorum explicitè non extendat.Eſt communis opinio cum Alb. ſecundum Iaſonē in l.ſi plenè.§.ſi præſente.de condict.indebiti. Idem.

Teſtes inſtrumentis,ſeu contractibus publicis neceſſariò de iure cō muni non tenentur ſe ſubſcribere ſubſcriptione propriæ manus, ſed ſufficit,vt Notarius ſcribat nomina teſtium in ipſo inſtrumentò,ſecū dum glo.in §.ſi verò abſint.in authen.de hered.& Falci.in §.ſed & ſi inſtrumenta,in authen.de inſtru.cautel.& fide Panor.Fely .nume.14, Dec.nume.12.& omnes in cap,primo. de fide inſtrumen.Paul.de Ca. conſi.cccxxv.libro primo,in principio.& in l.contractus,C.de fide inſtrum.gloſſ.& Doctores omnes in l.donationem,C.de donatio.& in l final.C.de teſtib.Aflict.Neapolit.lxxix,& Capicium deciſio xxix,& iſtorum opinionem ait eſſe communem Barba,in rubri.de fide inſtru, nu.93.& Deci.in cap.quoniam contra,num.18.de probatio.& contra Accurſium in l.generali.C.de Tabular.libro,x,contrarium aſſeuerantem & malè.Inſtrumentum autem ipſum non probat niſi habeat teſtes in eo deſcriptos d.§.ſed & ſi inſtrumenta.glo.in l. donationibus, C.de donat.Bald.conſi.lv,libr.ij,Alex.conſi.clxvj.volum,vj,& Corn.cōſi.ccxiiij.vol.j.& conſi.ccxx.vol,ij,in regno verò Neapol.hodie eſt neceſſaria in inſtru.publicis propriæ manus teſtiū ſubſcriptio, vt reperitur ſancitū in conſtitu,incipiente.Inſtrumen.robur.in titul.de fide,& auctoritate inſtrum.& ſic per ſtatutum,vel conſuetudinem poteſt de rogari dictæ cōm, opin.vt tradit Soci.in tract.fallent.in reg.ccccxviij, teſtes in ſcriptura publica.vbi communem præmiſſam limitat in tribus caſibus. F.Viuius.

Teſtes duo omni exceptione maiores inſtrumentarij reprobant,ac ſubuertunt inſtrumentum, ſi inſtrumentum ipſum aliter non coadiuuaretur per teſtes in eo deſcriptos,vel per alios non inſtrumētarios ſecundum Doctores omnes in capit.accedens,de fide inſtrumento.in l.ij.§.ſi quis neget.ff.quemadmodum teſta.aperian.& in l.in exercendis.C.de fide inſtrumen.& iſta eſt communis opinio teſte Ruyno cōſilio xxxvij.in princip,volum,iiij. Lanfran.in repetitio.cap. quoniam contra,in verſic,inſtrumentorum productiones.num.37. de probat, Decius in c.tertio loco.num,55.eod.titu.& Boerius deciſi, cxviij, vbi refert ita fuiſſe in ſacro Burdegalenſium Senatu pluries iudicatum, ſed vbicunque teſtes adiuuarent inſtrumentum, tot alij teſtes reprobatorij ſunt neceſſarij , quot ſunt reprobantes inſtrumentum ipſum ſecundum Barto.in l.heredes palàm in princip,ff.de teſtam Innocen. Ioan.Andr.Cardina.Anto,Abb,& Imol.in capit.cum Ioan.de fide inſtrum.Anchara.conſilio lxxvj,Cyn.Sali,& omnes communiter.in l.in exercendis,C.de fide inſtrumen.& procedit non ſolùm ſi dicerent teſtes inſtrumentarij aliter fuiſſe dictum,quam ſcriptum per Notarium verum etiam ſi deponerent ipſi teſtes ſe non interfuiſſe inſtrumento, qui quidem teſtes licet ſingulares videantur,attamen reprobant & ſubuertunt inſtrumentum ſecund. Fely,in dicto cap.cū Ioannes nu, 35.& ita conſuluit Grauet,conſi.lvj.nu.17.dicens dictos teſtes ita, & taliter deponētes nō eſſe ſingulares in aliquo pacto,& iſtā ait ibi eſſe cōm,opi. & Follerius in ſua pract.criminali in verſ, itē quòd cōmiſit falſitatē nu.64.cū multis ſeq.vbi explicat abundè iſtā materiā. F.Viui.

Teſtes in ſcriptura priuata tres neceſſario requiruntur.& ſic teſtimonio trium teſtium dicta ſcriptura debet eſſe ſubſcripta, qui quidē teſtes debent eſſe maſculi,& non fœminæ ſecundum Bald..per illum text.in l.ſcripturas.C,qui potio.in pigno habeantur,cum quo ſentiūt omnes ſcriben,ibi.Cremen,in ſingul,cxlv,Marſyl. in ſingū. ccccccxj, poſt princip.Cotta in memoria.in verſi.mulier regulariter & cætera, quam opinionem tanquam veriſſimam ſequitur etiam & aſſerit eſſe communem Dec,in cap,ij.alias ſcripta.nume.11.de fide inſtrumen.in cap.iij.de teſtib.& in l.fœminæ.nume.32.& ſeq.& ibi Molin.in additio.ff.de regu.iur,& Tyraquel.in tract.de legib, connubia.l.ix.nu.54. licet Iaſ.in l.j.ff.de legib.abſque aliqua vrgenti ratione,& nonnulli alij.Doctor.relati per Fely.in d.c.ij.& in cap.iij.de teſtib.conentur,& malè diſcedere à præfata communi,quorum argumenta non indiget reſponſione,quia parum,aut nihil obſtant,& nota hic vtiliter, quòd in dicta ſcriptura priuata non requiritur,neque dies neque conſul.l, cum taberna.§.item quæritur.ff.de pignor.& not,Iaſ.in authen,quod ſine.C.de teſtamen.ad hoc,vt probet,vel faciat fidem contra ſcribentē, iuxta comm.ſententiam omniū Doct,quam ſequitur Paul, Caſt.in l.j.nu.16.C.de nouo codice facien.Alex.in conſi.lxx,verſic, ecce ergò volu.j.& conſi.vj,verſi.ij.reſpōdeo,& conſi.lxxvj.vol.iij.& conſi.cxxxij verſic.quo ad tertium,volu.iiij.& Moder.omnes in l.admonendi.ff.de iureiuran.vbi atteſtantur de præfata communi opinione. Viuius.

Teſtes ſeptem puberes in teſtamentis regulariter requirūtur.l.hac conſultiſſima.& l.in teſtamentis, C. de teſtam.& §. fina. inſtit, eodem titul. nec valet teſtamentum ſi minor numerus teſtium adhibetur etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet. l. conficiuntur. §.primo ff.de iure codic.hoc autem procedit de iure Ciuili, ſed de iure Canonico videtur ſancitum contrarium:nam teſtator poteſt diſponere de rebus ſuis coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus,& valet ſuum teſtamentum,etiam ad non pias cauſas confectum maximè in terris Eccleſiæ,ca.cum eſſes,de teſtamen. Specu.not in tit,de inſtrumen.æditio,§.compendioſè,ver.item per ius Canonicū Ioan.de Imo.& Abb,in dicto cap.cum eſſes. Zabar.conſi.lxxiij. puto de iure Bald.conſil.ccclj,quoniam ex facto,& conſi.ſeq.lib.iiij.& Alex conſi,cclxxvj,viſo proceſſu,ll.v,& iſta eſt communis opinio teſte Corne.conſi.cclxj.nume.1,& 30.vol.iiij.& Moder,in d.ca.cū eſſes,& Boërio in deciſio.xciij.num.2.& iſtud teſtamentum coram presbytero parochiali,& duobus teſtibus conditum,habet vires etiam in terris Principi ſeculari,quo ad temporalem iuriſdictionem,ab Eccleſia conceſſis,quales ſunt Ciuitates Regni Neapolitani,Ferraria,& Vrbinum,vt declarat,& ponit Cornæus in præcitato conſilio.Sed in alijs non procedit,vt per Bald.conſi,cclxxxiiij.dominus.lib.iij.vbicunque verò presbyter parochialis nō reperiretur in partibus & terris Eccleſiæ,in quibus condendum eſt teſtamentum,nec haberi poſſet aliquo modo,tūc nota quòd loco parochialis alij duo teſtes adhiberi poſſunt per teſtatorem, & ſic requiruntur quatuor teſtes ſine parochiano,& valebit teſtamentum:nam duorum vox eſt potentior,quàm vnius quantæcunque ſit auctoritatis.cap.licet.& cap.cùm à nobis.de teſtib.& l.iuſiurādi.C.eod.titul.& ita voluit Spec.in dicto ver.item per ius Canonicū, quem ſequitur Calderi.conſi.viij. teſtator.in titul.de teſtam, Gemini, conſi.xlix.ſuper iſto puncto.Alex.conſi.xvij.vol.j.conſi.cclxxvj.lib. iij, & conſi.cv,viſo,& diligenter conſiderato.libr.iij,& iſtam opinionem Spec.dicit & aſſeuerat obſeruari in practica.Antōn.de Butr,et Panor, in dicto capi.cùm eſſes.in fine.et communem dicunt inibi Moder, et Bellonus conſilio xiiij.numer,3.

Teſtes ad probandam ingratitudinem ſeu feloniam contra vaſallū, requiruntur quinque.qui ſint omni exceptione maiores.per text.in c, j.quot teſt.ſint neceſſarij ad prob.et cetera Et licet Molineus dicat illum textum non eſſe authenticum , tamen communiter tenetur pro authentico,Ita dicit Clarus.in §.feudum quæſt.lx. P.Fich.ex Claro,

Teſtes debent videre & audire teſtatorem com,in §.teſtmentum q, lix.in prin. Idem.

Teſtes in militari teſtamento debent eſſe rogati vt in ſolenni.com, in §.teſtamentum.q.lviij.verſi.Item quæro quid. Idem.

Teſtes in teſtamento adhibiti debent eſſe rogati.comm,in §.teſtamentum.q.vj.ver,Secundo.

Teſtes in teſtamento nuncupatiuo æquè debent eſſe rogati vt in ſolenni,com.in §.teſtamentum,lviij.ver.Et hæc quidem. Idem.

Teſtes rogari per ipſum teſtatorem non eſt de neceſſitate, ſed ſufficit ſi ſint rogati ab alio,præſente tamen & patiente teſtatore,com. in §.teſtamentum.q.lviij,ver.Scias. Idem.

Teſtis ſi qui extra iudicium dicit,& depoſuit vnum conficiendo de ſuo dicto ſcripturam manu propria annotatam,poſteà in iudicio dixerit contrarium,dicitur vacillare adeo quòd ex tali vacillatione poteſt torqueri.probatur ex text.in l.eos,ij.reſponſo.ibi,qui contra ſignū ſuum,&c.& ibi Bart,not.ff.ad leg.Corn.de falc.Petr.et Anchar.in cap, de teſtib.extrà de teſtib,Butr,in c.cùm in tua,eod.titu.vbi,quod quando variatio eſt circa ea,quæ teſtis dixerit extra iudicium et in iudicio, redditur ſuſpectus de falſo.in tantum, quòd poteſt torqueri.allegat not.in l.c.quinto,ff.ad l,Iuliam de adult.et in c.per inquiſitionem. de electio et in hanc omnes concurrere ſententiam inquit Alex.in conſi, lxiij.dico,lib.j,vbi diffuſius videri poteſt. F,Turzan.

Dicto vnici Teſtis propriè aſſumpti de voluntate, et conſenſu partium,planè creditur,Eſt communis opinio contra Bartolum ſecundū Iaſonem in lege prima, §.final,verſu,tertia ergo concluſio,ff.de verborum obligat.Vnde nota,quòd regula l.fin,C.de pact.quòd fauor,et ſolennitas iuris poteſt de conſenſu partium remitti,procedit etiam in fauore et ſolennitate inductis de iure diuino,quod diſponit in ore duorum,aut trium,et c.cùm omnibus.extra de teſtib. M,Gribl

Teſtes ſingulares etiam deponentes de aliquo in genere,nihil probant.Eſt verior et magis communis opinio ſecundum Alexandrum conſi.lxxij.inſpecto diligenter.verſi.fortius.volum.j.et in conſilio 100 ſuper primo,eod.vol,Dec,in c.licet cauſam,

Contrarium tamen tenet idem Alexan.conſilio lxxxv.viſo thēmate in fin.,volum ſecundo.

Teſtis ſi vnum extra iudiciū,et poſtea aliud in iudicio,ſtatur ſecundo dicto Eſt communis opinio contra Bart,ſecundum Decium in ca. per tuas.verſu poſtremo extra de proba. Idem.

Fallit ſecundum eundem ibidem quatuor modis,Primò, quando primum dictum extraiudiciale fuiſſet iuratū.Secundò, quando teſtis illud aſſeruiſſet in ſcriptura.Tertiò,quādo fuiſſet dictū præſente parte.Quartò,quando pro primo dicto eſſet præſumptio vel veriſimilitudo magis

quàm pro ſecundo. M. Gribal.

Teſtis deponens de ſua propria præſentia, cenſetur etiam includere intelligentiam, ſecùs ſi deponit de aliena, quia de nuda tantùm, & non intelligente ſolùm deponere cenſetur. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in l. ij. voluntatem. ver. tene in contrarium. ff. ſolut. matri. Adde Alexan. in conſilio ccx j. ponderatis. verſi. vnde dicit. volu. vj. Tu tamen conſidera, quòd ex duobus videtur illa communis opinio in ſecunda parte reddi dubitabilis. Primò, quia quatenus attinet ad materiam probationis, teſtes & notarius æquiparantur, vulga. l. in exercendis. C. de fide inſtrum. & tamen notarius ponens de præſentia aliena, puta contrahentium vel teſtium, cenſetur etiam includere intelligentiam. Barto. in l. diem. §. coram. ff. de arbitr. Ergo idem in teſte dicendum eſt. Secundò, quia dictum teſtis concludens à communiter accidentibus, non dicitur ambiguum, ſed concludens. Ita declarant Docto. in cap. in præſentia, extrà de proba. Sed ſecundum magis communem accidentiam, ille qui eſt præſens, percipit & intelligit ea, quæ fiunt in ſui præſentia. vt patet per experiẽtiã. igitur, & c. ſufficit quod dictum teſtis concludat præſumptiuè: ſed ex præſentia de iure præſumuntur etiam intelligentia, & aliquando conſenſus, vt in dicto §. voluntatem. Tamen à communi nõ videtur recedendum: & ad illud de notario poteſt reſponderi, quòd licet non ſit differẽtia inter teſtes, & notariũ, ſeu inſtrumentum, in materia probationis illud eſt verũ, quo ad effectum, non quo ad modum. ideò notarius inter contrahentes eſt quaſi Iudex. Igitur poteſt deponere de eo, quòd ſolo intellectu percipit & ex natura actus illud preſumitur. ſecùs in teſte, Cogita. Grib.

Quando vnus teſtis eſt in ſuo dicto varius vel contrarius aut ſibi manifeſtè contradicit, ita quod non poteſt vnum dictum cum alio cõcordari: & tunc nullo modo fit reductio ad concordiam, nec vt probet, nec vt euitet falſum, aut non contradicit ſibi adeò manifeſtè, quin poſſit aliquo modo reduci ad concordiam: & tunc quantum ad euitãdum periurium & falſum, reducitur ad concordiam non autem vt probet. Eſt communis opinio ſecundum Alexandrum conſil. xx. in cauſa appellationis. verſu. nec iſtis obſtat. volu. iiij. Idem.

Teſtis infamis infamia facti non repellitur omninò à teſtimonio in cauſa ciuili, Eſt communis opinio ſecundum Corneum conſilio quinquageſimoquinto, incip. videtur. verſic. & licet infamis. volumi. iiij. licet Florian. c. teſtimonium. de teſtib. tenuerit oppoſitum, quòd imò omninò repellatur.

Tamen communis opinio fallit, & habet locum opin. Florian. in cauſa ciuili ardua & magni præiudicij, quia infamis de facto in totũ repellitur. Bald. in l. optimam. C. de contrah. & committend. ſtipul. & in cap. ad noſtram. extrà de proba. Felyn. in dicto cap. teſtimonium. extrà de teſtib. Alexan. conſilio clij. viſo proceſſu. verſi. ſed teſtis. volu. v. Marſyl. in ſingul. cix. incip. infamis. Deci. in cap. licet cauſam verſu, tertio fidei, extrà, de teſt. Ratio poteſt eſſe, quoniam in materia probationum cauſa ciuilis ardua æquiparatur criminali, Bart. & alij in l. admonendi. de iureiu. Ideò teſtes omni exceptione maiores requiruntur. l. fin. & ibi Docto. C. de probat. Idem.

Teſtis domeſticus ratione cohabitationis repellitur indiſtinctè, ſiue ſit talis cui imperari poſſit, ſiue non. Eſt communis opinio ſecundum Soci. conſil. xvij. ſupradicta cauſa. ver. verùm prædictis. volu. j. Idem.

Frater in cauſa ciuili modici præiudicij admittitur in teſtem pro fratre, niſi adhuc ſit in communione. In cauſa verò ardua & magni ponderis, omninò & indiſtinctè repellitur. Eſt communis opinio ſecundum Socin. conſi. xvij. incip. ſupradicta. ver ſ. quoniam iſta eſt communis. volumine primo. Idem.

Vxor pro viro, nec vir pro vxore admittuntur ad teſtificandum. Eſt communis opinio ſecundum Socyn. conſi. xvij. ſupradicta. verſi. quantùm verò attinet. Idem.

Proxeneta ſeu mediator inuita altera partium, etiam ſponte & volens teſtificari non poteſt. Eſt magis communis opinio ſecundum Alex. in conſi. xiij. ver. hoc etiam tenet glo. vol. j. Idem.

Producens aliquos teſtes, ſi poſtea dicti teſtes contra eundem per aduerſarium producantur, non poterit amplius ille contra eorum perſonas excipere. Et iſtud procedit non ſolum ſi ille qui produxit priùs teſtes, ipſis teſtibus iam receptis & productis vſus eſt, ſed etiam ſi poſt productionem eis non vtatur. quia ſatis eſt, quòd vti potuerit. Eſt cõmunis opinio Docto. in cap. præſentium. de teſtib. ſecundum Alexan. in conſilio cxcj. viſis nouis. volumine ſeptimo.

Etiam in vno & eodem teſte, quando non apparet euidenter de cõtrarietate, reducenda ſunt eius dicta ad concordiam, ſaltem in hunc effectum, vt euitet periurium, & falſum. Eſt communis opinio ſecund. Alex. in conſilio. cxc. viſis atteſtationibus, circa princ. vol. vij. Idem.

Dato etiã, quòd inter contrahentes fuerit paries, vel cortina in medio, dummodo tamen notarius, & teſtes qui fuerunt adhibiti ad inſtrumentum, habuerint notas voces ipſorum contrahentium, talis contractus valet & ſuſtinetur. Eſt glo. ſingula. & commun. approb. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. ſecundum Alexandrum in conſilio cxc. viſis atteſtationibus. circa finem. volum. vij. Idem.

Plures teſtes, etiam duo qui videntur varij vel diſcrepantes, poſſunt ad concordiam reduci etiam vt probent. Eſt communis opinio ſecũdum Alex. in conſil. clxxvij. viſis & lectis. volu. ſeptimo. Idem.

Teſtis in vno reprobatus, in aliis etiam nihil probat, ſed in totum repellitur. Eſt communis opin. ſecuudum Dec. in conſil. cv. in cauſa quæ nouarit vol. j. & Alex. conſi. clij. vol. vij.

Fallit quatuor modis, vt per Felyn. in ca. fraternitatis in ſin. extra, de hæret. Idem.

Teſtis mendax in vno, etiam de interrogatoriis generalibus, putà negando ſe affinem pauperem, vel agnatum, in totum reprobatur. Eſt communis opinio ſecundum Alexandrum in conſilio clij. in cauſa & lite. volumine ſeptimo Alex. pulchrè in conſi. xliiij. & conſilio xlv. vol. ij. & conſi. xxviij. vol. vj.

Fratres prædicatores poſſunt eſſe Teſtes in teſtamento, in quo ipſorum Eccleſiæ relinquitur. Eſt com. opinio ſecundum Dec. in conſil. lxxij. in cauſa quæ agitur. in prin. vol. j. Idem.

Teſtes ſeptem puberes in teſtamẽtis regulariter requiruntur. l. hac conſultiſſima, & l. in teſtamentis. C. de teſta. & §. fin. inſti. eo tit. nec valet teſtamentum ſi minor numerus teſtium adhiberetur, etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet. l. conficiuntur. §. j. ff. de iure codicil. hoc itaque procedit de iure Ciuili, ſed de iure Canonico videtur ſancitum contrarium nam teſtator poteſt diſponere de rebus ſuis coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus, & valet ſuum teſtamentum etiam ad non pias cauſas confectum maximè in terris eccleſię. c. cum eſſes. de teſta. Spec. not in ti. de inſtru. editio. §. compendioſe ver. item per ius Canonicum. Io. de Imo. & Abb. in d. c. cum eſſes. Zaba. conſi. lxxiij. puto de iure. Bal. conſi. ſeq. lib. iiij. & Alc conſil. cclxxvj. viſo proceſſu. lib. v. & iſta eſt communis opinio teſte Corn. conſi. cclxj. nume. 9. & 30. vol. iiij. & Moder. in d. c. cum eſſes & Boer. in deciſio. xciij. nu 2. illud teſtamentum coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus conditum habet vires etiam in terris Principi ſeculari quo ad temporalem iuriſdictionem ab eccleſia conceſſis, quales ſunt Ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria, & Vrbinum vt declarat, & ponit Corn. in præcitato conſi. ſed in aliis non procedit, vt per Bald. conſi. cclxxxiii. dominus. libr. iij. vbicunque verò presbyter parochialis non reperiretur in partibus, & terris eccleſię, in quibus condendum eſt teſtamentum, nec haberi poſſet aliquo modo, tũc nota quod loco parochialis alij duo teſtes adhiberi poſſunt per teſtatorem, & ſic requiruntur quatuor teſtes ſine parochiano, & valebit teſtamentum nam duorum vox eſt potentior, quam vnius quantæcunque ſit auctoritatis. c. licet, & c. cùm à nobis. de teſt. l. iuſiurandi. C. eo. tit. & ita voluit ſpecu. in d. ver. item per ius Canonicum, quem ſequitur Cald. conſil. viij. teſtator. in tit. de teſta. Gemin. conſil. xlix. ſuper iſto puncto. Alex. conſi. xvij. vol. j. conſilio cclxxij. lib. iij. & conſi. cv. viſo, & diligenter conſiderato. lib. iiij. & iſtam opinionem Spec. dicit & aſſeuerat obſeruari in practica. Ant. de Butr. & Pan. in d. c. cum eſſes in fi. & communem dicunt inibi Moder. & Bello. conſi. xiiij. nu. 3. declaratur ſimiliter dicta regula in teſtamento condito tempore peſtis, cum eo tempore non ita copia teſtium haberi poſſit ſicut alio tempore, ideoque numerus ſeptem teſtium regularis in teſtamento reſtrictus eſt ad quinque: ſic adhibitis quinque teſtibus in teſtamento condito tempore peſtis valet & tenet vt tradit Nico. de Meta. Bald. Sal. & Iaſ. in l. fin. C. de teſta. Aret. in §. fi. Inſtit. de dona & in ſuo tract. teſtamentorum in ver. ſuum teſtamentum in fin. Cuma. in l. conficiuntur §. codicilli de iure codi. Flor. in l. milites. C. de teſta. milit. Barba. in d. c. cum eſſes. & in conſi. lxxxvij. vol. iii. Marſil. in l. j. §. præterea num. 121. ff. de quæſt. Decius in l. ſcriniarios. in fin. C. de teſta. mi. & in conſil. cclxxxiiij. viſo puncto. Brun. in tract. de forma, dicens ibi ſe pro hac parte conſuluiſſe, & quòd in facti contingentia obtinuit, quem refert Pariſ. conſil. xxxiij. nu. 26. vol. ij. vbi ſubdit, quòd iſta eſt magis communis opinio, magis æqua & humana, Rubeus conſi. clxv. Bert. conſi. clxxix. vol. j. Ripa. in l. centurio. nume. 8. ff. de vulg. & pupil. Boeri. in deciſio. ccxxviij. num. 9. & ſeq. Bal. Nouel. in l. ij. ff. de lega. j. vbi concludit poſt Pontanum num. 4. iſtam eſſe magis æquam. & Soci. etiam qui eã magis verã eſſe dicit in conſi. cxxix. nu. 14. vol. j. Alex. vero in conſi. lxx vol. ij. & Iaſ. in l. ab antiquis. nu. 4. C. de teſta. dicit commẽ contrariã, & malè quamuis eam non ſequatur & communem & veriorem de iure aſſeuerat Boer. in præcitata deciſio. ccxxviij. nu. 10. & Afflict. in deciſi. xxv. inci. in cauſa petitionis hereditatis. Declaratur quoque prefata regula non procedere in teſtamento facto ad quaſcunque pias cauſas: nam teſtamentum conditum ad pias cauſas, corã duobus teſtibus abſque presbyteri parochialis præſentia valet tam in foro Canonico, quã Ciuili, et in terris Eccleſiæ non ſubiectis ſecundum tertiam opinionẽ gloſſ. in d. c. cùm eſſes quam ſequuntur ibi Ancha. Card. Imo. Barba. et omnes, vbi aiunt hanc ſententiam eſſe comm. et veriſſimã ſimul cum Mod. Iaſ. quoque in l. nu. 21. poſt mediũ. in j. lectu. C. de ſacroſan. eccl. Alex. in l. ſi certis. nu. 5. C. de pact. et Boe. deci. xciij. ſuprà alleg. et hoc videtur cõtra ſentẽtiã. Spec. cõm. in principio huius regulæ relata tamẽ iſtas duas opiniones conatur Alex. conſi. xvij. ponderatis iis. vol. iij. ad cõſonãtiã et cõcordãtiã reducere. Doct. in d. c. cũ eſſes, et Boeri. in d. dec. xciij. nu. 3. et ſeq. Interpretatur et limitatur quoque præfata regula nõ

procedere

procedere in teſtamento patris imperfecto inter liberos condito, in quo non requiruntur ſeptem teſtes:nam vbicunque pater faceret teſtamentum,adhibitis duobus teſtibus,inter liberos illud valeret, & teneret l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.cum materia, qui quidem text.ampliatur,vt habeat locum etiam in teſtamento patris cæci imperfecto inter filios condito,non ſeruata forma,ſeu ſolennitate.d.l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.face.poſſ.ſecundum Bal.Ang, Pau.Caſtr.Saly.Corn.Iaſ.& omnes ibi aſſerunt hanc eſſe communem opinionem,quam ſequitur etiam vltra alios relatos per eundem Boë deciſio.ccxl.nu,20.vbi atteſtatur de dicta communi referendo alios contrarium aſſeuerantes.Iſtud teſtamentum inter liberos factum valet etiam cum duobus teſtibus puberibus maribus,aut fœminis ſecũdum gloſſ.in auth.quod ſine.C.de teſta.quam ſequuntur omnes ibi, Cyn.Bart.Pau.Caſtr.Corn,& alij in d.§.ex imperfecto,vbi aſſeuerant hanc eſſe communem opinionem,& eam ſequitur vltra præcitatos, Doct.& alios congeſtos per Mod.in præmiſſis locis Boër.in d.deciſio ccxl. nu. 1. vbi dicit ita vidiſſe judicari in ſacro Conſilio Burdegalen, & vbique. F.Viuius.

Teſtes tam in teſtamento in ſcriptis,quàm in nuncupatiuo ſine ſcriptiſ rogari debent.l.heredes palam.§.in teſtamentis.ff. de teſtam, & l.hac conſultiſſima.C.eodem titul.vnde ſi Notarius in teſtamento diceret teſtes præſentes non adiiciendo expreſſe vocatos ad hoc,& rogatos,teſtamentum eſſet nullum.In dubio enim non præſumuntur rogati cum ſolennitas ſit extrinſeca probatoria ſecundum Dynum & Barto.in dicto §.teſtamentis.Cyn.Franc.de Aret,& Iaſ.in d.l.hac cõſultiſſima.Bart.Alex.Iaſ.& alios in l.ſciendũ.ff.de verb.oblig.& Spec. in titulo de teſtamen.§.j.verſi.ſed quid.& Ruynum conſi.j.nu.4.volu ij.& conſi.xij.num.5.eodem vol.Itam aiunt eſſe communem opinionem Modern.in d.l.ſciendum.Corne.conſ.clxxvj.volu.iij. Soci.in tra, reg.in reg.ccccxx.& Ruynus conſi.cliiij.num.2. volum.iij.licet aliqui Doct.auſi ſint tentare contrarium,relati per Moder.in dicta l.ſciendũ, ſequendo tamen dictam communem tanquam veriſſimam amplia procedere ſimiliter in teſtamento condito ad pias cauſas:eo enim caſu teſtes debent eſſe rogati,vt per Barb.in c.relatum de teſta.Zabarc, conſi.lxxiij.& Alex.conſi.lxx.volu.ij.Soc.verò in præcitata reg. ccccxx, dicit audacter communem eſſe in contrarium.Limitatur tamen dicta concluſio communis ita declarata non procedere, quando teſtes ſe ſubſcripſerunt in teſtamento,tunc ex huiuſmodi ſola ſubſcriptione rogati in dubio præſumuntur,ſecundum Bart.& Soci in l. Domitius, ff.de teſta & Bartol.& omnes communiter in d.l.ſciendum,licet Iaſo ibi præcipitanter contrariam partem tueatur, Idem.

Teſtes non requirunt aliquo pacto acta curiæ,ſiquidem abſque teſtibus habent publicam fidem,ex quo acta ipſa ſuſcipiunt auctoritatem ex præſentia Iudicis, non autem ex perſona tabellionis, & actuarij curiæ,vt per Bartol. in l. comparationes.C.de fide inſtru.cum quo ſentiunt Doctores apoſtillantes ibi.& Bald.in l.geſta.C.de re iudicata.& iſta eſt communis opinio,de qua teſtatur Lanfran, de Oria. in repet.c.quoniam contra. numero 24,in rubr. de prob.& Mod.inibi.& Maranta in tracta.de indi.in vj.par.ij.patris prin.ſuper x, actum nu.51.& quãuis teſtes in actis curiarũ non requirantur, vt ſuperius oſtendimus,tamẽ in actis iudicialibus teſtes omninò,& de neceſſitate debẽt adhiberi,ſecũd.glo.in l.fi.C.de re iudi.& in l.donationibus. C. de dona.vbi Sali.d.magnũ verbũ ita cõmuniter ſeruari,& refer,Dec.in d.ca.quoniã contra.nu.76.& ſeq.vbi abũde declarat hanc materiã.Idẽ.

Per Teſtes duos quis poteſt probare ſolennitatem aut præſumptionem inſtrumenti ſecundũ gloſſ.in l.iuris gentium.§.quod ferè.in ver contrarium,circa fin.ff.de pactis,quam ſequuntur omnes Doct.communiter inibi.& in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.vbi Iaſ.nu.10,atteſtatur de dicta communi.Ruy.conſil.j.nu.8.& ſeq.volu.ij.ſed tamen ſi vellet quis probare contra inſtrumenti tenorem vtique non admitteretur alia probatio.niſi per aliam ſcripturam.l.generaliter.C.de non nu.pecu.declaratur hoc non procedere vbicunque quis vellet probare ſimulationem,ac fraudem aduerſus inſtrumentũ,tunc enim poſſet per teſtes probare talem ſimulationem,ſecundũ gl.in §.ſi vero tale.in auth.de inſtru.cau.& fid.quam ſequũtur omnes Doct.cõmuniter in l. j.C.plus vale.quod agi.& nonnulli alij Doct.relati per Tiraque.in trac de vtroque retract.§.j.glo.xiiij.nume.57.declaratur etiam vt procedere poſſit in probando tenore inſtrumenti,quia tenor ipſius inſtrumenti per teſtes probari poteſt,quando inſtrumentum fuit amiſſum & teſtes ita periti ſunt,vt inſtrumenti defectum cognoſcant, vtputa Aduocati,vel Notarij,& cognoſcant literas illius Notarij,ita concludi Bar.in auth.ſi quis in aliquo.C.de æden.cuius opinio.ſcribit eſſe cõmun.Dec.ibi.num.29.

Validior,ac dignior eſt probatio quæ fit per Teſtes aliis,quæ fiunt per inſtrumenta,ſecundum magis communem opinionem Doct, in c.cum P.Tabellio ext.de fide inſtrum.quam approbat. & citat Dec.in ru.de teſti.& Moder.in repe.l.admonendi.ff.de iureiur.nec mirum,ſi quidem probatio per teſtes eſt naturalis,congruitque iuri diuino,ita Inno.in præcitato.c.cũ P.Tabel.cũ quo ceteri cõmuniter tranſeunt vt per Mod.ibidẽ.& in d.l.admonendi:cõprobatur ſimiliter dicta concluſio per Doct.in d.l.admonendi, quia videtur quodammodo miraculoſa probatio,quod pelli vnius animalis iam mortui credatur,verbi gratia inſtrumento publico. Idem.

Teſtis non poteſt tradere in ſcriptis dictum ſuum Judici,c. teſtes. iij.q.xj.& ibi Io.And.Abb.Syculus,ceterique Canoniſtæ omnes in c. teſtibus.de teſtibus.Bar.verò in l.Theopompus.ff.de dote præleg.nu 12.inclinauit in contrariam opinionem,ſed tamen prima pars verior videtur,iſta potiſſimum ratione,quia teſtis non poteſt deponere per ſcripturam,niſi ſit mutus.c.teſtes.vbi glo.iij.ix.& Spec. in titu.de teſte.in §.nunc tractandum,ver.quid.de muto.Secundò comprobatur, quoniam per Tabellionẽ debent ſcribi verba atteſtationũ,vt ibi probat tex.& hanc partem tenet etiam Saly.l.iuſiurandi.C.de teſti.Panor in d.c.teſtibus,& optimè facit tex.in c.licet ex quadã.extra de teſtib, vbi proprio iuramento & c.quem tex.ad hoc ponderant Abb.antiq, Ant.de But.Panor,& alij communiter poſt Inno.& Gem.j.in c. relatũ v.q.ij.Poſtremo aſſignatur ad fulciendum præfatam opinionem iſta optima ratio,quia Iudex ex trepidatione,& titubatione,facilius veritatem poteſt compræhendere,d.c.teſtes.d.c.à nobis.& d.l.Theopompus,& nor Siculus in d.c.à nobis,& ſic conſtat abundè contra Bart. eſſe cõm.ſententiam omnium Doctor.de qua teſtatur Couarruuias in tract.reſolutionũ iuris Ciuilis.& Canonici,c.xiij,nu.6.lib.ij.& præfatam opin. tanquam veriorem ſequutus eſt Lanfran. in c. quoniam contra de proba.in ver.teſtes.nu.7.poſt medium, & Celſus in addi, Boër.deciſio.j.nu.38.& Marſyl.cum aliis congeſtis per ipſum in l.de minore.§.plurium quoque nu.2.ff.de quæſti.& Bald.in d.l.iuſiurandi, vbi dixit quod non poteſt dicere teſtis,teſtifico prout in hac ſcriptura ſigillata ſigillo meo,ſi non legat illam Iudici,ſecus ſi legeret ſcripturam Iudici,et ipſe velit eum videre,et audire loqui,et hoc modo poteſt ſaluari dictum Bart.in d.l.Theopompus.ff.de dot præleg.ſecundũ Io.And,aliosque communiter in præcitato.c.teſtibus,et in c.licet quadã ſupra citato.Bald.et Sali.in d.l.iuſiurandi.Limitatur prædicta,quod licet depoſitiones factæ per ſcripturam non probent.nihilominus faciunt præſumptionem,ſecundum dominum Ant.in c. in Eccleſiis.de maio.et obedi.quod dictum referunt,et ſequuntur omnes Mod. communiter in d.c.à nobis fallit ſecundò loco dicta communis concluſio in alio caſu,in quo magis probat teſtimoniũ factum per ſcripturã, quam teſtimoniũ viuæ vocis,qui caſus eſt in patre quo ad filium ſuper ætate ipſius filij,ſi de ea diſputetur,nã in tali caſu magis creditur ſcripturæ patris,vel matris,quàm eorum viuæ voci.ita dixit d.Anto. in cap.ex literis.de tranſact.quod dictum ſequitur Barba. ibi,licet Imol.reprobet d.Anto.et malè. Idem.

Teſtis deponens ſe noctu vidiſſe,et cognouiſſe Titium committentem maleficium,vel doloſè contrahentem, vel aliquid dicentem,Luna non lucẽte,et abſque lumine accenſo indubitanter, nec in Ciuilibus, nec in criminalibus negotiis probat,ſecũd,cõm.opin.om.Doct.in l. ſi cũ exceptione.§.in hac.ff.quod met.cauſ.et in l.non minorem. C. de tranſact.et in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtibus,quia de nocte quis nõ poteſt videri,nec cognoſci,imò talis teſtis eſſet de falſo ſuſpectus naturali ratione,ſecund.præcitatos Doct.idemque dicendum eſt, ſi teſtis diceret ſe cognouiſſe Titium delinquentem,et nihil deponeret, quod Luna luceret vel non luceret,et probetur poſtmodum per dictũ Titiũ per computum dierum,quod Luna nõ lucebat,tunc talis teſtis nihil probaret, conſuluit Oldr.de ponte.Laudenſis vt refert.Iaſ.in d.l.non minorem,Bald.Ang.in d.§.in hac.Fel.in c.ſicut,de re iudic. fallit hoc, quandu teſtis diceret ſe cognouiſſe,ſeu vidiſſe Titium patrantẽ maleficium de nocte ad vocem,quia habebat notas voces ipſius,tunc iſta depoſitio faceret indiciũ ad torturam,ſecundum Iaſ.in d.l.non minorẽ.nu.5.Interpretatur ſecundo prædicta concluſio quando teſtis diceret cũ iuramento ſe vidiſſe Titiũ delinquentẽ ſeu cõmittentẽ aliquod maleficium de nocte,quia Luna lucebat,vel aderat Lumen lucernæ, vel ignis,tunc enim fides adhibetur, niſi proberur cõtrarium.quod Luna nõ lucebat.nec aderat lumẽ ignis aut lucernæ,ſecundum Iaſ.& Doct.omnes vnanimiter in d.l.ſi non ſpeciali.& in d.l.nõ minorẽ.Dec conſil..clxiij.in cauſa matrimoniali.& ita conſulendo tenuit Grammaticus poſt alios congeſtos ibi per eum cõſ.criminali lviij. nu.1. Fallit vlterius præallegata concluſio quando teſtis diceret ſe vidiſſe Titium maleficium committentẽ de nocte,quia erat ipſi valde vicinus,& propinquus,vel commorabatur ſimul cum ipſo,tunc licet Luna nõ luceret,nec alia lumina accenſa adeſſent nõ ob id falſus cenſendus eſt ipſe teſtis,imò probat,quia ſæpè cõtingit, præſertim tempore autumni noctes eſſe clariores ſecundum Philoſophos & Phyſicos communiter niſi probaretur contrarium noctẽ illam fuiſſe obſcuram,& teſtẽ prædictum diſtaſſe à dicto Titio per vnã baleſtratã,vel per aliam loci diſtantiã,vt late probauit,& tenuit Oldra.Benuc.de vas qui in apoſtillis ad Franc.Aret.in d.l.non minorem.per Bald.& Ang.in d.§.in hac. & Bald.in l.Arethuſa, in ij.lectu.ff.de ſtatu.homi. Idem.

Teſtis nõ poteſt iurare per procuratorẽ etiam habentẽ ſpeciale mãdatum.& ſic iuramentũ teſtis per ipſum procuratorẽ præſtari nequit ſecund.Bar.in l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dãno infecto.Bal.in rub,de iureiur.& ſequitur Abb.D.Ant.& alij relati per Fel.in c.licet ex quadã

extr.de teſti.Roma.in d.§.qui alieno.& Pan.in d.c.licet,vbi ait hanc eſſe cõm.opin.In contrariã vero ſententiã quòd iuramentũ teſtis præſtari poſſit per procuratorẽ,ſed ipſe teſtis nõ valeat dictũ ſuum deponere per procuratorẽ,inclinauit Io.And.in c.circa.de elect.lib.vj.in nouel.& Rota Roma.quã ſequitur idem Rom.titubanter in ſing. viij.& mouetur Rota ibi per nonnulla fundamenta,& optimas rationes quas reaſſumpſit Curt.in repe.l.admonendi.nu.351.ff.de iureiuran.quaſi inhærendo iſti vltimæ opinioni Rotæ Romanæ,tamen omiſſo multiloquio quicquid præfati Doct.ſuaſerint contra cõm.ab ea in iudicando & conſulẽdo fatuũ eſſet diſcedere,vt late ſcripſimus ſuprà in ver. iuramentum poteſt præſtari per procuratorem,circa fin.

Teſtes deponentes extra articulos,non valet eorum depoſitio,quia teſtis non debet examinari extra articulos,& ſi deponit,non probat ſiquidẽ deponit nõ iuratus.c.de teſtib.extra de teſtib.& l.ſi quis libertatẽ cũ gl.ff.de petit.hered.& Bar.& alij notant in l.ſi duo patroni. §. Iulianus.ff.de iureiur.cũ ſimilib.Alex.in l.j.ff.ſi cert.pet. Ceterũ ſi deponat teſtis quomodo intelligat verba articulorũ, non dicitur extra articulos deponere,cũ iſtud non ſit extra propoſitũ, ſecund.Bart. in l.j.nu.8.ver.ex hoc facit ad quæſtionẽ,per illũ.text.ff.ſi cert.pet.nã pertinens depoſitio dicitur,quæ aliquo modo facit ad cauſam,etiã in modicum ſecund.Bal.in c.quoniã,de teſtib.& in l.probationẽ.in iiij.no. C.de proba.& illud quod adiuuat cauſam,nõ dicitur eſſe ex leui præſumptione impertinẽs,vt per Bal.in c.licet cauſam. ver.ex prædictis apparet de proba.& ſic cõcludũt præallegati Docto.quod teſtis nõ dicitur deponere extra articulos,quando deponit de aliquo certo modo pertinenti ad cauſam,& hoc intelligunt Bart.Deci.ceterique cõmuniter in d.l.j.quãdo teſtis iurauit ſuper articulis:nã ſi iurauit deponere ſuper tota cauſa,facit fidẽ ſine dubio de eis quæ deponit extra articulos dũmodo eius dicta pertineant ad cauſam.vt per Bar. in l. ſi patroni.§.idem Iulianus.ff. de iureiur.& alios complures Doct. congeſtos per Marſyl.in l.j.§.Diuus Adria.nu.2.vbi ſequitur præfatã cõm. opin.& hinc eſt,quòd practici Notarij faciunt teſtes iurare ſuper tota cauſa,& ita ſeruat conſuetudo,vt tradunt Mod.in d.l.ex his vnũ,& tene menti perpetuò,quòd teſtis deponens falſum extra capitula,& extra cauſam in cauſa Ciuili,nõ tenetur ad pœnã falſi ordinariã iuris cõmunis ſiue interpoſitã à ſtatuto,ſed alia mitiori pœna arbitraria debet puniri,ſecundum Bald.cõſilio cvj. volum. j. & iſta eſt communis opinio teſte Ludo.Bol.conſi.xxx.ſer.ſanius. F.Viuius.

Teſtes de collegio,vel vniuerſitate ſeculari non probant pro ea,& iſta eſt com.opin.vt aſſerit Dec.in c.ſuper nu.6.extra de teſti. & Lanf. in c.quonã contra.de proba.in ver.teſtes.nu.37.vbi eam pleniſſimè declarat,quæ cõm.ampliatur procedere etiam in cauſis onerũ ſecund. Abb.conſil.xvj.primò an dictus.in prima.part.Feli. in d.c.inſuper,Iaſ. in l.ſed ſi hac lege.§.patronũ.ff.de in ius vocan.& Afflict.deciſio.ecce inchoante,nobilis.verſi.his præmiſſis.Hoc potiſſimũ procedit,quãdo omnes de vniuerſitate agerent,vel ſyndicũ conſtituerent vel deponerent,quo caſu indiſtinctè etiã in caſibus quibus aliàs admittuntur,putà quando non tractatur de eorũ intereſſe,non eſſent aliquo pacto teſtes idonei,ex quo eſſent teſtes in facto proprio,ſecũd. Bald.in c.iij.loco.de proba.& Afflict.in dicta deciſione cccc.ver.Fallit niſi,&c.Interpretatur iſta cõm.non habere locũ,quando tractaretur de probando actũ factũ in concilio vel congregatione,in qua cõmuniter nõ admittuntur.niſi illi de vniuerſitate tũc pro illa vniuerſitate admittũtur teſtes vniuerſitatis in Ciuilibus,& Criminalibus,vt per Marſ.ſing. xxiij inci.plures.Gramma.conſi.Crimi.xxvj.nu.37.in cauſa matrimonij, & probatur in c.veniẽs,el.ij.de teſtib.vbi tex.in fin.& gloſſ. Abb. Butri Felyn.& alij,Doctores cõmuniter,& in d.c.iij.loco,Interpretatur quoque vlterius non procedere in collegio,ſeu vniuerſitate clericorũ, & religioſorũ,quia abſolutè teſtimonia eorũ de collegio recipiũtur pro vtilitate eccleſiæ:non autẽ in ſubſidium,c.nuntius,vbi omnes ſcribẽ. not.de teſtib. & in c.& ſi Chriſtus,de iureiurand.Iſta eſt cõm.opinio, de qua teſtatur Dec.in d.c.iij.loco.num.45.& ſequẽt.& Socin.in tract. Fallent.in reg.ccccviij.teſtis prælatus,quod ſanè,& cum grano ſalis intelligendum eſſe, aſſerunt Doctores relati per Dec.in loco,de quo ſuprà,quando teſtes hoc caſu eſſent omni exceptione maiores. Sublimitatur autẽ iſta limitatio cõm.quòd Prælatus nõ poteſt teſtificari in cauſa ſuæ Eccleſiæ,quando eſſet quæſtio de bonis menſæ ipſius Prælati,de quibus per gloſſ.in clementina prima,verſic.ad menſam, infrà de exceſſi.prælato.Hoc tenet Ioan. Andr.Anto.Domi.& Sicul.in d.c. inſuper Idem Ioan.Andr.& Docto.in c.præſentium eodem titul. de teſtib.libro vj.licet Anto.in c.cum veniſſet,de iudiciis,videatur tenere contrarium nihilominus præcedens opinio communiter approbatur ex qua Siculus infert in dicto capitulo inſuper Canonicum non poſſe admitti in teſtem in cauſa ſuæ præbendæ,cum illa ſit deputata pro menſa ſua,ſequitur ibi dicẽs , pro hoc optimè facere , quòd licet prælatus poſſit Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ , ſicut Laicus , non tamen ſi fuerit quæſtio de bonis menſæ ſuæ , ſecundum Hoſtien. in capitulo procurationes de cenſibus. Calde. conſilio ſexto titulo de iudici. Doctores poſt collecta in dicto capitulo cum veniſſent , & præcitatam communem ſequuntur omnes Doctores in dicto capitulo inſuper,& audacter eam atteſtantur ibi , & communem prædictam princip.poſitam interpretatur , & limitat in ſeptem caſibus non procedere.Soci.in dicta regul.ccccviij. F.Viuius.

Teſtificari,vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio, nec filius pro patre.capitu.ſi teſtis.iiij.quæſtio.iij.notat Ioan.Mona.in ſuo defenſorio iuris.in rubri.contra teſtes.& Specu.in titul.de teſte.§.j.& ita ſe habet communis opinio omnium ſcriben.variis in locis iuris noſtri,vt planè & abundè deducit Albericus in tractatu de teſtibus & Grammat.deciſio xlv.& xlviij.& iſta communis cõcluſio,quòd pater regul. non poteſt teſtificari pro filio, probatur in l. parentes. vbi gloſſ. not. Cyn.& Butri.C.de teſtibus Ampliatur iſta concluſio, vt procedat in cauſa filij,etiam emancipati,in qua regulariter pater non poteſt teſtificari,dicta l.parentes.vbi Doctores communiter omnes,tenet etiam Bartol.in l.qui teſtamẽto.§.per contrarium.ff.de teſtibus.& latè Specul.& ibi Ioannes Andreas in titul.de teſtib.§.j.& ſequen.verſicu,itẽ quod eſt parens Limitatúrque in cauſa religionis,in qua pater pro filio teſtificari poteſt.capitul.præſẽs.xx.q.iij.& mater teſtificatur etiam cum quæritur de ætate vel genere,aut cognatione filij.l.etiam in matris.ff.de probatio & quamuis gloſſ.ibi dicat,quòd non recipitur vt teſtis,ſed vt ex ipſius reſpõſo Iudex melius inueniat veritatem, nihilominus indubitanter mater poteſt teſtificari in cauſa ætatis filij cõprobandæ,ſecundum gloſſ.in §.item in Criminali.in verſicul.teſtis idoneus.iiij.quæſt.iij.Bart.in l.ij.§.ætas.ff.de excu.tut.& Aret.in §.pater.Inſti.de teſta.Limitatur in cauſis matrimonialibus,in quibus pater vel mater poteſt eſſe teſtis,cũ quæritur vtrum matrimonium poſſit eſſe cum eis,vel non propter conſanguinitatem,vel affirmitatẽ. c.j.xxxv.q.vj.c.tranſmiſſa,qui fil.ſint legi.& c.ſuper eo,de ſponſ. & idẽ tenet Io.de Ana.& ibi Bolog.in add.in conſil.lij.& Cald.conſi.xj.in ti. de teſti.Ceterum vbi agitur an matrimonium fuerit cõtractum,vel nõ ſponſa aſſerente fore contractum,ſpõſo hoc negante,ſi eo caſu ipſe ſponſus ditior,vel nobilior,vel potentior vel honorabilior eſſet,pater & mater ſponſæ profectò non admitterentur in fauorẽ matrimonij. d.c.ſuper eo.& c.ex literis.eo.tit.& ita dicit Spec.in tit.de teſta.§.j.verſi.item quòd eſt parens,adiiciens ibi dominum ſuum dicere,quod etiam ſi ſint pares pater & mater,videntur ſuſpecti,vnde bonus Iudex hoc arbitratur,l.cõtinuus actus.ff.de verb.oblig.in prin additio idem Spec.in d.§.j.quod ſufficit alterum iſtorũ.videlicet quòd ditior,vel etiam nobilior licet in aliis ſint pares ad hoc,vt pater & mater intelligantur ſuſpecti.d.c.ſuper.eod.& hoc optimè declarat Io.And.in addi. ad Spec.in d.§.j.ſed opin.Spec.reprobauit Soci.in tract.Fallen.in reg. ccccxxvij.teſtes parentes pro liberis nu.6.vbi ait com.opin.eſſe Ioan. Ad.Hoſt.& aliorum contrariam in locis præcitatis , quòd in caſu iſto relinquatur Iudicis arbitrio,vtrũ in d.cauſa matrimoniali parentes admittantur.qui quidem bonus Iudex diligenter inſpicere debet an adhibenda foret fides patri vel matri,circa prædicta item parens poteſt teſtificari in cauſa ſtatus ſecund.Bart.in l.iij.§.duæ cauſæ.ff.de Carb. ed.& Io.Fab.in d.§.pater.itẽ poteſt teſtificari in teſtamento militis ſecun.Ang.poſt glo. vbi ſuprà ſed non poteſt teſtificari in cauſa legitimationis filiorum.vt per Bartol.in l.Gallus,in fin. princ. ff.de libe. & poſthum.Limitatur vltimo loco in teſtamento filij de Caſtrenſi , vel quaſi Caſtrenſi, vel aliis contract.in præcitato §.per contrarium depoſitis, aliáſque limitationes quã plures recenſuit, & poſuit. Soc. in dicta reg.427. F.Viuius.

Teſtis non poteſt eſſe vxor pro viro.nec contra ſecundum gl.& omnes in l.etiam C.de teſti.& Albe.in tract.de teſti.in rub.quando teſtes repellantur ratione domeſticitatis,Bal.& Sali.in l.ij.C.de teſt.Gramm. deci.xlv.& lxxiij.nu.19.Ampliatur prædicta non modo procedere in commodo pecuniaro viri.ſed etiam famæ et honoris,vt not.Bar. in l. lex Cornelia.ff.de iniur.et Deci.conſilio cxxxij. Ampliantur ſecundò iſta omnia,quod teſtificans ſuper eo.cui ineſt ſuum commodum, vel incommodum,non probat etiam ſi deponens ipſe eſſet Epiſcopus vt per Decium conſilio xci.ſed contrarium tenet Crauet. conſilio lxxiij. numero trigeſimoprimo. et iſta concluſio quod teſtes non probant in illo quod eſt ſibi commodum,Declara,niſi illud commodum veniret in conſequentiam,vt per Dec.conſi.100.Fallit ſimiliter iſta communis,quod non eſt idoneus teſtis quis,quando tractatur de eius commodo in teſte qui probaret , et produceretur contra tutorem, qui non confecit inuentarium,vel librum vt per Bart.in l.ſer. de iure fiſci quem ſequitur Deci.conſi .cclvj.Limitantur prædicta,ac declarantur duobus aliis modis per Dec.conſi.cccxlij.

Teſtis eſſe non poteſt periurus vel infamis nec admittitur aliquo pacto adiurandum in litem,nec in ſupplementum probationis contra alium periurum,vel infamen,ſeu doloſum,vt per Bar. in l.cum mulier. ff.ſol.mat.quem ſequuntur inibi Alex.cæterique Doct.omnes communiter,Feli.in c.teſtimonium,de teſti.& Iaſ.in l.arenam.C.de inoffi. teſta.& Moder.in præcitata l.cum mulier,vbi atteſtantur de dicta cõmuni,& Lanfran.in c.quoniam contra,de probat.in verſ.teſtes.nu.74. poſt medium.& Soci.ponit hoc pro regula,cum iiij.limitationibus in tract.Fallen.in reg.ccccxv.infames infamia facti imò dic in fortiorib. terminis quòd periurus quantuncunque emendatus non admittitur

in teſtem

in teſtem in cauſa Ciuili, nec in criminali, vt in dicto c.teſtimonium. et in cap.quicunque.vj.quæſt.j.glo.in l.qui cum vno. §. ignominia. ff. de re milita, quam glo.Bald.allegat pro ſingulari in l. Lucius. in fi.de his, qui not.infam. hoc idem voluit Ioan. Andr.in add.Spec.in tit.de teſte.§.j.num.4 Bald.in authent.ei qui iurat.in princip.C.de auctori. iud.poſſ.per illum text.Rom.in l.ij.ff.ſolu. matr. Iaſ. in l.admonendi. num.117.Ripa num.56.Cur.et.alij inibi.ff.de iureiur.idem Ripa. in l. damnum.num.6.ff.de dam.infect.et. Marſ. in ſing. cclxxiij. quoniam talis teſtis caret eo, quod eſt potiſſimum in teſte, ſcilicet veritate, quæ in teſte, debet eſſe pura, et ſimplex. in cap. pura.iij. quæſt.ix. ideóque violato ſemel iuramento, quod eſt confirmatorium veritatis, cap.et ſi Chriſtus.de iureiur. remanet ſemper ſuſpicio periurij. d.can. quicuncunque, et cano.paruuli.xxij.quæſt.j.et violato in vno officio, ſemper præſumitur defectus in eodem, l. ſi aliquid. C. de ſuſcep.et Arcariis lib.x.ſecundum Doct.in d. c. teſtimonium, vbi omnes communiter excepto Zabare.hoc firmant, et expreſſè tenent. F.Viuius.

Teſtis eſſe non poteſt aduocatus in poſſeſſorio, in quo fuerat aduocatus, Poteſt tamen eſſe idoneus teſtis in petitorio, vt per Ripam in l.naturaliter.§.nihil commune, notabili.xviij. ff. de acquir. poſſeſſ. Eſt etiam idoneus teſtis aduocatus pro clientulo ſi adhuc patrociniũ non præſtitiſſet, ſecundum gloſſ.et Lanfran.in cap.quoniam contra, de probat.in verb. teſtes, num.67. vbi ſequitur opinionem iſtorum, et ait, eſſe communem, poſſet quoque eſſe teſtis aduocatus in alia cauſa, in qua eius teſtimonium abſque dubio aliquo reciperetur ſecundum præcitatos Doct.iſta eſt communis opinio teſte Lanfran. in loco præmiſſo.Similiter ſolicitator cauſæ, non eſt idoneus teſtis ſecundum Grammat. deciſ.lxxiij.numero 9. Sed dato quòd contra tales teſtes pars non opponat, vtrum poſſet iudex eos reiicere, vide Alex. declarantem in l.iiij. §.hoc autem indicium. num. 20. ff. de damno infect. item mediator non poteſt dicere teſtimonium. vt per Deci.conſilio cxxxiij.et cccclxiij.et Crauet.conſilio lvj. item nec proxeneta eſt idoneus teſtis et integer, vt tenet gloſſ.in §.quoniam verò legem. in authent.de teſt.in verſic.prohibitione. Cyn.l.omnibus. C.de teſtib. Alber.in l.ſi tibi decem.§.pactum.ff.de pactis.Ang.in l.debet. ff.de ædil. edict. Anton.conſil.xxiiij.Anchara.conſil.cccxxxj. Fulgoſ.conſilio xj. Panorm.in cap.inſuper.extra de teſtib. & in cap. licet Hely. extra de ſimo.Alexand.& nonnullos alios Doctor. cumulans conſil. xiij. lib.j. conſil.cxxviij.volum.ij.conſil.cl. lib.v. conſil. ccxij.lib.vj. et conſilio cxxvij.circa finem.lib.vij.Barb.conſil.liiij.volum.ij.Guido Papæ conſilio lxxiiij.et Bertran.conſilio clxxviij. libro ij. et conſilio ccxxv.lib. iij.et quamuis determinati iuris ſit quod proxeneta teſtis eſſe non poſſit: tamen erit ipſe proxeneta teſtis integer, et idoneus vtraque parte conſentiente, et ita ſe habet communis opinio omnium Doct. de qua teſtatur Curtius Iunior conſil. cxij. num 8. quia teſtes inhabiles poſſunt conſenſu partium validari ſecundum Ioan.And.in addit. Spec.in titu.de teſte.§.ſæpe in addit.j.et in §.j.verſic.quid, ſi vidit. in titulo de probat. Anton.et Imola in cap.cùm dilectus.de conſuet.Alexand.conſilio cxxij.viſo proceſſu, volum.ij.pro quo facit etiam text.et ibi Bald. in l.fin.C.de fideicomm.vbi habetur, quod conſentiente aduerſario quis poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, et facit quod tenet inno.in cap. cùm cauſam.extra de teſtib. quem ſequitur Saly.in l.ſi quis teſti. C.de teſtibus vbi dixit quod atteſtationes inualidæ poſſunt ratificari conſenſu partium, quod dictum Innocentij ſequitur etiam Romanus conſilio ciiij.pater reuerende, circa fin. et Alexand.in l.Titia.ff.ſolut. matrim, quam quidem communem ſequitur etiam, et declarat Ruynus conſilio xxxiiij.numero 14.et 7. volum. iiij. Quamuis autem vt in princ.oſtendimus aduocatus teſtis eſſe nequeat pro clientulo ſuo, tamen contra ipſum bene poſſet teſtimonium ferre, vt voluit gloſſ.in l.fin.ff.de teſt.quam dicit communiter approbari Lanfran.in d.c.quoniam contra.in ver.teſtes.num.67. Viuius.

Teſtes affines, ſocij, amici, & domeſtici non ſunt idonei teſtes, et in criminalibus repelluntur à teſtimonio l.ij. et l.parentes. C. de teſtib. In tantum hoc procedit, et ampliatur quòd ſi dicti teſtes ſunt admiſſi, minimè probabunt ſecundum ſcribent. omnes communiter in locis iam citatis, et de iſta communi teſtatur Grammat. conſil. xlv. nu.15. et conſil.lviij.num.6.et ſequen. tamen nota quòd ad probandum furtum, vel dolum factum in domo actoris de die, vel nocte per Sempronium, et ad probandum quantitatem rerum erunt teſtes idonei, ex eo quia alij teſtes in ipſa domo actu et habitu veriſimiliter haberi non poſſunt, text.eſt in l.conſenſu.§.ſuper plagiis, vbi Doct.not. C. repud.Abb.in cap.fin.nu.9.de præſcript.Bart.Cyn.& Iaſ.in l.ſi quando.C.vnde vi.nume. 43. Marſyl.in ſua pract.Crimini.in § diligenter. num.81.Anton.de Butr.& Doctor.in cap.iij.loco. de probat. Abb. & ſcriben.omnes in c.cùm in tua.de ſponſa.& ad probandum geſta, vel acta in domo, teſtes domeſtici admittuntur, et præferuntur aliis, vt per Franc.de Aret.in conſil.xiij.num.17. Simile videmus ad probandum geſta in naui, vel in domo admittuntur teſtes nauis, vel domus.l.quoties.et l.de ſubmerſis, vbi Bart.et Doct.C.de naufrag.libro xj. text.in cap.veniens.ij.in fi.de teſtib.Ioan.Andr.in addit.Spec.in titu. de teſte. §.j.verſic.item quod eſt domeſticus, Similiter innocentia rei accuſati, poteſt probari per eius parentes, fratres, et alios domeſticos, et alios teſtes aliàs non idoneos, vt per Marſyl.ſing.lix.innocentibus, Alexan. conſil.xxiiij.num.45.volum.ij.et conſil.v.num.5. volum.j.Grammat. conſil.xij.ver.v.quoad.num.19.cap.manifeſtè et c.ſeq.vbi Archid.xij. quæſt.j.Spec.in titul.de inquiſitione.§.j.verſic. ſed nunquid cas.Iaſ.et Dec.in l.vt vim.ff.de iuſt.et iur.quódque procedit, ac verum eſſe intelligo, niſi contra dictos domeſticos eſſent alij teſtes ſecundum Bald.et Salyc. in d.l.parentes.Grammat.in d.conſil.xij.num.19. Carrerius in ſua practi.Crimin.num.165.in fine.et Grammat.poſt alios relatos ibi per eum in deciſio.xxxiiij.nu.14. Item limitatur prædicta communis non procedere in patruo, qui poteſt eſſe teſtis pro nepote ſuo, et ſimiliter conſobrinus pro conſobrino, et ſic de ſingulis, ſecundum Bart. in l.qui teſtamento.§.per contrarium.ff.de teſtam.& Doct. omnes in l.parentes. C.de teſtib.gloſſ. & omnes in cap.accedens.& Lanfran.in c.quoniam contra.de probat.in verſic.teſtes, num.58.vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem Doctor.vtriuſque aulæ, & eam vtiliter declarat. F.Viuius.

Teſtes ſingulares non faciunt fidem, nec eis aliqua fides adhibetur, ca.cum literis.de teſtib.& l.iuſiurandi.C.eodem tit.& c.licet cauſam, vbi omnes Doct.communiter hoc not.de probatio.& Spec. in tit. de teſte.§.j.verſic.Item quod teſtes ſunt varij, quia vbi eſt ſingularitas, ibi non eſt numerus, vnde tantũ probant mille teſtes ſingulares, quantum vnus ita dicit Bald.in d.l.iuriſiurandi.imò teſtes ſingulares nedum non faciunt fidem, ſed etiam qui poſſunt eſſe ſingulares non probant, ſecundum Bald.in l.fin.C.de edicto.Diui Adriani tollen.& in cap.bonæ j.de electio.& refert Corne.conſil.lxxxix.volum.j. circa fin.ſed teſtes ipſi ſingulares aliquando faciunt fidem, maximéque quando tendunt ad eundem finem per diuerſa media ſibi ad inuicem patrocinantia, puta quia vnus deponit de veritate, & alius de confeſſione, ſecundum Bald.in rub.de controuer.inueſti.per text.in cap.fin.De ſucceſſio. ab inteſta.idémque voluit.Felyn.in ca.licet ex quadam, de teſtibus & Caccialupus in repet.l.admonendi.ff.de iureiur.& poſuimus nonnullos caſus infrà in ver.teſtes ſingulares ſufficiunt, in quibus teſtes ſingulares probent, nec per teſtes ſingulares probatur aliquo modo conſue.ſecundum Pet.de Bellapertica, & Cyn.in repetit.l.ij.C.quæ ſit longa conſuetudo, Ioan.Andr.D.Ant.Flor.in iiij.quæſt.Anchar.& communiter Doct.in ca.fin. de conſuetudine, quam opinionem declarat ibi Rochus Curt.in iiij.Sectio, num.69.& ſic in fin.ſuæ repetit.& communem dicit Deci.conſil. ccv.& nota quòd tunc dicuntur teſtes ſingulares, quando eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum ſecundum Bartolum in l.ij.§.dubitetur.quemadmodum teſta. aperia. & Bald.in l.ij.C.de bono.poſſ.ſecundum Tab.in l.j. C.ſi vnus ex plu.aperia, circa finem, & in l.apud antiquos. C. de furt.quomodo autem cognoſcantur teſtes eſſe ſingulares Specul. in titulo de teſte.§. iam de interrogatoriis, verſiculo quid, ſi vnus, & in §. ſæpe teſtes, cum §.nunc tranſeamus, & ibi Bald.in additionibus dicunt hoc ex ſex vel quinque cognoſci, de quibus in ca. cùm cauſam, de teſtib.vt quando primò variant in perſonis, ſecundò in re, tertiò in tempore, quartò in loco, quintò in cauſa, ſeu ratione, ſextò in circunſtantiis. F.Viuius.

In teſtem non admittitur ſocius criminis contra ſocium.l.fin.C.de accuſ.adeò quòd non eſt teſtis idoneus ipſe ſocius criminis, etiam ad formandum inquiſitionem ſecundum communem opinionem omnium Doct.quam citat & ſequitur Decius conſi.clxxxix. lætatus ſum, num 9.Grammat.conſil.crimi.xxxvij.num.14. poſt alios quamplures ibi congeſtos per eum, & conſil.xxxviij.num.20. Sed hoc non procedit, vbicunque veritas ex natura negotij aliter haberi, ac ſciri nequeat vtputa in coniuratione, vel tractatu, ad quem probandum recipiuntur teſtes alias inhabiles, cum ſecreto fiant, ſecundum Iaſ. in l.j. C.de ſumma Trinit.& fid cath.& in l.fin.C.de his qui, vt indig.miniméque hoc habet locum in crimine læſæ Maieſtatis, quia tunc admittitur ſocius criminis contra ſocium, vt per Pet.Follerium in ſua practica crimina.in ver.Item qui commiſit crimen læſæ Maieſtatis. num. 2. propterea nec teſtimonium tantum ſocij criminis in caſibus, in quibus poteſt ipſe de complicibus interrogari, eſſet ſufficiens indiciũ ad torturam abſque aliis indiciis, quia iſto caſu talis confeſſio facit aliqualem præſumptionem, ac indicium, ſecundum glo. in d.l. fin. C. de accuſat.cum qua ſentiunt omnes Docto.indubitanter ibi, & hanc dicit communem eſſe opinionem Boerius in deciſio cccxix.num.3. & ſeq. & Grammat.in voto vj.num 2.Crauet.conſil.ix.num. 6.vbi hoc clarius declarat, & Socin.pleniſſimè in tract.Fallent.in reg.ccccxxviij. teſtis ſocius criminis, & quemadmodum nota ſocius criminis non recipitur in teſtem contra ſocium, ita nec admittitur ſocius eiuſdem criminis ad accuſandum ſocium, & ſic ab accuſando repellitur, vt per Bart.in l. qui accuſare num.8. ff.de accuſ.& alios latè congeſtos per Iaco.Nouel.in tract.ad defenſam, in rubr. quæ perſonæ accuſare non poſſunt, incip. quoniam ſatis vtiliter hactenus vidimus, nu.33. & ſeq. vbi hoc limitat, & declarat in tribus caſibus, vt ibi per eum, & ſimiliter carceratus, ſeu poſitus in carceribus publicis teſtis eſſe nõ poteſt, ſecundum Doct.omnes in l.iij.§.lex Iulia. ff. de teſtibus. per text.ibi, & Lanfran.in cap.quoniam contra de prob. in verb. teſtes.nume.83.

vbi

vbi ſupponit iſtam eſſe communem opinionem. F.Viuius.

Teſtium examinatio in cauſa ciuili per Iudicem recipi debet, non autem per Notarium: quia Notarius de iure abſque Iudicis commiſſione non poteſt teſtes examinare, cum ad iudicem examinatio pertineat, ſecundum gloſſ. vbi Doct. not. in l. hac conſultiſſima. §. fin. in verb. depoſitiones. C. qui teſta. face. poſſ. in l. iubemus. prima. C. de libera. cauſa, & eſt text. ſecundum vnam expoſitionem glo. in l. ſolam, C. de teſtib. & gloſſ. in l. curent. ff. eod. tit. & ita hoc pro regula tradit Bald. in cap. ſi qui teſtium. de teſti. & Fely. in cap. cùm cauſam. num. 26. de teſtib. pro qua quidem regula facit quod dicitur quòd probationes ſunt fiendæ Iudici. l. quinquaginta. ff. de probat. & habetur in l. eos. & in l. ſi quando. C. de teſtib. not Marſyl. in repetit. l. fin. C. de probat. & in l. j. ff. de teſtib. & facit glo. not. in d. l. iubemus, quę dicit quod confeſsio facta coram Tabellione abſque præſentia Iudicis non præiudicat, & dicit etiam ibi Saly. quòd ſi talis confeſsio fieret coram Iudice ad hoc vt præiudicet confitenti, debet fieri Iudice ſedente pro tribunali, vt dixit fortiùs Bald. in tit. de pace Conſtan. in ver. ſecundum mores, & leges illius Ciuitatis, quem ſequitur Iaſ. in l. j. ff. de fer. & in repetitione l. admonendi. ff. de iureiuran. verſic. nunquid autem Iudex quòd etiam Tabellio non poteſt de conſenſu partium ſine præſentia Iudicis recipere dicta teſtium, nec iuramenta, nulla facta prius ſibi commiſſione per Iudicem, & dixit idem Bald. in addi. Specu. in tit. de teſte, verſic nunquid repetitur, quod nunquam reperitur, Notarium poſſe recipere iuramenta teſtium abſque commiſſione Iudicis, allegat gloſſ. in d. l. hac conſultiſſima. §. fin. & ſubdit idem eſſe in inſtrumento, vel confeſsione, quia nec etiam Notarius poteſt illam recipere ſine Iudicis commiſsione, allegat glo. in d. l. iubemus, quam dicit eſſe ordinariam, & ſubdit ibi Bald. quod recipere pertinet ad Iudicem, ſcribere verò ad Tabellionem faciunt etiam dicta per Barto. in l. is apud quem, in prin. C. de æden. vbi dixit, quòd Notarius non poteſt dare acta parti illa petenti ſine Iudicis commiſſione, quod etiam voluit Pau. de Caſt. ibi optimé etiam faciunt dicta per eundem Bald. in d. l. hac cõſultiſsima. vbi per illam gloſſ. ibi dicit quòd pro[b]ationes non poſſunt fieri Notario ſine mandato Iudicis, & iſta regula ita corroborata. Fallit primò loco, niſi talem teſtium examinationem Iudex committeret ipſi Notario, quia hoc fieri poteſt ſecundum Bal. Angel. & Pau. Caſtren. in d. l. hac conſultiſsima. §. fin. Salic. in authent. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrument. vbi ait, quòd quicquid ſit de iure hodie hoc eſt deductum in conſuetudinem regularem propter magnitudinem agendorum, & idem dicit, & tenet Imo. in l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſta. aperian. intellige verum eſſe, ſi huiuſmodi commiſsio teſtium ſit facta ex cauſa, & iſta eſt communis opinio, quã allegat & ſequitur Marſyl. in l. de minore. §. plurium quoque. nu. 16. ff. de quæſtio. Contrarium verò tenuerunt nonnulli Doct. relat. per Fely in d. c. cùm cauſam nume. 29. & ſequen. ſed tamẽ, ipſe ibi ſequitur prædictam limitationem communem & Abb. in capitul. quoniam contra de probationib. Fallit ſecundò dicta regula communis quando examinatio teſtium per Iudicem fieri non poſſet, vtputa ſi teſtis erat in articulo mortis, vel commoratur in partibus valde longinquis, adeo quod ſi pars quæ volebat teſtem examinari facere iuiſſet ad iudicem, teſtis ſtatim periiſſet eius teſtimonio nõ habito, nam ſi tunc examinatur per Notarium ſine Iudicis præſentia valebit eius dictum ad præſumptionem aliquam inducendam ſecundum Bart. in d. l. admonendi verſi. quid ſi dictum teſtis quem ſequitur Felyn. alios citans in dict. cap. cùm cauſam. num. 22. & Marſyl. in l. de minore. §. plurium quoque. ff. de quæſtio tertiam verò limitationem tradit Feli. in d. c. cũ cauſam. nu. 31. Viuius.

Teſtium examinationem in cauſa criminali Iudex alicui Notario committere nõ poteſt, imò nec alteri Iudici ſeu eiuſdem, ſeu alterius territorij, ſecundum Bald. Cyn. Salyc. aliôſque communiter in auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. per illum text. glo. in clem. j. in verſic. Ciuili, vbi bonus text. de offic. deleg. & eſt optimus text etiam ad hoc in l. iij. §. diuus. ibi nam ipſos interrogare ſoleo, & cætera. ff. de teſtib. quem ad hoc not. Bald. in c. ſi qui. teſtium de teſti. in antiq. & idem diſponitur de iure regni. Neapolit. vt reperitur ſancitum in conſtitutione incip. In pecuniariis litibus, idem tenet Bal in rubr de controuer. inueſti. in vſib. feud. Fel. in c. cum cauſam nume. 21. de teſti. & Curtius in repet. l. admonendi. num. 260. ff. de iureiuran. vbi audacter dicit iſtam eſſe communem opinionem Ratio dictæ communis videtur iſta ſecundum tex. in c. quoniam contra de probatio. quia Iudex debet videre qua voce, qua trepidatione, & cætera deponant teſtes, & hoc idem probatur in d. clemen. j. & facit quod dixit Specu. in titu. de teſte. §. primo verſi. item quod eſt Criminalis, & optimè faciunt omnes illi caſus, quos recenſuimus poſt princi. præcedentis concluſionis, qui quidem procedunt, & habent locum non ſolum in Criminalibus, verum etiam in ciuilibus cauſis, quia etiam in illis probationes debent fieri Iudici, nec poſſunt recipi à Notario ſine præſentia vel commiſſione Iudicis, ſecundum gl. in l. hac conſultiſsima. §. fin. C. qui teſta. face. poſſ. & hoc ibi volunt Doctor. ſequẽdo illã glo. ad quòd etiam facit gl. in l. curent. ff. de teſti. etiam eſt bonus text. ſecundum vnam lectu. gloſſ. in l. ſolam. C. eod. titu. de teſtib. de quo per Bart in dicta l. admonendi. verſ. quid ſit dictum teſtis, & per Baldum in l. præcipimus. C. de appellat. & in l. iubemus. prima C. de libera. cauſa, in authent. quæ ſupplicatio. C. de precibus Impera. offeren. in c. primo. §. item ſacramenta, de pace iurament. firmat. & in d. ca. quoniam contra. & ibi per alios, & per Ancharan. in c. præſentium §. teſtes. de teſti. in vj. vbi refert. Io. And. reprehendere Iudices cõmittentes Notariis examinationem teſtium, quia ipſimet debent eos examinare in propria perſona, & iſta communis ita comprobata ampliatur, vt procedat etiam in cauſa Ciuili ardua, ſuper qua Iudex non debet Committere audientiam teſtium alteri, ſed iubere ad ſe vocare ſecundum Pau. de Caſtr. in l. Iudices. C. de fide inſtru. Imo. in l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſta. aperian. And. de Iſer. & Afflict. ſuper dicta conſtitutione incipien. In pecuniariis litibus, per text. ibi, & Capicium latè deciſio ix. num. 5. Limita primò dictam communem non habere locum, vbi teſtes abſentes non poſſunt cogi ad veniendum coram Iudice, vtputà quando teſtes eſſent extr. prouinciam, tunc enim poteſt eorum examinatio, etiam in cauſa Criminali, alteri committi, vt voluit Iacob. de Arec. Nicola. de Matarell's, Bald. & Imo. in authen. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtrumen. & Felyn. nonnullos alios citans in c. cùm cauſam. num. 24. & ſequen. de teſti. Limita ſecundò, quando Iudex non poſſet intereſſe examinationi propter multitudinem occupationum poterit tunc etiam in criminalibus committere audientiam teſtium ſecundum Bald. & alios ſupra relatos in d. auth. apud eloquentiſsimum, quia neceſsitas facit probabile, quod alias eſſet improbabile, & ſubiicit Bald. ibi de cõſuetudine ita ſeruari, & Panor. in d. c. cùm cauſam. Limita tertiò et dic quòd licet ſuper probatione principalis delicti non poſsit committi alteri teſtium examinatio, nihilominus ſuper remotis à principali delicto ac etiam ſuper adminiculantibus poterit fieri commiſsio, ita Saly. in d. auth. apud eloquentiſsimum, et hoc comprobatur ex eo, quod voluit in ſimili Ange. in l. ſicut. §. ſi procurator. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſoluitur, vbi not. quòd licet in capitalibus non admittatur procurator. l. penult. §. ad crimen. de pub. iudic. et in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. tamen admittitur ad allegandum iniuſtitiam, ſeu nullitatem banni, quę ventilatur ſeorſum à delicto principali, comprobatur hoc etiam ex eo quod not. Bart. in l. j. in princip. ff. ad Turpil. vel in l. interdum. §. qui forem. ff. de furtis. vbi dicit, nota quòd licet Iudex maleficiorum non poſsit cognoſcere de cauſis Ciuilibus, eſt verùm principaliter, incidenter tamen bene poterit cognoſcere cauſas, quæ deſcendunt ex crimine, ſicut eſt reſtitutio rei furto ſubtractæ, item de expenſis factis in cauſa poterit cognoſcere, & reum in eis condemnare, et illas taxare, et hoc idem not. Barholo. Socin. in l. prima numero 35. ff. ſoluto matrimon. Quartò limita quando teſtes eſſent adeò ſenes, et valetudinarij, vt ſine periculo coram Curia, vel Iudice ſe præſentare nequeant, quo caſu etiam in cauſis criminalibus examinatio committitur ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, vt habetur in ritu incip. Item ſeruat ipſa Curia alicui, et cætera. et notat Follerius in pract. crimi. in rubr. detur copia capitulorum inquiſitis, numero 7. et ita in contingentia facti fuit deciſum in ſacro Concilio Neapolitano, vt refert Capicius in deciſ. xc. num. 8. Viuius.

Teſtes in cauſa principali publicati non poſſunt amplius produci in cauſa appellationis vrgente pari timore ſubornationis in cauſa appellationis, ſicut & in principali, quamuis diuerſa ſit inſtantia, & timorem præfatę ſubornationis exploratum eſt mouiſſe Pontificem ad ita dicendum in clemen. teſtibus extra de teſtib. & in c. fraternitatis eodem titulo, in antiq. & ita per illum tex. tenet Bart. in l. per hanc. C. de tempo. appellation. Lanfran. in c. quoniam contra de probat. in verſi. teſtes. nu. 38. & ſeq. & Canoniſtæ omnes communiter in c. per tuas de teſtib. vbi Fely. magiſtraliter ponit multas limitationes. & Soci. in tract. Fallent in regu. cccclxvi., verum enim verò Cyn. Bal. Ang. cæterique omnes communiter in d. l. per hanc. affirmant de iure Ciuili contrarium, videlicet quòd in cauſa appellationis poſsint recipi teſtes, publicatis etiam atteſtationibus in cauſa principali ſuper eiſdem articulis ſeu directo contrariis, & hoc probatur in l. fin. C. de teſtib. & ita ſeruat conſuetudo, & practica. teſte Martino Granato in tract. de opinionibus Bart. reprobatis, & ſic iudicaui in facti contingentia, dum eſſem Iudex criminalis. in Ciuitate Terami, anno Domini 1562. videlicet obſeruandum fore præfatam communem ſententiam in terris Imperij. Vnde ſcias tradendam eſſe tenaciter memoriæ dictam cõmunem, in practica, ex eo quia vidi nonnullos aduocatos errare, & ne in aliquem errorem incidas vide obſecro pulchram diſtinctionem traditam per Martinum Granatum in præcitato tracta. vbi ſaluat opinionem Bart. procedere in Terris Sedis Apoſtolicæ, ſeu in foro Canonico. c. fraternitatis. de teſtib. & opinionem communem habere locum in foro ſeculari d. l. fin. C. de teſtib. et ita reſidet Lanfran. in d. c. quoniam contra, in ver. teſtes. nu. 39. in fin. Viuius.

Teſtis deponens, reſpondénſque cõtenta in proceſſo, ſeu inquiſitione eſſe vera: vel quòd alter teſtis depoſuit eſſe verum, huiuſmodi depoſitio non probat aliquo pacto, vt per Bart. eleganter in l. Labeo. nu. 8.

ff. de ſup.leg,et Bald,in l.fi.C.de teſti.et hoc verum eſt ac procedit indubitanter in cauſis Criminalibus ſecund.comm.opin,omnium ſcriben.quam ſequuntur Docto.paſsim in iure noſtro,præſertim Moder, apoſtillantes Bart.in d.l.Labeo.et Felyn,in c.cum in cauſa,extra de teſti.ſecus verò ſi teſtis diceret contenta in c.ſeu articulo eſſe vera, tunc proculdubio valeret,et probaret dicta depoſitio,vt conſuluit Bald,cōſilio x,in quæſtion. quæ vertitur, volum .v. tamen hoc non procedit, quando extat contraria conſuetudo in loco, vt per Bald.in l.fin. §.in refutatoriis.C.de appellatio,et ponit Bart.in l.ij. §.fin. circa fin.ff.de teſti.Abb.et omnes Canoniſtæ communiter in c.nihil obſtat.de verb, ſign.de qua communi faciunt mentionem Modern. apoſtillantes ibi, F.Viuius.

Teſtium criminoſorum repulſa,ſeu exceptio non in genere proponenda,alleganda,et articulanda eſt,videlicet quòd teſtes ipſi ſunt infames, excommunicati, periuri, homicidæ, adulteri, ſed ſpecificè, et ſigillatim proponi debet locus et tempus dictorum commiſſorum per teſtes criminoſos,cauſæ omnes infamiæ et aliæ cicunſtantiæ dictorum criminum ſecundum Bartolum, Baldum, Alexand, Franc,de Aretin. et Iaſo, in l. prima. C. de teſtamen. Innocent. ante omnes in cap.præſentium.§.teſtes.de teſtib.libro ſexto , quem ſequitur ibi Archidia.et Francus, Bart.Angel.et Alberi,in l.Prætor edixit. ff.de iniur, Salycet.in authent.ſi dicatur.C.de teſtibus,et Roma. conſilio ccx.,in in prin.et iſtam opinionem ait eſſe communem Follerius in pract.criminal.in verſic.ſi confitebuntur,num 60,et ſeq.et magis communem aſſeuerat Boer,deciſio.cccxxi.vbi refert ita fuiſſe iudicatum in Senatu Burdegalenſium;contrariam verò partem tenuerunt aliqui Doct.con geſti per pomaten.in addit.ad Bar.in d.l.j.& Boer.in præallegata deciſio.nu.1.tamen quicquid iſti Doct.ſuadeant contra communem,ob hoc in practica ab ea non eſſet tutum recedere,quam ſequuntur optimo iure infiniti Doct,in variis locis iuris noſtri,Rota Roma. deciſio, cclij.cum tribus ſeq,in nouis & Grammaticus deciſio. xj. num, 12. & deciſio.xxxiiij.num,49,&,dato nota hic perpetuò,quòd quis opponeret defectus teſtium contra ſe examinatorum, vt puta quòd ſint excommunicati,infames,homicidæ, & ſimiles;actione iniuriarum conueniri nequit aliquo pacto dummodò huiuſmodi teſtiū defectus probentur,& veri appareant,ſecundum Bald.Alex. & omnes in l. fin. ff. quòd quiſ.vbi aiunt, iſtam eſſe communem opinionem , & Iafredus Lanfrancus in deciſio.cccxcv, F.Viuius.

contra Teſtes exceptio ante aperturam teſtium opponi debet nō autem poſt & ſpecialiter,vt eleganter per Bart.in l.j. C. de teſtib. & inibi Bald.& alij communiter , & ita tenet arguendo Ruynus conſil, xxxiij.volum.iiij.& omnes Canoniſtæ hoc idem firmāt,& tenent audacter in cap, denique. de excep, quorum opinionem ſequuntur , declarant,& atteſtantur Modern.in d.cap.denique, & Dec.ibi,num. 12, hinc inoleuit practica,qua quotidiè vtuntur purgatores , vt tempore quo comparent viſuri iuramenta teſtium,proteſtantur contra perſonas teſtium,& dicenda per eos , ſed quandocunque in alio actu ante publicationem poteſt fieri dicta proteſtatio vt cap, præſentium, de teſti.& ibi Franciſ.de Aret,imò plus dicit, quòd exceptio contra teſtes inimicos poteſt opponi,& allegari coram Iudice,antè,quàm eorum dicta recipiantur.verbi gratia , Titius opponit examinatori teſtem examinandum contra ipſum,eſſe ſuum capitalem,& capitaliſſimum inimicum , in huiuſmodi caſu debet receptio illius teſtis deferri,& interim capi per Iudicem illius cauſæ informatio,ſuper prædicta inimicitia,vt per Bart.in Authen.ſi vero teſtis productus dicatur.C.de teſt,cuius opinionem vltra Saly.ſequuntur omnes alij Doct, ibi communiter , & de iſta communi atteſtantur apoſtillantes Bart. ibi,& hoc idem obſeruari communiter videtur in delinquente torquendo , ſiquidem ſi tunc opponerentur ratione inimicitiæ aduerſus teſtes producendos contra dictum delinquentem, eo caſu proculdubiò debet referri & ſuperſederi hæc teſtium receptio, vt recipiantur prius teſtes ad probationem inimicitiæ præfatæ, dummodo ipſe excipiens in continenti ſe probaturum offerat, §. ſi verò quis dicat, in Auth. de teſt.vt tenet Felin, in cap, ex parte,ext,de teſt,& alij Doct, paſſim in iure noſtro,item videtur dicendum in teſte infami,vel excommunicato:nam licet inquiſitus dicat teſtes examinandos contra ipſum eſſe infames,& excommunicatos,non ob hoc retardatur examinatio illorum teſtium , ſed illa exceptio reſeruatur in fine iudicij ſecundum Doct.in cap.interpoſita.de appellatio.in princ. & in l.ſi is à quo.ff.vt in poſſ.lega.& Specu,in tit. de teſte §.j. ver. quid ergo ſi præmiſſa deiiciens &c.tamen hoc fallit ſecundum eum,niſi pars obiiciens prædictam exceptionem contra teſtes vellet incontinenti illas probare , quia eſt audienda ſi habet probationes in promptu , vt per Speculato.in loco de quo ſuprà. F.Viuius,

Teſtis deponens per dictionem, vel circa,ſeu & plus,vel vltra,nihil probat,nec ſibi aliqua fides adhibetur tanquam de incerto deponens,ſecundum communem adſertionem omnium Doct. quam ſequitur Panorm.in cap.tuæ,extra de ſponſa.impube.ſcriben. in cap,licet cauſam,extra de probatio.& Iaſ.in l. etſi poſt tres, num,7.& 10. ff.ſi quis cautio.vbi atteſtatur de dicta communi opinione, & eam latè declarat,& Ruynus conſil.xxxvj,num.6.volum.iiij,quod non procedit indiſtinctè:nam licet teſtes deponant alternatiuè,& ſic incertè & ambiguè, tamen probant ſi eorum verba ad vnum effectum tenderent,& ideò ſi accuſo Sempronium quod interfecit Titium & teſtes deponant alternatiuè , videlicet quod eum occidit cum gladio vel clauo,tunc quia vterque intellectus concludit maleficium,habetur tale eorum dictum pro certa probatione,ſecundum Alex.in l.inter ſtipulantem.§.j. ff.de verb.oblig.quem ſequitur Iaſ.in l.dedi.ff, de cond.cauſa det.cauſa non ſec.Felin,in cap.ex parte, el primo, de reſcriptis.& Marſil.ſing.ccvj.incertitudo. F.Viuius.

Teſtis eſſe non poteſt pupillus,ſeu impubes,nec ad teſtimonium aliquo pacto admittitur,cap.teſtes.iiij. quæſt.iij. l.iij. §. lex Iulia.& l.in uiti.ff.de teſtib.& §,teſtes autem, Inſtit.de teſtam.vbi Doct. not. Spec, in tit.de teſte.§.j.ver.item excipitur,& Nellus in tract.de teſt.in ver, impubes,num. 21.quia quicquid vident, quicquid audiunt ignorant, l.fin.circa fin.ff.rem pupi.ſal.fore.l.fin ff.de iuſtis, & facti ignorant & l.j.ad fin.C.de falſ.monet.& quia ſimiliter eius teſtimonium eſt in effectu,ſicut ſi cæcus teſtificaretur de coloribus.vt dicit Bald,in l.teſtiū, verſic. redeo ad primum. C, de teſti. & hoc procedit in cauſa Ciuili; nam in criminali etiam pubes ante xx.annos completos non admittitur,niſi quantum ad præſumptionem faciendam , pupillus tamen quandoque facit indicium ad probandum dominum occiſum à familia.l.ij.§ impuberes,ff.ad Syllania.& not.Specul.in d.§.j.Fallit hoc non procedere quotieſcunque pupillus eſſet factus maior , nam tunc abſque dubio poteſt teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate , vt per gloſſ.in l.notionem. §.inſtrumentum. ff. de verb. ſignif.& in l.ad teſtium,ff.de teſtam.Specul.Ioan.And.& Bald.ibi in additio. in d.§.j. verſic.ſed nunquid factus impubes,& iſtud procedit in his, quæ vidit dum eſſet proximus pubertati ſecundum Bart.in d.l,ad teſtium,& in memorato §.inſtrumentorum,& hanc firmant eſſe communem opinionem omnium Doct, Aretin.in d.l.teſtium,& Decius & Hieronym, Cucalon ibi in addition.in l.fœminæ.§.item impuberes, circa fin. de reg. iur. vide latè per Felin. poſt alios in c, cum nobis de reſcrip.& in cap.fin.de ſentent.excommuni. & quis dicatur proximus pubertati, diximus latè ſuprà in ver,pupillus il ſecundo. F.Viuius.

In teſtium depoſitionibus in maiori ſumma minor non ineſt,ſecundum Archidiac.eleganter in cap.nihilominus. iij. quæſt.ix. quem ſequitur Bald.in l,j.de teſtamen,& Doct.omnes communiter in l.j.§. ſi ſtipulanti.ff.de verb. oblig. & cum dicta communi tranſeunt Modern.ibi eam pleno ore atteſtando: iſta vero communis interpretatur , niſi ſumma temporis ſecundum Imo.in l.inter pares. ff.de re iudic.Gemini in cap, primo de arbitris in vj & Alexand. in dicto §. ſi ſtipulanti , interpretatur quoque vtiliter , niſi conſtaret teſtes deponere de eadem numeratione , ſecundum Alexandr. in dicto §. ſi ſtipulanti. F Viuius,

Teſtes in cauſis,ac negotiis criminalibus vltro debent reddere cauſam,& rationem ſcientiæ,etiam non interrogati, aliàs non probant, nec faciunt indicium ſecundum Bald,conſi.clxxxij.num.2.volum.iiij, Salyc.in l.fin.C,de probat.Alexand.conſi.lxx.volum.j.Decius conſilio xxvij.Socin.in tractat.regul.in regula cccij.v.Fal.Iaſ,in l.admonendi, ff.de iureiur. Marſy. in pract. crimin,in §, diligenter. & Grammat. conſil.crimi,xij.num.12.& iſtam ait eſſe communē opinionem Bald, in d.conſil,clxxxij.ſed hoc procedit quando teſtis ad offenſam deponeret,ſecùs verò ad defenſam,nam eo caſu probant,etiam ſi non redderent ſcientiæ cauſam,teſtis enim deponens quòd Titius vulnerauit vel interfecit Mæuium ad ſui neceſſariam defenſionem, & in ratione ſcientiæ dicens,quia vidit ſufficit ad probandum talem neceſſariam defenſionem,licèt de aliis circunſtantiis nihil dicat, ſecūdum Bart.conſil.clxiij.Bald.& Salic.in l,ſolam.C.de teſtib.Alexand.conſi, lxxvj.volum.j,& conſil,cix.eodem volum.& voluit Cornæus conſil. cciiij.num.2.& hoc firmant communiter omnes Criminaliſtæ variis in locis iuris noſtri. F.Viuius,

Teſtis deponens de credulitate nullam fidem facit,nec probat aliquo modo,ſecundum gloſſ,Cyn.& omnes Legiſtas in l. teſtium,ff.de teſti.Canoniſtas in cap.quoties,ext,de teſti. Specu,in tit.de teſte. §.j. verſic.item quòd depoſuit de credulitate,& Alexan.conſi.lxx.volum, ij.& iſta eſt communis opinio teſte Panorm.in dicto cap, quoties, & Modern.ibi : Idem videmus in teſte deponente per verbum , iudicio ſuo;quia non valet eius teſtimonium ſecūdum Bart.& alios in l.quod tamen.§.ſi arbiter.ff.de arbit.Bald,in l.de quibus,ff.de legibus,Angel. & omnes in l.ſciendum,de verb.oblig.& Alexand. conſil. clxxxvij.in cauſa,& lite,vol.ij.& conſil. cxix. viſo proceſſu, volum.vij.et Grammat.conſil. crimi.xij. num,13. et iſtam dixit communem opinionem Curtius Iunior conſil.clxv,.præſupponitur in facto, num,17. et ſimiliter teſtis deponens per verbum ſe certò credere, non probat etiam præſumptiuè,ſecundum Bart in l.ſiue poſſidetis. C. de probat. quem ſequitur Alexan,conſil.lxxv.volum,j.conſil.cxxxiiij, et in dicto conſi, cxix.Idem dicendum eſt in teſte deponente per verbum , niſi fallor, quia probat ſi redderet claram , et bonam cauſam ſcientiæ ſui dicti, aliàs ſecùs,ſecundum Bald.Catho,et alios in l.j.ff.de iuſti. et iure:In-

terpretatur

terpretatur iſta communis concluſio ita explicita non habere locum, quotieſcunque huiuſmodi depoſitio de credulitate eſſet iuncta ratione, vel aliqua præſumptione inferente, ita credi debere, vt quia teſtis redderet cauſam ſcientiæ, quia vidit, tunc dictum teſtis probat ratio enim dicti teſtis reddentis bonam cauſam, et rationem ſcientiæ regulat ipſum dictum, ita not. tenuit Iacob. de Aretin. et Cyn. in dicta l. teſtium. Bart. in d. §. ſi arbiter. Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de teſte. §. ſuper. in ver. item quod deponit de credulitate, Bald. in l. ſolam. C. de teſti. et Cornæ. conſil. clxij. num. 8. volum. j. et alij relati per Iafredum Lanfran. in deciſ. vij. et Alexand. in præcitatis conſil. et iſta eſt veriſſima, et communis limitatio vt per prædictas allegationes apertiſſimè conſtat. Interpretatur ſimiliter dicta communis in factis antiquis, in quibus teſtis de credulitate probat, et antiquum tunc dicitur in materia probationis, ad hoc vt admitatur teſtis de auditu, aut credulitate, aut verba enuntiatiua, aut fama publica, et cetera huic generi ſimilia requiritur tempus excedens metam centum annorum, ſecundum Innoc. in cap. veniens, de verb. ſignific. et hanc opinionem aſſeuerat eſſe communem Alexand. et Moder. in l. cùm aliquis. C. de iure delib. et ibi Iaſ. etiam, et in repet. l. admonendi, nu. 209. ff. de iureiur. et conſil. lxxxj. lib. j. conſil. xxiiij libro iij. et conſil. cxlviij. volum. iiij. Corn. conſil. xxxv. in fin. et conſil. cccxxix. volum. j. Alex. conſil. vj. in fin. lib. j. et conſil. ccviij. Curtius ſenior conſil. penult. Dec. in cap j. de appellat. in conſil. xiij. Curtius Iunior conſil. xvij. et conſil. xc. et licet in hoc, vel circa hoc reperiantur duæ aliæ opiniones contrariæ Doct. quas omitto tanquam fruſtratorias et inutiles, tamen in iudicando, et conſulendo difficile, ac impoſſibile foret obtinere contra dictam communem. Limitatur quoque communis prædicta in duobus aliis caſibus per Marſy. in repetit. rub. C. de probat. num 13. et ſequen. tanquam vtiles, veros et neceſſarios omnino videbis, et in multis aliis caſibus limitatur per Socin. in tracta. Fallent. in regu. ccccvij. teſtes de credulitate. Viuius.

Notarius faciendo mentionem in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, et cætera propter huiuſmodi teſtimonium non probaretur mentis ſanitas, ſecundum Bald. in l. ij. C. de teſtament. quia Notario non adhibetur fides in iis circa quæ verſatur ejus laus, vel opprobrium, vt de proxeneta dicitur in §. penult. in Authen. de teſtib. et per Alexand. conſil. xiij. vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, et conſil. cxlj. ponderatis, vol. j. et Iaſ. in l. ſenium ætatis, num. 3. C. qui teſtam. face. poſſ. niſi qualitas, et conditio perſonæ aliud ſuaderet, vt per Abb. in ca. dilectorum, de teſtib. cogen. et quia etiam hoc ſola legis præſumptione: non autem per teſtimonium Notarij probatur, quoniam ſecundum ſcribentes in l. ſanum mente. C. de tranſact. Mentis ſanitas eſt quid inuiſibile, et propriè non percipitur viſu, vel auditu, ſed potius rationis iudicio: Ampliatur hæc concluſio, vt mentis ſanitas, vel aliquem fuiſſe ſanæ mentis, nec à teſte probari poſſe, vt per Bald. in d. l. ij. nam non cadit directè hoc in ſenſum teſtis ſecundũ Doct. communiter in d. l. ſanum mente, quam quidem communem ſequitur, et citat Boerius deciſione xxxiij. num. 73. et ſequen. Fallit dicta concluſio ita declarata, quando Notarius in teſtamento nullum verbum faceret de homine ſanæ mentis: ſi teſtator enim relicta omnia rectè diſpoſuerit valebit teſtamentum, vt conditum ab homine ſanæ mentis, nam qualia quiſque facit, operatur, gerit, & loquitur, talis eſſe præſumitur, argumen. l. penul. ff. de condi. inſtit. & l. Titia. ff. de inoffi. teſta. ideóque ſi teſtamẽtum fuerit rectè, rationabiliter, prudentérque factum, ipſe teſtator prudens feciſſe creditur, Valerio Maximo teſte. Teſtamentum cuiuſdam furioſi fuit olim à Senatoribus approbatum, quia in eo rectè diſpoſita legebantur, quòd refert etiam Bald. in ca. j. ſuper quos fiat inueſti. in vſibus feud. & Alexand. in l. furioſum. C. qui teſta. face. poſſ. & hodie profectò iudicaretur validum tale teſtamentum, vt per Ioan. And. & Abb. in c. cùm dilectus, de ſucce. ab inteſta. cum aliis relatis per Corſetum in ſing. in verſic. teſtamentum, Marſyl. ſing. ccclxxx. furioſi poſt princ. vbi expreſſè ait hanc eſſe magis communem opinionem, & rationabilem, & denique ſibi plurimum placere, & iſtam ſententiam ſequitur etiam Barbat. in ca. qui ingredientibus, de teſta. vbi tenet teſtamentum furioſi valere factum ad pias cauſas, dummodò non probetur quòd tempore teſtamenti fureret, quòd procedit in furioſo, qui habet dilucida interualla, aliàs teſtamentum furioſi, vt ab homine non ſanæ mentis, non valet etiam ad pias cauſas: argumen. c. ſicut tenor, vbi Abb. ext. de teſtibus, cum aliis allegatis per Iaſ. conſil. cxlj. viſa longa. volum. ij. & Præmiſſis accedit vtiliter quòd teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus maior fides adhibetur, quàm ceteris teſtibus contrariam aſſeuerantibus, quia reſpondent, ac deponunt, ſecundum iuris diſpoſitionem, vt eleganter per Innoc. in c. auditis de præſumpt. cum quo ſentiunt omnes communiter ibi, & in cap. cùm Eccleſia vulterana de electio. atteſtando audacter de iſta communi, & Iaſ. conſil. ij. num. 8. & conſi. clxxviij. num. 1. volum. ij. Viuius.

Notarius, cui eſt facta commiſſio examinationis teſtium, vel receptionis iurium, non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta per iudicem, nec ei creditur ſuper hoc deponenti, & ſic illa commiſſio debet per alium Notarium ſcribi, & non per ſeipſum, ſecundum Hoſtien. in c. quoniam contra de probatio. & alios communiter omnes ibi, Ioan. And. in reg. cum quid vna via de reg. iuris lib. vj. in mercu. in princ. Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. in l. Iudices. C. de fide inſtrum. & in l. fin. §. j. de iure delib. Abb. in c. fraternitatis, in fin. de cleri. non reſiden. & in d. c. quoniam, contra. Ang. & Modern. in l. ſciendum, in princ. ff. de verb. oblig. Deci. conſil. xlij. num. 4. & Ruynum conſil. cv. num. 1. volum. iiij. & iſta eſt magis communis opinio contra Bart. contrarium aſſerentem in l. ex ſentẽtia. ff. de teſtam. tute. vt patet ex congeſtis per Boerium deciſio. cclviij. nu. 4. quàm quidem communem ipſe ibi num. 5. limitat, & declarat. Saly. verò in d. Auth. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtrum. conatur opinionem Bartol. & communem ad optimam conſonantiam, & concordiam reducere, quem omninò videbis. Comprobatur vltra allegata per præcitatos Doct. prędicta communis iſto medio. nam teſtis deponens de mandato ſibi facto, nihil probat, vt videtur eſſe text. in l. vnic. C. de manda. princ. qui vult, quòd non ſtatur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunque dignitate conſtituti de mandato ſibi facto à Principe: & iſtam communem videlicet, quòd credatur Notario, vel examinatori aſſerenti ſibi fuiſſe cõmiſſam receptionem teſtium, ſequitur etiam Guid. Papæ deciſio. cxxvj. Dec. in d. cap. quoniam contra, num. 198. & Curtius Iunior conſil. clxvj. num. num. 3. in quibus locis atteſtantur de dicta communi, & ita fuit deciſum & concluſum in ſacro Regio Concilio Neap teſte Afflicto in deciſio. cccxvij. F. Viuius.

Teſtes poſſunt regulariter produci vſque ad publicationem in cauſa, & non vlterius, vnde poſt didicita teſtificata nõ poſſunt vlterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis, vt habetur in cap. fraternitatis, & in cap. intimauit, de teſtibus cum ſimilibus, & iſtam regulam ponit Marſyl. in l. j. §. fin. in princ. num. 17. ff. de quæſt. & Doct. in clem. ij. de teſtib. quam quidem regulam amplia non tantùm procedere in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis propter timorem ſubornationis, vt habetur per Bart. in l. poſt hanc. C. de tempo. appe. & per ſcriben. in d. clem. ij. Limitatur primo loco hæc concluſio non habere locum, quando publicatio non eſſet ritè, & rectè facta, quoniam ſi eſſet inualida, poſt teſtium publicationem inualidam, poſſent produci teſtes, vt not. gloſ. in l. ij. in verb. ritè de teſtib. & in d. clemen. ij. in verb. publicatis. Bart. in authen. atqui ſemel, de probatio. Afflict. in conſtitutione Neapolit. inchoante, ritus peritorum, & cetera, Marſyl. in d. §. fin. num. 10. Hinc eſt, quòd teſtes nulliter examinati ex facto iudicis poſſunt iterum examinari non obſtante publicatione eorum, ſecundum Bald. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. & iſta eſt communis opinio, vt aſſerit Alex. ibi num. 2. & quando teſtes non dicuntur ritè recepti, vel examinati vide Marſy. latè declarantem in l j. §. ſi quis vltro. num. 36. ff. de quæſtio. Secundò iſta regula, quòd poſt teſtium publicationem teſtes non debent examinari, nec admitti limitatur, niſi ſuper articulis nouis dependentibus à veteribus, vt not. omnes Canoniſtæ in d. cap. fraternitatis, in ca. clamor. & in ca. vltra tertiam. de teſti. & Legiſtæ in d. authen. at qui ſemel. vbi Moder. aiunt hanc eſſe communem opinionem, & Maranta in tract. de iudi. in vj. parte ij. partis prin. ſuper vj. actu. num. 22. Tertiò limitatur prædicta regula quòd licet poſt atteſtationes publicatas non poſſint vlterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis, tamen poterit pars volens vlterius producere teſtes nomina ipſorum teſtium dare Iudici, & ſe abſente, et Iudex poterit tunc illos examinare pro veritate habenda, ſecundum doctrinã ſingularem Bald. in l. ampliorem. C. de appellat. quam approbat, et ſequitur Cepolla cautel. clxvj. incip. regulariter, ſequitur etiam Paul. de Caſtr. conſil. cccix. in caſu de quo quæritur, Roma. conſi. ccccxxxix. in caſu de quo quæritur, circa fin. et in repetitio. rubr. ff. de arbi. Barb. in cap. ad petitionem, ext. de accuſat. et Alexan. in l. iiij §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec. Quartò dicta regula quod publicatis atteſtationibus non ſunt alij teſtes recipiendi ſuper eiſdem articulis, debet intelligi, et limitari, niſi interueniat cõſenſus partium, ita tenet Abb. in d. c. fraternitatis, et Bart. in d. Auth. atqui ſemel, quod dicit audacter teneri communiter Pariſius in d. c. fraternitatis. nu. 52. Quintò coarctantur prædicta, videlicet quod poſt teſtium publicationẽ, teſtes debent admitti, quando teſtes de nouo reperti ſcirent rei veritatem, qui fortè tempore publicationis reperiebantur in partibus valdè longinquis, et remotis à loco iudicij, ſecundum gloſ. et doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. ſed hoc non procedit, quando per partes petitur teſtes de nouo examinari ſuper eiſdem articulis propoſitis ante publicationẽ, quia iſti teſtes facta publicatione recipi non poſſunt cùm immineat falſitatis timor, et ſubornationis. d. clem. ij. et gloſ. Andr. et afflict. in præcitata conſtitutione iuris peritorum, &c. et nouiſſimè per regiam pragmaticam incip. quandoque ſolent, &c. reperitur ſancitum, quòd teſtes nouiter reperti poſt publicationem ſuper articulis in cauſa productis recipi nequeant. quam quidem pragmaticam latè ibi declarat Cauenſis, et Scaglionus. Ampliáque iſtam regulam ita declaratam in tantum procedere, quod teſtes recepti poſt publicationem proceſſus nullam fidem faciant, ſecũdum Bart. in d. auth. atqui ſemel, Abb. Imo. et omnes in d. c. fraternitatis. Ioan. Andr. et Butr. in cap. conſtitutus, de teſtib.

teſti.& iſtam opinionem dicit eſſe magis communem Ruynus conſi.clxiiij.nu.4.vol.iiij. Viuius.

Teſtes poſt omnes terminos,ſeu dilationes partibus præfixas,vel præfixos reiiciendi ſunt à proceſſu.& cum expenſis,niſi iureiurando pars affirmaret ad ſe de nouo perueniſſe dictos teſtes,vt per Bart.in l.mancipiorum,vel vltimo hæc.ff.de opt.lega.per tex.in ca.paſtoralis de exceptio.& in c.cùm dilectus,de fide inſtru.Ab.Feli.& alios in d.c. paſtoralis,& idem Feli.in c.licet,de probati.quorum opinionem tãquam communem ſequuntur Doct.in d.c.paſtoralis,& Roma.conſi. ccxxv.& communem ſcribit Conradus in tracta.v.de decurio. lib.j.c. ix.nu.47.fallit iſta ſententia non habere locum,quando teſtes intra terminum datum iurant,& poſt decurſum terminum deponunt ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad deponendum:tunc enim deponendo iſti teſtes poſt terminum tranſactum eorum depoſitio valeret,& teneret,ſecundum Bal.in l.ſi quando.C.de teſt.& in rub.C.ſi ex falſ.inſtrument.& iſta eſt communis opinio,teſte Boerio dec.ccxciiij.num. 19.& Curto in tract.de teſti.in xxxiij.concluſione,vbi ſubdit ita practicari in Curia Romana,& vniuerſum mundum hoc ſequi,& hanc communem opinionem conſulendo ſequitur,atteſtatur ſimiliter & limitat in quinque caſibus Iaco.Mancelli in patrocinio,ſeu conſilij. per totum,& vide per Bar.& Alex.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.in fecto,& Lanfran.de Oria.in repeti.c.quoniam contra,de probatio. in c.viij.nu.14.Ratio.dictæ communis opinionis videtur hæc. quia depoſitio prædictorum teſtium refertur ad tempus iuramenti,vt tenet Bar.in repetitio.l.ij.Roma.cõſi.cccxliij.& Abb.in c.licet cauſam, de probatio.Sed in regno habemus ritum magnæ Curiæ Vicariæ in cip.item quod in quibuſcũque,quo cauetur quòd per tres dies poſt terminum teſtes poſſunt iurare,& deponere. dũmodò fuerint citati in termino, & habemus ſimiliter pulchrã doctrinam Bal.in l.ſi.C.de fideicommi.quod poſt terminum præfixum,ac conceſſum partibus ad probandum admittitur , qui vult incontinenti probare,non ſolũ per inſtrumenta,verùm etiam per teſtes,tamquam ſcilicet id videatur probatum intra terminum,quod poſt incontinenti probatum eſt,idem vult ipſe Bal.qui tamen limitat in l.diffamari.C.de ing.manu quod ſequitur & commẽdat Iaſ.in l.ædita.C.de æden.verſi.quinto,facit quòd ſignanter,& in l.non ſolum.§.morte.ff.de noui oper. nuntiatio. F.Viuius.

Teſtes in is,quę percipiuntur ſenſu corporeo,non autẽ iudicio intellectus,non debent ſuapte natura ſcientiæ cauſas dicere,niſi ſuper eis fuiſſent interrogati.quia verbo ſi eſſe non debent,ſecundum Doctrinam Ioan.Andre.& Docto. in capitu cùm cauſam extrà.de teſti. Spec.in titu.de teſte.§.j.verſ.item quod non prohibet teſtimonium, Bald.& Docto.in l.ſolam.circa fin.C.de teſti.Ang.in l.qui teſtamento.§.fina.ff.de teſta.& in l.cum ij. §.vult. igitur ff. de tranſact. & iſta eſt communis opinio,teſta.Zaſio.in ij.libro.Reſponſorum,cap. vj.Moder.in d.c.cùm cauſam.Vnde ſi teſtis deponeret ſuper iis,quæ non ſunt iuris,ſed quę ſunt facti directo perceptibilia perſenſum corporis,tunc indubitanter,ſecundum præallegatam communem valeret dictum teſtis abſque rationis aſſignatione,niſi fuiſſet aliquo modo per Notarium interrogatus ſecus verò ſi teſtis deponeret ſuperiis quæ ſunt iuris,quia tunc vltrò etiam nõ interrogatus debet aſſignare rationem,cauſámque ſcientię ſui dicti.aliàs nõ probaret.verbi gratia,ſi deponeret ſuper mutuo dictum ſimpliciter conſiderandum nõ caperetur ſenſu corporis,ſed potiùs iudicio intellectus,quare tenetur aſſignare rationem,quę concluderet,ſecundum Bart.in l.j.C.de vſuris,& in l.nec.codicillos.C.de Codicilis,in & ind.l.ſolam,& cõmuniter omnes ſcribẽt.in l.j.ff.ſi certum petatur,vbi Curtius atteſtatur de dicta communi,numero 19.& Zaxius in præallegato lib.ij.reſponſorum,c.vij.licet eam præcipitãter,more ſuo,impugnet pluribus mediis,quæ non indigent reſponſione aliqua his accedit quòd examinator,ſeu Notarius,qui non interrogauit teſtem de cauſa ſcientię,prout tenetur iuxta tex.& quæ ibi habentur in d.c.cùm cauſam an teneatur ad intereſſe parti.vide Ab.latè declarantem in d.ca.cùm cauſam, verſ.circa quod &c.& vide ſimiliter in conſtitutione Regni incip.in pecunia.vbi habetur quòd ſi tabellio doloſè non interrogauit teſtem de cauſa ſciẽtiæ,tenetur parti ad intereſſe,& curiæ ad pœnam.Idem videmus in teſte deponente ſuper fama publica,quia ad probationẽ famæ requiritur quòd teſtis etiam non interrogatus vltro aſſignare debeat rationem dicti ſui,vt per Inno.Ioan.And.& alios communiter in c.cùm oporteat,& in c.qualiter,& quãdo,extr.de accuſa.Ant. de But.in c.licet,eod.tit.& in c.ſuper.hoc,ex de renun.Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio.Ang.in l.ea quidem.C.de accuſatio. Bal.in l.ſolam.C.de teſti.& in ſuo peculari Inno.in verſ.teſti.non credimus,vbi huius dicti aſſignat rationem quia fama debet habere ortum & honeſtis,& fide dignis,d.c.qualiter & quando , ideo ſciri non poteſt,niſi teſtis deponens de infamia,ſeu bona fama adiiciat plenã, iuſtámque cauſam ſciẽtiæ,& ſic oportet ꝙ teſtis aſſignet cauſas probabiles,ex quibus populus fuerit inductus ad ſic credendũ,aliter diceretur vana vox populi nõ exaudiẽda.l.decuriorũ.C.de pœnis,& declarat Bar.in d.§.tormenta,Bal.in l.proprietatis.C.de probatio.& in l.diffamari.C.de ingenu.manu.Ant.de But.in c.veniẽs.j.ext.de teſti.& Saly.in l.ea quidẽ.C.de accuſato. & iſta fama (nota) debet probari apud maiorem partem populi,ſecundũ Bar.Saly.et Ant.de But.in locis præcitatis,et ſic ad hoc,vt dicatur fama probata,requiritur,quod teſtes deponant ſe audiuiſſe à maiori parte populi,et iſta eſt communis opinio teſte Curti,l.uni.conſi.clxxij.nu.9.et Imo.in l.hęredes palã,in prin.ff.de teſta.Rota vero Romana ſequuta eſt Bal.in c.præterea de teſtibus,videlicet ſi teſtes ipſi deponerent publicè dici audiuiſſe,famã probent teſtes refert.Caſſado.deciſio.iij.tit.de probatio. Vnde ſi teſtes dicerent,ac deponerent ſe audiuiſſe à multis, nõ probarẽt ob hoc publicam famam,quia multi dicuntur duo.l.j, §. hoc reſcriptũ,vbi gl.ff.ad l.Sillan.Bar.in d.§.tormenta,et Saly.et Ange.in d.l.ea quidem.et idem ſi diceretur inter homines audiuiſſe , dictio enim,inter,verificatur in duobus.l.inter illa.ff.de verb.ſign.et idem ſi teſtes ipſi dicerent à pluribus argumento c.pluralis.de reg.iur. in vj.Idem concludendum eſt quando neſcit à quibus dicere audiuit, ſecundũ Bart.in d.§.tormenta,Inno.in d.c.qualiter,et quando,Spec. in tit.de inquiſitio,§.nunc tractemus:Caſu autem quo interrogetur teſtis,quid eſt fama,et reſpondeat quod eſt audire ea,quæ audiuntur per iſtum,per illum,quia appareat eum non intelligere, quid ſit fama publica,nõ probabit illam,ita Bar.in d.l.j.ff.ſi cert.peta.Bal.in l. j.ff.de iis,qui ſunt ſui,vel alie.iur.et in repeti.l.data opera.C.qui accuſa. non poſſ.Imo.in l.ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.ff. de verborum oblig.et iſta fama(aduerte)probatur per duos teſtes.ſecũdum Doct. præcitatos,et eſt communis opinio,vt per Saly.in d.l.ea quidem , et Dec.conſi.cclxxij.num. 4. F.Viuius.

Teſtes non poſſunt examinari parte non citata ad videndum eos iurare,tex.eſt expreſſus in c.in nomine Domini,de teſti.c. in primis. xj.q.j.in l.iudices.C.de fide inſtru.et ibi Bal.Ang.Saly.et Paul.Caſt.et in l.ſi quãdo.C.de teſta.vbi omnes Doct.not. idémque videmus in cauſis Criminalibus:nã teſtes Fiſci recepti ad inquiſitionem alicuius delinquentis repetendi,ac examinandi ſunt neceſſario conteſtatione litis facta,ac termino dato ad probandum,et parte citata ad videndũ iuramẽta ipſorum teſtium,aliàs non probant,ſecundũ Bar.in l.ſi. in fin.ff.de quæſtio.Bal.in l.iubemus,C.de probat. Ang.in repet.l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.lib.x.Ange.Aret.patrem practica in tract. maleficiorum,in verſi.fama publica.Saly.in l.ſi.C.de quæſtio.Afflict. in cõſtitutione humanitate.in v.not.et latè Marſi. in d.l.j.ff.de quæſtio.nũ.7.et Folleri.in ſua practi.Crim.in iij.par.iij.partis.in ver.ſi cõfitebuntur,nu.40.cum ſequentibus,vbi hoc limitat:et interpretatur vt non ſolum pars ipſa eſt citanda ad videndum teſtes produci,& iurare.c.ij.de probat.in antiq.ſed etiam ad illorum examinationẽ , cũ examinatio & depoſitio magis poſſit præiudicare quàm iuramentũ, arg.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.& ita obſeruat cõmunis practica, ſed huiuſmodi citatio non debet eſſe perẽptoria,vt per Bar.in l.ſi finita.Iulianus.ff.de damno infect.Ioan.And.in c. conſuluit. de offic. deleg.& in c.paſtoralis de excep.quorum opinionem audacter affirmat eſſe cõmunẽ poſt alios Deci.in d.c.in nomine Domini,nu.28. & ſeq.quam communem ibi Deci.ampliat in v.caſibus.et in viij. aliis limitat:et quamuis pars ſit citanda ad videndum iurare teſtes:vt ſuprà docuimus:hoc tamen fallit:niſi eſſent examinãdi teſtes omni exceptione maiores:et fide digni,quibus aliquid opponi non poſſet:et quorũ dicto eſſet ſtandũ de neceſſitate:nam tali caſu valebit eorum dictũ:et iuramentũ abſque citatione partis:ita ſingulariter dixit Alex cõſi.cxxx.difficultas huius:circa mediũ,vol.j.poſt alios relatos ibi per eum,et idem videtur tenere Gemi.in c.j in §.ſacri,de homici. in vj. vbi dicit quod vbi Statutum vel lex non exigit plenam probationẽ ſed contentatur ſolis argumentis:quod tunc nõ poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione.Fallit quoque in decem aliis caſibus:quos ponit Soci.in tracta.fal.in reg.ccccvj.teſtium depoſitiones. F.Viuius.

Teſti deponenti pro ſui exoneratione non creditur,ſecundum doctrinam Bar.in l.deferre.ff.de iure Fiſci.communiter receptã ab omnibus ſcriben.ibi:& variis in locis iuris noſtri,vt atteſtãtur apoſtillãtes Bar.in d.l.deferre:& caſus iſtius communis doctrinæ exemplificatur per eundẽ Bar.in eo qui recipit pecuniam:vt illam Mæuio portaret:quia ſi talis recipiens teſtificaretur contra Mæuium pro dante pecuniam:dicit Bar.quod talis non eſt teſtis idonęus:ea potiſſimum ratione:nam ſi ipſe teſtis nõ tradidiſſet pecuniam Mæuio:prædicto: ipſe non eſſe liberatus,ſed remaneret obligatus, quam communem ſequuntur etiam Ruynus conſi.cv.nu.2.vol.iiij. F.Viuius.

Acta facta in iudicio ſummario ,ſiue iuramẽtũ ibidẽ præſtitũ:ſiue ſententia lata:ſeu vbi ſummariè articulus incidens:verbi gratia dominij vel poſſeſſionis ventilatur nõ obſtãt in iudicio ordinario:ſecũdũ Bar.in l.Iudex in fin.ff.de iis:qui ſunt ſui vel alie.iu.et in l.qui Romæ, §.duo fratres.ff.de verb.obliga.vbi hoc idem firmant Iaſ.Ripa.et omnes ſcriben.Corn.quoque conſilio cxxvj. numero 2.vol.iij.per tex. in l.à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus.ff.de re iudi.et in l.ſed ſi ante. ff. de exceptio.et iſta eſt communis opinio,vt per Modern.in dicto §.duo fratres : Ratio videtur iſta quia teſtes examinati in iudicio ſummario non probant in iudicio ordinario, text.et Docto.in c.veniens de

teſtibus

teſtib. Bar.in l.ſæpe.in fi.ff.de re iudi.Bal.& Doct.in l.ij.C.de edē.tamen (nota) acta in vno iudicio ſummario, probarent inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario ſecundum Corne.in præcitato cōſ.cxxvj.nu.3.& Moder.in d.c.veniēs,& in d.§.duo fratres. F.Viuius.

Teſtis illud quod depoſuit in iudicio, nō poteſt in alterius præiudicium, ac damnum retractare,& infrigere, etiā ſi mortis tempore aſſeueret ſe falſum teſtimonium dixiſſe, ſecundum Bal.in l.generaliter, C.de non nu.pecu.Saly.vbi Bar.in l.ſi quis in graui.§.j.per illum tex.ff.ad Syllani.Iaſo.in l.j.ff.de eo per quem factū erit, Are.& Fely. c.ſicut nobis.de teſti.& in c.exhibita, de homici.& licet de hoc dubitent Roma.& Ignæus.in d.l.ſi quis in graui.§.j.& Marſi.in rubr. ff. de fideiuſſo.nu.41.tametſi opinio Bar.& aliorum communis ſit.ſecūdum Alex.in l.ſciendum, præſump.ff.de verb.obli.Dec.cōſ.clxxv.nu.7.& Alcia.in tracta.de præſump.reg.8.& Ioan.Plotiū in rep.l.ſi quādo, nu.651.C.vnde vi, à qua quidem communi in iudicando,& conſulēdo fatuum eſſet diſcedere, quam ſequitur etiam Ang.in l.mater, C.de calū.mat.Alex.conſ.xiiij.volu.iij.nu.5.& Bertādus conſ.cxxxvij. lib.ij & hoc probatur ex eo, quia ius quæſitum ex facto teſtis parti non eſt, nec eſſe poteſt in facultate ipſius dicendi aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur, ſecūdum Doct.in d.l.ſi quis in graui.§.j.vbi reſponſum eſt ad aſſertionem vulnerati dicentis etiam in mortis articulo à Sempronio ſe percuſſum fuiſſe, non probare aduerſus Sempronium quamuis cōtrariū opinetur Iaco.de beluiſu in pract. Crim.in tit.de indiciis.xij.indicio, Marſil. ſing.ccccxv.in ſua pract. Crimi.§.diligenter, nu. cxix. ea potiſsimum ratione, quia nemo in mortis periculo præſumitur propriæ ſalutis immemor.l.fin.C.ad leg. Iul.repetū.ſed Marſil.in locis ſuprà citatis Moder.Marcus Anto. Biācus in tract.de quæſt.nu.390. cui ſuffragatur gl.in d.l.mater, quæ gl.aſſertionē defuncti appellat vilem præſumptionem. Maior tamē præſumptio oriretur ex iis, quæ quis reſpondiſſet, ac depoſuiſſet tēpore mortis, ſi ea depoſitio fieret publica Iudicis auctoritate,& iuramēto præſtito, vt ſentiūt Rom.Angel.& Ignæus in d.l.ſi quis in graui.§.j.licet adhuc ad quæſtionē nō ſufficiat, Si verò vulneratus in extremis humanæ vitæ conſtitutus, fateatur ſe non extitiſſe à Sempronio vulneratū, proderit certè hoc teſtimoniū plurimū ipſi Sempronio, ſecundo gl.in d.l.ſi quis in graui.§.j.adeò vt torqueri non poſſet ipſe Sempronius, etiam ex legitimis indiciis, ſecūdum Bal.in l.1. vbi Iaſo. C.cōmunia de leg.Alex.conſ.xiiij.vol.iij.nu.2.& conſ.j.nu.16.vol.iij.Marſi.ſing.xj.& xxij.Gerar.ſing.lv.& Alci. in tract.de præſump.reg.iij.præſump.4.circà fin.qui admonet non eſſe in pract.c. ſeruanda hanc Bal.opinionē, vbi indicia vrgentia forēt.Sed ego pro nunc amplector, ſequórque opinionem Bal.tanquā in iure nouiſsimā, imò dum erā Iudex in ciuitate Terami Aprutini anno,1561.bis occurrit,& euenit mihi in facto iſte caſus.& ſemper iudicaui, ſecundum dictam opinionem Bald.quia tutum & irrepræhēnſibile eſt Iudici, ſecundum opinionem Bal.iudicare, maximè ſi contradicentem non habet, ſecundum Deci.conſ.cclxxxiij.& Iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Bal.ſecundum Alex.poſt Fulgo, quem refert Bolon.conſ.j.& in cauſis decidendis non eſt parua auctoritas Bal.vt refert Pau.de Caſt.conſi.clij.viſo puncto lib.ij.

Teſtis eſſe non poteſt mulier in teſtamēto, tex.eſt in l.qui teſtamēto.§.mulier.vbi Doct.ff.de teſtamē.& in §.teſtes Inſtitut.eodē titu.& per Bal.ſingulariter.in l.nec ſcripturas.C.qui potio.in pign.habeant.Io.de Ana.in c.tanta habes, ext.de ſimo.& conſ.xvij.nu.16.& Gandi.in tracta.maleficiorum in tit.de furtis, & latè per Ruynum conſ.cxcij.nu.3.vol.ij.Ampliatur hoc non ſolum procedere de iure ciuili verùm etiam de iure Canonico, ſecundum gl.in c.forus, circà fi.de verb.ſig.in ver.teſtimoniū, Federi.de Senis conſ.ccvij. factū tale eſt.Rom.in authen.ſimiliter, C.ad legem Falci.Imo.in c.cum eſſes de teſta,& pater ex aliis allegatis,& congeſtis per Alex.conſ.lxx. vel cxxvij.viſo themate, vol.ij.& iſta eſt cōmunis opi.vt aſſerit.idē Alex.cōſ. clxxxiiij.viſo themate circa fi.eodē lib.licet Soc.in tract.fallent.in reg.ccccxix.teſtis mulier in teſtamento poſt Imol. in dicto §.mulier aſſeueret alteram opinionem eſſe communem. Limitatur præfata concluſio non habere locum in codicillis, in quib^9 fœmina poteſt eſſe teſtis, ſecundum gl.in l.fi.quam ibi ſequuntur Bar. Bal. Alberi.Corne.Saly.Iaſo.Alex.& alij.C.de codicill.Bal.conſ.viij.licet li.v.& Alex.conſ.ccxviij.ante omnia, vol.j.conſ.cv. viſo,& diligēter vol.iij.Sed tamen animaduertendum eſt hic periculoſum eſſe ſeptē fœminas interuenire in codicillis, quia ſolæ fœminæ ſine vllo maſculo, etiam in codicillis teſtes eſſe nō poſſunt, vtpotè quia gl.in d.l.fi.de fœmina, loquitur in num.ſingulari,& ita ſentit Barba.in relatum de teſtamen.dicens, hoc non eſſe vulgare, nec plebi tradendum Sed hoc argumētum videtur leue iudicio meo, tollitúrque ex dictis eiuſdem Barba.in d.c.relatum, vbi dicit diſpoſitionem conceptam nume.ſingulari, etiam locū habere in pluribus, proinde ſat eſt mulieres non reperiri prohibitas adhiberi teſtes, nec in codicillis eadem, quæ in teſtamentis, ſolennitas requiritur.Deci in l. fœminæ. ff.de regu.iur. Secundo limitatur non procedere præallegata.communis opin.in teſtamento ad pias cauſas conditio, vt voluit Paulus de Caſt.conſ.clxj.Abb.& Doctores omnes in capit.cùm eſſes, de teſta.per illum textum,& latè Ruynus conſ. nono, num.7.& 15.vol. iij.& conſ.cxcij.nu.7. volu.ij.& iſta eſt communis opinio, teſte Bellono in conſil. xiiij.num.8.Moder.in dicto capitulo cùm eſſes. Tertiò limitatur, vt mulier dicatur idonea teſtis, ad probandū.teſtamētum, vt latè per Albericum. in d.l.qui teſtamento.§.mulier vbi diſputat hanc quęſtionem, eam ad partes examinando, Quartò limitatur.vt mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito,& per conſequens poteſt probare teſtamentum inter liberos, etiā non rogata, vt habetur per Doct.in l.fina.C.de codicill.& in l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta. & declarat Bald. Ange.Imo.in l.quoties.§.j.de hæredi.inſtitu.& Ruynus conſ.lxxiij.nume.6. volu.ij.& ſequitur quoque opinionem iſtorum Lanfran.in capitu. quoniam contra, de probatio.in verſ, teſtes. numer..80.& Socinus in dicta regu, ccccxix.in j.fallent.Sublimitatur hęc limitatio in teſtamento patris baſtardum inſtituētis, quia tunc mulier in teſtem adhiberi non poteſt, ſecundum Bald.in authent.quod ſine. C.de teſta. & in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.circa fi. cuius opinionem ſequitur,& latè declarat Mantua, in ſuis apopht. F.Viuius.

Teſtis idonea poteſt eſſe mulier de iure ciuili in cauſis Criminalibus, ſecundū Spec.in tit.de teſte, verſ.quid ſi mulier.§.j.Alex.conſ. xcix.lib.j.conſ.xxiiij. nu.2.vol.ij.& conſ.xj. nu.5.vol.j.& Caro.Molinęus in add.ibi & iſtam atteſtatur eſſe communem opin.Grammat. conſ.crim.xij.nu.16.& ſeq.& Iacobus Nouellus in pract.crimin.in rub.incip.crimina obiecta, nu.46.& ſeq Cōtrarium verò reperitur cautū de iure Canonico, videlicet quòd mulier in cauſa Criminali propter eius grauitatem teſtificari non poteſt tex.eſt in c.forus.§.teſtes ext.de ver.ſig.vbi gl.in ver fœminas,& in c.mulierem.xxiij.q. v. vbi etiam glo.& idem tenet glo.in cano.ex eo.xxv.q.iij.Floria.in l.ex eo.ff.de teſti.Io.de Platea,& Aret.in §.teſtes autē.inſtitu.de teſtam. ord.Maranta in tract, iudiciorū, in iij.parte prin.nu.29.cū aliis abundè traditis per Marſil.in conſ.xxij.conſ.xviij.nu.34.conſ.lix.conſ.cj. & conſ.cxxx.nu.34, Abb.&.alij in c.quoniam de teſti. vbi aiunt iſtā eſſe communem opin.& Dec.in l.fœminæ, nu.33.ff.de reg.iur.& ita conſuluit Alex.conſ.xj.circà primum lib.j.& Oldra.conſ.cxlv.Interpretatur & limitatur hæc concluſio cōmunis de iure canonico, non habere locum quādo in delicto cōmiſſo non adfuerunt, niſi mulieres, vtpurà Titius fuit interfectus in præſentia duarum mulierū, nec interfuerunt alij teſtes, tunc exploratū eſt, ex quo aliter veritas haberi non poteſt præfatum homicidiū poſſe probari per mulieres quia in ſubſidiū,& in cauſa Criminali mulieres in teſtes recipiuntur.ſecūdum Ioan.And.poſt Guido.de Zuza.in add.Specu.in tit.de teſte.§.j. ver.item quòd mulier. Abb.in c.ſi.per illum tex.ext.de teſti.cog.& in c.quoniam vbi,& alij Doct.de teſti.& Alberic. in l.in teſtimoniū ff. de teſtib. Alex, conſ.lxiiij.viſo themate, in princ.lib.j.conſi.cij.circa fi. vol.vij.Dec.conſil.ccclxiij.Marſil.conſ.cij. & conſ.cxxvij & in l.Diuus, nu.9.ff.de quæſtio.in l.infans, num.xliiij.ff.ad l.Cornel.de ſicar. & in l.de minore, num.xxv.ff.de quæſtio.Dec.in d.l.fœminæ, nu.34. circà media, Alciat.in tract.de præſump.reg.j.prēſump.xlvi .& Ioan. Nicolai in add.ibi, Grammat.conſil.crimin.xlv. nu.20.& Curt.in l. admonendi, nu. 104.ff.de iureiur. vbi hanc limitationem latè declarat & Deci.in loco ſuperius citato. F.Viuius.

Teſtis idoneus eſt frater in cauſa fratris, ſecūdum Bar.in l.qui teſtamento.§.quæcunque, nu.6.ff.de teſta.gl. Bal.& Saly.in l.parentes C.de teſtib.iij.Inn.gl.& Imo.in c.inſinuāte.de offi.del.Ber.cōſ. ccxij. vol.j de incip.ſuppoſita.Fel.& omnes Docto.magis communiter in capitu.cum oporteat, de accuſation.& in capitu.in literis, ext.de teſti,& Bal.conſil. cclxxxv.vol.iiij.vbi citat,& ſequitur Bar.in d.§.quecunque,& licet ipſemet Bal. teneat contrariū in l. nulli.C. de Epiſc. & Cleri.Ob hoc fatuum eſſet recedere à dicta communi in iudicādo,& cōſulendo, quam communem ſequuntur quoque infiniti Docto.variis. in locis iuris noſtri,& Alciatus in tract.de præſump. in prima reg.præſump .xxiij.nu.2.& 6.qui quidem Doct.vno ore omnes declarant, ac explicant prædictam communem non procedere, quādo fratres ſunt, vel reperiuntur in poteſtate eiuſdem patris, vel quādo ſimul habitant & Lāfran.in c.quoniam cōtra, de probatio.in veſ.teſtes num.62.& Cælſus ibi in add.declaratúrque ſimiliter hoc nō habere locum in cauſa Criminali, in qua (nota) frater pro fratre non eſt idoneus teſtis, vt conſuluit Alexan.conſ.lxx.viſo proceſſu.volu.j.ſed animaduerte, quia ad probandum Innocentiam fratris inquiſiti criminaliter pro delicto frater eſſet idoneus teſtis pro fratre,& per conſequens frater inquiſitus de homicidio poteſt probare per fratrem ſe commiſiſſe homicidiū ipſum ad ſui defenſionem, ſecūdum Bald.& Saly.in d.l.parēres, Areti.in tract.maleficio.in ver. & dictus Titius ſe defendendo, Alexan.conſi.ccxij.libr.ij.& conſilio iiij.in fin.volum.vj.Marſi.ſing.cccccviij.Fel.in dicto capi.cum oporteat in v.not.& alios quamplures relatos ſuprà in ver.teſtes affines ſocij amici.& domeſtici, vbi latius explicauimus iſtam materiā & quāuis frater pro fratre teſtificari poſſit, nihilominus.ipſe frater cōtra fratrē teſtificari nō cogitur.l.lege.Iul.ff.de teſtibus & notat Ab.

numero

omnibus. vol.j.& Guid.Pa.in q.ſi ſecundum ſtylum.& dicit quòd ſeruatur in iudicando. Idem.

Per non confectionem inuentarij,amittitur Trebellianica indiſtinctè,tam in liberis,quam in extraneis,Eſt mag,com.opin. ſecun. eund. Corſ.in d.quæſt,de Trebellian.in fin, & maximè quando heres eſſet aliis ſuſpectus.Et eſſe magis commun.etiam atteſtatur Corn.in conſi.clxviij.verſi.deueniendo.vol.iij.& Dec.in conſil.ccxxxvj, non parua.verſi.ſed certè.vol.ij.Contrar.opi dicit magis eſſe commun. Idem Corne.in conſi.clxxx.multitudo.verſi.deueniamus.vol.iiij.& Iaſo. latè in conſi.lxxxiiij.puto,volum.primo.Et quod non perdatur, tenet latè Crauet.& in puncto iuris,tuetur in conſi,xvij,quæritur an nobilis, per totum,Egeret deciſione Cæſarea. Idem Gribald,

Trebellianica non cenſetur prohibita verbis generalibus,vel ex cõiecturis,niſi expreſſe,& ſpecialiter prohibeatur.Eſt vera opi. ſecund, Iaſ.in conſ.lxxxiiij,puto.vol.j, Idem,

Trebellianica in liberis primi gradus prohiberi non poteſt. Eſt verior & magis commu.opin.ſecundum Bar. Socy.cxxxvij.viſo,volum, j.vbi allegat pro hac parte Bal.Saly,Fulg.Corn,Paul.Roma.Alex.Barba. Soc.Ioan.de Anand.Ioan.de Prat. veteri.Crott,Iaſ.Claud.Aquens, Catho.Saccum.Dec,Galiau.Guid.Pap.Paul.Pic,Carol.Ruin.Curt,Iun, dicit egere dec.Cæſarea in conſi.ccliiij.nu.2, Idem,

Quando duæ quartæ detrahuntur,fructus in Trebellianicam computantur.Eſt vera & comm,opin,teſte Gozad.conſi,lxxxj.Latè Crauetta,conſi.xvj,poſt reditum.in fin, Idem,

Trebellianicæ beneficium non perdit heres non conficiens inuentarium,hanc opinionem veriorem & communiorem dicit Alex. cõſi, xxix.perſpectis.vol.v,vt refert Minſin,Obſ,lx.cent,iij.Et quòd Camera etiam eam ſequitur. I.Fichar.

P R O,Tres ſunt exceptiones quæ impediunt litis conteſtationẽ, tranſactionis,rei iudicatæ,& litis finitæ,c,j.de litis cõteſt.lib.vj.Bellon,

P R O,Tunc tua res agitur,paries cum proximus ardet,glo. in l. ſi quis fumo.ff.ad l,Aquil. Bello.

P R O.Turpis eſt pars,quæ nõ congruit ſuo vniuerſo.canone quæ contra.viij,diſtinct. Bello.

P R O.Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. l. j. ff, quod quiſque iur,l,ſi vxor.§.ſi iudex.vbi no,ff.ad leg.Iuliam de adult. Bellon,

P R O.Turpe eſt Doct,vel Aduocato,ius in quo verſatur ignorare, l.ij.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de orig,iur. Bellon,

P R O.Turpe eſt ſi profeſſio hominis, & deſiderium inter ſe diſcrepent:l,profeſſio.C.de mun,patr,lib.x.adeò quòd doctor non poſſet petere reſtitutionem in integrum,ſecundum gl,ibi. Bello.

P R O.Turpia iure noſtro reprobantur.l,Turpia,ff.de leg.j,l.generaliter.cum l,ſeq.ff,de verb,oblig.l.ſi vnus,§.pacta,ff,de pact.c. fin. de cond,appo, Bellon.

P R O,Turpia lucra ab heredibus,ſunt extorquenda.l,in heredem, ff.de calum.l.j,C.ex del.def.in quan.het,conu, Bellon.

Tutor,curator,prælatus,ac procurator,vel ſimiles poſſunt in contractu præiudicare dominis ponendo pacta pœnalia,vel reſolutiua.Curti.Iuni,conſi.cxlviij,nu.5.communem dicit, Villalo,

Tutoris datio non competit iure magiſtratus,nec poteſt delegari.Curt.Iun.in l,j.nu.55.ff.de offi,eius cui demand,eſt iuriſd,communem dicit. Idem,

Tutori non prodeſt teſtatoris prohibitio de non reddẽda ratione,ſi quid ex dolo fecit.Barba,conſi.lxviij.vol.ij.Deci.conſi,clxxviij,communem dicit etiam ſi dictum ſit per teſtatorem,quòd non teneatur reddere rationem.Et quod omne in quo fuerit condemnatus, vult ſibi reſtitui per heredẽ,Alci,in tract,de præſumpt.re.j.Præſum.vj.nu.2, communem dicit. Idem,

Tutor an in dubio poſſit proprium commodum pupilli commodo præferre,dum vtrique commodare nequit,receptior eſt Barto.diſtin.in l.Tutor ſecundum dignitatem,§.non eſt audiendus, ff.de adminiſtrat.tutor,ſecundum Damhou,in patro,pupillo,in Tit. j,volum, vij,nume,16. I.Fich.

Tutela redditur nulla,ſi tutor non ſe obligat de recipienda defenſione pupilli.Iaſ,conſi.iiij.vol.ij,nu,4,communem dicit, etiam ſi dicat,& promittat vtilia procurare & incommoda reiicere. Alb.Bru. de forma & ſolenni,verb,ex quibus forma orri ſolet, Villa.

Tutorem,& curatorem ſuper iniuria patri ipſius pupilli, vel adulti,illata,pacem poſſe componere cum inferente,nonnulli voluerunt, ſi iniuria patens,& notoria non fuerit,aliis ſecus. Quidam verò indiſtinctè pacem fieri poſſe,tenuerunt,ſi tamen id pupillo aut adulto vtilius fuerit,quàm vindictã proſequi,hosque melius ſenſiſſe voluit Caſtrenſ.in l.pactum curatoris.C.de pact,vbi Butrig.Bal.Sali.Alex. & plerique alij,id communiter tradidere,idemque voluit Bald,in l. j.C, de in integ.reſtit. F.Turzan.

P R O.Tutor eſt quaſi dominus in rebus pupilli adminiſtrandis.l, qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro empt.idem in prælato, procuratore,& ſimilibus,qui loco domini ſunt not.Accur.in §.j.in verbo debetur.Inſtit.de act. Bellon.

P R O.Tutor principaliter perſonæ,ſecundariò rebus datur.l.cum in plures,§.cum tutor.ff.de admi.tut. §. certæ autem rei.Inſtit.qui teſta.tut.dar.poſſ.& §.datus.Inſtit.de excuſ.tut.curator verò principaliter bonis datur.l.in copulandis.C.de nuptiis. Bellon.

P R O.Tutor non cauet rẽ ratam pupillum habiturum,cũ rem in iudicium deducit,l,vulgo.ff.de adminiſt.tut. Bellon,

Tutor teſtamentarius iure hodierno non aſſumiens tutelam,quæcũque ſibi in eo teſtamento relicta amittit indiſtinctè, ſiue illud fuerit relictum contemplatione tutelæ, ſiue non.Eſt commu.opin.ſecun.Roma.conſi,ccxxxv.quo ad primum.circa princi.ver,eſt igitur videndum Ratio vltra omnes eſſe poteſt,quia talis tutor reſpectiuè dicitur impugnare teſtamentum:ex quo reſpectu tutelæ patitur teſtatorem decedere inteſtatum argum,tex.in §.quòd autem.Inſtit.de legit.ag. tut. Nam ſicut heres inſtitutus repudians hereditatem,dicitur impugnare teſtamentum,& teſtatorem omninò reddit inteſtatum,l.filio pater, ff.de legatis primo,l.nemo,ff.de teſta.tutel.ſic tutor datus in teſtamento,repudiãs tutelã,dicitur quoad eã partẽ impugnare teſtamẽtũ,&reddere teſtatorẽ inteſtatũ.d.§.quod autẽ lex,vt idẽ iuris ſit de parte ad partem,quod de toto ad totum:igitur honore ſibi in tali teſtamento relicto,priuari merito debet.argument.tex,in l.quæſitum.de acquiren. heredit. M,Gribald,

Pœna l,ſciant cuncti,C.de legit.tutor.per quam mater ob ſuam negligentiam in non petendo filio tutorem dari,eius ſucceſſione priuatur,non egreditur perſonam matris,nec extenditur ad alios agnatos. Eſt commu.opin,pro gl.contra Bar,ſecund.Socin,in conſil, cliij. pulchra & ſubtilis.in fin,vol.ij, M,Gribald,

Tutor datus in teſtamento minus ſolenni,& à iudice cõfirmatus, præfertur datiuo velut teſtamentarius.Eſt commu,opin.ſecũd. Alex., conſilio cxl, ſuper teſtamento,circa prin.verſ, ſecundò præſuppono vol.iiij. Idem.

Tutoribus etiam doloſis competit beneficium diuiſionis, ſed non ceſſionis.Eſt magis communis opinio ſecund.Alex,in l,j. verſu,in ea vbi & verius.D,de tranſact, M,Gribal,

# COMMVNIVM OPINIONVM SIVE SENTENTIARUM RECEPTARUM.

## LIBER DECIMVS NONVS

### V

VAlorem fructuum beneficij impetrans,non tenetur probare quòd ſatis eſt ſi dicat verum valorem expreſſiſſe.Ioan.de Ripa.in c.ad aures,de reſcript, nu.77.communem dicit. Villalo.

Vani timoris nulla eſt æſtimatio. l.ſi quis ab alio. ff.de re iud. Bellon,

P R O.Vanæ voces populi non ſunt audiendæ. l. decurionum. C.de pœn.vnde malè fecit Pilatus,qui ad populi clamorem Chriſtum condemnauit.ibi no,Accur. Bellon.

P R O.Variæ ſunt hominum voluntates.l.quia poterat.ff.ad Treb.vt in caſu l.non nudis.vbi gl C.de emanc.lib. Bellon,

O B I E C.Arg.contrà de l.cum eum.C.de ado.& l.j.C.de reb.alien. non aliena,

S O L.Sed ibi in actibus præiudicialibus,in quibus exprimenda eſt certa cauſa voluntatis,vt in l.cum hi.§.igitur oratio. ff. de tranſact,

Variare poſſunt aſcendentes petendo hereditatem ex teſtamẽto, vel ab inteſtato.Boer.dec.xxxiij.nu,19.comm.dicit, Villa.

P R O.Variatio ſeu mutatio fieri non debet.l.ſerui electione.ff.de lega.l j.huiuſmodi,§,Stichũ,ff.eo.tit,l.apud Aufidiũ.ff.de opt.leg.c.quod ſemel.de reg.iur.in vj. Bellon.

OBIEC,Contrà de l.nonnunquam.ff.de coll.bon.vbi mutans conſilium approbatur.

S O L.Ibi ſpeciale in hereditate paterna,quæ eſt quaſi nobis debita.in §.j.authen,de trient.& ſemiſ. Bello.

O,B I E C.Præterea contra de l.j.§.ſi ſic depoſuero.ff.depoſ.vbi inquit tex.quem poſſe mutare voluntatem.& l.eum qui certarum.§.j.ff. de verb.oblig.vbi mutatio voluntatis admittitur.

S O L.In vltimis voluntatibus regulariter mutare non licet,quia electio trahit ſecum executionem,vt hic,ſecus in contractibus, niſi poſt obligationem contractus.l.in commodato.§.ſicut.ff.commo.& ita procedunt contraria. Idem.

PRO.Varietas temporum,& locorum,varietatem pretiorum inducit.l,pretia rerum.§.nonnullam.ff.ad leg.Falc. Idem.

P R O. Varietas temporum varietatem conſtitutionum inducit.in

c.non

c.non debet.de conſang.& affinit.extrà. Idem.

Vaſallus abutens re feudali,notabiliter eam deteriorando, poteſt feudo priuari.Com.in §.feudum.q.lvj. P.F.

Vaſallus alienans feudum domino ſciente & tacente,videtur habere conſenſum domini,ideò pœnam nõ incurrit.Comm.in §.feudum.q. xxxj.verſi.vlti. Idem ex eodem.

Vaſallus alienans feudum,ſi habeat filios & agnatos, tunc ſi alienatio ſit iure facta,filius præfertur agnato quò ad reuocationem feudi,ſi autem ſit facta iure refragante,tunc agnatus præfertur filio.com. d.in §.feudum.q.xlij.ver.Sed pone. Idem ex eod.

Vaſallus commiſit Feloniam,ſed mortuus eſt priùs,quàm dominus querelam contra eum inſtitueret,eo caſu dominus non poteſt querelam intentare contra heredes vaſalli niſi eſſet in caſu quo vaſallus ipſo iure priuaretur feudo.Com.in §.feudum.q.lxv. Idem.

Vaſallus derelinquens rem feudalem, non propterea liberatur à præſtatione ſeruitij.Comm.in §.feudum.quæſt.xxxiiij.verſic. Contrariam.in fin. Idem.

Vaſallus etiam ſi renuntiarit feudum,atque etiam renuntiare potuiſſet,tamen propterea non poterit poſtea offendere dominum, & ſi faciat,debet puniri.Comm.in §.feudum.q.xxxiij.verſic. Sed poſito. Idem.

Vaſallus ex cauſa non petitæ inueſtituræ,non cadit ipſo iure feudo,ſed requiritur ſententia declaratoria.com.in §.feudum. §.xlix.ver. Item quæro. Idem ex eod.

Vaſallus faciens contra contenta in iuramento fidelitatis, poteſt priuari feudo,Com.in §.feudum q.liiij. Idem,

Vaſallus habens caſtrum cum pertinentiis,ſi inter ipſum, & dominum oriatur contentio de pertinentiis, nempe,ſi dominus diceret omnia bona,quæ vaſallus haberet in territorio illius caſtri, pertinere ad ſe ratione caſtri,eo caſu incumbit onus probãdi ipſi domino. Cõ. in §.feudum.q.xviij.in fi. Idem.

Vaſallus habens feudum antiquum,ſi illud recipiat à domino tanquam nouum,ſibi quidem præiudicat ſed quantum ad filios & agnatos eius,non poteſt illis per hoc ſolum factum præiudicare, niſi ipſi fortè in tale factum conſenſiſſent. Comm. dicit Clar, in §. feudum. q.vii .ver.quæro nunc. Idem.

Vaſallus habens feudum pro quo tenetur præſtare certam penſionem,non propterea cadit feudo,ſi per biennium,vel triennium ceſſauerit à præſtatione,vt fit in emphyteuſi.Commu.in §. feudum. q. lj. Idem.

Vaſallus inhabilis ad pugnandum (vt qui habeat abſciſſa brachia) non tenetur dominum adiuuare,& ſi aufugerit in prælio non priuatur feudo,nemini enim imputandum quod non faciat id quod facere non poteſt.Comm.in §.feudum q.xx,.ver. Item quæro.

Vaſallus inſtituens vnum ex filiis in re certa, nihilominus filius ille ſuccedet æqualiter cum aliis heredibus vniuerſaliter inſtitutis. Com in §.feudum.q.86.

Vaſallus licet in alienatione proteſtetur,ſe alienare,ſaluo,& reſeruato domini conſenſu,vel ſaluo iure directi dominij,non releuatur,ſi ſequuta ſit traditio.Com.in §.feudum.q.xxxi.ver.Item quæro. Sed ſi diceret ſe alienare ſaluo conſenſu domini,& non aliter,nec alio modo,talis proteſtatio verbis gemi.concepta faceret releuari Vaſallum, etiam ſi ſequuta eſſet traditio.Eadem quæſt. verſi. Bene verum eſt, Idem.

Vaſallus miles habet annum & menſem ad petendam inueſtituram. Com.in §.feud.q.xlix.ver.Intellige. Idem.

Vaſallus minor ſi non petierit inueſtituram intra debitum tempus poterit petere reſtitutionem in integrum.Com.in §. feudum,q. xlix, ver.Sed quid ſi. Idem,

Vaſallus non poteſt incidere arbores fructiferas in fundo feudali. Com.in §.feudum.q.xlvij.

Vaſallus non poteſt pro dote filiæ ſuæ, quam nuptum dare vult, grauare ſubditos,niſi appareret de ſpeciali contraria conſuetudine.

Vaſallus non poteſt rem feudalem ſine conſenſu domini alteri dare in emphyteuſim.comm.in §.feudum.q.xxxiiij,verſic. Item etiam, Idem.

Vaſallus non poteſt ſine conſenſu domini alteri conſtituere vſumfructum in re feuda.com,in §.feudum.xxxiiij.ver.Sed nunquid.

Vaſallus non priuatur feudo propter alienationem quæ ex aliquo capite nulla & inualida erat, Com.in §.feudum.q.xxxj.ver.Sed quero, Idem.

Vaſallus non tenetur in adiuuando domino præponere ſalutem domini ſaluti propriæ,com.d.in §.feudum.q.Sed quæro. Idem.

Vaſallus occidens ſeipſum,non priuatur feudo, Comm.in §. feudum.q.lviij. Idem.

Vaſallus per metum delinquens,non excuſatur.Com.in §.feudũ.q. lxj.Niſi iuſtus metus eſſet. Idem.

Vaſallus per ſubinfeudationem à ſe factam alteri,non poteſt præiudicare agnatis ſuis.Com.in §.feudum.q.xxxij.ver. ſed circa. in fin. Idem.

Vaſallus plures habens dominos, ſi contra vnum tantùm delinquat,non cadit toto feudo,ſed tantùm parte.com.d. in §. feudum. q. liij.ver.Modò. Idem.

Vaſallus poſt alienationem factam, ſi feudum recuperet, non ideò euitabit pœnam. Comm. in §.feudum. q. xxxj. verſic. Sed quid. Idem.

Vaſallus poteſt alienare commoditates feudi, ſed non valebit illa alienatio,niſi durante vita eius.com.in §.feudũ.q.xxxj.ver.Succeſſiuè. Idem.

Vaſallus poteſt dominum ſine venia in ius vocare. Comm. in §. feudum.q.xxv. Idem.

Vaſallus poteſt priuari feudo propter amicitiam contractam cum inimicis domini. ſi fuit contracta in perniciem domini. Comm. in §.feudum.q.liiij.

Vaſallus qui intra annum,& diem non petierit inueſtituram, non cadit feudo,ſi id tempus feudum non poſſederit.com.in §. feudum.q. xlix.ver.Item quid. Idem.

Vaſallus regulariter non poteſt diſponere de feudo in ſuo teſtamẽto.Com.in §.feudum.q.xl.Fallit in feudo abſolutè hereditario, & in feudo nouo,vt in d.q,verſi.ſed quia,cum ſeq. Idem.

Vaſallus requiſitus,vt comitetur Imperatorem proficiſcentem Romam pro coronatione,ſi fuerit inobediens,priuatur feudo. Com. in §.feudum.q.lxvj. Idem.

Vaſallus ſciens imminere periculum domino,ſi ipſum non certiorauerit,poteſt priuari feudo.com.in feudum. q.lvij. Intellige quando potuit ipſum certiorare,& non fecit.com.in d.verſ.Hæc tamen.Et licet non ſtatim potuit dominum certiorare cùm reſciuit,tamen tenetur facere,cum primum occaſionem ſeu poteſtatem habuerit. com. in d.q.lvij.ver.ſed quid.

Vaſallus ſi cadit feudo, quia illud irrequiſito domino alienauerit, tunc ſi ſit feudum nouum,reuertitur ad dominum:ſi verò ſit antiquũ aperitur filiis agnatis.Magis com.d.in §.feudum,q.lxvj.ver.Hanc etiã cum præced. Idem.

Vaſallus ſi coactus deliquit,non imputatur ipſi pro culpa, com. in §.feudum,q.lxj.in princi. Idem.

Vaſallus ſi deliquerit directò in perſonam domini,tunc feudum aperitur domino,excluſis & filiis,& agnatis Vaſalli delinquentis.com, in §.feudum,q.lxvj.in prin.& verſi.Sed ſi feudum, cum ſeq. Si tamen feudum datum eſſet Titio & eius heredibus de vno ad alterum reuertendo,vel Gaio,Titio,& Seio,omnibus principaliter vel inſolidũ, vel attentis meritis ſingulorum,tunc vnius culpa non noceret aliis. d. q, ver.Sed in omnem. Idem.

Vaſallus ſi non directò deliquit in perſonam domini,tunc ſi ſit feudum nouum,applicatur domino,excluſis & filiis & agnatis, ſi autem ſit antiquum,tunc reuertitur ad agnatos.ad.q.verſ.aut verò. cum ſeq. Nota tamen,ſi feudum eſſet receptũ à patre,vel quo ipſius delinquentis,expreſſe pro ſe & liberis,vel pro ſe & filiis,vel huiuſmodi tunc indiſtinctè omnes agnati & filij ipſius delinquentis admittuntur, ſed ſi feudum eſſet ſimpliciter receptum( quod feudum aliqui informe vocant) puta,Concedo tibi caſtrum hoc in feudum:in eo caſu excluduntur filij:& omnes deſcendentes delinquentis, itemque eius agnati omnes intra quartum gradum.Ita com.diſtingui ait in d,q.lxvj. verſi. Sed quæro. Idem,

Vaſallus ſi dicat dominum appoſuiſſe in reuocatione feudi pacta inſolita non ipſi ſtatim creditur,ſed tenetur probare eſſe pacta inſolita.com.in §.feudum.q.xx. Idem.

Vaſallus ſi efficitur monachus,feudum finitur,niſi præſtaretur tale ſeruitium,quod honeſtè à clerico præſtari poſſet, vel per ſubſtitutum idoneum,vel etiam,ſi præſtaretur res aliqua vel pecunia,tũc enim feudum tranſiret ad monaſterium,& ibidem remanet durante vita vaſalli.com.d.in §.feudum,q.lxxviij. Idem.

Vaſallus ſi fuit inductus in actualem poſſeſſionem feudi, competit ei pro feudo vtilis rei vendicatio,tam contra dominum, quàm extraneum.com.d.in §.feudum.q.lxxxix.ver.Tu dic, Idem,

Vaſallus ſi incurrit pœnam priuationis feudi:non priuatur ipſo iure:ſed requiritur ſententia.com.in.§.feudum.q,lxij. Idem,

Vaſallus tenetur adiuuare dominum:etiã contra propriũ patrem: filium vel fratrem ſuum.com.§,feudum,q.xij.Sed non contra ſeipſum. Ead.q.in fine, Idem.

Vaſallus tenetur dominum defendere,& iuuare contra omnes:idque propriis ſuis ſumptibus.com.in §.feudum.q.xxj.niſi de proprio eſſet impotens.Ibid. Idem.

Vaſalli de feudo litigãtes nõ poſſuntprorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis,ſine licentia domini.cõ.in §.feudũ. q.xc.ver.Sed quæro. Idem,

Vaſallus non tenetur iuramentum fidelitatis præſtare omnibus filiis qui ſucceſſerunt domino feudi:ſed vni tantùm. Franciſ. de Are.in l.ij.§.in his.ff.de verb.oblig.com.d.quem refert Iaſ.in l.de pupillo:§.ſi plurium.nu.6.ff.de nõ.oper nunt. Villa.

Vaſallus tenetur de iure oſtendere domino (ſi exigat) ſpecificare: & demonſtrare bona quæ ab ipſo in feudũ obtinet.Gloſſ.in conſtitu.

Imperia-

Imperialem.§.illud quoque.in ver. niſi requiſitus, quam ibidem ſequuntur & expreſſè tenent Iac.de Bel,Bal.Iſernia,Aluarotus,M.Laudenſis,Præpoſitus,Matth.de Afflict. Et idem ferè omnes rurſum in c. j.§.Vaſallus,ſi feudum.& §.Vaſallus feu.ſi de feu.def.conten.ſit.Et eſt communis. Quòd ſi nollet bona ſpecificare, tunc pro toto patrimonio vaſallus eſſe præſumeretur,ſecundùm memoratos Doct.in dictis locis.Contrà.Vaſallus ſi probabiliter dubitet, quæ bona maiores ſui & ipſe à Domino in feudum acceperint, petere poteſt à domino, vt ſibi bona pro quibus ſeruire debet,vel eorundem fines, terminos & pertinentia,ſpecificet & demonſtret,non minus iure feudali, & apud eius Interpretes receptum eſt.Id enim gloſſ.in d.ver,niſi requiſitus.Et ibidem præallegati Doct.tenent.Dominus ſiquidem & vaſallus, exceptis certis caſibus (quorum xv.enumerat Matth.de Afflict. Deciſ. cclxv.num.2)ad paria cenſentur.Text.eſt in cap.j.de for.fidelita.quê Bal.ibi dicit eſſe terribilē dominis.Et eſt Canoniſatus in decr.ccxxix. q.v.c.de forma.Admonent tamen Iſer. Aluar,& Præpoſ.pro cautela, Vaſallum hanc requiſitionem,eo tempore,quo de feudo inueſtitur facere, petere debere,vt bona feudalia expreſſè in inueſtitura cum ſuis pertinentiis & finibus,&c.declarentur,Si enim poſt inueſtituram petere vellet talem declarationem,tunc dominus fortè exiguum aliquê fundum,illi demonſtraret & diceret,Ecce hoc eſt feudum tuum, &c. Ceterum nihil fraudis inter Dominum & Vaſallū eſſe debet text.in c.Imperialem.§.præterea j.De prohibi.feud.alien.per Frede. I.Fich.

Vaſallus per non petitam inueſtituram,non eſt priuatus feudo,ſed venit priuandus,domino volente.Curt,Iun,conſil.cxlij,num.2. communem dicit. Villal.

*ADDITIO.* Vnde ſi intra annum & diem,vel menſem à lege traditum,in quo poſt mortem domini petere debet inueſtituram à domino herede,vt per Bald.in cap.j,quo temp.mil.inueſt. pet.debeat, in princ.in vſib.feud,& ibi Præpoſi.Aluaro, & alij, & fuerit impeditus,curtit ſibi tēpus,nec proteſtari tenetur dum tempus eſt vtile,& de facto feudum non aufertur,ſed cauſa cognita. Ioan. de Ana.in conſil. xxxij.vltra alia.num,2.cum add't.Lud.Bolog.num, 12,vt refert. Mar. Anton.Bard.in tract.de temp.vti.& contin.in cap.ix.num,2.

Vaſallus ſi committit feloniam, & dominus remittit delictum, hoc feudum non dicitur nouum ſed antiquum.Ioan. de Imol. in cap. ij.num.16.de feudis.communem dicit. B.Villal.

Vaſallus non poteſt conſtituere vſumfructum in re feudali inſcio domino.Iaſ.in l.poſſideri,§,ex contrario.num.66.ff.de acquir.poſſeſſ. communem dicit, Idem.

Vaſallus licet poſſit infeudare quem idoneum ad ſeruiendum pro feudo,illa tamen infeudatio durat per vitā primi vaſalli,ſtatim tranſit ad dominum,Iaſ.in dicto §.ex contrario, num.72. communem dicit. Idem.

Vaſallus non præſumitur ex præſtatione decennali ſeruitiorum perſonalium,ſed requiruntur triginta anni,facta tamen contemplatione rei vel cauſæ,Balbus de præſc.par.iij,quæſt.ver.de primo, communem dicit, Idem.

Vaſallus ſine venia dominum in ius vocare poteſt. Communem dixit Iaſ.in l. ſi non ſortem.§.libertus,de condict.indeb.& Nico.Euerard.in Top.legal.loco.lix.vt refert Minſ.obſ.xcij.cent.iij Et ſic obſeruatur in Camera. I,Fichard.

Vaſallus non æquiparatur per omnia vſufructuario, ſed pinguius ius obtinet,quia habet vtile dominium.Et habet vtilem rei vendicationem,quæ non competit vſufructuario,commun. dicit Zaſ.conſil. xij.num,29.lib.j. Idem.

Vaſallo mortuo,in quo generatio ſuæ familiæ finitur,tunc poſſunt eius conſanguinei officio Iudicis petere, vt ipſi præ aliis cum feudo inueſtiantur à domino,qui tenetur etiam illos potius quàm alios extraneos,inueſtire,aliàs enim ipſis ſi.ret iniuria,Hác opinionem communem dicunt Franciſ.Curt,in tract.feud,in ij.par.q.xv. Dec. conſil. cxxxj.num.2,vbi ſcribit non videri dubitandū eſſe,quòd ita ſit communis ſententia,Et inſuper allegat Ludo.Roma, conſil. xxij.& Alex. conſil.lxxx,lib,j.Et And Sicu.in ca.j.extrà de loca.dicentes hanc communem eſſe.Item communem dicunt Carolus Molin.in addit.in ſuis addit.ad Alex,d.conſil,lxxx.num. 11,Pariſius cōſi.xxviij,in prin.vol,j, Et And.Tiraquellus(infinitos præterea accumulans) in lib.ij,de retra.in præfat.num,41.cum ſeq.Vt autem procedat hæc concluſio, requiritur primò,quòd conſanguinei petant talem renouationem intra annum,aliàs enim,eo elapſo, præſcriptum eſſet huic Iudicis officio Bart.in l.j.§.permittitur.Et ibi Apoſtil.cum concor.ff.de aqua.quotid. & æſti.Et idem Apoſtillator rurſum ad Bart. in l.ſi.ut.C.de præſcrip. xxx.vel.xl.anno.Secundò,quòd petant re integra, & antè, quàm dominus de his feudis alios inueſtiuiſſet.Alex.conſil.x. in fin.vol,iij.poſt Ludo.Rom.conſil.lxviij.viſo themathe & quæſtionibus ſupra poſitis in ij.dub.Tertiò,quòd tales conſanguinei,vel cognati ſint heredes defuncti vaſalli,ſecundùm Dec.in d.conſi.cxxxj.poſt Alex.d.conſil.x.circa fin.Sed contrarium huius,quòd imò hoc non requiratur,tenet idē Decius.(ſibi contrarius) in conſil.lxxviij.nu. 3.quam opinionem ibid. approbat Car.Mol.in add.in re videlicet non hereditaria. I.Fich.

Fallit tamen prædicta communis concluſio,ſi dominus feudum ſibi apertum non infeudare vlterius,ſed ſibi,ſuíſque poſteris reſeruare velit.Hoc enim poſſet.Caro.Rui.conſil.clij.volu.j.quem ſequitur Molin addit.ad Decium in d.conſil.cxxxj.in prin.quia,inquit, eſt tantùm æquitas quædam,vt extraneis,tantundem offerendo præferantur, vt per Bart.in l.j,in fin.de priuil.credi. I.Fich.

Si per mortem Vaſalli feudum aperiatur,& ad dominum reuertitur,dominus feudi,ſiue prælatus,etiam ſi iureiurando fidem ſuam adſtrinxerit,quòd Romano Pontifice inconſulto nequaquam de nouo alienaret,ſi tamē eccleſiæ ſuæ,quò alienatio ſi viderit expedire, illud iureiurando non obſtante,liberè poterit alienare,ad conſultationem Mediolanenſis Archiepiſcopi.Inno.iij.reſpondiſſe habes ex decretal. ex parte de feud,ibi, liberè ſi videris expedire,ꝙ verbum,liberè idem, ſine alicuius impedimento,& contradictione importat.c.licet in fin. de ſepul.in vj.l.libertas in prin.ff.de ſtat.homi.cum ſimil. facit etiam pro concluſione text.in c.j.ſi vaſſa,feu,pri. vbi ſi vaſſallus propter delictum in dominum commiſſum feu.priuetur, non tranſit feudū ad filium,niſi ex gratia dominus illi concedat,quod verbū ex gratia,liberam facultatem denotat nullo iuris aut obligationis vinculo adſtrictā ca.gratioſè.& c.gratia,de reſcript.in vj.ex qua concluſione ad emphytheuſim inferri poſſe videbatur,cū de vno ad alterū procedat argum. cōm.Doct.ſententia,vt Soci. ſcribit,conſil.clxvij.non vtilis.lib.ij.niſi iure communi contrarium ſtatutum & prouiſum reperiatur,maximè quando diſpoſita,& dicta in feudis non exorbitarent à iure communi,nec illi aduerſantur,ſecùs ſi ſunt contra ius commune,quia eo caſu non habent locum in emphyteuſi,tradunt Docto. in cap.j.de feud. & hanc æquiparationem.facit gloſſ.in cap.j.in verſic.aut vtrunque.in tit.an agnatus. verſicu.hinc quoque dixit Hoſtien. in ſum.de feud.in princ.& Iſer.in primo feud.in iij.car.ver.item quæritur in feudatario quòd cōtractus feudalis & emphyteuticus ſunt ſimiles,& licet Doct. quandoque differentiam conſtituant inter vnum & alterum,vt patet ex not.per Bart in l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.libe.& per Bal. in auth.ſi quis ruinas.C.de ſacroſanc.eccle.declarant tamen illud verum eſſe & procedere in caſibus,in quibus iura in feudo loquētia ſunt contra regulas iuris communis,aliàs ſecùs.Nam eo caſu iura loquentia in feudis adducuntur,& deſeruiunt ad deciſionem earundem dubitationum in contractu emphyteutico emergentium,vt omnes poſt Bart.inquiūt in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.oblig. contrarium tamen eſſe tenendum,probatur ex traditis per Bart.in l.j.§. permittitur. ff.de aqua quot.&æſtiua. l.prima,in fin. per illum text.ff. de priuil. credit. quibus in locis cōcludit, quòd finita emphyteuſi,vt quia conceſſa fuerit vſque in tertiam generationem,et æque finita ſit, ſi concurrāt agnati eorum, quorum linea eſt extincta,& extranei requirentes dominum emphyteuſis,vel prælatum eccleſiæ,vt de ipſa emphyteuſi inueſtiat, & rem emphyteuticam eis concedat,præferre debet agnatos,aliàs illis iniuriam infert,dixit etiam Bald.in addit. ad Specul. titu. de loca. quòd dominus emphyteuſis debet potius renouare eam poſteris eius qui olim fuit emphyteuta,quam aliis extraneis, & ſi aliis cōcedit,infertur agnatis iniuria allegat d.l.j.§.permittitur.ff.de aqua quotid. & æſtiua.hancque comm.ait,& tenet Alexan. conſilio lxxx. viſo & animaduerſo.nu.7 lib. j.vbi latius videre poteris. Turzan.

Vaſalli an poſſint eſſe teſtes in cauſa domini ſui, & ſi depoſuerunt in fauorem domini,an illorum dictis fides habenda ſit?Varię ſunt inter Doct.opiniones,quarum xj.refert Matth.de afflict,deciſ.ccciiij.Et in fine ſic ſcribit:Fuit concluſum per totum conſilium,nemine diſcrepante,quod vaſallus pro domino ſuo poteſt eſſe teſtis. Et quod dominus in eum habeat merum , & miſtum imperium, & ei iurauerit fidelitatem, dummodò nō probetur, quod ſit grandi amicitia coniunctus domino,velſit vilis perſona, vt angarius vel parangarius,qui propter eorum vilitatem repelluntur à teſtimonio,&c, Idem,

P R O. Vbi à lege vel ab homine aliquid non eſt determinatum, iudicis arbitrio relinquitur, l.j. §,fina.ff. de iure deliberand.l. mancipiorum.ff.de optio.legat, Idem.

P R O,Vbi adeſt remedium ordinarium, ceſſat extraordinarium. l.in cauſæ.iij.ff. deminorib.in l. inprouinciali. vbi Bartol. ff. de noui oper.nuntiatio.Bellon.

P R O,Vbi alia quàm donationis cauſa ſubeſt, non præſumitur donatio.l.ſi cum aureum.&ibi nota.ff.de ſolutio, Bellon.

P R O.Vbi aliquid pendet ex conſcientia alicuius ſtatur iuramento ipſius gloſſ.in l.j.C.ad leg,Corn. de Sica.in c.ſignificaſti.j.de hom. not.in §.namque inſtit.de actio. Bellon.

P R O.Vbi caput eſt ſepultum,ibi &ſepultura hominis intelligitur l.cum in diuerſis.ff.de reli.&ſumptibus fun, Bellon.

PR O.Vbi concurunt duo,quorum vnus magis diligit teſtatorem, vel eſt maigs dilectus à teſtatore, præferendus eſt alteri minus diligenti,vel dilecto.l.vnic.in §, ſed & qui domini.C. de Lat. lib. tol. &l. Pupillus.§. fin.de conditio.& demonſtrationib. Bellon.

P R O.Vbi cum familia ſua quis morari conſueuit, ibi morari dicitur.l.vxorem.ff.de leg.iij. Bellon.

P R O. Vbi deficit exemplar,deficit & exemplandum, in l.teſtamento,

mento.ff.de cond.& demonſt. Bellon.

PRO. Vbi deficit fundamentum, ſuperædificari non poteſt. l.legi, ff. de except.rei jud. ca. cum Paulus, j. quæſt.j. cap.ij. de præſbyt.non baptiza. Bellon.

PRO. Vbi deficiunt verba legis, deficit & legis diſpoſitio, l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect. Bellon.

PRO. Vbi dolus aut calliditas verſatur, ex alieno conſilio quis obligatur. l.conſilij non fraudulenti.ff.de reg.iur. Bellon.

PRO. Vbi eſt eadem ratio & æquitas, ibi idem ius eſſe debet. ib l. illud.ff.ad leg.Aquil. l.à Titio.ff.de verb.oblig. in l.fin.C.ad leg.Falcid. ca.cum dilecti, extrà, de confir.vtil.vel inutil. Bellon.

PRO. Vbi eſt verborum ambiguitas, non valet quod actum eſt. l. vbi.ff.de reb.dub. Bellon.

PRO. Vbi eſt vnus quaſi contractus, inſpicimus initium: vbi verò ſunt plures, cuiuſque per ſe initium conſideramus. l.Pomponius, ij. ff.de neg.geſt. Bellon.

PRO. Vbi lex conſiderat quod poteſt euenire, non debemus requirere quod actualiter euenerit. l.ſi verò.§.prætor.ff.de his qui deiecc. vel effud. Bellon.

PRO. Vbi majus eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, l.j. §.ſed ſi quis.ff.de Carb.edict. in ca. vbi periculum.ff.de elect.in vj.

PRO. Vbi non eſt ordo, ibi eſt confuſio. in §. eſt inordinatum. in auth.de hered.& falc.coll.j. Bellon.

PRO. Vbi nulla petitio, ibi nulla intelligitur eſſe mora. l.ſi pupillus.ff.de verb.oblig. Bellon.

PRO. Vbi paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. ca.alligant, xxvj.q.ſi. Bellon.

PRO. Vbi ſunt duæ cauſæ finales, vna ſublata, & altera remanente, non ceſſat effectus, in §.affinitatis. inſtit.de nupt. Bellon.

PRO. Vbi veritas locum non habet, nec iuramentum locum habet, in l.fin.de non numera.pecu. Bellon.

PRO. Vbicunque quis non tenetur de caſu, ibidem ſi culpa præcedat caſum, de caſu tenetur, l.ſi vt certo.§.nunc videndum. ff. commoda. Bellon.

Vectigalia licet princeps poſſit imponere, non tamen inferior, qui ſuperiorem recognoſcit. Curtius Iunior conſilio lxxiiij. num. 1. communem dicit. B.Villal.

PRO. Venalis non eſt gratia ſpiritus ſancti, cap. ſi qua fratres.j. quæſt.vij. Bellon.

quando in Venditione, vel locatione prius bona cum eorum confinibus exprimuntur, adiecta deinde certa menſura, venditio non reſtringitur ad illam menſuram. Secùs vbi contrahentes incipiunt à nominibus deſignantibus numerum vel menſuram: quia tunc contractus reſtringitur ad illum numerum, vel illam menſuram. Eſt communis opinio ſecundum Decium conſil.cccxlviij. prima facie. Nam expreſſio confinium facit vt videatur totum illud in contractu deductum, quod tamen ipſis confinibus reperitur incluſum. Dec.ibid.ver.ſi. tertio reſponderi poteſt. M.Grib.

Vendens fundum iure coloni, qui medietatem fructuum percipere debet, ſi nullus reperiatur colonus, ſed ipſe venditor fundum excoluerit, talis operatio nihil operatur, ſed omnes fructus tranſeunt in emptorem. Eſt communis opinio ſecundum Hyppol. in l.qui ignorans circa princ. ff. ad leg. Corn. de falſ. verſic.& ideo dixit Iacob. Sed tu, conſidera, quòd iſta communis opinio videtur dura, & iniqua, cùm propter talem reſeruationem, quę ſolet importare dimidium fructuũ, ipſe venditor veriſimiliter prædium minori pretio vendidit, & emptor tali reſeruationi conſenſit, vnde deberet talis reſeruatio operari in fauorem venditoris, ne ipſum duplici onere prægrauari contingeret, & emptorem cum alterius iactura etiam contra propoſitum locupletari. Cogita, quia contra commun. videtur text.in l.fundus qui locatus.ff.de fundo inſtr. Idem.

Venditor ſciens litem motam emptori, non tenetur de euictione, niſi ſibi per emptorem fuerit facta denuntiatio. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in l.ij.§.voluntatem, ver.tenendo tamen concluſionem, ff.ſolu.matrim.

Limitatur, vt ibi per eum, niſi in inſtrumento iuraſſet venditor, defendere emptorem: quia tunc venditor ſciens litem motam tenetur etiam non facta denuntiatione, propter ſtimulum iuramẽti: quia iuramentum conſtituit iurantem in mora, ipſo iure, ſine alia denuntiatione, ſecundum eundem Iaſonem latiſſimè, in l.quòd te. ff. ſi certum petat. Idem.

quando Venditor reperitur poſt factam venditionem adhuc rem venditam poſſidere, præſumitur venditio ſimulata, & fraudulenta. Eſt communis opinio ſecundum Corn.in conſil.ccv. in præſenti. verſic. nec videtur, volum.iij. Idem.

Venditor qui accepit arrhas, non liberatur perſoluendo arrhas duplicatas, ſed ad totum emptoris intereſſe tenetur, Barto.in l.j. §.vnde quæritur, in fine. de public.& vectigal. Et eſt communis opinio ſecundum Alexand.in l.ſi cum dotem, ver & iſta faciunt ad quæſt.ſolu.matrim. Idem.

Venditor de iure Ciuili, Canonico, & in conſciẽtia agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi pretium, l.curabit. vbi text.gloſſ.Bart. Bald. & Doctores.C.de act.empt. cum hoc tamen, quod huiuſmodi intereſſe petitum non excedat conſiderabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum cùm pro percipiendis & non perceptis, non teneatur venditor ad intereſſe erga emptorem ob pretium non ſolutum, & iſta eſt magis communis opinio, vt refert Socin.in l. de diuiſione, nume. 13. cum ſequen.ff.ſoluto matrim. vbi Bart.& alij Doct.Paul.de Caſt. in l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de actio.empt. Lauren. de Rodulphis in tract. de vſur.in ij.par.iiij.oppoſito. Ioan. de Ana.in cap. in Ciuitate. circa princ.de vſuris. F.Viuius.

Vendens rem cum pacto francandi, non poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata fuit, ſed tamen contra primum emptorem actione perſonali, vt per Alexandrum conſil.x.volum.j. ferè per totam, & Gozadi.in repet. l.ij. C. de pact. inter empt.& vend.num. 44. cum aliis ſequen. quam Alexand. opinionem licet Soci.impugnauerit, conſil.lxxx. volum.iij. in princ. ſequendo Paul. de Caſt.& Cuma. tenentes contra Alexand. in locis ibi à Soci. citatis, & quorum opinionibus dixit Soci. non minus eſſe deferendum, quàm auctoritati Alexand.& quamuis contra Alexand. ſententiam tenuit Cuma. Ioan.de Ana.& Anton. Burgos in locis citatis à Cagnolo in repe.d.l.ij.num.133. tamen Alexan. opinio magis communiter recepta eſt à Doct. eam enim ſequitur Fulg. in l. ſi cum venderet.ff.de pign.actio. Iaſ.in l.ab emptione.ff. de pactis. Ruynus conſi.xxxij.vol.j Ripa, Ferdin. Dec. Curt. Senior, & Caſſaneus in lecturis, & conſiliis citatis à Cagno.in d.l.ij num.134. à qua quidem communi nullatenus eſt recedendum in conſulendo, & iudicando iurib. & rationibus vulgaribus. F.Viuius.

Venditio iurata cum clauſula prægnanti ex certa ſcientia, & aliis apponi ſolitis in contractu venditionis: caſu quo in ea, venditor eſſet læſus vltra dimidium iuſti pretij vtrique non poſſet læſus reſcindi, ſecundum gloſ.Bart.Bald.quæſt.iiij.Salyc.quæſt.vij.Paul.de Caſtr.& omnes in l.ij.C.de reſcin.vendi. vbi Moder.atteſtantur hanc eſſe communem opinionem, & Caſſadorus deciſione vnica, in tit.de emption. & vendit. vbi ponit iſtam eſſe communem ſententiam omnium Doctorum, vtriuſque cenſuræ, & conſtat etiam hanc eſſe communem ex congeſtis per Barb.conſil.lv.num.20. volum.j.& conſil.xlj. num.31. volum.& Boer.deciſio.cxlij. nihilominus Rota Roma. in contingentia facti conſuluit contrarium, & dictam communem reprobauit, vt refert Caſſadorus in dicta deciſ. vnica, quæ quidem auctoritas Rotæ videtur verior & æquior, eámque caſu euenientę in iudicando, & conſulendo conſtanter amplecterer per argumenta, & rationes relatas per Abb. in cap. Quintauallis. de iureiuran. & Caſſad.in d. deciſione vnica, per totam. Idem.

Venditor dans, tradens, donans, & donare intendens emptori illud, quòd plus valebat res alienata ac vendita, poteſt optimo iure venditionem ſub prætextu deceptionis vltra dimidiam iuſti pretij reſcindere, ſi conſtet ignorauiſſe valorem illius rei alienatæ, ſecundum Guliel.de Cug.in l.ſi tibi decem in princip.ff.de pact.Azo.in Summa de reſcin.venditio.Bart.in l.ij.C.de reſcind.venditi.& in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.oblig. Bald.Alexand.Iaco.de ſancto Georg.& Iaſo.in l. & ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. ſecùs verò ſi ſciebat valorem rei venditæ ipſe venditor, tunc enim perdit omninò remedium d.l.ij. nec venditio per læſum vltra dimidiam iuſti pretij reſcindi poteſt, & iſta fuit diſtinctio Bart.in dicta l. ſi quis cum aliter, in xj. quæſt. cum quo ſentiunt omnes Doct. communiter ibidem, & in præcitata l.ij. vbi Mod. ſequuntur & atteſtantur dictam communem, & Boer. deciſ.cxlij. ſed nonnulli Doctores tenuerunt contrarium, quorum rationes latè proſequitur Abb.& in cap. cum contingat, de iureiurand.& in cap. Quintauallis. eo.tit. vbi refert Bald. dicere cõmuniter in practica obſeruari quòd non obſtante quacunque verborum cautela ob enormem læſionem peti poſſet reductio ad arbitrium boni viri, tamen non eſſet tutum à prædicta communi diſcedere aliquo pacto, quia difficile foret contra eam obtinere in practica. Idem.

Venditor non tenetur præcisè rem tradere, ſed præſtando intereſſe liberatur per text.in l.j. ff. de actio.empt. cui concordat l.ex empto, §. etiam, eod.tit.& not.Aretin.in §.j. Inſtitutio.de donat. Gloſ. diſtinguit in §.pretium. Inſtitutio. de emptio. & venditio, quòd venditor habẽs facultatem tradendi rem venditam, poteſt cogi præciſè manu militari, & etiam per pœnas, & mulctas ad tradendum poſſeſſionem realem rei venditæ emptori, nec liberatur præſtando intereſſe, quam gl. meliorem de corpore iuris appellat. Aret. ibi, & eius opinionem dicit æquiorem gloſſ.in d.l.j. eamque ſequuntur ibi Bart.Bal.Paul.de Caſt. & Fulg. Bart.num.5. Paul.de Caſt. Alexan. Iaſ.num.21.& Dec.in l.in actionibus.ff.de in lit.iurand. Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur, in viij.quæſt.de verb.oblig.& poſt eum ibi Roma.num.58. Alexand. num.30. Iaſ.num.39. Claud. Aquen.num.40.& Ruyn. num.30. dicunt ac audacter fatentur hanc eſſe communem opinionem; idem dicit Alexand.in l.certi condictio. num.12. ff.ſi certum petat. Dec.num.2.

Paul.de Caſt.in l.ſi traditio.C.de actio.emp.Iaſ.in l. quoties.numero 34.C.de rei vendi.Fely.poſt Imol.in ca.cùm Ioannes. num.35.de fide inſtru.Boer.deciſio.xlviij.Petr.Andr. Gramma.in tractat.permutatio. nu.29.Fabia.de Monte in tracta.de emptio. & venditio.in vj.q.princ. num.38.vbi citat infinitos Docto.& denique ibi fatetur hanc eſſe veram.& communem opinionem, & Couarruuias in tract. reſolutionum iuris Ciuilis,c.xix.nu.1.lib.ij.& Tiraquel.in tract.conſtitut. poſſeſſo.in prima parte, num.35.declaratúrque iſta communis vtiliter, quòd nec liberatur venditor ab actione perſonali ex empto per conſtitutum de poſſidendo nomine emptoris vel precario, quin teneatur tradere poſſeſſionem,prout eſt facti & non iuris, & ſic poſſeſſionem realem,manualem,effectualem,& corporalem, ſecundùm gloſ. in l.Iulianus.§.ex empto.de actio.empt.Bald.Ang. Paul.Caſtr.in l.ab emptione.ff.de pact.& Cyn.in l.j.in fin.C.quando liceat ab empt.diſcedere, & iſta eſt communis opinio, teſte Ruyno conſilio xciiij.numer.1.volum.j. nec ab re hoc firmant præcitati Doctor.quòd præcisè teneatur ad tradendum rem venditam conſtituens ſe precario poſſidere emptoris nomine, quia res eſt effecta empt.vt per Bald.in repeti.l.Aemilius.verſ.ego cogitabam defendere. ff.de minor.declaratur quoque dicta communis in tantum procedere, quòd promittens vendere alicui, teneretur ad rem tradendam præcisè,quia promiſsio de vendendo dicitur indiuidua.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.obligat.vbi Bart,& omnes hoc tenent,& idem Bar.in l.cui vſusfruct.ff.de vſufruct.leg. & iſtam ponunt eſſe communem opinionem,Ruynus conſ.xxvij.nu.1.& 6. vol.iiij.& Curt.Iun.conſil. lxxiiij.in princip. Procedunt autem de plano omnia prædicta ſi pretium rei emptæ fuerit ſolutum, vel aliter eo nomine ſatisfactũ, tunc enim bene tenetur venditor præcisè rem ipſam tradere, aliàs ſecùs: imò rem prædictam poteſt retinere loco pignoris.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt,& d.l.ex empto.in princi. & hoc videtur ſentire expreſsè Bald.in l.ſi.C.commo.vbi dicit quod venditor poteſt retinere rem venditam pro pretio non ſoluto,imò etiam pro vno nũmo non ſoluto, poteſt optimo iure totam rem retinere, vt latiùs declarat Fabianus de Monte in loco præallegato. F.Viuius.

Vendere rem propriam nemo inuitus cogendus eſt.l.inuitum.C. de contrah.empt.l.nec emere.C.de iure delib.l.inuitos. C.loca.Fallit iſta regula,ſeu declaratur non procedere in caſu,in quem reſpublica grauaretur annonæ inopia,tunc enim & ſi quis merces venales non expoſuiſſet,nec eas publicè venditioni obtuliſſet,nihilominus ad earum venditionem cogendus eſt, & quidem iuſto pretio à principe, vel Magiſtratibus definito, ne quis liberè res neceſſarias hominũ alimentis quocunque pretio grauiſsimo quidem ob rei penuriam vendat,& hoc colligitur ex l. .C.de Epiſcop. audien.vbi Bart.& ſcriben. omnes communiter,Panor.& alij Canoniſt. vno omnium ore in c.j. de empti.& venditio.Barto.in l.annonam.ff.de extraord.crimi.Lucas de Penna eleganter in l.j.C.de quibus mune.liceat ſe excu.verb.tẽp. Iaſ.in l.j.ff.de legib.Afflict.in iij.q.in procemio conſtitut.Neapolitan. Bald.& Angel.in l.ſi pendentes. §.ſi quid cloacarij. ff.de vſufruct.per tex.ibi,& Fely.in dicto c.j.de emptio.& venditio.vbi Moder.& in locis præcitatis atteſtantur hanc eſſe communem opinionẽ.Fallit prædicta regula ſecundo loco,vbicunque quis exponeret publicè res proprias venditioni,& illæ res pertineant ad victum,& veſtitum hominum, etenim æquum eſt tunc ac Reipublicæ conueniens, etiam ceſſante inopia rei,quòd publicus venditor cogatur iuſto pretio vendere res,quas venditioni expoſuit,text.eſt ſecundùm Abba.& Burg. in d.c.j.C.de epiſc.audien,gl.in l.non enim.ff.de re.amota, Marſyl.in l.j.§.cum quidam deponere.nu.6.ff.de quæſtio. Dyn.& Bartol.in d.l. non enim.& quamuis Iaſ.in dicta l.nec emere, contrarium tenuerit, tamen in his, quæ pertinent ad victum procedit de plano prior ſententia,ſecundùm Alberic.in dicta l.non enim.poſt alios huius opinionis authores, quorum opinio communis eſt, vt audacter aſſeuerant Moder.in d.cap.j.& nonnulli Doct.iam relati. Fallit ſimiliter præfata regula in multis aliis caſibus,quibus cogitur quis vendere iuſto pretio res proprias,quos tradiderunt gloſ.& Doct.in d.l.in victum.gloſ. & ibi Alber.& Iaſ.in d.l.nec emere.Roma.in l.ij.num.7.ff.ſolut.matr. Afflict.in d.procem.Conſtitu. Neapo.q.iij. Bald.& Ang.in d.§.ſi quid cloacarij Rube.conſi.xcij.Marſyl.in d.§. cum quidam diſponere.& Tiraquel.in tract.de retract.lib.j.in præfatio.nu.15.& in § iij.gloſ.iij.nu. 1.& Socinus in tractatu fallen.in regula cccccxxxv.vendere rem ſuam nemo compellitur. Idem Viuius.

Venditor licet certò ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem rei à ſe venditæ, nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam,niſi emptor nuntiauerit ſibi litem motam ſecundùm Bar. in l.non ſolùm.§.morte.ff.de oper.noui nun.Spec.Io.And.& Anchar. in c.ſi.de empt.& vend.in ſi.Bart.Bald.& Ange.per illum text.in l.qui abſentem.ff.de procura.Alex.nu.12.& Iaſ.nu.26.& ſeq.in l.ij.§.voluntatem.ff.ſolu.matr.qui dicunt hanc eſſe communem opinionẽ.Idem.

Vendens,ſeu donans eandem rem duobus,ille præfertur in dominio detinendo, cui priùs res ipſa tradita fuit, non attento cui priùs fuit vendita,vel donata.l.quoties.C.de rei vendi.vbi Doct. dicunt hãc eſſe firmiſſimam iuris regulam.& Rayn.conſ.clvij. nu.6.volu. iiij.& Marſyl.ſing.lxxxij.incip.volo tibi dare aliquas notabiles, & ſic emptor ſecundus,cui res tradita fuerit, præfertur priori emptori, & ratio dictæ regulæ videtur iſta, quia dominium regulariter non poteſt in alium transferri aliter,quam per traditionem.l.traditionibus.C.de pactis,igitur ex duobus emptoribus is potior cenſebitur quò ad dominij acquiſitionem,& retentionem,cui res priùs tradita fuerit,licet in contrahendo poſterior fuerit.l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publicia.in rem actio.& l. ſi ea res.§. fina.ff.de actio. empt. huiuſmodíque rationem tradidit gloſ.& omnes ſcriben.communiter, vt refert ibi Iaſon in dicta l.quoties.numer. 3.in ſi.Sed declaratur iſta primùm non procedere,vbicunque res ipſa eſſet vendita duobus, quorũ prior Eccleſia,vel Ciuitas eſt,in qua nota ex priuilegio dominiũ abſque traditione transfertur iuxta l.fin.C.de ſacroſanct.Eccleſ.hoc enim caſu prior iſte emptor Eccleſia,vel Ciuitas præferendus eſt, etiam ſi alteri poſtmodum res vendita,vel tradita fuerit,ſecundùm Io.Andr.Abb.& omnes in cap.cum cootinebatur de his, quæ ſiunt à præla. gloſ.Bart. & alios in d.§.ſi duobus.& omnes in d.l.quoties, vbi Iaſ.num.4.ſupponit iſtam eſſe communem opinionem. & Moder.in l.qui duobus. ff.de falſis,quam quidem communem ſequitur Roma.conſ. ccxcviij. circa præmiſſam dubij conſultationem. Panor. conſilio xcj. nu.7.lib. & Goza.conſil.xiij.num.13.& Marſyl.ſing.lxxxij.incip. volo tibi dare aliquas notabiles & vtiles limitationes. Interpretatur & limitatur ſecundo loco præfata regula non procedere, quando Princeps venderet,vel donaret eãdem rem duobus, hoc caſu præfertur primus emptor,quia ex ſolo contractu,ſeu donatione Principis transfertur dominium ſecundùm Ioan. Andre.in cap.olim.de verb. ſignif.Aret.in l. iij.ff.de acquir.poſſeſ.Ang.in l.officium.ff.de rei vendi. Bald.& Iſern. in cap.j.§.inueſtitura.num.2.de noua forma fideli. Doct.omnes in d. l.traditionibus.Roma.in dicto conſilio ccxcviij. Abb.conſ. xciiij.lib. ij.conſi.j.num.7.vol.v.& Iaſ.in d.l.quoties.num.10.qui dicit dictam opinionem non habere contradicentem.& Pari.conſi.ij.nu.58.vol.j. dicit communem,& Docto.in d.l.traditionibus.Limitatur prædicta regula tertiò non habere locum, ſeu claudicare in Eccleſia,& Eccleſiaſticis perſonis vendentibus eandem rem duobus, quia tunc primus emptor ſecundo præfertur, etiam ſi traditio realis facta fuerit. priùs,quàm primo emptori,ſecundùm Hoſtien.C Ioan.And.in dict. cap.cùm continebãtur,Rom.in d.conſilio cxcvi.j.in authen.ſimiliter C.ad l.Falci.& Marſ.in d.ſing. lxxxij.& in d.l. qui duobus. numero 3 in contrariam verò opinionem inclinauit quòd præferatur in iſto caſu primus emptor.Ant.de Butr.Cardi.Flor.Ancha.& Abb.in d.c.cùm continebatur.Bar.Soc.conſi.xxix.li.iiij. Iaſ.in l.fin.nu.29.C. de ſacroſancta Eccleſia,& in d.l.quoties.nu. 20. vbi aſſerit hanc communem opinionem.& Alex.quoque conſi.cxxij.lib.v. Pariſi.in d. conſi.xij.nu. 22.Fallit ſimiliter, vt non procedat, quando ſecundus emptor malã fidem haberet,nam ſi ſecũdus emptor ſciens fuerit vẽditionis primo loco alteri factæ eiuſdem rei,licet eidem tradita ſit cum fraude, tamẽ per primum emptorem res ipſa ab eo reuocabitur,& euincetur per actionem in factum prætoriam cõpetentem ad reuocandum alienata in fraudem ſecundùm gloſſ.communiter approbatam in c.ſi tibi abſenti de præben.libro vj.Bal.in rub.C.de reuoc.his quæ in fraud.cre. dito.gl.Alceri.Saly.& Iaſ.nu. 26.in d.l.quoties.Marſyl.in d.l.qui duobus,nu.10. F.Viuius.

Contractus emptionis & venditionis,vel alius ſimilis cõtractus,vt dici poſſit pignoratitius,vſurarius,& ſimulatus requiritur neceſſariò probari tria modicitas,ſeu tenuitas pretij,pactũ de retrouendẽdo,& conſuetudo fœnerandi, vel quòd emptor ſit ſolitus fœnerari,& concurrentibus iſtis tribus, contractus ipſe iudicandus foret ſimulatus, nec duo ex iam dictis ſufficerẽt aliquo pacto ad probandum ſimulationẽ,vt voluit Bal.in c.j.de feud.dato inuicẽ legis cõmiſſo.Arch.in c. quia plerique.xiiij.q.iij.Io.And.in c.illo vos, de pig.Iac.de Aren.Cyn. Sal.& alij in l.emptione.C.plus valere quod agitur,Card.& Anchar. in c.ad noſtram.de empt.& ven.Gozadi.in repet.l.ij. C.de pact.inter emp.& ven.alios referens,& Cagnolus in repet.l.ij.C.de reſcin.vẽd. & iſtam opinionem ait eſſe cõmunem Alex.conſ.cix.vol.iiij. Dec.cõſ. clxvij.Gramma.deciſio.lxvj.nu.26.& ſeq.& Caſſadorus dec.j.nu.1.in tit.de vſuris,& ita conſuluit Boerius conſ.xij.In contrariam verò ſententiam, videlicet quòd contractus eſt iudicandus fœneratitius ſolummodò ex duobus,ſcilicet ex pretij modicitate, & pacto de retrouendendo abſque eo,quòd emens ſit ſolitus fœnerari, inclinauit gl. in c.conqueſtus,de vſuris, & in d.c.ad noſtrã,quã ſequitur ibi Inno. Hoſt.Io.And.Imol.But.Abb.Bal.Alb.Pau.de Caſt.& Ful.in d.l.emptione,vbi aſſeuerat prædictorum opinionem eſſe cõmunem.& Alex.reuocãdo iudiciũ in melius,conſ.cxx.vol.iiij.& con.xlvj.in prin.vol.iij. vbi dicit aperto ore hãc partem eſſe magis cõmunem.& Boer.deci. clxxxij.nu.16.& ita vigore dictæ ſecundæ,& vltimæ opinionis magis cõmunis cõſuluit ſacrum conſiliũ Neapolitanum, teſte Afflicto,deci.lxv.& Grãmatico in præcitata deciſ.lxxv.nu. 30. cum aliis ſeq.& Rota Roma.vt refert Caſſadorus in d.deciſ.j.& ita conſuluit quoque Crauet.con.clvj.n.8.& iſta eſt veriſſima,Canonica,& magis communis opini-

nis opinio,& obſeruanda in practica, vt atteſtatur Iac.in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero.ff.ſi certum.peta.pro qua ſemper intrepidè iudicarem, & conſulerem caſu eueniente,vt ſecundum eam conſuluit etiam eleganter,& doctè Marcus Ant.Natta.conſi.cxcviij.viſo, & bene conſiderato themate,&c. Idem.

Venditor tenetur rem præciſe tradere ſi eſt in ſua facultate.aliàs ſecùs,quia tunc non tenetur niſi ad intereſſe.Anto.Nice.in concor. gl. concor.liiij.communem dicit Tiraquel.tract.de iure conſtit parte pri ma num.35. B.Villal.

Hanc ſimiliter communem eſſe,veramque teſtantur inſuper Alex, Iaſ.Claud.Aquen.Ruin.Fabi.de monte,& multi alij,quos enumerat Hipp.in §.j.num.33.& 38.Inſtit.de donat. Et phanu.in tract.de in lit. iur.num.35.poſt medium. I.Fich.

Nota iſtam communem ad intel.l.ij.titul.v.part.v.

Nota quòd promittens vendere,tenetur ad rem tradendam, quia hæc obligatio eſt indiuidua.Curtius Iun.conſilio lxxiiij,num.1. communem dicit. B.Villal.

Amplia iſtam communem quòd licet venditor ſe conſtituat nomine emptoris poſſidere,vel precario,& ex hoc videatur tranſlata poſſeſſio in emptorem,tamen tenetur etiam ad traditionem facti,& ad nudam detentationem.Tiraquel.tract.de iure conſtit.par.j.nu.1,communem dixit ex Alexan.conſi.xxviij.vol.ij.& concor.conſi.xliij.vol. j.Idẽ. Venditor non habet prælationem.Ripa in l.ſi negotiorum.§.in bonis & de priuil,credir communem dicit, Idem.

Venditor non tenetur de euictione,nec de pretio,quando emptor ſciebat rem alteri eſſe obligatam.Ludo.de Goza.in conſilio xxiiij,numero 7.communem dicit ; vide quæ habes ſuprà in verbo,donatio numero 113. Idem.

Venditio præſumitur facta ante litis conteſtationẽ,& non poſt Alci, in tract.de præſum.reg.iij.præſum.xlij.num. comm.dicit. B.Vill.

Venditio facta duobus, ſi ſecundo tradita erit res,etiam ſi venditio facta ſit per virum eccleſiaſticum,eſt potior,Iaſ.in l.quoties num. 19. C.de rei vendi.communem dicit. Idem.

Vendita re ad pondus in re mobili,vel menſurã in immobili,attendenda eſt menſura,vel pondus loci contractus.Hier.Cagn.in l.ſemper in ſtipulationibus num.5.ff.de reg.iur.& Curt.Iuui.conſi.cccccclxxvj nu.7.communem dicit, Villalob.

P R O.Venter pinguis craſſum ſenſum generat. c.fin.xlv.diſtin.Bel.

P R O.Venter plenus facile de ieiuniis diſputat ca. gloria.xij.q.ij.& ca.crates.xij.q.iij. Bellon.

P R O.Verbum ad tempus poteſt ſtare propriè,& poſt tempus impropriè lege pater Seuerinam §.conditionum. ff.de condit. & demon. Bellon.

P R O.Verbum futuri temporis non importat executionem ipſo iure,ſed per ſententiam glo.in l.iubemus.§.œconomus.C.de ſacroſan. eccleſi.& in l.in criminali.C.de iuriſd.omn.iud.

P R O.Verbum oportet importat neceſſitatem.l.cum oportet.C. de bon.quæ lib.in l.verbum oportere.de verb.ſignifi. Bellon.

P R O.Verbum poteſt,negatiuè prolatum neceſſitatem importat; nam dictio negatiua antepoſita verbo poteſt,excludit omnem potentiam,tam iuris quam facti,per glo.in c.j.de regu.iur.in vj.

P R O.Verbum poteſt.accipi generaliter & ſpecialiter in lege ij.ff. ff.de adopt.lege inter agnatos.ff.vnde leg.lege imperium.vbi not.ff.de iuriſd.omn.iud. Bellon.

P R O.Verbum quanta,& verbum ſumma,referuntur etiam ad corpora.l.quiſquis.ff.de leg.iij. Bellon.

PRO.Verbum quod eſt poſt duo verba poſitum,refertur ad vtrunque l.doli verbum.ff.de ſer.corru. Bellon.

P R O.Verba ad declarationem appoſita nõ debent diminutionem inducere.l.nomen.§.fin.ff.de legat.iij. Bellon.

P R O.Verba enuntiatiua futuri euentus diſpoſitionem non inducunt.l.Iulianus.§.ex his verbis.ff.de leg.iij. Bellon.

P R O.Verba contractus referuntur ad tempus contractus.l.Rutilia Polla.ff.de contrah.empt. Bellon.

P R O.Verba debent accipi in perfecto ſenſu.l.rei appellatio.§.opere legato.ff.de verb.ſigni. Bellon.

P R O.Verba futuri temporis reſtringuntur ad tempus mortis, vt vltra non extendant ut.l.qui tibi,de auro.& argen.leg.

P R O.Verba geminata plus operantur,quàm ſimplicia.l.Baliſta.& ibi no.ff. ad Treb. Bellon.

P R O. Verba generalia referuntur ad omnes, & ad omne tempus l.ſi ita fuerit.ff.de leg.iij. Bellon.

P R O.Verba generalia acceſſoriè appoſita ad ſuum principale reſtringuntur l.prædiis.ff.de legat.iij. Bellon.

P R O.Verba generalia in beneficiis reſtringuntur, vt odioſa non compræhendantur.l.Lucius.§.Lucius Titius,de leg.iiij. Bellon.

P R O.Verba infinitiui modi important factum.§.ſed cum factum inſt.de inutil.ſtipu.

P R O.Verba intelligenda ſunt ſecundum communem vſum loquẽ. in l.Labeo.ff.de ſupel.lega.in lege librorum in §.quid tamen Caſsius de leg.ſecun. in lege cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fund. inſt.ca.quãtis.extrà,de verb.ſigni. Bellon.

P R O.Verba intelligi debent cum effectu,l.penult.§. docere. ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi exim.lege prima §. hæc autem verba. ff.quod quiſque iur.lege ſi quando.ff.de legat.primo cap.relatum extra, de cleri.non reſ. Bellon.

P R O.Verba intelliguntur in primo actu,non ſecundo,lege boues §.hoc ſermone.ff.de verb.ſigni.in lege & licet,& lege dotis promiſſio ff.de iure dotium. Bellonus.

P R O.Verba ligant homines taurorũ cornua funes : cornu bos capitur,voce ligatur homo.Accur.in §.j.de oblig.in inſtit.

P R O.Verba per iocum dicta non obligant.l.obligationum ſubſtãtia.in fin.ff.de actio,& obligat. Bellonus.

P R O Verba propriè intelligenda ſunt.l.non aliter.ff.de leg.iij.l fin.C.de his qui ven.ætа. Bellon.

P R O.Verba quandoque impropriantur ſecundum ſubiectam materiam.in l.ſi vno anno.ff.loc. Bellon.

P R O.Verba quæ proferuntur modo conſilij, non important neceſſitatem l.cum pater.§.mando.de legat.ij. Bellon.

P R O.Verba recommendatoria non obligant.l.ſi vero non remunerandi.§.cum quidam.ff.manda. Bellon.

P R O.Verba ſi non poſſunt ſtare ſecundum propriam ſignificationem,intelliguntur ſecundum impropriam.l.ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi iurauero.ff.de iureiuran. Bellon.

P R O.Verba ſæpe intelliguntur ſecundum potentiam non ſecundum actum.in capi.maiores.verſi.ceterum.extra de bapt.

P R O.Verba ſuperflua penitus ſunt reiicienda,quid enim verbis opus eſt,quæ rerum effectus nullus ſequitur?l.fin.C.de donat.

P R O.Verba tranſpoſita non mutant ſenſum,tam in contractibus quàm in vltimis voluntatibus in l. præpoſteri. C. de teſt.in l.quidam teſtamento.ff.de pec.leg. Bellon.

P R O.Verba teſtatoris enunciatiua nihil diſponunt.lege ſcriptura C.communia vtriuſque iudi.niſi iurauerit. §.primo. in auth.de iureiurand.à mor.præſt. Bellon.

O B I E C.Contrà de l.j.C.de falſ.cauſ.adiecta.vbi verba enuntiatiua diſpoſitionem inducunt.

S O L.Dic.quod verba enunciatiua teſtatoris,emiſſa in præiudiciũ eorũ,quos grauare non poterat,non inducunt diſpoſitionẽ l.verba.C. de teſt.ſed in alterius fauorem,& cõmodum prolata,vt ad inducendã liberationẽ,ſi ſunt principaliter ꝑpter ſe emiſſa,diſpoſitionẽ inducũt, non autẽ ſi principaliter propter aliud, & non propter ſe emiſſa ſunt, quia nihil eo caſu diſponerent,vt l.ex his.C.de teſta.milit. Bellon.

P R O.Verborum obligatio inter abſentes contrahi non poteſt.l. vt inter abſentes.C.de inutil.ſtipula. Bellon.

P R O.Verbis & factis voluntas declaratur.l.de quibus.ff.de legi. lege.reprehendenda.C.de inſti.& ſubſtit lege Labeo.ff. de ſuppel. legat. Bellon.

Verbum æquiuocum vel commune in vna parte teſtamenti repertum,debet interpretari prout reperitur clarè poſitum in alia parte. Communem dicit in §.teſtamentum.quæſtione lxxvj.verſic.Hinc infertur. P.Fich.ex Claro.

Verbis teſtatoris eſt inhærendum , vbi clare non apparet de mẽte teſtatoris,Communem dicit in §.teſtamentum queſtione lxxv. ver. vbi clarè. Idem.

Verbum conuenit appoſitum,vel prolatum in inſtrumento nõ impedit ſtipulationem,ſecundum Bart.in l.lecta.ff. ſi certum peta. cuius opinionem fatetur eſſe communem.Ripa ibidem nume.16.& D.Põtanus Peruſin.nume.2.& Marcellus Bering.in rub.ff.de verb. obliga. & Cremenſis ſing.cxxxix.licet Iaſon in l.lecta ſi cert.pet.& Fortunius Garſi.in l.j.ff.de pactis, audacter aſſeuerent aliam ſententiam contra Bar.eſſe communem,ceterum prima opinio videtur magis communis,vt per Ripam in dictã rub.ff. de verb.oblig.nu.26.quæ quidem tã quam veriſſima limitatur primum non procedere quando dictũ verbum conuenit reperiretur apud acta,tunc profecto calore iudicij importaret ſtipulationem non autem pactum nudum ſecundum Bald.in l.ſciendum,in ſecunda lectu.ff.de verb.obliga.cuius dictum pro ſingulari,& peregrino recenſuit Cremen.ſingu. cxxxix. Secundò coarctatur quod eſt verum quòd verbum conuenit.in dubio non importat ſtipulationem,niſi proferatur interrogatiue,vt per Zaſium in dict. rubr.ff.de verb.oblig.puta habeo hoc a te.& Soci. loco de quo ſuprà. nu.16.& Alciatus in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.Sed tamen contra hoc tenet Azo.in ſumma,vel in rub. C.de inutili. ſtipula. at magiſter meus Reſtaurus peruſinus dũ publice interpretabatur dictã rubr. ff.de verb.obli.aſſerebat veritatem eſſe contra Azonem & eius lecturam ibi eſſe corruptam. F.Viuius.

Verbum promitto,redactum in inſtrumento,ſeu ſcriptura importat ſtipulationem.§.ſi ita ſcriptum Inſtit.de inutil. ſtipul.& hæc eſt cõmunis opinio,vt ferè omnes atteſtantur in rubr.ff.de verb. oblig.& Moder.Hiſpani.in l.iuriſgentium.ff.de pactis in princip. Ampliatur dicta communis non ſolum procedere in ſcriptura publica, verum

etiam priuata,vt in apodiſſa,& ſuper hoc eſt aliqualis controuerſia inter Doctores,ſed communis cõcluſio Docto.eſt ſecundum Marcellũ Berincutium in rub.ff.ſi cert.peta.quòd idem ſit,ac in ſcriptura publica.& de iſta communi opinione atteſtatur etiam Ioã.Baptiſt. Caccialup.in tract.de pact.in iiij.q.& Moder.Mediolanenſes in l.j. nume.31. ff.de verb.obliga.Contrarium tamen tenuit Soci.Antiq.conſil.cclxvij lib.ij.præſens,& Iaco.Bauet.in l.j.C.de committen.ſtipu.vbi ait quòd ſcriptura priuata facit fidem.ſi fiat à perſona non indocta,ſecùs ſi fieret à mercatore.Soci.Iunior cõſil.cxxxj.libr.iij.iamdiu,vbi dicit,quòd §.ſi ita ſcriptum,non habet locum in priuata ſcriptura facta à mercatore:& nota cum erit Iudex,an inſtrumenti appellatione veniat ſcriptura priuata,& an veniant teſtes eſt facienda diſtinctio,an ſimus in odioſis,vel in fauorabilibus,& de hoc vide Dec.in cap.j.de fide inſtrum. & cle.j.de procura in terminis.& lege prima.C.de iura.calum.videlicet quòd in fauorabilib.appellatione inſtrumẽti veniunt teſtes,& priuata ſcriptura:aliàs ſecùs in odioſis.Limitatur primò dicta communis concluſio non procedere in teſtibus deponentibus aliquem promiſiſſe,tunc explorati iuris eſt verbum prolatum à teſtibus non importare ſtipulationem,ſecundum communem opinionem omnium Doct in l.ſciendum.ff.de ver.obli.quam allegant nouiſſimè vltra alios Marcellus Berincutius in rub.ff.de verb.obli.Limitatur ſecundò quòd verbum promitto,poſitum in inſtrumento importat ſtipulationem, quãdo ſunt verba de præſenti,ſecùs de præterito,ſecundùm Saly.in l.j.C. de commi.ſtipu.Tertiam limitationem tradunt Modern.in d.l.ſciendum,quando teſtes dicunt talis promiſit Titio præſenti,nam tunc importat ſtipulationem,ſecùs ſi non apponerent illud verbum præſenti,vt per Mattheum de Aflictis deciſio.cxx.ſed contra hoc facit gl. cõmuniter approbata in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pactis. F.Viuius.

Verbum,Rei capitur generaliter,& compræhendit bona,iura,ſpecies,& ſeruos & alias quaſcunque res ſecundum Deci. latè in l.j. ff.ſi cer.peta.nu.7.& ſeq.in ij.lectu.& vltra eum probatur hoc Inſtitu.de rerum diuiſio.in prin.& Inſtitu.de rebus corpora,& incorpo.vbi hæreditas,vſusfructus obligationes,& actiones veniunt appellatione rerum.Sed aduertendum eſt,quòd non compręhenduntur liberi homines appellatione rerum,l.j.ff.de ſtatu hominum,cum aliis concordãtibus relatis per Deci.in l.j.inde Niger ſumpta occaſione ibi infert ad quæſtionem de Statuto diſponente de qualibet re ſolui gabellam, quòd non habebit locum in libero homine,& non ſoluetur gabella, quem ſequuntur communiter Moderni in d.l.j.vt ponit expreſſe Bolognetus ibi,num.26.licet ipſe contra huiuſmodi dictum nonnulla ſatis vrgentia opponat. F.Viuius.

Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata regulariter non diſponunt,& nihil operantur.l.ex his verbis.C.de teſta.mili.gl.& Doct.in l.j.gl.magna.C.de falſas cau.adiect.& in c.fin. de ſucceſſio.ab inteſta.Limitaturque primò iſta regula,ſeu concluſio,quòd verba enunciatiua incidenter propter aliud à pagano prolata non diſponãt tamen ſaltem faciunt ſemiplenam probationem in fauorem tertij,ita ſingulariter tenet Bart.in l.admonendi,ver.item quæro, ſi inſtrumentum publicum,ff.de iureiuran.quem ſequuntur communiter Canoniſtæ in c.fin.de iureiuran.vt aſſerit expreſſe Iaſ. in d. l.admonendi,& in d.l.ex his verbis num,2.Claudicat ſecundò præfata regula fauore piæ cauſæ ſecundum Bar.in repetitio.l.j.C.de ſacroſanct.Eccle.& probat tex.in d. c.fin.vbi Hoſtien.Ioan.And.& alij ad hoc notant, idem affirmat Panormi.conſ.xj.in cauſa que vertitur inter Hoſpitalem,vol. j.& Cardina.Florenti.in c.iudicante, & ſeq.de teſti. ſed tamen contra Bar.præfatóſque Doct.audacter fatetur eſſe magis communem opin. Soci.iuni.conſi.cix,vol.ij.& Crauet,in.tract.de antiqui. temporum in iiij.parte,nume.60.& pro dicta quæſtione,vide Pariſium,conſil.lxxiij. lib.j.Coarctatur tertiò dicta regula.quando verba enunciatiua eſſent iurata,tunc quippe diſponunt ſiue teſtator enuntians iuret,ſeu aſſerat ſe iuraſſe omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera ſecundũ Ang.in d.l.ex his verbis in lectu.Peruſina per auth.quòd obtinet.C. de probatio.ſi quidem iuramentũ habet vim clauſulæ,vt actus valeat omnimodo.l.cum pater.§.filius matrem,ff.de leg.ij.& hoc ante tenuerunt Bar.in l.ex hac ſcriptura,ff.de dona.Anchara.in clemen.j. de probatio.Bal.in d.l.ex his verbis,facit l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff. de leg.iij.vbi Bart.&.opinionem Bar.ibi dicit eſſe communem Alex. conſi.cxxvij.lib.iij.vbi refert.Grammat.in voto.xvj.num.5.in octo.aliis caſibus limitat dictam regulam Iaſ.in d.l.ex his verbis,quos vide nume.2.& ſeq.& His vtiliter accedit quòd dicta verba enunciatiua inter partes plenè probant,etiam quãdo principaliter diſputaretur de enuntiatione ſecundum Bar.in l.ſciendum in auth.ſi quis in aliquo documẽto.C.de ædé.& in l.gerit.ff.de acqui.hered.quẽ ſequitur Deç, conſilio ccccccxxxix.numer.5.& latè ponit Soci.conſil.lxviij.nu.7.vol. iiij. & Bal.in d.l.ij.C.de nup.& in c.tranſmiſſa,ext.de reſtitu ſpoliat. & in c.ſeries ext.de teſti.& alij congeſti per Soci.in d.conſil.lxviij.vbi ſcribit iſtam eſſe cõmu. opinionem,& mentem Legiſtarum, quem refert & ſequitur Decius in præcitato conſilio cccccxxxix. numero ſexto F.Viuius.

Verbum relinquo,adiectum vniuerſitati bonorum,vti quando refertur ad legitimam hoc caſu,certum eſt quòd importat inſtitutionẽ l.his verbis,in princ.ff.de hæredi.inſtitu.& l.diuus Hadrianus verſic. ceterum ſi,& ibi Bart.num.3.ff.de milit. teſtamen. & iſta communis profectò non procedit,quando dictum verbum relinquo, adiiciatur certæ rei,vel quantitati,ſiquidem tunc non importat inſtitutionem, ſed legatum,vt per Bar.& Bal.& Angel.in d.l.his verbis,& Iaſ.in auth. nouiſſima.nu.3.C.de inoffi.teſta.Dec.conſil.ccccxcvj.& Ripam in l.in quartam.nu.cxlij.ff.ad leg.Falci.Bar.& alios in l.cog.in prin.ff.ad Tre. Imo.in c.Rayn.de teſta.& Alex.conſi.cccxxj.nu.20. vol.ij. & iſta eſt communis opinio,vt per præcitatos Doct.& Soci.tertium poſt Alex. Iaſ.in rub.ff.de leg.j. F.Viuius.

Verbumdiſponere ex propria ſignificatione importat vltimam voluntatem,non autem importat diſpoſitoinem inter viuos,& ſic verbũ hoc trahitur ad vltimas voluntates,& non diſpoſitionem inter viuos, vt eſt textus in §.diſponat,auth.de nuptiis & tradit Alex.in rub.ff. ſoluto matrimonio numero 16.& ibi Ripa.numero 16.& latè Pariſius conſi.xxxiij.volumine tertio vbi atteſtatur.de communi opinione,& vide Aflictum in deciſio.ccclxx,num.12. F.Viuius,

Verum in ſtatutis debet intelligi ſecundum vſum loquẽtis.& præfertur cuicunque propriæ ſignificationi,Iaſo.in rubr.ff.de no ope.nu. 7.communem dicit. B.Villal.

Poſt Bar.& Alexan.ibidem,quos ſequitur Didacus Couarruuias. I.Fichardus.

Verbum libere, poſitum in diſpoſitione ad quam alias de iure erat habilis,operatur relaxationem iuris,Ripa in cap.j.de re ſcript.nu. 56. communem dicit, Villalo.

Item verbum careat,eſt canon latæ ſententiæ,Gome.in cap.diſpendia de reſcript.num.23.communem dicit. Idem.

Verbum in contractibus,& vltimis voluntatibus non diſponit,Iaſ. in l.cunctos populos,numero 23.C.de ſumma trini.in ſecunda lectura,& Guilliel.Bened.in capi,Rainutius de teſta.in verbo teſtamentum, el.iij.num.53.communem dicunt. Idem.

Verbum,relinquo,adiectum vniuerſitati bonorum importat inſtitutionem,ſi tamen adiiciatur certę rei,vel quantitati,importat legatum Iaſo.in Authon.nouiſſima,numero.33.C.de inoffi.teſta. communem dicit. Idem.

Verbum,lego,eſt obliquum,licet in lege duodecim tabularum ſit commune,Soc.Tertius in rub.de leg.j.ff.Io.Duran.in arte teſtan.ti.vj cau.xliiij.communem dicit. Idem.Vill.

Verbum,ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus,refertur ad excommunicationem,Alc.in capitulo nouit, numero 20. de iudi communem dicit. Idem.Villal,

Verba in matrimonio non ſunt neceſſaria,ſed ſufficit quòd per ſignum conſenſus exprimatur,Boer.deci.j.num.18.Aret.conſi.xiij.communem dicunt. Idem.

Verba enunciatiua inter contrahentes non probant quando agitur de enunciato,Curtius Iunior conſilio xxiiij.num.3.& conſi.xcv.num. 1.communem dicit. Idem.

Verba enunciatiua prolata in inſtrumentis antiquis publicis, puta quòd enunciatur aliquem locum eſſe de Iuriſdictione,vel diſtrictu alicuius loci,plenè probant,non ſolùm confinia,ſed etiam dominium & poſſeſſionem rerum particularium,ſecundum Abba.in c.cum olim in ver inſtrumenta,De cenſib.Hanc communem eſſe D. opinionem ſcribit Iacobus Nouellus,in Tracta.Protomiſ.§.Quinto,num.77.quę tamen in quibuſdam caſibus fallit,vt ibidem per illum remiſſiuè. Et pocedit hæc concluſio tantùm in Antiquis.Ceterum ſi eſſemus in nõ antiquis,tunc non creditur verbis enuntiatiuis,ne,Papę quidem,vel Principis etiam ſi ſuper tali facto alieno fundaretur intentio reſcribentis ſecundum Aym.Crauet.in celebri ſuo tracta.De Antiqui.tempo.in par.j.numero 9.vbi plenè tractat quando verba enunciatiua probent I.Fichardus,

Verba enuntiatiua geminata emiſſa propter aliud,plenè probant. Aymon.de antiquitate temporum in j.parte,in verbo. propoſitum noſtrum,nu.31.communem dicit ex Bar.in l.cum ſcimus de agri.& cenſi.li.xj,Communem dicit. B,Villal,

Verba enuntiatiua,etiam in antiquis non probant,in præiudicium tertij,ſiue principaliter ſint prolata propter ſe , ſiue propter aliud. Aymon. in dicto tract. in verbo , viſo de fama.numero 21. communem dicit. Idem,

Verba,ſi dirigantur ad iudicem in legibus competit officium iudicis,& nõ actio,Ripa in l.j.nu.20.C.de eden.communem dicit. Idem.

Verbum,ſit inducit canonem latæ ſententiæ,& ipſo facto,Panorm. in c.nullus,numero.13.de foro compet, B.Villal,

PRO.Verus contumax non appellat.lege & poſt edictum §.primo,ff.de iudi. Bellonus,

PRO. Vero procuratori rectè ſoluitur.lege verò.ff. de ſolutio. Bellonus.

PRO.Veré philoſophantes pecuniam contemnunt,cuius retinendæ cupidine,fictam aſſeuerationem detegunt, lege in honorib9. ff. de

vaca.man. Bello.

PRO. Veritas magis oculis quàm auribus infigitur. in §.fin. inſt. grad.cogna. Bellon.

PRO. Veritas præualet fictioni.l.filio.ff.de liber. & poſthum. l.j. C.plus val.quod agi.quam quod ſim.conci. Bollon.

PRO. Veritas rerum,erroribus geſtorum non vitiatur,in l.illicitas, §.veritas.ff.de offic.præſi.l.aſſumptio.ff.ad municip.

Veſtes vxori à marito datæ,(ſi conſtat,quòd volebat donare)remanet vxori,quia talis donatio morte mariti confirmatur.Aut verò non conſtat,quòd maritus donare voluerit,vel donauerit,tunc illæ veſtes tantùm cẽſentur donatę,quæ mulieri ad vſum quotidianum ſunt neceſſariæ,reliquæ remanent heredibus Comm.dicit in §.donatio.q.x. in fin. P.Fich.

Veſtes & iocalia tradita à viro,vel ante matrimonium vel durante eo,non præſumuntur donata,ſed in vſum tantùm conceſſa. Petr. de Anch.conſi.clxxxj.communem dicit. B.Villalob.

De hoc vide l.iij.in ordin.taur. vbi diſponitur quòd hæc iocalia ſunt ſponſæ,& vide ſuprà in verbo donata.Lectum tamen quotidianũ eſſe vxoris mortuo viro.l.vj.tit.vj.lib.iij.For.ll. Idem.

Intellige iſtam communem in pretioſis ; ſecùs in iis,quæ ad vſum quotidianum conceduntur,Pala.Rube.in rep.rub.de dona.inter virũ & vxo.§.x.in princip.communem dicit,quam approbat l. xxxij. titul. xj.par.iiij. Idem.

PRO. Vetuſtas cuius memoria non extat, loco legis habetur, l.j. §.fin.ff.de aqua plu.arcend.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de via public. Bellon.

PRO Viæ debẽt eſſe ſecuræ.l.j.§.j.ff.de his qui deiecer.vel effuder. Bellon.

Vicarius Epiſcopi non poteſt eſſe laicus,Panormi.in c.decernimus. nu.12.de iudiciis.com.d. B.Villa.

PRO. Victus victori in expenſis debet condẽnari.in l.properãdũ.§. ſinautem alterutra.C.de iud.l.eum quem temere.ff.eodem. Bellon.

Victus regulariter victori condemnatur in expenſis cap.Calumniã extrà de pœnis in antiq.c.fin.de maior.& obedien.cap. finem litibus. de dolo & contuma.authenti.generaliter.C.de epiſcopis & cleric. l. properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iud.Fallit vbi quis habuit iuſtam cauſam litigandi,vt in locis præfatis not.& in l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de leg.ij.quæ cauſa præſumitur,vbicunque eſt iuratum ab initio de calumnia.glo.in d. capitulo finem litibus,ratione illa,quòd veriſimile non ſit quempiam propriæ ſalutis immemorem c.ſancimus.j. q.vij.facit text.in capit ſacro.extra,de ſententia excommunic. quem dicta gl.allegat,quæ quidem fallentia in Ro.cu.præſertim in ſacro apoſtolico cauſarum palatio non vendicat ſibi locum,cũ ſemper indiſtinctè Reuerendi patres domini auditores victum victori in expenſis cõdemnent.teſte Caſſador.deciſio.xiij.nume.2.titu.de reſcriptis. & tempore meo ſic obſeruari vidi,& licet hoc admodum tritum ſit,illud tamen inter loca illa communia & hoc in loco vbi infrà dicendum q. in materia expenſarum paulò infrà non abſonum putaui,cum aliquãdo ea,quæ in triuialib. locis habentur,etiam ſæpiſſimè viſa,& iterum atque iterum perlecta ſubiungam collocare,adeò à memoria excidãt quòd niſi cum aliqua temporis contritione mentis effectus repetuntur.An conuentio,ſiue pactum inter contrahentes ſtipulatione vallatum,quo agitur,vt in euentum quod vnus,vel alter contraueniat promiſſis,& conuentis,vel aliàs illa non obſeruet,alteri contrahenti damna,& expenſas reficere teneatur,ac de illis ſimplici verbo vel iuramento ſtare promiſit,valeat,in qua quæſtione reperio quod Barto.in l.fin. nu.41.ff.de præto.ſtipulati.reſpondet affirmatiuè, cum hac tamen diſtinctione,Aut ille in cuius fauorem facta fuit ſtipulatio nondum ſuper expenſarum,& damnorum quantitate declarauit & tunc non adeò obligatur ex tali pacto,quin reuocare ante declarationem poſſit voluntatem in pactum collatam.allegat tex.in lege ſi quis iuſiurandũ detulerit.C.de rebus credit.& argumẽto à fortiori,vt ibi per eum,aut iam declarauit,& illo caſu valeat declaratio,ſi tamen iniqua, & exceſſiua,ſiue immoderata fuerit eius declaratio,ad boni viri arbitrium reduci,negotium peti poterit per textum in l.ſi libertus, el ſecunda. ff. de oper.libert.& no.in l.penulti.ff.de arbitr.& in lege ſi cum ea.C.de dot. promiſſio. per alia per ipſum citata Specul. vero in titulo de probationib.§.videndum,verſi,quid ſi vbi dicitur,tenet quod tali conuẽtione non obſtante,iudex nihilominus per iuramentum iam in cauſa præſtitum,vel de nouo præſtandum interrogabit actorem ſuper expenſarum quantita.allegat text. in dicta lege properandum. §. ſin autem ex geſtis de iudic.& alias probatioees admittet,& ſic ſentit conuentionem huiuſmodi non valere.Eandem opinionem tenet Cyn. in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſco.& cleric.Communis tamen eſt cum Barto.& Dyno in dicta l.fina.ff.de præto. ſtipul. quod valeat. vt per Iaſonem & Alber.in d.l.iuſiuran.quod ex conuentione.ff.de iureiur.pro qua vide Alex.xcv.xxxvij.aliàs ſecundùm aliam impreſſionem clxxix.incl.viſo,& opportunè diſcuſſo,& ſequen.in princ. lib. ſecundo, qui dicit op.Ray.in dicta lege ſi quis in conſcribendo.C. de epiſco. & ter.tenentis,quòd ſi actor modum in taxando expenſas exceſſerit, iudex taxare poterit æquiſſimas. & eam ſequitur. iſtam tamen cõmunem multipliciter impugnat Iaſo.in di. l.iuſiurandum,quod ex conuentione,& tandem defendit cum duabus , limitationibus, quarum prima eſt,quòd non procedat in tutore.quia ſi talem fecerit conuentionem,non valebit.Altera quòd non ita valeat d.conuentio:quin ante declarationem reuocari poſſit ex dictis Bar.in d.l.fina.de præto.ſtipu.Alex.tamen in conſil.cxxx.difficultas in fi.libro primo dicit quod communis opin.eſt contra Bar.ad hoc,Sed ipſe Iaſo.ad hæret.Bart. cũ modificatione tamen videlicet,ſi ſuperuenerit noua cauſa iuſta,& rationabilis reuocandi iuramentum,putà quòd ille cuius dicto ſuo iuramento ſtari promiſſum fuit,effectus ſit vnus ribaldus.aliàs non nõ ſuperueniente cauſa allegata,& probata non poſſet reuocari argu.l.ſi cum Cornelius.ff.de ſolutio.ſecundùm Angel.Imo.& Cuma.in d.l.fi. ff de præto.ſtip.& Alex.in d.l iuſiurandum quòd ex conuentione. & ita aliàs iudicatum fuiſſe & ſæpiſſimè conſultus reſpondiſſe, & quod ſic iudicaret,& rationem tenentium contrarium videlicet conuentionem non valere,ex eo quod inuitet ad periurium.confutat idem Bar. in dicta l.fina. dicens, quod reductio ad arbitrium boni viri in caſu exceſſus per actorem in taxando commiſſi , illam deſtruit. ego autem vltra eos pro communi moueor alia ratione. certum quidem eſt pacta,quæ neque dolo vllo contrahentium , & paciſcentium fiunt,neque legibus,aut conſtitutionibus , vel etiam bonis moribus obuiant.nec repugnant,licitaque,& honeſta, valere l.iuris gentium. §.prætor ait.ff.de pact.l.pacta quę contra leges.C.eo.c.j.eo.tit. in vj.c. fi.extra eo,Sed pactum,& conuentio,de qua loquimur,eſt huiuſmodi, ergo ſeruanda,d.§ prætor ait.facit regu.quæ ab initio ſunt voluntatis & poſt reducuntur ad neceſſitatem l.ſi vt certo.ff.commo.l. ſicut.cum ſimil.C.de actio.& oblig.nec ratio illa,quod ex tali conuentione & pacto inuitetur quis ad periurium & ſic ad delinquendum,obſtat mihi, quia quod quis velit delinquere lex non præſumit l.ij.C.de offi.ciuil. iud.vulga.l.merito.ff.pro ſocio.cum ſimil.& cùm periurus Deum habeat vltorem propter iuriſiurandi,& religionis contemptum, & cùm propriam peierando lædat conſcientiam l.iuriſiurandi.C. de reb. credit.nõ præſumitur quis proprię ſalutis immemor.d.c.ſancimus.j.q.vij. & cõſ. quẽter,quod peierare velit,fateor,tamẽ dicunt , & mihi placet, quod ſi perpẽderetur magnus exceſſus,patẽs & diſcretus ex qualitate perſonę illius cuius iuramẽto ex cõuẽtione ſtãdũ eſſet,q̃ tũc iudex moderare poſſet , iuxta no.in l.ſiquando.C.vnde vi,& reducere ad moderatas,& rationabiles expen.de quibus in d.l.properandum.§.ſin autẽ alterutra.C.de iud.cùm iſto caſu appareat.quod velit delinquere,& detegatur dolus,qui ſemper in generali diſpoſitione, etiam ſi in ſimplicem alterius voluntatem conferatur,exceptus in dubio intelligitur l. creditor.§.lucius.ff.manda.Bart.d.l.fin.in fin.& l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig.& hæc ſufficiant pro iis, quæ nunc in quæſt.propoſita ſuccurrunt.Sed adhuc inſtari poſſet contra hanc meam rationem d.l.fin. C.de pact.& no.ibi & in l.pactum quod dotali eo.tit.& in cap.ij.de cõceſſio.præben.vbi quod pactum de futura ſucceſſione , & hæreditate viuentis improbatur,quod ideo eſt,quia inducit votum captãdæ mortis:& bonis moribus aduerſatur,& tamen nec iſto caſu ex generalitate regulæ,quæ ſumitur ex d.l.ij.C.de offi.ciuil.iudi.& l. merito. ff.pro ſocio.non eſſet præſumendum,quod paciſcentes,in mortem illius,de cuius heredidate agitur:conſpirare velint & conſequenter pactum nõ deberet improbari,prout improbatur,ſed reſponderi poſſe arbitror. quod in terminis principalis quæſtionis noſtræ ideo valet pactum de ſtando iuramento paciſcentis ſuper expenſarum,& damnorum quantitate,quia ſic paciſcendo,& conſentiendo tali iuramento,religionem & fidem illius approbare videtur,& merito,quod dicto iuramento iurans declarauit,impugnare,non poteſt,eti quod ſit teſtis in propria cauſa,adde Bald.in l.parentes.C.de teſti.Ancha.in c.nulli licere.de electio.in vj.Innoc.in c.cum venerabilis.de except. & quæ abundè dixit Cy.Cra.conſi.100.incip.Titius & Seius.in fine. At in pacto de futura ſucceſſione,& viuentis hæreditate inter duos vel plures inſcio eo,ſuper cuius hæreditate paciſcitur , facto ceſſat ratio præmiſſa , hinc eſt quòd tex.in d.l.fi.C.de pactis ſubiungit,niſi fortè is,de cuius hereditate inter duos vel plures inſcio eo,ſuper cuius hæreditate paciſcitur, facto,ceſſat ratio præmiſſa,hinc eſt quod tex.in d.l.fi.C.de pactis ſubiũgit,niſi fortè is,de cuius hereditate pactum eſt, conſenſum ſuum eis commodauerit.& vſque ad extremum vitæ ſpacium perſeuerauerit, tunc enim ſublata acerbiſſima ſpe licebit eis illo ſciente , & patiente pactiones ſeruare,& ſic probat ibi tex.quod conſenſus abſtergit præſumptionem voti captandæ mortis,ea inquam ratione , quod ex tali conſenſu viſus ſit,vt dixi,fidem , & religionem paciſcentium approbare & ex cõſenſu ſic approbatis cũ iuris preſumptiõe predicta,ceſſat illa præſumptio , quod in mortem eius de cuius hereditate paciſcitur machinari velint, cum vna præſumptio tollat aliam vulga. l. diuus.ff. de in integ.reſtit.cum ſimil. F.Turzan.

PRO. Videtur,verbum,importat fictionem in his,quæ facti ſunt. l.in omnibus.ff.de cap.ſecus in his quæ iuris.§.quædam.Inſti.de actio. Bellon.

Vidua impudicè viuens perdit dotem,Boe.Deciſ.cccxxxviij.nume.

11, licet opinio contraria ſit æquior Deci.in c.paſtoralis.de iudi & ſecundum iſtam æquitatem fuit iudicatum, vt per Boeri, ibidem. B.Villal.

De iure regio mulier luxorioſè viuens, poſt mortem viri Perdit omnia lucra acquiſita, durante matrimonio, l. iiij.titu.iij.l.v.ordina. Idem.

PRO.Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt. l. pupillus.ff.quæ in fraude creditor.l.nec enim.ff.ex quibus cauſis maior. Bello.

Villa, aut caſtrum ſi tenetur de delicto commiſſo in ſuo territorio, non ſtatur dicto damnum paſſi, niſi probetur, Iaſ.in l.ſi quādo.nu.37. C.vnde vi, communem dicit. B.Villa.

Vinum vetus obligatus ad reddendum, ſatisfacit ſi dat nouum: Et creditor compellitur recipere, quod & bonus iudex arbitrabitur, Io. Cora.in Miſcell.li.iij.c.xij.numero 6.communem dicit. B.Villa.

PRO.Vim vi repellere licet, l.j.§.vim vi.ff.de vi & vi arma.l.vt vim. ff.de iuſt.& iur.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquil.cap.ius naturale.j.diſt.cap.ſi verò.j.extrà.de ſent.excom.

PRO.Vinum lætificat cor hominis.Iudic.ix.Eccl.xl.gl.in l.j.ff.de per.& commo.rei vend. Bellon.

PRO.Vinum inducit mentis exilium, & libidinis prouocat incentiuum.c.à crapula.extra.de vit.& hon.cleri. Bellon.

PRO.Vinum inducit obliuionem, vnde Iuſtinianus quondā non meminerat de quibuſdam legibus quia nimium biberat.ita refert Accurſius.in l.fin.C.in quibus cau. in integrum reſtitu. non eſt danda. Bellon.

PRO.Vires pactorum ſunt quatuor, pariunt, perimunt, informant, & elidunt.gl.in l.pacta.C.de pact. Bello.

PRO.Vir & vxor vna, et eadem perſona reputantur.l. ſi ſtipulatus fuero.ff.de verb.obliga. §. j.inſt.de vſu.& habit.l.j.ff.rerum amot.l.aduerſus.C.de crim.exp.here. Bello.

PRO.Viri docti fulgent in orbe velut ſtellæ, ſeu ſplendor firmamenti.Dan.xij.in authen.habita.C.ne fil.pro pat.in c.ſuper ſpecula.extra.de mag. Bellon.

PRO.Virginitas ſemel corrupta reſtitui non poteſt, l.vnic. C.de rapt.virg. Bellon.

PRO.Virtutum præmia tribui merentibus conuenit.l. fina. C. de ſtat.& ima. Bellon.

Virtualiter, & comprehenſa non dicuntur comprehendi ſub litera, ſed ſolum quod de neceſſitate infertur.Curt.Iuni.conſi.vj. nume.7. communem dicit.Et ſic declaratur dictum Decij in c. tranſlato de cōſti.in antiq.nu.3.de quo per Alex.in conſi.cxxvj.vol.vj.per totum. vbi dicunt, quòd ſtatutum dicens inſtrumentum habere executionem paratam, extenditur ad comprehenſa in inſtrumento ex diſpoſitione iuris communis.per d. Angel.in l.j.ff.de his, quæ in teſtamēto delen.quæ faciunt ad declara.l.iiij.titu.viij.lib.iij.ordi.pro quibus eſt illud Anto. de Fano.de pigno.nu. 187.vbi dicit quod ſtatutum diſponens quod inſtrumenta cōfeſſionata, ac guarentigiata habeāt executionem paratam, habet etiam locum ſi petatur exequi tacita hypotheca, quæ cōprehenditur in dicto inſtrumento, & dicit hanc eſſe communem opinionem. Nota tamen quòd hęc habent locum contra principaliter obligatum, ſecùs tamen quoad alium tertium.vt ibi per eum per plura, quæ non tranſcribo.

Amplia ad dotem, quæ non fuit ſtipulata tradi per maritum, nihilominus mandabitur executioni ex inſtrumento dotis habente executionem paratam.Iaſ.in l. certi condictio, numero 21. ff. ſi cert. peta. communem dicit.

Limita communem in clauſula ex certa ſcientia principis, ſi expreſſè non apponatur, ſufficit quòd cōprehendatur.Fel.in c. ſi quando de ſent.excom.communem dicit. B.Villa.

Vis compulſiua, vel expulſiua requiritur ad hoc, quòd quis cadat iure ſuo, & ſic communiter intelligitur l.extat.ff.quod met.cau.ſecundū Alex.in l.non dubium.C.de leg.j.Io.Duran.in arte teſtan. titu.vj. cau. xij.communem dicit. B.villa.

Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ſolùm iure fori, ſed etiam poli, Ant.Nice.in concor.gl.conſi.lvj.communem dicit. Villa.

Vitam allegans pro fundamento, debet illam probare, Bello.conſi. lvj.nu.1.communem dicit, ex Bar.in l.ſi quidam.C.ſoluto matrimo.& Modern.in l.ſi emancipati.C.de colla.& in l.ſed & ſi ſua.ff. de acquir. poſſe.quam intelligit niſi alias alegās poſſideat, quia poſſeſſio releuat ab onere probandi.vt per Bar.in l.ſi inter.ff.de rebus dubi.& ibi Soci. Villa.

PRO.Vitium auctoris, nocet ſingulari ſucceſſori.l.vitia.C. de acquirend.poſſeſſ. Bello.

PRO.Vitio naturali facilè parcendum eſt in l.fluminum.§.vitium. ff.de dam.infec.& lege prima §.ſi non propter.vbi not. ff. ſi quis caut. Idem.

PRO.Vitia teſtatorum tranſeunt in heredes.l.cum heres. ff.de diuer.& temp.præſc. Idem.



PRO.Vitiato expreſſo, non vitiatur tacitum æquè principale. l.ſi fideiuſſor.ff.de leg.j. Idem.

PRO.Vitioſus tacitus intellectus non ſubauditur l. ... C.de cond. inſert. Idem.

PRO.Vitioſa poſſeſſio non iuuat poſſidentem, l.improba poſſeſſio.C.de acqui.poſſ.§.furtiuæ.inſtit.de vſu.nec eius heredi. l.vitioſa poſſion.C.de acquir.poſſeſſ.niſi contra extraneos.l.fi. ff.de acquiren.ia. poſſeſſ. Idem.

PRO.Viuæ voci plus credendum, quàm mortuæ in §.ſi verò moriantur.in auth.de fid.inſtr. Idem.

PRO.Viuere in perpetuum, per gloriam intelliguntur qui in acie pro repub.occiduntur.§.j.in ſt.de excu.tut. Idem.

PRO.Vltima mora nocet.l.illud.ff.de pericul.et cōmo. rei vend. Idem.

Vltima illa voluntas teſtatoris quæ validatur ex diſpoſitione §. ſi quis autem l.hac conſultiſſima.C.de teſta. non eſt teſtamentum, ſed defertur ex illa ſucceſſio ab inteſtato, com.in §.teſt.q.xcvij. verſi. Item ſcias. P.Fich.ex Claro.

PRO.Vltimum ſupplicium mortem interpretamur.l.vltimum ſupplicium.ff.de pœnis. Bello.

PRO.Vltra hoc quod accepit, re obligari neminem conſtat, l.cum vltra.C.de non num.pec. Idem.

PRO.Vnus homo, duorum vicem ſuſtinere non poteſt.in l.ſi plures.ff.de pact. Idem.

PRO.Vnuſquiſque in re ſua liberam habet adminiſtrationem. l. in re mandata. C.mand. l. Polla. C. de his quib. vt indi. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à pat. manu. fue.l. nemo exterus.C. de Iudæ. Idem.

OB.Contrà maritus habet dominium rerum dotalium, & tamen non poteſt alienare.§.j.Inſtit.quib.ex cauſ.alien.licet vel non. Item mulier eſt domina dotalium, l.in rebus.C.de iur.dot.& tamen ei alienatio prohibetur.in l.vni.§.& cum lex Iulia.C.de rei vxor.act. Item pupillus eſt dominus rerum ſuarum, & tamen deteriorem conditionē ſuā facere non poteſt.§.j.inſt.de aut tu.idem in prodigo cui interdicitur bonis.l.j.ff.de cu.fur.& pro.dand.

SOL.Hæc regula vera eſt, niſi lege prohibeatur, vt in contrariis.

OB.Item contrà de §.fin.inſtit.de his, qui ſunt ſui vel alien.iur.

SOL.Ibi in odium dominorum, & ob fauorem publicum eſt caſus ſpecialis. Idem.

PRO.Vnuſquiſque liberam habet teſtandi facultatem, l.j.C. de ſacroſanct.eccleſi. Idem.

PRO.Vnuſquiſque ſuæ vltionis habet arbitrium, l.deuotum. C.de merat.lib.xij. Idem.

PRO.Vnicuique licet ſanguinem ſuum redimere: vita enim nihil pretioſius.l.j.ff.de his, qui ante ſentent.mor.ſibi conſci.

PRO.Vna & eadem res, non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum cui ædes.ff.de vſucap.in can.cognouimus.xij.q.ij.c.tua.in fin. ext. de decim.quandoque tamen vna res duplici iure cenſetur, in l.hinc quæritur. §.j.ff.de pecul.& l.ſi domus.ff.de ſeruit.vrban.prædio. vbi peculiū duplici iure cenſetur, & vna domus duas ſeruitutes habet.& l. in quartam.ff.ad leg.Falc.vbi Trebellianā detrahit, & de his quæ ex hereditario iure obueniunt, & legati vel fideicōmiſſi, & donationis cauſa mortis, ſed caſus ſunt ſpeciales ſecundùm Doct. Bello.

PRO.Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter ea determinare debet.l.eam hoc iure ff.de vulg.ſubſtit. l. ſi legatarius.§.ſi.ff.de le.iij. Bello.

PRO.Vna pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates.l.ij. §.fin.ff. de cond.ind.in d.l.demonſtratio falſa.§.ſi.ff. de cond.& demon.c.omnes l.j.diſt.c.cum iam dudum.de præb.extr.c. ſignificaſti. de appellat. c.vt priuilegia.de priuileg.

PRO.Vna ſpecies loco alterius ſuccedit ex voluntate domini dantis.l.filiæ.§.j.ff.de cond.& demonſt. Bello.

PRO.Vnum teſtamentum in diuerſis inſtrumentis fieri poteſt.l. vnum.ff.de teſtament. Bellon.

PRO.Vno contextu fit, cum nullus actus extraneus interponitur. l.heredes palam.§.fin.ff.de teſtam.

PRO.Vnica interpellatio conſtituit in mora.in l. Titia. §. vſuras. ff.de leg.ij.

OB.Contrà de l.mora.ff.de vſur.vbi debiti repetendi inſtantia fieri debet, vt debitor in mora conſtituatur.

SOL.Ibi intellige inſtantiam in dando dilationem: nec enim exigitur, vt ſemper inſtet & non deſinat petere, ſecundùm gloſſ.ibi. quam ſequitur Bartol.

OB.Secundò oppono, de l.ſi conuenerit.ff.de pi.act.vbi trina denūtiatio requiritur.& in auth.ſtatuimus.C.de epiſcop.& Cler. & capit. j.de ſupp.neg.præl.extr.vbi trina requiſitio neceſſaria eſt, vt quis conſtituatur in mora.

SOL.Sed ibi illi duo, aut tres caſus ſunt ſpeciales: vbi agitur de iure alterius domini perdendo, vel iuriſdictione amittenda, vel negligētia ſupplenda, ſecundùm Doct. Bellon.

PR O. Vniformis debet eſſe in iure intellectus,nec eſt admittendus ille intellectus, qui diuerſificat legem,ſeparando caudam à capite.gl.in c.conſuetudinis.xj.diſtinct.& in c.maiores, in verbo tota.extra de baptiſ. Bellon.

In iudiciis vniuerſalibus valet ſententia incerta, reſpectu rerum, ſed ſi fiat poſtea liquidatio in executione. Eſt commu. opin. ſecund, Aret.conſ.cx.clariſſime. M.Gribald.

PR O. Vniuerſitati legatæ,accedunt poſtea nata.l.grege legato.ff. de leg.j. Bello.

PR O.Vniuerſalis oratio negatiua,non poteſt dici falſa antequam in quolibet particulari ſit poſſibile.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.ff.de pignorat.actio. Bellon.

PR O.Vniuerſale nomen,recipit augmentum & diminutionem.l.peculium.ff.de pecul.l.pecuniæ.§.hæreditas.de verb.ſig.

PR O.Vniuerſi conſentire non poſſunt.l.j.§.fi.ff.de acq.poſſ.

PR O.Vniuerſitas iurium, & corporum non vendicatur.l.vendicatio.ff.de rei vend. Bello.

Vniuerſitas, vel corpus fictũ repreſentans viuum, acquirit poſſeſſionem, Iaſ in l.poſſeſſio appellata.§. municipes,nu.9.ff.de ac,poſſeſ, communem dicit. Villa.

Vniuerſitas non conſtituitur contumax, vel in dolo ex contumacia ſyndici, ſed debet fieri in collegio vel in vniuerſitate citatio, Balbus Deci.lx.communem dicit. Idem,

Intellige iſtam communem in prima citatione,quæ debet fieri à gubernatoribus ciuitatis,ſecùs tamen in aliis, vt habetur in l.iij. titu.ij, part.iij.& gloſ.ibi. Idem.

Vniuerſitas per Syndicum criminaliter accuſare poteſt, communiorem dicit D. Minſigerus obſer. lxxvj.cent.iiij.ſic etiam defendere ſe per Syndicum poteſt,vt ibidem. I.Fich,

Vniuerſitas, vel collegium ad hoc quòd obligetur ex contractu, vel delicto,requiritur quòd fuerit ſolenniter reuocata, & congregata,& quòd præceſſerit propoſitio,& conſilio dato ſequatur deliberatio,alias non dicitur fieri per vniuerſitatem ſed per ſingulos, Curt.Iunior clxxv,nu 9,in fi.communem dicit, B.Villa.

Nota ad intellect,l.xvij, tit.x. part.vij, & ſi non teneatur, tamen in quantum ad ipſam vniuerſitatem peruenit, tenetur.l.v.titu.xv.parte vij. Idem.

Vniuerſitas tunc demùm delinquendo,vel ex delicto obligatur, quãdo vel omnes vel maior pars, communicato conſilio, & præcedente deliberatione progreſſi ſunt ad delinquendum, communem dicit Minſing.obſ.lxxix. Ergò ſi etiam omnes, tamen vt ſinguli feciſſent, nullo ſcilicet præhabito conſilio, tunc non videtur communitas deliquiſſe, ſecundùm Io.Lig.vt ibidem. I.Fich.

Fallit niſi vniuerſitas vel expreſse vel tacitè ratificaret,nõ puniendo,ſcilicet delinquentes. Et hanc limitationem ſimiliter communem dicit Lud Carrerius,vt ibidem refertur. Idem,

Vniuerſitas,eccleſia, caſtrum, aut ciuitas ſi deſtruatur facto ſuperioris ſine ſpe reædificationis,amittit omnia iura ſua,nec ſi reædificetur,illa recuperat, vt ſi deſtruitur à Tyranno, ea non amittit,Bellon, conſ.j.nu.8.communem dicit.Et nota ad communem in verbo, collegij iura, Villal.

In actibus Vniuerſitatis duæ partes adeſſe debẽt,& tũc ſufficit quod maior pars præſentium fecit Doct. l. quod maior. ff. ad munic.in l, nulli quod cuiuſq.vniuerſ.& l.nominatio.C.de Decurio,li,x. F,Turza,

PR O.Volenti dolus non infertur.l.cum donat.C.de tranſ.

PR O. Voluntas contrahentium,vel teſtatoris, ex alieno non debet pendere arbitrio.l.in ementis.C.de contrahen.empt.l.illa inſtitutio.ff.de her.inſt. Bello.

PR O. Voluntas,& propoſitum diſtinguũt maleficia. l.qui iniuriæ.& l.verum.ff.de furt. in cap. cum voluntate. de ſententia excommunicatio.extr.

OBIEC. Contrà de l.quoniam cum multa,C.ad legem Iuliam de vi publica.& l.prima.§.diuus.ff.ad legem Cornel.de ſicar.vbi punitur affectus vltra quàm ſeſe extendat.

SOL. Quando delictum,quod principaliter intenditur,tendit ad illum finem,qui ſecutus eſt,non inſpicitur animus, ſed delictum,vel euentus.ita procedit d.l.quoniam.quia vbi violentia tendit veriſimiliter ad verbera, vel homicidia.vbi verò delictũ principale non tendit ad hoc quod ſecutum eſt,inſpicimus animum,non euentum.ita procedit hæc regula.& vide Bart.in l.diuus.ff.ad l,Cor.de ſicar.

PR O. Voluntas morte finitur.l.iiij.ff.loc. Bellon,

PR. Voluntas teſtatoris,& contrahentium,alieno non debet pendere arbitrio.l.illa inſtitutio.ff.de here.inſtit.l.quod ſæpe.§.j,ff,de contrahen.emp. Bell,

PR. Voluntas teſtatoris in dubio videtur ſe velle conformare cũ diſpoſitione iuris communis,in l.nemo poteſt,ff. de leg.j. latè not. in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel. Bellon.

OB. Contrà Falcidia à iure introducitur,& tamen contra voluntatem teſtantis trahitur in l. Titia.ff.ad l. Falcid.in capitulo Raynaldus,ext.de de teſt.

SO. Hæc regula vera,niſi aliter expreſsè appareat.vt in auth. ſed cùm teſtator.C.ad l.Falc.vel tacitè,vt ibi. Bellon.

PR. Voluntas teſtatoris, vt lex eſt obſeruanda.§.diſponat. in authen.de nupt, Bellon,

PR. Voluntatis defuncti quæſtio, in æſtimatione iudicis eſt.l.voluntatis.C.de fideic. Bellon.

PR. Voluntatis eſt ſuſcipere mandatum, neceſſitatis eſt conſummare.l.in commodato.§.ſi cui.ff.commoda. Bellon.

PR. Voluntates enuntiatiuæ diſpoſitionem non inducunt.l.verba teſtamenti,C.de teſt. Bellon.

PR. Voluntates diſpoſitiuæ ſunt obſeruandæ.§. diſponat.in auth. de nupt. Bellon.

Voluntas teſtatoris, in qua legauit ad pium vſum, ſi illud poteſt exequi ſemper eſt adimplenda,& non poteſt mutari, niſi per Papam. Barba.in c.nos quidem,nu.11.de teſt.commu.dicit. Villal.

Voluntas teſtatoris in teſtamento nuncupatiuo licet debeat exaudiri à partibus,tamen ſufficit quòd audiant teſtes explicitè,vel implicitè Iaſ.in l,ait prætor.§.ſi iudex.de re iudic.nu.3.ff.communem dicit, niſi aliàs alia ſolennitas requiratur,vt per Iaſ.ibi. Ibidem.

PR. Votum parentum eſt ſemper acquirere filiis.in l.nihil interest.ff.de bon.liber. Bellon.

PR. Votum captandæ mortis alterius de iure eſt reprobatum.l.ſi C.de pact.l.de fideicommiſſo.C.de tranſ.c.nulla.extr.de conce.præb. c.de teſtanda,& c.ne captandæ.eod.tit,in vj Bellon.

PR.Vota conditionalia in electionibus reprobantur. c.in electionibus.de electione.lib,vj. Bellon.

PR.Vouere eſt voluntarium,ſed adimplere eſt neceſſarium. c.licet extra de voto. Bellon.

PR. Vox præconia paucis innoteſcit. in auth. qui ſemel.C.quomodo & quando iud. Bellon.

PR. Vox ſerui eſt vox domini regulariter. in l.ſi ſeruus.ff.de dam. infect.& §.ea verò.Inſt.de inut.ſtip. Sed hoc fallit in duobus caſibus. in l.ſecunda.& in l.antepe.ff.de ſtip.ſer.ita Accur.in l.j.ff.de ſtipul.ſer. Bellon.

PR. Vox vnius,vox nullius eſt.l.iuriſiurandi,C.de teſtib.

OB. Contrà de l.Theopompus.ff.de dot.præleg.& l.ſi quis decurio.C.ad l.Cor.de fal.vbi voci & aſſertioni vnius creditur.

SOL.In d.l.Theopompus.creditur vni propter volũtatem & diſpoſitionem teſtantis.in d.verò l.ſi quis decurio: eſt ſpeciale in tabellione.

OB. Obſtat etiam l.j.§.fi.ff.quemadm.teſta.ape.vbi vnus teſtis auditur.

SOL. Ibi ſpeciale eſt in teſtamento,ratio ſpecialitatis eſt: quia in teſtamento maior ſolennitas exigitur quàm alibi. Vel dic, ſi præter vnum teſtem remanent tot teſtes quot ſufficiunt, vox vnius inducit præſumptionem,aliàs ſecus.

OB. Tertiò oppono de c.nobiliſſimus.xcvij.diſt.vbi ſoli d. Cardinalium & legatorum creditur.

SO. Speciale ibi in illis perſonis propter eorum authoritatem, Bellon,

Vſucapione perfecta, ex vna cauſa ceſſat vſucapio, ex altera licet non poſſeſſio, Iaſ.in l.ex pluribus,nu.21.ff. de acquirenda poſ,com, dicit. B.Vill.

P.R.Vſucapione acquiritur directum dominium,præſcriptione verò vtile ſecundùm communem ſententiam. in l.traditionibus. C.de pact.& authent niſi tricennale. C.de bon,mat,& §.j.Inſtit.de vſucap, & l.ſi quis emptionis.C.de præſcript.xxx.vel quadraginta anno.Bell,

PR. Vſuræ hodie prohibentur.c.j.de vſur,in antiq.& in vj.

OB.Contrà de tot,tit.ff.& C.de vſur,

SOL.De iure ciuili erant permiſſæ,de iure verò canonico reprobatæ.

OB. Contrà, iſtud replicatur,quia vult Imperator ſubditos ſequi fidem & religionem quam Petrus Apoſtolus tradidit Romanis.l.j, C.de ſumma trinit.& fide cath,de iure autem diuino prohibitum eſt vſuras accipere.Luc.6.

OB. Item iura ciuilia non dedignantur imitari ſacros canones.in authen.de eccleſ.tit.in prin.De iure autem canonum prohibentur vſuræ.in can.quoniam multi.xlvij.diſtinct,

SOL. Dic quod vbi verſatur lucrum,non poſſunt peti hodie, ſed vbi damnum,petuntur,vt intereſſe, non vt vſura,& ita obſeruat curia Romana. Bellon.

PR.Vt heredibus ſubſtitui poteſt,ita & legatariis l.vt heredibus, ff.de leg.ij. Bellon.

Vbicunque pœna adiicitur dationi quantitatis,cenſetur adiecta in fraudem vſurarum igitur nullo modo peti poteſt. Eſt com. opin. ſecun,Alex.in conſ.lj.cum dicatur.vol.iiij. M,Grib.

Vſura non eſt permiſſa de iure Ciuili.Iaſ.in l.j.C.de ſum,trinit.nu.47.communem dicit. B.Villal.

Vſura cõſtituitur ex modicitate pretij cum pacto de retrouẽdẽdo. Cornæ.conſ.iiij.vol.j.Thom.Ferra. in cautel. xvij.Communem dicit,

& ſi

& ſi non ſit ita modicitas pretij, hæc duo non ſufficiunt, niſi ſit ſolitus fœnerari. Alex. conſi. cvij. vol. iiij. quem refert, & ſequitur. Iaſo. conſil. el. vol. iiij.

Nota ad intellectum l. j. tit. ij. lib. viij. ordi. Idem.

Vſurariorum bona ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum. Anto. de Fano in tract. de pign. in ij. par. memb. iiij. nu. 5. communem dicit. Villal.

Vſurarij manifeſti donatio de omnibus bonis, vel maiori parte non valet, niſi cauerit de reſtituendo vſuras. Alex. in l. diſcretis. C. qui teſta. facere poſſunt. Io. Duran. in arte teſtan. titu. j. cau. vij. communẽ dicit. Idem.

Vſurarij etiã ſi per iudicẽ eccleſiaſticũ puniãtur poſſunt puniri per Iudicẽ ſecularẽ. Alcia. in c. pernicioſã. nu. 8. de offi. ordi. cõmu. dicit. Idẽ.

Vſurariorum iudicium ſi diſputatur de iure, eſt eccleſiaſticum: ſi autem de facto, poteſt iudex ſecularis ſe intromittere. Alcia. in d. c. pernitioſam. nu. 77. communem dicit. Idem.

Pœna ſi adiiciatur in compromiſſo, ſolutioni alicuius quantitatis, non debet præſumi eſſe appoſita in fraudem vſurarum. Caro. Molin. in addi. ad Alex. conſi. cxix. lib. ij. verbo fraudem, communem dicit cõtra Alex. qui ibi atteſtatur magis communem concluſionem eſſe contrariam. Idem.

Vſurarium eſſe contractum in dubio non præſumitur. Receptior eſt opinio, per ea quæ accumulauit And. Tiraq. in lib. ij. de Retract. Ad fin. tit. nu. 125. I. Fich.

Vſurarius manifeſtus nulla cautione præſtita de reſtituendis vſuris non poteſt facere teſtamentum, capi. quanquam de vſuris libr. vj. Zabare. conſi. xcj. Neceſſe autem eſt, quod ad teſtamenti validitatem, quòd ipſi vſurarij caueant in vita, aliter teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſecundùm gl. in clement. eos. de vſuris. & in c. quanquam. in verſi. mandauerint, quam ſequuntur communiter omnes Doct. ibi, & in c. quia in omnibus, de vſuris, præſertim ibi Auguſtinus Beroius. nu. 52. & ſequen. quamuis quoad pœnam ſepulturæ contrarium velit gl. in clemen. j. de vſur. in ver. manifeſtos. Limitaturque iſta concluſio nõ procedere, quando vſurarius deceſſit nulla præſtita cautione, dimiſſo tamen procuratore ad præſtandum eam poſt mortem, qua præſtita iuſtificatur teſtamentum, vt latè diſputant Canoniſtæ & multi hoc tenẽt in d. ca. quanquam. Confirmat hoc idem Cardinalis in c. ſignificauerunt de teſti. & in clemẽ. j. q. xxiij de ſepult. vbi dicit fuiſſe deciſum public Ferrariæ, quòd valeat dictum teſtamentum, eumque ſequitur Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtandi. tit. j. cautela. vij. Felv. in c. ad hæc, de reſcript. & in c. quoniam frequenter. vt lite non conteſt. iſtamque dicunt communem opinionem, Gaſpar. de Cald. & Ancha. inter conſilia Cardinalis conſi. xl. in facto aliàs prædictæ conſtiturionis. Fallit iſta concluſio ſecundo loco, quòd licet vſurarius manifeſtus non poſſit teſtari, niſi prius cautione præſtita, nihilominus poteſt donare cauſa mortis abſque dicta cautione, vt voluit Bal. in l. executorẽ. C. de execut. rei iudica. & conſi. ccxcviij. vol. ij. vbi refert Collegium Mediolanenſe ſic conſuluiſſe. Idem tenet Ang. in diſputatione incipiente: Aſtẽſis Milea, Roma. & Im. in l. tam is. in princip. ff. de donatio. cauſa mortis, Pau. de Caſtro. conſi. cclxxxiij. in antiquiſſimis, Capra. conſil. xcij. circa finem. Probus in d. c. quanquam. in addi. Ioan. Mona. Guili. Benedi. in c. Raynutius. de teſta. in ver. teſtamentum, Ripa in l. ij. nu. 7. ff. de leg. j. vbi audacter aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & poſt eum Soci. Iuni. nu. 22. Fũdatur talis cõcluſio iſta optima ratione, quia tex. in d. c. quanquã corrigit ius antiquũ, quo vſurarij teſtari poterãt l. eius, qui in prouincia. in prin. ff. ſi cert. peta. & tradit Bapt. de ſancto Blaſio in tract. cõtradictionum iuris, Ciuilis, & Canonici contradictione xviij. ſtatuitque ſpecialiter, vt omiſſa cautione ſint nulla nec de contractibus quicquam dixit, ergo in eis locum non habet. l. verba geſſerũt. ff. de verb. ſigni. Secundò comprobatur ea ratione quòd dicta cautio de vſuris reſtituendis reſpicit ordinationem, & ſolennitatem teſtamenti, quo reſpectu donatio cauſa mortis æquiparatur contractui ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur Ripa in l. ij. ff. de leg. j. nu. 10. & D. Potanus Peruſinus, nù. 32. in contrariam verò partem titubanter, & ſibi parum conſtans inclinauit Bal. conſi. ccxciiij. vol ij. Lapus in allegatio. cxxv. poſt Ioan. Calderinum in diſputatione exordiẽte: Canonica inſtitutione, Steph. de Feder. in tract. de interpretat. iur. in 1. par. nu. 43. Lauren. de Rodul. in tracta. de vſur. q. 100. Ioan. de Ana. in c. quia in omnibus nu. 14. de vſuris. Benedi. Peruſin. in rub. de teſtamen. in vj. Dec. ſibi contrarius. in l. diſcretis. C. qui teſta. fac. poſ. & ante ipſum Alex. in princ. qui fatetur expreſsè iſtam eſſe comm. opin. Ioan. Dilectus in trac. de arte teſtãd. tit. j. caute. vij. Soc. in d. l. ij. & poſt eum Ruynus latè. vbi abundè reſpondet omnibus ferè fundamentis pro contraria parte citatis. Sed in iſta ambiguitate, & in tam varijs iuris noſtri interpretum ſententiis quid concludendum? dico quòd caſu eueniente ego ſemper conſulerem, ac iudicarem pro iſta vltima ſententia negatiua, iſto argumento potiſſimùm inter alia, nam qui non habet factionem teſtamenti paſſiuè, non poteſt etiã ex donatione cauſa mortis capere. l. Senatus. in prin. ff. de donatio. cau. mor. ergo pari modo, qui non habet liberam factionem teſtamenti actiuè, ſicut vſurarius non debet poſſe donare cauſa mortis. Limitatur tertiò iſta concluſio. ſeu diſpoſitio dicti cap. quanquam, non habere locum in teſtamento Iudæi. ſecundùm Ioan. Dilectum, in loco ſupra citato. qui quidem Iudæi licet ſint publici fœneratores, nihilominus poſſunt teſtari nulla priùs cautione præſtita, vt per Aret. conſi. clviij. copioſè in tj. dubio, & in hoc ſunt melioris conditionis quàm Chriſtiani vſurarij, d. c. quanquam, & not. Alex. conſi iij. in cauſa, & lite. vol. ij. Soci conſi. lxij. in præſenti conſultatione. & conſi. lxx in præſenti vol. Imo. conſi. j. circa finem. cum ij. ſeq. vbi dicit quòd Iudæi poſſunt, vt Chriſtiani teſtamenta condere. & Corn. cõſi. cxiiij. licet primo. vol. j. Limitaturquarto loco non procedere præallegata concluſio in donatione inter viuos, vt per Bal. conſi. cxcviij. quæritur lib. ij. & Io. Dilectum in allegata cautela. vij. & his accedit vtiliter, quòd vſurarius manifeſtus dicitur probatione legitima concurrente. & fama, vt per Abb. conſi. xxxiiij. attingam. lib. j. & conſi. ij. lib. ij. & probatur etiam vſurarius ex fama, & quibuſdam indiciis, vt poſt glo. tradunt Inno. & alij in c. cum dioceſi. de vſuris, cum cõcordantibus. vt per Fulg. conſi. cxxxviij. viſis præcepto, & tradit Gemini. in c. j. §. & quia. de vſu. lib. vj. & vſura, ſeu conſuetudo fœnerandi poteſt per teſtes ſingulares etiam probari ſecundùm magis communem opinionem, quam citat, ſequitur. Crauet. pòſt alios ibi. per eum relatos, conſi. lxxiij. nu. xxxij. & accedit quoque prædictis quòd vſurarius non dicitur ille, qui tenet pecunias in monte, quoniã non poteſt petere quando vult capitale ſecundùm communem opinionem omnium ſcriben. quam allegat, ac ſequi videtur Alex. in l. Item quia. §. j. nu. 2. ff. de pactis. Item occurrit quòd vendens rem pluſquàm valet, cenſetur vſurarius, c. in Ciuitate, & c. nauiganti, ext. de vſuris. & iſta eſt com. opin. vt latè conſuluit Abb. conſi. v. in fin. nu. 3. vol. j. Similiterque occurrit præmiſſis quòd bona vſurariorum nõ præſumuntur pro vſurarum reſtitutione tacitè hypothecata, ſecundũ Io. And. & alios canoniſtas communiter in d. c. quanquam. quã quidem communem ſequuntur, ſimul ac citant Moder. ibi, & Ant. Neguſantij de Fano. in tract. de pignoribus, & hypothecis in ij. parte. iiij. membri. nu. 155. & vlteriùs nota ad præmiſſorum intelligentiam, quòd vſura dicitur in mercatore de intereſſe ante moram reſtituendæ pecuniæ paciſcente, eſto quòd ipſe mercator tantum lucrum in loco mutui veriſimiliter facturus eſſet, ſecundùm communem opinionem omniũ ſcriben. quàm expreſsè citat, & amplectitur Crauet. conſi. lxxxvij. nu. 5. item accedit hoc etiam quòd vſurarius aliquis dicitur, quamuis deſierit fœnerari, ſecundùm doctrinam Bar. in l. prætor ait. §. is etiam, ff. de edendo, & in l. quis ſit fugitiuus, in prin. ff. de ædili. edict. communiter approbatam ab omnibus Doct. vt refert Deci. in d. cap. ex epiſtolæ, nu. 99. vbi eam declarando nonnihil conatur ſuſtinere, & à pluri mis contrariis amouere, ac diuellere, item nota vlteriùs congruenter hic, quòd vſurarius tenetur actori ædere rationes ſuas pro intentione eius fundanda, quando agitur de vſuris, vel ex cauſa reſpiciente vſuras, ſecùs autem, ſi contra vſurarium ageretur ex contractu venditionis, vel ex alia ſimili cauſa, quæ vſuras non reſpiciat, vt not. & tenet Anchara. & Cardina. in clemen. j. §. cæterùm de vſuris, & Bal. in c. Clerici, de vita, & honeſta, Cleric. quorum opinionem affirmat eſſe communem Deci. in ca. ex epiſtolæ. nu. 101. cum ſeq. de probatio. Item accedit poſtremò quòd vſurarius eſt infamis. l. improbum, vbi Bar. Pau. de Caſtr. & alij communiter per illum tex. C. de infam. & Matheſil. in notab xlix. incip. nota. F. Viuius.

Vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari, niſi præſtet cautionem de reſtituendis vſuris, nec quidem ſufficit nuda cautio, ſed requiruntur pignora vel fideiuſſores. Commun. in §. Teſtamentum dicit Clarus. quæſt. xxvj. verſi. Sed quæro. Et caſu, quo teſtatus eſſet, nõ præſtita cautione, tamen ſi poſtea adhuc præſtet, reconualeſceret teſtamentum. Cõmunem dicit idem ea. quæſt. ver. ſed pone. Nota autem quod etiamſi deſiiſſet exercere vſuras, tamen non poterit teſtari ſine cautione præſtanda, niſi reſtituiſſet vſuras. comm. in d. quæſt. xxvj. verſi. Item quæro. Et nota quod Vſurarius Manifeſtus etiam non donare poteſt cauſa mortis. Magis communem dicit. in §. d. q. vij. P. Fich.

Vſus loquendi præfertur in legibus, & ſtatutis cuicunque propriæ ſignificationi. Iaſ. in rubric. de damno infecto. ff. numero 7. communem dicit. Villal.

Vſum habens ſyluæ æquiparatur vſufructuario, & ideo poteſt ligna vendere. l. diuus. ff. de vſu & habitatione quam intellige, quando ſylua eſt procul à domo, quãdo nõ poteſt vti ea ad vſum domus. Bell. conſi. xlix. nu. 21, communem dicit. Idem.

Nota ad materiam l. vj. & totius tit. xxxj. par. iij.

Vſufructus duplex eſt, formalis, qui à proprietate ſeparatus eſt, & cauſalis, qui cum ſua cauſa, hoc eſt, dominio iungitur. Cora. in l. j. nu. 3. ff. de ſerui. communem dicit. B. Villa.

Vſufructu vni legato, & alteri fundo, ambo concurrunt in vſufructu, niſi aliud appareat de mente teſtatoris. Ioan. Durand. in arte teſti. tit. vj. caute. xxiiij. communem dicit. Idem.

Amplia, quod vſufructu omnium bonorum vni legato, & alteri fundo certo, vſusfructus competit tam vſufructuario, quàm legatario. Idem.

ibi communem dicit.

Amplia ad vſufructuarium vnius rei, ſi alteri legatur res, vſuſfructus erit amborum, idem ibi communem dicit. Idem.

Vſufructu fundi relicto vxori, donec caſtè & vidualiter vixerit, & poſt eius mortem alteri relicto: muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias, ſtatim admittitur ſubſtitutus, non expectata morte mulieris. Eſt communis opinio ſecund. Iaſo. in l. ſi mater. verſicu. facit iſta l. C. de inſt. & ſub. licet Dec. cum Rom. ibid. oppoſitum teneant. M. Grib.

Vſufructuario teſtator non poteſt remittere cautionem, quam tenetur heredi præſtare. com. in §. T. quæſt. lxiiij. Etiam ne in mobilibus quidem Magis commu. dicit Clarus in d. quæſt. lxiiij. verſicul. Et hæc quidem. P. Fich.

Vſufructuarius etiam omnium bonorum non tenetur creditoribus hereditariis de vſufructu reſpondere, ſed debent diſtrahi tot proprietates vſque ad quantitatem debitam, & de reſiduo percipi vſuſfructus. Eſt commu. opin. cont. Bart. ſecund. Iaſ. in l. j. ver. ij. mouetur. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. Idem.

Vxor relicta Vſufructuaria donec vixerit, licet reſpectu filiorum teſtatoris tale legatum reſtringatur ad alimenta, tamen ipſis filiis defunctis recuperat vſumfructum, etiam in præiudicium ſubſtitutorum ipſis filiis. Eſt communis opinio ſecundùm Decium in conſi. quadringẽteſimo ſeptuageſimo ſexto, concluſionem. verſ. ſecundò reſpondetur. vol. iij. Præmiſſa autem opinio procedit etiam ſi pius locus foret ſubſtitutus, ſecundùm eundem Decium ibidem. Tamen iſta ampliatio videtur dubia, quia fauor piæ cauſæ æquiparatur fauori filiorum: vt no. Doc. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. qui teſt. fac. poſſ. fac. tex. in l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. Cogita. Idem.

Vxor relicta domina & vſufructuaria, ſi filij exiſtant, intelligitur alimentaria tantùm: ſi verò extranei ſint inſtituti, intelligitur vſufructuaria duntaxat, non etiam proprietaria. Eſt com. opi. ſecun. Corn. in cõſi. clxxiij. circa primum. vol. iij. Idem.

Vxor relicta vſufructuaria, ſtantib. liberis eiuſdem matrimonij, ſolũ alimenta conſequi debet. Eſt mag. commu. opin. ſecund. Alex. in cõſil. lvj. perlectis. vol. iij. M. Grib.

Quamuis Bar. in l. fi. ff. de vſufru. leg. voluerit. Vſufructuarium omnium bonorum ad æs alienum teneri, attamen contrarium communiter teneri, & ad heredem pertinere, ipſique heredi permitti ad bonorum hereditariorum pro ſolutione dicti æris à defuncto debiti diſtractionem & venditionem deuenenire, voluere Doct. vt plenè Paul. de Caſt. in conſi. cccxciiij. aliàs ccclxxxviij. in cauſa quæ vertitur Boniæ. Et in conſi. ccccclix. dubium de quo quæritur lib. ij. Alex. in l. vſufructus. ff. ad l. fal. Soci. in conſi. cxxxj. verſi. demum dubitatur libr. j. & in l. j. in principio. verſi. iij. colligo. ff. ad Trebellia. Dec. in conſil. cccclxxxv. ad fin. vbi quòd communis opinio eſt contra Bart. in d. l. fi. imò plus voluit Bal. in conſi. ccxxxvij. Titius teſtamento in iij. dubio libro j. & in conſil. ccxxxvij. Paſſuſſius lib. v. quòd dicti æris alieni ſolutio, & onus totaliter, ad ſolum hæredem pertinet, ita vt vſufructus ob ipſum æs alienum, non minuatur, contrarium concludens in vſufructuario hereditatis & tũc nõ ſolus hæres, ſed ipſe quoque vſufructuarius cum hærede teneatur, quia onus eſt totius patrimonij, & non fructuum. l. fi. ff. de vſufruct. lega, vide ipſum Bal. dict. conſi. ccxxxvij. F. Turzan.

Vſufructuarius cui vſuſfructus omnium bonorum fuit relictus, ſeu legatus, tenetur ad onera aliena ſimul, atque onus æris alieni ad ipſum ſpectabit, ſecundùm Bar. in l. fi. ff. de vſufruct. lega. ſed in contrarium facit de directo. l. j. C. ſi cer. peta. & l. ij. C. de here. actio. videlicet quòd vſufructuarius omnium bonorum non teneatur ad ſoluendum æs alienum, & iſthæc opinio contra Bal. videtur communis, vt patet ex congeſtis per Iaſ. in l. j. & ſeq. ff. ad Trebel. per Dec. conſi. cccclxxxv. circa fi. & per Soc. conſi. cxxxj. in præſenti, & Bello. conſi. vij. nu. j. idemque comprobatur ex his, quæ ſcribit Barba. conſi. lxiij. illud: nam creditoribus tenẽtur ſatisfacere heredes de bonis hereditariis, vt per Pau. de Caſt. in l. ſin. §. ſin autem æs alienum C. de bonis quæ libe. ideoque hæres propter æs alienum ſoluendum, & pro ſatisfactione poteſt vendere bona mobilia, & immobilia, ante quàm illa vſufructuario tradat & tanto minorem vſufructum habebit vſufructuarius l. vſufructu bonorum, ff. ad l. Falci. & ibi Alex. & Bal. conſi. 87. ſuper primo. libr. v. & Paul. de Caſt. conſi. cccxxxv. in cauſa quæ vertitur, & Deci. conſi. dcxx. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinio. licet, & malè Goza. conſi. xciiij. aſſeueret contrarium. Viuius.

Vſufructuarius cogitur cautionem præſtare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri & reſtituendis rebus finito vſufructu, quales extabunt. l. ſi tibi. ff. de vſufructu, earũ rer. quę vſu cõſumun. & toto tit. ff. de vſufruct. quem caut. & de ſoluẽdo earum rerum extimationem, vt per Federi. de Senis conſi. xlvj. iure cautum eſt, nec poteſt teſtator vſufructuario ſatiſdationis neceſſitatem remittere. l. ſcire debetis, C. vt in poſſ. legato. & l. j. C. de vſu fru. Soci. conſi. ccx. ſatis anceps, propè final. Iaſo. conſilio xl. tria libro primo nam illa cautio concernit fauorem heredis, quem teſtator remittere non poteſt, ſecundùm gloſſ. in d. l. ſcire debetis communiter approbatam ibi à Docto. & in l. nemo poteſt, ff. de leg. j. & vltra Docto. in locis precitatis atteſtantur de dicta communi Guido Papæ conſi. lxiij. in ij. dub. & C. Craue. conſi. clxxiij. nu. 3. cum aliis ſeq. & quamuis Bal. in auth. cui relictum, C. de indic. vidui. tol. per illum tex. ſentiat hodie correctam eſſe l. j. & idẽ putat Barb. conſi. lxiij. clementiſſimi. lib. ij. tamen communis opinio eſt in contrarium. vt per relatos Doct. & per Soc. conſ. cxxxj. in præſenti conſultatione, lib. j. cum allegatis per Dec. cõſ. dcvij. viſo puncto. proinde ſcias, quòd non faceret fructus ſuos vſufructuarius, quos percepiſſet ante cautionem præſtitam, vt per Bal. conſi. xxj. ſuper primo lib. ij. latè que per Dec in d. conſi. dcvij. & quatenus ſuperius diximus teſtatorem nõ poſſe remittere cautionem de vtendo, fruendoque arbitrio boni viri, dic quòd hoc verum eſt, quando, ſ. vſuſfructus eſt conſtitutus in vlti. voluntate: ſecùs ſi inter viuos, quia inter viuos poteſt conſtitui vſuſfructus. §. conſtituitur. Inſt. de vſuf. & principalis conſtituens poteſt remittere huiuſmodi cautionem, vt per Bar. in l. j. C. de vſufruct. & ita debet intelligi. d. l. ſcire debetis, & eodem modo intelligi debet argumentũ à contrario ſenſu ibi (minimè in teſtamento remitti poſſe) ergo extra teſtamentum, ſiue per hæredem, ſiue per teſtatorem benè poſſe remitti, quia quilibet ſibi præiudicare poteſt. Limita etiam dictam concluſionem, quòd licet teſtator nequeat remittere cautionem de vtendo, a. fruendo arbitrio boni viri, poteſt nihilominus remittere cautionem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis heredi. l. ij. C. vt in poſſe. quorum lega. & latè ſcripſi ſuprà in ver. cautionem de præſtandis. F. Viuius,

Vſufructuarius poſſidet naturaliter. Iaſ. in l. naturaliter. nu. 5. ff. de acquir. poſſeſſio. communem dicit. Viuius.

Amplia ad quaſi ciuilem poſſeſſionem. Fran. de Aret. in d. l. naturaliter. nu. 2. communem dicit.

Intellige ſibi, & non proprietario. Tiraq. in tract. *le mort ſaiſit le vif.* par. iij. declara. j. nu. 4. commnnem dicit. Viuius.

Vſufructuarius vti frui non poteſt, niſi pręſtet cautionem, communis eſt, vt dicit Bar. Soc. conſi. cxxxj. nu. 16. volu. j. Ex qua infert, quòd heredes poſſent interim bona retinere, donec caueatur. Talem enim cautionem dupliciter peti poſſe: Et officio iudicis, & Iure repulſionis, &c. I. Fich.

Vſufructuarius tenetur pręſtare cautionem. Socin. in conſil. cxxxj. vol. j. communem dicit, & non poteſt remitti a teſtatore.

Concor. cum l. ij. tit. xxxj. par. iij. Bello.

Quid autem ſi pauperior ſit vſufructuarius, quàm vt hanc cautionẽ pręſtare poſſit an idcirco vſufructu priuandus ſit, Hoc caſu quatuor diuerſas opiniones apud D. inuenio, quæ recitantur, primùm à Glo. ordinaria in l. vſufru. j. in ver. boni viri. C. de vſufru. Et ibidem etiam à Bar. plenius autem à Baldo & Saliceto.

Prima eſt, vſufruactuarium hoc caſu ad cautionem iuratoriam eſſe admittendum, quando ſcilicet eſt fide dignus, & non ſuſpectus, Hęc opinio placuit Petro, & Tho. de Foroli. teſte Bald. vbi ſuprà, Bartolo quoque in ea. l. vſufruct. Angelo preterea, & Ioan. Imol. in l. eum non facile. ff. ſi cui pluſquam per L. Falc. &c. Barbatię conſil. xj. vol. iij. prout refert Hyppoly. de Marſ. in ſua practi. Crimi. §. diligenter nu. 104. vbi & ipſe hanc opinionem ſequitur. Nec alienus ab illa videtur Alberi. Roſates in d. l. vſufruct.

Secunda eſt, vt ſequeſtrẽtur bona penes aliquem virum honeſtum & fide dignum, qui reſpõdeat vſufructuario de fructibus. Et hæc fuit Gu. de Cug. quam Bart. in d. l. vſufructu. admittit eo caſu, quando vſufructuarius eſt pauper & ſuſpecta perſona. Et inuenio apud Guido. Papæ deci. ccl. quòd ſecundùm hanc opinionem fuerit iudicatũ in Parlamento Gratiano politano. Sed & Chaſſ. in commen. ſuper conſu. Burgun. tit. iiij. §. vj. in ver. *Et ſera tenue*, nu. 5. eam ſequitur. Ioan. Fabri quoque. (tamen per verbũ Fortè) Inſti. de vſufru. in prin. cir. fi. Et hanc cõmuniter tenere D. dicit Angel. Peruſ. in l. hac edictali. §. his illud. nu. 6. C. de ſecundis nupt. Tertia eſt, quod proprietarius fundũ aut rem ad ſe recipiat, vel pro ſe retineat, & vice vſufructus, annuatim certã ſummam, ſeu fructuum, ſeu pecuniæ (vſque ad tertiam centeſimæ vt dicit d. gl. per d. §. his illud, vel vt alij, arbitrio iudicis) repẽdat & ſoluat vſufructuario, eique de illa caueat, quã ſequitur Ang. d. nu. 6. Et Sali. in d. l. vſufructu. tãquã æquiorẽ, Etſi fatetur quartã de rigore Iuris eſſe veriorẽ. Quarta opinio eſt, ꝙ vſufructuarius in prędicto caſu, omninò ſit vſufructu priuãdus, quã retinuit præ dicta Glo. Sequitur Bal. ibidẽ per bona argu. & Salicetus, qui dicit eã per multos & maximæ auctoritatis teneri, adeo vt durũ ſit ab illa recedere. Tenuerũt autẽ Bolofre. & Iac. Butr. teſtę Bal. vbi ſuprà, Roma. quoque in l. ij. ff. ſolu. matr. & rurſum cõſ. ccccxxxix. circa primũ cõſultatiõis articulũ. fi. Iaſ. in l. j. nu. 23. in x. Limi. cir. fi. ff. qui ſatiſ. cogã. Et pro eadẽ cõſuluit Nicola. gello. cõſ. liiij. allegãs præter cætera duos bonos tex. l. ſi vſuſfructus nomine ff. vſufruct. que madmo. caue. Et d. l. hac edictali. §. his illud, &c. Iã vtmeum quoque iudicium interponã, etſi nõ diffitear, hãc poſtremã opinionem de rigore iuris eſſe veriorẽ, (veriſſimã d. Io. Sich. in d. l. vſufru. nu. 5.) tamẽ præcedẽs Tertia opinio omniũ mihi videtur æquiſſima, cõmodiſſima, tutiſſima. ſi rectè rem perpendamus. Per illam enim & proprietario & vſufructuario pariter proſpicitur, nec cuiquam de Iure aut cõmoditate ſua quidquam detrahitur. I. Fichard.

Vſufru-

Vſuſructuarius percipit fructus à ſolo ſublatos à ſe, vel de eius mãdato, etiam ſi in horreo non ſint reconditi. Gemina.in c.ſi propter.de reſcript.in vj.communem dicit. B.Villalo.

Nota quòd fructus bonorum mariti & vxoris, ſoluto matrimonio cùm inter virum & heredes mortui diuidentur.iuxta l.iij.titu.iiij. lib.iij.For.ll.& ſi maior pars alterius ſit,tamen hęc communis opinio non obſeruatur. ſed debent diuidi, etſi non eſſent à ſolo ſeparati, vt per docto.de Pala.Rube.in repeti.Rubri.de donat.inter virũ & vxor. §.lxij.nu.10. Idem.

Vſufructuarius certæ rei non tenetur ad ſoluendum æs alienum. Couarru.Reſolut.lib.ij.c.ij.communem dicit. Idem.

Amplia ad vſufructuarium omnium bonorum, quia non tenetur ſoluere æs alienum,ſed hæres. Alex.in l.ſi filio.§.vir ff.ſolu. matrimonio,communem dicit,& Bellón.conſi.vij,nu.1.ex Barba. conſi.lxiij.& Dec.conſi.cccccxxxiij. Idem.

Intellige iſtam communem,quia poteſt heres anteaquàm tradat legatario,incipiendo à mobilibus ſoluere æs alienum, & reſiduum legatario dare,præſtita cautione de ſoluendis aliis debitis.Deci. conſil. dcxx.communem dicit,licet Gozza.in conſilio xciiij. teneat contrarium. Idem.

Amplia ſecundò,communem ad legata gratuita teſtatoris. Couarru.in d.c.ij.nu.7.communem dicit. Idem.

Vſufructuaria ſi mulier relicta ſit,ſtantibus liberis, alimenta tantùm debentur. Cora.in l.j.nu.3.de ſeruitut.ff.communem dicit.Deci. conſi.liiij.nu.1.communem dicit,vnum tamen habebit, quòd alimenta ſuo iure ac ſua manu percipiet.Angel.in leg.j.ff.rerum amotarũ,ac mortuis filiis pleno vſufructu gaudebit, Bar.in leg. ſicut in annos. ff. quibus modis vſusfruct.amit.

Alimenta autem præſtabuntur ſecundùm æſtimationem iudicis, habito reſpectu ad vitam vſufructuarij,præſtabunt data ſatiſdatione de longiori,vel breuiori vita,vt per Pala.Rube.in repetitio.rubric.de donation.quæ facit ad intellectum leg.ix.ti v.volumi. iij. For. ll. & l. vij.tit.xij.l.iij.eius fori ad taxationem alimentorum ſi excedat quintã. Idem Villalo.

PRO.Vſusfructus morte finitur.leg.corruptionem.C.de vſufr.in §.finitur.Inſt.eod. Bellon.

PRO.Vſibus cuiuſquam propriis applicari non debet, quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur.cap.ratio.extra de præbẽ.

PRO.Vtile per inutile non vitiatur.leg.ſancimus. C. de don.leg. j.§.pen.ff.de verb.obligat.leg.qui teſt.ff.de legat.ſecundo.leg.pecunię. vbi gl.ff.de vſur. Bellon.

OB.Contrà,de l.j.§.item quæritur.ff.de aqu.quot.& æſti.& leg.Pedius.§.j.ff.de arbit.vbi vtile vitiatur propter inutile.

SO.Hæc regula non habet locum in indiuiduis,& inſeparabilibus aut in contrariis.gl.in c.vtile.de reg.iur.in vj.

OB.Item obeſt.l.actus legitimi.ff.de reg.iur.vbi ſuperfluitas appoſita vitiat actum legitimum.

SOL.Vbi inutile & ſuperfluum eſt contra formam & naturã actus,eſt vitioſum, vt in contrario. Bello.

PRO.Vulgò quæſitus ſequitur matris conditionem.l.cum legitimæ.ff.de ſtat.homi. Bellon.

PRO.Vultus motum iudicis detegit. leg. obſeruandum. de officio præſ. Bellon.

Si plures aliquem percuſſerint,& ignoratur ex cuius vulnere deceſſerit,nullus ad mortem debet condemnari.Eſt communis opinio, ſecundum Alex.in conſi,15.viſo proceſſu. M.Gribal.

VXOR per maritum relicta in teſtamento ſuo domina maſſaria, & vſufructuaria omnium bonorum filiis heredibus inſtitutis, poteſt habere alimenta ſibi condecentia ſolummodò cum quadam præeminentia,& honore,vt habet viuente marito ſecundùm Barto. Paul.de Caſt.Imo.& Cuma.in l.Titia.§.fin.ff.de leg.ij.gl.Bar.Cyn. Alber.Bald. & Saly.in auth.hoc locum.C.ſi ſecundo nupſ.mul.Corne.conſ.cclvij. nu.6.& 12.vol.j.& conſ.cccviij.nu.3.vol.iiij.Capram conſil. lxxij. nu. 17.Soc.Iun.conſi.xciiij.nume.2. volu,j.vbi dicit hanc eſſe communẽ opinionem,& conſi.xcvj.eod.vol.Corne.in præcitato conſi.cclvij. & Deci.conſ.liiij.nume.1.& idem conſuluit idem Soc.conſi. xcix. volu. j.& iſta alimenta poteſt accipere,ac ſumere vxor propter huiuſmodi præeminentiam propria authoritate, nec expectare debet, vt ſibi ab hærede præſtentur,vt voluit Ioann.And.in addi.Specu.in titu. qui fi. ſint legiti.§.j. Ang.in l.j.ff.rerum amota.Alexan.in l.nemo poteſt, ff.de leg.j.& fuit de intentione Bar.& aliorum in d. auth. hoc locum, ſed ſi filij morerentur etiam quòd habeant ſubſtitutũ,maximèque extraneum,vxor prædicta debet habere integrũ vſumfructum, vt per Bar. & alios in d.l.Titia.§.fin.& iſtam ſcribit eſſe magis communem opinionem Soci.Iunior in d.conſi.xciiij.nu. 2. poſt medium. Ampliatur ac declaratur hoc etiam procedere vbicunque filius eiuſdem matrimonij moreretur.ac decederet,ſtantibus filiis alteriusmatrimonij,tũc ſimiliter matri debetur integer vſusfructus, quia dicta conſuetudo vulgaris habet locum duntaxat ſuperſtitibus filiis primi matrimonij, ita eleganter tenuit Bal.in d.auth.hoc locum,& Ang.Aret.in tract.de teſtam.tamen Bal.reuocando ſententiam in melius tenuit contrariũ in d.l.Titia.§.fin.videlicet quòd hoc caſu vxori prædictæ debeantur ſolummodò alimenta, ſecundum conſuetudinem vulgarem,quem numero 4.& 9.volumine iij.vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem,& æquiorem. Viuius.

Vxor perdit dotem propter adulterium commiſſum, & violatam pudicitiam.cap.plerunque,de dona.inter Vi.& Vxo.tenet gl. in auth. ſed hodie.C.de adulte.& Saly.communiterque Doct.ibi lem,& de dicta atteſtatur Bolognetus in rub.C.de.æden.nume.29. Amplia etiam hoc quòd mulier perdat donatiõem propter nuptias, ſi maritus eam accuſauerit adulterij ab ea commiſſi & ſententiam reportauerit quo ad ſeparationem tori.l.conſenſu.C.de repudiis,licet glo.in d.c.plerũque.expreſſè velit quòd amittat duntaxat paraphernalia, quam quidem glo.dicit communiter approbari ab omnibus ſcriben. variis in locis,Boer.deci.cccxxxviij.nu.2. An autem mulier amittat dotem propter oſculum luxurioſum, hoc latè abundeque diſcutitur nouiſſimè per Bolognetum.in d.rub.de æden.nu. 11. cum ſeq. Fallit dicta concluſio in vxore putatiua,ſeu de facto, quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium,ſicut vera,ſecundum gl.in dicta l. conſenſu.in ver.ſibi.quam ſimpliciter ſequitur Alexand. in leg. ij. alias cum dotem.§.fin.ff.ſolu.matrimo.Bertachi. in ſuo repertorio in ver. adulter.verſi.xliij.in ver.maritus adulter.verſi.iij.& in ver. Vxor adultera, ver.vij.& iſta glo.comprobatur per dictum Calderi. poſt Lapum in clemen..,q.iij.de priuileg.vbi aiunt quod illa clemen.puniens religioſos non habet locum in religioſis de facto,quorum religio eſt reprobata, quia eis non conuenit qualitas religionis, quod dictum ſequitur Felyn. in capi. accedentes,de præſcrip.pro dicta gloſſ.quoque videtur facere dictum Calderi.conſilio primo.in titulo de hæret. vbi ait, ꝙ excommunicans inquiſitorem confiſcantem bona Eccleſiæ non habet locum in inquiſitore,qui de facto diſtribuit certos libros Fratrum minorum damnatorum de hæreſi:ſed tamen in cõtrariam partem inclinauit gl.in d.c.plerumque.vbi affirmat quòd Vxor putatiua,ita perdit dotem propter adulterium, ſicut vera Vxor, ne plus tribuatur Vxori putatiuæ de facto, quàm veræ Vxori, quam ſequitur Paul.de Caſt.conſilio cxlvij.& conſil.cliiij. volu. ſecundo. vbi dicit idem eſſe in tutore putatiuo.& minus legitimo,quòd ita puniatur non reddendo rationem adminiſtrationis,ſicut verus tutor,tandem fatetur ipſe Pau.Caſt.quòd Doct.in d.c.plerumque hanc opinionem communiter tenent:nam Doc.ibi conſiderant intentionem mulieris,quæ ſecundum eius intentionem adulterium commiſit, vt ibi per Inno.in fin.& per Abb.dicentem ſententiam gl.ibi eſſe communem;Vnde non mirum ſi fieret extenſio de Vxore vera, ad eam quæ verè Vxor non eſt,ſed de facto,quia niſi fieret præfata extenſio ſequeretur hoc abſurdum,& inconueniens,quòd Vxor putatiua, & de facto eſſet melioris conditionis,quàm vera Vxor,quod eſſe non debet, l.iij.§.j.ff.de donat.inter Vir.& Vxor.vbi ait etiam textus quòd etiam Vxori putatiuæ donari non poteſt, & iſta communis comprobatur etiam per dictum Ioan.Andr.Abb.& aliorum in cap.primum.de Cleri.coniug.vbi aiunt,quòd Clericus de facto contrahens matrimoniũ, ita priuetur beneficiis,ſicut legitimè contrahens,nec aliàs ſit melioris conditionis de facto agens,quàm legitimè:tamen qualitas matrimonij non conuenit,ſed ſatis eſt eum matrimonium contraxiſſe quoad eius intentionem,& quantum in eo fuit,ſequitur Ancharanus conſilio tertio & quatto.Roma.conſilio ccccxliiij.columna ſecunda.quoties enim actus de ſui natura eſt illicitus ex actu nullo pœna imponitur,l.nemo martyres,C.de ſacroſanctis eccleſ.iuncta gloſſa in l.eum qui duas.C.de adulter.Decius in capitu,ex tenore,columna tertia de reſcript.Similiter curator putatiuus non debet eſſe melioris conditionis,quàm verus,ob id ſicut verus curator non poteſt donationem accipere ab adulto.ita nec putatiuus,ſecundum Paulum de Caſtro conſilio ccclij.curator.libro primo.Secundò limitatur præallegata concluſio,quod non priuetur dote vxor propter adulterium, ſi Maritus tacuiſſet,ſecundum Baldum & Doctores in l.fina.C.de adul. Bartol. Bald.Angelum & alios in l.rei iudicatæ,& hæredi.ff.ſoluto matrimonio.Alexander conſilio centeſimo octuageſimo nono, vol. vij.latè Bermondus de publicis concubinariis,in rubrica de adulteriis, nu.72.& ante:idem videmus quoque in matre,quæ tranſiuit ad ſecunda vota, ſuperſtite filio de hoc non conquerente,his ſtantibus,ſi filius decedat non priuatur eius hæreditate,quia filius non conquerendo de matre videtur iniuriam ſibi factam per eam remiſiſſe per dictum tránſitum vt tradit Baldus in authentica ex teſtamento,C.de ſecund.nupt. Deci. conſilio cclx,Ripa,in leg.fin,C.de reuocand.donatio. in quæſt.lvj.Tertiò coarctatur d.concluſio non procedere in vidua, quæ non priuatur dote propter ſtuprũ in viduitate cõmiſſum,ſecũdum Alex. in leg. fideicommiſſ.C.de fideicommiſſ.licet Paul.de Caſt.in leg.ſororẽ. C.de his,qui.vt indign.in d.l,fideicommiſſum,& cõſi.cxxj.& quamuis hoc nõ auſus firmare Ruynus cõſi.clv.nu.2.vol.iij. propter diſcrepantiam tantorum patrum, tamen mihi magis placet opi.Pau.de Caſt. omiſſis diſputationibus,cęteriſque rationibus,quę ad cõfirmationẽ prædictæ ſentẽtiæ Pau.Caſ.adduci poſſent,quia per ſeſe patet & emicat.Quarto

claudica

claudicat dicta concluſio in muliere exiſtente in patria poteſtate tempore perpetrati delicti, quæ ſic adulterando non poteſt in dote patri nocere ſecundum Spec. in tit. de dote poſt diuor. reſti. §. formatis ver. quid ſi ſilij. Dyn. Bal. & alios in l. ij. §. quòd ſi in patris per illum text. ff. ſol. matr. & Bart. in §. voluntatem. eadem l. & Doct. omnes communiter in cap. ex literis de pign. Si verò mulier ſit ſui iuris effecta, & ſic actio de dote ſit in eam conſolidata, iuxta l. vnicam. §. vidamus. C. de rei vxo. actio amittit dotem ex adulterio prius commiſſo, vt eleganter per Bart. in præallegato §. quòd. ſi in patris. circa fin. & Paul. de Caſt. ibidem in verſ. item ſi voluntate. F. Viuius.

Vxore ad dotis reſtitutionem agente, quia maritus ad inopiam vergat, vel ſua abutatur ſubſtantia, poterit maritus omnes exceptiones iuridicas opponere tam contra libellum, quàm perſonam, vtputà, quòd libellus ſit ineptus, generalis, obſcurus, & huiuſmodi, & quòd ipſa mulier ſit minor, & ſine patris conſenſu agere non poſſit, quòd verò ad negotium princip. videlicet repetitionem ipſius dotis, duæ ſunt regulæ affirmatiuæ, & vna negatiua. Prima eſt, quòd omnis exceptio quæ conſtante matrimonio, obſtaret vxori quò ad dotis diminutionem, eadem obſtare poteſt quò ad reſtitutionem. l. quamuis & ſeq. ſol. mat. & l. quod dicitur de impen. in rebus dot. fact. Altera eſt, quòd omnis exceptio, qua omiſſa, conſultum non eſſet marito ſoluto matrimonio, qualis eſt exceptio, quòd maritus non conueniatur, niſi quatenus facere poteſt, ſi agatur ad dotis reſtitutionẽ conſtante matrimonio poterit opponi. Regula verò negatiua eſt, quòd nulla exceptio procedens ex cauſa, quæ conſtante matrimonio dotem non minuit, vel qua omiſſa conſultum eſſe poteſt marito ſolu. matr. poteſt opponi aduerſus agentem ad dotis reſtitutionem, qua maritus vergit ad inopiam. l. vbi adhuc. in fin. C. de iur. dot. quas quidem regulas tradit Bart. in d. l. ſi conſtante. num. 2. ſol. matr. F. Turzan.

Vxor, ſeu mulier ſuccedit in quarta parte bonorum viri, & ſic mariti ſui ſi liberi non ſint vltra tres, alias ſuccedit virili portione ſecundum indubitatam, & communem opinionem omnium ſcriben. & legatum factum coniugi non tollit dictam ſucceſſionem, ſed computatur in partem, text. eſt in authen. præterea, C. vnde vir, & vxor: iſta verò ſucceſsio, nota, habet locum, quando matrimonium eſt abſque dote, vel cum parua dote, vt declarat Alex. & Iaſ. poſt alios. Doct. communiter in d. authen. præterea, & dos iſta intelligitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam Vxoris, & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex congeſtis, relatiſque per Barba. conſi. lxxiii. ſcriptis lib. iiij. quod quidẽ procedit etiam ſi coniugi poſt acquiſitionem huiuſmodi quartæ ſuperuenirent diuitiæ: nam poſt effectum conſummatum ceſſante cauſa non ceſſat effectus l. fin. C. vnde libe. & late per Deci. cõſi. xxiiij. pro virili; Ampliatur prædicta vltimo loco ſimiliter procedere, ſi teſtator expreſse prohiberet Vxori ſuæ in teſtamento detractionem iſtius quartę: nam teſtator per legatum vxori factũ nõ poteſt prohibere dictam detractionem, ſecundum gl. in §. ſi verò expreſsim, in ver. heredem, in authen. de hered. & Falc. cum qua ſentiunt omnes Doct. communiter, vt patet ex congeſtis per Alexan. in d. authen. præterea, & per ſcriben. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater, ff. ſol. matrim. & confirmatur hoc ex dictis per Bald. in l. filium quem habentem, ver. deinde quæritur, C. famil. erciſcun. licet Saly. & male in d. authen. præterea teneat contrarium: Interpretantur prędicta vlteriùs, quòd illa quarta, quæ debetur ex diſpoſitione d. authen. præterea, Marito inopi, præmoriente Vxore locuplete, locum habet, tã condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſic contra voluntatem Vxoris, ſecundum omnes Doct. in d. authen. præterea, & iſtam ait eſſe communem opinionem Corn. conſil. iiij. vol. iiij. & Soc. conſil. cxxj. vol. iiij. Viuius.

PRO. Vxor debet præſtare operas marito. lege, ſicut. ff. de oper. libe. Bellon.

PRO. Vxor habens maritum inutilem, dicitur vidua. l. fina. vbi Accurſ. C. de plag. Bellon.

PRO. Vxor eſt ſocia diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus C. de crimi expil. hæred. Idem.

PRO. Vxorem habens non regitur proprio motu, ſed vxoris, ſicut nauigans ventis regitur non proprio motu. cap. nos nouimus. & ibi gl. xvij. quæſt. iiij. Bellon.

PRO. Vxorem vitæ ſocietas quodammodo dominã facit. l. j, rerum amotar. Bellon.

PRO. Vxores à viris defendi debent, non econtrà viri ab vxorib. l. quod ſi viro. ff. de iniur. Bellon.

PRO. Vxores coruſcant radiis maritorum. l. fœminæ. ff. de ſenat. l. mulieres. C. de dignit. libro xij. in §. ſin autem. in authen. de conſul. colla. iiij. Bellon.

PRO. Vxores multæ gaudent de morte maritorum. gl. in l. pater, §. ſocrus, ff. de cond. & demon. Bellon.

Vxor tenetur ſequi virum, ſi velit mutare domicilium, niſi pacto in contractu matrimonij aliud ſit diſpoſitum Panorm. in in cap. j. qui matrimonium accuſa. poſſunt, communem dicit. B. Villal.

Vxor, viuente patre in illius, non autem mariti (niſi quò ad concubitum, & operas domeſticas) poteſtate eſt. Communis eſt vt videre licet ad nauſeam apud Andr. Tiraqu. in princ. commenta. in conſue. Picto, ſiue de leg. connub. I. Fich.

Vxor tranſiens ad ſecunda vota, perdit legata ſub conditione relicta, ſi caſtè vixerit. Iaſ. in l. fin. C. de indi. vidui tollen. Ioan. Duran. in arte teſtan. titul. vj. cau. xxxix. commmun. dicit. Villal.

Vxor quæ ex forma ſtatuti debet lucrari aliquid de bonis mariti, Iaſon. in l. præterea. C. vnde vir & vxor. num. 20. & Suarez in l. j. titul. *de las aras* communem dicit, ſed tamen Ioan. Cora. in ca. j. Miſcell. lib. ij. dicit ſibi non placere, Nec obſtat huic communi l. xvj. tau. huius regni, quia ibi maritus nondum debitor, nec in illo obligatus mulieri, & non eſt mirum, ſi non fiat compenſatio cum legato, quia lucra veniunt ex diſpoſitione legis, & per Segu. in l. iij §. fin. num. 126. ff. de liber. & poſthu. & tranſmittitur ad heredes, etiam ſi non ſint agnati, vt per cũ ibidem, ex dicto Bald. in l. fin. C. de bon. mater. Et maritus poteſt, durante matrimonio, alienare etiam inuita vxore. l. ccv. ſtyli. & l. ord. lib. v. tit. iij l. iiij. de qua per d. Suarez. in tit. de *de la ſgaua* & Gome. Areſ. in l. lij. tau. ac Segu. in tract. de bonis duca. durante matrimonio. nu. 1. & Ioan. Lupum in repet. rubr. poteſt etiam alienare, dummodò hoc non faciat in fraudem, vt d. l. ccv. per d. Lupum in col. ccclxiiij. Sed nota, quòd licet hęc bona ſint mariti, durante matrimonio, & poſsit alienare, ſi tamen ſit condemnatus, vel maritus perdit omnia bona ex delicto, medietas hæc non dicitur confiſcata. l. lxxvij. tau. quam opinionem antea tenuit Segura. in dicto tract. num. 15. & Doct. Ioan. Lupus in repet. rub Idem Villal.

Vxor non habet priuilegium prælationis ratione dotis confeſſatæ tantùm, niſi probet realem ſolutionem ipſius dotis, ſecundum gloſſ. in l. aſſiduis poſt med. in ver. Dote. C. qui potio. in pigno. habe. quam communiter à Doct. receptã ſcribit Minſing. obſ. lxj. cent. j. Io. Fich.

Vxorem pro marito in teſtem nominari, producique non poſſe, inter omnes conuenit. Sunt enim coniuges vna caro, ſociique tam diuinæ quàm humanę domus, l. j. ff. de rit. nup. l. aduerſus, C. de cri. expila. hered. Sed quid, ſi ab ipſo aduerſario contra maritum nominetur vxor? Dubium ſane redditur, quia tũc ſuſpitio remiſſa videtur, nec etiam id vlla lege prohibetur. Itaque & Hoſtienſis in Summa iuditium ſuum ſuſpendit. Speculator admitendam eſſe cenſuit Sed æquius & receptius eſt talẽ nominationem nõ eſſe admittendam. Præterquam enim quod teſtimonium claudicare non debet, vt eleganter dixit Bald. in l. iij. C. de teſti. conſideranda ſunt & ſumma charitas & reuerentia, quam mutuo coniuges ſibi debent, proptereáque modis omnibus cauendum, ne concedatur occaſio, pro qua vtraque illa vincula, quibus illi coniugãtur (quo verbo etiam Cicero vtitur) laxentur offendantur, & lædantur. Hanc igitur poſteriorem opinionem retinent Alberi. de Roſa in tractat. de teſtibus in ij. part. poſt princip. Bald. & Salic. in dicta lege ſecunda Abbas in ca. in literis. cir. finem cum Apoſtil. ibi & Feli. ibidem num. iiij. Lucas de pen. in l. quicũque C. de re milit. lib. xij. Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra, in ver. Teſtium depoſitiones, nu. 60. extra de proba. Et Hippol. Marſil. in Pract. Crimi. §. diligenter, num. 25. cum plurubus ibi allegatis. Limitat tamen ibidem, niſi neceſsitas hoc exigeret, videlicet inopia probationum, ita quod veritas aliter haberi non poſſet, quod ante ipſum & etiam Abbas in d. c. in literis. nu. 7. in fin. Et Alexan. in conſi. cij. nu. 8. tradiderunt. Io. Fichard.

Quæ autem de vxore dicta ſunt, eadem etiam ad maritum porriguntur, vt monet Feli. d. nu. 7. in fi. Idem. Fichard.

Antonius de But. in c. ex parte. circa fi. in verſi. ſed eſt dubium. de ſponſa. voluit, quod ſi dico: promitto non accipere aliquam in vxorem, niſi te, ex iſtis verbis non cenſeatur, nec ſit contractum matrimonium, quia reſoluitur in potentia. ſed Abb. ibi poſt Cardina. contrarium tenuit, & hanc dicit communem opinionem Dec. in l. tranſactione, in princ. C. de tranſact. quam dicit procedere, & locum habere inter eos, qui tractabant de matrimonio ſecundum ipſum Abb. in cap. præterea. l. j. eo. tit. de ſponſalib. tu dic ſecùs. ſi aliter, & alio effuſo ſermone talis promiſsio emittitur, quare tunc nõ animo ſe obligandi, & contrahendi emitti videtur, ſed potiùs applaudendi. F. Turz.

*Communium opinionum ſiue receptarum ſententiarum*

*FINIS.*

# THESAVRVS RECEPTARVM SENTENTIARVM

## Quas vulgus Interpretum Communes Opiniones vocat.

## AVTHORE EMANVEL SOAREZ

*à Ribeira præclariſsimo V. I. Doct.*

A

ABORTVI qui cauſam præſtitit, prægnantem percutiens, capite plectitur, ſi fœtus animatus iam erat, aliàs ſupplicium extra ordinem luet. commune interpretum placitum atteſtantur Blanc. & qui eum laudat Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſt. lxviij. ver. abortum procurans in fin. Et ſi longè verius, æquiúſque ſit, nunquam huic capitis pœnas inſligendas eſſe, ſeu animatus, ſeu inanimis fœtus abortu perierit, ſi modò prægnans vnà mortem non obierit, vt luculenter probat fons iuris, iuſtitiæque omnis ſacroſancta diuini Moſis lex, Exod. xxj. cuius ſententia (ab Accurſ. in l. Diuus. ff. de extr. crimi. in aliud omnino contrarium eius, quod præcipit, perperam accepta) nihil aliud verè ſancit, quàm vt qui grauida muliere percuſſa abortum intulerint, multa arbitraria puniantur, ni pernicies ipſius mulieris inſequuta ſit. alioquin ſi non ſolum ſpes hominis, ſed mater vera homo è medio auferatur, vitam pro vita, oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. pendi iubet: & hoc etiam, ſi diligentius inſpiciatur, iiſdem fermè verbis, quo ad mortis pœnam, conſtituit. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. l. ſi mulierem. ff. de ſicar. & probant d. l. Diuus. tradit eleganter, ac verè Alex. poſt Bald. in l. quod dicitur. num. 4. ff. de liber. & poſthum. & qui ſeſe hac in quæſtione variis modis induit Ægidius Boſsius in pract. tit. de homic. num. 6. qua etiam de re nos alibi latius, & commodius ſiquidem in præſentia titulum operis præ oculis ſemper habebimus, ac re ipſa Plin. Iunioris conſilium ſequemur lib. v. epiſt. vj. inquientis: Primum ego officium ſcriptoris exiſtimo, vt titulum ſuum legat, atque identidem interroget ſe, quid cœperit ſcribere: ſciátque ſi materiæ immoratur, non eſſe longum: longiſſimum ſi aliquid accerſit, atque attrahit.

Abſens, lite non conteſtata, iis de criminibus nequit iure ciuili condemnari, quibus corporis pœnæ indicuntur: vt frequenter Doctoribus probatum inquiunt Anton. Gomez. meus olim iuris Doctor. in l. xxvij. Tauri num. 1. Boſſ. in tit. de requiren. reis num. 1. in fi. idémque Pontificum iure receptum affirmat Abb. in cap. veritatis. num. 20. & 27. de dolo, & contumac. at in iis, quibus pœnæ nomine, vel relegatio, vel quid etiam relegatione minus inſligitur, ritè condemnabitur. cõmune interpretum dogma aiunt Bald. in fin. Salyc. num. 14. in l. abſentem. C. de accuſat. & ij. quos laudat Clarus optimè de vtriuſque iuris ſtudioſis meritus in pract. & vlt. quæſt. xliiij.

Abſens quibus in criminum cauſis iuxta ſtatuti formam damnari poteſt, & procurator eius nomine interuenire poterit. commune axioma recenſet Angel. in l. penult. §. ad crimen. fallent. ix. ff. de public. iudic. & qui eum retulit Auguſt. ad Angel. de malefic. ver. qui iudex videns. & vberrimè hanc rem agens Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſt. xxxiij. quin & iiſdem in cauſis pro abſente iudex ſuamet ſpõte probationes inducet: vt frequenter iuris auctoribus placitum aiunt Alex. num. 29. Rip. num. 74. & ſequen. in l. iij §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec. et qui id diligenter explicat Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſt. lxj. verſiculo ſed hæc quidem.

Abſens, atque ignorans effecta, et acquiſitiones, quæ legi alicui accepto ferri debent, conſequitur, vt commune aio ex Angel. et Anchar. quos landat et ſequitur Aymon. in rub. num. 77. ff. de leg. lib. j. et iis, quos allegat eruditus, et iuris apprimè catus Alciat. in cap. cum contingat num. 131. verſiculo ſecundo quia, de iureiur. et vide infra ver. legis lucra, et effecta.

Abſenti reip. cauſa reſtitutio ad appellandum conceditur: vt communem eſſe opinionem ait Aret conſil. clx. nu. 6. late Tiraq. de retract. lign. §. xxxv. gl. iiij. nu. 46. amicus noſter Nic. Ant. Grau. ad Veſtrium lib. viij. cap. iij. nu. 20. efficiétque huiuſmodi reſtitutio vt abſentiæ, impedimẽti vè tempus de medio ſubmoueatur, vt receptum aſſerit Balb. de præſcrip. par. vj. quæſt. j. caſu xxij. nu. 26. peti, tamen ea debet infra quatuor annorum ſpacium ab eo tempore auſpicaturum, quo vel læſio maiori in ætate complebitur: vel impedimentum euanuerit: vt frequens doctorum enunciatum fatur idem Balb. eod. in loco, nu. 27. nec oberit ſi longiſſima antea cucurrerit præſcriptio vt communem ſententiam enuntiat Tiraquel. d. §. xxxv. gloſſ. iiij. num. 40.

Abſentiæ cauſas propoſiturus non eget mandato, vt commune placitum infit Præpoſ. in ca. ſi quando, ij. q. vj. num. 21. & qui ea de re accurate diſſerit Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xxxiij. ver. ſed nunquid. egebit tamen ſi tanquam procurator velit defendere, vt receptum aſſeuerat Iaſ. in l. is qui nu. 6. C. qui teſt. fac. poſ.

Acceptilatio vni ex pluribus correis expreſſim ſingulariter indulta aliis correis nec oberit, nec proderit vt magis frequenter placitum affirmat elegãtis doctrinę, atque eruditionis vir egregius, & mihi multis nominibus obſeruãdus Ioannes Ronchẽgallus Guoldus in. l. ij. nu. 11. ff. de duob. reis.

Accreſcendi ius in hæreditatis emptorem. aut alium non generatim ſuccedentem non tranſit, tametſi in legatis honeſtatos tranſeat commune ponunt Iaſ. nu. 106. Rip. nu. 90. Poli. nu. 44. Crot. nu. 44. in l. re coniuncti. ff. de leg. lib. iij.

Accreſcendi iuri tum locus nullus eſt, cum portionis defectus hæredis culpæ, delictove adſcribitur. vt communem opinionem eſſe renũciat Anto. Gomez. de teſtam cap. x. nu 30.

Accreſcendi ius, & in emphyteuſi, & in feudo ſilet. commauia refero infra ver. emphyteuſis. & ver feudum.

Accuſare nemo eum cogitur à quo offenſus eſt vt commune inquit Didac. à Couarru. lib. j. reſolut. cap. ij. ad finem.

Accuſare plures tunc ſimul poſſunt cùm illorum vel officij vel alterius vtilitatis nomine intereſt commune aiunt Aret in c. olim nu. 10. de accuſat. hieronym. ad Ang. de malefic. ver. & ad quærelam. nu. 65. & qui hac de re accuratè diſſerit Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. viij. vbi etiam quando plures ſimul accuſari poſſint, vel vnus pluribus delictis vnũ in libellum congeſtis, infeſtari queat, cum receptis ſententiis memoriæ prodit.

Accuſatio, iudicis officium, non actio cenſetur vt commune infit Beroius in rub. nu. 6. in fin. de accuſ.

Accuſatio nec iam hodie in ſcriptis fieri neceſſe habet, vt atteſtatur Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſt. xij. ver. quæro nec honeſtiſſimæ & iuſtiſſimæ ſubſcriptionis metu retardatur: vt receptum ponunt Gig. de crimin. læſ. maieſt. q. j. nu. 6. Did. à Couarru. lib. ij. reſolut. cap. ix. nu. 3. Iul. Clar. d. q. ver. cæterum hodie, & ſi abſque ea, accuſatorem talionis pœnis obnoxium hodièque fore affirment Aret. & alij, quos refert idem Clarus eodem loci ver. de iure autem: quod tamen intellige de iure, nam & vſu id etiam improbatum eſt, vt atteſtatur late idem Clarus in eod. §. vlt. quæſt. lxxxj. ver. ſed quæro,

Accuſationis libellus diem, menſem, ac locum contineat, neceſſe eſt. vt commune ponit latè Viuius. lib. j. opin. xix. latius, & accuratius Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæſtio. xij. ver. dixi exprimendum, cum ſequentibus. & Ant. Gomez. de delict. cap. ij. nume. 15.

Accuſatio non impeditur, quòd reum criminis pœnituerit: vt commune aſſeuerat Aret. in capitulo accuſaſti. numero 5. de accuſat. Iul. Clar. in pract. §. iniuria. ver. vlt. & in §. vlt. quæſt. xij. ver. item quæro. & quæſt. lx. ver. fui quandoque,

Accuſatio priuati criminis cuilibet populari competit, ſi et dum-

xat nummaria multa,& duntaxat ad fiſcum peruentura infligatur cōmune affirmare auſim ex Imo.in l.j.nume.10.ff. de publ.iud. Hippol. in l.ſi quis ne quæſit.nu.125.ff.de quæſt. Auguſt.ad Ang.de maleſi.verſi.nec non ad querelam.nu.9.accuratè Iul.Clar.in pract. §.vlt. q. xvij. ver.pen.excipe cùm crimen præcipuè aliquem tetigit:nam tunc ei ſoli danda eſt actio.commune inquiunt Bal.in rub.nu.9.C.qui accuſ.nō poſſ.Roman.conſi.cliij.

Accuſatio in eum eius criminis intentari nequit, qui illius nomine,vel ſemel damnatus,vel ſemel abſolutus eſt.commune aiunt Mantua conſ.cclj.lib.j.Ioan.de Amicis conſi.xxxvij.& qui late iſtam regulam tractat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lvij.per totam.

Accuſationis ius non ideo euanuiſſe cenſetur, quòd iniuriæ, vel offenſionis remiſſio in conſcientiæ foro indulta proponitur. commune effantur Igneus in l.Diuus.nu.25.& ſequen.ff.ad Senatuſcon. Syll. Did. à Couarru.lib.ij.reſolut.c.x.nu.6.Iul. Clar.pract.§.vlt.q.lviij. ver. ſed in propoſito.

Accuſatio criminis quin fieri poſſit,atque vnà rei ablatæ reſtitutio aut damni illati ſatisfactio peti queat,nihil vetat.commune enunciant Aretin.in c.qualiter,& quando in ij.§.ad corrigendos nu.139. de accuſatio.Cur.Iu.in l.edita nu.198.C.de eden.Iul.Clar.in pract.§. vlt.q. ij. verſi.& hæc quidem.

Accuſationi probetur,accuſatorem calumniæ arguit.cōmune interpretum effatum renunciant Abb.in c.calumniam.nu.2.de pœn.idem Abb.nu.5.Marian.nu.7.Felin.nu.6.in c.ij.de calum.Iul.Clar.in pract. §.vlt.q.lxij.ver.dixi ſupra.amplia vt hoc idem procedat,& ſi de calumnia iuſiurandum ſit nuncupatum.vt commune inquiunt Alex.in l.properandum.§.ſin autem nu.21.C.de iudic.& alij,quos refert Clar.in d. q.ver.ſed quid.non tamen id ſufficiet,vt accuſator expenſarum damnari poſſit: vt verè reſoluit idem Clar. eodem in loco. verſicu. ſed nunquid.

Accuſatio omnium criminum generaliter & indiſtinctè viginti annorum ſpacio terminatur. vt frequenter placitum aiunt Ab. in c.cum haberet.nume. 4. de eo, qui dux. in matrimon. Anton. Gomez in l.lxvj. Tauri. numero 5. & qui rem hanc accuratè agit Iul. Clar. in pract.§.vlt.q.lj.

Accuſatus à quo bona petuntur,illorum inuentarium facere cogetur.commune pronuncio ex Barto.in l.mandantis. ff. de requir.reis. Plat.in l.defenſionis. C.de iur.fiſci. libr. x. Boer.atque iis. quos refert Afflict.deciſ.lxj.numero 21.in fin. Guido Papæ deciſio ccclj.& Pico, qui,licet dubitet,praxi receptum profitetur,in l.poſt contractum.nu. 96.ff.de donat.

Acta omnia generaliter opem teſtium exigunt. commune ait cum Saly.Dec.in c.quoniam contra.nu.19.& ſeq.de probat.nullos tamen teſtes curiarum acta requirunt. commune effantur Lanfran. in illud idem c.nu.24.Marant.de iudic.vj.par.ij.par.princ.nu.51.quin & regulariter id genus actarem euidentem,ſeu vt doctores fantur notoriam reddunt commune renuncio ex Socin.Sen.conſi.xxxviij.libr.j. Soci. Iun.conſi.xv.nu.18.lib.j.Pariſ.conſi.cxj.nu.6.lib.iiij.Neuiz. conſil. lxx. nu.3.atque ex Iacob.Menoch.viro multæ doctrinæ,& eruditionis,de recup.poſſeſ.remed.j.nu.232.

Acta inter alios exarata non probationi,ſed alicui argumento erūt vt frequenter interpretibus probatum ait Ripa.in l.is apud.numero 36.C.de eden.

Acta vnius inſtantiæ,ſic enim cum doctoribus loquar, inter eaſdē perſonas in alia fidem facient.commune fatur Curt.iun.in l.ij. numero 93.C.de edend.niſi ſi teſtes non eſſent publicati, vt fandi mos eſt, commune inquiunt idem Cur.eod.in loco, & Felin.in c. cum cauſa. de teſtib.

Acta ciuilis iudicij fidem in criminali non faciunt.vt commune eſſe doctorum axioma literis prodiderunt Felin.in c.at ſi clerici,nu. 12.de iud.Ripa in l.in apud, numero 40. C. de eden. Iul. Clar. in pract, §. vlt. quæſt. liiij. verſi. item ſi. vbi id etiam in verſi. ſeq. diligenter explicat.

Acta eccleſiaſtici iudicij non tenetur iudex popularis (cui damnatus plectendus remittitur)approbare,ac veritate rei aliter non comperta exequi.vt commune affirmant Matth.de Affl.in j.par.conſtitutio.Reg.rub.xxvij.nu.xxxij.Curt. Iun.in l.magiſtratibus,nu.4.ff.de iuriſdict.omnium iudic.Menchiaca in j.part.de teſtamen.§.vj.nu.16.& qui accuratè diſtinguit Iul.Clar.in pract.§.q.xcvj.ver.quæro etiam vt nec popularis iudicis actis eccleſiaſticus iudex neceſſariò fidem adiunget.quemadmodum frequentibus doctorum calculis approbatū aiunt Grammat.conſi.crimin.xlij.nu.j.Viuius libr.j. opin.clxij.& Iuli. Clar.in pract.§.vl.q.xxxvj.ver.vlt.

Acta cauſæ corrumpens, atque in illis peruertendis falſi crimine ſeſe obſtringens,cauſam totam amittit.vt commune enunciatum efferunt Dec.in c.cū venerabilis.n.21.de except.cum Alex.Did.à Couarru.in rep.c.quamuis pactum.nu.6.de pact.Iul.Clar.in pract.§.falſum. ver.item propter.

Acta tametſi præſumptione muniantur,contrariis nihilominus probationibus rectè ac ritè impugnata euertentur.commune aſſerit Did. à Couarru.lib.j.reſolut.c.j.nu.9.

Actio ad vindictam dicitur,quoties contra eum pœnalis datur actio,cuius delictum patrimonio agentis damnum nullum attulit: aliàs ſi quid ex illius re familiari ob delinquentis factum abfuerit,ad rē familiarem perſequendam data,& dicetur,& cenſetur, vt eſt notabi. Accurtij ſententia in l.cùm emancipati.§. emancipatus filius ver.magis.ff.de collat.bon.quam illic omnes probarunt.& ipſe receptam aſſero ex Bar.in l.prætor edixit.§.j.ff. de iniur.Bal.in l.rei iudicatæ. §.j.ff.ſolut.matrimo. Salyc.in l.ſi quis ſepulchro.C.de ſepul.viol.Ang.in §.nō autem.nu.vij.inſtit.de perp.& temp.act.Alex.in l.pœnales, nu. 4. ff.ad leg. Falcid. Imol. Aret.& Iaſo.numero 3.in l.pro hærede. §. vlti. ff. de acquir.hæred.Iaſ.in §.pœnales,nu.95.inſtit.de action.

Actio vbi ſtatuto alicui negatur.nec accuſationi,nec querelæ, nec iudicis officio locus eſt.commune aiunt Claud.in repet.l. vt vim. nu. 23.in fi.ff.de iuſt.& iure,Iul.Clar.in pract.§.vlt.q 50.ver.poſſet etiam. & ſi Alex.quem idem Clar.refer,atque improbat, nō improbabiliter contrarium receptum cenſeat.

Actionis appellatione officium iudicis latè comprehenſum cenſetur commune interpretum dogma affantur Alex.& Dec.vterque numero 23.in l.j.ff.de iuriſdict.omnium iudicium,Iaſo.in princip.numero 54.cum ſequen.inſtit.de action.Viuius lib.j. opin. xij. & qui ſupra proximo ver.

Actionis expreſſio in libello non exigitur, nec ineptè facta libellùm euertit. commune placitum effert Iaſo in l.edita actio. numero 3.C.de eden.

Actio ciuilis.& criminalis ſimul intentari poterunt ſi hæc principaliter:illa minùs principaliter proponantur. vt receptum atteſtantur Cur. Iun. in l.edita.numero 198. C. de edend.Roland.conſilio xxx. numero 2.libro ij.& qui accuratè id exponit Iul. Clar.in pract. §. vlt. quæſtio.ij.

Actio tum confeſſoria, tum negatoria non aliter competet, quàm ſi contradictio interuenerit: ad quàm verbis deuentum in iudicio ſufficiet, & ſi nulla illius mentio libello inſeratur commune pronunciat Iaſo.in l.ſi prius.numero 16. & 18. ff.de nou. operis nunciat.

Actio confeſſoria ac negatoria non modo ſeruitutum nomine, ſed & ob quæcunque alia iura incorporea competit.vt cōmune inſtit. Iaſ. in l.ſi prius.nu.4.in fin.ff.de nou.oper.nunciat.quin & aduerſum eos, qui præſentationibus (vt doctores fantur)impedimento, obſtaculo ve ſunt,rectè intentabitur.commune profitetur Roc.in ver.ius.de iure patro.nu.6.

Actio publiciana vero,ac directo domino competere nunquam poteſt,ſed iis duntaxat opem fert,qui cauſam bona fide etiam à malæ fidei poſſeſſoribus adipiſcuntur.vt commune ponunt Alex.nu. 9. Rip. nu. 31.in l.rem,quæ nobis.ff.de acq.poſſ.Iaſ.in §.ſed iſtæ quidem. nu. 59.cum ſequentib.inſtit.de action.non tamen cuiquam illorum prorſus competet aliter,quam ſi vacuam prius rei poſſeſſionem ſit conſequutus.vt commune aſſeuerant Alex.vbi ſupra nu.8.circa fin. Viuius li.j.opin.viij.qui opin.vj.ex recepta interpretum ſententia huius publicianæ actionis finitionem ponit,& opin.xj.modū libelli ſcribendi,& compluſcula alia ad illam attinentia memorat.

Actio ciuilis & ſi ex crimine originem trahat, non minoris tēporis intercapedine quàm triginta annorum præſcribetur,cōmune ait Igneus in l.in cognitione.nu.186.ff.ad S.C.Syllan.

Actio perſonalis nullo præſcribetur tempore,ſi mala fides intercedat,commune inquit Balb.de præſcrip.iiij.p.q.viij.nu.2.

Actionem ad ſoli res extero cedens nō in eam pœnam incidit, quæ illas illi alienanti indicuntur.commu.ait Claud.in l.Gallus.§.videndū. nu.10.ff.de liber.& poſthum.

Actionum plurium,& diſſimilium exaggeratio in eodem libello licita eſt.vt cōmune dicit Gomez.in c.diſpendia.nu.33.de reſcrip. libr. vj.intellige niſi ſi ex eodem naſcantur fonte, & cauſa, tunc enim nec ſi actiones nō eodē,ſed ad diuerſa ſpectent,illarum cumulatio admittetur.vt cōmune aſſeuerant Iaffred.dec.cclxxxvij. Viuius.li.j.opin.iiij.

Actiones,& iura,tertiam bonorum ſpeciem à bonis mobilibus, & immobilibus diuerſam conſtituunt.vt commune pronunciant Alex. in l.j.nu.9.ff.de vulg.& pup.& idem aliis in locis,atque alij appellati ab Aym.conſi.ccxiij.ad fin.Guid.Pap.q.ccxcj.Tiraq.de retract.lign. §. j.gl.vij.nu.9.Beroius cum multis,in c.nulli.nu.73.de reb.eccle. & inſignis iuris anteceſſor,ac magnum ætatis noſtræ ornamentum Arius Pinel.in prim.part.rub.nu.24.C.de bon.mat.

Actiones,& iura,nec rerum,nec bonorum appellatione ad certum aliquem locum relata,comprehenduntur,vti nec generaliter certo loco circunſcribi cenſentur.vt frequenter interpretibus placitum atteſtantur Iaſo.conſilio v.libro trio Socin.conſilio cj.lib.j. Corn. conſil. xlix. numero decimo. libro tertio Alciat. in lege vltima numero 80. C. de pact. Tiraquel. in l.ſi vnquam, ver. bona, nume.nono C.de reuocan.donat.

Actiones,& iura non ſolum ſub expreſſa, ſed & ſub tacita bonorū hypotheca intelliguntur obligata.vt frequentibus doctorū ſuffragiis

exceptum

exceptum inquiunt Dec.conſi.cccxlix.nu.10.Neguzant. de pigno.iiij membro.ij.par.nu.165.

Actiones ex contractu ſeu iuriſgentium,ſeu iuris ciuilis enaſcentes, tolli à principe nequeunt: vt propitiis doctorum calculis generaliter munitum efferunt Pariſ.conſil.cj.nume.70.libr. primo meus & doctor,& alter parens Arius Pinel.in rubr.prim.par.cap.ij.numero 9.C. de reſcind.venditio.

Actor ni liquidò tam in ciuilibus,quàm in criminalibus cauſis,probauerit abſoluendus reus erit commune effatum,pronunciat Iaſ.in l. non eſt nouum nume.5.C.de eden.& aliis paſſim.

Actus quo ſit modo inualidus, non valet vt poteſt,ſi obligationem à duorum voluntate pendentem continet commune aſſerit Did.à Couar.de ſponſal.j.par. cap.iij.nu. 2.ad fi.& ſeq.

Actus inualidus vt ſit,non obſtat,quo minus id valeat quòd & ſub eo comprehenditur,& illo modo geri poterat. vt commune ait idem. Di.à Couar.in laudato ſuperius cap.iij.nu.5.prope fin.

Adeundæ hereditatis facultas ius cenſetur, commune ait Aret.in l. iij.ff.de acq.hære. affirmant ibidem. Iaſ.nu.10.& idem Iaſ.in l.cum filiofam.nu.110.ff.de leg.lib.j.& in l.licet C.de iur.delib. Decnu.3. poſt alios in l.iij.C.de inſtitu.&. ſubſtitut.&ſi Cuman.Riminal.& alij ad l. precia rerum ff.ad leg.Falcid.non leuiter ea in re hallucinentur.

Adeundæ hereditatis iuri præſcribitur triginta annorum ſpacio.vt commune teſtatur Bal b.de præſcr.iiij.part.quartæ part.principal.xxix. q.filij tamen ex capite tantùm vnde liberi,ea triginta annorum exceptione excludentur,non verò vnde legitimi, niſi intra alios triginta annos.vt commune dicit Alex.conſ.lxxx.lib.ij.& latè Anton.Gomez de teſtam.c.ix.nu.19.quin nec extraneis ex ignorantia reſtitutio negabitur.vt commune aiunt Socin.in lege cùm filius §.in hac. ff.de verb.oblig Dec.conſi.cc.iij.

Adeundæ hereditatis ius tũc ad fiſcum cum cæteris proſcripti bonis defertur,cùm ad heredes extraneos tranſmitteretur,commune inquiunt Iaſ.in l.ſi quis mihi bona,§.ſeruus municipum ad fi.ff.de acq. heredi.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxviij.verſi.ſæpe contingit.

Adiudicatio pignoris,vel cuiuslibet alterius rei debitoris fortunis facta iudicialiter(vt doctorum ore loquar)non periclitatur conſtitutione.l.ij.C.de reſcin.vendit.vt commune affirmãt Rebuf.in ij.thom ad leges Gallic.tract.de reſcin.contract.nume.41.Arius Pin.l.in eand. l.prim.par.cap.iiij.num.10.

Adminiſtratores negocia inſueta aggreſſi damnum omne etiam à fortuito caſu ortum præſtant.vt frequenter interpretibus probatum enuntiat Curt.Iun.conſi.xix.nu.2.nec lucrum ea in ſpecie cum damno compenſant.commune dicit & idem Curt.& eodem loco.

Adminiſtratores omnes poſſunt tranſigere rem ſeruantes & aliquid erogantes,commune inquit Arius Pinel.pr clarus iuris & interpres & reſponſor,in l.j.iij.par.nu.56.C.de bon.mater.

Adminiſtratores publici liquidum debitum nequeunt pacto remittere,& ſi non curantia & negligendo,poſſint.vt commune profitetur Iaſ.in l.præſes,nu.15.C.de tranſact.

Aduena iuriſdictionem inter ſubditos exercentis iure prorogat.cõmune ait Iaſo.in l.teſtamenta.nu.1.C.de teſta.

Adulter quando,à quibus,& quomodo impunè occidi poſſit,cum multis receptis ſententiis tradit copioſe Iul.Clar.in pract. §. homicidium.ver.dixi etiam.cum ſequentibus,cuius induſtriam hæc in re conſulant ſtudioſi.

Adultera vxor ob ſuſceptum crimen,& dotem, & arrhas,& paraphernà adiudicanda,amittit commune dicunt Felin.in ca. paſtoralis de iud.Thomas in l.ij.nu.23.ff.ſolut.matr.Rip.in rub.ad fi.extra de iudi.Iul.Clar.in pract.§.adulterium ver.& ſcias, & ver.adde.Viuius lib. j.opi.ccccxliiij.quod æquè in ea vxore quæ nomine,atque opinione tenus vxor eſt,atque in vera & iuſta coniuge procedet.commune ait numeroſa interpretum phalanx,recenſa à Did.de Couarru.de ſponſal ij.par.vij.§.vj.numero 1.

Adulterium mulieri dotem repetenti non poſſunt mariti hæredes obiicere,vt commune dicunt Rip.in l.ij.nu.10.ff.ſolu.matrim.Anton. Gomez in l.Tauri.lxxx.nu.68.at in contrarium doctores crebrius iuiſſe aiunt Aret.& Alex.in l.rei iudicatæ, §. heredi,ſolu. matri. Boer.deciſ.ccxxxviij.numero 7.& congeſti à Did.à Couarru.de ſponſ.ij par. c. vij.§.vj.numero 9.quibus non iniuria acceſſit Coſtanus de dotibus. c.6.nu.27.cum ſequentibus.

Adulterium non inde iuris pœnis minus plectitur,quòd mulier, quacum ſuſceptum eſt,proſcripta fuerit, ac necari impunè potuerit, vt commune doctorum placitum aſſeuerant Deci. in c.quæ in eccleſiarum,nu 16.de conſtitutio.Gig.de penſion. q.xviij.nu.2.Iul.Clar.in pract.§.homicidium.verſi.ſed an ſtante.

Adulterium ſæpè ſæpius cum eadem muliere ſuſcipiens pœnas illi ſtatuto indictas ſemel tantùm luit. vt commune affirmant Dida.à Couarru.libro ſecundo reſolut.c.x.nu.8.ad fin.Iul.Clar.in pract. §.adulterium,ver.ſed pone.

Adulterium patratum is indulſiſſe maritus videtur, qui illius gnarus,rem poſtea cum vxore habueirt,vt cõmune latè ait Didac.à Couarru.de ſponſ.ij.par.c.vij.nu.7.

Adulterium non is committere intelligitur,qui alterius maritus cũ alia cœlibe fœmina rem habet,vt ex multis commune ponit Iul.Clar. in pract.§.adulterium.ver.tribus autem modis.

Adulterij cauſa ad vtriuſque fori iudices æquè ſpectat,vt frequenter placitum teſtantur Alc.in ca.j.num.18.de offic.ordinar.Iul.Clar.in pract.§.vlti.quæſt.xxxvij.ver quæro.

Adulterij damnatio maſculis mortem infert.commune aiunt Alex. c. ſ.xij.num.3.lib.vij.Marquard.de iudæ.ij.par.c.iij.nu.12.ſed quæ olim fuerint,quę eſſe debeant,& qui hodie adulterij pœnæ nullæ ſint,explicat diligenter ex receptis interpretum ſententiis Iul. Clar.in d.§.adulterium ver.ſed quæro,quę ſit pœna.

Adulterij exceptio,aduerſus mulierem repetentem dotem,nullo temporis curſu tollitur.vt commune inquit Balb.de præſcrip.iiij. par. quæſt.ij.num.9.

Adulterij tranſactio & ſi improbetur,tamẽ & poſt impoſitam pœnam admittetur, vt receptum ait Purpur. in l.tranſigere nu.71.C.de tráſa.& hodie ſemper rata,ac firma erit vt atteſtatur.Iul. Clar.in pract. §.vlt.q.lvii.ver.excipitur.eo iuſtiſsimè Iuris ſanctiones moribus, ac doctorum nugis deuenerunt.

Adulterij conuictus,eius cum vxore patrati, quem non offendere ſub pœna promiſerat,&ſi alias iure pœnas luere debeat pactam pœnam haud pendet.vt commune inquiunt Carus inter conſ.criminal. conſilio xcix.numero 13.lib.j.Auguſt.ad Ang.de maleſi.ver.chai.adulterato.num.60.

Aduocatus litigantibus conſulere cogi poteſt ſi poſtuletur. commune aiunt Felin.in c.ſi pro debilitate. coſũ.vlt.de offic. delegat.Rip. de peſte.in titulo de reme.ad curandam peſtem nume.89. Viuius lib. ſecundo.opin.viij.

Aduocatus proſcripto opem ferens non in eam ſtatuti pœnam incidet,quæ fauorem, ſeu auxilium illi præſtantibus infligitur. cõmune aiunt Targ.in pract.crimin.c.xij.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxxij,ſtatuto.ij.non tamen impunè hæreſeos crimine obſtrictis ſuppetias feret. vt commune inquiunt Afflict.in j. part.conſtit. regni rub.j.nu.43.& qui id rectè explicat Iul.Clar.in d.pract.§.hæreſis ver. vlterius.

Aduocatus & in eadem cauſa ante præſtitum patrocinium,& in aliis omnibus generaliter poſt latas in aliqua alia cauſa ſuppetias teſtis pro cliente eſſe poteſt communia aiunt Lanfranc.in c.quoniam contra ver.teſtes num.67.de probatio.Viuius lib.j.opin.cccluiij.at contra ipſum clientem ſemper,& vbique teſtis eſſe poterit vt receptum aſſerunt iidem iiſdem in locis.

Aduocatus aut ciuillantem etiam aduerſarium decipiens,aut iudicem quacunque techna,fallacia vè inducens peccat in Deum.commune loquitur Did.Couarru.lib.j.reſolut.cap.ij.nu.1.

Aduocatus cauſæ defenſionem promittens,non illam tutari poſt finitiuam ſentẽtiam in appellatione cogetur,vt commune effatur Iaſ. in l.ita demum.nu.8.C.de procur.quin nec interlocutionis prouocatione,cùm quod appellatur tribunal, longè eſt remotum vt commune profert idem Iaſ.in l.inuitus, nu.14.C.illo eodem titu.

Aduocatus licet in ciuilibus cauſis nunquam maius ſalarium obtinere debeat,quàm centum aureos,tamen in cauſis criminalibus longè luculentius adipiſcetur. vt cenſet Bart.in l.ſi pater §.vlt.ff.de dona. quem illic ſequuntur Ang.Cuman. & Imol.Ioan.de amicis,conſi.cxlviij.nu.8.& qui vt receptum ponit Viuius lib.j.opin.xxj.Sed contrarium verius eſt,vt aſſerit elegẽter minimè auarus Ari.Pinel.à quo ſto in lib.j.iij.par.nu.62.ver.infertur xxviij.C.de bon.mater.

Aduocatus lite nondum expedita è vita abiens, ad heredes ſalariũ totius cauſæ tranſmittit, ſeu publicum ſeu priuatum ſtipendium habeat;vt commune effatum pronunciauit Iaſ.& Cur.in l.diem functo, nu.53.ff.de offi.aſſeſ.& vide infrà ver.mortuorum.

Aduocatus in ſuamet cauſa victor ſalarium à victo nullum extorquebit,commune dicit Boer.deciſ.ccx.nu.3.niſi præſto eſſe alteri cauſæ.atque illi opem aduocationis ferre prohibeatur.vt rectè atteſtatur Hippo.in rubr.nu.cxxiij.ff.de fideiuſſ.

Aduocatus non ideò minus integrum ſalarium adipiſcetur, quòd liti finis,non iudicis officio,ſed amica compoſitione, ſit impoſitus.vt commune aſſerunt Guido Papæ quæſt.cij.nu.2.Cagno.in l.diem functo.num.156.ff.de offic.aſſeſſ.

Aduocatus non anteà rectè ſalarium exiget,quàm ad finem peruenit.commune renuntiat Iaſ.in l.diem functo nu.11.ff.de offic.aſſeſſ.

Aduocatus poſtquam alterutrius partis rationibus inſtructus eſt,ſi ſe ad alterum transferat,non ſolùm præuaricationis,ſed & falſi reus agetur.commune ait Boſſius in pract.crim.tit.de præuar.numero 2. & 5.quod procedet,& ſi mutetur inſtantia.cõmune inquit Pet. Nun.de. exec.mand.reg.cap.ij.

Aduocati gratis patrocinati,honorarium à victo victor non exprimet.vt commu.ait Boer.dec.ccx.nu.5.

Aduocati ne iuſiurandum dent ſe bonam cauſam defendendam ſuſcepiſſe,liberantur diſſuetudine.vt receptum atteſtatur Iaſ.in l. rem non nouam.nu.2.C.de iudic.

Aduocatorum honoraria à clientulis ſenſim quæſita habentur quaſi caſtrenſis peculij numero, vt commune ait Iaſ. in l. vlt. nume. 21. C. de inoffi. teſtam & in rub. nu. vlt. C. de procurat. Viuius. lib. j. opin. ccxl. ad de Porc. in princip. num. 4. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.

Ædificia publica ne labaſcant, operam debet nauare Reipublicæ adminiſtrator, commune ait Curt. Iun. conſi. xix. num. 13.

Ædificatio areæ, in quam ſtillicidium cadat, iure permittitur, ſi vel caſuræ ſtillæ ſeruitus non impediatur, vel eius caſus ab ędificante exſpiatur, commune doct. placitum ſcribit Bell. conſ. lj. nu. 5.

Ædificatio, quæ proſpectum in religioſorum, vel veſtalium virginum hortos præbet, non eſt licita, vt commune prodit Boer. deciſio. cccxx. numero 9.

Ægrotus ſeſe in criminum cauſis ſiſtere non cogitur, ſed ſuam innocentiam poteſt defendere per procuratorem. vt commune aiunt Grat. conſ. xcviij. numero 2. lib. j. & qui eum laudat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xxxiiij. ver. dixi etiam.

Æquiparatorum antiqua lege, etiam odioſis alterutrius diſpoſitionibus, alterum regitur. vt commune dicit Bellon. conſi. lxxix.

Æſtimatio emptionem præſefert. vt frequentibus doctorum calculis probatum ait Boer. deciſ. cccxxvij. num. 11. vnde & rerum dotaliũ æſtimatio in dubio emptionem gignere cenſetur. vt commune ponũt Ang. Aret. in princ. inſtit. quib. alien. Alex. conſi. lxxix. lib. v. Socin. conſ. vj. & ſequen. lib. j. Neuizan. in Sylu. numer. 20. intellige tamen ſemper niſi ſi precium re ſit indignum, vt aſſerit receptum Pariſ. conſi. lxx xj. numero 11. libro iij.

Æſtimatio rei contractu ſtricti iuris debitæ à petitione etiam extra iudicium facta, creſcere incipit, vt eſt gl. ſententia in l. vinum. ver. petitum. ff. ſi cer. pet. communis iuxta Iaſ. inic in princ. & Gomez. in §. actionum. nu. 20. Inſtit. de action. Boer. deciſ. lxviij. defendit Bellon. lib. j. ſupputa. c. xvij. & ſi magis placere debeat antiquorum doctrina petitionem in ipſo iudicio exigentium de qua atteſtatur Alb. in d. l. Vinum ſequuntur meritò in eodem loco Aret. nu. 2. Soc. nu. 8. Dec. nu. 3. & nu. 14. Purpur. nu. 40. Alc. in l. vna cap. viij. nu. 9. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Gomez. in d. §. actionum. nu. 20. & ſeq. vbi autem dies eſt adiectus, poſt eius lapſum creſcet ſtatim rei ęſtimatio. l. quoties in diẽ ff. de ver. oblig. cuius rei ratio eluceſcet ex l. j. §. editiones. ibi, pars eſt ſtipulationis. ff. de edend. de qua etiam ſtudioſi conſulant in d. l. vinũ. ccccciij. numero 8. Dec. nume. 3. Alc. nume. 8.

Æſtimatio per iuſiurandum in litem probata, à ſententiæ die metienda eſt. vt eſt Bar. opinio in l. iij. §. in hac à num. 4. ff. commod. quam teſtatur communem Alex. in l. vinum. nu. 15. ff. ſi cert. pet. & in l. vbi. nu. vlt. ff. de eden. Ang. Aret. in §. præterea, nu. 36. Inſtit. de action. placet tamen longè magis acutiſſimi Fulg. diſtinctio ad illũ §. in hac. quã tandem amplectitur eruditus Alc. in d. l. vinum. nu. 39.

Æſtimatio, vbi alicuius rei initur, & commune precium nõ ex affectione vel priuata alicuius vtilitate ſpectatur, & quod ij libenter dabunt qui rei qualitates & conditiones noſcunt, non quod alius quilibet emptor præſtabit conſideratur, vt communia eſſert Arius pinel. in l. ij. cap. vlt. nu. 17. 18. 19. 20. C. de reſc. vendit.

Æſtimatio rerum ſoli ex earundem fructibus, non ex ipſarum magnitudine vel fabrefacta conſtructione metitur. vt commune quis affirmare poterit ex Plat. in l. ij. C. de præd. & omn. reb. nauicul. Sal. in l. j. nume. 4. de fideicom. Aret. in l. alimenta, num. 3. C. de neg. geſt. Alexandr. in l. ſi maritus. ff. ſolut. matrimo. Iaſ. in §. ſed & ſi quis nume. 11. Inſtitu. de act. & in l. ſi conſtante. num. 50. ff. ſol. matr. Afflict. deciſ. lviij. nu. 6. Boer. deciſ. xix. num. 6.

Æſtimatio integri precij rerum immobilium efficaciter initur ex ſubducta ratione quantitatis reddituum, quos ipſe deductis expenſis viginti annorum ſpacio præſtabunt. vt commune aiunt Tiraq. de retract ling. §. j. gloſ. vj. num. 19. Did. à Couarru. lib. iij. reſolut. cap. ix. nu. 5. Arius Pinel. in l. ij. cap. vlt. nu. 29. & 32. C. de reſcind. vend. qui etiam tradit nu. 30. quo pacto fructuum æſtimatio fieri debeat.

Æſtimationis rei detrimentum non præſtat venditor, qui precio accepto eam tradere moratus eſt, vt receptum interpretum dogma affirmant Alex. num. 13. Curt. Iun. nu. 23. in l. vinum. ff. ſi cer. pet. Iaſ. in l. quoties in diem. in prin. ff. de verb. oblig. Gomez. in §. actionum nu. 19. Inſtit. de action. licet contrarium docuerit Bart. in d. l. vinum. nu. 4. quẽ eodem loci ſequuntur Bald. Ang. & Paul. nu. 8. Burigel. nu. 31. Zaſ. nu. 16. & Soc. conſil. cxxxiij. libr. j. à quibus ſum.

Æſtimatores à iudice legi debent, qui iureiurando aſtricti referãt de damni quantitate, de rei precio, & cæteris ad æſtimationem attinẽtibus commune, aiunt Cagnol. in l. ij. numero 258. C. de reſcind. vendit. & ad eandem legem Ari. Pinel. cap. vlt. num. 4. Viuius lib. j. opinion. clxix. intellige ſi ij quorum lis eſt, diſſenſerint, alioquin ad eos in primis ſpectabit optio. vt commune auſim affirmare ex Bart. in l. ſi quis arbitratu. nume. 7. ff. de verbo. oblig. Iaſ. in §. quedam. numero 78. de actio. Felin. in capit. quia iudicante. numero primo, de præſcriptionib. Dec. & aliis, quos refert Arius Pinelus dicto capitulo vltimo, numer. tertio vbi & in ſequentibus multa de hac re eleganter, atque accuratè memorat.

Ætas ad intelligentiam, & diſcernendarum rerum prudentiam à iure requiſita, non ſuppletur malitia, aut præcoci iudicio, vt commune inquit Did. à Couarruuias de ſponſal. lib. j. part. cap. ij. numero 1.

Ætas ex iuris vel ſtatuti diſpoſitione in contractibus deſiderata, per verba, quod ſi contrahens talis ætatis, non imputat pro expleto incœptum annum. ſecus ſi ſtatuti verba habeant quod ſit genitum ab exiſtentibus in tali ætate vt commune fatur Curtius Iunior, conſilio cẽteſimo trigeſimo primo, Didacus à Couarruuias dicto capitulo ſecundo, numero ſecundo,

Affectio, conatus, & attentatio delicti, nullas pœnas, ob generalem conſuetudinem, luit. vide infrà in ver. voluntatem.

Affectionis, ratio etiam ex benemeritis, vel coniunctione ſanguinis profecta nõ inducit intereſſe (vt doctores fantur) conſiderabile, vt quis alteri ſtipulari poſſit quemadmodum cenſuit gloſſ. in l. fideiuſſoris, xxiiij. ver. neque. ff. de pact. quam aſſerunt receptam Iaſ. in l. huiuſmodi. numero vigeſimo ſecund. ff. de legatis primo, Decius in capitulo ad noſtram, numer. tertio. de probationib. Arius Pinel. in l. j. par. iij. nu. 62. verſi infertur xxvj. C. de bon. matern.

Affectionis ratio non habetur in furto, commune dicit Ant. Nicel. in concord. gloſſ. lxxxv.

Affinitas, & ex illicito, iniuſtóque coitu oritur, vt commune tradit latè Did. à Couarru. de ſponſ. j. par. cap. vj. §. vj. num. 3. & ante eum non relatus ab eo Porc. nu. 1. in titulum de gradib.

Affines vbi ſtatuto ad compromiſſa adiguntur, ſocer ac gener, quorum affinitas iam vxoris morte dirępta eſt, cogendi ad id non cenſentur, vt commune aiunt Alex. in l. non tantum num. 27. ff. de re iudic. Crot. in tracta de teſtib. in ij. q. vj. princ. Blancus de compromiſſ. q. iij. nu. 23. & ſeq. quemadmodũ nec nouerca, & priuignus ad id conſtringentur, vt frequenter placitum atteſtantur Alexand. conſil. ccvij. ad fi. lib. vj. Blanc. vbi ſuprà nu. 28.

Affines in cauſis criminalibus pro affinibus teſtimonium haud dicent. commune inquiunt Corn. conſil. clxxij. litera T. lib. ij. Vilap. quẽ cum aliis refert Iul. Clar. in pract. §. vlt q. xxiiij. ver. quarto modo.

Alienatio propriè, & ſtrictim tantùm ea dicitur, qua dominium trãſfertur: impropriè vero, & latius etiam ſeruitutem, & hypothecam cõprehendit. vt commune dicunt Salic. in l. vlt. nu. 1. C. de reb. alien. Soci. conſi. lxxv. num. 2. lib. j. Afflict. in ca. j. §. aut ſi libellario nu. 30. quib. mod. feu. amit. Rip. in l. vlt. q. xlj. ad fi. C. de reuoc. donat. Beroius in cap. nulli. num. 21. de reb. eccleſ. non alien.

Alienatio contractu prohibita non aliter dominij tranſlationem impedit, quàm ſi ſpecialis hypotheca interponatur. vt commune auſim pronunciare ex Iaſ. poſt alios in l. ſi ita quis. §. ea lege. nu. 32. ff. de verb. obligat. Gozad. conſi. 100. nu. 24. Neguſ. de pignor. ij. par. j. mem. nu 5. Loazes in l. filiusfam §. diuí nu. 84. ff. de leg. lib. j. Alc. in l. traditionibus, nu. 8. C. de pact. commune ait Anto. de Fan. de pigno. ij. par. nu. 5. magis commune aſſerunt Anto. Gomez. in l. xl. Tauri. num. 19. Did. à Couuarru. lib. ij. reſolut. ca. xv. num. 3. Sed contrarium, quod nempè generalis obligatio eiuſdem ſit momenti, & verius mihi videtur, & non minus receptum quis poſſet enunciare ex Alex. in l. qui abſenti. §. j. ff. de acquir. poſſ. & conſil. ix. nu. 7. lib. vj. Soc. Nep. conſ. cviij. lib. ij. Gra. conſi. xcv. nu. 12. lib. j. Soarez. in l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. Cagnol. in l. ij. numero. 175. C. de pact. Crot. in dict. §. diuí. nu. 10. & Caſſan. de Burg. rub. xj. §. iij. num. 33.

Alienatio cum in exteros ſtatuto prohibetur, non ea prohibita cẽſetur, quæ à teſtatore fieri iubetur, vt commune prodit Alex. in l. ſi dignum. ff. ad leg. Falcid. relatus ab Alciat. in l. ij. nume. 10. ff. de ver. obliga. & ſi contrarium verius ſit, cum res ſoli, quas in exteros ſeu forenſes alienari ſtatutum interdicit, ipſis nec inſtitutione relinqui poſſe, aſſeuerat commune Fabian. de empt. & vendit. in vlt. quæſt. num. 27. nec etiam præſcriptione queri poſſint, vt receptum ait Alex. conſ. j. nu. 23. libr. iiij. quinimò nec ſi alienentur, dominium transferatur, vt frequenter doctoribus probatum eſtatur Claud. in l. ſi ita quis §. ea l. nu. 17. ff. de verb. oblig. ſi tamen res hæ legentur, illarum æſtimationem, quibus legantur, præſtabit hæres. vt commune aiunt Alexand. in l. apud Iulianum §. conſtat. numero 14. ff. de leg. lib. j. Curt. Sen. conſil. xxvij. num. 6.

Alienationis prohibitio, compromiſſum impedit. commune dicũt Dec. conſil. xxxix. nu. 4. & conſil. xliij. & ccccl xxv. Afflict. libr. iij. conſtitu. Neapol. rub. v. num. 52. latè Tiraq. de iure marit gloſſ. v. nu. 202. Blãcus de compromiſſ. iiij. par. nu. 28. Pariſ. conſil. lxxxv. nu. 15. lib. iij. Qui & tranſactionem vetat, vt commune referre haud verebor ex Iaſ. in l. vlt. nu. 122. quæſt. x. C. de iure emphyteutic. copioſe Tiraquel. vbi ſupra gl. v. nu. 205. quæſt. cc. & copioſius de retract. lign. gloſſ. xiij. à nu. 6.

Alienationis prohibitio per iudicem rectè fiet, vt commune dicit Rauen. in Alphet. verſiculo, alienationis.

Alienationis prohibitio, quæ vel alicuius contemplatione fit, vel quocunque modo alicui vtilis eſt, valet ac firma eſt, vt commune ait Cur. Iun. conſi. cxxj. nu. 2. aliàs autem nullius eſt momenti, vt commune inquit Iaſ. in l. qui Romæ. nume. 36. ff. de verb. oblig.

Alienationis prohibitio nihil vetat, quin vęneant bona mobilia,

quæ aſſeruari nequeunt.vt commune doctorum placitum enunciat. Aret.in cap.prælatorum.nu.10.de accuſat.

Alienationis prohibitio nō cohibet inſtituti hæredis liberos, cum heres expreſſim in illâ nominatur,vt commune inquit Tiraq. de retra.conuen.gloſſ.vj.§.j.nu.24.Nec tanti eſt momenti,vt bona alienari prohibita in deſcendentiū matrimoniis doti dici nequeant. vt commune laudant Rauen.in Alphet.ver.alienatio.Did.à Couarru.libr.iij. reſolut.cap.vj.num.10.

Alienationis prohibitio facta filiis nō profertur ad nepotes:vt facta familiæ non egreditur quartum gradū vt frequentibus doctorum ſuffragiis ſuffultum inquiunt Iaſ.& alij l.filiusfam.§.diui.ff. de leg.lib. j. Dec.conſil.ccclxxvij.

Alienationis prohibitio in bonis perpetuo familiæ relictis,non eſt impedimēto, quin eorum bonorum cauſam immediatè,vt ſic loquar ab hærede nactus,illa longiſſimo tempore vſucapiat.vt commune dicunt Alex.conſilio xxxviij.nu.10.& conſ.cxvij.lib.j.& conſi. ccxciiij. ad fin.lib.iij.Grat.conſ.xxj.num.36.lib.ij.Rip.num.113.Crot.nu.140. Loazes nu.191.Alc.num.47.in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.lib.j.nec obſtabit quin.ordinaria præſcriptione vtatur,qui ab alio cauſam adeptus ſit vt commune affirmare auſim ex Balb.de præſcr.v.par. princip. quæſt.v.Pariſ.conſ.lxxxj.num.44.lib.ij.inclyto Pinel.in auct.niſi tricēnale.num.35.C.de bon.mater.

Alienationis,extra familiam ſimplex prohibitio,non inducit abſolutè fideicommiſſum ſed facta demum in extraneos alienatione,illud effloreſcet.commune ſcribit Dec.conſi.xxiij.in princ.

Alienationis extra familiam prohibitio non impedit,quo minus qui proximiorem,ſeu quencunque ſibi legitimum hæredem, & non de eius familia,qui illa bona reliquit.vel ab inteſtato vel teſtato in illis bonis poſſit hæredem habere.vt comm. dicunt Iaſ.in l.ſi ita quis §.ea.leg.num.9.& nu.44.ff.de verb.obligat.& in l. voluntas.nu.9. C. de fideicommiſſ. & in l. filiusfam. §.diui. lect. j. numero 102. lect.ij. num. 135.Rip.nu.nonageſimoſexto Loazes num. 155. ff. de leg.lib.j. latè Tiraquel.de retrac.§.xxvj.nu.4.Bernar.Diaz.reg.xxviij.Ioan.Cur. caut.vj.nu.2.Pariſ.conſi.xxij.nu.25.lib.iij.& conſ.lviij.nu.9.lib ij.Did. à Couarr.in cap.Rainaldus in princ.num.12.de teſta.inſignis iuris anteceſſor Arius Pinel.in l.ij.nu.8.C.de bon matern.Quæ tamen ſententia apertè falſa eſt,vt alibi probamus,& apertè aliis receptis ſententiis,& verioribus repugnat.nam alienationis prohibitionem extra familiam eſſe parem alienationis extra certum perſonarum genus prohibitioni.& alienationis prohibitionem extra certum.perſonarum genus omnem hæredis inſtitutionē excludere, multis teſtatur receptū Curt.Iun.conſil.cxxj.nu.2.nec ea in rē refragatur eminentiſſimi iuris interpretis Arij Pinel.auctoritas,quæ nec Pauli,nec Papin.auctoritate apud me præponderatur:nam doctorum modò opinionem refert.

Alienari res reſtitutioni ſubiectæ ob poſſidentis delictū nequeunt vt cōmune inquit Iaſ.in auth.res,quæ nu.10.C.commu.de leg.

Alienari prohib.non proſcribuntur,proſcript. bonis omnibus: vt receptum inquiunt Gram.dec.cv.nu.31.Iul.Clar.in pract.§.vlt.quæſt. lxxviij.verſi.item quæro.

Alienata in fraudem,& ante delictum admiſſum poſtea proſcribūtur: ſecus ſi & poſt ſuſceptum crimen abſque fraude alienentur. vt communia atteſtatur Iul.Clar.in dicta quæſtione lxxviij.ver. ſolet.etiam cum ſequentib.

Alimenta,qui ex neceſſitate præſtat,& medicinas affecto corpori neceſſarias neceſſariò præſtabit. commune ait Dec.in l. de alimentis.C.de tranſact.

Alimenta,eiſdem ex cauſis pater filiis negare poteſt,quibus illorū exhæredandorum ius habet.commune dicunt Palat.Rub.in c.per veſtras de donatio.inter virum & vxorem fusè Did.à Couarru.de ſponſ. ij.par.c.vlt.§.vj.nu.17.Ant.Gomez.de teſta.cap.xxj.num.13.

Alimenta monachis,nihil proprium,peculiaréve habentibus , legata,iudicis officio debebuntur.commune dicit Anto.Gomez.de teſtamen.capi.vltim.num.46.quamuis ea de re dubitare non de nihilo quis poſſit.

Alimenta liberis ex inceſtu,& damnato coitu decernens Pontificis conſtitutio,vbique ſeruari debet,ſilente ea in re iure Cæſareo.vt cōmune aiunt Areti.in prin.Inſtitu.de iure nat.gen.& ciuili Sylu.Nupt libro tertio numero 25.Did.à Couarru.de ſponſ.ſecunda parte capitulo vj.num. 6.ver.cæterum.

Alimentorum cauſa tunc demum pia dicitur,cum pauperi legantur commune aio ex Bart.in l.alio.nu.4.ff.de aliment. & cibar legat. Aret.conſi.xcvij.Imol.in l.cum pater.§.j.ad fi.ff.de leg.lib.ij.Alex.conſi.lxxv.lib.iiij.Iaſ.in l.cum is.§.ſi mulier. ff. condict. indebi. Dec.conſi.lxxij.in prin.& conſi.cccccxxvj.& conſi.cccccj. & d cccccx j.Soarez in l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſtam.Gomez.in §.præiudiciales.nu.5.Inſtit.de actio.Grat.conſi.cxl.nu.7.lib.ij.Ol dendorp. de iure ſing.nu.43.lib.j.cum autem ditioribus relinquuntur,inter gratioſas,ac fauorabiles cauſas ponuntur,vt commune pronuncio ex Alexā.& Dec.nu.9.Alc.nu.19.in l.ſi certis annis.C.de pact.Iaſ.in l.j.limitat.iij.C.de fideicōmiſ.Bal.Nouel.in repetit.l.j.nu.53.ff.ſolut.matri.Guliel in repet c.Raynut.ver.ſi abſq.liberis in ij.in tract.de leg.nu.279.

Alimenta nec municipali lege,nec conſuetudine, nec pacto tolli queunt.vt commune ait Did.à Coua.de ſponſ.ij.par.c.vj.nu.3.& 4.

Aliquis dictio,& fœminā complectitur. vt receptum enunciat Dec conſilio lvij.nu.j.

Alius,alia,aliud repetit ſimilia.com. ait Cur.Iun.cōſ.clxxxiiij.nu.67.

Alluuio iuriſdictionis,vel territorij (vt doctores fantur) fines nec minuit commune aiunt Soc.conſi.cxxvij.nu.5.lib.j. Boſſius in pract. crim.tit.de prin.& prin.nu. 280.& qui diſſentit Curt.Iun.conſi. lvj. Briſcianus de confinib.c.xxiiij.nu.6.

Alteri ſtipulari nemo poteſt,tametſi in eum,cui ſtipulatur,propenſus,atque adeo meritis obligatus ſit,vt commune aiunt Iaſ.in l.huiuſmodi nu.21.ff.de leg.lib.j.& conſi.xlj.lib.iij.Dec.in c. ad noſtram. nu. iij.de probat.Excipe niſi ſit iureiurando vallata ſtipulatio, vt commune dicit large Alc.in ca.cùm contingat.nu.221.de iureiurand.Quæ intellige iure Cæſareo proceſſura, nam regulariter iure canonico alteri alter vtiliter ſtipulatur,vt frequenter placitum efferunt Roman. in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.nu.6.ff.de verb.oblig.Ang.Aret.in §.alteri.nu 2.Inſtit.de inutil.ſtip.quamuis verius in contrariam partem ierint Imol.Rom.& Iaſ.nu.5.Zaſ.nu.22.in d.§.alteri.Fab.in §.ſi quis alij nu.8 Inſtit.de inutil.ſtipul.Alc.in c.cum contingat.nu 226.de iureiur.

Alternis debitor ex ſtipulatione ad ipſum relata eligendi ius haber commune ait Rip.in c.inter cætera .nu.70.de reſtitut.

Amicitia nihil de fide teſtium detrahit , commune autumat Marc. Anto.in tractat de indiciis numero.170.

Anatomiæ exercendæ cadauera damnatorum concedi debere generali vſu admiſſum eſt,vt atteſtantur Ant.Gomez. de delic.c. xiiij.in fin.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.vlt.verſi.quæro nunquid.

Animal rationis expers ob maleficia non punitur. commune ait Sapia in l.imperium nu.6.ff.de iuriſ.omn.iud.& qui limitat.cum vna qui cum illo coierit,plectendus erit,Iul.Clar.in pract.§.fornicatio.ver cum animali,& §.vlt.q.xcvj.verſ. quæro etiam.

Annui reditus emptio nullo iure interdicitur,commune inquit Rip. lib.j.de lega.c.xix.nu.9.Did.à Couarru,lib.iij.reſolut. c.ix.& c.x.

Annuum legatum vel reipublicæ,vel eccleſiæ factum per verbum ſemper,& in perpetuum,non amplius,quam centum annos durat. commune aiunt Alex conſil.lx.lib.j.Couar. lib. iij.reſolut. c.ix. nu. 10. Sed certè contraria ſententia,& verior eſt,& iam hodie magis communis, vt ſemper duret:nam illam aſſerunt Rogerius,Alber.alios antiquos referens,Cū Ang.Corn.Soc.Iaſ.Rip.Crot.Pontan.Parpal.Verrat Riminal.quos cū aliis laudant Couarr.vbi ſupra,Viuius lib.j.opin. cxcvij.& Anto.Gemez meus iuris præceptor,de cōtract.c.xv.nu.18.

Annuæ obligationes,& ſi xxx.annis ſemel atque omnino præſcribantur.annua tamen relicta non ſemel,ſed illorum vniuſcuiuſque anni obligatio eo tempore præſcribetur,commune renuncio ex Cum. in l.de pup.Io.§.ſi in pluribus.ff.de non.opé.nun.Fulg.in l.cùm notiſſimi.§.in his.C.de præſcript.xxx.Conſi.xxij.num.23. lib.iij. Alex.nu.3. Iaſ.in l.ſi Stichū.§.ſtipulatio.ff.de verb.oblig.Feli.in c.auditis de præſcrip.Balb.de præſcrip.iiij.par.iiij.art.quæſt.iiij.

Antidoralis,vt doctores fantur,obligatio non impedit repetitionem ſoluti per errorem,vide infra verſi.errore ſoluti.

Antiquitas delictorum pœnas illis infligendas imminuit,vt commune proferunt Did.à Couarr.lib.ſecundo reſolut.c.ix.nu.2.Ant Gomez.in l.lxxvj.Tauri.nume.6.& de delict.c.j.nu. 8.Iul.Clar. in prac.§. vlt.q.lx.verſi.prætereà.

Antiquum eſt quod centum annos ſupergreditur,vt commune inquit Cagn.in l.velle.in fi.ff.de reg.iur.Vnde tanto tempore metietur antiquitas,vt de ſolennitatibus extrinſecis naſcatur præiudicium, vt ait receptam Iaſ.in l.cum aliquibus.nu.7.C.de iure delibe.Vt etiam tū teſtes de auditu,vel credulitate admittantur,vel fama probet,vt commune effatum teſtatur Aymon in tract.de antiq.temp.j.part.nu.4.

Antiqua licet leuibus probationibus regulariter egeant,tamen iuſtitia cum reo,aut poſſeſſore faciente plenis opus habent. commune infit Aym.de antiquit.ver.viſo de fama.nu.32.

Apoſtata non minus ad pœnitentiam admittetur, quam hæreſeos crimine obſtrictus.commune aiunt Simanc.de hæret.c.vij.num.2.Iul Clar.in pract.§.vlt.q.lxxviij.ver.apoſtata.

Apellatio nemini cuiuſcunque criminis etiam maieſtatis læſæ accuſato,& damnato negari debet,cum aliter expreſſim cautum non eſt, vt commune inquiunt Anto.Gomez de delict.c.xiij.nu.12.Viuius.lib. 11.opin.xx.Excipe niſi vel conuictus,& confeſſus ſit:vel confeſſus,& confeſſionem nunquam retractauerit,vt commune inquiunt latè Did à Couarru.in pract.quæſtio.capitulo xxiij.Duennas reg.clvj.ad fin.Iul Clar.in pract.§.vlti quæſtio.xciiij.Viuius lib.ij.opin.xvj.Excipe ij.niſi ſi crimen euidenter innoteſcat,vt commune infit Anun.in c.quā pernicioſum.nu.1.de vſur.

Appellatio extra iudicium facta iudici vel cauſæ expreſſionem vel probabilem coniecturam exigit : ſecus facta parti commune inquit Panor. in capitulo cùm ſit Romana.numero 10.de appel. & vir magnæ doctrinæ Nicol.Ant.Grauat.ad Veſtrium lib.tertio c.vij.num. 3.

Appellatio ratioine præſentis temporis habita ſententiam extinguit, ac futuri temporis inſpectione eam modo ſuſpendit, vt frequenti doctorum calculo receptum ait Ant.de Trem.ad Bonacur. in pract.except.in rub.de imped.executi.nu. 1.

Appellatio ſtatuto tolli nequit, vt commune effatur Ant. Nicel.in in concor gl.vj.in fi.quod & de inferiorum ſtatutis exaudiendum, aſſerit commune Rip.in c.j.nu.45.de reſtit. & denique conſuetudine atque vſu generali antiquatum atteſtatur Iul.Clar. in pract.§. vlt. q. xciiij.ver.cæterum.

Appellatio executionem, vel exequendi mandatum non remoratur. commune ait Ale.in l.j.§.ſi quis,ita.ff.de verb.obligat.

Appellatio fieri ſimpliciter poteſt ad competentem iudicem, vt cõmune inquit Marant.de ordin.iudic.par.vj.nu. 120.quin, & facta alternatim valebit, vt receptum ait Feli.in c.ij.nu.2.de appellatio. intellige tamen, ſi intra x.dies appellationibus præſtitutos palam fiat, qui iudex prouocetur, vt commune aſſeuerat Alex.conſi.lxxix.nu.5.lib.vij.

Appellatio à ſententia litem finienti, & abſque ſcripto rectè fit, dummodo incontinenti fiat. ab interlocutione, ſcripta ſit oportet, vt commune ſcribit Marant.de ord.iud.par.vj.nu.256.dicetur autem incontinenti facta ſi iudex pro tribunali ſedens nondum ſe ad actus extraneos diuerterit, & ſi totum diem in foro pro tribunali ſederit, vt commune teſtificatur idem Marant.eodem in loco.

Appellatio, quæ viua voce ita fit, vt appellans reſeruet appellationem in ſcriptis interponendam, tunc demum ſecundæ poſtea ſcriptis exaratæ præferetur, cùm valuit: ſecus ſi nullius ponderis extiterit cõmune aiunt rectè explicantes Marant. in praxi.vj. par.ver appellatio. nu.125. Amicus noſter Grauat.ad Veſtrium lib.vij.c.iij.nu.62.

Appellatio à ſententiis de poſſeſſione latis iure ciuili non conceditur, & ſi Pontificio concedatur: commune effantur Rip.in c.j. num.3. de reſtit.ſpoliat.Curt.Iuni.conſi.clxviij.nu. 39.Io.Coraſ.in lege naturaliter.§.nihil commune.nu.8.ff.de acq.poſſ.Viuius libro ſecundo opi. xxij.quamuis alibi nos contrarium moliamur.quam etiam in rem videto quæ infra ſcribo ver.poſſeſſio.

Appellatio tum iudicialis, tum extraiudicialis. non ſuſpendit quæ ſemel facta ſunt, vt commune inſit Dec.in c.bonæ. nu. 17.de appella. & ſi quæ poſt appellationem iudicialem innouata ſunt, omnia reuocentur, quæ poſt extraiudicialem ea ſolum retractentur, quæ contra ipſam appellationem ſunt.commune ait idem Dec.vbi ſupra.numero 18.& mihi amciſſimus Nico.Anto.Grauat.ad Veſtrium libro tertio capitulo vij.num.5.

Appellatio cùm iudicis copia non ſit, coram viro ſaltem vno ſpectatæ fidei, & notario, opponi debet.vt cõmune interpretum axioma enuntiat præpoſ.in c.ſi iuſtis.num.8.de appel.& amicus noſter.Grauat ad Veſtrium lib.vij.cap.iij.nu.72.

Appellatio nec iudici, nec cuiquam alij magiſtratui multato in ſyndicatu conceditur & ſi ſupplicatio ad ſuperiores non interdicatur cõmune aſſerit Viuius lib.j.opin.clxxxj.

Appellatio ab interlocutione de non exequendo non debet admitti.vt frequens interpretum placitum enunciant Alex.conſi.xcv. lib.i. Feli.in c.quod ad conſultationem.de ſenten.& re iudi.Dec.in c. nouit notab.iiij.de appel.Crauet.conſi.cclxxiij.vt nec ab alia interlocutione, cuius damnum irreparabile non ſit. commune ait latè Viui. lib.ij.xvij.ſi autem erit irreparabile atque etiam ſucceſſiuum, & poſt præſtitutum appellationibus tempus ab interlocutione iure appellabitur.commune ponit meus iuris doctor Arius Pinel. in l.ij.par.ij.c. j.nu. 27.in fi.C.de reſc.vendit.quin.& cum quis ſe iudicem competentem, vel non competentem pronunciat, ab interlocutione lit., ac rectè appellabitur.commune aiunt Iaſ.in lege.quod iuſſit. numero 25. & ſeq.ff.de re iud.Nic.Ant.Grau.qui plures ſpecies diligenter congerit ad Veſtrium lib.iij.c.x.num.6.quod tamen intelliges in iudice delegato, ſecus in ordinario iuxta eoſdem.

Appellatio deſeri non poteſt, cùm alterius partis intereſt illius perſecutio, vt commune inquit Gomez de trien.q.liiij.ver. hinc voluit: etirque prima perſequenda appellatio vt commune effatur Marant de ordin.iudi.par.vj.nu.132.

Appellationis renuntiatio in compromiſſo poſita, non habet locũ in inſigni læſione.vt commune dicit Curt.Iun.conſi.lxxix.nu.4.

Appellationis iudex ſeu infirmet, ſeu confirmet nulla in ſpecie opus habet verbo abſoluendi, aut condemnandi, vt aiunt cõmune Turzan.opin.xxiiij.Viuius lib.ij.opin.xxx.

Appellationis interpoſitæ apoſtolos, ſeu dimiſſorios libellos intra triginta dies à ſcientia ſententiæ latæ numerandos, peti oportet commune aiunt Marant.in praxi vj.par.ver. appellatio.nume.209.Nicolaus Anto. Grauat ad Veſtrium libr.vij.cap.iij.nume.65.

Appellationis iudex delegatus tametſi legitimam appellationis cauſam pronunciet, de principali adhuc negotio cognoſcere, ac decernere poteſt vt crebo docto.placitum affirmat Deci.in cap.vt debitus, de appellat.Appellationi ſemper erit deferendum, cum iudex vel in facto, vel in iure dubitare meritò poterit.vt commune docto.enuntiatum aſſeuerat Collect.in capit.vt debitus in fin.de appell.

Appellationi perſequendæ præſcriptum biennij à iure tempus, nec expreſſus partium conſenſus ampliabit, ac proferet, vt commune aiũt Dec.in auth.ſi tamen nu.33.& ſeq.C.de temp.appel.Marant.de Iudi. 6.par.iij.partis in actu ij.a nume.25.Nic.Ant.Graua ad Veſtr.lib.vij.c. vlt.nu.42.nec aliter bienniũ ad appellationem proſequendã conceditur, quàm ſi in primo anno diligentiam à ſe adhibitam fuiſſe appellãs probauerit.cõmune ponit idem vir elegantioris doctrinæ Nicol.Ant. Grauat vbi ſupra ad Veſtrium lib.iii.c.v.nu.7.

Appellationis aduerſarij aduerſarius adhæreſcere poterit dummodo intra x.dies id agat, quòd ſcilicet communis vtriuſque parti habeatur, commune ponit amicus noſter Nicolaus Antonius Grauat.ad Veſtrium lib.vij.c.iij.nu.49.

Appellationem pro aliis & clerici in criminum cauſis rectè interponent.vt commune ponunt Augu.ad Ange.de maleſi.ver. præſente dicto Calo.nu.5.Iul.Clar.in pract.§.vltim.quæſt.xciiij. verſ. ſed an etiam clericus.

Appelationem iudicialem, qui ſubſequuntur conatus, & (vt docto. fantur) attentata reuocari omnino debent, at quæ appellationi extra iudicium interpoſitæ acceſſerunt. tantum retractantur quatenus appellationem ipſam infeſtant, vt commune affirmat Dec. in capitulo bonæ.nu.18.de appellat.

Appellatione pendente bannitus, ſeu proſcriptus, & necari nequit & teſtari poteſt.vt communia refero infra ver.bannitus.

Appellatione interpoſita ſi is è vita abeat qui mortis ſupplicio damnatus eſt, cum confiſcatione bonorum, & pœnam confiſcationis euadit: at qui damnatus eſt, vt mortis pœna plecteretur & eius bona fiſco addicta eſſent, non illam confiſcationis luem effugiet, vt commune pronunciant Auguſtinus ad Ange.de maleſic.ver.qui dominus iudex, numero.49.& ver.& eius bona, nu.3.ac Iul.Clar.in pract.§.vlti.quæſt. xciiij.ver.ſed pone.

Appellatione vſo, & illam proſequi principis cauſa impedito, non currit primi anni tempus, vt commune ait Dec. in c.ex ratione. nu.6. de appellat.at ſi iudicis inferioris ratione fuerit impeditus, concedetur illi alter annus, vt commune aſſerit & idem Decius & eodem in loco numero 7.nec ea in ſpecie impedimentum, aut impedientem atteſtari opus erit vt commune fatur Cagnol.in l.in omnibus. numero 15.ff.de reg.iur.

Appellari ab arbitris & ſi iure ciuili nequeat, tamen & eodem iure ab arbitris ex neceſſitate lectis, & ab omnibus generaliter arbitris iure canonum appellari licebit, illud commune ait Iaffred.deciſio cccclxvij.hoc atteſtatur receptum Alex.in lege nemo poteſt.numero 21.ff. de leg.lib.j.

Appellans iudex poteſt cogere vt ſententia, vel facta edantur ſub priuationis pœna cõmune effatur Iaſ.in l.is apud quẽ nu.12.C.de edẽ.

Arbitrium, cùm vel ab homine vel lege ſeligitur, atque in illud cauſa confertur, non idcirco remota cognitio, ſed remiſſa ſubtilitas cenſetur, vt commune aiunt Catald.de ſyndic.q.cix.& Amad.de ſyndic.etiã numero 145.quin iudices vbi aliquid pro arbitrio ſtatuere poſſunt, à iuris communis finitionibus non iuſtè recedent, niſi quo ad procedendi modum: vt commune effantur Alb.in iij.par. ſtatut. quæſtione xxxij.numero 1.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xxxj.ver.arbitrio atque balia.& q.lxxxiij.ver.ſcias etiam.

Arbitrio iudicis terminabitur, & qui ſint digniores, & quæ leuis cauſa, vel ardua cenſeri debeat & quis pauper, vel diues ſit exiſtimandus: & quæ morę expiatio admittatur: & quod denique inditium tormentis ſufficiat, vt communia ponit latè Viuius lib.ij.opin.xxvj.de inditiis, latius Iul Clar.in pract.§.vlti.q.lxiiij.ver.dixi quoque, qui etiam in eodem §.q.lxxxiij.multorum pœnas iudicis arbitrio infligendas, cum receptis ſententiis recenſet.

Arbitrio iudicis ſtatuenda pœna nequit eſſe capitalis, vide infra in ver.pœnam.

Arbiter vnus è tribus electis ſi mortem obeat, euaneſcet compromiſſum, vt ponit receptum Curt.Iuni. conſi. lxxix.nu. 1. Viuius lib.j. opin.cccxxviij.

Arbitri ex ſtatuti forma aditi magis delegatorum iudicum normis cenſentur, quàm ordinariorum.ac proinde ſi diuerſas tulerint ſententias, aditus ſuperior vtramlibet earum confirmabit, vt commune aiunt Iaſ.in l.duo iudices.nu.4.ff.de re iudic.Blanc.de compromiſ.q.vj.nu. 4.Marquard de iudæis ij.par.c.vj.nu.25.

Arbitri & arbitratores, vel teſtamento, vel conuentione lecti arbitrari non coguntur, niſi officium agnouerint. commune autumat Alexan.in l.j.num.4.ff.de leg.lib.j.

Arbitri & arbitratores clauſulis ampliſſimis electi ſolum impunè in vj.parte lædent commune dicit Curtius Iunior conſilio lxxix. nu. 1.& conſi.cxxvj.nu.14.

Arbitri eſſe poſſunt iure ciuili maiores.xviij. annis: & pontificum definitionibus nequeant communia ponit latè Viuius libro ſecundo opin.clxxix.

Arbitri ciuili iure nequeunt eſſe ordinarij iudices vt commune ait Dec.in lege etſi prætor.notab.iij.ff. de offic.eius Lanfranc. de arbit.

§.hactenus

hactenus.verſic.iij.poterunt tamē eſſe arbitratores,,atque amici compoſitores,vt ponit commune Viuius vtrunque iure pōtificum ex recepta doctorum opinione licere aſſerens,lib,j.opin.clxxxiij.

Arbitri abſque ceſſione non quærunt alteri, vt cōmune ait Panor, in proœm.decretal,num.23.

Arbitrorum ſententia appellationi erit obnoxia, ſi partes id paciſcantur,vt commune aiunt Alex,nu.20.Rip.nu.86,in l. nemo poteſt. ff.de leg.lib.j.

Arbitrorum ſententia,ſeu vt doctorum vulgus fatur laudum,non tranſit in rem iudicatam decurſo anni ſpacio.vt commune inquiunt Alex.conſil.ccxxxvij.lib.j.Turzan.opin.cxxxviij.

Arbitrorum cum pœna,vel ſine pœna audiendorū ſententia poſt homologationem,vt doctorum ſermo eſt , tacitā vel expreſſam producit aionctem:vt frequenter placitum iuris canonici conſultis atteſtatur Alexand,in l.ait prætor.in prin,nu.3.ff.de re iudic. ac mihi vir amiciſſimus & doctiſſimus Nicolaus Antonius Grauatius ad Veſtriū c.ii ,lib.iij,nu.6.

Arbitris ampliſſima indulta poteſtas non eſt impedimento , quin enormiter læſus reductionem ad boni viri arbitrium iure poſcat.cōmune infit Dec.conſ.xxxix.nu.6.vt nec etiam impediet eiuſdem reductionis renunciatio compromiſſo inſerta , vt commune recenſet Curt.Iun.conſil.lxxix.nu.4.

Arbitratores ſi plures optentur , atque vnus naturæ debitum perſoluat è vita abiens, fruſtra alij poſtea non valituram ſententaim ferent.commune effatur Curt.Iun,conſi.lxxix.nu.1.

Arbitratores inter ſe diſcordantes non coguntur tertium eligere, vt commune profert Dec.in c.cum ſpeciali,num.7.de appellat.

Arbitratores earum ſolum ſpiritalium cauſarum ritè optantur, de quibus fieri tranſactio poteſt.commune ponit Did.à Couarru.de ſponſ.ij.par.c.vii.§ vlt.num.2.

Arbitratorum ſententia ante annos xxx.nec parti actionē , nec finem adipiſcitur, quin & intra illos ſemper boni viri arbitrium iure deſiderabitur.commune aiunt Dоct.conſil. xxxix. nu.6. Rip.in cap.ij.nu. 5.de reſtitu. habet tamen magnam præſumptionem , vt commune aiunt Decius in cap.quoniam con tra. nume. 184. de probat. Viuius lib.j opin.cclxj.

Archidiaconus,vel alius inferior prælatus,nec imponere, nec petere charitatis ſubſidia poteſt,ſi nec priuilegio,nec conſuetudine fulciatur.commune dicit Boer.deciſ.cxxxiij.nu.2.

Argumentum , à ciuilibus ad criminalia regulariter promptum, valet,commune aio ex Bartolo.in l.Papinianus.§.ſecundo.ff.de inoffi. taſtamen.Paulo in l.conſentaneum.ad finem.C.quomodo,& quando iudex.Alexandro in l.diuortio, num. 11. ff.ſoluto matrimonio. Ario. Pinelo in rubric.j.parte c.ij.numero 21. C de reſcin. vendit. & in l.j. iij.part.pag.cxxiiij.C.de bon.mat. & Hippol. qui aliquot differentias adnotat,in pract.crimi.§.expedita,num.62.

Argumentum à ſenſu contrario & in legibus,& in teſtamentis,& in contractibus cum bonæ fidei,tum ſtricti iuris validè procedet.commune teſtatur Curt.Iun.in l.j.numer.59.ff.de offic.eius,cui mandadata eſt iuriſdict.dicetúrque procedere ex mente, non ex interpretatione,ſeu coniectura vt commune aſſerunt Sapia, & qui eum adducit latè de materia agens Viuius lib.j.opin.xxvij.Amplia idem fore in ſtatutis,vt commune efferunt Feli.in ca.eccleſia,de conſtit.Curt.Iun. d.loco num.85.Euerar.in 4.loco,ver.& quia ſuprà plenè , Viuius vbi ſuprà. Excipe cùm iuris communis correctio inde profectura eſſet, vt receptum ſcribit Curt. Iuni.laudato loco,numero 86. & conſilio xciiij. numero 4. niſi tamen ſtatuta in ſenſu directo aliàs nihil operarentur,vt commune aiunt Viuius, & ab eo relati vbi ſuprà.exci pe. ij.quando turpis illatio inde orirecur. vt commune enuntiat laudatus Curt.in d.l.j,num.76.

Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates iure promitur. vt commune pronuntiat Curt.Iun.conſil.clxxj.nu.3.

Argumentum de alimentis ac dotem rectè colligitur,vt commune affirmat Ruin.conſil,cxciiij.& conſi.cxcix.nu.9.lib.j.

Arma noua fiſco applicari deſuetum eſt,vt atteſtantur Alc.in Larmorum.ff.de verb.ſig.Iul.Clar.in prac.§.vlt.q.lxxix.ver.noua.

Arma prohibita ad itineris vſum impunè feruntur, vt vſu receptum atteſtantur Ang.in l.j.nu.3.ff.ad leg.Iul.de vi publi.& qui eum refert Iuli.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxxij.ſtatut.vj.ver.item quæro.

Arma qui prohibita geſſiſſe conuincitur, nec illa amittit, nec pœnas in inuentos, vel depræhenſos cum illis armis conſtitutas pendit commune aiunt Ant.Gomez.in l.xlv.Tauri.nu.48.Did.à Couarru.in pract.q.xxxiij.Viuius lib.j.opinione cclxxxiij. Iul. Clar.in pract.§.vlt. quæſt.lxxxij.ſtatut.vj.& vide infra in ver.Inuentus.

Arma defenſioni appoſita qui tulerit , non plectetur, vbi in arma gerentes pœnæ ſanciuntur.commune aſſeuerant Placa libro j.delict. cap.viij.num.9.& qui cum nonnullis, contrarium vſu ſeruari ait Iul. Clar.in pract.§.vlt.q lxxxij.ſtat.vj.ver.quæro.

Arrhæ de matrimonio contrahendo in quacunque & quantitate, & ſpecie tradi poſſunt,vt commune effert Didac.à Couar.de ſponſal. ij.par.cap.iij.§.vij,num.7.

Non tamen vtrinque tradi poterunt, vt commune refert Iaſ.quem laudat idem Didac,eodem in loco.licet vterque rectè in contrariam ſententiam diſcedant.

Arrhæ ad eum qui dedit,matrimonio contracto,redeunt,vt in eius malum,qui matrimonio mora eſt, mittuntur. commune literis prodiderunt Præpoſ.in ca.gemma,de ſponſalib.Didac.à Couar.de ſponſ. ij.par,c.iij.§.vij.num,11.

Arrharum promiſſiones de matrimonio contrahendo,nulla accedente traditione:futiles atque inanes ſunt, vt frequenter iuris interpretibus placitum memorant Præpoſ.in c.gemma.quæſt.ij.de ſponſa Did.à Couarru.d.§.vij.num.55.

Arrhas acceptas tantùm amittunt,qui à contractu recedunt : non & ad id , quod alterius intereſt,tenentur , vt commune teſtificatur Porc.in princ.nu.61. Inſtit.de empt.& vend.& Ant.Gomez. de contract.cap.ij num.18.

Arrogatio filij emancipati,alioquin & antea ingrati,indultū à parente culpa ſatis efficaciter probat.vt commune aſſerit vir magno ingenio præditus,& mihi non pœnitendus iuris doctor Emanuel à Coſta. in l,Gallus §.& quid ſi tantùm. iij. part.numero centeſimooctuageſimooctauo.ff.de liber.& poſthum.

Arrogati tum à naturali patre,tum ab arrogante inſtituti , ac fato functi hereditas ita ſecernetur , vt bona à naturali patre profecta ad ſubſtitutum ab eodem naturali patre,vel ad legitimum eiuſdem heredem pertineant quæ autem ab arrogante emanarunt ad ſubſtitutum ab eodem,vel iuſtum ipſius heredem ſpectent:vt cōmune pronunciat Iaſ.in l,arrogator.num.39.ff de adopt.& nos alibi diſtinctius, ac latius exponimus.

Aſſaſſinus ( vt vulgò fandi mos eſt ) qui dicatur,& quas luat pœnas,latè in receptis ſententiis tradit Iul.Clar.in pract.§.aſſaſſinus.

Aſſertio morientis contra delinquentem, & ſi nec inquiſitioni idoneum inditium ſuggerat iure communi : tamen hodie contra, conſuetudine generali ſuggeret:vt ait receptum Iul.Clar.§. vlt.quæſt.xxj. verſic aſſertio.

Aſſertioni de cauſæ interuentu ſine qua actus alioquin inutilis,ſeu fiat in teſtamento,ſeu in contractu,nulla fides habetur.vt commune eſſe doctorum placitum ſunt auctores Alex.& Dec.in l. ſi donatione. C.de colla.Dec.conſil.xx.& conſil.dcij.Iaſ.conſil.cliiij.libro ij.& in l.ſi is,qui ex bonis,ff.de vulg.Ioan.Coraſ.in l. frater à fratre. §. qui ſitum. num.55.ff.de cond.indeb.latè acutus iuris enuclearor Arius Pinel.in l.j.par.iij.num.23.C.de bon.mater.Amplia vt hæc generalis definitio etiam in principis aſſertione procedit,vt receptum pono ex Iaſo.in l. vlt.num.3.C.ſi contra ius.Dec.conſil.cccclviij.& conſil. cccclxxv.& dcij.Gram.deciſ.ciij.num.229.Alc.reg.iij.præſump.viij.nu.5.quanuis ineptè profectò,& abſurde Bellon.conſil.xlix. num.12.commune eſſe effutiuerit,vt vnicuique cauſam abſque qua procedere res nequit,intereſſe aſſerenti credatur excipies tamen in iudice cauſam delegationis enuntianti. cui fides non denegabitur, vt commune aio ex Alex. num.55.Iaſ.num.59.in.l.j.ff.de offic.eius,cui mand. eſt iuriſd. Decius in ca.ſi pro debilitate,nu.6.ff.de offic.delegāt.

Aſſeſſoris imperiti elector ex iniuſta ſententia obligabitur,vt communem eſſe ſententiam ait Curt.Iun.in rubr.nu.26.ff.de offici. eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Aſsiſtens propius delinquenti, auxilium præſtare dicitur,at ſecus qui procul aſſiſtit.commune inquit Alexan.conſi.cxxxviij.nu. 4.lib.v. inſpiciendumque ſemper erit,num ex induſtria aſtiterit, necne,vt humaniter conſuluerunt Ioannes de Amicis conſi.liij. Rimmald.conſil. xiij.quos refert,& prudenter conſtringit Iuli. Clar.in pract.§ .vlti.q. xc.verſi.quæro.

Atteſtationes non editæ,ſeu(vt doctorum ſermo eſt)publicatæ,nō probant coram alio iudice etiam inter eaſdem perſonas,vt commune prodit Felin.in c.cauſam quæ.nume.13.de teſti.quin nec fidem facient ſi idem ſit iudex illius inſtantiæ qui fuerit alterius,vt commune ait Alex.conſi.lxxxij.nu.2n.li.iij.laudatus ab addit.ad Felin.vbi ſuprà.

Auocatio cauſæ à Pontifice intercedens eius eſt vis,ac momenti,vt acta poſtea per iudicem etiam aduocationis ignarum irrita,inualidáque ducantur.vt commune teſtificatur Rip.rectè explicans in cap.cū M.nu.96.de conſtitu.quæ eo ipſo facta cenſebitur, quod pontifex de cauſa cognoſcere auſpicatur:vt commune fatur idem Rip.eodem in loco nu.97.& vide infrà ver.princeps.

Auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccle locum habet in quolibet pio loco vel etiampago,vt commune profert. Curtius. Iunior. conſilio lxxiiij.numero 38.

Authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ. vendit.& in donationibus ſeruari debet:vt commune enarrant Dec.conſi.clxxxj.in princip. Curt.Iun.conſi.cxlj.nu.2.

Auctoritas propinquorum exacta in mulieris,ſeu geſtis,ſeu contractibus,ſeu vltimis volūtatibus à propinquis in ſuam ipſorummet vtilitatem non poteſt interponi commune ait Ioan.Dilect.de art.teſtan.caut.ij.nu.4.

Auctoritatis propinquorum in fœminarum contractibus exactæ defectus, ſi contractus ipſis ſint vtiles, contractibus non oberit. vide infra ver. mulieribus.

Auctoritas doctorum probabilis duntaxat eſt, non & neceſſaria, vt commune effatur Curt. conſil. clx. num. 4. & conſil. cxxxvj. num. 8.

Auctores vulgò recepti fidem in cauſis faciunt, ac præſertim ſi de eorum profeſſione tractetur. commune inſiunt Niger in l. j. ſi cer. pet. & qui eum laudat Viuius lib. j. opin. cxj.

Auus in ſucceſſione neptis potior erit fratribus non vtrinque coniunctis: commune fatur Bellon. conſil. xxiiij. in princ.

Auus nepoti prætetito ex emancipato filio pupillariter hodie ritè, rectéque ſubſtituet. commune enunciat Rip. in l. ij. num. 31. ff. de vulg. & pupil.

Auxilium delinquenti ita præſtans, vt delicti cauſa extitiſſe videatur, pares delinquenti ipſi pœnas litaliàs, extra ordinem plectitur; cōmune inquiunt Soc. conſil. clxxxviij. lib. ij. Did. à Couar. in clemen. ſi furioſus pag. ccxcj. num. 2. de homicid. Placa lib. j. delict. cap. xvj. num. 2. in fi. practi. Carrer. num. 69. & ſi Crauet. conſi. ccxx. num. 12. ſemper & indiſtinctè æquè hunc, atque illum puniendum eſſe frequenter placere aſſeueret. quod & alij atteſtantur, quos refert Iul. Clar. accuratè hac de materia agens in pract. § vlt. q. ix.

Auxilium qui poſt admiſſum delictum patratori fert nec propriè auxiliator cenſetur, vt receptum ait Aug. ad Ang. de maleſi. ver. & Andream. num. 5. nec eas pendit pœnas regulariter, quas delicti ſuſceptor. vt commune axioma inſit Placa lib. j. de delict. c. xvj. nu. 15.

B

BANNITI, vt fandi doctoribus mos eſt, proſcripti vè, vt antiqui monetæ latinæ cuſores locuti ſunt: banniti, inquam, noſtræ ætatis æquiparantur relegatis atque ea tantum amittunt, quæ ſunt eius ciuitatis, à qua ſunt banniti, non verò & alia etiam iuri ciuili accepta referenda. Commune vtrunque ait Curt. Iun. conſil. clxxxij. num. 4. & num. 8. vnde nec patriam ppteſtatem amittun iis etiam in locis à quibus ſunt relegati. vt commune inquiunt Boſſius in pract. titu. de bonorum publicat. num. 69. Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæſt. lxxj. ver. ſucceſſiuè, idémque generaliter procedet, & in illis bonis, quę in proſcriptionis loco ſita ſunt, vt frequenti doctorum ſententia probatum teſtatur Gozad. conſil. xcvj. nu. 7. perpetuò tamen bonniti depotatorum numero habentur, vt cum Crauet. poſt alios conſil. ccxx. num. 13. & conſil. ccxxiiij. num. 1. atteſtatur diligenter Iul. Clar. in pract. §. vlti. q. lxxvij. ver. deportatio, & copioſius, atque accuratius q. lxxj. ver. dixi autem, cui adde Ioan. Ceph. egregiæ doctrinæ virum conſil. xxij. num. 18. & conſil. lxxix. num. 13.

Banniti nec dicuntur, nec idcirco cenſentur vagabundi, vt doctores fantur: commune inquiunt Alber. in iiij. part. ſtatut. q. lxxx. & eum laudat Cepol. conſi. crim. lix. ver. ſed dubium eſt.

Banniti in contumaciam nec infames cenſentur, nec teſtimonij dictione interdicuntur, vt communia latè atteſtatur Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxj. ver. quæro nunc, cum ver. ſeq.

Banniti, ac bonorum confiſcatione ſimul multati, licet bonorum eo loci exiſtentium, à quo cum proſcriptione bonorum ſunt relegati, ſint incapaces, atque etiam eorum bonorum reddantur expertes, quę alibi exiſtentia ex ſtatuto loci, à quo ſunt banniti, deferuntur: tamen illorum bonorum capaces prorſus erunt, quæ alibi ſita ex iuſto, ac legitimo teſtamento ad illos pertinent, vt commune effatum teſtatur Alex. conſi. xxvj. circa primum. lib. j. & qui de vtraque teſtamenti factione, quam banniti habent, vel non habent, ſedulò, ac ſeriò diſſerit Iul. Clar. de teſtamen. à q. xv. vſque ad q. xxj.

Banniti quin iterum proſcribi, ac banniri poſſint, nihil prohibet. commune aiunt Nellus de bannit. j. parte. j. tempor. quæſt. 3. Viuius lib. ij. opin. xxxj.

Bannitus qui ex ſententia impunè necari poteſt, appellatione interpoſita, aut nullæ vitio ſententiæ obiecto nō poterit trucidari, antequam vel oppoſita exceptio, vel adhibita appellatio euaneſcat, vt frequenter placitum inquit Iaſ. in l. poſſidere. §. ſertium, quem. num. 8. ff. de acq. poſſ. & qui hac de materia cum receptis ſententiis latiſsimè agunt: Iul. Clar. in pract. §. homicidium. ver. plerunque etiam, cum ſequentib. Viuius lib. j. opin. ccxc.

Bannitus ſi alibi agens eò vi pertrahatur, vbi proſcriptus eſt, plecti non debet, ſed in priſtinam libertatem reponi. commune inquiunt Roland. conſi. lx. num. 9. lib. ij. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xcvj. verſic. ſed quid ſi bannitus.

Bannitus ſtatim atque captus eſt, cogitur bānum agnoſcere, & ſe eū eſſe, qui proſcriptus ſit, fateri, ac pœnas deinde è veſtigio ſubit, niſi exceptionem aliquam opponat, quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet, non cogeretur iudicium ſubire, vt receptum dogma & atteſtatur, & declarat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xcvj. ver. quæro, cum ſequentibus.

Bannitum qui eum eſſe vult probare, cuius occiſi accuſatur, id per procuratorem facere poterit, vt commune atteſtantur Alber. in quarta parte ſtatutorum q. xxxviij. nu. 14. Nellus de bannit. in ij. parte ſecundi tempor. quæſt. xiij. & qui ritè declarat Iul. Clar. in pract. §. vltim. q. xxxij. ver. quæro modo.

Bannitum virum alere non ſolùm ex dote, ſed & ex parapbernis vxor tenetur, vt receptum edierunt Gyg. & qui eum laudat Iul. Clar. in pract. §. vlti. q. lxxxij. ſtatut. ver. vlt.

Bannum, ſeu proſcriptio ſic, pendente quæſtione etiam alterius indaginis indigenti, de ſententia nulla retardatur, atque impeditur, vt bannito impunè noceri nequeat, quemadmodum frequenter interpretibus placitum pronunciant Matth. de Afflict. in ij. par. conſtit. Regni rub. j. num. 15. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xciij. verſic. ſcias autem, & ij, quos laudaui ſuprà ver. j. bannitus.

Baptiſmus (vt vulgo loqui mos eſt) ſeu aquarum initiatio, pœnam temporalem (vt doctores fantur) ſeu corpori infligendam non tollit: commune aiunt Ioannes de Anan. in cap. de his. de accuſat. Dec. conſil. cxxx. num. 2. & ij, quos refero infra ver. iudæus.

Beneficia permutanti non competit remedium l. ij. C. de reſcind. vendit. vt commune aio ex Rebuff. ad ll. Gallicas. ij. tomo, tit. de reſcindend. contract. gl. xv. num. 16. Did. à Couarru. lib. j. reſolut. cap. xv. Ario Pinelo, noſtri & iuris inſigni interprete, & temporis non mediocri ornamento, ad eandem l. ij. part. j. cap. iij. num. 16.

Beneficia in dubio cenſentur realia. vt commune inquit Bellon. conſi. xx. num. 8.

Beneficiorum conferendodum ius nec ex immemorabili præſcriptione laicus, ſeu ſacris non initiatus quæret, commune aio e. Fe ino in cap. dilecto in princip. de teſtib. prob. addit. ad Monach. in cap. ij. num. 6. de præbend. in vj. Selu. de benefic. in ſecunda part. q. xxiij. nu. 16. Palatin Ruu. in introduct. rub. de donation. inter virum & vxorem, in principio, num. 28. qui tamen inconſideratè contrarium autumauerat de benefic. in curia vacant. §. ix.

Beneficiorum permutatio, non requiſito patrono, non eſt irrita, quamuis irritari, euertique poſſit. commune inquit Bertrand. conſil. cxciij. num. 2. lib. ij.

Beneficiorum ſuprema eſt penes Pontificem poteſtas, nec vlla in illo ad illa vel conferenda, vel auferenda requiritur cauſa, vt commune quis eſſe eliciet ex Felin. num. 42. Dec. num. 22. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. Iaſ. in l. Barbarius. nu. 43. ff. de offic. præt. Gomez in reg. de non tollen. iur. q. ij. Caeciałup. de penſion. quæſt. xix. num 30. Gig. de penſion. etiam q. x. num. 4. & num. 7. q. xxxvij. Verùm enim verò in illis auferendis cauſam deſiderari, & verius eſt, & receptius teſtatur. Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum num. 43. atque inclytus Pinel. in rub. j. parte cap. ij. numero 30. ver. altera inſpectio. C. de reſcindend. vendi. & nec ſine cauſa poſſe conferri mihi magis probatur: eaque de re alibi latius.

Benemerita ius agendi non præſtantia, non gignunt naturalem obligationem, vt commune ait meus iuris doct. Arius Pinel. in l. j. par. iij. mihi cxviij. ver. hæc autem. C. de bon. mat.

Benemerita ſoluto per errorem repetendo non ſunt impedimento, vt receptum aſſeuerant Iaſ. in l. ex hoc iure. num. 74. ff. de iuſt. & iure & in l. j. num. 12. ff. de condict. indebit. Dec. in cap. ad noſtram, de probation. Did. à Couarru. in cap. cum in officiis. num. 10. de teſtament. & vir non pœnitendæ authoritatis Arius Pinel. in l. j. par. iij. verſi. probatur. iiij. & ver. infertur xxiij. C. de bon. mater.

Benemeritorum aſſertioni quatenus fides ſit adiungenda, vide ſuprà in ver. aſſertioni, & ver. donatio ob cauſam, vel ob merita. infrà.

Blaſphemia (vt vulgus traiecto à Græcis nomine loquitur) eſt omne & quoduis conuitium, contumelia, vel maledictum in Dei numen. vel eius ſanctos prolatum. vt receptum dogma enuntiant Auguſt. ad Ange. de malefic. ver. verba iniurioſa num. 13. Did. à Couarr. in repetit. cap. quamuis pactum num. 8. de pactis. Iul. Clar. larè, & eleganter cum receptis ſententiis de hac blaſphemias materia agens, in pract. §. Blaſphemia per totum.

Blaſphemia ab ebrio emiſſa ſemper mitiùs puniri debet, vt commune aſſerunt Grammat. in conſtitutio. Regni numero 6. & qui eum refert Iul. Clar. in dicta practica §. vltimo quæſtion. xl. verſic. præterea quæro in fin.

Bona fides regulariter, ac generaliter in rei corporeæ poſſeſſore ſemper præſumitur, quouſque contrarium iuſtis probationibus innoteſcat. commune dicunt Balb. in l. Celſus. num. 104. ff. de vſucap. Eber. deciſ. xlij. num. 35. Alc. reg. iij. præſumpt. v. Porc. & ad eum Iaſ. in princ. num. 5. Inſtitu. de vſucap. latè Did. à Couar. de ſponſ. ij. par. ca. iij. § j. nu. 4. & in reg. poſſeſſor. ij. par. tit. vj. §. viij. num. 2. de reg. iur. vir ſingularis doctrinæ Menochius de recup. poſſ. remed. viij. num. 64.

Bona fides contractus etiam nullo ex iuris errore paritur, & aductus acquirendos ſufficit, vt receptum inſiunt Iaſ. in l. j. §. ſi vir. vxori nu. 22. & in l. iij. §. ex contrario. nu. 37. ff. de acqui. poſſeſ. Curt. Sen. cōſi. lxvj nu. 14. & alij, quos cit. Did. à Couarr. lib. j. reſolut. c. iij. nu. 7. excipe in eccleſiaſticis rebus, nā in illarū fructib. lucrifaciendis nū iuris eſt

bona

bona fides ex iuris errore profecta vt receptius dicunt Feli.in c.cum cauſa nu.21,de re iudi.Gramma.deciſ.lxxix. Satis tamen erit ſi quis alius præterea extrinſecus addatur color,vt commune pronunciat ex Imo.Molin.& aliis,inſignis iuris interpres Ari.Pinel.in l.2.c.4.nu.20. C.de reſcin.vendit.

Bonæ fidei poſſeſſor fructus iam perceptos vſucapit triennio.vt cõmune aſſeuerat Balb.de præſcrip.part.iiij.partis iiij.princip.quæſtione xxxv.numero 1.

Bonitatem aut bonam famam pro ſuæ intentionis fundamento allegans illam probare neceſſe habet:vt commune aſſero ex Dec.in ca j.nu.20.de probat Felin.in ca.cum in iure.de offi.deleg.& in c.j.nu. 11.de præſumpt.Afflict.lib j.conſtitu.rubr.xvij.nu.23.Hippo.ſingu. clxxxvij.& in rubt.nu.44.C.de proba.& vide infrà ver.qualitas.

Bona ſua ac ſe dedicans eccleſiæ ſeculari,non ſolum præſentia bona deuouiſſe intelligitur commune ponunt Soz.& qui eum refert Viuius.libr.j.opi.lxviij.

Bona in diuerſis locis ſita eius regni legibus,eiuſque iudicis ſententiæ ſunt obnoxia,cui actus à prima origine iuris dicundi fecit copiam commune effatur Iaſ.& qui eum refert.Did.à Couarru.de ſponſ.ij.par capitulo vij.num.9.

Bona alicuius eſſe ſoluendo probatur modo à gl.docto in l. cum de lege.ff.de probat.etiam cum magni ponderis res vertitur,vt commune ait Rip.in l.ſi conſtante.num.18.ff.ſol.matrim.

Bona non ſolum ſimpliciter prolata,ſed etiam cum additamento pronominis,mea,tua,&c.comprehendunt iura,& actiones vt frequenter placitum atteſtantur Alc.in l.meorum. num.1. ff.de verb.ſig. cetera bona.num.15.de teſtam.Gomez.in §.omnium.nu. 12.inſtitut. de action.Secura.& alij quos appellat Arius Pinel.in rub.par.j.nu. 7. C.de bon.mater.

Bona futura,& bona conditionalia ex vltimis voluntatibus in donatione,aut alia quacunque,alienatione,vel publicatione bonorum non comprehenduntur,vt commune teſtificantur.Curt.Iunior conſil. cxcix.numeto 5.& ante eum Alex.atque alij,quos laudant Arius Pinel.in princip.rub.num.3.C.de bon mater Iul.Clar. in pract.§.vlti.q. lxxviij.verſi.item in fiſcum,& ver.ſequen.

Bonorum appellatio non ſolum in obligationibus expreſſis,ſed etiam tacitis,iura,& actiones continet.vt frequens interpretum axioma teſtantur Dec.conſil.cclxlix.nu. 10.Neguz.de pign.iiij. memb.ij. par.nu.165.& qui ſupra ver bona.

Bonorum confiſcatio non aliis ex criminibus hodie procederet, quam vel ex hæreſeos,vel maieſtatis læſæ damnatione,niſi ſi particularis aliqua conſuetudo.vel aliquando ſtatutum expreſſim aliud ſanciat,vt vberrimè oſtendit receptum Iul.Clarus in practic.§.vlt.q.lxxviij.vbi per totam quæſtionem complura ad hanc bonorum confiſcationem pertinentia ex receptis ſententiis diligenter memorat.

Bonorum mobilium,& immobilium mentio,vel in donatione,vel in legato,vel in obligatione,vel in proſcriptione,vel in ſtatuto facta, non complectitur iura,& actiones:vt commune aſſeuero ex Alex.in l.à diuo Pio.§.in vẽditione.ff.de re iud,Dec.in l.j.lect.ij.nu.7.ff.ſi cerpeta.Corn.conſil.ciiij.nu.12.lib.ij.Capel.Toloſ.& Aufrer.quæſt.cccx. & magna iuris interpretum ſtrue,quam componit Arius Pinel.in pri. rub.numero 25.& 26,C.de bon.mater. vbi etiam receptum eſſe ex multis aſſerit idem futurum ſi bona omnia,vel vniuerſa mobilia,& immobilia prolata ſint,quod etiam atteſtatur Iul.Clar. in practica.§. vlt.quæſt.lxxviij.ver.ſucceſsiue quæro.

Bonorum poſſeſsio non eſt mixti imperij,ac delegari poteſt communia dicit Curt.Iun.in l.j.nume.32.de iuriſdict.omn.iud.

Bonorum poſſeſsio,ſeu quæcunque à iure prætorio profecta ſucceſſio iam hodie(nam olim ſecus erat)non agnita ad hæredes ex ſanguinis,vel iuris deliberandi vi tranſmittitur.commune aiunt Cor.Iaſ.Iacobin.de ſanct.Georg.Phil.& Lancel.Dec.in l.emancipata.C.qui admit.Ant.Gomez.de teſta.c.j.nu.14.& ca.ix.nu.35.quamuis contrariũ dixerint commune Alex.in d.l.emancipata,& conſi.xx.lib.j.& Io. Di lect.de art.teſtan.tit.xj.caut.xiiij.

Bonorum poſſeſsio ante aditam hæreditatẽ accepta iudicium teſtãtis reſcindit non verò ipſum teſtamentum,vt commune aiunt Alex.in lege prima numero 2.C.de bon.poſ.contra tab.lib.Iaſ.in lege vt liberis.nu.C.de collatio. Emnauel à coſta in l.gallus. quid ſi tantum par. iij.nu.123.ff.de lib.& poſthu.

Bonorum poſſeſsio contra tabulas ſucceſſorio edicto locum facit. commune aio ex Alex.numero.vlti.Corn.in fin.Dec.numero 7.in ru. C.de ſucceſ.edict.Aret.in l.in ſuis.ff.de liber.& poſthum.Alexand. in lege ſi quis poſthumos.§.ſi filium exhæredauero numero 4.illo eod.titu de liber.& poſthum.

Bonorum poſſeſsio contra tabulas tantum hodie procederet filio emancipato cum cauſa præterito vt commune affirmo ex Paul.num. 7.Corn.numero 21.Iaſ.numero .Curt. Iun. numero 44.in auth. ex cauſa.C.de liber.præter.

Bonorum poſſeſsio litis agnoſcendæ gratia,etiam hodie,emancipato filio ritè exhæredato.ac tabulas paternas centum virali iudicio



oppugnare volenti neceſſaria eſt commune pronuncio, ex ſing.fr. Periglis in l.in ſuis.nu.52.ff.de lib.& poſth.Alex.numero.8. in fi.in l. certum.C.vnde legi.Corn.in auth.ex cauſa numero 30.C.de lib.præte.Iaſo.in lege ſecunda numero 8.C.vnde legiti.Gilleau.§.& quid ſi tantum,numero 49.ff.de lib.& poſthum.Anto.Gomez.de teſtam.capitulo xj.numero 34.

## C

CADAVERA tam pauperum quàm diuitum,ne ſepeliantur,impedire nequit creditor,& ſi perſpicuo liquidi debiti inſtrumento muniatur,vt piè receptum aſſerit Viuius libr.ij. opin. lxxviij. cum Feli.in capitulo ſicut Iudæi.de Iudæis Hippo.ſingula.cxcix.Grammat.deciſio.lxxxij.

Caducorum pœna non ante domini voluntatem ſortitur locum vt commune dicit Curti Iunior conſilio cx.num. 23.& vide infrà verſicu.emphyteuſis.

Cœci teſtamentum ab hæredis inſtitutione non auſpicatum nullius eſt ponderis.vide infra ver.teſtamentum cœci.

Calumniari videtur,qui non probat,vt receptum effantur ij, quos ſupra retuli ver.Accuſatio ni probetur.

Camptiones,communem conſuetudinem non egreſſæ,licitæ ſint commune ait Iaſon in l.j.numer.30.C.de ſumma trin.

Campſoris ſcriptura,ſeu liber rationum,contra alium fidem non facit,tametſi contra ipſum faciat.commune ponit Salic.in l.j.num.9 C.de eden.& vide infrà ver.libris.

Canones cum legibus diſſentientes.in terris á iuriſdictione ſeculari pontificibus ſubiectis ſeruandi ſunt,exploſis legibus commune ait Hyppol.in l.vna.nu.194.C.de rapt.

Capitalis pœna cenſetur exilium perpetuum vt commune inquiũt Hipp.in pract.crim.§.opportunè,nu.4.& multos recenſens Did.à Couarru.de ſponſ.ij.par.ca.viij.§. vij.numero 16. ac plures referens Iul. Clar.in pract.§.vlt.quæ.lxvij.in princip.

Captatoria voluntas,quæ ab arbitrio alieno pendet,vel in alterius arbitrium confertur,ſi ad pias cauſas pertineat, valet,ac firma eſt, vt commune affirmant Alex.conſi.xiiij.num.9.lib.j.Dec.nume.19.& 20 Iaſ.numero.12.in le.captatorias.C.de teſtament.milit. Pariſ.conſilio lxxxiij.num.29.libr.ij.Socyn.ccccxix.nume.10.libro iiij.& latiſſimè cumulans Iul.Clar.de teſtam quæſtione ſexta verſic. quarto infertur. Amplia vt idem ſit,ſi quis ſimpliciter bona ſua committat alicuius diſpoſitioni,nam & teſtamentum valebit,& ad pias cauſas teſtatus videbitur,vt receptum affirmant Corn.conſil.clvj.lib.ij.& conſi.ccc. li.iiij.Iul.Clar.vbi ſupra.verſi.quinimo & fortius nam per ea verba is inſtitutus hęres videtur cuius diſpoſitioni bona committuntur,& grauatus idem cenſetur,vt bona in pias cauſas diſtribuat, quemadmodũ frequenter placitum teſtificantur.Imol.in capi.cum tibi.numo.16.de teſtam.Iul.Clar.vbi ſupra,ver.& per huiuſmodi verba Et ſi propriè nec hanc,nec illas inſtitutiones captatorias dici debere veriſſimè tradiderint contra interpretum vulgus Chriſtoph.Caſtel.in l.Senatus. .§. legatũ ff.de leg.li.j.Raph.Cuma.in l.captatorias.ff.de hær.inſtit Ludi. Texeira in l.vtrum.§.cum quidam.ff.de reb.dub.Ant. Aug. emendat.l. iiij.c.xv.Did.a Couarru.in ca.cum tibi nu.2.extra de teſtam.Emanu. a Coſta Select.interpret.lib.j.ca.xxj.nu.7.Franciſ.Connan.lib.x.c.v j. & reliqui omnes eruditores:quos alibi & refero latius,& auctoritatibus ex bonis literis deprompſis,iuuo.

Carcer damnum irreparabile afferre cenſetur,vt commune auſim aſſerere ex Bald.& Paul.in l.vna.C.de in integ.reſtit.Paul. & Alex.nu. 29.in l.v.§.condemnatum.ff.de re iudi.Pan.in ca.ſuſcitata nu. 8. ver. ſed aduerte.de in integ.reſtit.Rhod.Soar.in primo lib.poſt l. quoniã in prioribus.in III.Caſtellæ.tit. *de los gouiernos*.q.iiij.Boer.deci.lxv.nu. 6.Felin.in ca.cum ſuper nu.17. de re iudic.etſi. Iaſ.nu.24.ſub.Rip.nu. 26.in d.§.condemnatum & Dec.conſi.lxxiij.perperam reluctentur.

Carceri ſeſe obligare nemo poteſt:vt commune dicunt aggregati a Ripa in l.generali,nume.24.ff.de pign.& a Viuio li.j.opi.clxxxv.nec ea obligatio iureiurando firmabitur commune ac magis commune pronuntiat Alci.in c.cum contingat nu.69.de iureiur.

Carceri addici nemo poteſt ob cauſas pecuniarias,ante exactam, ac plenam vt loquendi mos eſt,excutionem, & excuſſionem bonorũ vt commune inquit cum aliquot luculentis teſtibus. Rip.in l.generali nu.20.ff.de pigno.Iaſ.in princ.num.90.Iuſtit. de actio Boer, deciſio. ccclxix.nu.7.Iaſ.in l.ſi arbitrio.ff.qui ſatiſd.cog.Deci.conſil.lxxv.Feli. in ca.quo ad conſultationem.num.10.de re iudic.

Carceri mancipatus & tunc fideiuſſoribus præſtitis exolui poteſt. cum pœna corporis infligenda non erit,& cum innocens alioquin in carcerem conditus videbitur,vt effert communia Iul.Clar. in pract §.vlti.quæſt.xlvj.verſi.in hac autem materia cum ſequen. vbi multa. ad hanc.materiam attinentia memorat.

Carceri & ſi nemo ex domo propria ob pecuniarium debitum ablatus tradi poſſit tamen ſi illi iudicis præceptũ fiat,vt compareat ſub pœna fiſco applicãda, & nõ cõparuerit, & extrahi de domo poterit

ob

ob prædictam pœnam, & ſemel in carcerem conditus à creditore ob ſuum debitum iure retinebitur vt commune aiunt latè Cotta in memor.verb.domus vnicuique in ij. Viuius libr.ij.opinio xxxvj. qnod & & ſi vtile reip.arbitrer,iuri contrarium affirmo.

Carceri qui nec rectè,nec ritè traditus eſt,non relaxari debet ſi de nuo in carcerem trudi concedendum erit.commune aiunt latè Curtius Iunior conſilio cxxvij.numero 5.Craueta conſi.xlvj. nume.7. & vide infra ver.nullum.

Carceri in perpetuum deuotus, ac damnatus teſtari nequit ſi ſit laicus,vt frequenti doctorum numero probatum aſſerunt Bertran.cõſi.cxciiij.numero 2.lib.iiij. & qui non de nihilo diſſentit Iul.Clar. de teſtament.quæſt.xix.

Carcere detenti,& ſi iure nullos valide contractus gerant,vt ait receptum Hipp.in pract.§.attingam.num.2.tamen de conſuetudine, & procuratores rectè,ac ritè conſtituent,& fideiuſſores præſtabunt, & & ceteros contractus inient.vt atteſtantur Alb.in l.qui in carcerem ff.quod metus cauſa, & qui illum laudat Iul.Clar.in pract.§.vltim.q. xlvj.verſic.plerunque verò,ad finem.

Carceris cuſtos ob fugam carcere detenti,qui capitis pœnas alioquin luiturus non eſſet, iudicis arbitrio ſolùm plectitur, commune aiunt Boſſius in prati.de carcere nu.10.Iul.Clar.in pract.§.vlt. quaſt lxviij.ver.cuſtos carcerum.

Carnifex ſi publicus non ſuppetat quiuis liber homo ad ſententiã exequendam inuitus creabitur vt commune aiunt Gaſpar.valaſc.in l. imperium numero.18.ff.de iuriſd.omn.iud.Iul.Clar. in pract. §.vlti. quæſtione xcix.verſicu.ſed pone.intellige perſonarum rationem eſſe habendam,vt alibi vberius.

Caſuum fortuitorum generalis renuntiatio, nullo eorũ ſpeciatim expræſſo,eiuſdem momenti,ponderiſque eſt,cuius ſpecialis caſuum ſigillatim expreſſorum renuntiatio, vt commune aio ex Alexandr. numero 10. Iaſ.numero 14.in lege,ſed & ſi quis.§. quæſitam.ff.ſi quis caut.Imol.in capitulo primo,numero 43.de commod.Cornæ conſilio cxxviij.nu.13.lib.ij.Iaſ.conſil.cvij.lib.j.

Caſuum fortuitorum renunciatio caſus inſolitos non complectitur commune aſſeuero ex Ale.conſ.xxviij.nu.10.lib.j.Soc. conſil. cxxij. num.11.lib.iiij.Corn.conſ.xxiij.lib.ij Iaſ.in l.ſed ſi quis.§. quæſitum, num.33.ff.ſi quis caut.eodem Iaſ.ad Porc.in §.item is.nu.4. litera S, Inſti.quib.mod.re contrah. Ripa de peſte.ij par.num.75.Feli.in c. ſedes.num.3.de reſcri.Turz.opinione cxliij.ver.aduertendum.& ſi contrarium commune dicant Dec.conſ.vij Iaſ.conſ. cvij.lib.j. & defendat ab aduerſantium.argumentis Arius Pinel.in l.ij.par.j.cap.iij.num. 29.verſi.ſed in eo.& num.3.C.de reſcind.vendit.

Cauſa credulitatis etiam iniuſta,pœnas delicto alioqnin infligendas atterit:vt commune effantur Cur.Iun.conſil.cxxxij.num.11.Ioan. de Amicis conſil.lxxxiij.num.5.Latè Iul.Clar.in pract.§.vlt,quæſt.lx. ver & generaliter.

Cauſa non præſumitur in principis diſpenſatione,contra ius gentium:vt commune profert Alc.de præſumpt.reg.iij.præſump.8.

Cauſæ minimæ quæ dicantur,iudicantis arbitrio relinquitur,vt cõmune affirmat Iaſ.in l.imperium.num.32.ff.de iuriſdict. omnium iudic.& vide ſuprà ver.Arbitrio.

Cauſæ inſtantia quo tempore euaneſcat,vide infrà ver. inſtantia.

Cautionis verbum à lege ciuili elatum ſignificat nudam promiſſionem,at à lege prætoria expreſſum promiſſionem vel pignore, vel fideiuſſore munitam præ ſe fert.commune ait Iaſ.in l.ſancimus.nu.1. C.de verb.ſignificat.

Cautio in vſufructu præſtanda non poteſt à teſtatore indulgeri, vt commune aſſerunt Iaſon.conſilio xl.libro primo,& complures relati infra ver.vſufructuario.

Cautio de non offendendo,& regulariter omnibus dari debet,vbi cauſa aliqua ſubeſt & fideiuſſoribus muniri, & ad tãtum tempus durare ducitur,quantùm iudicis arbitrium fuerit, vt latiſſimè communia ait Iul.Clar.in pract.§.vlti.q.xlvj.per totam.

Cautioni de non offendendo cùm pœnæ adiectione non ſit locus, cùm is ex noua cauſa,ac noua rixa offenditur,vt nec etiam locus erit, cùm vter prius offenderit,haud liquet.commune atteſtatur Iul. Clar in practic.§.vltim.q.xlvj.verſic. quæro nunc,& verſi.ſeq.

Cedenti bonis nec veſtes neceſſariæ,nec artis inſtrumenta,quibus victum comparat,auferri poſſunt.commu.ponit Did.à Couarru. lib. ij. reſolut.cap.j. num.5.ad fin.cui adde Fab.in §.vlt.nu.10.inſtit.de action.quæ tamen ab illius hærede poſteà extorqueri poterunt, vt decernit Bald.frequentius receptus in l.j.num.29.C.de iur.fiſc.lib.x.

Ceſsio bonorum nec naturalem,nec ciuilem obligationem tollit, ſed tantùm exceptionem præſtat.commune dicit Antoni.de Tremor ad Bonacurr.in pract.exceptio.in rub.de impend.& except. quæ contra in ver.fecerit.nu.10.

Ceſsioni bonorũ nec cum iureiurando vtiliter renuntiatur, quippe quia in id frequentius itum à doctoribus author eſt Alcia.in cap. cum contingat.num.69.de iureiur.

Ceſsioni bonorum locus non eſt,cùm bona à debitore fraude alienata reuocari nequeunt,vt commune autumo ex Iaſ.in §.vlti.num. 6 & 18.Inſti.de actio.Felin.num.67.Dec.nu.3.in ca.quæ in eccleſiarũ. de conſti.Segura in volu.repet.Tiraq.in l.ſi vnqnam.ver.bona num. 50.C.de reuoca.donat. Nec cùm creditor iuri renuntiat quod habet debitores in carcerem detrudendi,vt commune ponit Viuius lib.j.opin.lxij.Nec cum debitor bonorum ſuorum partem detexit, partem dolo texiſſe,ac celaſſe probatur,vt aſſerat commune idem Viuius eodem in libro opin.lxiij.Nec cum quis ob iniuriam in pecuniariam pœnam multatur,commune inſit Did.à Couarru.lib.ij.reſolu.ca.j.nu. 8.Nec generaliter in obligationibus ex crimine deſcendentibus, vt frequenter placitum affirmant Alber.in rub.num.14.C.qui bon. ced. Iuli.Clar.in pract.§.vlti.q.xcv.ver.ſed pone.

Ceſſionarius(vt fantur interpretes) propriè creditor dicitur, vt commune aſſerunt Dec.lect.j.in fin.Niger circa fin.Rodulphus.& Bologn.ad finem in l.j.ff.ſi certum petat latè Viuius lib.j. opin. xxxij. quocirca prærogatiuis,ac priuilegiis omnibus inſtrumenti, quod illi ceſſum eſt,fruetur.commune ait latè idem Viuius lib.ij. opin.cclxvj. non tamen iis potietur prærogatiuis,quæ cedenti ipſi competunt, vt commu.aſſero ex Bald.l.pepul.diuerſas.num.21.C.mand.Alexan.in l. ſi poſt diuortium.ff.ſoluto matri.Iacob.à ſanct.Georg. in l.vna,nume. 39.C.ne liceat poten.quibus addo text.in l.ex pluribus.ff.de adminiſt. tuto.Nec item iis quæ ipſimet ceſſionario aliàs competerent ratione fori.vt commune ponunt Guid.Pap.deciſio.cclxxiij. Affled. in prin. centar.deciſio.lxxxvij niſi ſi is qui ceſsit,eſſet parens,vt receptum innuit Rebuf.in priuil.ſchol.clxxvij.lib.ij.tract.

Ceſsio donationis cauſa facta ſi ſummam quingentorum aureorũ excesserit,non minus inſinuatione egebit,quam quælibet donatio.cõmune ait Curt.Iun.conſi.cxxvj.ad fin.

Citatio,vt doctorum vulgus,ſeu in ius vocatio vt felix iuriſconſul. totum æuum loquitur,eſt fundamentũ ordinis iudicarij,cum in ſinẽtel. item ſentẽtia,tùm in interlocutionibus damnum alicui afferentibus,vt commune dicit Ant.de Tremo ad Bonacur.in pract.exception. in rub.de imped.execut.num 17.ver.alij caſus Nicol.Anto. Grauat. ad Veſtrium,lib.quinto cap.xiij.num.7. Ideoque ni interueniat, omnes omnino ſententiæ nullæ erunt commune ponit latè Viuius lib.j opin cciij.& ſequen.& qui latè atque accuratè id proſequitur Iul. Clar. in pract.§.vlti.q.xxxij.& amicus noſter,atque probatioris doctrinæ vir Nico.Ant.Grauatius ad Veſtrium lib.v.cap.ij nu.6.

Citatio illius cuius intereſt etiam in iuriſiurandi abſolutione, & quauis ſimplici habilitatione exigitur,vt receptius interpretum placitum aſſeuerat Hippo.in l.de vnoquoque nu.193.ff.de re iudic.

Citatio eius cuius in conſequentiam,non vero principaliter intereſt,neceſſaria non eſt,vt eſt Accur.auctoritas in l.de vnoquoque. in glo.ij.ff.de re iudic.communis,vt latè oſtendit Dida à Couarru.in practi.q.c.xiij.nu.6.fateturque illi l.j.§.denũciari.ff.de ventr.inſpic.quod tamen intelliges,vt valeat quidem ſententia:ſed illi cuius etiam vel generaliter non citati ſecundariò intereſt,non præiudicet,vt eſt receptum interpretum placitum iuxta Alex.nu.17.Hippo.nu.nu.57.in d.l. de vnoquoque Iaſ.in l.decem nu.41.ff.de verb.oblig. Fel.in cap. vlt. nu.5.de maio.& obed.Curt.Iun.conſi.xxiij.nu.8.& ſi Did.à Couarru. vbi ſupra non leuiter id controuertat:verum de re alibi vberius.

Citatio & in iis,quæ liquidò innoteſcunt,ad ſententiam exigitur, vt commune aiunt Aret.conſi.clxiij.nu.7.Boſſius in pract.tit de denuntiat.num.9.in fin.& qui id rectè atque accuratè explicat Iul. Clar. in pract.§.vlt.q.ix.ver.quæro.

Citatio nec in ciuilibus,nec in criminalibus à principe tolli poteſt etiam de plenitudine poteſtatis.vt ſcurrarum verbis vtar, commune ait latè inſignis doctrinæ Arius Pinellus in rub.part.j. c.ij.nu. 21.C.de reſcind.vendit receptius,& verius aſſirmat Capic.deciſ.lxix. numero 26.quin nec citationis neceſsitas ſtatuto euaneſcet,vt commune ponit latè de materia diſſerens Viuius lib.j.opin.cclxiij.

Citatio non requiritur vbi citato nulla futura eſt defenſio,commune aio ex Hippo.in l.de vnoquoque,num.84.& nu.94.ff.de re iudi.& de probat.num.218.& ſing.xxx.Bocri in l.conſentaneum nu. 59.C. quomodo et quando iud.Afflict.deciſio.clxxviij.num.6.Ant.de Burg in cap.fuit nu.76.de empti.et vend.Sebaſtian.de nullit ſent.pag.ccl. num.2.alias et ſi clarum,manifeſtum,atque,vt vulgo mos loquendi increbuit,notorium delictum ſit,requiretur,vt commune fantur Sali.in l. ea quidem.nu.86.C.de accuſa.Ant.Gomez.de delict.ca.j. nu.43 et obſeruatum eſt ſuperius.

Citatio in cauſis,quà ciuilibus.qua criminalibus,de iudicis commiſſione fieri debet et facta aliter pro nihilo eſt commune pronuncio ex Iaſ.à num.11.in §.quadruplum.ver.ſed furti.Inſtit de action. Pala.Ruu.in repet.cap.per veſtra notab.j num.2.et 3.de dona.inter virum et vxor.Felin.in c.j.in prin.de libelli oblat.Rebuf.ad ll. Gallicas. iij.tom.ti.de citatione. Marant. de ordi.iudic. ti. de citatione nu. 51. Sebaſt.de nullit.ſenten.pag.cclij.nu.32.et 33 Nec ex iudicis commiſſione facta præſumitur,vt commune inquiunt Aret. conſi.xxxiij Feli. in ca.j.de iudi.idẽ Felin.in c quoniã contra de probat Nicol.Ant.Grauatius,qui plures allegat,ad Veſtriũ lib.iiij.c.iij.nu.23.Quin et cõ ie

profe

profeſto committitur,& die in Dei optimi maximi honorem feriato fit,nullius eſt ponderis,ac momenti, vt commune aiunt Lanfranc. in ca.quoniam contra.ver.citationes.propè fin.verſic.tandem quæritur. de probatio.idem Nicol.Anto.Grauatius ad Veſtrium.lib.iiij. cap.iij. num. 13.licet plures contrarium affirmauerint, atque vſu receptum teſtati ſint,de quibus per Tiraquel.de vtroque retract. §.xxxvj.ad finem.num.79.cum ſeq.& per Grauatium vbi ſupra.

Citatio generaliter in perſonam fieri non debet,niſi vel cauſa celeritatem exigat,& quis abſit à iudicio.& ſi in vrbe ſit,vel eam celeritatem cauſa non efflagitet,abſit tamen citandus ab vrbe.nam vtraque in hac ſpecie ad ipſius domum citatio ſatis ſupérque erit,vt commune ponit Turzan.opin.cxxxj. & qui hanc rem latius agit Iul. Clar. in pract.§.vlt.quæſt.xxxj.ver.dictum eſt,cum ſequentibus.cui addito Nicolaum Antonium Grauatium diligentis eruditionis virum libro iij. cap.iiij.num.15.ad Veſtrium.

Citatio,quæ neceſſaria non eſt,ſi ritè facta non ſit,nulli damno fraudive eſt.commune ponit Anton.Nicel.in concor.gl.lij.in fin.

Citatio non ritè facta,ſi is,qui in ius vocatus eſt,ſeſe in iudicio ſtiterit,ab omni vitio expiatur ,vt commune aſſero ex Alex.Iaſ. & Dec. in l.vlt.C.de in ius voc.Hippol.in l.de vnoquoque.nu.43.de re iudic. Felin.in cap.illud.num.8.de præſcript.& in cap.j.num.18. de iudic. & cap.cum contingat.num.8.de reſcrip.Balb.de præſcript.ij.par.vj.part. princ.quæſt.j.in ſpecie ij.

Citatio valet nullo præfixo tempore,vt cõmune inſit Iaſ. in l.liber homo.§.decem.nu.4.ff.de verb.oblig.Felin.in c.conſuluit. de offi.delega.Boer.deciſ.ccxxxv.& qui plures laudat.Nicolaus Antonius Grauatius lib.iiij.c.ij.nu.10.ad Veſtrium.atque intelligitur , vt quàm primum poſſit,citatus compareat,quemadmodum commune affirmant Sebaſt.Vant.de nullit.ex defectu citat. nu.71. & amicus noſter Nicolaus Antonius Grauatius vbi ſupra lib.vij.cap.vlt.num.30.

Citatio prima ad omnes actus , atque etiam ad ſententiam finem impoſituram ſufficit.commune inquit Iaffred.deciſ.xlij.

Citatio in ſententia illius mentionem faciente præſumitur,vt commune effatur Iaſ.in l.ſi ſe obtulit.§.condemnatum. nu.8. ff.de re iud. ſed contrarium magis commune affirmat Alex.conſ.xlj.viſo proceſſu. in prin.lib.iiij.quod etiam magis iuris finitionib.conſentaneum eſt.

Citationis defectus executionem ſententiæ nullam reddit,vt commune affirmat Marant.de iudic.vj.parte in iij.actu.num.16.& ſequen. quem refert Viuius lib.j.opin.xxxv.

Citationis defectus ſententiam arbitrorum nullam reddit, etiam ſi in compromiſſo dicatur, quòd partibus abſentibus ſententiam arbitri ferre poſſint,vt commune aiunt Boer.deciſ. cclxxxiij. num.38. Viuius lib.j.opin.xxxvj.ſecus autem erit ſi dicatur quod ſententia ferri poſſit partibus non citatis,vt commune effantur iidem ibidem.

Citandus,ſeu in ius vocandus procurator eſt , non ipſe litis dominus,ſi procurator duntaxat litem conteſtatus eſt, nec ſeſe compariturum iam renuntiauerit,vt commune doctorum effatum teſtificantur Felin.in c.in nomine domini.num.33.de teſtib.Turzan.opin.cxxj.cum Boer.quæſt.cclxxxv.

Citato haud comparenti , niſi impeditus propalam eſt, & impedimentum,& ſe præſto eſſe conantem impedimento deſtitiſſe, opus eſt probare,commune dicit Boer. deciſ.xlix. num.5. amicus noſter Nico. Anton.Grauat.ad Veſtrium.lib.vj.cap.vlt.num.24.

Ciuis nouus non confert collectas ob vetera debita indictas. commune ait Brun.de augmen.concluſ.v.limitat.x.

Ciuilium argumentum ad criminalia procedet. vide ſuprà ver. argumentum.

Clauſula codicillaris efficit vt ſucceſſor ab inteſtato cenſeatur obnoxius reſtituendo ſcriptis heredibus in codicillis. vt commune dicunt Alex.conſi.xix.lib.vj.Ioan.Dilect.de arte teſtan.tit.iij. cau.j. nu.4. & tit.xj.caut.j.

Clauſula codicillaris non facit,quin agnatione poſthumi teſtamentum rumpatur.commune ait Ant.Rub.con.cxij.

Clauſula codicillaris efficit,vt quod iure recto valere nequit,iure fideicommiſſi valeat , & ſi aliquo tempore iure recto valere potuerit. commune enunciat Rip.in l.centurio.nu.79.ff.de vulg.

Clauſula codicillaris habet locum, cùm ex præteritionis cauſa teſtamentum euertitur , vt frequenter doctoribus probari miſerunt in literas Paul.num.15.Iaſ.num.22.in auth.ex cauſa. C. de liber. præter. Ang.in §.j.inſtit.de codic.Iaſ.in authen.nouiſſima. nu.24.C.de inoffi. teſta.Dec.conſil.ccccxc.num.10.ver. ſimile non obſtat.Io.Dilec.de arte teſtan.tit.iij.caut.j num.4.Ant.Gomez.in l.iij.Taurin.lxxviij. & vide infra in materia præteritionis.

Clauſula conſtituti omnino liberat venditorem à venditione , vt cõmune aſſerit Iaſ.in l.ab emptione.num.13.ff.de pact.contrariam tamen ſententiam,imò quod adhuc ſeu ad poſſeſſionem , ſeu detentionem re ipſa tradendam,ſit venditor obligatus,dicunt receptam multi apud Tiraq.de conſtit.j.part.num.10.& hanc probo.

Clauſula conſtituti ob incertitudinem nullarum erit virium commune ait Curt.Iun.conſil.cxx.num.5.

Clauſula non ideò appoſita cenſetur,quia ſit conſueta: vt verum & magis receptum aſſero ex iis,quos laudant Didac. à Couarru.libr.j.reſol.ca.xv.num.9. Rip.in c.cum M.nu.42.de conſtitu.Carol. Molin. ad Alex.conſi.xxviij.libr.ij.Socin.in l.Gallus §.idem credendum.ad fin.ff. de libe.&.poſthu.Tiraq.in tracta.de conſtit.vlt.parte & ſi perperam contrariam effutiuerint Bald.in l vlt. C.de fideiuſ.ad fin.& Iaſ.in l. vt liberis.C.de collat.& in l.certi condictio.§. ſi nummos.ff.ſi certum petat.Feli.in c.ex literis de fide inſtrum.Vnde neque clauſula codicillaris appoſita cenſebitur,ſi omittatur vt rectè memoriæ prodidit Vigl.in §.maſculo.Inſtit.de pupil ſubſtit.nec ſtipulatio in inſtrumentis ſubaudietur,vt poſt Bald Nouell.in literas miſit Iaco.de Nig.in rub.nume. 20.ff.de verb.oblig.

Clauſula,ex certa principis ſcientia,non expreſſim poſita, ſat eſt ſi tacitè comprehendatur,vt commune atteſtatur Feli.in cap. ſi quoniã de ſenten.excommunicat.

Clauſula etiam principalis recuſationem à procedendo demens,refertur duntaxat ad friuolam,vt cõmune loquitur Anto.de Tremo.ad Bonacur.in pract.except.in rub.de impedimen. & except.numero 8. ver.libellum.

Clauſula.non obſtante,in principis diplomate addita efficit : vt diplomate cõtenta,contra ius commune valeant, atque etiam ius alicui auferant,vt frequenter placitum effert Curr.Iun.conſi.clvij.nu.23.

Clauſula & quorum omnium,atque aliorum formæ,& tenores habeantur pro expreſſis. & ſi de illis mentio expreſſa facienda eſſet,&c. eiuſdem eſt roboris,ac ſi illa omnia de verbo ad verbum exprimerentur,vt commune ponunt Did.à Couarru.in rubric.ij.par.nu.20.de teſta.Viuius lib.j.opin.xl.

Clauſula quælibet,quæ principis confeſſionem retardare poſſit,exprimi in diſpenſatione debet. commune inſit Curt. Iun.conſi.lxxxiij.

Clauſula,ſaluo iure addendi, vel minuendi,non eſt eius momenti, vt poſt conteſtatam litem. vel quid addi,vel quid imminui in libello poſſit.commne enunciat Iaſ.in l.edita actio.nu.41.C.de eden.

Clericus,ſeu ſacris initiatus,vſque adeò profanæ iuriſdictioni obnoxius non eſt,vt conſtitutiones ipſum ab illa eximẽtes,magis ius vetus enarrent.quàm quidpiam noui ferant.commune dicunt Cardin. in repetit.cap.perpendimus de ſenten.excom.Alc.in cap.cùm non ab homine.nu.2.de iudic.Viuius laté lib.j.opin.xxxvij.& qui accuratiſſimè de hac materia diſſerit cum receptis ſententiis Iul.Clar.in pract.§. vlt.quæſt.xxxvj.per totam.vbi complures ampliationes,atque exceptiones memoriæ prodit.Intellige autem hæc,atque illa omnia, quę infrà de iis,qui ſacris imbuuntur,vel ad ſacra,quoquo modo ſpectant ſcribo eò prorſus referri debere,quo ius germanum, & fas,ac ratio dictant,quamuis enim compitalia nomina vſurpemus,& multa ad religionem pertinentia ſimpliciter,atque vt vulgo inter Cæſarei,Pontificiique iuris commentatores tractantur, interſeràmus, tamen illorum veritatem ac probationem vel improbationem ab illis omninò hauriendam cenſemus, qui ſacræ doctrinæ ſeriò ſeſe à primis annis addixerunt.

Clericus de bonis ab eccleſiæ reditu comparatis teſtamenti iure poterit diſponere,ſi ad id à Pontifice illi fiat copia commune inquit Io. Dilect.de cau.teſtam.cau.iij.vel ſi conſuetudo illius teſtamento fauẽs eo loci viguerit,vt commune affirmant Bellon.conſi.iij.numero 10.& nu.12. Did.à Couarru.in c.cum in officiis.nu.9.de teſtamen.vbi contrariam tamen opinionem conſtituit magis communem,alias autem neutiquam poterit teſtari de eiuſce generis bonis,vt commune interpretum placitum atteſtantur latè ea de re agentes Iuli.Clar. de teſtamen.quæſt.xxvij.verſi.dixi quod clerici.Viuius lib j.opin.xlj.

Clericus patrimonio luculento præditus non impeditur , quo minus ab eius eccleſiæ,cui ſeruit bonis vitæ neceſſaria decerpat & in ſuos vſus conferat,vt frequenter placitum memorat.Præpoſ.in capi illi autem.xij.quæſtio.j.ac latè Viuius libro ſecundo opin.xliiij.

Clericus filiusfamilias licet teſtari poſſit, tamen de vſufructu bonorum tam aduentitiorum , quam maternorum patri quæſito non teſtabitur,vt crebrò doctoribus probari teſtes ſunt Antonius Gomez in l.xlviij. Tauri num.7. Arius Pinel.in l.j.par.j.num.43.C.de bon.mater

Clericus nepotes ex filio,quem iam ſacris initiatus ſuſcepit natos non prohibetur heredes inſtituere,vt receptum ait Did.à Couarru.de ſponſal.ij.par.cap.viij.§.v.nu.14.

Clericus in bonis patrimonialibus non fruitur prærogatiuis eccleſiæ conceſſis,Præterquam in caſibus à iure expreſsis cõmune inquit Balb.de præſcript.v.part.quæſt.v.numero 2. Ioan. de Amicis conſilio cxlvj.numero 1.Viuius libr.j. opin.xl. alias & priuilegiis omnibus armatæ militiæ indultis potitur commune dicit Iaſ.in l.miles. numero 11.ff.de re iudic.

Clericus in beneficij fructibus vſufructuarius non vſurarius cenſetur commune inquit Are.in ca.ex literis.de proba Palat.rub.in rub. de donat.inter virum & vxorem & qui declarant Bellon.conſil. iij.Vi, lib.j.opin.xlj.

Clericus incœptum iudicium coram populi iudice ab eo cui ipſe ſucceſſit,perſequi apud eundem iudicem cogetur , vt frequent. do-

ctorum

ctorum ſententia probari miſerunt in literas Boer.deciſ.lxix.num.32.& ſequent.ac late contra Marantam, contrarium receptius aſſerẽtem, meritò inuectus Viuius lib.ij.opin.xlviij.

Clericus abſque decenti habitu captus homicidij tempore,nec fori priuilegio potitur,nec ad ſuum iudicem remittitur. commune inquit Boer.deciſ.lxiij.num.16.

Clericus concubinam habens beneficio excludendus eſt,& ad fructus perceptos reſtituendos adigendus. commune inquiunt Bellon. conſilio lvj.late Iuli.Clar.in practic.§.fornicatio.verſicu.& in primis: Viuius libro ſecundo opin.lv.At ſi matrimonium contrahat,iure ipſo labitur beneficiis. commune dogma ſcribunt Petr. Rauen. in compend.cleric.coniug.Iul.Clar.in practic.§.vlt.quæſt.lxxiij. verſic.clericus.Quod tamen ius non erit in contrahentes ſponſalia,vt commune fatur Panorm.in cap.j.de cleric.coniug.nec etiam in contrahentes inualidum alioquin matrimonium,vt commune atteſtatur Iuli.Clar. vbi ſupra ad finem.

Clericus adulterij damnatus deponitur,ac totum vitæ tempus in monaſterio degere cogitur, vt commune interpetum effatum affirmant Barnard.Diaz.& qui eum laudat Duennas regu.cj.limit.ij.Grillan.de diuerſ.crimin.lib.iij.quæſt.ij.num.1.& ſequen.& quæſt.vj.num.51.Villalob.quem cum aliis latè refert Iulius Clar.in pract.§.adulterium.ver.ſed quæro.

Clericus quatenus facere poteſt ſolum conueniri, & condemnari poteſt,commune axioma teſtantur Dec.in cap. reprehenſibilis. num. 28.& ſeq.de appellat.Iaſ.Rip. num.7. in l.miles. ff. de re iudic.& qui benè explicat Viuius lib.ij.opin.xlv.

Clericus in flagrãti delicto,& à publicis apparitoribus capi poteſt, & à priuatis, fauore reipublicæ,vt frequenter placitum enuntiant Felin.in cap.ſi verò.num.2.de ſenten.excommunicatio.Iulius Clar.in Pract.§.vlt.q.lxxvij.verſi. ſed hic quæro. Quin & fugitiuus clericus à creditore etiam nõ initiato impunè capi poteſt,vt commune ait Alc. in cap.cum non ab homine.num.74.de iudic.

Clericus non ſacris imbutum coram iudice populari conueniens, intentatam ab eodem aliam litem coram eodem ius dicente cogitur excipere,vt commune inquiunt Felin. in cap.at ſi clerici. num. 8. de iud.Curt.Iun.in l.ij.num.48.ff.de iuriſdict.omn.iudic.

Clericus ob aſſaſſini crimen ab ordinario populi iudice, & capi,& plecti poteſt. commune aiunt Barnard.Diaz in pract.crimin. cap.xcj. lib.§.opin.clxiij.

Clericus beneficiis labitur,& cùm per annum fuerit excommunicatus,& cùm nomen militiæ dederit. vt communia teſtatur Iul.Clar. in pract.§.vlt.q.lxxiij.ver.item clericus.

Clericus in teſtimonio apud ordinarium populi iudicẽ dicto falſi ſe obſtringens,ad ſuum iudicem remittendus eſt : quippe quia ab eo populi iudice puniri nequit,commune fantur Marant de iudic.vj.par. ij.part.princip.ſuper xij.actu.nu.4.& ſeq.Viuius lib.ij.opin.xlvij.

Clericus quamuis torqueri poſſit,vt receptum teſtatur Panorm.in cap.cum in contemplatione.de reg.iur.tamen neceſſe eſt indiciis,aut confeſſioni accedat diffamatio,ſeu fama præpoſtera,ac ſiniſtra,vt commune aſſeuerant Dec.in cap. at ſi clerici. nu.16. de iudic.Hippol.ſing. lv.Duennas reg.cxc.nume.3. Amplia & ſi ciuiliter contra clericum agatur.commune effantur Barnard. Diaz in pract.verſic.tortura. capit. cxvij.Viuius libro j.opin.xlij. Iulius Clar. in pract.§. vlt. quæſt. lxiiij. verſic.ſed an clerici.

Clericus ordine,ac loco motus,ſeu degradatus(vt vulgus garrit) à iudice populari abſque vlla traditione plectetur. commune ſcribit Alc.in cap.cum non ab homine.num.108.de iudic.

Clericus poſt patratum delictum in fraudem effectus, non euadet ordinarios populi iudices.vt commune affirmant Boſſius in pract.tit. de pœ.num.38.Viuius lib.j.opin.xxxviij.niſi ante delictum concepiſſet votum,idque iureiurãdo ſuo affirmauerit, vt commune proponit Viuius vbi ſuprà,quamuis id & iuri contrarium,& reipub.vtilitati aduerſum prorſus affirmare auſim.

Clerici primæ tonſuræ (vt fandi mos increbruit) exempti ſunt ordinariis popularium iuriſdictionibus,vt commune latè aſſerit Viuius lib.j.opin.xxxvij.

Clericorum nomen in fauoribus canonicos complectitur, & ſi in odioſis non tam latè pateat. commune dicit Alc. in l.ij. num. 9. ff.de verb.oblig. generaliter tamen minoribus etiam ordinibus initiatos comprehendet,vt communiter ait Viuius lib.ij.opin.xlvij.

Clericorum cauſas delegare nullis ſacris imbuto poſſunt Epiſcopi, ſeu Præſules.vt commune atteſtatur Curt. Iun.in rub. nume.20. ff.de offic.eius, cui mandat.eſt iuriſdict.

Clericorum familiares,ac famuli ſacris non imbuti clericali foro nõ potiuntur,& ſi epiſcoporũ famuli potiantur.commune aiunt Capic. deciſ.xij.num.1.& 2.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xxxv.verſi.quæro.

Clericorum filij natalibus poſſunt reſtitui à comite Palatino,facultatem natalibus reſtituendi de imperatore adepto,vt commune pronunciant Soc.conſil.lxv.Curt.Iun.conſi.lxxxiiij.num.7.

Clericorum confeſſio coram populari iudice facta, nec indicium architectatur.commune inquit Marc.Ant.de indic.num.214.& vide ſupra ver.acta.

Clericorum coitus, etiam cum cœlibe fœmina, dicitur ac ducitur incœſtus,vt communem ſententiam aſſerit Grillan. de diuerſ.crimin. lib.iij.q.vlt.& communem regulam affirmat pract. Conrad. nu.13.& ſi eum duntaxat adulterinum eſſe teſtetur receptum Did. à Couarru. de ſponſal.ij.part. cap.viij. §.v. num.17. placet tamen ſolum ſimplicis fornicationis loco eſſe habendum, vt ex alia non minus recepta ſententia aſſeuerat Iul.Clar.in pract.§.fornicatio.ver. cum preſbytero.& §.incœſtus.ver.ſed nunquid.

Clericis immunitas non eſt à collectis reficiendorũ murorum,pontium,ac viarum,vt frequenter placitum enuntiant Rip.de peſte.titu. de remed.præſeruat.nu.ccxxxiiij.Viuius lib.ij.opin.xlij.

Clericos,ſua cum ſponſa de præſenti (vt Doctores fantur) coeuntes,quiuis impunè percutiet,quippe in id frequentius itum à doctoribus author eſt Did.à Couarru.de ſponſal.j.par.c.j.nu.12.

Clericos periurij reos,non dignitate, ac beneficiis ius ipſum euertit,ſed expendos,ac priuandos conſtituit, & ſi ſtatim incapaces nouæ inſtitutionis,ac dignitatis reddat,vt communia vberrimè affirmat.Iul. Clarus in pract.§.periurium.verſic.item clericus.

Codicillis non dempta ideò ſolennitas cenſebitur,quia ſtatuto,vel conſuetudine teſtamentis dempta ſit. commune ponit Viuius libro primo opin.cccvj.cum Rip.de peſte in tit.de priuil.vltim.volunt cauſa peſtis num.47.

Cognati iam hodie ad decimum vſque gradum ſuccedunt,commune inquit Porc.in fin.in.Inſtit.de cognat.ſucceſſ.

Coitus damnatus dicitur,quicunque lege aliqua humana punitur. commune ponit latè Did.à Couarru.de ſponſal.ij. part.c.viij. §.v.nu. 15.vbi quoque num.16.receptius autumat,vt viri matrimonij iugum paſſi coitus cum cœlibe muliere damnatus cenſeatur,& qui latiſſimè hanc damnati coitus materiam ex receptis ſentẽtiis illuſtrat Iul.Clar. in pract.§.fornicatio.ver.frequenter cum ſeq.

Collegij ius permanet in vno.commune infit Panor.in capit. ij.de poſtul.prælat.

Collegij cuiuſuis bona ſi alienentur, aliquid vè arduum,ac magni momenti ad collegium attinens agatur, ſingulorum nomina de collegio exprimi neceſſe eſt, vt alienatio, actus vè ille iure ſubſiſtat. vt communem interpretum ſententiam atteſtatur Alexand. conſil.j. lib. iiij. Turzan. opin.liij.& Vrſus.opin.lxv.

Coloni teſtimonium pro domino non admittitur. commune ait Lanfranc.de depoſit.teſtium.num.85.lib.v.tract.

Commodatum dici non poteſt,vbi dominium trãsfertur,licet idem ſit reddendum,vt eſt Bart.doctrina communiter recepta in l.ij.num. 4.in fin.ff.ſi.cer.pet.quòd diſſentientes etiam non immeritò,atteſtantur illic Rip. numero 23.Alciat.numero 2.cum ſequentib. idem Alc. libro.ij.paradox.ca.xix.& pro reſolutione videndus Bellon. lib.j. ſupput.cap.vij.

Compenſatio in omnibus contractibus,præter depoſitum,admittitur,ſi facilè quod in compenſationem deducitur,& liquidò,pro iudicis arbitrio,probari poſſit.commune ait Iaſ.in §.in bonæ fidei. numero 72.Inſtit de act.In depoſito autem de expenſis in eodem factis non improbatur,receptum pronunciat Fulg.in l.ſi plures.ff.depoſ.At in commodato generaliter compenſationi locum fore inquit placitum vulgò Panorm. in cap.ij. de depoſ. quemadmodum de pecunia ad pecuniam in ſpecie debitam.commune teſtificantur Alex.& Iaſ.in l.ſi fundus.§.ſi ſeruus.ff.ſi cert.pet.

Compenſatio tunc planè locum non habet,cum quid ſolutum iri iuratò promittitur,vt frequenter interpretibus probatum memorant Gozad.conſil.xxxij.num.15.& ſequen.Viuius cum aliis libro j.opin. xliij.& opin.cxcix.

Conpenſatio fieri non poteſt ex priori ſolutione ad ſecundam ex iudicis ſententia faciendam, vt commune,licet Ema.à Coſta contrarium cum multis verius opinatus in l.ſi ex cautione. ver.ex his infero.C.de non num.pecu.vt nec abs legato rei certæ,ad debitum etiam neceſſarium compenſatio procedet,niſi aliud teſtator declararit.commune ponunt Corn.conſil.ccxlij.lib.ij.Ioan. Dilect.de arte teſtan.tit. vj.cap.v.num.3.

Compromiſſum,& compenſatio æquiparantur.commune aio ex Alex.conſi.xliij.num.3. libro j.& conſilio centeſimodecimonono numero 3.lib.ij. Lanfranc.de arbit.iij.part.num.3.libro.iij. tract.Alc.in l. cum te.nu.4.C.de tranſact.

Compromiſſum ſi vt in arbitrum & arbitratorem factum proponitur,res vti ab arbitratore deciſa in dubio præſumitur.commune ait Alc.de præſump.reg.iij.præſum.xxxvj.in fin.

Compromiſſum in ordinarium tanquam arbitratorem iure ritéque fiet commune inquit Præpoſ.in cap.infantes iij.q.vij.

Compromiſſum quum affines cogente ſtatuto inire adiguntur,ad quos id ſpectet,vide ſupra verſicu.affines.

Compromiſſum alterutrius cõpromittẽtis proſcriptione euaneſcit commune aiunt Baptiſ.de ſancto Blaſ.de arbit.quæſt. liij.Blanc.de cõpromiſſ.

promiſſ.quæſt.vij.num.6.

Compromi ſum eccleſiaſticæ,atque adeò ſpiritalis cauſæ, quin in ſacris non initiatum fiat,nihil vetat.commune dicunt Dec.in c.ij.nu.4.de iudic.Gra.conſi.lxxxvij.num.10.lib.j.

Compromittendi ius non eſt,quibus alienandi facultas non eſt. commune aſſero ex Iaſ.in l. vlt.num.129.C.de iure emph.Dec.conſi. xliiij.Capic.deciſ.xciij.nu.3.Soc.Nep.conſi.lxxvij.num.77.lib.j. Marc. Blanc.de compromiſſ.iiij.par.num.28. Pariſ.conſil.lxxxv.num.15.lib. iij.Tiraq.de iur.marit.gloſ.v.num.202.cum ſequent.Vnde illud haud erit rectori,ſeu præſidi eccleſiæ,ſuper eiuſdem eccleſiæ rebus abſque capituli conſenſu,vt commune affirmant Soc.conſi.xviij in fin.Turz. opin.lxxvij.& opin.clxj.

Computationis error, & poſt ſubductas ſæpius rationes allegari poteſt:vt receptum aſſerere auſim ex Soci. conſil.xcij.num. 8.lib.iiij. Pariſ.conſil.vlt.num.26.& 27 lib.j. Quin & vſque ad triginta annos rectè proponetur,vt commune pronuncio ex Iaſ.conſil.ccx.lib.ij.Didaco a Caſtillo in l.xxviij. Tauri.& iure ipſo computationem nullam reddit,eſt gloſſ.communiter recepta in l ij.C.de iure fiſci.lib.x.

Conatus an,& quando puniri debeat, vide infra ver voluntatem.

Concubinatus licet iure canonum improbetur,tamen iure Cæſareo etiam hodie nullis pœnis plectitur,vt commune atteſtantur Bermond.de concubi.ac latiſſimè Iul Clar. in practic.§. fornicatio.verſic. & in primis.vbi nonnullos contrarium hodie receptum aſſerentes,& refert,& meritò refellit.

Condemnandi facultas cui non eſt, abſoluendi poteſtas haud eſt. commune affirmat Felin.in cap.iij.de re iud.& ſi contrarium crebrius receptum aſſeuerent Claud.de Seyſell.in rub.ff.de acquir. poſſeſ. Viuius lib.j.opin.clx.

Condemnatus in cauſis ciuilibus, & ſi quadrimeſtre tempus ad ſoluendum impetret,vt eſt communis reſolutio contra Accur.in l.debitoribus.ff. de re iudic.de qua præter illic ſcribentes atteſtantur Iacobin.in l.ſi debitori.num.18.ff.de iudic.Felin.in cap.quærenti.de officio deleg.Boer.deciſio.xlv.Græcus Harmenop.lib.j.tit.iiij.Iocob.Cuiacius vir multæ eruditionis,ac doctrinæ,lib.iij.obſeruat.cap.xxxix.tamen condemnatus in criminalibus ſtatim ſoluere cogetur.in id enim frequenter iuiſſe doctores memorant.Boſſius in pract. titu. de ſenten. numero centeſimo.Iulius Clarus in pract.§.vltim.quæſt.xcv.in princ. Viuius lib.ij.opin.lvij.

Condemnatus ab eccleſiaſtico iudice ob mixtum flagitium poteſt iterum pœnas dare apud populi iudicem vt commune affirmat Alc. in cap.pernicioſam.num.12.de offic.ordin.

Condemnatus delicti nomine ad pecuniariam pœnam,ſi vel in minima ſumma relinquetur,pœnam corporis ſubibit, vt cōmune aiunt Boer.deciſ.cccxlix.& qui latè explicat Iul.Clar.in pract. §. vlt.q. xc iij. ver.ſed quid cum ſed.

Conditio ſuaptè natura ſemper ea,quibus adiungitur, ſuſpendit & tranſmiſſionem etiam à iure conceſſam impedit,vt frequenter interpretibus placitum inſit Anton.Gomez de teſta.cap.iij.num.15.ver. pro hac ſententia.

Conditio,quæ tacitè ineſt,ſic eſt impedimento,quo minus obligatio naſcatur,atque expreſſa,commune inquit Dec.conſi.ij.nu.4.

Conditio,quæ potuit contingere,& nunc iam nequit,ſi conferatur in tempus præteritum,aut præſens,expleatur neceſſe eſt,at ſi in futurum apponatur,tāquam ἀδῡνάτη ſeu impoſſibilis reiicietur:vt ſi virgo eſt,ſi Titius viuit illa corrupta,hoc mortuo,ac,ſi Titius viuet,qui iam deceſſiſſet,vt receptum ſcribit Did.à Couarru. de ſponſ. ij. parte cap. iij.§.ij.num.3.

Conditio pecuniæ in mare proiiciendæ obſeruari debet, vt commune aſſeuerat Eman.à Coſta.in contrariam ſententiam rectè abiens in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.v.parte numero vigeſimo. ff.de liberis & poſthumis.

Conditionis euentus non conſtituit debitorem in mora, vt receptum teſtificatur Dec.conſil.ij.nu.4.

Conditionis ſatisfaciendi cauſa nummos incapaci datos fiſcus auſert,non qui dedit,licet dominium tranſlatum non fuerit. commune inquit Eman.à Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.v.par.nu.15.ff.de lib.& poſthum.quamuis verius opinioni aduerſæ nomen dederit Cuman.in l.Mœuius.ff.de condit.& demonſtr. & ipſe alibi eam latiſſimè iuri magis conſentaneam oſtendam.

Conditioni ſatisfactum eſſe debet probare,qui ex conditionali contractu agit.commune ait Bell..conſ.lix.nu.4.& vide infrà ver.qualitas.

Conditione appoſita ſi quæ alicui relinquantur, & deinde illi relictorum reſtitutio poſt mortē iniungatur,ac paritum conditioni non ſit,ſtatim ij,qui deficiente conditione in rem venerunt, reſtituere cogentur, nullo tempore amplius expectato,vt commune profitentur, Iaſon in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.28.& in l.Lucius.ff.de liberis, & poſthum.& Iacobin.de ſanct.Georg.in l.ſi pater.ff.de iur.dot.

Conditione comprehenſi filij eius,qui & heres inſtitutus & grauatus eſt,non dicuntur ad hæreditatem vocati, ſed ſubſtitutum duntaxat,vt excludunt,nec adiecti conditioni ſine liberis decedendi, tacitè inſtituti hæredes putantur,vt receptum ait Ant. Gomez. de teſta cap. iij.nu.24.verſi tertiò facit.& latius c.v.nu.24.ver.& in expreſſo.Exemplum eſto filium meum inſtituo hæredē, & iubeo vt ſi liberis orbatus animam ediderit,Titio bona mea reſtituat.hic ij nepotes non cenſebuntur ex conditione vocati tacitè, nec inſtituti, nec quidquam illis proderit, ſi aliquid ſimul eiſdem mandatum proponatur, aut aliquo modo onus aliquod ipſis vnà ſit iniunctū:cuius rei extat exemplum: fili mi hæres eſto,& ſi inops à liberis commune naturę debitum exolueris, Titio amico noſtro hæreditatem reſtitue. volo autem vt qui tibi ſuperſtites liberi fuerint,liberto meo Damæ quinquaginta aureos annuatim ſuggerant,vel quid ſimile,nam nec hic eius filij vocati honeſtatíve videbuntur.vt commune aiunt Alexander num.94. Iaſ.nu. 56.in l.centurio ff.de vulg.& pupil. Dec.in l.j.nu.15.C.de pact.& affatim Ant.Gomez.de teſta.cap.v.nu.43.ver.ſecundò & in ſpecie.

Conditione cuiuſcunque ſubſtitutionis complexi, quicunque illi ſint,nec vocati,nec tacitè inſtituti cenſentur.commune aiunt Iaſ.in l. Gallus,in princ.& in §.in omnibus. ff.de lib.& poſthu.& in l.coheredi.§.vltim.ff.de vulg.latè Anton.Gomez de teſtamen.cap.iij. num.24. ad fin.& cap.v.num.42.verſic.viij.& facit,vt nec in fideicommiſſi conditione ſcripti,ad hæredis emolumentum à teſtatore memorati putabuntur.vt commune dicit Alex.conſil.cv.lib.j.

Conditiones quibuſcunque relictis adiectæ,atque in vnum conceptæ caſum,ex voluntate ad ſimiles dilatantur.vt commune ait latiſſimè doctor meus Emanuel à Coſta in l.Gallus.in §. & quid ſi tantùm. iij.parte num.1.cum ſequentib.ff.de lib.& poſt.

Conditiones in caſum poſitæ, & conditiones mixtę,quæ iure digeſtorum filij inſtitutionem demoliebantur,hodie ex l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtam.expunguntur, & inſtitutio firma & pura ſubſiſtit,vt receptum produnt Paul.in l.ſuus quoque.ff.de lib. & poſthu.Lancelot.in fin.Iacob.nu ne.14.Dec.in l.ſi pater.C. de inſtitu.& ſubſtitu.Rhoder. Soarez in illam l.quoniam in prioribus, ampliat.j. Gulielm.in cap.Rainutius.ver.reliquit nu. 28. de teſtam.at conditiones turpes tā olim,quam hodie labem, ac perniciem inſtitutioni afferent,vt frequenter placitum effantur Albe.in d.l.ſi pater.num. 193. Gulielm.in laudato capit.Rainu. ver.num.33. & receptius aſſeuerat Eman.à Coſta magni ingenij vir in l. Gallus.§.& quid ſi tantum. iij. part.numero centeſimoſexto.ff.de liberis & poſthumis.

Conditionalis creditor, creditor propriè non dicitur. commune effantur Deci.lect.j.numero 29.& lect.ij.in fin.in l.j.ff.ſi certum petat. & qui eum refert Viuius lib.j.opin.58.

Conductio ab emptione diſcernetur,ac diiudicabitur ex precij,mercediſue quantitate.vt eſt Accur.opinio in l.j. §.j.ver.in agendo.ff. de ſuperfi.quam communiter receptam teſtantur Rip.nu. 33.Purp. numero 53.in lege ij ff.ſi cert.pet.Deci.in lege ſemper in ſtipulationib. numero 1.ff.de reg.iur.

Conductio mentione certæ mercedis haud facta valet,& id precij. ſeu mercedis dandum eſt.quod præſtari adſolet,vt frequentius interpretum ſuffragiis exceptum pronunciant Ant.Gomez.de contract.c. ſecundo numero 9.& capitulo iij.num.4.& vir quauis laudatione maior Arius Pinel.meritò in diuerſa omnia abiens in rub.ij.par.capit.iij. nu.4.cum ſequent.C.de reſcind.vend.

Conductio ad longum tempus dicitur alienatio,atque ideò quando & vbi alienatio interdicitur,& illa prohibita cenſetur. commune aio ex Ang.poſt Fab.in §.adeò.in fin..nu.1.Inſtit.de loc.Alex.conſi.xv. lib.iiij.Boeri.deciſ.ccxxxiij.Did.à Couarr.lib.ij.reſolu.c.xvj.Plotto conſi.cviij.nu.59.lib.j.conſ.crim.Quin & emphyteuſi confertur,atque æquiparatur.vt commune profiteor ex Iaſ.in l. naturaliter. num.15. ff. de acquir.poſſeſs.Felin.conſil.xxij.& iis quos copioſè laudat inclytus Pinel.in l.j.part.iij.nu.66.C.de bon.mat.

Conductio ad longum tempus à maioratus,vt fandi mos eſt,ſucceſſore non neceſſario ſeruari debet. commune effatum pono ex Iaſone conſil.xxix. & conſi.xciiij.lib.j.Curtius de feud.quæſt.xiiij.ad medium Anton.Gomez in l.xl.Tauri. num.84. Ario Pinelo in j. parte iiij.num. 65.C.de bon. matern.

Conductio.vltra licitum,iuſtúmque tempus facta,in tempore iuris facultatem progreſſo tantùm labefactatur. commune ait Iaſ.in auth.qui rem.num.21.C.de ſacroſanct.eccleſ.

Conductionis,& locationis inſtrumento non probatur dominium & ſi contra ipſum conductorem rei vindicatione agatur. commune affirmat Alex.conſi.xxj.num.4.lib.iiij.

Conductor ad longum tempus is eſt,qui vel ad tempus decem annorum,vel longius conducit,vt commune aſſeuero ex Alex.conſ.xvij. lib.iiij. Iaſ.conſil.xxiiij.& xciiij.lib.j.Dec.conſil.ccxcij.nu.1.Socin.Nep. conſil.lxvj.nu.5. lib.ij. Pariſ.conſil.xcviij. lib.iiij. Et qui ad nouem annos ita cōducit vt poſtea denuò noua alia incipiat conductio ad tantum temporis,quantum ſupereſt decennij ſpatium, ſi cum ſuperiori coniungatur,& qui vel ad ſuam,vel ad locantis vitam conducit,& denique qui quoad ipſe vel locator voluerit, rem conducit, vt communia copioſe atteſtatur Arius Pinel.in l.j.par.iij. num.63.C.de bon.matern.Habet autem huiuſmodi conductor vtile dominium, & in rem

actione

ſtionem,vt frequenter placitum enunciare auſim ex Aret. conſil.lv. Fel.conſil.xxv.Iaſ.in l.naturaliter.nu.15.ff.de acq.poſſ.& in l.j.nu.34.& in l.ij.nu.39.& in l.vlt.nu.2.C.de iure emphyt.

Conductor ad longum tempus tributis,ac rerum oneribus eſt obnoxius,vt commune aſſeuero ex Alex.conſi.j.nu.12.lib.iiij.Sylu.conſ.xivij.numero 4.Parpal.in l.placet.num.48.C.de ſacroſan.eccleſ. Arius Pinel.vbi ſupra.vt & quiuis alius conductor,qui rei fructus percipit, vt inferius obſeruatur.

Conductor ad longum tempus ab emptore non abigetur,vt commune renuncio ex Alexandro in l.ſi filio.§.ſi vir. ff. ſoluto matrim. & Ario Pinelo, non de nihilo diſſentienti in l.j. part.iij.num.68. verſic. infertur.v.C.de bon mater.

Conductor iterum vel rei,vel operarum,non expreſſa mercede,intelligitur eandem,quam prius mercede depaciſci,vel quam loci conſuetudo fert,cōmune atteſtantur duo mihi non pœnitendi iuris præceptores Ant.Gomez.de contract.cap.ij.num.9.in fin.& cap.iij.nu.4. Arius Pinel.in rub.ij.par.cap.iij.num.4.& nu.8.C.de reſcind.vend.

Conductor rei propriæ ſcienter dominij iure non labitur cōmune effatur Alex.in l.ſi aliquā.nu.10.ff.de acq.poſſ.ignoranter verò nec rei poſſeſſionem exuit,vt commune aiunt Curt.Sen.conſi.lxx. nu.2.& 7. & Cagnol.in l.nec pignus.nu.8.ff.de reg.iur.quam perdit, & acquirit locator re ſcienter conducta, vt frequenter placitum inſit Rip.in laudata l.ſi aliquam rem.num.19.& num.22.ff.de acquir.poſſeſ.

Conductor rerum fractu,aut perditu facilinm,præſtare debet exactiſſimam diligentiam,vt receptius dicit Porc.in §. item quæritur.nu.2.Inſtit.de locat.

Conductor non tenetur etiam modicè expendere in ea, quæ vltra conductionis tempus ſunt duratura, vt commune pronuntio ex Bald.num.5.Iaſ.num.25.& nu.27.in l.j.C.de iure emphyt.Alex.conſi.iiij.num.7.lib.v.

Conductor quin poſſeſſionis à ſe ante conductionem obtentæ exceptionem locatori rem repetenti opponat nihil impedit. commune aiunt Pariſ.conſil.lix.num.39.lib.j.Iacob.Menochius vir elegantioris doctrinæ in tract.recup.poſſeſ.remed.xj.nu.4.quod intellige iuxta ſuperius obſeruata.

Conductor ius in rem habens nō expellitur à particulari ſucceſſore, vt commune proferunt Grat.conſi.xcv.num.12.lib.j.Did.à Couar.lib.ij.reſolut. cap.xv.num.13. Ioan.de Amicis conſil.cxiij. aſſerunt Paul. Alex.& alij in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſol.matrim.Porc.num.vlt.in fin.Inſtit. locat.& omnes ſcribentes in l. emptorem. C. locat.Excipe,niſi ſi cùm nulla alienationis prohibitio præceſſit, id quod intereſt,aut pœnam ſucceſſor offerat,vt commune enunciant Ant.de Fano de pig.ij.parte memb.j.num.7.& Neguzant.de pignor.ij.par.

Conductor, ſeu colonus etiam ad tempus modicum non poteſt à particulari fiſci ſucceſſore repelli,vt commune aio ex Plat.in l.ſi tempora.in fin.C.de fide inſtr.& iur.haſt.fiſc.Paul.nu.4.Rom.nu.10. Alex. nu.5.in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſol.matr.Iaſ.in l.diuortio.num.36.ff.illo eod. tit.Guid.Papæ deciſio.ccccLxxx.quemadmodum nec eccleſiæ conductor à ſingulari illius ſucceſſore detrudetur,vt frequenter interpretibus placere affirmo ex Roman.in d.§.ſi vir.num. 13. Grat.conſil.xcv. num.23.lib.j.Ario Pinel.viro cum primis & cordato,& diligenti in l.j. par.ij.num.68.verſ.inferrur.xij.C.de bon.mater.Expelletur tamen is, qui ab eccleſiæ prælato conduxit,ſi illius prælati ſucceſſor velit,vt commune teſtatur Soc.conſi.xxxiiij.lib.iij.

Conductor rerum dotalium ab vxore expelli impunè poteſt poſt viri locantis mortem,vt receptum ponit Did.à Couarr.lib.ij.reſolu. cap.xv.num.4.

Conductor quicunque ſeu partiarius, ſeu pecuniam pendens vectigalibus,& rei onerib.eſt obnoxius,ſi fructus ex illa percipiat,commune autumo ex Paul. conſi.ccccLj.in fin.lib.j.Iaſ.conſi. cix.ad fin.lib. j.& latè,ac luculenter agere Ario.Pinel.in l.j.par.ij.num.72.ver.x.ampliatur.& ver.limita.ij.C.de bon.mater.

Conductoris etiam minoris res in conductam domum abſque tutoris actoritate illatæ,pro penſione tacitè inſtar aliorum obligantur. commune ponunt contra quàm multos non proletarios iuris profeſſores Iaſ.num.57.Gomez.num.25. Bello. nu.31. in §.item Seruiana. Inſtit. de action.Neguzant.de pign.ij.par.memb.iiij.nu.54.

Conductori,non locatori,malo eſt fructuum à ſolo ſublatorum,& à militibus diſſipatorum,calamitas.vt commune inquit Curt.Iun conſilio lxxxv.numero 11.

Conductori inſigne,atque intollerabile damnum iuxta vulgi opinionem perpeſſo,remiſſio indulgeri debet, vt commune doctorum placitum teſtificatur Turzani.opinio.cvij.cum Socin. conſilio 100.in cauſa Baptiſtæ.in princ.lib.j.verius tamen,magiſque receptum eſt in agrorum conductore, vt tum demùm illi remittendum de mercede ſit,cùm deducto ſemine,atque habita expenſarum ratione tam paucos ipſe collegit fructus,vt ſi pacta penſio ſoluatur,vltra dimidium iuſti pretij lædatur,vt conſtat ex Alexand.conſil.cvi.numero 18.lib.vj. Corn.conſil.cxxviij. num.26.lib.ij.Capic.deciſ.lxxxviij. num.1. Pariſ. conſi.lxxxviij.num.23.lib.j.Soc.Nep.conſil.lxviij.num.9.lib.ij.Gyg.de penſion.q.lxvj.nu.17.Ant.Gomez de contract. c.iij.num.18.& magis commune dogma atteſtantur Aret.conſil.lij.num.2.Arius Pinel. in l. ij.j.par.cap.iij.num.22.C.de reſcind.vend.

Conductori penſio,merceſue tum demum augetur, cùm & eius lucrum eſt ingens.id nec ipſius diligentiæ atque induſtriæ,nec fructuum iudicationi,ſed illorum quantitati caſu quodam prouenienti acceptum referri debet,vt commune fantur Soc.Iun.conſil.lxviij.nu. 6.& in lib.ij.Anton.Gomez.de contract.cap.iii.nume.19. Arius Pinel meritò cum nonnullis à tota hac opinione diſſentiens in l.ij.part.prima.cap.iij.num.34.& ſequen.C.de reſcind.vendit.

Confeſſio non eſt probatio,commune efferunt Feli.in rub.nume. 6.de proba.Hyppol.in rub.num.64.C.illo tit.Alc.de præſumpt.j.par. num.6.in fin.& in l.cum te.verſ.neceſſaria. C. de tranſact. Quamuis longè verius ſit contrarium,vt cenſuit Salic.in rubr.nu.4.C.de proba.conſentiunt.Iaſ.nume.11.Dec.num.8.in d.l.cum te,defendit Aret. in rubric.nu.18.de probatio.Quin & probatio probata eſt,atque aliis verior,& potentior,iuxta Soc.Iun.conſilio xxxix.nume. 18.lib.ij. Grammat.deciſ.xxxvj.num.66.Et maior quouis publico inſtrumento vt verò tradunt Aym.Gra.conſi.lxj.nu.3.& conſi.clxxxj.nu.4.Zaſ.conſi.j.nu.4.& 5.lib.j.& vir magnæ doctrinę Iacob.Menoch.de recup.poſſeſſio.nume.217.& ſeq.vbi multa de illius iuribus vtiliter, & disertè contexit,& qui plures eleganter laudat, Nic.Antonius Grauatius lib. quintò.ca. xvj.numero 9. & ſequen. ſed hac de quæſtione copioſius nos alibi.

Confeſſio contra iuris,& iure præſumptionem admittitur. commune inquiunt Panormit.in capitu.is qui fidem de ſponſal.Alciat. de præſumptio.ij.part.num.6.

Confeſſio extraiudicialis(licet etenim doctorum verbis vti in placitis illorum recenſendis)nullius eſt ponderis.commune inquit Felin.in cap.at ſi clerici. de iudi.Sed fallitur, nam huiuſmodi confeſsio etiam abſente parte facta applenè probat, iure pontificum. vt commune teſtatur idem Felin.in ca.ſi cautio.de fide.inſtrum.Dec. conſil. lxiij. Alc.in rub.num.8.ff.de verb.obliga.Curt. Iun.conſi. lxviij.nu. 2. de iure autem Cæſareo parte abſente facta indicium.vt frequens placitum affirmant.Alci.in cap.cùm non ab homine nu.98.de iud.Marc. Anto.de iudic.nu.204.ſeu potius ſemiplenam probationem gignit,vt receptum aſſeuerant idem Marc.Ant.in illo met tract.nu.108.Crauet. in antiq.part.j.ver.propoſitum noſtrum num.30. Iul.Clar. in practic. §.vltim.quæſt.xxj.ver.confeſsio.& quæſtion.lv.At parte præſente,atque expreſsim accipiente ſi huiuſmodi confeſsio extraiudicialis fiat, vel etiam coram iudice incompetenti, integram & perfectam fidem concinnabit.vt commune inquiunt Beroius in cap.ac ſi clerici.nume 142.de iudic.Iul.Clar.d.quæſt.lv.ver.vnum tamen ſcias.

Confeſſio facta eo,cuius intereſt,præſente,& non expreſſim accipiente,non perfectè probat, vt receptum dogma effantur Iaſ.in l.error.num.3.C.de iur.& fact.ignor.Rip.num.22.Alc.nume.3.in rubr.ff. de verbor.obligat.Verius tamen multi contrarium cenſent,quos expiſcaberis ex Alex.in l.ſuus hæres nu.3.C.de repud.hæred. Caccial.in repet.l.admonendi.num.146.ff.de iureiurand.Soci. conſi.cxxviij. nu. 6.libr.ij.Gl.aud.nu.29.Dec.nu.8.in l.poſtquam liti.C.de pact.Deci.rurſus in cap.at ſi clerici nu.28.de iudic.& Duennas,qui iam id commune aſſerit regu.cxlx.At confeſſio parte abſente facta ſemiplenam abſque dubio probationem inducit,vt frequenter placitum inquūt Crauet.de antiquit.j.part.argu.iij.nu.30.Viuius lib.j.opin.xlix.

Cōfeſſio propria in vno iudicio facta nocet in alio,commune ait Panor.in cap.per inquiſitionem.nu.12.de elect.& qui latè hanc rem agit Iuli.Clarus in pract.§.vltim. quæſt.liiij. ver.pen. Intellige autem quod vt & hæc confeſſio in iudicio facta applenè probet,exigitur partis aduerſæ præſentia,vt luculenter probant l.certum §.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.l.vlti.ff.de interroga.act.& eſt commune illic axioma, cuius rationem ſcribit Paul.in l.generaliter.C.de non numer.pecun. & ſi hac in re non leuiter cæcutierint Felin.in cap.j.num.5. de lit conteſt.Rebuf.in ll.Galliæ.titul.de chyrographis numero 68.

Confeſſio,quæ vel in articulis,vel in ſcriptura alia fit,nec partis aduerſæ acceptionem,nec præſentiam deſiderat,vt applenè probet,quemadmodum frequenter interpretibus placere auſim aſſerere ex Bart. in l.certum.§ ſi quis abſente.ff.de confeſſ.& in l.nuda.ff.de donatio. Paul.& reliquis in l.publia.§.vltimo.ff.de poſ.Felin.in capitul.ſi cautio.nume.25.de fide iuſtrumentorum,& ſi ea in re obdormierit Dec. in l.ij.numer.8.C.de inſtitution.& ſubſtitut.

Confeſſio facta in tormentis,quam nulla,vel non legitima indicia præceſſerunt,nullius eſt momenti.tametſi in ea confeſſus perſtet commune aiunt Iaſ.conſi.clxxxviij.nu.2.lib.ij.Cap.deciſ.xcv.nu.3.Ant.Gomez de delict.cap.xiij.num.25.Cephal.vir elegantioris doctrinæ inter conſil. crim.conſil.cij.num.9. lib.j.Boſſius in pract.titul.de cōfeſſis per torturam.numer.6.Iul.Clar.in pract.§.vlt.quæſt.lv.ver.ſi verò.At ſi ſine tormentis fiat,& ſi tormentorum metu facta ſit ad condemnandū ſufficiet,vt commune ponunt Viuius libr.opin.xlviij.Iul.Clar.in di.§. vltima quæſtio.liiij.ver.nunc de gradibus quę verò in tormentis rectè ac ritè inflictis ſit confeſſio non aliter fidem faciet,quā ſi poſt tormēta

illam

illam agnoſcat reus,& ra‑ am habeat extra tormenta ad iuris tribunal, vt commune aſſerunt Boer.deciſ. lxiij.nu.18.& qui accuratè ex receptis ſententiis id explicat Iul.Clar.in d.§.vlt.q.lxiiij.ver.cæterum,cum ſequentib.

Confeſſio,quæ in vltimæ voluntatis elogio fit,ſeu mutui accepti, ſeu debiti ſibi ſoluti,ſeu alterius rei perceptæ,parte præſente,aut eius nuncio, aut notario illius nomine accipiente, vſque adeò perfectam, aut legitimam probationem ſuppetit, vt nullus exceptioni non numeratæ pecuniæ locus ſit. Sin verò neque coram parte, eiuſvè nuncio aut ſcriba illius vice accipiente fiat,magis legati, aut fideicommiſſi loco cenſebitur, quàm vllam probationis vim teneat, vt frequens placitum aſſirmo ex Iaſ.in l.qui pecuniam.ff.ſi certum pet.& in l.admonēdi.nu.158.ff.de iureiur.Hipp.in l.j.§.præterea.ff.de quæſt. Fel.in c.ſi cautio. nu.54.de fid.inſtru.& non exiguam doctorum phalangem producente Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.fallen.xij.nu.1.& 2.C.de non nu.pec.ac Viuio qui ſeſe magna non curantia intricat. libro j.opin.ccccxiiij.

Confeſſio ſeu in iudicio, ſeu extra iudicium ab vno ex pluribus correis debendi facta,nec aliis nocet, nec prodeſt, vt frequentet interpretibus probari ſcripſit vir egregius, & mihi multis nominibus obſeruandus Io.Ronchegallus Gioldus in l.ex duobus.xvj.nu.71.ff. de duob.reis.

Confeſſio liberationis, quæ parte abſente fit, & valet, & applenè probat.commune inſit Bal.conſ.cccclxvj.lib.iiij.ſed melius, ac verius ait contrarium receptum Rip.in l. conductionis. num. 21. C.de pact. à quo ſto.

Confeſſio cum aliquo adiūcto facta,tunc ex parte probari, ex parte improbari ab aduerſario poteſt,cum adiunctum in ipſa rei confeſſæ geſtione non ſimul interueniſſe dicitur:alioquin vtrunque accipi, aut vtrunque eiurari neceſſe eſt.Exemplum eſto illius, confiteor centum mihi mutuo data,ſed intra annū ſoluenda,vel cum Titius meus debitor me nomine liberarit:huius verò adiuncti ſit exemplum, cum accepta quidem mutuò quinquaginta ſeſtertia confiteor, ſed iam ſoluta aio.vt commune atteſtatur Boer.deciſ.cccxxxix.nu.3.quod in criminalibus etiam receptum, & ſtatur,& accuratè explicat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lv.verb.poſſet.

Confeſſio mera, aliiſque deſtituta indiciis à ſocio criminis edita, in iis etiam caſibus, quibus de complicibus interrogatio iure permittitur,non eſt ſufficiens indicium, vt commune tradunt explicantes Boer.deciſ.cccxix.Grammat.vot.vj.nu.2.

Confeſſio gemina in quocūque contractu, & in quacunque cauſa exceptionem non numeratæ pecuniæ omnino circunducit,vt commune ex multis enunciat Eman. à Coſta in l. ſi ex cautione. fallent. xiiij.C.de non nu.pec.

Confeſſio minoris abſque vlla vllius curatoris authoritate emiſſa, vt illi noceat,praxi generali receptum eſt: quemadmodum atteſtantur Ang.de malefic.verſic.comparuerunt,& confitentur totum.num. 8.Iul.Clar. in pract.§.vlt.q.lv.verſic.vlterius.

Confeſſio pecuniæ,aut quarumuis rerum receptarum ex alia cauſa,quàm ex mutuo, ſtatim nocet, nec oppoſita non numeratæ pecuniæ exceptione onus probandi in creditorem transfertur.commune aio ex Aret.Alex.nu.35.in l.j.ff.ſolut.matr.Iaſ.in l.legitima.ff.de pact. & in l.j.ff.de condict.ex leg.Fel.in c.ſi cautio.nu.54. verſic. fallit.iij.de fide inſtrumentorum.

Confeſſio recepti, ſi numeratum eſſe non conſtet, facta ex cauſa donationis cenſebitur,vt frequentibus doctorum calculis receptum prodit Curt.Iun.conſ.xcv.nu.3.

Confeſſio curatoris, tutoris, procuratoris,executoris, cuiuſuis alterius adminiſtratoris de facta numeratione, quam aliter factam eſſe non conſtat,in damnum,præiudiciúmve pupilli, & cæterorum quorum principaliter intereſt, fidem non facit. commune aiunt Tiraqu. de retract.conuen.§.iiij.gl.vj.nu.12.& ſeq. Bolognet.in l.ij. §. vltimo. nu.44.cum ſequentib.ff.ſi cert.pet. Cepha. vir doctiſsimus conſil.cj. nu.18.& ſeq.magis commune aſſerit Follerius in pragmat. de cenſi.verſi.quæ quidem executio nullæ falſitatis.nu.51.& ſi contrarium abſque dubio verius iure eſſe alibi latè oſtendo, quod praxi ſeruari atteſtatur Zaſ.in d.§.vlt.

Confeſsio,quæ in inſtrumento fit, aliquem habuiſſe, & accepiſſe, tanti eſt momenti,vt interueniſſe numeratio cōfectionis inſtrumenti tempore præſumatur.commune aio ex Alex in l.ſtipulatus.§.Chryſogonus.nu.14.ff.de verb.oblig. Iaſ.in l.poſt dotem. num.85.ff.ſolut. matr.Camp.de dote.part iij.quæſtio.cxlviij.non tamen agenti ex numeratione ſatis erit probare confeſsionem de recepto inſtrumenti literis contentam, vt commune laté affirmat vir egregiæ doctrinæ. Io.Ceph.conſ.cj.nu.13.

Confeſsio ſacerdoti facta,vt doctores commentantur, ac per illum reuelata multum probat, ſi vnà & ſacerdos fide dignus ſit, & palam illam facere ſibi per ipſummet confitentem licere iuret:aliàs ſecùs, vt commune teſtificantur Felin.in c.teſtimonium. nu.10.de teſtib.Cotta in memor.verſi.iuramentū probat difficultatē.Viuius lib.j. opi.50.

Confeſſionem errore emiſſam quiuis contrariis probationibus poterit refellere,vt commune fantur Boſſius in pract. titu. de confeſſ. num.60.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lv.verſ.vlt.

Confeſſus coram iudice incompetenti torqueri poteſt à competenti,& cogi in confeſſione permanere, vt receptum effantur Aff.decil.ciiij.Viuius libro j.opin.xlviij.Iulius Clar.in pract.§.vltim.quæſtio.lv.verſic.ij.

Confeſſus homicidium, & defenſionis cauſa ſe illud patraſſe affirmans,niſi adductam cauſam probet,pœnas alias : quàm corporis luit commune inquit Iaſ.in l.vt vim.num.3.ff. de iuſtit. & iur. Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lv.ver.poſſet quoque.

Confeſſus delictum,& ſi ad id iudicis blanditiis,ac promiſſionibus pellectus fuerit,plecti poteſt,ac debet, commune inquit Chuchalon ad Dec.in l.ea eſt natura. ff.de reg. iur. Intellige ſi in confeſſione perſtiterit, vt latè tradit Viuius ita diſſidentium interpretum dogmata concilians libro j.opin.clxxij.& vide infrà ver.iudex. Amplia vt vnica confeſſio ſufficiat, vt cum multis receptum teſtatur Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſt.lxv.verſic.vlt.

Confeſſio ſi pœna imminui ratione aliqua debet, & ei, qui poſtquam ſemel negauit,confeſſus eſt,imminuetur, vt cōtra communem opinionem aſſerit mitius,& magis commune Iul. Clar. in pract.§.vlt. q.lxxxij.ſtatut.ix.ver.vlt.

Confiſcatio bonorum non proſcribit bona futura, vel conditionalia.commune aiunt latè Iaſon in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cum ſtipulamur.numero 6.ff.de verborum oblig. Anton. Gomez de delict.cap. vltim.num.1.& 2.inſignis Pinelus in rubricæ princip.numero 3.C.de bon.matern.vbi iidem frequenter receptum aiunt. ſecùs omninò futuſum in bonis ex conditionali contractu prouenturis,quin ea ſolum defert in fiſcum hæc bonorum confiſcatio,quæ in hæredes extraneos alioquin tranſitura erant.cōmune aiunt Alciat.conſilio cccccxxij.numero 6.Iul.Clar. qui hac de materia latiſſimè diſſerit in practic. §.vlt. q.lxxviij.verſi.nunc videamus,cum ſequentib.& vide ſuprà verſic.bonorum confiſcatio.

Confiſcatio bonorum contra filium famil. decreta, nec bona profectitia,nec aduentitia,nec caſtrenſia inanit, vt communia atteſtatur Iul.Clar.in practic.§.vltimo quæſt.lxxviij.verſic. præterea quæro cum ſequentibus.

Confiſcatio bonorum,& bona in alia ditione poſita diuexat:vt frequenter interpretibus placitum effatur.ac rectè explicat Iul. Clar. in præd.q.lxxviij.verſi.ſed hic quæro.poſt Brun.conſ.feud.xxxj. num.15. Roland.à Valle.conſi.lxxviij.num.14.lib.ij.

Confiſcatis vxoris bonis, & ipſius dos proſcribitur, at confiſcatis mariti bonis ſecùs longè eſt,vt recepta axiomata effantur Ægid.Boſſius in pract.in tit.de bonorum publ.num.73.& num.75.ac Iul.Clar. pract.q.lxxviij.ver.quæro ſi bona.

Coniuges ſibi mutuò ſucedunt in quartā hæreditati partem,ſi ſuperſtites liberi numerum ternarium non egrediantur:aliàs in virilē portionem vel inteſtato,vel defuncti ſponte,vel eius in gratiis admittentur.commune inquiunt Corn.conſil.iiij.lib.iiij. Soc.conſi.cxxj. li. iiij.intellige tamen hoc proceſſurum,ſi aut nulla dos dicta eorum matrimonio ſit,aut tam exigua,vt in de ſeſe vxor alere non poſſit,commune ponit Viuius libro primo, opinio vltim.cum Barba. conſilio. lxxiiij.libr.iiij.

Coniuncti ſanguine,differentia agnatorum, & cognatorum, ſuſque deque habita,ad decimum vſque gradum inter ſe ſuccedent. cōmunè inquit latè Didac.à Couarru in epitom. de ſucceſſione ab inteſtato.Coniunctorum tamen appellatione quoad agendi effectum, ad quartum duntaxat gradum tranſuerſales admittentur:vt omnibus probari dixit Alexāder conſilio centeſimo quadrageſimo ſexto.videretur libro ſecundo.

Conſilium viri doctiſſimi liberat expenſarum onere,vt receptum ait Curt.Iun.conſil.xix.num.4.

Conſilium viri in dignitate poſiti vbicunque exigitur, conſenſus eius,vel auctoritas omninò neceſſaria eſt. commune inquit Soci.in l. ij.§.voluntatem num.3.in fin.ff.ſol.matrim. Quamuis qui conſilium ab aliquo petere tenetur:generaliter illud ſequi, non cogi dicatur.vt frequenter placitum ponit latè Did.à Couarr.de ſponſ. ij. par.ca.cap. iij.§.viij.num.3.& Eman.à Coſta in l.cum tale. §.ſi arbitratu.in limit. xj.à.num.1.ff.de condit.& demonſt.Crauet.conſi.j.

Conſulens in delictis alioquin non facturo,pares delinquenti ipſi pœnas indiſtinctè dat,commune dicit Dec.in l.conſilij non fraudulenti.num.4.ff.de reg.iur.vbi Cagn.num.3.frequenter receptum ſcribit, vt is,qui aliàs non facturo conſulit, æquè atque ipſe delinquens puniatur,qui verò & alioquin facturo conſulit,mitius plectatur,quòd etiam veriùs & magis receptum oſtendit latè Iul. Clar.in practic.§.vlt. q.lxxxviij.& ſi conſulentem aliàs facturo,non teneri de delicto poſtea admiſſa,profiteantur frequenter placitum doctoribus Panorm.in ca. nuper.de ſentent.excommun.Imol.in cap.j.de offic.deleg.Felin.in ca. ſicut dignum.num.7.de homicid.

Conſuetudo inducitur ex duob.actib. iudiciariis commune refert

Fulgo.in l.de quibus.nu.10.ff.de legib.vt etiam percurſo decem annorum ſpatio inualeceт. commune aiunt Iaſ.in eadē l.nu.27. Turz. opin.lxvj.in fin.Intellige cùm huiuſmodi conſuetudo eſt præter ius. commune ponit Menoch.de iure patr.lib.j.nu.17.Vel legi ſolùm derogat.vt commune fatur Fulg.vbi ſuprà.Nec requiritur,vt in iudicio oppugnata, atque approbata ſit,vel in aliquam contentionem venerit.commune pronunciant Abb.in c.cùm tanto.de conſue.Soc.conſ. xcix.lib.j.Turzan.opi.cliij.Viuius lib.j.opin.lvj.

Conſuetudo licet ſcriptum ius anteeat, tamen conſuetudinis ſimilitudo,quæ vel à maiori ratione procedet, illud non vincet.commune affirmat latè Turzan.opin.xcviij.

Conſuetudo quæ ſit, qua quę conſuetudo rationi cōſentanea cenſeri debeat,iudicis arbitrio deciditur. commune aſſerit Io. Nicol.in flor.iur.patro.lib.j.nu.15.

Conſuetudo à lege antiquata non poterit in eandem ſpeciem denuo induci,quippe quia non ſolùm de præterito,ſed in futurum,atque adeò in ſecula abrogari credatur. commune effatum atteſtantur Imol.in l.cùm ab omni.nu.3.de vita & honeſtat.cler.Iaſ.in l.cunctos populos.nu.74.de ſumma Trin. Turzan. opin.xcix.Viuius lib.j.opin. liij.& liiij.poterit tamen ex noua cauſa induci, vt commune ponit idem Viuius d.lib.j.opin.lv.

Conſuetudo etiam iniuſta excuſat à pœna, vt commune renunciat Gomez.in ca.j.nu.131.de conſtitution.lib.vj.Turzan.opin.xcvj. Villalob.in ſua collecta.

Conſuetudo non probatur teſtibus ſingularibus, commune ait Deci.conſ.ccxv.quin & probari debet teſtibus de actuum viſu, frequentia,diuturnitate deponentibus, vt tacitus populi conſenſus acceſſiſſe videatur.comune aſſeuerat idem Dec.conſ.cccclxxix.nu.25. ſatiſque ſuperque erit duobus teſtibus ea omnia probari. receptum, ait Rochus in iiij.ſect.repet.ca.vlti.nu.66.de conſuetud. & vide infrà verſ.teſtes ſingulares,quin & illam vigere celebri iuris doctori ſcriptis prodenti credetur,vt commune effantur Porc.in §.apum.nu.10. Inſtit.de rerum diuiſ.Alex.in l.poſt dotem.nu.29.ff.ſol.matr.Dec.in l. ij.§.mutui datio.lectu.ij.nu.13.cum ſeq.ff.ſi cert.pet.& conſ. cccccxl. nu.10.Viuius lib.j.opin.lxxxviij.

Conſuetudo non facit ſupplemētum in ſubſtantialibus,vt loquar doctorum more, commune enunciat Arius Pinel.in ij. part.c.iij.nu. 5.in fin.& nu.5.etiam in fin.C.de reſcind.vend.

Continuatio,ſeu concatenatio titulorum ad titulos fieri neceſſario debet,vt communem eſſe opinionem aſſerit Ang.in prin. proœ. Inſtitut.& in rub.in princi.Inſtitut.de action.vbi Iaſ.ex nu.3.multos ab ea ſtantes refert, quod etiam copioſè facit Io.de Garron.in rubr. C.de ſecund.nup.Hieron.Butig. in rub.ff.de verb. oblig.non tamen libri ad librum continuatio neceſſaria eſt, ex gloſ.rubr.ff.de condict. furt. in vltimis verbis, cuius ſententiam frequenter receptam aſſero ex allegatione.Alex.in rubr.nu.24.ff.de noui operis nunciat.Iaſ.in rubric.nu.6.in fin.Inſtitut.de actionib.Iacob.de Nigris in repet. rubric. nu.1.ff.ſi certum petatur.vbi Ludouicus Gomez. communem etiam teſtificatur,magis tamen,ac magis mihi probatur Raphaelis Cumæ. ſententia in rub.ff.de noui operis nunciat.vt nihil aliud vnquam deſideretur,quàm materiarum ſubordinatio, quæ etiam opinio Ange. & Iaſ.ſuprà allegatis arriſit, & Alex.nu.1.Rip.numero 16.in rubr.ff. ſoluto matrimonio.& rurſus Angel.in prin.Inſtitutio.de lega.& cæteris neotericis interpretibus communiter probatur.

Contractus loco etiam tunc agi poteſt,cùm ad illius reſciſſionem diſceptatur,commune aſſerit Did.à Couarru.lib.j.reſolut.c.4.num.1. per tex.in l.in contractibus.§.in omni.ff.de non nu.pec. licet contrarium non præpoſtero genio affirmauerint Bald.& Paul.in l.ij.C.vbi, & apud quem.ducti eodem text.& qui illos ſequuntur Iaſ.in l.qui loco.ff.de condi.indeb.Dec.in rubr.lect.j.in princi.de iudic.ſed ea de re alibi latius.

Contractus ad arbitrium alicuius relatus ſubiuncto illius arbitrio valebit,aliàs neutiquam,cōmune ponit Curt. Iun.conſ.cxxvj. nu.13.

Contractus circumuentionem nullam à ſciente factam in animi foro admittit,vt nec ab ignorante, ſi bona fide in id genus contractu exactior requiratur, atque ea res æquius melius iudicari iubeatur,commune lubenter pronuncio ex Fortu.de vlt.fin.iuris.nu.275. Tiraq.de iure marit.lege ix.à nu.7.Arius Pinel.in l.ij.c.j. num.35. C.de reſcind.vend.

Cōtractus ſi ab alterutra parte aut reſcindi,aut nullus dici poteſt, integrum, aut liberum eſt parti alteri petere ab illa num contractui velit ſtare,nec ne,commune aio ex Iaſ.in §.actionum.nu. 42. Inſtitu. de action.& in l.tranſactione finita.ad fin.C.de tranſact. Ant.Gomez. de contract.c.ij.nu.21.non tamen id in pupillo procedet,vt nec facta declaratio reſtitutionem illius in integrum impediat,commune dicit Pinelus meus,& doctor,& alter parens in l.j. part.iij.nu. 35.36.C. de bon.mater.

Contractus,qui cum cœnobio initur,vt certa nummorum quantitate præſtita, is qui contrahit,per vitam alatur,nulla re impeditur, aut infirmatur,commune ait Iaſ.in l.cunctos populos. lect.j.num.63. C.de ſumma Trinit.

Contractus nominatus ob impedimentum non ſubſequutū,tum demum reſcinditur,cùm id,cuius expletio defecit,contractui cauſam dedit,commune interpretum placitum atteſtantur Alex. nu.8. Iaſ.in l.vlt.ff.de cond. ob cauſ.Alex.in l.petens.nu.13.& ibi plenius Curt. nu.27.C.de pact.latiſſimè Arius Pin.in ij.par.rub.c. ij.nu.19.C.de reſcin.vend.quibus adde Corn.conſ.cj.& conſ.cxxj. nu.2. lib.j.& conſ. cij.nu.21.lib.ij.Bal.Nouel.de dote.vj.part.priuil.50.Soc.conſ.xxvj.libro iiij.Matth.de Afflict.deciſ.cclxxx.

Contractus in re dubia nomen,formam, ac iuris effectus ex mente,& propoſito contrahentium aſſumit, vt commune doctorum effatum eſſe conſtat ex iis,quos laudat Tiraq.de retract.lign.§.xxx.gloſ.j. nu.2. Abb.& reliquis in c.ad quæſtiones.de rer.permutat. Rip.in l.ij. nu.36.ff.ſi cert.pet.Exea.de pact. nu.513.verſ. Didac.à Couarru.lib. ij.reſolut.c.iiij.nu.9.nec aliunde melius,& luculentius mens ac propoſitum contrahentium illuceſcet, quàm ex nomine, quod contractui expreſſim ipſimet contrahentes indiderunt.vt frequenter placitum pono ex Paul.in l.Ariſto.nu.4.in fi.& nu.5.ff.de donat.Panorm. in d.c.ad quæſtiones.nu.4.Rip.nu.30. Alciat.nu.26.Purpur.nu.51.in l.ij.ff.ſi cert.peta.Exea vbi ſuprà,& vberius Tiraq.in laudato ſuperius loco num.7. Loriot.de pact.axiom.cxvj. Carol.Molin.in conſuet.Pariſienſ.§.xiiij.nu.53.

Contractus,conuentio vt de hæreditate viuentis etiam iureiurando accedēte,non aliter valet, quàm ſi ille,de cuius hæreditate agitur, & conſenſerit,& in conſenſu vſque ad mortem perſtiterit, commune ait Curtius Iun.conſ.xcviij.nu.3.& vide infrà ver.hæreditas.

Contractus ab excommunicatis ritè, rectéque geruntur,commune ait Panor.in c.ſi verò.de ſent.excommun.& vide infrà ver.excommunicatio.vt etiā iis,qui carcere detinentur, geri poterunt, non obſtante iure ipſo aliud volenti.vt ſuprà obſeruo ver.carcer.

Contractus principum obligant eorum ſucceſſores,commune ait Iaſ.conſ.x.lib.iij.& vide infrà verſ.princeps.

Contractus quin in vltimis voluntatibus ritè gerantur, ac rectè geſti ſint irretractabiles, dubium eſſe non debet, cùm id communi interpretum ſententia receptum affirment Dec.conſ.cxevj.& ccxciij. Boer.deciſ.ccliij.num.6.duobúſque teſtibus appoſitè, ac ſufficienter illi probabuntur,commune inquiunt Dec.d.conſ.ccxciij.Rip.in l.nemo poteſt.nu.32.ff.de leg.lib.j. Cepol. caut.cxxix. Intellige tamen vt id procedat ſi contractus, qui geruntur, non multùm à teſtamento abhorrent,commune pronunciant Alci.in l.j.§.qui præſens.nu.21.ff de verb.ob.Iul.Cla.de teſt.q.77.ad fin.

Contractuum qualitates, accidentia, & rerum illis comprehenſarum probatio, improbatióve in alterū contrahentium conferri poſſunt,commune inquiunt Iaſ.in l.centeſimis.§.ſi ita.nu.11.ff.de verb. oblig.& in l.ſi ſic.ff.de leg.lib.j. Fabian.de empt.& vendit. q.5.princ. nu.72.cum ſequentibus.Ant.Gomez.de contrac.c.ij.nu.19.ad fin.

Contractuum diem memoria non tenentes teſtes nihilominus probant,tametſi dies in libello expreſſim adiecta ſit.ſi tamen & aſſueta clauſula actore à ſuperflua probatione liberans,inſerta fuerit,commune ait Aret.in c.qualiter,& quando.§.debet.nu.130.de accuſat.

Contrahentes in dubio ad ſtatuta, & conſuetudines ſeſe referre exiſtimandi ſunt,commune interpretum placitum ait Curt.Iun.conſil.lxxxvj. numero 6.& conſ.clxxj.numero 1.& iactatur temerè inter doctores.

Contrariorum cùm ſit eadem diſciplina, à contrariis ſummo iure procedet argumentum, vt communi interpretum ſuffragio receptum affirmare auſim cum Accur.in rubr.ff.de acq. & amit. poſſeſ.& inibi Aret.Alex. Soc.Iaſ.Alc.Crot.& aliis.cum Bar.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obli.Bal.conſ.cxlij.nu.3.lib.ij.& conſ.cccxcviij. nu.iij.Cagn.poſt Deci.in l.ſecundùm naturam,& in l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.Euerard.in topicis.loco lxxv.Stepha.Bod.poſt alios, quos citat, in §.videamus igitur.ver. ſimul intelligemus Inſt.de iis, qui ſunt ſui,vel alieni iuris. Santaren.de ſponſ.iij.par.nu.77.

Contumax non manifeſtus abſque citatione multari nequit.commune inquit Aret.in c.j.nu.61.de iudic.

Conueniri poterit debitor, qui certo aliquo in loco, certa die ſoluere promiſit,vbicunque locorum fuerit repertus,commune ait Iaſ. in §.plus autem,nu.27.& ſeq.Inſtitu.de action.vt & is, qui promiſit ſoluere vbicunque fuiſſet petitum, ſecus verò ſi aliquo in loco,& vbique locorum conueniſſet eum poſſe conueniri, commune ponit Viuius lib.j.opin.lxiiij.

Conueniendi verbum non præſe fert ſtipulationem,commune aiunt Rip.in l.lecta.nu.16.ff.ſi cert.pet.& in rub.nu.26.de verb.oblig. & alij quos refert Viuius lib.j. opin. ccccxxxvij. qui & cùm hoc verbum apud acta ſcriptum eſt,& cùm poſt interrogationem ſubiungitur,communem opinionem limitat.

Copula,ſeu coitus probatur iureiurando viri, vel mulieris matrimonium intendentis, commune ait eleganter declarans Did.à Couar.de ſpon.ij.par.c.iij.§.j. nu.14. latius Iaco. Menoch. de arbit. iudi. q.xxj.cum ſequen.

Copulandi dictio inter ea, quæ alternis ſibi aduerſantur poſita, in alternatim enuntiante n conuertitur, commune inſit Anto. Gomez. de teſtam. c. v. nu. 31.

Correlatiuorum iudicium idem prorſus eſt, etiam in pœnarū cauſis, commune ait Io. Nic. in l. generaliter. nu. 26. C. de ſecund. nupt. Arius Pinel. in l. ij. j. part. c. ij. nu. 1. C. de reſcind. vendit. Viuius lib. j. opi. cclxxxiiij.

Creditor nec dicitur is, cui à legato, nec is, cui à delicto debetur, commune dicit Rip. in rub. nu. 62. ff. ſi cer. pet.

Creditor ex mercium venditione, cæteris creditoribus in illiſmet mercibus iam traditis non præfertur, commune effantur vterque Imol. in l. ſi cum dotem. §. vlt ff. ſolut. matr. Fan. de pign. par. v membr. ij. nu. 8. Amplia ad mutui creditorem, iuxta eūdem Fan. eo. lib. ij. part. memb. j. num. 13. Excipe ſi pecunia ad rei illius emptionē mutuo data eſt, commune teſtatur, & idem Fan. ex eod. membr. num. 8. Excipe rurſus in re ex ſacri, vel pij alicuius loci pecuniis empta, commune ſcribit Rip. in l. ſenatuſconſulto. nume. 6. ff. de quibus cauſ. pigno. vel hypo.

Creditor poſterior præfertur dotis confeſſioni, quā fraude factam, aliqua conſtet coniectura, vt eſt receptum placitum in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. deque Alex. ad Bar. in l. j. nu. 11. C. de iur. fi. lib. x. Roger. de dote. §. v. nu. 30. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, nu. 02. Inſtit. de actio. conſtare poteſt.

Creditori probanti duobus teſtibus, nihil de ſumma deponentibus, pecuniæ numerationem alicui factam: & aliis præterea teſtibus probanti debitorem ab ipſo centum mutua petiiſſe, iuſiurandum deferetur, commune aio ex Alex. in l. admonendi. num. 47. ff. de iureiur. Deci. in l. vlti. num. 4. C. de edend. Hippo. notab. cccxxij. vide infrà ver. teſtes.

Credulitas, vel quæuis etiam iniuſta cauſa pœnas delicto alioquin infligendas imminuit, commune aiunt Ioan. de Amicis conſ. lxxxiiij. nu. 5. latè Iul. Clar. in practic. §. vlt. q. lx. verſ. & generaliter, & vide ſuprà ver. cauſa.

Criminalis cauſa dicitur, cùm fiſco multa addicitur, at ciuilis, cùm parti. commune dicunt Panor. in rub. n. 2. de iudic. Io. Ceph. conſ. cxlj. nu. 12. lib. j. & vide infrà ver. pœna.

Criminalibus iudiciis fidem non faciunt acta in iudiciis ciuilibus, commune fantur Feli. in c. at ſi clerici. nu. 12. de iudi. Rip. in l. is apud. nu. 40. C. de eden. & vide ſ. ver. acta.

Criminales cauſæ ciuilium definititionibus regulariter metiuntur, commune aio ſuprà verſ. argumentum.

Criminis vel ciuiliter damnatus, fit infamis, commune ait, Imol. in l. infamem. ff. de publ. iudi.

Culpa lata dolo haud æquiparatur, cùm de mortis, aut mēbri diſſecandi ſupplicio quæſtio vertitur, commune dicit Cagnolus in l. contractus, n. 10. ff. de regul. iur.

Culpa leuis, vel leuiſſima in omittendo ſuſcepta, ad reſarciēdum damnum datum non obligat, quamuis in faciēdo admiſſa ad id obſtringat, commune ait prolixè Did. à Couarru. de ſponſ. ij. part. ca. vj. §. viij. nu. 13. non tamen vnquam animum huiuſcemodi culpa obligat, vt cum Corſet. in ſing. ver. forum conſcientiæ, tradit receptū idem Did. à Couarru. in laudato §. viij. nu. 12.

Curatoris authoritas non neceſſaria eſt, vt naturalis obligationis vinculis irretiatur adultus contrahens, cōmune ait Porc. in §. is quoque. nu. 9. Inſtitu. quibus mod. re contrahit. obligati. & ſi ea de re non leuis inter ipſos iuriſconſultos diſſenſio eſſe videatur, vt alibi latius & prolixius oſtendo.

## D

DAMNVM paſſis ſi iuſiurandum ſtatuto defertur, non idcircò illi delatum cenſebitur cui furtum factum eſt, vt frequenter placitum literis prodiderunt Plotus in repet. l. ſi quando. nu. 823. ad fin. C. vnde vi. Viuius lib. j. opin. ccxcij. nec ea etiam de cauſa ſi reus petat vt ad ipſum locum iudex proficiſcatur inſpecturus nullum damnum datum eſſe, minus audietur, vt crebro receptum atteſtantur Cur. Iun. in l. admonendi. nu. 352. ff. de iureiur. Viuius vbi ſuprà.

Debitor etiam nulla de nouo contingente cauſā compelli poterit, vt cautionem rei probandæ ergò præſtet commune inquit Rip. in l. ij. nu. 48. ff. ſolu. matr. & Stracha de mercat. ij. part. nu. 32. Ant. Gomez. de contract. cap. xj. nu. vlti. Arius Pinel. in l. ij. par. ij. c. j. nu. 20. ad fin. C. de reſcind. vendit.

Debitor ſimpliciter ſoluens nec cautionis, nec dati chyrographi fidem videtur agnoſcere, vt ait receptius Eman. à Coſta in l. ſi ex cautione. limita. viij. nu. 4. & 5. C. de non nu. pec.

Debitor ſolutione partis tum demum liberatur, cùm numerationi creditor aſſentitur, commune dicit Alciatus in l. ij. §. & harum. ff. de verb. oblig.



Debitor ſi debiti partem confiteatur, partem neget, cōfeſſam ſummam cogetur creditor inuitus accipere, commune ait Porc. in princ. num. 12. ad fin. Inſtit. quib. mod. tollit. oblig.

Debitor ſpeciei licet ob eius interitum ante ipſius moram liberetur, tamen condictioni ob cauſam eſt obnoxius, vt commune latè ponit, ac bene exponit Viuius lib. j. opin. lxvij.

Debitor certæ pecuniarum ſummæ, non ſatisfacit ſoluendo, vel pecuniam eiuſdem conditionis ad pondus, vel pecuniam eiuſdem valoris publicè conſtituti ad numerum, vt communia effatur Arius Pinel. in rubr. j. part. cap. iij. numero nono, C. de reſcind. vend. & vide inferius ver. moneta.

Debitor pecuniæ, vel maſſæ certi metalli, non ſatiſfacit pecunia alterius metalli ſoluenda, commune ait, in contrariam ſententiam cordatè abiens Arius Pinel. in rubr. j par. cap. iij. num. 16. C. de reſcind. vendit. quin & in alia diuerſa omnia iam antea meritò diſceſſerant Fulg. num. 6. Soc. num. 14. Alc. num. 11. Purpur. num 31. in l. ij. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet.

Debitor non certæ, liquidóque conſtantis ſummæ, poteſt certam quantitatem offerre, ſatiſdans de reliquis, quæ deberi amplius apparuerit, commune ponit Curt. Iun. conſi. cxxij. nu. 2.

Debitor quantitatis neceſſarius, ſi leget ſpeciem, non videtur compenſandi animo legare, vt commune pronuncio ex Alex. conſi. xij. nu. 5. lib. ij. & conſi. vij. num. 17. lib. vj. Soc. conſil. xlij. num. 23. lib. j. Iaſ. in l. huiuſmodi. §. cum pater. num. 12. de leg. lib. j. & in §. fuerat. num. 67. Inſtit. de act. Roderic. Soarez in tit. de las aras Riminal. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Did. à Couar. in cap. officij. numero 2. de teſtamen. à qua tamen ſententia videntur rectè defeciſſe Imol. & Alex. numero 7. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimon. Roman. & Aretin. Alexand. numero 13. Iaſ. num. 26. Dec. num. 10. in laudata nouell. præterea. Soc. reg. cclxxxij. in prin. Matth. ab. Afflict. deciſ. cxxxiiij. numero 4.

Debitor in diem ſi per errorem ante diem ſoluat, non repetit medij temporis vſum, commune interpretum dogma conſtituere auſim ex Alexand. in l. j. numero 17. ff. de condict. indeb. Iaſ. & in l. in diem. ff. illo. eod. tit. & in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignorant.

Debitor intra biennium, & ſuam cautionem rectè ac iure condicet, & creditorem, qui pecuniæ numerationem non probat, ad perfectam liberationem adiget. commune ſcribit Eman. à Coſt. in l. ſi ex cautione cum ſequentibus. C. de non numer. pecu.

Debitori, qui debitum confitetur, decem dierum ſpacium de more ad ſoluendum indulgetur, commune inquit Porc. in §. omnis ſtipulatio. num. 6. Inſtit. de verb. oblig.

Debitum duntaxat ciuiliter ex literarum obligatione, ſi quocunque errore ſoluatur, repeti poterit. commune inquiunt Alex. num. 30. & recentiores in l. j. ff. de condict. indeb. Iaſ. in l. cum quis. num. 5. C. de iur. & facti. ignoran.

Debitorum remiſſio generalis non profertur ad res teſtatori debitas, aut actiones in res illi competentes; commune dicit Ant. Gomez. de teſta. cap. vlt. num. 82. ver. Item adde quod in facta.

Decipere ſe inuicem contrahentes in conſcientiæ foro nequeunt commune ait Arius Pinel. in l. ij. par. j. c. j. nu. 35. C. de reſcin. vend. quod intelliges atque conſtringes ex ſcriptis à Rip. in l. ſi vnquam q. ix. C. de reuocan. donat.

Decretum & ſolenniter, & ex cauſa iuſta, ac vera factum præſumitur. commune renuntiat. Alc. de præſump. reg. iij. præſumpt. x. quin & cauſa cognita latum eſſe ex iudicis affirmatione cenſebitur, commune dicit Aymon. de antiquitat. tempor. ij. part. verſic. ſed iſta limitatio. numero 15.

Decretum vbi in alienatione exigitur, & ſubhaſtatio regulariter deſideratur, vt commun. aio ex copioſa allegatione Pinel. in l. ij. par. ij. ca. ij. nu. 25. ad fin. C. de reſcin. vendit.

Decretum iudicis aditum obſtruit l. ij. C. de reſcind. vendi. vt magis commune aſſerit Dec. conſi. ccx. nu. 8. ver. tertio, Sed contrarium verius arbitror, & illud frequentibus interpretum ſententiis probari ac magis magiſque recipi atteſtantur Ant. Gom. de cōtract. c. ij. nu. 23. Cagn. nu. 158. q. xxiij. Arius Pinel. ij. par. c. ij. nu. 18. & ſeq. in eandem l. ij. C. de reſcinden. vendit.

Defendere alium à vi, quæ infertur, nemo tenetur nec iure Cæſarum, nec iure Pontificum in foris agitando, commune teſtificantur Dec. nu. 4. & Chuchalon ad illum in l. culpa caret ff. de reg. iur. & qui limitant, ac latè agunt Viuius libro j. opin. lxvj. Iul. Clar. in pract. § vlti. q. lxxxvij. ver. dictum eſt. cum ſequentibus.

Defenſio in cauſis criminalibus a principio tolli nequit, vt eſt commune interpretum placitum teſte Soc. cum aliis relato ab Hyppol. in l. vna. nu. 170. C. de rap. virg.

Defenſio non admitur propalam delinquenti commune ponunt Salic. in l. quiſa dem. num. 6. C. de accuſat. & Anto. Gomez. de delict. capitulo j. numero 43. Iul. Clar. in pract. § vlt. q. xlix. ver. & hoc adeo, ac vide ſuprà ver. citatio.

Defenſionis propriæ iuſtum modum egreſſus, & alterius læſor

non ſtatutâ, ſed mitiori pœnâ plectitur, commune aſſero ex magna doctorum phalange in ordines digeſta ab Anton. Gomez. de delict. c.iij.num. 24.

Defenſioni ſui nec in proprij ſtatus cauſis, nec in criminalibus quis poteſt renunciare, commune aio iuxta Hippolit. in l.j.nu.91.& ſequen. C. de rapt. virg. Anto. Gomez. de delict. c.j.nu.66. fusè Dida. à Couarru. de ſponſal. ij. part. c. vlt. §. vlt. nu. 16. & qui rectè declarat Iulius Clarus in practic. & vlt. q. xlix. ver. quæro nunc.

Defenſionem de iure, deque facto pollicitus non tenetur armis defendere, cõmune inquit Cagnol. in l. nõ videtur nu. 6. ff. de reg. iur. delegatus iuri dicundo locum poteſt eligere, vt commune dogma ait Curt. Iun. in rub. nu. 22. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd.

Delegatus ab eo, qui infrà principem ſit, non exequitur ſuam ſententiam, quamuis admonitionis, & excommunicationis ius habeat, commune autumat Felin. in c. ſignificaſti. de offic. deleg. at delegatus à principe, & exequendæ ſententiæ copiam habet, commune iuxta Iaſ. in l. vlti. nu. 5. C. de iudic. poſt Alex. in l. ij. nu. 10. ff. de iuriſ. om. iud. Feli. nu. 1. Dec nu 2. in laudato c. ſignificaſti. Ant. de Tremor. ad Bonacur. in prag. except. in rub. de reſtit. nu. 4.

Delegatus à principe ſubdelegat ( vt interpretum ore loquar) illa etiam, quæ meri imperij ſunt, commune iuxta Felinum nu. 82. Alci. nu. 81. in c. quod ſedem. de offic. ordinar. Excipe primò, cum commiſſio verbo præcipimus facta eſt, commune dicit Felin. in c. ſi pro debilitate. de offic. delegat. & in c. eam te. de reſcrip. Curt. Iun. in l. j. nu. 80. ff. de offic. eius, cui mandat. Excipe ſecundo, ſi delegati conſcientia onuſta ſit, commune teſtatur Soci. conſ. xcv. lib. j. Excipe tertio, vt id in criminum cauſis haud procedat, commune inquit Alb. in d. l. j. ff. de offic. eius, cui mand. vbi in contrarium ab interpretibus itum frequentius ſcribit Iaſ. quos conciliat videndus Boer. deciſ. vj.

Delegatus duntaxat à principe ſeu ante, ſeu poſt litis conteſtationem ius perſonalis citationis habet, vt frequenter placitum ſcriptis produnt Iaſ. in l. cui iuriſdictio. nu. 22. Curt. Iun. in l. ij. nu. 18. & num. 39. ff. de iuriſd. om. iud.

Delegatus meri imperij iure conſtitutus ad vltimum ſupplicium rectè progreditur, commune ait Alciat. in c. quod ſedem. num. 83. de offic. ord. ac Villalob. in ſua collecta.

Delegatus ſubdelegandi, ac ſubcenturiandi ius non habet ſi eius induſtria ſit electa. commune fatur Soci. conſ. xcv. lib. j. alioquin conteſtata lite delegatus ab inferiore etiam quàm principe, id ius habet, quà in ciuilibus, quà criminalibus cauſis. vt commune ait Petr. Nun. de execut. mand. regum. c. j. videbis tamen quæ ſuprà, ver. delegatus à principe obſeruantur.

Delegati cognitio lata ſententia terminatur, commune ait Felin. in ca. in literis. de offic. deleg. excipe cum mandati formam non ſeruauit, nam tunc & acta circunducere, & denuo cognitionem ordiri poterit, commune ponunt Felinus in c. qualiter, & quando de accuſ. Rip. in l. quod iuſſit. nu. 66. ff. de re iudic.

Delegati non veri ſententia nulla eſt, licet is, qui delegare potuit, eam ratam habeat, commune effero ex Paul. in l. licet. ff. de iudic. Felin. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. nu. 39. de reſcript. Barb. in clem. id eſt, de ſequeſtr. poſſeſ. Guid. Pap. deciſ. cclxxxvj. nu. 2.

Delegato nec minuendi, nec augendi quadrimeſtris temporis iudicatis conceſſi copia eſt, commune ait Iaſ. in l. qui tribunali. nu. 5. ff. de re iudic.

Delinquẽs, qui iuris Cæſarei, ac pontificij pœnis eſt obnoxius non expeditur pœnis à legibus Cæſarum ſtatutis, quòd accuſatus, ac punitus apud iudices eccleſiaſticos in iis atrocioribus delictis fuerit, commune infit Antonius Gomez. de delict. c. j. nu. 4. & vide infrà ver. pœna.

Delinquens & in loco delicti, & in loco originis pœnas dare cogitur, quas eius loci ſtatuta infligunt, vbi delictum perpetratũ eſt, commune ait Alci. in c. pernicioſã. nu. 67. de offi. ordi. & qui copioſè hac de materia agit Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxxv. ver. tertius eſt caſus.

Delinquẽs alibi agens, ad delicti locum tunc omnino remitti nequit, cum vterque locus, & in quo agit, & ad quem remitti poſtulatur, in eiuſdem principis ditione non eſt, vt communem praxim latè teſtantur Didac. Couarru. in pract. quæſt. xj. nu. 11. Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſtio. xxxviij. ver. ſed certè. & ver. hoc tamen, quem ſemper in materia conſule, ac Viuium, qui praxis rerum magiſtræ, ac gubernatricis non admodum memor, doctorum commenta tractat. lib. j. opi. clxxxvij.

Delicta, quæ grauia dicantur, iudicis arbitrio præciditur, commune inquit Alc. in c. cum non ab homine. num. 28. de iudic. & multum laudatus, ac multum laudandus Iul. Clar. qui varias hac in re communes ſententias memorat in prac. §. j. verſ. ſunt etiam delictorum.

Denunciatio extraiudicialis emptori ante alienationem facta, ne rem emat non pertinentem ad eius venditorẽ conſtituit emptorem in mala fide: ſecus ſi poſt tranſactam alienationem, & traditam poſſeſſionem fiat. quippe quia tunc nihil nocet commune aio ex Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem. num. 12. ff. de noui oper. nunciatio. Felin. in c. ij. nu. 5. de præſcript. Matth. de Afflict. deciſ. cclxix. ac Balb. in l. Celſus iij. par. nu. 13. ff. de vſucap.

Denunciatores publicitus conſtituti, & omnia, crimina etiam quæ pœnas non merentur, denunciare tenentur, & fidem plenam, atque exactam in grauibus non faciunt, commune ponit horum materiam cum receptis ſententiis diligenter proſequutus Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. vj.

Deportationis pœna, & vſu antiquata eſt, & vel bannum perpetuum, vel mors eius loco ſucceſſit, vt cum multis receptum oſtendit Iul. Cla. in pract. §. vlt. q. lxvij. ver. deportatio.

Deportatus durante deportatione eligere poteſt, commune ait Emanu. à Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ij. par. nu. 14. ff. de lib. & poſth. & ſi illius inſtitutio pro non ſcripta habeatur, vt commune ait idem Coſta eodem in loco, pagin. xliij. nu. 14. & magis commune teſtatur Alex. conſ. xxj. in prin. lib. j.

Deportato hærede intra deliberandi annum, non ad legitimos illius, aut teſtatoris hæredes, ſed ad fiſcum redit hæreditas, commune iuxta Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis plane. nu. penul. & vlt. ff. de acquirenda hæred. Eman. à Coſta in d. §. & quid ſi tantum. pag. lxxvij. nume. 178.

Depoſitum pecuniæ numeratæ cenſeri debet iuxta mutui regulas, tametſi magis depoſitum, quàm mutuum ſit, communia pronuntiat Eman. à Coſta in l. ſi ex cautione. limitat. ij. nu. 4. C. de non numera. pecu. non tamen admittet exceptionem, non numeratæ pecuniæ, vt commune ponit & idem Coſta, & eodem in loco.

Depoſitum accipientis gratia duntaxat celebratum ſic eius periculo eſt, vt de leuiſſima culpa teneatur, non verò vt & caſus fortuitos iſte præſtet, quemadmodum, commune interpretum dogma conſtituere auſim iuxta Iaſ. nu. 25. Purpu. nu. 20. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Purpur. rurſus à nu. 17. in l. rogaſti. ff. illo eodem tit. Panor. in c. ij. nu. 3. de depoſ. & ſi Accur. aliter cenſuerit in d. l. cum quid. in ver. periculo. atque eum inibi ſequantur Aret. in fi. Deci. Alc. à num. 14 Zat. lib. j. ſingul. intellect. c. nu. 23. à quibus ſum.

Depoſiti ſuſceptor, qui ſe illi obtulit, leuiſſimam culpam præſtat, commune ait Barba. in c. bona fides. de poſ. at qui ob illud ſeruãdum mercedula aliqua fruitur, leuis culpę nomine tenebitur, vt commune idem refert in eod. c. bona fides. nu. 3. alij autem depoſiti cuſtodes aliàs de dolo, vel lata culpa modò tenebuntur, vt ſunt iura, & aſſerit receptum Viuius lib. j. opin. 70.

Deſcẽdentes in aui vita, nec nati, nec concepti, quamuis auo non ſuccedant quo ad hæreditatem, ſuccedent tamen quo ad dignitatem, & honores. commune dicit Ant. Gomez. de teſta. c. j. nu. 11. ver. limita. ij. & ex parentum perſona iure tranſmiſſionis à ſuitate ( vt doctorum verba vſurpem) à ſanguine, à iure deliberandi etiam quo ad hæreditatem ſuccedent. commune infit idem Ant. Gomez. eod. num. 11. & c. ix. num. 44.

Deſcẽdentibus alicuius per lineam maſculinam conceſſa non conceduntur eiuſdem filiabus, quoniam ramis (vt doctorum ore in colligendis doctorum opinionibus loquar ) fœmineæ lineæ excluſis, & caput ipſum excluditur, commune ponunt Io. Crot. num. 10. Loazes. nu. 67. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. lib. j. Pari. conſ. xx. nu. 44. lib. iij. latè doctor meus Arius Pine. in l. iij. nu. 29. C. de bon. mater. at quæ ſimpliciter priuilegia alicuius deſcendentibus elargiuntur, ſi in reip. perniciem non vergant, & per lineã fœmineam deſcendentibus tributa. atque indulta cenſebantur, commune ponit idem Arius Pinel. diligenter, & copioſè in eandem. l. iij. nu. 32.

Deſcendentibus etiam fœminis conceſſa priuilegia, ſi reipub. gratuita ſint, nuptis fœminis non tribuentur, commune ait Soc. Nep. cõſ. xl. nu. 16. Sed cõtrariam ſententiam magis communem fantur Deci. conſ. ccxxiij. Cagnol. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſ. om. iud. Verum enimuerò vt hanc poſteriorem veriorem, ita doctorum numero inferiorem recenſet accuratè, ac prolixè Arius Pinel. in l. ij. nu. 34. C. de bonis matern.

Dies tacita & ſi actionem naſci impediat, tamen obligationis natales non remoratur, commune aſſeuerant Alexan. in l. interdum nu. 3. ff. de verborum obligat. ac Dec. & Cagnol. quos refert Viuius lib. j. opinion. xiij.

Diem ſub certam ſi qui ſunt cõcepti contractus, aut legata relicta, eorum omnium ſtatim & obligatio, & actio cedit, quamuis competat exceptio. vt commune ait Ant. Gomez. de teſtam. c. vlt. nu. 57. ver. aliquando, & ij.

Difficultas ſuperueniens excuſat à pœna, vt eſt Bart. ſumma communiter recepta ad l. vltim. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iact. tradit idem Bartol. in l. quod te mihi, num. 14. ff. ſi certum petatur. receptus frequenter, conſtat illic ex Alex. nu. 9. & Dec. in l. impoſſibilium. nu. 4. ff. de reg. iur. & conſ. cccxiiij. nu. xiiij. 2. Amplia licet debeatur quantitas, vt in d. l. quod te mihi. aſſeuerant Salicer. Ful. Roman. Curt. Iun. Dec. nu. vlt. Purpur. nu. 64. & qui commune dogma atteſtatur Sabolet. numero 23. quamuis contrarium illic cenſuerit Barto. nume. 14. quem ibi Iaſ. nu. 32. & in l. vinum. nu. 16. ff. eo. tit. aſſeruit communiter receptum.

receptum.Limitabis tamen,cùm iam contractus tempore inerat difficultas,quia tunc non excuſabit.vt eſt recepta Barto.opinio in l.alia. §.eleganter.in fin.ff.ſolut.matr.à qua ſunt Iaſ.in l.Titia,num.13.ff.de verb.ob.Pariſ.conſ.lxxvi.nu.15.lib.iij.Bellon.lib.iij.ſuppurat.c.xiij.

Dignitati relicta,velut præſuli, aut eccleſiæ rectori,tum demum ad ſucceſſorem tranſeunt,cùm ab extraneo relinquuntur, commune fatur Imo.in c.requiſiſti.de teſta.

Dilatio,quæ confeſſis, vel condemnatis indulgeatur, vide ſuprà in vtrorumque ver.

Dilatio à iudice indulta ab eodem & contrahi,& mutari, & reuocari poteſt,commune inquit Beluiſ.deciſ.ccxxxiij.

Dilatio, quæ ab alterutro reorum impetratur, alteri quoque ita prodeſt,vt in illius præiudicium renuntiari nequeat, commune inquiunt Iaſ.in l.j.num.51.ff.de adopt.& qui multa hinc inde adducũt Tiraquell.de vtroque retract.§.xxxvj.nu.27.Ant.Grauat.ad Veſtrium lib.v.c.iiij.nu.6.

Dilatio,quæ à lege præſcribitur ſiue opera iudicis interueniente, ſeu ſecus,ſi lex aliud expreſſim nõ caueat, nec amplificari,nec in anguſtias redigi à iudice poterit, commune dicit Iaſ.in l.pro tribunali. nu.22.ff.de re iudic.

Diœceſis appellatio in larga materia ciuitatem comprehendit, in ſtricta non eò vſque profertur, commune ait Alci. in c.pernicioſam, nu.3.de offic.ordin.

Diſpenſatio (vt doctorum principibus blandientium commenta loquar) ad fratrum,& ſororum matrimonium,vel vt neptis patruo, aut auunculo nubat, nulla ab vllo indulgeri poteſt, commune dicit Porc.in §.vlt.nu.14.Inſt.de gradib.

Diſpenſatio Pontificis crimen remittentis,& inquiſitionem,& accuſationem tollit.commune loquitur Dec.conſ.cxxxvj.quamuis aliud verius,æquiúſque ſit,vt alibi demonſtratur.

Diſpenſatio Pontificis ſine cauſa, etiam ſi tantùm ſit contra ius ab hominibus commentum,tuta animo non eſt,commune teſtatur Didac.à Couarru.de ſponſal.ij.part. c.vj.§.viij.num.9.at contra iūs diuinum,vel canones,ſeu lege diuina,ſeu naturali ratione innitentes ſine cauſa expreſſa non valet, commune ait Rip.in c.ij.nu.19.de reſtitu. ſpol.quin nec cum cauſa temerè admittendam alibi latè, & diligenter oſtendo.

Diſpenſatio principis quin & abſque cauſa valeat, nemo dubitat: ſi eam tamen princeps alij committat,cauſa deſiderabitur, commune infit Curtius Iunior conſ.lxxv.

Diſpenſatio tunc ex Pontificis diſſimulatione gignitur, cùm ipſe ſe diſſimulare dicit, non verò cùm tantùm conniuet. commune enuntiant Feli.in cap.j.de treug.& pac.Did.à Couarru.de ſponſ.ij.parte cap. vj. §.x. numero 15. tametſi alij alibi non de nihilo in diuerſa omnia abeant.

Diſpenſationi filij à principe impetrandæ neceſſaria eſt illorum citatio, ad quos inde damnum aliquod redundare poteſt, commune inquit accuratè Did.à Couarru.de ſponſ.ij.part.c. viij.§.viij. num. 15. ver.quartò infero.

Diſponendi verbum in re dubia ad vltimas voluntates referri debet,commune aiunt Pariſ.conſ.xxxiij.lib.j.Viuius li.j. opinio. ccccxlij.

Diſtributionis quodlibet verbum adſcribit actum cuilibet inſolidum,vt commune inquit Bellon.conſ.xx.nu.2.

Diſtributionis, quam al cuius ſummæ inter pauperes fieri teſtator iniunxit hæredi, tempus, ac locus hæredis ipſius voluntate non metitur.vide infrà ver.hæres,& ver.pauperes.

Diuiſio prohiberi à teſtatore nequit. commune dicit Curt. Iun. conſi.cxij.nu.1,quod intellige,vt ſimpliciter facta ea prohibitio procedere non poſſit:nam ad certum vſque tempus,vel ad alicuius perſonæ vitam, prohiberi, atque interdici poterit. commune affirmant Grat.conſ.lxvj.nu.24.lib.ij.Iul.Clar.de teſt,q.lxvij.verſic.quæro,an teſtator.

Diuiſio inter fratres, ſi ius ciuile ſpectetur,ſorte abſolui debet,vt commune ponunt Spelucanus in practi.artis notariæ in form.inſtrument.duorum fratr.fol.par.cclxxxiij. copioſè Iaſ.in l.j.nu.39.ff.ſi certum peta.& in l.ſi duobus.nu.7. C.communia de legat.Rip.in l.j.nu. 70.ff.ſi cert.patat.At ſi ad Pontificum æquitatem re vertas,maior diuidet,minor eliget.vt commune videtur ex Vbald.& iis,quos refert in tract.de duob.frat part.xj.q.xij.nu.13. Afflict.de iur. prothomiſ.in prin.num.45.

Diuiſio facta inter fratres ex diuturna diuiſim ſeruata poſſeſſione præſumetur,commune effantur Rip.in c.ſæpe.nu.2.in fi.de reſt.ſpol. Iaſ.conſ.cxxvij.lib.j. Boer.deciſ.lviij. Erit autem hac in ſpetie decenij poſſeſſio diuturna.vt commune ſcribit Bertr.conſ.cccxliiij.lib.j.

Diuiſio ſimplex cum clauſula non contrauenienda, non inducit fideicommiſſi renuntiationem, ni aliud de diuidentium mente conſtet.commune dicunt Dec.conſ.ccxliij.nume.2. Curt.Iun.conſi. xlix. num.12.

Diuiſio familiæ, in qua quis vltra dimidium captus eſt obnoxia ſit remedio l.ij.C.de reſcind. vendit.& ſi iuſti pretij explendi electio decipienti non concedatur, commune ait Fulgoſ.in l.maioribus.C. commun.vtriuſque iudic.& qui latè in vtranque partem doctorum ſcripta exhaurit Arius Pinellus ad illam l.ij.par.ij.c.j.a nu.1.



Diuiſio cùm reformari deſideratur, quòd alterutri diuidentium minor portio addicta ſit,non verò quia fieri nequierit, non ea impetrata reformatione diſſuetur diuiſio, ſed iudicis arbitratu reſarcietur læſio.vt commune inquit Gozad.con ſil.xliiij.nu.15.

Diuitiæ,quæ in intentionis fundamentum allegantur, ab allegante probari debent,commune aio ex Rhoderi.Soarez in ll. regni ti de las arras,Tiraquell.de retract.lign.gl.vna. nu 91.Didac.à Couar.lib.ij. reſolutionum c.vj.num. 5.& vide infra ver.qualitas.

Doctor emeritis viginti annorum ſtipendiis dignitatem illuſtris conſequitur,cõmune dicũt Iaſ.in l.quæcunque,nu.12.ff. de offic.eius, cui mandat.Sylu.nupt.lib.v.num.36.& ſequ. antea verò in dignitate cenſetur,commune aiunt Fel.in cap. quanto.num.1,de magiſtr.Guido pap.deciſ.ccclxxxviij.num.9.amicus noſter Nic.Ant.Grauatius ad Veſtrium lib vj.c.vlt.num.12.& qui multa ad illius nobilitatem congeſſit Viuius lib.ij.opin.lxxxvij.Atque ideò torqueri non poterit,vt frequens eſſe doctorum placitum miſerunt in literas Boſſilis in pract. titu.da indit.num.111.Duennas regul.cxc.ampliat.iiij.& Iul. Clar.in pract.§.vlt.quæſt.lxiiij. verſic.quæro.

Doctor,qui publicè ad profitendum conductus eſt,non poteſt ſuas vices per alium ſupplere,vt magis communem opinionem verè arbitratur præclarus quà iuris profeſſor,quà aduocatus.Ioan. Ronchegallus Gioldus in l.nemo eſt.ff.de duob.reis, Quod tamen non proceſſurum intelliges,cùm ſontica aliqua cauſa interceſſerit,vt alibi latè probamus.

Doctorum auctoritas probabilis duntaxat,non & neceſſaria haberi debet, commune dicit Curt.Iun. conſil.cxxxvj.nu.8. & conſil.clx. num.4.& vide inferius ver.opinio.

Dolus præteritus & ſi remitti poſſit, tamen futurus nequit, commune interpretum placitum inquit Anton. Gomez de teſta, cap.vlt. numero penult.

Dolus vbi expreſſim ad pœnam exigitur,non illius vices geret, ac ſufficiet lata culpa commune ait Iaſ. in l. in actionibus. numero 23. ff.de in lit.iur.& copioſè Didac.à Couarru.de ſponſ.ij. part. cap.vj. §. viij.numero 21.

Dolus ſi abfuerit,& ſi lata culpa adfuerit,nunquam corporeis pœnis locus erit,commune inquiunt Cagnol.in l.contractus,num.10.ff. de reg.iur.Hipp.conſil.lxvij.nu.40.& qui latiſſimè id proſequitur Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.lxxxiiij.

Dolus vt cauſam contractui celebrando ſuggerens illum nullius ponderis reddat,is eſſe debet,qui prudentem,& cordatum hominem induceret,commune pronuncio ex Innocent. & ſcribentibus in cap. cum dilectus,extra quod met.cau.Iaſ.in l.interpoſitas. C. de tranſact. & in l.ſi quis cum aliter,num.9.ff.de verb.oblig.& in §.actionum,nu. 6,Inſtit.de action.

Dolus præſumitur vbi inſignis,& (vt fantur interpretes) enormiſſima læſio vertitur,commune dicit Curt.Iun.conſil.cxlj.num.16.huiuſmodi autẽ præſumptus dolus quin remitti poſſit,nihil vetat.commune ait Cagnol.in l.contractus num.101,ff.de reg.iur.

Dolus & ex cauſa minus colorata (vt doctorum verba emolliam) caſſat commune ponit Arius Pinel.in l.ij.c.iij.num.18.ad finem.C.de reſcindend.vendit.

Doli exceptio contra eum qui ex cautione, quam quis ſpe numerandæ pecuniæ conſcripſit, agit,perpetuò intentari poteſt, & ſi non numeratæ pecuniæ exceptio decurſo iam biennio euanuerit,vt commune autumo ex Hoſtienſ.Panorm.num.18.Anchar.num.11.in cap. vlt.de ſolu.And.Sicu.conſil.xv.num.vlt.lib.j.Hipp.ſing.cclxxvij. Florcum Butricar.Salic.Fab.Angel.Aret.atque aliis quos laudat,& mirificè probat Eman.à Coſta,in l.ſi ex cautione.ver.ſed tamen hæ opiniones.C.de non nume.pecun.& ſi aduerſantinm ſententia reipub. litibus diuexatæ vtilis videatur, & *Baſilicon* librorum authoritate inniti poſſit,quam iis verbis Harmenop.lib.ij.tit.ij.illinc promptis teſtatur, ὁμιλίαν ἔχει δικαιολογίαν:ſed hac de re vberius alibi.

Doli pœnam vel fatua credulitas tollit, commune ait Curt Iun. conſi.19,nu.4.& vide ſuprà verſ.credulitas, & ver.cauſa.

Dolo in contractum inſidente læſus non rem precisè,vel alternatim vindicat, ſed ad damnum reſarciendũ duntaxat aget, commune ſcribit Arius Pinel.in l.ij.par.ij.nu.2.& nu.13.cũ duob.ſeq.& ca.iiij.nu.6. in.contra plures eodem cap.nu.11.recenſos.C.de reſcind.vend.

Domicilium habitatione decennali paratur commune ait Pariſ. conſil.vij.nu.20.&ſeq.lib.j.Intellige cum res ambigua eſt,& aliter nõ conſtat habitantem de perpetua habitatione proteſtatum eſſe alias enim ſtatim domicilium quæreretur,vt rectè ponit commune Alc.in l. pupillus.§.incola. ff. de verb.ſignifi. & nos conſulendo alibi oſtendimus.conſeruabitur autem,ac retinebitur domicilij ius ad auũ vſque, non & vlterius.vt commune inquit Boer.deciſ.xiij.num.8.

Domicilij iudex & eum etiam abſentem, qui alibi gentium deliquit, accuſante offenſo puniet,& inquiſitione ſuo ex officio contexta proſequi

poterit.commune latè, ac diligenter aſſeuerat Iul.Clar.in pract.§.vlt. q.xxxix.& vide infra ver.originis.

Dominium,vel communi opinione,vel fama probabitur, vt commune inquit Caſſan.in conſuetud.Burg.rub.j.§.ij.gl.& la prouue.nu, 15.non tamen inde probatur, quod rem ſibi traditam vacante poſſeſſione,ac pretium a ſe numeratum quis oſtendat,niſi & venditorem fuiſſe dominum commoſtret.commune affirmat Turzan. opin.cxvj.

Dominium ſine poſſeſſione quæri nihil vetat.vt commune aio ex Aret.nu.1.Iaſ.nu.8.in rub.ff.de acq.poſſeſſ.Aret.rurſus in l.certi condictio.§.ſi nummos.nu.36.ff.ſi cert.pet.Alex.in l.venditor.nu.9.ff.de acq.poſſ. Iaſ.& Dec.in l.traditionibus ad fi.C.de pact.Ant.Gomez.de contract.c.vlt.nu.29.

Dominium quibus caſibus ſine traditione transfertur,non ſolùm vtile, ſed & rectum transferri intelligitur. commune autumo ex Aret.quamuis vario in leg.j.ff.de leg.lib.j.Iaſ.& in l.vltima.nu.26.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.& in leg.j.C.commun.de leg.Gomez.in §.ſic itaque.nu.26.Inſt.tit.de action.

Dominium & ſi nuda traditione non transferatur,transferetur tamen,cum vel inutilis contractus præceſsit.vt eſt gl. opin.in l.contractum.in ver.vel id.C.de fide inſtru.recepta iuxta Salic.illic nu.11.Neguſ.de pignor.iiij.part.nu.39.& ſi non immeritò alicui aqua hærere illhic poſsit ex l.ſi ego.ff.ſi certum pet.atque ex iis, quæ ad illam illic tradunt Ang.Rom.Iaſ.& Alc.in prin.

Dominium & in corporeis cenſetur. commune elicio ex Alex. nu.4.& nu.6.Soci.num.1.Rip.nu.26.Bereng.c.ij.nu.12.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſ.Roderic.Soarez.in maioratus q.clxxxix.

Dominium non transfertur à ſimplici traditione, ſi nec reapſe,nec ſpe titulus,aut cauſa ſubſit.commune dicit Ant.Gomez in l.xlv.Tauri.num.30.quod & ij aſſerunt, quos ſupra retuli,verb.dominium & ſi nuda.

Dominium rei legatæ à morte teſtatoris ficte, ab hæreditatis aditione verè ad eum, cui res legatur, commeat.commune ait Ant.Nicell.in concord.gl.xcij.

Dominium & per ſententiam transfertur. commune ait Iaſ.in l.ex hoc iure.nu.45.ff.de iuſt.& iur.

Dominium vtile quà à iure prætorio,quà à ciuili manat,non verò & à natura proficiſcitur. commune ponit Iaſ.in leg. ex hoc iure.nu. 40.de iuſt.& iur.

Dominij tranſlatio contra venditionis naturam eſt. vt commune dicunt Alex num.3.Iaſ.nu.1.in l.vlt.ff.de condict. ſine cauſa.Soc.in l.certi condictio.nu.22.ff.ſi cert.pet. quod tamen per quam ridiculum eſſe obſeruat meritò,cum multis,Arius Pinel.in rubr.ij.par.c.iij.num. 15.de reſcind.vendit.vbi etiam nu.16.multos ſubſannat, qui ſaltem de venditionis natura illud non eſſe receptum ſcripſerunt.

Dominij probatio ab eo exigi haud debet,qui vel cum venditore vel cum illius hærede agit.commune ponit Matthæus de Afflict.decis. xl.

Dominia iuregentium primo diſtincta non fuerunt commune fantur Galeaul.in rub.nu.168.ff.de verbo. obligation.Iaſ.in l.j. num. 43.ff.de acq.poſ. Arius Pinel.in rub.par.j. num.11.C.de reſc.vend.

Dominia etiam iure ciuili, atque etiam principum conſtitutionibus quæſita princeps, vel ex plena poteſtate nequit auferre,vt commune ponit inſignis Pinel.in rub.par.j.c.ij.nu.9.C.de reſcindend.vendit. ea tamen vel ex iuris gentium contractu parta auferre poterit, ſi publica vtilitas ita exigat, vel iuſta cauſa ſubſit.vt frequentius placitum ait Alex.conſ.cclxj.nu. 10.lib.ij.quem alicubi retulit Turzan.ac poſt eum latè Viuius lib.j.opin.ccxlii.

Dominus etiam abſque cauſa intra modum ſeruos verberare impune poteſt. commune enuntiat Porc.in §.ſed hoc tempore. num.9 inſti.de iis,qui ſunt ſui vel alieni iur.

Dominus nequit cogere in ipſius iuriſdictione poſitos ad ſuum fornacem,piſtrinumue, ſeu molendinum venire illis vſuros nec ſi id ſtatuto caueat,quidpiam efficiet.commune effert Did.à Couarr.in c. poſſeſſor.§.iiij.nu.7.de reg.iur.lib.vj.ac Villalob.in ſua collecta.

Dominum qui ſe ſimpliciter affirmat,ſi ſibi vtile dominium competere probet,non ſuccumbet.commune aio ex Iaſ.in §.ſed iſtæ quidem.nu.141.inſtit.de acti.& in l.ſi domus.§.ſi fundus.nu. 9.ff.de leg. lib.j.& in leg.ſed & ſi poſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiuran.Felin. & in c.cæterum de iudic.& in rubr.nume. 7.de præſcrip.quod etiam proceſſurum arbitror,& ſi rei dominū dicat. quippe cum nullo modo alias dominium aut proferri,aut intelligi ſoleat.tametſi in contrarium doctores crebrius iuerint ſecundum Alexand.Bologn.num.11. Alc.num.9.Horman.num.19.Rip.nu.27.Claud.Marner.num. 46.in l.naturaliter.§.nihil.commune.ff.de acq.poſſeſ.ſed ea de re copioſius, & accuratius ſuo in loco.

Domina,maſſaria,& vſufructuaria relicta à viro vxor filiis inſtitutis hæredibus nihil aliud conſequetur,quàm honorificè, alimenta ſibi pro dignitate conuenientia.vt confirmant Soc.Iun conſ. xciiij.nu. 2.& conſ.xcvj.lib. j.Dec.conſ.liiij.nu.1.poterit autem iſthæc alimenta ſumere ſua propria ſponte,atque authoritate.vt commune cum cæt. pluribus ponit Viuius lib. j. opinio.ccccxlvj. vbi idem proceſſurum ponit frequēter placitum cum vel dominus Maſſarius,& vſufructuarius vir ab vxore relinquitur liberis ſuis heredibus creatis. ſed ſi filij præmoriatur vxor integrum vſumfructum, excluſo etiam ſubſtituto, nanciſcetur.vt magis comune aſſeuerat Soc.d. conſ. xciij.nu. 3.lib.ij. quem tamen non adipiſcetur ſi alter ex liberis præmoriatur,atque alterius matrimonij ſuperſtites ſint,vt cōmune ponit Viuius vbi s. in fi.

Domus ſi vendatur, & hortus venditioni eius accedet, ad quem per illam aditus patet.aliter autem neutiquam. commune dicit Iaſ. in l.beneficium.n.14.ff.de conſtitut.prin. Villalob. in ſua collect.ſed ipſe contrahentium mentem, verba, ac reliquas rei præſentis coniecturas inſpiciendas arbitror.

Domum inſultantis pœnas luit,qui inſultum ad porticum domus fecit,receptum atteſtatur Iul.Clar.alia ad hanc rem appoſita commemorans in pract.§.vlt.q.lxxxij.ſtatut.x.

Domo ex ſua quando quis ob pecuniæ debitum extrahi poſſit, vide ſuprà ver.carceri.

Donatio pacto nudo effecta non ex ſe, ſed ex conſtitutione l.ſi quis argentum. C.de donat. conditionem gignit. commune teſtificatur Porc.in §.aliæ.nu.4.inſtit.de donat.Viuius lib.j.opin.14.

Donatio verbis de futuro concepta,dabo,vel donabo,vel promitto me donaturum aut dare, parit actionem. commune aiunt Rip.de dona.& Grat.reuocat.c.xij.n.2.Gomez.in §.in perſona. n.39.Inſtit.de actio.latè inſignis iuris & doctor, & patronus Arius Pinelus in l.ij. pa. ij.capi.iij.nu.30.C.de reſcinden.vendit.nec audiendus eſt Alciat. contrariam ſententiam comunem proponens in l.ſi pacto, quo pœnam.C.de pact.nec Emanu. Coſta, qui me magis moratur, in l.ſi ex cautione.C.de non nu.pec.

Donatio præſumpta,cum quis,verbi gratia, ſcienter ſine cauſa promittit,etiam iam hodie actionem pariet.vt magis commune affirmat Viuius lib.j.opinio xiij.verſ.tertiò ampliatur.ſed neſcio certè quo ductus genio id protulerit,cum contrarium ſit longè receptius, vt conſtat ex Bart.Bal.Paul.Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§. ſed cum nulla.ff. de pact. & id latiſſimè teſtantur Tiraquell.in l.ſi vnquam. ver.donatione largitus.nu.128.C.de reuocan.donat.Ant.Gomez.de contract. c.xj.nu. 5. ver.item adde. vbi citat. Alex.in l.ſi aliquam rem.ff.de acq. poſ.Iaſ.in dict.l.iuriſgentium.§.quinimo.numero 12. magis commune affirmantes.

Donatio vt per nuntium facta valeat, neceſſe eſt eligatur eam in rem ſpecialiter nuntius.commune aiunt Cor.conſ.ccliiij.lib.iij. Hipp. in l.ſi quis ne quæſtio.num.69.ff.de q.Guid.Pap.deciſ.cexxij.n.2.alioquin diceretur pollicitatio,vt infrà,ver.pollicitatio.

Donatio abſenti facta vſque adeò nulla eſt, vt nihil ei,in quem collata eſt, proſit nanciſci poſtea rei donatæ poſſeſſionem. vt commune ait Capic.deciſ.clxxx.n.9. Quod procedet,& ſi donatio in eccleſiam, aut piam aliquam cauſam conferatur, cuius nomine nemo præſens illam accipiat.commune inquiunt Ruin.conſil.xii.nu.10.& conſilio xxxvij.n.14.lib.iiij.Iul.Clar.de donat.q.xij.in fi.Sed certè hæc ampliatio,& falſa iure,& minus recepta eſt, cum ea in ſpecie pollicitatio ſit, quæ cauſis piis actionem largitur,vt infrà ver. pollicitatio.

Donatio abſentis nomine à notario ſtipulata, ius ei in quem confertur,non tribuit,niſi poſt eiuſdem ab eodem acceptionem. qua de cauſa poterit illam donator reuocare ante huiuſmodi acceptionem. vt commune aiunt Alciat.in c.cum contingat.n.22.de iureiuran. Cagno.in l.quo tutela.§.nec paciſcendo.in fin.ff.de reg.iur. Tiraquel.de conſtit.xxx.limit.nu.9.Alba.conſ.xxxvj.n.1.& plures,quos allegat vir doctiſſimus Ioann.Cepha.conſ.xiij.nu. 2.& ſi verius contrarium ſit, quod magis commune aſſerunt Gozad.conſil. lxxxvij.ad finem.Iul. Clar.eleganter, & copioſè,de donation.q.xliij.verſ.primo ergo caſu. cum ſeq. Viuius lib.j.opin.lxxvij.& qui latè, atque eleganter ita conſuluit Ioan.Cephal.d.conſ.xxxiij.nu.5.cum ſeq.ſi tamen non ſolū antea reuocauerit, ſed & in alium rem ipſam donatā cum effectu contulerit,minor dubitatio eſſe debebit,vt reuocata iure cēſeatur. atque ita frequenter placitum aſſerit Cagn.in l.vlt.nu.72. C.de pact.& ſi & in hac etiam ſpecie contrarium verè aſſerant verum, & magis receptum Soc.Iun.conſ.cxviij.n.16.lib.ij.& conſ.cxxj.n.8.lib.iij.Did.à Couarru.in rub.par.iij.nu.1.de teſta.Iul. Clar.vbi ſuprà,ver.Contrariam tamen ſententiam,vbi diſert. loquitur,ac Io.Cephal.d.conſ.nu.7.At ſi is cui donatum eſt, ante acceptionem donationis mortem obeat, eam amplius non poterunt agnoſcere illius hæredes.vt æquiùs certè videtur,& commune atteſtatur Alci.in l.ij.§.ex his.nu.2.ff.de verbor. oblig.quamuis ſi quis hac rem ad viuum reſecarit,proculdubio probaturus ſit,contrariam ſententiam Iulij Clari vbi s.ver.tertius caſus.

Donatio conſenſum,& vires ſumit à tacita illius præſentia,cui fit. commune inquiunt Cagn.in l.ſemper qui non prohibet. nu. 5.ff.de reg.iur.Vigl.in prin.n.11.& 12.inſtit. quib.non eſt permiſ. Did. à Couarru.in rub.par.iij.n.13.de teſtam.

Donatio & olim & hodie cōtractus nominatus fuit,atque eſt,commune affirmāt Iaſ.in l.iuris gentium in prin.n.8.ff.de.pact.Gomez.in

§.in

§.in perſonam.nu.40. Inſtit.de action.atque ideò ſemel perfecta pœnitentiæ locum non relinquit.vt commune aſſeuerant Imo.in c. vlti. nu.25.de donat.Iul.Clar.de donat.q.j.Viuius lib.j.opin.lxxxiiij.

Donatio poſtquam res promiſſa eſt,perfecta dicitur vt donator ad tradendum obligetur,iuxta gl.receptã in l.v t.§.Lucius, ff.de donatio. & vt nec reuocari queat,nec quidquam ex ea immutari poſſit, iuxta textum,& gl.ibi in prima opinione receptam in l.pefecta. C. de donation.quæ ſub mod.& atteſtantur ij,quos ver.ſuprà proximo retuli.at non dicetur ita perfecta,quouſque res donata tradatur, vt interim nequeat res illa alteri oblig.vt commune dogma eſſe aſſeuero ex Bart.nu.9.Plat.Rebuf.& aliis in l.j.C.de iure fiſci.lib.10.Corſet.in nota.ver.dona.iij.Dec.conſ.cclj.nu.3.in fin.& conſi.dcxlv.

Donatio aureos quingentos ſupergreſſa vſque adeò inſinuatione eget,vt illius legibus non ſoluatur.ſi tot fieri donationes in inſtrumẽto dicatur,quot ſummę quingentorum,aut quadringentorum aureorum ſunt.commune fantur Tho.Ferret.caut.xxxiij.Ant.Gomez.de cõtract.c.iiij.nu.6.Iul.Clar.de donat.q.xvij.ad finem.nec ſi inſinuationi expreſſim renunciatur.commune efferunt Ant.Gomez.d.c.iiij. nu.7. in fine. nec ſi iuſiurandum illam confirmet. vt frequenter placitum aſſeuerant Barb.conſi.lxvj.in fin. Calcan.conſil.xix.in fin. probat latè Ferret.d.caut.xxxiij.Sed probabilius contrariam ſententiam magis receptam effantur Alc.in c.cum contingat.nu.170.de iureiuran. Iul. Clar.de donatio.q.18.Viuius lib.j.opin.lxxviij.ver.limitatur.iiij.latiſſimè Ioan.Cephal.conſ.lxj. nu. 18. quæ tamen ſententia tunc admittetur,cùm & inſinuationi expreſſim renunciatum eſt.aliàs.ſecus.vt docuit Bal.in l.illud.q.v.C.de ſacroſanct.eccleſ.ſequuntur Caſtrenſ.in l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.Roma.in l.Modeſtinus ff.de donatio.Cardin.in c.cum contingat.de iureiurand.Ant.de Can.de inſinuat.part.ij. quæſt.xxx.& qui receptum aſſerit Corn.conſi.lxix lib.ij.atque eo forſan modo non incommodè hæc,atque illa communis in concordiá reducentur.Intellige autem,atque obſerua ſummam illam priſcam quingentorum aureorum reduci ad noſtratium ſcutorum ſeptingentorum ſummam.vt commune aiunt Bellon.conſilio quartò numero 14. Duennas quiproliꝫ ius interpretatur,reg.ccxxiij.limitat.xix. in fi.Iul.Clar.de donatio.q.xv.Intellige rurſus nec in hac ſeptingentorum ſcutorum ſumma donationem inſinuatione egere ſi fiat ſacro, pioue alicui loco.vt commune aſſerunt Fel.in c.eccleſiá.nu.57. de cõſtitutio Iaſ.conſi.clxix.lib.iiij.Iul.Clar.vbi ſupra q.xvij.Viuius qui multos contrarium aſſerentes laudat.d.opin.lxxviij.Nec item inſinuatione opus habuit,ſi alternis fiat,vel hinc inde mutua ſit.vt cõmune pronunciant Curt.Iun.conſi.lxxxj.nu.8.Viuius vbi ſupra ver. fallit ij.vel ſi iureiurando ſit vallata atque illi expreſſim renuncietur,vt ſupra poſui.vel ſi denique deducto vectigali ſola ſeptingentorum ſcutorũ ſumma reſtet.vt frequeter placitum teſtificatur Viuius d.opi.ver.fallit tertio.Ant.Gomez.de teſtam.c.xij.nu.25.ver.ſecundo infertur.

Donatio generalis non comprehendit rem donatori debitam ex fideicommiſſo. vt commune ait Boer. deciſi. xxxiij. Villalob. in ſua collect.

Donatio omnium bonorum mobilium,& immobilium præſentiũ, ac futurorũ valet,ac firma omnino eſt,quia ſcilicet actiones,& iura nõ contineantur.vt complures allegans receptum aſſerit Tiraquel.de retract.lign.§.j.gl.vij.nu.9.ad finem.Sed & donatio omnium bonorum ſimpliciter facta valebit,ac rata prorſus erit.commune ait Iaſ.conſi.v. lib.iij.Quod ob eandem rationem procedet,etiam ſi poſt mortem cõferatur.vt commune teſtantur Alex.in l.vlt.C.de pact.Turzan.opinione lxxxiij.At donatio omnium bonorum cùm præſentium,tum futurorum nullius vis,ac momenti radicitus eſt. commune fantur Panor. conſi.xlviij.lib.ij.Bald.nu.19.Curt.Iun.nu.61. Purpur.nu.247.in l.vlt. C.de pactis Guido.Papæ.conſi.ccxiiij.nu.5.Io.Dilect.de art.teſtan.tit. x.caut.ij.Iul.Clar.de dona.q.xvj.Viuius lib.j.opin. lxxiij. adde relatos à Ioã.Ceph.cõſ.xliiij.nu.24.Nec iureiurãdo cõfirmabitur receptũ teſtãtur Cur.Iun.conſi.xxv.nu.6.copios. Iul.Clar.vbi ſupra q.xx. Valebit tamen in pium,ſacrumuę locũ aliquem collata.vt cõmune pronũciãt Dec.nu.8.& nu.27.Berous num.81.in ca.in præſentia.de probatio.idẽ Dec.in l.vl.nu.31.C.de pact.Anto.Gomez.in l.lxix.Tauri.nu.7. latius Iul.Clar.d.quæſt.xx.ver.vlterius quæro.Donantem tamen pius ille,ſacerue locus neceſſario alet.receptum aiunt Dec.conſ.ccclxxxiij.nu. 5.Viuius d.opin.lxxiiij.Valebit item iſthæc omnium bonorum tũ præſentium tum futurorũ donatio,ſi ſibi donator fructus retinuerit, aut rem aliquam ſeruauerit,de qua teſtari queat.commũ affirmant Boer. deciſi.cciiij.nu.25.Iul.Clar.ac Viuius vbi ſupra,Quod tamen intelliges non ſuffecturum,ſi ea fructuum, vel cuiuſpiam alterius rei reſeruatio ad viam vitam expreſſim fiat: nam & ea in ſpecie donatio penitus corruet. commu. affirmant Dida.à Couarru. libro iij. reſolut.c.xij.num.3.Iul.Clar.d.q.xix.ver.ſed pone quod donator.adde multos idem aſſerentes,quos laudat Ioann.Cepha.conſi.xxxiij.num. 15.Valebit tertiò huiuſcemodi donatio cùm precarium interuenerit, vt cõmune ponunt Tiraquel.de conſtit.par.ij.ampliat.xxx.Viuius vbi ſuprà.Valebit quartò,ſi huiuſmodi effuſa donatio ſtipulationis formulis muniatur vt commune produnt Clarus ac Viuius vbi ſupra,& ſi ea tamen opinio cùm iuri,tum bono,atque æquo aduerſa ſit,vt alibi vberiùs diſſero.

Donatio verbis generalibus,& aſſentatoriis concepta, nempe non ſolùm eam rem,quam petis,ſed & meas res omnes alias,ac quidquid tibi videbitur:promitto,donatorem non obligat.cõmune aiunt Exea. de pact.par.j.nu.171.Viuius lib.ij.opin.ccxlij.& ſi facile contrarium iure poſſit probari.

Donatio,quæ à traditione initium ducit,non patit euictionis obligationem.commune enunciat Curt.Iun.conſi.clxxviij.nu.27. Amplia & ſi ficta ſit traditio per conſtitut.clauſulam.commune aſſeuerat Tiraque.de conſtitut.ij.par.nu.6.Secus autem erit ſi à promiſſione contexatur.communia ponunt Anton.Gomez.de contract.c.ij.nu.35.Viuius lib.j.opin.lxxx.& ſi de iure verius ſit nũquã euictioni locum fore.qua de re alibi latiùs,& commodiùs.

Donatio in legatos,aut oratores collata non principis ſed ipſorummet contemplatione cenſetur facta.vt cõmune dicit Alciat.reg.j.præſumpt.xviij.nu.12.Villa.in ſua collect.

Donatio in clerici,militis,vel aduocati cõcubinã,ab iis collata,qui cũ illis rem habent,nullius eſt ponderis,ac momenti, quamuis expreſſa meritorum nuncupatio ſubdatur ſi merita ipſa non probentur.receptũ inquit Io.Cora.in l.frater à fratre.§.quæritur.nu.55.ff.de cõd.inde.

Donatio à patre in filium nondum ſuo mancipio,ac poteſtati exemptum delata,nihil omnino regulariter valet cõmune teſtificantur. Io. Crot.in l.frater à fratre.ff.de condict.indebit.Iul.Clar.de donat.q.viij. & Viuius lib.j.opin.lxxiiij.Producit tamen ſupernaturalem obligationem,vt commune effatur Io.Cora.in l.frater à fratre.§.quæſitum nu. 46.Ac ſi traditio præceſſerit,patris morte confirmabitur,viréſque ſummas nanciſcetur.commune fatur Iaſ.in d.l.frater.nu. 45. Valebit autẽ ſtatim,ac firma prorſus erit,ſi iureiurando munietur,receptum pangunt Rip.in l.ſi vnquam.nu.35.C.de reuocã.donatio.Alciat.conſi.xlv. nu.2.Pariſ.conſi.lxix.nu.128.lib.iij.latiſſimè Iul.Clar.vbi ſupra quæſt. viij.verſ ſed quæro.Viuius d.opinion.lxxiiij.Valebit ſecundò ſi fiat ob merita,vt commune affirmant Deci.in l.ſi.g.ſi donatione.nume. 10. C. de collat.Rimina.conſil.ccxl nu.3.Ioan.Cephal.conſil.lxj.numer. 13. Clar. vbi ſupra verſic. hec tamen concluſio. Viui. laudata opini. verſicu. ſecundò fallit: & qui cum multis præferendus multis contrarium meritò aſſerit Arius Pinel.in l.j.part.iiij.nu.62.ver.infertur vndecimo.C.de bon.mat.quin & in dubio ſi nulla donationi cauſa adiiciatur,& filius antea de patre præclarè meritus fuerit, valebit donatio,& ob merita cenſebitur facta.vt commune aſſeuerant Crot.in d.l. frater à fratre.nu.79.Viuius vbi ſupra,ver Ampliatur di alimitatio.& ſi minus hæc communis opin.quam illa:vt dixi,iure ſubſiſtat,præſertim ſi qua expreſſim ſanguinis mentio fiat iuxta præcitatos.opus tamen ſemper erit,vt benemerita probet filius,nec enim aſſertioni patris etiam ſpeciali de illis fides habebitur.commune teſtificantur Ruinus in conſi.xcvj nu.2.lib.v.Cotta in memorab.ver.donatio inter patrem & filium.Iul.Clar.vbi ſupra ver.hinc infertur.Viuius dicto loco ver.& in hoc non ſtandum eſſet.Quin & poſtquam merita filius probauerit,eatenus duntaxat donatio valebit, quatenus ipſa merebũtur. commune ait Dec.in l.petens nu.17.C.de pact.idque prudentis iudicis arbitriũ metietur.vt receptũ enũciat Iaſ.cõſi.cliij.nu.5.lib.ij.Clarus,ac Viuius vbi ſupra Conferetur tamen poſt patris mortem huiuſmodi donatio.atque in legitimam filij portionem imputabitur,ſi aliter non ſit expreſſum,vt frequenter placitum inſit Alex.conſi.viij. lib. ij.& vide infra ver.donatio quæ à patre.Valebit tertiò iſthæc donatio. de qua agimus,nec vnquam poſtea conferetur,ſi ſit facta ſtudij cauſa.vt commune aſſerunt Iaſ.in l.j.num.52.ff.ſolut.mat.Segur.in l. vnũ. ex familia.§.ſed fundum.nu.131.ff.de leg.lib.ij.Iul.Clar.d.q.viij.ver.tertiò infertur,& ſi perperam magis commune aſſerat contrarium Rip. ad laudatam l.j.nu.104. quem parum iuuant rationes adductæ à Iul. Clar.vbi ſupra,& à Viuio d.opin.lxxiiij in fine,vt alibi latius,& opportunius oſtendo.

Donatio,quæ a patre in liberos eius ditioni adhuc ſubiectos collata ſtatim valet,non aliter poſt eiuſdem mortem conferetur,quam ſi legitimam ipſorum portionem exceſſerit,quippe alioquin & ratione legitimæ facta videbitur,& magis legati naturam,quã donationis induet. commune aiunt Ruin.in l.in quartam.nu.18.& nu.23.ff.ad l.Falc Soci.conſi.xviij.lib.ij.Ioan.Coraſ.in l.filium quem habentem. num.106. C.fami.erciſc.

Donatio,quæ à parentibus,vel ab aliis in eos confertur,qui ipſis ab inteſtato alioquin ſucceſſuri ſunt.liberalis donatio nec dicitur,nec ducitur,nec donationis definitiõibus regitur.vt voluit Bar.nu.1.Plat.nu. 2.in l.j.C.de impon.lucrat.deſcrip.li.x.quẽ ſequitur Are.conſi.xvij.nu. 3.Tiraq.cũ aliis de retract.lign.l.j.nu.47 dicit receptũ Arius Pinel. cõtrariũ euidenter verius oſtendẽs in l.j.par.iij. nu.61.ver.infertur.xxix. C.de bonis maternis.

Donatio inter cõiuges ſi iureiurãdo vallata ſit,firma ac rata prorſus erit cõmune aſſeuerãt Alc.in c.cũ cõtingat.nu.196. cũ ſeq. de iure iur. Boer.deciſ.xcij.nu.6.Ioan.Cro.in l.frater à fratre. numero 71. & ſeq. ff.de condict.indeb. Cot.in memorab. ver. donationes inter virum & vxorem

& vxorem. Crauet. conſi. lxxxj. nu. 1. & conſ. cii. nu. 2. & latiſſimè in propoſito conſulens Io. Cephal. vir doctiſſimus, atque eruditiſſimus cōſi. lxj. num. 15. & numero 22. Iul. Clar. de donat. q. ix. ver. ſed quid ſi in ipſa donatione, Viuius lib. j. opin. lxxv. & ſi non perperam contrarium cum multis aſſerant: tamen id commune affirmantes Curt. Sen. conſi. lxvj. nu. 3. cum trib. ſequentib. Caſſan. in conſuet. Burgund. titu. de iuribus ad matrimonium attinentibus. §. vij. quorum cōtraria ſententia tunc procul dubio admittitur, cum ſimulata donatio erit, vt aſſerunt commune Iul. Clar. d. q. ver. hæc tamen concluſio, Viuius vbi ſupra. niſi tamen iuſiurandum in promiſſionem de non contrauenien do nuncupatum proponatur, quia tunc enim ſimulata donatio valebit, commune ponit cum Bald. de dote. par. x. & cum aliis, Viuius vbi ſupra. Valebit item ſi alternis fiat, vt ſcilicet ſi alterutrum eorum mori contingat, ſuperſtes bona omnia, aut aliquam bonorum partem habeat, vt cum Iaſ. in l. ſi pater, puellæ, C. de inoffic. teſta. Soc. reg. cciiij. in primo ver. commune ponit Viuius d. opin. lxxv. ver. fallit tertiò, adde lat. Io. Cephal. conſi. xliij. nu. 7. Valebit rurſum huiuſmodi donatio, de qua diſſerimus ſi ob merita fiat, vt frequenter placitum atteſtantur Soc. conſi. lxvj. lib. j. Ant. Gomez de contract. c. iiij. nu. 31. Viuius opin. ver. fallit ij. Io. Ceph. cum multis, conſi. lxj. nu. 12. & qui in contraria omia meritò abit Arius Pinel. in l. j. par. iij. nu. 61. C. de bo. mat. Vnde & ea donatio valebit, quæ à ſene, vel populari marito, in vxorem iuuenem, ac bellam, vel nobilem alioquin deferetur. vt receptū aiunt Curt. Iun. conſi. vj. nu. 2. Bal. de dote. part. x. nu. 7. Iul. Clar. d. q. ix. verſi. ſed pone, Viuius, vbi ſupra in fine. ſed profectò qui à Pinelli ſententia erunt, vt omnes diligentius rem perpendentes erunt, hanc opinionem æquè ac ſupra proximam omnino refellent. Memineris tamē ſemper, quod is merita probare tenebitur, cui donatum ob illa aſſeritur, vt commune aſſeuerant Soc. conſi. lxv. & conſi. lxvj. libr. j. Clarus, ac Viuius vbi ſupra. Memineris etiam perpetuò, quod huius generis donatio alioquin inualida, ac nullius momenti, morte donantis confirmabitur ſi vel ficta traditio interuenerit, vt voluit gl. vlt. in fin. in l. ij. C. de dot. caut. non nume. communiter interpretibus placita. vt conſtat ex Pariſ. conſi. xc. nu. 17. lib. iij. Did. à Couar. lib. j. reſolut. c. vij. nu. 4. & in rub. par. iij. nu. 3. de teſtam. & intellige illam duntaxat confirmatum iri donantis morte, quatenus legitimam ſeptingentorum ſcutorum ſummam non excurrit, ſi alioquin inſinuatione caruerit. vt commune ait Bellon. conſi. iiij. nu. 11. cui adde multos, quos laudat Ioan. Ceph. conſi. lxj. nu. 3.

Donatio alternis facta, quam reciprocam doctores dicunt, inſinuatione non eget, & inter coniuges fieri poteſt. vide ſupra ver. donatio aureos quingentos. & ver. donat. inter coniuges. nec enim donatio propriè cenſetur. vt commune ait Cur. Iun. conſi. lxxxij. nu. 5.

Donatio in pium, ſacrumue locum aliquem collata, nec inſinuatione eget, vt ſupra obſeruatur ver. donatio aureos quingentos, nec ob iuſtas ingratitudinis cauſas à prælato, ac toto inſuper c. admiſſas reuocatur. commune aſſeuerant Rip. lib. ij. reſponſ. q. xxviij. nu. 2. Iul. Clar. de donat. q. xxj. in fin. Viuius lib. j. opin. lxxix. in fin.

Donatio, quæ alicui confertur ea conditione, vt caſu aliquo interueniente, ad alium vel tota, vel eius pars perueniat, & abſenti illi alij, & non agnoſcenti vtilem condictionem, ſi caſus aduenerit, abſque vlla ceſſione pariet, non verò etiam rei vendicationem ſuggeret. vt probat apertè tex. in l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, & eſt receptū ex Alc. in l. traditionibus ad fin. C. de pact. & in c. cum contingat. num. 29. de iureiur. Guid. Pap. quem refert, & ſequitur Tiraq. de conſtitu. par. ij. ampliat. xxviij. Aym. Syuel. conſi. ix. Ant. Gomez in l. xl. Tauri. nu. 25. Soc. conſi. cxv. nu. 1. lib. iiij. Did. à Couar. lib. j. reſolut. c. xiiij. quāuis Dec. conſi. ccxxxix. & in l. traditionibus. Rip. lib. iij. de reuocād. donation. cap. j. ad fin. contrarium negligenter, ac perperam tradiderint. Quod primò intellige in donatione, & cauſa duntaxat penitus lucroſa ex illorum omnium parte, qui id negocij agunt vt commune reſoluit Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in j. nu. 22. ff. ad Senatuſconſult. Trebel. & communiter tradunt ij, quos ſtatim infra laudo. Intellige ſecundò, cum res eadem non alia danda eſt. vt commune aio ex Bar. Iaſo. nu. 26. & ſeq. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de ver. obligatio. Pau. in eiuſdem l. §. alteri. ad finem. Alc. in l. certi condictio. §. ſi nummos. nu. 2. ff. ſi cert. petat. latè Exea de pact. nu. 128. Ant. Gome. in d. l. xl. Tauri. nu. 25. Did. à Couar. vbi ſupra. Vel etiam vbi pecunia loco rei elargienda erit. commune affirmat Soci. conſi. ccxxxvj. nu. 1. lib. ij. Intellige tertiò, quod pendente vel caſu, vel tempore, & ante illius tertij acceptionem liber pro animi ſui ſententia pactum huiuſcemodi adiectū donationi, & donationem ex illo emerſuram reuocare poſſit. vt eſt frequens interpretum dogma cum Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. & ibidem atteſtantur Soc. nu. 16. Iaſ. nu. 24. Cagnol. in l. id quod noſtrum. nu. 12. ff. de reg. iur. Exea de pact. nu. 143. Grat. conſil. xxv. nu. 39. lib. j. Aymon d. conſi. ix. nu. 11. & conſi. cxxxv. nu. 10. Did. à Couar. d. c. viij. nu. 17. Ant. Gome. in d. l. xl. Tauri. nu. 26. ad fi. Duennas reg. ccxvj. Iul. Clar. de dona. q. xiij. ver. difficultas eſt. vbi multos cōtrarium aſſerentes commune refert. quibus acceſſerunt Did. à Couar. Aymon. & Anton. Gomez. vbi ſupra, & ipſe alibi latiùs illorum ſententiam Deo volente confirmabo. Non tamen donatoris hæredibus idem vſquam licebit. vt commune profitentur Soc. in d. §. flauius. nu. 19. Did. à Couar. d. c. xiiij. nu. 17. Iul. Clar. d. q. xiij. ver. vlt. Amplia, ac perpetuò reminiſcere, quod ſi ille tertius præmoriatur, ſpem ac ius, quod habet, ad ipſius hæredes tranſmittet. vt commune auſim pronunciare ex Old. conſi. ccxxiiij. nu. 28. in fi. Abb. conſi. lxxxv. lib. j. Pau. conſil. clxiiij. nu. 7. lib. ij. Dec. conſ. cccxliij. Afflict. in c. j. nu. 20. ver. xj. arguitur, de ſucc. ff. feud. in vſibus feud.

Donatio atque omnis generaliter lucroſus contractus in liberum illius arbitrium, in quem cōfertur rectè refertur. commune loquitur Ant. Gomez de contra. lib. c. xx. nu. 19.

Donatio fundi trium iugerum non concutitur, quòd plura iugera fundo inſint, imò donatio in toto fundo rata eſt. cōmune dicunt Alex. conſi. cvj. lib. vj. Dec. conſi. cccxlvij. quod intellige cum donatio à fundo ipſo, non ab illis iugeribus initium duxit, alioquin in iugeribus nominatis donationi tantùm robur erit. commune inquit Curt. Iun. conſi. cxxxj.

Donatio non præſumitur, ſi quis alicui dicat, tolle pecuniam, cùm magna pecuniæ ſumma eſt, ſecus ſi parua ſit. commune ponit Ioan. Lup. in rub. §. xj. nu. 1. de donat. inter vir. & vxo. Nec item præſumitur cum debitor aliquid creditori ſimpliciter dedit, tūc enim cōpenſatio potiùs cēſetur. cōmune aſſeuerat Io. Coraſ. in l. frater à fratre. nu. 42. ff. de cōdict. indeb. & vide infra ver. donata. Ac memineris præſumptam ſeu tacitam donationem non minùs inſinuatione egere, quàm expreſſam vt frequenter placitum inſit. Curt. Iun. conſ. cxxxvj. Et potius errorem ac fatuitatem præſumi, quàm donationem. vt commune pono ex gl. Bal. & Ang. in l. generaliter. C. de non nu. pecun. Alex. conſi. xiij. libr. j. & conſ. xix. lib. ij. Dec. conſ. cccl. Alc. de præſump. ac viro multæ doctrinæ Ioan. Cephal conſ. xxxix. nu. 30.

Donatio ſub clauſula, ſi donator caſu aliquo teſtamentum reuocarit, inutilis eſt, nec à iureiurando vires mutuatur. cōmune ait Alc. cōſi. clvj. lib. v. & vide infra ver. teſtamentum.

Donatio ob merita, ſeu cauſam, non eget inſinuatione, vt receptū eſſe literis produnt Rip. in l. ſi vnquam. nu. 35. C. de reuoc. donat. Iaſ. in l. ex hoc iure, nu. 53. ff. de iuſtit. & iur. Tiraq. in d. l. ſi vnquam. ver. donatione, nu. 44. Aufrer. ad Capel. Thol. q. ccclxxj. Petruc. in l. j. nu. 180. ff. de iureiur. latè Ioan. Ceph. vir multæ doctrinæ, atque eruditionis conſi. lxj. nu. 17. Nec reuocatur ob ingratitudinem. vt commune aiunt Boer. dec. xxvij. Tiraq. d. ver. donatione. nu. 12. Roma. conſi. xxvj. nu. 8. Fortun. in l. j. §. ius naturale. nu. 61. ff. de iuſtit. & iur. Gozad. conſ. 50. nu. 10. Curt. Sen. conſ. lxvj. nu. 2. Grammat. deci. lxv. nu. 24. multoque minùs donatio, quam princeps ob præclarè merita confert, poterit ex cauſa reuocari, vt cenſuit Bald. in l. ſi cum mihi. ff. de dolo. cuius opinionem frequenter placitam effero ex Iaſ. in d. l. ex hoc iure. num. 54. Feli. in c. nouit. de iudic. Tiraq. d. ver. donatione. nu. 13. Capic. deciſ. cxxj. nu. 15. Afflict. in c. j. n. 24. de natura feud. Ari. Pinel. in rub. par. j. c. ij. nu. 51. ad finem. C. de reſcind. vend. Quin nec ſubſequenti liberorū ſuſceptione retractabitur. vt commune ponit Rip. in l. ſi vnquam. nu. 25. atque euictionis obligationem ſemper pariet, ſeu à promiſſione, ſeu à traditione ordiatur. commune aiunt Crauet. conſ. lxiiij. nu. 12. Boer. dec. lxvij. Viuius lib. j. opi. lxxx. ad finem. Ac denique, & vltra quàm facere poſſit, donatorem obligabit vt commune ponit idem Viuius eodem lib. opin. lxxxj. Sed enim & falſas iure, & vſu pernicioſas reip. commemoratas omnes ſuperiùs opiniones cum multis aſſeuerat, atque oſtendit præclarus iuris interpres Arius Pinel. in l. ij. par. iij. nu. 62. cum præcedenti. C. de bon. mat. à quo ſto. An autem, & quādo, & quo modo merita probari debeant. vide infra ver. merita.

Donatio ob merita, quæ remuneratoria dicitur, nudo pacto haud hodie perficietur. commune ait Iaſ. in l. iuris gentium. §. quinimò. nu. 19. & ſeq. ff. de pact. quem meritò improbat Iul. Clar. de donat. quæſt. xiiij. verſi. quæro an diſpoſitio.

Donatio ob merita, in perſonas aut ſolidi non capaces, aut omnino incapaces collata, nullius eſt momenti, qua fine ſupergreditur merita. vt receptū pronuncio ex Alex. in l. ſi donatione. nu. 4. C. de collat. Iaſ. & Dec. in l. petens. C. de pact. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. vij. §. v. nu. 49. Tiraq. in l. ſi vnquā. ver. donatione. nu. 71. & ſeq. C. de reuocād. donatio. & idem atteſtantur notabiliter Soc. conſi. xcj. nu. 9. lib. j. Bertran. conſ. clxiiij. nu. 2. lib. v. ſtabiturque ea in re iuſto iudicis arbitrio, vt frequenter placitum effantur. Iaſ. cliiij. nu. 5. lib. ij. Loazes in allegat. pro Marchione nu. 3.

Donatio, quæ mero facto conſtat, ſi pacto nudo conficiatur, obligationem non pariet: at ſi quid mixti ſecum habuerit, ſecus erit, vt cum quis donandi animo Romam ſe iterum promittit, pacto nudo nō obligabitur. Cum alteri effodiendæ cretæ in ſuo agro facultatem paciſcitur, obligabitur. communia ponit Viuius libro primo opin. xiiij. ver. quarto loco.

Donatio locum non facit legi, ij. C. de reſcind. vend. vt frequentiſſimis doctorum ſuffragiis ſanctum ponit Arius Pinel. ad eandem l. ij. par. j. c. iiij. nu. 4.

Donatio & inter viuos, & à traditione etiam concepta adiectis tem-

pibus

pibus,aut impoſſibilibus conditionibus euertitur.commune affirmat Eman.à Coſta in l.cùm tale.§.ſi arbitratu.limit.ij.nu.2.ff.de conditio.& demonſtrat.

Donatio,quæ legitimam filiorum exhaurit,ac re.& conſi.inofficioſa eſt,ſi in extraneum conferatur,penitus reſcinditur.at quæ reipſa tãtum inofficioſa eſt,ad legitimam vſque liberorum portionem duntaxat retractatur.commune aiunt Curt.Sen.conſi.j.num. 39.Soc.Iun.conſi.lxvij.nu.55.lib.ij.Pariſ.conſi.lxxij.nu.28.& conſil.lxxij.nu. 26.lib.j Iul.Clar.de donat.q.xxiiij.ver.aut verò. Neque quidquam oberit,ſi iuſiurandum huicce donationi acceſſerit.vt frequenter placitum teſtatur Did.à Couar.lib.j.reſolu.c.xix.ver.cæterum.Non tamẽ iſthæc recepta ſententia procedet, vt filius totam donationem re, & conſilio inofficioſam reuocet,vbi pater illi aliquid teſtamento reliquerit,quamuis ad ſuæ vſque legitimæ expletionẽ poſſit eam reſcindere vt receptum affirmat Bertand.conſi.xxxviij.nu.3.lib.iij.Nec item vbi id genus donatio non in extraneum,ſed in aliquem alium filium collata eſſet.quia & in hac ſpecie ad ſolam legitimæ portionis ſummam donatio quocunque conſi.facta reſcindi poterit.vt receptiſſimũ eſſe ſcribit Iul.Clar.vbi ſupra.

Donatio ob liberos poſtea natos vſque adeò iure ipſo reuocatur, atque euaneſcit,vt nihil obſit ante illos natos dominij tranſlatio,nec item obſit nihil adhuc à patre petitum eſſe.vt commune affirmat Ripa.in l.ſi vnquam.nu.103.C.de reuocand.donatio.Reuocatur autem, quia tacitam liberorum conditionem continere cenſetur, vt receptũ aſſeuerant Ioan.Ceph.vir doctiſſimus,atque eruditiſſimus cõſi. xciiij. numero 11.Iul.Clar.de donatio.q.xij.Viuius libr.j.opin.lxxxvj. Vnde iuſiurandum ei additum nihil proderit. quod frequenti interpretum ſuffragio receptum teſtantur Ruin.conſi.lxx.nume.13.Iul.Clar. d.q.verſi.ſtat ergo.Viuius vbi ſupra ver.item ampliatur.Quin& illud non proficiet,& ſi pars aliqua bonorum tantum donata ſit.commune dogma ait Rip.in d.l.ſi vnquam.quæſt.iij.nu. 7. vel etiam ſi res aliqua ſingularis,quæ minima non ſit, elargita fuerit commune infit Ioan. Nico..ad Alciat.reg.j.præſump.xiij.& copioſe Iul.Clar.d.q.ver.quarto infertur.& ver.cæterum.Intellige tamen prædictam iuris definitionem non procedere,cùm donatio in ſacrum, piumuè locum aliquẽ collata proponitur.quia tunc illa ſolùm,quatenus legitimam ſuſceptorum filiorum portionem exhaurit,reuocatur,vt commune renunciãt Rip.nu.115.Tiraquell.nu.66.in d.leg.ſi vnquam.Pariſ.cõſi.lxxiij.nu. 24.lib.j.Iul.Clar.d.q.ver.quæro etiam.Intellige ſecundò & cum in vnum ex aliis liberis iam natis prædicta donatio delata eſt,non illam in totum,ſed tanquam in officioſam vſque ad legitimam portionem filiis poſtea natis debitam reſcindi.vt receptum fantur Ripa. Clar.ac Viuius vbi ſupra.verb.ſed quid ſi pater.& Did.à Couar.libr.j. reſolut. c.xix.nu.1.Intellige tertiò non proceſſurum ſuperius commune placitum cùm ob merita donatur.commune aſſerunt Iaſ.conſ.clxxj. num. 1.lib.iiij.Clarus vbi ſupra ver.item quæro,Viuius d.opin. in fin.& ſi contrarium iure verius ſit,ac reip.vtilius,vt alibi latè oſtenditur.Intellige quartò hanc omnem quæſtionem de medio ſublatum iri,cùm illi l.ſi vnquam expreſſim renunciatur.commune inquiunt Soc. conſil. cxlvij.nu.17.lib.j.Tiraq.in eandem l.in præfat.nu.174.& qui multos contrariæ ſectæ auctores refert Iul.Clar.dicta q.ver.tertio infertur.Intellige quintù,quòd licet ipſo iure fiat iſthæc huius donationis reuocatio,& filius naturalis ad illam ſufficiat,tamen ſi donator ad extremum vitæ vſque crepuſculum tacuerit, illius hæredes eam reuocare non poterunt.vt communia latè,ac diligenter ponit Iulius Clar. in laudata quæſt ad fin.

Donatio cùm ob pactam fidem non ſeruatam reuocatur,& ab hæredibus,& contra hæredes reſcindi poteſt.cõmune teſtificantur Curt. Iun.cõſ.cxxvj.nu.14.Iul.Clar.de donat.ad fin.Viuius lib.j.opin. lxxix. ver.declaratur ſecundo loco.

Donatio non tantum ob ingratudinis cauſas iure ſcriptas.ſed etiam ob alias ſimiles,aut maiores rtuocabitur.commune ponunt Ant.Gomez.de teſta.c.xj.nu.25.ver.ſed ex his,Iul.Clar.de dona.q.xxj. Viuius lib.j.opin.lxxix.Intellige nihil ingrato profuturum pactum, aut ſtipulationem de non reuocanda donatione,quin poſtea donatio ob admiſſum ingrati vitium reſcindi poſſit,vt commune ait Ant. Gomez. de teſtam.c.vl.nu.pen.in fine.Intellige ſecundò,idem futurum & ſi donationem non reuocaturum conceptis verbis iurauerit. commune inquiunt Corn.conſi.ccxxiiij.lib.iiij.Alciat.in c.cum contingat. nu. 39. de iureiuran.Curt.Iun.conſi.xxxiij.nu.21.quod & ſummè pium. ac reip.vtile arbitror.& ſi contrarium magis probauerint,ac receptum deblaterauerint Alex.nu.23.Aquenſ.in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.oblig.Bauer.de virt.iuramen.caſu.xxxviij.Rubeus conſi.lxiiij. nu. 3.Bolognet.in l.vlt.nu.97.& ſequent.C.de pactis.Intellige tertiò,idẽ omnino proceſſurum,& ſi huic reuocationi ex ingratudinis cauſa expreſſim renuncietur,dum tamen & donator,non eius hæres agat, & cõtra eũ,cui donatũ eſt,nõ aduerſus eius ſucceſſorẽ agatur,quia generaliter id criminis nec ab hærede,nec aduerſus hæredẽ intẽtabitur.cõmunia eſſet Ant.Gom.de cõtract.c.4.nu.14.ſed & donatoris hęres tũc ſemper admittetur,cum vel cauſa ingratitudinis donatori ipſi occulta fuit,vel donatori morte præuẽto tẽpus,& cõmoditas agẽdi nõ fuit cõmune aſſerũt Rip.in l.vl.q.lxj.C.de reuocã.dona.Vi.lib.j.opio.lxxix.

Donator egens ſi ab eo non alatur,cui donauit,collatam donationẽ reuocare poteſt.cõmune ponũt Iul.Clar.de donat.q.xxj. ver. quid ergo.Viuius lib.j.opin.lxxix.à quibus ſto.

Donata ſponſæ non præſumuntur, quæ maritus,vel eius pater ad illã ſimpliciter mittit.cõmune aiunt Cagn.in l.contractus.nu.35. ff. de reg.iur.Iul.Clar.late de donat.q.x.

Donata ſponſæ à viri conſanguineis,aut propinquis donata viri cõtemplatione cenſentur:at illi donata ab ipſiuſmet neceſſariis,ſua cõtemplatione videntur elargita.vt commune aiunt Iaſ. in l. vt liberis. nu.17.C.de collat.Cagnol.in l.contractus.nu.38.ff.de reg.iur.

Donatio propter nuptias ſi conſtante matrimonio conſtituta nõ eſt eo ſoluto vt conſtituatur,nec peti,nec obtineri debet.commune aiũt Afflict.dec.ccxlij.nu.1.Grammat.dec.xciiij.nu.4.Quin vt aliquo tempore conſtituatur diſſuetum iam eſt vt atteſtatur Iul.Clar. de donatio. q.xj.Quamuis de iure vellet nollet adigi ad id maritus poſſet ſi vxor conſtante matrimonio condictione auth.dos donata.C.de donat.ante nupt.ageret,vt commune placitum pronunciant Matth.de Afflict. d.dec.ccxlij.nu.1.Carol.Ruin.conſi.xj.nu.2.lib.v. & qui quamuis probabiliter diſſentiat,falſò contrariũ aſſerit Iaco.Menoch.de recup.poſſeſ.nu.165.cum ſequentib.nec enim merendi verbum in illa præiudicatæ iam auctoritatis nouella poſitum honeſtatem ſolùm, atque obligationem nataralem modò præ ſe fert, vt alibi latius, & commodius oſtendo.

Donatio cauſa mortis quo ad ſui contexturam contractui par habetur,quo ad vires,& effecta vltimæ voluntati confertur. commune aiunt Iaſ.nu.11.Rip.nu.15.in l.ij.ff.de leg.lib.j.Alc.in l.ij.in princ.nu. 10.ff.de verb.oblig Iul.Clar.de donatio.q.v.Quin ſi abſenti in teſtamento fiat,fideicommiſſi loco erit, ac ſemper valebit. vt frequenter placitum teſtantur dec.conſ..cxcvj.nu.11.Soc.Iun.conſ.lxxv. nu. 17. libro iij..Et omnium bonorum tum præſentium,tum futurorum rectè fiet.cõmune ponit Io.Ceph.conſ.xliij.nu.9.poſt Soc.conſ.ccxxxij. nu.1.propè finem,& conſ.ccxxxv.nu.3.lib.ij.

Donatio cauſa mortis nunquam facta cenſetur, niſi expreſſim mortis mentio fiat.vt cõmune latè aſſeuerant Cid.a Couar.in rubr. part. iij.nu.25.de teſtament.Iul.Clar.de donat.q.iiij.ver.cæterum ſi in donatione.Viuius lib.j.opin.lxxxv.Vnde nec ſi ab infirmo aliter fiat,mortis cauſa donatio iudicabitur.commune dicit Rip.iij.reſpon.de dona, c.ix.nu.7.Iul.Clar.d.q.iiij.Quin etiam requiritur,vt ſimul mortis tempus conferatur.commune effatur Sigiſmund.conſ.feud. nu.4.& ſi mihi id ex primi neceſſarium omnino non videatur, ſed ea de re alibi opportunius.

Donatio cauſa mortis iam hodie mero,ac nudo pacto perficitur.cõmune inquiunt Porc.in §.aliæ autem.nu.7.Inſtit.de donat. Ang. Aret. Iaſ.nu.61.in §.in perſonam.inſtitut,de actio.Tiraq.in l.ſi vnquã.ver. donatio.nu.220.C.de reuoc.donat. Ant.Gomez.de contract.c.iiij.nu. 16.Iul.Clar.latè,& qui eum citat Viuius lib.j. opin.xiiij.ver. ſecundo loco,& opin.lxxxv.in fin.

Donatio mortis cauſa alioquin facta,ſi eam donator validam ſemper futuram,ac ſtabilem promittit,non cauſa mortis donatio,ſed inter viuos cẽſetur.vt apertè probat l.vbi ita donatur.ff.de don.cau.mor. quam ad id commendãt de materia agentes Ferrar.cau.xxx.Boe. dec. ccciiij.dec.conſ.cccv.Curt.Iun.conſ.lvj.à nu.2.Pariſ. conſ.xvj.a num. 13.lib.ij.& complures alij,quos laudat Did.a Couar. in rub.part.ij. nu.13.de teſtament.Ant.Gomez.de contract.c.iiij.nu.22. Io. Cephal. conſi.xliiij.nu.26.& ſequentib.& qui neminem ea in re reluctari inquit Natta conſi.ciiij.nu.6.& ſequentib.Amplia vt idem iudicari debeat,& ſi donatio alioquin inualida futura ſit,vt in fine illemet text. luculenter probat,& aduertit contra Paulum Alex. in d.l.quæ dotis, nu.11.ff.ſol.matr.quem ſequitur Ant.Gome.vbi ſupra. verùmque id proculdubio eſt,& ſi cũ Paul.hallucinetur Benedict.in ca.Raynutius. ver.teſtamentum.iiij.nu.25.de teſtamen.Intellige tamen dum modo ea promiſſio,vel pactum de non reuocando ponatur in diſpoſitione principali:non verò in inſtrumenti fine,vbi ſimiles clauſulæ magis ex notariorum ſtylo,quam ex donantis voluntate poſitæ cẽſentur.vt eleganter ſcripſit dec.conſi.cccv.nu.7.& in l.vlt.nu.21.C.de pact.& in l. non omnis.nu.11.ff.ſi cert.petat,commendat Iacob.a Nigris in d.§.ſi quis ita nu.44.ff.de verb.oblig.Ant.Gome.ac D.d.a Couar.vbi ſupra. Quæ ſententia & ſi elegans,vt dixi,videatur,ac receptior eſſe ſit,tamen mihi non admodum probatur.quia ſcio omnia inſtrumento cõtenta de conſenſu partium præſumi ſcripta,ex l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pact.gl.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.quam conſtat eſſe receptam ex Iaſ.illic nu.35.Curt.Sen.conſi.xlix.nu.75.

Donatio cauſa mortis a filiofamilias fieri nequit abſque ipſius patris cõſenſu.vt commune effatũ atteſtatur Rubeus conſ.xlvj.nu.4.quod obrẽ in patrem ipſum illam conferre filius non poterit cõmune ait Io.Dilect.de teſtamen.caut.j.nu.4.& vide infra ver.filiusfamilias.

Donatio cauſa mortis inter coniuges nullius eſt momenti.commune ait Did.a Couar.in rub.part.iij.nu.2.de teſtament.

Donatione

Donationem cauſa mortis nequit illa mulier abſque cognatorum auctoritate concinnare, cui facultas contrahendi abſque illorum conſenſu adempta eſt. commune dicit Iaſ. in l. ij. ff. de leg. lib. 1. & ſi verius contrariam opinionem verionem cenſeat Alc. in l. ij. ff. de verbo. obligationibus.

Donatio cauſa mortis non exigit hæredis aditionem, vt confirmetur, ſed morte ipſa donantis perfectum robur nanciſcitur. commune aiunt Rubeus conſilio xj. nu. 6. latè Didac. à Couarru. in rub. part. tertia, numero 22. de teſtament. Iulius Clar. de donat. quæſt. v. verſi. ſcias tamen. Reuocatur autem tacita etiam voluntate, vt cõmune inquiunt Alciat. in l. non omnis. ff. ſi cer. petat. Did. à Couuarru. d. part. iij. nu. 18. & ipſa donantis conualeſcentia, cùm donatio inſtanti mortis periculo facta eſt, aliàs enim ſecus. vt commune inſiunt iidem Alc. d. l. Couarr. d. l. loco. nu. 23. ſi tamen donator abſque hærede deceſſerit, & ſi donatio ob mutatam donantis voluntatem reuocata ſit, ſuſtinebitur. quẽadmodum frequenter placitum inquiunt contrarium de iure verè verius affirmantes Did. Couarru. d. par. iij. num. 15. Iul. Clar. ad finem tract. de donatio. ver. in hoc tamen.

Donatio cauſa mortis conditionib. impoſſibilibus, aut turpibus nõ vitiatur, cõmune fantur Rip. in l. ij. nu. 9. ff. de legib. j. Vigl. in §. impoſſibilis. nu. 2. Inſtit. de hære. inſt. Eman. à Coſta meus iuris doctor. in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limit. ij. nu. 2. ff. de conditio. & demonſt. Ant. Gomez. de contract. c. iiij. nu. 17. ver. vij. infero.

Dos vniuerſale, atque incorporeum ius dicitur. commune dicit Ripa in rub. nu. 43. ff. ſoluto matrimonio. & ex eo tempore cenſeri incipit, ex quo nuptiæ celebratæ ſunt, & ſi nec matrimonium adhuc copula conſummatum fuerit, nec vxor ad viri domum deducta ſit. locũque ſtatutis inde faciet, quæ ipſius partem aliquam mortua abſque liberis vxore marito addicunt. receptum effantur Corn. in leg. non ſine C. de bon. quæ lib. & conſ. lxxxiiij. lib. iij. Bal. Nouel. de dote part. vj. priuil. xxxviij. Roland. in tract. de lucro dotis quæſt. xvj. nu. 9. Viuius libr. j. opinion. cccxix. Tametſi contrarium receptum aſſerant Soc. in l. cum fuerit. ff. de condit. & demonſtr. Dec. conſ. lxvij. Felin. in rubric. de ſponſal. Rip. in rub. nume. 68. ff. ſoluto matrimonio & ante eos ſibi aduerſus Corn. conſilio ccxlviij. libro ij. c. quorum ſcriptis poſteriorem opinionem frequentius doctoribus probari, priorem verius efferri duco. & vide infra ver. maritus.

Dotis nomen & antequam numeretur, poſtquàm dicta eſt, auſpicatur, commune ponunt Rip. in rub. nu. 58. & ſeq. ff. ſolut. matrim. Tiraquel. de retract. lig. §. vlt. nu. 32. & matrimonio ſoluto propriè etiam adhuc perſtat, commune inquit Rip. in d. rub. nu. 71. & nu. 72. intellige tamen ſi nondum reſtituta ſit, vel ſit quidem iam reſtituta, & adhuc alij reſtituenda vt frequens placitum inſit Iaſ. in l. maritus. num. 9. C. vnde vir. & vxor.

Dotis cauſa, quo ad mulierem lucroſa cenſetur, quo ad maritũ ſemper in oneroſis ponitur. commune inquiunt Iaſo. in §. item ſi quis in fraudem numero 30. Inſtit. de actio. prolixè inſignis Pinelus in l. j. par. tertia C. de bon. mat. ac Did. à Couuarru. de ſponſa. ij. parte cap. vij. §. vj. numero 12.

Dotis cauſa & à generali diſpoſitione non comprehenditur, vt cõmune dicit Neguzant. de pignor. j. part. viij. part. princ. nu. 3. ad fine. Minorum. bona etiam nullo decreto iudicis inſerto obligat, quemadmodum receptum pronunciant Cur. Iuni. conſi. cxcviij. nu. 2. Fanus de pignor. ij. part. membr. iiij. nu. 79. cum que alijs Viuius libr. j. opin. ccix. Et fiſco antefertur. cõmune ait Alc. de præſumpt. reg. iij. præſumpt. xlj. nu. 4. Gozad. conſi. xcvij. nu. 2. Tametſi creditoribus expreſſam hypothecam antiquiorem habentibns poſtponatur. commune fantur Rip. in l. quæſitum. nu. 7. ff. de priuileg. credit. Io. Cora. in l. qui liberos. nu. 138. ff. de ritu nupt. Quibus etiam tunc poſtponetur, cũ expreſſam quoque hypothecam ipſa habuerit, ſed poſteriorem, vt commune ponunt Rip. nu. 2. Ioan. Crot. nu. 69. in l. j. ff. ſolut. mat. Et ſi contrarium vtraque in ſpecie multi probabiliter aſſeruerint, quos referũt ſuperius relati, & magna contentione non de nihilo probant Anto. Coſtan. de dotibus. c. vij. à nu. 6. Balduin. Iaco. Cuiac. Inſtitut. de actio. ver. in hypotheca. fauetque illis & Græcorum auctoritas. teſte Harmẽop. lib. j. tit. xiij. cum ſeq. & lib. iij. tit. iij. & praxis generalis optima rerum magiſtra, quam atteſtatur Fab. in §. fuerat. nu. 6. Inſtitu. de action. Hanc autem tacitam hypothecam dotis cauſa ab eo tempore ſortitur, à quo dicta, ac promiſſa eſt, non à quo etiam ſoluta eſt. vt commune dicunt Boer. dec. cccxxx. nu. 1. Neguzan. de pignor. ij. part. princip. iiij. membri. nume. 14. Viuius libr. j. opin. ccx. illud tamen perpetuo memineris quod ſi fuerit dos extraneo reſtituenda, nec tacitam hypothecam, nec prælationem, nec aliquam aliam prærogatiuam habet. commune ponit Paul. Caſtren. in l. ij. nu 9. ff. ſolut. matri. Quin & tunc eius actio ſtricti iuris eſt. commune ait Rip. in l. j. nu. 23. & in l. ij. in princ. nu. 32. ff. illo eo. tit. & annuã dilationẽ patietur quẽadmodu cùm mulieri ipſi reſtituenda eſt, tametſi extraneus ſtipulatione cõſtituenda. commune ſcribit Paul. in d. l. ij. numero 10. & numero 11. ſoluto matrimonio & ſemper mariti hæres fructus intra id. temporis perceptos lucrifaciet. commune affirmat Viuius libro primo opinio. cxlix.

Dotis cauſæ, quæ tacita adiungitur hypotheca, non euaneſcit ob ſequutam illius expreſſionem. vt commune ait Boerius deciſ. cccxxxij. poteritque debitori cedi. commune pronunciat idem Boerius deciſ. cccxxxv. nu. 3.

Dotis nomine legatum non antea debetur, quàm matrimoniũ ſubſequatur. commune aiunt Corn. conſi. ccxxix. lib. iiij. Nouell. de dote. par. vj. priuil. 50. Couarru. in c. iij. nu. 2. de teſtam. quidquid dicat cõmune contrarium Im. in l. Titio centum §. Titio genero. nu. 7. & nu. 10. ff. de condit. & demonſtr.

Dotis in quantitate ſi filia inſtituatur, firma, ac valida inſtitutio erit. & ſuis omnibus partibus teſtamenſum conſtabit. vide infra ver. filia ſi in dote.

Dotis vel à patre, vel ab extraneo promiſſæ, ac non ſolutæ nomine poteſt maritus vxorem domo pellere. cõmune inquit Did. à Couarr. de ſponſal. ij. parte. c. vij. nu. 2.

Dotis aduentitiæ fructus quærebantur mariti patri, qui & dotẽ penes ſe habebat, & ex ea filium, ac nurum alebat. commune inquiunt Alexand. in l. ſi cùm dotem §. tranſgrediamur. nu. 9. ff. ſolu. matri. Ioan. Crot. in ij. repetit. l. ſi conſtante. nu. 117. ff. illo eodem tit. Arius Pinel. in l. j. part. j. nu. 53. C. de bon mater.

Dotis dominus matrimonio conſtante maritus eſt, non vxor. vt frequens interpretum placitum eſſe miſerunt in literas. Salic. in l. in rebus nu. 5. C. de rei vendicat. Alex conſ. cvj. lib. v. Bal. Nouel. de dote parte. viij. priuil. viij. numero 1. & in l. j nu. 227. ff. ſoluto matrimonio copioſe, & accuratè Arius Pinel. in l. j. part. tertia, numero 13. C. de bono. mater.

Dotis nomine mulier interueniens non iuuatur Velleiano, vt commune renunciat Ioan. Coraſ. in lege qui liberos. numero 122. ff. de rit. nupt.

Dotis promiſſor pater ſi decedens filiæ quidpiam leget, compenſandi animo legare videbitur. commune pronuncio ex Alex. nu. tertio. Iaſ. nu. 8. in leg. huiuſmodi. §. cùm pater. ff de leg. lib. j. Iaſ. in leg. vlt. nu. 2. C. de leg. Soc. reg. ccxxxij. Campeſ. de dote part. iij. q. 100. Pariſ. conſ. xcv. nu. 38. lib. ij.

Dotis gratia, ſeu nomine, ſi quidpiam pater filiæ reliquerit, ac poſtea viuus eandem filiam collocauerit & dotauerit, non propterea impedietur poſtea filia relictum illud petere, quatenus excurrit, ac ſupergreditur dotem ſibi præſtitam, vt fuit celebris ac famigerata ſententia Oldr. quem referunt & ſequuntur Bald. & Angel. in l. Lucius. j. ff. de leg. lib. ij. Alex. nume. 5. Iaſ. nume. 19. in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de verb. oblig. teſtantur. commu. Alex. conſ. vij. nu. 10. lib. j. Iaſ. in l. filia. nu. 3. C. de leg. Soci. cõſi. cj. nu. 3. lib. iij. Benedict. in c. Raynutius. ver. dotẽ nu. 14. de teſtam. Dec. conſi. lxxxj. nu. 6. Pariſ. conſ. lxj. nu. 38. libr. ij. Et ſi nihil amplius filiam poſſe petere aſſeuerunt Dynus, quẽ laudant, ac ſummopere probant Cuman. nu. 7. Pau. nu. 4. Imo, ad fi. in d. l. Lucius. rurſus Im. in d. §. cù pater. Campeſ. de dote. par. j. q. xxxvj. Hipp. in l. vna nu. 27. C. de rapt. virg. Sed certè quidquid ſit ſuperior ſententia & vera omnino eſt, & indiſtinctè recepta, ſeu pater pro filia maritanda, ſeu pro dote filiæ reliquerit labunturque maxim qui Ba.. eam diſtinctionem in d. l. Lucius. adſcribunt, inter quos primas obtinet Pau. conſi. ccxiij. lib. j. & qui falſo, ac perperam frequenter placitam illam ſcripſit Palat. Run. in repeti. c. ij. not. §. xij. nu. 8. vt aduertit Did. à Couar. ex aliorum mente in c. officium. nu. 10. de teſtament.

Dos ſi ob ſtatutum aliquod filiabus à ſucceſſione excluſis aſſignari propinquorum conſenſu debet, nõ minor portione illarum legitima aſſignari poterit. commune aiunt Grammat. dec. cj. nu. 20. & copioſè Viuius lib. j opin. cccxiij. & ſi contrarium mihi magis ac magis probetur, fruſtrè enim ſtatutum alioquin conditum eſſet. fruſtra eius, & propoſitum, & intentio habebitur. ſed ea de re alibi.

Dos vbi merito liberis non ſuperſtitibus, vel ſuperſtitibus ſtatuto defertur, quomodo, & quando, & quatenus delata intelligatur, vide infra verbo maritus.

Dotis acceptæ, alioquin non acceptæ, confeſſio, ſi facta animo donãdi probatur, marito non nocet: ſed eius obitu confirmatur. commune dicit Curt. Iun. conſi. xcv. nu. 6. Quin nec, ſi ſit non numeratæ dotis exceptioni renunciatum, nocebit, damnovè vlli erit ipſi marito, & eius creditoribus. commune placitum affirmant Alex. cõſi. cxlij. lib. v. Aret. in §. fuerat. nu. 14. ver. & vt breuiter. Inſtitut. de action. Ioan. Crot. in l. ſi conſtante, verſi. ſecunda concluſio. ff. ſol. matr. Quod ampliabis tum ad futuros mariti creditores, quibus nec iurata huiuſmodi confeſſio oberit. commune ponit Ioan. Cephal. conſi. cij. nu. 21. cum Crauet. cõſi. xliiij. nu. 1. Rube. conſi. cxix. atque aliis. Intellige tamen creditores intra iuris tempus exceptionem non numeratæ dotis neceſſariò oppoſituros, vt commune inquit Afflict. deciſ. ccccij. licet inepte in contrarium ierint relati à Did. à Conar. lib. j. reſolut. c. vij. nu. 6. ac Rubeus cõſi. lxxviij. nu. 10. & Io. Ceph. d. conſi. cij. nu. 23. Quæ autẽ dotis acceptæ cõfeſſio conſtante matrimonio falſa fit, vana & inutilis prorſus eſt, vt cõmune fantur Iaſ. conſi. xxxij. lib. iij. Dec. conſi. cccxxx. Bellon. conſil. xlvij. Nec iureiurando confirmatur. commune inquit Curt. Iun. conſi.

xl. numero

xl.nu.4.& ſi & hec cõfeſſio vires donationis habeat,quæ & morte cõ firmetur,& quingentorũ aureorũ ſummã prætergreſſa inſinuationem requirat.hoc magis commune inſit Bellon.conſ.iiij.nu.11.illud com mune atteſtantur Rip.in l.fœminæ.nu.37.C.de ſecund.nuptiis.Curt. Iun.conſi.xlv.nu.6.

Dotem omnia ſua bona mulier nubens dicere,ac dare non præſumitur.vt receptum dogma conſtituunt Dec.nu.6.Curt.Iun. nu. 11.in auth.præterea.C.vnde vir.& vxor.Curr.Iun.rurſus conſil. clxviij. nu. 4.latè Did.à Couarru.de ſponſal.part.j.c.v.Turzan. opin.cxix.Viuius lib.j.opin.cxj.in fin.Præſumitur tamen eiuſdem quantitatis dari mulier ſecundo nubens,cuius prima dos primo maritodicta fuit.commu mune aiunt Pariſ.conſ.xxxiiij.lib.iij.Viuiuslib.j.opinio.ccxxiij.Quod ſingulariter intelliges,vt ſolum in iis procedat,quæ readſe primo marito in dotem dedit.non verò & in iis.quæ maritus ipſe in dotem accepiſſe confeſſus eſt.commune pono ex Alex.conſi. cxxij.libr.vij.Ioan.Cephol.conſi.cj.nu.16.cum præcedent.

Dotem dare tam nuptæ filiæ,quàm nubenti tenetur pater. cõmune aiunt Alex.conſi.clxix.nu.2.lib.vij.Iaſ.in §.fuerat.nu.97. Inſtitu.de Action.Arius Pinel.in l.ij.par.j.c.iiij.nu.vlt.C.de reſcind.Quod proce dit & ſi ſine patris conſenſu nubat.commune inſit prolixè Did.à Couar.de ſponſal.ij.part.c.iij.§.vij.nu.7.Et quamuis ante vigeſimũ quintum annum nubat,quando digno nubit. commune prodit Cur. Iun. in auth.res quæ.nu.25.C.commu.de leg.Si tamen pater inops fuerit, cogetur ad id mater diues. vt commune ait Coraſ.in l. qui liberos. lect.ij.nu.122.ff.de ritu nupt.Et hæc atque ille bona alioquin alienari prohibita ad huiuſmodi officium rectè alienabit.commune inquiunt Boer.deciſ.cxxix.nu.4.& ſeq.Viuius lib.j.opin. ccxj. Nec me fugit Alex.ſibi aduerſum conſi. lxj. numero 4.libr.vij.receptam opinionem dixiſſe,vt pater nuptam filiam dotare non cogatur, quod & ſi mihi non admodum improbetur . tamen minus receptum & praxi inſolens exiſtimo. ſi tamen filia indigno nupta fuerit, dotem illi dare pater non obſtringetur,quamuis eam expreſſim filia promiſerit, vt frequenti doctorum calculo ſtabilitum teſtantur Ripa in lege prima nu.59.ff.ſoluto matrimonio Pariſ.conſi.xxix.nu.65.lib.iij.

Dotem nepti non aliàs tenebitur auus dare,quã ſi filius pauper ſit. cõmune aiunt Soc.Sen.cõſi.xxxiij.li.iij.Soc.Iun.cõſi.lxxix.nu.15.li.iij.

Dotem ſorori conſanguineæ fratres neceſſariò dabunt. vt commune ponunt Palat.in repet.cap.per veſtras.l.xxviij.nu.1.de donat.inter vir.& vxor.ac diligenter Pinel.in l.j.par.iij.nu. 101. C. de bonis mater.Ant.Gome.in leg.xl.Tauri nu.75.

*D*os ſi infra dimidium minor dicta,datauè eſt,tam viro, quàm mulieri ipſi ſubuenietur ex remedio l.ij.C.de reſcind.vendit.vt commune ait Arius Pinel.contrarium in vxore meritò probans ad eandem l. par.j.c.iiij.nu.33.

Dotis ab auo,vel matre profectæ iudicium inire,ac per agere filia fam.& abſque patris conſenſu poteſt.commune ponit Iaſ.in l.quod locum.nu.11.de collat.

*D*otis etiam profectitiæ actio inſolidum emancipatæ filiæ quæritur.commune effatum conſtituit Rip.in l.ij §.quod ſi in patris.nu. 14. ff.ſolu.matr.

Dotis repetendæ actio,ſi maritus ad pauperiem vergat,& conſtante adhuc matrimonio competit.cũmune ponit Ludo.Gome. in §.fuerat.nu.41.Inſtit.de actio.Amplia & ſi paupertas illa non ipſius negligentiæ,aut culpæ,ſed fortunæ adſcribi debeat.commune fatur Palat. Ru.in rep.c.§.xxiiij.in princ.de donat.inter virum & vxorem.Excipe cum dos ſol.matr.reſtituenda extraneo erit,quia tunc agi non poterit.commune ait Gomez.vbi ſupra aliàs autem matrimonio conſtante nunquam dotis actio naſcetur.commune inſit Io.Cora.in l. qui liberos.nu.41ff.de ritu nup.Quod verũ erit etiam ſi vxor à viro ſæuienti foras expellatur.vt commune aiunt Alex.conſi.lxxviij.lib.ij.Viuius lib.j.opin.ccxxij.Quin neç alicui etiam cum iuramẽto cedi poterit. commune inquit Soc.Iun.conſi.lv.nu.11.lib.ij.

Dotis actio filiæ non patri cõpetit,quãdo illius reſtituendæ filię ipſi ſtipulatio interpoſita eſt.tametſi & dos profectitia ſit,& eius quà adminiſtratio,quà vſusfructus penes patrem futurus ſit.commune dicit Curt.Iun.conſi.clij.nu.1.& nu.3.At dotis aduentitiæ vſusfructus matrimonio ſoluto ipſimet filiæ, non eius patri quæretur. vt commune ponunt Iaſ.nu.17.Rip.nu.10.in l.ſecunda.§.quod ſi in patris.ff. ſoluto matrimonio.

Dotis reſtitutio de nihilo facta conſtante matrimonio non obſtabit,quin maritus poſtea,atque eius hæredes teneantur.commune ponit Ioan.Coraſ.in l.qui liberos.nu.114.ff.de rit.nup.

Dotem redditurus ob matrimonium impedimento antea exiſtenti ſolutum maritus non habet priuilegium,neque conueniatur ſolum quatenus facere poteſt:ſed & totam dotem cogitur refundere, & nullam temporis dilationem impetrat.commune inquiunt Bal.Nouel.de dote.par.ij.nu.28.Did.à Couar.de ſponſal. ij.par.c.vj.§.viij. & nu.24. & nu.vltim.

Dotis lucra non iure communi,non domicilij vxoris ſtatutis , ſed conſuetudinibus,ac ſtatutis maritalis domicilij reguntur commune aiunt Iaſ.in l.arrogator,nu.44.ff.de adopt.& in l.j.lect.j.nu. 24.& lect. ij.nu.60.C.de ſum Trini.Curt.Iun.conſi.cxxix.nu.6.Atque illa maritus noncẽ ſ et vnquam. vt receptũ effantur Florian.in leg.filia.§.ſi filius.ff. famil.ercil.Bald.Nouel.de dote.part.vj.ſpecial.xxxvij. Campeſ.de dote etiam parte quinta quæſtione. vij.

Dotem ſi pater,ac filius accepiſſe ſimul cõfiteantur,prẹſumetur pars dimidiata ad filium perueniſſe, & alteram partem dimidiatam accepiſſe.commune inquiunt Crauet.conſi.xcj.Viuius lib.ij.opin.clxxix & opin.ccxv.

Dotalium rerũ ẹſtimatio emptionẽ in dubio prẹfert.cõmune aio ex Alex.conſi.lxxix.lib.v.Ang.Aret.in princip. inſtit. quibus alien. licet, Franc.Aret.conſi.xciiij.Soc.conſi.lvj.& ſeq.libr.v. Atque hæc quidem æſtimatio,ſi alterutrum coniugem,etiam citra dimidium iuſti precij lęſerit,emendabitur.vt commune in vtranque partem diligenter, & copiosè recenſet meus iuris doct. Arius Pinel.in l.ij.par.j.c.j. nu. 12.& 13. & c.iiij.nu.33.C.de reſcinden.vendit.

Dotales res etiam immobiles,quæ idcirco ſolum æſtimatæ ſunt,vt earum precium innoteſceret,non vt & emptio contraheretur, maritus conſentientiente vxore rectè,hodieque alienabit.cõmune inquit Porc.in prin.nu.6.Inſtitu.quib.alien.licet Alioquin autem res mobiles etiam conſentiente vxore ſi à ſeruari poſſunt,maritus alienare nõ poterit.vt receptum effatur idem Porc.eodem in loco nu. 7. Res immobiles conſentiente milies vxore diſtrahere maritus multo minus poterit.vt frequenter placitum aſſeuerant Rip.in l.prima nume. 106. ff.ſoluto matrimonio Bal. Nouell. & qui eam laudat Turzan. opinio,cxv.

Dotales res à viro contra ius alienatas vir ipſe vindicare poterit,cõmune pronuncio ex Ang.& Riminald.in princip.Inſtitut.quib.aliena licet.Bal.Nouell.de dote.par.vij.priuil.j.limit.xij. Campe.de dote etiã part.iiij.q.xx.Ant,Gome.in l.50.Tauri.nu.63.

Dotalibus in rebus ſi quod ædificium æquis etiam vtriuſque coniugis expenſis conſtruetur,ſolo non ceder.vt receptum dicit Boer. in conſuet.Bitur.reg.des coſtumes des mariages.§.ij.

Dubius etiam atque incertus præſcribendi ius habet.commune ait Fel.in c.vlt.nu.9.de præſcript Excipere vt id non procedat , cum ante præſcriptionis initium orta dubitatio fuerit.vt receptum ſcribit Balb. de præſcrip.ij.par.iij.princip q.ij.

Duces,Marchiones,Comites , ac perpetui potentatus domini cenſetur principes,& omnia Imperatoris iura habent in vrbes,atque homines vrbibus illorum dominij contentos. commune teſtantur Curt.Iun.conſilio lxj.numero 9.Bellon.conſilio lj. & conſilio lix. numero 10.

Duellum iure omni prohibitum eſt,vt commune dogma latiſſimè. aſſerunt Syluan.conſi.lj.nu. 1.& ſeq.Viuius lib.j.opin.cx.quamobrem etiam ſemel ſuſceptum recuſari honeſtè poterit.vt cum Cotta.in memorab.ver.perduellionis.Soc.conſi.cxxv.nu.2.& ſeq.ponit commune Viuius d.opin.in fin.

Duo rei credendi ſi ſint ex cauſa lucroſa,& alter quid piam exegerit,alteri illud haud communicabit.vt commune ponit Paul. in leg. Titto,aut Seio,poſt princip.ff.de leg.lib.ij.qua in re inſigniter hallucinatur Mant.in l.frater à fratre,nu.196.ff.de condict.indeb.

## E

EBRIETAS. & ſi delictorum pœnas non tollat,tamẽ infringit.vt aiunt commune Menchiaca controuerſ.illuſtr.c.xcvj.nu.31.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lx.ver.præterea quæro.

Eccleſia,ſacerue,vel pius quius locuis non debet collectas pro rebus,ex quibus colligi aliquid ſolet,cùm perſonis imponuntur.commune ait Bellon.conſi.xl.nu.3.conferet tamen ad pontiũ,murorum,& foſſarum refectionem,atque ad redimendam,ſeu ſacerdotũ ſeu aliorum vexationem.communia ponit Rip.lib.ij.de reſcript. capi.xx.nu.6.& 7.

Eccleſia non infert exilij pœnam,ſi propriè loquamur.commune ſcribit Alciat.in c.cum non ob homine.num.108. de iudic.Villalo. in ſua collecta.

Eccleſia ex pacto reuẽdẽdi obligatur.verius,& cõmunius dicit inſignis Pinel.in l.j.par.iij.nu.53.C.de bon.mater.æquius affirmat idẽ Pinel.in l.ij.par.j.c.iiij.nu.1.ad finem,C.de reſcin.vendit.

Eccleſia iure minoris infra quadriennium ob modicum damnum nõ reſtituit.cõmune,& falſũ meritò ait Emanuel à Coſta in §. & quid ſi tantum.l.Gallus.ij.par. nu.76.ff.de liberis & poſthum.quod nos alibi latius,& enuclearius probamus.

Eccleſia aduerſus præſcriptionem infra quadriennium à læſionis tẽpore reſtituetur.commune inquit Iaſ.in auth.quas actiones.nu.53.C. de ſacroſ.eccleſ.

Eccleſia exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuam habet. vt frequenter placitum aſſerit Rip.in l.ſi is,qui bona. numero ff. de pinor.

in auth.quas actiones.nume.36.C.de ſacroſ.eccleſ.Balb.de præſcript.v.par.q.ij.

Eccleſia declarare compellitur num ſtet contractui,quem aut irritum,aut nullum poteſt dicere.commune ait Arius Pinel.meus doct.in l.j.par.iiij.nu.36.C.de bon.mater.

Eccleſiæ familia non potitur fori prærogatiua,tametſi præſulis familia potiatur.vt frequenter interpretibus probatur teſte Panor.in c.ij.nu.6.de foro competent.

Eccleſiæ immunitatibus non fruitur ex induſtria,aut inſidiis homicida,commune ait latè Ant.Gomez.de delict.c.x.nu.2.ver.v.limita.& qui latiſſimè differit qui illis potiantur,& qui ſecus,Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xxx.per totam.

Eccleſiæ legatum ad parochialem,vt fandi mos eſt,pertinet.commune inqui Iaſo.in l.j.numero quarto C.de ſacro.eccleſ.Villalob.in ſua collect.

Eccleſiæ & vltra quadriennij tempus ob damnum notabiliter inſigne conceditur reſtitutio.commune ait Iaſ.conſ.lv.nu.2.lib.j.Emanuel.à Coſt.in §.& quid ſi tantùm.l.Gallus.ij.par nu.80.ff.de liberis,& poſthum.

Eccleſiæ facta donatio cum pacto,modo,vel conditione donationem reſoluente,non magis valet,quam pactum,conditioque valebit ac ſeruabitur.receptum ponit Arius Pinel.in l.j.par.iij.ver.infertur.nu.21.C.de bon.mat.

Eccleſiæ abſque ſtatis ritibus etiam vtiliter alienanti copia eſt dicendi nullum eiuſcemodi contractũ vt frequenter receptum inquiũt Iaſ.in l.cum ij.§.eam ff.de tranſact.& in l.contra iuris.ff.de pact.Feli.in c.cauſam.nu.8.de iudic.copioſe Arius Pinel.in l.j.part.iij.nu.31.C.de bon.mat.

Eccleſiæ ipſi,vel illi ſubditis damnoſum ſtatutum nec directè,nec indirectè condi.poteſt.vt magis cõmune atteſtantur Iaſ.in l.quo minus.q.xxv.ff.de flum.Boe.dec.cxxv.Viuius lib.j.opin.ccclj.Villalo.in ſua collect.

Eccleſiaſtica res quando in emphyteuſim concedi poteſt,& filiis,& ſucceſſoribus perpetuò dari poteſt.commune effatum pronunciat Gozad.conſi.xxv.nu. o.

Eccleſiaſticarum rerum alienationes abſque diligenti & cauſæ cognitione,& negocij tranſactione irritæ,atque inutiles futuræ ſunt.cõmune aio ex Soc.conſi.xxv.lib.j.Dec,conſi.cxlij.Rebuf.in c.ſine exceptione.xij.q.ij.Nec ſolennitates illis requiſitas conſuetudo poterit antiquare,& ſi eas poſſit augere.vt crebris exceptum ſuffragiis affirmãt Petr.de Benint.deciſ.xiij.nu.7.Roch.Curt.in c.vlt.q.v.num.25.& ſeq.de conſuet.

Eccleſiaſticus iudex poteſt populi iudicem excommunicatione cõpellere,vt præſtet illi auxilium:quamuis popularis iudex eccleſiaſticũ non cogat.commune dicit Alciat.in cap.pernicioſam.numero 7.& 8.de offic.ordin.amicus noſter Nicol.Ant.Grauatius ad Veſtrium lib.8.cap.vlt.nu.40.

Eccleſiaſtico iudici non quis idcirco ſubiicitur,quòd in eccleſia deliquerit.commune inquiunt Rolan.conſilio xxiij.numero quinto & 6.libro ſecundo Iul.Clar.in practica §.vltimo quæſtione xxxviij.ver.vidi etiam.

Edere reus iura,& inſtrumenta in cauſis criminalibus.nec fiſco tenetur.cõmune ait Dec.in l.ij.nu.41.C.de eden.ſeu cauſa ſit cpai.ſeu pecuniaria,vt frequenter placitum teſtantur Rip.& Boſſ.quos laudat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xxvij.ver.ſed hic incidenter.In cauſis autem ciuilibus generaliter,ac regulariter edere inſtrumenta reus actori ad ſuæ intentionis inſtructionem non cogitur.commune dicit Rip.in l.j.nu.11.& in leg.is apud quem.nu. 2.C.de edend.Excipe niſi vel pius,ſacer vè locus aliquis agat,vel quiuis alius matrimonij cauſam tractet.communia fatur idem Rip.in illam leg.j.nu.13.Excipe iterum niſi reus vel mercator ſit,vel eius conditionis homo,qui rationum librũ neceſſariò confecerit conficiat vè.vt receptum ſcribit Iaſ.in laudatã l.j.nu.55.C.de eden.Excipe tertiò,niſi de vſuris,vel cauſa vſuras reſpiciente contra vſurario Sagatur.commune ait dec.in c.ex epiſtolæ.nu.101.cum ſequent.de probat.Actor verò inſtrumenta,& rationes reo cogitur edere ad fidem ſuis exceptionibus faciendam.vt commune ponit Iaſ.in l.& quæ à diuo.nu.1.C.de eden.Intellige porrò,ac perpetuò memineris quòd hæc inſtrumentorum editio fit iudicis officio,nõ actionis iure,vt frequens dogma enunciat Rip.in allegatam l.j.nu.20.C.de eden.& quod edere eam duntaxat inſtrumenti,teſtamenti,ſtatuti,alterius vè cuiuſpiam ſcripturæ partem quit cogi poteſt,quę ad cauſam ac ius petentis faciat:non verò integrum inſtrumentum,teſtamẽtum.vel aliud ſcripturæ genus,vt cum Boer.q.ccclij.atque aliis cõmune ponit Franc.Turza.opin.cxxiij.

Editur libellus reo ſuis non actori expenſis.commune ait Rip.in l.edita.nu.12 C.de eden.

Effectus vbi abeſt,affectus.& conatus,qui adeſt haud punitur ex generali conſuetudine.vt frequenter receptum aſſeuero ex iis,quæ latiſſimè tradit Iaſ.in l.j §.hæc autem verba à nu.16.ff.quod quiſque iu.Gand.in rub.de pœn.reo Ang.in §.& ſi credatur.à nu.3.Inſtit.de oblig.quæ ex delic.notanter Hipp.in l.vna,nu.244.cum ſeq.& nu.254.cum ſeq.C.de rap.virg.reſolutè Alc.in l.ſæpe.in fin.ff.de ver.ſign.pulchrè Did.à Couarru.in c.ſi furioſus.iij.par.in prin.à nu.6.de homicid.& Mant.de argument.ſoluend.poſt med.atque aliis cõpluribus,quos vberius infra refero ver.voluntatem.

Electio & ſi in vltimis voluntatibus facta proponatur,immutabilis habetur.commune ait Curt.Iun.conſilio clix.numer.1.Villalob.in ſua collect.

Electio legatum adepturi commiſſa hæredi,vel alteri,& in vita & tantum coram duobus teſtibus,etiam in electi abſentiam fieri poteſt.communia pronunciat Ant.Gomez.de teſtament.capitu.vltimo numero 48.verſiculo item adde quod iſtam:& verſiculo item adde quod talis.

Electio fidicommiſſum,aut legatum reſtitutione conſequuturi in iis ponitur,quæ meri facti ſunt,commune dicit,ac defendit contra reluctantes Eman.à Coſta in §.ſi arbitratu.l.cum tale.ij.part.nu.15.ff.de condit.& demon.

Electus vel à iudicis mandato,vel agentium conſenſu,vt iuxta artis peritiam deponat,non niſi iuratò ratam reſponſionem,& contrariæ probationi nihilominus ſemper obnoxiam edet.illud commune fatur Ioan.Crot.de teſtib.par.vj.hoc verò frequenter receptum teſtatur.Alex.in l.qui bona.§.qui damnum.ff.de damn.infec.Illius autem iuſiurandum non ideò minus firmum erit,quod ad eius inſpectionem vterque ageris citatione vocatus non ſit.commune dicit Deci.in cap.ij.de teſtibus Excipe niſi alterutra parte abſente optio à iudice facta proponatur.commune inquit Felin.in capi.quia iudicante.de præſcriptione.

Emancipatio quo ad quid fieri.quo ad quid haud fieri non permittitur.commune ait meus iuris doct.Ant.Gomez.de teſtam.c.iij.nu.21.& ante eum Alciat.de præſumpt.reg.ij.præſumpt.ij.nu.4.Quod verũ exiſtimo quo ad ipſam emancipationis formam,ac ſubſtantiam:non verò quo ad illa effecta,quæ ex illa oriuntur.quia hæc quin expreſſim excipi,& coarctari queant,nullis iuris rationibus impediri alibi vberrimè oſtendo.

Emancipatus iure antiquo aut cùm cauſa,aut abſque cauſa præteritus,& ſi tantum bonorum poſſeſſionem contra tabulas habuit,tamen hodie iure nouo ſine cauſa præteritus teſtamentum nullum dicit,cum cauſa inuolutus ſilentio antiquam duntaxat bonorum poſſeſſionem habet.commune ait Ant.Gomez.de teſtament.ca.xj.numero 34.poſt illos,quos latè infra refero verſi.præteritus.& ver.proximè ſequenti.

Emancipatus filius,& eius frater,qui nondũ ſui iuris,ac mancipij factus eſt,æquiparantur hodie tum matris,tum lineæ maternæ reſpectu,vt præteriri cum cauſa ſaltem debeant:aliàs teſtamentum ſit nullum,vt commune interpretum dogma effero ex Bal.nu.19.Paul.nu.9.in auth.ex cauſa.C.de libe.præt.Ang.in leg.certum.§.vlti.ff.de iniuſt.rupt.Im.in l.j.ff.de teſtament.& in l.filio præterito ff.de iniuſt.rupt.& in leg.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthum.latè Did.à Gouar.in c.Rainutius.in princ.nu.4.de teſtament.Ant.Gomez.de teſtam.c.xj.nu.34.& ſi verius de iure contrarium autument Vigl.in rub.nu.4.inſtitut.de inoffic.teſtament.idem Vigl.nu.1.in fin.& Eguinar,Baro in ver.tu vide ad §.mater,vel auus.Inſtitut.de exhæredat.liber.& ante eos Imol.in l.j.ff.de teſtament.ſed ea de re alibi latius,& opportunius.

Emancipatus filiis in poteſtate poſitis tantùm ab inteſtato recentis iuris conſtitutionibus æquiparatur:non verò cùm teſtamentũ exaratum proponitur.commune inquit Ant.Gome.nõ pœnitendæ auctoritatis doct.de teſtam.c.xj.nu.34.

Emphyteuſis contractus nominatus eſt,vt commune ait Iaſ.in prælud.feud.nu.34.in fin.hodieque ex communi loquendi vſu idem cum libellario contractu habetur,atque iiſdem regulis vterque metitur.cõmune inquiunt Dec.conſi.cxlvj.nu.2.Pariſ.conſi.lxxvij.nu.12.libr.iij.Tiraq.de retract.municip.§.xxxiiij.gl.j.nu.1.& ſi propriè libellarius contractus tunc ſit,cùm res emphyteutica ſit ab eo,qui directè dominus non eſt,emphyteuſis vero,cùm à vero,& recto domino res in emphyteuſim conceditur,vt frequenter placitum ſcribit Iaſ.in leg.j.nu.29.C.de iure emphyteut.Differt autem à cenſu,quia cenſus dominiũ quà vtile,quà directum confert,emphyteuſis vtile duntaxat.commune renunciant Ab.in c.conſtitutus.nu.29.de religioſ.domib.Iaſo.in d.l.j.nu.39.

Emphyteuſis eccleſi,quin alicui,& omnibus eius deſcendentibus concedi poſſit,nemo iure ambiget.commune inquiunt Alex conſi.cx.lib.iii.Gozad.conſi.xxv.nu.20.ver.ad decimum.Iul.Clar.de emphyteu.q.vj.verſi.quæro vſque ad quam.vt & dubitatio nulla eſſe debet,quin ea alicui & extraneis eius hæredibus expreſſim præſtari poſſit.commune dogma atteſtatur Soc.conſi.cclxvj.nu.33.lib.ij.Grat.conſi.cxxviij.nu.6.lib.ij.& ſi perperam aliud receptum aſſeruerint Alex.in l.etiam.nu.3.ſol.matri.Rub.in l.Gallus.§ quidam rectè.numer.197.& numero 203.ff.de libe.& poſthu.quos meritò refutat Clar.d.vj.ver.ſed nunquid.

Emphyteuſis

Emphyteuſis alicui & eius filiis conceſſa non pertinet ad filias. commune aiunt Dec.conſ.cccxxxvj.nu.3.Lo zes in l.filiusfamilias.§.diui.nu.68.ff.de leg.lib.j. Ioannes.de reb.quotid. c.iij.magis commune cenſet Alex.in l.quod dicitur. nu.24. ff.de ver.oblig. Iaſ.in l.ij.nu.193.C.de iure emphyt.& in l.ſi quis id quod.nu.23.ff.de iuriſd.omn.iudic.Did.à Couarru.lib.ij.reſolut.cap.xviij. nu.ſed falſum,atque iniquum oſtendit meus iuris doctor Arius Pinel.in l.ij.nu.9. C.de bon.mat.quem nos alibi multis argumentis iuuamus.

Emphyteuſis alicui,& eius legitimis hæredibus indulta proximos tantum ab inteſtato ſucceſſuros, non & extraneos teſtamento inſtitutos admittit. commune aiunt Curt.Iun.in l.vna.nu.11. C.quand.non petent.part.latè.Pinel.in l.ij.nu.9. C.de bon. maternis. vt & illa emphyteuſis,quæ alicui & eius hæredibus accepta ſimpliciter eſt,extraneos hæredes omnino reſpuit. quod receptum eſſe in literas miſerunt Alex.conſ.xxiij.lib.j. Pariſ.conſ.lxxxiiij.& conſil. lxxxv.lib.iiij.& qui multos cumulant,& contrarium receptius teſtantur Iul. Clar.de emphyt.q.xxviij.ver.tertius eſt caſus.& Viuius lib.j.opin.xcix.

Emphyteuſis alicui, & eius hæredibus conceſſa ad fœminas ſpectabit.commune ait Berous q.xviij.in princip. Iul.Clar. de emphy.q.xxxij.ver.hæc.tamen concluſio.

Emphyteuſis alicui,& eius liberis quà maſculis, quà fœmin.eo in loco conceſſa, vbi ſuperſtitibus maſculis fœminæ exclud. ad maſculos tantum perueniet, & in eorum defectum ad fœminas attinebit. commune inquiunt Curt.Iun.conſ.clxxj.nu.3.Brun.de ſtatuto exclu.fœmin.in art.viij.q.xxij.

Emphyteuſis alicui, & eius filiis recepta ad naturales liberos non pertinet,commune affirmant Alex.in l.ex facto. §.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.Viuius lib.j.opin.100.

Emphyteuſis, quæ in aliquem collecta eſt, atque in eum deinde, qui ab ipſo nominabitur, ad omnes hæredes tum teſtato,tum inteſtato ſuccedentes ſpectat,ſi nemo nuncupatus reperiatur, commune pronuncio ex Alex.conſ.ccxxij.nu. 3.lib.vj. Dec.conſ.cccccxlij.nu.3. Soc.in l.j.§.per procuratorem. nu.5. ff.acquir.poſſ. Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita,nu.2.ff.de verbo.oblig.Hipp.ſing. cccccl xxx.atque id ſanè & æquum & bonum eſt.

Emphyteuſis ab aliquo ſibi, & filiis, & hæredibus excepta non pertinet ad filium non inſtitutum, vt commune aiunt Alex. conſilio cxvix.lib.iiij.Io. Duran.de art.teſta.tit.xj.caut.x.latè Iuli. Clar.de emphyteuſ.q.xxxvij.Viuius lib.j.opin.cxxxij.ad finẽ, vnde qui talis emphyteuſis bona poſſidet, hæreditati patris ſeſe immiſcuiſſe cenſetur, vt rectè commune ponit Viuius vbi ſuprà.

Emphyteuſis in plures ſimpliciter collata ſingulis quibuſque eorum pro virili portione cenſetur elargita, vt commune ponit atque accuratè declarat,vir magna laude dignus, ac mihi chariſſimus Ioan. Ronchegallus Gioldus in l.eandem,numero 128. cum ſeq. ff.de duobus reis.

Emphyteuſis accreſcendi ius non admittit,vt frequentibus interpretum calculis comprobatum refert Dec.conſ.cccxxvj. nu.1.& qui benè explicat Iul.Clar. de emphyt.q.xxxix.

Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi perſonarum, aut legitimum modum, aut cõditionem iuſtam egreditur,ea fini,qua poteſt,valet,illa, qua nequit euertitur,commune ponit Iaſ.in auth.qui rem aliquam, nu.21. C.de ſacroſ.eccleſ. Tiraq.de ratract.conuen.in fin. operis nu.144.latè Iulius Clar.de emphyt.q.vj.

Emphyteuſis eccleſiaſtica indiſtinctè non trãſit ad extraneos hæredes,commune placitum ait Dec.conſ.clxxj.& Curt. Iun.conſ.cxxx.nu.5.magis commune affirmant Segura. in l. cohæredi. § cum filiæ.nu.160.ff.de vulga.& pupil.Rub.in repet.§.quidam rectè.l. Gallus.ff.de libe. & poſthu.& ante eos Alex. conſ.clj.viſo themate.in fin.lib.ij. Quod etiam procedet cùm alicui.& eius hæredibus conceſſa fuerit, receptum enunciant Soc. Iun.conſ.xj.nu.1. lib.iij.Gozad.conſ.xxxix.nu.6.& ſeq.& qui latius hac de re agit Iulius clarus de emphyteuſ.q.xxviij.ver.tertius eſt caſus, cum ſequentibus,vbi multos ac multa in contrarium adducit, & tandem hoc magis commune aſſeuerat,limitabis tamen vt iſthæc non habeant locum cùm emphyteuſis eccleſiaſtica alicui,& quibuſuis eius hæredibus ritè conceſſa erit,vt receptum ait Did.è Couarru.quem refert,ac meritò probat Iul.Clar.d.q.ver.ſed quæro quid ſi ab eccleſia.limita.ij.cùm alicui & eius hæredibus,& quibus ipſe illam dederit, hæcce emphyteuſis eccleſiaſtica indulta erit,quemadmodum frequenter probari author eſt Curt. Iu.conſil.iiij.nu.1,& conſ.ciij.nu.2.

Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ in aliquem & eius filios confertur,vni ex filiis à patre nec donari poteſt, commune effantur Bertr.conſ.cxxxviij.lib.ij. Alciat.de præſumpt.regu.j.præſumpt.xxxj. Quin nec prælegari poterit, vt receptius affirmat Alex conſ. xxiiij.lib.iiij. amplia & ſi huiuſmodi emphyteuſis ob pecuniæ interuentum data ſit.commune ſcribit Ant. Rub.in repet. §.quidam rectè.l. Gallus.in fin.verſ.quartus caſus.ff.de lib.& poſth.

Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ filiis & nepotibus conceſſa eſt, ad illos licet inſtitutione non honeſtatos redit commune ponit Curt. Iun.conſil.lxxviij.num.4. Quin & ad eos etiam tunc pertinebit cum hæreditat repudiaſſe proponentur,receptum prodit Alc.de præſum reg.j.præſump.xxxj.in princ.

Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ ad extraneos hæredes non tranſit ad fiſcum cum aliis emphyteutæ bonis confiſcatis nõ deferetur,commune aſſeuerat Alexan.conſi.xxiij.prima conſideratione, in fi. & ſeq.lib.j.& qui vberius hanc rem agit Iul.Clar.de emphyteuſ.q.xxix.

Emphyteuſis quibus in caſibus alienari poteſt,in eos alienari nequit,qui ipſo emphyteuta potentiores habentur, ac ſunt, commune aiunt Iaſ.in l.vlt.nu.90.& num.99. C. de iur.emphyteut. Grat.conſil.lxxx.numero 4.libro j.& qui potentiorum nomine clericos,curiales, milites, & ſimiles comprehendi tradit Iulius Clarus de emphyteuſ.quæſtio.xxij.

Emphyteuſis abſque domini conſenſu alienata, niſi & tradita ſit, non committitur,commune aio ex Iaſ.in l.vlt. num.132. C.de iur.emphyt.Tiraq.de retract.lign. §.j. gl.ij. num.43. & idem teſtantur latiùs cumulantes Iul.Clar.de emphyteuſ.quæſt.xiij.ver.ſed nũquid.Viuius lib.j.opin.cxvij.Idemque erit tametſi conſtituti clauſula apponatur, vt verius,& æquius arbitror cum Alciat. in l.j.nume. 27. & in §.ſi vir vxori.num.60.in fin.ff.de acquir.poſſ.Guid. Pap.deciſ.cj. Anton.Gomez.in l.xlv.Tauri.num.95.quamuis contrarium receptius eſſe agnoſcam ex Iaſ.vbi ſuprà,& ex Tiraq.de conſtitution.par.iij.limit.xxvj.Si verò emphyteuſim ſemel tradiderit,etiam retrò eam confeſtim emat, atque accipiat,illius iure prorſus euertetur, commune affirmant Iaſ. in l.cum dubitatur.num.135. C.de iure emphyt. copioſius Iul. Clar.d.q.xiij.ver.ſed quid ſi emphyteuta.

Emphyteuſis ſi alienetur non ideò minus ſit caduca, quod ſalua domini voluntate dicatur alienata,vt frequenter exceptum teſtantur Iaſ.in ij.lect.rub.num.25.ff.ſol.mat.Rip.in c.cum M.nu. 8. de conſtit. & ſi mihi aliud æquius ac melius eſſe videatur,parúmque differre arbitror num hoccè modo alienatio fiat,an ſaluo domini conſenſu,qua in ſpecie non committitur emphyteuſis, vt commune dogma effatur Rip.vbi ſuprà,quidquid Iul.Clar.tradat de emphyt.q.xiij.ver.itẽ quæro,ſed hac de re alibi copioſius.

Emphyteuſis,quæ alicui & quibus ipſe illam dederit conceſſa eſt, rectè atque impunè inſcio domino alienabitur, commune ait Dec.conſil.clxiiij.num.3. vt illa abſque dubio impunè diſtrahetur, cuius venditio in ipſius contractu disertè permittitur,commune renunciat Torniel.in rub.nu.156.ff.de verb.oblig & illa etiam alienata non committetur,cuius alienatio in emphyteuta maiorem ac potẽtiorem expreſſis contractus verbis interdicitur,quemadmodum crebris doctorum ſuffragiis probatum ſcribit Ruin.conſi.cciij.num.6.lib.j.

Emphyteuſis non antea committitur, quàm dominus illius directus id ſe velle declarauerit, commune aiunt Cur.Iun.conſil.cxix.nu.2.& conſil.cxlix.nu.3.ac latius Iul.Clar.de emphyteuſ.q.ix.

Emphyteuſis, quæ ſemel commiſſa eſt,non ideo minus commiſſa intelligetur,quod dominus, poſtea ſcienter penſionem accipiat proteſtatus de commiſſione,quam ſe indulgere nolle dicat cõmune aiunt Corn.conſil.xl.litera 1.lib.iiij. Iaſ.in l.ſi poſt moram,numero 4.ff.de eo quod cert.loco Intellige tamen ſi tranſacti temporis ſolutionem duntaxat acceperit.nam ſi futuri etiam temporis penſionem receperit,nihil oberit conteſtatio quin culpa remiſſa videatur, commune inquiũt Gig.de penſion.q.lxxiij.in fin.Ruin.conſil.cx.num.4.& conſi.clj.num.12.lib.j.Intellige ſecundò,quod ſi nulla proteſtatio interuenerit, ſola præteriti temporis ſolutio admiſſa ſuſceptam culpam diluet,vt receptũ eſſe prodiderunt memoriæ Gyg.d.q.lxxiij.nu.3.Iul.Clar.de emph.q.x.ver.aut verò ſumus,quamuis Salic.in l.ij.nu.14.C.de iur.emphyt.contrarium frequenter placitum effutierit.

Emphyteuſis à maioratus,ſeu primigenij poſſeſſore conſtituta,non eſt ipſi ſuperſtes,commune pono ex iis quæ tradunt Ant.Gomez.in l.xl.Tauri.nu.84.& vir elegantis ingenii,atque eruditionis Arius Pinel.in l.j.par.iij.num.65.C.de bon.mat.

Emphyteuſis iiſdem finitionibus metienda eſt,quibus feudum,niſi vel aliter iure communi expreſſim diſponatur,vel ſanctiones de feudo multum, latéque à iure communi abhorreant, vt frequenter placitum affirmant Soc.conſilio clvij.non inutilis,libro ij. Turzan.opin.clxiiij. Iulius Clar.de feud. quæſt.iij.ver.& hæc quidem. ac Viuius lib.ij.opin.xxix.

Emphyteuſis in re propria conſtitutæ confeſſio non infert dominij iacturam,in id enim frequenter iuiſſe teſtatur Franciſ.Rip.in l.conditionis.nu.23.C.de pact.

Emphyteuſis emptor ni ſe expreſſim ad penſionem obligauerit, non cogetur illam ſoluere,vt commune recenſeo ex Iaſ.in l.ij.numero 150. & numero 154.C.de iure emphyt.ac Matth.de Afflict.deciſ.xcv.numero 3.

Emphyteuſis plurium annorum futurus canon inuito domino ſolui nequit,commune ait Dec.in l.cum tempus.numero 8.ff.de reg.iur Aret.in l.qui Romæ in princ.ff.de verb. oblig.Iaſ.in l.ij.nu.66. & ſeq. C.de iure emphyteut.

Emphyteuſis ſine domini conſenſu facta renunciatio nullius eſt

momenti,commune aſſero ex Iaſ.in l.ij.nu.24.C.de iur. emph. Matt. Aſſlict.in ca.,.nu.42.& nu.48.de vaſall.qui contra conſtitut.in iij.lib. feud.ac Felyn.in c.que in eccleſiarum.de conſt.Curt.de feud.iiij.part. q.xxxj.atque ante illos omnes Panor.in c.j.de feud.

Emphyteuſi,quam aliquis ſibi, ſuiſque liberis ſuſcepit,renunciaſſe is videtur,qui patris bonis ſimpliciter renunciauit, commune aſſerunt Iaſ.in l.ſi non ſortem.§. libertus.nu.34.& nu.ſeq.ff.condict.indeb.Viuius lib.j.opin.cxxxij.in fin.

Emphyteuta ius rei vendicandæ habet, vt frequenter placitum enunciat vir acuti ingenij, ac magnæ diligentiæ Arius Pinel.in l.j.par. ij.nu.48.C.de bon.mat.

Emphyteuta ſolutum canonem probare debet, ſi agentis domini intentio negatione nitatur,commune pangit Iaſ.in l.emphyteuticariis,nu.132.C.de iur.emphyteut. Soci.Iun.conſ.ij.nu. 15. lib.ij.Gyg. de penſio.q.lxxvj.in fi.

Emphyteuta penſionem ea pecunia ſoluere non cogetur, cuius æſtimatio poſt contractum aucta eſt, at priſtino illius pecuniæ valore illam ſoluere ſatis,ſuperque erit,vt commune inquit additio Ang. in l cùm quid.ff.ſi cert.pet.

Emphyteuta omnibus ante actis annis ſoluiſſe præſumitur,ſi per tres continuos annos antea proximè elapſos ſe ſoluiſſe canonẽ probet,commune affirmat Curt.Iun.conſ.xlv.num.5.aſſerunt Iaſ.in l.ij. nu.135.C.de iur.emphyt.Duennas reg.liiij.Guliel.Bened.in ca.Raynutius,ver.ſi abque liberis.nu. 187. de teſt.Franciſ.Luc.de fiſco.j.part. nu.9.lib.ij.Limita tamen cùm vna ſolutio facta eſt pro tribus annis: vt commune autumo ex Bel. & Alex. ad Barto. in l. quicunque,C.de apochis.lib.x.Iaſ.in d.l.ij.& in l.j.C.de fideicommiſ.& in l.j.num. 33. ff.de offic.eius.Alc.in l. ſi certis annis. in ver.annis.C.de pact.Rebuf. in tit.de conſtit.redditium.gl xv. Admittetur tamen ſemper in contrarium probatio,vt d.l.quicunque.luculenter probat,& aſſero receptum ex Bar.ibidem in prin.& Alex.ad illum. nu.2. in fin.& eo. Alex. nu.9.Iaſ.nu.2.in l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pact. Aret.nu.3.Iaſ. nu.10.in l ſciendum.ff.de verb.oblig.

Emphytheuta & donare, & legare emphyteuſim abſque domini conſenſu,ac prudentia poteſt, commune inquiunt Iaſ.in l.iij.C. de iur.emphyteu.& in l.ſi domus.§.vlt.nu.3.ff.de leg.lib.j.Cur.Iun.conſ. cxxx.nu.8.& qui latiſſimè cumulant Iul.Clar.de emphyteuſ.q.xv. Viuius lib.j.opi.xcviij.quin & permutare abſque domini ſcientia poteſit,vt ait receptum Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.86.ff.de ver. oblig.niſi ſi fraus aliqua interſit, quia tunc haud idem erit,quemadmodum frequenter placitum enunciat idem Rip.in l.ij.num.38.ff.ſi cer.pet.Multo autem magis & pignorare & hypotecæ ſubiicere emphyteuſim, emphyteuta impune poterit inſcio; & inuito domino, quippe quia in id vnanimiter interpretes iuiſſe atteſtantur Iaſ.in l.vlti.nu.78.& ſeq.C.de iure emphyt. Rip.in l.filiusfam. §.diui. nu.90.ff. de leg.lib.j.Grat.conſ.liiij.nu.5.& conſ.lxv. nu.1.lib.j.

Emphyteuta ob ſterilitatem impetrare penſionis remiſſionem iure non poterit,commune aiunt Cotta in memor. verſic. conductor. poſt princip.Nata conſ.xlix.nu.15.latè Iul.Clar.de emphyt.q.viij.ver. ſed nunquid ſi tamen ob aliquam bellorum calamitatam nullos fructus perceperit,eam conſequi debebit,commune inquiunt Iaſ.conſ. liiij.nu.2.lib.j.latius Iul.Clar.d.q.verſ.ſed quid.in fin.

Emphytheuta ad tributa & onera pro rebus ſoluenda obligatus eſt,commune pronuncio ex Iaſ.in l.j.num.25. C.de iure emphyteut. Caſſan.in conſuet.Burg.Rub.iiij.§.viij.Io.de Amic. conſ.viij.nu.91. & nu.62.& ad collectas,& ad iſta omnia,tametſi magnum canonem domino ſoluat,tenebitur,vt commune ex multis teſtatur impiger Pinelus in l.j.part.ij.ad finem,& C.de bon.maternis.quamuis ſi magnæ erunt collectæ contrarium, cum ſenatus authori.proponat Iul.Clar. de emphy.q.xlvj.

Emphyteuta ob ſolutionem vnius nummi prætermiſſam expelli à domino poteſt, commune effatũ teſtatur. Iaſ.in l.qui rem aliquam. nu.16.C.de ſacroſ.eccle.amplia vt idẽ procedat, tametſi ignoret rem eſſe emphyteuticam,vt frequenter placitum inquit Imol.in c.potuit. num.56.de locat. Soc.Iun. conſi.lxx.nu.23.lib.j. Qua tamen in ſpecie ex ignorantiæ capite reſtituetur emphyteuta, quemadmodum crebro interpretibus probari ait idem Imo.eodem in loco: & qui latiſſimè cumulando iſthanc rem tractant Iulius Clar.de emphyt.q.viij. per totam.Viuius lib.j.opin.xciiij.

Emphyteuta ſi vel emphyteuſim deteriorem efficiat, vel emphyteuſis frugiferas arbores cædat, ab emphyteuſi poſſidenda rectè,ac ritè abigetur, commune aiunt Iaſ.in l.diuortio.§.ſi fundum. ff.ſolut. matr.& in auth.qui rem.nu.6.C.de ſacroſanct. eccleſ.& conſ.xvij.lib. j.& cum Paulo Pico,atque aliis Arius Pinel. in l.j.part.ij.nu.60.verſi. idem in emphyteuta.C.de bon.mater.

Emphyteuta nunquam antea emphyteuſi lapſus dicitur, vel cenſetur, quàm dominus declarauerit.commune affirmant Iaſ.in l.ij.no.v. C.de iur.emphyt.Cur.Iun.conſ.cix.nu.2. & conſ.ccxlix.nu. 3.copioſius Iul.Clar.de emphyt.q.ix. Viuius lib.j. opinio.xciiij ad finem.atque adeò ad fructus à declaratione perceptos ſolũ tenebitur, commune inquiunt Felin.in c.de quarta.de præſcript.Iul. Clar.dicto loco,ac Viuius in allegata opin.xciiij.ver.ampliatur tertio loco.

Emphyteuta ſi ob non ſoluendi culpam eiiciatur,quæ in emphyteuſim ornandam, & ad meliorem ſtatum reducẽdam expendit,non repetet, ſin autem temporis metis excludatur, iſthæc omnia prorſus repoſcet.communia effero ex Iaſ.in l.ij.nu.27. C.de iur.emphy.& in authen.qui rem.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi Dec.nu.14.ex eodem Dec.conſi.cccccxviij.Cagno.in l.ſi quis maior.nu.53.C.de tranſact. Bero.in c. potuit.nu.146.de loc.& aliis,quos adducit Iul. Clar.de emphyteuſ. quæſt. xlvj.

Emphyteuta vſumfructum, & ſeruitutem ea fini duraturam,qua ipſius emphyteuſis conſtiterit,iure conſtituet.vt commune recenſeo ex Iaſ in l.vlt.num.118.C.de iure emphyt.Cepoll. de ſeruitut.vrban. prædiorum.c.xiij. Afflict.deciſ.ccclxxx.Curt.de feud.q.xiiij. Pariſien. conſ.xcviij.nu.11.lib.ij.Boer.deciſ.clxxxj.

Emphyteutæ ſolutione per biennium ſuperſedentis rem emphyteuticam dominus propria auctoritate ingredietur.commune dicũt Corn.conſil.cclxxj.lib.iij. Dec.conſil.cxlvj.nume.7.Viuius lib.j. opin. xciiij.in fin. Quin generaliter emphyteutam emphyteuſi lapſum dominus propria authoritate poteſt expellere, ac rei poſſeſſionem ſibi vindicare.vt receptum cenſent. Alex.conſil.cxvij.num.2. lib.iiij Dec. in laudato conſilio cxlvj. numero 7.& qui benè declarat Iul.Clar.de emphyt.q.x.

Emphyteutæ conſanguineus emphyteuſim generationum fine conſumptam ſibi renouari iure poſcet.ac,ſi repulſam feret,& accepiſſe iniuriam videbitur, & ſuperiorem vel querelæ, vel appellationis via adire poterit.vt frequenter placitum eſſe literis prodiderunt Alex.conſ.lxx.viſo & animaduerſo.nu.7.lib.j. Barba.in c.j. nu. 18.de locat.& qui vberrimè cumulant Iul.Clar.de emphyt.q.xliiij. Viuius lib. j.opin.xcvj. Intellige tamen id tunc proceſſurum, cùm patronus ſibi ipſi emphyteuſim retinere non vult. quemadmodum commune dogma aſſeuerant Petr.de Benit.deciſ.xix.Clarus,ac Viuius vbi ſuprà.

Emphyteuticus contractus ſcriptura neceſſariò eget. commune inquit Iaſ.in l.j.nu.6.C.de iure emphyteut.& qui latè agit Iul.Clar. de emphy.q.iiij.

Emphyteuticus contractus ſubiacet conſtitutioni l.ij.C.de reſcindend.vendit.vt commune oſtendit diligenter, & copioſè Arius Pin. ad eandem l.par.j.c.iij.nu.vlt.

Emphyteutici canonis ſolutio duobus teſtibus probari debet.cõmune ait Iaſ.in l.emphyteuticariis.nu.134.C.de iur.emphyteut.

Emphytheutica res præſumitur, ſi eius tanquam emphyteuticæ poſſeſſor diu canonem ſoluerit.cõmune fatur Iaſ.in l.j.nu. 55. C.de iur.emphytheut.erit autem hic diutina canonis ſolutio,quæ triginta annos excedat.vt commune effert illic Iaſ.nu.155.& Balb.de præſcri. part.iij.q.x.nu.36.ac Viuius lib.j.opin.xciij.

Emphyteutica bona & pro aliis permutari, & inter emphyteutas diſtribui inconſulto,atq; ignato domino rectè poſſunt.illud commune ait Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres. nu.86.ff.de verb.obligat. hoc verò frequenter placitum aſſero ex Aret.Alex.Iaſ.nu.75.Io.Crot. nu.135.ad illum eundem §.duo fratres. atque ex Iaſ.rurſus in l.vlti. nu.114.C.de iure emphyt. quin & aliis emphyteutæ impunè diſtrahentur inſcio domino:vt communiter receptum inquiunt Iaſ.nu.77. Rip.nu.87. ver.v. facit in laudato ſuperius. §.duo fratres. Iaſ.iterum in illam l.vlt.nu.116.C.de iur.emphyteu.& in l.voluntas. nu.7.C.de fideicom.Hipp.ſing.xxviij.Gozad.conſ.xx.nu.9.

Emptio nulla erit ſi hunc in modum concipiatur; empta tibi res eſto pro iuſto precio; aut emptam hanc rem habeto pro eo precio, quod inter nos ſtatuetur, ſeu quod poſtea declarabitur: erit tamen contractus,innominatus, & precium ſubſequuta traditione à iudice indicabitur, receptum ex multis ponit Arius Pinel. (cuius nomen ſumma cum animi voluptate, aut auribus, aut ore vſurpo) in rub.ij. par.cap.j.nu.19.& c.iij.nu.2.C.de reſcinden.vend.Quin generaliter emptio nulla eſt; quæ non expreſſo certo precio, vel idonea relatione comprehenſo fiat: tametſi res empta vel ex loci conſuetudine, vel ex conuentionis tempore certum pretium habeat, vel æſtimatores publici ſint; vel denique certæ,ac publicæ rerum indicationes eſſe proponantur: vt receptum ponit idem Pinel.ad illam rubr. c.iij.nu.2.& 3. par.ij. vnde nec illa emptio alicuius ponderis erit, in qua precium in boni viri,aut alicuius tertij ab emptore,& venditore eligendi arbitrium confertur. quemadmodum frequenter placitum cenſet idem Pinel. contra Dec.non curantiam in d.ij. par.rub.c. j.nu.4.C.de reſcind.vend.

Emptio quin tunc vera ac germana cenſeatur,cùm res aliqua æſtimata pro re alia datur, nemo veterum interptetum ſententiam amplexurus dubitare debet,eſt enim commune omnium placitum in l. j.C.de contrahend.emp.quod.laudant Rip.nu.26.Alc.nume.23.in l. ij.ff.ſi cert.pet.Tiraquell.de retract.lig.§.j.gl.xiiij.nu.19.& ſequuntur complures,quos allegat,ac meritò in contraria omnia abiens,confutat Arius Pinelus,à quo ſum, in rub.ij.part.c.j. num.16.& c.iij.num. 1.verſa. C.de reſcind. vendit. Vnde nunquam approbare potui, &

æquit

æquitatis rationibus ſemper alienum duxi, ac duco quod ſcripſit Dec.conſ.clx. Emphyteuſim committi ſi pro re alia æſtimata permutetur, quia & res æſtimari ſolent, vt ſolus earum valor melius cognoſcatur, l.ſi æſtimatis, cum ſimilibus.ff.ſolu.matr.& precij mentio, quæ illi argumentum ſuggerit) tum venditorem arguit, cùm in pecunia numerata conſiſtit.§.item precium, in princ.Inſtit.de empt.& vend. ſed hac de re commodius, & vberius alibi & egimus, & Deo fauente agemus.

Emptio aliquot redituum ad vitam, non vitæ incertitudine labeſit, vt frequenter viſum interpretibus inquit Iaſ in l.j. numero 63. C.de ſumm.Trinit.

Emptor, qui rem minori precio, quàm valeat, emit, in animi iudicio obligabitur, vt pium proculdubio aſſero, & receptum arbitror ex Tiraquel.de iure marit.in l.9.Did.nu.9.à Couar.lib.ij.reſolutionum c. iiij.nu.11.& multum laudato, ac multùm, ſæpéque laudando Ario Pinelo, qui complures allegat, ad d.l.ij.par.j.c.j.nu.35.C.de reſcin.vend. Intellige tamen, niſi venditor verum rei valorem calleat, vt accuratè reſoluit Rip.in l.ſi vnquam.q. ix.C.de reuoc. donat. & eſt ex aliorum interpretum mente.

Emptor rei alienæ ſcienter, tametſi de euictione ſibi non cauerit, tamen re poſtea euicta precium ſuum a venditore ſeruat, commune ponit Did.à Couarru.lib.iij.reſolu.ca.xlij.verſ.ad eam, verum enimverò & iniquum id eſt, & contra text.apertum in l.fundũ. C.de euict.

Emptor cum pacto reuendendi ſeu retro vendendi, ſeu, reſtituendi, ſi res penes illum ſit, ad eam præciſè tradendam obligabitur, nec eo, quod intereſt, ſoluendo ſatisfaciet, vt commune ex multis contra multos ait accuraté Arius Pinel.in l.ij.part.ij.ca.iij.nu.22. de reſcind. venditione.

Emptor rei vniuerſitatis ab eadem vniuerſitate venditæ, non neceſſe habet probare precium a ſe ſolutum, in vniuerſitatis illius vtilitatem fuiſſe verſum, vt frequenter placitum inquit Alciat.in l.ciuitas.ff.ſi cert.pet.

Emptor vt poſſit agere non habet opus offerre precium, ſi venditor id non petat.commune aio ex Alex.in l.filiæ licet.C.de collat. Iaſ. in l.iuriſgẽtium, in iij.notab.ff.de pact.& in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiurand.& in §.actionum.nu.136.cum ſequentibus Inſtit.de action.atque ex aliis, quos refert And.Tiraquell.de retract. lig.§.j.gl.xvij.num.4.& ſi Fulgoſius accutiſſimi ingenij vir in d.l.filiæ licet, contrarium prorſus autumet, atque inibi cum & ſequatur ac defendat Deci.& in conſ.ccccxxj.ſequatur etiam Alex.ſibi reluctatus in conſ.clxxiij.lib.vj.ac nonnulli alij, quos citat Tiraquel.in d.gl.nu. 13. in eãdem opinionem iuerint. Sed quidquid illi deblaterent.communis opinio eſt, quòd poſſit agere, & pars aduerſa id debeat opponere. Nec obſtat quod oblatio (quam in hac re exigi, tex.in l.Iulia.§. offerri.ff.de actio.empt.) in ſolutionis vim accipiatur, & oblationis ea eſſe natura videatur, vt tunc locũ habeat, cum pecuniam aduerſarius recipere tergiuerſatur, vt in l.ſi creditrici, & in l.acceptam.cum ibi not.C.de vſur.& in l.obſignatione.C.de ſolut.& in l.debitor.ff.de vſur.notant Bar.ac reliqui ſcribentes in l.qui Romæ.in princip.ff.de verbo.oblig.quod argumentum complures perturbat. quia inficiari nemo poteſt, Quin etiam illis propriè precium offerri dicatur, quorum voluntas in incerto eſt, num velint illud accipere necnè, & id nos alibi multis ex authoritatibus opportunius, ac latius oſtẽdimus. Nec item obeſt, quòd cùm venditor regulariter, qui precio ſibi nondum ſoluto rem emptori tradidit, nec illi de eo fidem habuit dominum rei non faciat emptorem.l. quod vendidi.l.vt res. ff.de contrah. empt.§.venditæ. Inſti.de rer.diuiſ. cum ſimilibus, & cùm oblatio de qua in d.§.offerri, vim ſolutionis, ac locum ſubeat, videatur & parte non petente fieri debere, vt efficax poſtea ſubſequatur traditio, quia empti actio perſonalis eſt, qua ob contractum emptor ſtatim experiri poteſt: & argumentum ad rei vendicationem ſpectat, ſed hęc omnia alibi enucleatius, & vberius.

Emptor ad tributa, & onera rebus ipſis impoſita non ſolum præſentia, & futura, ſed etiam præterita tenetur, vt frequentius placitum aſſerere auſim ex Panor.in c.paſtoralis. nu.5.de deci.Matt.de Afflict. deciſ.xcv.quod etiam procedet, & ſi emptor contraria pacta cum venditore inierit, vt commune pono ex Pariſ. conſ.lij.lib.j. Ario Pinel.in l.j.par.ij.nu.72.ver.iij.ampliatur.C.de bon.mater.

Emptor ſecundus rei poſſeſſionem nactus præfertur primo, & ſi eccleſiaſtico.commune ait Iaſ.in l.quoties.nu.19. C.de rei vendic.

Emptori habita fides de precio cenſetur ex mera, ac ſola rei venditæ traditione, vt commune inquiunt Porc.nu.7.Ang.nu.2.in §.venditæ, Inſti. de rerum diuiſ.& compoſita doctorum ſtrues à Tiraq.de retract. conuent.in fi.nu. 77. & ſi contra id rectè ſteterint Fulgoſ.in l.quod vendidi.ff.de contr.emp.& in l.procuratoris. §. planè.ff.de tribu.act.Aret.in l.quoties. C.de rei vendic.Fabian.de emp.& ven.q.v. nu.35.iura enim aut expreſſam fidem, aut veram ſolutionem exigũt. quorum hæc ſunt præcipua.d.l.quod vendidi, xix.ff.de contrah.emp. l.ſi à Titio.73.ff.de rei vendic.l.ex empto.ad fi.prin.ff.de act.empt.l.ſicut.§.ſi debitor.in j.ff.qui.mod.pign.vel hypoth.ſol.l.quoties.C.de rei vindic.§.venditæ Inſtit.de rerum diuiſ.ſed hac de re commodius & prolixius alibi.

Emptori venditor de euictione non tenetur, ſi litem ſibi motam illi haud renuntiarit, quamuis motam ipſi venditor aliunde ſciuerit, commune inquiunt Petr.Rauen.in alpha.aur.ver vendere. Villalob. in ſua. collect.confirmant, idémque cenſent Alex.in l.ij.§.voluntate.nu.12.ff ſolu.matr.Rip.in c.cum.M.num.166.de conſtitutio. Viuius lib.j.opin. ccccxxxiiij. Amplia idem fore, & cùm vẽditor nullum defendendi ius habet, commune effert Dec.conſi.lxxiiij.

Epiſcopatus (vt doctores fantur) quamuis patriam poteſtatem tollat, non tollit ſui heredis iura, vt commune interpretum dogma affirmat Ant.Gomez.de teſtament.c.x.nu.11.

Epiſcopus, ſeu præſul (vt iuris interpretes commentantur) niſi magnis ciuitatib. non datur, frequenter placitum ait Alc.vir ſummæ eruditionis, ac doctrinæ in.cap.pernicioſam nu.2.de offic.ordin.

Epiſcopus in delictis adulterio maioribus, non aliàs diſpenſat, quàm ſi expreſſim id illi conceſſum inueniatur, commune ait Fel.in cap.at ſi clerici.§.de adulteriis.nu.1.de iudic.

Epiſcopus læſæ maieſtatis reus non reipſa, ſed verborum tenus debet degradari, vt doctores loquuntur; commune teſtatur Curt.Iunior conſi.clix.num.1.

Epiſcopi familia fori prærogatiuis potitur: & ſi eccleſiæ familia illis non potiatur, commune doctorum axioma aſſeuerat Panor.in cap. ij.nu.6.de for.compe.Villalob.in ſua collect.mihi vtrunque improbari poſſe quàm meritiſſimò videtur, ſed hæc alibi.

Equo ſimpliciter & per auerſionem empto, tum demũ eius & ſella & cætera ornamenta empta quoque cenſentur, cùm aut equus ornatus emptori oſtenſus eſt, aut loci conſuetudo id flagitat, commune inquit Ant.Gomez.de contract.c.ij.num.15.

Error in calculis, atque aliis rebus generaliter eo ipſo interueniſſe præſumitur, quòd veritas in contrarium oſtenditur, vt frequens doctorum placitum renuncio ex gl.& doct.in l.de ætate.§.vlt.ff.de interrogat.actio.Alex.conſi.lxix.num.3.lib.iij. & conſil.cxlv.nu.7. lib.vj.Iaſ. per textum illum poſt alios interpretes in l. ſi poſt diuiſionem. nu. 3. C.de iur.& facti ignorant.Luc.de Pen.in l.iij.C.de Caſtrenſ.pecul.

Error computationum allegari ſemper poteſt, atque emendari perpetuò debet, & ſi rationes ſæpe ſæpius initæ proponantur, vt probat textus expreſſus in l.vna, ibi, veritati non afferre præiudicium, & ibi, ſæpe computatis.C.de error.calc.& eſt receptiſſima ſententia ex Bar. Angel.Paul.Iaſ.& Dec.num.2.ad illam l.ex gloſſ.in l.ij. C. de iure fiſc. lib.x.Alex.conſi.cxxxv.num.7.lib.vj.Soc.conſ.xcij.num.8.lib.iiij.Pariſ. conſi.vlt.nu.6.& nu.27.lib.j. Eſt autem in promptu ratio. quippè quia errantis nulla eſt voluntas.vt in reg.nihil conſenſui, atque inibi Dec. & alij.& in l.ſi per errorem.vbi Alex.in princ. Iaſ.ff. de iuriſdict omn. iud.Luc.de Penna in l.iij.C.de caſtrenſ.pecul.lib.xij.

Errore ſoluti repetitionem non impedit antidoralis, vt doctores fantur, vel remunerandi obligatio.vt commune aiunt Iaſ.in l.ex hoc iure. num.74.ff.de iuſtit.& iur.& in l.j.nu.12.ff.de condict.indeb.Dec.in c. ad noſtram de probation.inſignis Pinelus in l.j.part.iij.C.de bon.maternis. Etſi contrarium perperam moliantur Fortun.in l.j. §.ius naturale.nu.65.cum ſequentib.ff.de iuſtit.& iure.Zaſ.lib.j. reſponſ. cap.iij. num.22.Did.à Couarru.in cap.cum in officiis.nu. 10. de teſtam.cuius argumentis alibi diligenter ſatisfacimus.

Exceptio eſt actionis excluſio: defenſio autem eſt intentionis repulſio.v frequenter placitum ponit Didac.à Couarru.in reg.poſſeſſor.nu. 4.de reg.iur.lib.vj.

Exceptio non infert intentionis aduerſæ probationem.vt commune interpretum dogma affirmant Iaſ.in l.Iulianus verum debitorem. ff.de condict.indebit.Anton.Gomez.de delict.cap.xij.nu.16

Exceptio dilatoria ante litis conteſtationem proponi debet commune ait Præpoſ.in cap.ſi quis.iij.quæſt.vj.& cùm in prima cauſę tractatione (inſtantiam appellant interpretes) oppoſita non eſt, non poteſt in ſecunda opponi.vt recepta effatur Anton. de Tremon. in addition. ad Bonacur.in pract.exception.in rub.de impedim. & exceptio. quæ contra reſtit.num.9.Villallob.in ſua collect.

Exceptio litem perimens etiam poſt ſententiam opponi poteſt, ſi prima actione agatur, non verò actione in factum ex prima ſententia, vt frequenter placitum enunciat Balb.deciſ.xiij.

Exceptio nullitatis (vt fandi mos eſt) non cenſetur ſublata, ſublatis ab ſtatuto omnibus exceptionibus.vt commune dicit Curt.Iun.conſ. cxxix.numero 13.

Exceptio nullitatis quæ probari è veſtigio poteſt, executionem retardat.commune aſſerit Iaſ.in l. qui ſe non obtulit.§. condemnatum. numero 5.ff.de re iud.

Exceptio non numeratæ pecuniæ debet in ſcriptis proponi vt communiter doctoribus probari author eſt Porc.in princ.numero 7.inſtit de liter.obligat.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, & in aſſertione ἐγγράφως facta locũ habet.vt receptiſsimum ponit Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione.limit. quarta. C. de non numer. pecun. Quin & in ea ſpecie verſatur,

n qua quis centum ſe recepiſſe confitetur iam annus, bienniúmve eſt, ſolutionem in tempus antea elapſum reiiciens.vt commune pronuncio ex Alexand.nu.2.Curt.Iun.nu.7.Dec.in ſi.ad legem ij.§.appellata.ff.ſi cer.pet.Ant.Gomez.de contract.c.vj.nu.4.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poſt biennium opponi nequit, etiam ſi probationis onus aſſumatur.commune ait cum Felin. Curt. Iun.in l.ij.§.appellata.nume.7.ff ſi.cert. peta. Hippo. notab.ccccclxiij. Et ſi contrariam ſententiam iuſtius ac verius, communem recenſeat Ful in l.ſi ſub ſpecie.numero vltimo de poſtul. Emanuel.à Coſta in l. ſi ex cautione.limit.vlt.C.de non nu.pec.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit in confeſſionem ex mutui cauſa factam, ſi alia cauſa à mutuo diuerſa in eam ſit tranſlata.vt commune pono ex Felin.in cap. ſi cautio.nu.66.de fide inſtrument.Carolo Ruin. conſilio xix.numero 11. libro iiij.atque ex iis, quos ipſi laudant.

Exceptionis non numeratæ pecuniæ renunciatio iureiurando confirmatur.vt commune inquit Emanuel à Coſta in l.ſi ex cautione limit.j.nu.3.C. de non num. pecu. aliàs autem nullius eſt momenti. quemadmodum receptum communiter affirmant Alex.conſi.xxxv. lib.j.& qui eum refert Did.à Couarru.lib.j.reſolut.c.iiij.nu.3.Felin.in c.ſi cautio.nu.43.de fide inſtrument.Alciat.in c.cùm contingat.num. 185.de iure.iu.& in l.pacta,quæ contra.C.de pact.Curt.Iun.in l.ij.§. vlt.nu.2.ff.ſi cert.pet.

Exceptione non numeratæ pecuniæ opponet qui ſe ſoluturum cum iureiurando promiſerit, non qui ſe recepiſſe cum iureiurando confeſſus eſt.vt commune ex multis ait Emanuel à Coſta meus iuris doctor in l.ſi ex cautione.nu.9.C.de non nu.pec.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ nec ſimplex debiti ex parte ſolutio ſine expreſſa agnitione tollit, nec vlla verba tempore cautionis prolata impediunt. Quin nec verba illa, quibus aliquis ſe realiter accepiſſe vel penes ſe habere, vel quid ſimile in teſtationem redigit, illi obſtaculo erunt. vt communiter interpretibus placere affirmat Emanuel à Coſtra, hoc limit.7.in fin.illud limi.viij.in appellata ſuperius l.ſi ex cautione.C.de non nu.pec.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuam habent ciuitas, & ſacer piúsve quiuis locus, vt frequens interpretum axioma cenſet Rip.in l.in is,qui bona.nu.13.ff.de pignor.

Exceptionem moræ adeptus debitor exceptionis eiuſdem oppoſitioni à ſuimet debitoribus ſit obnoxius. vt cõmune ait Rip.in rub. nu.4.de reſtitut.Vilalob.in ſua collect.

Exceptionem ſibi competere declarari, antequam conueniatur, iure petet reus vocato in ius creditore. vt notabiliter commune dicit Ant.Gomez.de delict.c.j.nu.20.

Exceptiones, quæ diligenter atque accuratè excuti debent, in poſſeſſionis iudicio non admittentur. commune ponit Curt.Iun.conſil.cxviij.nu.14.

Exceptionibus contrariis ſeſe defendere nemo prohibetur.commune inquit Cagnol.in l.nemo.nu.3.ff.de reg.iur.

Exceptiones, quæ niſi ſpecialiter declaratæ ſint, alicuius regulæ, vel alicuius rei, de qua agitur, generalitati non ſubiiciuntur. ſubiicientur prorſus, ſi quæ exceptio, quæ etiam non continebatur, eidem generalitati ſubiuncta proponatur. vt frequenter placitum aſſeuerant Cagnol.in l.j.num.30.& nume. 33. ff.de regulis iuris. Euerad. in Topicis.arg.iij.Viuius lib.j.opin.ccviij.

Excommunicatio non aufert contrahendi facultatem, vt communiter receptum dicit Panormit.in cap. ſi verò. de ſent. excommunic. & magis commune placitum cenſet Herculan.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in ij.ff.ad S.C.Trebell.Nec arbitrij recipiendi facultatem remoratur.vt commune aiunt Alex.in l.ſi quis arbitratu. ff.de verb.obl. Duennas regu.cclxix. Quin nec ſeu actiuam, ſeu paſſiuam teſtamenti factionem (vt interpretum verba in recenſendis interpretum placitis vſurpem) impedit ac lædit.vt crebris docto. ſuffragiis probatum atteſtantur Feli.in c.cum voluntate.de ſentent.excommu.Barb.in ca quia ingredientibus.de teſtament. Ioan.Dutant.de art.teſtan. titulo j.caut. x.Iulius Clar.de teſtam.q. xxiiij. Viuius lib.j. opin.cij. Aufert tamen teſtimonij dicendi copiam, vt commune ſcribit Lanfranc.ad ca.quoniam contra.ver.de teſtibus,nu.76.de probat.

Excommunicatio ad tempus lapſu temporis non tollitur, ſed neceſſaria eſt deinde abſolutio. vt commune inquiunt Fel. Dec.ad Rip. notab.vj.in capitulo j de iud.& Did.à Couarru. de ſponſal.ij. parte c. vj.numero 16.

Excommunicationis, licet iniuſtæ, metus & dicitur & ducitur iuſtus metus, atque in virum conſtantem cadens. vt commune ponunt Roma.conſ.ccclxix.& qui eleganter declarat Did.à Couarru.de ſpõſ. ij.part.ca.iij.§.iiij.nu.12.

Excommunicationis ſententia lata ex iuſta cauſa & ſi valeat atq; obſtringat, tamen ſi ratione aliqua ſit nulla non obſtringet, nec alicuius ponderis, aut momenti erit. commune inquit Soc.inter cõſ. Curt. Sen.conſ.xx.nu.24.& nume.30.Iul.Clarus.in pract.§.vlt. q.lxxvij.ver.

Excommunicatus ob cauſam in propatulo poſitam, non requirit monitionem: vt commune effatur Deci. in cap.j.de iud.Villalob.in ſua collect.

Excommunicatus ob contumaciam, & integro anno non abſolutus, pro conuicto habetur quo ad crimen illi ſeu ciuiliter, ſeu criminaliter intentatum, in quo contumaciã excommunicatione dignam admiſit.vt commune aiunt Rip.nu.77.Alcia.num.54. in cap.j.de iud. Marant.de iud.vj.part.ij. memb.de contumacia.nu.33.Duennas reg. cliiij.numero 4.

Excommunicatus in loco inſigni degens non poteſt ad iudicium etiam ſuæmet defenſionis cauſa accedere, alias non prohibetur.vt commune ſcribit Fel.in c.intelleximus, de iudic.amicus noſter Nicol. Ant.Grauatius ad Veſtrium lib.vij.c.j.nu.29.

Excommunicatus clericus iure ipſo beneficij fructibus priuatur.vt frequenter placitum aiunt Did. à Couarru.libro tertio reſolut. capitulo tertio, numero 8. Iul.Clar.in pract.vltim. quæſt. lxxiij.ver. pariter etiam.

Executio aliter facta atque in §. in venditione. l.à diuo Pio. ff.de re iud.inſtituitur, valet, atque inuiolabiliter ſtat.vt commune interpretum placitum ait ad illum §.Iaſ.nu.10.

Executionis via non proceditur, ante quàm omnia liquidò conſtent, vt commune pronuncio ex Boer.deciſ.lij.nu.8.Ant.Capic.deciſ. xvij.Aym.Crauet.conſil.ccxxxj.atque ex aliis, quos ipſi laudant.

Executioni moram infert reſtitutio in integrum & ſi maiorem indaginem deſideret.vt receptum profert Iaſ.in l.qui ſe obtulit.§.condemnatum.nu.27.ff.de re iud.

Executor, qui iudice maior eſt, poteſt omnes exceptiones ſententiam demolientes admittere.vt commune ait Iaſon conſilio ix.lib.iij.

Executor teſtamenti non tenetur cauere de exequendo. vt commune inquit Pirrhus de execut.inſtrument. cap.xvij. Villalob.in ſua collectione.

Executor teſtamenti non aliter rei, quam vendidit, dominiũ transfert, quàm ſi pecunia ſit in numerato. vt frequenter placitum enunciat Iaſ.in l.à Diuo Pio.§.ſed ſi emptor.nu.8.ff.de re iud.

Executoris teſtamenti officium eo mortuo ad epiſcopum, non ad illius hæredes venit, ſi conſpicua teſtatoris voluntas illud non diſponit.vt commune refert Cur.Iun.conſ.lxvj.nu.2.

Executores teſtamentarij conſtitui nequeunt monachi minores.vt receptum inſit Dec.conſ.ccccxcix.nu.34.

Exemplar & inſtrumentũ à pluribus etiam notariis, qui ſe archetypum vidiſſe, & cum illo concordaſſe aſſerant exſcriptum, non facit fidem.vt commune ponunt Paul. ac Iaſ.in auth. ſi quis in aliquo.C. de eden.& latius Turzan.opin.cxlix.

Exhæredatio non ſolùm ob expreſſas cauſas in §.aliud quoque capitulum: ſed & ob ſimiles vel maiores iure fiet.commune aiunt Iaſ. in l.licet.num.4.C.de lib. præter.Cur. Iun.conſ.clxxxij. nu.10. Vigil. in §.mater vel auus.nu.8.Inſtitu.de exhæred.liber.& in §.igitur.num. 6.Inſtitut.de inofficio.teſtam.Ant.Gomez.de teſtam.cap.xj. num.12. Emanuel à Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.iij.part.nu.173.cum ſequen.ff.de lib.& poſthum.Iul.Clar.de teſt.q.xlj. verſ.ſed quæro. Viuius lib.j. opin.cxxviij.

Exhæredatio, cui nulla iuſta adiicitur, teſtamentum iure nouo, nullum prorſus reddit.vt commune affirmare auſim ex glo.Bar.num.5. Aret.à num.2.& reliquis ſcribentibus ad l.j.ff.de teſtamen.ex gloſſ.j. Bart.nu.12.Paul.nu.9.cõcluſione ij.& cæteris interpretibus in auth. ex cauſa.C.de lib.præter.rurſus Paul.in principio.Alex.nu.9.in Auth. non licet.C.illo eod.tit. Corn.conſ.cl.nu. 1.lib.j.Anto.Gomez.de teſtament.cap.xj.nu.10. Et ſi verius mihi videatur quod ad l.illam primam.ff.de teſtam.ſcripſit Imol.ſequutus Fulgoſ.huiuſcemodi exhæredationem nulla cauſa iuſta ſuffultam teſtamento hodie etiam vt olim vires ſuppetere, ac neceſſariam querelam fore ad illius reſciſſionem.quod idem diſputat ac latiſſimè defendit Io.Ign.in auth.ex cauſa.cum ſequentib.& Vigli.nu.2.ac Stepha.Bodæus in rub. Inſtitu.de inoffic.teſtam.

Exhæredationis cauſa non eſt, matrimonium à filio ſine parentum conſenſu contractum. vt frequenter interpretibus placere ſunt authores Franciſc.Duaren.in tit.ſol.matr.c.ij.quo modo nuptiæ contrahan.ver.hinc exiſtit quæſtio.Anto.Coſtan.de dotib.c.iij.nume.19. Quod ampliã proceſſurum & ſi ignominioſam vxorem filius duxerit, atque idem omnino in filia futurum. vt commune aiunt latiſſimè id agentes Did.à Couarru.de ſponſal.ij.par.c.iij. §.viij. nu.5.& nu.6. Emanuel à Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. iij.part.num.177.ff. de liberis & poſthumis, Iul. Clar.de teſtament, quæſtione xlj.verſic. ſed quid ſi filia.

Exhæredationis iuſta ſatis ſupérque cauſa eſt iniuria verbo tenus, hoc eſt contumelia, in patrem illata.vt commune ait Cur. Iun.conſil. cxlviij.nu.1.Villalob.in ſua collect.

Exhæreditionis cauſæ teſtamento ritè inſertæ probari omnino debent ab hærede, qui ad id hodierno iure obligatur.commune pronuncio ex omnium ſcribentium ſuffragiis per illos tex.in l.omnimodo ibi, arguantur ab hæredibus, & in l.ſi quis filium. C.de inoffic. teſtament.

ment ex omnibus commentariis ad auth.non licet.C.de lib.præter. aſſerunt Vigli.in rub.poſt princip.Inſti.de inoffi.teſt.Igneus in auth. ex cauſa.C.de liber.præter.Ant.Gomez de teſtamen.ca.xj.nu.10.Memineris tamen ſemper,quòd licet plures exhæredationis cauſas in ingratum filium pater expreſſerit,ſatis tamen ſemper erit vnam aliquam ex illis exhæredationi idoneam ab hærede probari, vt luculenter docet text.in auth.vt cùm de appell.cognoſca.§.ſiue igitur.in prin.ibi,vel vnam ex iis veram eſſe monſtrauerit.coll.viij & commune aſſeuero ex Bal.& Alex.vtroque,ad fin.Iaſ.nu.11.in d.auth.non licet.& reliquis ſuprà laudatis.

Exhæredationis cauſæ pœnitentia aboleantur,vt communiter probari inquiũt Pyrrh.in cõſue.Aure.de ſucceſ.c.xxv.Cotta in memor. ver.filiusfa.& magis communem opinionem eſſe affirmat Emanuel à Coſta in l.cùm tale.§.ſi arbitratu.numero 189.ff.de condit.& demonſtr.Non tamen filiorum priùs ingratorum furore poſtea ſubſequuto euaneſcent,vt commune placitum aſſeuerant Iaſ.in l.ex facto. numero 29.ff.de vulg.& qui id non probat Iul.Clar.de teſtament. quæſt.xxxj.ver.ſed pone contra quem immeritò blaterat Viuius lib. j.opin.cxxxj.

Exhæredationi vel præteritioni ſi filius exhæredatus,præteritúſve conſentiat,tametſi nulla eius conſenſus in teſtamento mentio fiat, teſtamentum firmum,ratúmque erit,ac nullo iure oppugnari poterit,vt cõmune ait meus olim iuris Doctor Anto.Gomez.de teſtam. cap.xj.nume.14.

Exhæredatione ſe abſtenturum pater promittẽs,nullo modo obligatur.nec impeditur,quin poſtea exhæredare ritè queat.commune ponit Ant.Gomez.de teſtam.c.vlt.num.pen.ad fin.

Exhæredari nequeunt poſthumus,infans,& regulariter impubes. vt commune renunciant Arius Pinellus in auth.niſi tricennale C.de bonis matern.Iulius Clarus de teſt.q.xlj.in fin.

Exhæredato ſimpliciter filio, de iure digeſtorum teſtamentum valebat, nec inofficioſi quærela.oppugnabatur,niſi ſi filius ille prius probaſſet ſe ſemper debita parentibus officia præſtitiſſe.De iure codicis ſi filius exhæredatus ſimpliciter ob ingratitudinem proponeretur,hæredes quamlibet ingrati culpam probare tenabantur.At de iure nouiſſimo & cauſam ſpeciatim exprimi neceſſe eſt:& illam ab hęredibus probari oportet quam ſi ſcripti hęredes probare nequierint,teſtamentum quidem valebit,ſed iudicio centumuirali reſcindetur.At ſi probauerint.& ſemper,& omnino teſtamentum ratum.validúmque erit. Si verò nulla exhæredationis cauſa inſeratur,teſtamentum nullius momenti erit,vt communia ex multis aſſeuerant Ant.Gomez.de teſta.c.xj.nu.10.& Iul.Clarus latius de materia agens, de teſtam.q.xl.

Exhæredati liberi,aut hæreditatis alioquin in capaces,in liberorum numero cenſentur,vt cęterorum liberorum legitima portio augeatur.commune inquit Anto.Gomez.de teſt.c.xj.numero vigeſimo ſecundo.

Exhæredatorum ritè ac rectè filiorum liberis ſuis ex propriis perſonis auitum teſtamentum vel nullum dicere,vel inofficioſi quærela oppugnare poſſunt,vt receptiſſimum affirmare auſim ex Bartol. Bald.Angel.& reliquis commentatoribus ad l.pater filium.ff.de inoffic.teſtam.ex Bart.nume.ſecundò.Paul.Imol.Cuman.Alex.& Iaſ. numero quadrageſimooctauo,in l.ſi quis poſthumos.§.ſi quis filius. ff.de libe.& poſthu.ex gl.Cyno,Bar.Bal.Ang.Paul.Fulg.& Iaſ.in l.ſi quis filium.C.de inoffic.teſtam.& denique ex Iaſ.qui id magis commune arbitratur,ac diligenter tractat in l.in ſuis.nu.45.ff.de libe.& poſthu.& ſi nos alibi contrarium cum nonnullis latiſſimè probare moliamur.

Expenſarum condemnationem ſibi reſeruare in ſententia nequit iudex,& ſi illarum taxationem poſſit, commune aiunt Lanfranc,in c.ij.nu.6.de expenſ.Viuius(qui in interlocutionibus limitat) libro j. opin.clxix.

Expenſas victum victori reſarcire iudex iubere neceſſario debet,ſi petitæ ſint,alias & ſi poſſit non tenetur.communia renunciant Alex. & Iaſ.nu.31.in l.properandum.§.ſin autem.C.de iudi.ídque procedit tum in ciuilibus cauſis,tum in criminalibus,vt commune inquiũt Hippo.in pract.§.ſupereſt numero 1.Viuius lib.j.opin.cxj.latius Iul. Clarus in pract.§.vlt.q.lxij.verſ.ſed nunquid.Alioquin litem de illis ſuam iudex faciet,quemadmodum frequenter placitum affirmant Marant.de iudic.vj.par.iij.memb.nu.12.Viuius vbi ſuprà.Limita niſi reus iuſtam litigandi cauſam habuiſſet,vt affirmat receptum Cagnol.in l.in alterius.nu.25.ff.de reg.iur.Quam habuiſſe videbitur ſi,cùm vnum teſtem produxiſſet,per iuſiurandum non ſibi.ſed parti aduerſæ delatum,ſuccubuerit.commune ponit Viuius d.lib.j.opin. ccccxxv.Vel ſi peritorum iudicio fultus,litem ſuſceperit,ac tractauerit,quemadmodum receptum aio ex Iaſ.poſt.alios nu.8.in l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudic.Alcia.de præſumpt.reg.j. præſumpt.lj.in fi.Pariſ.conſ.vij.in fi.lib.iij.Tiraq.in tract.de pœn.legum,& c.cauſa.fin.nu.108.& ſeq.Ruin.conſ.cij.nu.7.lib.iij.ac Iacob. Menoch.elegantis doctrinæ viro,de recup.poſſ.num.27.

Expenſas & meiioramẽta,vt Doctores fantur,is tenetur reſtituere,qui remedio l.ij.C.de reſcind.vend.rem retrò accipit,vt freque ntibus Doctorum ſuffragiis exceptum indicat Arius Pinel.ad illam l.ij. part.ij.cap.iij.nume.1.cum ſequentibus.

Expreſſi ſi vitietur,& quod verbis enuncieatur,& quod euidentibus ſignis colligitur.commune dicit Iaſ.in.l.prætor ait,num.5.ff.de noui oper nunciat.Villalob.in ſua collect.

Expreſſum ſi vitiatur,tum demum id,quod tacitè eo continetur, labem ac vitium facit,cùm vel non ęquè principale eſt,vel conſiſtere per ſeipſum nequit,ſed ſic ad illum eſt affectum,vt pars aliqua ſubiecta,aut conſequutio.aut appendix commune effert Anto.Gomez de teſtamen.cap.iij.numero tertio,in princip.& in verſic.nec obſtat.& num.31.verſic.ij.facit.

Expromiſſores dicuntur,qui pro non obligato promittunt,vt cõmune pronunciat Iaſ.in l.iiij.§.ait prætor.num.3.ff.de re iudic.

Extenſio in iis,quę à iure abhorrent(exorbitẽtia Doctores vocãt) ex eadem,vel pari ratione rectè ac validũ.fiet,vt latè ponũt cõmune dogma Tiraq.in l.nũquã.ver.libertis nu.36.& nu.37.C.de reuoc.don. .Roger.in tract.de interpret.iur.§.v.Arius Pinel.in Rub.ij.par.nume. 27.C.de bon.mater.At in iis quæ corrigunt,etiã à maiori ratione nõ proceder commune renuntio ex Bart.in l.ſi conſtante.nu.39.ff.ſolut. matrim.Iaſ.in auth.quas actiones.num.21.& 22.C.de ſacroſan.eccle. Ario Pinello in l.j par.j.nu.78.C.de bon.mater.Viuio lib.j.opin.cvij. Excipe niſi vel ratio ſit expreſſa,vel.extali ex tẽſione ad ius commune illa l.quę corrigitur.antiquus reduceremur.Excipe rurſum,niſi vnica tantùm ratio illius conſtitutionis,de cuius extenſione agitur,aſſignari poſſit,quia tunc ſemper à pari vel eadẽ,vel maiori ratione procedet extenſio,vt frequẽter placere aſſeuerat Ant.Gomez de teſta.c. v.num.11.& cap.xj.nu.12.ad fin.Excipe iij.quando à ſignificatione verbi ſtricta ad latam ampliatio fiet commune ait.Iaſ.in rub.nu.1.ff. de re iudic.Excipe quintò ſi pro animi ſalute agatur.quod commune effert.Curt.Iun.in l.1.num.8.ff.de offic.eius,cui mand.eſt iuriſd.

Extenſio in iis,quę vel pœnam irrogant,vel odioſa habẽtur ex eadem ratione admitti nequit,vt commune inculcãt Iaſ.in l.cùm quidam notab.vij.ff.de lib.& poſthum.Viuius lib.j.opin.xciiij.poſt med. ac latius eod.lib.opin.cviij.

Euictionis actio non aliter procedet,quàm ſi denuntiatio venditori etiam litem emptori motam cognoſcenti fiat,vt commune aſſero ex Bar.nu.52.Alex.nu.45.ac reliquis ſcribentibus in l.non ſolum. §.morte.ff.de nõ oper.nũcia.ex Bart. Angel.& Salicet.& cæteris interpretibus in l.emptor.C.de euict.Ang.in §.actionum nu 19.Inſtit. de action.Paul.Imol.Card.Anch.& reliquis in c.vlt.de empt.& vend. atque Anton.Gomez.qui iſthanc rem non indiligenter tractat de contract.cap.ij.num.39.

Euictionis actio nõ ſolùm epmtori competit ad precium recuperandum,quando ille litem in ſe intendi venditori,denuntiauit,ſed & quando nihil enunti ans atque ante vel iudiciũ vel ſententiam agnoſcens bonam fidem reſtituerit rẽ controuerſam,ſi modo poſtea probet eius rem fuiſſe,cui illam reſtituit,vt commune effero ex Iaſo.in l. ſi domus.§.de euict.nu.14.ff.de leg.lib.j.Matth.de Afflict.lib.iij.feud. tit.de contr.inter vaſſal.& ali.num.24.Did.à Couarru.lib.iij.reſol.ca. xvij.nu.6.Ar.Pinel.in l.ij.par.ij.c.iij.nu.17.C.de reſcind.vend.

Euictionis actione etiam rei alienæ gnarus conſultóque emptor precium recuperat,vt commune affirmãt,ſed falsò,vti alibi diximus. Cur.Iun.in l.ea,quæ in fi.ff.de contrah.empr.Ant.Gomez.de.cõtract. c.ij.nu.42.Dida.Couarru.lib.iij.cap.xvij.ver.ab eam.

Euictionis iure,qui re euicta teneretur,re non euicta ad ſumptus omnes atque expenſas in comparanda victoria poſitas tenetur.tametſi is,qui egit,ob iudicis imperitiam illas non ſit aſſequutus:modò nec ſolennis enuntiatio defuerit.nec vel illas non petierit,vel culpa aliqua per eũ ſteterit.quo minus à victo victor ipſe ſumptus illos extorqueret,vt commune ac magis commune placitum recęſent Ang, Aret.in §.actionum.nu.27.Inſtitu.de actio.Alex.& Iaſ.in l.vẽditores ff.de verb.oblig.& latius Ant.Gomez.de contractu.cap.ij.nu.46.ver. ſed his non obſtantibus.

F

FABER vicinus ob ægrotantis ſalutem compelli poteſt,vt vel ceſſet,vel aliò ſeſe transferat receptum ait Lucas de Pen.in l.vlt. ad finem.C. de ſtud.liberal.vrb.Rom.lib.xj.

Faber vicinus ob ſtudij impedimentum, non ſolum à Doctore,ſed à quocque literarum ſtudioſo,poteſt exigi atque aliò propelli, vt commune ait Iaſ.in l.j.nu.46 ff ſol.matr.& qui,cùm aliter conſuetudo ſuadet.aliter ſeruandum eſſe teſtatur Ioan.de Amicis conſi.ciiij.num.9.

Factum ad quòd ſe quis obligauit,omninò ac præciſè fieri neceſſe non eſt,etenim illius,quod intereſt.ſolutione,liberatio quæritur,vt

commune

commune placitum cenſent Roman.nu.8.Alex.num.27.Iaſ. nu.20. in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli.Alex.Vincen.& Ia. in l.ſi quis ab alio.§.vlti.ff.de re iudi.Iacob.de ſanct. Geor.in l.vna. nu.61.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt,& qui complures exceptiones ſubiungunt Soc.conſ.xcix.nu.8.cum ſequentib.lib.j.Anton.Gomez.de contract.c.x.nu.22. Quod intellige iure Cæſarum proceſſurum.quippe quia ſi canonũ definitiones ſpectentur.aliud longe diuerſum futurum eſt.vt frequentius dogma renuntio ex Panor.in c.veniens.nu.9.de iureiur.Rom.& Iaſ.nu.23.ad fin.in appel. latam.ſtipulationes non diuiduntur.Anto.Burgenſ.in rub.de emp. & vendit.Rebuf.in l.vna.nu.467.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.Intellige,deinde atque excipe,niſi ſi iuſiurandi vinculum acceſſit,vt commune inquit Fortun. Grac.in l.j. nu.26.ff.de pact.& vide inferius ver.iuſiurandum

Factum ſuum qui præſtare duntaxat tenetur,ne alter in alicuius rei dominio perturbetur,& ſuorum ſucceſſorum factum quoque. præſtabit. commune profert Boer.deciſ.lxvij.nu.3.cum ſequentib,

Facti alieni promiſſor ſi ſe adiũcta pœna obliget, & maxima adhibeat curam,ac diligentiam,ſi factum tamen non præſtabitur,ſemper ad pœnam conuentam præciſè tenebitur ,vt receptiſſimum ponit Balduin.in §.ſi quis alium.Inſtit.de inutil.ſtipul.& ante eũ Cur. Iuni.conſ.cxxxix.nu.19. Alci.in l.iiij.§.Cato.nu.132.ff.de verb.obli. Pariſ.conſ.lxxvj. lib.iij.Did.à Couarru.in c.quamuis pactum.ij.part. §.v.nu.5.concluſ.vij.de pact.lib.vj.Idémque colligitur ex Abb.cõſ. xliiij.ac iura omnia id liquidò probant,vt nõ mediocri ſeſe obſtrinxiſſe errore videatur Neapolitanum conſilium aliter cenſens apud Matth.de Afflict.deciſ.ccxcv.& grauiter eadem in re hallucinentur Thom.Gramma.q.ij.nu.8.poſt deciſiones,ac Stephanus Budæus in d.§.ſi quis alium.& Viuius cum iis,quos citat,li.j.opin.cclv.Cauendum erit à Deci.in l.impoſſibilium.nu.3.ff.de reg.iur.à Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.nu.10.ff.de ver.obli.ſi quidem quæſtio, ac varietas Doctorum,quos laudant,ea in ſpecie verſatur cum quis ſe curaturum adiecta pœna ſpondet:in qua receptior eſt ſententia,vt diligentia,pœnam excludat.quemadmodum conſtabit ex eorum numero atque authoritate,quos citat Did.à Coua.in d.§.v.nu.3.ac præterea ex Fel. c.ex reſcripto.nu.28.de Iureiu Alc.in d.§.Cato nu.129.& in l.quod te mihi.nu.21.ff.ſi cer.pet.& ex iis,quos allegat Viuius vbi ſ.in prin. Quod tamẽ non procedat etiam hac in vltima ſpecie,ſi expreſſum fuerit,vt illud,de quo conuentio initur,omnino fiat.quia tunc nulla cura ac diligẽtia à pœna promiſſorem excuſabit,iuxta veram reſolutionem,de qua Rip.in d.l.quod te mihi.nu.46.ff.ſi cert.pet.latè Did.à Couar.vbi ſuprà.nu.6.quamuis perperam cõtrarium opinẽtur Afflic.deciſ.ccxcv.Pariſ.conſ.cx.nu.41.lib.j.Viuius.d.opi. Quinimò.ſufficiet ita ex contrahentium mente,ac propoſito colligi , vt æquum & bonum affirmo,& magis commune reor ex Dec.in l.vlt. §.vlt.nu.11.ff.ſi cer.pet.Alci.in d.§.Cato.nu.135.Gomez.in §.in perſonam.nu.57.Inſtitu.de action.Rip.in d.l.quod te mihi.nu.47.Did. à Couarr.vbi ſuprà.nu.6.& nu.7.Vnde tanquam parum vtilis in ſuper habenda eſt cautela Viuij,quam ad illius opin.cclv.ſi.effert.

Facti alieni promiſſor per formulam illam ſe facturum & curaturum,ſi diligentiam & curam non adhibuit ſtatim ac potuit,in mora conſtituitur abſque vlla etiam interpellatione,vt frequenter placitum aſſeuerant Cur.Iun.conſ.cxxiiij.nu.6.Viuius lib.j.opin. cclv.

Falcidia locum duntaxat habet, & in fideicommiſſis ſingularibus, vt commune ait Bellon.in rub.nu.10.ad fi.& nu.11.Inſtit.de fidei. commiſ.hæredit.Atque in iis etiam locum non habebit,ſi legatum integrè ſolui teſtator iubeat,vt frequenter placitum dicit Iaſ.in l. cum quis. nu.5.C. de iur.fact.ignorant.

Falſi crimen admittens in ſcriptura,vel teſtiũ depoſitionibus,vel alio copiam actu,qui aut forma ſua careat,aut neceſſariis ſubſtantialibus deſtituatur nullas pœnas luet.vt communiter cum Bartor. receptum teſtificatur Soc.conſ.ciiij.poſt reditũ.lib.j.Turzan.opi.lxxx. Iul.Clar.in pract.§.falſum.ver.item excuſatur. poſt princip. Quod tamen neceſſario intelligentes cum eiuſmodi nullitas euidens eſt, ſtatim ex ipſiuſmet ſcripturæ inſpectione illuceſcit,quippe ſi lateat, vel ex ipſius ſcripturæ perfectione non comprehendatur, ſtatas ac ſanctas in falſos pœnas dabit,qui illud admiſit,vt luculẽter probat. l.ſi quis legatũ.ff.ad l.Cornel.de falſ.vbi qui falſi crimine ſe obſtringit in teſtamento.in quo filius eſt præteritus, falſi pœnis plectitur, cum maior teſtamenti nullitas conſiderari nequeat.l.j.ff.ſi tabul.teſta.null.extab.notat Alex.in l.poſthumo nato,nu.13.C.de bono.poſſeſſ.contra tab.docet.I.C.in l.inter cætera,ibi principale ius.ff.de libe.& poſthum.& ita rectè atque eleganter.d.l.legatum.ff.ad l.Cor. de falſ.acceperunt & commendarunt Aret.in l.filius,qui in poteſtate.ff.de lib.& poſth.Roder.Soarez in l.poſt rem iudicatam, ff.de re iud.& ante eos Bal.in l.vna. num.2. C.de errore calc. eáque ſpecie accipi debet deciſio Sali.in l.j.C.de ſepulc.violat.

Falſi crimẽ ſi de eo principaliter agatur,iuſtis probationibus ritè demonſtrandum eſt,nec præſumptionibus,aut coniecturis illud argui ſufficiet.commune effatur. Soc.Iun.conſ.xxxix.nu.44. & num. 77.& conſ.lxj.nu.9.lib.ij.At ſi ad eleuãdã duntaxat ac refellendam alicuius ſcripturæ fidem intentetur , ſola eius ſuſpicio probationis loco erit,vt commune inquiunt Cur. Iun.cõſ.cxxxiij.nu.10.& conſ. clxi.nu.9.Iul.Clar.in pract.falſum.ver.trita eſt concluſio.

Falſi crimen effugitur verbis per interpretationem cui cui modi acceptis.neceſſariúmque eſt,vt huiuſmodi delicti probatio ſit neceſſaria,nec cõiecturis,indiciíſve nitatur.cõmune aio ex ſuprà proxime laudatis,& ex Iaſ.in l.iuriſgẽtiũ.§.quod ferè nu.10.ff. de pact. Dec.in cap.porrecta.de confir.vtil.vel inutil.& conſ.clxxv.num.4. & ſeq.Siluan.cõſ.vij. nu.17.Cur.Iun.in l.ſingularia.nu.16.ff.ſi cer.pe. Cæpol.conſ.crim.xxij.ver.& quod hoc ſit.& Emanuel à Coſta meo olim iuris Doctore in l.ſi ex cautione xix.limi.C.de non nu.pecun.. qua in re cæcutierunt Iaſ.conſil.clxviij.nu.2.lib.iiij.Cur.ſen.cõſ.lv. nu.16.Hipp.in rub.nu.19.ff.ad leg.Corn.de falſ.

Falſi crimen eleuatur,atque eius pœnę effugiuntur. ſi quis in dolo non fuerit,vel ſi primordio veritatis innetur,vel ſi quod falſo geſtum,dictúmve eſt,nemini damnum.aut præiudicium inferat,vt cõmunia dogmata ex multis aſſiduis iuris interpretibus oſtendũt Iulius Clar.in pract.§.falſum ver.excuſatur autem cũ ſequent. Viuius lib.j.opin.cx.& opin.ccccxix.

Falſi crimen non idcircò à Principe indultum cenſetur,quod delinquenti,generali delictorum venia ab eo conceſſa proponatur, vt commune aiunt Nellus de bannitis.iij.parte ij. temporis,q. xij. Iulius Clar.in pract.§.vlti.q.lix.verſ.ſcias etiam.

Falſi reus quicunque ſit,quancũque cauſam perdit,in cuius actis falſum commiſiſſe euincitur. commune ait Boer.dec.cxcj.num.31. Quod tamen non procedet ſi inſtrumentum ipſum,vel teſtes falſi crimine pollueris,vt commune ponit Turzan.opi.lxxxij

Falſi criminis accuſatio viginti annorum ſpatio aboletur, vt frequenter placitum affirmant Boer.deciſ.xxvj.nu.5. & ſeq.Viuius lib. j.opin.xix.

Fama publica vt probetur,opus eſt deponant teſtes ſe id à maiori populi parte audiuiſſe,vt commune atteſtantur Imol.in l.hæredes palam,in prin.ff.de teſtamen.Alex.conſ.ccclvij.viſis.num.5.libro ſecundo.Curt.Iun.conſil.cxxij.nu.9.Et ſi longe verior illorum ſit opi, qui ſufficere arbitrantur ſi ſe ita publicè audiuiſſe teſtes deponant, de qua Chaſſa.titulo de probat.deciſ.iij.Turza.ſuis in opinionibus ac Viuius latè de materia agens lib.j.opi.ccclxxvij.latius & accuratius Iulius Clarus practic.§.vlt.quæſt.vj.ver.debent etiam.vbi & in verſ.ſubſequentibus cum receptis dogmatis vberrimè proſequitur quæ in idonea famæ probatione requirantur.

Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam,vt commune aiunt Hippol.ſingul.xciij.Duennas reg.ccc.in princip. copioſius Iuli.Clar.in pract.§.vlt.quæſtione xxj.probat tamen ſemiplenè etiam in iis, quæ ſunt difficilis probationis vt frequenter placitũ inquiũt Alexander conſilio xviij.lib.j.& conſ.cxliij.libro ſecundo.Andreas Sicul.conſ.viij.lib.j.Ioannes Coraſ.in l.admonendi.nume.8.ff de iureiuran. Did. à Couarru.de ſponſal.ij.part.capitu. octauo. §. tertio, nu.9.at in antiquis perfectè probat,vt commune aſſeuerant Aymõ, Crauet.de antiq.temp.parte j.nu.103.Viuius libro j.opinion.cxix. In criminalibus verò nunquam plenam probationem gignet. & ſi alia ſemiplena probatio illi adiungatur , quemadmodum communiter receptum copioſè atteſtatur Iulius Clar.in pract.§.vlt.quęſt. lxiij.verſic.vlt.

Fama publica,vt perfectè probetur,duorum teſtium num.contenta eſt.Commune dicunt Salicet.in l.ea quidem.ver.venio ad ſeptimam quæſtionem.C.de accuſat.ac Dec.conſ.c.lxij.num 4.

Fama pecuniis compenſari poteſt,vt communiter receptum ponit.Did.à Couarru.lib.primo.reſolu.capitul.ſecun.lo.num 8.Quod & ſi non mediocriter oratorum,poetarum ac philoſophorum placitis refragetur,vſui tamen omnia pecuniis deferenti,apprimè conſentaneum eſt.

Familiæ appellatio,& ſi ex digeſtorũ iure ſtrictam illius ſignificationem ac magis propriam intuenti agnatos tantum comprehẽderet,tamen ex Iuſtinia vlti. conſtitutione. in titul.de verſi.ſignilatam huius verbi indicationem ex præſumpta diſponentium mente interpretatis & cognatos complectetur, vt cõmune aio ex gloſ. Bart.ol Bald.Paul.Corn.nume.ſecundo.Iaſ.ac reliquis ſcribentibus ad illã l.vltimam.C.de verborum ſignificatione. Chaſſan. de Burg. in rub.vij.§.xij.num.quartò vnde vbi vſus aliter ſuaſerit,vel vbi propria verborum interpretatio tantum erit ſpectanda, ſolos agnatos includet,vt receptum pono ex ſuprà laudatis ac Paul.in l. cum ita. §.in fideicommiſſo num.ſecundo.ff.de leg.lib.ij.Alex.conſi.clx. nu. 5.lib.ij.Soc.conſ.lxxxiiij.nu.8.lib.iij.Pariſ.conſ.xcj.num.12.lib.ij.Guliel.in cap.Raynutius.in verb.duas habens filias.nu.173.de teſtam. quos ſic exaudiendos arbitror.

Familiæ perſonis,aut iis qui in familia ſunt fideicommiſſum relictum ad illum primo totum pertinet,qui primum familiæ locum habet,vt commune ait Alex.conſ.lxxxviij.nu.12.lib.j.

Familiæ totius cõſenſu & ſi alienare poſsint,quę extra familiam

alienare

alienati prohibentur,tamen eiuſcemodi alienatio filiis conſentientium poſtea natis haud nocebit,quippe quia poterunt illi iure ſuo alienata reuocare ac ſibi ipſis illa vindicare,vt commune effero ex Fulgu.Corn.& Iaſon.numero 2.in l.quoties.in j.C.de fideicommiſſ. Crot.in l.filiusfam.§.diui.num.146.Loazes num.191.ff.de leg.lib.j. Guliel.in c.Raynuitus in ver.ſoboles quam geſtabat in vtero.nu.48 de teſtament.& ante eos Bal.in c.j.§.hoc quoque,nu 20. de ſucceſſ. feud.Fulg.rurſus conſi.lxvij Dec.conſi.lxxviij.& conſi.cccclxviij.nu. 29 & conſi.ccccxcviij,nu.20.& iis,quos cógerit Tiraquel.de retract. proxi.§.j.gl.ix.nu.54.Quãuis ſi ré ad viuũ reſecemus ac iuris rationes accuratius perſcrutemur,aliud proculdubio veriſſimum ſit,ſed ea de re alibi & latius & opportunius.

Famulus infirmus non conſequetur eius temporis ſalarium quo ægrotauerit,commune dicunt Panor.in c.j.nu.6.de cleric. ægrotan. Curt.Sen.& Cagnol.nu.215.ac Bolognet.nu.72.in l.diem functo.ff. de offi.aſſeſ.Viuius lib.ij.opin.cviij.Et ſi contrarium magis ex pietate admittendum cenſeam cum multis,de quibus alibi.

Famulus quicquid domini ſcientis occaſione agit.ex illius voluntate egiſſe creditur.commune ait Curt.Sen.conſi.xlj.nu.10.& Grammat.conſi.crimi.viij.At ſi quæ delinquat Domino inſcio,vel prohibere nequeunti,Dominum nõ obligabit,vt commune efferunt Cagnol.in l.culpa caret.nu.13.ff.de reg.iur.& qui iſthanc materiam rectè diſſerit.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxxvj.in prin.

Feudum & ſi nominatus contractus ſit,vt commune aſſerit Cur. Iun.de feud.j.par.prin.q.ix.Ioan.Ronchegall.Gioldus mihi multis nominibus obſeruandus in l.reos.§.cum tabulis. numero 37. ff. de duob.reis.tamen bonæ fidei non eſt, vt frequenter placitum enunciat Zaſ.de feud.j.part.ad finem.

Feudũ quin pecunia interueniente conſtitui poſſit,nihil vetat.cõmune aiunt Zaſ.de feud.xij. par.ver.iij.concluſio.Carol.Mol.in cõſuet.Pariſi.ſed.§.xxx.nu. 100.in fin.

Feudum non præſumitur in re dubia,ni liquidò probetur,vt frequenter placitum affirmant Cur.Iun.conſi.clxxxiiij.nu.1.Bel. conſi. x.nu.9.Iul.Clar.de feu.q.xviij.Viuius lib.j.opin.cxiij.

Feudum in re dubia potius præſumitur antiquum,quàm nouum, vt receptum ponit,& ſi intricatè Viui.lib.j.opin.cxliij.

Feudum hæreditarium dicitur,quòd alicui,& eius hæredibus ac ſucceſſoribus conceſſum eſt,vt frequentibus interpretum calculis ſuffultum aiunt Pariſ.conſi.iiij.num.27.lib j.Iul.Clar.de feud. q. ix. Viuius lib.j.opin.112.in fin.

Feudum hæreditarium ad alios non tranſit,quàm ad quos hæreditas peruenit.commune teſtificantur Alex.conſi.x.ponderatis.libr. iij.latè Iul.Clar.de feud.q.ix.ver.hoc præmiſſo,& ver.ſed quæro.Viuius lib.j.opin.cxij.& opin.cxxix.

Feudum hæreditarium fideicommiſſario reſtitutioni ſit obnoxiũ, vt frequenter placere teſtis eſt Cur.Iun.conſi.clxxj.num.10. quemadmodum erit etiam feudum ſibi & ſuis hæredibus exceptum,vt cõmune inquit idem Curt.conſi.clxxxiij.nu.6.

Feudum hæreditarium poterit primus ſucceſſor cum domini cõſenſu in ſucceſſorum perniciem alienare,& ſi aliud in alio feudo iuſſit,vt commune renuncio ex Alex.conſi.cvj.nu.8.& conſi. ſequen. lib.iiij.& conſi.xiij.nu.11.lib.5.Matth.de Afflict.in c.j.nu.74.de prohib.feud.ali.Hier.conſ.feud.cxxxvj.nu.7.Syluan.conſ.xv.nu.4.Cur. Iun.conſ.lv.nu.8.Goffred.conſi.feud.x.nu.24.Caro.Molin.ad Alex. conſi.viij.nu.15.lib.iij.

Feudũ omne nouum iure antiquo conceſſum,vel cum clauſula, vt auiti & paterni feudi legibus cẽſeatur,omnibus prorſus in rebus antiqui feudi naturam & qualitatẽ induit. atque inſtar paterni & auiti cenſetur commune inquiunt Iaſ.conſ.j.li.iij.& in vſus feudorũ.nu.90 Deci.conſ.clxxxv.& conſ.cxciiij.atque vberrimè Iul.Clar. de feud.q.viij.ver.ſed hic occurrit.Viui.lib.j.opi.cxv.

Feudum ob præclarè merita conceſſum ex ingratitudinis cauſa reuocari nequit,vt frequenter placitũ inquit,à iure tamen alienum veriſsimè affirmans meus iuris Doct.Arius Pinel.in l.j.par.iij.ver.infertur.xvij.C.de bon.matern.

Feudum abſque domini conceſſu repudiari nequit,vt commune enuntiat Ponor.in c.j.de feud.Iaſ.in l.ij.nu.4.C.de iure emphyteu. Arius Pinel.in l.j.part.ij.ver.limi.viij.C.de bon.mater.& in l.ij.par.j. c.iiij.nu.2.ad fin.C.de reſcin.venditio.

Feudum à fœmina originem adeptum fœmineum cenſetur,commune inquit Rip.libro primo de legib.capit.j.num 74. Villalob. in ſua collect.

Feudum ſi cauſa aliqua non adſit, nec ex poteſtatis plenitudine Princeps auferre poteſt,vt commune aiunt Cur.Iun.de ſud.ij.part. q.xij.Viui.lib.j.opin.cxvj.

Feudum eius,qui ob læſæ maieſtatis crimen bonis exutus eſt, non fiſco,ſed Domino defertur,vt frequenter placitum renuntiat Boer.deciſ.cclxiiij.nu.7.Gyg.de crimin.læſ.maieſt.q.v.nu.1.

Feudum vel à Principe conceſſum nõ admittit accreſcendi ius, vt magis cõmune ponunt Carol.ad Alex.cõſ.xxx.num.8.lib j.Iul. Clar.de feud.q.lxx.& ſi Iaſ.contrarium commune perperam effutierit in l.ſi mihi. & Titio.ff.de verb.obligat.

Feudi dominus,ſi feudum hæreditarium non ſit,de eo teſtari nequit,vt frequenti Doctorum ſententia comprobatum teſtificantur Iul.Clar.de feudis,q.xj.Viui. lib.j.opin.cxvij.

Feudi alienatio abſque patroni conſenſu non aliter nec antea dãno eſt,quàm poſtquam traditio ſubſequuta eſt,vt commune efferũt Iaſ.in l.vlt.C.de iur.Emphyteut.Tiraq.de retract.conſang.§.j. gl. ij. nu.45.Iul.Clar.de feud.q.xiij.Viui.lib.j.opi.xcvij.in fine.

Feudi ſucceſſori etiã non citato præiudicat ſententia contra eiuſdem poſſeſſorem lata,vt commune placitum verè aſſerunt Did. à Couarru.pract.q.c.xiij.nu.5.Arius Pinel.in l.j par.iij.nu. 48. ver. ſed contraria C.de bon.mater.tametſi Dec. perperam,contrarium commune effinxerit conſi.ccccxlv.nu.29.& Soc.Nep.conſi.clj.nu.93.lib. ij.atque Aymon.Crauet.conſi.cxcvij.nu.7.cuius opinio tunc admitti poterit,ac debebit.cum victi poſſeſſoris culpa probabiliter arguatur.argumento tex.in l.ſi ſeruus plurium,§.j.de leg.lib.j. tradit Soc. in l.Gallus §.& quid ſi tantum.ff.de liberis & poſthumis conferunt ſcripta à Rhoderico Soarez allegat.tertia.

Feudi poſſeſſor nec ſuam ſalutem domini vitæ poſtponere tenetur,vt ait receptum Loazes in allegat.pro Marchione Velez. nu. 25. nec eũ egenũ alere obligatur,commune renunciat Aluar.in c. licet, nu.6.ſi de feud.fuer.cõtrouerſ.quem refert Loazes vbi ſuprà.nu.25.

Feudi poſſeſſorum ius in alium transferre atque alienare nequit, dominus illis inuitis,vt frequenter placitum aiunt.Cur.Iun.de feu. vj.par.princ.ij.q.Grat.conſi.cxlvij.nu.5.& ſequent.lib.ij. excipe niſi ſi ditionem ſuam vniuerſam vnà alienet.commune effantur Molin. in conſuet.Pariſ.feud §.j.gloſſ.iij. numero 25.ac latius Iul. Clar. de feud.qæſtione xxviij.

Feudo non excidit indebitis officiis præſtandis duos, tréſve annos deſes,vt frequenter placere tradit Zaſ.in vſus feud.nu.62.feudo tamen priuari poterit ſi amicitiam cum domini inimico contrahat, commu.ait Grat.conſi.j.nu.81.lib.j.ac præſertim ſi eam iniiſſe proponatur in Domini perniciem,vt aſſerit receptum Curt.Iun.de feu. iiij.par.in cauſa xv.priuationis feudi.quin & ille feudo euerti poterit.qui cùm noſſet periculum vel honori,bonis domini impendere, & illum eius rei præmonere poſſet,nõ præmonuerit.commune renunciat Cur.vbi ſuprà in xxviij. cauſa.

Feuda etiam antiqua ad agnatos ex latere intra ſeptimum duntaxat gradum ſucceſſione redibunt,vt commune aſſerit Iaſ.in l. certã, nu.6.C.vnd.legiti.Excipe cum & deſcendentes conceſſio admittit, quippe quia tunc decimi gradus ratio ſubducetur,vt frequenter placitum atteſtatur Didac.à Couarru.lib.ij.reſolut.c.v.nu.4.

Feuda,ad quæ adoptiuus ſucceſsione adſpirat. non recipiunt diſtinctionem vetuſtatis,aut nouitatis quo ad illam adoptato factam, ſuccedendi copiam,vt commune profert Cur.Iu.conſ.c.xxxvij.nu.7.

Feuda ad eccleſiam reuerſa non modo extraneis, ſed & honeſtis antiſtitum conſanguineis,concedi ius fáque eſt,vt cõmune eſſere Zaſ.de feud.part.v.nu.51.

Feuda ſingularia regni Apuliæ non ideo minus in dominio regis directo ponũtur,quòd regnum ipſum ſit feudum,vt commune prodit Dec.conſ.cxvij.in fin.

Feuda illa mutus ac ſurdus & fœmina illorum alias incapaces conſequentur,quæ facinus aliquod patranti ſtatutum detulerit,quod ipſi peregerint.commune aiunt Iaſ.in l.filiusfam.numer. 3.ff.ſi certum pet Viui.lib.j.opin.cccxxv.

Feuda eiſdem regulis cenſentur,quibus emphyteuſes,vt ſuperius latè receptum poſui in verſ.emphyteuſis , vbi ſcriptis addes Ioan. Ronchegall.virum magna eruditione,ac doctrina.in l.reos.§.cum tabulis.nu.37.de duob.reis.

Feuda ſubiiciuntur conſtitutioni l.ij.C.de reſcind.vendit,vt frequẽtius placitum ponit meus & iuris Doctor,& commemorabilis interpres Arius Pinel. ad illam eandem l.part.ij.ca.vlt.nu.23.

Feudorum liber ſummam fidem & auctoritatem in feudorum cauſis habet.commune aſſerunt Ripa in l.vlti.num.699.& ſequen. C.de reuoccan,donat. vberrimè Iul.Clar. de feud. quæſtione tertia. Viuius libro primo opinio.cxj.non tamen eandem auctoritatem in aliis cauſis præter feuda obtinebit,vt affirmat receptum Curt. Iun. conſi.lxiiij num.15.

Feudorũ conſuetudinibus obnoxia eſt eccleſia, obnoxiique prorſus ſunt eccleſiaſtici.vt frequenter placere literis prodiderunt Curt. Iun. conſilio clxxvij. numero decimo, Marant.in Specul.iij.part. numero nonageſimotertio.

Feudorum bona nec ſpecialem,nec generalem obligationem ferunt,vt commune aiunt Anton.de Fan.de pignor.ij.part. membro ij. nu.43.latius Iul.Clar.de feud.q.xxx.Extraordinariam tamen hoc eſt longiſſimam,præſcriptionem admittunt,vt frequenter placitum affirmant Iaſ.in l.j.nu.43.C.de ſeru.fugit.Chaſſan.in conſuetud.Burg, Rub.iij.§.j.nu.16.& cõſ.iiij.nu.9.Cur.Sen.cõſ.lxxxij ver. quia Arius Pinel.in auth. niſi tricennale.num.19.C.de bon.matern.quæ tamen

longiſſima

longiſſima præſcriptio tantum oberit poſſeſſori,contra quem inita ac perfecta eſt,non verò etiam aliis iure poſtea ſucceſſuris nocebit, vt cōmune ex multis affatim tradit idem inſignis Pinellus in eodem loco.numero 49.cum ſequentibus licet ibidem num.55. verius nec minus receptum affirmet contrarium.

Feudorum fructus vltra nouem annos nec ritè,nec rectè locabuntur.commune dicit Iaſ.in epit.feud.part.ix.num.12.

Feudorū poſſeſſores tributa,atque onera pro rebus debita,ex fructibus,quos percipiunt,ſoluere tenentur, vt commune pronuncio ex Iaſo.in l.j.numero 25.C.de iure emphyt.Caſſan.in conſuet. Burgund.rub.quarta §.vj.Ioan.de Amicis conſi.8.nu.62.& nu.62.

Feudorum,quæ alicui & quibuſcunque illius hæredibus conceſſa ſunt,ſucceſſione fœminæ potientur.commune ponit Carol. Mol. ad Alex.conſi.xxx.ver.quibuſcunque.lib.j.

Feudorum poſſeſſores feudis nequeūt renuntiare abſque Dominorum conſenſu,vt receptum ait inſignis Pinel.in l.j.ij part.verſiculo limitatur viij.& in l.ij.in prima part.cap.iij.numero 1.ad finem.C. de reſcind. vendit.

Feudorum poſſeſſores ſeruitutem & vſumfructum licet in dominorum præiudicium nequeant conſtituere,tamen eatenus duraturum,quatenus ipſis ius feudorum durauerit, rectè conſtituent, vt commune ponit Arius pinellus hac in re omnino videndus in l.j. parte iiij numero 70.C.de bon.matern.

Fictio,& extremum à quò,& extremum ad quòd deſiderat aptū, atque appoſitum,vt frequenter placere renuntiat Did.à Couarru.de ſponſ. ij.par.c.viij.§.ij.num.19.

Fictio duplex circa eandem rem non poteſt contingere,vt commune dicit Ant.Gome.in l.xlviij.Tauri num.92.ſed nos alibi id falſum atque adeo abſurdum latè oſtendimus.

Fideicommiſſum ex ſola teſtatoris voluntate coniecturis collecta exoritur,etiam ſi verba nulla in id ſpectantia proponantur.commune ait.Cur.Iun.conſi.cxxj.numero 10.

Fideicommiſſum quo pater hæreditatem ſuam ad aliquem pertinere,aut peruenire ſimpliciter conſtituit,ſi eius filius ſine liberis deceſſerit,à filij hærede non ab ipſo filio relictum cenſetur,quamobrē omnis prorſus hæreditas debebitur,ac pleniori iure eiuſcemodi fideicommiſſum valebit.commune inquiūt Pariſ.conſi.xlj.nu.44. & conſi.lxxj.nu.9.& ſeq.lib.iij.Grat.conſi.cxxxiiij.nume. 45.lib j.& conſilio ciij.nu.13.lib.ij.ac latiſſimè Iul.Clarus de teſtament.q. lxij. verſi.tertius eſt caſus.& ſi cōtrariū magis cōmune aſſeueret Galeaul. in l.centurio.nu.409.ff.de vulg.quē meritò carpit Iul.Clar.vbi ſuprà

Fideicommiſſum conditionale nullo modo tranſmittitur. commune proferunt Curr.Iun.conſi.lxxix.nu.1.& conſi.cxxxv.num. 5. atque Ant.Gome.de teſtamen.c.v.num.9.Quod ampliabis vt nec huiuſmodi fideicommiſſum ab aſcendente in deſcendentem traijciatur,vt frequenter placitum renunciant Dec. conſil. cxv. in principio,& conſilio.cccccl xxiiij.Curt.Sen.conſilio lxxv.numero 4.Cur Iun.conſi.cxxxv.numero 5.

Fideicommiſſum poſt impuberis mortem à nemine expreſſim relictum,à filij hæredibus in dubio relinqui videtur.quapropter & ipſa legitima filij portio reſtitui debebit.commune dicunt Alex. in l.j.§.vlt.nu.3.ff.de vulg.idem Alex.& Iaſ.nu.16.in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.illo tit.Rhodericus Soarez Quoniam in prioribus, limit. j. C.de inoffic.teſtam.Guliel.in c.Raynutius.ver.abſque liberis,in ſecundo tractatu compendioſè. nu.45.de teſtamen.Et ſi contrarium commune eſſe miſerint in literas Rip.nu.126.Galeaul.numero 409. in l.Centurio,ff.de vulg.quorum ſententiam non probo, ac videndos conſulo ſuprà relatos, ver.iſto.nu.105.

Fideicommiſſum vniuerſale non ideò minus debetur,ac firmum validúmque eſt,quòd teſtamentum vel inofficioſi querela ruptum ſit, vel ob filij præteritionem nullum declaretur, vt crebris Doctorum ſuffragiis exceptum inquiunt Alex. Iaſ.numero 11.Cur. Iun. num.53.in authen.ex cauſa.C.de libe.præter.Dec.conſi.lxxxv.num. 3.Guliel.in cap.Raynutius , ver.eodem teſtamento in j.num.237.de teſtament. Ant.Gome.in l.xliiij.Tauri.num.5.

Fideicommiſſum vniuerſale trāſit in eccleſiam vel ciuitatem abſque reſtitutione,vt commune dicit Iaſ.in l.vt inter diuinum.nu.10. de Sacroſ.eccleſ.& generaliter cuicunque illud ſit relictum ante vllam reſtitutionem,atque adeo ante aditam hæreditatem,in hæredes tranſmittitur.commune inquiunt Aret.nu.8.Alex.nu.21.Iaſ.à num. 306.Mar.Ant.nu.154.Bal.Nouell.nu.46.& nu.47.Soc.Iun.num.235. Aymon.in j.par.nu.36.& ij.par.à nu.263.& antea Rip.num.73.atque eleganter Alciat.num.21.in l.cum filiofam.ff.de legat.lib.j.Rip.in l. hæredes mei.§.cùm ita,nu.57.& in l.vbi purè.nu.3.ff.ad Senatuſcōſult. Trebellia Guliel.in c.Raynutius.ver.ſi abſque liberis:in ij.à nu. 6.& à nu.70.de teſtam.Alciat:lib.iiij.Paradox.cap.v.in fi.Marian.Iun. conſilio cxlj.numero 27.libro ij.Ant.Gomez.de teaſtmen.capit.v.numero 9.& num.14.verſi.item quæro.

Fideicommiſſi reſtituendi onere preſſi aſcendentes non fruūtur beneficio l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.vt nec deſcendentes ſi vel purè in vita,vel poſt certum tempus reſtitutio fieri iubeatur. communia fatur Ant.Gomez.de teſtam.cap.v.num. 35.verſic. imò quod magis eſt.nu.37.

Fideicommiſſo ab vltimo morienti relicto alterna inter inſtitutos inſtitutio facta cenſetur.commune dicit Cur.Iun.conſ.cxj. nu. 4.Villa.in ſua collect.

Fideicommiſſarius,cui facienda reſtitutio in alium ab eodem iuſſa eſt,ſic omnes actiones accepti & expenſi,quas actiuas & paſſiuas nominant transfert,vt nullæ vllo modo apud illum remaneant.commune dicit Ant.Gome.de teſtamen.c.v.nū.5.

Fideicommiſſarius,qui fideicommiſſum in vita reſtituit,nō reſtituere,ſed donare dici ac duci debet. cōmune inquit Rhoderi.Soarez in l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtam.

Fideicommiſſarius tunc duntaxat detrahendæ trebellianæ ius habet,cum illam hæres antea non detraxit.commune ait Soc. & qui eum refert Ioan.Dilect.de art.teſtan.titu.v.caut.xxviij.

Fideicommiſſarius vniuerſalis etiam non citatus,lata contra hæredes ſententia læditur.commune aſſerit Rip.in l.filiusfam.§. diui. num.59.ff.de leg.j.probant.Paul.& Alex.numero 2.in l.ſi patinoi.§. vltim.ff.ad Trebell.Alexander.in l.ſæpe.numero 16.ff.de re iudicata Deci.conſilio xxxiiij.

Fideicommiſſarius vniuerſalis beneficio inuentarij ab hærede facti vſque adeo fruitur,vt nec aliud facere ipſe teneatur, nec opus ſit,vt ei illud hæres cedat.commune effantur Alex.in l.centurio.ff. de vulg.& pupi.Ant.Gome.de teſtamen.c.v.numero 12.verſi. ſi autem hæres.At ſi inuentarium ab hærede factum non ſit, quin illud fideicommiſſarius facere poſſit,vt illius prærogatiuis potiatur, nihil prohibet.commune ait Alex.in l.in ratione.§.quod vulgò. quæſt. viij.numero.19.ff.de lega.Falcid.

Fideiuſſor in duriorem cauſam cum iureiurando acceptus inſtar debitoris principalis tenetur,non amiſſo tamē epiſtolæ Diui Adriani,aut excuſsionis beneficio. vt commune pronuntiat Alciat.in c. cum contingat.nu.174.de iureiur.

Fideiuſſor in pecuniam acceptus,cùm principalis rem debet nullo modo ac nulla via tenetur.commune ponit Arius Pinellus in diuerſa omnia abiens in rub.part.j.cap.iij.numero 18.cum ſequentib. C.de reſcind.vendit.

Fideiuſſor de iudicato ſoluendo obnoxius executioni eſt abſque alio nouo proceſſu,commune inquiunt Cagnol.in l.nemo alienæ in fin.ff.de reg.iur.Iul.Clar.in pract.§.vlt.quæſt.xcv.ad fi.in princ.At qui fideiuſſor ex contractu eſt.ſententiæ contra principalem latę executioni nō item ſubiectus eſt,vt commune affirmant Imo.in c. peruenit.de fideiuſſ.Turzan.opin.cxl.

Fideiuſſor ex conuentione acceptus ſi fiat non ſoluendo,non poterit idcircò creditor alium idoneum poſtulare,vt commune teſtatur Alex.conſi.lx.lib.v.

Fideiuſſor in id,quod intereſt,rectè accipitur,cùm principalis factum debet.commune pono ex Aret.in l.in illa ſtipulatione.in j. nu. 3.ff.de verb.oblig.Alex.in l.ſi inſulam.nu.42.ff.illo co.tit Iaſ.in l.non amplius.§.vlt.numero 15.ff.de leg.lib.j.Dec.l.certi condictio.nu.7.ff. ſi cert.pet.& in c.j.lectu.j.num.22.de iudic.

Fideiuſſor in maiorem ſummam acceptus nec vllo modo,nec aliqua in quantitate obligatur.commune aiunt Fulgoſ.in l.hactenus.§. j.ff.de conſtit.pecu.& Alex.& Iaſ.nu.9.in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb. oblig.Sed aduerſa opinio,quæ fideiuſſorem in pari ſumma ipſi debitori obligari cenſet. & verior mihi videtur, & æquè recepta eſt, quippe quia ab ea ſtant Azo in ſūma de fideiuſſ.nu.7.Cyn.& Albe. in l.vlt.C.de fideiuſſ.Dec.& ad eū Car.Mol.in l.in eo quod plus.nu. 13 ff.de reg.iur.Galeaul.Alciat.Coraſi.& Duare.in allegatum §.ſi ſtipulati mihi,ac Balduinus Coſta,& Stephanus Bodęus in §.fideiuſſores.Inſtitu.de fideiuſſor.& notabili eam vberrimè comprobamus. Fideiuſſor cum debitore rectè iuréque paciſcetur,vt pro ea quantitate,quæ debetur.emptum ſibi pignus ſit ſi intra certum tempus nō liberetur,ac non liberatus ipſe ſoluerit,nullúſque erit cōſequenter in fideiuſſore locus conſtitutioni.l.vlt.C.de pact.pignor, vt cōmune inquir,ex multis contrarium cordatè ipſe probans Arius Pinell.in Rub.ij.part.c.j.num.31.C.de reſcind.vendit.

Fideiuſſor ſoli bona non habens.non aliter nec alias dicetur idoneus.quam ſi pro diuite ſpondeat.vt commune dicit Hippol.in rub. nu.228.ff.de fideiuſſ. vt nec qui caſtrum munitiſsimum habet, vel alia ratione difficile conueniri poteſt idoneus fideiuſſor ducetur,vt verius cū Ang.atque Angeli ſectatoribus in l.ij.ff.qui ſatiſd.cogant. pono.Quamuis contrarium cōmune pronuntiet Boer.q.ccxxxviij. & qui eū laudat Iac.Menoc.nu.315.Nec ita procurator litigioſus aut cauillosus fideiuſſor idoneus habebitur,vt receptū ponit Viuius lib.ij.opi.cxij.Nec rurſus idoneus fideiuſſor cenſebitur qui patrimoniū nō habuerit,& ſi ſumma fide dignus habeatur ac vitæ honeſtate excellat,vt cōmune proniicio ex Alb.Soc.nu.3.& aliis in l.j.ff.qui ſatiſd.cogāt.Alex.Aret.& reliquis in l.ſi quis ſtipulatus.§.ſi quis ita. ff.de verborum obligatio.quicquid.Iaſon in lege prima, numero

19.

19.ff.qui ſatiſd.cogant.Hippo.in rubr. numero 180. ff. de fideiuſſo. ſcripturiant.

Fideiuſſor ordinis vel excuſſionis exceptionem ſolum ante litem conteſtatam allegare poteſt.vt commune placitum eſſe arbitratur Raphael Guman.ad fin.Soc.nu.9.Zaſ.nu.17.in l.j.ff.de except. Iaſo.in l. decem.nu.6.ff.de verb.oblig.Fel.in c. exceptionem nu.42.de except. Ang.in §.appellatur.nu.16.Sed ego contrarium æquius melius exiſtimo,ac non minus receptum affirmare auſim.nam id docet glo. in l. iij.ff.de except.ad finem.quam illic ſequitur Alb.& Ang. Spec. idem affirmantem laudans:& probant Bal.nu.3.Salic.nu.6. verſi. ſed caue. Paul.nu.3.in l.ij.C.commu.diuid.Benedict.de Plumb.in tract.de diſcuſſ.nu.18.additio ad Iaco.de Aren.in tract.de excuſſio.nu.32.Anto. de Trem.in pract.ad Bonacur.verſi.aduerte & antea Paul.Caſtr.in d. l.decē.nu.6.& in l.vlt.nu.9.ad fin.ff.ſi cert.petat.Montan.in ſua pract. capitulo de exception.Aymon Crauet. conſilio cclxiij. numero fauentque maximè iuris rationes , de quibus alibi & latius & opportunius.

Fideiuſſor indemnitatis(vt doctores loquuntur)& ſi omnibus fideiuſſorum beneficiis ac legum auxiliis renunciet , non tamen poterit ante principalem debitorem conueniri.vt commune dogma aſſero intrepidè ex Bar.& Plat.in l.j C.de conueniend.fiſc.debit.lib. xj. Ange. Alex.Iaſ.Dec.Alciat.in l.vlt.ff.ſi cert.pet.Bal.l.j.C.de iis,quę in fraud. cred.Salic.in l.j. C.quod cum eo.Alex.conſi.xxix.nu.22. libr.vij.Rhoderic.Soarez in tit.de los emplaſamentos.Amplia vt idem proceſſurū ſit,& ſi huiuſmodi fideiuſſor iureiurādo ſe obſtrinxerit.vt frequentius receptū arbitror ex Alex Iaſ.Dec.& Alciat.in allegata l.vlt. ff. ſi cert. petat.Fel.in c.ex reſcripto de iureiur.conferunt ea,quę tradunt Tiraq. in l.ſi vnquam.nu.147.C.de reuoc.donat.Did.à Couar. in c. quamuis pactum in j.part.§.iiij.de pact.lib.vj.Meminerisque ſemper quod abſque dubio huius generis fideiuſſor excuſſionis exceptionem poterit opponere poſt litem conteſtatam,& ſi alios fideiuſſores non poſſe cōcedamus,vt frequentér placitum opinor, ac veriſſimum aſſeuero cum Bald.in c.ex reſcripto.de iure iur.Iaſ.numero 1.Alc.nu.35.in l.vlt. ff.ſi cert.pet.Aret.in l.decem.Hipp.in rub.nu.314.ff.de fideiuſſ. qua in re labitur.Alex.conſi.xxix.nu.24.lib.iiij.

Fideiuſſor pater ante liberorum executionē,pro quibus promiſit, aut interuenit, conueniri inſolidum poteſt.vt cōmune aiunt Pirrhus in leg.ſecunda C.de decur. libro decimo Viuius libro tertio opinio. ccxxxix.

Fideiuſſor,mercator, vel campſor,conueniri atque exigi ante debitoris ipſius executionem poteſt.vt commune pronunciare non verebor ex Bal.& Sal.in l.fruſtra.C.de non nume.pecun.Ang. in §. item ſi quis.in fraudem.Inſtit.de Action.Iaſ.in l.ſingularia.nu.39.ff.ſi cert. petat.Curt.Sen.conſi.vj.Dec.in l.vlt.nu.23.ff.ſi certum petat.Hypp.de fideiuſſ.nu.8.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.j.§.v.Ant.Gome.de cōtract.c.xiij.nu.4.verſi.iiij.limi.Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.limit. xvj.nu.2.C.de non nu.pecun.quod placet,& ſi apertè reluctetur tex. in Iuſtin.nouella xxxvj.de argentar. contract. §.j.ſed hac de re vberius alibi.

Fideiuſſor à debitore ſolutionem diu remoranti,vt ſe ſe fideiuſſione expediat,rectè ac iure exiget,eaque in ſpecie iudicis arbitratus tēporis ſpacium metietur.vt commune inquit Ant.de Trem.in addit.ad Bonac.in pract.except.in rub.quib.mod.ſuo no.nu.3.ver.diu ſtetit.Villa.in ſua collect.

Fideiuſſor ad corporis pœnam propter alterius delictū ſubeundam interuenire nequit.vt commune aiunt Didac.à Couarr. libro ij. reſolut.cap.viij.numero 8.Iul.Clar.in practi.§.vltimo queſtio xlvj.verſic. ſed nunquid.

Fideiuſſor non quis inde conſtituetur,quod etiam apud iudicij acta præſens,gnarus ac tacitus fuerit , cum alter illum pro ſe fideiubere diceret,niſi ſi & expreſsim conſenſerit.commune ait Boer.deciſione cccxiiij.nu.5.

Fideiuſſor de aliquo ſiſtendo totiens,quotiens,ſi eum requiſitus nō ſtiterit,non ſolum ad pœnam fiſco tenebitur,ſed & parti ad id,quod eius intereſt,obligabitur.commune inquit Afflict.dec.ccxxxiiij.Fallo. in pract criminalis fragment.in rub.de fideiuſſ.nu.260.

Fideiuſſor ex remedio l.ij.C.de reſcind.vend.abſque dubio iuuari. poterit.vt commune ponunt Alex.& Iac.in l.j.C.de fideiuſ.minor.

Fideiuſſor ita pauper,vt de ſuo nequeat ſoluere,ne in carcerē alioquin trudatur,poterit de principalis debitoris bonis ſoluere.vt frequenter placitum affirmar Hipp.in rub.nu.429.ff. de fideiuſſ.

Fideiuſſor,cum reus principalis ſoluendo eſt,& ipſe excuſsionis beneficio non renunciauit , & teſtis,& iudex pro principali eſſe poterit.communia inquit latè Viuius libro j. opinion. cccxcix. poſt iuris vtriuſque apprimè carum Ioan.Ronchegall.in l.reos.numero 53. ff.de duob.reis.

Fideiuſſor ſimpliciter datus,atque acceptus in prima inſtantia,ſi appellatio interuenerit.& deſerta nō amplius in euētū vllū tenebitur.cōmune ponunt Viuius lib.ij.opin.xcviij.ac Iul.in Clar.in pract.§.vlt.q. xlv.ver,ſis tamen cautus.

Fideiuſſorem dare obligatus,ſi locuples manifeſtè ſit,ſatisfaciet ſuorum bonorum obligatione.vt cōmune placitum eſſe conſtat ex Soc. & Iaſ.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.Dec in l.plus cautionis.in fin. ff. de reg. iur.Fel.in c.ad noſtrā nu.10.de iureiur.& in ca.ad hęc.de ſenten.excōmu Hipp.in rubr.nu.178.ff.de fideiuſ.Palat.Ru.in repet.Rub. §. xxxviij.nu.1.de donat.inter vir.& vx.Contra quos & ius & bonū atque æquum eſſe alibi oſtendo,Sed & is,qui fideiuſſorem dare promiſit, ſi pignora præſtet,promiſſioni ſatisfaciet.vt receptū affirmat Dec. in d.l.plus cautionis.nu.3.ex gl.vlt.in l.j.ff.qui ſatiſd.cogant.quam ita inibi,quanuis perperam,doctores communiter poſt Bar.intelligunt , ac ſequuntur.Eritque hæc opinio à fortiori iiſdem authoribus recepta , quibus ſuperior.Sed & ſuperior vt dixi,falſa eſt,atque id ita eſſe efficaciter oſtendunt Alex.& Aret.in l.diuortio.§.interdum.ff.ſolut.mat. Aret.rurſum in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichū.§.vlt.ff.de verb.oblig. Et hæc vltima opinio falſa etiam eſt & compluribus improbata. nā cōtra eam tenaciter contendunt Alex.nu.6.Iaſ.nu.12.d.l.j.ff.qui ſatiſd. cogant.Rip.in rub.nu.8.ff.de pig.idem Rip.nu.22.Alciat. nu.10. in l. ij.§.mutui datio.ff.ſi certum petatur.Cagnol.in d.l.plus cautionis nu. 7.& Neguzant.de pig.v.par.princip.nu.6.qui,vt dixi,à fortiori primā quoque opinionem de propriæ facultatis obligatione reiiciant,& cōfutent,neceſſe eſt.

Fideiuſſorem ſemel promiſſum creditor dimittere,atque aliū æquè idoneum accipere cogi poteſt.commune aiunt Hippol.de fideiuſ. à nu.213.Ant.Gome.de contract.c.xiij.nu.2.Arius Pinel.in l.ij.part.ij. c.j.nu.23.C.de reſcind.vend.At ſi non ſolum promiſſus , ſed & datus iam ſit illum liberare creditor non cogetur, & ſi alius fideiuſſor magis idoneus offeratur.commune renuncio ex ſuperius laudatis,& ex Iaſ.in l.ij.nu.2.ff.ſolut.matri.& in l.ſi domus.ſi fundum.num.31.ff.de leg.lib.j.& in l.debitorum.nu.5.C.de pact.vbi etiā Alciat. ac Matth. de Afflict.lib.iij.conſtit.rub.xv.nu.5.Cagnol.in l. plus cautionis. nu. 57.ff.de reg.iur.

Fideiuſſorem qui dare vel promiſit,vel tenetur,non poteſt eum alio in loco,nec aliis ex hominibus dare,quam vbi contraxit,vel promiſit,atque ex eiuſdem met loci hominibus,vt commune ponunt Alex.nu.3.Iaſ.nu.2.& nu.8.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cogant.Hipp.in rub.nu.307.cum ſequentib.ff.de fideiuſſor.Afflict.in ij.part.conſtit.regni rub.x.nu.6.& qui eum refert Iul.Clar.in prac.§.vlti.q.xlvj.ver.pone quod.

Fideiuſſores non impropriè debitorum nomine comprehendūtur. vt frequenter placitum enunciant Alexan.in l.j.numero 48. ff.ſi cert. pet. Angel.Aretin.in §.j.numero 7.Inſtitu.de obligation. Viuius. lib. j.opin. cxl.

Fideiuſſores dare ſe non poſſe,probabit vnuſquiſque ſuomet cum iureiurando:quod receptum inquiunt Soc.conſi.lxxix.ver.iij. confirmatur,& qui eum laudat Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſt.xlvj.ver. ſed quo modo.

Fideiuſſores ob temporis prorogationem abſque illorum conſenſu à creditore indultam debitori principali non liberantur.commune renuncio ex Iaſ.in l.ſi vnus.§.j.ff.de pact.& in l.lecta.nu.9.ff.ſi cer.pet. & in l.j.§.poſt operis.ff.de nou.oper.nuncia.& in l.j C.de iudic.atque ex Berol.in capitulo de cauſis.numero 37. & ſequent. de officio. iudicis deleg.

Fideiuſſores inſtrumentum publicum,vel priuatum de ſolutione oſtendentes,quanuis ipſam ſolutionem reapſe planam non faciant,contra debitorem audientur,ac ſummam debiti,pro qua fideiuſſerunt,ab eo exigent.vt commune dicunt Iaſ.in l. duobus.§.j.ff.de iureiur.Fel.in c.ſi cautio,de fide inſtrumen.Hipp.in rub.nu.264.ff.de fideiuſ. Anto. de Tremo.in addit.ad Bon.in pract.except.in rub.quib.mod.ſu.no.nu. 39.ver.ſub iudicibus ſecularibus.verb.fallit,& Ant.Gome.de cōtract. c.xiij.nu.3.Non tamen idem erit ſi fideiuſſores in iudicium vocati iureiurando ſibi à créditoribus delato ſe ſe liberauerunt,debitorem nō teneri ſimpliciter iurantes.vt eſt Accur.ſententia in d.l.duobus.§. j. in ver.ſolutionis.ff.de iureiuaand.quæ communiter recepta eſt,vt cōſtat ex Alex.nu.3.Iaſ.nu.5.illic ex Iaſ.rurſus in §.item ſi quis poſtulante. nu.8.Inſtitut.de action.quanuis Matth.de Afflict.dec.cl.nu. 35. dicat eam communiter improbari cuius opinio tunc erit admittenda,cum fideiuſſores ſe ſolutiſſe iurauerint iuxta Alex.in d.§.j.nu 3. Quin prætere a fideiuſſores ſemper contra principalem debitorem agere poterūt vbi creditor confiteatur ſibi ab illis ſatisfactū eſſe,vt frequenter placitum aſſeuerant Matth.de Afflict.dec.xciiij.nu.3.Hip.vbi ſupra latiſsimè Viui.multos in cōtraria euntes recenſens li.j. opi.cxxxix.& lib. ij. opin.cxiij.atque ita cōſuluit,Paul.Caſ.cōſ.lxiiij.lib.j.in nouis & Bart. atque Alex,quos cum Iaſ.refert Io.Chal.conſ.cj.nu.5.

Fideiuſſores vt a debitore cōueniri queant,neceſſaria eſt iudicis debitorē nō ſoluendo eſſe pronunciātis ſententia:nec in actis poſita rū cij delatio ad id ſufficiet.cōmune dicit Iaſ.in l. ſtipulatio.§.habet autem.nu.7.ff.de nou.oper.nunciat.

Fideiuſſores indemnitatis , hoc eſt,qui ſe ſe obligant ad id quod

creditor à debitore ſeruare nequierit, eo ipſo liberabũtur, quod probabunt creditorem in culpa, ac negligentia fuiſſe, quo minus debitum ſuum exigeret, ac præſertim ſi etiam ab illis ad id fuit præmonitus ac requiſitus: At fideiuſſores cæteri, qui ſe hodie ſimplici fideiuſſione obſtrinxerint, etiam executionis ordini renunciarint, nec præmonitionibus, nec interpellationibus culpæ, & negligentiæ creditoris adiunctis quidquam ad ſe liberandum efficient. Si verò non item executionis beneficio renuntiauerint, ſed tantum ſimpliciter fideiuſſerint, & deſidem ac negligentem creditorem præmonuerint, ac requiſierint, quã tumcunque piger, ac negligens in debito ſeruando creditor proponatur, non item liberabuntur. vt communia ponit, ac meritò valde commendat meus olim iuris doct. Anto Gomez. de contra. capitulo xiij. numero 9.

Fideiuſſores, qui in ius vocati non fuerunt, principalis debitoris actis non læduntur. commune dicit Rip. in l. apud quem. nu. 34. C. de edend. vt nec quouis periculo ex fortuitis caſibus prouenienti offendẽtur. commune ponit Alex. conſi. ccclxv. lib. ij.

Fideiuſſores, qui pro aliquo abſente aut ignorante fideiuſſerunt, actione negociorum geſtorum, quod ſoluerint, recuperabunt. qui verò pro aliquo inuito aut contradicente fideiuſſerint, nihil conſequendũ habent. commune ponit Ant. Gome de contract. cap. xiij. num. 11. ex gloſſ. Odofred. Bar. Bald. Ange. & Salic. in l. vltim. C. de nego. geſt, atque aliis alibi.

Fideiuſſores conuentos principalis debitor poterit defendere, & ob id quod eius intereſt, exceptiones etiã eas proponere, quæ fideiuſſoribus non communicantur. vt cõmune pono ex iis, quæ latè atque eleganter ſcribit meus doc. & alter parens Arius Pinel. in l. ij. nu. 44. C. de reſcind. vendit.

Fideiuſſores, qui ſe euictionis nomine obligauerint, aut nullã moleſtiam illatũ iri alicuius rei emptori ſub pœna promiſerint, nullam pœnam omnino incurrent ſi cõtractus & oppugnatus & reſciſſus fuerit remedio l. ij. C. de reſcind. vend & ſi illam incurſuri ſint, ſi contractus & remedio reſtitutionis in integrum ratione ætatis, aut aliquo alio ſpeciali beneficio impugnatus ſit. vt frequenter placita ponit inſignis Pinel. ad illam eandem l. ij. par. ij. c. iij. nu. 43. cum ſequen.

Fides, quam priuatus hoſti dedit, ſeruẽda neceſſariò nõ eſt. commune ait Zaſ. relatus à Did. à Couar. in contrarium, cùm rei publicæ damnum nõ vertitur bono exemplo abiens in tracta. de ſponſal. ij. par. c. iij. §. iiij. nu. 14. cum præced. quam in rem nos alibi multas hincinde auctoritates colligimus multa ex præclaris rei Romanæ monumentis exempla aduocamus.

Fidem, quæ à iudicibus de impunitate reis idcirco datur, quo facilius ac luculentius flagitiorum veritas innoteſcat, ſeruari non eſt neceſſe, & ſi ordinarius pœnis locus tunc nullus ſit. commune aiunt latè & eleganter id pertractantes Anton. Gome. de delict. capitul. xij. nu. 6. & nu. 7. Did. à Couar. lib. reſolut. c. ij. nu. 16. Iulius Clarus in ſua pract. crim. §. vlt. q. lv. ver. circa ſecundum. & vide quæ latius infra obſeruamus ver. Iudices.

Filius ex eo quis probabitur quòd inſtar filij a parentibus tractatus fuerit, ſiue poſſeſſorio iudicio, ſiue petitorio agatur. commune ponunt Dec. conſi. liiij. Boſſius in pract. crim. in tit. de part. ſuppoſ. nu. 9. nu. 11. & 27. cum ſequentib. & qui illud verè ac præclarè conſtringit Did. à Couar. de ſponſal. ij. parte capi. viij. nume. 6. quanuis Alciat. & alij aliud receptum perperam aſſeruerint, quorum de errore alibi copioſius.

Filius non ſe filium à ſola nominatione efficaciter probabit, niſi ſi adminicula etiam alia accedant. vt commune inquiunt Dec. in c. per tuas. de probat. Did. à Couar. de ſponſal. ij. cap. viij. §. iij. num. 7. Duenas reg. cccxlij.

Filius nec probabitur, nec præſumetur adulterinus, inceſtuoſus, vel illegitimus ex matris aſſertione in ipſius mortis crepuſculo, vel aliis circunſtantibus facta, vt commune affirmant Boer. q. ccxix. parte. ij. Turzan. opin. cxx. Quin nec idcirco illegitimus cenſebitur, quòd mater adulterij conuicta fuerit, niſi illud liquidò aliunde probetur. commune aſſeuerat Did. à Couarru. in tract. de ſponſal. ij. parte capitu. viij. §. iij. nume. 8.

Filius à domo patris alibi ſumptus eidem ſuggerere volentis propelli non poteſt; vt commune renuncio ex Paul. & Iaſ. nu. 6. in l. quidam cum filius. ff. de verb. obligat. Si tamen filius ipſe alibi habitare velit, ac pater nolit, non aliter alimenta conſequetur, quam ſi patri aſſenſus vel ſuis in gratiis in eius domo habitet, commune effatur Arius Pinel. in l. prima. part. j. nu. 53. & ſequent. C. de bon. matern.

Filius inuito patre atque ad expenſas obligato operam litis nauabit, vt frequenter placitum affirmare auſim ex Fel. in c. ij. de magiſt. Bal. Nouell. de dote part. vj. priuileg. xlvj. in princip. Rebuf. de priuile. ſcholaſtic. priuileg. liij. & ex iis, quos ipſi laudant.

Filius contra alienata ex patre admittetur, atque illa reuocabit, niſi probentur verè ex non grauitò contractu alienata: nec quidquam ca in re patris aſſeueratio etiam iureiurando circumſepta proderit, vt commune pono ex Iaſ. in l. j. ff. de eo per quem fact. erit. & in l. ſi arrogator. nu. 25. ff. de adopt. & in auth. vide ſi parens. C. de inoffic. teſtamen. atque ex aliis compluribus, quos laudat Tiraq. de retract. lig. §. j gl. xviij. nu. 8. At cõtra illa quæ cõtractu nõ gratuito alienata proponuntur, nulla via, ac nulla ratione admittetur. cõmune aiunt latè Car. Mo. conſuet. Pariſienſ. §. viij. gl. iij. nu. 81. Did. à Couar. in c. Raynutius. §. x. nu. 9. de teſtamen. Arius Pinel. in l. j. part. iij. nu. 76. C. de bon. matern. Amplia commemorabiliter vt idem prorſus ius futurum ſit, quanuis pater in fraudem alienauerit, & emptor fraudis particeps fuerit, ſi modò precium verè numeratum oſtendatur, vt commune aio ex Iaſo. in d. l. ſi arrogator. nu. 23. ff. de adopt. Rub. in l. Titia. §. imperator. nu. 33. ff. de leg. lib. ij Car. Mol. in conſuet. Pariſienſ. §. vij. glo. iij. nu. 18. atque Ario Pinel. vbi ſupra.

Filius qui patris conſcientia geſſit, patre mortuo rationem geſtorum reddere fratribus cogetur, vt frequenter placitum renuncio ex Dec. conſi. cclv. & conſi. ccccliX. Hypp. ſing. ccccxcij. atque ex aliquã multis aliis, quos laudat multum laudandus Pinel. in l. j. part. ij. nu. 39. C. de bon. mater.

Filiusfam. teſtamenti faciendi ius non conſequitur, quod eius pater in hoſtium manum ac poteſtatem redactus ſit, vt receptum aſſero ex Ang. in l. vlt. C. de ſentent. paſſ. Corn. conſi. cciiij. nu. penult. lib. iiij. Alex. nu. 10. Iaſ. nu. 9. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupi. Imo. verſi. & plus dico. Iaſ. nu. 234. Ioan. Crot. nu. 18. & nu. 19. in l. ſi quis pro emptore. ff. de vſucap. & idẽ teſtatur ex aliis Viuius li. j. opin. cxxj. Exemptus tamen patriæ poteſtatis vinculis ducitur, vt commune ait contrarium ipſe probans Emanuel à Coſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ij. part. nu. 94. ff. de lib. & poſth.

Filiusfamilias patri, cuius auctoritas requiritur, donare mortis cauſa nequit, vt commune efferunt Corn. conſi. ccxciiij. lib. j. Ioan. Duran. de arte teſtand. caut. j. nu. 4. ac latiſſimè Iulis Clarus de donatio, q. vj. ver. quæro etiam, vbi multos contrarium non de nihilo aſſerentes citat. Nec itẽ generaliter, ac regulariter alia alij donare poterit quã quę pleno iure ipſe poſſideat, commune inquit Crauet. conſil. lxxxiiij. nu. 9. & conſi. xcij. nu. 1. Sed & hæc, quæ pleno iure poſſidet, non aliter cuiquam cauſa mortis donare poterit, quàm ſi pater conſentiat, vt commune eſſe literis tradiderunt Rub. conſi. xlvj. nu. 2. Soc. conſi. clxxij. lib. ij. & vberius Iulius Clarus de donat. e. vj. ver. aut verò quæris, quanuis contrarium iure probabilius ſit, vt alibi luculenter oſtendo. Non autem ſufficiet tacitus patris conſenſus (ſi doctores ſequamur) ſed expreſſo opus erit, vt frequenter placitum copioſè inquit Tiraq. de legib. connubial. gl. vij. nu. 9.

Filiusfam. ſi teſtamento (quod patris voluntate condidit) aliquid alicui relinquat, & clauſulam codicillarem ſubiungat, atque ille cui illud relinquit, vel expreſſim teſtamenti tempore relictum agnouerit, vel ſaltem præſens fuerit, ſuſtinebitur relictum illud tanquam mortis cauſa donatio: ſi verò nec agnouerit, nec præſens fuit nullius ponderis momentique erit, vt commune inquiunt Soci. conſ. cxxv. li. iij. Iul. Clarus donat. q. ad finem.

Filiusfam. nec patre conſentiente de iis bonis teſtari poteſt, quorum dominium atque vſusfructus plenè ad ipſum ſpectat, vt commune pono infra verſ. teſtari. poterit tamen abſque dubio tunc de huiuſmodi bonis teſtamentum exarare, cum ad pias cauſas illud faciet, vt receptum aiunt Vaſq. de ſucceſ. lib. 1. tit. qui teſtari poſſ. §. j. nu. 50. latè Viuius lib. j. opin. cxxj. latius Iul. Clar. de teſtam. quæſt. v. verſi. ſed nunquid filiusfam.

Filiusfam, non magis poteſt legare patre conſentiente, quàm teſtari, vt commune affirmant Iaſ. in l. ſenium. nu. 8. C. qui teſtam. facer. poſſ. Gome. in c. ſi pater. de teſtamen. libr. vj. Viui. cum aliis lib. j. opini. cxxj. At inter viuos de bonis, quorum vſusfructus patri non quæritur, pro animi ſui ſententia inre diſponet, vt frequenter placitum renunciant Aymon. Crauet. conſi. lxxx. nu. 9. & conſi. xcij. num. 1. ac Viuius lib. j. opin. cxxj.

Filiusfam. patrem bona diſſipantem compellet, vt eam bonorum partem, quæ ſuis alimentis par ſit quæque debitæ ſibi portioni conueniat, reponat, ac ſegreget, vt communius ait ac rectè exponit doctor meus Arius Pinelus in lege prima parte. iij. numero 76. de bon. matern.

Filiusfam. abſque parentum conſenſu matrimoniũ iure Pontificũ valiturũ contrahet. & ſi Cæſarum leges refragentur. cõmune aſſerũt Curt. Iun. conſ. cxxxvj. nu. 3 Eman. à Coſta non pœnitendus mihi iuris doct. in l. cum tale. §. ſi arbitra. ampliat. ix. nu. 5. ff. de condi. & demonſtrat. Did. à Couar. in tract. de ſponſal. ij. par. c. iij. §. viij. nu. 1. & nu. 2. ac Viui. lib. j. opin. cxxiiij.

Filiusfam. vt alterius procurator, tutor, vel curator. iudicio ſiſtere ſe abſque ſui parẽtis cõſenſu ritè rectèque poteſt, vt frequenter placitũ enunciant Ant. de Tremo. in pract. except. in rub. quibus mod. ſuo no. nu. 14. ver. ſine conſenſu patris. Villa. in ſua collect. & Viuius lib. j. opin. cxxij.

Filiusfam. ſi debitũ ſoluerit, cõtra quod S. C. Macedoniani exceptio illi cõpetebat, eam ad ſolutionẽ facti errore ductus fuerit, indebiti condictione id omne repetet quod ſoluit, vt commune renuncio ex Alex.

in l. qui

ex Alex.in l.qui exceptionem.ff.de condict. indeb.& in l.filiusfamil. ff.ſi cert.peta.tametſi contrarium verius alibi oſtendam.

Filiusfam.ſi patris debitum ſoluat non præſumetur in dubio id animo donandi feciſſe, vt frequenter placitum ait Turzan. opin.lxxxix.

Filiusfam.quidquid patris occaſione,ac patre ſciente agit,de illius voluntate egiſſe creditur.commune pronunciant Curt.Sen.conſi.xlj. num.7.Iul.Clar.in pract.§.vltim.quæ.lxxxvj. verſi.ſecundò infertur, ad finem.

Filiusfam.monaſterium ingreſſus à patriæ poteſtatis vinculis eximitur,vt frequenter placitum aiunt,Iaſ.in l.in pupillari.nu.9.de vulgar,& pup.Ant.Gome.de teſtament.c.iij.nu.20.ad fin.Arius Pinel.in l.j.par.j.nu.46.C.de bon.mater. quod alibi cum nonnullis in ordinē redigimus.

Filiusfam.generaliter ac regulariter ex omnibus contractibus à ſe geſtis præterquam ex mutuo efficaciter obligatur,ac ni ſoluerit , in carcerem detrudi,vt quiuis alius,poteſt.commune ait latè & extricatè meus iuris doctor Anton.Gome.de contract. capi. vlti. numero 1. cum ſequentib.

Filiusfam.patris ſui curator non minus rationes reddere cogetur, quàm quiuis alius extraneus,qui eo officio fungetur.commune ponit poſt Firmian.de epiſc.nu.64.præclarus iuris interceſſor Arius Pinel. in l.j.part.ij.nu.39.C.de bon.mater.

Filiusfam.de caſtrenſi peculio ſine patris conſenſu aget,de aduentitio , ſi præſens in iudicio pater ſit , illius vel inuiti conſenſum habeat ſi ab vrbis finibus pater ſit,ante illius reditū,atque ante illius vel expreſſum vel tacitum cōſenſum nō poterit litē conteſtari, vt frequēter placitum ſcribit Ant. de Tremor. in addit.ad Bonac.in pract.except.in rub.quib. mod,ſuo numero 3.verſi generaliter.Villalob.in ſua collecta.

Filiusfam.ſolus atque ignorante patre hæreditatem qua ipſe ab alio cohoneſtatus eſt,adire poteſt. commune dicit Iaſo. in l.bonorum numero 17. C. qui admitti.quam ſi repudiet,ſubſtituto cuiuis alij præferetur ipſius pater.commune inquit Ripa. in l. j. numero 142. ff.de vulg.

Filius ſuus hæres,pro hærede non vſucapiet,vt commune aiunt cōplures,quos diligenter congerunt,ac diligētius refutāt Ant. Gome.de teſtamen.c.iij.nu.10.& c.x.nu.19.atque Arius Pinel.in rub. ij. part.cū ſequentib.C.de bon.matern.

Filius & ſi iuſta exhæredationis cauſa nuncupatim expreſſa prętereatur,teſtamentum nihilominus nullum prorſus erit,quia ſcilicet verum eſt eum neceſſe inſtitutum,nec exhæredatum,vt commune conſtituo ex Iaſ.in l.ſicut.nu.1.C.de teſtamen.mili. & in auth. ex cauſa. C.de liber.præte.& in l.in arenam.C.de inoffi.teſtamen.& exaccuratis nomenclatoribus Gulie.in c.Raynutius. verſi. in eod. teſtamento. in ij.nu.46.de teſtamentis.Did à Couar.ad illud idem ca. Raynutius. nu.1.Ant.Gome.de teſtamen.c.xj.nu.2.Eman.à Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum part.iij.nu.164.ff.de lib.& poſth.Reddit autem hæc & quæuis alia filij præteritio ſic teſtamentum nullum , vt opus non ſit illud nullum dici,vt commune pono ex Alex.conſi.xxvij.nu.1. & 3.li. vj.Iaſ.in l.poſth.nato.à nu.23.C.de bon.poſſeſſio.contra tab.Guliel.in d.c.Raynutius.verſi.in eodem teſtamento,in j. numero 9g. Boer. deciſio.xcv.& ex iis,quos ſuperius laudaui, atque inferius laudo , verſi.præteritio.

Filius non idcirco inſtitutus cenſetur quominus teſtamentum euertatur,quod eius pater illud teſtamentum condens Titium hæredem inſtituit,ſi hic ipſius filius hæres eſſe noluiſſet:ſed perinde ac ſi huiuſmodi filius præteritus omnino fuerit,quæcunque teſtamento clauduntur inania ſunt commune inquiunt Aret.in l.j.ff. de vulg.& pupi. idē Aret.& Alex.ac Iaſ.in l.Gallus.in princip.ff.de libe.& poſth.iidem in l. ſi quis.§.vlt.ff.de vulg.& pupi.

Filius ſi aliqua in re certa tantùm inſtituatur, teſtamentum validū ac ratum erit,vt commune aſſero ex Paul.nu.3.& nu. 15. Fabian.nu. 259.ac reliquis interpretibus in auth.nouiſſima.C.de inoffic. teſtam. Paulo Pico in l.in quartam.numero 6. ff. de leg. Falcid. atque aliis alibi paſſim.

Filius ex conditione ſub aſſe inſtitutus,ſi ſubſtitutum in conditionis defectum non habeat , expuncta ſtatim conditione omnia bona conſequitur:ſed ſi vel tim conditione omnia bona conſequitur: ſed ſi vel ſubſttutum,vel cohæredem habeat,circunducetur conditio quo ad reliqua alia hæreditatis bona expectabitur,tandemque ſi conditio defecerit,bona cætera,vel ad ſubſtitutum inſolidum peruenient, vel ad cohæredem pro parte ex iure accreſcendi ſpectabunt: ſin conditio implebitur,bonis omnibus filius potietur,vt frequenter placita latè atteſtatur Ant.Gome.de teſtam.c.ix.nu. 49.ver.quod tamen limita.c.xj.nu.32.

Filius,cui onus reſtituendæ hæreditatis iniūgitur, & legitimam ſui ipſius portionem,& iuſtam S.C.trebelliani quartam corradet, vt cōmune effatum pronunciat Curt. Iun.cōſi.clx.nu.1.Villa.in ſua collect. teſtanturque idem alij,quos inferius refero.

Filius,qui patris hæres eſt,bona ſua aduentitia,vel materna ab eodem patre alienata,non poterit vindicare,aut aliquo modo reuocare. commune ponit eleganter illud exponens quonam modo,quaque ſini intelligendum ſit,vt elegātis ingenij ac maturi iudicij Arius Pinel. in l.j.part.ij.nu.79.C.pe bon.mater.

Filius non idcirco hæreditatem paternā agnouiſſe cenſetur, quod pacem cum ipſius patris offenſore inierit,& ſi auctoramentū aliquod inde nactus ſit,vt receptum aiunt Ant.de Padilla in l.tranſigere.num. 63.C.de tranſact.Iul.Clar.in practi.§.vlt.q.lviij.verſ.ſed hic.nec enim neceſſe eſt,vt patris hæreditatem agnoſcendo adeat,vt pacem cum illius offenſoribus poſſit facere,quemadmodum frequenter placitum affirmat Boër.deciſ.121.num.4.Iul.Clar.in laudata.quæſt. lviij. verſi. quæro nunc.

Filius nec quæ caſu aliquo nactus eſt,nec ea,quæ ſua ſibi opera atque induſtria peperit,fratribus conferet,vt receptum ait Segur. in l.j. §.ſi vir.nu.69.ff.de acq.poſſ.Nec item illa alicui communicabit,aut cōferet.quæ ex delicto comparauit,veluti ex ludo aut ex vſuris pecunia etiam paterna collectis.commune inquiunt Claud.Aquenſ.in l.quod ſeruus.ff.de acqui.poſſ.latè Viuius lib.j.opin. cxxvij.Sed nec etiam cōferet libros ſibi à patre donatos,vel quæ in aſſequēda doctoris dignitate conſumpſit,vel quæ ſimiliter in equis,& re militari poſuit,vt latè ponit cōmunia Viuius lib.ij.opin.cxxvj.quæ tamen ab iis pendent quæ ſuperius donatione ſtudij cauſa facta dixi.

Filius quæ ex paternis pecuniis ad negociādum conceſſis quæſiuit, pro dimidiata parte ſibi integrè retinet,pro altera dimidiata cæteris fratribus confert,vt commune ponunt Rom.conſi.cccclxvj. Bertran. conſi.ccciij.lib.iij.ac Viu.varia doctorum dogmata hac in recēſens,& hoc tandem magis commune aſſeuerans lib.j.opi.cxxxvj. idemque erit ſi ambigetur num illa filius ſuamet induſtria quæſierit,num ex pecunia paterna comparauerit.commune pronunciat Segur. in l.j. §. ſi vir vxori.nu.69.ff.de acq.poſ.

Filius ad iuſtæ portionis expletionem aget condictione ex lege , vt commune ait Ant.Rub.conſi.cxv.agetque non ſolum contra vniuerſalem hæredem,ſed & contra legatarios omnes pro vniuſcuiuſque rata,vt receptum pronunciant Corn.conſi.cxlviij.libro iiij. Viuius lib. j.opin.cxxxiij.

Filius de parentum hæreditate agens de lucro comparando agere, non de damno declinando contendere cenſetur.cōmune dicit Aret. in l.Titia.ad fin.ff.de verb.oblig.& ſi tum diuino, tum naturali, tum humano iure debita illi paterna hæreditas exiſtimetur,vt receptū ait Ant.Gome.de teſtam.c.j.nu. .

Filius & ſi inuentarium non confecerit, nihil prorſus de legitima ſui ipſius portione periclitabuntur.commune ponunt Guid.Pap. dec. lxiij.Calcan.conſi.xxxvj.Ioan.Duran. de art.teſtant.tit.v. caut. xxvij. Non tamen quartam trebellianicam conſequetur.vt frequenter placitum enunciant Corn.conſilio clxiiij.libro tertio Dec.conſ. cccclxxxj. nume.16.

Filius in fideicom.parentis locum non vindicat, vt nec in cæteris hominum diſpoſitionibus,quod frequenter interpretibus placuiſſe miſerunt in literas Alex.conſi.xxvj.lib.iij.Dec.conſ.ccxvij.& cōſ.cccclxxx.nu.10.Ioan.Duran.de art.teſtant.tit.v.caut.xxvij.Et ſi mihi magis illorum opinio probetur,qui frequentius itum in omnia diuerſa aſſerunt, è quorum numero Iaſo.conſilio clviij.libro ij. Bellon. conſilio 10.num.2.

Filius delictorum à ſe ipſo patratorum damnatus,vt ſe à vitæ honorisvè diſcrimine expediat,non poterit res reſtitutioni ſubiectas alienare,vt commune aiunt Iaſ.in auth.res quæ.nu.20.C.commu,de legatis. Arius Pine.in diuerſa humanè trāſiens ad auth.niſi triceunale.nu. 49.C.de bon.mater.

Filius & viuo patre,à cuius morte ad illius dignitatem adſpiraturus eſt comes,dux,& princeps appellari poteſt.commune ait Ant.Gome.de teſtam.c.j.nu.5.

Filius emancipatus ſi à patre ſine cauſa prætereatur iure nouo teſtamentum nullum dicit,vt frequenter placitum renunciant Paul.nu.7. Corn.nu,29,Iaſ.nu.18.in auth.ex cauſa.C.de liber. præter Im. in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.Iaſ.lect.j.nu.4.Emanuel à Coſta part. iij. nu.64.ad §.& quid ſi tantū.l.Gallus.ff.de lib.& poſth.Ant.Gome.de teſtamen.c.xj.nu.34.Et ſi contrariam opinionem,quæ emancipato tantùm hodieque bonorum poſſeſſionem contra tabulas defert. neſcio quo ductus ſpiritu commune affirmet Porc.inſtit.de bon.poſſeſſ. At ſi iuſtam ob cauſam filius emancipatus prætereatur,auxilio tantum ipſi erit bonorum poſſeſſio contra tabulas,vt receptum ait vir & ingenioſus & laborioſus Eman.à Coſta in d.§.& quid ſi tantū. part.iij. nu. 245.ver.v.& vlt.

Filius emancipatus ritè à parente exhæredatus,ſi contra paternas tabulas inofficioſi querela vti velit,bonorum poſſeſſionem litis agnoſcendę gratia & hodie prius petat,neceſſe eſt.commune pono ex Ange.de Perigl.in relect.l.in ſuis.numer.52.ff.de liber.& poſth.Alexan. num.8.Corn.in fin.ad l.certum. C.vnde legit.Corn.rurſus in auth.ex cauſa,nu.30.C.de lib.prętor.Iaſ.in l.ij.nume.8.C.de inoffic.teſtamen. Lancel.Galeaul.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.numero 49.ff.de lib.

& poſt-

& poſthum. à quo tamen recepto dogmate aliquando multi meritò defecerunt, vt alibi commodius oſtendo.

Filius emancipatus ab inteſtato ad ſuorum ſimilitudinẽ hodie ſuccedet, & ſi nec ſuus ſit, nec eius filij, qui ſuus eſt prærogatiuas ac dignitatem obtineat. cõmune dicit Emanuel à Coſta, in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. parte tertia numero 208. cum ſequentibus. ff. de liberi. & poſthum.

Filij inſtitutio hodierno iure conditionibus a caſu tantùm, vel à caſu ſimul & poteſtate ſuſpenſis, non offenditur, & ſi iure antiquo offenderetur: ſed illis omnino deletis pura perſtat, vt frequenter placitũ renuncio ex Pau. in l. ſuus quoque. ff. de hæred. inſtit. Dec. Iaco. nu. 14. Lancel. in finem ad l. ſi pater. C. de cõdit. inſtit. Guliel. in c. Raynutius. ver. reliquit. nu. 28. de teſtamen. Roderic. Soarez in l. quoniam in prioribus. ampliat. j. C. de inoffi. teſtamen. & idem commune ponunt latius de materia agentes Iulius Clarus de teſtament. q. xxxix. Viuius li. j. opin. ccv. At turpes conditiones perinde hodie atque olim filij inſtitutionem depopulantur, ac prorſus labefactant, commune inquiunt Alber. in l. ſi pater. nu. 193. C. de condit. inſti. Gulie. in c. Raynutius. verſi. reliquit, numero 33. de teſtament. ac magis commune effatur Emanuel à Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, parte. 3. nu. 106. ff. de lib. & poſthum.

Filij inſtitutio ſi ſpeciali conuitio dehoneſtetur, nulla eſt, nullúmque teſtamentũ facit, vt cõmune pronunciat in diuerſa omnia rectè abiens Emanuel à Coſta. libr. j. ſelect. interpret. c. iij. nu. 7. & nu. 8. in quæ iam antea receſſerant Cuman. in l. quotiens §. ſi quis hæred. ff. de hæred. inſtit. & in l. turpia. nu. 3. ff. de leg. lib. j. Soc. in l. iij. in prin. ff. de lib. & poſthu. ac vir acuti ingenij, Texera in l. Paul. ij. de reb. du.

Filij exhæredatio quando teſtamentum euertat, quando ſecus vide ſupra ver. exhæredatio.

Filio legitima portio inſtitutionis tit. relinqui omnino debet, commune aiunt Iaſ. in authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam. Did. à Couarru. in ca. Raynutius. in princ. nu. 1. de teſtam, Ant. Gomez. de teſtam. c. x. nu. 1. ver. quod. j. extende & cap. xxiiij. in fin. Viuius lib. j. opin. cxxvij. Amplia vt idem iuris ſit, quanuis teſtamentum inter liberos condatur. commune affirmant Bertrand. conſi. xix. lib. 6. Ioan. Dilect. de art. teſtan. tit. iij. caut. j. nu. 7. latius Iul. Dilect. de art. teſtan. tit. iij. caut. j. nu. 7. latius Iul. Clar. de teſtamen. q. xxxviij. Intellige tamen vt non tota portio legitima inſtitutionis titu. relinqui neceſſariò debeat, ſed certã aliquã rem ſic relinqui ſatis ſuperque futurum ſit, vt ſuprà nu. 219. frequenter placitum retuli.

Filiofam. hodiéque à matre legitima portio relinqui poterit ſub cõditione, ſi è manu patris mittatur, ac ſui iuris fiat, & nihil ex bonis ipſi relictis ptaer eius conſequatur. commune aiunt Sali. in l. filiis matrẽ. in fin. C. de inoffic. teſtam. Boër. dec. cxciiij. Io. Dilect. de art. teſtan. tit. de leg. caut. xvj. Quanuis contrarium verius, & receptius arbitrentur Eman. à Coſta, in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. part. vlt. nu. 8. ff. de lib. & poſth. Ant. Gomez de teſtam. c. xj. nu. 27. Quin & exhæredari filius à matre poterit, ne ad eius patrem diſſipatorem vſusfructus bonorum perueniat, dummodo inſtituatur, qui filio iam ſui iuris facto bona illa reſtituat, vt commune aſſerit Gulie. in c. Raynutius. ver. in eod. teſtamen. in ij. nu. 27. de teſtamen.

Filiofam. quidquid à patre ob merita datur, eatenus valet, quatenus meritis non præponderat cõmune aio ex Alex. in l. ſi donatio. nu. 5. C. de collar. §. ſ. & Dec. nu. 17. in l. petens. C. de pact. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. vij. §. v. nu. 49. Tiraq. in l. ſi vnquã. ver. donatio. nu. 71. & numero 72. C. de reuoc. donat. Cagnol. in l. ij. numero 196. C. de reſcind. vend. atque ex aliis. quos ſupra retuli. verſi. donatio, vbi obſeruata vide.

Filij, qui ſe legitimos nondum mota lite aliqua pronunciari petunt, non temere audiri debent, vt frequenter placitum inquit Did. a Couar. in tract. de ſponſal. ij. part. c. viij. §. iij. nu. 2. cenſebuntur autem præiudicato legitimi ex coniuncta viuorum parentum cohabitione, vt commune pronunciat idem Did. a Couarru. eadem ij. part. cap. prima numero 5.

Filij non ideo inſtituti, aut vocati cẽſentur, quod in conditione ponantur commune dicunt Guid. Pap. dec. xxxix. Curt. Iun. conſilio xcvj. numero 1. & vide quæ ſuperius obſeruaui verſicu. conditione comprehenſi.

Filij ſi ex capite vnde liberi, vel vnde agnati ob triginta annorum præſcriptionem a patris hæreditate repellantur, ad eandem nihilominus ex capite vnde legitimi admittitentur. commune aiunt, ac merito refellunt Alciat. libro iij. parad. c. iiij. Vigl. in §. vlt. nu. 4. Inſtit. de exhæred. lib.

Filij ſeu fam. ſeu iam è patris manu miſſi, ſi ſine cauſa à matre præ tereantur, iure quo vtimur, teſtamentum illius nullum dicunt, vt cõmune renuncio ex Corn. in l. iij. nu. 30. C. de iur. delib. Ange. in §. j. Inſti. de inoffi. teſta. Did. a Couarru. in c. Raynutius. in princ. nu. 3. & nu. 4. de teſta. Vigl. in §. mater, vel auus. nu. 1. ad fin. Inſtitu. de exhæredat lib. Ant. Gome. de teſtamen. c. xj. nu. 34. Et ſi ab hoc communiter placito non malè deſciuiſſe videantur Im. l. j. ff. de teſtamen. Vigl. & Eguinar. Baro in adducto §. mater vel auus: idem Vigl. in rub. nu. 4. inſtit. de inoffi. teſta. Did. a Couar. in reg. poſſeſſor. ij. parti. §. v. verſi. præſertim, de reg. iur. lib. vj.

Filij ante delictum etiam læſæ maieſtatis a parentibus conflatum vel nati, vel concepti, pœnis non ſunt obnoxij, quibus delinquentium liberos plecti ius ſancit. commune inquit Alcia. conſilio cccclxvij. numero 7. & Iul. Clarus. qui alios contrarium receptum affirmantes refert, ac meritò improbat. in pract. crimi. §. læſæ maieſtatis. ver. fuit etiam.

Filij patris iuſſu adulterum in eiuſdẽ parentis nuptias debacchantem, impunè necant, vt commune refert aliò ipſe recedens Did. a Couar. in tract. de ſponſa. ij. par. c. vij. nu. 5.

Filij vel quicunque deſcendentes, quibus bonorum reſtitutio poſt mortem iniũcta eſt vſque adeo tacitè ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerint, ad eam reſtitutionem faciendam iuſſi atque onuſti intelligũtur, vt illis ſuſceptis piam quoque cauſam excludant. commune fantur Dec. conſi. cccxcj. in fin. Soc. Nep. conſi. cxxxv. nu. 28. libr. j. Carolu. Ruin. conſi. clxxxij. nu. 8. lib. ij. Tiraq. in l. ſi vnquam, verſic. liberis. numero 64. C. de reuoc. donat. Anton. Gomez. de teſtamento capit. quinto, numero 34.

Filij naturales, & ſpurij pœnis parenti ob delictum impoſitis æquè ac legitimi liberi plectuntur. commune inquit Ioan. Coraſ. in l. liberos. numero 11. de ſenat. ac magis commune affirmat Claud. quem refert Iul. Clarus in pract. §. læſæ maieſtatis. verſiculo ſed nunquid.

Filij naturales tunc demum ſubſtitutum excludunt, cùm & conditio liberorum ab ipſo teſtatore expreſſim adiecta eſt, nec teſtator eo ſanguinis ſplẽdore clarus eſt, nec ea officij amplitudine prę̃ditus, nec ea denique vitæ conditione, aut honeſtate affectus, vt de illis cogitare nequierit. commune dogma eſſe videtur ex gl. vlti. Rayn. Alb. Franciſc. de Ramp. Nicol. de Neap. Raph. Cum. Claud. Rip. nu. 27. in l. ex facto. § ſi quis rogatus in j. ff. ad S. C. Trebel. ex gl. in verſi. iuſta ſobole. in finem. & Odofred. Alber. Bal. Ang. Sali. Pau. Iaſ. nu. 6. communius id aſſerente in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſtitut. Anton. Gome. de teſtamen. c. v. nu. 40. ver. ſed certè in puncto iuris. Quanuis verius ac proculdubio iam receptius ſit, vt idem omnino ius locũ habeat ſeu conditio a teſtatore exprimatur, ſeu a lege præſumatur, tantùmque ſemper ratio ſtatus, & conditionis teſtatoris habeatur, vt intrepidè conſtituo ex Bar. q. Im. ac Pau. Alex. nu. 11. Vicen. ab Hercu. qui id receptius pronunciant. in d. §. ſi quis rogatus. & Petr. de Bella pert. Cyn. Aret. Corn. nu. 4. in d. §. cum autem. Soc. in l. cum auus. nu. 63. in fin. ff. de condit. & demonſtra. Aret. nu. 40. Deci. nu. 37. Pariſ. num. 56. in c. in præſentia, de probat. Eman. a Coſta, qui latè & eleganter quæſtionem hanc excutit. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. vlti. part. du. 769. cum duobus ſequent. ff. de lib. & poſthu. atque etiam Viuio libr. j. opin. cxxxvij.

Filij naturales, quibus aliis receptis ſententiis regantur, vide infra ver. Naturales.

Filiorum iuris atque, vt ita & clarè & barbarè loquar, filiationis controuerſia non euaneſcit quinquennio a morte patris decurſo, vt vt commune inquit Did. a Couar. cum pluribus cõtra non paucos in tract. de ſponſal. ij. par. c. viij. §. iij. nu. 2.

Filiorũ appellatio nepotes cõplectitur, & cũ filios inſtitutione vel ſubſtitutione teſtator honorat, vt cõmune ait Cur. Iun. cõſ. cxxviij. nu. 12. & cũ aliter abſurdũ inde proficiſceretur, & in caſibus, quibus maſculino fœmineum genus comprehenditur, & cùm teſtator vel ſe velle dicit in agnatione conſeruari bona, vel mentionem naſcituræ prolis facit, quemadmodum frequenter placita aſſerit idem Curt. Iunr. conſi. cxj. nu. 8. & nu. 9. & nu. 11. ac ſeq. Et denique cum fœminæ ob maſculos excluduntur, vt receptum ponit Viuius libr. j. opin. cccxv. non tamen in fideicommiſſo comprehendentur, commune pronunciat Bell. conſi. 50. nu. 5.

Filiorum conditio, quæ eſt ſi quis abſque liberis animam exhalauerit, nepote ex filia ſuperſtite deficit. Excipe, niſi ſi teſtator filiis & filiabus auctus, alterum è maſculis alteri reſtituere iubeat, tunc enim & ratio agnationis ducta cenſebitur, & hic nepos ſuſque deque habebitur. communia ponit ſedulò Arius Pinel. in l. iij. numero 24. C. de bon. matr.

Filiorum conditio quando naturalibus liberis expleatur, vide ſupra ver. filij naturales.

Filiis ſeu deſcendentibus per maſculinam lineam accepta emphyteuſis non pertinet ad accipientis filiam. vt commune inquiunt Ioan. Crot. nu. 10. in fi Loazes. nu. 67. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. lib. j. Pariſ. conſi. xxij. nu. 44. lib. iij. Quin & filiis ſimpliciter, & ſibi ſuſcepta ab aliquo emphyteuſis non admittet filias. vt commune ponunt Loazes in d. §. diui. nu. 98. & congeſti a Tiraquell. de retract. lign. §. j. gl. xix. numero 181. ac magis commune renunciant Alexan. Iaſo. & alij, quos allegat Arius Pinel. meus non pœnitendus iuris præceptor, contrarium verius ipſe docens, in leg. tertia. numero 33. C. de bon. matern.

Filiafam

Filiafam (decet enim vt ſegnioris.ſemper generis fœminas maſcu
lis ſubiungamus) abſque patris conſenſu matrimonium contrahens
non idcirco iuſtè exhæredabitur.commune inquiunt Petrus Rauen.
in compend.titul.de ſponſal.Felin.nu.59. Dec.nu,36.in c.eccleſia,de
conſtit,Iaſ.in auth.ſed ſi poſt.C,de inof.teſta. Did.à Couarr. in tract.
de ſponſ.ij.par.c.iij.§.viij.nu.5.& 6.

Filia,quæ impudicitiæ notam ſibi inuſſit,non ſolùm à patre etiam
inhoneſtè viuente exhæredari poteſt. ſed & alimẽtis deſtitui.vt com
mune latè ponit Viuius lib.j.opi. cxxx. non tamen ob illam eandem
cauſam à matre meretrice exhæredari poterit,vt idem Viuius eodem
in loco frequenter placitum renunciat.quin ſi ſe hæc filia correxerit.
& ad bonam frugem redierit, nec à matre,nec à patre,& ſi vter-
ſumma honeſtiſſimæ viræ laude polleat,exhæredari poteſt.com
ne aſſeuerant Rip.in l,vlt,nu.223.& ſequent.C,de reuocan.d
Viuius vbi ſupra, ac magna interpretum caterua, quam
verſ. exhæredationis. cauſæ pœnitentia abolentur. Q
hac in ſpecie contrarium omnino aſſeueranter cen
re alibi.

Filia,cui pater mille ſeſtertia teſtamento reliqu
cum dote collocetur,non amplius ex illo legato
quatenus dotis ſumma ipſo præponderatur. c
& Iaſ.in l.huiuſmodi.§.j.ff.de leg.lib.j.Ioan. r
vj.caut.xxxvj. Sed tu perleges,quæ copioſ
p.à ver.dos.

Filia ſubſtitutum excludet,vbicun
adiecta proponitur,commune inq
Sed vide,quæ ſuperius alicubi e

Filia ſi in dote, quam iam p
præterita cenſetur, nec teſta
tur.commune affirmant Al
nouiſſima.numero 49.C.de
3.Turzan.opin.xxxviij.Iul.
ſententiam aſſerit, quæ ad
duodecim imperialibus i

Filia dotata, ſi maſculis
li maſculi mortem obear
quam excluſa eſſet vt F
lxiij.in cauſa,circa fin.l

Filia dotata ſi Statu
lia dotem adepta in aſ
nium aſcendentium ſ
conſtitutione non alte
vt commune latiſſim

Flia emancipata
diéque poteſt, iur
mune ponunt Em
numero tertio.ff.
ij.part.c.iij.§.viij

Filiæ tum vir
tum maioribus
matrimonio ali
potientur,comm
ff.de reg.iur. V
Soc,Nep.conſ.
per æquius,ac
Dec.conſ.ccxx
& affirmant c
copioſiſſim
quidem fat
C.de bon.

Filiæ,
abſoluti
proſeq
freque
cciij.r

Fi
nis
nc
g
C
n
f

Filiæfam.cùm ex cou
teſtatis vinculis exim
nam parentum p
cxcvij.nu.4.Gr
primo.opin
de nihilo

Filia
ter

qui ad cauſæ deciſio-
quæ ad iudicij or-
j.opin.cx.
nulla eſt du-
cclxxviij.

& pec
e

rerum diuiſion. Alex.conſ.xxiiij.libro iiij. Felin.in c. ſignificauerunt. nu.6.de teſtib. Dec.in l.ſi me & Titium ff.ſi cert.pet.

Fructus extantes triennio præſcribet bonæ fidei poſſeſſor. commune inquit Balb.de præſcript.par.iiij.q.xxxv.

Fructus poſt id crimen admiſſum perceptos, cuius damnatorum bona non ipſo iure, ſed per ſententiam proſcribuntur, adiudicari fiſco cum cæteris bonis oportet. commune ait Ioan.Bernar.in pract. crim. can.capit.cxxiij. Multò autem magis & indiſtinctè fructus eos fiſcus non vindicabit, quos poſt illud crimen collectos eſſe conſtiterit, cuius cauſa bonis ipſo iure delinquens exuitur. vt planè ait receptum Did.à Couarru. in tractat.de ſponſal.ſecunda part. cap.vj.§. num.8.

ctus non reſtituuntur ab emptore, qui rem reddit adactus re-
C.de reſcindend.vendit. commune pronunciat copioſè, &
tra multos differens Arius Pinel. in eandem l.ij. part.ij.
o 1.cum ſequentib. Quod tamen intelliges, niſi ipſemet
reſoluit idem Pinel.ibid.nu.28.

iales, ſeu quos induſtriæ, ac diligentiæ acceptos fer
bonæ fidei poſſeſſor reſtituet, quatenus ditior il-
t commune inquiunt Panor.in c. grauis.num.
of.in l.ſed & ſi lege.§. quod autem.num.1.ff.de
ſennius.§.vlt.nu.7.ff.de re iud. Curt. Seni.
generis fructus à bonæ fidei poſſeſſore,
ulenter ſit, reſtitui debere, frequentius
es interpretes in l.inſulam.l.fructus.
l.ij.c.vlt. nu.47. C.de reſcinden.

e valoris, quos ex bonis para-
, tum demum vel vxori, vel
itus illis rem ſuam locuple-
des paruæ indicationis, ac
tus cogetur. vt communia
in tract.de ſponſ.ij. part.c.

poſſunt, & non vltra triū
commune renuncio ex
C.de ſacroſan.eccleſ. &
uell.de retract.lign.§.j.

fir, ij demum eſſe in-
ſumptibus ſuperſunt.
unrur aliquammulti,
& ſeq.

les ex errore iuris
us, nullus decla-
ſa. num.27.de re
eraliter, ac regu-
equenter placi-
in l.iij.§.ex con
audato. & in ca.
alij, quos refert
bus eccleſiaſti-
aliquis, ac præ
reſtitutio im-
is, inſignis Pi-

catur, & fa-
de peſte.tit.
xxvj.nec o
ſuperque
pœna it-
105.Vi-
t.quod
curatè

œnis
mu
g.
n-
d.
&
e

frequenter placitum Iulius Clarus in pract.§.vlt.q.xxj.ver.fuga delin-
quentis.ſed indicium præterea aliquod requiri & verius & receptius
mihi videtur.cùm fuga nec plenam, nec ſemiplenā ſed qualemqua-
lem ſuſpicionem præferat.vt frequenter interpretibus probatum af-
firmant Curt.Sen. in l. admonendi.nu. 155.ff.de iureiur. Viuius co-
pioſè vbi ſupra.Memineris autem quod indicium ex fuga natum re-
uerſione purgari poteſt.vt receptum pronuciant Rip.in d.l.admo-
nendi.nu.65.Boer.deciſ.ccxv.nu.17.& qui de materia vberrimè agūt
Viuius vbi ſupra Iul.Clar.d.ver.cum ſeq.

Fuga famuli tum plenam probationem facit,vt commune aſſeue-
rat Curt Sen.contrarium ipſe teſtans in l.admonendi num.171.ff.d
iureiur.& de bonis ſubtractis præſumptionem inducit.commune
nit Viuius lib.j.opin.cxx.

Fugæ ſuſpitionem non iureiurando, ſed breui cognitione
no,ac duobus ſaltem teſtibus de legitima aliqua ſuſpition
legata teſtificantibus,probari oportet,vt debitor capi p
ne aiunt Iaſ.in l.apertiſſimi.C.de iudic.Anton.de Trer
Bon.in pract.except.rub.de recuſ.num.3.aſſerunt Ri
ſpon.tit.de legib.& long.conſuetu.c.xiij. nu.28.P
lib.iij.Thomas Parpalia in repet.l.ij.ff.ſolut.mat
centioſè ſcripſerint eam iureiurando credit
Paul.Ca r.conſ.ccccclxxiiij.nu. 1.lib.j. Cacci
ſpect.& fugit.q.vj.nu.18. poterit autem fer
agi,& in illis facultatem capiendi debit
nit Viuius lib.j.opin.lx.atque ante ill
ne.nu.71.de iudic.

Fugere non tenetur inuaſus
commune effantur Iaſ.in l.vt v
curatè declarat Ant.Gomez

Fugiens iudex, vel quiſ
functus eſſet,vel cùm nonc
tur læſæ maieſtatis crimi
opin.cxx.

Fugientes è carcere pr
tur Boer.deciſ.ccxxv.nu
cxx.Iul.Clar.in pract.§.
carcere fugientes ſtat
reuertendi animo diſc
ius ſententiam ponit
rium iure verius pro

Fur vbicunque cu
mune ait Did.à Cor
9.Viuius lib.j.opin
partem refert,ac la
partem, contra p
§.vlt.q.xxxviij.ve

Fures ita co
demnatio ad da
in l.ſi quis nec
cludi poſſe ſe
Aret. & Soc
nè contro
dem in
§.vl
ve

Furibus pœnam qu
quauit atque abole
conſcientiæ foro
leficiis.nu.14
numero 1
pœna aur
mano
re a

uit, aſportantibus
eo debebitur,
ommune eſ-
opus. nu.7.
a eſt, qui
vt re-

ſi ſucceſſionis materia tractetur, ex iuris ciuilis conſtitutionibus in vtroque foro, prometur. ſi verò de contractibus,& aliis cauſis diſſeratur, iuris Pontificij regulis in eccleſiaſtico foro, Cæſareis diffinitionibus in laicorum iudiciis metietur. vt magis cõmune aſſeuerat prolixè de hac de re agens Did. à Couar. in tract. de ſponſal. ij. part. c. vj. §. vj. nu. 8. & vbi de horum gradibus in ſtatuto aliquando mentio fiet, ſemper iuris ciuilis ſupputatio inietur. commune inquiunt Cotta in memor. ver. graduum computatio, ac Viuius lib. j. opin. cccxxix.

## H

HABITATVRVM qui ſe in aliquo certo loco promittit, non in eo habitare præcisè cogetur, non & ſi ad illud quod intereſt agentis teneatur. commune dicit Did. à Couar. in tract. de ſponſ. ij. par. c. vij. nu. 5.

Hæreditas parentũ non debita filiis, ſed quaſi debita cenſetur. quocirca ſi de ea illi agant de
ro, non de damno declinando agere dicentur. com
in l. Titia. nu. 3. ff. de verb. oblig. Palat. Ru. in repe.
. de don. inter vir. & vxo.
dicitur, nec eſt, cùm quis ſuus hæres in re-
ait Anton. Gomez. de teſtament. c. x. nu. 17.
ita eſt, amplius hæreditas non eſt. com-
o. §. veteres. nu. 18. ff. de acq. poſ. Viuius

ſeu ab inſtitutis, ſeu à iuſtis hæredi
relicta deberi incipiant. com-
Did. à Couarr. in c. iij. nume. 3.
ca. xij. nu. 11. ver. item etiam
debebuntur. commune aſ-
lib. ij. Excipe tamen vt hæc
t. vt receptum ait ex Dec.
Iaſ. con. cxxx. lib. j. Viuius
in l. in ſuis. ff. de liberis &

hæredi adimatur, quo
cohæredes, vel ad ſub-
ectabit. commune fan-
ta. q. lxix. ver. vlt.
tum fiſco addicetur,
ximior erit: aliàs ſe-
pract. §. vlti. q. lxix.

quiunt Corn. conſ.
on tamen idcirco
. commune pro-
cta.
tes adhuc ini-
impedit. com-
leg. vlt. C. de
ff. de bon.
Dec. con-
ſing.

Viui.d.opin.cxlvj.& li.ij.opin.cxxvij.Quin & filij,decurſo eo temporis ſpatio,poterunt ex alio capite,abſque vlla reſtitutionis ope ad hæreditatem aſpirare:vt alibi latè ſcribo.

Hæreditatis immixtio à creditoribus contra ſuos hæredes agentibus probanda eſt,vt illorum intétio iuſto innixa fundamento procedat,commune dicit contra multos Anton.Gomez. de teſtament. cap. ix.numer.25.ver.ſed his non obſtantibus.Probabitur autem efficaciter ſi oſtendetur filium dixiſſe ſe retinere domum aliquam paternam pro legitima:vt contra Bal.& Angel.aſſerit frequenter placitum Vigl. in §.vltim.numer.5.Inſti.de hæred.qual.& different.

Hæditatis petitio & cenſetur,& eſt realis actio.vt arbitratur Bart. in l.ſed & ſi lege.§.petitio.ff.de petit.hæreditat.cuius doctrinam communiter receptam pronunciant Iaſ.num.13. Rip. num.7. Purpur. nu. 14.Iacob.de Nigris,num.3.in rub.ff.ſi cert.petat. Angel. in §. ſed iſtæ. Inſtitu.de actjon.Iaſon.in §.quædam.nume.42.in finem, Inſtitut.illo eodem tit.Quamuis meo quidem iudicio inter mixtas actiones ponẽda ſit.vt rectè contendunt Curt.Iun.num.13.& Hieronym.Burig.nu. etiam 13.ad allegatam rub.ff.ſi cert.petat.verùm ea de re alibi vberius Obſeruabis autem quod hęc hęreditatis petitio, æquè ſuis hæredibus conceditũr,atque aliis quibuſuis hęredibus,vt luculenter probat l.j.& l.iij.ff.de acquir.hæredit.& nemo huc vſque repertus eſt,qui ea in re cõtrouerſiam cieret. Vnde etiam titulus pro hęrede eiſdem ſuis hæredibus neceſſariò concedetur,cùm hereditatis petitio fundamentum omne habeat in titulo pro hærede,vt docet receptus Bar.in l.pro hærede.ff.de acquir.hæredit.Quamobrem,vt dixi,titulus pro hærede ſuis hæredibus competet,quibus hæreditatis petitio nemine refragãte competit,vt veriſſimè contra commune interpretum placitum aliis argumentis ducti tentarunt Fulgoſ.in l.nihil.C.pro herede.& Cuman.in l.ij.§.filium quoque.ff.pro hæred.Vigl.in §.ſui autem.Inſtitutio.de heredũ qualit.& differ.Ant.Rub. in repet. legum.pater filium. num.100.ff.de inoſ.teſta.atque alij,quos infra refero,ver.hæredis titulus,ſeu pro hærede titulus.

Hæreditatem non aditam iure ſuitatis non tranſmittent emancipati filij.vt commune pono ex Corn. num4.Alexan.Iaſ.Iacob.de Sanct. Georg.ad l.iij.C.de iure delib.Corn.rurſus numero 10.Alexan. Iaſ. in l. ge emancipati.C.de collatio.Iaſ.in l.emancipata.lect.j.numero 6.C. qui admitt.& Angel.Aretin.in §.emancipati. Inſtitution.de hæredit. quæ ab inteſta.

Hæreditatem alicuius ſimpliciter repudians,aut renunciatione à ſe remouens,hæreditare excluſiſſe ſe tum ex teſtamento,tum ab inteſtato cenſetur vt eſt gloſſ.doctrina in l.j.§.ſed videndum.in ver.ſuccedat.ff.de ſucceſſo.edicto.quam frequentet placitam cõſtitutuo ex Bartol.& reliquis interpretibus in l.nec is.§.vlt.ff.de acquir hæred.Bald.in rubr.quæſt.vj.C.qui admitti.Paul.in l.iij.ad fin.C.de iur.& fact. ignor. Paul.Aret.& cæteris commentatoribus ad l.iij.ff.de acquiren.hæred. Paul.rurſus numero ſexto Iaſ.numero ſeptimo.ac reliquis in l.prima. C.qui admitti.

Hæreditatem qui ex parte repudiant,cùm illi plures eius hæreditatis partes deferrentur,nihil egiſſe videtur,& ideo hæreditatem rurſus pro animi ſui arbitratu adire poterit.commune aſſero ex gloſſ.ad fin. Bart.num.3,Bald.Paul.Cuma.& Aret.in l.ij. ff.de acquirend.hæred.ex Paul.in l.ſi ſolus.ff.illo eodem tit.Alexand.Fulg. nume.3. Corn.ante, num.4.Alex,& Iaſ.nume.1.l.quidam elogio.C.de iure delib.& non de nihilo contrarium moliantur Iacob.Rauen.Alb.Angel.Salic.Ioan. de Imol.Alexan.& Iaſ.in d.l.ij.quam legunt ſimul cum l.j.ff.de acquiren. hæredit.ſed hac de re alibi copioſius Deo fauente agemus.

Hæreditatem viuentis in pactum deducentes nihil agunt.& ſi filij ſint commune dicit Iaſ.in l.de quæſtione numero 5.de pact.nec iuſiurandum vires huic pacto vllas addet.vt commune ponit latè de materia agens Viuius lib.j.opinione ccxxxiij.

Hæreditate hæredem teſtator priuare poteſt,ſi quid ille ab ipſo iniunctum aut fecerit aut non fecerit,commune affirmant Aymon Crauet.conſi.j.nu.3.valebitque huiuſmodi priuatio in fideicommiſſi vim. vt frequenter placitum aſſerit Bertrand.conſil.cxcj.num.5.lib.vj.idem Crauer.vbi ſupra.nume.6.

Hæreditate non adita minor viginti quinque annis decedens tanquam ab ipſo læſus reſtitutionis beneficium ad hæredes tranſmittit vt & maior annis ex iuſta aliqua cauſa tranſmiſiſſe intelligitur cũmmune pono ex Corneo,Alexandr.Iaſo.Iacob.de ſancto Georg.nume. 13.in l.infanti. C.de iur delib.Iaſon.in leg.cum antiquoribus.C. illo eodem titul.atque ex aliis,quos laudat Viuius libr.primo opin.cxliij. poſt principium.

Hæreditate non adita ſi quis hæres eo in teſtamento ſcriptus deceſſit,cui clauſula codicillaris inſerta erat quamuis ipſius hæredes ad petendam hæreditatem ius non habeant,tamen fideicommiſſum totius hæreditatis rectè poſcent,quia ſcilicet ad illius tranſmiſſionem reſtitutio nulla requiratur.commune inquiunt Alexand.in leg.cum filio ff.de leg.lib.j.Ioan.Dilect.de arte teſtandi.titul.xj.caut.j.

Hæreditate aui priuatur nepos ob commiſſum à patre homicidiũ vt frequenter placitum renunciat Boerius deciſ.xxviij.numero octauo Villalobos in ſua collecta.

Hæres ea in parte,in qua hæres eſt, defunctum reddit,ac repræſentat,in ceteris hæreditatis partibus extranei loco eſt. commune aiunt Ioann.Nic.in l.generaliter.num.120.C.de ſecund.nupt.& latiſſima allegatione vſi Ant.Gomez.de contract.cap.x.nume.3.verſic.confirmatur,atque Arius Pinelus in leg.j.part iij.C.de bon.matern.

Hæres ex minus ſolenni voluntate,minúſque ritè ac ſolenniter conſcripto teſtamento naturaliter tenetur,vt frequenter placitum eſſantur Alexan.numero 2.in leg.non dubium.C.de teſtament.Iaſ.in l.cũ quis à numer.9.C.de iur.& fact.ignoran.idem Iaſon.in l.j.à numer.16 ff.de condict.indebit.idem Iaſon.numer.70.Rip.numero 96.in leg.nemo poteſt.ff.de leg.li.j.idem Iaſon.conſ.lxxxij.numer.3.lib.iij. Decius. conſ.cccxlviij.nu.1.Alciat.in cap.nouit nume.30.de iudic.quam ſentẽtiam mirificè confirmat commemorabilis Plinij Iunioris auctoritas lib.iij.epiſt.x. ad Sabinum in hęc verba ſcribẽtis confido accurſurum te ſententię meę,cùm religioſiſſimè ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatem,quã bonis hęredibus intellexiſſe pro iure eſt.Neque enim minus apud nos honeſtas,quam apud alios neceſſitas valet.Meretur ergo libertatẽ ſinentib.nobis,fruatur legato,quaſi omnia diligentiſſimè cauerit.cauit enim quę heres bene elegit.Cõfirmat alia nõ minus etiam luculenta eiuſdem prudentiſſimi Plinij ſententia lib.v.epiſt.vij. ſubſequentia verba literis conſignata cum Caluitio ſuo conferentis, hoc inquit,ſi ius aſpicias,irritum.ſi defuncti voluntatem,ratum & firmum eſt Mihi autem defuncti voluntas,(vt reor ęquam in partem iuriſconſulti,quod ſum dicturus accipiant)antiquior iure eſt.quam ob rem non temerè ſcripſiſſe Angel.duco in l.quidam §.illo.C.de neceſſ. ſeru.peccare hæredem,qui voluntatẽ teſtatoris & ſi minus ſolenniter exaratam,facto non ſeruet.Nec multum me morantur,qui contra æquum adeo,honeſtum atque vtile frequenter placitum ſeſe ſubtiles oſtendere nituntur.quos referunt non inculpatè ſequuti Alciat.lib.v. paradox.cap.xvij.Did.à Couarr.in cap.cùm eſſes.nu. 9. de teſtamen. Quinimo ſi huiuſmodi tabulis minus ſolenniter exaratis relicta hęres vel ſtipulatione,vel nudo duntaxat pacto promiſerit,ad ea ſoluenda efficaciter obligabitur,& ſi quis,ſimpliciter illa relicta ſolùm agnouerit,obligationis ciuilis vinculis non irretiatur. vt magis commune dogma aſſero ex iis,quos referunt Corn.ad fin.Alexand. Iaſon.nume. 4.poſt Salicet.ac Fulgoſ.in l.non dubium.C.de teſtament. Iaſon. rurſum conſi.lxxij.libr.iij.Quod ampliabis vt idem futurum prorſus ſit, ſi hęc hęredis promiſſio teſtatori ipſi,antequam ille mortem obiret, facta proponatur,vt probat text.in l. vlti.C.de fideicommiſ. iuxta vnã Barto.interpretationem,quam valde commendant & amplectuntur Imol.Alexand.nu.9.in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib.j.affirmant alij,quos ſequutus refert Guliel.Bened.in cap.Rainutius.in verb.ſi abſque liberis.in ij.nume.172.de teſtam quidquid negligenter reluctetur Iaſ.d. conſi.lxxxij.Memineris porrò,ac memorię perpetuo commendabis, quod huiuſmodi promiſſiones non ſolùm ad prę ſtationes tranſacti temporis,ſed & ad poſtea decurſuras promittentem hæredem obligabunt.vt commune pono ex gloſſ.ac reliquis commentatoribus in l.ij C.de dot promiſ.Iaſ.in l.j.numero 5.C.de fideicommiſ. Dec. in lege ſi certis annis numero 12.C.de pact.Guliel.Bened.vbi ſuprà.num.174 & num.178.& num.190.

Heres certa in re inſtitutus,ſi cohęres non adiungatur,hęres ex aſſe prorſus erit.commmune pronuntiant Alexan.in l.quotiens. C.de hęred.inſtit.Mayner,in l.ius noſtrum.nume.6. ff.de regul.iur.quod adeo verum eſt, vt & ſi expreſſim à teſtatore plus capere prohibeatur,totã hęreditatem nihilominus capturus ſit,quemadmodũ magis cõmune cenſent Alexan.in l.ſi quis priore.ff.ad Senatuſconſult. Trebellia. Viuius latè lib.j.opin.cxxxiiij.poſt princip.latius Iulius Clarus de teſta. quęſ.lxxiij.ver.punctus eſt.quanuis complures ea in ſpecie,& nullum eſſe teſtamentum aſſerant,& rem totam ad inteſtati cauſam reduci obnixè contendant,quorum dogma magis commune ponunt Philip. Corn.in l.quotiens.C.de hæred. inſtituend. & ij, quos laudat Iulius Clarus vbi ſuprà,ver.contrariam autem.mihi autem ſummopère illud placet,vt tanquam inutile fuerit teſtamentum iuſti hæredes hæreditatem omnem conſequantur ſed rem tamen illam,in quam quis particulariter illo modo inſtitutus fuit,veluti fideicommiſſo obligati eidem reſtituant:quod etiam communiter placere enunciat meus iuris doctor Anto.Gomez.de teſtam.cap.x.numero 10. & nu. 11.

Hæres certa in re inſtitutus ſi adiungatur vel vniuerſalis, vel ex parte cohæres,nihil amplius re illa in qua inſtituitur capiet, ſi tamen adiunctus hæres adire noluit,ſeu non potuit,totam hæreditatem iure accreſcendi vindicabit.commune renuncio ex Imol.in l.j.§.ſi ex fundo. ver.iij.fallit.& ver.item intellige.ff.de hęred.inſtitu.Salic.quęſt.iij.prin Paul.Caſtr.num.2.Corn.num.5.Alexand.& Iaſ.in l.quotiens.C.de hęred.inſtituend.Sin autem adiunctus cohęres adierit,& nihil amplius, vt dixi,iſte in re certa inſtitutus adipiſcetur,& legatarij numero habitur commune ait Anton.Gomez.de teſta.c. j.& c.ij.& c.x.num.12. quamuis verius longe arbitror, quod frequenter placitum affirmat Cur.Iun.conſ.cxc.nu.3.huiuſmodi inſtitutum hęredem nec ſimpliciter legatarium,nec omnino heredem eſſe cenſendum, ſed in ſpecie

vtrinque communicante ponendum fore.

Hæres ex aſſe, non ſolum ſi partem adeat, & de alia taceat, ſed etiã ſi partem aliquam adeat, & aliam expreſſim repudiet. hæres in ſolidũ efficitur. vt commune ex compluribus pronunciat Ant. Gomez de teſtament. capitulo x. num. 19.

Heres ſi quis inſtituatur à teſtatore, qui ab eodemmet inſtituto poſtea hæredé, vel à notario, vel ab alio, quopiam rogatus fuit quem vellet hæredem facere, & ille eum ſibi hæredem eſſe velle reſponderit, hæres iure haud controuerſo erit. commune ponunt, & accuratè declarant. Iul. Clar. de teſtament. quæſt. xxxvij. Viuius lib. j. opin. cxlv.

Hæres vt a iudice in poſſeſſionem hæreditatis mittatur, ſatis ſuperque eſt, ſi teſtamentum oſtendat, ac ſe dicat eum eſſe qui illic inſtituatur. quamuis aliud longe diuerſum futurum ſit, ſi ab inteſtato ad illũ redeat hæreditas. vt frequenter placitum conſtituunt Dec. conſi. lxxxij Gozad. conſil. xxj. Matth. de Afflict. deciſ. cxix. numer. 6. Viuius lib. j. opin. clxxix. antequam verbo bonorum poſſeſſionem naturaliter apprehendat, eam non habebit. commune dicit laté Tiraq. in tract. mort. ſaiſit. in iij. pra fat. decla r. nume. 2. & nume. 3.

Hæres inſtitui ſpurius non prohibetur ſub conditione, ſi natalibus reſtituatur. commune pronunciat Curtius Iunior. conſilio lxxxiij. nu. 5. Villalob. in ſua collecta.

Hæres conſtitutione habitus filius & ſi reuera non inſtitutus ſit, tamen poſſeſſorio diui Adriani beneficio potietur. cõmune inquit meus olim iuris doctor atque acutiſſimi ingenij vir Eman. à Coſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. part. j. num. 51. ff. de lib. & poſthum.

Hæres ex tempore, vel ex die ſui ipſius mortis inſtitutus, ſubducto tempore, inſtitutus purè cenſebitur, quamuis ex tempore vel die mortis alterius alicuius ſub conditione inſtitutus videatur. commune aio ex Bartolo oppoſ. quarta. Imol. numero 1. ac reliquis interpretibus in l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtituen. ex Bartol. Cin. Alb. Bal. Pau. & cæteris commentatoribus in l. extraneum. C. de hæred. inſtitut. Angel. in §. hæres. Inſtitution. de hæred. inſtitu.

Hæres intra luctus annum teſtatoris vita functi vxorem neceſſariò alet. commune fatur Iaſ. in §. fuerat. nu. 28. Inſtitu. de action. & vide quæ infra ſcribo verſic. vxor.

Heres ſententia damnatus repertorij beneficio iuuatur. commune pronunciat Alexand. in l. ex diuerſo. §. vltim. ff. ſolu. matr. Si autem inuentarium vel repertorium antea non confecerit, quamuis in exteriori foro obligari poſſit, in conſcientiæ tamen iudicio nec creditoribus nec legatariis tenebitur, vt frequenter placitum aiunt Aretin. rub. ff. de acquiren. hæred. Caro Ruin. conſi. xx. lib. quarto. Alciat. in ca. nouit. nu. 35. de iudic. Vigl. in §. extraneis nu. 5. inſtit. de hæred. qualit. & different. Didac. à Couarru. in cap. j. nu. 16. de teſtament. & in tractat. de ſpõſal. ſecunda part. cap. vj. §. viij. nume. 10.

Hæres, qui defuncti factum ob legem reſiſtentem alioquin nullũ impugnare atque euertere prorſus valet, impunè admittetur. commune renuncio ex Soc. conſ. lxxix. nu. 47. lib. iiij. Grat. conſ. xcj. nu. 25. lib. j. Cur. Iun. conſ. clxxv. nu. 10. in fin. Grammat. dec. xciij. nu. 8. & num. 9. Matth. de Afflict. lib. iij. conſtit. Neap. rub. v. num. 7. & in cap. ij. §. ſi Titius numero 15. ſi de feud. fuerit controu. & deciſ. ccxl. numer. 8.

Hæres in re grauari à teſtatore poteſt, quam donatione antea ab eodem conſequutus eſt. vt commune cum Pariſ. atteſtantur Iul. Clarus de teſtament. quæ. lxxj. verſi. vltim.

Hęres grauatus reſtituere ſi abſque liberis è vita migret, non videtur ipſis liberis ſuſceptis & ſuperſtitibus reſtituere iuſſus, vt frequenter placitum renuncio ex Rip. in l. centurio. num. 159. ff. de vulg. & pupil. Boer. in deciſ. clv. Quod ampliabis ad ſingularium rerum tam legata, quàm fideicommiſſa, ex Curt. Sen. in rep. leg. j. num. 5. C. de pact. Claud. in leg. ex facto. §. ex facto in principio. ff. ad Senat. conſul. trebel. Galeaul. in laudatam leg. centurio nu. 98. ad finem Alciat. in l. j. §. quis ita. nu. 1. ff. de verb. oblig. atque ex aliis innumeris quos diligẽter cumulat hanc quęſtionem copioſiſſimè pertractans Iulius Clarus de teſtament. quęſt. lxxvij. & quęſt. lxxviij. ac lxxix.

Hęres hęreditatis vniuerſę reſtituendę oneri obnoxius, niſi inuentarium concinnarit, non minus quartam trebellianicam perdit, quàm de legatis particularibus falcidiam amittit. commune repeto ex Imol in fi. cccccciij. in l. Marcellus, ff. ad S. C. Trebel. Roman. in auth. ſimiliter nu. 104. ff. ad falcid. Angel. de Peruſ. in l. j. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per l. falc. Angel. Aret. & in §. extraneis. Inſtit de hęred. qualit. & differen. & in §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit. de fideicommiſſ. hęred. Dec. conſ. cccccxxxvj. in principi. aſſerit copioſè Viuius amplians in liberis, ac limitans vbi venia non conficiendi inuentarij. à teſtatore data eſt, lib. j. opin. cxlj. Quamuis generaliter contrariam ſententiam frequẽter doctoribus probatam enunciet Iaſon. in appellata ſuperius l. Marcellus. num. 16. & magis communem affirmet Iacob. de Sanct. Georg. in l. vltim. §. licentia. C. de iur. delib. ſed quidquid i literis prodiderint ſuperius dogma & frequentius & verius arbitror.

Hęres, qui & ipſe teſtatoris agnatus, aut cognatus poſt mortem ſuam reſtituere quidpiam, aut totam hęreditatem proximioribus agnatis vel cognatis iubetur ad proximiores ſuimet ipſius hæredis agnatos vel cognatos: non verò ad teſtatori proximiores peruenturi fideicommiſſo hæreditatem obtinet, vt commune interpretum dogma efferunt Socin. Iun. conſil. cxxvj. num. 56. lib. j. Goz. conſil. iiij. nu. 51. Iulius Clarus de teſtam. q. lxxvj. reg. vj. ver. ſed hic occurrit. Quamuis non admodum mihi improbetur contrarium: quod frequenter placitum ſcribit Ioan. Dilect. de arte teſtand. tit. v. caut. xxj. num. 3. ſed hac de re alibi vberius ex veris iuris principiis agemus.

Hæres rem ſoli extero homini, ſeu forenſi (vt doctores fantur) contra ſtatuti formam vendens, non idcirco ab indictis pœnis excuſabitur, quia id illi onus teſtator impoſuerit commune aſſerit Viuius lib. j. opinion. cclxxxij.

Hæres, cui bonorum diſtributio poſt ſuam mortem iniuncta eſt, non poterit in ipſius vita eo ſe onere expedire in pauperum illorum necem, qui poſt illius mortem futuri ſunt commune ait cum Alex. Dec. in l. cùm tempus nume. 2. ff. de regul. iur. vbi contrarium verius arbitratur: quod ante eum affirmauit Bald. numero 10. Fulgo. & Cor. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. Paul. in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. lib. j. Ant. Gomez. in l. xvij. Tauri num. 7. cùm quibus ipſe etiam in contraria omnia diſcedo, quamuis communem ſententiam multis cõprobare nitantur Iaſ. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. inconſtans Dec. conſ. ccccxvj. num. 20. & 22. ac. ſeq. Pariſ. conſ. xxiij. nu. 20. ac. 22. li. iii. Ruin. conſ. xxiiij. nu. 2. lib. ij. Poterit tamen hæres qui inter pauperes aliquid diſtribuere iubetur, id totum & in vnum pauperem conferre. vt commune pronunciat Claud. Aquenſ. in l. in quartam. §. j. ff. de legat. j. contra quod multa effutit Viuius lib. j. opin. cccxxxvij.

Hæres ſuus comprehenſa teſtamento ignorare præſumitur. commune inquit Curt. Iun. conſil. viij. extraneus neutiquã præſumetur, ſi ſe hæreditati miſcuerit commune affirmat Cagno. in l. qui in alterius nume. 12. ff. de reg. iur.

Hæres ſuus pro herede non vſucapiet. commune ponunt, contrarium verè affirmantes, Ant. Gomez. de teſtament. ca. iij. nu. 20. & cap. x. nu. 19. atque accuratius & elegantius Arius Pinel. in rub. ij. part. ver. ſed omiſſis. C. de bo. ma. qua de re etiam vide quæ ſuperius obſeruaui ver. Hęreditatis petitio.

Hæres ſuus quando ſui iura amittat, quando ſecus quæ illa ſint iura, obſeruo inferius ver. ſuus.

Hæredis appellatio in feudorum materia ad filios ſolùm refertur. cõmune ait Dec. conſil. cccx. nu. 10. Aliàs autem regulariter nec eum vnquam comprehendet, cui hęreditas fideicommiſſo reſtituenda eſt, vt frequenter placitum ſcribit Bell. conſi. xlij. num. 13.

Hæredis inſtitutio aut præſumpta, aut tacita, quamuis generaliter ac regulariter pro nihilo proſus ſit, tamen in quibuſdam formis rectè collecta procedet. quas ſpecies latè recenſent commune placitum in vnaquaque ponentes Ant. Gomez. de teſtament. c. v. num. 23. & ſequẽ Iul. Clar. de teſta. q. xxxv. ver. in primis. etiam q. xxxvj. cum compluribus ſequent vberrimè ex receptis ſententiis tractat vt fieri debeat hæredis inſtitutio, & qui facta valeat, vel ſecus.

Hęredis ex aſſe inſtitutio, quę verbis directis concepta in codicillis, aut imperfecto teſtamento eſt, ſi codicillaris clauſula adiungatur, in fideicommiſſum conuertetur. quo legitimi hęredes cogantur hęredi illi non ritè inſtituto hęreditatis bona reſtituere vt frequenter placitum renuncio ex Accurtio, Bart. Angel. Imol. & cęteris interpretibus in lege ex ea ſcriptur. §. j. ff. de teſtament. ex eiſdem Accurt. Bart. Bal. ac reliquis commentatoribus in authent. ex cauſa. C. de lib. pręter. ex Accurt. rurſus & pleriſque omnibus ſcribentibus in lege ſi iidem codicilli. C. de codicill.

Heredis bona non minus diſpoſitionibus teſtantis ſubiecta ſunt quàm ſua ipſius teſtatoris bona. quippe quę de illis atque de his teſtator diſpoſuerit hæres adita hæreditate æqualiter obſeruare atque explere omnino tenetur. commune effantur Ay. Crauet. à conſ. clxxiij nu. 9. Iulius Clarus de teſtament. quæſtio. lxxi. Non tamen hæredi alienatione ſuorum bonorum interdicere teſtator poterit vt frequenter placitum teſtificatur Rip. in lege filiusfam. §. diui. numero 54. & ſeq. ff. de leg. lib. j.

Heredis bona ſi expreſſim teſtator obligauerit, valebit obligatio, & competet hypothecaria actio, ſi obligatio heredi ipſius nomine facta fuerit, aliàs generaliter pignoratitie contrarię locus erit vt pignus à defuncto conſtitutum tradatur, vel ſi iam traditum fuerit. exceptio contra hæredem repetentem dabitur. commune aſſerunt Neguſant. de pignorib. ſecund. membr. ij. part. numero 57. in fin. Iulius Clarus de teſtament. quæſt. lxj. ver. ſed nunquid.

Hæredi cuicunque ſub quacunque conditione inſtituto competit bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas, iuxta quam quoad conditio pendebit, bonis curator conſtituetur, & cùm fuerit expleta conditio, non egebit alia bonorum poſſeſſione poſcetque iure illam hæ proculdubio impetrabit, cùm vel ſubſtituto vel iuſtis teſtatoris hæredibus cauerit ſe alioquin conditione defectũ bona hęreditatis omnia cum fructibus eſſe reſtiturũ. vt communia inquit prolixè Anto. Gomez. de teſtament. cap. ij. num. 13. & num. 14.

Hęredi cenſetur ſemper teſtator nõ minus onus imponere voluiſſe,

quam

quàm fieri poteſt,ac potuit.quemadmodum cõmune axioma inquit Socin.Iun.conſil.ix.num.4.lib.j. & cæteri vtriuſque iuris interpretes cateruatim.

Hæredi obligatio iure pontificio ſucceſſitur, vt damnum etiam illud à defuncto ortum,cuius nihil prorſus ad teſtatorem,vel ad ipſum peruenerit,reſarciat.commune dicit Panor.in cap.parrochialis, de ſepult.& copioſè Iulius Clarus in pract.§.vltimo.quæſtio.lj.verſic.vlterius quæro.

Hæredes & ſi in obligationes omnes, quibus, & alij teſtatoribus vita functi tenebantur,& ipſi teſtatores aliis obnoxij erant, generaliter ac regulariter veniant, tamen illas haud induent, vel ſuſcipient: quarum contractibus taxatiuam dictionem altetutra pars addiderit. verbi gratia,tantùm promitto,ego ſolus polliceor, vel tibi duntaxat. vt communia latè ait Anton.Gomez.de contract. cap.xj.numero. 12. & ſequent.

Hęredes plures inſtituti,in quibus naturę & charitatis ordo ſit,non omnes ſimul inſtituti intelliguntur ſed ſucceſſiuo ordine alij ante alios. vt ſi inſtituam meum filium atque eius filios: mortuo demum meo filio,eius filij hęredes erunt. cõmune ex multis pronunciat Ant. Gomez.de teſtament.cap.ij.numero 3.verſic.quintò limita, & cap.v. numero 24.ver.infero.xxvij.& cap.x.num.31.ver.ex quo infero.Excipies tamen vt hoc procedere nequeat cùm inſtitutio facta proponitur per dictionem coniunctionis,ſimul,vel vnà. quoniam ea in ſpecie omnes coniunctim hęreditate potientur. commune teſtatur idem Anton.Gomez.dicto cap.ij.num.3.Excipe deinde,vt id locum generaliter ac regulariter in aliis non habeat,quàm in iis, quorum vtrunque inſtituere vel ratio ſuadet,vel neceſſitas cogit, ne aliàs teſtamentum ruinam faciat,vt in filio ac nepote cõtingit.in aliis etenim pręter hos, ſecùs longè erit.quippe quia ſi quis fratrem ſuum aut quemuis alium, & eiuſdem liberos inſtituerit hęredes,tunc omnes admittentur,hic in dimidiatam partem,illi omnes in alteram dimidiatam partem, vt frequenter placita inquiunt Alex.conſi.xxij.lib.iij. Io.Dilect. de arte teſt. tit.iiij.caut.vj.nu.1. Ant.Gomez.d.c.ij.ver.vij. & finaliter limita.& qui latiſsimè circa hanc quęſtionem, & eius diſtinctiones diuagatur Iul. Clar.de teſtament.quęſt.lxxx.

Hæredes verbis coniuncti in accreſcendi iure illis præferuntur,qui re tantùm coniuncti ſunt: vt magis commune placitum renuncio ex Iaſ.num.125.Lancel.Polit.in l.re coniuncti.ff.de leg. lib.iij. ex eodem Iaſon.in additio.ad Porc.in §.ſi eadem res.Inſtitut. de legat. quamuis neutrum illorum prærogatiuam habere,ſed vtrunque æquo iure ſuccedere frequentius dogma affirmet Petrus de Beluiſ.Ioan.Crot.num. 47.in dicta lege re coniuncti,& Ant.Gomez.de teſtament.capit.decimo,numero 32.

Hæredes ab inteſtato primi duntaxat gradus,non verò & vlteriores,tacito teſtatoris iudicio vocati cenſentur. vt frequenter placitum pronunciant Iaſ.in l.licet imperator.nu.40.ff.de leg.lib.j.& in authen. ex cauſa.C.de lib.præter.Anton.Gomez.de teſtament.cap.x. num.27. ver.ſed aduertendum.quod eleganter declarat Arius Pinel. in l.j.par. j.num.73.C.de bon.matern.

Hæredes & ſi ex defunctorum delictis iure ciuili non teneantur, tamen pontificio iure tenentur. commune renunciant Ant. Gomez. de delict.c.j.nu.85.Didac.à Couar.lib.iij.reſolut.c.iij.nu.7.non tamen vltra hæreditarias vires obligatio vnquam dilatabitur.ſeu inuẽtarium illi confecerint,ſeu neutiquam illud exarauerint. commune efferunt Did.à Couar.d.c.iij,num.8.Boſsius in pract.tit.de pœnis.num 34. Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.lj.verſic.ſcias tamen.

Hæredes,quorum nomina teſtator deleuerit,& ſi hæredes eſſe non deſinant.tamen indigni habebũtur,atque illis alioquin obuentura hæreditas ad fiſcum deferetur. commune ponit Iul. Clar. de teſtament. quæſt.xciiij.in finem.

Hæredum appellatio,quæ in contractu pro ſe & filiis & hæredibus geſto,inſeritur,ad hæredes extraneos non dilatatur. commune dicit Alex.conſi.lvj.nu.2.lib.ij.eadem porrò hæredum nuncupatio ſi in materia ad hæredes non tranſmeabili fiat,ad poſteros,ſeu liberos relata cenſebitur.vt receptum ſcribit Arius Pinelus in l.iij.num.32.ver.infertur ix.C.de bon.matern.

Hęredum pars maior,ſi pacem cum defuncti offenſore inierit,ſatis ſuperque eſt,vt offenſor veniam delicti poſſit impetrare,quemadmodum frequenter placitum aſſeuerant Aretin.in l. pro hærede. in pract.§.vlt.num.11.ff.de acquir.hæred. Ioan.Crot.repet.j. num. 151. & rep.ij.num.82.Hieron.Butigel.num.175.Bolog. num.199. in l.iiij. §.Cato.ff.da verbor.obligat.Alciat.conſil.cccccxxvij.num.2. Ioan. de Amicis conſil.lxxxviij.num.6.& vberrimè Iul. Clar. in pract.§. vltim. quæſt. lviij. ver. frequenter.Quanquam ab omnibus prorſus pacem obtinendam eſſe neceſſariò affirment.communiter receptum Feli. in cap.cum omnes. nume.27.de conſtitut.Iaſ. num. 57. Rip.nume.103. Alciat.num.172. Soc.Iun.uume.273.in dicto §.Cato.Did.à Couarru. lib.j.reſolut.cap.xiij.nu.8.Menchiaca controuerſ.vſu frequent. ca.xxx. num.39. placet tamen ſuperior opinio,vt humanitati magis conſentanea. nec enim tanti eſſe debet ſuſpitio odij & maleuolentiæ piis omnino ſponte eradicanda,vt quum quem deliquiſſe pænitet, benignior hæredum pars frequentibus ſuffragiis iuuare nequeat. vbi tamen praxi,optima rerum doctrice,aliud receptum eſt,aliud prorſus & abſque dubio ſequendum erit.

Hæredibus alicuius & ipſi conceſſa emphyteuſis ad quoſcunque heredes ſeu teſtamento honeſtatos, ſeu ab inteſtato tanquam proximiores ſuccedentes ſpectabit, ac deferetur, commune renuncio ex Alexand.conſi.xxvj.lib.v.& in l.quod dicitur.num.26.ff.de verb.ol lig. Dec.in cap.in præſentia.num.48.de probat.Ario Pinel.in l.ij.num.12. C.de bon.matern.

Hæredibus illius,qui rem genericè debet,de ſolutione diſſentientibus,iudex petente creditore diſcordiam illorum pro ſuiipſius arbitratu dirimet.commune dicunt Roman.num.13.Alexan.num.10.Soc. Vincent.ab Hercul.num.5.in l.ij.§.ex his.ff.de verb. oblig. At ſi vnus ipſorummet hæredum petat controuerſiam ea de re inter illos ſopiri, eam cęteri heredes ſorte diſtrahere,atque extinguere cogentur:vt frequenter interpretibus placere ſcripſerunt ad illum eundem §. Ang. Imo.Aret.Rom.Alex.ac.Iaſ.

Hęreſeos crimen,quoad fidem Chriſtianam,in alterius,quàm eiuſdem fidei homines, non cadit: vt frequentibus doctorum ſuffragiis probatum affirmant Simancas de hęreticis,cap.xxxj.num.3.Iul.Clar. in pract.§,hęreſis.ver.ad hoc autem.quemadmodum nec in eos cadere intelligitur,qui non ſcienter,ac pertinaciter contra generales eccleſię Romanę traditiones quippiam frendent, commune pronunciant Simanc.d.cap.num.5.ac Iul.Clar.vbi ſuprà.

Hęreſeos conuictos,licet nec Epiſcopi abſque inquiſitoribus, nec inquiſitores abſque epiſcopis poſſint condemnare, tamen alteri abſque alteris rectè ritéque abſoluent.commune ait pract.Carrer.nu.72.

Hęreſeos nemo accuſari,nemo damnari poteſt,nedum vt vllas iure ſanctas pœnas incurriſſe videri debeat, ſi animi ſui concepta multum quidem à religione abhorrentia nec dicto,nec facto eliminauerit, ac foras dederit,ſed intra ſui pectoris ſinum continuerit: vt receptiſſimam Thologorum omnium ſententiam aſſeuerant Simanc. de hęreticis.cap.xx.numero 9.Iulius Clarus in pract.§.hęreſis.verſic.quęro, an occultus.atque alicubi in ſacris literis luculentiſſimè diſertis verbis probatur.

Hæreſeos admiſſæ ſi quem pœniteat, nullas ille impoſitas à iure pœnas ſubibit, & ſi carceri perpetuo deuouendus ſit. commune affirmat Igneus in l.j.§.cùm dominus.num.33.ff.ad ſenatuſconſul. Syllanian. Nec etiam bonis ſuis labetur, vt magis commune aſſeuerat Pariſ.conſil.ij.num.185.& ſequenti.lib.iiij.eritque & poſt condemnationem æquè liberum,atque vtile ſuſcepti criminis pœnitere,quemadmodum frequentibus doctoribus probari miſerunt in literas Bogrius deciſ.cccxliij. num.3. & ſequenti. Iul. Clar. in practica,§.hæreſis. verſic.ſed vſque ad quod tempus.

Hæreſeos cauſa ab eccleſiaſtico iudice damnatus,non in aliud periculum ob eandem patrati criminis culpam vocabitur.receptum dicit Iaſ.in l.magiſtratibus.num.10.ff.ſi cert.pet.

Hæreſeos condeamnati bona fiſco addicuntur,nec ratio ſuperſtitũ liberorum habetur,quamuis nullius culpæ ipſi arguantur.commune aſſerunt pract.Carer.nu.140.Simanc.de hæret.cap.ix.num.2.Iul.Clar. in pract §.hæreſis ver.& ſcias.quin ipſimet illius liberi tam poſt crimẽ ſuſceptum,quàm ante vllam illius culpam nati pœnis in hæreticorum liberos ſancitis plectentur. vt commune affirmat cum Galind. & Simanc.Iul.Clar.in d.§.hæreſis,ver.quæro nunc.qui tamẽ probabili humanitate cum eodem Simanc.&ab eo relatis in contrarium conticeſcet.cur enim in legis diuinæ cauſis lex diuina ſuſque deque habebitur,ac prorſus conticeſcet? Deut.xxiiij. cur in controuerſiis, quæ ad pietatem Dei optimi maximi referuntur,Dei optimi maximi iuſiurandum arguetur? Ezech.xvij.ſed hæc forſan alibi copioſius.

Hæreſi infectis fidem ſeruari neceſſe non eſt commune inquiunt Simanc.de hæreticis.cap.xlv.nu.14.Placa.lib.j.delict.cap.xxxvij.nu.11. quamuis ſint qui diſtinguant,num cùm eà daretur fides hæreſeos crimine euidenter polluti eſſent,num ſecùs. verùm ea de re alibi.

Homicidium abſque dolo,& lata culpa admiſſum criminaliter puniri nec poteſt,nec debet: vt commune doctorum effatum pronunciant Iaſ.in l.j.nu.70.ff.de legib.Boſſius in pract.tit.quomodo proced. per actionem num.38.Iul.Clar.in pract.§. homicidium ver. culpa dicitur.cum ſequentib.tametſi Viuius nec latam culpam corporeis pœnis locum facere ſcribat receptum lib.j. opin. cccxxv. Quæ ſententia verior & æquior eſt,vt alibi copioſè oſtendo.qnin leuis etiam quauis cauſa à dolo excuſabit,vt capitis pœnis ob homicidium nullus locus relinquatur.commune pono ex Iaſon.in l.j.nu.24. ff. de eo per quem factum erit.& in l.qui iuraſſe,num.6.ff.iureiur.Socin.Iunior conſilio cxvij.numero 13.libro iij.Afflict. deciſion.xxxvj.numero 6.Grammat. deciſ.xxix.numero 16.Iacob.Menoch.multæ doctrinæ viro de recupe. poſſeſſ.remed.v.

Homicidium qui perpatrauit ob ſui ipſius defenſionem,vel ob ſuarum rerum tutelam,vel ob ſui decoris, atque honoris propugnationem, vel denique ob tutandos ſibi ſanguine coniunctos nullis pœnis plectit.

plectitur.vt communia placita efferunt de materia ſemper conſulendi Didac.à Couarru.in clem. ſi furioſus.num. 1. de homicid. Anton. Gomez de delict.cap.iij.à num. 20.Placa.lib.j.delict.cap.xxviij.num.3. Iulius Clarus in pract. §.homicidium.ver.excuſator.cum ver.ſequentibus.Viuius libro ij. opinio.lxxxv. Nec illi poterit imputari quod fugere potuerit, ac noluerit nullam dedecoris maculam inde contracturus.vt receptum inquiunt Alexand. conſilio cix. numero 4.libro j. Felin.in cap.ſuſcepimus.de homicid. Iaſ.num. 38.Dec.num.35.in leg. vt vim.ff.de iuſtit.& iure.Ioan.de Amicis. conſil.lxxvij. nume. quinto Tiraquel. de nobilit.cap.xx. num.64. & omnes ſupra proximè laudati qui etiam quibus probationibus ſatis ſuperque ſit hanc excuſationis obtentionem probari, & alia huic materiæ affinia, cum receptis interpretum dogmatis,accurate memoriæ produnt.quin & (quod diligenter menti inſculpes) ſi ſolæ minæ ab eo præceſſiſſe dicantur,qui illas exequi ſoleat homicidium incontinenti factū impune erit.quemadmodum late efferunt commune Dueñas reg.clxxxij.num.4. Ioan. de Amicis conſil.cxvj.num 4.& ſeq.

Homicidium qui Chriſtiani hominis perpetrandum,ſeu Chriſtiano,ſeu alterius religionis homini mandat,pacto eam in rem precio,& dicitur & cēſetur aſſaſſinus,vt vulgus fatur,atque omnes aſſaſſini pœnas luit.commune axioma affirmant Aret.conſ.clxiij.num.17.cap.xv. decil.clv. & qui latiſſime in materia cum receptis ſententiis ſeſe diffundit Iul.Clar.in pract.§.Aſſaſſinus.

Hoſpes, cui capſa,vel aliqua alia ſarcinularum ſpecies clauſa conſignataque,non oſtenſis aliter rebus ibi cōtentis traditur, ſi eam apertam,aut reſignatam reddat,etiam ſi ignoretur quis eam aperuerit aut reſignauerit,tenebitur domino in litem iuraturo de rerum illic clauſarum tum quantitate,tum valore, vt commune aiunt Pariſ. conſilio lxxiij.lib.4. Ioan.Bapt.Plot. late hanc rem agens in repe. l. ſi quando. num.391.& num.400.cum ſequentib.C.vnde vi.Viuius libro j. opin. cxcij. Iulius Clar. in pract. §. furtum.ver. pro complemento quamuis Iaſon.in l.in actionibus.nu.41.ff.de in lit.iur.Bernat.Diaz reg.clxxxvj. atque alij contrarium receptum cenſeant,quos citat & merito improbat Iul.Clar.vbi ſupra vtilitas enim publica, quæ vera & ſuprema lex omni iure eſſe debet, aſtutiſſimis hoſpitum cauponantium malitiis ac fraudibus obuiam iri dictat.

Hoſti fides,quam priuatus quiſpiam illi dedit ſeruanda neceſſario non eſt,vt commune interpretum dogma refert,ac meritò cum nonnullis,vilipendit Didac.à Couarru.in tract.de ſponſal.ij.par. ij.cap.iij. §.iiij.nu.14. cum præced. Quid enim turpius factu, quid fœdius & abſurdius dictu,quam fidem alicui ſponte præſtitam violare? Quid frigidius & ineptius,quam quia cæteri fidem alicui nec dederint, nec ſeruare idcircò teneantur,te,quia illam obſtrinxeris,poſſe frangere affirmare?ſed hac de re latius alibi.

Hypotheca bonorum generalis cum clauſula conſtituti,ad bona futura dilatatur.commune inſiunt Fanen.de pignoribus.& qui eum laudat Turzan.opinione cxlvj.

Hypotheca prior præſentium,& futurorum bonorum, tacita vel expreſſa,potior atque antiquior habetur quam hypotheca æquè generalis,ſed poſterior etiam in iis bonis,quæ poſt vtranque obligationem quæruntur commune ponit Neguſant.de pignoribus ij.membro.v.part.princip.numer.4.C.qui potior.in pignor. hab.& in leg. licet.numero 4.eodem tit.ac Ioan. Crot.in repet.legis j.num.72.ff.ſolut.matr.de nihilo reluctentur.

Hypotheca cuiuſuis priuati prior. ſeu tacita, ſeu expreſſa ſit potior & dignior erit,quam poſterior fiſci tum tacita,tum expreſſa hypotheca.vt cēſent Acc.Dyn.Alb.ac Bar.num.in l.ſi is qui ff. de iur.fiſci & cum aliquam multis receptum ponit Didac.Couarru. lib.j.reſolut. cap.xvj.Idemque ius erit in tacita atque expreſſa dotis hypotheca. vt commu.autumant Neguſant.de pign.memb. j. v.part.num.100.& num 102. Rip.in l.quæſitum.nu.7.ff.de priuil.credit Ioan.Gorad.in leg.qui liberos num 18.ff.de ritu.nupt.quamuis contrarium hac in ſecunda ſpecie verius ſit,vt ſupra.ver.Dotis cauſa & à generali.

Hypotheca in iis bonis poſita, quæ diſpoſitione l. ij. C. de reſcind. ven.reuocantur; non ob eam reſtitutionem extinguetur.commune ait Boer.deciſ. clxxj.numero decimo, tametſi contrarium verius, & receptius ſit, vt aſſerit Socin. Nep. conſili. cxix. numero 16. lib. ij. ac defendit rectè Arius Pinel.ad illam l.ij.C.de reſcind.vendit.part.ij.cap. ij. num. 11.cum ſeq.

Hypotheca tum generalis,tum ſpecialis alienationem rei illa conſtrictæ non impedit.vt frequenter placitum affirmat Neguſant.de pignoribus.parte ſecunda.

Hypothecæ argumentum ad rei totius alienationem non procedet.vt communiter ab interpretibus definitum ſcribit Arius Pinel.in l. j.par.ij.num.19.C.de reſcind.vendit.

I

IDONEVM ſe quis probet, non neceſſe eſt, tametſi in reſcripto ſub opportunitatis atque aptitudinis conditione ratio eius habita ſit, commune effert Alciat.de præſumpt.reg.iij.præſumpt. iij. Villalob.in ſua collect.

Ignorantia illorum, quæ paterno teſtamento cauentur,in filio hærede præſumitur.quamuis in extraneis hæredibus poſtquam hæreditatem creuerunt non præſumatur.commune pronunciat Cagnol.in l.qui in alterius.nu.12.ff.de reg.iur.Ignorans iura, leges,vel proclamationes,& ſi lata culpa vacare non cenſeatur,tamen doli argui nequit.vt frequenter placitum inquiunt Alc.de præſumpt.regul.iij. præſumpt. xxxj. nu. 6.latè Viuius lib.j.opin.cliiij.ac Iul.Clar.in pract.§.vlt.q. lx. verſ.quæro.Vbi etiam tractat,quæ in hunc pœna conueniat, quamuis ignorantem generaliter nec delinquere,nec puniri doceat. glo. in l.ex maleficiis.§.j.verſ.longè minus.in ver.ignorans.ff.de action. & oblig. quam cum multis valde commendant Felin.in cap.cum vigeſimum. in prin. de offic.delegat.& in cap.à nobis num.9.de except.Dec.in cap.ſecund. de conſtitut.Iaſ.in leg.ſi quis id,quod.à num. 31. ff.de iuriſd.omn.iud. Hipp.in l.vna num.205.C.de rap.virg.Mant.de ſoluend. argu. & ante eos Roman.in l.ſi verò.§.de viro fallent.xv.ff.ſol.matr.

Immunitas alicui ab omnibus oneribus, & collectis ordinariis, & extraordinariis, ſolitis & inſuetis ampliſſime indulta, non extenditur ad ea onera,vel collectas,quæ peſtis nomine, aut belli cauſa, aut alterius publicæ neceſſitatis alius inopinatę gratia indicuntur.vt frequenter placitum aſſeuerant Rip. in tract.de peſte. in titu. de remediis ad conſeruand.vbert.num.231.Curt.Iun.conſ.lxj.Iaſ.latè num. 8. & nu. 12.Rip.nu.17.in l.ſi ex toto.ff.de leg.lib.j.Viuius lib.j.opin.cxlix.Quin eam illic reſtringit, vbi conceſſio huiuſmodi ab omnibus & quibuſcunque oneribus conceſſa fuerit.Sed certè,quidquid ille dicat, verius & æquius eſt ſemper inopinatos alioquin caſus exceptos in id genus immunitatibus videri.vt alibi commodius diſſerimus.

Immunitas,quæ paupertatis nomine indulgetur ob diuitias ſuperuenientes euaneſcet.commune produnt Iaſ.in l.ſciendum.§.fundum. num.6.& ſeq.ff.qui ſatiſd.cogant.Viuius lib.j.opin.cl.

Immunitas & exemptio, ſi titulus ad bona fides concurrant, per quadraginta annorum curriculum præſcribetur. commune effantur Bald.de præſcrip. nume.19. & ſequent. Grammat. deciſ.cc. nume.25. Viuius lib.j.opin.clj.

Impedimentum etiam propria impediti ipſius culpa natum,ſi culpa tamen non ideo admiſſa arguatur vt id impedimenti oriretur, impeditum excuſabit,quemadmodum frequenter placitum renunciatur ex Bald.de præſcript.parte prima,ſextę partis cap. xxij. numero 21. Chaſſan.in conſuet.Burgund.rub.xj.§.ij.numero 38.Aym.on.Crauet.conſilio ccj. numero 21. & conſilio ccxlvij. ad finem. Didac. à Couarru.in tract. de ſponſal.ij.part. cap.tertio §.quinto numero ſeptimo. Ario Pinelo in authent.niſi triennale.numero quadrageſimoſexto.C.de bon. matern.

Impedimentum iureiurando ipſiuſmet impediti probabitur,ſi pro illius honeſtate ita iudex arbitrabitur.commune aiunt Iaſon in l.quod diximus. numero primo. ff. ſi quis caut. Bauer de iuramen. Curtius deciſ.liiij.limit.iiij.

Impeditus impedimento iuris aut facti in cauſis arduis non tenetur procuratorem mittere,quamuis prępeditus facti impedimento in cauſis non arduis illum mittere teneatur. commune porro ex Math. de Afflict.deciſ.xxix.Rebuf.in tertio Tom.conſtit.Gall.titu.de excuſat. Ario Pinelo in authent.niſi triennale.num.43.ver.ampliatur.tertio.C. de bonis maternis.Intellige autem ac memorię perpetuo inde, quod neceſſaria proteſtatio eſt vt impedito ius ſuum ſaluum ſit. commune ait rectè explicans Mynſing.cent.iij.obſeruat.lix.Nicol.Anton.Grauat. ad Veſtrium lib.vj.cap.vlt.num.24.

Impedito ad agendum non interlabitur præſcriptionis tempus ſi iuris impedimentum illud ſit: quod ſi facti ſit,neceſſaria erit tum Cęſareo,tum pontificio iure reſtitutio,vt frequenter placitū conſtituunt Iaſ.in §.rurſus.num.24.Inſtitut.de action.Boer.deciſ.xl.num.3.Bald.de præſcrip.par.j.ſextę partis,caſu xxij.à num.16.Chaſſan.in conſuet.Burgund.rub.j.§.viij.num.26.Ario Pinelo in authen. niſi triennale. num. 42.& num.43.& 47.C.de bon.matern.

Imperator & ante adeptam coronam omnia gerere rectè ac ritè poteſt,quę poſt illam poſſet.cōmune affirmant Cotta in memorab.verſ. Imperator in ij.poſt princip.Reſtaur.in tract.de Imperator.q. xlvj.nu. 1.& ſeq.& qui compluſcula de Imperatoris poteſtate inculcat Viuius. lib.j.opin.cxlviij.

Impubes doli capax cauſam exheredatione dignam poteſt committere:& ſi doli incapax illam ſuſcipere nequeat. commune ait Anton. Gomez.de teſta.cap.iiij.num.3.

Incendium committi non intelligitur abſque culpa leuiſſima. vt commune teſtificatur Iaſ.in l.domos hæreditarias.ff.de leg.lib.j.Ferre,

cap.xxxv.

ſaur.xxxvj.Verſabitur autem huiuſmodi leuiſſima culpa in omitten do:quocirca nullis pœnis erit obnoxia:cõmune inquit Did.à Couar. in tract.de ſponſal.ij.part.c.vj.§.viij.nu.14.

Incertitudo ex re genericè relicta,quæ nullos ſtatos,certoſque fines habeat,ſuboriens,tum contractum,tum vltimam voluntatem peruertit:quamuis eiuſce rei plurima copia penes teſtatorem eſſe proponatur.commune ponunt Im.in l.ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig.Iaſ. in l. legato generaliter.ff.de leg.lib.j.Quamuis verius longè ſit non ea in certitudine legatum vitiari,ſed rem mediocrẽ eſſe præſtandam,quod etiam frequentius cenſent Iaſ.in l.ſi domus.ff.de leg.lib.j. Rip.in d. l. ita ſtipulatus.nu.3.

Incertitudo,quæ ad certitudinem reduci poteſt,reorum conſtitutionem haud vitiat.commune inquit vir excellentis doctrinæ Ioan.Rinchegallus Gioldus in l.xiiij.nu.6.ff.de duob.reis.

Inceſtum qui abſque matrimonio committit,adulterij pœnas iure cæſareo dat.cõmune ait Did.à Couar.in tract.de ſponſal.ij. part.c.vj. §.viij.nu.2.& qui diuerſas hac in re cõmunes opin.recenſet Iul.Clar. in pra.§.inceſtus.ver.ſed.quæro.

Inceſtarum nuptiarum pœnas non illi incurrunt qui matrimoniũ bona fide contraxerunt ac poſt impedimentum detectum,in eo conſtanter nihilominus perſeuerant,vt nec illi eas dabunt,qui matrimonium inceſtum contraxerunt quidem,ſed coitu nondum abſoluerũt. cõmunia ponunt Did. à Couar.in tracta.de ſponſal.ij.part.c.vj.§.viij. nu.19.& nu.20 ac Iul.Cla.in pract.§.inceſtus ver. hæc autẽ pœna & ver.ſed,pone.quinnes illi penas vllas eo nomine dabũt.qui nuptias iure Canonũ inceſtas,& iure ciuili nõ inceſtas cõtraxerint.vt magis cõmune humaniter & diligẽter oſtẽdit Foller.in pract. crim. Canon.nu. 96.quẽ refert,& ſequitur Iul.Cla.in d.§.inceſtus.ver.quæro.Nec illi denique eade cauſa plectãtur,qui nuptias,nõ tenera inceſtas cõſanguinitatis ratione,inierint,commune teſtificãtur Boe.dec.cclxiiij.nu.13. Iul.Clar.d.§.ver.item quæro.

Inceſtas nuptias contrahentes,à rei familiaris amiſſione, iuris vel facti error,etiam ex craſſa ac lata culpa profectus excuſat: quamuis à lucri iactura non excuſet.commune inquiunt Bald.Nouell. in tract. de ſponſal.ij.part.c.vj.§.viij.nu.22.Iulius Clarus in pract.§. inceſtus. ver.excuſat,in fin.Licet mulierem à dotis amiſſione obhuiuſmodi cõtractas nuptias non excuſare iuris errorem ſcribant receptum Abb. in c.etſi neceſſe.nu.7.de donat.inter vir.& vxo.Bellon.conſil.lxxxiiij. nume.3.quos refert & immeritò videtur probare Iul.Clarus in pract. §.vltim.quæſtio.lxxx. ver.dos mulieris.ſi quidem infligendis pœnis quæuis cauſa etiam alioquin improbabilis probanda eſt,vt alibi copioſius oſtendo.

Inceſtis ex nuptiis,quarum impedimentum parentum alter ignorauit,ſuſcepti liberi quoad parentes ipſos legitimi habentur.commune aſſerit Viui.lib.j.opin.ccxij.

Inceſtis nuptiis pœna confiſcandorum bonorum.impoſita per aut he.inceſtas.C.de nupt.etiam hodie durat ipſo iure abſque vllius declarationis interuentu,vide infra.ver.nuptiis.

Inceſtuoſi filij liberos,ac ſui ipſius nepotes non poteſt auus hæredes inſtituere,nec relicto aliquo honeſtare,vt commune inquiũt Corſe.in ſing.ver.fornicatio.quem laudat Did.a Couar.in tract. de ſponſa.ij.par.c.viij.§.v.nu.13.in finem.

Incorporalium rerum dominus quin aliquis dici, cenſerique poſſit,nihil omnino vetat.vt frequenter placitum conſtituo ex Bart.j.oppoſit.Pau.nu.5.Alex.nu.4.& nu.6.Soc.nu.29.Rip.nu.26.Berengar. c. ij. nu.12.in l.naturaliter.§.nihil.commune.ff.de acquir.poſſeſ.ex Pau. rurſus in l.ſi quis vi.§.differentia.ff.illo tit.de acquir.poſſ.atque ex Ange.in l.vlt.ff.vti poſſidet.& Rhoder.Soarez.in q.maioratus.

Indebiti ſolutio non per errorem facta,tunc demum donationem inducit,cùm & is,cui ſolutum eſt,vt indebitum accepit. cõmune aio ex Bart.in l.j.nu.2.ff.de donat. Paul.nu.5.Iaſ.nume.2.in leg.ſi ego.ff.ſi cer.per.Iaſ.in l.j nu.12 ff.de condict.indeb.Dec.in l. cuius per errorẽ in prin.ff.de reg.iur.Galeaul.in rub.nu.39.ff.de verb.oblig. Obſtabit tamen ſemper repetenti exceptio doli mali.vt per Paul.Alex.& Alc. ad finem.in d.l.ſi ego.

Indefinita oratio,in materia probationis non par eſt orationi vniuerſali.vt commune ait Cur.Iun.conſi.xvij.nu.13.Alias autem regulariter ac generaliter illi ex benigna interpretatione æquipollebit,& ſi ex propria verborum ſignificatione nunquam indefinita hæc oratio æquales vniuerſali ſermoni vires habitura ſit.ex Bart. doctrina in l.ſi pluribus.nu.4.ff.de leg.lib.ij.quam communiter placitam,eſſe liquet ex *Dec*.in l.j.nu.26.ff de reg.iur.Ioan.Crot.in l. omnes populi. nu.167 ff.de iuſti.& iur.Gomez.in rub.de actio.latiſsimè Did. a Couar.lib.j.variarum reſolut.c.xiij.nu.5.mouentur omnes per text. in leg.ſi ſeruitus.ff.de ſeruit.vrb.præd.quẽ nos aliud velle alibi oſtẽdim.

Indicare delictum & minis,& præmiis alliciẽtur,qui nouerint, & cum ab ipſo deliquente nouerint,indicare non tenebuntur , nec eiuſmet delicti participes præmiis pollicitis fruentur , imò puniri etiam poterunt.quemadmodum & illi,qui delinquentẽ nõ cõnicerint. cõmunia ponit accuratè & copiosè Iul.Clar.in pract.§.vltimo q. xxvij.

Indicium omne,præſertim cùm à facto ipſo eſt remotum,duob. teſtibus probari debet cõmune aiunt Soc.cõſi.lxiij.2.nu.lib.iij.F... Amicis conſi.cxxvij.nu.10.ac latius Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.xxj.

Indicium quæſtioni ſeu tormentis idoneum abundè ſuggerit delinquendi conſuetudo.vt frequenter placitum inquit Marc.Ant.de indi. nu.148.quamuis verius contrarium affirmet cũ Rip.Iul.Cla.in pract. §.vlt.q.lxiij.ver.ſed pone.

Indiciorum copia reo facienda eſt.commune pronunciant Rip.in l.ij.nu.8.C.de eden.& qui id accuratè & copiosè declarat Iul. Cla. in pract.§.vlt.q.xlix.cum ſeq.

Indignitas ab hæredis culpa proficiſcens,fiſco locum facit,vt quę à teſtatoris errore nata eſt,venientibus ab inteſtato aditũ præbet.communia inquit Iaſ.in l.ſi pater tuus.nu.12.C.de hæred.inſtit.

Indignitatis oppoſitio ſeu exceptio à fiſco duntaxat heredibus intẽtari poteſt,vt docuit gl,in l.his conſequenter.§.j.in verb,pertinere. ad fin.ff.fam.erciſcun.quam ſemper allegari teſtatur Paul.in l. ſororem. nu.2.C.de iis quib.vt indig.receptam affirmant Corn.conſi.cl.lib. ij. latè Did.à Couar.in tract.de ſponſal.ij.par.cap.vj.§.viij.nu.25.Viuius. lib.j.opin.cvj.

Inducias violanti,induciæ impunè violantur.vt crebrius vſu receptum,& iure verius meritò atteſtatur Iul.Clar.in pract.§. vlti.q.xlvj. ver.ſed hic.

Infamia rectè ritèque à quouis populo,etiam qui ſuperiorem agnoſcat,abolebitur,vt & illa infamiæ nota,quæ alicuius populi ſtatutis inuſta eſt, eiuſdem populi indulgentia eluetur,tametſi ſubiectus alteri is populus ſit. communia ponit Franc.Turza.opi.xviij.

Infamis de facto,hoc eſt præditus leuioribus,& improbatis moribus,teſtis idoneus in ciuilibus cauſis eſt,& ſi non tanta fide dignus habeatur,quanta alius integræ vitæ,ſceleriſque purus.vt commune eſſatur Did.à Couar. in tract.de ſponſal.ij.par.c.viij.§.vlt.nu.8. Quamobrem vbi teſtis omni exceptione maior exigetur,eius teſtimoniũ non admittetur.vt ex doctorum ſententia aſſeuerat idem Didacus eodem in loco. Vnde in cauſis criminalibus regulariter ac generaliter teſtimonium non dicet.commune inquiunt Alb.de teſtib.lib.j.§.cõſequẽter.nu.7.& ſeq.Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.xxiiij.verſi.quæro modo. Accuſare autem alterum is facti infamia notatus iure cæſareo non prohibetur,quamuis Pontificum decretis prohibeatur.commune fantur Hieron.Chuchalon in additio.ad Ang.de malefic.in ver. ad querelã Titij ſuper ver.accuſare non poteſt.nu.23.ac Viuius lib.j.opin.xvij.

Infamis iuris infamia maculatus,teſtimonij dicendi ius nõ habet. commune inquiunt Iaſ.in l.j.nu.43.C.de ſum.Trini.Viui.lib.j. opini. ccclvij.Intellige cum euidenter infamis eſt,alioquin à teſtimonio nõ repelletur.commune ponit idem Viui.lib.j.opin.cccxcvj. Nec item is accuſare quemquam poterit.vt frequenter placitum enunciant Chuchalon in addit.ad Ang.de malefic.in ver.ad querelã Titij ſuper ver. accuſare non poteſt.nu. 23.Viuius libr.j. opin.xvij.Teſtari verò ac ſuis de bonis pro anima arbitratu diſponere vltimum elogium condens non prohibetur.ſi ob famoſum libellum infamiam illam non incurrerit.commune dicunt Abb.in rub.nu.8.de teſtament.Iul .Cla. de teſtament.q.xxv.

Infirmos infirmitate deliteſcere non eſt præiudicium, niſi morbo caduco præhenſi ſint.commune ait Alciat.de præſumptio. regu.ſecũda,præſumpt.xix.in fin.

Ingrati culpa,quæ præterita iam ſit,indulgeri poteſt quæ verò in futurum incurri poteſt,remitti nequit,cõmune aiunt Cagno.in l.contractus.nu.104.ff.de reg.iur.Ant.Gome.de teſtamen.c.vlt. num. pen. Vtraque tamen,pacto iuriſiurandi viribus vallato,rectè condonabitur.vt frequenter placitum inquit Ant.Rub.conſ cxiiij.nu.51.Tametſi contrarium verius & vtilius mihi eſſe videatur,ſi quidem propoſita delicti impunitate & ampla ad delinquendum feneſtra pateſcet & natura humana,ad id alioquin ſuapte ſpõte prona, præceps feretur, ac ruet,qua licẽtia illam vocat & inuitat.Sed hac de re alibi vberius.

Inhabilitas perſonæ iudicium ſubeuntis à iudice ipſo vltrò opponi poteſt. commune fantur Dec.in c.cauſam,quæ.nu.1.& nu.13.de iudic.Rip.in l.dies.§.hoc autem iudicio.nu.49.ff.de damn.infect.& Viuius,qui reluctantes recenſet,lib.j.opi.clxxv.

Inimicitia leuis non appoſitum indiciũ ſufficit contra inimicum: ſecus verò ſi grauis ſit.commune inquit Marc.Ant.de indic.nu.175.relinqueturque iudicis arbitrio,quæ capitalis inimicitia cẽſeri debeat, quæ neutiquam debeat.vt receptum ait Fel.in c.repellantur.nu.3.de accuſat.Nulla tamen inimicitia aptum ad tormenta indicium præbebit.quemadmodum frequenter placitum renunciant Ant. Gomez.de delict.c.xiij.nu.11.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xxj.verſi.inimicitia,& q. xxiiij.ver.item quæro.

Inimicitia iuſtiſſimam cauſam ſuppeditat ad iudicis & teſtium reiectionẽ,tametſi qui reiicit & cauſa,& caput inimicitiæ extiterit. cõmune latiſſimè Did.à Couar.in tract.de ſponſal.ij.part.c.iij.§.v. nu.7. & qui ampliat ad eũ,qui ante in gratiã redierit,& copiosè de materia agunt Viui.lib.ij.opi.ccciij.Iul.Cla.in pract.§.vlt.q. xxiiij.ver.ſed quid ſi ſequuta ſit reconciliatio.

Iniuri

irruptionem factam in ipſius domum conqueratur, omnis & prætoria eſt, & vnius anni ſpacio concluditur commune inquit Cepol.cōſi.lxxj.nu.4.illis autem tribus caſibus ciuilis,& conſequenter perpetua eſt.commune aiunt Balb.de præſcript.iiij.part.quæſt,j,nume. 30. Iul,Clar,in pract, §.iniuria,ver,tollitur autem.Et licet hæc iniuriatū actio tranſmitti nequeat,alij cedi poteſt.commune dicit Paul,in l,vltim.nu.4,hæred,vel action.vendit.

Iniuriarum actione ſeſe obſtringit,qui mendacium alij exprobrat tametſi & verè & prouocatus illum mentiri inquiat. vt frequens dogma teſtatur Boer.poſt conſuet.Bitur.conſ.j.Amplia quamuis in iudicio ad excludendam accuſationem,vel ad exceptionis alicuiusopem, crimen mēdacij improperatum ſit.commune effatur Alex.in leg, iij, ff.de lib. & poſth.laudatus ab eodem Boer.vbi ſupra puuietur tamen longè mitius ſi mendacium probauerit.vt commune aſſerit idē Boetius eodem in loco,

Iniuriarum nec actio,nec accuſatio exinanitur,quòd qui iniuriam intulit,non ſe animo affectum fuiſſe affirmet,vt iniuriam inferret, niſi id liquidò probet,commune teſtantur Pariſ,conſi.cxlix,nu,19. libr. iiij.Soc,cōſ,cxlix.nu.7.lib.j.Nec quòd antea ſit proteſtatus ſe nolle iniuriam facere,vt commune ponit Iul, Clar.verè perſonarum diſtinctionem cum Soc.conſiderandum aſſeuerans in pract.§.iniuria. verſicu,ſed pone,

Iniuriarū in libello & annus ac menſis,& locus neceſſariò ponendus eſt.commune inquiunt Alex.conſi.ccxlj,nu.1.lib.j. Iulius Clarus in pract.§.iniuria.ver.vlterius quæro,vbi alias ſpectantes ad hoc iniuriarum crimen receptas ſententias accurate tradit.

Iniuriarum etiam non atrocium damnatio infamiam irrogat.commune teſtificantur Fel.in c. cum te nu.9.de re iud.Corſet,de minimis, in ij.part,nu.26.Iul,Clar.d.§.iniuria,verſi.item condemnatus.Quin ſi quis iniuriarum damnatus,pecuniam,in qua eam ob cauſam multatus eſt,applenè ſoluere nequierit, luet in corpore,ac bonis cedere nō poterit.commune inquit Gome,in §.pœnales.nu.38.Inſtitut,de actio Viuius lib.j.opinio,xxxiij,

Iniuriarum ,quæ adulti,vel pupilli parentibus illatæ fuerunt,actionem remittere,& pacem cum eo inire.qui illas intulit , tum curator tum tutor indiſtinctè poterit,ſi id magis à re pupilli,adultive fuerit, quàm vindictam proſequi , vt commune effatum ponit Turzan, opin.xxxij,

Iniurias remittere,ac pacem facere nemo vel à iudice,vel à totius prouinciæ gubernatore cogi poteſt.commune inquiunt Hipp.conſil. xcviij.in vj.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxxviij.ver.vlt. Si eas tamen in conſcientiæ foro,vel alibi ſimpliciter remiſerit,ac pacem quomodocunque ſimpliciter fecerit,non idcirco damna etiam,nec id quod intereſt,ac generaliter ad rem pecuniariam pertinet,remiſiſſe intelligetur.commune aiunt Ioan,de Amicis conſi.lxxxviij.nu. 14.Iul.Clar.d. q.lxxxviij.ver.quæro quomodo,& ver.ſeq.Videbitur autem iniuriā condonaſſe, qui poſt illatam à conuerſatione eius non abſtinuerit, qui in ipſum fuit iniurioſus,vt frequenter placitum affirmant Placa, & qui eum refert Iul.Clar.in pract.§.iniuria,ver.item tollitur,

Iniuriam,qui in aliquem infert,quæ vera ſit,cuiuſque enunciatio & vtilis reip.ſit,& poſtea ab inferente probetur,iniuriarum non tenebitur:quamuis proculdubio tenebitur,ſi vel iniuriam non probet, vel eius cognitio viui reipublicæ non ſit,tametſi veriſſima ac certiſſima habeatur.commune pronunciat Boer. poſt conſuet.Bitur, conſilio primo Placa lib.j. de deli.c.j.nume. 3.Iul. Clar,in practi, §.iniuria, ver.item quæro,

Innominatus contractus,& ante implementum aliquod naturalē obligationem gignit.commune dicunt Soc,Rip,nu.4.in rub. fin, de verb,oblig.Dec.in leg.petens,nu.20.C.de pact.

Inofficioſi teſtamenti querela ſolum hodie filiis competit, cùm adiecta cauſa ex hæredantur,& adiecta cauſa ab hæredibus non probatur.commune ponit Vigl.in princip.nu.2,& nu.3.Inſtit.de teſtamen. licet ipſe poſt Imo,in l.j,ff.de teſtamen,ab eo frequenti dogmate deſciſcat.Habebit præterea locum hæc inofficioſi teſtamēti querela correcto digeſtorum iure in teſtamētis,quæ hodie vel filiifam, vel patresfam.de bonis caſtrenſibus,aut quaſi caſtrēnſibus exarauerint,commune affirmat Iaſ,in leg.vlt,nu.5.C.de inofficio.teſtament. Quin ſi illa filio legitimè exhæredato non competierit,vel quòd cauſa ſit probata,vel quod temporis lapſu præſcripta ſit,eiuſdem tamen, filij liberis ac teſtatoris ipſius nepotibus competet,vt commune ſtatuo ex Alex, Iaſ.nu.18.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.ff.de lib.& poſthu.eodem Iaſo.in l.ſi quis filium, C. de inofficio.teſtamento & l.in ſuis.nu.48. ff de lib.& poſthu,

Inofficioſi teſtamenti querela contra ipſum inſtitutum hæredem intentari debet:qui ſi reſtituendæ hæreditatis onere grauatus ſit atque ante factam reſtitutionem ſuccubuerit,ſententia contra illū lata fideicommiſſario nocebit:ſi verò pendente lite reſtituat, iudicium ad fideicommiſſarium tranſibit.at ſi antequam cōueniretur,reſtituit, inofficioſi hæc teſtamenti querela in eum,cui reſtitutio facta eſt, ſtatim dirigetur;quippe quia ea in ſpecie ſi feratur contra hæredem ſententia alteri non oberit quod etiam procedet,cùm reſtitutio pro parte tantùm facta proponetur.communia inquit Ant. Gome, de teſtamen.c.vj.nu.15.

Inquilinus ſi re locata frui ob peſtis cauſam impediatur pro temporis rata penſionem attondet.commune dicit Rip.de peſte. parte. j. nu.15.alia complura de Inquilino vide ſupra verb.conductio: & ver. conductor.

Inquiſitio,tum iure Cæſarum,tum iure Pontificum,modus eſt procedendi extraordinarius,vt commune inquiunt Panor.& Dec.nu. 7. in rub.de iudic.Alc.in c.j.nu.14.de offic.ordinat.& Boſſius in practi. crimin.tit.de inquiſit.nu.8.ac latè Iul.Clar.in pract.etiam. §.vlt.q.iij. ver.debes autem ſcire.

Inquiſitio & ſi iure ciuili regulariter à iudicis officio inſtitui ac formari nequeat,vt frequenter placitum enunciant Cuman.conſi.cxxxvj. ad fin.Pract.Conrad.nu.1.Tamen pontificum iure in omnia crimina indifferenter ab illius officio concipi,texique poteſt ad publicam vtilitatem,vt receptum affirmant Marian.in c.qualiter & quando.num. 108.de accuſat.Iulius Clarus in pract.§.vlt.q.iij.ver.debes autem ſcire.Quin & hodie ex conſuetudine generali , licet iam iudicibus per ius etiam ciuile , vt ſuo ex officio in quemlibet caſum inquirant, atque animaduertant.quemadmodum atteſtantur Bal.in l.ea quidē. nu.44.C.de accuſat.Boſſius in d.tit.de inquiſit.nu.8.Blan.de indic.nu. 5.Ant.Gome.meus olim iuris doct.de delict.c.j.nu.49. Iulius. Clarus in d.q.iij.ver.ſed certe.& q.v.ver.quæro.Intellige tamen ſemper aliquod indicium præire,atque antecedere,vt ſpecialis contra aliquem inquiſitio procedat,quamuis generalis inquiſitio certitudine criminis ſola ſit contenta:vt commune ſcribunt Alc.in c. pernicioſam. nu. 34.& 47.de offic.ordin.& qui id diligenter ac latè explicat Iul.Cla.in d.§.vlt.q.v.& q.vj.Vltra quem id limitabis,cum vel princeps inquirit, vel motu proprio inquiſitionem alteri committit,nulla habita indiciorum,vel diffamationis cognitione vt frequenter placitum inquiūt *Hipp*.in pract.§.conſtant,nu.22.ac Iaco.Menoch,de arbitr. iudic.li.j. q.lxxviij,nu.4.

Inquiſitioni nullus locus eſt,cū actionis,ſeu accuſationis,ſeu querelæ ius,vel præſcriptione euanuit,vel quacunque alia ratione ſublatum eſt.commune pronunciant Balb.de præſcript,iiij. parte.quæſtio. ij.num,2.Iaffredus dec.ccccłxxxvj.& alij quos laudat Iul.Clar.in practi.§.vlt,q.lj.ver,& hæ quidem.

Inquiſitionis via condemnatus de publico crimine, non minus infamis redditur,quàm accuſationis formulis de eodem iudicatus , vt frequenter placitum inquiunt Ang.in l.ea quidem.nu. 28.C.de accuſat.Iul,Clar,in prac.§.vlt.q.lxxij,ver.damnatus,

Inquiſitio etſi à iudice patriæ,vel domicilij inſtitui poſſit, tamē dānatio illius loci,in quo delictum patratum fuit,ſtatutis regetur.communia affirmat Augu.in additio.ad Ang.de maleſi.ver.hæc eſt quædā inquiſitio.& vide quæ infra obſeruo ver.iudex,& ver.pœna.

Inſidias præuenire,atque idcirco illarum ſtructorē anticipata nece intercipere licet vnicuique,vt frequens doctorum placitum aſſeuerant Placa lib.j.deli.c.xxj.nu.12.Iul.Clar.optimè declarans in prac. §.homicidium.ver.poteſt etiam homicida.

Inſinuatio in donationibus maioris ſummæ deſiderata, non opus habet iudicis decreto,vt commune interpretum dogma eſſe miſerūt in literas Rogerius in l.Modeſtinus.ff.de dona.copioſè Tiraq. de legib,connubial.gl.v.nu.32.Iul.Clar.de dona.q.xv,in fin.Viui.lib. j. opin.lxxviij.ver.& prædictis accedit.Quin hæc donationum inſinuatio fieri poteſt coram quocunque iudice, quamuis illius iuriſdictioni nec donator,nec res ſubiiciantur,quemadmodum frequenter interpretibus placere memoriæ prodiderunt Ant.de Cau.in tract. de inſinuat.q.xij.& alij quos laudant Iul.Clar.d.q.xv.ver.vlterius quæro.Viui.d.opin.lxxviij.prope fin.Ant.Gome in tract.de contract.c.iiij.nu.6. Nec demique aliud inſinuatio eſt,quàm donationis in ſcripturam coram quocunque iudice redactio,vt tradunt receptum Soc.Iun.conſi. lxvij.nu.19.li.ij. Iul.Cla.Viui.& Ant.Gome.vbi ſuprà.

Inſinuatio non ſolum in expreſſis donationibus ſtatam ſummā ſupergreſſis exigitur,vt latè ſcripſi ſuprà verſi,donatio,ſed & in debiti quingentos aureos excedentis remiſſione interueniat neceſſe eſt.cōmune dicunt Alex.Iaſ.& alij in l,creditori. C.de pact.Curt.Iun.conſi. cxxvj.ad fin.Tiraq.in l.ſi vnquam,ver,donatione.nu.144.C.de reuoc. donat.Iul.Cla.de donat.q.xvj.& hanc q.Peruſij in praxi agitatam, & hocce modo deciſam teſtatur Ange,in l.pacta,quæ contra.C.de pact vt & Vallis oleti Senatus iudicio determinatum quoque fuiſſe ſcribit Ant,Gome,de contract.c.iiij,nu.9.Intellige tamen id proceſſurum ſi deliberato donandi animo remiſſio fiat,etenim ſi non eò contrahentium mens tendat ,longè ſecùs erit,vt commune renuncio ex Boë.deci.xiiij.Tiraq.in laudato à nu.2.& de retract.lignag.§.j.gl. xviij. nu. 15.Did.à Couar.lib.ij.variarum reſolut.c.iiij.Ario Pinelo in l.ij.part. j.c.2.nu.24.& nu.25.& nu.27.C.de reſcind.vendit.

Inſinuatio,quæ ab aliquo ſtatuto in teſtamētis requiritur,non poterit prohiberi,aut excuſari per teſtatorē,vt cōmune aſſerūt Iaſ. lect.ij. nu.41.Rip.nu.57.Ioā.Annibal,nu.274.in l.nemo poteſt.ff.de leg.ij.

Inſtan

Inſtantia cauſæ tametſi iure Cæſarum temporaria ſit, tamen Pontificum iure perpetua eſt, ac nullius temporis lapſu euaneſcit, cōmune aiunt Abb. in c. venerabilis. de iudic. Barb. ac Fel. in princ. in cap. de cauſſis. de offic. deleg. & vir mihi multi nominibus chariſſimus Nicol. Ante. Grauat. ad Veſttium, lib. iij. c. v. nu. 6.

Inſtrumentum, in quo numinis inuocatio prætermittitur, nullo prorſus vitio afficitur, vt frequenter placitum efferunt Dec. in c. ſi ſcripturam. de fide inſtrument. latè Did. à Couarru. in pract. q. c. xx. num. 1. Quod intellige, niſi ſi conſuetudo aliter ſe habeat, vt in tota ferme Italia. quippe quia tunc ex non implorata numinis ope, inſtrumentum, etiam de iudæorum contractibus exaratum, labefactabitur, commune ponit Marquard. de iudæis. c. viij. partis j. nu. cum ſequentibus. Vt etiam illud inſtrumentum, quod in locis Imperio ſubditis conſcriptum Imperatoris mentionem non habet, vel in pontificia ditione exaratum pontificis memoriam nōn pręfert, nullius erit ponderis ac momenti. quemadmodum commune ponit Viuius lib. j. opin. clv. cuius tamen contrarium verius æquius alibi vberrimè oſtendo.

Inſtrumentum loci, ac domus, vbi fit, meminiſſe prorſus ac diſertè debet, alioquin fidem nullam faciet. commune inquiunt Ruin. cōſi. cliij. nu. 4. & nu. 10. lib. iij. Boër. deciſ. xxxvij. nu. 27. non tamen illud domus cubiculum, in quo conſcribitur, exprimere ſeu enunciare neceſſariò debet. commune ponunt Ruin. vbi ſuprà, Viuius libro j. opin. cliiij. in fin.

Inſtrumentum publicum vt fidem aliquam facere poſſit, neceſſariò notarij ipſius ſignum habere debet. commune aſſerunt Boer. dec. xxxvj. nu. 8. Viuius lib. j. opin. clv. Quanquam eiuſcemodi ſubſignationē de iure nōn exigi ſcribat receptum Alex. in rub. nu. 14. ff. de nou. oper. nunciat. Quod magis probo, ſi aliter de rei veritate potuerit conſtare, debebit tamen præterea liquidò innoteſcere rogatum fuiſſe notarium, vt inſtrumento aliquod pondus ac robur inſit. quoniam & ob huius ſolennitatis defectum inſtrumento vires non erunt & ea ſolennitas aliàs non præſumetur. commune ponit Turzan. opinio. xxxvj.

Inſtrumentum ab eo factum notario, qui cum notarius eſſe non poſſet, notarius per errorem creatus ab aliquo eorum fuit, qui id officij elargiri idoneis poſſunt, firmum, ac ratum prorſus eſt etiam poſtquam detectus creationis error eſt, ac notarius ille officio lapſus: quāquam inſtrumentum ab illo exaratum. qui vulgò notarius reputatur, ſed nullo priuilegio munitur, fide penitus omni careat, vt frequentioribus doctorum ſuffragiis exceptum ponit Turza. opi. xcj. cum Alex. in l. teſtes. in fin. C. de teſtamen.

Inſtrumentum alibi gentium conſcriptum, nullam fidem faciet, ſi eius conſcriptorem neget notarium aduerſarius, vt frequenter placitum aiunt Dec. in c. ſi ſcripturam. nu. 52. de fid. inſtru. Boer. deciſ. xxxvj. nu. 10. niſi ſi vel literis magiſtratus illiuſmet loci, vel teſtibus contrarium probetur, vt commune ponit Viuius lib. ij. opin. cxlviij. ſiquidem inſtrumentum ritè in loco vno factum, vbique probat commune effatur Aymon. de antiquit. temp. parte prima verſiculo quartò limita. numero 9.

Inſtrumentum publicum inter illos duntaxat probat, inter quos exaratur. commune pronunciant Iaſ. in l. cum aliquis. nu. 4. C. de iur. delib. Barbat. in c. ex literis. in fin. de probat. Guid. Papæ. q. cxciij. de iuriſdictione tamen vel ditione antiqua mētionem faciens, & inter alios fide ſumma dignum habebitur. commune aſſerunt Syluan. conſilio lvij. nu. 9. & ſeq. Aymon Crauet. de antiquit. temp. parte. j. nu. 74.

Inſtrumentum qui producit, ſi interrogetur, vtrum velit eo vti, necne, præcisè reſpondere vel aiens vel negans tenetur, ac ſi eo ſe vti velle reſponderit, & falſum ſit illud inſtrumētum, falſi generaliter atque indiſtinctè tenebitur. commune aſſerunt Aegidius Boſ. in titul. de fal. numero 155. Iulius Clar. in practic. §. falſum. verſic. vtens falſo inſtrumento.

Inſtrumentū qui minus ſolenne in iudicio producit, illud amplius improbare nequit. commune ait Crauet. de antiquit temp. j. part. nu. 118. Quod tamen non procedet, ſi inſtrumentum plura capita cōplectetur, vel ſi illius productor confeſtim atteſtetur ſe illa eius parte tātum vſurum, quæ cum ipſo faciat, cætera prorſus damnare, vt frequēter placitum efferunt Curt. Iun. conſi. clxvj. nu. 11. Aymon Crauet. vbi ſuprà. nu. 134. Viuius, qui rectè declarat lib. j. opin. cclix. & latius lib. ij. opin. cxlv. & cxlvj. & ſi contrarium complures cenſeant, quos idē Viui. congerit opin. cxlv.

Inſtrumentum ni deſideratas iure ſolennitates habeat, notarius, qui illud conſcripſit, falſi pœnis obſtringitur, vt magis communiter teneri à doctoribus enunciat Corn. conſi. liij. Nō tamen idcirco alias punietur, quàm in caſibus iure expreſſis: vt aſſeuerant Auguſt. ad Ange. & qui eum laudat Iul. Clarus in pract. §. falſum. verſ. pariter etiam. Sed meo quidem iudicio ſemper is notarius damno rogantis erit obnoxius. verum ea de re alibi vberius.

Inſtrumentum vbi ſtatuto promptam, paratamque habet executionem, quamuis nondum liquidatum ſit (vt doctores fantur) ſi in proceſſu tamen liquidò ſupputari queat, executioni committetur, commune aiunt Did. à Couarru. lib. ij. reſolut. c. xj. Viuius lib. j. opin. cccv. De iure autem communi, nullum inſtrumentum quamuis liquidum paratam executionem habebit, vt commune aio ex Alex. in l. v. §. j. ff. de re iud. & in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matri. Iaſo. in l. ij. nu. 9. ff. de iureiur. Iaſ. rurſus in l. vlti. nu. 6. C. de edict. diui Adria. tol. Rhoder. Soarez in l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudic. Campeſ. de dote. v. art. q. xj. allegant & commendant ad id tex. in l. xl. minor annis. xv. ff. de minor. qui de publico inſtrumento nulla prorſus verba facit: ſed ea de re latius alibi.

Inſtrumentum oſtendens, & cautionem offerens. admittitur ſine mandato, vt frequenter placitum inquit Fel. in c. coram. de offic. dele. Iaſ. in l. cautio. nu. 12. C. de procurat. Alciat. de præſumpt. reg. j. pręſumpt. xxxiij. & vide infrà verſ. mandatum.

Inſtrumentum qui abraſerit, vel expunxerit, falſi pœnas dabit. commune ponunt Matth. de Afflict. dec. cccciiij. nu. 4. Iul. Clar. in pract. §. falſum. verſi. abradens.

Inſtrumentum, quo contineatur aliquem pecuniam accepiſſe, & habuiſſe, vt vanum ac falſum explodetur, ſi nulla præſenti pecūnia confectum probabitur, vt frequenter placitum ponit Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione. limitat. xix. C. de non nume. pecuni. Quin & pręterea notarius ipſe falſi punietur, ſi verba illa, vel ſimilia, pecuniæ numerationem repræſentantia, inſtrumento inſeruerit, ac nullam pecuniam præſentem fuiſſe tunc temporis, cùm inſtrumentū exarabatur, liquidò conſtiterit, quemadmodum commune pronunciat Iaſ. nu. 48. dec. nu. 33. Curt. Iun. nu. 36. in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. Foller. in pract. crimin. nu. 66.

Inſtrumenti præſumptio ac ſolennitas rectè probabitur teſtibus, vt commune aiunt Iaſo. in l. ſciendum. nu. 10. ff. de verbo. obli. Carol. Ruin. conſi. j. nu. 8. & ſequen. libro ij. Quemadmodum etiam illius ſimulatio, fraus & falſitas, vel duobus teſtibus eidem inſtrumento ſubſcriptis vel quibuſcunque aliis duobus detegi, & conuinci poterit. cōmune dicit Curt. Iun. conſi. lv. numero primo Dec. in capitu. tertio loco de probatio. Tiraq. quem refert Viuius libro primo opin. cccxlvj. Nicolaus Ante. Grauatius ad Veſtrium libro primo numero 123. Intellige tamen id non proceſſurum, cum duo alij teſtes inſtrumento adſtipulabuntur, commune effatur dec. cxviij. nu. 26.

Inſtrumenti amiſſi tenor iis demum teſtibus probari poterit, qui & inſtrumenti defectus intelligant & notarij literas, qui illud cōfeciſſe dicitur, cognoſcant, commune doctorum pronunciatum meritò affirmant Dec. in authen. ſi quis in aliquo. numero vigeſimonono C. de edend. Matth. de Afflict. deciſio. cclxxiiij. numero tertio & deciſione cccij. nu. 3. & nu. 5.

Inſtrumenta de nouo reperta, & poſt cōcluſionem in cauſa, & poſt ipſas partes ad audiendam ſententiam citatas allegari, ac produci poſſunt, commune aiunt Rip. nume. 48. Curt. nu. 67. in l. admonendi ff. de iureiuran. Rhoderic. Soarez alleg. iiij. Robert. Marant. de ordi. vj. part. act. viij. nume. 27.

Inſtrumentis non probantur delicta: vt frequenter placitum inquit Boer. in cap. at ſi clerici. nu. 14. de iudic. & qui id rectè explicat Iulius Clar. in pract. §. vlt. q. liiij. Nec item alia generaliter inſtrumentis probabuntur, quàm quæ inter plures partes geruntur. commune ponit Franc. Turzan. opi. lviiij. & rurſum opi. lxix.

Intentionis ſuæ fundamentum ac baſim etiam quacunque qualitate innitentem probare vnuſquiſque neceſſe habet, vt frequenter placitum conſtituo ex Alex. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. à num. 2. ff. de nou. oper. nunciat. Iaſ. in rub. nu. 6. C. qui admitti. Dec. in c. j. nu. 20. & in c. in præſentia. nu. 5. de probat. Felin. cap. cum in iure. de officio. deleg. & in cap. vlti. nume. 18. de præſumpt. Matth. de Afflict. libr. primo conſtitut. rub. xvij. numero 23. Hipp. & in notab. clxxxvij. & in rubr. de probat. nu. 441. Rhoderic. Soarez in leges Regni titu. de las arras. Curt. Iun. coſi. cxxiiij. nume. 11. Tiraquel. de retract. lign. §. xxxij. gl. vna. nu. 94. Pyrrh. Gleb. in l. j. C. de iur. fiſc. lib. x. Did à Couarru. lib. ij. reſolut. c. vj. nu. 3. Viuio lib. j. opin. cj. & opin. ccxv. quorum aliquot tametſi ſigillatim circa aliquas tantum qualitates verba faciant, tamē rectè ex illis totius regulæ probatio conflabitur.

Interdicto vnde vi conueniri poterit ſingularis ſucceſſor, ſi principalis haud ſit ſoluendo, vt frequenter interpretibus placuiſſe refert Ioan. Coraſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 45. ff. de acquirend. poſſeſ.

Intereſſe, vt doctores (vulgo fantur) ſeu id quod intereſt creditoris arbitrio committi poteſt, vt commune ponunt Iaſ. in l. iuſiurandum. ff. de iureiur. Ioan. Dilect. de art. teſtan. titu. vj. caut. xlviij. alia ad hoc propoſitam ſpectantia, vide infrà ver. Mercatores.

Interloquutiones bis tantùm ante executionē reuocari licet, quanuis poſt executionem, nec vllo modo illas licebit reuocare, vt communia pronunciant Rip. in l. quod iuſſit. nu. 33. & nu. 38. ff. de re iud. Aufrer. ad dec. Capel. Toloſ. xxxviij. Intellige tamen quòd nec illam interloquutionem, qua ſe iudex iudicem pronunciat, ſemel retractari liceat. commune ait Iaſ. in d. l. quod iuſſit. numero 9. Nec item illam, quæ iudicis ſordibus, turpitudine vè aliqua prolata oſtenditur, commune inquiunt Abb. in cap. cum oporteat. numero octauo de accuſat.

de accuſat.amicus noſter Nicol.Ant.Grauatius ad Veſtrium lib. ij. c. j.nu.33.

Interpellatio etiam extra iudicium verbis enunciantibus facta moram conſtituit,ac gignit.commune aiunt.Iaſ.in l. ſi ex legato. ff. de verb.obligatio. Tiraq.lib.ij.retract.§.iiij.gl.vj.num.39. Atque vna tantùm ad id interpellatio ſatis ſupérque eſt,vt frequenter placitum renunciant Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes.nu.2.ff.de verb. obli.Felin.in c.ex literis.nu.8.de conſtit.Purpura,in l.vinum.nu.42.ff.ſi cert.petat.Ioan.Coraſ.lib.ij.Miſcel.c.vj.à nume.4.Debebit tamen fieri cõgruo loco,ac tempore,iuxta declarationem Bart communiter recepti,in l.cum filius.§.vlt.nu.2.ff.de verb.obliga. & vide quæ inferius obſeruo ver.mora.Ac memineris quod ſi obligatio iureiurando ſepta fuerit,nulla prorſus interpellatio deſiderabitur,vt mora incurratur,commune effert Dec.in l.quod te mihi,ff,ſi cert.pet.

Interrogandi copiam iudex habet ad fundamentum cauſæ alterutrius reorum denuo patiendum,quamuis iam in cauſa concluſum ſit commune inquiunt Alex.in l.iiij.§.hoc iudicium.ff. de damn. infect. Dec.in c.j.de iudi.tametſi contrarium non immeritò probet Bellon. conſi.lix.

Inteſtatus mortem obiiſſe, & ille dicitur,qui iure taſtamentum cõdere non potuit,cõmune aiunt Gulielm.in c.Raynutius.verſi.& vxorem nomine Adalaſiam, de teſtam. Oliuer. de ſucceſsio.ab inteſtato.nu.8.

Inuentarium bonorum conſcribere quiuis cogetur,à quo bona poſcuntur,vel conuentione,vel accuſatione.vt commune cum multis teſtatur Arius Pinelus,non leuiter ipſe dubitans in l.j.parte ij.nume.23.& nume.24.C.de bonis mater.vt etiam fecit Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.vlt.nume.28.ff.qui ſatiſd,cogan. & qui praxi tamen receptum profitetur Picus in l.poſt contractum.nu.96.ff.de donat.

Inuentarium facere hæres non tenebitur,cui bonorum reſtitutio demandata eſt,nec quia illud non confecerit,quarta trebellianica labetur,vt commune dicit Alex.conſi.lxvij.lib.iiij. Tametſi contrariũ longè verius,atque æquius ſit, quod frequenter placitum affirmant Corne.cõſi.clxviij.lib.iij.Ioan.Dilect.de art.teſtan.tit.v. caut. xxxvij. Ac magis commune etiam in filiis hæredibus aſſeuerat Dec.conſi. ccccl xxx.Nec item inuentarium exarare hæres tenebitur,ſi illius conficiendi remiſsio à teſtatore indulta proponatur. vt habes infrà ver. inuentarij confectionem.

Inuentarium non ſolùm prodeſt aduerſus obligationes merè hæreditarias,ſed & aduerſus mixta à propria hæredis promiſsione ortas iuncta hæreditatis aditione,ſine qua alioquin cum effectu non gignerentur commune ait Iaſ.in l.quæ dotis.nu.52 ff.ſol.mat.

Inuentarium,in quo vnam,duas ve res hæres per dolum non ſcripſit,nihilominus valet,quàm ſi bona fide fieret, vt frequenter placitum inquit Iaſ.in l.in commutatione.§.licentia.nu.4.C.de iure delib.

Inuentarij faciendi tempus ab adita hæreditate incipit,atque ab eius aditione infrà triginta dies,numeratur,& intra triginta dies finẽ facit.commune aiunt Roma.conſilio lxxxiiij. Dec.conſilio ccccccxxxiij.Bellon.conſi,lxviij.

Inuentarij nondum confecti exceptio generaliter impedit litis conteſtationem,vt commune ponit multas exceptiones ſubtexens Viuius libro j.opin.ciij.

Inuentarij confectio remitti tutori à teſtatore pro ſui animi ſententia poterit,commune affirmant Io.Crot. nu. 49. Io. Annibal. nu. 388.in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib.j.Erit tamen nihilominus liberum, atque integrum iudici,tutorem cogere ad illud conſcribendum, ſi pupillo expedierit, commune aſſeuerant Did.à Couarru.lib.ij.variarum reſolut.c.xiiij.nu.4 Iul.Clarus latè de materia agens de teſtamentis. q.lxvij.verſi.quo ad tertium,cum ver.ſequentibus ac.Viuius li.j. opin. cccxxxviij.Hæredi autem ipſi poterit abſque dubio teſtator inuentarij non exarandi veniam facere in eorum omnium fraudem, ac præiudicium,qui vel legato,vel fideicommiſſo,vel illius eiuſdem hæreditatis parte cohoneſtati ſunt,vt frequenter placitum enunciant Pariſ. conſi. lxviij.nume.57.lib.ij.Did.à Gouartu.in c.j.nu.17.de teſtament. At in creditorum fraudem,damnum ve eiuſcemodi venia præſtari nequit,commune eſſantur Ioã.Annibal.in l.nemo poteſt.nume.406. ff.de leg.lib.j.Aymon Crauet.conſi.clxxiiij.nu.11 Iul.Cla. de teſta. q. ver.quo ad primum.

Inuentario non confecto,nec negabitur,nec attondebitur legitima filiorum portio,vt frequenter placitum ait,in contrarium ipſe meritiſsimò abiens,Vigl in §.extraneis,nu 6.Inſtit.de hær.qualit.& differ. vt nec quiuis alius hæres ad legata vltra ipſius hæreditatis vires generaliter tenebitur.commune cum Alex.ponit Fran.Turza.opin.xcv.

Inuentario non confecto Trebellianicæ quartæ ius perit:vt magis cõmunẽ opinionẽ renũcio ex Corne.conſi.ccciij li.j.& cõſi.xxij.lib.ij. & cõſi.clxviij.lib.iij.Dec.cõſ.cccclxxx.& con.ſccccxcv.Curt.Iun.cõſi. liij.Soc.in rub.ad finem,& in l.Marcellus.§ quod autem.in fin.ff.ad Senatuſcon.Trebelli.Capia.conſ.vij.in finem. Tametſi contrarium magis arrideat,cum Aymon.Crauet.conſi.xvij.

Inuentores rerum ab aliis deperditarum,ſi eas celauerint,vel proclamationibus,aut alia ratione palam haud fecerint,furti obſtringentur. Quod ſi cum diligentem operam nauauerint inueniẽdis illarum dominis,eos tamen reperire nequierint.res inuentas cogentur vendere,& earum precium inter pauperes nomine dominorum diſtribuere,vt communia ponit Anton. Gomez.in tracta, de delict. capitulo v,numero 2.

Inuentus non cenſebitur qui reapſe apprehenſus non ſit , quanuis teſtibus conuinci queat,vt commune renũcio ex Alex.& Soc.in l.iij. §.Neratius.ff.de acq. poſ.ex Iaſ.nu.87.Rip.nu,54.in rub.ff.illo eo.ti, ex Rip.rurſus in tract.de peſte.nu.334.Paſar.Ruu. in repet.ca.per veſtras.§.lxx.nu.12 de donat.inter vir.& vxor.Ant.Gome.in l.xlv.Tauri.nu.48.& idem atteſtantur alios copioſè laudantes,Viui.lib.j. opin. cclxxxiij.Iul.Car.in pract.§.vlt.q.lxxxij.

Inuenta in mari tũ demũ capientiũ fiunt,cũ incompoſita,reſignata atque incompacta à veris dominis iacta in illud ſunt, ſeu tempeſtas, ſeu alia ſalutis ratio id coegerit,vt eſt gl.doctrina communiter, ac potius vnanimiter recepta in l.qua ratione.§. vlt.ff.de acquiren. poſſeſ. in l.pen.ff.pro derelict.in vlt.Inſtitu,de rer.diuiſ,reſtatur Iaſ.nu.9.poſt antiquiores in l.j.ff.de acq.poſſe. tu tamen videto quæ nos in cõtrarium obſeruamus infrà ver.tempeſtas.

Ira atque iracundia tum pœnas delinquentis mitigabit, ac leniet, cùm ex aliqua iuſta cauſa traxerit originem,vt frequenter placitũ inquiunt Menchiaca controuerſ.Illuſtrium c.xviij.num,29.Iul.Clar, in pract.§.vlt,q.xl.ver.eſt etiam.

Iudæus ſui ipſius liberos in poteſtate habet inſtar cuiuſuis Chriſtiani,vt communem ſententiam verè aſſerunt Alex.conſi.xiij.nu. 2. libr. Soc.conſi,lxij,ver.ij.pro hac parte.li.j.Marquard,de Iudæis.ij.par. c.j. numero decimo & numero 11.& iij.parte capitulo iiij.numu.10.Viuius lib.ij.opin.cl,

Iudæus omnibus ſtatutorum vel immunitatibus,vel odiis,vel priuilegiis in incolas illorum locorum,vbi ipſi habitant,collatis potiũtur,vt commune conſtituo ex Alex.conſi.lxxv,lib.v.&conſi.xcix.lib, vj.& conſi.xiij.lib,vij.Corne.conſi,cxiiij.licet pro aſpectu lib.j. & cõſi.lxv.licet in hac.lib.ij.And.Sicul.conſi.lxiij.lib.iiij.& conſ.lxxv.lib. v.Soc.conſi.lxij.lib.j.Pariſ.conſi.ij.nu.9 .lib.iiij.Hipp.conſi.cj quod incipit in præmiſſa cauſa.Vnde proculdubio fœminas excludet , vbi Chriſtianus illas abigere,atque agnatorum hæreditatem intercipere potuerit,quod etiam inſpecie commune ponit Marquard,de iudæis, ij. part.c.ij.nu.4.& nu.5.& c.iiij.nu.6.Quanuis nonnulli minorũ gentium interpretes abſque vlla iuris,ac iuſtitiæ ratione contrarium cornicati ſint.Quin & iudęus omnibus æquitatibus ſcriptis contra quẽlibet Chriſtianum fruetur præmiſſo iuris rigore. vt veriſſimum aſſeuero,& magis commune arbitror ex Corn,conſi.cclx.ad finem libro iij Rip.in l.ſi inſulam nu.9.cum ſequẽtibus.ff.de verb.obli, Marquar. in d.tract.de iudæis part.ij.cpaitu.5. numer.7. Cum enim iudæi ſuis omnibus in cauſis Romano iure reguntur l, iudei Romano j. l. nemo iudæorum,C.de iudæis,& eſt receptum ex doctoribus prędicta iura declarantibus,atque ex Inno.in c.quod ſuper.de voto. Ioan. And. in c,gaudemus.de diuort.Inno.in clement,de iudæ,Domi.in c.j.§.vlt, ad fin,de vſur,lib,ix.ex Fel.& aliis,quos laudat Marquard.in d,tracta, par,ij.c,j.nu,1 Et proculdubio ius Roma, ſit,vt ſcripta ęquitas vel ſubtilitati vel ſeueritati iuris præferatur,l.placuit.cũ iis,quæ vbique copioſè ad hanc rem commentantur interpretes.C.de indic.hoc iure etiam vtentur indiſtinctè ac generaliter Iudæi.

Iudæus in ſucceſſionibus tam ab inteſtato.quàm teſtato,delatis,ſacroſanctas Moſis tabulas prorſus ſeruare debet,ſi quidem illarum ſanctionibus omnino ea in materia gubernabitur,iure alio penitus ſilente,vt magis communẽ ſententiam aſſerit Marquad,in tract.de iudæis ij. pat.c.iiij.nu.8,qui multos antea,nu.5. in candẽ ſententiam laudat. Quamuis in hæreditatis ipſius diuiſionibus ius cõmune ſeruari oporteat ac nulla alicui ex fratribus prærogatiua indulgeri debeat,vt commune affirmant Iaſ.in l.ſi duobus. C.commu,de legat.& in l.j.verſic, adde prædictis.ff.ſi cert.pet.Tiraq.de iure primogen.q.lx.nu. 10. verſi.tamen communis.ac Merquard.vbi ſuprà,nu.11.Si tamen rem ſuis ex principiis metiri vis, & in hac prærogatiuarum diſceptatione, ius commune prorſus obmuteſcer ac diuinæ conſtitutiones tenaciter cuſtodientur.Sed hæc de re alibi tum opportunius,tum vberius.

Iudæus, quiuis ſigillatim ac ſeparatim ex Chriſtianorum teſtamentis capere poteſt,etſi totum iudeorum collegium non poſſe vulgo exiſtimetur , quemadmorum frequentius placitum ſcribit Marquard. in tract.de iudæis part.ij c.v,nu.24.

Iudæus ſi pontificis Romani facultatem impetrauerit , ac deinde principis & populi conſenſum obtinuerit,vſuras exercere poteſt,cõmune ait Marquard.de iudæis.j.part.c.xj.nu.14.ver,quid ergo dicendum,Vnde etiam ſi publicus ſit vſurarius teſtari abſque dubio poterit,quanuis Criſtianus nequeat,commune aio ex iis quos laudat Marquard.in d.Tracta,part.ij.c.j.nu.2.ac Viuius lib.j.opin.ccccxliiij.Quiquam reuera contrarium hic,atque illic prorſus exiſtimem , & ſummo pere probem hac in re iudicium Did.à Couar.poſt aliquam multos,quos ipſe laudat,lib.iij.reſolu.c.j.nu.8.

Iudæus ſi id genus nuptias contraxerit, quæ cùm iure Moſis diuino licitæ, conceſſæque ſint, iure alio humano poſtea interdictæ fuerint, nullis pœnis de cauſa fiet obnoxius: nec iam generaliter obſeruare cogetur. l. nemo. j. C. de Iudæis vt commune ponit Iulius Clarus in pract. §. inceſtus. ver. vlt. poſt latè tradita à Marquard. in tract. de Iudæis. ij. par. cap. iiij. nu. 9. & nu. 10. & cap. v. nu. 3. & ſeq.

Iudæus ad Chriſtianorum eccleſias confugiens illatum immunitatibus non potietur, tametſi animo deſciſcendi à ſua religione ad fidem Chriſtianam id fecerit, vt frequentius placitum aſſerunt Hipp. & qui eum refert Marquard. in tract. de Iudæ. part. j. c. viij. numero 2. Iulius Clarus in pract. §. vltim. q. xxx. verſ. præterea quæro. Quamuis multi in contrarium ierint, quos laudat Did. à Couarr. lib. ij. reſolut. cap. xx. numero 2. verſ. xiij. & hi etiam tunc loquuntur cùm deficiendi à ſuorum maiorum religione animum non habet, quibus vel in terminis verior & æquior mihi illorum ſententia videtur, nec enim quoad ipſas immunitates ratio cõfugientium, ſed ipſorummet locorum, ad quos confugitur, ineunda diligenter eſt, verum hac de re alibi copioſius.

Iudæus, nec ſi de nouo religione Chriſtiana initietur, contra Chriſtianum teſtis idoneus habebitur, commune ait Soci. in l. ſciendum. §. vlti. ff. qui ſatiſdare cogan. Quod intelliges in cauſis criminalibus duntaxat proceſſurum. quippe in ciuilibus cauſis. & in vltimis voluntatibus, & quaſi cõtractibus, & quaſi maleficiis, quiuis Iudæus etiam qui nunquam à ſua religione defecerit, contra Chriſtianum rectè, atque appoſitè teſtificabitur, commune ponit Viuius libro primo. opi. ccclxxxv. in fi.

Iudæus βλασφημίας reus, à iudice populi ordinario, non ab eccleſiaſtico puniri poteſt. commune inquiunt Alex. & qui eum refert. Soci. conſ. cxix. nu. 16. lib. iiij. Quin & generaliter Iudæorum crimina iudex ſecularis non eccleſiaſticus puniet. commune proferunt Anan. in rub. nu. 9. de Iudæis, & qui eum laudat Iuli. Clarus in pract. §. vltim. quæſt. xxxv. ver. vlt. Si tamen id iudex populi ordinarius ſuſque deq; habuerit, iudex eccleſiaſticus & de blaſphemia cognoſcet, & illius conuicto ſtatam pœnam imponet. vt magis cõmunem interpretum ſententiam ponunt Alexander conſilio xcix. numero 15. libro ſexto. & qui eum allegat Iulius Clarus in dicta practica. §. blaſphemia. verſiculo ſed pone.

Iudæus extra domum ſuam nutrices Chriſtianas habere poteſt, etiam abſque vlla præſulum diſpenſatione, quamuis domi nec cum illorum authoritate, queat, vt communia interpretum placita autumat Marquar. in tract. de iudæ. part. j. c. iiij. nu. 18. & nu. 19. Si tamen iuris rationes intueamur ex perſonarum, ac locorum, & temporum conditionibus rem hanc totam definiemus, quod alibi accurat', & copioſè oſtendo.

Iudæus non idcirco accuſationem, ac pœnas ob delicta antea patrata meritas, euadet, quòd Chriſtianæ religionis baptiſmo ſe imbuerit: multoque minus actionibus liberabitur, quas in illum alij habebant. commune atteſtantur Ioan. de Anan. in c. de his. de accuſ. Deci. conſi. cxxx. Marquard. in trac. de Iudæis. iij. part. c. v. nu. 1. & ſequent. Quamuis quò ad criminum accuſationes, ac pœnas immeritò, & contra publicam vtilitatem contrarium cum nonnullis aſtruant Viuius lib. j. opi. xvj. ac Iulius Clarus. in pract. §. vltimo, quæſtio. 51. verſ. vlti. Si quidem religio per ſe ipſa nullis aliis propoſitis illecebris, ac nulla præſertim licentioſa facinoroſorum hominũ impunitate oblata explorari debet. ſed hac de re commodius alibi ac latius.

Iudæus, qui cum muliere baptiſmatis aquis luſtrata, nec vi, nec ſtupro, nec adulterio ſuſcepto, nec inito matrimonio rem habuerit, pœnam mortis haud luet. commune dicit Boer. deciſ. cccxvj. Villalo. in ſua collect. & latiſſimè hac de re ex receptis ſententiis agens Iulius Clarus in pract. §. fornicatio. ver. cum Iudæis. Si autem adulterium cum illa commiſerit, ſtatutorum loci, vbi habitat, nõ iuris communis pœnis fit obnoxius, vt quiuis alius incola. quemadmodũ frequenter placitum teſtatur Bermond. de concub. nu. 32. & qui aliud probare immeritò affectat. Iul. Clar. in d. §. adulterium. ver. pone ſtat ſtatutum.

Iudæorum liberi paruuli ad fidem Chriſtianam cogi, compellíve nequeunt, vt nec ipſi adulti parentes, quod frequenter placitum affirmat Felin. in cap. ſicut Iudæis. Calder. conſi. iij. in tit. de iudæ. Pariſ. conſi. ij. lib. iiij. Marquard. de iudæ. part. iij. c. ij. nu. 6. Viuius lib. ij. opin. clj. Nec enim aliud eſt inuitis hominibus religionem obtrudere, quàm pulcherrimo pietatis prætextu efficere. vt illi ſuæ religionis nexibus exuti viuant impij atque ex leges, vt reſcriptũ in fide Chriſtianæ fauorem olim fuiſſe legitur.

Iudæorum vxores tacitę hypothecę prærogatiuam pro ſua dote in ipſorum maritorum bonis, inſtar Chriſtianarum, habent. vt frequens doctorum pronunciatum aſſeuerat Marquard. in tract. de Iudæis. ij. parti. c. primo, numero. 9. & c. v. numero 22. & part. iij. cap. vj. num. 2. & c. viij. nume. 1.

Iudæorum iuſiurandum contractus aliàs inualidos, & pactum de non ſuccedendo non confirmabit, vt communem eſſe opinionem, & ab ea non recedendũ aſſeuerat Marquard. de iudeis. ij. par. c. viij. nu. 7. & nu. 9. Quanquam id nulla omnino probabili ratione innitatur, atque vt impium, vanum prorſus & vtilitati publicæ aduerſum, illud praxis reiiciat.

Iudex iuxta acta, & probata contra eorum conſcientiam, quæ ipſe vt priuatus nouit, ſententiam ferat, neceſſe eſt, vt magis commune pronunciant Did. à Couarru. lib. j. variarum reſolut. cap. 1. nume. 6. Iulius Clarus in pract. crimina. §. vlti. quæſt. viij. verſi. vlt. & quæſt. lxvj. verſi. ſcias autem. & vir multæ doctrinæ, atque eruditionis Nic. Ant. Grauatius in annotat ad praxim Octauiani Veſtrij. lib. iij. c. j. nu. 7.

Iudex ſuum officium ad priuatam alicuius vtilitatem, ſi non poſtuletur. impertiri nec debet, nec poteſt, niſi vel cauſa pia ſit vel vertatur abſentium fauor, vel litigantis inhabilitas intercedat, vt frequenter placita oſtendit lat. Viuius libro j. opinio. clxxv.

Iudex in diem ſequentem ſententiæ ſuæ prolationem abſque noua citatione differre iure canonum poteſt, vt commune teſtatur Bologn in l. ſi finita. §. Iulianus. nu. 102. ff. de damn. infect. quin & iure Cæſarũ idem procedet vt frequentius placitum atteſtantur Bolog. vbi ſuprà & qui contrarium verius meritò cenſet, & vſu ſeruari ait, Iacob. Menoch. de arbitra. iud. lib. i. q. lxiij. nu. 2.

Iudex eccleſiaſticus ad quem ſuæ iuriſdictionis quiſpiam à populari iudice remittitur, non tenetur ſidem habere proceſſui, quem iudex ille fecit, commune aiunt Grammat conſilio crim. xlij. Ruin. conſilio vij. libro primo Viuius lib. primo opin. clxij. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xxxv. ver. vlt.

Iudex popularis ſeu laicus. vt loquendi mos eſt, in crimine & omnino & mere eccleſiaſtico, ſi ab eccleſiaſtico iudice imploretur, non ſe cauſæ cognitioni obtrudet ſed mandatum duntaxat exhauriet, cõmune ait iuxta iuris Pontificij interpretes, aliud fore iuxta Cæſarei iuris profeſſores affirmans. Alciat. in cap. pernicioſam. numero 100. de offic. ordina. amicus noſter Nic. Antoni. Granatius lib. viij. cap. vlti. nu. 41. ad Veſtri. praxim. & vide quæ ſuperius obſeruo, verſi. Acta Meminerſque ſemper quod ſi iudicatus, vel præiudicio, vel probabili præſumptione contra iudicis eccleſiaſtici ſententiam protegetur, non tenebitur illam iudex laicus exequi, atque ad finem perducere, vt commune effatur Alciat. in d. cap. nume. 122. & affirmant ij, quos in laudato ver. refero.

Iudex in delicta extra ſuæ iuriſdictionis limites patrata inquirere nequit commune pronunciant Soc. in l. a diuo Pio §. ſententiam Romæ. numero 16. ff. de re iud. latè Viuius libro primo opin. clxxvij. & qui latius hanc rem agit, & in originis, ac domicilij. iudice ſecus eſſe cum receptis ſententiis oſtendit Iulius Clarus in pract. §. vlt. q. xxxix. ver. ſed quæro.

Iudex alterum iudicem delinquentem, inter quem, & illum diuiſa eſt iuriſdictionis adminiſtratio, punire nequit, commune pronunciat Felin. in cap. prudentiam. numero quarto. de offic. deleg. Nicol. Anton. Grauatius magnæ eruditionis vir libro tertio cap. ix. numero vigeſimo ad Veſtrium. etſi Rot. perperam aliud cenſuerit, deciſ. cliiij. nunquid ſi duo. in nouis.

Iudex iniquæ ſententiæ lator, à qua non appellatũ ſit, de damno illa ſententia illato conueniri poterit. commune inquiunt Alex. in l. dies cautioni. nu. 1. ff. de dam. infect. Did. à Couuarru. in tract. de ſponſal. ij. par. c. viij. §. vlt. nu. 18. Quin generaliter iudex imperitè iudicans, ei cuius intererit, arbitrio alterius cõpetentis iudicis tenebitur, vt frequenter placitum renuntiant Ægidius Boſſius in pract. tit. de official. corrup. num. 22. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxxiij. ver. iudex.

Iudex alterutri parti conſanguineus, ſi nulla ei iudicanti exceptio proponatur, firmam ac proculdubio valituram ſententiam feret, vt commune interpretum dogma affirmat Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. nu. 6. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Iudex ſi cauſæ cognitionem interueniſſe, aut quidpiam aliud ſimile affirmet, fidem merebitur. commune pronunciant Socin. conſil. cxv. circa primam quæſtionem, in j. dubio lib. j. Viuius latè lib. j. opin. clxxxiiij. vbi aliquammultos cõtrarium arbitratos memorat, quorum opinio vt verior, atque vtilior mihi magis probatur, ſed de illa alibi oportunius, & vberius.

Iudex, vt veritatem rerum latitantium eruat, poteſt pro animi ſui arbitratu inculpatè promittere impunitatem reo, & quæuis alia blandimenta ad id accommodata proponere: vt frequenter placitum aſſeuerant Additio. ad Dec. in l. ea eſt natura. nũ. 7. ff. de reg. iur. & qui eam refert, & non negligenter hanc rem agit Placa lib. j. de delict. ca. xxxvij. per totum. Non tamen ex confeſſione ſic extorta reum damnare poterit. quæ fuit ſententia Imo. conſil. cix. quam reputat vnicam, & mirabilem Hipp. in l. j. §. quæſtioni. nu. 12. ff. de q. & in l. ſi quis obrepſerit. nu. 13. ff. ad leg. Corn. de falſ. & in pract. §. poſtquam. num. 13. aſſerunt communem Cag. in d. l. ea eſt natura. nu. 18. Remig. de immunit. eccl. fallent. xxvj. & qui mordicus illam defendunt, atque alios contraria ſentientes referunt, & meritiſſimò damnant Ant. Gomez. de delict. ca. xij. num. 6. & num. 7. Did. à. Couar. lib. j. reſolut. ca. ij. num. 16. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lv. verſic. circa ſecundum.

Iudex pro animi ſui ſententia reum damnare, vel non damnare poteſt ad ſumptus ante litis conteſtationem expenſos refundendos, ſi nulla eam in rem petitio proponatur, quod longe ſecus eſt erogatis à lite conteſtata expenſis. quippe quia in illis nec ſupplicatio exigitur, nec iudicis arbitrio quidpiam permittitur. commune ait Anto. de Tremo. in addit. ad Bon. in pract. de recuſat. num. 4. ver. rectificari. Villalob. in ſua collecta.

Iudex ſi vel animam agens, atque in vltimo vitæ crepuſculo iam conſtitutus, aſſeueret ſeſe iniquam tuliſſe ſententiam, nihil prorſus fidei conſequetur, nihilque omnino vel proficiet, vel officiet. communia inquit Andr. Alciat. vir magno ingenio, atque inſigni doctrina, in tract. de præſumpt. reg. iij. præſumpt. iiij. nu. 7.

Iudicis decretum, quod ex falſa cauſa interpoſitum probatur, nullius ponderis, ac momenti eſt. commune ait Curt. Iun. conſ. clxx. nu. 2. & vide quæ inferius obſeruo ver. Sententia.

Iudicis decretum, ſeu authoritas non impedit, nec remoratur auxilium l. ij. C. de reſcind. vend. vt magis communè pronunciat Deci. conſ. ccx. num. 8. ver. iij. Sed verius atque æquius & vtilitati publicæ magis coniunctum contrarium eſt, quod frequenter placitum aſſerunt Rebuf. in ij. tom. ad leges Gall. num. 40. Ant. Gomez. de contractis c. ij. nu. 5. & magis commune recenſet Arius Pinelus, meus olim iuris doctor, ad illam l. ij. par. c. ij. nu. 18.

Iudicis eccleſiaſtici proceſſui fidem habere non adſtringitur popularis, ſeu laicus iudex, ad quem quis ab illo damnatus plectendus remittitur, vide ſupra ver. acta.

Iudicem corrumpens vt pro ſe vel iuſtè, vel quo iure, quaque iniuria ſententiam dicat, tum quidquid ea cauſa dedit, tum litem ipſam amittit. commune inquiunt Did. à Couarr. in reg. peccatum. de reg. iur. libro vj. Iulius Clarus in pract. §. vltimo. q. lxxiij. ver. iudex committens.

Iudices ordinarij quamuis niſi fama præcedat ad inquiſitionem, aggredi nequeunt: tamen qui non ſeruato ordine poterunt inquirere, iidem & abſque fama rectè ritéque inquirent. communia dicit Alciat. in ca. pernicioſam. nu. 34. & nu. 37. de offi. ordina. quod & alij affirmant ſuperius relati. ver. inquiſitio.

Iudices pacto eorum, qui agunt, prorogati, etſi pœnitentia reſpui poſſint, tamen qui fidem franget, ad id obligatus manet, quod illius intereſt, qui in fide ſemel data conſtanter præſtat: eáque de re iidem iudices cognoſcent. commune ponit Panormitanus in capitulo primo, de iudic.

Iudices pecuniariæ corruptionis damnati, & officium & ius ad officium amittunt, ac legis Iuliæ repetũdarum tenentur, quadruplúmque præterea eius, quod acceperunt, euomere coguntur, vt commune teſtatus rectè explicat Iulius Clar. in pract. §. vlt. q. lxxiij. ver. iudex committens barattariam.

Iudices duo ex tribus ſelectis, ſi ſententiam tertio abſente ferant, quamuis poſtea latam ab ipſis ſententiam tertius ille ratam habeat nihil omnino profuturum egiſſe cenſentur, ac nulla eiuſcemodi ſententia prorſus eſt, vt commune renuncio ex Angel. in l. licet. in fin. ff. de iudic. Deci. conſ. ccccxxxiiij. ad fin. atque ex aliis, quos citat Seba. in tract. de nullit. nu. 179.

Iudicij tractatio (inſtãtiam interpretes fantur) quamuis perimatur, ac ſententia à iudicij obſeruatione reum liberans ſubſequatur: non tamen effectus per litis conteſtationem inducti extinguntur. commune dicit Ant. Gomez. de teſtam. c. iij. nu. 32. ver. quarto facit.

Iuramentum quas vires habeat, quas non habeat, vide paulò inferius ver. Iuſiurandum.

Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate ius dicendi, atque æquitatem ſtatuendi, vt communiter placuiſſe interpretibus mihi in literas Alci. in c. quod ſedem. nu. 34. de officio ordinar. Ac ſi generaliter illa alicui concedatur, vel demandetur, merum, & mixtum imperium conceſſum, ſeu demandatum exaudietur. commune profert idem Alciat. eodem in loco nu. 38. Nec illa demandantis morte iuriſdictio abolebitur, ſi vel conteſtatio litis, vel citatio, vel ſaltem aliquod de citatione mandatum interuenerat: quemadmodum frequenter placitũ teſtificatur Turz. opin. xcvij. & opin. cxxviij.

Ius diuinum à iuſtiſſimo Moſe promulgatum, & dicitur & ducitur naturale ius, ſeu primarium gentium ius, vt eſt communis ſcribentium omnium opinio, cum Accurt. in l. j. §. ius gentium. ff. de iuſt. & iur. Quod tamen ſi rem ad viuum reſecemus, atque ampliſſimam illius ſacroſancti iuris maieſtatem ſuis ex principiis repetentes contemplemur, non parum à veritate abhorret. Siquidem magis ciuile, atque vnius gentis ius quàm naturale vel gentium omnium ius dici, cenſeríque debet. Cum nec vlla huc vſque gens præter hebræam ſe illius præceptis obnoxiam prɇſtiterit, nec vlli alij genti, quàm Iſraelitæ, in principio dictum ac propoſitum fuerit. Quin & de illo conſtituendo hæbreorum natio primùm rogata fuit, vnde legum rogandarum morem quàm ſanctiſſimum effluxiſſe non falsò quis aſſeret, & deinde iuriſiurandi religione, ac blandiſſimis fauſtarum precationum illecebris, & horrendo terribilium dirarum metu ad illud ſemel ſuſceptum in mentis ipſius penetralibus inſcriptum habendum, & rebus in omnibus ſeruandum adapta eſt. Quæ omnia iuri ciuili, ſeu iuri gentis alicuius formando maximè conueniunt. Exod. c. xix. Leu. xxvj. Deutero. xxvij. xxviij. & xxix. Denique ius illud & latum & ſcriptum eſt; naturale autem ius à natura ipſa mortalium animis inditur, nec promulgatore, nec ſcriptis opus habet. Si tamen res ipſas illic contentas rimemur, & quæ ex perfecta illius iuris cognitione, atque obſeruatione vtilitas verbis omnibus maior, tum ad hanc humanam, & nuſquam non caducam vitam, tum ad illam aliam animorum immortalem, ac fœliciſſimam redundat, præ oculis habeamus. Ac denique quamuis vni genti ob ſuorum maiorum merita dictum, promulgatúmque fateamur, cæteris tamen etiam omnibus mortalibus modo illud agnoſcant, & pro dignitate obſeruent, vt (profectò omnes diuinioris illius ſcintillæ non expertes omnino tenentur) æquè ſacroſanctos incomprehenſibilium alioquin myſteriorum theſauros recludere, æquè vniuerſas incolarum & ciuium prærogatiuas elargiri animaduertamus, non multum aberit à præclarioribus iuriſgentium, ſeu iuris naturalis conditionibus, etſi propriè ac preſsè germanum iuris naturalis vel gentium nomen iuxta Iuriſconſultorum definitiones induere nequeat. Sed hæc alibi commodius & vberius, quæ omnia peritioribus ſacroſanctæ illius diſciplinæ profeſſoribus libenter atque omnino vel probanda, vel improbanda ſubmittimus.

Ius gentium duplex eſt, aliud primarium, aliud ſecundarium, vt frequenter placitum teſtantur Iaſ. & pleriq; alij interpretes in l. ſi id quod. ff. de cond. indeb. Dec. in l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. Cagn. in rub. nu. 3. ff. de iuſtit. & iur. Lanc. Galeaul. in rep. rub. nu. 157. ff. de ver. obl ac Bello. in prin. nume. 1. Inſti. de teſt. Sed ineptit hic, vt non rarò alibi doctorum vulgus, vt ſuo in loco copiosè atque efficaciter demonſtramus, quod etiam ante nos obſeruarunt Aretin. nu. 16. Soc. nu. 35. in l. j. ff. de acq. poſ. Alc. in l. paterf. clxxxij. in fin. ff. de ver. ſig. Eguin. Bar. in §. item ea, quæ ex hoſtibus Inſtit. de rer. diui. Io. Cora. lib. vj. Miſcel. c. vlt. & diligentiſſimus iuris interpres Arius Pin. in rub. part. j. c. j. nu. 12. C. de reſcin. vend.

Iuſiurandum tribus comitibus, ac pediſſequis muniatur neceſſe eſt, veritate ſcilicet, iuſtitia, & iudicio: vt frequenter placitum renuncio ex Ang. in §. æquè ſi debitor. Inſtit. de except. Iaſ. à nu. 68. Lud. Go. in §. ſi quis poſtulante. Inſtit. de act. Cur. Iun. nu. 9.

Iuſiurandum in ipſamet ſpecie, in qua conceptum eſt, obſeruari debet, nec ſatis erit per æquipollens expleri, vt commune proferunt Iaſ. conſ. iiij. lib. iij. & qui multos in cõtraria profectos recenſet Viuius lib. j. opi. clxxxix. Efficiétque ſemper iuſiurandum, vt actus eo omni modo valeat, quo melius, ac perfectius poteſt. commune inquit Alc. in c. cum contingat. nu. 159. de iureiu. Non tamen idcirco nudo pacto veſtem ſuppetet. vt inde actio creetur. commune aiunt Alex. & Iaſ. nu. 23. Cagn. & Cur. in l. ſi quis maior. C. de tranſ. Iaſ. in l. iuſiurandum, quod ex cõuentione. de iureiu. Fort. in c. j. nu. 23. de pact. ac magis commune pronunciat Alc. in d. c. cum contingat. nu. 242. Nec itẽ propterea iuſiurandum vel conſenſus defectum tollet, vt commune effatur Curtius Iun. conſ. xxiiij. nu. 3. vel læſionem oppidò enormen teget ac ſuſtinebit. commune efferunt Cur. Iun. conſ. clj. nu. 6. & cum aliis Viuius lib. j. opin. ccxxj.

Iuſiurandum omne regulariter ac generaliter, quod peccato cauſam non ſuggerit, ſeruari debet. commune ponit Alc. in c. cum contingat. nu. 101. de iureiur. nec ab eo etiam Pontifex ſine cauſa quempiam poteſt abſoluere, vt commune teſtatur Abb. Panor. in c. ſignificaſti. nu. 8. de elect. Non tamen iuſiurandum ſecundum primo alteri contrarium ſeruari debet, vt receptum ſcribit Aret. in l. iuraſſe. nu. 28. ff. de iureiur. Nec generaliter ac regulariter aliquod iuſiurãdum, quod peccati cauſa, vel anſa eſſe poſſit, ſeruari oportebit, quemadmodum frequenter placitum acuratè ſcribit Andr. Alc. in illud. cap. cùm contingat. nu. 101. de iureiur.

Iuſiurandum tollere, vel eius effectus ſuſpendere, vel remorari nec Imperator, nec alius quiuis princeps poteſt, vt commune efferunt Alex. conſ. lix. nu. 9. lib. j. & conſ. xxxvij. lib. iiij. Greg. Margol. in tract. de ſecurit. Turzan. opin. ccxxvj. Viuius lib. j. opi. ccxcvij.

Iuſiurandũ ſimulato contractui nec formam, nec vires addit. commune inquit Berous in c. ad noſtram, nu. 12. & ſeq. de empt. & vend. Rub. conſ. cxx. Bello. conſ. xlviij. nu. 4. quod etiam procedet, tametſi fictioni, ac ſimulationi quis iurato renunciarit. cõmune effantur Rip. atque alij, quos laudat Viu. lib. j. opi. clxxxv. Quamuis longè ſecus futurum ſit, ſi partes in contractu ſimpliciter iurauerint omnia in eo contenta & vera eſſe, & ab illis oppugnatum non iri, vt frequenter placitum ponunt Cur. Iun. conſ. cviij. nu. 15. & conſ. cx. nu. 115. Viui. vbi ſ. qui idem etiam receptum profitentur, cùm ſingula & omnia, quæ contractus complectatur, vera eſſe quis iurauit.

Iuſiurãdum promittens futurum, non parit iure Cæſareo actionẽ, tametſi iure Pontificio illam pariat, vt magis cummune inquit Alci. in c. cum cõtingat. nu. 172. de iureiu. & qui ſic debet intelligi, quamuis indiſtinctè loquatur, Io. de Selu. de iureiu. iij. part.

Iuſiurandum de fidelitate patronis præſtanda per procuratorem ſpecia-

ſpeciali mandato creatum, expediri tum demum poteſt, cùm aliqua probabilis cauſa abſentiæ ſubeſt. commune affirmant Curt.in l.admonendi.nu.363.ff.de iureiur.& copioſius Iul. Clar. in feud.q. xlix. in fi.Viuius lib.j.opin.cxc.vbi nonnullos alios caſus addit.in quibus procurator ad id ſpecialis in animam conſtituentis iurare poteſt.

Iuſiurandum cõtractui ſtatutis prohibito, vires addit.cõmune enunciat Iaſ. in auth.ſacramenta puberum.nu.53.C.ſi aduerſ.vẽd. Amplia idem prorſus futurũ, tametſi contractum etiam iuratum ſtatuta infirment,ac pœnã illis indicant, qui eo vtentur, vt frequentioribus luculentiorũ interpretũ ſuffragiis vallatum teſtificantur Alex.conſi. lix.nu.9.lib.j.& cõſ.xxviij.lib.iiij. Greg. Mag.in tract.de ſecurit.Turz. opin.cxxxvj.ac Viu.lib.j.opi.clxxix.vbi tamen multos cõtrariam ſententiam receptam affirmantes recenſet,quibus cum facit quod communiter receptũ inquit idem Viuius lib.j.opin.ccxcvij.poſſe ſcilicet à principibus atque ab ſtatutis prohiberi, ne iuſiurandũ contractibus adhibeatur.Sed non dubito quin & verius ſit ac receptius id interdici non poſſe:& longè tutius atq; etiã frequentius affirmo,ſi princeps vel ſtatutũ aliquod contractum iureiurando innixum improbauerit, iuſiurandũ nihilominus eſſe prorſus ſeruandũ.Quod tamẽ non procedet,ſi cõtractus fauore publico ac recta via prohibeatur, vel illius prohibitio ad perſonã ipſius geſtricem dirigatur, quamuis non præcipuè, ſed per quandam conſequutionẽ interdictus ob reipub.fauorem cenſeatur.cõmunia effatur And.Alc.nu.83.& nu.92.& nu.94.in c.cum contingat. de iureiur.vbi cõmuniter receptũ ponit ſecus futurum, ſi prohibitio non in ipſam perſonam dirigatur, & non rectè, ſed conſequenter ſolùm interdictio reip.conducere videatur.

Iuſiurandum contractui inſertum,qui ſolennitates ſtatuto requiſitas non habet,vt qui vel à minoribus,vel à mulieribus geſtus conſenſum propinquorum ſtatuto deſideratum non præ ſe fert, vires, robúrque perfectè illi impertitur, vt crebrius interpretibus placitum ſcribit Soci.conſ.clxvij.lib.j.quem laudat Turzan.opin.cvj. Quod etiam procedet,quamuis aliter diſertè atque ſpecialiter ſtatuto ſciſcatur,vt commune ponit Viuius libro j.opin.ccxcvij.& vide quæ num. proximè præcedenti obſeruo.Memineríſque ſemper quod iuſiurandum contractui vires impertiens actionem procreare dicitur,non verò contractus ipſe qui ab illo confirmatur, atque ſtabilitur. commune inquit Alci.in c.cum contingat.nu.113.de iureiur.

Iuſiurandum donationes inter virum & vxorem ſtatim validas reddit.commune dicunt Alex.conſ.cl.viſis.lib.ij.Rip.lib.iij.de donat. cap.itij.& cap.xvij.nu.1.Soc.reg.ciiij.verſ.donatio. Did.à Couarru.in rub.par.ij.nu.20. de teſtam.cõmune & praxi receptum atteſtatur Io. Lup.de pal.Ruu.in rub.§.vlt. nu.1.de donat.inter virum & vxorem. Quamobrem contrariũ malè inquit commune Curt.Sen.conſ.lxvj. nu.5. Etſi abſque dubio æquius & vtilius reipublicæ atque hominum vitæ illud ſit,cùm facili negotio alioquin ingens feneſtra vel illecebroſis vxorum fraudibus,vel aſtutis maritorum inſidiis,ac nefariis & violentis nonnunquam rapinis pateſcat, & denique omnes iſthic rationes verſentur, quæ ſimplicibus donationibus inter coniuges interdici vtiliſſimè ac ſanctiſſimè extorſerunt: ſed hac de re alibi vberius,interim videto etiam quæ ſuperius adnotaui. verſiculo.Donatio.

Iuſiurandum donationem, quæ ſtatam ac iuſtam ſeptingẽtorum ſcutorum ſummam excedit, inſinuationis immunem haud facit, vt frequenter placitum inquit Barb.conſ.lxvj.inter conſil.Fran.Cur.incipit,ſapienter &optimè dixit Pſalmiſta.Quamuis contrarium commune aſſerant Corne.conſil.clxxxij.lib.ij. Iaſon conſilio cxviij. lib.ij. Dec.conſ.ccxxxix.Curt.Sen.conſi.lix.nu.2.Curt.Iun.conſ.lxxxj.num. 6. Tu verò videto quæ ſuperius obſeruo.ver.Donatio.

Iuſiurandum Iudæorum contractus eorundem alioquin inualidos,ac pactum de non ſuccedendo non confirmat. commune aiunt Gulielm.in c.Raynutius.ver.duas habens filias.nu. 289.de teſtamen. Marquard.de Iudæis part.ij.cap.viij.nu.7. & num.9.contra quos ſto ſuperius.ver.Iudæus.

Iuſiurandum in litem non inuitus ſubit, qui probare vult,vt nec illi amplius deferri debet ac poteſt, ſi probationes poſtea afferre nequierit ob quas illud ſemel reiecerit, communia ponit Viuius libro j.opin.cxcj.

Iuſiurandum de veritate detegenda ſuper criminibus, quorum nomine agitur,& accuſato ipſi vel inquiſito deferri oportet.commune inquiunt Bernard conſ.cccxxj.nu.3.lib.iij.meus iuris doctor Ant. Gomez.de delict.ca.j.nu.65.& qui rectè ac meritò immurmurat, Iulius Clar.in pract.§.vlt.q.xlv.ver.ſed quæro.

Iuſiurandum in cauſis ad famam attinentibus, vt iuuetur vel ſuppleatur probatio,non defertur,commune ait Marc. Ant.de indic.nu. 175.Villalob.in ſua collecta, vt nec in matrimonij cauſa,vel ſemiplenam probationem aliunde habenti deferretur, niſi ſi aliquot præterea coniecturæ, vel indicia accedant,aut conditio perſonarum id ſuadeat.communia ponit accuratè Did. à Couarr. in tract.de ſponſ.part. j.c.iiij.nu.5.ver.tunc etiam perpendi.Nec item iuſiurandum generaliter ac regulariter in criminalibus cauſis probationem iuuabit, vel explebit,vt frequenter placitum enuntiant. Herculan.de proban. negat.nu.245.Iuli.Clar.in practic.& vlt.quæſt.63.in princip.vbi complures allegat.Quod ampliabis vt etiam procedat, tametſi eiuſce generis criminales cauſæ tractantur, in quibus non corporalis aliqua pœna,ſed pecuniaria duntaxat imponenda ſit,vt eleganter contra Rom. & alios reſoluunt Alexan.ac Iaſ.nu.21.in l.ait pretor.ff.de iur.iur.Cùm enim verum abſque dubio ſit,vt in omnibus cauſis,in quibus apertiſſima probatio exigitur, iuriiurando probationem expleturo locus nõ relinquatur vt cenſuit Accurt.communiter receptus in l.vlt.in princ. in ver.præſumptioni.ff.quod met.cauſ.atque extulit idem ille Rom. ſing.cxcvij.& in cauſis criminalibus generaliter ſeu corpoream pœnã ſeu pecuniariam irrogaturis apertiſſima probatio deſideretur.l. vlti. C.de prob.neceſſariò conſequitur in omnibus itidem criminalibus cauſis vel pœnam corpori,vel pœnam marſupio illæ infligant, nullũ locum iuriiurando probationis vices geſturo aſſignari poſſe atque ita cenſeo,quanquam Alex.ſibi aduerſus conſi.lxvj.libr.j. contrarium tanquam verius & communius obſeruet,idemque ſentire videatur Iul.Clar.vbi ſupra Quin & in quibuſuis cauſis arduis iuſiurandum ad probationem iuuandam non admittetur generaliter:ac regulariter,ac ſi aliquando admiſſum fuerit, priuilegiariam probationem gignere putabitur,& nouis documentis refutari,refellique permittetur. communia pronunciat Arius Pin.inſignis doctrinæ anteceſſor in l.j.iij.ver ego veriorem.C.de bon.matern.ac denique vbi probatio ſtatuto aliquo pro ſolennitate exigetur,illius defectus iureiurando non ſupplebitur.commune ſcribit Alciat.in cap.cum contingat,nu.149.v erſicu. ſextus caſus.de iureiur.

Iuſiurandum à legis ſanctione vel ſtatuti conſtitutione delatum contraria probatione confutari poteſt.commune effantur Tiraq.de vtroque retract.§.iiij.glo.j.numero 2.Did.à Couarru in tract.de ſponſa. ij.parte capitulo tertio §.j.numero 14.Ac ſi damnum aliquod paſſis iuſiurandum ſtatuto deferatur,& illi credi iubeatur,iureiurando exterorum ſeu forenſium,non idcirco ſtabitur commune inquit Pariſ.cõſilio xij.nume.26.lib.iij.

Iuſiurandum metu conſtantem virum territuro præſtitum,non eſt nullum ſed abſolutione opus habet.commune ponit copioſè Dida.à Couarru.in tract.de ſponſal.ij.par.cap.iij.§.v.num.2.

Iuſiurandum moræ purgationem tollit,vt frequenter placitum inquiunt Anton.rub.conſil.xiij. Viuius lib.j.opin.ccxix.

Iuriſiurandi conditio non minus in contractibus,quam in vltimis. voluntatibus expungitur,atque vtrobique res tota pura manet ac valet.cõmune renũcio ex Alb.& Cuma.nu.1. in l. quæ ſub conditione.ff condit.& demonſt.Iaſ.in l.ſi quis cum debitore.ff.de iureiurand. Maria.Socin.in relect.l.ſciendum.nu.117.ff.de leg.lib.j.

Iuriſiurandi,quod agere impedit,abſolutio ſine citatione alterius & rectè petetur,& ritè dabitur.commune pronunciant Andr. Alciat. in cap.cum contingat nu.124.de iureiuran.Matth.de Afflict.deciſ.cc. numer.10.Quanquam meo quidem iudicio contrarium verius ſit, quod etiam frequentius aſſerunt Hipp.in l.de vnoquoque nu.193.& ſeq.ff.de re iudica.& qui compluſcula ad materiam appoſita adiungit Viuius lib.j.opin.j.

Iuriſiurandi religione offenſa quicunque actus etiam ſpiritualis,& cuius vel capax, vel incapax laicus ſit,geſtus valet, quamuis periuriũ geſtor incurrat,vt frequenter placitum latè affirmant Alci.in cap.cum contingat numero 180.de iureiur. Did. à Couarru.in tract.de ſponſ. ij. par.cap.vij.num.2.

Iuriiurando neceſſarius non eſt ſcripturarum tactus, vt commune inquiũt And.Alcial.in rub.nu,29.ff.de iureiur. Viuius lib.j.opin.cxciij.

Iureiurando facta probatio nec dicitur, nec ducitur legitima,vt cõmune renuncio ex Alexand.conſilio cxix.numer. 9.libr. ij. & in l. dixi imperator.ff.de legat.lib.j.Iaſ.in §.quadrupli.numero quarto.Inſtitut. de action.Felin.Deci.numero 11.in rubric.extra de probat Hippol. in rubr.numero 119.cum ſequen.C.illo eod.ti.idemque atteſtatur Viuius lib.j.opin.clxxxvj.

Iureiurando ſtabiliti contractus,etiã quoad vtriuſque contrahentium hæredes rati,ſtatique ſunt.commune ponit latè Anton. Gomez. contract.cap.xiij.num.19.

Iureiurando confirmata inſtrumenta,hoc eſt, in quibus ſtipulator iureiurando delato deberi ſibi res inſtrumento contentas affirmat executionem paratam habent commune renuncio ex Iaſo.in l.qui pecuniam.nu.7. ff.ſi cert.petat.Felin.in cap.ſi cautio.num.47.de fide inſtrument.Matth.de Aflict.in conſtitut.Neapol.lib.j.rub.xl.numer. 10. & num.14.Rhoder.Soarez in relect.l.poſt rem iudicatam. ff. de re iudicata.Chaſſan.conſilio duodecimo,numero 10.atque ex aliis,quos laudat Viuius libr.j. opin.clxxxviij.

Iureiurando aſſeuerans ſe teſtamentum non amplius eſſe reuocaturum,contra bonos mores id iuſiurandum concepiſſe intelligitur. Sed etenim ſi contrafaciat.quod facit,validum,ac firmum eſt,quamuis ipſe periurio ſe obliget cõmune ait Anton.de Tremor.in addition ad Bon.in practic.except.rubr.quibus mod.ſuo no.nu.vigeſimoſecundo.verſi.contra proprium factum. Villalob.in ſua collecta.

Iureiurando ad factum obligatus,ad illud,quod promiſit,faciendum omnino tenetur,nec liberatur,ſi id ſoluat,quod intereſt,vt commune interpretum dogma conſtituo ex Pan.in c.veniens.de iureiur. Imol.in l.ij.§.ſed & ſi quis.de don.& in ca.j.de iudic.& in c.per tuas. de arbit.Corſet.de iuram.num. 26.cum ſeq. Alc.in c.cum contingat. nu.250.de iureiur.Ant.Gom.de contract.c.ij.nu.20.

Iureiurando non confirmabitur is contractus, quem impubes etiam intellectum & diſcretionem habẽs geſſerit : quamuis ipſius iuriſiurandi abſolutio neceſſaria ſit.commune effantur Alex.in l.qui iuraſſe.in prin.ff.de iureiur.Ale.in c.cum contingat. nu.191.de iureiu. Did.à Couar.in tract.de ſponſ.part.j.ca.v.§.j.nu.3.tametſi Bar.ab eodem Did.relatus contrarium commune dixerit.

Ius naturale quæcunque ſanxit, ea princeps labefactare nequit,vt frequenter placitum renuncio ex Iaſon.in l.ex hoc iure.nu. 49.ff.de iuſtit.& iur.& in l.ſi teſtamentum.nu.C.de teſta. Feli.nu.48. Dec.nu. 25.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.Tiraq.de conſt.part.iij.limitat. vij.nu.47.Ario Pinel.in rub.part.j.c.j.nu.vlt.C.de reſcind.vend.

Ius offerendi præſcribi poſſe iure receptum eſt,vt teſtatur Guid. Papæ deciſ.dccccvj. Vt & patronatus ius pręſcriptione quæri communiter placuiſſe interpretibus affirmat Dec.conſ.cxxxiiij.nu.4.

Ius patronatus liquidò in hæredem tranſit.commune inquit Curtius Iunior,conſilio lxxxij.nu.6.at in legatarium tùm demum tranſmittitur,cùm leganti copiã epiſcopus fecit illius patronatus iuris in alium transferendi , vt commune ponunt Lamber.de iure patrona. libro primo,parteij. quæſtione .vj. Ioannes dilect.de arte teſtand.tit. vj.caut.lxvij.

Iuris quilibet error à mala fide errantem excuſat, vt frequenter placitum ponit Arius Pinelus doctor vtriuſque iuris eminẽtiſſimus in auth.niſi tricennale.nu. 11. C.de bon.matern. Quin & idem iuris error ad fructuum acquiſitionem ſufficiet,vt cõmune inquiũt Curt. Sen.conſ.lxxj.nu.14.Cur. Iun.c.ſ.vj.latè Did.à Couar.lib.j.reſol.c.iij. nu.8.Viuius li.j.opi.cliij.& qui aliter ſeſe rem habere verius ac latiſſimè docet Arius Pinelus in l.ij. part.ij.c.iiij.num.31.cum ſequent.de reſcind.vend.à quo ſto.

Iure ipſo indicta pœna hæredem inſectatur. commune pronunciant Iaſ.in l.iij.§. quod autem. ff.quod quiſque iur. Tiraq.in l.ſi vnquam.verb.reuertatur.nu.241.C.de reuoc.donat.Hippo.in l.vna.nu. 65.C.de rapt.virg.Did.à Couar.de ſponſ.ij.part.c.vj.§.viij.nu.6.

Iuuare alium nec iure Cæſarum, nec iure Pontificum in foris excutiendo quiſpiam tenetur,vt frequenter placitum affirmãt Dec.nu. 4.& Chuchalon ad illum in l.culpa caret.ff.de reg.iur.Franciſ.Conſi. & qui eum cum aliis refert , Viuius lib.j.opin. xxxiij. quam etiam in rem videto quæ ſuperius obſeruo ver.Defendere.

## L

LÆSVS vltra iuſti pretij dimidium is emptor dicetur, qui rem decem nummos valentem pro decem ac ſex emerit, vel aliquid amplius erogauerit.At venditor tunc vltra dimidium iuſti pretij lædi exiſtimabitur, cùm rem illius valoris atque indicationis pro quatuor nummis vel minoris eam vendiderit.commune ponunt Fabian. de empt.& vend.q.viij.Ant.Gom.de contract.c.ij.nu 22. Arius Pinel. omnino hanc in rem videndus ad l.ij.C.de reſcind.vend.

Læſus vltra dimidium iuſti pretij remedio l.ij.C.de reſcind vendi. vti non poterit,ſi verum rei pretium non ignoraſſe probabitur. commune ponunt Pariſ.conſil.cxxviij.nu.36.lib.j.Marc.Mantu.lib.j.locorum c.vij.Did.à Couar.lib.ij.reſolut.c iiij.num.2.& numeroſa doctorum phalanx,quam in ſpeciem cenſet Arius Pinelus ad illam eand. l.part.j.c.ij.nu.10. ac Viuius lib.j.opin. ccccxxx.& ccccxxxj.licet Pinelus vbi ſupra cordatè in contrarium diſcedat.Nec item remedio illius legis fruetur, qui illi expreſſim renunciauerit,vel iurauerit contractui aduerſum nõ iri, vt inferius obſeruo ver.l.ij.Ne item cùm res iam ad tertium poſſeſſorem deuenit , qui vel rem ex onereſa cauſa adeptus ſit,vel gratuitò ab illo conſequutus , qui ſit ſoluendo.vt frequens doctorum placitum conſtiuunt Did.à Couarr.lib.ij. reſolut.c. iij.nu.10.Arius Pinelus ad eand.l.part.ij.c.j.nu.30.

Læſus vltra iuſti precij dimidium remedio l.ij.C.de reſcin.vendit. contra ipſum læſorem vti debet, tametſi ille rem prius in alium alienauerit. Contra tertium etenim poſſeſſorem non aliter nec aliàs actionem vllam habebit,quàm ſi tertius ille, vel rem ex aliqua lucroſa cauſa cõnſequutus fuerit , vel precio vltra iuſti dimidium viliori comparauerit , & læſor , ſoluendo non ſit. Quippe quia ſi aut læſor ſoluendo ſit,quamuis tertius rem donatione nactus proponttur, læſo contra ipſum nulla erit actio,aut ſi ſoluendo quidem læſor nõ ſit, ſed tertius ex titulo aliquo oneroſo,& iuſto pretio rem quęſierit,nullus item aditus remedio illius l.ij.pateſcet, communia copioſè & eleganter in elucubratiſſimis commentariis ad eand.l.ij. doctor meus Arius Pinelus ij.part.c.ij.nu. 29.& nu.30.cum ſeq.

Læſus vltra iuſti pretij dimidium eo in contractu quem non ipſe, ſed eius procurator ſuo nomine geſſerit, beneficio l.ij.C. de reſcind. vendit.procul dubio frui poterit , vt frequens interpretum placitum impigrè oſtendit inſignis Pinel.ad eandem l. ij. part.ij.c.j.nu. 15.& c. ij.nu.2.At ſi quis rem ſuam non ipſe vendiderit,ſed alteri conſenſerit vt vendat,atque vltra ſtati pretij dimidium læſus fuerit,remedium illius l.ſecundæ,intentare non poterit: quamuis venditor ipſe,hoc eſt, cui venditio commiſſa eſt,eo vti abſque dubio poſſit.commune cum multis effatur idem Pinelus dicta part.ij.c.ij.nu.2.

Læſus vltra ſtati pretij dimidium,non minus intentabit remedium l.ij.C.de reſcin.vend ſi res in cuius contractu iacturam fecit mobilis ſit,quàm ſi immobilis.commune ait Pinel.ad eandem l.ſecundæ part. ij.c.ij.nu.17.vbi aliquot iuris interpretes allegat aliter conſuetudine ſeruari affirmantes.

Legatum eſt donatio quædam à teſtatore relicta ab hærede præſtanda:vt luculenter probant text. in l.legatum.ff.de leg. lib.j. & in l. legatum eſt ff.de leg.lib.ij.ponit commune Ant. Gom.in tract.de teſt. c.xij.num.3. Quam ob rem ſi teſtator rem teſtamento legatam viuus adhuc in legatarium ſimpliciter contulerit , legatum ceſſabit, ac donatio inter viuos conflabitur:ſi verò ex cauſa præcedentis legati expreſſim rem legatam viuus tradiderit legatario , legatum ſuis omnibus cum qualitatibus firmum ac ratum permanebit , & conſequenter vt quoduis aliud legatum pro teſtatoris arbitratu imminui,reuocarique poterit,vt ex Din.Barttol. Alber. Paul.Caſtr.ac Io.Imol.in d. l.legatum eſt,aſſerit frequenter placitum.Ant.Gom.d.c.xij.nu.4.

Legatum negociatio non eſt , vt ſi vectigal de quacunque negociatione ſolui iubeatur,eo ſolui debeat. comune inquit Stracch. de mercat.part.prima,nu.8. Nec item pars teſtamenti exiſtimanda eſt, ſed inter illius acceſſoria ponendum,vt frequenter placitum ait Pontanus in rub.nu.6.ff.de leg.lib.primo.

Legatum ſibi ipſi alterius teſtamento etiam nuncupatiuo adſcribens falſis pœnis fit obnoxius,vt commune inquiunt Bellon.conſil. lxxx.nu.2. Aegi.Boſſ. de his qui ſibi adſcribunt. nu. etiam 3.ſi tamen per teſtes rei memores probare poterit ſibi reuera id à teſtatore legatum fuiſſe non tenebitur,vt commune ponit cum Ana.Iulius Clarus in pract.§.falſum.verſ.aſcribens.

Legatum in alterius voluntate poſitum inutile cenſetur.commune ait Io.dilect.de art.teſtand.tit.vj.caut.viij.Quin & legatum,quod relinquitur,ſi hæres arbitrabitur,eo,cui relinquitur,è viuis abeũte, antequam hæres arbitrandi moræ argui poſſit,inutile fit.commune dicit Soc.in l.ſi arbitratu,nu.22.ff.de verb.oblig.

Legatum expreſſo hæredis nomine relictum, non videtur in ſubſtitutione repetitum,vt frequenter interpretibus placere ſcribit Alcia. in tract.de præſumpt.reg.ij.præſum.xxxiij.nu.3.

Legatum non inducetur per verba grauamen enunciantia,veluti ſi quis ita teſtamento cauerit , ex centum aureis , quæ tibi legaui, dabis reſtituesvè Sempronio quinquaginta,vt commune ait Ant.Gomez.in tract.de teſtam.c.vlt.nu.54.verſ.item etiam limita.

Legatum tacitè factum non iure ipſo abſque traditione transfertur in eum,cui fit:quamuis expreſsè relictum transferatur.commune ponit cum Iaſ.ac Rip.Viuius lib.j.opin.cxcviij.

Legatum hoc modo conceptum, Lego Titio rem meam,aut lego Theodato ius meum,id tantum ius comprehendit, quod etiam morte periturum in re teſtator habet:quamuis res tota poſtea à teſtatore comparata fuerit,at ſi legata res proponatur,longè ſecus erit, vt communia fatur Ant.Gomez.de teſtam.c.vltimo , numero 15.verſ.quod tamen vltimum.

Legatum rei eccleſiaſticæ , vel rei fiſcalis , vel rei dotalis valet,ratúmque eſt,vt ſaltem illius rei æſtimatio ei præſtetur,cui res ipſa relinquitur.commune pronunciat Curtius Iunior conſilio xxx. Villalob.in ſua collecta.

Legatum etiam in codicillis ab inteſtato relictum , non aliter debebitur , quàm ſi hæreditas ab hæredibus iuſtis adeatur. commune aiunt Corn.conſ.xcvij.lib.iij.Did.à Couar.in c.iij.nu.3.de teſtam.Anto.Gomez.in tract.de teſtam.cap.ij.nu.11.verſ.& in tantùm aſſerunt Alex.ac Iaſ.nu.4. Soci.Rip.in l.iij.ff.de leg.lib.j.legatum tamen pium non idcirco euanaſcet , quia hæreditas adita non ſit.commune efferunt Iaſ.in l.habeat.numero 24. C.de ſacroſanct. eccleſi. Did.à Couarru.vbi ſupra.

Legatum , quod in illum confertur , qui voluntare legantis antea creditor effectus eſt,compenſandi animo relictum non videtur:tametſi quod in eum qui vel iure , vel conſuetudine creditor eſt, confertur, compenſandi animo relinqui cenſeatur, commune ait Io.Coraſ. lib.iij.Miſcell.c.j.nu.9. Si quod autem legatum compenſandi animo relictum ſit,atque expreſſim adiiciatur,ne quid amplius petatur,non quidquam amplius petere poterit,qui illud agnouit,quamquam debitum multominus,quàm legatum ſit,vt frequenter placitum renuncio ex Alex.in l.ſi compenſandi.C.de hæredib.inſtitu. & conſ. cxxxij. nu.2.lib.ij.Matth.de Afflict.deciſ.xliiij.nu.34.

Legatum rei pro eo pretio pignoratæ,quod ipſius valorem æquet ſeu teſtator rem pignoratam ſcierit,ſeu neſcierit,optimo iure valet. ac ſemper rem onere expeditam luet hæres,vt commune aiunt Por. in §.ſed non vſque num.vltim Inſtitut.de legat.Anton·Gomez.de teſtament.cap.vltim.num.39.verſ.quod tamen limita. & ſi contrarium perperam commune aſſerat Socin.in lege prima §. per ſeruum.num. 2.ff.de acquir.poſſ.

Legatum mobilium non comprehendit debitorum nomina,vt cõmune inquiunt Iaſ.conſilio v. lib.iij. Ioan.dilect.de art.teſtan. titulo ſexto caut.ix.

Legatum,annuum,vel alicui reipub.vel ciuitati relictum,non vltra centum annos dilatabitur,vt commune eſſe conſtat ex Alexan. conſil.lx.lib.primo.ex relatis à Rip.in leg.ij.ff. ſolut. matrimon. Quamuis contrariam ſententiam æternum illud fore aientem meritò amplexi ſint complures veteres iuris interpretes ab Alberic acceſiti in l.ſi vſufructus municipibus.ff.de vſufruct.legat.& in l.an vſusfructus. ff.de vſufruct.Cuman.in laudata l.ſi vſusfructus.Soci.in l.iij.·.j.num. 6.ff.ad leg.falcid.Iaſ.in l.videamus.§.deferre.ff. de in litem iurand.& in l.ſoluto matrimonio numero 5.ff.ſolut matrimo. Ripa vbi ſuprà. atque alij.quos laudant Antonius Gomez in tractatu de contracta. & Did.à Conarru.libro tertio.reſolut.capitulo ix.numero 10.qua de re videbis etiam quæ ſupra obſeruo ver. Annuum.

Legatum in primo teſtamento ſub conditione,& in ſecundo teſtamento ſimpliciter relictum tanquam reiecta conditio fuerit,purè debetur.commune inquit Curtius Iunior conſilio centeſimoſexageſimotertio nume.14.

Legati,quod in diem certam relinquitur, & obligatio & actio cedit.quamuis & exceptio competat, & dominium ſtatim non tranſeat. communia ponit Antonius Gomez in tractatu de teſtament.capitul. vltim nu.quinquageſimoſeptimo.verſi.aliquando & ij.

Legati illius æſtimatio,quod monachis minoribus,vt vulgus fatur, aut ſimilibus perſonis relinquitur,eiſdem debebitur.commune pronunciat Curtius Iunior conſi.xxx.nu.7.Villalob.in ſua collecta.

Legati nomine ne legatarius obligata hæredis bona habeat,diſponere,ac diſertè iubere teſtator,ſi velit,poteſt.commune eſſantur Alexan.num.12.Crot.nu.45.in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib.j.

Legati fructus ab adita hæreditate duntaxat , non & à teſtatoris morte legatario debentur.vt magis frequenter receptum profitetur Anton,Gomez.in tractat de teſtament.cap.xij.nu.5.quamuis contrarium omnino verius,vt idem Gomez ibidem veriſſimé affirmet.

Legato non ea accreſcunt,quæ à re legata ante aditam hęreditatẽ acquiſita fuerunt,vt commune dicit Petrus Rauen.in Alphabeto aur. verſiculo legatum.

Legatam rem alienam à ſcienti ac prudenti teſtatore hæres ſoluere cogetur.commune aiunt Alexand.in l.qui alienam. C.de leg.Ioan. dilect.de art.teſtan.caut.xxxij.tit.vj.

Legatam domum à teſtatore plures ędes habenti,ſic hęres elargiri tenebitur,vt vel minimam dare poſſit, at ſi domus ſimpliciter ab eo teſtatore relinquatur,qui nullas ędes omnino poſſideat,vanum ac ridiculum prorſus legatum erit.commune inquit Mayner.in l.ſemper in obſcuris.num.9.ff.de regul.iur.

Legata & fideicommiſſa iis tantùm caſibus hodie exæquata ſunt, quibus illorum circuitus inutilis habetur.commune dicit Porc.in §. ſed non vſque. numero ſeptimo Inſtitut. de legat. qua de re videto etiam hoſpitem olim meum , ac virum recondita eruditione præditum Iacobum Cuiatium Inſtitut.de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.ij.ſchol.

Legata & tũc reuocata cenſebuntur,cùm res relictę poſtea vel inutiliter alteri donabuntur,quamuis non idem iuris ſit,ſi alteri inutiliter legentur.commune inquit Did.à Couarruuias. in rubr de teſta. Tametſi vtrobique,atque vtraque via adimi probet luculenter text, in lege & ſi transferam.ff.de adimend.leget. & nos id alibi copioſius oſtendamus.

Legata inimicitiis poſtea ſabſequutis vſque adeo reuocantur vt ſatis ſuperque ſit inimicitias duobus teſtibus probari.commune renuncio ex Aret.in l.Lucius.ff.de vulga.Iaſ.in l.fideicommiſſum.C.de fideicommiſ.Did.à Couarru.in rubric.de teſtam.

Legata in codicillis adempta iure ipſo extinguntur , vt frequens interpretum dogma aſſeuerat Porc. in principio.numero 4. inſtitut. de adempti.legat.

Legata minus ſolenni teſtamento relicta, tum demum hæres ſoluere cogetur, cùm rerum legatarum poſſeſſionem adipiſci teſtator legatariis conceſſit.commune pronunciant Iaſ.in l.cum quis.C.de iur. & fact.ignor.Ioan.Dilect.de art.teſtan.tit.ij.caut.iij.Non autem dubiũ eſſe debet , quin teſtator eam copiam poſſeſſionis rerum legatarum propria auctoritate apprehendendæ legatariis facere poſſit,vt frequẽter placitum aiunt Iaſ.ij.lect.num.48.Rip.numero 61.in l.nemo poteſt ff.de leg.lib.j.Quamuis illis idcirco non liceat rerum legatarum poſſeſſionem,quam hæres iam ſuſcepit,per vim renuente ac reluctãte hærede aggredi, quemadmodum receptum eſſe ſcribunt Rip.in l. centurio numero 52.ff.de vulgar.Iul.Clar.de teſtament.quæſt. lxviij.

Legatarius( nemo enim vel hic vel alibi interpretum verbis vri,mihi interpretum placita colligenti iure aliquo vitio verterit) ſciens, prudenſque rem ſibi legatam ab hærede emens , videtur legato renunciaſſe,vt frequentius doctoribus probari teſtatur Alciat. in l.Labeo & Sabinus,in verſi.ignorans in fin.ff. de verb.ſigni.

Legitima filiorum portio non hęreditatis, ſed bonorum pars eſt. commune enunciant Segur.in l.cum patronus nu.49.ff.de leg.libr.ij. Boer.deciſ.xxiij.num.12.Viuius lib.j.opin cxcix.

Legitima portio filiis debita & minui ſtatutis, & omnino tolli poteſt.commune pronunciant Alexan.conſi.iij.lib.vij.quem laudat Gozad.conſi.xliij.nu. 24.Iaſ.in auth.nouiſſima. C.de inoffic.teſtament. Dec.in l.iura ſanguinis nume.3.à ver.contrarium tamen.ff.de regul iuris.magis commune teſtatur Petr.Rauen.in alphab.aureo,vel legitima Villal.in ſua collecta.Quamuis eam tolli nõ poſſe,imminui verò poſſe tum verius meritò,tum receptius non de nihilo aſſeuerent Chuchal.ad Dec.ad illud ver.contrarium.à ver.contrariam tamen opinionem,Cagnol,in eandem l.nume.10.& latè agentes de materia Did.à Couarru.in tracta.de ſponſ.ij.par.cap.vij.§.vj.num.4.& ſequ.Viui.lib. j.opin.cccxvj. Nos alibi hac de diſcordia latius, & opportunius,ſed & legitima parentibus debita,& ſtatutis & conſuetudine antiquari, ac tolli prorſus poterit,vt commune affirmant Rip.de legat.reſponſ.vij. nume.vltim.Pariſ.conſi.xxij.libro ſecundo, Viuius cum aliis d.opin. cccxvj.atque alij , quos refert,& meritò impugnat Did.à Couarruui. dicto §.vj.numero.4.

Legitima liberis,quoad illorum pater ſupereſt,debita non cenſetur vt commune cum multis ponit Viuius lib.j.opin.cxcix.Vnde eius aſſignatio viuo patre peti nequit,iuxta ea,quæ obſeruaui ſupra ver.filius. Nec de illa cogetur viuus pater filij delictum expiare, vt commune latè ait Duennas reg.ccclvj.Viuius vbi ſuprà & opin.ccxci.Cogi tamẽ poteſt ſtatuto ad id ritè promulgato,vt frequenter receptum inquiũt Hipp.ſingul.ccclxij,& ſingul.cccclxxxj.idem Viuius d.opin. ccxcj. in princ.Iuli.Clar.qui hanc rem accuratè tractat.in pract.§ vltim.quæſt. lxxxvj.ver.ij.infertur.& ver.igitur.Si tamen pater religionem profiteatur,indiſtinctè legitima filiis debebitur commune aiunt Didac.à Couarru.in cap.ij.num.7.de teſtament.Vaſqu.in tract.de ſucceſſio tit,qui teſtat.non poſſ.lib.j.§.j.nume.47.

Legitima filiorum portio nihil.periclitatur, ſi patris ipſorum bona proſcribantur.commune inquiunt Roland.conſi xcvij.num.29.lib.ij. Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxviij.ver.videndum eſt etiam.

Legitima portio ſi in patris vita liberis aſſignetur,ac tradatur iuxta diuitias id temporis à patre poſſeſſas,cenſa, atque æſtimata,non idcirco poſtea augebitur,quod auctæ eiuſdem parentis facultates ſint, vt frequenter placitum affirmant Boer.deciſ.lxij.Georg. Natta.in cap. quamuis de pact.Tametſi contrarium receptum affirment Bald.Nouell.de dote.in ix.par.xv.ſpecial.poſt med.Did.a Couarru.in cap.Raynutius.§.j.num.8.de teſtament.Viuius lib.j. opin. cc.quorum opinio tunc vera erit,atque omnino amplectenda,cùm nullum iuſiurandum filiorum in cæterum renunciantium interuenerit,vt latè alibi oſtendo.Memineris autem ſemper quod legitimam hanc liberorum portionem in parentis ipſorũ vita illis aſsignari ſatis non eſt, quin etiam propterea vel totam,vel aliquam illius partem teſtamento atque inſtitutionis titulo ipſis poſtea relinqui neceſſe non ſit,vt commune interpretum dogma affirmare auſim ex Iaſ lect.j.Bapt.nu.112.in l.frater a fratre.ff.de condict.indeb.Dec.conſi,lxxxvj.num. 8. Ferdin.Loazes in l.filiusfam.§.diui.xiiij.ff.de leg.lib.j.Segur.in volum.repetit.Caſtell.& Anto.Gomez.nu.5.in l.xvij.Tauri quorum opinio Grecis etiam interpretibus probata eſt,vt cõſtat.ex Harmenop.lib.v.tit.ix.§. ἀ λίναται etſi dogma contrarium receptius dixerit Paul.in l.in ratione ij.nu.5.ff. ad leg.falcid,& illud tanquam veriſsimum ſequantur Alexan.& Imol. in l.inter cætera.ff.de lib.& poſthum. Angel. in l.ſi non mortis ff. de inoff.teſtam.Rhoderic.Soarez in l.quoniam in prioribus. cum ſeq.C. inof.teſtam.quorum ſententia quamuis falſa ſit,ſi iuris definitionibus authorùmque numero metiatur,tamen ob ęquum & bonum ac publicam vtilitatem cui maximè conſentanea eſt,admittendam prorſus exiſtimo.verùm ea de re alibi vberius.

Legitima portio aut eius pars aliqua in liberos inſtituitionis titulo conferri debet,vt vis,ac robur teſtamento adſit , quemadmodum ſupra obſeruo nu. proximè præcedenti ad finem & ſupra etiam ver. filij.Quod ampliabis etiam iure Pontificio proceſſurum,nam id commune proferunt Iaſ.in auth.nouiſsima.num.31.C.de inoffi.teſtam.& in rubric.num.32.ff.ſolut.matr.Vig.in §.vltim. nu.3. Inſtit.de inoffic. teſtam.Iacob.de Nigris in rub.ff.de legat.lib.j.licet male in contrariũ frequenter item autumet Alex.in l.inter cætera.ff.de liber.& Poſth.Limita tamẽ vt in teſtamento ad pias cauſas hæc inſtitutionis neceſsitas infringatur ac penitus de medio tollatur vt frequenter placitum enarrant Alexand,in dicta l.inter cætera nu.4. Iaſ.conſi. cxlv.libr.ij. Iulius Clar.de teſtament.quæſt.vj.ver.vj.infertur.

Legitima filiorum portio non patitur vulgarem ſubſtitutionem. commune aiunt Soci.in l.in conditionibus pupillus.ff.de condit. &

demonſtra. Ant. Gomez de teſtam.cap.iij.nume.17.verſi.ij.principalis opinio,& cap.ix.nume.40,patietur tamen atque admittet adiectum à patre onus,ne ad certam vſque liberorum ætatem alienetur. commune ait Boer.deciſio.lxxxiij.num.6.Et generaliter,ac regulariter cõditiones omnes,& onera,in merum filiorum fauorem vergentia non reſpuet,nec auerſabitur,vt frequenter placitum renuncio ex Salic.in l.filiis matrem.in fin.C.de inoffic.teſtam.Boer.deciſ.cxciij.Ioan. Dilect,de art.teſtand.ti.de leg.caut.xvj. Quamuis contrarium verius,& iam receptius eſſe videatur ex Alex.in l. mulier.in fine.ff.ad Trebell. Fabian.in auth,nouiſſima num. 141.C.de inoff.teſtam.Segur.in repet. l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundum verſi.ex his infertur.ff.de leg.libr. ij.Anto,Gomez. de teſtam.cap.xj.num.27.verſ.& in terminis.Eman. à Coſt.in l.gallus.§.& quid ſi tantum.part.vlti.nu.90.cum ſequentib.ff. de liber.& poſth.at quę in illorum fauorem non ſpectant,omnia omnino abſque dubio expungentur.cõmune aiunt Rip.nu.49. Galeau, nu.107.in l.centurio,ff.de vulg.& pup.Pariſ.conſi. xxx. num.3.lib. iij. Quin & legitimæ parentũ ac maiorũ portioni à filiis iniunctum onus impoſita conditio,iniecta mora non minus euaneſcent,atque eradẽtur,quã ſi à parentibus iuſtæ liberorum parti indicerẽtur.com.inquit Anto.Gomez,de teſtament.c.xj.num.24.verſ.quod extende.

Legitima iis non debetur,qui ab inteſtato ſuccedere alioquin non poſſunt.commune ait Aymon Grauet.conſi.ij.nu.13.

Legitimæ portionis explendæ actio ex lege & triginta annos durat,& non præparata ad quoſcunque hæredes tranſmittitur.cõmune profitentur Vigl.in §.ſed hæc ita.numer.2.Inſtitut, de inofficio.teſtament.Anto. Gomez.de teſtament,cap.xj.numero 23.ver.pulchrum tamen,& ante eos Balb.de præſcript.part.iiij.quæſt.xxix.

Legitimæ renunciatio,quam filia dotem adepta facit,nocet illa viua nepotibus,vt commune inquit Bellon.conſi.xv.num. 14.quod intellige ſi matris nomine,non ſuo ad aui hæreditatem illi aſpirent. vt idem ibidem receptum effatur.

Legitimæ liberorum portioni adiectum onus,atque impoſita conditio,cùm legitima ipſa ad ſubſtitutum,vel cohæredem defertur,ſi liberi hæreditatem repudient,rectè procedet,vt frequenter receptum renuncio ex Iaſo.verſ.iij.not.limit.Rhoderic.Soarez.& limitat iiij.ad l. quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtament. Ioan.Dilect.de art. teſtan.tit.v.caut. xxxiiij.in finem,Ant.Gomez.de teſtament,cap.xj.numero 33.Intellige tamen id proceſſurum quouſque filij ad eam ætatem peruenerint,qua teſtandi ius conſequẽtur:quia tunc ſeu teſtato,ſeu inteſtato decedant,aliud erit:vt frequenter placitum ait Ruin.conſi.lviij numero 9.libro ſecundo.

Legitimam portionem ſibi expleri,& ij filij in minori parte inſtituti iuſtè atque vtiliter poſcent,qui expreſſim teſtamento plus capere,plus ve habere prohibentur.commune ponit Anton. Gomez in tract.de teſta.cap.xj.num.23.

Legitimam portionem modò accipere,& bona cætera repudiare nequit filius aut ex ampliore ſumma,aut ex aſſe inſtitutus,vt frequenter placitum conſtituo ex Alexan.& Iaſo.in l.j.ff.de acquirend.hæred. Alexan.rurſus in l.quia poterat.in fin.ff.ad Senatuſconſ. Trebell.Ang. in l.§.vlt.Inſtit.de hær.qualitat.& differen.

Legitimam,ſeu iuſtam hæreditatem propriè & ſtrictè tantùm dicemus,quæ ab inteſtato obuenit,latè verò & illam eo nomine dignam ducemus quæ ex teſtamento defertur.commune inquiunt Bellonus libro tertio ſupputat.capit. ſeptimo latiſſimè,& elegantiſſimè doctor meus Arius Pinelus in lege ſecunda num.2.verſi.crebrius.cum ſequẽtibus.C.de bon.matern.

Legitimatio,ſeu natalium reſtitutio filiorum à patre facta non opus habet cognatorum citatione,vt commune dicunt Curt.Iun.conſi.lxx nu.1.conſi.clvij.nu.3.Iaſ.conſi.x.lib.iij.Boer.deciſio.cxxj.Tiraq.in l.ſi vnquam verſ.ſuſceperit.nu.53.C.de reuoc.donat.

Legitimatio quin per procuratorem expediri queat nihil omnino prohibet,quemadmodum frequenter placitum enunciat Petr.Rauen. in alphab.aur ver legitimatio.Villál.in ſua collecta.

Legitimatio infantis à principe facta infantis ipſius ratihabitioné non exigit.commune renuncio ex Iaſone conſi.cxxv.lib.quarto. Cur. Iun.conſ.xix.nu,4.Eman. à Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantum part, ij.nu.113.& ſequen.ff.de lib & poſthum.

Legitimatio naturalis filij,aut ſpurij,non minus rumpet,ac prorſus euertet teſtamentum;quam filij legitimi ortus,vt frequens interpretum dogma ſcribunt Deci.conſi.lij,nu,1.Pariſ.conſi,vij.nu,2.lib.ij. latius Iulius Clarus de teſtamentis.quæſt.lxxxiiij.

Legitimatio ob ingratitudinem poſtea ſuſceptam reuocari poteſt, vt commune axioma ponit late diligens iuris vtriuſque doctor Dida à Couarruuias in tracta,de ſponſalibus,ſecunda parte,capitulo viij.§. ſecundo,numero 14.

Legitimare,ſeu natalibus reſtituere ad eccleſiaſtica munia, nequit Imperator ditioni ſuæ ſubiectos,vt nec Pontifex ad ciuilia officia, vel bona profana legitimationis beneficium conferre poterit,debebuntque idcirco clericorum filij,quò ad patris hereditatem & ciuilia munera à Principe,non à Pontifice natalibus reſtitui vt frequenter placita affirmat Did.à Couarru.in tracta.de ſponſal.ij. par.ca.viij.§viij.nu.18

Legitimare filium naturalem nulla patris diſpoſitione adiutum nequit princeps,poſtquam hæreditas à iuſtis hæredibus adita eſt,quã uis poſſeſſio ab eiſdem apprehenſa nondum ſit,vt commune conſtituo ex Alex. nu.29. Soc.numero 24.Ruinus numero vltimo,Galeau. ad finem in lege Gallus §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.Felinus in capitulo quæ in eccleſiarum.numero 49.de conſtitutio.Etſi contrariam opinionem communem dicat ineptè Curtius Iunior conſilio clxxiiij.numero 15.Si tamen nec adhuc adita ſit ab illis hæreditas,ſed ſolùm delata,ſecus erit,commune dicunt Did.à Couarruuias de ſponſalibus ſecunda par.cap.viij.§.ix.nume.vltim.Eman.à Coſta.in d.§.& quid ſi tantum.par.ij.num.177.

Legitimandi ampliſſimam poteſtatem adeptus,nequit ſine cauſa legitimare commune ponit Curtius Iun.conſ.lxxv.numero.4.Vt nec is qui lgitimandi facultatem ſimpliciter à principe fuit conſequutus, poterit vel ſuos liberos natalibus reſtituere,vel alienos ad feuda legitimos reddere.communia ait Didac.à Couarru.in tract. de ſponſal. ij.par.ca.viij.& viij.num.6.& num.vltim.

Legitimationis reſcriptum,quod mẽtionem legitimorum liberorum non facit,ſubreptitium cenſeri debet ex voluntatis defectu,vt frequenter placitum renuncio ex Iaſone in l,Gallus.§.& quid ſi tantum num.102.ff.de liberis & poſthu.Tiraqu.in l.ſi vnquam.ver.donatione largitus.numero 254.C.de reuocandis donationibus atque ex aliis, quos ipſi laudant,

Legitimatus natalibus reſtitutus quo ad quædam,legitimus propriè non eſt.commune inquit Curt.Iun.conſi.lxxv. num.4. Nam nec ſi principis reſcripto legitimatus ſit ad emphyteuſim eccleſiaſticam, vel quæcunque feuda,admittetur. commune aiunt Curt.Iun.conſil. cxxxvij.num.1.Rub.in l.Gallus.§.quidam rectè num.160.ff. de liber. & poſthu.Dida.à Couarru.in tract.de ſponſal.ij.part.cap.viij.§. ij. nu. 30.ad fin.Iul.Clar.de emphyteuſ.quæſt.xxx.Generaliter verò non ſolùm ipſius parenti,ſed & illius agnatis & cognatis quo ad certa legitimus redditur.commune pronunciant Did.a Couarru.d.c.viij.§. viij. nu. 3. cum ſeq.& §.x.nume.2. & ſeq.Rub.atque alij vbi ſupra. Quin. & filias excludet, ſi filiis ſuſceptis filias à ſucceſsione ſtatutũ aliquod abigat.commune dicunt Iaſ.in l.cum acutiſsimi. C.de fideicommiſſ. Curtius Iun.conſi.cliij.Quamuis contrarium aſſerat commune,quod non probo.Curt.Sen.conſi.xvj.& conſ.lxxiij.Subſtitutum tamen tum demum legitimatus excludet,cum illius ſubſtituti citatio præceſsit. commune eſſantur Curt.Iun.conſi.lxxxiij.nu.8.& nume.10.Did.a Couarru.d.cap.viij.§.ix.numero 8.Notabis porrò ac memoriæ perpetuò inſcriptum geres,quòd legitimatus principis reſcripto,nequit plus teſtaménto patris conſequi,quàm quiuis alius ex iuſtis liberis,vt commune inquit Dec.conſi.cccxciij.nume.2,Et quod is,qui abſque proximiorum,vel legitimorum hæredum præiudicio natalibus reſtituitur,nihil aliud adipiſci poterit,quod illi expreſsim in teſtamento relinquitur.commune efferunt Dec.conſi.cccxciij.num.1.Mandellus conſil.vij.nu.1,Quamuis abſque ea clauſula legitimatus,ſi prætereatur,& ius dicendi teſtamentum nullum,& petendi bonorum poſseſsionem. cõtra tabulas habeat,& ſi exhęredetur abſque aliqua iuſta cauſa,querelam inofficioſi teſtamenti intentare poſsit. communia dicunt Alex. num.3.Iaſ.nu.5.& ſequ.in rub.ff.de lib.& poſthum.Socin.conſi.cxxvj. nu.5. libr.ij. Iulius Clarus de teſtam.q.lxxxiiij.

Legitimatus ob matrimonium parentum poſtea ſubſequutum, & omnes iuris effectus,quos legitimi habent,ſortitur,& ad primogenia feuda,aliaque omnia quæ expreſsim filiis ex iuſto matrimonio natis deferuntur,admittetur,vt frequenter placitum aſſeuerant Alexan. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus nu.18.ff.ad S.C.Trebel.Boè.deciſ.ccxl. nu. 16.Duennas,& alij,quos laudat Viuius lib.j.opin.cxxiij.copioſè Did. à Couarru,in tract.de ſponſal.ij.part.ca.viij.§.ij.nu.3.Vnde & reuocãdę donationis idoneam cauſam ſuppeditabit,& quamuis prius donatione natus ſit,legitimæ portionis fini illam reuocabit.communia inquit idem Did.poſt ſupra relatos d.§.ij.num.29. quem cum aliis hac de re acturus ſemper conſules atque intelliges iſthæc omnia proceſſura,ſi filius iſte ex concubina ritè habita ſuſceptus fuerit,vt commune iure Cæſarum affirmat Curt.Iun.conſi.cxxxviij.nu.9.Quamuis iure Pontificum nec id requiratur.commune aſſeuerãt Aymon Grauet. conſi.clxvj.nu.8.Viuius cum aliis lib.j.opin.cxxxvij.

Legitimi hæredes propriè, & expreſſe dicuntur etiam teſtamento inſtituti,ſi hæreditas alioquin ad eos ab inteſtato reditura fuit,vt frequenter placitũ ex multis iuris interpretibus atteſtatur doctor meus Arius Pinelus in l,ij.nu.8,C.de bon.matern.Vnde cum emphyteuſis alicui,& legitimis illius hæredibus conceſſa proponitur,atque idcirço ſolum hæredibus propriè legitimis,hoc eſt,ab inteſtato ſucceſſuris præſtita intelligitur,vt commune fantur Guliel.in cap.Raynutius ver.& vxorem.numero 75.de teſtam.Curt.Iun.in l.j. num.11.ad fin. C.quand.non pet.part.Oliuer.in prin.numero 11.Inſtitu. de ſucceſſ. ab inteſt.Arius Pinel.vbi ſupra numero 9.& alij proculdubio admittentur iuxta ſuperius laudatos.

Lenones ac lenæ, etſi iure communi pœnas capitis luere debeant

ta-

tenei vſu receptum eſt,vt vel mitrati vapulent,vel alio iudicis arbitrio puniantur,vt cum multis atteſtatur Iul.Clar.in pract. §.vlt.quæſt. lxviij.ver.lenones.

Lex de ſui ſubſtantia ſcriptis opus non habet,atque ideo clara populi voluntate ferri poteſt. commune inquit Fulg.in l. de quibus.nu. 12.ff.delegib. Et quamuis humana ſit,ſi tamē de certo aliquid ex iuſta cauſa ſtatuat,in conſcientiæ foro ſeruanda erit.commune aiunt Alcia. in cap.cum contingat.nu.99.de iureiur.Anton.Gomez.de teſtam.cap. vltim.nu.46.in fin. Did.à.Couarru.de ſponſal.ij.part. cap.vj.§.viij.nu. 12.& latè cap.vij.§vij.nu.8.At enim ſi legis pręceptorum tranſgreſsio ſuapte natura peccatū non gignat, contrariam ſententiam cōmunem dicit Alciat.cum quo facio,in cap.nouit.nu.37.de iudic

Lex tametſi contraria conſuetudine tollatur, nunquam tamen vel longiſsima diſſuetudine abrogabitur , commune aiunt Iaſ. in l. de quibus.nu.33.ff.delegib. Cur.Iun. conſi.cxxix.nu 12.Ac ſi expreſſim conſuetudinem aduerſam,improbauerit,non modò præteritam conſuetudinem,ſed & futuram antiquare, ac de medio tollere cenſebitur. cōmune profitetur Iaſ.in dicta l. de quibus. nu.55.&in l.cunctos populos.nu.74 C.de ſumma Trinit.quam in rem videbis etiam quę inferius obſeruo ver.Mos.

Lex quæ de clericis quidquam diſponit, quatenus canonibus aduerſa non eſt ſeruari debet.cōmune ait Alcia. in cap.cum non ab homine nu.1.de iud.&vide quæ ſupra obſeruo vel.clericus.

Legis lucra atque effecta tum abſens , tum ignorans conſequitur &abſque vlla agnitione,ſi modo hæreditas non ſit , tranſmittit.vt receptum pronuntiant Chaſſan.in conſuet. Burgund. rub.iiij. §.xiiij.ad fin.Arius Pinelus. in lege prima numero 36 verſiculo vij. ampliatur. C.de bon.maternis.

Legi prohibenti non in caſſum cum iureiurando renunciabitur. commune dicit Petrus Rauen.in alphab.aureo verſi. ne fideiuſſores. Villalob.in ſua collecta.

L.ſecunda C. de reſcindenda venditione in omnibus bonæ fidei contractibus locum,habet,etſi in ſtricti iuris conuentionibus ſileſcat, vt commune interpretum placitum eſſe conſtat ex Iaſon. in lege de quibus.numero 29.ff.de legibus &in lege ſi quis cum aliter,numero 18.ff.de verborum obligationibus.Quanquam contrarium verius & receptius arbitretur Arius Pinelus,cum quo ſum,ad eandem legē ſecundam. parte prima,capitulo tertio , numero quinto & numero 6. Habet item locum in venditionibus ſub haſta( vt infans vulgus balbutit )ad incantum factis. commune aſſerunt Rebuff.ſecundo tomo. numero 38. latiſsime Arius pinelus dicta parte ſecunda capitulo ſecundo, cui adde Alexand. magis commune id affirmantem conſilio cxvij. numero 8.libro vij. Obmuteſcet tamen, ac nullum prorſus locum habebit hęc lex.ſecunda C.de reſcindenda vendit.cū eius remedio expreſsim renuntiatur, vt commune affirmant Carol. Ruinus conſilio xvj.libro iiij. Did.à Couaruuias libro ſecundo variarum reſolut.ca.iiij.Vel cum iuſiurēdum appoſitum eſt nullo modo contractui contrauentum iri,vel omninò contractum ſeruatum iri:vt frequenter placitum inquiunt Cremenſ.num.175.Cagnol.quæſt.viij.nu.91.Ari⁹ Pinelus part.iij.cap.j.num.1.ad hanc eandem l.& idem Cagnol. rurſus in l.ſi quis maior.nu.36.C.de tranſact.Aymon Crauet.conſi.cxxxviij.num.3.& vide quæ ſuperius obſeruo ver.Læſus.

L.ſi vnquam.C.de reuocand.donatio.tam in libertis quàm in aliis locum habet.commune inquit Rip.ad eandem l ſi vnquam.Nec iuſiurandum appoſitum humaniſsimam illius deciſionem remorabitur &æque in qualibet bonorum parte,immo in re ſingulari,& in legatis à parente relictis procedet.communia ponit idem Rip.ad eandem met l.numer.7.& nume.15.& num.16.quæſt.xix.

L.quoties.C.de rei vendic.in re dubia locum non habet,hoc eſt, cum ſecundus emptor rem ſibi prius traditam non liquido probat. commune renuncio ex Alexan.ac Iaſ.in l.j.C.de edict.diui Adria toll. eodem Iaſo.in l.vltim.num.28.C.de ſacroſ. eccleſ.Nec item hęc lex procedet,vbi ſecūdus ex aliqua lucri cauſa rem conſequutus proponitur,vt commune conſtituo ex Soc.quē refert,& probat Marc.Man. non leuis doctrinę vir:de ſoluen.arg.verſi.dicimus,ex Iaſo. in hanc l. quotiens.limit.x.Anton.Gomez.de contract. c.ij. num. 20.ver.ex quo deducitur.Nec itē huius legis deciſio exaudietur,ſi vel eccleſia,aut ciuitas emptrix prima ſit,vt cōmune ponit latè Viuius lib.j.opin. ccccxxxv.Vel eccleſia,aut aliqua eccleſiaſtica perſona,aut princeps.vendiderit.comm.inquiunt Alex.conſi.cxxij.lib.v.Iaſ.ad hanc eandē l.quotiens nu.20.Pariſ.cōſi.xj.nu.20.& nu.58.lib.j.Nec rurſus huic legi locus vllus erit,cū emptor ſecūdus, primi emptionem haud. ignorauit. tunc enim reuocatoria in factum cōpetet,vt ponit cōmune lat. Viui⁹ d.opin.ccccxxxv.& aſſerit receptum Anto. Gomez.d.nu. 20.verſ.ſecūdo principaliter,quamuis ipſe verè,ac fundatè contrarium oſtendat, etiam cum emptor iſte ſecundus fraudis fuerit particeps.

Libellus cum clauſula,ſaluo addendi,minuendique iure, propoſitus,nec minui,nec augeri,nec mutari poteſt.commune inquit Iaſ.in l.edita actio.nu.53.C.de eden.Quin& pręterea ſi libellus aliquo errore oblatus ſit,vt quia actor ex aliqua certa cauſa petat, & eam non probet,licet aliam cauſam probet,ex qua à principio deducta obtinere poſſet,eo in iudicio prorſus ſuccumbet,vt eſt communis interpretum reſolutio in l.habebat.ff.de inſtit.action.& in cap.examinat. de iudi.tradunt Bart.in l.j.numer.12. ff.de edend.Bald in l.ij.C.de probatio Alex.in l.diuus.num.8.ad finem.ff.de oſſi.aſſeſſ.idem Iaſ.in l.j. num.3. ff.de eden. Iacob.in l.non idcirco.§.j. illo eodem tit Non tamen prępoſtoro ordine libellus offendetur,vt cōmune ſcribit Felin.in c.qualiter,& quando.num.3.de accuſation.Nec in criminum cauſis concluſionem deſiderabit.commune ait Zaſ.in §.j.numero 16.Inſtit.de action.ſed & libello ipſo nullum opus eſt,ſufficitque qualis qualis petitio actis contenta, & ſi ille in ſcriptis offerri exigatur, vt frequentius placitum affirmat Anton.de Tremo.in addit. ad Bon.in pract.except. de impedim.execut.nu.17.ver.ſunt &alij.

Libellus & ſi ab eo qui illum propoſuit declarari poſſit , tamen ab ipſius heredibus haud poterit.commune inquiunt Bologn.in l. edita.numero 80.C.de edend.& eius diſcipulus vir multæ doctrinæ, atque eruditionis Nicolaus Antonius Grauat. ad Veſtrium libro v. capitulo vlt.numero 20.

Libelli famoſi lector ſi eum ſtatim haud lacerat,eadem prorſus pœna afficitur,qua eius conſcriptor : vt frequenter placitum affirmant Placa de delict.c.iij.nu.2.& qui de pœna etiam nonnihil tradit Iulius Clarus in pract.§.vltim.quæſt.lxviij.verſic.libelli famoſi.

Libelli ineptitudo omnia prorſus vitiat, labefactat,atque euertit. commune aio ex Bartolo in quæſt incip.lapſus. Alexand.conſilio ſecundo numer.9.libro tertio.Dec.conſil.cccij.numer.7.& conſi.ccccl-xxxiij.latiſsime Crauet.conſi l.clj.numero 2.Bellon.conſi.xxv.num.1. Rōland.à Valle conſilio xciiij.numer.32.& Bald.qui poſt ſententiam rei iudicatæ vires nactam,eius inepti exceptionem opponi poſſe aſſerit,in auth.ſi quis litigantium.not.ij.C.de epiſcop.audien.quem amplexantur Crauet.vbi ſupra.Ioan.Cephal.conſi. 100. num.13.Attendetur autem omnino libelli ipſius concluſio vt vel rectus,vel ineptus cenſeatur,vt frequenter placitum enuncio ex Bartolo in l certi condictio in prin.ff.ſi certum petat Dec. in l.petens.C.de pact.& in capi. j.not.j.de offic.deleg. & conſi.lvij.in princip.& conſi.lxij.num.1.& cōſi.cxxxvj.Ioann.Cephal.d.conſi. 100.num.15.atque ex iuris pontificij commentatoribus in cap.ex parte de foro competenti.

Libris mercatorum vbi fides integra ſtatuto habetur( quæ procul-dubio haberi diſcretè,ac prudenter poteſt,vt receptum ait Crauet.de antiqui.tempo.parte prima,num.27.)& extra ſtatuentium ditionem haberi debet.commune inquit Crauet.vbi ſupra numero 9.non tamē id ſtatuti ad alia proferetur,quā ad illa, quæ ad mercium genus quas mercator libri conſcriptor profitetur, ſpectauerint,vt aſſerunt commune Andræas Alcia.in lege age.C.de tranſactionibus,Viuius nonnulla alia ad hanc eandem rem notabilia memorans libro primo, opinione cccix.

Libertorum ſucceſsio etſi patronorum poſteris in infinitum deferatur.tamen eorundem è latere cognatis vſque ad quintum gradum modo competit. commune dicit Porcio in §, vltimo Inſtitutione de ſucceſſione. libert .

Licito tempore quiuis actus geſtus præſumetur, ſi tum licito, tum illicito geri potuit, vt frequenter placitum affirmant Alex. nume. 2. Iaſ.numer.7.in l. non ſolum.§. ſciendum.ff.de noui oper. nuntiati. Dec.numero 52. Berous nume. 133.in cap.in preſentia.de probationibus. Bertran. conſilio ccxc. num.4. lib.iij. Anton.Gomex.in l.lxxx. Tauri.num.57.in tracta.de delict.cap.j. num. 70.Iul. Clar.in pract.§. vlt.queſt.lvj. verſi.&in hoc.

Lis non conteſtata tunc cenſebitur, cùm reus vel negans vel concedens quod petitur, expreſsim dicat id nō agere conteſtandi animo poterit tamen à iudice cogi, vt purè reſpondeat:alias contra illum vt contumacem iure procedetur,quemadmodum frequentius interpretibus placere affirmat Turzan.opin.cxxxvij.

Litis conteſtatione inducti effectus non idcirco pereunt,quod iudicij agitatio perempta ſit,ac lata à iudicij obſeruatione ſententia proponatur. commune inquit . Ant. Gomez. meus olim iuris doctor in tract.de teſta.cap.illi.nu.32.ver.quarto facit.

Litis ob conteſtationem non efficietur res litigioſa, ſi in perſonam agatur, vt eſt recepta interpretum opinio iuxta Roman. conſi.cclxx. incip.pro deciſione Crauet. conſilio cclxxix. ſcripſi alias Franciſcus Turzan.opinio.ciiij.

Literæ,quibus rem aliquam mitti,vel ſolui ſcriptum eſt,niſi & expreſsim rem illam vel pecuniam literarum latori tradi præcipiatur, non efficient,quo minus priſtina obligatio ſuo in ſtatu non reſtet,ſi res literarum latori tradita,atque amiſſa,vel intercepta fuerit,vt commune pono ex Barto.Paul.ac Salic.in l.ſi mei cauſa. commod.Bald. Salic.& aliis,in l.ſi is,cui.C.de furt.

Literarum comparatio ſi plene adęquata ſit,in ciuilibus cauſis perfecte probabit, ſi vero non per omnia ſimilis oſtenditur,vel in criminalibus cauſis ſemiplenam probationem gignet. commune affirmo ex ijs,quos laudat Viuius lib.j opin.xliiij.

Literis etiam epiſcopi aliquid de iure atteſtantibus nulla fides

adhibe-

adhibetur,ſi de leuiſſimo,vel ſaltem leui præiudicio agatur. commune aſſerit Franciſ.Turz.opin.xxxv.

Literas ad eum ſcribens,qui cum colloquium interdictum eſt,nullo ſe crimine obſtringit, ac nullas prorſus pœnas luet. commune inquiunt Alciat.in l.j.in princip.num.22.ff.de verborum obligat. & qui eum laudat Iulius Clarus in practia.§.vlti.quæſt.lxxxij.ſtatut.j. verſic. quæro ſi ſtatutum.

Literas alienas apetiens,ac reſignans, vt ſcribentis aduerſario illarum copiam faciat, falſi crimen committere cenſetur, vt frequenter placitum aſſeuerant Auguſt.ad Angel.de malef.verſi.falſario.num.10. Iul.Clar.in pract.§.falſum.verſ.aperiens.v.

Loco ab aliquo diſertè expreſſo, qui vxorē non abductum in ipſo matrimonij contractu paciſcitur, proculdubio obligabitur. commune ait Panorm.in ca.j. qui matrimon.accuſa.poſſ.Etſi nec is, nec quiuis alius generaliter,qui ſe vno in loco habitaturum promitrit.in illo ſemper habitare cogatur,ſed ad quod ſtipulantis intereſt, adſtringatur.commune dicit Did. à Couarruuias in tracta.de ſponſal. ij. parte cap.vij.numero 5.

Lucrari dicimur,cùm quaſi debitum aſſequimur. commune pronunciant Aretin.in l.Titia.numero 3.ff.de verborum obligationibus. Palat.Ruu.in releċt.capit.per veſtras. §.xxj. numero 5.de donat. inter virum & vxor.

Lucrum alicui alicuius contemplatione ablatum,illi eidem adſcribitur,cuius ratione aufertur.commune inquit Curt.Iun. conſi.xciij.nu. 6. Villal.in ſua collecta.

Lucrum aliquod depaciſci creditor, cui pecunia ſoluenda, vel res aliqua reſtituenda eſt,non ante poteſt, quam mora à debitore commiſſa iam fuerit. quamuis & ipſe negociari conſuetus ſit, & eo loci, vbi debitum contrahitur,vero ſimiliter idem lucri facturus eſſet.commune doctorum enunciatum affirmant Aretin.conſilio clij. viſo themate,& conſilio clvij.viſis diligenter. ad fin. Aymon. Crauet.conſilio lxxxvij.incipit Sompronius. Turzan.opin.clv. Quanquam non iniuria aliud moliantur Paul.Caſtren.in l.Iulianus. §.ex vendito, ff.de act. empt.Decius conſilio tertio,& conſilio cxj.& in cap.cum venerabilis. numero decimoquarto ad finem.de exception.Corn.Alexand.Alciat. Cagn.& Molin.quos refert.& meritiſſimò probat Did.à Couarru.lib. iij.reſolut.cap.iiij.num.5.

Lucrum ceſſans is demū petere poteſt,qui negociari adſolet.commune ſcribunt Socin.conſil.clvj.lib.j.Dec.conſil.iij.Rebuf.in l.vna.nu. 601.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt,quamuis aliud longè diuerſum ſolida iuris ratio dictet, conſtituat, ac præcipiat ex l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem.ff.de action. empt. vt non de nihilo titubauerit Dec.dicto conſil.& æſtuet idem Dec.in cap.cum venerabilis.num.14. de except.atque aliter omnino in emptore oculatius cenſuerit. Andr. Alciat. in d.l.vnica.num.79.&.num.80.C.de ſentent.quę pro eo quod intereſt,verùm ea de re copioſius alibi. Intellige tamen ac perpetuò menti inſculpe,vt huiuſmodi lucrum peti poſſit,non ſolùm ſatis eſſe eum,qui illud poſcit,negociari conſueuiſſe,ſed & neceſſariò probandum eſſe tantundem veroſimiliter lucrari alioquin potuiſſe,quantum dem petit. Commune aſſerunt Iaſ.in l.iij.§.vlt.ff.de eo quod certo loco.latè Did.à Couarr.lib.iij.variarum.ca.iiij.num.2.verſ.primo deducitur,& qui copioſius praxim tradit. Atque id duntaxat ad primum lucrum,quod aliàs creditor facere potuiſſet, non & ad alia deinceps quæ conſequi probabiliter poſſet,humaniter cum multis conſtringit Straccha de contract.mercat.v.par.num.3.& ſequ.quamuis Cagnol. non ſemel aliud verius eſſe, & nec vno anno lucro huiuſce generis petitionem circumſcribi aſſeueranter contendat.

Lucrum nuptiale, quod maritus vel ſtatuto, vel conſuetudine ex demortuæ vxoris bonis conſequitur:non idcirco amittet. quia ad ſecundas nuptias tranſierit,quamuis illud eiuſdem matrimonij liberis ſeruare teneatur.commune aiunt Rip.in l.fœminæ. num.55.q.xxij. & nu.63.q.xxiij.C.de ſecund:nupt.Ioan.à Garron.in auth. ex teſtamento.num.83.illo tit.Nicol.Arel.in l.generaliter.num.41. cum ſeq.C.illo eod.tit.largè doctor meus Arius Pinel.ad l.iiij.num.2.C.de bon.mat. alia ad hoc lucrum ſpectantia videto inferius ver.Maritus.

Ludus omnis generaliter iure interdictus cēſetur.commune effert Maluet.de ludo traxill.quem laudat pract.Conrad.num.1.in fi. Quod intelliges ſiue ludus is,à fortuna totus pendeat,ſiue in eo multùm ingenij vis,multùm experientia verſetur,ac polleat: quemadmodum in taxillorum,tabularum, chartarum, ac ſimilium ludis exploratum eſt, vt verum ac receptum teſtantur Imol.in cap.clerici.in ij.nu.16.de vita & honeſt.cler.Iul.Clar.in pract.§.ludus. At ludus,qui ſolo ingenij acumine regitur,vt latrūculatius,etiam clericis licitus, inculpatúſque eſt, vt communiter receptum ſcribunt Abb.in d.c.clerici. nu.4. Bertach. de epiſcopo.in j.part.cauſæ ſin.q.vij.Iul.Clar.vbi ſupra.non tamen vltra vnum aureum eo etiam ludo quis periclitari poterit, iuxta ius receptum à conſuetudine abolitum:vt teſtatur idem Iulius eodem loci. mihi tamen vel minimè omnium is latrunculorum ludus permittendus videretur,cùm in illo plus temporis, maiori animi anxietate ponatur,quod & alicubi Robertus de re milit.obſeruat.

Ludo etiam alearum partum lucrum victus à victore hodie ob ludendi conſuetudinem non repetet,dummodo nulla in ludo fraus verſata probetur, vt commune iuris interpretum placitum atteſtantur Barb.conſil.lxvj.num.7.lib.vij. Roch.de conſuet.num.6.Caccialup.de Lu o.num.79.Iul.Clar.in pract.§.ludus.verſic.item vincens.Licet de iure longè aliud verius ſit,vt affirmat glo.in ſcholio vlt.l.vlt.ff.de aleę luſ.& alear.cuius ſententiam communem affirmant Auguſt. ad Ang. de malefic.in verſi.metitore de mali dadi,numero 23. Caccialup. vbi ſupra numero 40.atque eā proculdubio obtinebit,vbi & hodie aleæ luſu interdicitur.

Ludenti quicquid ad ludendum mutuò datur, etſi de iure repeti nequeat,de conſuetudine contra ius valitura condici ac repeti poteſt. commune affirmant idem etiam inter clericos proceſſurum aſſerentes Did.à Couuar.in repetit.cap. peccatum. & qui eum laudat Iulius Clar.in practica.§.ludus.verſic.penult.Quod tamen intelliges verum fore,niſi ſi is,qui mutuò id ludenti dedit,vel ludentium aliàs receptor ſit,vel vnà ludat.commune teſtificantur Caccialup.de ludo. q. viij.in in princ.& num.33.Grammat.deciſ.xl.num.3.

M

MAGISTER, & ſine cauſa,diſcipulos intra modum impunè verberat.commune aiunt Porc.in §. ſed hoc tempore.ad gloſ.cognita.num.6.Inſtit.de iis,qui ſunt ſui.vel alien.iur.Anan. in rub.nu 5.de magiſt.quem refer Iul.Clar.in pract. §. vlt. quæſt. lvj.verſic.poteſt etiam.

Magna vel modica cauſa, perſonarum qualitatibus metitur.commune affirmant Ioan.Lup.in repetit.rubr. §.xj.nu. 12.Viuius latè de materia agens lib.j. opin. xxxj.& vide quæ ſuperius poſui.ver.arbitrium.

Maieſtatis læſæ crimen, & aduerſus quoſcunque principes ſuperiorem non agnoſcentes,& aduerſus quemcúnque cardinalem committi intelligitur,& cenſetur,vt communia interpretum dogmata ex multis latiſſimè aſſeuerat Iul.Clar.in pract. §. læſæ maieſtatis. verſic. committitur.cum ſequentib. Non tamen vnquam aliàs commiſſum iudicabitur,quàm ſi ille,qui eius criminis patrati inſimulatur ei,quem flagitiosè offendiſſe arguitur,vel ob domicilium,vel ob originē ſubditus ſit,commune affirmant Gyg.de crimin.læſæ.maieſt.quæſt.lxviij. num.2.Iul.Clar.vbi ſuprà,verſic.vidi quandoque. Quin & illi prætere a maieſtatis læſæ crimine irretientur,qui cùm quid de illud affectantibus ſciant,non opportunè deferant.commune ait latè Viuius libro ij.opin.ccxlvj.Quamuis contrarium & humanius & verius mihi profectò videatur,quod non pauci alij obnoxij iam contenderunt.Memineris autem ſemper quod eorum liberi, qui nefario hoc crimine obſtringuntur,tum demum ſubeunt pœnas.l.quiſquis. C. ad legem Iul. maieſtat.cùm id criminis contra ipſum Imperatorem, vel Rnmanam Rempublicam patratum oſtenditur.commune aſſerunt Andr.Alciat. conſil.cccclxvij.num.6.in fin.Gyg.de crimin.læſæ maieſt.q.xxiij.num. 9.Iul.Clar.vbi ſupra ver.vnum tamen.

Maior decurionum pars conſilio interfuiſſe cenſebitur, quando duæ partes ex tribus adeunt.commune inquit Bellon.conſil.xxxix.nu. 1.Villalab.in ſua collecta.

Maioratus (vt loquendi conſuetudo inualuit) ſucceſſor locationē ad longum tempus.aut emphyteuſim ab eo,cui ſucceſſit,conſtitutam non neceſſariò ſeruat,vt receptum ponit Arius Pinel.in l.j.part.iij.nu. 65.C.de bon.matern.

Maioratus,aut bonorum pari vinculo obſtrictorum ſucceſſor non offenditur præſcriptione aduerſus antecedentem poſſeſſorem abſoluta,vt commune pono ex Dec.conſi.ccccxlv.nu.47.Rub. conſi.lxxxiij. nu.6.Grat.conſi.xx.num.37.& conſi.cj.num.42.lib.j. Pariſ.conſi.xxiij. num.119. lib.ij. & in cap. cùm non liceat num. 18. de præſcription. atque ex aliis quos laudat liberaliter Arius Pinel.in auth. niſi tricennale.num.49.C.de bonis matern.

Maioratus ſucceſſorem non damno afficit ſententia in anteceſſorē lata:commune inquit Soc.conſil.clxxxj.nu.93. lib.j. magis commune affimat Dec.conſil.ccccxlv.num.19. & Aymon. Crauet conſil. cxcvij. num.7.Sed contrarium verius & communius oſtendit diligenter & operosè Pinel.in l.j.part.iij.num.48.C.de bon.matern.

Mala fides quocunque tempore ex ſcientia rei alienæ emergens,præſcriptionem nondum perfectam diſturbat commune ponit Bald. de præſcript.ij.par.tertiæ partis q.vij.& viij.non tamen mala fides poſſeſſoris à quo res comparata eſt,illius præſcriptioni impedimento erit, qui eam ab ipſo comparauit. Sic enim reſtringi debet authent. malæ fidei vt frequenter placitum inquiunt Balb.vbi ſupra quæſtion.xij.nu. 8.limit..vij.Arius Pinelus in auth.niſi tricennale. nu.34.de bonis matern.diluet autem malam fidem, tum iuris error atque iniuſta cauſa, vt commune ait Rub.conſi.lxxv.tum triginta annorum curſus,vt cōmune ſcribit latè Viuius lib.ij.opin.clxvij.

Malæ fidei poſſeſſor cenſetur,qui à vero rei domino admonitus rē illam

ſilam ſuam,non verò diſtrahentis eſſe,eam nihilominus emit.cōmune pono ex Fel.in c.ij.nu.5.ver.fallit v.de præſcript.Marth.de Afflict. dec.cccxcvj.nu.10.Balb.in relect.l.Celſus.par.iij.nu.24.ff. de vſucap. & Ario Pinel.qui optimè declarat,in authen.niſi tricennale.nu.14.cū ſeq.C.de bon.matern.

Maleficium & is commiſiſſe dicitur, qui vel iniuriam intulit, vel verbis quidpiam aliud pœna dignum effutiit. commune aſſeuerant Blanc in pract crim.nu.51.Iul.Clar.in pract.§.j.verſi.ſed quæro nunquid maleficium. Quamuis contrarium affirmet receptum Alciat.in l.verbum facere.ff.de verb.ſignificat.cuius opinio magis explodenda verbi ſubtilitate,quàm ſolidis iuris rationibus fulcitur.

Mandatum generale,quo quis procurator conſtituitur, ſi in eo caſus aliquis ſpeciale mandatum exigens excipiatur(vt verbi gratia,ne iuſiurandum procurator præſtet)cæteros omnes caſus, in quibus ſpeciale mandatum requireretur,& qui aliàs comprehenſi non eſſent, comprehendet.commune aiunt Cagnol. in l.j nu.30 & nu.33.ff.de reg.iur.Euerard.in topicis. argumēt.iij.Viuius lib.j.opin.ccviij. Quin & alioquin regulariter mandatū cōplectetur id ſpeciale abſque quo fruſtra generale foret.communeinquit Curt.Iun.in l.ij.nu. 43.ff.de iuriſdictio.omnium iudicium.

Mandatum ab eis,qui ſe procuratores dicunt,exhiberi iudices ſua ptè ſponte,ac parte non petente,præcipere nequeunt. commune ait Fel.in c.cauſam.nu.5.de iudi.& qui meritò cū nonnullis diſſentit Nicolaus Ant.Grauat.lib. iiij.c.v.numero 22.& 23.ad Veſtrium. Intelli ge tamen ac perpetuò memineris,quod is abſque mandato etiam rectè aget,penes quem obligationis inſtrumenta erunt.ſi præterea cautionem de rato præſtet,vt frequenter placitum affirmant Iaſ.in l.cautio.numero 12.C.de procurato.Alciat.de præſumptio regula.j. præſumpt.xxxiij.Nicola.Anto.Grauatius.d.cap.v.numero 30.& vide ſupra ver.Cautio.

Mandatum à marito vxoris cauſam agente tum demum peti poteſt,cū ſemel illud recepit,cōmune dicit Iaſ.in l.maritus.nu. 8. C.de procurat.Ab amicis verò amicorū cauſas acturis,& ſi generaliter exigatur,vt cōmune aſſeuerāt Rep.in c.cūM.nu.61.de cōſtit.Blāc.in tract. de cōpromiſſ.in iij.q.nu.48.verſi.amicus.Tamen ſi de rato amici caueant,non exigitur.commune ponit Viuius lib.j.opin.xxix.Cuius contrarium verius ac probabilius alibi ipſe oſtendo.Quin & filiis ex dānato coitu ſuſceptis,ſi pro patre velint agere,mandatum neceſſarium eſt,vt commune effatur Iaſon in lege exigendi.numero nono.C.de procurat.

Mandatum interueniſſe haud præſumitur,percurſo etiam mille annorum ſpatio,vt ait frequenter placitum Cagnol.in l.velle.nu.16.18. & 19.ff.de regul.iur.magis commune affirmat quampluimos in id doctores congerens Ioan.Ceph.Ferra.cōſi.lxv.nu.16.Excipe, niſi cauſæ parui momenti vertantur.commune enunciat Gozad. conſil. xcvj. nu.11.Sed quod generaliter ſemper tanto annorum curſu præterlapſo mandatum interueniſſe præſumatur.aſſerunt cōmune Bologn. in l.j.nu.58.C.qui admitt.Soc.Iun.conſi.cxxxix.nu.10.lib.iij.& alij,quos refert,atque immeritò amplectitur Viuius lib.j.opinio.ccvij Obſeruabis tamen ac memoriæ perpetuò commendabis,quòd ſi ſemel mādatum interceſſit,illius vi,res geri præſumitur,quamuis poſt magnū temporis interuallum gerantur.commune dicit Alciat.in tract. de præſumpt.regul.ij.præſump.xxiij.nu.12.

Mandatum qui ſuſcepit,mandati ob latam,leuem,ac leuiſſimā culpam tenebitur.commune ait Porc.in §.vlt.nu.1.ad fin.Inſti.mand. Si autem forma ac fines mandati ſciente & patiente domino egredietur,illi proculdubio oberit,vt commune renuncio ex Alex. in l. ſæpè. nu.87.ff.de re iud.& conſi.lxxxiiij.lib.v.Iaſ.in l.ſi quis iniquum. §. ſi procurator.nu.5 ff.quod quiſque iur.Fel.in c.cum olim. de offic. deleg.& in capitulo quarto numero 12.vt lite non conteſt Deci. conſil. dclxxij.nu.2.

Mandatum ad matrimonium contrahendum,teſtibus probatur.cōmune dicunt Alex.conſi.cxix.verſi.lib.v.Curt.in additio.ad Paul.in l. j.verſi.teſtes.C.de procura.vt & quoduis aliud mandatum appoſitis teſtibus ritè probabitur. commune inquit Iaffred.deciſ.cxc. Quin & eius reuocatio vno teſte,ac iureiurando alterius teſtis defectum explenti,probabitur. commune ponit Viui.lib.j.opin.ccccxv.cum Corſet.in ſing. ver.mandatum.

Mandatum non exigitur proponendis abſentiæ cauſis: vt commune placitum atteſtatur Præpoſ.in c.ſi quādo.ij q.vj.nu. 21. niſi vt procurator abſentem velit quis defendere:quippe tunc ſecus eſt.commune pronunciat Iaſon.in l.ſi is,qui.numero ſeptimo C. qui teſtamen. fac.poſſ.

Mandati actione tenetur qui generaliter pecunias mutuas dare,aut fœnerari,aut in rerum aliquarum emptionem erogare aliter non facturo mandauit,aut etiam qui alioquin facturo certam tamen rem emere,aut certo alicui mutuari mandauit,vt communius hac in re Ioan.dogma aſſerit Porc.in §.vlt.in fi.Inſtitu.mandat.

Mandator maleficij non ex eo quis probabitur,vt torqueri ea de re poſſit,quod ſibi illud perpetrandum mandaſſe aliquis affirmet, commune & praxi tritum atteſtatur Iulius Clarus in pract.§.vltim. q. xxj. verſi.& ex hac.Notabis autem,quod qui maleficij mandati conuincitur,non ſtatuto ſceleris admiſſorem punienti, ſed ſtatuto in facinoris ſe luſque ipſum pœnas decernenti comprehenditur,commune effatur Iaſ.in l.ſi quis id,quod.nu.36.ff.de iuriſdict. omni. iudic. & in l.ſi quis pro emptore.nu.361.ff.de vſucap.Bologn.conſi.xxxiiij. quamuis generaliter ac perperam ex præpoſterè accepta Iaſ. authoritate receptum,& praxi ſeruari aſſuetum ſcripſerit Turzan.opin.cxxx. vt mandator ſtatutis de faciente loquentibus obligetur, quod etiam magis commune atteſtatur Alber.iij.par.ſtatut.q.liij.nu.15.Sed ſuperior ſententia & verior proculdubio, & receptior eſt, vt facile collectu eſt ex aliis, quos ſupra laudaui, atque ex aliis quos cumulatim allegat Iulus Clarus in practica. §. vltimo quæſtione lxxxix. verſi.ſed quæro,non tamen dubium eſt,quin ſceleris mandator iure ciuili æquas patratori pœnas generaliter,& indiſtinctè luat,vt commune inquiunt Curt.Iun.conſi.cxxxvij.nu.5.Cotta in memorab.ver.mādans,& qui latè hac de re agit Iul.Cla.d.q.lxxxix.Punietur autem vbi exequutum mandatum eſt,non vbi iniunctum eſt, commune tradunt Duennas regula ccclxxviij. in iij.ampliat.Iul. Clarus d.§. vlti.q. xxxviij.ver.item quæro.

Mandans alicui alapas infligi,vel os alicuius vulnere deformari,ſi homicidium ſubſequatur,non illius tenebitur:at qui ſimpliciter vulnus alicui inferri iubet vel cùm offenſus eſſet,ſeruo iniungit, vt ad ſe non reuertatur, antequàm nouum de offendenti audiat, ſubſequuti poſtea homicidij tenebitur,vt cōmunia copioſè ponit Iul.Clar. in pract.§.vlti.q.lxxxix.ver.pone,cum ver.ſequent.

Manus alicui ſi ſimpliciter amputari iubeatur,& læua atque inutilior ſemper amputabitur,ac ſi vna tantum manus indicato ſit, non ea reſecabitur,quemadmodum communia interpretum dogmata recenſet Iulius Clarus in pract.§.vltim.quæſt.xcvj.ver.pone quod aliquis, & ver.ſequent.

Maritus vbi dotem,vel dotis partem.ex alicuius ſtatuti conſtitutione lucrifacit,dotem vel dotis partem ſolutam,non verò duntaxat promiſſam lucrabitur.commune inquiunt Berous deciſ.xxij. numero 79.& 13.& qui id dogma argumentis illi contrariis tutari nititur Viuius lib.j.opin.cccxix.Mihi tamen contrarium verius & non minus receptum videtur.quod atteſtantur Alex.& Iaſ.in l.ſi donaturus.§.j.ff. de condict.ob cauſ.Soc.conſi.xxxij. in præſenti conſultatione lib.iij. & qui communem concluſionem aſſeuerant Curt. Iun. conſil. cxxix. præſupponitur.paulo ante finem.Tiraq.in fin.de retract.conuent.nu. 33.& ſeq.vbi ampliat idem fore,tametſi ſtatutum de dote data, aut de dante dotem expreſſim meminerit,quod etiam abſque dubio probari debet,nec requiritur præterea vt huiuſmodi ſtatutis locus ſit, vlla copula.aut vxoris in viri domum deductio. quemadmodum commune ait Rolan.à Valle,in tractat.de lucro dotis.in q. 116.nu.6. Vnde longè minus ambigi poterit,cùm vel per vnam noctem vir atque vxor ſimul concubuerint.vt receptiſſimum affirmant Viuius vbi ſuprà,poſt Tiraq.in tract.res inter alios acta.limi.xliiij.& in l.ſi vnquā. ver.donatione largitus.C.de reuoc.donat.Quin& cùm poſt matrimonium de præſentibus abſque copula contractum vxor religionē profitebitur,maritus dotem,dotiſuè partem ex id genus ſtatuto lucrifaciet,commune pronunciant Iaſ.conſi.cxxxv.lib.ij.& qui eum laudat Viuius d.opin.Non tamen maritus nomine tenus ac putatiuus huiuſce ſtatuti prærogatiuis fruetur,vt receptum affimat Roland.d. tracta. q.xcviij.nu.16.& 13 Attendetur autem ſemper ac diligenter obſeruabitur in iis quæſtionibus de dote lucranda ſtatutum, quod in mariti domicilio viguerit,non verò quod in ipſius vxoris vel patria, vel domicilio conditum florebit.commune aſſeuerant Iaſ.lect.j.nu. 60.in l. cunctos populos.C.de ſumma Trinit.Socin.Iun.conſ.xiiij.lib.j. Cur. Iun.conſ.cxxix.Viuius latiſsimè d.opin.vbi quam plurima ad materiam vtilia congerit Et hæc profectò ſententia mihi verior & receptior videtur,quidquid in contrarium ſcribat Purpur.in d. l. cūctos populos.nu.120.Memineris autem porrò,quod huiuſmodi emolumētum liberi prioris matrimonij ſuperſtites non remorabuntur,nec impedient,ſi vel de illis ſtatutū expreſsim meminit,vel meminiſſe coniecturis aſſequi poſſumus:vt receptum interpretum dogma eſſe literis prodiderunt Boer.deciſio cxiij.nu.4 Berous in famil.q.cxix.numero 1.Pariſ.conſi.xcj lib.iiij.Obſeruabis hac in re denique,quod maritus ſecundò nuptæ,ac liberis prioris matrimonij præditæ, non maiorem dotis partem lucrifaciet,quàm ad vnum ex illis liberis peruenerit,tametſi certam dotis partem illi ſtatutum aliquod diſertè addicat commune ait Bertran.in l.hac edictali.nu 20.C.de ſecund. nup, ſubducetur tamen & legitimæ illius filij portionis ratio,vt commune teſtificatur Aymon Crauet.conſ.xciiij.nu.12.

Maritus proprietate omnium bonorum,quæ ex vxoris vita functæ facultatibus, cauſa gratuita nactus eſt, labitur, ſi ſecundo matrimonij iugo caput ſubdat, reponunturque bona omnia illa primi matrimonij liberis, vt frequenter placitum pronunciat Ioan. Nicel.in l. generaliter. numero 8. & numero 58. C.de ſecund. nupt. quam in re videbis etiam quæ ſuperius obſeruo ver. Lucrū nuptia.

Ma

M.ritus abſque mandato pro vxore rectè aget, ſi nunquam ante illius mandatum recepit.commune inquit Iaſ.in l.maritus.nu.8. C. de procurator. Quin & vxoris nomine non incaſſum aget ad venditionis à ſe ipſo factæ reſciſſionem, vt commune dicit Ant.Nicel.in gl.cócordan.cxx.§.duodecimo adducitur.

Maritus & ſine cauſa vxori impunita verbera modicè infligere poterit, vt frequenter doctoribus probari, non admodum vxorij teſtantur, Porc.in §.ſed hoc tempore.nu.6.Inſtit.de iis qui ſunt ſui, vel alie. iuris.Alex.conſi.cxv.nu.3.lib.v.& qui eum laudat Iul.Clar. in pract. §.vlt.q.lvj.ver.poteſt etiam.

Maritus expenſas in exigendis dotis nominibus poſitas, de quantitate ipſa nominum exacta corradet. commune ait cum Plomb. Corn.l.j.C. de bon. mater. Ioan. Coraſ. in l. frater à fratre. numero 13. ff. de condict. indeb. Quamuis contraria opinio verior ac receptior ſit, vt atteſtatur meus iuris doctor Pinelus in d.l.j. part.ij.nu.7.C.de bon.mater.Tributa verò atque onera pro rebus debita ſoluet abſque dubio maritus ex ipſis bonorum dotalium fructibus, id enim verè receptiſſimum affirmat idem Pinel.illa ea. parte.ij. nu.72.ver.j.igitur ampliatur.

Maritus interim dum matrimonium conſtat, dotis dominus cenſetur, vt late obſeruaui ſuperius ver.dos.Eius autem bona etſi pro dote ipſa tacitæ hypothecæ ſubiiciantur, tamen pro vxoris alimentis non tacitè obligata ducuntur.communia dicit Roma.conſi.ccccliiij.

Maſculorum nuncupatio tametſi non ex propria verbi notione fœminas concludat, tamen ex legis interpretatione illas complectitur. commune inquit Curt.Iu.conſi.clxiij.nu.3.Quamobrem maſculorum nominatio in fauoribus fœminas comprehendet, vt frequenter placitum enunciat idem Curt.Iun.conſi.cliij.nu.5.quamuis & in contractibus ſecus ſit, receptum ſcribit Iaſ.in l.ſi quis id, quod. nu. 23. ff. ff.de iuriſdic.omni.iud.& generaliter in odio dignis diuerſum omnino reſpondendum ſit, quemadmodũ reſoluit Hip.in l.vna.nu. 224. & nu.225.C.de rapt.virgin.

Mater à luctuoſa liberorum hæreditate in dubio excludi nequaquam debet.commune ait Curt.Iun.conſi.cxxxiiij.nu.6.Quin ſi à filio ſine cauſa prætereatur nullum teſtamentum dicet: ſi cum cauſa ſilentio inuoluatur, pro exhæredata habebitur, commune pronunciat cum Guliel.Iulius Clarus de teſtament.q.xlix.idemque atteſtatur Angel.in §.mater.Inſtitu.de inoffic.teſtament.Betrran.conſi.j.nu.3.&cõſi.xxiij.nu.2.lib.v.Did.à Couar.in c.Raynutius.num.3.& ſeq.de teſtament.Ant.Gome.de teſtament.c.xj.nu.34.Si autem per ſubſtitutionẽ pupillarem excluſa fuerit, nunquam illi legitima aliqua portio debebitur.commune affirmant Alex.conſi.xij.lib.iij.& qui eum laudat Viuius lib.j.opi.ccvj.

Mater vel dotata, vel indotata.ſi legitimæ ſibi in patris hæreditate competituræ renunciet, non obetit ſui ipſius filiis ad aui hæreditatem adſpirantibus, vt commune inquiunt Rip.in reſponſis tit. de legibus & long.conſuet.c.vj.nu.3.Viuius lib.j.opin.ccij.Videto tamẽ quę hác in rem ſcripſi ſuprà verſi.filius.

Matri filium ex alio quàm ſuo ex marito ſuſceptum aſſerenti, nulla fides habebitur, etſi multum diuque vagata fuerit.commune effert Boer.deſicio xxix.num.6.aſſerunt & ij, quos ſuprà laudaui ver.Filius.

Matrem ad ſecundas nuptias conuolantem nec filius, nec filia dotare tenetur, commune pronunciat Ripa in l.j.numero 82. ff. ſoluto matrimonio.

Matris excluſæ proles non admittetur, vt commune latè retuli ſuprà ver.Filius.

Matrimonium ſignis duntaxat etiam ab iis, qui fari poſſunt, rectè, riteque contrahitur.commune dicunt Aretin.conſi.xiij.Syluestr. verſi.matrimonium ij.§.vij.& qui complures laudat Did.à Couar.in tracta.de ſponſal.ij. part.c.iiij.nu.1.Poterit etiam matrimonium vel ab eo contrahi, qui iam animam agat, vt receptiſſimum inquit Emanue. à Coſta in l.cum tale.§.ſi arbitratu, ampliat.quarta numero 2.ff.de cõditio.& demonſtra.

Matrimonium contrahitur his verbis, non niſi te habebo vxorem non mutabo te pro meliori vxore: vt frequenter placitum affirmant Præpoſ.in c.ex part.nu.7.& nu.8.de ſponſal.Dec.in l.tranſactione.in princip.C.de tranſactio.& qui non immeritò diſſentit Turzan.opini. cxiij.Item ſi quis dixerit, te habebo in vxorẽ, iuro ſeu promitto, quod te habebo in vxorem, matrimonij iugo ſeſe alligaſſe videbitur.communia ponit copioſè Did.à Couar.de ſponſal.ij.part.c.iiij.§.j.nu.4.ad finem.& ſequen.At non matrimonium ſed ſponſalia tantùm iniet, ſi verba ſubſequentia fecerit, Volo tecum cõtrahere matrimonium, volo te in vxorem ducere.commune aſſerit idem Did.à Couar.d.§.j.nume.4.Sed ſiquis ſolennibus verbis matrimonium cum aliqua contrahat, vt ab illa ſui copiam conſequatur, animo alioquin alienus à matrimonio contrahendo, & cum illa conſuetudinem habeat eo ſemper fornicandi propoſito, nullis matrimonij vinculis irretietur, quamuis debeat ſub mortiferi peccati pœna vel cœlebs illam vxorem ducere, vel iam maritus ſtupri damnum pecunia reſarcire. cõmune ait Did. à Couar, cum Hadrian.& aliis d.ij part.c.ij.nu.4.

Matrimonium verè contractum cenſebitur ſi parentibus filiorum nomine expreſſim coniugalem conſenſum præſtantibus iidẽ filij præſentes tacuerint, tametſi nullum aliud ſignum ediderint, cõmune ait latè Did.à Couar.in tract.de ſponſal.ij.part. c.iiij.nu.4.longè autẽ diuerſum ius erit ſi extranei huncce conſenſum exhibuerint. vt commune atteſtatur idem Did.eod.in loco.

Matrimonium contractum antea præſumitur, ſi ij illud ſe contraxiſſe dicant, qui in illicito alioquin coitu, aut ſtupro deprehendantur vt commune renuncio ex Hippo.in l.vna numero 69.C.de rapt. virgin. Ioan.Coraſ.libro tertio Miſcell.c.ix.numero 8.Iaco.Menoc. alicubi de arbitra.iudic.

Matrimonium nondum coitu perfectum parte vna inuita diuidi poteſt.commune ait Curt.Iun.conſi.clxx.nume.1.quamuis promotione ad ſacros ordines non diſſoluatur commune dicit Oliuer.de gradibus cognat. numero decimooctauo Diſſoluitur tamen diſpenſatione, vt frequenter placitum inquit Curt.Iun.d.conſi.clxx. num.1. Abſolutum autem nec vllo pontificio diplomaté de ſuo loco & gradu mouebitur.commune affirmant Cagnol.in l. nuptias. numero 5. ff.de reg.iur.

Matrimonium contractum iri cum pœna, vel modicæ quantitatis etiam ij promittere nequeunt, qui ipſos contracturos iure ſanguinis contingunt.at enim arræ tũ in quãtitate, tum in ſpecie rectè dabũtur: & ſi hæquoque vtrinque dari nequeant. Cõmunia aſſerit hac in materia cõueniẽdus Did.à Couar.in tract.de ſponſal.ij par.c.iij.§.vij. numero 5.6.7.& 8.

Matrimonium, quod ſub conditione contrahitur ſi Romanus Pontifex eius rei gratiam indulſerit.valet ac ratum eſt: vt receptum affirmant Did.à Couar.& qui eum cum aliis refert Iul.Clar.in pract.§. inceſtus.ver.ſed quid ſi aliquis.

Matrimonium metu obſequiali, vel officioſo, vel reuerentiali, vt ita dicam, contractum, valet, ac firmum, ratum que eſt: niſi ſitis metus ſit, quo cæteri contractus reſcinderentur. quippe tunc matrimonium penitus nullum erit, communia ponit diligenter Did. à Couarru. de ſponſal.ij.part.c.iij.§.vj.nu.3.& nu.5.Si verò matrimonium alio metu contrahatur, ipſo iure nullum prorſus eſt. commune aiunt Panormita.in capit.cum locum.numero 6.de ſponſal.Bar.conſilio liiij.numero 10.lib.j.

Matrimonij ſecundi cauſa, quod viuo marito.quem iamdudum abſentem probabiliter mortuum credebat, vxor contraxit., non punitur.commune pronunciat meus iuris doctor Anto.Gomez. in l.lxxx. tauri.nu.31.

Matrimonij nomine, quod ſtatuto punitur, non aliàs quis plectetur quàm ſi coitu conſummatum oſtendatur.commune dicit Hipp.ſing. clvj.Quamuis contrarium affirment receptum Did.à Couar.de ſpõſal.ij part.c.j numer.3.Viuius lib.j.opin.ccxij.quod verius cum diſtinctione alibi oſtendo.

Matrimonij libertas nec ſtatuto, nec lege aliqua imminui poteſt. quam ob rem ſi alicuius conſilio matrimonium contrahi iubeatur, & ſecus facientibus pœna imponatur, aut alicuius iuris vel beneficij priuatio indicatur, nullius ponderis omnino erit ſtatutũ, vel lex, qua id præcipietur.commune inquiunt Franc.Cur.in addit.ad Pau. in l j. litera G.ff.de iuſt.& iur.& qui alios cumulatè laudant Did. à Couar. de ſponſal.ij.par.c.iij.§.viij.nu.6.Viuius lib.j.opin.cxxiij.Iul. Clarus pract.vlt.§.q.lxxxij.ſtatu.iij.per totũ, non tamen matrimonium impediri dicetur, nec illius libertas imminui cenſebitur ex lucri alicuius alioquin propoſiti amiſſione: vt frequens interpretum dogma atteſtantur Aret.in l.Titia.nu.3.de verb.oblig.meus iuris doctor Emanuel à Coſta in l.cum tale.§.ſi arbitratu. ampliat.viij.nu.2.Did.à Couar.d.ij.part.c.iij §.iij.nu.8.

Matrimonij probatio non erit nominatio, quamuis illius præſumptio futura ſit.commune ait Io.Coraſ.lib.iij.Miſcel.c.iij nu.7.Nec illud item probabunt enunciationis, aut narrationis verba in inſtrumẽto exarata vt frequenter placitum dicunt Fel.in c.illud.nu. 2.de præſumpt.Curt.Iun.conſi.xcv.nu.5.Nec præterea matrimonium probabit, vel annuli delatio iis etiam in locis, quibus id ſigni à mulieribus paſſim circum ferri ſolet, nec vel ſola fama, vel mutui pro viro & vxore operationibus adiuncta, nec ſola dotis, vel donationis propter nuptias nominatio.nec denique ſola viri ac mulieris cohabitatio, quẽadmodum frequentibus calculis receptum teſtantur Soc.conſi.xxxix. viſis & inſpectis lib.j.Turza.opi.lxxix.Quinimo nec fama & cohabitatio coniunctim idoneam illius probationem ſuggerent, commune pronunciant Soc.d.conſi.Turzan.opi.clxxx.Si tamen ad quadraginta annos cohabitatio peruenerit, ſatis luculẽter ea vel ſola matrimoniũ probabit: commune effatur Præpoſ.in cap.conſultationi. de ſponſal.

Medicus cum ægroto nullam pactionem, nullamque conuentionẽ interim dum ille cum morbo conflictatur, facere poteſt. vt verius, ac receptius accuratè profitetur Arius Pinel.in l.ij, par.ij.c.ij.nu. 33.cum præced.C.de bon.mater.Nec ante præmium vllum exiget, quàm ſanitas infirmo reſtituatur.commune aiunt Ripa de peſte. in titulo de remedi. ad curand. peſtem. numero 127. & qui latè hac de re

agit V...

agit Viuius lib.j.opin.clxxvj.

Meliori rei reddēdæ impenſos ſumptus reſtituere is tenebitur. qui l.ij.C.de reſcind.vendi.rem ipſam voluerit abducere, vt frequēter placitum latè oſtendit doctor meus Arius Pinel.ad illam eandem.l.part.ij.c.iij.nu.1.cum ſeq.

Membrorum appellatio ad ea ſolum membra refertur, quibus diuerſo,ac proprio officio corpus mouetur. commune inquiunt Did.à Couar.in repet.clemen.ſi furioſus.nu.8.de homicid.Iul.Clar.in prac.§.vlt.q.lxix.ver.item quæro.

Mendacium illius, qui alicuius criminis arceſſitur, tuncdemum aptum torquendo indicium ſuggeret,cùm præterea re alia iuuabitur. commune affirmat Grammat.voto.xxx. numero 15.in finem, & qui rectè id explicat Iulius Clarus in pract §.vltim.quæſtio. xxj. ver. mendacium.

Mendacij improperatio & à prouocato,& à verum dicenti facta iniuriarum actionem improperantem gignit. commune dicunt Boeri poſt conſue.Biturig.conſi.j.Iul.Cla.in pract.§.iniuria.ver.quæro etiā, quamuis ea in re labaſcat Viui.lib.ij opi. v.

Meorum appellatio iura & actiones concludit.commune ponit late ac diligenter inſignis Pinelus in rubri.parte prima numero 7. C. de bon.matern.

Mercatores belli tempore nec merces licitas ad hoſtes deferre poſſunt.commune inquit Boer.dec.clxxij.nume. 10.At in pace ſeu in pactis induciis impunè non vetitas merces ad illos aſportabunt.commune cum multis pronunciant Straccha demercat. j.part.num.43.& nu.47.in finem.Iulius Clarus in pract.§.vlti.quæſtio.lxxxvij. verſicu. Chriſtiani.

Mercatores rationū codicē poſtulantibus aduerſariis edere tenentur.vt frequentius placitū aſſeuerat Straccha de mercat.ij. par.nu.70.

Mercatorum liber in magnis ſummis probationem ipſis haud ſuppeditat.Comme dicit Aymon Crauet. de antiquit.tempo. part.j. ver. vidimus & abundè.nu. 3.Si tamen ex partiū conſenſu confectus fuerit,& contra tertium quēlibet ſemiplenam probationem dabit. commune efficit & idem,& ibidem nu. 29.

Mercatorum in cauſis,controuerſiis, ac diſceptationibus æquitas non iuris rigor inſpici,ac ſequi debet,vt frequenter placitum conſtituo ex iis,quos laudant.Dec.in l.in omnibus quidem.ff.de regul.iur. Bertrand.conſilio cxlix.libro tertiò Pariſ.conſilio lxxxij.numero 20. & conſilio lxxxviiij. numero quartò libro primò Straccha, qui id eleganter,ac verè explicat,de mercat.titu. quomodo in cauſis mercat.nu.1.cum ſequentib.

Merces licitæ cum illicitis deprehenſæ non vnà proſcribuntur.commune aiunt Alber.in ij.part.ſtatut.q.iiij.nu.5.Iul.Cla.in pract.§. vlti. q.lxxxij.ſtatut.vij.ver.vltim.

Meretricis matrimonium à mortis pœna illum excuſat, atque eripit,qui ipſi meritò addictus erat.commune aſſerit Viuius lib.j. opini. xlv.ver.tertiò etiā.Quæ ſentētia inſigniter mihi probatur.ea etenim ratione tùm multorum barathrum de medio aufertur,tum non leuiter plectitur,qui tale ſibi conſortium aſciuit.etſi illam vſu non ſeruari cum multis atteſtatur Iulius. Clar.in pract.§.vlt. quæ.xcviij. ver. quęro etiam.

Meretricis raptor pœnas l.vna.C.de rap.virg.ſanctas non incurrit. commune affirmant Hipp.ad eandem met.l.num.26.Ant. Gome.in l. lxxx. tauri nu.45.Iul.Clar.in pract.§.raptus ver.ſed quæro,Viuius libr.j.opin.cclvj.Quin nec is,qui meretricem vi coegerit, vt ſecum rē habeat,illi iniuriarum tenebitur,aut vllas alio vllo nomine pœnas dabit,commune aiunt Alciat.conſilio ccccxix.nu.1.Iul. Clarus in d. pract.§.fornicatio.in finem princip.Amplia etſi meretrix matrimonij vinculis alij conſtricta ſit. quippe quia & qui hanc permolucrit, ac ſubagitauerit,nullis adulterij pœnis irreitetur, nullis aliis omnino ſuppliciis plectetur.commune affantur Riminal.conſi. xvij.nu.2. Iul. Clar.in d.pract.§.adulterium.ver.quæro nunquid.Amplia ſecundò vt idem iuris prorſus futurum ſit,quamuis vterque carcere concluſus tūc temporis fuerit,cùm ſic Veneri petulanter indultū eſt. commune ait Boer.dec.cccxvij.nu. 10.Quod tamen non procedet ſi ipſe carceris cuſtos illi vim intuliſſe arguetur.vt commune ponit Iul. Cla.d.§.fornicatio,ver.cum carcerata.

Meretrices in criminalibus cauſis teſtimonij dicendi ius non habent.commune pronunciant Iaſ.in l.cunctos populos. lect.ij. nu. 54. C.de ſumma Trinit.Conrad.in tractat.de decurion,libro j.capitul.ix. §.ij.nume.17.

Merita,quę ius agendi non præſtant,nec obligationem naturalem producunt.vt frequentius placere,ac iuris rationibus magis conſonare diligenter oſtendit inſignis Pinelus in lege prima parti. iij. de bonis matern.

Merita alicuius,qui eo in actu ineſſe affirmat,qui & alioqnin abſque illis valiturus eſſet,plenam fidem faciet.commune inquiūt Curt. Iun.conſi.cxlij.nu.3.Bellon.conſi.lxxiiij.nu. 17.Guido Papæ dec.xcv. ſed ſi actus aliàs irritus,atque inualidus futurus ſit,nulla fides huiuſmodi merita aſſerenti habebitur.vt frequenter placitum renuncio ex Alex.Iaſ.ac Dec.in l.ſi donatione.C.de collat.Soc.conſi.lxv.& ſequen.lib. j.Iaſ.conſi.cliij.lib.ij.Crauet.de antiquit.tempor.ij.part.à nu. 10. Bello.con.lxiiij.nu.5.Bertrand.con.cxxxviij.nu.22.lib.v.Iul.Clar.de donat.q.iij.ver.adhuc occurrit.At Pinel.in l.j.part.iij.nu.23.ver. nona limit.C.de bon.mater.quem circa iſthæc merita ſemper adi. & Ioan. Cephal.conſi.xciiij.nu. 16.& ſeq.

Metus,qui in virum grauem,& conſtantem cadere poſſit,in arbitratu iudicis ponitur.commune effatur accuratè Did. à Couarru. in tract.de ſponſal.ij.part.c.iij.§.iiij.nu.8.Is autem & in perſonam propriam,& in filium illatus matrimonium vitiat.atque euertit,commune dicit Cardi.Alex.in c.cum locum,ver.ſuccedit q. de ſponſ. Sed & huiuſmodi metus à potentiori illatus a mortis pœna excuſabit illius alioquin reum,vt frequenter placitum aſſeuerant Corſet. in ſing.ver metus.Grammat.voto xxviij.Viui.lib.j.opi.xlv.ad finem.

Metus reuerentialis,hoc eſt.qui ex mariti, vel patris, vel domini obſeruatione,atque cultu proficiſcitur, non eſt idoneus ad contractus reſciſſionem.vt frequenter placitum pono ex Alex. in l.interpoſitas.nu 5.C.de tranſact.Alciat.in c.cum contingat. nu.1. de iureiur. Did à Couar.de ſpon.ij.part.c.iij.§.vj.à nu.3.Viuio lib.j. opin. ccxiij. Excipe niſi ſi minæ præceſſerint:commune ponit Soc.conſi.cclxj. libr.ij.excipe ij.niſi inſignis inde læſio emergat.commune inquit Aret. con.xxiiij.quod iudicis arbitrio metietur.quemadmodum vt commune ſcribit Viui.d.lib.j.opin.lvij.in finem.

Metus contractum,qui illo geſtus,actusvè eſt,non reddit nullum, etſi reſciſſioni obnoxium faciat.commune aſſerit Martin. Nauar. in relect.c.accepta oppoſit.v.no.8.de reſtitut.ſpoliat. Excipe niſi ſi dotis vel per ſtipulationem promiſſæ contractus ſit.commune effantur Bald.Nouel.de dote.vj.par.priuil.xxxvj. Viui.lib.j.opin.lvij.

Metum illatum eſſe, vel interceſſiſſe,aſſerentibus duobus teſtibus maior fides habetur,quàm mille aliis aliud affirmantibus. commune inquiunt Dec.in c.vlt.de appel.Pariſ.con.cxxxviij.nu.8.lib.iiij. Did.à Couar.de ſponſal.ij.par.c.iij §.v.nu.10.

Minæ ab eo fuſæ,qui potentia polleat,vel verba ad rem conferre ſit áſſuetus,ſatis indicij ad quæſtionem præbent.commune proferunt Anan.in c.j.nu.10.de maledic.arc.Ant.de indiciis.nu. 183.Iul.Clar.in pra.§.vlt.q.xxj.ver.minæ effuſæ.quamuis Imo.in l.vlt. nu.10.ff.de hæred.inſtituend.perperam ſcribat receptum,& ad infligēdam pœnam illas ſufficere.

Minimis in rebus nulla cura impenditur. communem regulam effatur Gome.in §.pœnales.poſt nu. 3.Inſtitut.de actio.

Minor annis quin pro debito in carcem detrudatur,nihil impedit commune ait Caccialup.in tract.de debit.ſuſpecto,& fugit.q.v.nu.8.

Quod intelligo proceſſurum,quamuis ille ſit filiusfam,cùm vbique eadem iuris ratio verſetur.nec multum hac in re moror Viuium cū iis,quos laudat,lib.j.opin.ccxliij.

Minor annis viginti quinque ac iam viginti annis maior accuſare generaliter ac regulariter quemuis poteſt.commune affirmant Abb. in c.j. de accuſat.Viuius lib.j.opin.xx.& quamuis regulariter in quauis iuris ſui allegatione læſus reſtitutionem impetrare poſſit. tamen ſi doctor aduocatusque fuerit,vt vel minor xviij.annis eſſe poteſt, nō reſtituetur.communia ſcribunt Boer.deciſio.cccl.Viuius d.libro j opin.lxxxvj.

Minor,qui ſe maiorem annis iurauit,etſi beneficium reſtitutionis idcirco perdiderit,tamen contractum non ideò minus nullum dicet ſi conſenſus propinquorum ſtatuto loci requiſitus,non interuenerit. commune aiunt Ferr.de Benintend.deciſione xlvij.Viuius libro primo opin.ccxcvi.

Minor annis ſi hæres ab aliquo inſtitutus hæreditate non adita deceſſerit,tanquam eo ipſo læſus reſtitutionis beneficium ad hæredes tranſmittit.commune dicit Ant.Gomez de teſtam.capitulo nono numero vltimo

Minor,qui cùm ſe enormiſſimè lædi noſſet, reſtitutioni nihilominus cum iureiurando renunciauit,nec abſolutionem à iuramento,nec in integrum reſtitutionem impetrabit.commune aiunt Curt.Iun.cōſi.xliiij.Viuis lib.j.opin.ccxxj.

Minores ob rem vilius venditam,non ad ipſam rem omnino auocandam reſtituuntur,ſed ad reſarciēdum precij iacturam, fietque ea in ſpecie aduerſario optio,num rem num precij reliquū præſtare malit.vt frequenter placitum renuncio ex Gozad.conſi.xliiij.nume. 14. Ar.Pinel.in l ij.par.ij.c.iij.nu.2.in finem.C.de reſcind.vend. atque ex iis quos ipſi laudant.

Minores nec aduerſus pecuniam fortuitò perditam reſtituuntur,vt commune inquit Ioan.Mauric.de reſtitut.in integrum c. clxxv. Nec aduerſus ordinariam actionis redhibitoriæ,& quanto minoris præſcriptionem,nec aduerſus triennalem inſtantiæ curſum,nec denique in lapſum inuentarij conficiendi tempus reſtitutionem vllam obtinebunt.quemadmodum receptum ponit Turzan. opin.cxxv. Nec item rurſus reſtituentur,ſi ſe non aduerſum ituros contractui geſto, vel generaliter iurauerint. commune aſſeuerant Aymon Crauet. conſilio vij.Tuzananus opinio.cxxxij. & opinion. centeſimonono. Etſi aliud

auxilia

auxiliũ præter reſtitutionẽ non obſtante eo iurerando intentare que ant.commune dicit A ciat.in c.cum contingat.nu. 162. de iureiur.d. Alioquin & in minimis rebus imploratam reſtitutionis opem adipiſcentur, vt verius ac receptius contra aliquammultos meritò profitentur duo mihi non pœnitendi doctores Arius Pinelus, atque Emanuel à Coſta, ille in l.ij.part.j.c.j.nu.26.C.de reſcind.venditio.hic in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.part.ij.nu.77.cum ſeq. ff. de liber. & poſthu. Quin & aduerſus fœneratores reſtituentur, ni mutuum fœnebre, in eorum rem verſum probetur, vt frequens eſſe interpretum dogma cõſtituo ex Alex.in l ciuitas.nu.11.ff.ſi cert.pet.Dec.in l.ſingularia. nume.21.ff.illo eod.tit.Rip.in l.j.§.ſi is qui bona.num.12. ff. de pignor. Soc.conſi.cxv.lib.j.

Minores, qui ob delicta puniri poſſunt, de ſui ipſorum facti quęſtione & iuſiurandum dare, & reſpondere coguntur.commune renuncio ex Hipp.in l.penul.nu.72.ff.de q.& in pract.§.poſtquam.nu.4.Ant.Gome.de delict.c.j.nu.65.

Minores quin ab alio ementes pacto rei vendendæ obligentur, nihil prohibet, vt receptius ait accuratè doctor meus Arius Pinelus in l.j.parte.iij.numero 53.C.de bonis matern. æquius & vtilius affirmat idem Pinelus in l.ij.parte j.capitul.iij.nume.1. ad finem, C.de reſcind.vendit.

Minores cura vel tutela liberati non poſſunt locationem ab ipſorum vel curatore factam improbare, vt commune aſſeuerare auſim ex Alex.in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſoluto matrimonio Soc.conſi. cxxv.numero 6.lib.j.Did.à Couarru.libro ij.reſolu.capitulo xv. numero 5. in med.& nu.6.in princip.

Minores ſi quempiam contractum ſibi vtilem, & conducibilem nõ ritè tamen nec ſolenniter geſſerint, nihil egiſſe videbuntur. quippe quia nullus erit eiuſcemodi contractus, quantumuis illis expediat, vt commune renuncio ex Iaſ.in l.cum ij.§.eam.nu.2.ff.de tranſact.& in l.contra iuris.in ſi.principij.ff.de pact.Fel.in c.cauſam.nu.8.de iudic. Tiraquel.de iure marit.gl.viij.nu.56.cum duobus ſequentibus. Poterunt tamen illum, iis etiam inuitis, quibus cum contraxerunt, ſtatis ritibus circunſepire, vt frequenter placitum pono ex Iaſ.vbi ſupra. Tiraquell.d.gl.viij.nu.92.Ar.Pinel.in l.j.part.iij.nu.32.C.de bon.mater. quamuis perperam contractum id genus à principio valere affirmauerit. Accur.in d.§.eam.& illum complures ſint ſequuti, vt conſtat ex Corſet.in ſingu.ver.pupi.ex Iaſ.in §.actionũ.nu.43.Inſti.de actio.Tiraq.vbi ſupra nu.62.

Minores non magis alienandi copiam habent, cum actio illis ad rẽ ſolis conuenit, quàm cùm iam dominium rei aſſequuti ſunt.commune aiunt Tiraq.de retract.§.j.gloſſ.vij.numero 17.Anto.Gomez.de cõtract.capitu.x.Arius Pinel.in rub.parte j.numero 33.& in l. j.part.iij. C.de bon.mater.

Minorum tutores illorum nomine pacem cum iis inire poterunt, qui ipſorum parentes offenderunt, commune aiunt Ioan. de Amicis conſi.lxxxviiij.nu.4.& qui diligenter hanç rem agit Iul.Clar.in practi.§.vlt.q.lviij.ver.quæro an tutor.

Mobilium legato pecuniam comprehendi receptum eſt, vt cõſtat ex Dec.conſi.ccclxxxj.& nu.5.& conſi.ccccixx.Pariſ.conſ.lxxix.num. 45.lib.ij.Arius Pinel.in l.j.part.ij.nu.45.C.de bonis matern. Quanuis Pauli iuriſconſulti authoritas non leuiter refragari videatur lib. iij. ſententiarum, tit.de vſufruct.& Græcorum ſchola proculcubio reluctetur apud Harmenop.lib.v.tit.x.de mobilibus legatis, ſed ea de re alibi latius, & commodius agetur.

Molendinum qui antea ſeu in publico, ſeu in priuato flumine rite, ac rectè fabricatus eſt, aliud alium ſtruere impediet, ſi ſuo nocebit. commune efferunt Iaſ.nu.21.Rip.nu.25.in l.quo minus.ff. de flumin Curt.Sen.coſi.xxxiij.nu.2.cum ſeq.Ruin.conſi.cxcj.nu.3.lib.j.& cõſi. xcviij.nu.12.lib.iiij.

Monetam cudere nemini alij, quàm principi ius faſque eſt.commune ponit Arius Pinelus, alioqui Principum non aſſentator. in rubri. part.j.c.iij.nu.4.C.de reſcindend.venditio. Poterunt etiam liberæ quęuis ciuitates illam cudere, vt vbique receptum eſt. Si autem quis monetam Imperatoris nomine falſam cuderit, vel aliter adulterauit, ignis ſupplicium dabit: quamuis qui cuiuſpiam ciuitatis monetã adulteraſſe probabitur, non aliam, quàm deportationis pœnam luat. communia affirmant Did.à Couar.in pract.q.nu.3.Iulius Clarus in pract. §.falſum ver.dixi etiam.

Monetam qui abraſerit, vel attonderit, ſi liber erit, beſtiis ſubiicietur, ſi ſeruus vltimo ſupplicio afficietur.commune aſſerunt Did. à Couar.in pract.q.nu.3.Iul.Clar.in pract.§.falſum. ver. radens autem. ac Viuius lib.j.opin.ccxvij. At qui monetam falſam expenderit, ſi nummi, quos expendit, euidenter plumbei, vel ſtannei ſint, pœnas legis Corneliæ de falſis luit ſi id genus illos eſſe haud ſtatim appareat, pœna duntaxat extraordinaria pro iudicis arbitratu punitur, commune pronunciat Alex.conſi.cxxj.nu.3.lib.vij.quem refert & probat Iulius Cla.d.§.falſum.ver expendens. Quamuis aliud in praxi ſeruari teſtetur Marſi.in l.qui falſum.nu.65.ff.ad l.Corneli.de falſ. Contra quem æquitas profectò omnis eſt, & quod generaliter vbicunque eſt.commune aiunt Soc.Iunior.conſilio.xxxix.nu.83.libro ij. Viuius libro j opinion.ccxviij.

Monetæ promiſſæ æſtimatio, quæ contractus tempore erat, debebitur, ſi poſtea vel omnino in perpetuum improbetur, vel pondetis imminutionem ratione aliqua patiatur. vt ſi non ipſa moneta ſed valor illius atque indicatio imminuatur, vel augeatur, eius ſeu in detrimentum, ſeu commodum ad creditorem ſpectabit. communia inquiunt Boer.dec.cccxxvij.nu.12.& nu.13.Bolog.in l.cum quid.nu. 69.& 70 ac 74.ff.ſi cert.peta.Crauet.conſi.xlvij.nu.6.Petrus de Benintend.dec.xxxix.nu.1.Verum enim vero ſi quam moram debitor in ſolutione contraxerit, monetæ æſtimatio quanti plurimi ſubdicicetur. commune ponunt Boer.ac Petrus de Benintend. vbi ſuprà Monetæ porrò, quæ teſtamento relinquitur, is valor in conſideratione eſt; qui ipſius teſtamenti tempore fuit, non qui tunc eſt, cum ſolui ipſa debet. commune aio ex iis quos laudant Soc.conſilio.vj.lib.ij.Arius Pinelus in rubri.parte prima capitulo iij.numero 22.& ſequen. C. de reſcind. vendit.

Monetam minutam pro aureis ſolui poſſe conſuetudo iure potior atque antiquior admiſit, quanuis nullam mentionem de illa faciat obligatio, vt frequenter placitum enunciant Rub.con.cxlviij.nu.1.Curt. Iun.conſi.xxiiij.nu.5.Arius Pinel.qui id eleganter declarat, in rub.j.parte c.iij.nu.16.& ſeq.C.de reſcind.vendit.

Monetarum valor atque indicatio, vel à ſolo principe abſque populi conſenſu immutari poteſt.commune aſſerit Boer.deciſ.cccxxvij. nu.6.& ſeq.requiritur tamen iuſta aliqua ad id cauſa, vt alibi latiſſimè probo.

Monendi alicuius atque inducendi præceptum non præſefert coertionem, vt commune ait Fel.in c.tuam.de ſimon.

Monitione opus eſt, vt pœnæ locus fiat, quæ ſimpliciter ac nulla temporis mentione facta aliquid non agenti imponitur. commune inquit Præpoſ.in c.quidam.v.q.j.

Monialem qui ſubagitauerit, inceſtus crimine obſtringetur, quod eiuſce generis coitus generaliter inceſtus ducatur communiter receptum apud iuris Pontificij interpretes ait Bermond.dẽ concub.num. 2.in finem.

Moræ contrahendæ ſufficit facta etiam extra iudicium interpellatio.vt eſt Accur.ſententia in l.qui Romæ.§.cohæredes.in ver.extra.ff. de verb.obli.communis iuxta Tiraq.lib.ij.retract.§.iiij.gl.vj.numer. 39.Ac ſatis ſuperque eſt quibuslibet verbis eam fieri, vt tradit Bart. communiter approbatus in l.ſi quis mihi.§.pater Seio. in princ. ff. de acqui.hæred. Quin & vnica tantum interpellatio ad id exigitur, vt docet idem Bar.poſt gl.in l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de leg.lib.ij.& eſt commune interpretum placitum teſte Alex.in d.§.cohæredes nu.2 Feli.in c.ex literis nu.8.de conſtit.Purpur.in l.vinum.nu.24.ff. ſi cert.pet.Coraſ.lib.j.Miſcell.c.vj.à nu.4.debebit tamen fieri congruo & loco tempore.l.mora.ff.de vſur.iuxta declarationem Bart. communiter interpretibus probatam, in l.cum filius.§.vlt.nu.2.de verb. oblig. Intellige tamen neceſſe eſſe præterea tranſeat poſt interpellationem tempus aliquod, vt cenſet gl.in l.Aemilius.in ver.reſtitu.ff.de minoribus.quã receptam ponit Alex.in l.j.§.ita, nu.9.ff.ad l.falcid. Quibus autem in caſibus etiã abſque vlla interpellatione incurratur mora, tradit poſt Dec. copioſè Pupura. in l.quod te mihi. à numero 90. ff. ſi certum petat.

Moræ expiatio ſeu purgatio quando celeriter ac ritè facta cenſeri debeat, iudicis arbitrium metietur.commune inquiunt Dec. conſilio cxxxviij.nu.7.Rip.in l.ſi inſulam.nu.35.ff.de verb.obl. Viuius lib.j. opin.ccxix.quamuis Iaſ.in omnibus caſibus ante ſententiam purgari moram poſſe frequenter placitum affirmet in l.pacto.nu.8.C.de pac. Sed verior proculdubio ac receptior ſententia eſt. Memineris, tamen quod nec moræpurgatio admittitur in ſpecie.l.ſi quis maior.C.de tranſact.vt commune ponit Dec.conſi.ccccliiij.nu.12.Nec moram generaliter ac regulariter in quantitatis debitoribus difficultas ſoluendi excuſat, vt frequenter interpretibus Alexandri ætate recentioribus placuiſſe contra antiquorum dogma teſtificantur Dec. Iaſ.nu.33.Rip. 53.Purpur.63.in l.quod te mihi.ff.ſi cert.peta.Ruin.conſi.cl.nu.3.lib. j.Viuius libro j.opin.lxj.& hanc etiam in rem videto, quę ſuperius obſeruo ver.difficultas.

Moram qui ſemel contraxerit, non liberabitur, ſi res poſtea perimatur, ſeu ſimiliter illa interitura apud creditorem proponatur, ſeu ſecus commune inquiunt Alex.in l.nemo.ff.de verb.obliga.& in l.cum res.§.vlti.ff.de leg.lib.j.& Iaſ.nu.28.Bolognet.nu.71.in l.quod te mihi.ff ſi cert.peta.Ioan.à Medina de reſtitut.q.vj.Quamuis ab hoc recepto dogmate non immeritò defeciſſe videantur cum Mart. Fulgoſ.Iaſo.numero 27.Dec.numero 16.Curt.Iunior numero 33.Rip.28.Bologn.72.cum ſequentibus, in d.l.quod te.ſed ea de re alib. Deo dante, vberius agemus.

Morientis aſſertioni in ſuimet ipſius damnum, non & in alterius fraudem fides adiungitur. commune aiunt Marc.Anton. de iudiciis. numero 393.Iulius Clarus.in practica §. vltim.quæſtio.lij. verſiculo poteſt etiam.

Mors

Mors ciuilis iis duntaxat caſibus naturali confertur,atque exæquatur, quos ius expreſsim recenſet. commnne pronuntiat Boer. deciſ. cccxxiij.uumero 6.

Morti qui ſententia iudicis ex ſtatuti forma in contumaciam addicitur,non ante ſeruus pœnæ efficitur, quam reapſe capiatur etſi juxta iuris communis formam iudicatus ſtatim pœnæ ſeruus efficeretur.commune aiunt Boer.deciſ.cclxviij.numer.8.Viuius lib.j.opin. cccxxx.

Mors illius, qui acnſatus eſt,tunc demum accuſationem perimet, cum ob illud crimen bona fiſco non addicũtur. quemadmodum frequenter interpretibus probari teſtantnr Tiraq. in l. ſi vnquam ver. reuertatur.nu.241.C.de reuoc.donat.An.Gomez.de delict.c.j.nu.80. ver.vij.caſu.& qui accurate de materia agit Iulius Clarus in pract.§. vlt.queſt.li. verſi. ſcias etiam. Sed & mortuorum memoria & accuſari,& damnari ob leſę maieſtatis crimen poteſt, ſi tum crimen ipſum cõtra rempublicam Romanam directo ſuſceptum ſit,tum quinquennio præſcriptum nõdum fuerit,vt communia placita affirmant Gyg. de crimin.leſ.maieſt.numer.24.queſt.xxiij.numer.1.Iulius Clarus in pract.§.leſę maieſtatis, vel.itẽ licet, Verum enimuero ipſa mortuorũ cadauera puniri nec vnquam poſſunt,nec vnquam debent,vt eſt An. poſt.Cyn.ac Petr.doctrina in l.ij.C.qui teſta.fac.poſſ.quam receptam aio exBal.in l.vna C.ne ex delict. defunct.Ang. de male c.ver.qui iudex videns.Dec.& Cagnol.in leg. pupillum. §.heredes. ff.de reg.iur. Non tamen idcirco ſepeliri illi poterunt, quo viuis cadauerum patronis ingredi non licuit, vt eſt mirabilis Bar.ſententia à nemine huc uſque improbata in l.ſecund.ff.de cadauer.punir.

Mortis ſupplicio qui damnãtur,bonis etiam hodie fiſco applicandis labuntur.commune ait Cephalus vir non parue doctrinæ atque eruditionis,in conſ.lxix.nu.4.Viuius lib.ij.opin.ccxliij.licet contrariũ vſu ſeruetur, vt & ipſi atteſtantur. quam autem huic mortis infœlici ſupplicio addicti factionem teſtamenti habeant,diſſerit eleganter cũ. receptis ſententiis Iul.Clar.de teſtam.quæſt.xxj.

Mortem ſibi conſciſcere annixus, nec vnquam bonorum confiſcationẽ idcirco plectitur.vt commune ait Bertran.conſ.cxxxiiij.nu.2 li.iij.nec vllũ omnino ſupplicium pendet,ſi non ductus ſceleris alicuius conſcientia id molitus fuerit:quemadmodum commune cum multis vere atteſtatur Iulius Clarus in practica §.vltimo, quæſtione lxiij.ver.ſe ipſum.

Mortui aduocati,quorum opera conducta erat,pendente locationis anno,integrum nihilominus ſtipendium ad ipſorũ hæredes trãſmittent,commune ait Curtius Iunior, in lege diem functo, numero 53.ff.de offic.aſſeſ.Vt & prætores intra ſui officij tempus præmoriẽtes autoramentum ſuum ad illorum hæredes tranſdunt. commune inquiunt Iaſ.numero 38.Decius numero 15.Curtius Iunior nume. 29.in d.l.diem functo Idemque iuris erit doctoribus ad profitendũ conductis,atque anticipata morte præreptis,vt frequenter placitum teſtificantur Curt.Iunior vbi ſupra,& Caleſatus de Plumbin.in l.j. nu.265.cum ſeq.ff.de off.eius cui mand.eſt iuriſd.Ac denique idem etiam in medicis ſtipendio alicubi honeſtatis procedet,quia & illorũ hæredibus integrum inchoati anni ſalarium præſtabitur. commune cum Cephalo conſilio ſexto & ſequen.lib,j. ponit Viuius lib.j.opin. lxxxvij.in fi.& par abſque dudio in omnibus ratio verſatur.

Mortuos capones nequit ſoluere, qui ſimpliciter par caponum præſtare obligatus eſt:ita enim cenſet Bartol.in l.quod te. in vltimis quæſt.ff.ſi certum pet.cuius doctrinam ponit communem Viuius l. j.opin.lxvi.in finem.

Mulieres dotium hypothecis renunciare nequeunt,ſi alia viris bona non ſupperãt ex quibus dotes ſeruari poſſint.cõmune aiunt Paul. in lege Mæuia.§.fundus.nu.8.ff ſolut.matr.Panorm.in cap.peruenit nu.2.de empt.& vendit.

Mulieres,quibus ſtatuto non licet abſque duorum propinquorum conſenſu contrahere,non licebit item abſque illo mortis cauſa donare.commune aiunt Tiraq.de legib.connubialib.gl.iij q.iiij.Pontan.in l.ij.ff.de leg.lib.j.Sed verior eſt contraria ſententia quam receptam teſtificantur Soc.& Iaſon.Alcia,num.2.Clau.Aquen.nu.7,Soc.Iunior, nu,60.in d l.ij.Viuius lib.j.opin,ccxcvj.Nec iis proderit conſenſus,in eorundem propinquorum vtilitatem accommodatus ; vt receptum inquiunt Dec.conſilio.dcxij.ad finem Ion .Dilect.de art.teſtan.tit.xij. caut.ij.numer. 2Villal.in ſua collecta.Viuius d.opin.vbi multas exceptiones & declarationes ad huiuſce generis ſtatuta memorat.Quibus adde,quod huiuſmodi ſolennitas nõ exigitur,vbi pater cum filia contrahit, etiam ſi contractus renunciatio in patris fauorem ſit. commune aiunt Alci.de præſumpt.reg.j.præſumpt.ij.nume.6.Io.Ceph.conſi. cix.nume.11.vbi cum nume.ſeq.aliquot alias exceptiones vtiliter ſubtexit. Memineris autem ſemper quod ſi propinqui nulla probabili cauſa ducti conſentire noluerint,cogi à ſuperiore poterũt vt frequẽter placitum efferunt Plotus in l.ſi quaudo num.152.C.vnde vi.ac Viuius vbi ſuprà.Memineris porrò quod ſi iuſiurandum adiungatur, defectus authoritatis propinquorum de medio tolletur, tametſi ſtatutum ſpecialiter id prohibeat.commune affirmant Ferret.caut.vj.latè Bolognet.in repet.legis omnes populi numero 97.ff.de iuſtitia & iur.ac Viuius,qui multos contrarium receptum pronunciantes allegat,lib.j.opi.ccxcvij.Sed mihi certe ea in diſcordia iuriſiurandi religio potior,atque omnino ſeruanda eſſe videtur:vt ea de rè copioſius alibi agens oſtendo.

Mulieres libidinis ergo virorum raptrices,pœnis l.vn.C.de rap.virg ſanctis,obnoxiæ fiunt,commune ait Hippol.ad illam l.nu.223.

Mulieres æquè ac viri ſtatutis illis plectentur, quæ iubent,ne quis de nocte cum armis,vel ſine lumine incedat,vel pœnam aliquã indicunt genus aliquod veſtium ferenti. vt communia ponit Viuius lib. j.opin.cclxxxiij.

Mulieres inhoneſtæ etiam ac meretrices ſi nuptæ ſint,pro pecuniariis debitis in carcerem coniici nequeunt commune ait prolixè Did. à Coua.in tract.de ſponſal.ij. part.cap.vlt.& §.xj.num. vlt.At pro criminibus omnes regulariter in carcerẽ à viris ſeiunctæ trudi poſſunt: vt de conſuetudine receptum latè teſtatur Iulius Clarus in pract.§. vlt.q.xxviij.verſ.quæro igitur.

Mulieres,quæ inhoneſtè vixerũt,ſi ad frugem bonam redierint, non debent perſonæ turpes reputari,vt voluit Bal.in l.ſi filiam.C.de inoffic.teſtat.dicunt receptum Rip.in l.vlt.nu.223.& ſeq.C.de reuoc. donat.Viuius lib.j.opin.cxxx.etſi non mediocriter illud aduerſetur,

*Læſa pudicitia eſt,deperit illa ſemel.*

& illud alterius.

*Neque amiſſos colores*
*Lana refert medicata fuco.*
*Nec vera virtus,cùm ſemel excidit,*
*Curat reponi deterioribus.*

Sed hæc alibi latius & opportunius.

Mulieres generaliter,ac regulariter in cauſis omnibus tum ciuilibus,tum criminalibus præterquam in vltimis voluntatibus teſtimonij dicendi ius habent.commune inquiunt Panor.in c.quoniã nu.2. de teſtib. Aret.in l.qui teſtamento §.mulier.ff.de teſtam.copioſè Ant. Gomez.de delict.c.xij.num.13.Viuius lib.j.opin.ccclxxxiij.Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſt.xxiiij.ver.quęro igitur. Quin & in codicillis teſtes eſſe poterunt. commune dicit Porc.in §.vlt.nu.11.Inſtitut.de codicill.Et in teſtamento etiam ad pias cauſas condito teſtes putabũtur ſolennes,vt frequenter placitum enunciant Bellon.conſ.xiiij. nu. 8 ac latiſſime Iulius Clarus de teſtament.queſt.vj.ver.iij.infertur.Sed & tum in militari teſtamento locupletes teſtes habebuntur, commune affirmat Bauer.in §.plane.nu.5.inſtitut.de teſtament milit.Tum in teſtamento inter liberos exarato à perhibendo teſtimonio haud arcebuntur. commune cum multis aſſeuerat Iul.Clar.d. tractat. de teſtament.quæſt.viij.ver.ſecundo infertur.quæ omnia intelliges ad Cæſarum ius referri debere Nam iure Pontificio in cauſis criminalibus mulieres regulariter teſtimonium non dicent. commune ſcribunt. Dec.in l.fœminæ nu.24.& ſeq.ff.de regul.iur.Duennas reg.cccxv. in prin.Iul.Cla.d.lxxiiij.ver.de iure autem. Quamuis in teſtamentis generaliter eodem Pontificum iure idonei atque aſſidui teſtes ducantur vt frequens interpretum dogma eſſe miſerunt in literas Pariſ.cõſ. j.nu.16.lib.iij.Did.à Couarr.in c. cum eſſes nu.14.de teſtam. Cuius tamen contrarium longè verius mihi videtur quod etiam frequenter receptum memoriæ prodiderunt Alex.conſ.lxx. nu.13.lib.ij.Ioan. Dilect.de art.teſtan.cau.ij.nu.7.& qui de materia diligenter diſſerit Iul.Clarus d.trac.de teſta.q.lv.ver.ſed quid de iure canonico ac Viui. lib.j.opin.ccclxxxii.

Mulieribus vtiles contractus valebunt, ac rati erunt quamuis in illis propinquorum conſenſus ſtatuto requiſitus non interponatur commune aio ex Bal.in l.neque.C.de contrah.& com.ſtip.Ang.& Imol.in l.mutuũ.§.vltim.ff.de acqui hæred Viuio lib.j.opin.ccxcvj,ver. fallit vndecimo. atque ex iis iuris interpretibus quos inferius laudò ver.ſolennitas.

Mulieribus,quæ ſecundas nuptias inierint,pœnæ in liberorum fauorem ſpectantes adhuc impendent.commune pronunciant Dec.cõſ lxxxiij.& conſ. ccxxx.Ioan. Nicol. conſilio j.de ſecund.nupt.ac Ioan. Dilect.de art.teſtand.tit..vj.caut.xviij.& vide infrà ver.nuptias.

Muros qui alterius ciuitatis,quam Romæ tranſcẽdit,non alias pœnas luet,quàm quas iudicis arbitrium ſtatuerit.commune aiunt Roland.conſilio xxxiiij.nu.25.lib.ij.Iulius Clarus in pract.§.vltim.q.lxvij ver.muros.quod magis humanitate pœnarum mitigatrice,quam ſolida aliqua iuris ratione innititur.ſed hæc alibi vberius.

Mutuum non ideo minus mutnum erit,quod contrahentes paciſcuntur,vt illud in deteriori conditione reddatur.commune inquiunt Iaſon.lect.j.nu.2.& lect.ij. num. 21.Purpur. numer. 4.in l. cum quid. ff.ſi cert.petat.defendit Zaſ.lib.j.ſingular.intellect. cap.ij.nu. 5.Bellon. lib.j. ſupputa. cap. v. Nec item mutuũ eſſe deſinet, quod debitor eandem met pecuniam,quam mutuo accepit, inuito etiam creditore, ac nulla inde tamen re læſo ſoluat.commune affirmant Dec. in l.ij.lect.j. nam.8.ff.ſi cert.pet.Viuius. lib.j. opin.lx. Tum demum autem mutuũ repeti poteſt.cum vel longa ſolutionis mora interuenit, vel facilis atque commoda ſolutio eſt. vt receptiſſimum ex Ripa.& aliis ſcribit

meus doctor Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.limit.ij.nu.6.C.de non numer.pecunia.

Mutuanti pecuniam ad alicuius rei emptionem nõ aliter in re illa ſui ipſius nummis empta quæretur hypotheca, quam ſi expreſsim ita inter ipſum, ac debitorem conuenit. commune inquit Bald.in authentica quo iure.in fin C.qui pot. in pignore habean.

## N

NATVRALES liberi, etſi à parentibus nihil dono, nihil legato nanciſci poſsint, poſſunt tamen ab eiſdẽ parentibus ſubſtitui aliis liberis impuberibus atque omnino illorum facultatibus potiri, quibus ſubſtituentur. commune aiunt Alex. ac.Iaſ.nu. 3.in l.ſi is qui ex bonis. ff. de vulgari & Rip. in l. Lucius. ff. illo eod. tit. Gulielm. in cap. Raynutius.ver & vxorem.nu 69. de teſtam Matri autem cuicunque naturales liberi, ex alio quocunque coitu, quam ex damnato ſuſcepti, ſuccedent, atque auiam etiam a legitima excludent. commune pronuntiant Caſſado in deciſ. vna,in tit.de ſucceſ.ab inteſtato. Viuius lib.j. opin. cxxxvij. quod verò ad generis ſtemma attinet, parentum nobilitate non cohoneſtantur, nec generis ſplendore cenſentur. cõmune ponit Titaquel. de nobilitate c. xv. Duennas reg.lxix.

Naturales liberi ex parentibus genere,& cenſu diſparibus ſuſcepti quamuis eorundẽ matrimoniũ poſtea ſubſequutum ſit, legitimi non efficiũtur. commune ſcribit ex aliis iuris interpretibus aliud ipſe verius, æquius & receptius oſtẽdens Did.a Couar. in tract. de ſponſal. ij. part.c.viij.§.ij. nu. 9. vt nec illi eam item ob matrimonij ſubſequuti cauſam netalibus reſtituentur,qui ex concubina non rite habita procreabuntur. commune inquiunt Curt.Iun.conſil.cxxxvj.nu.9 Crauet. con.clxvj.num.8. Viu.li.j.opi. cxxxvij. ſed hanc in rem tu videto quæ ſuperius obſeruo ver.legitimatus.

Naturales vel ſpurij liberi inſtar legitimorum ad ſucceſsionem parentum admitti ſtatutis nequeunt. commune aiunt Ioan.Bapt.ſt. de ſanct.Seuer.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. Viuius li.j.opi.cc[illegible] Si tamen ius ſuccedendi cum fratibus iuſto matrimonio ſuſceptis habuerint, ſubſtitutũ indiſtinctè excludent. cõmune ponunt Dec.in cap.in prȩſentia,nu.43.de probat Ema.à Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.vlt.part.nu.62.ff.de lib.& poſthu, Quem etiam excludent,tametſi teſtator in dignitate aliqua poſitus ſit:ſi de illis alicubi in teſtamento meminerit,cõmune aiunt iidem iiſdem in locis Dec.num.29. Coſta.num.71. Quin.& iidem liberi naturales conditionem tum tacitam, tum expreſſam generaliter in dubio faciunt deficere,ac ſubſtituto potiores habentur cõmune pono ex Ang. Paul.& Ale.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.nu.6.ff.ad S.C.Trebell. Alc.in l.cognoſcere. §.liberorum.ff.de verb. ſignificat Viuio lib.j.opin. cxxxviij.atque ex aliis, quos ſuperius laudo, verſic.filius, quamuis nonnulli neglecto rationis naturalis pondere in contrarium perperam abierint.

Naturales liberi ad eccleſiaſticam emphiteuſim,que alicui & eius filiis conceſſa eſt non admituntur commune aiunt Rip.in l. ex facto. §.ſi quis rogatus in j.numer.62.ff.ad S.C.Trebel. Pariſ.in cap.in prȩſentia.numer.86.de probat. Quamuis ad emphyteuſim ab aliis indultam generaliter, & indiſtinctè admitti debeant. commune inquiunt Rip.vbi.ſupra nu.58.Pariſ.d.cap.in præſentia.nu.87. Rub.in l. Gallus §.quidam recte.nume.154. & ſeq.ff.de lib.& poſthum.

Naturales inter liberos conditum imperfectè à patre teſtamentum nullius ponderis ac momenti eſt.commune aiunt Decius conſ. dcx. num.2.in finem.Boer.deciſ.ccxl. num.13. latè Iulius Clarus de teſtament.quæſt.xij.in princ.at conditum inter eos non ſolenniter à matre teſtamentum valebit,ac ratum,firmúmque prorſus habebitur. commune affirmant Boer.vbi ſuprà, Guliel.in repet.cap. Raynutius.verſi. teſtamentum.j.nu.84.de teſtam.vberius Clar.d.q.xij. ver.& hæc quidem concluſio.

Naturales filias patet iure Pontificio,vbique hac in re valituro,dotare non cogitur.commune tradunt Curtius iunior.conſil.vlt.& qui eum laudat Viuius opin.cxxxviij.

Neceſsitas extrema inculpatam furtis non petulantibus feneſtram aperit. vt frequentibus doctorum ſuffragiis clementer inductum cõſtat ex Maria n. in cap ſi quis propter. nume.12.de furt. Cagnol.in l. quæ propter neceſsitatem num.3.ff. de reg. iur Nec quidquam reſtituere cogetur factus poſtea ditior qui ea vſus eſt. commune aſſerit ſumma Sylueſtr. quam refert Didac. à Couarru.in repet.cap. peccatum,& cum impro[illegible]anda diſtinctione probat Iul. Clarus in pract. §. furtum. verſic. vidi. verius etenim indiſtinctè contrarium eſt: quod etiam commune effatur Mari.vbi ſupra. Sed ea de re alibi copioſius.

Negans præceptũ, de omni actu,deque omni vice intelligi debet. commune proferunt Alcia.ac Tiraq.limit.vij.in l. boues. §. hoc ſermone.ff.de verb.ſignific.Marc.Mantua. de ſoluend. argument. poſt princip.Emanuel à Coſta in l.cum tale.§.ſi arbitratu.limita.v. nume. ſecundo.ff.de condition.& demonſtrationibus.

Negatio probari ab illo debet, cui propoſiti fundamentum eſt.cõmune dicit Iaſ.in qui ſe obtulit.§. condemnatum.nu.7. ff.de re iudic. & in l. illa ſtipulatione num.14.ff.de verb.oblig. Erit autem probatu impoſſibilis,niſi loco & tempore coarctetur: qua in ſpecie æquè atque affirmatio quæuis probari poterit:commune aiunt Rum.conſil. xcvij.ad finem, lib.iiij. Iulius Clarus in practica §. vlt. quæſtione lij. verſic.ſcias autem.

Negocij geſti nulla tunc actio oritur, cùm negotium quamuis vtiliter, domino tamẽ inuito geſtum eſt nec quidquam proderit, quod eius negotij geſtor non rebus alicuius ſeſe immiſcuerit, ſed vel filius debita ſoluerit,vel alia id genus fecerit.commune dicit Porc.in §.j.nu. 7.Inſtitut.de obligat.ex quaſi contract.

Nepos ex filio primum nato,ac vita iam defuncto ortus præfertur in ſucceſsione regni ac ſimilium bonorum patruo deinde genito. vt commune ponunt Barb. conſ.iiij.lib.ij Dec.conſ.ccccxliij. Io.Dilect. de arte teſtan. tit.ij. caut. viij.quamuis contrarium commune dicat. Alex.conſil.liij. libro tertio & conſ. quarto. libro quarto,late Viuius lib.j.opin.ccxxv.

Nepotes filiorum nomine, etiam ad fœminas ob ſtatuti vim à parentum ſucceſsione excludendas, comprehenduntur. commune ait late Viuius li.j.opin.cccxv.poſt. Iaſ.in l.de quibus. nu.16.ff.de leg. Soc.nep.conſ.cxliiij.nu.83.lib. iij. quam etiam in rem videto que ſupra obſeruo ver.filiorum Quin & idcirco nepotes iiſdem pœnis plectentur, quibus illorum filij deuouentur,qui læſæ maieſtatis crimine damnati ſunt, dummodo tamen illos preprie intelligamus,atque vltra primum gradum non proferamus. vt commune effatum tradunt Did à Conar.lib.ij.reſolut.cap.viij.nu.2.Iul.Clar.in pract. §.læſæ maieſtatis.ver.preterea quæro.

Nepotes naturales, mortuo ipſorum patre, quin ab auo natalibus,reſtitui per reſcriptum principis poſsint nihil omnino prohibet. commune ait Didac. à Couuarruuias in tractatu de ſponſal. ſecunda par.cap.viij.§.ij.nu.20.

Nobilitas priuilegium non ſuppetit ne non procedat conuentio, vltra quam nobilis facere poſſit: commune affirmat Did. Couarru. lib.ij.variarum reſolutio cap.j.num.4. Prærogatiuam tamen elargitur, ne nobiles vel ſuſpendantur, vel alias viles pœnas luant, vt generali vſu receptum aſſeuerant Marcus deciſ.xxxij. latius Iul. Clar.in pract. §.vlt.q.[illegible] ver.prodeſt.

Noctu commiſſum ſit delictum,necne, iudicis arbitrio definietur vt commune ait latè Iulius Clarus in pract.§.vltim.quæſt.lxxxij.ſtat. ix.ver.quæro.

Nomen quodcunque ſit,non ſufficienter probat eum aliquo ex loco ortiundum eſſe,qui illo nuncupatur.vt receptum aſſerit Alex. in rub.num.9.ff.ſol.mat.Boer.deciſ.xiij.num.24.

Nominis expreſſio,ſi vel à lege, vel ab ſtatuto pro forma in actu aliquo exigatur,non ſufficit euidenti demonſtratione illud indicari. commune inquit Anton.Gomez.de teſtamentis.cap.ij.num.17.

Nominis mutatio,ſi in alterius fraudem non fiat, licita,ac permiſſa liberis hominibus eſt.commune dicunt Alex.in rub.num.7. ff.ſol. matrim.Boniſac.de Vit in tract.malef.in rub. pœna mutantium ſibi nomen.num.1.

Notarius & infamis eſſe poteſt,& vilis iure ipſo habetur.commune aiunt Boer.deciſ.ccxxij.num.7.& 1.Bernard.Diaz.in pract.crimin. cap.liij. Aymon. Crau.conſil.clxiij. Nec in aliis fidem facit, quàm in iis,quæ à contrahentibus rogatur,nec in aliis rogari poteſt, quàm in iis,quæ de præſentibus geruntur. communia inquiunt Curtius Iunior conſilio clxvj.num.2.Socin.Iun.conſil.clxxviij.num.3.lib.ij.Nec item de aliis rogari poterit,quàm quæ inter aliquot partes conficiantur.commune ponit Turzan opin.lviij.& rurſus opin.lxix.Nec rogatus aliter cenſebitur, quàm ſi ſe in ipſo inſtrumento rogatum dicat. commune inquit Boer.deciſ.xxv.numer.7.

Notarius ex iudicis commiſsione expediri illa poterit,quæ tametſi ab ipſius officio pendeant, plenam tamen cauſæ cognitionem non exigunt.cõmune aio ex Bar.nu.14.Plat. Rebuf.nume.3.atque ex Pyrrho poſt Lucam de penn.in l.ij. C. qui admitt. Hippol.in l.de minore §.plurium à numer.10.ff.de quæſtionibus.

Notarius alteri proculdubio quærit,commune dicit Panorm. decret.numer.22.Non tamen abſenti, vel per ſtipulationem directas actiones, ſed vtiles tantùm queret. commune inquiunt Alc.in c. cum contingat.nu.234.de iureiur. Viuius li.j.opin.ccxxviij. Quin nec ſi abſentis nomine ſtipuletur, illi quidpiam antea acquiret, quam abſens ipſe rem totam agnoſcat,atque accipiat.commune teſtificatur Alc.in. d.c.cum contingat.nu.237.Tiraq.de conſtit.poſſeſſ.iij.part.limit. xxx, nu.10.& ſeq.Did.à Couar.in rub.part.ij.nu.13.de teſtam.Viuius lib.j. opin. lxxvij. Quamuis contrarium commune affirmant Alexan.num. 11.Iaſon.verſiculo ſecundo videndum in lege ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de verborum obligationibus Pariſ.conſilio lxix. numero centeſimotrigeſimoſexto & centeſimoquadrageſimo[illegible]auo cum ſeque. libro tertio. Crauetta conſilio 50. libro primo late Ioannes Cephal. conſilio trigeſimotertio,numero 8.& ſequentib. Quamobrẽ ſi prius

quiuis

...iuis habeat,quàm rem geſtam agnouerit, illius hæres nihil ex illa ſtipulatione nanciſcetur,nec eam aliquo modo approbare,ac ſibi ipſi conciliare poterit.commune proferunt Alciat.in l.ij.§.ex his. num.3. ff.de verb.oblig.Did.à Couuarr.lib.j.reſolut.ca.xiiij.nu.11. & ſequen. Viuius lib.j.opin.ccxxvij.& in locis ſuperius laudatis.

Notarius non aliter in teſtibus numerabitur,quàm ſi à iudice exploretur, ac diligenter examinetur. commune inquiunt Matth. ab Affliſt.deciſ.xxv.Franciſc.Marc.deciſ.cxliiij.

Notarius quin de re ſibi ipſi debita inſtrumentum concinnare poſſit,nihil omnino vetat.commune pono ex Angelo in §.idem iuris.nu. 32.Inſtitution.de except.Iaſon.in l.ſciendum.ff.de verb. oblig. Felin. in cap.ſcripturam,num.vlt.de fide inſtrument.

Notarius ſi eum ritum,vel ſolennitatem interueniſſe aſſerat, quæ inſtrumenti tempore interſeri non potuit, nullam fidem merebitur. commune aio ex Iaſ.in l.ſciendum.nu.12 ff.de verb. oblig. & in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi. proconſ.Felin.in cap.ſicut,num. 27.de re iud.Ant.Burgen.in cap.cum dileƈt. de empt.& vend. Ferret. caut.vlt. Alciat de præſumpt.reg.iij. præſump.x. Quinimò ſi faciendi teſtamenti tempore illum,qui id exarauit ſcribíve iuſſit, mente conſtitiſſe affirmauerit,nulla ipſi fides adiungetur.commune dicunt Iaſ. in l.Senium.num.6.C.qui teſtam.facer.poſſ.Ioan. Dileƈt. de arte teſt. caut.vj.num.3.Viuius latè lib.j.opin.ccclxxiij.

Notarij ſignum inſtrumentis apponi neceſſe non eſt quamuis ad comparationem conducat.commune inquit Alex.in rub. num.44.ff. ff.de noui oper.nunc.At illius titulus & neceſſarius eſt,& niſi probetur,non præſumitur.commune affirmant Boer.deciſ.xxxvj. numer.7. Alciat in traƈt.de præſumpt.reg.iij. præſump.xiij. num.15. Crauet.de antiquit.temp.part.iij. num.18. latè tradit an idem in antiquis & antiquiſſimis inſtrumentis proceſſurum ſit.

Notarij fides vacillat ac ruit,ſi in cauſis criminalibus aliter ſe depoſuiſſe teſtis iuret,quàm ab illo ſcriptum fuerit,tametſi longe aliud ius in cauſis ciuilibus ſit.commune inquiunt Grammat.deciſ, lx. nu. 18.Ioan.de Amicis conſ.cxix.num.5.latè Viuius lib.j. opin.cv. & qui id reƈtè explicat Iul.Clar.in praƈt.§.vlt.q.liij. quintus eſt caſus. At falſi notarius tenebitur,& cùm falſum inſtrumentum fabricatur,& cùm aliquid inſtrumento inſerit,quod reapſe verum non eſt,& cùm de re illicita inſtrumentum exarat, & cùm denique ſe rogatum de inſtrumento conficiendo negat,de quo reuera rogatus fuit, vt frequenter placita copioſè oſtendit, alia ad materiam appoſita ex receptis interpretum ſententiis eleganter traƈtans Iulius Clarus in diƈt.praƈt.§.falſum.à ver.fabricans falſum inſtrumentum,cum compluribus ſequentibus.Non tamen antea Notarius officio priuatus cenſetur,quàm falſi damnatus ſit.commune pronunciat Alexan.in l,ſi quis ex argentariis.§.j.num.6,ff.de edendo.

Notorium,vt doƈtores fantur,dicitur crimen illud,quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.commune ait late & acurate notárij materiam ex receptis interpetum opinionibus explicans Iul,Clar.in praƈt, §.vltimo queſt.ix.

Nouatio etſi expreſsm non fiat,faƈta tamen cenſebitur,ſi verus delegantis debitor delegetur,& inter illummet, & creditorem, cui ipſe delegatur, ſtipulatio intercedat. commune ponunt Cagnol. numero 167.Bolegnet.numer.93.in l.ſingularia.ff. ſi cert. petatur Mandellus conſilio xx.numer.10. & numer.15. Non tamen huiuſmodi nouatio præcedentem obligationem tollet,ſed exceptione tantum ſubmouebit.commune dicit Porc.in §.preterea,poſt med, & numero 11. Inſtitut.quib.mod.tollit.obligat.

Nouerca & in ius ſine venia vocari,& famoſis aƈtionibus poſtulari à priuigno poteſt.commune inquit Alciat,in l,j, C,de in ius vocando.

Nullum ſi quidpiam eſt,& tamen illud idem denuo fieri debere cõſtat, retraƈtari ac reuocari nec debet, nec poteſt, vt commune doƈtorum placitum renuntio ex iis, quos laudat Aymon Crauet.conſ. lxv.incipit, Sorores, & conſilio cxl.in cauſa ſpolij.ad finem. & latius conſ.clxxxix.in cauſa appellationis.num.6.

Nuncio publico in iis duntaxat rebus fides habenda eſt,quæ ad illius officium ſpeƈtant.commune inquiunt Alciat. de præſumpt. reg, iij.præſump.xiiij.num,10. Marant.de iudic, par.vij. princ, num, 534, Viuius lib,j.opin.ccxxviij.

Nuptiæ ad certum aliquod tempus inhiberi conditione poſſunt, vt frequenter placitum aſſerere auſim ex Aret,conſil.lxvij. Alexan.ac Iaſ.in l.turpia.§,j,ff.de legat.lib.j.Iaſon.in authen,cui reliƈtum,num,3, C.de indiƈt.viduit,tollen.Felin.in cap.ex parte,de conſtitution,Socin. in l.mulieri & Titio,num.11.ff.de cond.& demonſt. & Dec. in l,nuptias.nu.9.ff.de reg.iur.Rip.in rub.num.11.C.de ſecund.nup,Quamuis aperta Papiniani auƈtoritas reluƈtari videatur in l.cum tale,lxxj.§. reſcriptum.ff.de condit. & demonſt.in verbis illis: Ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur.ſed ea de re latius alibi.

Nuptiarum conditio,intra tiennium à teſtatoris morte expleatur neceſſe eſt.vt frequens interpretum dogma conſtituo ex Iaſ. num.6. Ioan.Baptiſt.de ſanƈt.Seuer.Lancel.Dec.in princ.ad l.ij.C.de inſtitut. & ſubſtitu.Guliel.in cap.Raynutius ver.cuidam Petro num.4. de teſtament.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.vij.Tametſi contrarium diƈtare videatur luculenta Martiani doƈtrina in l. conditionum. xc, ad fin.ff.de condit.& demonſt.cenſebitur.autem religionis ingreſſu nuptiarum conditioni ſatisfaƈtum,quamuis aliud expreſſim teſtator caueat.commune dicit Hippol.in l.vna.num,45.C.de rapt.virg.

Nuptias cum alicuius cõſilio contrahi iubens,conditio & honeſta habetur, & ſeruari omnino debet commune fantur Aymon, Sauii. conſil.j.num.7.Gulielm.in cap. Raynutius, verſi, qui cum alia matrimonium contrahens,num.88. de teſtam. amplè Didac,à Couarru, in traƈt.de ſponſal.ij.part.cap.iij.§.viij.num,3.

Nuptias primas quæ conditiones impedient,ſeu in virginibus,ſeu in iis fœminis,quæ vel nuptæ quidem,ſed non mulieres faƈtæ ſunt, vel virginitate optima mulierum dote,ſpoliatæ nunquam nupſerunt, nihil prorſus ponderis,ac momenti habebunt vt receptiſſima interpretum placita dicit Ema. à Coſta in l.cum tale §.ſi arbitratu, limit, vlt ff.de cond.& demonſt.

Nuptias ſecundas quæ mulier intra luƈtus annum inierit,nullas hodie iuris Cæſarei pœnas induet.commune aiunt Ioan. Coraſ, lib. iij. Miſcel.cap.j.num.2.latiſsimè Didac.à Couarru. in traƈt. de ſponſalib. ſecund.part.cap.iij.§.vlt.num.4.Non tamen eas euadet pœnas,quę in liberorum gratiam ſanƈtæ ſunt.commune ponunt Dec.conſil.lxxxiij. & conſil.ccxxx.& in cap.eccleſia num.38. de conſti. Ioan, de Garon. in l.j.num.72,C.de ſecund,nupt.Ioan.Coraſ. vbi ſupra Did. à Conar. d.cap.vlt.num,5.Ioan,Dileƈt.de arte teſtan.tit.vj.cau.xviij. Franciſcus Viuius lib.j.opin.ccxxiiij.Excipe ni viri conſenſu matrimonij ſecundi iugum ſubierit commune inquiunt Dec.in appellato cap.eccleſia.nu. 35.Rip.in l,fœmina.num.9. C.de ſecund.nup, Quod tamen intellige tunc demum proceſſurum,cùm mulier nullos liberos ſuperſtites habuerit.quippe quia alioquin & illorum cõſenſus exigetur.vt frequenter placitum affirmat Coraſ.in l.filium quem. num. 30. cum ſequen. C.fam.erciſc.& qui idem ad virum profert Viuius vbi ſupra.Quamuis in viro neutiquam id admittendum.alibi latiſsimè demonſtro.Verumtamen nihilominus certum eſt atque exploratum, quòd quà fœminę quà viri ſecundis nupt. ſeſe irretientes aſſeruare tenentur prioris matrimonij liberis quęcunque commoda ex alterutris bonis conſuetudine,lege,vel alia gratuita cauſa ob illud coniugium ad illos effluxerunt,vt commune teſtantur ſupra iſto eo.nu,laudat. ver.non tamen eas.& Rip.in l,fœminę.num,59,quęſt.xxij.& nu, 63, quęſt.xxiij. C.de ſec,nupt.Nicol.Arelat.in l,generaliter.num.49. cum ſequen.illo eod.tit.magis commune affirmant Ioan.à Garon.in authen. ex teſtamento.num 83.& ſequent.illo ipſo tit.& copioſè ac diligenter Arius Pinel.in l.vlt.num.2.C.de bon.matern.

Nuptias ſecundas ſi vidua contraxerit cui,ſi caſtę vitę modum ſeruarit, vel à marito,vel à filio vel à quopiam mariti neceſſario aliquid legatum eſt,legato ſtatim eo prorſus excidet:quamuis longè ſecus futurum ſit,ſi ab aliis ſub ea vitæ conditione illud ipſi reliƈtum proponatur.commune aiunt Iaſon,in l,vlt,C.de indiƈt.viduit. tollen. Ioan. Dileƈt.de art,teſtan.titulo vj.caut.xxxix.ac prolixè Did.à Couarru de ſponſal.ij.part.capitulo.iij.numero vltimo, & ſi perperam indiſtinƈtè contrarium receptum aſſerat Claud.in lege mulier §.cum proponeretur.ff.ad S,C,Trebel.

Nuptiis abſtinenti virgini ſi centum legentur.ac ſi illas ea contraxerit,alicui cœnobio,vel cupiam piæ cauſæ eadem centum relinquantur,contraƈtis nuptiis non virgini nuptæ,ſed pię illi cauſæ legata cẽtum præſtabuntur.commune ait Emanuel à Coſta in lege cum tale §.ſi arbitratu.limi,x.num.8,ff.de condit & demonſtratio, quamuis nõ immerito à qua cuiuis hærere poſsit.

Nuptiis inceſtis impoſita confiſcandorum bonorum pœna,per authe.inceſtas,C,de nupt.etiam hodie ipſo iure abſque vllius declarationis interuentu infligitur,commune affirmat Bernon. de concubi, nume.11.cum ſequentib.non tamen vel illam pœnam,vel aliam eo loci indiƈtam is luet,qui iure canonũ inceſtas nuptias,iure ciuili non inceſtas contraxerit.quod magis commune humaniter ac diligenter oſtendit Foler.in praƈt.crimin.Canon.numer. 95.quem refert,ac ſequitur Iulius Clarus in praƈt,§.inceſtus.ver,quæro. Tametſi contrarium frequentibus doƈtorum calculis exceptum ſcripſerit Decius cõſilio clviij,numero primo ad finem.quem & iidem cum aliis citant, & non immerito damnant.

Nuptui elocandæ fœminæ ſi quidpiam relinquatur,atque eam viuus,poſtea teſtator in viri alicuius manum minori dote,quam legati ſumma eſt,dederit,nõ omnino extinguetur. Sed reſiduum quatenus dotem datam legatum ſupergreditur,peti poterit,vt frequenter placitum pono ex Alexan.conſ.vij.numer.10 lib.j.Socin.conſ.cj.num,3, C,de legat.& in l.huiuſmodi §.cum pater nu.19.ff.de legat lib.j.Dec. conſi.lxxxj,num.6.Guliel.in cap,Raynutius,ver,dotem num.14.de teſtamen.Pariſ.conſ.lxxj.nu.38.li.ij.Tametſi.complures non leuibus argumentis in diuerſa omnia abierint.quorum familiam ducunt Rap. Cuman.numer 7.Paul.num.4.Imol.ad fi.in l.Lucius.j. ff.de leg. libro ij.ceteros ſuperpeditabit Camp.de dote part.j.quæſt.xxxix.& Hip.in l. vna.num.27.C.de rapt.virg.

## O

OBLATIO verborum tenus tunc demum offerentem iuuat, cùm vel venditor ſolutionem recipere velle abnuit, vel aliquis venditionem pignoris retardare nititur: aliàs nec rebus in aliis generaliter, nec in emphyteuſi proderit, communia ponit Viuius libro primo opinion. ccxxx. & opin. ccxxxj. Quamuis verius receptiúſque ſit emphyteutam ab emphyteuſis commiſſione ob illam liberari: vt atteſtantur Socin. conſi. cxviij. in fin. lib. iiij. Iaſon. in l. ij. nu. 182. C. de iur. emphyt. nec enim ad pœnas tantopere feſtinandum eſt.

Officiales, ſeu qui aliquo in republica officio funguntur, non aliàs ante finitum officium accuſari poterunt, quàm ſi ea delicta commiſerint, quorum nomine euerti officiis debeant, commune inquiunt Ægidius Boſſius in pract. tit. de offic. corrup. pecun. num. 34. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xvj. verſic. præterea quæro.

Officiales ſi mandatum principis temere aliquem ſuſpendi iubentis exhauſerint, nullam idcirco animi labem incurrēt. commune dicit vltra modum ea in re principibus obſequioſus Cagnol. in l. velle. nu. 15. ff. de reg. iur.

Officiales & eas iniurias cognoſcent, ac punient, quæ vel ipſis, vel alicui ex ipſorum familia, ſeu in eorum officij opprobrium, ſeu ſaltem illorum officij ratione illatę ſunt: alias verò neutiquam. commune inquiunt Alex. conſil. xiiij. num. 10. lib. vj. Iulius Clar. in pract. §. vlt. quęſt. xxxv. verſic. vlt.

Officiales quæ ſibi ipſis officij tempore pepererunt, ni contrarium expreſſim probetur, non perperam nec ſordidè comparaſſe cenſentur, quamuis ad ſummas diuitias peruenerint. commune aiunt Bertrand. conſi. cxv. num. 8. lib. 2. & qui eum laudat Iulius Clar. in pract. §. vlt. q. lxviij. verſic. officialis.

Officia, iuriſdictiones, & dignitates abſque cauſa etiam Princeps auferre poterit, niſi ſi vel pecuniis illa diſtraxerit, vel ob præclarè merita elargitus fuerit, communia ex compluribus iuris interpretibus accurate digeſtis ponit non pœnitendus, præceptor meus Arius Pinelus in rub. par. j. cap. ij. num. vlt. C. de reſcind. vendit.

Omnium meorum appellatio, iura & actiones notat: vt frequenter placitum euerit præclarus legum doctor Arius Pinelus in rub. parte j. num. 7. C. de bon. matern.

Operæ, ſeu laboratores, vt fantur interpretes, quibus ritè eu untiatur, ne agrum colant, ſi aliter fecerunt, & ad omne damnum, & ad pœnam tenebuntur. commune pronunciat Decius in l. velle. numero 3. ff. de regul. iur.

Operas ſuas in perpetuum nemo non iure locat. commune inquiunt Porci. in princ. numero 6. Inſtitut. de vſufruct. Angel. in §. vſuſfructus. numero 1. eodem titulo. Did. à Couarr. in tract. de ſponſal. ij. part. cap. vij. num. 5.

Opinio quæ conſuetudini probatur, cæteris omnibus confligentibus præferri debet. cōmune dicit Remig. de charit. ſubſid. in quæſt. an eccleſia & clerici ſint immunes reg. ccxl.

Opinionibus receptis tunc ſemper adhæreſcendum eſt, cùm ſingularis opinio potiori ratione euidenter, ac liquido non innititur. vt frequens effatum ponunt Dec. conſ. cccclxxxj num. 12. Bellon. conſil. lix. numero etiam 12. vel cum aliorum ſententia conſuetudine non probatur. commune inquit Remig. laudatus, numero ſupra proximo. Vel denique cum grauiorum iuris auctorum iudicium aliò non tetendit. commune affirmat Turzan. opin. clx. in finem quamuis latiſsimè ac perperam, meo quidem animo, cōtendat Viuius lib. j. opin. clxxxij. ſemper ac mordicus communes opiniones eſſe arripiendas. qui etiam illic latius diuagatur circa varias doct. opin. atque illarum ſenſum. qua de re nos alibi alia trutina ac mēſura copioſius, & verius.

Ordinarius iudex ob ægritudinis cauſam & ea quæ ſunt meri imperij delegat. commune ait Curtius Iunior in l. j. num. 81. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio.

Origo non inde rectè colligitur, quod aliquis, vel Hiſpanus vel Lombardus vociretur. commune aiunt Alexand. in rub. num. 9. ff. ſol. matrim. Boer. deciſ. xiij. num. 24.

Originis iudex in alibi gentium delinquentem, & ſuomet ex officio poterit inquirere, commune pronuntiant Didac. à Couarr. in practic. quæſt. j. numero 6. verſiculo ſexto in hoc. Syluan. conſilio ciij. & qui compl ures commune id dogma aſſeuerantes hincinde colligit, & praxi receptiſsimum atteſtatur Iulius Clarus in pract. §. vltim. quæſt. xxxix. ver. ſed quæro. Non illum tamen aliis pœnis plectet, quàm vel iis, quas loci, vbi deliquit, ſtatuta indicunt, vel ius commune infligendas ſancit. vt cum aliquammultis receptum affirmat idem Clarus copioſiſsimè hac de materia agens in d. §. vltimo, quæſt. lxxxv. ver. tertius eſt caſus.

Originis in loco nemo conueniri poteſt, illic non repertus, commune inquiunt Alexan. ad Bart. in l. aſſumptio. §. filius. nume. 2. ff. ad municip. in l. cùm quædam puella. num. 5. ff. de iuriſdict. omnium. iud. Ægidius Boſsius in pract. tit de citat. num. 30. At accuſari & puniri ob patrata alibi crimina etiam non inuentus poterit. commune profert Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæſt. xxxix. in princ. Non tamen in eo in originis foro lata alibi ſententia probabit, quamuis indicium non leue gignat. commune ponit Iulius Clarus dicto §. vltimo. quæſt. liiij. verſiculo vltimo.

Originem loci ſortitur, vel caſu illic natus, vbi mater perſtatura non erat. commune ait Iaſo. in l. huiuſmodi. §. legatum. num. 14. ff. de leg. lib. 1. Quod tamen ſic procedet, vt non idcirco illius loci oneribus ipſe irretiatur. commune inquiunt Auguſt. de Arim. in eodem §. legatum. Rip. de peſte. part. ij. ver. xviij. Atque eo ſanè modo cōmunē ſententiam intelligendam arbitror, qua originarius loci quis non cenſetur, vbi caſu ſeu per tranſennam naſcitur. de qua atteſtantur Boer. deciſ. xiij. num. 52. Viuius lib. j. opin. cccvij.

Oſculum, ſufficientem atque idoneam adulterij probationem ſuggerit, vt vel ob illud & adultera mulier cenſeatur, & dotem amittat. commune affirmant Bellon. in rub. num. 81. C. de edendo Viuius lib. j. opin. ccccxlvij. & qui meritiſsimo diſſentiunt Did. à Couar. in tract. de ſponſal. ij. part. cap. vj. §. vj. num. 3. Iulius Clarus in practic. §. adulterium. ver. ſcias etiam.

## P

PACTVM nudum iure Pontificio actionem gignet, quamuis Cæſareo haud gignat. commune dicunt Bapt. de ſancto Blaſ. in rubr. decret. quæſt. xxij. diſtin. iij. Corn. conſilio ij. litera B. libro primo Alciatus in cap. cum contingat. numero 173. de iureiur. late Viuius libro primo opin. ccxxxiiij. Sed & cùm geminatum eſt actionem Cæſarum iure creat. commune affirmant Alciat. in rub. nu. 14. ff. de verb. oblig. Viuius lib. j. opin. ccxxxv.

Pactum à contrahentibus initum ne aliter quàm teſtibus probatio fiat, valet, ac ſeruari debet. commune inquit Hipp. in rubr. num. 33. de probat.

Pactum dominij tranſlationem impedire nequit. commune ait Curt. Iuni. conſ. clxiiij. num. 9.

Pactum de futura alterius ſucceſsione conceptum vſque adeo nullius momenti eſt, vt nec iureiurando confirmetur. cōmune inquiunt Gulielm. in cap. Raynutius. ver. duas habens filias. nu. 294. de teſtamentis. Curtius Iunior conſilio xxv. numero 7. Excipe niſi ſi vel de certa hereditatis parte fiat, vt frequenter placitum enuntiant Curtius Iunior conſilio lxxxj. numer. 4. Bellon. conſilio lx. numer. 2. Ioann. Dilect. de art. teſtand. tit. ſecund. caut. x. vel is conſentiat, cuius de hereditate paciſcitur. commune ponit cum compluribus Franciſ. Viuius lib. j. opinion. ccxxxiij.

Pactum de non petendo, quod vel filiisfam. Macedoniani exceptionem habentibus, vel mulieribus Velleiano tutis factum proponitur, obligationem iure ipſo extinguit. commune ait doctor meus Emanuel. à Coſta in l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecunia.

Paraphernalia bona ſi poſita in mariti dominio fuerint, ſoluto matrimonio condici poterunt: alias & ſemper in vxoris bonis cenſeri debent, & rei vendicatione repetentur. commune dicit Curt. Iunior conſ. xciij. numer. 12.

Parentes ac reliqui maiores non fruuntur conſtitutione l. cum acutiſsimi. C. de fideicomiſſ. vt commune late ponit doctor meus Anton. Gomez. de teſtamen. cap. v. numer. 35. ver. imo quod magis eſt

Parentum legitima portio tertiam bonorum filij partem iure Cęſareo aufert. commune pronunciat copioſè Did. à Couarr. in tract. de ſponſ. part. ij. cap. viij. §. iiij. numer. 12. & ea ſic illis inſtitutionis titulo relinquere coguntur. commune aſſerunt Bertran. conſ. xxxiiij. numer. 6. & numer. 7. lib. iiij. verſic. ſed quid in filiafam. ac Franciſ. Viuius lib. j. opi. cxxxv. & opi. cccxvj.

Parricidii crimine ac pœnis etiam ij, tum fœminæ ſeſe obſtringunt qui vel aliquem alium ex aſcēdentibus, ſeu ex deſcendentibus naturę vinculis ſibi tantum coniunctum necauerit, vel aliquem ex tranſuerſalibus ſibi ad quartum vſque propinquitatis gradum neceſſarium de medio ſuſtulerint. vt frequentia doctorum placita aſſeuerant Placa & alij, quos cum eo acurate recenſet Iul. Clar. de materia eleganter diſſerens in pract. §. parricidium. ver. quæro. cum ſequent.

Partem debiti non recipit inuitus creditor. vt commune ponunt Neguzant. de pignor. ij. par. iij. mēb. v. part. princ. à numero 17. Tiraq. libro ſecundo retractus §. quarto gloſſa quarta, notant omnes in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. petat. etſi illic perperam à communi interpretum placito deficiant. Fulg. numero 4. Dec. numero 6. Alciat. numero 8. idem Alc. in l. ij. §. & harum, numero decimo & ex his numero decimoquinto ff. de verborum obligationibus contra quos inter alia ſtat. lex obſignatio. C. de ſolut. & ab ſpeciali. cum hæres §. Item decem. ff. de ſtat. lib.

Pater & filiis in poteſtate ſua poſitis, & emācipatis ſtipulari poteſt

commune

Pater &c filiis in poteſtate ſua poſitis, & emancipatis ſtipulari poteſt.commune ait Iaſ.in l.quod dicitur.nu. 18.& in l.quodcunque.§.j.nu.2.ff.de ver.oblig.nec ſibi dominium rei in ſtipulationem deductæ,ſed filiis quæſiiſſe cenſebitur. commune affirmant Alex.ac Iaſ.in d.l.quod dicitur.Viuius lib.j.opin.cxxxviij.

Pater ſi filio ſuo in poteſtate adhuc poſito donauerit, naturaliter ad id re perficiendum, quod verbis concepit, obligabigabitur.commune ponit Io.Coraſ.in l.frater §.quæſitum. nu.46.ff.de condict.indeb.& vide quæ ver.Donatio.ſuperius obſeruantur.

Pater ius filio ſemel quæſitum nec tollere,nec immutare potis eſt, quamuis vel ſtipulatione ab illo concepta ius illud filiis pepererit. commune aiunt Iaſ.conſ.cxiij.lib.j.Io.Dilect.de ar.teſtan. titu.j. caut. viij.nu.2.Tametſi contrarium perperam multis arriſerit.quod etiam commune ponunt Alex.in l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius voc. Iaſ.ſibi aduerſus in l.ij.q.xxiij.C.de iur.emphyteu.idem Iaſ.ac Soc.vterque in l.qui Romæ.§. Flauius.ff.de verb.oblig. Rip.in l.vlt.quæſt. lxv.C.de reuoc.donat. Iniuriam tamen filio factam pater abſque dubio poterit remittere:vt commune renuncio ex Iaſo.in l.contra iuris. §.ſi filius.nu.15.ff.de pact.Boer.deciſ.cxx. Capel.Tholoſ. q. ccxlj.Catald.de ſynd.num.128.Iulius Clarus in pract.§.vlt.q.lviij.verſ.quæro nunquid.Franciſc.Viuius lib.ij.opin.ccxvj. Quod tamen non procedet,ſi huiuſmodi iniuria, de cuius remiſſione diſſeritur, à coniuncta aliqua perſona fuerit illata.vt frequenter placitum eſſe conſtat ex Iaſ. atque aliis vbi ſupra.ex Roman. ſing. cccccl xxiij. & in l.diuus, nu.2. ff.de ſicar. atteſtatúrque vtrumque commune interpretum dogma: quamuis vtrumque cordatè,ac diligenter improbet Arius Pine.in l. j.par.iij.nu.105.C.de bon.matern.

Pater ſi pro filiis promiſerit,aut quouis modo interuenerit, tum cõueniti, tum excuti ante illorum conuentionem, atque excuſſionem poterit.commune aiunt Pyrrh. Glebr. in l.ij.C.de decnr. lib.x. Viuius libro j.opinion.ccxxxix. muin & abſque vlla interuentione obligari ſtatuto pater peterit,tum pro filij mercimonia exercentis contractibus,vt commune latè ponit idem Viuius eodem libro j.opin.ccxcix. tum pro quibuſuis eiuſdem filij delictis, quod frequenter interpretibus probari memoriæ tradiderunt Hipp. ſing. ccccxxxj. Iulius Clar. in practi.§.vltimo.q. lxxxvj.verſ. valebit igitur,Viuius d.libro primo. opinion.ccxcj.

Pater tum aduentitiis, tum maternis filij bonis, quamdiu viuet, vtetur,ac fruetur,nec ſi vel filius commune interim naturæ debitum agnoſcens è viuis migret, vel clericus teſtamentum fecerit,vel denique deliberatione aliqua euaſerit, vſu illo fructu propterea pater labetur.communia ait diligenter,atque appoſit meus iuris doctor Arius Pinelus in l.j.part.j.nume.39.& ſequentib.C.de bon.mater.Non tamen idcirco quidquam prohibuerit, quin hodie mutuis ſeſe obligationibus pater, ac filius in aduentitiis hiſce bonis irretire poſſint. commune proferunt Iaſo.lect.j.nu. 37. Caccialup.nu.39. in l. frater à fratre.ff.de condict.indeb.Viuius lib.ij.opin.ccxix.

Pater filio conſenſum per epiſtolam rectè præſtat.commune dicit Ant.de Tremor.in addit. ad Bon.in pract exception.in rub.qui.mod. ciui.nu.15.verſ.verum non puto.Villalob.in ſua collect.

Pater ſi filius hæres ab alio inſtitutus hæreditatem repudiet,illam iure adire poterit.commune dicit Anto.de Tremor.in addit.ad Bon. in rub.quib.mo.ciui.nu.18.verb.pro mortuis reputãtur. quod vſque adeo verum eſt, vt vulgarem ſubſtitutum pater excludat. commune pronunciat Iaſon in lege cùm propouas. numero duodecimo, C. de hæred.inſtituen.

Pater non ſolùm Pontificio, ſed etiam Cęſareo iure filios tum naturales, tum ſpurios alere compelletur. commune inquiunt Alciat. in rub.nu.2.ff.de verbo.obligat.Viuius lib primo opin.ccxxxviij.non tamen vel eos,vel etiam iuſto matrimonio ſuſceptos a ere cogetur,ſi ſibiipſi alimenta comparare poſſint.commune effert Curtius Iunior conſ.cxlviij.num.5.

Pater filiorum tutor & cauet, & alia generaliter tutorum onera neceſſariò ſubit.cõmune aio ex Corn.in leg.cum oportet. §. ſed cum tacitas.C.de bon.quę lib.Iaſ.in l.pręſes.nu.3.C.de tranſact. Firmia.de epiſc.nu.63.Crot.in l.frater à fratre.nu.56.ff.de condict.indebit.Caſſan.in coſuetud.Burg. At ſi legitimus adminiſtrator fuerit,ſatiſ atio ni regulariter obnoxius non erit. commune inquit diligenter diligẽs profectò iuris anteceſſor Arius Pinelus in l.prima,parte ij.num.67.C. de bon.matern.

Pater legitimus adminiſtrator & ante litis conteſtationem rectè ac ritè procuratorem conſtituet.commune fantur Alexand.nu.6. Iaſ. nu.4.in l.neque.C.de procur.Ang.in §.ſin autem.nu.7.Inſtit.de ſatiſd. Curt.in l.pręſes.num.14.in finem.C. de tranſact. Tiraquellus in lege ſi vnquam,in principio,numero 29.C. de reuocand. donat. neceſſarius tamen eam in rem filij conſenſus erit, vt frequentius interpretum placitum oſtendit Arius Pinelus in lege prima, parte ſecunda. numero 66. C.de bonis maternis. Cuamuis contrarium commune pronuncient Imol.numero 3.Ar.numero 5.in l.vltima, §.pupillus. ff.de verb.oblig.Sed & pręterea pater legitimus adminiſtrator bona filij aduentitia ob neceſſariam æris alieni cauſam ſine vllo decreto alienare poterit:vt crebris doctorum ſuffragiis exceptum pono ex Iacob in lege j.nu.5.C.ſi aduerſ.vendit.Tiraquell.in l.ſi vnquã.in prin. nu.28.C.de reuoc.dona.Gulielm.in cap.Raynutius.ver.duas nu.25 de teſtam Did.à Couarru.li.j.var.reſolut.capit. viij.nu.6. Poterit item de eiſdem aduentitiis filij bonis validè ac iure tranſigere,tametſi nullo ad id decreto iuuetur ac muniatur.cõmune dicunt Caccialup.de tranſact q.vij.Arius Pinelus,non ſine aliqua laudis præfatione nominandus,in d.l.j.part.iij.nume.46.C.de bon.matern.

Pater legitimus adminiſtrator nec à filio emere,nec filio vendere prohibetur,ſi tum bona fide,tum palam coram iudice,ac propinquis id faciat. commune dicit Antonius Gomez.de teſtament. capitulo, ij.numero 2.in fin.

Patri priuilegia,quæ illi ob duodecim liberos conceduntur,liberorum morte haud ruunt commune proferunt Alciat.in tract. de præſumpt.reg.ij.præſumpt.xxj.latè Viuius lib.primo opin.ccxxxvj. Indulgetur autem illi omnium munerum.& collectarum tum perſonaliũ, tum patrimonialium immunitas. vt communia latè proſequitur, Viuius vbi ſupra.

Patria in filios poteſtas ob præcedentem illorum expoſitionem nõ conuellitur.commune inquit Ant.de Tremor.in addit ad Bon.in practic.except.in rub.quib.mo.ciui.numer.13.ver.lex ſecunda.Quin nec ordinibus præſulis dignitatem non conuehentibus euaneſcet commune ait Iaſon.in leg.patre furioſo.numero quinto. ff.de iis,qui ſunt ſui, vel alien. iuris. Competit autem æquè omnibus hebræis atque Chriſtianis,iuxta frequens interpretum placitum, quod ſuperius retuli ver.iudæus.

Patronatus Ius(de quo iam ſuperius ver.ius patronatus)ſi vendatur,nec amplius priſtino patrono,nec deinceps emptori competit, ſed prorſus intercidit.commune ait Præpo.in cap.qui ſtudet. j.quæſt. prim.numero tertio.Quamuis ad extraneos hæredes ritè tranſeat.cõmune ponit Abbas conſilio liiij.videtur,libr.primo.Atque ideo etiam in fiſcum ob generalem bonorum proſcriptionem transferatur.vt latè receptum teſtatur accuratè id declarans Iulius Clar. in pract. §.vltim.quæſtio.lxxviij.verſic.quæro modo Non tamen idem erit ſi ob læſæ maieſtatis crimen,bona fiſco addicantur.quia ea in ſpecie non fiſco cum bonis cæteris ſed legitimis, priſtini poſſeſſoris hæredibus deferetur.commune pronunciant Gygas in tractat.de crimin.læſ.maieſtat.in rub.de pœnis commit. criminſ.lęſ. maieſt.l.ij.queſtio.iiij. & Marc.Mant.conſilio quinto. Quin nec fideicommiſſarium tranferetur, ſed penes ipſum hæredem remanebit commune dicit Ant.Gomez.de teſtam.cap.v.numer.20.

Pauper ecquis ſit in iudicis arbitrio ponitur.commune effantur Dec.in cap.ſedes.numer.25.de reſcript.Bellon.conſ.xv.Hippol.in leg. quæſtionis modum.numer.8.ff.de quæſtion.

Pauper ſi vel præſumptione,ac præiudicio aliquo polleat,vel aliqua ſententia victor iam euaſerit,tum ex bonis,quæ petit,alimenta conſequetur,tum ad eam litem omnino perficiendam ſumptus atque expenſas à diuite aduerſario ſtatim excudet.vt frequens interpretum placitum conſtituo ex Guid.Papæ deciſ.ccccclxj. in princip. Rip.in l. ij.numer.3.ff.de re iud.Alciat.reg.iij:præſumpt.ij.nume.9.& nume.10 Rebuf.tom.primo ad conſtitutiones Gallic. tit.de ſenten. prouin.numero 103.Palat.Ruu.in rep.cap.per veſtras.§.xxxix.de donat,inter vir & vxor.Boer.deciſ.cccxxviiij.

Pauperes ac leues aliæ perſonæ teſtimonium in cauſis criminalibu non dicent.commune aiunt Socin.regul.cclxxxix.Ioann.de Amicis conſilio lxxix.numero 9.Iulius Clarus in practic.§.vltim.quæſ.xxiiij. ver.quæro etiam.

Pauperibus ſi quod poſt eius mortem reſtituere fideicommiſſum aliquis debet,illud eiſdem in ſua ipſius vita non rectè reſtituet.commune inquit Decius in l.cum tempus nu.2.ff.de regul.iur.tamen Cagno.numero 6. contrarium receptum aſſerit,tu hanc in rem videto, quæ ſuperius obſeruo ver.Hæres.

Pax ſemel aliquibus inita,non ideo ſtatim rupta cenſebitur,quod cauſa aliqua de nouo ſuperuenerit.commune aiunt,idem in induciis proceedere affirmantes Alexand.in l.qui inſulam.ff.de verbo.obligat. Petr.de Benintend.deciſ.lxv.Viuius libr.j.opinion. ccxxiij.

Pacem qui cum alio facit,atque iniuriam, & violentiam remittit, non idcirco vel illatum damnum,vel id,quod intereſt.remiſiſſe intelligitur.cõmu.ait Ioann.de Amicis conſilio lxxxviij.numeio 14.& hanc eandem in rem videto quę ſuperius obſeruo ver.Iniuria.

Pacem cum patris occiſore contrahere, ac veniam illi indulgere tum tutor,curatorque pupilli filij poſſunt,vt commune aiunt Turzan opinio xxxij.Io.de Amic.conſ.lxxxviij.nu.1.pars hæredum maior,tùm denique ipſe minor abſque vlla tutoris,curatoriſue auctoritate poterit.communia inquiunt Ioan.de Amicis vbi ſupra,ac Franciſc.Viuius lib.ij.opinion.cciij.

Pacem ſemel ritè initam licet alter rumpat,alteri,cui rupta eſt,infrigere integrum non erit.commune ait,neſcio quo ductus ſpiritu, Franciſc.Viuius lib.ij.opinio.ccxxiiij. Si quidem contrarium verius, æquius,

æquius,ac melius eſt,& proculdubio receptum, vt teſtificantur Alexand.conſ.cxv.numero 7.libro quarto. idem Alexand. numero ſexto. Claud.nu.etiam 6.in l.cùm proponas.C.de pact.Corn.conſ.xlij.litera F.lib.ij Pariſ.conſ.clxiiij.nu.23.lib.iiij.Ceph..lus,vir eruditione ac doctrina non pœnitenda,conſ.xxxv.num. 27.lib.j.ac Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xlvij.ver.ſed quoniam.

Peculium Caſtrenſe etiam hodie non adiudicabitur fiſco ob filij delictum bonorum proſcriptione multandum, ſed illius patri integrum,illibatumque ſeruab:tur.commune pono ex Alex.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.nu.49.de damn.infect.Iaſ.in l.iij.§. filius. ff.quod quiſque iur.&in §.actiones autem de peculio. numero 62. Inſtitut. de act.Boer.deciſ.vij.nu.41.

Peculij ſeu de peculio actio perſonalis eſt. commune aiunt Soci. Iaſ.nu.51.in l.frater à fratre.ff.de condict.indeb.Iaſ.rurſus in §.actiones.nu.18.Inſtit.de action.

Pecunia,quæ mutuo data eſt,ſolui alterius formæ nummis poteſt, niſi ſi damnum ſibi inde couflari creditor oſtẽderit.commune aiunt Matth.de Afflict.deciſ.xc.nu.2.Purpur.in l.cum quid.nu.164.ff.ſi cer. peta. Quin & præterea ſi quam mutationem in intrinſeca bonitate patiatur,in ea prorſus forma ſolui debebit,quæ tempore contractus erat.vt frequenter placitum renuncio ex Purpur.vbi ſupra. numero 170.Curt.Iun.conſ.xxiiij.per totum.Anton.Rub. conſil.xvij.& conſ. lxxv. Tiraq.libro j.de retract.§.j.gloſſ. xviij.à numero 26. Aym.Crauet.conſilio xlvij.

Pecunia ſi ſimpliciter detur,non animo donandi data cenſebitur. commune dicit Soci.in l.cùm quid.ff.ſi cer.pet. imò potius data mutuo præſumetur. commune illic ait Alexand.& pono inferius,nu.80. Excipe tamen vt ſecus ſit, ac donata credatur,ſi parua ſumma conſtet.commune ſcribit Palat.Ruu.in rep.rub.§.xj.numero 1.de donat. inter vir.& vxor.

Pecunia teſtamento legata, eo valore ſolui debet,quo teſtamenti tempore, non quo ſolutionis tempeſtate cenſebatur. commune inquiunt Arius Pinelus in rub. par.j.ca.iij.nu.22.cum ſeq.C.de reſcind. vend.Quod idcirco obſeruãdum eſt, quia vel Princeps ſolus abſque vllo populi conſenſu pecuniam mutare poteſt. commune dicit Boer. deciſ.ccxxxvij.nu.7.qua tamen in re ſemper cauſa aliqua probabilis, vel reip.vtilis verſetur neceſſe eſt, vt alibi latiſſimè oſtendo.

Pecunia ſi numerata, & non obſignata alicui ſeruanda tradatur, contrahi mutuum in re dubia, non depoſitum videbitur.commune pronunciant Alex.nu.6.Alci.nu 21.in l.ij.ff.ſi cert.pet.Purpur.nu.74. in §.mutui datio. eiuſdem l.ij.Rip.in l.ſi ventri.§.in bonis.nu. 2.ff.de priuil.cred.Secus tamen erit ſi vel expreſſim, vel per cõiecturas probabiliter conſtare poſſit dominium huiuſce pecuniæ transferri contrahentes noluiſſe. vt frequenter placitum affirmare auſim ex Alex. nu.13.Soc.num.36.Purpur.num.139.in l.cum quid.ff.ſi cert.pe.Rip. in d.l.ij.nu.24.ff.illo eod.tit.

Pecunia in iis rebus, quæ ſeruando ſeruari nequeunt generaliter numeratur.commune ponunt Iaſ.ac Rip.in l.j.§. fuit quæſitum. ff.ad S.C.Trebel.Iaſ.in l.interdum.nu.3.ff.de condict.indeb.latè Andr.Tiraquel.de retract.lign.§.j.gl.vij.nu.103. Quamuis contrarium verius longè ſit, vt eleganter & efficaciter oſtendit doctor meus Arius Pinel.in l.j.part.ij.nu.42.C.de bon.matern.Sed non idcirco tamen pecunia in rebus immobilibus cenſebitur, quòd vel cambiis, vt ſermo eſt, tradita ſit, vel rerum immobilium emptionibus deſtinata fuerit. vt commune aiunt Iaſ.in l.cætera.§.ſed ſi parauerit.nu.21.& ſeq.ff.de leg.lib.j.Soc.Nep.conſ.cxx.nu.18.lib.j.Boer.deciſ.cix.

Pecuniarum debitor non ſatisfaciet ſi vel auri,vel argenti maſſam quantitate,& qualitate parem ſoluat.commune effatur Andr.Alciat. in l.ij.§.j.nu.12.ff.ſi cert.pet.

Pecuniaria multa damnatus,ſi vel minimam multæ portiunculam ſoluendo non ſit, corporis ſupplicio illam luet, atque explebit.commune inquit Boer.deciſ.cccxlix.num.8.quod & alij aſſerunt relati ſuperius ver.corpus,& inferius verſ.pœna.

Penſionem vel annuam,vel ſemeſtrem,vel menſtruam,qui ſeu pacto, ſeu quacũque alia ratione debet, ſi tres ante ſolutiones ſuis ſtatis temporibus continuatis ſe ſoluiſſe probauerit, & omnes anteactas exoluiſſe præſumetur.vt receptũ pono ex Barto. Pla.Luc.de Pen. Alex.ad Bartolum in l.quicunque.C.de apoch.public.lib.x.Bald.in c. literæ,in fin.de dilat.Salice.Iaſ.nu.135.& nu.137.in l.ſecun.C.de iur. emphyt.Cremenſ.ſing.lxxvij.Dec.nu.5.Alciat.in ver.annis.in l.ſi certis annis.C.de pactis Alex. Iaſ.& aliis in l.j.C.de fideicommiſ.Alexan. rurſus conſ.cv.nu.2.lib.iij.Cur.Iun.xcvj.nu.5.Guliel.in c. Raynutius. verſ.abſque liberis.in ij.num.185.cum ſequentib.Franciſc.Lucan.de fiſc.part.j.numero nono,libro ſecundo.Duen.regula liiij. Anton.Gomez. in l.lx. Tauri.numero 5.& de contract.capitulo iij. numero 13. verſicu.item adde. in quorum deciſionibus,ac ſententiis vna,eadémque prorſus ratio eſt.

Periculum omne qui vel iuratò in ſe recepit,non adeò magis caſum fortuitum præſtabit.commune inquiunt Rip.in l.ſi vnquam.nume.10.G.de reuoc.donation.Benuenutus Straccha de merca,quarta part.nu.7.atque alij quos ſuperius refero ver.caſus.

Periculum rei debitæ poſt debitoris moram peremptæ ad ipſum debitorem ſemper ſpectat.vt eſt Bartoli doctrina in l.quod te mihi. nu.10.ff.ſi cer.petatur,quam frequenter placitam atteſtantur illic Alexan,nu,8.Alciat.nu.15.Purpur.nu.28. Alex.rurſus in l.nemo.§.j.in fin.ff.de verb.oblig.Matth.de Afflict.deciſ. cl. à nume. 6.Si tamen liquidò conſtiterit eodem prorſus modo apud creditorem fuiſſe interituram,longè aliud ac diuerſum ius erit. vt receptũ iam ponere auſim ex Fulgoſ.Aretino,Iaſon.numero 28.Decio,lectur.ſecund.numero 50.Rip.numero 29.Curtio Iunior.numero 34.in dicta l.quod te mihi.atque ex ſumma Angel.ver.mora,numero ſecundo. Sylueſtr.in ver. reſtitutio.vij.ad finem.Palat.Ru.in repetitione capit. per veſtras. numero decimo, de donation. inter virum & vxorem.Did.à Couar. in capitulo peccatum.ij.part.§.vj. numero primo de reg.iur.libro vj. qui cum Palud.in iiiij.diſtinct.xv.quæſt.ij. concluſ.iiij. in conſcientiæ foro recipiendum aſſerit.

Periti de rebus ipſorum peritiæ commiſſis non aliter,quàm iurati referre debent.commune aiunt Ioan.Cror.de teſtibus.vij.par.Viuius lib.j.opinion.clxix.

Periurium nunquam aliàs infamiam ipſo iure irrogat,quàm cùm ex promiſſione de futuro non impleta incurſum eſt.commune aiunt Panormitan.Imol.& Felin.in c.teſtimonium.de teſtib. Iulius Clarus ea de re latè agens in pract.§.periurium.ver.j.

Periurium ab eccleſiaſtico iudice non à iudice populi ordinario puniri poteſt.commune pronunciant Boer.deciſ.cccv.numero 24.& numero 5.Viuius lib.j.opin.clix.in finem.Si autem neminem damno affecerit, & peierantis libertatem ſolùm reſpexerit, nulla alia pœna, quàm Dei vltoris metu vindicatur. commune efferunt Iaſon in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit. in ij.nume.1. ad finem. ff de iureiur. Ioannes de Amicis conſilio cix.in finem. Berous quæſt. cxxxiii. nu. 9.Si quis tamen id eſſe peccatum mortale negauerit,hæreſeos crimine obſtringetur.commune ſcribit Bellon.conſ.lxxvij.num. 6.Auin & periurium ab eo commiſſum, cui aduerſarius in iudicio iuſiurãdum detulit,non alio ſupplicio,quàm Dei omnipotentis proculdubio vindicaturi terrore plectitur.commune affirmant Boer.d. deciſ.cccv.nu. 4.ver,quid dicendum.Berous d.q.cxxxiiij.nume.3. Aegidius Boſſ in pract.tit.de periur.nu.3. qui idem in illis proceſſurum communiter receptum ponunt,qui ſuſcepto iureiurando ſuper detegenda criminum veritate,quorũ accuſantur, illud ſuſceperint,& violarint. Auin & peierantis crimen ac pœna eleuantur, & exinaniuntur, vel ſi periurium abſque dolo commiſſum oſtendatur.vt receptum interpretum dogma eſſe literis prodiderunt Iaſ.in l.videamus.in prin.nume. 7.de in lit.iurand.Cagn.nu.135.& ſeq.Clau.nu.41.in l.ſi quis maior. C.de tranſact.vel ſi difficultas in concepto prius iureiur. contigerit. commune pronunciant Gomez.& qui eum laudat Iulius Clarus in d.§.periurium.ver.item excuſatur.

Periurij reus non efficitur, qui poſitionem partim veram, partim falſam iuratus ſimpliciter negat, velut qui cùm quindecim debeat,viginti,quorum petitione infeſtatur, ſe non debere ſimpliciter eiurat. commune interpretum dogma atteſtantur Iaſ.in l.j.§. ſed etſi mihi nu.10.ff.de ver obl.Nic.Ant.Gra.lib.v.c.xiiij.nu.24.ad Veſtrij praxim.

Periurus à teſtimonio dicendo in omni cauſa repellitur.commune dicunt Alb.in l.Lucius.nume.3.ff.de iis,qui notant.infam.Gyg.de crim.læſe maieſt.q.xj.n.1.Nec iuriſiurandi copiam impetrat,vt mancam probationem expleat.commune ait Soc. conſ.cxxxvj.nu.9.lib.j. & conſi.clv.lib,ij.Nec quicquam hic vel illic proderit, quod qui periurij cõuictus fuit, emendatus poſtea ſit,commune ſcribit cum multis Franciſc.Viuius.lib.j.opin,ccclvij.Proderit tamen, vt illa non procedant,ſi quis vel temere peierarit,vel illicitum iuſiurandum conceperit,ac violarit.commune dicunt Abb.in c.teſtimonium,nu.7.de teſtib.Iul.Clar.in pract.§.periurium.ver.repellitur.

Permutatio de ſpecie tantùm ad ſpeciem cõtrahitur, vt eſt Accur. doctrina in l.j.C.de rer. permut.& in l.j.ver. nomen.in fin.ff.illo eod. tit.quam communiter receptam eſſe conſtat ex Iaſ.in §.actionum.nu. 92.& 98.Inſtit,de act.Iaſ.rurſus.nu.8. Rip.nu. 25.in l.ij.ff.ſi cert.pet. Iaſ.iterum in d.l.j.nu.10.ff.de rer.permut.Corn.conſ.lxxiij.lib.iiij. Fabian.in tract.de empt.& vend.in ij.q.nu.25.Ar.Pinel.in ij.part. rub.c. j.nu.9.C.de reſcin.vendit.Placet tamen & de genere ad genus permutationem contrahi, & hoc permutationis nomen, cum ſuis omnibus iuris effectibus,ei contractui competiturum, quippe quia nulla alia differentia inter cõtractum do vt des, & permutationem,de qua agimus,poni debet,quàm quòd contractus do vt des vice generis ſit, ac reliquos cõtractus ſub ſe contineat:permutatio illi vt ſpecies ſubiiciatur.quòd ſi ratio emptionis,& venditionis,atq; huiuſce cõtractus, permutationis ſcilicet, & do, vt des, ſubducatur, ac differentiæ,quæ inter hanc,atque illos ſunt,ſpectentur,eodem prorſus loco ac numero haberi debent cõtractus,do vt des,de genere aut genus,& permutatio de ſpecie ad ſpeciem inita:quemadmodum veriſſimè & fortaſſis iam æquè frequenter arbitrantur And.Sic.in rub.de rer.permu.Dec lect.j.nu.14.& lect.ij.nu.12.& lect.vlt.nu.18. Hiero. Burig.nume.54

Pupp.

Purp.nu.45.Curt.Iun.nu.29.Zaſ.nu. 8.Alci.nu.23.in l.ij.ff.ſi cert.peta.Fortun.l.iuriſgentium. in princip.ff.de pact.Gomez.in §. actionum.nu.26.& ſequentib.Inſtit.de actio.Io.Coras.lib.xj.Miſcel.c. xv. cum quibus facit tex.in l.pe.C.de rerum permut.vbi Salice.id ſecurè adnotauit.Sed hac de re alibi copioſius diſceptabitur.Non autẽ ideo minus permutatio erit,quia precium aliquod intercedat, ſi permutandi mens,ac propoſitum contrahentibus fuit:cõmune inquit Boe. dec.cxliiij.nu.1.

Permutatio quamuis regulariter pœnitentiam admittat,tamen cũ res vænalis pro re alia datur,nullo modo illam admittet propter vicinitatem,quam huiuſmodi permutatio cum venditionis contractu habet.commune & verum aſſero ex Bal.in l.j.nu.8.C.de rer. permutat.Alex.in l.ſi pecuniam. nu.21.ff.de condict.ob cauſ.Soc.in rub.ff. de verb.oblig.Iaſ.in l.vlt.nu.8.ff.de condict.ob cauſ.Iacob.de Nigris nu.174.poſt.Iaſ.in rub.ff.de verb.oblig.Nec item eadem permutationis ſpecies locum condictioni ob cauſam dabit:tametſi ab alterutro contrahentium adimpletum non ſit.vt receptum quoque affirmare non verebor ex vero intellectu l.j.C.de rer.permut. quem frequẽter etiam interpretibus placuiſſe conſtabit ex Paul.in l.j.nu.10.ff.illo eo. tit.ex Rip.nu.26.Alc.nu.23.Purpur.nu.42.in l.ij.ff.ſi cert.pet.Iaſon.in d.l.vlt.nu.8.ff.de condict.ob cauſa.& in l.j.in fin.ff.de æſtimat.action. & in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.nu.39.ff.ſi quis caut.&in l.rogaſti. nu. 2.ff.ſi cert.pet.& in §.actionum.numero 102. Inſtitut. de action. atque Ari.Pinelus in rub.ij.part.capitulo primo numero 14. C. de reſcind.veditio.

Permutanti beneficia non competit auxilium l.ij.C.de reſcin.vendi.commune effantur Did.à Coua.li.j.variarum reſolut.c.v.Ar.Pin el. ad illam eandem.l.par.j.c.iij.nu.16.

Perſonæ digniores quæ ſint,quæque haberi debeant,iuſto iudicis arbitrio ſtatuitur.commune pronunciat Decius in c.ſedes.nu.7.de reſtit.ſpoliat.

Pignus conuentione datum,atque acceptum non ante vendi poterit,quàm poſt moram à debitore admiſſam biennium præterlabatur commune inquiunt Alex.nu.6.& 27.Iaſon.nu.5.& ſequentib. in l.debitoribus.ff.de re iudic.At prætorium pignus ob rei non comparentis contumaciam captum,tunc vendi poterit cum iudex arbitrabitur. commune effatur Negnzant.de pign.vj.par.j.mem num.8. Nihil autẽ vetat,quin pactio & valeat,& iuſta habeatur,vt pignus iuſto precio emptum ſit.vel ſimpliciter,vt diſtrahatur,ni intra certum,ſtatumque tempus debito ſatisfiat.communia produnt Tiraq. de retract. conuent.in fi.nume.136.& nume.138.Arius Pinel.in rub.part.ij.cap.j.nu. 26.C.de reſcind.vend.

Pignus liberare debitor inuit creditore poteſt,ſi aliud æquè idoneũ offerat.vt eſt Accurſij opinio in l.ſi Titio.ff.de pignorib.ſic vulgo & intellecta,& magis communiter probata, quemadmodum apparet ex Cremenſ.ſing.liiij.Dec.in l.plus cautionis.nu.3.ff.de regu.iur.& in l.ij. §.mutui datio.lect.j.ff.ſi cert.petat.& in l.ſi pater.C.de colla. Neguzant.de pignor.j.memb.iij.part.nu.21.Sed contrarium tamẽ,meo quidem iudicio,verius eſt,& forſan non minus iam receptum: nam illud probare luculenter videtur tex.in l.ſi rem.§.omnis.ff. de pigno. actio.& tex.iuncta communi interpretatione in l.ſi mandato meo.§. j. ff.mandat.arguendo.de fideiuſſoribus ad pignora:vt facit l. C.in l. qui autem.§.j.ff.de conſtit.pecu.affirmat autem id in terminis Aret. Iaſ.limit.xj.Rip.nu.21.Purpur.nu.101.in d.§.mutui datio.Cagnol.in d.l.plus cautionis,nu.6.nec gloſſæ auctoritas accuratè perpenſa quidquam oberit: ſed hac tota de re alibi vberius.

Pignus minus idoneum ſi quis acceperit,vel pignus operoſum iam alias acceptum cum alio viliſſimi precii pignore commutauerit, non opem vllam illi feret l.ſecund.C. de reſcind. venditio. vt frequenter placitum diſertis literis prodit doctor meus Ari.Pinel.ad illam eandem l.par.ij.c.j.nu.20.

Pignus ſi tanto obligetur precio,vt nulla ſolutionis ſpes ſit,potius alienatum quàm pigneratum conſebitur:commune dicit Soc. & qui eum laudat Fanenſ. de pignor.part.tertia,membr.tertio,numero 10. Quin & cum pro ſumma ipſius valorem æquanti pigneratur, alienati loco habetur,ac ſi alioquin alienari prohibitum ſit, eã ob cauſam pœnis alienationi impoſitis locus fiet.commune dicit Ant.Gome. de teſtament.c.vlt.nu.39.

Plus petere non videbitur.qui intra legitimum,tempus miſerationis cauſa à iudice indultum,egerit.commune inquit Ant. Gomez.de contract.c.xj.nu.2.ver.ij.differt.

Pœna illic imponenda non eſt,vbi à iure non imponitur, vt eſt celebris glo.auctoritas.in c.vlt.ver.ex vi.ad finem.de iure patron. quam frequenter placitam renuncio ex Dec. conſ.xix.nu.3.Iaſo.in l. illam. nu.12.C.de collat.Tiraquel.in l.ſi vnquam.ver.reuertatur,nu.206.C. de reuocand.donat.Arius Pinel.in l.prima.part.iij.ver.infertur etiam C.de bon.mater.& in l.ij par. ij.c.vlt.nu.13.C.de reſcind.vend.Frãc. Viui.li.j.opi.cxviij.Nec vnquã ex ipſius delinquentis conſenſu impoſita cẽſetur:quẽadmodũ veriſſimũ arbitror,& cõmune aio ex Iaſ. in l.ſi tibi decẽ.§.quædã.ff.de pact.Palat.Ruu.in repet.Rub.§. lxj. nu. 24.de donat.inter virum.& vxorem Balb.de præſcript. part. prima q.vij.Fortun.in leg.legitima.ff.de pact.Riquer.in rub.numer 18.ff. de verb.oblig.Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.lxxx.verſi.vlt.Etſi alicubi Socratis auctoritas apud Platonem maximè refragetur.quin & nuſquã in conſcientiæ foro pœna debebitur,quamuis iure ipſo illam vel lex aliqua,vel canon indicat.commune dicunt latiſſimè Did. à Couar. in tractat.de ſponſal. ij.part.ca.vj.§.viij.numero 10. Iulius Clarus in d.q. lxxx.& d.ver.vlt.

Pœna,quæ iure ipſo imponitur,hæredes vexat.vt eſt Bart. doctrina communiter recepta in l.vna,nu.6.C.ex delict.defunct. vbi Angel.ac Dec.in leg. pupillum. §. in hæredes. numero quartò ff. de regu.iur.Hippol.in l.vna,numero 65.C.de rapt.vigin. atque alij paſſim atteſtantur.

Pœna in actu legibus aduerſo appoſita,nullius momenti eſt,quãuis ea,quæ actui præter legem geſto additur,ſummas vires habeat.cõmune ait Iaſ.in leg.non dubium.nu.59.C.de legibus.

Pœna etſi tantum pecuniaria ponatur, ſi tamen fiſco applicetur, cauſa criminalis appellabitur.vt eſt Accurtij ſententia in l.iij.ver.centum aureorum.ff.de ſepulc.viol.quam frequenter placitam renuncio ex Alex.in leg.à diuo Pio.§.ſententiã Romæ.ff.de re iudic.Iaſ. nu. 12. Gomez.nu.18.in princip.Inſtitut.de actio.Plat.in l.ij.C.de iis, qui ex ratio lib.x.Dec.lect.i.& lect.ij.nu.9.Rip.nu.95.poſt Abbat. in rub.extra de iudic.Iaſon.ac Iaco.in rub.C.illo eodem tit.& Iul.Clar.cum aliis in pract.§.vlt.ver.iiij.igitur fuit opinio.

Pœna conuentioni in quamcunque ſummam apponi poteſt, ſi expreſſim illius quantitas taxata ſubiungatur.verbi gratia ſi quis ita ſtipuletur,promittis te mihi librum ſcripturum,& ni id feceris , ais te pœnæ nomine mille nummos daturũ:& ſtipulatio,& adiecta ſtipulationi pœna,proculdubio valebũt.Atſi pœna per multiplicatiõis nomẽ promittatur,nõ poterit dupli excedere,ni,vt librũ ſcripſeris,ꝓmittis duplum,triplum ſiũ,ac deinceps.quemadmodum receptius ait Porc.in §.alteri,nu.7.Inſtitu.de inutil.ſtipulatio . quamuis mihi longè magis probetur.quod inibi cum Azone Accurſius voluit,quocunque pœnam ſtatui poſſe.pro qua etiam ſententia ſtãt Græci. vt ex ſcholiaſte Hermenop.conſtat tit. περὶ σημασίας ὀνομάτων § μεταξὺ δὲ τῶ προτιμῶ περὶ τῆς ποινῆς

Nec huiuſmodi pœna in vſurarum fraudem adiecta vnquam cenſebitur ſi illi applicetur,qui fœnerari non ſoleat,& aliis in conuentionibus,quàm in mutuo apponatur: commune aſſirmat latè Turzan opinio.lxxj.Illam tamen aliqua in quantitate nemo cautioni inſerere generaliter,ac regulariter tenetur, qui ad cautionem ſimpliciter obligatus eſt commune interpretum enunciatum ponit idem Turzan.opinion.vltim.Quin & prætcrea tametſi pœna aliqua expreſſim paciſcatur,neminem regulariter obſtringet,quem principalis conuẽtio non ligauerit.vt eſt inſignis gloſſæ ſententia in l.iij. ver. Fauiana. ff.ſi quid in fraud.patron.quam receptam aio ex Socin.conſil.xcj.lib. iij.Iaſ.in l.j.§.ſi vir vxori.nu.18.ff.de acquiren.poſſeſ.in §.fuerat. Inſtitu.de action.ex eodem Iaſ.nu.3.Dec.num.5.in l.principalibus ff.ſi cert.petat.eodem Iaſon.num.36.Dec.nu.20.& aliis recentioribus in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.illo titu.Rip. qui trifariam excipit. in leg.ita ſtipulatus.nume.36.cum ſequentib.ff.de verb. oblig. Tiraquel.de conſtitut.iij.part.limit.vij.nu.27.inſigni Pinel.in leg.ij. part. j.c.ij.nu.26.C.de reſcindend. vend.Sed & denique quamuis pœna adiecta tum valeat,tum proculdubio incurſa ſit,eam tamen is non luet, qui damnum omne reſarciet,quod alter ob illius moram paſſus eſt. vt eſt notabilis gloſſæ doctrina in leg.vtique.ff.de recepr. arbit. quã receptam eſſe teſtatur Alex.in l.ſi inſulam,nu.9.ff. de ver. obli. quanquam contrarium verius receptius,atque vſu tritum mihi eſſe videatur.ſed hac de re alibi,vberius.

Pœna capitalis ducitur ac dicitur exilium perpetuum:vt frequenter placitum latè ponit Didac.à Couar.in tract de ſponſal. ſecunda part.c.vij.nu.16.& vide quæ hanc etiam in rem obſeruaui ſuperius verſi.capitalis.

Pœna ſi iure ſtatuta ac determinata non ſit, illam iudex vſque ad mortem pro ſui animi arbitratu proferre poteſt:commune inquiunt Marant.de iudic.iij.par.princip.nume.43.cum ſeq. poſt Dec. cũ Barb. in c.ex literis.nu.14.de conſtitut.Alciat.conſ.ccclxxij.in finem . Bolenc.in rep.l.capitalium.§.famoſos,nu.29.ff.de pœnis.Viuius lib.j.opin.clxxix.Sed contrarium tamen verius,humanius ac magis receptum profectò eſt, quod frequenter placitum atteſtantur Matth. de Afflict.deciſ.cclxxvj.nu.6.Grammat.conſ.xlviij.nu.2. Caſſan.in conſuet.Burgu.nu.2.Fel.& qui eũ refert Villa.in rep.l.lxxij.c.ix.nu.4. Carauita ſuper xlj.ritu magnæ Curiæ.nu.15.in fin.& qui alios laudat, atque hãc opinio.longè præferẽdã ſuperiori veriſsimò cẽſet Iul. Cla. in pract.§.vlt.q.lxxxiij.ver.ſed quæro.

Pœnam pecuniariam qui luere nequit , luet corpoream, vt frequens interpretum dogma pronunciant laudati ſuperius ver.Condemnatus.

Pœnam alius pro alio nuſquam dabit.communem regulam ponit & latè atque accuratè illam ex receptis ſententiis explicat Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.lxxxvj.

Pœnæ interdictionis aquæ & ignis, damnationis ad metallum, deportationis, ac relegationis iamdudum exoleuerunt, vt cum multis atteſtatur Iulius Clarus ex receptis interpretum placitis ſubiungens, quæ in illarum locum ſucceſſerint, in pract. §. vlt. q. lxxij. à ver. non eſt.

Pœnæ variæ ſi ſigillatim ac ſeparatim variis delictis ſeſe confundentibus imponantur: vt arma de nocte portanti, in alium irruenti, atque alium percutienti: non omnes, ſed vna illarum duntaxar pendi debet. vt eſt Accur. ſingularis doctrina in l. de crimine. C. de accuſat. quam frequenter placitam affirmant Hip. in l. ſi in rixa, nu. 15. ff. de ſicar. & in l. vna. nu. 38. & nu. 54. C. de rap. virg. Iaffred. deciſ. xcv. Viuius lib. j. opin. cclxxxj. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxxiiij. ver. alius eſt caſus. Sed & cum diuerſæ pœnæ à diuerſis legibus vni alicui delicto indicuntur, ſi illius flagitij reus poſtulatus vnam aliquam, vel minimam illarum legum pœnam luerit, non amplius de eodẽ crimine arceſſi poterit, nec quatenus legum cæterarum ſupplicium excurrit, amplius puniri. vt commune inquiunt Salic. in l. ſepulchra. nu. 8. C. de ſepulc. violat. latè Ant. Gom. de delict. c. j. nu. 39. Viuius lib. j. opin. cclxxix. ſi tamen pœnæ aliquot diuerſæ pendi omnes debebunt, ac ſimul omnes dari nequierint, eam illarum reus luet, quam iudicis arbitrium ſelegerit. commune ponit, & accuratè exponit Iul. Clarus. d. §. vlt. q. xcix. ver. vlt. Quin & cùm pœnæ alternatim imponuntur, & vel vtraque corporea eſt, vel ſanctionis verba ad iudicem referuntur, illarum optio ad ipſum iudicem ſpectabit. commune dicunt Ioa. de Anan. in cap. ſicut iudæi. nu. 17. de iudæis. Abb. Panorm. in c. à crapula nu. 4. de vit. & honeſt. cleric. & qui rectè id explicat Iul. Clar. d. §. vl. q. lxxxv. ver. ſolet etiam.

Pœnæ aliquot ſi noua lege aliqua imponantur, non idcirco ſupplicium in eandem criminis ſpeciem lege veteri indictum abrogari cẽſebitur, Sed enim tum legis nouę, tum veteris pœnę infligentur. commune inquiunt Abb. in c. de cauſis. nu. 14. de offic. delegat. Angel. ac Sali. nu. 6. in l. qui ſepulchra. C. de ſepulchr. violat. Caccialup. in rep. l. omnes populi, nu. 9. ff. de iuſtit. & iur. Excipe niſi ſi nouæ legis vel ſtatuti pœna legis antiquæ, vel communis iuris pœnę par ſit. commune pronunciat Hip. in pract. §. qæritur. nu. 5. Quamuis ſemper ac generaliter verius, æquius ſit in d. l. veteri, aut communi iure, ſupplicia prorſus ſileſcere, vbi vel ſtatuto, vel lege aliqua noua pœnæ alię eidem crimini infliguntur. quod etiam commune affirmant Alc. conſ. cccclijj. nume. 5. Blanc. in pract. crim. nu. 71. & ſeq. Grammat. conſ. xxxv. nume. 56. Roland. conſi. xxxv. nu. 48. lib. ij. Viuius lib. j. opin. cclxxvij. ac latius Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxxv. ver. debet etiam.

Pœnis corporeis nunquam locus eſt, vbi dolus nõ interuenit, quãuis maximè culpa lata arguatur, commune inquiunt Cagnol. in l. cõtractus. nu. 10. ff. de reg. iur. Hippol. conſi. lxvij. nu. 40. & qui verius id proſequitur Iul. Cla. in pract. §. vlt. q. lxxxiiij.

Pœnas ſtatutarias exteri omnes luent, nulla habita differentia ſcieroit, nec nè ſtatuta, ſi id criminis cuius nomine plectuntur, alias iure etiam communi prohibebatur, commune inquiunt Did. à Couarru. in ca. alma mater de ſenten. excomm. lib. vj. Ægidius Boſsius in pract. tit. de pœnis. num. 18. & qui alios laudat Iul. Clar. in practi. §. vlti. q. lxxxv. ver. ſecundus eſt caſus.

Pœnas legibus ſanctas, ex cauſa expreſsim appoſita, & immutare iudex poteſt, commune aiunt Dec. in c. de cauſis. nu. 94. & ſequen. de offic. deleg. Paul. Girland. de relax. carcer. rub. j. q. vj. nu. 1. & Tiraq. qui latiſſimè per limitationes atque ampliationes de materia diſſerit in tract. de pœn. temper. quod idem prorſus erit in pœnis ſtatuto aliquo indictis, vt frequenter placitum affirmant Aret. in c. qualiter & quãdo. in ij. nu. 24. de accuſat. Dec. vbi ſuprà nu. 19. Girland. d. q. vj. nu. 8. & ſeq. Did. à Couar. lib. ij. reſol. c. ix. num. 8. Menchiaca controuer. illuſtr. c. xiiij. nu. 4. Viuius lib. j. opin. clxv. Iulius Clar. in pract. §. vlti. q. lxxxv. ver. vlterius quæro. Erunt autem cauſæ ad id idoneæ vel delinquentis ætas, furor, ira, amor. ebrietas; ſuperioris mandatum, metus, vis, aduerſarij prouocatio, iuſtus dolor, nobilitas, vel ſimilia, vt diligenter & copioſe tradit, cum receptis interpretum ſententiis, Iul. Cla. d. §. vl. q. lx. per totam, ac Viui. d. opin. clxv.

Pollicitatio tunc tantùm dicitur, cum vel per epiſtolam, vel per nuncium ad id non electum abſenti aliquid promittitur. commune ait Iaſ. in rubri. nu. 5. ff. de verb. obli. & vide quæ ſuperius obſeruãtur ver. Donatio vt per nuncium. Hæc autem pollicitatio nec iure legũ, nec iure canonum actioni dandæ idonea habeatur. commune ponũt Alciat. in d. rub. nu. 8. ac Fortun. in c. j. nu. 12. de pact. libr. vj. Quinimo nec obligationem naturalem parit, niſi cùm piis cauſis vſui atque vtilitati eſt, commune inquiunt Iaſ. vbi ſuprà. nu. 6. Felin. in c. j. de pacti. Alciat. in c. cum contingat, nu. 229. de iureiuran. Ant. Gom. de cõtrac. c. ix. nume. 1.

Poſſeſsio an vnam ſpeciem habeat, an potius plures, magna ſcribẽtium diſcordia eſt, vt memoriæ prodidit Bal. in c. cæterum. ad fin. de iudic. Certũ tamen eſt eã diſceptationem verborum tenus conſiſtere: quia vtriuſque ſectæ auctores diſtincta vtriuſque poſſeſsionis effecta agnoſcant: ac probent, vel eleganter animaduertit Alciat. in l. j. nu. 22. ff. de acqui. poſſeſ. ſenſit Butrigar. relatus à Salic. in l. licet nu. 9. in finem. C. eo. Certũ deinde quoque eſt longè receptius ac frequẽtius interpretũ dogma eſſe, vt duas poſſeſsionis ſpecies conſtituamus, quarum altera naturalis, altera verò ciuilis ſit: quemadmodum conſtat ex Alb. Paul. Alex. nu. 13. & nu. 53. Aret. nu. 18. Iaſ. nu. 53. Crot. nu. 39. Aemil. Ferret in d. l. j. ff. de acquiren. poſſeſ. Dyn. in regula ſine poſſeſsione, de regul. iur. lib. vj. aſſerit tutius ac recepti us Salic. in d. l. licet nu. 9. ad fin. C. de acquiren. poſſeſ. & qui id accuratè tutatur Rub. nu. 29. Berengar. nu. 68. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acqui. poſſeſ. Anto. Gomez. in l. xv. Tauri. nu. 19 Rebuf. in iij. Tomo ad leg. Gallic. tit. de mat. poſſeſſ. in prin. Confirmatur autem in primis hæc opinio ex multis iuris locis, in quibus non fruſtra vel coniunctim, vel diſiunctim naturalis & ciuilis poſſeſsionis mentio fit. Confirmatur deinde ex aliis iuris authoritatibus, vbi naturalis poſſeſsio pro corporea ponitur, & econtrario. quaſi illa vt ſpecies à iuſta, ac legitima poſſeſſione differat. Tertio ex aliis poſſeſsio perſonis iuris incapacibus adſcribitur, & iis in caſib. cõceditur, in quibus titulus improbatur. Quarto ex aliis legum conſtitutionibus, in quibus is poſsidere negatur, qui alibi poſsidere naturaliter dicitur, vt de depoſiti cuſtode, de colono, de commodati ſuſceptore, nuſquam non videre licet. Qui autem ſolos iuris effectus hic atque illic hoccè diſcrimen conſtituere vociferantur, non admodum certè animaduertere videntur id duntaxat accommodari poſſe iuſtæ poſſidendi cauſæ bonæ vel malæ fidei, perſonæ iuris capaci, vel ſecus, non verò & referri poſſe ad ſolam animi retentionem. Siquis tamen in contraria profectos noſſe, ac percurrere velit, adeat Cumanum nu. 10. Iaſ. nu. 54. Soc. Rip. nu. 27. & nu. 14. Zaſ. nu. 15. atque Alciat. in dicta l. j. ff. de acquirend. poſſeſsio. Cuman. rurſus in l. ſed ſi nolit: ff. eodem titu. Zaſ. in l. ij. verſicu. deiecit. ff de origin. iur. Coraſ. in d. §. nihil commune. nu. 14. Franciſ. Connan. lib. iij. capitulo x. nos ea de re ſi ſe obtulerit occaſio & copioſius, & forſan vtilius.

Poſſeſsio quo ad proſecutionem attinet, in iis quæ facti ſunt, ponitur, at poſtea in iis, quæ iuris ſunt, cenſetur. commune ait Iaſ. in l prima ff. de acquiren. poſſeſ. Eius autem cauſa leuis dicitur, quamuis res poſſeſſa magni precij, ac valoris ſit, commune ponit Viuius lib. j. opi. xxxj. in finem. Quamobrem illius tractatio appellationem iure Cæſareo non admittit. commune inquit Rip. in c. ſæpe, nu. 3. de reſtit. ſpoliat. Etſi Pontificum decretis illam admittat. commune pronunciat Curt. Iun. conſi. clxvj. nu. 39. quam etiam in rem video quæ inferius obſeruo verſi. Sententia. Atque intellige quod appellatio quidem iure Cæſareo non admittitur ſolùm quo ad effectum retardandę executionis, non autem quo ad ipſum negocium tractandum. commune cẽſent Marant. in praxi vj. par. verſi. appellatio. nu. 194. & qui plures laudat Nicol. Ant. Grauat. ad Veſtrium lib. vij. c. iij. nu. 38. Intellige deinde non minus verè ac propriè de rebus mobilibus, vt frequenter placitum aſſero ex Alex. nu. 19. Iaſ. nu. 37. Rip. nu. 24. Ioan. Crot. nu 14. Carol. Ruin. nu. 1. in l. j. ff. de acquir. poſſeſ. Probatur autem poſſeſsio ex mercedis receptione, vt commune aſſerit Boer. deciſ. cccxx. nu. 5. Et ex ruſticis aliquem tenere ac poſsidere aientibus. commune effatur Dec. conſi. ccxv. Ac generaliter contenta eſt illius diſceptatio ſemiplena probatione, vt receptum aſſeuerant Franciſ. de Curt. in l. admonendi. nu. 203. ff. de iureiuran. Calcam. conſ. 100. atque alij, quos laudat Franciſ. Viuius lib. j. opin. cccxcv. quibus addes Dec. conſi. lvj. nu. 1. & conſi. cclij. nu. 2. & conſi cccccclxiij. nu. 2. & in l. vlti. nu. 15. C. de edict. diui. Adr. tollen. Grat. conſi. xlij. nu. 6. nu. 26. Bellon. conſil. xxxv. nu. 6. Etſi contrarium tamen verius, meo quidem iudicio ſit, quod etiam frequenter placitum teſtantur Alex. conſi. lxxxvij. nu. 3. lib. vij. Petr. de Benintend. dec. lxxij. nu. 10. & ſeq. aſſerunt Matth. ab Afflict. dec. ccclxiiij. nu. 5. Plot. in l. ſi quando. nu. 115. C. vnde vi. Roland. à Valle cõ. 51. nu. 16. li. ij. Natta cõ. ccccccxxx. nu. 6. li. iiij. Iaco. Menoch. vir ſelectæ doctrinæ de recup. poſſeſ. remed. xv. nu. 418. Quia tametſi Viuius ſuperius relatus poſſeſsionis cauſam modici momenti eſſe contendat, tamen veriſsimum profecto eſt, magni ponderis ac momenti poſſeſsionem eſſe, quod facile collectu eſt ex §. retinendæ. in finem. Inſtitu de interdict. ex l. vl. C. de rei vindic. ex l. is, qui deſtinauit. ff. de rei vindic. ex Bald. & Afflict. in c. j. de content. inter domin. & vaſal. l. Rip. in c. ſæpe. de reſtitu. ſpoliat. Ioan. Coraſ. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. à nu. 16. ff. de acquir. poſſeſ. Vnde niſi ius poſſeſsioni reluctetur, aut aliqua alia præſumptione poſſeſſor infeſtetur, probandi onus aduerſario imponitur, vt commune tradit Curt. Iun. conſi. xc. nu. 3. Iaco. Menoch. de recup. poſ. remed. x. nu. 43. Itaque merito & Neapolitanum conſilium legitimis probationibus illius quæſtionem, agitari debere cenſuit teſte Matthe. de Afflict. deciſio. ccclxiiij. & praxis gallica id prorſus reiectis contradicentium næuiis amplexa eſt authore Rebuf. in tertio tom. ad leg. Gallic. numero 26. Poſſeſsionis porrò intermediæ probatio à iuſta extremorum probatione rectè fiet. quemadmodum commune profert Abb. Panormitan. in c. accedente, de priuileg.

Poſſeſsio ciuilis, quæ ſolo animo retinetur, ad vſucapionem neceſſaria omnino eſt, quamobrem vt vſucapio procedat, neceſſe eſt probetur illam priſtinum rei dominum amiſiſſe, vt dictat Accurtij

doctri‑ a

doctrina in l.j.C.de ſeru.fugit.quam frequentibus doctorum calculis exceptam eſſe conſtat ex Bar.nu.9.Bal.nu.22.Sali.nu.21.Fulgoſ.num. 17.Pau.ac Iaſ.ad eandem illam l.& ex Panor.in c.vigilanti. nu. 4. de præſcript.Alexan.in l.iij,§.ex contrario.nu.4.ff.de acquiren.poſſeſ.Iaſ nu.49.Rip.ad fin.in l.j,ff.illo eo titu.Anton.Gomez.in l.xlv.Tauri.nu. 105.Did.à Couarru.in cap.poſſeſſor.par.ij.§.j.num.3.Gregor Lup.in. v.Par.Quam tamen abſurdam & à veris iuris principiis alieniſſimam nos alibi lib.j.obſeruationum iuris iam dudum oſtendimus.Intellige tamen eum,qui per decem annos naturalem poſſeſſionem ſuſque,de que habeat hanc etiam ciuilem amittere,vt cum Socin.conſi.xxxviij. pro deciſione.libro primò communem eſſe doctorum opiniònem recolit Turzan.opin.cxij.

Poſſeſsio defuncti abſque apprehenſione nec in ſuis hæredibus cōtinua perſtat.commune dicit latè Andre.Tiraq.in tract.le mort ſaiſit. à num.6.Vbi autem ſtatuto aliquo poſſeſsio defunctorum in hærede continuatur,non illorum bonorum poſſeſsio idcirco continuabitur, quorum poſſeſſionem alter quiuis apprehenderit,vel ante aditam hæreditatem,vel poſt aditam,prius tamen quàm hæredes ipſi poſſeſsionem re vera nacti ſint.commune ait latiſsimè declarans Ioan.Baptiſt. Plot.in rep.l.ſi quando nume.8.& nume.13.cum compluribus ſequētibus.C.vnd.vi.Quinimo nec aliter hæredes prædicto ſtatutorum beneficio vtentur.quàm ſi prius eos ritè citauerint,qui vel iniuſta poſſeſsione res hæreditarias anticiparint.commune ponit Viuius lib.j.opin.ccciiij.cum Alexan.conſi.lxxxiij.viſa facti. nume.83.& numer 20. lib.ij.atque aliis iuris interpretibus,Nec item vnquam hæredibus ob id genus ſtatuta recuperandæ poſſeſsionis interdictum competet, quam poſtea quam reapſe poſſeſsionem ſuſceperint.commune aiunt Rip.in l.j.nu.37.ff.de acqui.poſſeſ.& in rub.num.24.de cauſ.poſſeſ.& propr.Pariſ.conſi.j.nu.159.lib.j.Viuius vbi ſupra.

Poſſeſsio,quatenus iuris eſt,in eum penitus hæredē omnis totius hæreditatis transfertur,qui rem aliquam hæreditatis apprehendit.cōmune inquit Tiraq.de retract.lign.§.xxxvj.gloſ.iij.numero 11.Quatenus autem facti eſt,ſolum illius rei poſſeſsio penes hæredem erit, quam ipſe apprehenderit.commune ponit idem, eodem in loco, numero 3.& ſeq.

Poſſeſsio eccleſiaſtici beneficij & coram ordinario populi iudice in diſceptationem vocari poteſt,atque illius cauſa expediri.commune aio ex Rip.nume.19.Aemil.Ferret.nu.7.in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſ.Boer.deciſ.lxix.nu. 23.Thom.Grammat. deciſ.lxxviij.Chaſſa.in conſuet. Burgund.titu.j. nume.109.Rebuf. ad conſtitutiones Gallic.libro.iij.numero.3. Aym. Crauet.conſilio cclviij. Did.à Couarru.pract.quæſt.capitulo xxxv.& in epit. iiij.capitulo viij. §.xij.nu.5.Nic.Ant.Grauatio,qui complures alios congerit ad Veſtriū lib.v.cap.j.numero 6.

Poſſeſsionis retinendæ cauſam agitari dilata proprietatis lite ad finem vſque controuerſiæ poſſeſſoriæ fruſtra actor deſiderat.commune fatur Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.154.ff.de acquiren. poſſeſ.Quin nec recuperandæ poſſeſsionis cauſa amplius promouebitur,vbi a proprietatis lite abſolutio contigerit.cōmune inquit Ioā. Coraſ.in d.§.nihil commune.verſi.explicitus.nu.4.

Poſſeſsionem alterius qui ex inualido iudicis decreto ingreditur, pœnas poſſeſsionis alienæ turbatori indictas pendet. commune aiūt Iaſ.in l.iuſtè poſsidet.nu.27.& ſequen.ff.de acqui.poſſeſ.Aym.Grauet conſ.ccxlviij.ver.non obſtat aliud dubium Viuius lib.j.opin.cclxxxvii. Iulius Clar.in pract.§.vlti.q.lxxxij.ſtatut.iiij.

Poſſeſsione rerum qua eccleſiaſticarum, qua profanarum lapſis æquè omnibus competet remedium. c.reintegranda.iij.q.j.& l.ſi coloni.C.de agricol.& cenſi.lib.xj.commune inquiunt Alexan.conſi.51 incipit viſo.lib.j.& conſi.lxj.in cauſa lib.v.Alexandrin. conſi.iiij.nu. 1. Soc.in l.rem,quę nobis.ff.de acquir.poſſeſ.Viuius latè cum aliis lib.j. opi.cclxviij.cum compluribus ſequentibus.

Poſſeſſor abſque titulo non eſt legitimus contradictor,vt frequenter placitum dicit Gozad.conſi.xciij.nu.5.Quin & malæ fidei poſſeſſor etiam rebus extinctis condictioni obnoxius erit,vt eſt Accur.doctrina in §.ſi tamen.gloſ.vlti.Inſti.de rer.diuiſ.quam communiter placitam aſſerit Alexan.in l.ſi quis nec cauſam §.vlti,nu.5.ff.ſi certi.pet. defendit Gomez.in §.ſic itaque.a nu.29.Inſtitu.de act.quamuis veri⁹ verè contrarium arbitrentur Paul.ac Dec.nume.vltim.Cur.Iun.& Purpur.nume.4.atque Alciat.nu.etiam 3.in d.§.vlti.l.ſi quis nec cauſam. ff.ſi certum petat.

Poſthumorum nomen ad eos duntaxat proprie refertur,qui poſt parentum mortem in lucem prodierunt. cōmune aiunt Iaſ.in l.Gallus in princi.ff.de lib.& poſthu.Dec.in l.poſthumo.in princ.C.de bono.poſſeſsio.contrabul.Quando autem illorum pręteritio teſtamentū nullum reddat,explicat eleganter & accuratę cum receptis ſententiis Iulius Clarus de teſtament.queſtio xlv.Et an illis preteritis,& teſtamento ea ex cauſa rupto,legata nihilominus ſuſtineantur,necne,ſcribit diligenter duas contrarias ac receptas opiniones idem Clarus vbi ſupra queſtio.lj.verſicu.quod autem.

Præſcriptio fide bona proceſsiſſe in dubio preſumitur. commune cenſent Balb.in l.Celſus.part.iij.nu.2.ff.de vſucap.Alciat.de præſump. reg.iij.præſumpt.v.latè Did.à Couarru.de ſponſal.ij.part.viij.§.j.num. 4. Vt autem mala fide procedat nec ſtatuto edici poteſt.commune ponit Viuius lib.j.opinio cclxxvj.in finem.Nullo autem modo in iis admittetur,quæ liberi arbitrij ſunt,commune dicit Anton.Gomez. de teſtament.cap.ix.num.27.verſicu.ij.pro iſta parte. Nec etiam in illis aliqua omnino præſcriptio admittitur,quæ in generalis recognitionis ſignum Principi reponuntur,ac reſeruantur.commune aſſerit Virus in conſuet.Aurel.de præſcript.cap.iiij.Nec item vlla præſcriptio vllo modo opponi poterit debitori pignus debiti ſolutione redimere volenti,vt frequenter placitum ait Raph.Cuman.in l.pignori.ff.de vſucap.Quamuis hac in ſpecie præſcriptionem triginta annorum opponi poſſe dicant receptum Ang.in §.Actionum,num.54. Inſtitu. de action.Rip.in rub.nu.14.ff.de pignor.Ac magis commune aſſerat Bal. de præſcript.j.part.quintę part.quęſtio.xij.quos non multum moratus veriorem atque ęquiorem ſuperiorem ſententiam exiſtimo Quin & nunquam pręſcriptio procedere poterit,quo ad veri domini animo poſſeſſio ciuilis retinetur.commune pono ex Salic.numer.21.Fulgoſ. 17.Iaſ.in l.j.C.de ſeru.fugit.Iaſ.nu.19.Rip.ad finem in l.j.ff. de acqui. poſſeſ.Anto,Gomez.in Tauri l.cccev.nu.105. & de contract. capitu. vlti.numero 25.Did.à Couarru.in cap.poſſeſſor. par.ij. §. primo numero tertio.de reg.iur.tametſi id inſulſum atque abſurdum ſit,vt alibi copioſe oſtendo.

Pręſcriptio non offenditur mala fide venditoris, cum non ab eo, ſed ab alio de illo rem bona fide aſſequuto,res poſſidetur.commune inquit Balb.de pręſcript.ij.part.iij.part.princip.quęſtio xij.nu.7.limit. iij.Conciliat autem præſcriptio rerum mobilium dominium directū, ac rerum ſoli vtile duntaxat dominium ritè præſcribenti,vt commune renuncio ex Porc.in princ.nu.10.inſtitu.de vſucap.& ex iis, quos latè producit Arius Pinelus in authen.niſi tricennale nu.30.C.de bon matern.Obligationem verò non ſolùm ciuilem,ſed etiam naturalem tollit.commune dicit Balb.d.ij.part.iij.par.princip.q.x.concluſio.xxxviij.Quamuis verius,meo quidem iudicio,ſit, ciuilem obligationem pręſcriptione tolli,naturalem inefficacem reddi,quod etiam receptū affirmat Alciat in rub.nu.44.de pręſcrip.

Preſcriptio debiti per decennium ſtatuto induci,ac ſtabiliri nequit. commune inquiunt Imo.conſ.xvj.nu.1.Bertrand. conſi.lxxxiiij. nu.4. lib.ij. Afflict.in conſtitut.Neapo.lib.iij.Rub.xxxj.nu.4. Viuius lib.j.opin.cclxxvi.& opin.cccxij.in finem.Si quæ autem alia præſcriptio ſtatuto iuſtè induceretur,nec renunciare debitor illi poterit. commune efferunt Balb.de pręſcript.in vj.part.princi.queſt.vj.Pariſ.in rubri.nu, 32.de preſcriptio.Viuius lib.j.opin.cclxxij.Tametſi contrarium magis mihi probetur,tum quia rigida ſtatuti iniquitas infringitur,ac debitorum malitię obuiamitur.tum denique,quia creditoribus alioquin fauore dignis vtiliter conſulitur.atque id etiam receptum Fabianus & alij apud Pariſ.ſuperius allegatum cenſent.

Præſcriptio,quæ ſemel bona fide perfecta eſt, nec ab iis iudicibus reiici explodique poteſt,qui liberum arbitrium habent.commune inquiūt Did.à Couar.in c.poſſeſſor,iij.part.§.ij.in fi.de reg.iur.lib.vj.& qui quāplurimos laudat Iacob.Menoc.de arbi.iudic.lib.j.q.xlix.nu. 1,

Pręſcriptio,quę triginta vel quadraginta annis peragitur,Iuriſconſultis atque Imperatoribus,ante l.ſicut.&ante l.omnes.C.de pręſcrip, xxx.vel xl.ann.ignota prorſus fuit.commune ponit Corn.conſi.xxxviij.nume. 10.lib.j.Procedet autem illa & contra pactum retrouendendi initum in perpetuum.vt frequenter placitum enunciant Purpur.in l.petens.nu.40.C.de pact.Did.à Couar.li.j.reſolut.ca. ix.nu.1.Cephalus iuris profeſſor clariſſimus conſi.xl.nu.2.Nec quidquam impediet ſi iuſiurandum huiuſmodi pacto in ſecula iturо acceſſerit.commune effantur Boer.deciſ.clxxxij.nu.7.Tiraq. lib.ij. de retract.§.j gl.ij.nu. 1, ac num.7.Cephalus conſi.xliij.nu.12.Did.a Couarru.vbi ſupra nu.7. Notabis tamen,ac memoriæ ſemper infixum geres, quod non minus hæc triginta & quadraginta annorum pręſcriptio quam quæ decem annorum curriculo perficitur, generaliter ac regulariter reſtitutione ex iuſta aliqua ignorantiæ cauſa tum petenda, tum impetranda conuelletur.commune inquiunt Roman.conſ.cxlix.in finem.Felin. num, 1.Pariſ.nu.3.ac nu.5.in c.vigilanti.de preſcrip.Dec. conſ.xxxvj.nu. 9. Boer.deciſ.xxxix.nu.6.Soc.conſi.lxxx.lib.iij. Grat.conſi.xci.nu.55. lib. j.Bertrand.conſi.xv.nu.42.li.j.Cur.Iun.conſ.clvi.nu.3.Eſt autem huic reſtitutioni petendæ ſtatum definitumque tempus quadriennium,à ſcientia ceſſurum,vt commune affirmare auſim ex Panor.in fin.Feli. num.9.in l.vlt.de pręſcript. atque ex iis vtr uſque iuris preſulib.quos laudat Tiraq.de retract.lign.§.xxxv. gloſſ.iiij.numero 4.ac latius inſignis Pinelus in auth.niſi tricennale.C.de bon.mater.

Præſcriptio contra priuati alicuius rem cœpta non impedietur, nec ab ordinario ac ſtato ſui iure dimouebitur, quod eccleſia multis prærogatiuis munita interim,dum illa ad finem perducitur,ei priuato ſucceſſerit,commune affirmat Franciſ.Turzan.opin.cxvij.

Præſcriptio longiſſima nec titulo,nec bona fide opus habet.commune ponit Boer.deciſ.xlij.nu.34.Quin & iure Pontificio iſthæc præſcriptio ex iuris errore,malam fidem diluente procedet, commune

inquiunt

inquiunt Rub.conſil.lxxv. & qui diligenter explicat Arius Pinelus in authen.niſi tricennale.num.11.C.de bon.mat.latè etiam Viuius lib.j. pin.ccxlj.Habebit autem ſummas vires id præſcriptionis genus in res etiam reſtitutioni obnoxias vt receptum affirmant Corne.conſi xxxviij.nu.10.& conſi.cxvij.lib.j.& conſ.ccxciiij.ad finem,lib.iij.Grat. conſi.xxj.nu.36.lib.ij. Anto.Gomez.in l.Tauri.xl.nu.9.

Præſcriptio temporis ſupra hominum memoriam decurſi,par priuilegio à principe ſcienter,ac prudenter collatio ius habet. commune inquit Bellon.conſi.lv.nume.5.Nec illa vſurus titulum alleget,neceſſe eſt.cõm.ponit Viuius libro j.opin. ccxlij. opus tamen. eſt.vt is, qui præſcribit,capax eiuſce rei ſit,quam præſcribit. commune ſcribit Did.à Couarru.lib.j.variarum reſolu.cap.x.nume.4.

Præſcriptionem qui ſemel bona fide perfecit,quamuis poſtea rem, quam præſcripſit,alterius eſſe nouerit,illam reſtituere nullo iure tenebitur,vt frequentius placitum affirmant Bal.Nouel.de præſcript. ij. part.iij.par.principalis.quæſt.ix.Tiraq.in tract.ceſſante cauſa,limit.xij. nu.16.ac vir doctrina & eruditione commemorabilis Iacob Menoch, de recup.poſſeſ.remed.xvj.nu.17.

Præſens in iudicio,quamuis citatus non fuerit,litem accipere cogetur,ſi antequam inſtruatur,reſpondere compelli nequeat.commune ait Feli.in c.j.nu.19.de iudic.

Præſentia taciturnitati adiuncta in iis actibus,qui ſuper re mea me inuito geri poſſunt,cõſenſum nec pręſe fert,nec inducit.at in iis,quæ me aduerſante impedirentur ſecus erit:vt frequenter placitum conſtituo ex Alexan.& Iaſ.in l.quæ dotis.ff.ſolut. matrimo.Alex.in l.ſæpe ff.de re iudic.Cor.Iaſ.nu.11.Curt.Iun.nu.1.in l.cum proponas.j.C.de pact.Iaſ.in l. fundum de fideicommiſsis. nu.7. ff.de leg.lib.j.Iaſ.rurſus ad Porc.in §. præterea.nu.14.ad finem.Inſtitut.quibus mod.ius patr. poteſt.ſoluit.Io.Crot.in l.filiusfam.§.diui.nume.169.ff.de leg.lib.j.Caro.Ruin.in l.iiij.§.Cato.nu.169.ff.de verbo.obliga.

Præſumptio etiam ſi à lege neceſſario inducatur & notoria, vt doctores fa ntur,in aliqua ſpecie ſit,non aliter tamen quempiam iuuabit quàm ſi ab illo allegetur,vt nemine doctorum diſcrepante vnanimiter receptum affirmant Aymon.Crauet.conſilio cclvij.efficaciora.Frãciſ.Turzan. opin.clvij. Nulla item præſumptionum copia,quãuis illæ vehementiſſimæ & cum indubitatis indiciis coniunctę ſint, ad infligendam corpori pœnam ſufficiet, etſi ad pecuniariam multam proculdubio ſuffectura videatur,commune aiunt Hip.in rub.nu. 252.cũ ſequentibus.C.de probat.Nouell.in pract.crimin.in rubr.de teſtibus in mat.crimi.nu.33.Tiraq.de pœn.temperan.cauſa xxvij.nu.2. & nu. 22.cum ſeq.Viuius lib.ij.opin.lvj.

Præteritio filiorum teſtamentum nullum prorſus reddit,etiam antequam filij illud nullum dicant:& quamuis nullum non dicant,vt frequentius placitum renuncio ex Iaſ. nu.23.Dec.in l.poſthumo nato. C.de bon.poſ.contr.tab.Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuſt. rupt.Alexand.conſ.xxvij.nu.1.& nu.3.lib.vj.Guliel.in c.Raynutius.verſi.in eodem teſtamento in j.nume.96.de teſtamen.Boer.deciſ.xcvj.part.j.numero 1.& 2.Amplia vt idem iure etiam prætorio futurum ſit:vt cõmune conſtituo ex Aret.Alexand.& Iaſ.nume.28.Dec.num. 11.Curt. Iun.nu.48.in l.poſthumo nato.C.de bono.poſ.contra tab.Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rupt.Soc.in l.ſi filius.ff.illo eod. titu.Anton. Gomez.de teſtament.cap.xj.nu.5.Amplia ſecundo,vt hoc etiam procedat,tametſi pater extraneum hæredem inſtituerit ſub conditione, ſi filius ſe viuo mortem obeat:vel inſtitutionem in id tempus conferat,quo filius hæres iam eſſe nequeat.commune pronunciant Aret.in l.ſi quis eum §.vlti.ff.de vulga.& pupil.idem Aret.Alex.ac Iaſ.in l.Gallus.in princ.ff.de lib.& poſthu.Guliel.in cap.Raynutius.verſi.adiiciẽs. de teſtament.Segur.in l.iij.§.vlti.ff.de lib.& poſthu.doctor.meus Emanuel à Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.par.j.nu.51.ff.illo.eod.titu.Amplia.tertió,vt idem ius locum habeat, quamuis præteritio cũ illius cauſæ adiectione fiat,quæ exhæredationi ſatis ſuperque foret.quẽadmodum commune interpretum dogma eſſe miſerunt in literas Imo.in d.l.filio præterito.nume.14.& in l.j.ff.de teſtamen, idem Imo. Socin.nume.7.& in d.§.& quid ſi tantum. Alexan.& Iaſ.in l.ſicut. nu. 1.C.de teſtament.milit.Socin. & Alciat.num.5.in l.ſi filius,qui in poteſtate.ff.de lib.&poſthu.Corn.nu.28.Iaſ.in authen.ex cauſa.C.de lib. præter.Alexan.conſi.clxj.nume.1. lib.ij. & in authen.non licet.C.de lib.præter.Iaſ.in l.in arenam.C.de inoffic.teſtamen.Guliel.in c.Raynutius.verſi.in eodem teſtamento,in ij.num.46. de teſtamen.atque alij, quos referunt Did.à Couarru.in eod.cap.Raynutius.nu.1.Anton. Gomez.teſtament.cap.xj.num.2.Emanuel à Coſta in d.§. & quid ſi tantùm iij.part.nume.164.intellige tamen quod ſi hæres inſtitutus adiectam ingratitudinis cauſam hac in ſpecie probauerit, teſtamentum iure ipſo alioquin nullum, conualeſcet, & filius penitus excludetur, receptum quoque eſſe liquet ex Barto.nume.12.Salice.nume. 6.Pau. nu.5.ac.numero 9.Iaſ.numero.1.in finem,latè Curt.Iun.numero 39. in d.authen.ex cauſa.Iaſ.in d.l.in arenam.nume. 3. & Galeaul. num. 49.Coſta part.ij.numero 166.in dicto §.& quid ſi tantùm.Anton.Gomez.vbi ſupra nume.3. quorũ tamen opinio & ſi æquitati conſentanea videatur,tamen a veris iuris definitionib.oppidò quam abhorret.

vt non immerito ab ea defecerint Alexand.Curt.Iun. numero. 15. in d.authen.non licet.Corn.in d.authen.ex cauſa.nume.28. Guliel.in d. capi.ver.in eodem teſtamento.in j.nu.218.Alciat.in d.l.ſi filius qui in poteſtate.nume.5.Viglius in rub.nu.4.de inoffic.teſtamen.& nos alibi id latius efficacibus argumentis refellimus. Quanquam iure ipſo ſuſtineri poſſe huiuſmodi teſtamentum,quod longe maius eſt, non improbabiliter contendere videantur Did.a Couarru.Anto. Gomez. Emanuel.a Coſta,cum nonnullis antiquioribus.ſed ea tota de re,vt dixi,alibi latius & opportunius. Amplia præterea quarto, vt idem ius prorſus dici debeat,etſi teſtamentum,de quo agitur inter ipſos liberos conditum fuerit.commune aſſeuerant Dec.conſi.cv.nu.5. in finõ Claudius in l.inter cætera.nu.8.ff.de lib.& poſthu.Iulius Clarus de teſtamen.quęſtio.viij.verſ.ſed quęro tu ſcis.Quamuis eiuſcemodi teſtamentum valere poſſit tamen clauſula codicillaris, quę in teſtamento inter liberos exarata ſemper intelligitur.commune efferunt Bellon.cõſi.lxxxv.nu.4.Iulius Clarus vbi ſupra,verſi.vnum tamen ſcias.Amplia quinto atque vltimò,vt & militare teſtamentum pręteritio nullum reddat,ſi cauſam aliquam expreſſim non pręſe tulerit.commune inquiunt Rip.in l.Centurio.nu.43.ff.de vulga.& pupil.Iulius Clarus vbi ſupra quęſtio xlij.verſi.bene verum eſt.Obſerua tamen diligenter,ac memorię tenaciter inſculpito,quod ſi huiuſmodi teſtamentis clauſula codicillaris inſerta fuerit,teſtamentum fideicommiſsi iure ſubſiſtet: atque inſtitutis hęredibus hęreditatem reſtituere filij cogentur,& reliquos omnes ſuos effectus clauſula illa codicillaris conſequetur.cõmune renuncio ex Bald.conſil.ccccxxxj.lib.iij.& conſi.ciiij.lib.iiij.Roman.conſi.cxxij.Alex.conſi.xxxij.in cauſa mota & conſi.xlj.lib.j.& cõ. cclxxxv. ad finem,lib.ij.Alex.rurſus nu.13.Iaſ.nu.22.poſt.Pau.nu.15. in d. authen.ex cauſa.C.de lib.pręt.Ang.in §.j.nu.4. Inſti. de codici Iaſ.in auth.nouiſsima.nu.24.in finem.C.de inoffic.teſtamen. Dec.in l. poſthumo nato.C.de bon.poſſeſ.contra tab.Ioan.Dilect.de art.teſtan. titu.iij.caut.j.num.4.Anton.Gomez in l.iij.Tauri.nume.78. latè Iuli. Clar.vbi ſupra quod ampliabis,licet eo tempore,quo factum teſtamẽtum proponitur,filius pręteritus nondum natus eſſet commune proferunt Ruin.conſil.cxciij.nume.3.lib.ij.Tiraq.in l.ſi vnquam.verſi.donatione largitus.C.de reuoc.dona.& qui copioſe ac diligenter de materia diſſerit Iul.Clar.vbi ſupra.verſi.& hęc quidem communis opin. cum verſi.frequentibus,limitabis autem ſuperius commune placitũ: vt ſi,cum teſtamentum fieret,pręteritioni filius conſenſiſſet,teſtamentum illius cauſa nullum non reddatur:ſecus ſi poſt teſtamentum iam conſcriptum aſſenſus ſit.commnnia ponit vberrimè Iulius Clar.vbi ſupra quęſti.xliij.ver.ſed quid ſi ipſe filius.

Pręteritio parentum ac maiorum per lineam paternam contingentium,etiam cum adiecta cauſa a filiis vel de caſtrenſi peculio teſtantibus admiſſa,teſtamentum ipſorum nullum ipſo iure reddit.commune ponunciant Alexan.in lege nemo.in fine.C.qui teſtament.fac.poſſ. Ripa in lege Centurio.numero 43.ff.de vulga.& pupilla.vberius Clarus de teſtament.q.xlviij.

Pręteritio eorum,quibus legitima non debetur,nullum vitium,nullámque labem teſtamento afferre poteſt. commune affirmat. Corn. conſi.xl.litera f.lib.iij.& vide ſupra ver Legitima.

Pręteritus ſine cauſa filius emancipatus, ius hodie habet dicendi nullum patris teſtamentum,vt frequenter placitum renuncio ex Pau. nu.7.Corne nume.29.Iaſ.nume.18.in authen.ex cauſa.C.de liber.pręter.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,lect.j.nu.54.ff.de lib.& poſthu. Imol.in l.filio pręterito. ff.de iniuſt.rupt.Iulius Clarus de teſtamen.q. xlij.& ver.& hæc quidem concluſio.quamuis illi bonorum poſſeſsionem contra tabulas ſolum deferri effutierit communiter receptum Porc.in §.vlti.nu.11.Inſtit.de bon poſſeſ.

Precium rei dicitur deductis omnib. expenſis,vt commune inquit Anton.Gomez.de teſtament.c.xij. nu.25.ver. ſecundo infertur. Eius autem annui conſtitutio quamuis ſit emptionis nomine,in contractu exarata,dicetur,ac ducetur locatio.commune ait Rip.de peſte. parte. ij.primæ part.nu.39.Aliis autem generaliter, ac regulariter precij mẽtio emptionem arguit:vt frequenter placitum conſtituo ex Fabian. de emptio.& vend.q.ij.nu.2.Iaſ.lect.j.nu.107.& lect.ij.nu.145.Rip.nu 103.Loazes.nu.187.in l.filiusfam.§.diui.ff.de legat.lib.j.latè Tiraq.de retract.lign.§.j.gl.j.in princip.

Principium ſeu prœmium generale efficit,vt diſpoſitio generalis cenſeatur,quamuis verba ſpecialia ſequantur.commune dicit Cur. Iun.conſi.clxxviij.nu.1.& nu.11.Villal.in ſua collect.

Princeps ſemper iuſtæ cauſæ præiudicio fouetur,commune ait Iaſ. in l.j.nu.7.de teſtament.& quamuis nondum corona potitus ſit,rectè atque vtiliter priuilegia concedet.commune ponunt Ang.in prooem. Inſtitu.nu.7.Cagnol.in prooem.ff.veteris nu.4.Henricus Mauroy, vir magna eruditione ac doctrina præditus,in Apolog.part.ij. c.xxxiiij. Poteſt autem princeps omnes pœnas tũ corporeas, tum pecuniarias etiam per ſententiam rei iudicatæ vires iam adeptam,inflictas indulgere.commune inquiunt Pariſ.conſ.j.nu.59.lib.iiij.Iulius Clar.de materia latè agens in pract.§.vlti.q.lix.per totam Non tamen ius alicui ſine cauſa potis eſt demere.cõmune ait Felin.in cap.quæ in eccleſiarũ

nu.33.de conſtitutio.Quanquam & ſine ceuſa ac de nihilo impedimentum eius auferre queat,cui ius illud alioquin competiturum ſit. commune effatur Cur.Iun.conſi.cxxx.nu.10.& conſi.clvij.nu.19.Sed nec etiam vel in ciuilibus,vel in criminalibus cauſis citationis tollendæ poteſtatem habet,vt frequens placitum eſſe conſtat ex Feli.in ca. cum olim.nu.12.de re iud. Anton.Campeg.deciſ.lxix.nu.26.Soc.conſ. cxx.nu.3.& num.10.li.iij.Hipp.in relect.l.de vno quoque à nu. 10.ff. de re iudic.Nec aliquam generaliter criminalis cauſæ defenſionem validè intercludet.commune renuncio ex Hippol.in l.vna,nu.170.C. de rapt.virg. & in tract.§.opportunè.nu.61.Matth.de Afflict.lib.j. cōſtitu.Neapol.rub.lj.§.item dura,nu3.& deciſ.cccxcj.nu.9.Pariſ.conſi. ij.nu.157.lib.ij.Quin nec ciuilis cauſæ protectionem eripere poteſt. quemadmodum accuratè commune oſtendit Arius Pinelus,meus iuris doctor,in rub.par.j.capitu.ij.nume.21.& numer.21.& nume. 23. ver.concederem etiam.C.de reſcind.vendit.Nec rurſus vel priuilegia vel officiorum dignitatem,vel iuriſdictionū collationes ob præclare merita locatas etiam cum cauſa iuſtè retractabit.commune aio ex Ia. in l.ex hoc iure nu.54.ff.de iuſtit.& iur.Felin.in cap.]nouit.de iudic. Matth.de Aflict.in cap.j.nume.24.de nat.feud. atque ex aliis vtriuſque iuris profeſſoribus,quos refert Arius Pinelus, verè quidem, ſed non admodum æque in contrariam opinionem profectus in l.j.part. iij.ver.infertur.xvj.C.de bon.mater.& in rub.part.j.cap.ij.num.31. C. de reſcind.vendit.Multo autem minus iuregentium quæſita auferre princeps poterit commune aſſeuero ex Andr.ab Exea de pact.num. 147.Tiraq.de conſtit.part.iij.limit.vij.nu.47.Curt.Iun.conſil.j.numer. 20.& conſi.cxxxviij.nume.5.Bellon.conſil ij.nume.8. vberius Pinelus in d.rub.par.j.cap.j.numero vlt.C.de reſcind.vendit.Sed ſi vel donationem,quam liberaliter in aliquem contulit,ex legitimis etiam cauſis reuocare velit,dummodo nulla donatarij offenſio,nulla culpa proponatur,applene ſatisfacere ius ſuum omne illi donatione ſic euerſo tenebitur.commune aſſerit copioſiſſimè Arius Pinelus in d.l.j. part.iij. C.de bon.matern,& d.rub. .parte j.cap. ij.numero.15. C. de reſcind. vendi.Nec id mirum vel dubium cuiquam eſſe debet:quia princeps generaliter quamuis contractum cum ſubiectis iniens,vel naturali obligatione ad agendum apta,vel potius naturali,ac ciuili obligatione irretitur,commune pronunciant Iaſ.in l.j.ff.de pact.Dec.& Felin.in c. j.de probat.Anto.Gomez.de contract.cap.j.nume.1.Quin & ſucceſſores quoque eo contractu obligat.commune effert.Iaſ.conſ. x.libr. iij. conferunt,quæ cumulat Viuius lib.ij.opin.ccxxxv.Caſtrum porrò vel ciuitatē inuitis illiuſmet loci incolis nec alteri alienare,nec alteri ſubiicere poterit commune ſcribit Curt.Iun.conſil.clxxxiiij nu.17.

Princeps ſtatim atque de cauſa cognoſcere incipit,ad ſe illam auocare cenſetur.commune interpretum placitum affirmant Rip. in cap. cum M.Ferrarienſis,numero 197.de conſtitution.Nicolaus Antonius Grauatius,diligentiſſimus iuris interpres ad Veſtrium lib.iij.cap. viij. nume.18.Quod procedet etſi iudex inferior id genus auocationem ignoraſſet.commune inquiunt idem Rip.vbi ſ.nu. Nicolaus eodem numero vbi recte declarant cum motu proprio princeps id egerit.

Principis beneficia ante agnitionem nemini quæruntur.commune inquit And.Alc.in c.cum contingat nu. 235.de iureiur.Etſi enim ampliſſime exaudiri,interpretarique debeant,non tamen manifeſtas, ac neceſſarias iuris definitiones prætergredi opus eſt.

Principis voluntas conditionem,qua comprehenditur,impoſſibilē reddit.vt eſt communis interpretum opinio in l.continuus §.cū quis. ff.de verb.oblig.& in l.apud Iulianum.§.conſtat.ff.de leg.li.j.quam atteſtatur,ac merito damnat Did.à Couarr.de ſponſal.ij.part.c.iij. num. 8.Quamuis enim difficilis admodum id genus conditio ſit,vel à caſu pendens,non idcirco tamen impoſibilis conditio cenſeri debet,vt dictat frequenter placita Accurſij doctrina in §.impoſſibilis. Inſtitu.de hæred.Inſti.Sed.& contra falſum hoc interpretum dogma,eſt textus expreſſus in l.intercidit.ff.de condition.& demonſtratio.adiuncta l.§. cum qui ff.de poſtulan.verum ea de re latius.

Principi vel temere,atque inique aliquem ſuſpendi iubenti audiēs eſſe poteſt ab animo inculpate officialis,vt commune inquit Cagnol. in l.velle,nu.15.ff.de reg.iur.Si tamen prætexere aliquid cauſa,ac moram interponere tutò poſſit,non pręcipitandum certe eſt,ſed dandus locus , quo ille reſipiſcat , ac ſecum animo recolat tanto minus ipſi licere ,quanto plus poteſt, verum hæc vberius alibi diſſerentur.

Priuilegiati vel ſpeciales alioquin caſus generalibus iuris difinitionibus regentur,ſi nullam expreſsim prærogatiuam habeant in ſpecie de qua agitur.vide infrà ver.Speciales.

Probationes,ac tota probationem materia in iudicis arbitrio locantur commune pronunciant Dec.conſ.ccccclxiij. nu.23.Thom. Gramma.deciſio trigeſimoquarto numero 47.Curtius Iunior conſilio.cvj. in principio & conſilio clxvj.numero primo & conſilio clxviij. numero etiam primo, Didacus à Couarruuias libro primo reſolutio. capitulo primo numero ſecundo & numero ſexto Arius Pinel. meus iuris doctor,in lege ſecunda capitulo vltimo numero 44.C.de reſcin. vendit. Quod etſi veriſsimum , æquiſsimum , ac maxime neceſſarium in tot mortalium fallaciis,technis,ac periuriis cenſeri debet,tamen nunquam aliter prudens iudicis arbitrium ab ſtatis,ac legitimis probationibns deſciſcere poterit,quam ſi cauſam,qua ad id inducitur expreſſim adiiciat quemadmodum etiam receptum cum multis profeſſoribus ponit idem Pine.eo c.nu. vlti.Quin & generaliter probationes de iudicij ſubſtantia non exiſtere vulgò verè creditur,vt frequenter placere teſtificantur Aymon Crauet.conſilio. cclxv. illuſtris Marchio & qui eum laudat Franciſ.Turzan.opi.clx.Vbi autem vel ſtatuto,vel lege probatio manifeſta exigitur,nullus iuriiurando locus eſt.commune aſſerunt Rip.& qui eum laudat Franciſ.Viuius lib.j.opin.clxvij.Nullus item pręſumptionibus etiam iure improbatis locus erit:commune affirmat Dec.in rub.de probatio.Nec iiſdem in caſibus & conſequenter in cauſis criminalibus duæ probationes ſemiplenæ vnam plenam ſeu perfectam efficient commune inquit,ac rectè exponit Iuli.Clar.in pract.§.vlt.q.xiij.ver. penul.Quamuis alioquin generaliter receptum ſit duabus ſemiplenis probationibus vnam perfecte conflari.vt atteſtatur accuratè explicans Franc.Viuius d.lib.j.opi.ccccxxvj.Quod tamen nec etiam tunc procedet,cùm teſtis vnus de numeratione,alter de rei confeſſione teſtificabūtur.quippe quia nec ea in ſpecie applene probari exiſtimabitur : vt frequenter placitum conſtituo ex Felin.in c.licet ex quadam num.2.de teſtibus Iaſ.in l.admonendi.nu.260.ff.de iureiur.Dec.in c.cum cauſam nu. 11.de probat Probationes denique de confinibus incertæ pro nihilo erunt. commune ſcribit Curt.Iun.conſ.xciij.nu.13.

Probando,ac probationi habendæ præfixus à iudice terminus exigit,vt teſtium examen,& probationis complementum in ipſomet termino fiat nec ſufficiet ſi teſtes inducti iam ſint,& iurauerint.commune ponit Abb.in c.licet cauſam in fine de probationi.

Procurator ex longinqua regione cum mandato accedens,ſi is eſſe negetur,qui mandato continetur, fundatam pro ſe præſumptionē habebit,& contrarij probandi onus aduerſario incumbet.commune ponit Viuius lib.ij.opi.ccxxxix.Sed & illius mandatum quà teſtibus, qua ſcriptis ritè,ac rectè, probabitur.commune aiunt Iaſ.in l.j.nu.7. ad finem,& nu.8.C.de procurat.Boer.deciſ.cclxxxj.nu.1.Bal.deciſ.cx. Nec quidquam oberit ſi conſtitutus procurator infamiæ arguatur, infamiæ arguatur:quia licet infamem creari procuratorem ad cauſas, auctoritas iuris Pontificij inhibeat:tamen nulla Cæſarei conſtitutio interdicit.commune ponit cum Alex.Turzan.opin.lxxxv. Imò,ſi rem ad viuum reſecemus,nullo iure id vetari reperiemus.qua de re multa apud Marquard.de Iudæis.ij.part.capit.vij.nu.3.& num.4.ac num.12. plura apud nos alibi.Vbi autem procurator litem ſemel conteſtatus fuerit,non amplius abſque cauſæ cognitione reuocari ab ipſo litis domino poterit,ſi nolit aduerſarius,quantumuis ipſemet procurator velit,vt comprobatam omnium calculis concluſionem,& atteſtatur, & non immeritò impugnat grauis profectò,& acutus iuris interpres Ronchegallus in l.ij.nu.87.ff.de duobus reis.Nemo tamen,vel excōmunicatus procuratorem à principio conſtituere cogitur.commune ait Turzan.cxxvj.

Procurator ad matrimonium contrahendum non aliter validè cōſtituetur.quam ſi ſpeciali ad id mandato creetur,& perſona nuncupatim exprimatur , cum qua matrimonium ineundum ſit,vt frequens interpretum dogma affirmat Did.à Couarr,in tracta.de ſponſal.ij.part. cap.iij.num.8. Si autem procurator ad matrimonium contrahendum ritè conſtitutus,ac vel cum iureiurando reuocatum non iri ſtabilitus poſt mandati illius reuocationem etiam ignorans atque inſcius contrahat,nullum prorſus mandatum erit commune inquit idem Didac.eod.cap.nu.10.

Procurator in iis criminis cauſis admittitur,in quibus vel relegationis,vel infamiæ ſupplicium vel nummaria tantum pœna imponi poteſt.commune renuncio ex Paul.in l.ſeruum quoque.§.publicè. ff. de procura.Marian.Socin.in cap.veniens.de accuſ. Hippol.in pract.§. ſequitur Franciſc.Viuius lib.j.opin.cclj.& Iul.Cla.qui latiſſime de materia agit.in pract.§.vlt.q.xxxij.per totam Poterit etiam prætrea in iis criminum cauſis procurator creari,in quibus ex ſtatuti forma abſens quis condemnari poteſt.commune inquiunt Corn.conſi.xvij.in princip.& conſil.cccxxv.litera.G.lib.iij.& conſil.cxxij.litera F.lib.iij.Cepolla conſ.crimin.xlvj.ver.pręterea dico.Ang.In l.pen.§.ad crimen.fallen. ix.ff.de publ.iud.quem laudat Aug.ad Ang.verſ.qui iudex videns.nu. 13.Alex.de Neuo conſi.xc.nu.3. Sed quidquid ij iuris ſatrapæ deblaterent,contrariū profectò veriſſimū eſt,ac reipublicę magis vtile.quia alioquin corporeis pœnis nullus in abſentes animaduertēdi loc⁹ ex id gen⁹ ſtatutis foret,q̄ etiá receptū.aſſeuerant Alex.cōſ.cxvj.nu. 18.li.ij. Benedict. de plſſbin.in l.pen.§. ad crimē.nu.12.& ſeq.ff de public.iudi.Rub.in l.ſeruū quoque §.publice n.24.ff.de procuratorib.alij,quos refert,& meritò probat , ac de praxi etiam cum nonnullis atteſtatur Iulius Clar.d.q.xxxij.ver.hæc autem.

Procurator,plurium nomine nec ſuam, nec ſuorum iniuriam vendicantium conſtiturus,accuſationem iure proſequetur, licet ipſemet conſtituentes reo id opponente nequeant,vt frequenter ſcriptoribus probatum ait Aretin.in cap.olim num.10.de accuſationib.

Procurator ad rem vēdendā creatus,ni mandato forma vēditionis,

ac

ac precij quantitas explicetur.non poterit ſuas vices alij demandare. commune pono ex Alexand.& Iaſo.in l.quod quis.C.de procurat.Iaſon in l.j.ad finem.ff.de offic.procurat.Cæſ.

Procurator,qui ad aliquam cauſam ſimpliciter conſtituitur,& in ea ſuccumbit,appellationem ritè interponere tenetur,quamuis illã proſequi non cogatur,at qui ad omnes cauſas quà vertentes,quà futuras expreſſim procurator creatur,appellationem tum interponere, tum ſectari obligatus eſt,vt cum multis receptum affirmat Turzan.opinio xciij. Quę intelliges de ſententia litem finienti.nam interloquutionũ appellationes indiſtinctè proſequi tenebitur,ſi locus in quo retractari debent.remotus non erit.commune ait Iaſ.in l.inuitus. numero 4. de procur.Quin & cùm intra decem dies procurator haud appellat, domino nocet,commune inquit rectè moderatus Zaſ.in l.j.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicent.

Procurator,qui ſolutionis recipiendæ facultatem habet cum clauſula,vt in prædictis & circa illa liberam adminiſtrationem obtineat, dilationem ſolutionis debitoribus ſummo iure largietur , commune inquiunt Alexand.in l.pactum curatoris.d.C. pact.& qui recte diſtribuit Franciſcus Turzan.opinio.lxxxij.

Procurator tamen fiſci, vt aliquid vendat, nec fidem de precio habere poterit. commune inquit Iaſ. in l. quæ acta. num.18. ff.de offic. pocur.Cæſ. Villal.in ſua collecta.

Procurator,qui ad certum aliquem actum conſtituitur,non ideò maiori facultate præditus intelligitur,quod poſtea mandato inſerantur verba illa generalia,quod conſtituens promiſit habere rata omnia geſta per illum procuratorem,At ſi dicatur,quod procurator poſſit facere omnia quæ præſens dominus poſſet,cum libera mandatum habere cenſebitur,communia ponit Iaſ.in l.quæ acta,num.21.& nu 22. de offic.proconſul.

Procurator quantumcunque generali mandato creatus,nunquam quidquam ex illius mandati viribus agere poterit,quod vel illicitum ſit,vel mandantem alicui pœnæ obnoxium reddat,vt frequenter placitum renuncio ex Iaſ.à num.5 atque aliis pleriſque omnibus interpretibus in l.ſi procurator.ff.de condict.indebit. Dec.in l.alterius circumuentio.ff.de reg.iur.Felin,in cap.j.à num.8.vt lit.non conteſt.Cur Ioã.conſil.cxlix.num.9.Franciſ.Turzan.opin.lxvj.Non tamen idcirco verum erit condemnari debere procuratorem in eius litis expenſis, quam non inculpatè,nec abſque dolo iuſtituit,quia cum principali cauſa aliud longè diuerſum agatur,nec quidquam de procuratoris cul pa,vel dolo tractetur,ſuccedit Iuriſconſulti doctrina in l.de qua re.ff. de iudi.Eſſetque perquam iniquum ſi procurator antequam ea de re audiretur,ac defenderetur,tanquam culpæ ac doli conuictus in expenſis iudicari poſſet,vel non iudicatus ex tacita ipſius ſententiæ virtute expenſarum executioni obnoxius fieret ca.j.cum ſimil.de cauſ propr. Quamuis contrarium exiſtimauerit Bart,& Alex.nu.7.ver.præterea in l.iiij.ff.de re iudi.Sal,in l.non eſt ignotum, C,de adminiſtr.tut.Panor, in ca.j.vt lit.non conteſt,atque alij frequentius,teſte Iaſ.in l.procurator.nn.13.ff.de condi.ind.contra quos alibi latius,& opportunius diſſeretur,illorumque opinionem,vel praxis ipſa rerum optima doctrix abiurauit:quemadmodũ Iaſ.ſibi aduerſus,teſtamentum in d.l.iiij. nu. 13.& in l.j §.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicent.non obtemper.

Procurator ſi mandati formam,ac fines ſciente domino egrediatur, domino ipſi proculdubio nocebit,atſi nullum mandatum præceſſerit tantùmque domini & ſcientia & taciturnitas proponatur,longè aliud ius erit.communia inquit late & diligenter Arius Pinelus in l.ij.part. ij.nu.12.C.de reſcinden.vendi.quod nos in conſilio quodam pro dominaGratia a Naſſi multifariam impigre declaramus.

Procuratoris mandatum plene probari debet.commune inquiunt Iaſ.in l.cautio.num.11.verſ.in ea.C.de procur.& vir ſelectę doctrinæ Nic.Anton.Grauat.ad Veſtrium lib.iiij.cap.v.num. 24.& ſequent. Ac ſi de eo non conſtet,geſta ab illo omnia nullius ſunt momenti:vt cõmune affirmant Alex.in l.licet numer.1.C.de procur. Balb.deciſ.cccxlviij.nu.7.probari tamen teſtibus poterit,commune profitentur Iaſ. in d.l.ſi cautio,nu.7.Boer.deciſio.clxxx.nu.1. Balb.deciſ. cxc.& vide quæ ſcripſi ſuperius ver.mandatum.

Procuratoris confeſſio pecuniam mutuo acceptam eius nomine confitentis.qui illam mutuo accipere ipſi iniunxerat, non efficiet,vt mandator conueniri poſſit,quemadmodum docet Bart.in l.ij.§.vlt.nu 6.ff.ſi cert.pet.cuius doctrinam frequenter placitam teſtantur inibi Alexand.Iaſ.num.20.latè Tiraq.lib.ij.retract.§.iiij.gl.vj.nu.12.adde Alexand.vbi ponit rationem in l.j.§.ſi quis ita.nu.35.ff.de verb.oblig. Atque intellige id neutiquam proceſſurum,ſi procuratori data expreſſim confitendi facultas ſit,vt vero & crebrius tradunt Alexan.Purpur nu.91.in dicto §.vlt.Felin.in cap.ſi cautio de fide inſtrum. quidquid Bart.vbi ſupra reluctari videatur.

Procuratoris falſi geſta non poſſunt poſt defectum mandati appoſitum rata haberi. commune auſim affirmare ex Ang. in §. item ſi. Inſtit.de exception. Iaſon in l.licet. numer.10. C.de procur. Fel. in c. cauſam.num.9.de iudic.Balb.deciſ. cccxlviij. nume. 7. Antea vero & quæ vſui domino ſunt,rectè validéque dominus confirmat: commune inquiunt iidem Iaſ.ac Felin.vbi ſupra:& liberaliter Sebaſtian.Vant. de nullit.num.112.magis commune cum Alexand. teſtificatur Franc. Turzan.opin.xcij.

Procuratores quæ ex cauſis aliorum ſollicitè procuratis quærunt, non caſtrenſis peculij,ſed aduentitij vicem,ac rationes ſubeunt.commune inquit Riminald.contrarium ipſe rectiſſimè aſtruens.in §.j.nu. 61.& ſequen.Inſtitut.per quas perſonas nobis acquir.quicquid illum carpat Franciſc.Viuius, commune quoque illud atteſtatus libro primo opin.ccxcix.

Prodigus etiam liquido,palam,atque apertè bona profundens,antequam illi bonis interdicatur , omnia pro ſui animi arbitratu gerere poterit. commune inquiunt Alexan. in l.is cui bonis. ff. de verborum oblig.Aretin.in l.is cui bonis.ff.de teſtam.Anton.de Tremor.in addit. ad Bon.in pract.exceptionum rub.quib.mod.ciui. num.7. Villalob.in ſua collecta.Aufret.in addition.ad quæſt.Capell.Tholoſ.ccclxij. magis commune affirmant Vigl.in §.item prodigus.num.3. Inſtit.quib.non eſt permiſſ.facer.teſta.Boer.in conſuet. Biturig. §. viij.in fin. Franciſc. Viuius lib.j.opin.ccxlvi.& opin.ccxlviij.ſtant pro illis (ne nunc iuris loca promam ) Cicero elegantem in officiis de Sophocle hiſtoriam contexens,& Horatius in tertia illa Satyra omnium facetiarum plena lib.ij.ſerm,Quamobrem contrarium ineptè inquit commune Anto. Nicell.in gloſſ.concord lvx.Quin & citandus prodigus erit,cùm ei curator aſſignari vult.commune aiunt Cagno.in l.furioſi. ad finem.ff.de reg.iur.Franciſc.Viuius d.lib.j.opin.ccxlv.& ante quam aſſignetur,pupillariter etiam filiis ſuis ſubſtituere poterit.commune dicit Segur. in l.Imperator.nu.10.ff.ad Trebell.Vbi autem ſemel à bonorum gubernatione abactus fuerit,nec ſi verè frugi erat,atque eſt,contractum vllum,vel teſtamentum facere poteſt,commune ponunt Vigil. num. 4. Stephan.Budæus ad finẽ in d.§.item prodigus. Nec veri prodigi contractus à iureiurando vires capiet.commune effatur Alciat.in ca.cum contingat.num.238.de iureiuran.Si tamen poſtea iſce prodigus , cui bonorum adminiſtratio ſublata eſt,& curator additus iam fuit,ſeſe colligat,& ad prudentes,bonoſque mores redeat,ſub alterius cura ſtatim iure ipſo eſſe deſinet,commune proferunt Iaſ.Hiero.Butigella nu.33. in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.Franciſc. Viuius lib.j.opin.ccxlvj.nos tamen ea de re alibi probabiliter dubitamus.

Prodigus à bonis capeſſendis exactus pœnas nihilominus ob delicta inſtar cuiuſuis luet.commune aiunt Cagn.in l.furioſi.nu. 13.ff.de reg.iur.Anton.Gomez.de delict.cap.j.num,75. Iulius Clar.in pract.§. vlt.q.lx.ver.vlterius quæro,Quamuis alioquin tum remediis,tum prærogatiuis,tùm priuilegiis omnibus fruatur,quæ vel in furioſos,vel in minores annis conferuntur, vt frequenter placitum conſtat ex Alex. ac Iacob.à Sancto Georg.in l. ſi curatorem habens. C. de reſtitution. in integrum Alexan.& Iaſ.in l. Imperatores.ff.de re iudic. Alexan.in l. centurio num.13.ff.de vulg.Iaſon in l.is cui bonis.ff.de verb. obligat. Felin.in cap.paſtoralis.de iudic.Bolog.in rub,num. 6. ff. ſi certum petatur.Anton.Gomez.de contract.cap.xiij.num.30.Quin & ſubſtitutio quaſi pupillaris illi recte poſſit fieri , quemadmodum commune,ac magis commune dogma aſſerit idem Antonius Gomez.de teſtamen. cap.vj.

Prohibitio alienationis,quæ cum generali bonorum hypotheca in contractu inſerta eſt,ius alienandi non tollit.commune inquit Anton. de Fano.de pignorib.par.ij.membr.j.nu.4. magis commune pronunciant Anton.Gomez.in l.Tauri xl.num.19.Did.à Couarru.lib.ij.reſolut.cap.xv.num.3.Contrariam tamen opinionem communẽ ait Grat. conſil.xcv.num.2.& magis communem eſſe conſtat,quidquid alij dicant,ex Alex.in l.qui abſenti §.j.ff.de acquir.poſſeſſ. & conſi.lix.num. 6.lib.v.Soc.Nep.conſi.cxviij. lib.ij. Rhoderic. Soarez in relect. l. poſt rem iudicatam.ff.de re iudic.Chaſſan.in conſuet. Burgund. rubr.xj.§. iij.num.35.Ioan.Crot.in l.filiusfamilias,§.Diui.num.10. ff.de lega.lib. j.Cagnol.in l.iij.num.175. C. de pact. inter empt.& vendit. Stephan. Forcat.in Necyomant.iuris cap.xiij& ſine dubio longe verior, atque æquior eſt ſententia.

Prohibitio alienandi extra familiam non inducit tacitum inter eos fideicommiſſum,qui in familia cenſentur : ſed illud tantùm efficit,vt res fideicommiſſo comprehenſæ antea vendi nequeant : quàm gentiles moniti ſeſe nolle emere renuntient.commune ait Decius conſilio ccccxxij.num.7.& commune nu.72.magis cõmune nu. 198. affirmat Loazes in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.lib.j.Quamuis contrarium receptius profiteatur Anton.Gomez.in xl.tauri.num.44.Tiraq.de retract. lib.j.nu.112.idque verius videatur.Sed ea de re & quæ ſuperius verſ. Alienatio,& quæ alibi vberius diſſero,veritatis ſtudioſi vidento.

Prohibitionis diſpoſitio generaliter,& in ęternum exaudiri debet. commune inquiunt Alc.& Tiraq.limit.vij.in l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verb.ſign.Marc.Mant.de ſoluend.argument.poſt princ.& videto quæ hanc etiam in rem obſeruantur ſuperius ver.Negatio.

Prohibita alienari longiſſimo tempore præſcribentur, commune pronuntiant Corn.conſil.cxvij.lib.j.& conſ.ccxciiij.ad.fin.lib.iij.Balb. de præſcript.v.part.quintæ part.quæſt.iiij.num.4.Rip.num.113.Ioan. Crot.num.140.Alciat.nu.47.Loazes nu.191.in l filiusfam.§.diui.ff.de

legat.lib.j.& hanc etiã in rem vide quę ſuperius notãtur.ver.alienari.

Prohibitus ſine certa cauſa aliquid facere ſi cauſam illam interueniſſe aſſerat,fidem non merebitur,nec actus idcirco valebit. cõmune pono ex Alex.Iaſ.ac Decio in l.ſi donatione.C.de collat.Soci.conſ.lxv.& conſ.lxvj.lib.j.Aym.de antiquit.par.ij.à nu.10.cum ſequen. Ferret.caut.xxxiij. Rip.in l.ſi vnquam.q.xij.C.de reuoc. donat.Ar. Pinel. in l.j.part.iij.nu.23.verſ.ix. limit.C.de bonis mater. videto etiam hac de re,quæ ſuperius ſcripſi.ver Aſſertio

Promiſſio,quæ abſque cauſa fit,nullius eſt momenti.commune dicit Alex.conſ.clij.nu.2.lib.ij.& conſ.clvij.nu. 1.lib.vj.Io. Ceph.qui limitat.conſilio cviij.per totum,ſed tu videto,quæ latius obſeruo ver. Stipulatione.

Promiſſio ob turpem cauſam, ne quis ſcilicet iniuriam faciat, vel vt faciat,vel ſi iniuriam fecerit,vel ſi non fecerit,nulla ipſo iure prorſus eſt,vt cenſet Accurſius in l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pact cuius opinionem receptam eſſe conſtituo ex Bart.& cæteris pleriſque omnibus iuris interpretibus in illo eodem §.ex Bart.rurſus Salic.& Fulg.in l.penult.ff.de condict.ob turp. cauſ.ex Bart.denique Alex.Iaſ.ac reliquis ſcribentibus in l.generaliter.ff.de verbo. oblig.ex Aret.ac Rip.in l.ſi plagij.ff.illo. eod.tit.

Promittendi verbum tam publicæ,quàm priuatæ,ſcripturæ inſertum in re dubia ſtipulationem præ ſe fert, commune aiunt Marcell. Berincut.in rub.ff.ſi cert.pet.Caccialup.de pact.q.iiij.atque ita conſuluit Alex.conſil.lxviij.lib.iiij. quem inaduertenter carpit Aymon de antiquit.j.par.nu.104. Quin & tunc ſemper præſentia partium præſumitur,nec aliter probari neceſſe eſt. commune inquit Galeaul.in l.j.nu.66.ff.de verbo.oblig. Limitabis tamen vt id neutiquam procedat,& cùm id,quod actum eſt, aliter valere poteſt,& cùm id verbum in contractu innominato reſpectiuo inſeritur, quemadmodum frequenter interpretib.placuiſſe videtur ex iis,quos laudat Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.iij.declarat.nu.12.& ſequentib.C.de non num. pec. Limita item vt locus huic dogmati frequenter placito non ſit, cùm priuata ſcriptura vel ab alio iuris imperito exarata proponitur. commune tradit Viuius lib.j.opin.ccccxxxiij.Si autem iſthoc promittendi verbum teſtes in ſuis depoſitionibus proferant,non ſtipulatio inde colligetur, nec ſignificata ducentur, vt frequens placitum memoriæ prodiderunt Alex.conſ.clxxiij.nu.7. lib.vij.Marcel.Berincut.in rub.ff.de verb. oblig. Imò nec tunc ſuffecerit teſtes depoſuiſſe interrogatione præcedente ſequutam fuiſſe promiſſionem, niſi etiam incontinenti id factum adiecerint,quemadmodum commune affirmant Iaſ.nu.44.Iac.nu.35.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.de pact. ff. idem Iaſ.nu.1. Alc.nu.6. Iac.de Nigris à nu.3.in l.j.§.j.ff.de verb. obl. Quãuis huic ampliationi meritò reluctentur Ar.in l.ſciendũ.nu.7.ff. de ver.ob. Galeau.in d.§.j.l.j.nu.6.ff.de verb. obl.Afflict.deciſ.cxx.ſed hac de re tota copioſius alibi.

Promittens donare non tenetur donare.vt commune dicit Andr. Alcia.in l.j.nu.16.de verbo.oblig. quamuis contrarium malè aſſerat receptum Franciſc.Rip.de donation.lib.iij. ca.xij.tu videto quæ hanc in rem copioſius obſeruantur ſuperius ver.Donatio.

Promittens ſeſe æſtimationi iniuriæ ſtatutum, quam offenſus ipſe fecerit,ad arbitrium boni viri confugere non prohibetur.commune inquiunt Lanfranc.de arbitr.Viuius lib.opin.cclvj.

Proprietarium ſe dicens, aut proprietatem ad ſe ipſum pertinere affirmans ſuccumbet,ſi dominium duntaxat vtile ſibi cõpetere probauerit.commune aio ex multis quos citat Arius Pinel.in l.j. part.ij. nu.8.C.de bon.mater.ex Marmer.nu.7.Coraſ.nu.39.in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acq.poſſ.Quamuis contrarium verius,ac non minus receptum oſtendat Arius Pinel.vbi ſupra,cum quo ſum.

Proteſtatio (vt vulgo fandi mos eſt) ſimpliciter facta nihil operabitur,niſi actus is, de quo fit, tunc temporis,cùm fit,vel incontinenti explicetur,ſiue actus ille ab vnius voluntate,ſiue à libero plurium arbitrio pendeat.commune atteſtatur Felin.in c.cum M.de conſtit.

Proxeneta non aliter quàm vtroque reo conſentiente integer teſtis exiſtimabitur.commune aiunt Alex.conſ.decimotertio,libro primo.Curt.conſ.exij.num.8.ac latè Franc.Viuius lib.j.opin. ccclviij.cui adde Io.Ceph.conſ.lxv.nu.23.

Pubertati proximus mas cenſetur à decimo,& dimidiato anno,fœmina à nono & alterius dimidio.commune aiunt Dec.in l.pupillum. in princip.ff.de regul.iur.latiſſimè Didac.à Couar.de ſponſal.ij.part. c.vlt,Viuius lib.j.opin.ccliiij.

Publica delicta quando dici, duciq́ue debeant,ex multis receptis interpretum ſententiis ponit eleganter,& copioſè Iul. Clar. in pract. crim.§.j.in prin.ad quem ſemper hac in materia recurrito.

Publiciana in rem actio totiens in eum defertur, qui rem à non domino adeptus eſt,quotiens in eundem ſi à domino rem nactus eſſet,dominium tranſiret.commune dicit Anto. Gomez.de teſtam.c.v. nu.13.verſ.item adde & extende. Quin nec alij vnquã dabitur,quàm illi,qui & bona fide titulum à non domino conſequutus ſit,& vacuã poſſeſſionẽ ſemel nactus fuerit,vt frequenter placitũ inquiunt Alex. in l.iij.§.ex contrario.num. 40.ff.de acquir. poſſeſ.Præpoſ.in capitulo reintegranda.iij. quæſt.j. Ludouic. Gomez.in §.ſed iſtæ. numero 30. Inſtit. de action.

Pupillus infante etiam maior ſine tutore in ius vocari nequit,commune dicit Alex.in l.nec impuberes. ad fin. ff. de in ius vocan. magis commune pronunciat meus iuris doctor Arius Pinelus in l. prima parte ſecunda. C.de bon.matern.tradit de eo multa Viuius libro primo opin.ccliij.

Pupillus pubertati proximus iureiurando obligatur.commune aiunt Dec.in l.pupillum.num.3.ff.de reg.iur.Ioan.Dilect.de art.teſtan. caut.v.num.2.Ant.Gomez.de contract.cap.xiiij. num.18. verſic.quod extende.Sed cõtrariam opinionem affirmat magis communem And. Alciat.à quo ſto,in cap.cum contingat.num.144. de iureiuran.eáque de re latè alibi.

Pupillus inteſtatus mori haud propriè dicitur, quãuis ex frequenti loquendi vſu dicatur.commune inquit Boer.in conſuet.Biturig.rubr. *des couſtumes concernans les teſtamens*.§.iiij.

## Q

QVÆSTIONIBVS, nec locus eſt,vbi pœna corporis imponenda non eſt,nec item cùm aliter probari delictum poteſt. cõmunia inquiunt Did. à Couuarru.in practic.quæſt,xxiij.& qui latiſſimé ex receptis ſententiis ſcribit quando & vbi quæſtiones procedant,Iulius Clarus in practic. §.vlt. quæſt.lxiiij.per totam.ſi quis autem iudex aliquẽ quæſtioni iniuſte ſubiecerit,pœnam capitis luet.commune proferunt Hipp.in l.quęſtionis modum.numero ſeptuageſimotertio. ff.de quæſtionibus & in practic. §.expedita. numero 87. in finem Iulius Clarus,qui plures refert, & rectè atque accuratè totam hanc rem explicat in d.quæſt.lxiiij.

Qualitas,quæ alicui fundamentum intentionis eſt, ab eo neceſſe eſt probetur,nec ſatis erit ipſammet intentionem ſolam probari.commune dicit Curtius Iunior.conſilio cxxiiij.num.11.Quin & qualitas ſeu facto ſeu delicto in accuſationis libello adiuncta, niſi manifeſtò probetur, quamuis delictum ipſum ſimpliciter probetur,condemnatio procedere nequit.commune aiunt Roman.conſi.cx.& cõſi.clvxij. Alex.conſil.clxvj.videtur fortaſſe.ad fin.lib.vij.Hippol.conſi.vij.& qui rectiſſimè hoc explicant,tunc demum proceſſurum,cum qualitas illa adiuncta delictum alterius generis reddit, Ant.Gomez.de delict.cap. vj.nu.7. Iulius Clarus cum quamplurimis, in practic.§.vlt.quęſt.lxvj. ver.ſed quid ſi pro parte.

Quantitatis debitor quamuis ob incẽdium non liberetur, tamen ſi propter aliquam ſpeciem,quę incendio intercepta ſit, quantitatem debeat,liberabitur,vt eſt Bart.doctrina in l quod te mihi. num.4. ff.ſi cert.petat.quę frequenter interpretibus placuit,teſte Alex.num.4.Iaſ. num.15.ad illam eandem l.ac teſte etiam Dec.conſil.vij.& Did.à.Couarr.lib.ij.reſolut.cap. iiij.num.14.Quod tamen exaudiri ac recipi ſolùm debet,quando ſpecies illa creditore inuito ſolui quantitatis loco poſſit quemadmodum verè reſoluunt ad illammet l. quod te mihi. Paul.numero nono. Alexland. numero quinto. Socinus numero 12. Iaſ.numero 15.

Quantitatem qui in diuerſis apochis ſe recepiſſe confitetur non de eadem,ſed de diuerſa quantitate exaudiri,intelligiq́ue debet,cõmune inquit Alex.conſil.iiij.circa primum.verſic.quin imò plus.lib.j.

## R

RAPTOR is demum dicitur,qui & de loco ad locum libidinis cauſa mulierem abducit & abducendi animo,non commodioris coitus gratia id patrat. commune ponunt latè Iulius Clarus in pract.§.Raptus.in princip. Franciſc. Viuius lib.j. opin. clviij. Si autem is verè ac propriè raptor matrimonium cum rapta contraxerit,quod iuxta benignam iuris Pontificij licentiam proculdubio inire poteſt,pœnas raptus euadet, commune aſſeuerant Pariſi.conſil.clxx.num.6. lib.iiij. Antonius Gomez. meus iuris doctor in l.lxxxiij. Taurin.numero 43. Quamuis bonis fiſco applicandis nihilominus euertatur. commune aiunt Marcus deciſ.ij.numero 3.& qui illum refert,atque hoc memorabile cenſet Iulius Clarus in dicto §.raptus. verſ. pen. Quin & cùm raptor raptam carnaliter non cognouit, non luet pœnas. l. vna C.de rapt.virg.vt frequenter placitum affirmant Boer. deciſ.cccvj. num.4. Did.à Couar.in Clem.ſi furioſus. de homicid. & qui id cum matura diſtinctione probat Iul.Clar.in d.§.raptus, verſ. ſed quid. tametſi Iaſ. atque Ægidius Boſſius,qui illum laudat,ſeuerè nimis contrarium amplectantur,ac receptum dicant.

Ratio legis vel ſtatuti ſi tantùm vna reddi poterit & ſi expreſſa non ſit,expreſſę loco habebitur.cõmune inquit Dec. conſil.cccxxxiij. Curtius Iun.conſil.cvij.num.6.aſſerunt.idem Dec.conſil.dliiij. Ruin.

conſ.xxxj.nu.3.lib.ij.Pari.conſ.lxxxiij.nu.23.lib.iij.Bertrand.conſ.ccc.nu.3.lib.j.Soc.Nep.conſ.cixvij.nu.21.lib.ij.

Ratio nec par, nec maior etiam in legum correctionibus, quidquam operabitur.commune aſſerunt Iaſ.in auth.quas.actiones.C.de ſacroſ. eccleſ. Turzan. opin. xcviij.& hanc quoque in rem videto quæ ſuperius ſcribo ver.Extenſio.

Rationes qui alicui reddere tenetur, illarum libros in primis ipſi reddere cogetur,vt eſt communis reſolutio Curabar. per illum text. in lege vlt.§.primo.ff.de lib.legat.docet idem Bart.ac Paulus in lege cum ſeruus.in princip.ff.de conditionibus & demonſtrationib.idem Bart.in lege prima,quod de frumentaria. ff.de adminiſt. rerum ad ciuit.pertinent.& in l.j.§.officio.ff.de tut. & ration.diſtrahen. latè Dec. conſ.clxxviij.& conſ.cxcij. Chaſ.in conſuet.Burg. rub.vj.§.à nume.1. Procedétque illud non tantùm in ſeruis vel inſtitoribus aut factoribus,vt Imol.& Cuman.exiſtimarunt in d.l.cum ſeruus.Sed & in quibuſuis aliis perſonis,vt diligenter tradit Socin.in l.quamuis.verſicu. poſtremo.ff.de conditionib.& demonſtrationib.ac Dec.vbi ſupra,veriorque ac receptior ea eſt opinio, ſi qui rationes illas reddit nihil damni ex libris penes ſe non retentis paſſurus videatur. Rationum autem liber ex parte improbari non poterit. quemadmodum frequenter placitum ponit Franciſc. Viuius lib.j.opin.cclix. cum Corn. conſ.lxxxj.lib.iiij.

Ratum fieri, haberíve aliquid in alterius damnum non poteſt. commune aiunt Dec.conſ.ccxlviij.nu.5.Cur.Iun.conſ.lxxvj.nume.6. Sed & nec illud,quod tuo nomine geſtum eſt,ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. commune pronunciat Ant.Gomez in l.xlv.tauri, nu.53.In delictis prætcrea,vt nullus ratihabitioni locus ſit, neceſſe eſt tum delictum eius nomine admiſſum eſſe,à quo ratum habeatur, vt commune inquit Aret.conſil. clxiij.nu. 3. circa primum, tum etiam vt eius generis delictum ſit,vt ad alterius offenſionem, non ad illud ſuſcipientis libidinem patratum intelligi debeat.commune affirmat Iulius Clarus in pract.§.vlt. q.lxxxvij.verſ.vlt.Nihil autem ratihabitionem prohibet,aut remoratur illius abſentia,cui tanquam profuturus actus probatur. commune aiunt Crauet.de antiquit.tempor.part.j.numero 123.verſ.abſenti. Viuius lib.j.opin.iij.

Rebellis impunè occidi poteſt,ac deinde fœdiſſimæ eius criminis labi obnoxius tum probari, tum declarari.commune aiunt Aegidius Boſſius in pract.tit.de hæret.nu.29.& in tit.de crimine læſæ maieſta. nu.119.& qui meritò ea in re hæret Iulius Clar.in pract.§.leſæ maie. verſ.hinc infertur. Cur enim inauditum quemquam occidi licebit? cur tanta graſſandi feneſtra aperietur?verùm ea de re alibi vberius.

Reconuentioni ex cauſa plenè atque exactè excutienda locus non eſt ob cauſam ſummatim agitandam:atque id,quo ad ſpontanei proceſſus effectum,vt frequenter placitum ponit Franciſcus Viuius lib. j.opin.cclviij.

Recuſatio iudicis non minus illius iuriſdictionem ſuſpẽdit, quàm quæuis appellatio ritè interpoſita.commune inquit Ant.de Tremor. in additio.ad Bon.in rub.de recuſat.in fi.Villal.in ſua collect.

Reges originem à iure gentium trahunt.commune inquit Anton. Corſet.de poteſt.regul.j.quæſt.j. Iouémque in terris, hoc eſt, Deum optimum maximum proculdubio repræſentant, vt vbique tum omnis philoſophorum ſchola, tum multiſonus poetarum concentus, tum denique ſerium theologorum ſtudium profitetur.Meminiſſe tamen in primis vel illud maximè omnes ij debét,quod alicubi Horat.

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipſos imperium eſt Iouis*
*Clari gygantæo triumpho,*
*Cuncta ſupercilio mouentis.*

Rei vindicatio pro ſingulis tantum rebus competere, intentariq; poteſt.commune dicit Ant.Gomez. de teſta.cap.quinto, numero 7, competet autem & contra merum rei detentorem, vt commune ait Ioannes Coraſ.in l.naturaliter. §.nihil commune. nu.3.ff.de acquir. poſſeſſio. Non tamen aduerſus eum ritè intentabitur, qui cùm rem nec poſſideat,nec teneat, eam poteſt reſtituere,ſi velit.commune inquit Alex.in l.Pomponius.§. ſi is, qui precario. nu.22.ff.de acquiren. poſ. Ac non ſolùm in domicilij loco, ſed vbi res ipſa ſita eſt,rei vendicatione quis pulſari poterit.commune ſcribunt Panor.in cap.ſanè, de foro comp.Turzan.opin.cxxvij.

Religionis profeſſio ſub ea conditione,vel modo ſuſcepta,qui vel continentiæ, vel paupertatis, vel obedientiæ voto reluctetur, irrita prorſus eſt.commune ait Did.à Couar.de ſponſ.ij.par.c.iij.§.j.nu. 18. Quin & ſi quocunque metu vel etiam reuerentiali, vt doctores fantur,vel obſequiali ſeu officio inducatur,nullius erit ponderis,ac momenti.commune interpretum dogma pronunciat Dida.à Couarr.d. c.iij.§.vj.num.vlt.

Religionem ſi pater ingrediatur, liberi ipſius ſic ſtatim ſui iuris ac mancipij efficiuntur, vt teſtari & cætera quæuis ritè gerere poſſint.commune affirmant Iaſ.in l.patre furioſo. nume.45.ff.de iis qui ſunt ſui,vel alien.iur. Boer.deciſio.cxij,numero ſecundo.& ſequent. Franciſ.Viuius lib.j.opin.cxxj.Præterea vſusfructus, quem de liberorum bonis carpebat,nec penes ipſum manet.nec monaſterio conciliatur, ſed ad liberos proprietatum dominos reducitur.commune aiunt Salic.in auth.idem eſt.C.de bon.quæ lib.Did.à Couarr.in ca.ij. nu.8.de teſta.Quamuis Alex.atque alij apud Franciſc. Viuium lib.ij. opin.ccxx.contrarium perperàm receptum effutiant.Si verò religionem filius profiteatur,patriæ poteſtatis vinculis exemptus ad ea dũtaxat cenſebitur,quæ ipſi commodo non erunt.commune dicit Ant. Gomez.de teſta.c.iiij.nu.3.& c.x.nu.10.Nec tamen propterea bonorum ipſius vſufructu pater labetur. commune pronunciat Did.à Couar.in c.quia nos. nu.2.de teſta. Vaſquius in tract.de ſucceſſ.proceſ. tit.qui teſta.non poſ lib.j.§.j.nu.41. Semper autem cuiuſcunque teſtamentum ob religionis initia rumpetur. commune ait Io. Dilect. de hæred.inſtit.tit.iij.caut.ix.

Religionis initiatio non impedimento, moræve eſſe debet,quominus ob crimina antea commiſſa atque antea in accuſationem deducta ſanctæ iure pœnæ luantur. commune aſſerit Marquard.de Iudæis.par.ij.c.v.nu.3. Nec quicquam proderit ſi quis ſe ante patratũ delictum religionem vouiſſe iuret:quippe nec is,vel eccleſiaſtici fori prerogatiuis potietur,vel vltrices pœnas euadet,vt praxi,vera rerum doctrice, receptum contra vulgares interpretum gerras atteſtatur Iulius Clar.in pract.§.vlt.q.xciij.ver.ſed quid.

Religionis profeſſio vicem filiorum ſubit quo ad excludendum ſubſtitutum: vt frequenter placitum inquiunt Fulg. conſ.liij. Ange. conſ.lxxx. incip.quæſtio ſubtilis eſt. & vide quæ hanc etiam in rem inferius obſeruo verſ.Subſtitutio in liberorum defectum.

Religionem profeſſuris,vel profeſſis ſi qua ſtatuta ſuccedendi ius adimant, nihil generaliter atque indiſtinctè valebunt. commune inquiunt Alex.conſ.cxxxix.viſo themate.lib.ij.Bolognet.nu.105.Marc. Mant.nu.78.cum ſequentib.in l.vlt.C.de pact.Viuius lib.j.opi cccxij. an autem illi,& quando non ſolùm hanc,ſed & aliam teſtamenti factionem habeant, diſſerit latiſſimè ex receptis interpretum ſententiis Iulius Clarus de teſta.q.xxviij.cum duabus ſequent.ad quem de materia acturus recurrito.

Religionem ingreſſa filia, cui, ſi ſacris imbueretur,ducenta,ſi nuberet,mille nummum ſextertia legata erant,integra mille conſequetur. commune ponunt Hippo.in l.vna.nu. 45.C.de rapt.virg.Eman.à Coſta,cum Deci.Feli.& Ferret.in l.cum tale.§.ſi arbitratu.ampliat.xj.nu. 5.ff.de condition. & demonſt. intellige tamen niſi ſi teſtator prohibeat expreſſim ne illa mille nummũ ſeſtertia aliter filia adipiſci poſſit,quàm ſi matrimonium inierit.cõmune aſſerunt Dec.conſ.ccccxix. Berous in ca.in præſentia.nu.494.& ſequent. de probat.Viuius lib.j. opin. cxxv. quamuis mihi ſolidas hac in re iuris vtriuſque rationes intuenti verius multò videtur, vel vtroque caſu, vel neutro potius filia admittatur.Sed hac de re copioſius alibi.

Religionis ad alterius populos qui merces vetitas detuliſſe probabitur, ſi pro captiuorum redemptione id eſſe factum conſtiterit, nihil fraudi damnové illi erit: ſi tamen interim dum merces aſportantur,intercipientur liberari,recuperariuè non peterunt.commune infit Marquar.de Iudæis:par.j.c.v.nu.4.& ſeq.

Relinquendi verbum cum vniuerſali bonorum nomine, vel cum aliqua illorum parte cõiunctum ad inſtitutionem refertur, vt ſi quis, verbi cauſa,omnia ſua bona, vel quartam bonorum ſuorum partem alicui reliquerit, hæres inſtitutus dicetur,ac ducetur,cui relinquitur. cõmune dicunt Iaſ.in l.cum ij.in prin.nu.6.ff. de tranſact.& in auth. nouiſſima.nu.33.C.de inoffic.teſta.Arius Pinelus in rub.par.j.nu. 15. C.de bon.mater. At ſi iſthoc relinquendi verbum ad rem aliquam particularem,vel certam quampiam quantitatem referatur,ad inſtitutionem trahi non poterit. commune ponunt Turzan. opin.xxxvij. Viuius lib.j.opin.ccccxlj.

Remiſſio delinquentis ad commiſſi delicti locum vſu abolita, ac praxi communi antiquata iam eſt.vide ſupra verb.Delinquens.

Renunciatio etiam iureiurando munita caſus inſolitos,& incogitatos non complectitur.commune inquit Alex.con.xxviij.lib.j.Quin & generalis & indefinita renunciatio non comprehendit futuri fideicommiſſi ius, vt receptum affirmant Soc.conſ.xxv.lib.ij.Rip.in l. qui Romæ,§.duo fratres,in v.q.ff.de ver.oblig.

Renuciare legi interdicenti cum iureiurando quiuis poterit.commune prodit Rip.in l.qui Romæ.§. duo frates.nu. 73. ff.de verbor. oblig.poſt Alex.in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.mat.

Repreſaliis,vt doctores fantur,qui cauſam dedit,ſeu communitas aliqua ſit,ſeu quiſpiam priuatus fuerit, damnum ex illis paſſo omne omnino reſarciet.commune atque indubitatum latè ait Franciſc. Viuius lib.ij.opin.xxxv.poſt Iaſ.in l.ij.§.vlt. verſ.extat glo. ff.de verbor. obl. Quod tamen non procedet cùm iniuſtè & contra æquum ac bonum conceſſæ illæ arguentur, vt eſt frequenter per l.ſi imprudentiam,ff.de euict.in d.§.vlt.

Reſcriptum principis, quod nouas atque inſolitas clauſulas præ ſe fert, falſum cenſetur, & ad rem conferri non debet.commune ait Io.Nic.in addit.ad Alciat.de præſumpt.regul.ij.præſumptio.iij.in fin.

Si autem

Si autem Princeps aliquod reſcriptum aduerſus legem aliquam futuris principum conceſsionibus, ac priuilegiis non derogantem induſſerit, & nullum graue damnum inde alteri irrogetur, non opus erit clauſula obſtantes leges repellenti, vt huiuſmodi ſtatutũ valeat: at ſi reſcriptum illud graui damno aliquem mactet, clauſula illa generali, non obſtantibus legibus contrarium diſponentibus, opus habebit. Quod ſi non ſolum alteri inſigne damnum inferat, ſed & aduerſus legem aliquam futuris eiuſmodi conceſſionibus repugnantẽ reſcriptum præbeatur, ſpecialem clauſulam requiret, qua lex aduerſans nuncupatim appelletur, ac non obſtare præcipiatur. Verum enimuerò ſi damnum inſigne nemini reſcriptum creet, quamuis contra huiuſmodi legem præſtetur, generali illa clauſula contentum erit, nec ſpecialem legis aduerſantis deprecationem requirit. communia aſſeuerat Didac. à Couarru. de ſponſ. ij. part. c. viij. §. ix. nu. 6.

Reſcriptum per ſubreptionem impetratum, atq; omnia illud ſubſequuta nullius ponderis, ac momenti ipſo iure ſunt. commune inquiunt Bern. Diaz reg. ccccxlv. & vir commemorabilis diligentiæ Nico. Ant. Grauat. ad Veſtr. lib. iij. c. viij. nu. 14. Erit tamen appellandum tum à tacita, tum ab expræſſa allegatæ ſubreptionis reiectione, vt commune affirmant Abb. in c. cæterum. nu. 9. de reſcrip. Felin. in cap. ſuborta. nu. 4. de re iudi. idem Nicol. vbi ſuprà nu. 15.

Reſcriptum qui adeptus eſt illi renunciare iure poterit, tametſi is reluctetur, contra quem impetratum eſt. commune interpretum dogma aſſerit Franciſc. Turza. opin. xxxiij. vbi cum Felino uonnullos caſus meritò excipit.

Reſcriptum ſecundum ſi primi mentionem non fecerit, exceptione nullum reddi poterit, quamuis iure ipſo valeat commune ait Panor. in c. cæterum. nu. 5. de reſtit.

Reſpondere qui ſimpliciter ex ſtatuti forma tenetur, & alioquin pro confeſſo haberi debet, non ſimpliciter reſpondiſſe videbitur, ſi dicat quod centum nummos, quos Mæuius ab eo petit, non recepit, & quod ſi aliud aliqua ratione apparuerit, ait ſe illos in eiuſdem Męuij negocia expendiſſe. commune inquiunt Iaſ. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de vulg. & pup. Boer. deciſ. cccxxxix. nu. 4.

Reſponſuris de facto proprio tempus ad deliberandum non indulgetur. commune proferunt practi. Conrad. nu. 2. Amand. de ſynd. nu. 184. Iul. Clar in pract. §. vlt. q. xlv. ver. ſed hic quæro.

Reſtitutio ex ignorantiæ capite aduerſus triginta annorum præſcriptionem concedi proculdubio debet. commune aſſirmant Alex. conſ. lxxvij. lib. vj. Bertr. conſi. xv. nu. 42. lib. j. Gozad. conſil. lvj. nu. 11. Curt Iun. conſ. lvij. num. 3. Balb. de præſcript. iiij. part. iiij. part. q. xxix. Quamuis contrarium commune perperam affirmet Soc. conſ. ij. ver. præterea. lib. iij. Sed & poſt quadraginta annorum ſpatia eccleſiæ, ac pauperibus conueniet. commune inquiunt Boer. deciſ. xxxix. num. 7. Bell. xlvj. nu. 15.

Reſtitutio in integrum & contra ſententiam dabitur ſcripturæ de nouo repertæ nomine, vt frequẽter placitum ait Curt. Iun. conſ. xviij. nu. 1. Nec hæc alia reſtitutio relegato iuſtè illam poſtulanti deneganda eſt. commune inquit idem Curt. conſ. clxxxij. nu. 13. omnis tamen in integrum reſtitutio in pœnis ſilet. commune effert Mauric. de reſtitut. c. clij. vbi autem poſtulata in integrum reſtitutio eſt ſententiæ executionem remorabitur. commune dicunt Pariſ. conſ. 100. nu. 18. lib. j. Bellon. conſ. xviij. nu. 22. Did. à Couar. in pract. q. c. xxv. nu. 7. amicus noſter Grauat. ad Veſtrium. lib. viij. c. iij. nu. 25. Nec initium antea capiet reſtitutionis in integrum petendæ tempus quàm à ſcientiæ die, quamuis antea centum anni præterfluxerint. commune aſſirmant Dec. conſ. xxxvj. Ioann. Dilect. de art. teſtand. tit. xj. caut. j. Viuius lib. j. opin. cxlvj.

Reſtitutio in integrum & ob res minimas minori concedetur, vt verius & receptius aſſerunt Arius Pinelus in l. ij. part. j. c. j. nu. 26. C. de reſcind. vendit. Did. à Couarr. lib. j. variarum reſolut. cap. iij. nu. 11. Emanuel à Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ij. part. num. 77. cum ſeq. ff. de lib. & poſth. Quæ ſi in iis minori indulgetur, quæ indiuidna & coniuncta ſunt, ad conſortes dilatatur. commune ponit Mauric. de reſtitutio in integrum. c. clxxxv. Præbebitur autem omnis reſtitutio regi, quæ minori conceditur. commune pronunciat Boer. deciſio. cclxv. nu. 2. Quin & Reginæ quoque indulgebitur, vt iudicatum atteſtatur Luc. de pen. in l. cubicularios de proxim. ſacr. cubic. libro xij. Et cuiuis etiam reipublicæ, cuiuis vrbi atque etiam caſtro popularibus ita referto, vt ſuis adminiſtratoribus regatur, proculdubio elargietur. commune ponunt Rom. conſ. ccccxxiij. pro pleniori. lib. iij. Dec. conſ. xlij. in fi. Turz. opin. cxlj. & amicus noſter Nic. Ant. ad Veſtrium. libro viij. c. iij. nu. 22. qui verò reſtitutionem in integrum iure minoris deſiderat, allegare ac probare debet ſe vel propria facilitate, vel aduerſarij dolo læſum eſſe, at quod adhuc intra reſtitutionis tempus ſit, nec allegare neceſſe habet. commune dicunt Io. Nic. in addit. ad Alciat. de præſumpt. reg. j. præſumptio. xlij. Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione. poſt limit. vltim. nume. 3. C. de non numer. pecu. Viuius libro j. opin. ccxv. Huic porrò reſtitutionis beneficio minor minori in ætate renunciare nequit, ad maiorem ætatem productus nulla re id facere prohibetur. commune effatur Panormit. in cau. v. diligenti de foro competenti.



Reſtitutio in integrum etiam poſt decurſum quatuor annorum ſpacium, ſi enormiſsima læſio arguatur concedi debet, commune fatur Soc. conſi. cclxvj. in cauſa. lib. ij. Et ſemel atque petita reſtitutio eſt, ſententiæ executionem impedit. commune inquiunt Iaſon in l. qui ſe obtulit. §. condemnatum. num. 13. ff. de re iudic. amicus noſter Graua. ad Veſtrium lib. viij. cap. iij. num. 25. & vide ſupra num. 69.

Reſtitutioni ſubiecta quibus interpretum depoſitionib. illuſtrentur, vide ſupra ver. Alienari, & verſ. prohibita. Et memineris quod nec pro ſeipſo redimendo filius alienare illa poterit. commune dicũt Iaſ. in authen. res, quę nu. 20. cõmune de legat. Arius Pinel. meritò atque humaniter, in contrariam ſententiam abiens, in authen. niſi tricennale. num. 36. prope finem. C. de bonis matern.

Reſtituitur ad appellandum reipublicæ cauſa abſens, vt frequenter placitum aiunt Aret. conſi. clx. nu. 7. Cur. Iun. conſi. lx. nu. etiã 7. Cuius quidem reſtitutionis effectus is eſt, vt & abſentiæ, & impedimenti tempus de medio auferatur. commune inquit Balb. de præſcrip. part. vj. q. j. caſu xxij. numer. 26. & vide quę ſuperius obſeruo ver. Abſens.

Reſtitutus principis gratia bannitus vel deportatus, non ea bona recuperat, quæ iam in tertium alienata ſunt. commune inquiunt Fel. in cap. inter quatuor. de maior. & obedient. Iaſ. conſil. cxxxix. in cauſa. lib. j. Viuius lib. j. opin. ccxliiij. Excipies tamen vbi fœcunda atque vberi clauſula reſtituitur, & ſi fructus inter deportationem & gratiam perceptos nunquam ſeruet. commune ponit Viuius vbi ſupra, & qui latius de hac re agit, Iulius Clarus in practic. §. vltim. quæſt. lix. verſic. item quæro, cum ſequen.

Retractatio actus ab aliquo geſti, in pœnis numeratur. commune aſſerit Boer. deciſ. j.

Reſuſcitati teſtamentum rumpent, & ſi hæreditas ab alio adita iam ſit. commune dicit Fulgoſ. in l. iura conſtitui. ff. de legib.

Reuendendi pacto obligatus ſi rei tradendæ facultatẽ habeat, non ſatisfacit ſoluendo eo, quod intereſt: ſed rem omnino tradere cogitur. commune ait cordatè ac diligenter Arius Pinelus meus iuris doctor in l. ij. par. ij. cap. iij. num. 22. C. de reſcindend. vendit. licet autem reuendendi pactum in tempus perpetuum ineatur, rite triginta annorum curriculis illi pręſcribetur. commune teſtantur Iaſon. in l. petens. numero. 10. C. de pactis. & in l. ſi mater. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus. latiſſimè Balb. de pręſcript. iiij. par. quintę par. princ. quęſt. iij. & qui cõtrarium non de nihilo cum Fabian. tentat Anton. Gomez. de contract. cap. ij. num. 28.

Reus iuſtis de cauſis litigans non condemnatur in expenſis, vt frequenter placitum inquit Cagnol. in l. qui in ius. num. 25. ff. de reg. iur. & vide quę ſuperius obſeruo verſic. Expenſæ.

Rubrica quæ legibus ea contentis generalior ſit, rectè in ſui ipſius generalitate allegatur, commune offert Curtius Iunior coſi. lxv. nu. 13. Nec à legibus adſtringitur, ſed illarum tractatum amplificat potius, ac dilatat. commune ponunt idem Curtius conſil. cvij. num. 2. latè Viuius lib. j opin. cccxiiij.

Ruſtici teſtamentum tum demum quinque teſtibus rite conditum conſebitur, cùm à ruſtico, & ruri exaratum erit. commune affirmant Boer. deciſ. cccxxiij. numero decimo. Iulius Clarus de teſtam. quæſt. lvj. ver. ſcias tamen.

## S

SALARIVM ſeu honorarium aduocati, vel procuratoris gratis opitulati non petit victor à victo, vt frequens dogma inquit Boer. deciſ. ccx. numero 5.

Salarium integrum debetur magiſtratui ante offficij finem mortuo, vt & aſſeſſori, ac doctori publicitus profitenti, atque aduocato. commune pronunciant Iaſ. numero trigeſimooctauo. Curtius Iunior vigeſimonono & numero trigeſimoſeptimo ac numero 53. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ. Hanc etiam in rem videto quę ſuperius obſeruo ver. Mortuus.

Scholaris quamuis vagus ſit & ab ſtudio abhorreat, ſi tamen honoſtè viuat, ſcholarium priuilegiis potietur. commune inquiunt Iaſ. in l. j. nu. C. 50. ſolut. matrim. & Tiraq. in tract. ceſſante cauſſa. ver. priuilegij cauſa. num. 207.

Scholari, qui lectione contempta, ſtudium alterius ſcholaris vicini perturbat, ſilentium iure imponetur. commune ait Iaſon in l. j. num. 47. ff. ſoluto matrim.

Scientia patientiæ coniuncta, tunc demum conſenſum notat, cum res, quæ geritur, me nolente geri nequit, vt eſt Accurſij doctrina in l. Caius. ff. de pignorat. action. crebrius probata iuſta Corn. Iaſon. num. 11. Curtius Iunior. numero 2. in l. cum proponas. j. C. de pact. Alexan. in in l. ſæpe. ff. de re iudic. Ioan. Crot. in l. filiusfamil. §. diui. numero 148. ff. de leg. libro primo Carol. Ruin. in l. iiij. §. Cato. numero 169.

ff.de verborum obligationib. Quin & mandati formam ac fines generaliter profert, & dilatat;quamuis mandatum de nouo non inducat,vt verius ac receptius contra complures cum quamplurimis pórit Arius Pinelus in l.ij.part.ij.capitulo j.numero 18. C.de reſcindenda venditione.

Scientia ſola nunquam in delictis regulariter ac generaliter punitur.commune inquit Carauit. ſuper iiij. ritu magnæ curiæ,nume.2. Quamuis in læſe maieſtatis crimine ſola ad infligendam mortis pœnam ſufficiat.commune inquiunt Menchiaca controuer. Illuſtr.cap. xvj.nu.1.Placa delict.c.xxij.nu.17. Taeg.in pract.crimin.c.v.nume.9. Aegid.Boſſius in pract.titu.de crim.læſę maieſt.nu.6.& ſeq. Longè tamen mihi verius,humanius,ac iuſtius videtur,vt qui aliquam proditionem vel in regem , vel rempublicam texi ſcierit,atque illam,cùm potuerit, non indicauerit , citra naturalem mortem plectatur, quod etiam receptius affirmant Cagnol. in l.culpa caret.nu. 21. ff.de regu. iur.Gig.de crim.læſæ maieſt.nu.10. Rolan.vir multa & recondita doctrina præditus.conſ.lxxxviij.numero. 10.lib.ij. & qui accuratè hanc quæſtionem tractat Clarus in pract.§. vltimo, q.lxxxvij.per totam.

Scriptores nomine ſcholarium non comprehenduntur.commune inquit Barb.in c.reſcripto.nu.13.de locato.Et ſi autem horum aliquis non ſe antea ab aliquo loco diſceſſurum promittat , quàm conductam libri conſcriptionem perfecerit, impunè ab eo recedere poterit,& conuentioni ſtare non cogetur.commune aiunt Rip.in l.obligatione generali.nu.9.ff.de pigno.Franc.Viu.lib.ij.opin.ccvij.

Scriptura priuata vt fidem faciat,tribus maſculis teſtibus munita eſſe debet.commune pronunciant And. Tiraq. de legib. connubiali. l.ix.nu.54.Viuius lib.j.opi.cccxlij. Nec vlla diei, vel conſulis expreſſione opus habet.commune ponit idem Viuius eodem in loco. Sed quidquid ille ac Tiraq.dicat duobus teſtibus fulta fidem applenè faciet.l.vbi numerus.ff.de teſtibus. cum iis , quæ alibi ad hanc rem latiùs obſeruo.

Scriptura de publicis ſcriniis exprompta inter eos fidem tantùm facit,qui loci illius ditioni parent,vbi ſcrinia ipſa ſita ſunt.commune inquit Carolus Molin.in conſue.Pariſ.tit.j.§.v.nu.25.& nu.26. Quin & ad hanc rem,& ad vires omnes ſcripturæ metiendas,locus vbi facta proponitur , non vbi alibi gentium facta producitur, inſpici debet. commune pronunciant Aymon Crauet. de antiquit. tempor. part.j. nu.9.Viuius,qui alios laudat,lib.j.opin.cccix.

Scriptura quæ nec de ſubſtantia,nec de forma contractus interpoſita cenſetur,teſtibus cõtrariis abſque dubio refelli poterit.commune dicit Salic.in l.generaliter.nu.2. C.de non nume.pec. Dicetur autem ac ducetur de contractus forma , cùm alteruter contrahentium dixerit,vt ſcriptura de conuentis inter ipſos fieret:quamuis non addiderit, vt aliter nullius momenti geſta ſint. commune aſſerit Anto. Gomez.de contract.c.ij.nume.17.magis commune affirmat Porc.in prin.nu.4.Inſtitut.de empt.& vend.

Scriptura compluria capita complectẽs ex parte probari, ex parte improbari inculpatè poteſt.commune inquit Bellon.conſ.xlvj.nu. 11.Aymon de antiq.temp.in argum.de ſcript.priuat.nu.68.Vnde qui illam produxerit cum clauſula,produco ſi & in quantum pro me faciunt,& non aliter,illa offendi in iis quæ ipſi obſunt,nequit.commune effantur Felin.in c.imputari. de fide inſtru.Rip.in c.cum M.num. 39.de inſtitu.& vir magnæ diligentiæ.Nic. Ant. Grauat.ad Veſtrium. lib.vj.c.j.nu.20.& ſequent. Excipe tamen,vt quod ſupra in principio dixi,nequeat procedere, cùm vel ab adminiſtratore, vel tutore,ac ſimilibus in rationum obſeruatione,vel ab aliquo alio particulari ſcriptura ea in literas miſſa proponitur. commune ponit Viuius magna diligentiæ laude dignus lib.j.opin.ccxlix.

Scripturam,quæ ſine mora executioni mandari poſſit,poſt factum contractum contrahentes alternis facere cogentur. commune interpretum placitum affirmat meus olim iuris doctor Anto. Gomez, de contract.c.ij.nu.17,non tamen pœnam aliquam addere compellentur,vt commune dogma pono ſuperius ver.pœna.

Senex vſque adeo,vt decrepitæ ætatis annis cenſeatur,nec torqueri poteſt,nec ſua confeſſione etiam conſtanti lædetur.communia ponit Viuius lib.j.opin.cclx.

Sententia quamuis ipſo iudicis ore pronunciari debeat, tamen generali Italiæ conſuetudine illam notarius recitat,ac iudex ſubiungit, ita abſoluo , vel ita condemno , vt atteſtatur Vital.de malefic. in rub.de pœn.condemnat.nu.26. Iulius Clar. in pract. §.vlt.q. xciij.in prin. Quin & iudicis ſubſcriptione ſententiam vallari ſufficiet , tametſi non eiuſdem manu exaretur.commune inquit Emanuel à Coſta in l.ſi ex cautione.verſ.ij.ſpecies.C.de non nu.pec.

Sententia vt perfecta eſſe , ac ſuis omnibus numeris conſtare intelligatur , expletúmque iudicis officium exiſtimetur, neceſſe cum primis eſt abſoluendi, vel condemnandi verbum illi inſeratur , alioquin nec verba illa ſufficient , lata, data, &c. vt frequenter placitum inquit Alexan.conſi.cxviij.omnis.numero 12. libro iij.nec ſententia ipſa aliquid valebit.commune ſcribit Iaſ.in l.errore. numero tertio. C.de teſtamentis.

Sententia , à qua appellatum non eſt , quæque in rem indicatam tranſiuit , magno præiudicio, ac multa præſumptione munitur, ſiue illa de præſentibus,ſiue iam olim lata ſit,& ſiue in præſentẽ , ſiue in abſentem dicta proponatur. commune pronunciant Imol. in c.cùm in iure peritus.de offiic.deleg.Alex.cõſ.xxv.viſo proceſſu.ad med.lib. vj.Felin.in c.quoniam contra.verſ.iiij. concluſio.de probat.late Did. à Couar.in tract.de ſponſ.c.vlt.§.vlt.nu.12.ver.ex quibus.ac Franciſ. Viuius lib.j.opin.cclxj.Si tamen iniquè lata fuerit,& aliquis illa ſcienter ac prudenter vtatur , mortifero peccato ſe irretiet. commune affirmat Did.à Couarr.d.§.vlt.nu.19.

Sententia,in qua iudex,ſi probatum eſt, condemnat alioquin abſoluit,proculdubio valet,firmáque omnino eſt.commune inquit Iaſ. in §.curare.nu.39.Inſtit.de action.vt.Et illa profectò ſeruari neceſſariò debebit , quæ prout in conſulentis conſilio continetur lata eſt. commune aic Marant.de ordin.iudic.vj.part.iij.part.nu. 126. ſuper j. actu.Quod tamen ita demum proceſſurum intelliges ſi notum iudici conſilium illud iam ſit : ſecus verò ſi vel adhuc literis mandatum non ſit,vel ſaltem iudici non innotuerit. commune affirmat Dec.in c.cum venerabilis.nu.144.de except.

Sententia etiam quæ in actione reali fertur iudicati actionẽ producit.vt communiter doctoribus probari inquit Rip.in l.miles.§.iudicari.nu.6.ff de re iud. Quod ſi ab ea prouocabitur, ac deinde confirmata fuerit, non iam illa , quæ confirmata eſt , ſed quæ confirmat, actionem pariet.commune teſtantur Iaſ.nu.11.Rip.num.15 in l.j.ff. de re iudic.amicus noſter Nicol.Grauatius ad Veſtrium, lib.viij.cap. vlt.nu.31.Nec tamen idcirco priſtina vel obligatio,vel actio extinguetur.commune dicit Porc.in §.præterea.numero quinto.Inſtitut.quibus mod.toll.oblig.

Sententia quæ contra homicidas lata eſt, paratũ confiſcandorum bonorum effectum habet aduerſus ipſorum hæredes.commune dicit.Alex.in l.cum filiusfamilias.nu.7.& nu.8.ff.de verb.oblig.

Sententia in rem iudicatam nunquam tranſit ſi ex priuilegiatis probationibus lata ſit.commune inquiunt Corn.conſi.lv.viſis lib.iij. Io.de amicis conſ.cij.nu.4. Nec item vnquam rei iudicatæ vires induet ſententia,quæ ex periti alicuius artis teſtimonio dicta eſt.commune affirmant addirio Panorm.in c.fraternitatis.de frigid.& malef. Grammat.conſ.ciuil.cxviij.nu.2. Cagnol.in l.conſilij.nu.32.ff.de reg. iur.Io.de Amicis d.conſ.cij.nu. quinto.& qui id eleganter conſtringit,ac multos generaliter contrarium aſſerentes laudat Pinel. in l.ij. c.vlt.nu.6.C.de reſcind.vendit. Nec item ſententia ex ipſis actis euidenter iniqua,in rem iudicatam vnquam veniet.commune ait Curt. Iun.conſ.cxxiiij.nu.14.nec item quæ ex ſapientis conſ. dicta eſt.commune inquit Dec.conſ.cclxxviij.non leuis.in fin.

Sententia quamuis ex partium conſenſu à iudice ferri poſſit , tamen ab arbitro non poteſt. commune dicit Iaſon in l.ſi conuenerit. nu.7.ff.de re iudic.

Sententia quæ ſuper alterius ſententiæ executione fertur , interloquutoriæ vice ac numero habetur.commune ponit Franci.Viuius lib.j.opin.clvij.in finem.tametſi contrarium verius,meo quidem iudicio , ſit , vt etiam arbitratus eſt Iacob.Butrigar.in l.ab executione. ff.de appel.

Sententia nullius momenti prorſus ipſo iure erit,ſi ab eo tãquam à iudice , aut tanquam à delegato lata ſit , qui nec iudex,nec delegatus reuera ſit,nec proderit,obſtabítve quidquam quod is, qui iuriſdictionem alteri concedere vel delegare poteſt,illam poſtea ratam habuerit.commune aio ex Guido.Pap.deciſ.cclxxxvj.nu.2. Geor.in clement.ſæpe.ver.mandato.de re iudi.Barb.in clemen.j. de ſequeſt.poſſ. Felin.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.in princip.nu.49.de reſcrip.Item ſecundò, ſententia nulla ipſo iure habẽda erit,ſi à duobus iudicibus feratur,cùm & tres creati eſſent,& tertius abeſſet, nec quidquam officiet quod tertius ille poſtea preſens eam confirmet.commune renũcio ex Ang.in l.licet in finem.ff.de iudic.Dec.conſ.ccccxxxiiij.in fin. Sebaſtian. Vant.de nullita.nu.176.Tertiò,nulla penitus ſententia erit ſi eo non citato feratur,cuius intereſt. commune pronunciat Ant.de Tremor.in addit.ad Bon.in prælud.except.nu.17.in fi.Villalob.in ſua collect.Quartò,nulla iure ipſo ſententia eſt, quæ vel non inſpectis rei probationibus lata eſt,vt cõmune effatum aſſerit Alex.conſi.liij.quæritur.in fin.libro j.Vel quam non perſpectis actis latam eſſe conſtat. commune ſcribit Anto.de Tremor.in addit.ad Bon.in rub.de impedimen.execut.nu.17.in ver.alij caſus.verſ.quid autem de publicatione.Quintò.nec nomen ſententiæ, nedum vires conſequetur ſententia,quæ expreſſo facti errore innitetur , vel manifeſtum, & liquidum errorem continebit;vt frequenter placitum renuncio ex Fel.in cap. quoniam contra.nu.6.de prob.Sebaſt.Vant.de null.nu.126.Quãobrem ſi ſe ad acta nihil probantia retulerit,nulla ipſo iure erit,quod in ſpecie cõmune enunciatum dicunt Alex.conſ.cxxiij.diſcuſſis.num.4. lib.j.Iaſ.in l.ſi is ad quem nume.21 ff.de acquiren.hæredit.Decius in cap.quoniam contra num.158.de probatio.Item conſequenter nulla etiam ipſo iure erit,ſi ſe ad inſtrumentum in proceſſu nuſquam adductum referat,quod rurſus in ſpecie commune profitetur Iaſon in

l.aic

l.ait prætor.§.ſi iudex.nu.19.ff.de re iudic.Rurſus etiam conſequenter vel à fortiori nulla omnino ſententia erit, ſe ad probationes referens,in quibus contrariam reperitur.cõmune teſtantur Alex.conſi. cxxvij.nu.7.lib.j. Alex.nu.11.Iaſon nu.21. in l.ſi is,ad quem.ff.de acquirend.hæred.Felin.in c.inter cætera nu. 2.in fin.de re iudic. Socin. conſ.xcix.nu.13.lib.iij. Matth.de Afflict.deciſ.xlvij. nu.3.Sextò,nulla ipſo iure ſententia erit, quæ per errorem iuris in illamet expreſſum feretur,quod ſi error in ipſamet non exprimetur,valebit quidem,ſed appellatione reſcindi poterit.communia affirmo ex Iaſ.in l.cum prolatis.num.7.& in l.præſes.nu.3.ff.de re iudic.& in l.penult.nu.6.ff.de iuſtitia & iur & in l.ſi is ad quem.à nu. 16.ff.de acquir.hæred.Marãt. de ordin.iudic.part.iiij.nu.5.& part.vj.à nu.117.latè Sebaſtian.Vant. de nullit.à nume.118.Septimò,nulla erit ſententia,quæ ex falſa cauſa contra minorem dicitur. commune profert Iaſ.in d.l.ſi is, ad quem. nu.14.ff.de acquir.hæredit.Octauò vires,nullúmque pondus ſententia ſortietur, in qua iudex cauſam ineptã expreſſit, quamuis nullam rationem iudex exprimere teneatur.commune aſſerunt Curt. Iun.in l.j.nu.33.ff.ſi cert.pet.Franciſc.Viuius lib.j.opin.clvj.Quod tamẽ non procedet, ſi iudex in reddenda cauſa verbo, maximè, vſus ſit, & alia legitima cauſa perpenſis actis eluceſcat:alioquin etenim ſecus.commune teſtificatur Carol.Ruin.conſ.lxiij.l.j.nu.16. Nonò, nullum robur,nullúmque momentum ſententiæ ineſt, quæ poſt finitam inſtantiam fertur.commune ponit Viuius d.lib.j.opin.cclxij. Decimò, ſententia,in qua quis in maiorem multam damnatur,quàm ſtatuto ſanciatur,ea fini nullas vires habet, qua ſtatam ſummam ſupregreditur. commune inquiunt Io.de Cane mortuo conſ.xxxiij.nu.2. inter conſ. crimin.Iulius Clar.in pract.§.vlt.q.xciij.ver. quæro ſi iudex. Vndecimò,nihil ſententia valet, in qua quis petitorum ex parte damnatur, ex alia nec abſoluitur,nec condemnatur. commune ait Franc.Viuius lib.j.opin.clxxvj.cum Corn.Gozad.& aliis. Duodecimò, ſi nulla erit ſententia ob iudicis turpitudinem, vt nec amplius corrigi, nec amplius aliter à iudice pronunciari poſſit. commune enunciat Panor. in ca.cum oporteat.nu.6.de accuſa. Tertiodecimò, nulla prorſus erit ſententia ſi noctu feretur.commune inquiunt, contrarium conſuetudine pleriſque in locis ſeruari atteſtantes Iaſon in l.non minorem. num.3.C.de tranſact.Seb. Vantius.de nullit.tit.de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſdi.num.132.Soc.in tract.fallent.reg.ccclix.fallen.ij.ac Iacob.Monach.qui in arbitris ſecurè contrarium probat de arbitr. iudic.lib.j.q.lxij.nu.1.Denique(non enim latius in hãc rem nunc ſpatiari lubet)ſententia iure ipſo nulla erit,ſi euidenter iniqua oſtendatur.vt receptum interpretum dogma ponunt Feli. nu.26..Dec.num. 36.Lanfranc.in princ.rep.nu.41.in c.quoniam cõtra. de probat.idem Feli.in c.inter cæteras.ver.vj.declaratio.& ver.ij.declaratio,de re iudi. Grat. huiuſmodi nullitatem, & poſt tres ſententias conformes admittendam aſſerens,conſ.lxxij.lib.ij.& qui cõplures laudat Nic.Ant. Graua.ad Veſtr.lib.iiij.c.iiij.nu.26.Quamuis cõtrarium longè verius iure ſit,vt latiſſimè alibi demonſtro, & vt conſtanter exiſtimauit Bal. quem ſequitur Felin.ſibi aduerſus in c.per tuas.nu.4. ad fi.de ſen.excommu.aſſerit idem luculenter Ang.in l.j.C.de re iud.& quanquam dubitet,tamen hoc magis probat Curtius in l.ſi diuerſa.nu.13. C.de tranſact.ſed nos,vt diximus,hæc alibi vberrimè.Notandum porrò eſt, & memoriæ diligenter commendandum, quod ſententia ſimpliciter confirmans ſententiam ipſo iure nullã, & ipſa quoque iure ipſo nulla eſt.vt commune auſim conſtituere ex Iaſ.ac Dec.in ver.iij.concluſio,in l.vna.C.de error.calcul.Felin.in capitu.ea quæ ver.meritò,de re iudic.Sebaſtianus Vant.de nullit.nume.131.Notandum rurſus hac in materia eſt,& memoriæ tenaciter inſcribendum,quod ſententia euidenter ac notoriè,vt doctores fantur,nulla,nec etiam poſt duas alias conformes penitus ſententias executioni mandabitur,ſed nulla ſemper dici, nulla ſemper declarari poterit. commune aſſerunt Bernardus conſilio lxxxiij.libro primo,Marianus Iuniot conſilio quadrageſimoquinto. Aymon Crauet.conſilio tertio, & conſilio centeſimoquarto.Grat.conſ.lxxij.& conſ.lxxx.& conſ.lxxxv.lib.ij. Pariſ. conſilio xcviij.lib.iij.ratio autem ea eſt,quam nos in elucubratiſſimo conſilio pro Salomone Darderio contra Baptiſtam Lambertum duabus ſententiis iure nullis initentem copioſius attulimus,quia huiuſce generis ſententiæ impropriè, ac falsò ſententiæ dicuntur:cùm reuera nec ipſum nomen,nedum effectum ſententiarum aliquem habere intelliganrur.libro quarto.§.condemnatum.ff. de re iudic.l. non putauit. §.non quæuis.ff.de bonorum poſſeſſione.contra tabul.tradit latè Felinus in capitu.ex tenore.nume.4.de reſcript.conferunt ad idem tex. in lib.ij.ff.de auth.tut.in l.quoties.ff.qui ſatiſdare cogant.in l.ſi quis aliquid.§.teſtamentum.ff.de pœn.in l.ſi aut nullum. C.de legit. hæred. Sed & notandum denique in hac eadẽm materia valde eſt, ac menti ſeriò inculpendum, quod ſententia nulla ipſarum partium conſenſu nequit conualeſcere,quamuis pacti inſtar vires ſumat.commune ait Paul.in lib.j.nu.7.C.qui pro ſua inriſdict.

Sententia iudicum delegatorum,quibus ſemper iniungitur, vt iuſtitiam faciant, non ideo nulla erit, quia iniqua ſit. commune affirmant Felinus in cap.cauſam, quæ.de re iudic.& qui aliquammultos in contrarium profectos diligenter refert Franciſ. Turzan.opin.clvj cuius diſcordiæ veritas ex iis pendet, quæ ſupra proximè poſui ver. denique.& alibi vberius à nobis excutiuntur.

Sententia arbitrorum eo compromiſſo electorum quo illis ſumma indulgetur facultas.appoſitis omnibus verborum cautelis,ſemper nihilominus reductioni ad arbitrium boni viri obnoxia intelligitur.cõmune inquit Dec.conſi.xj.ver.quarto principaliter.& conſ.xxxvj. circa mediũ.& conſ.lx.lib.j.debebit tamẽ intra triginta annos proponi reductionis petitio.commune affirmat Dec.d.conſi.xxxix.

Sententia arbitraria,quæ ex compromiſſi prorogati vi fertur,non aliter valet,quàm ſi prorogatio partibus ipſis renunciata,atque intimata fuerit. commune aſſeuerat Decius conſilio xxxix. iuridicam.in principio libro primo.

Sententia ob inſtrumenta de nouo reperta,quorum vſus in primo iudicio certam ob cauſam impeditus eſt,retractari poterit.commune pono ex Iaſ.in l.Imperatores.numero 6.ff.de re iudic. Andr. Alciat. in l.ſub prætextu.C.de tranſact.Quod ſi nulla iuſta impedimenti cauſa oſtendatur,nec inſtrumentis de nouo repertis, nec etiam teſtamento vel aliqua alia vltima voluntate de nouo eruta,atque inuenta reſcindetur.ſic enim dictat vera,& frequentius recepta Accurſii doctrina in l.iij.§.item ſi ipſe ver.euicerit.ff.ſi cui plus quam per leg.Falcid.à qua ſtant eodem in loco antiquiores iuris proceres,& Alexand.in d.l.Imperatores.num.1.Iaſ.in l.non minorem.nume.1. C. de tranſactionib. Quamuis perperam aliud autumarint Roman.ſing.xcv.Iaſ.ſibi aduerſus,in laudata l.Imperatores.nume.2.Felin.in cap.ſuborta.num.11.de re iudic.& illud cum Alexand.in d.l.ſub prætextu.numer.6.magis cõmune poſuerit Franciſ.Turzan.vir alioquin magna diligentiæ laude dignus opin.lxxxiiij.qua etiam de re latius alibi.

Sententia,quæ vel per aduerſarij confeſſionem iniquè obtenta probatur,vel ſic rem eſſe liquido conſtat,reſtitutione condemnato indulta infringetur.commune inquit Alciat.in capit.nouit.nume.46.de re iudic.vel per piam,ac religioſam denunciationem retractabitur. commune fatur Curt.Iun.conſil.ciiij.nume.4.quæ apprimis conferunt ad ea,quæ ſuprà obſeruaui num.50.ver.Denique.

Sententia.qua nullum fuiſſe teſtamentum contra hæredem pronunciatur,& iis,quibus aliquid legatur,nocet.commune ponunt Alexand.& qui illum laudat Ant.de Tremo.in addi.ad Bon.in rub.de except.& bon.nu.5.ver.nota autem nono.ac Vilalob.in ſua collect.

Sententia,quæ irretractabile damnum infligit,ſi nulla dicatur,non antea executioni mandabitur,quàm illius vires diligenter excutiãtur. tametſi alteri indagine opus ſit.commune inquiunt Iaſ.in lege tertia §.ſi ſeruus.numero nono ff.de acq.poſſ.Iulius Clarus in pract. §.vlti. quæſt.xciiij.ver.ſcias autem.

Sententia in criminalibus cauſis lata,quamuis ante decem dies appellationi præſtitutos executioni tradi non debeat,tamen generali conſuetudine contrarium obſeruabitur.vt atteſtantur Marian.in repet.cap.qualiter,& quando,num. 267.de accuſation.& qui copioſius hac de re agit Iulius Clarus in pract.§.vltim.quæſtion.xcvj.Differetur tamen abſque dubio criminalis ſententię executio,& cum damnatus rationes alicui eas poſtulanti redditurus eſt,& cum accuſatio ab eodem in alium orſa ad finem perducenda adhuc erit,& cùm ad pœnitentiam adigendus monitionibus proponetur,& cùm grauida mulier corporis ſupplicium luere alioquin debebit.vt frequenter placita atteſtatur,& accuratè explicat Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſti.xcvij. per totam.Differetur item rurſus,ſi de damnati innocentia alicunde poſtea conſtiterit.commune affirmant Anton.Gomez.de delict.cap. viij.nu.4.Iul.Clar.in d.§.vlt.q.xcviij.ver.ſed nunquid.

Sententia declarari ex coniecturis.ſi quæ ſint ab eo iudice poterit, qui ipſius latori ſucceſſerit:quamuis alioquin abſque illis nequeat.cõmune ponit Franciſ.Viuius lib.j.opin.clvij.

Sententia executioni mandari poteſt per eum iudicem, qui vel ipſius latori ſucceſſerit,vel ſtatuto,iure,aut cõſuetudine ſententiis exequendis præfectus ſit,quamuis nullæ ad id literæ proponantur vt cõmune inquiunt Soc.in l.à Diuo Pio.§.ſententiam Romæ.num.17. & ſequent.ff.de re iudic,quem laudat Viuius d.l.lib.j.opin.c.vij.& qui latius aliquãtulo loquũtur Aegidius Boſſius in pract.tit. de for.compe. nu.87.Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſtio.xcvj.verſic.item quæro

Sententiæ verba expreſſè ac ſtrictè exaudiri debent.commune interpretum placitum effatur Curt.Iun.conſil.lxxiiij.

Sequeſtratio non aliter fieri poteſt,quàm armorum timore,atque offenſionis euitandæ cauſa.quo nomine ſi ſe illam fieri iuſſiſſe iudex aſſerat,fidem abſque dubio merebitur.commune inquiunt Socin.cõſ cxv.lib.j.Franciſ.Viuius lib.j.opin.clxxiij. Tolletur autem regulariter ſatiſdatione,vt commune ponit,ac rectè declarat idem Viuius eodem libr.j.opi.cclxvj.Nec aliter vnquam poſſeſſione poſſeſſorem interuertet,quàm ſi ex vtriuſque partis conſenſu fiat quemadmodum frequẽter placitum latè ait idem Viuius d.lib.j.opin.cclxv.& ante eum amicus noſter Nic.Ant.Grauat.lib.vij.cap.ij.nu.7.

Seruitus viæ,quæ ſemel aſſignata eſt,immutari poterit.ſi via æquè cõmoda alibi præſtetur.commune inquit Soc.conſil.cxlj.nu.4.lib.j.

Seruitutis, quæ vel continua, vel diſcontinua (vt vulgo fandi mos eſt, cenſetur, allegatus titulus, ac propoſita iuſta aliqua illius cauſa, donec probabitur, ſi quis ſe illa vſum inter præſentes per decē annos, inter abſentes per tranſactum viginti annorum curriculum oſtendat, vt eſt celebris Accurſij authoritas in l. ſeruitutes. xiiij. in ver. certam. prope finem. ff. de ſeruit. quam communiter interpretibus probari conſtat ex Bartol. numero 4. Fulg. nu. 3. ad eandem l. & Paul. Caſtren. in l. ſi filius. C. de petit. hæredit. & in l. quam Tuberonis. §. j. nume. 3. ff. de pecul. Imol. in l. j. in finem. ff. de aqua pluu. arcen. teſtificantúrque illam frequenter placitam Alex. conſ. lxxix. circa primum dubium, lib. v. Felin. in cap. de quarta, nu. 41. de præſcrip. Balb. de præſcri. ij. part. iiij. par. princip. in princ. nume. 3. Did. à Couarru. lib. j. reſolut. cap. xvij. nu. 11. ver. & ſiquidem. Quæ tamen opinio de iure falſa prorſus eſt, ſi verū erit ſeruitutes reales, &, vt ſermo eſt, diſcontinuas, tempore hominum memoriā ſupergreſſo duntaxat præſcribi, quamuis tunc nulla ad id vel ſcientia, vel domini patientia exigatur. quod commune affirmant Iaſ. in l. imperium. nu. 21. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. idem Iaſ. nu. 76 Rip. num. 4. in l. j. ff. de acquir. poſſeſ. Felin. in d. cap. de quarta. Balb. d. ij par. quartę part. quæſt. j. D. à Couarru. d. cap. xvij. nu. 11. Curt. Iun. conſilio cclxxiiij. nu. 28. & nu. 38. vt non iniuria ab illo frequenter placito deſciuerint relati à Bart. d. num. 4. Florean. nu. 36. Paul. nu. 9. in eandem l. ſeruitutes. Alexand. nu. 19. Iaſ. nu. 45. in l. qui aliena. ff. de acq. hæred. & ij, quos citat Balb. in d. tract. j. part. iij. part. q. x. num. 10. à quibus ſtat etiam Zaſius ex recentioribus in l. j. nu. 8. ff. de ſeruit. Sed quidquid illi dicant, cùm longè verius ſit ex ſolida Iuriſconſultorum doctrina omne ſeruitutum genus ſtatis temporibus præſcribi, vt alibi vberrimè demonſtro, verior abſque dubio, & incunctabilis ſuperior recepta ſententia cenſeri debet.

Seruus extra cauſam peculiarem nec ciuiliter, nec quo ad obligationis naturalis effectus naturaliter obligatur. commune dicit Porc. in §. præterea. nu. 3. Inſtitut. quib. mod. tolli. oblig. Nec vnquam in pecuniariam pœnam condemnari poteſt. quemadmodum frequenter placitum inquit Placa de delict. lib. j. nu. 18. & qui eum, cum aliis laudat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lxxx. ver. item quæro.

Seruus & abſque cauſa intra modum à domino impunè verberari poteſt. commune ait Porc. in §. ſed hoc tempore. ad gl. ver. cognita. nu. 6. Inſtit. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Et ſi cùm authoritate ac iuſſu domini flagitia vel atrocia patrauerit, leuiori pœna plectetur. cōmune affirmat. Did. à Couar. de ſponſ. ij. par. c. iiij. §. iiij. nu. 7.

Seruus ſi matrimonium cùm libera muliere contraxerit, ac dominus cùm id ſciret, vel conſenſerit, vel non contradixerit, & mulieri conditionem ſerui ignoranti non ſe dominum eſſe nunciauerit, libertatem ipſo facto conſequetur. At ſi vel mulier ſtatum ſerui non ignorauit, vel dominus ipſi illum expoſuit, matrimonium quidem valebit, ſed ſeruus libertatem non adipiſcetur. commune late ponit Did. à Couar. de ſponſ. ij. par. c. iij. §. vij. nu. 1. qua in re grauiter hallucinantur Angel. & qui eum ſequitur Iaſ. ad Porc. addit. in principio, Inſtitut. de nupt.

Seruo, qui ſtipulatus eſt, rectè ac iure regulariter ſoluitur. commune inquit doctor meus Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione. ver. tua. nu. 6. C. de non num. pecun.

Seruus pœnæ, vita functi loco ponitur, vt cenſet gloſ. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ij. ver. ſed cum decedit. ff. ad S.C. Trebel. neceſaria, & communiter interpretibus probata iuxta Claudium inibi ad fin. Quamuis cum nonnullis haud de nihilo reluctetur meus iuris præceptor Eman. à Coſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. part. ij. num. 1. ff. de lib. & poſthu.

Seu dictio in legatis amplificat. commune ait Socin. in l. ſi is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dubiis. Quod tamen ex coniecturis huc atque illuc trahi poterit.

Simulatio contractus & teſtibus, & literis probari poteſt. commune inquit Boer. conſi. xij. nu. 9. Nec iureiurando expreſſim renunciata quidquam procedet. commune aiunt Berous in ca. ad noſtram. nu. 12. & ſeq. de empt. & vend. Franciſ. Viuius lib. j. opin. clxxxv.

Societas omnium bonorum non ſolùm expreſſim, ſed & tacitè, ritè, rectéque contrahitur. commune inquit Soci. conſ. ccxcj. in princ. lib. ij. Non tamen idcirco inter fratres contracta cenſebitur, quod hæreditas paterna inter illos indiuiſa perſtiterit. commune ponit Iaſon con. v. factū ſic ſe habet. in prin. Tu tamē vide, q̄ alibi ea de re ſcribo.

Socius, qui induſtriam ac laborem pecuniæ, quam alter confert, præſtat, partem ſortis poſtea deperditæ alteri non reſarciet, commune pronunciat, ac rectè exponit Didac. à Couarru. libro iij. reſolut. capit. ij. numero 2.

Socij à Sociis compelli poſſunt, vt in communi domo conductorem idoneum accipiant. quemadmodum frequenter placitum ait Iaſ. in l. quamquam. nu. 24. C. qui teſt. fa. poſ.

Sodomiæ vitium teterrimum, & cum maſculis, & cum fœminis patrari intelligitur, eiúſq; pœna olim mors ac bonorum proſcriptio fuit: hodie infamia, teſtamenti incapacitas, bonorum confiſcatio atque ignis: vt receptum latè ponunt Franciſ. Viuius lib. j. opin. cclxvij. Iulius Clarus in pract. §. ſodomia. Ac iuſtam, ſemper matrimonio diſſoluendo cauſam præſtat, ſeu vir cum vxore, ſeu cum aliis illud ſuſcipere nitatur. commune pronunciant Abb. in c. maritus. in fi. de adult. Barbat. conſ. lxiiij. nu. 8. li. j. Franciſc. Viuius lib. ij. opin. cclvj. Iul. Clar. d. §. ſodomia. ver. item propter.

Solennitas antiquo actui, cuius inſpectio non aliud præſefert, adfuiſſe præſumitur. commune inquit Curtius Iunior conſ. cxxx. nu. 4. Quin & extrinſecæ ſolennitates longiſſimo tempore præſcribuntur. commune ait Boer. deciſ. cclxxxj. nu. 15. Quamuis ſolennitates, ſeu ſolennia, aut quæ formæ, ſubſtantiævé numero hebentur, conſuetudine non ſuppleantur. vt commune ponere auſim ex Felin. in ca. ex literis. nu. 13. ver. ſed ad hæc. de fide inſtr. Dec. in l. ſi ſemper in ſtipulationibus. nu. 16. ff. de reg. iur. in l. vt liberis. nu. 8. C. de collat.

Solennitatum defectus, quæ in aliquo actu ad alicuius perſonæ fauorem exiguntur, actum nec vitiabit, nec impediet, ſi actus illi eidem perſonæ vtilis oſtendatur, ac reuera ſit. commune aio ex Imol. in l. cum lex. ad fin. ff. de fideiuſſor. Socin. in l. conditionibus pupillus. nu. 1. in princ. ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. in l. contra iuris. nu. 8. ff. de pact. Soc. Iun. conſ. xxviij. nu. 11. lib. ij. Gomez in §. omnium. Inſtit. de act. latiſſimè Tiraquellus de iure marit. q. viij. gloſſa viij. à numero 56. & vide quę hanc in rem obſeruo etiam ſupra ver. Mulier, & ver. Minores contractum.

Solitum vnico actu inducitur, etſi conſuetum duos actus exigat. commune inquiunt Gozadin. conſ. lij. nu. 5. qui eum laudat Franciſ. Viuius lib. ij. opin. cclvij.

Solutio quamuis in ea moneta fieri debeat, quę contractus tempore in vſu erat, vt commune ait Curt. Iun. conſil. xxiiij. nu. 4. Tamen alia fieri debebit, ſi illius temporis nummorum indicatio mutetur: vt commune effert Boer. deciſ. cccxxvij. num. 4. Poteritque ſemper de conſuetudine fieri ſolutio in maiori moneta, quàm quę in ipſa obligatione exprimitur. commune effatur Cur. Iun. d. conſ. xxiiij. num. 5. quam etiam in rem vide quę ſuperius obſeruo ver. Moneta.

Solutio teſtibus probari poterit, quamuis eam non aliter probari poſſe, quam ſcriptis contrahentes paciſcantur. commune inquiunt Anto. de Can. in tract. de execut. inſtrument. queſt. xxxvj. numero 75. Foller. in pragmat. de cenſib. verſ. quę quidem executio nullo falſitatis. nu. 57. & ſeq.

Solutionis iam factę exceptio tum ſententię, tum executioni contractus ſine mora faciendę opponi poteſt. commune aſſeuerat Cagnol. in l. bona fides. nu. 2. ff. de reg. iur.

Solutionis loco res data ſubibit remedium l. ij. C. de reſcin. vendit. ſi datem vltra iuſti ac germani precij dimidium læſerit. commune dicit latè, eleganter, atque accuratè id explicans Arius Pinel. meus iuris doctor, in illam eandem l. ij. part. j. c. iij. nu. 8. & nu. 9.

Soluturum ſe in aliquo ſtato loco promittens, ac foro ſuo renuntians, in eo loco & non inuentus conueniri poteſt. vt frequenter interpretibus probari teſtatur Alc. de pręſumpt. reg. iij. pręſump. xxxvj.

Somnus tum demum criminis à dormiente ſuſcepti pœnas tollet, cùm nunquam aut raró delicti patrator, talia aggredi ſomnolentus conſueuit. vt receptum affirmant Did. à Coua. in clem. ſi furioſus. nu. 6. de homicid. Placa de delict. lib. j. c. xxxj. nu. 3. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. lx. verſ. quæro etiam.

Soror quamuis ſtatuto à fratris hæreditate excludetur, non idcirco etiam ab illius hæreditate frater abigetur. commune affirmat latè Franciſc. Viuius lib. j. opin. ccxcv.

Speciales, vel priuilegiati alioquin caſus generalibus iuris definitionibus regentur, ſi nullam expreſſim pręrogatiuam in ipſa ſpecie, de qua agitur, habeant. commune aio ex Bart. in l. ij. nu. 1. ff. ſi quis in ius voc. ex relátis à Dec. nu. 8. Cagnol. in fi. l. j. ff. de reg. iur. Bald. in l. iij. nu. 5. C. fin. regund. Iaſ. à nu. 9. Alciat. à nu. 6. in l. j. ff. ſolut. matr. Iaſ. rurſus in l. vlt. nu. 4. ad fi. C. de teſtam. & in l. vlt. nu. 14. C. de edict. diui Adrian. tollen. Dec. in l. ij. in fin. C. vnde lib. Straccha de mercat. nu. 5. adde gloſ. notab. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. quam ibi Paul. ad hoc celebrat, & arbitratur optimam, meus iuris doctor, Arius Pinelus in rub. ij. part. c. j. nu. 15. C. de reſcind. vend. Vbi tamen ſemel pręrogatiuam aliqua in ſpecie quis habuerit non illam amittet per nouam legem, vel ſtatutum de nouo conditum, tametſi generalia, atque vniuerſalia verba faciat. quemadmodum cum aliquammultis receptum atteſtatur Franciſ. Viuius lib. j. opin. cccxxj. cui addes ſuprà laudatos authores, & Dec. conſ. clxv. viſo tenore. & conſ. clxxiiij. viſo conſ. ad fin. Atque eundem pręclarum iuris antiſtitem Pinelum in authen. niſi tricennale. nume. 59. ver. Tandem hęc opinio. poſt medium. C. de bonis matern. licet generaliter generalem diſpoſitionem non comprehendere caſus, nec perſonas priuilegiatas cenſeant. gl. in l. poſtquam liti. C. de pact. Rip. in l. j. nu. 58. cum ſeq. ff. de vul. & pup. Gozad. conſi. xliij. nu. 11. & ſeq. Ruin conſ. cxxxv. nu. 6. lib. iij. & latè Io. Cephal. cōſ. lxxij. num. 11. & ſeq.

Spiritualium rerum cauſa, ſi circa factum ipſum cōtrouertatur, coram ordinario populi iudice incidenter diſceptari, ac determinari poterit: ſecus ſi de aliquo ipſius iure agatur. vt frequentius doctorum iudici

placitū cū Alex.in l.quoties C.de iudici ponit Turzan.opi.xc.

Spoliatus nec accuſatiōi nec inquiſitiōi reſpōdere antea renetur, quā reſtituatur,cōmune ponit Viui.lib.j.opi.cclxxv. Nō tamē cōtra eum,qui titulo ac bona fide poſſideat,commune aiunt Pariſ.conſil.j. lib.j.Socin.Iun.conſi.xlvij.& ſequent.lib.ij.Gozad.conſ.xxviij. Licet contrarium commune teſtentur Alex.con.xcvij.lib.ij.& conſ.xcj lib. ij.& conſi.xcj.lib.v.idem Alex.ac Rip.nu.27.in l. qui rem nobis. ff.de acquirend.poſſeſ.atque amicus noſter Nicol.Anton.Grauatius ad Veſtrium libro vij.capitulo iij. numero 41.& poſt eum Viuius.de lib. primo opinio. cclxxij. Agere autem ſpoliatus poterit, & poſt decurſum mille annorum ſpatium vt receptum teſtatur Caſſadorus deci.vj.in tit.de reſtitut.ſpoliat.Quamuis verius meo quidem iudicio ſit vt ſolum intra triginta annos poſſit agere.quod etiam frequentibus interpretum calculis fultum affirmant Bertand.conſi.ccxlviij. Anto: Galleſius in tractat.de exercit.iuris peritorum.lib.ij.numero 50.& amicus noſter Nicolaus Anton.Grauatius dicto cap.iij.ac dicto nu.41. Porrò non opus erit vt beneficialibus,vel ſpiritualibus rebus ſpoliatus titulum ſibi aſſerat,ſed poſſeſſionem ſuam dūtaxat iuſti alicuius tituli allegatione munitam probet.commune pronunciant Panormi. & qui eum laudat Turzan.opin.cxxix. ſi tamen denique apertè conſtiterit res ad ſpoliantem non ad ſpoliatum attinere, ſpoliatus quibuſcunque temporariis rebus,nunquam reſtituetur. commune dicit accuratè Did.à Couarru.de ſponſal.ij.parte.capitulo vij.§.v.num.10.

Sponſa coniugis appellatione,& ſponſalia matromonij, nota in odiis,ac pœnis non continentur.commune inquiunt Guliel.in c. Raynutius,ver.duas habens filias.nu.151.de teſtam.Did.à Couar.de ſpōſ. ij.par.c.j.nu.2.& 3.Quāuis qui ſponſam alterius de præſentibus permolit,adulterij iudicio,ac ſupplicio obnoxius fiat:vt receptum aſſerunt Ant.Gome.in l.lxxx.Tauri.Iul.Clar.in pract.§.adulterium. verſi. ſed hæc omnia.

Sponſalia etiam à ſeptennio minoribus,ſi quæ agunt, intelligent, rectè contrahentur,commune ponit Did.à Couar.de ſponſal.j. par.c. j.nume.1.poſt Soc.videndum conſi.iij.circa præſentem in princ. lib. j.Nec illa à quibuſuis contracta vnquam ob ſponſæ deductionem in viri domum,vel ob amplexus atque oſcula,vel ob munera,& ſimilia nomen ac vim matrimonij inducent.communia inquit Did.à Couar d.j.par.c.iiij.§.ij.nu.1, ac nu.2.Quin etſi iureiurando ſponſalia confirmentur,mutuo poſtea iuratorum conſenſu nihilominus diſſoluentur commune ſcribit accuratè idem Did.eadem j.part.c.v.nu.2. Intellige tamen,quod ſi ſponſalia de præſentibus contracta fuerint,& legitima ætas ingruerit,per amplexus,oſcula & munera in matrimoniū trāſibunt. cōmune placitum ait Deci.cō.cccxlviij.in cauſa matrimo.

Sponſiones,quas vulgus ſcommeſſas fatur,quin valeant, nullū ius impedit.commune aſſerunt Did à Couarru.in rep.capi.peccatū.Stracha.de ſponſio.iij.par. Iul.Clar.in pract.§.ludus.ver.quæro etiam. Frāci.Viui.li.ij.opin.ccxj.

Spurius rectè ac iure à patre inſtituitur ſub conditione ſi natalibus reſtituatur.commune ponunt Didac.à Couar. de ſponſal.ij.part.cap. viij.§.v.nu.12.Iul.Clar.de teſtamentis.quæſtion.xxxj. verſi. ſed quæro nunquid.Quin & interim,dum conditioni ſatisfit,hæreditaria bona vt illorū curator adminiſtrabit. receptum aſſerunt iidem ibidem Matri autem etiam non plebiæ,nec pullatæ ſpurius filius ex coitu dānatē accuſationi,ac pœnis obnoxio ſuſceptus, tū teſtatò tū inteſtatò ſuccedet: ſed enim vterinis fratribus,& cognatis inteſtatò vita fungentibus hæres erit.communia ſcribunt Fulgoſ.in l.ſi quę illuſtris.nume.3.& nu.4.C.ad Orfician.Socin.conſil.cxlviij.nemini iam ſunt.li. j.prolixè Did.à Couarru.d.§.v.nu.15.& nu.19. Aloquin ad parentū hæreditatem nec ſtatuta ſpurios iure ac validè admittent. commune inquiunt Deci.in c.in præſentia.de probatio.& conſilio cclxxj.in caſu tranſm.Hipp.ſingu.cclxxiij. & ccciij.& dccxxxiiij.Ioan.Dilect. de art.teſtan.ti.j.cau.xiiij.Did.à Couarru.d.§.v.nu.6. Sed nec legitimus filij ſpurij filius,auo inteſtato ſuccedet.commune dicunt Curtius Iunior conſi.clvij,nu.1.Pyrrh.in conſuetud.Aurel.de ſucceſſ.cap.vj.Si tamen auus legitima prole deſtitutus erit,donare ac teſtamento relinquere ſuis ex filio ſpurio nepotibus nequaquam prohibetur.commune interpretum dogma affirmant Alex.& Carol.Molin.ad illum cōſi.lxxiiij.lib.iij.& conſi.clviij.lib.vij.Dec.conſi.ccccłxij.Iaſ.in l.hæreditas.nu. 8. C.de iis,quib.vt indig. copioſè Did. à Couar.d.§.v.nu. 13.& qui de materia vberrimè agit Iul.Clar.de teſtam.q.xxxij.Intelliges tamen,quod ſi hi nepotes legitimi patri filij erunt,prohibere neceſſariò auus debet ne vſusfructus ſpurio illorum patri quæratur,aut ſaltem opus erit ne eos honoratos patris cauſa eſſe conſtet. commune pronunciant Ioan.Didac. & de aut teſtamen. titulo. primo caut. xiiij numero xij Did.à Couarru.d.§.v.numero 13.Quod ſi etiam ipſi nepotes ſpurij ſint,nihil omnino amplius exigetur,quàm ne auus legitima prole aliunde auctus ſit.commune affirmat meus iuris doctor Ar.Pinelus in l.iij.numero 22.C.de bon. mat.Sed & præterea ſpurius ipſe filius pupillariter omnibus fratris pupilli bonis ab vtriuſque patre ſubſtitui.poteſt,commune efferunt Ripa.in l.Lucius,numero tertio.ff.de vulgari & pupillari Guliel.in capitulo Raynutius. verſic. & vxorem. numero 690. de teſtamen. Arius Pinelus in dicta lege tertia.numero 21.C.de bon.mat.Et patrem item ſuum ſemper ac pupillaris etiam iudicis ope adiget ad ſuppeditanda ſibi alimenta , vt frequenter placitum dicit Alciat.in rub.nu.2.ff.de verb. oblig. Quod intelliges proceſſurum,niſi ſe aliunde alere ipſe poſſit. commune ait Curt.Iun.conſil.cxlviij.nume.1.Quæ vero id genus ſpuriis prohibēte alioquin iure relinquuntur,ad iuſtos relinquentis liberos vel agnatos proximiores lege redeunt:vel illis intra duos menſes negligentibus aut renunciatione,vel pacto excluſis,ad fiſcum deferuntur commune diligenter tradunt Didac.à Couar.d.§.v.numero 3.Iulius Clarus vbi ſuprà q.xxxj.

Statuta & à populo alterius ditioni mancipato condi poſſunt , vt commune inquit Andr.Alciat.in c.quod ſedem.nu.59.de offic.ordin. & à ciuitate ſine ſuperioris facultate componi queunt.vt receptū affirmat Gozad.conſi.xxxv.nu.16.latè Franciſ.Viuius lib.j.opin. cccxxiiij.Intelligi que ſemper debent ne forenſes ſeu exteri ligentur , & ne quis indebitè damnum patiatur , quamuis alioquin ſuperflua cenſeantur, communia ponit Franciſus Viuius dicto . libro primo opinion.cclxxxvj.& opinion.cclxxxviij. Comprehendentur tamen exteri ſi de iis ſtatuta egerint,quæ volūtariæ iuriſdictionis ſunt. commune ait Iaſ.in l.cunctos populos.nu.86.C.de ſum.Trinit.Porrò illorum verba preſſiè ac ſtrictè exaudiri,accipique debent.commune affirmant Deci.in l.non vult.nu.4.cū ſequen.ff.de reg.iur.Berous in c. ſi quis epiſcopus.numero 6.de accuſat.vbi tamen ſtatutum aliquo in caſu expreſsim loquetur,& tanta rationis ſimilitudo in alio erit. vt ſi ſtatuentes interrogati fuiſſent,aliter reſpondere non poſſent , ad illum etiam ſtatuti verba proferemus:vt commune renuncio ex Alexan.conſi.lxxxiij.& conſi.cxxij.lib.iij. Soc.conſil. cxxviij.atque aliis, quos laudat Viuius d.li.j.opin.cccxiiij.Notabis præterea quod licet ſtatuta ius commune antiquent,ſi tamen de vno correlatiuo verba fecerint,ad aliud ampliabuntur.commune aſſerit Curt.Iun.conſi. vj. nu.1.habebitque id locum,quamuis pœna aliqua imponatur. cōmune profert Iaſ.in l.ſi prius.nu.34.ff.de nou.oper.nunciat.non tamē id genus ſtatuta,ſi in caſu vero loquentur,& in ficto procedent.commune inquit Alex.conſi.clxxxix.viſo ſtatuto.lib.vij.Crauet. con. ccv.nu. 25.Notabis rurſus ſtatuta ſimpliciter loquentia ad contractus iureiurando confirmatos non referri.commune dicit Cur.Iun. cōſi.lxvij. nu.1.Notabis deinde quod ſtatuta,ſi obligationem naturalem vel ciuilem quouis temporis ſpatio tollent,nulla prorſus erunt. commune aſſeuerat Balb.de præſcrip.ij. part.ij.part.q.v.nu.14.& v. part. quintæ partis,q.vj.Quāuis alios pro aliis obligare & pecuniariis pœnis ſubdere poſſe receptum ſit,teſte Dec.in c.cognoſcentes.ver.& ex his. de conſtitut.Notabis denique ac memoriæ perpetuo indes,quod ſtatuta in alicuius certę perſonæ damnum ac præiudicium condi nihil vetat aut remoratur,commune inquiunt Dec.in capit.cum omnes.lect.j.numero 15.cum ſequen.de conſtitu.& in ca.conſuluit.iij.nu.32.de appellat.Cur.Iun.in l.vlt.nu.25.C.de edict.diui Adrian.tollen.Quamuis ab illis appellari poſsit:vt commune ponunt Dec.in d.capi. cum omnes. lect.j.nu.15.Iaſ.in l.j nu.3.& ſeq.ff.de legib.Rip.li.j.reſpon. cap. xxij. numero 4.Quæ autem ſtatuta moribus vtentium nunquam excepta ſunt,nullas vires prorſus habent commune affirmant Alex. conſil. vj.viſo themate.lib.j.

Statutum ſi veſtiū aut alterius rei vſum,cum pœna interdicat, nō in alios,quàm in apprehenſos locum habebit. commune pono latè ſupra ver.Iouentus.

Statutum ſuperſtitibus maſculis fœminas excludens ad bona in alterius ditionis loco ſita,non profertur,quemadmodum magis communem eſſe doctorum ſententiam memoriæ prodidit Alex.cōſ. xvj. viſo titulo.li.j Cenſetur autem ſola agnationis conſeruandæ ratione inniti,vt verius arbitror,& magis commune pono ex Bal.in l.maximum vitium.C.de libe.præter.Roman.conſi.xxxij.& con.cccxj. Deci.con.cccxxxiij.& con.ccclxxij.Iaſ con.ccv.& con.ccxxj.lib.ij.Curt. Iun.conſi.lxxxvij.& con.cxj.& conſ.cl.Ruin.con.xx.& con.lxxxix.& conſ.xciij.& conſi.cvij.& con.clxxix.& con.cciij.lib.ij Tiraq.qui multos laudat,in tract.ceſſante cauſa,limit.xij,num.15.atque ante eos ex Paul.Caſtren.in l.ſi vero.ff.de ſolut.matrim.& con.xl.lib.ij. Ang. Aret.in §.j.Inſtitu.de iur.nat.gent.& ciu.Alex.conſ.cx.lib.iij.& cō. lxxxix.lib.vj.Soc.conſil.cxxviij.lib.iiij.Quidquid multi contrariū deblaterauerint.de quibus alibi.

Sterilitas ad remittēdā pēſionē idonea tū demū exiſtimatur. cū ſemine ipſo & expēſis deductis,tāta fructuū penuria eſt,vt ſi cōductor locatorē abſoluat,dāmū vltra iuſtæ mercedis dimidiū facturus ſit.id enim magis cōmune affirmāt Aret.cō.lij.nu.2.Soc.nep.cō. lxviij nu. 8.li.ij .Grat.cō.clxj.nu.2.li.v.& hanc eandem in rem videto quæ ſuperius obſeruo ver.Conductor.

Stillicidij recipiendi ſeruitus non impedit ædificare, ſi nihil ei , cui illa debetur,ea in re incommodatur.commune inquiunt Soc. cō. cxlj.lib.j Cepol.de ſeruit.ſtillicidij.quæſt.vij.nu.7.Franciſ.Viuius lib. ij.opinio.xj.

Stipulatio propriè contractus nec dici,nec duci poteſt.vt frequentius do

tius dogma pronunciant multa in contrarium acutè adducentes Ioa. Grot.lect.ij.nu.11.Galeaul.nu.125.Hieronym.Verrius ad fin.Ioa.Coraſ.nu.11.poſt alios in rub.ff.de ver.obl.Ronchegallus & apprimè doctus & cum primis eruditus.in l.eadẽ nu.28.cũ ſequẽ.ff.de duob.reis. quibus aſſentior.Valebit autẽ ſtipulatio,qua quis rogatus intra vnius diei ſpaciũ reſpõdit,ſineuter ſtipulãtiũ interim ad extraneos actus diuerit vt frequẽter placitũ atteſtatur,& accutè dfendit Lanfrãcus Gypſius Lugienſis,egregiæ eruditionis vir, in antiparadoxeon libello ca. iij.cuius certè hominis memoriam tum plurima inſigniter commendant,tum longè maxime Ioannes Zanellus eius nepos, atque ingẽtis ſpei iuuenis,ob præclarum ingenium elegantiſſimo iudicio coniunctum,ob ratam eruditionem ac doctrinam,& candidiſſimos ac ſanctiſſimos vitæ mores conſeruat,auget,& amplificat.

Stipulatione qui ſe ſine cauſa obligat prudens ſciens nihil alioquin debere,videtur donare,atque idcirco ſtipulatio firma rataque eſt.Quod ſi ambigatur num ille ſcierit ſe non teneri,necne,ſtipulationi vires nullæ aderunt.commune inquit Curt.Iun.conſi. cxxxj.nu.4. Siquidem neceſſarium eſt,vt qui ex huiuſmodi ſtipulatione agit ex certa ſcientia promiſſum eſſe luculenter probet.quemadmodum cõmunem doctorum eſſe ſententiam ante Curt.affirmauit etiam Alex. conſi.xiij.ex his.lib.j.quem laudat Franſ.Turzan.opi.cxlv. Traxit autem originem hæc frequens interpretum ſententia ex I. C. doctrina in l.ij.§.circa.ff.de doli except.Ex qua falsò,atque adeo inſulsè collectum ab omnibus eſt,promiſſionem,ſeu ſtipulationem , quæ abſque cauſa ineatur,nullius ponderis ac momenti fore, oppoſita doli exceptione:vt conſtat illic ex Accuſ.atque ex Alb.ſe ita obſeruari in iudiciis vidiſſe atteſtanti in l.generaliter.C.de non nu. pecun.Alex.conſi.xiij.lib.j.& conſi.clij.nu.2.lib.ij.& conſi.xix.lib.iiij.& in l.à Titio.ff. de verb.oblig.Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.nu.3.&nu.23.ff. de pact.& in l.lecta.nu. 25.ad finem.ff.ſi cert.petat. Felin.in c.ſi caut. de fide inſtr.Hipp.in rub.nu.318.ff.de fideiuſ.Loriot.qui aliorum errorem ſibi inauſpicatò adſcribit in tit.de pact.c.lix.de qualit.contrac. nu.3.cum ſequen.Franciſ.Connan.lib.v.c.9.Anton. Gouean.lib.j.variarum.c.xxxv.Franciſ.Hotom.in princip.Inſtit.de verb.oblig. Ioan. Cephal.conſil.cviij.nu.1. quorum de errore iam late primo obſeruationum libr.egimus.

Stupri pœna in clericum depoſitio eſt,vt commune aiunt Grillan. de diuerſ.crimin.lib.iij.q.vij.nu.2.Bermõd.de cõcub.nu.18.in alios ſacris nõ initiatos nõ alia nũc de cõſuetudine infligitur,quã vt ſtupratores,vel matrimonium cum illis contrahant,quibus vitium intulerunt,vel dignam ris dotem elargiantur.commune effantur Ant. Gome.meus olim iuris doctor,in l.lxxx.tauri. nu.7.Iulius Clar. in pract. §.ſtuprum.ver.ſed quæro.At ſtupri cum vidua patrati nulla hodie pœna prorſus eſt.commune aiunt idem Gomez. d.l. Tauri , numero 14. atque idem Clarus d.§. ver.cæterum.Si quæ autem ſe virginem fuiſſe aſſeret, cum ludibrio habita eſt,fidem merebitur,ni contrariũ probetur.commune fantur Ab.in capi.j.nu.5.de adulter.Bermond.de cõcubin.nu.9.Foller.in pract. nu. 13.Quin porro ſtupri crimen tranſactione aboleri poſſit,nihil impedit , vt frequenter placitum cenſent Ioan.Coraſ.lib.ij. Miſcellan.c.j.nu.5.Ant.de Padella in l.trãſigere.nu. 82.C.de tranſact.

Stuprũ domeſticis teſtibus probari nõ poterit quãuis illi nõ leue indiciũ facturi ad eius probationẽ ſint.cõmune ponũt pract.Conrad.nu.8. Iulius Cla. in pract.§.ſtuprum.ver.quæro Probabitur tamen præſumptionibus.vt pœna pecuniaria infligi poſſit,vt cõmune pono ex Ang. & Auguſt.ad illum de maleſic.verſi.che hai adulterato.nu.45. Föller. in pract.nu.13.Alex.conſi.cxv.in fin.lib.iij.Cepol.conſi.vj. Roma.cõ. cccclj.Matheſil.& eius additio.latiſſimè in ſing.& 20. cxviij. Boeri. deciſio clxiiij: Criminaliter autem puniri ſic conuictus haud poterit.commune affirmo ex iuſdem & ex Crauet. conſilio ccv.nu.19.

Subſcriptio ſatis ſuperque eſt vt ſcriptura ipſius ſubſcribentis manu conſcripta tota cenſeatur.etiam quo ad omnes ſtatutorum diſpoſitiones,quamuis alterius manu exarata fuerit. commune ait Deciſ. in authen. ſi quis in aliquo.numero 17. C. de eden. magis commune profitetur Ema. à Coſta. in l.ſi ex cautione. verſiculo tua. C. de non num.pecun.

Subſtitutio ex vna ſpecie ad aliam profertur atque extenditur.cõmune dicunt Iaſon.conſi.cciij.lib.j.Ioan.Dilect.de art.teſtan. titu. v. caut.v.Anton.Gomez. de teſtamen.capitulo iij.nu.10.Eman.à Coſta. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.par.v.nu.1.cum ſequen.ff.de li.& poſthum.Si autem illa ab aliqua conditione pependerit nec ad teſtatoris filios ante conditionis euentum tranſmittitur,ſi aliud ipſius teſtatoris voluntas coniecturis collecta nolit.cõmune pronunciant Curt. Iun.conſilio iij.num.15.& Franciſ.Viuius cum multis aliis lib.primo opin.cccxxxv.

Subſtitutio in liberorum defectum,hoc eſt,ſi quis ſine liberis deceſſerit,& tunc euaneſcet , cùm is,cui ſubſtituitur, religionem profitebitur.commune inquiunt , Barb. conſilio xx.ſtat difficultas. libro primo Dec.in capitulo in præſentia. numero 227.& ſequen. de probat. Quamuis idem proceſſurum non ſit ſi tantùm clericus efficiatur . commune affirmant Boerius . deciſione. ccliij. Sylua nupt.libro v.numero 81.cum duobus ſequen.Nec item idem procedet ſi ſubſtitutio ad captiuorum redemptionem fiat.quemadmodum frequenter placitum aſſerit Corn.con liij.lib.iiij.Nec denique id etiã procedet,cùm teſtator aliter expreſſim cauerit.commune teſtificatur Calcan.conſi.vij.incipit quia à me.

Subſtitutio vulgaris inferior impendio eſt , quàm vel iure ſanguinis,vel iure deliberandi tranſmiſſio. Quin nec vllas vires habet,quandiu tranſmiſſioni ex his capitibus locus eſt.commune dicit Socin.conſi.ccxcvj.in præſenti.lib.ij.Andr.Alc.in l.j.num.22.ff.de vulg.& pup.magis commune teſtat.Ant.Gome.de teſtamen.c.ix. nu. 50.ver.& in expreſſo.

Subſtitutio vulgaris tacita,quæ ex pupillari ſubſtitutione expreſſa colligitur,tunc extra pupillarem ætatem porrigetur,cùm nulla mẽtio vel pupillaris ætatis,vel temporis infra eam ætatẽ fit. ſed aut ſimpliciter,aut in longius tempus compoſita eſt,quàm pubertatis ætas comprehendat.Verbi cauſa,ſi ſubſtitutio in hanc formam exaretur: Titium impuberi filio meo ſubſtituo,aut Titium,ſi filius meus intra decimum annum cadauer exuerit,bonis eius potiri volo, extinguetur.At ſi ita teſtator verba fecerit:Titius,ſi filius meus è corporis cuſtodia euaſerit, hæres eſto:aut,Titius,ſi filio meo intra vigeſimũ quintum annum quid humanitus contigerit,eius locum habeto:tunc illic ſemper,hic ad expreſſum vſque tempus ſubſtitutio vulgaris durabit, vt commune eſſe antiquorum placitum teſtificatur Alber.in l. precibus.nu.4.C.de impub,& aliis,ac receptum etiam neotericorum dogma pronunciat Imol.in l.qui habebat.ff.de vulg.& pupi.& in c.Raynutius,in materia vulgaris ſubſtitutionis,nu 83.de teſtament.

Subſtitutio pupillaris expreſſa matrem omnino tum legitima portione,tum bonis à linea materna pupillo quæſitis interuertit tam iure fori, quàm iure poli.quemadmodum frequenter receptũ inquit Anto.Gome.de teſtamen.c.iiij.nu.7.ver.ſed his non obſtantibus. Quin & tacita pupillaris ſubſtitutio hæreditatem piæ alicui cauſæ delatura matrem excludet. commune ait Rip.in l.j.ff.de vulg.& pupil.Alias autem ſecus.vt frequenter placitũ atteſtatur Deci.conſil.ccxj. ſubtilis eſt caſus in princ.

Subſtitutio pupillaris,quam auus præterito filij emancipati nepoti facit.hodie valet,ac firma rataque eſt.commune inquit Franc. Rip. in l.ij.nu.31.ff. de vulgar.& pupil.Nec vlla vnquam hodie irrita fiet pupillaris ſubſtitutio,quod patris teſtamentum ob filij præteritionẽ irritum ſit.commune affirmant Rom.conſi.cccccvj.in caſu propoſito, ad finem Ant. Gomez.de teſtament.c.iiij.nu.4. Emanuel à Coſta. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.part.iij.nu.103.ff.de lib. & poſthu. vide quæ ſuperius obſeruo ver.Præteritio.

Subſtitutio quaſi pupillaris,ſeu.vt vocant,exemplaris,non ſolum mente captis,ac furioſis.ſed omnibus iis perſonis,quæ ſibi teſtamentum condere nequeunt,fieri rectè ac ritè poteſt. commune dicit Vigl.in §.qua ratione.nu.4.Inſtit.de pupill.ſubſtit.& matrem tùm à legitima tùm à cæteris filij bonis exigit,atque expellit.commune aiunt Iaſ.nu.43.Rip.nu.48.in l.ex facto. ff.de vulgar.

Subſtitutio compendioſa verbis directis facta ſi iure directæ pupillaris valere potuit,iure fideicommiſſariæ extra pupillarem ætatẽ non valet.vt magis commune inquiunt Alex.nu.24.Iaſ.nu.29.Ripa. nu.69.in l.Centurio.ff. de vulg.& pupil.Quamuis aliud generaliter receptum dicat Iaſ.con.cxxix.lib.j.Excludet autem illa matrẽ,vt latè receptum ponit Franc.Viui.li.j.opi.cccxxxiiij.

Subſtitutio his verbis concepta,inſtituo,& ſubſtituo:ex verbo,inſtituo.directam:ex verbo,ſubſtituo fideicommiſſariam ſubſtitutionem inducet.commune teſtatur Curt.Iun.conſ.lxxxiij.nume. 2. Villalo in ſua collect.

Subſtitutus pupillaris non minus grauari,onerarique poteſt,quàm quiuis ab inteſtato ſucceſſurus. commune interpretum dogma inquit Rhoderic.Soarez.in l.quoniam in prioribus.fallent.j. numer.15. C.de inoff.teſtament.

Suſpenſio ad tempus abſque abſolutione tollitur elapſo ſuſpenſionis ipſius tempore.vt cõmune accuratè ponit Did.à Couar. de ſpõſa. ij.par.c.vj.nu.16.

Suſpitio omnibus vnius ciuitatis doctoribus intentari nequit: vt nec omni ſenatui,vel concilio intentata procedet.communia aſſerit Franc.Viuius lib.j.opin.cccxxxij.cum Boe.deciſ.cclxix.atque aliis.Verum enimuero ſi ipſum concilij caput ſuſpectum erit,toti cõcilio nõ minus rectè intentabitur,quàm omni collegio.vt frequenter placita ponit idem Viuius eodem in loco, quamuis ipſe ſemper ſuſpitionem honeſtis innixam rationibus contra omnes admitterem: ſed hac de relatius alibi.obſeruabis autem quod,licet iure Cæſareo cauſa ſuſpitionis non allegetur,Pontificio tamen allegari debet.cõmune pronunciat Ant.de Tremor.addit.ad Bon.in pract.except.Rub. de recuſat.nu.2.litera B. Villa.in ſua collecta.

Suus hæres repudiatam ſemel hæreditatem iterum,re integra repetere poteſt.commune inquit.Iaſ.in l.pupillorum.numero 2. ff.de acquir.hæred.

Suorum

Suorum hæredum iura,& adiectione huius conditionis,ſi filius voluerit,labefiunt,& appoſito vulgari ſubſtituto euertentur. illud communius ait Soc.in l.conditionibus pupillus. verſicu.ſecunda concluſio. de condit. & demonſtrat. hoc frequentius conſtituo ex Aretin. Alex.Iaſ.in l.ſi filius hæres.ff. e liberis & poſthumis.Corn.in l.tertia, nu 22.C.de iure deliber.Soc.in l j.nu.75.ff.de vulg.& pupil.Alex.conſi.iiij.videtur inſpectis lib.ij.Quin & cohæredis additamēto iura ſuorum quo ad pupillaris ſubſtitutionis confirmationem ruunt. commune fatur Rip.in d.l.j.nu.166.ff.de vulg.& pupil. Exhæredatione autē ſolum tollentur,quatenus ipſorum ratio ducitur,quatenus vero parentum commoda ſpectantur,non loco ſuo mouebuntur.commune ponit.Ant.Gomè.de teſtamen.c.iiij.nu.3.

Suorum iniuriam ij proſequi dicuntur,& cenſentur, qui ſexto cognationis gradu iniuria affectum attingunt.cōmune dicit meus olim iuris doctor Ant.Gome.de deli.c.j.nu.34.ad finem.

## T

TALIONIS pœna iam hodie improbo more omnis omnino antiquata eſt,vt latè atteſtatur Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.lxxxj.

Taxatiua legis vel ſtatuti verba non excludūt caſus ſimiles,vt frequenter placitū affirmant Rip.nu.86.Ioan.Crot.nu.56.in l.ſi conſtante.ff. ſolut. matri.Ant.Gomez.de teſtamen.cap.xj. nume. 12. Ver.nec obſtat.

Tempeſtatis cauſa,quæ in mare iactantur,tunc demum pro derelictis non habita cenſentur,cùm bene compoſita & colligata iactantur.vt eſt communis opinio cum Accur.in l.qua ratione.§.vlt.ff.de acquiren.rerum domi.& in l.falſus.§.ſi iactum. ff.de furt. & in l. interdum.§.j.ff.de acquiren.poſſ.& in l.ij.§.vlt.& in l.qui leuandæ. ff. ad.l. Rhod.de iact.& in §.pen.Inſtit.de rerum diuiſ.Quam tamen opinionem nos alibi latè & euidenter confutamus.

Tempus præſcriptum ad aliquid agendum non currit ignoranti. vt commune aſſeuerat Curtius. Iunior conſilio octauo, numero ſecundo.

Tempus decem annorum longum dicitur, commune ait Martin. Nauar.recōditæ doctrinæ vir in cap.j.§.ij.nu.5.de pœniten. diſtinct. j.At centum annorum tempus dicitur hominum memoriam ſuperare, vt commune placitum enunciant Curtius Iunior conſi. xc.nume. 2.Aymon.Crauet.hac in re ſemper videndus de antiqui. tempor. iiij. par.ver.abſolutis differentijs.

Tempus, quod ad ſolutionem iudicatis indulgeri debeat in iudicis arbitrio ponitur. commune effatur Boerius deciſione xlv.numero ſecundo.

Tempus à lege ſic exactum,cùm fuerit ſeptem annorum,aut cùm peruenerit ad ſeptem annos,aut,Cum eius ætas ſeptennium fuerit:nō ſatis eſt ordiri,ſed opus eſt pertexi,ac perfici. At ſi tempus iis verbis deſideretur,cùm in ſeptimo anno fuerit,ſatis ſuperque erit incipere atque auſpicari.communia ponit latiſſimè Did. à Couar. de ſponſal. j.par.c.2.nume.2.

Tempus in illius odium duplicabitur,qui ante tempus egerit.commune inquit Ant.de Tremor.in addit ad Bon.in prac.exceptio.nu.25. ver.conditionem.in quib.mod.ſuo nom.

Teſtamentum ac teſtamenti factio iuri gentium accepta refertur, quamuis illius ſolennitates iuri ciuili adſcribantur.commune inquiūt Iaſ.in l.admonendi.ad finem.ff.de iur.iur.Vigl.in §.ſed prædicta. Inſtitut.de teſtamen.Arius Pinelus in rub.par.j.capit.j.nume.23.C.de reſcind.vendit.Did.à Couarru.lib.iij.reſolut.c.vj. nume.7.Ant.Gomez, de teſtamen.c.j.numero 2.Bellon.conſi.ij.nu.4.Iulius Clarus de teſtamen. quæſt.ij. Teſtamenta tamen omnia ex diſpenſatione valent, quòd quæ illis cauentur poſt mortem fiant.vt frequenter placitum renuncio ex Dec.in rub.C.qui teſtamen facer.poſſ.& in l.eum,qui,nu. 4.ff.de iuriſdict.omn.iudic.Gulielm.in cap.Raynutius. verſi.teſtamētum in j.nu.4.& nu.6.de teſtament.Alciat.in l.filiusfam.§.j. nu.5. ff. de leg.lib.j.Ant.Gome.de teſtamen.c.ij.nu. 1.Arius Pinel.in l.ij.nu.7. in finem.C.de bon.matr.& in rub.c.j.nu.23.C.de reſcin.vend.quāuis non pauci aliud inepte deblaterent.

Teſtamentum vel teſtatoris, vel alterius manu clam exaratum, quod teſtator poſteà coram ſeptem teſtibus ſolùm oſtendens, ait ſui vltimam voluntatem illud eſſe,ac ſuum teſtamentum,& velle vt ipſum valeat,atque omnia eo contenta ſeruentur.ratum firmumque prorſus erit,tanquam teſtamentum nuncupatiuum:vt frequenter placitum affirmant Bellon.conſi.xxij.numero 11.Iul.Clar. de teſtam. q. iiij.ver.ſed pone aliquis.

Teſtamentum,qui ſcriptis exarare voluit,ſi ſolennitates omnes iure ad id requiſitas non adhibuit,nec quod egit,vt nuncupatiuū teſtamētū valebit ſi tilla de teſtamēti ſcriptis cōprehēdēdi voluntate conſtiterit: alioquin in re dubia ſecus erit. communeponit accuratè Iul. Cla.de teſtam.q.iiij.ver.ſed quæro,pone.

Teſtamentum qui condere regulariter nequeunt.nec ad pias cauſas teſtati quidquam efficient.commune aſſerit Iaſ.in l.j.numero 12. & ſeq.C.de ſacroſan.eccleſ.Vnde nec ſi pupillus pubertati proximus ad pias cauſas teſtetur,eius teſtamētum quicquam valebit.commune effantur Alex.conſi.clxxxij.nu.1.lib.v.Gulielm.in cap.Raynutius.verſi. adiectæ impuberi. numero 88.verſiculo. ſed aduertatis, de teſtament.nec ſi prodigus,cui adminiſtratio bonorum interdicta eſt.teſtamentum ad eaſdem pias cauſas condiderit,quidquam validum efficiet.commune teſtificantur Beſſet.in repet.l.j.nume.100.C.de ſacroſan.eccle.Alex.dicto.conſi.xviij.C.nu.6.lib.v.Nec item furioſi teſtamento ad illas eaſdem cauſas conſcripto vires vllæ aderunt commune ponit Grat.conſ.ccc.numero 32.lib.C. Iulius Clarus de teſtam.q. v.verſi.ſed an furioſus.Nec denique ſi ad mortem damnatus piè teſtetur,valiturum elogium emittet.commune ſcribunt Abb. in rubr.v j. ver.de damnato,de teſtamen.Alex.d.conſilio nu.5. Verum enim vero teſtamentum filiifam.ad pias cauſas conditum valet,ac firmum ſtabiléque eſt.commune profitetur Alex.in l.j §.hoc autem.num.4.ff.ad Trebel.Quod tamen exaudiri ita debet,vt patris conſenſus vna in id acceſſerit.commune pronunciant Gulielm.in d.cap. Raynutius.verſ. matrem inſuper cleram.nume.28.Pariſ.in cap.in præſentia.numero 20.de probat.Ioan.Dilect.de art.teſtand.tit.j.caut.j.nu.1.in finem.latè Iulius Clarus vbi ſuprà,quæſtio.v.verſi.ſed nunquid filiusfam. Intellige ij.quòd non ſic prorſus id teſtamentum ratum erit vt legata extra pias cauſas in alios collata conſequenter robur habeant. quemadmodum receptum affirmant Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.nu.10.ver.ij.pro iſto.C.de teſtamen.Gulielm.in dicto capi. ver. teſtamentum.nu.79.Iulius Clarus vbi ſupra,verſi.vnum tamen. & vide inferius ver.teſtamentum minus ſollenne.Alioquin autem filiusfam.regulariter ac generaliter teſtamentum nequit exarare,quamuis & illius pater conſentiat,& de bonis aduentitiis,quorum ipſe plenū ius habet,teſtari modo velit.commune affirmant Alexand. in l. Senium.nu.6.in finem.C.qui teſtamen. facere poſſ.idem Alex. ac Iaſo. vterque num.2.in l.nemo.C.illo eod.tit. & qui latè cumulant Iulius Clarus vbi ſupra,quæſtio.xviij.verſi.vera igitur eſt, & Franc. Viuius lib.j.opin.cxxj. Quin nec filiafa.de dote ſua aduentitia validè teſtabitur.vt eſt communis doctorum concluſio teſte Alex.in d.l.ſenium. nume.3.Viuio d.opin.Si tamen codicillaris clauſula horum teſtamentis adiiciatur,& is qui inſtituitur,vel relicto honoratur,teſtamenti tempore præſens fuerit,aut aliter ante teſtatoris mortē agnouerit, quod fit,factum vè eſt,valebunt quæ relinquuntur in vim donationis cauſa mortis,quæ ab vtroque illorum iure fieri poteſt:alias ſecus.communia teſtificatur Socin.conſi.cxxv.nu.1.libro tertio Iulius Clarus de donatio.quæſtio.vj.verſi.ſed quæro tu ſcis. Memineris, porrò quod nec illud teſtamenti genus valebit,etſi tunc temporis factum ſit, cū pater apud hoſtes captus detinebatur.commune inquit Ioan. Crot. in l.ſi is,qui pro emptore.nu.10.& ſeq.ff.de vſucap.Memineris deinde id generaliter proceſſurum,ſi filiusfam.aduocatus de iis teſtamentum condat,quæ à ſuis clientulis comparauit,vt frequentius dogma teſtatur Iaſ.in l.vlt.nu.1.C.de inoffic.teſtamen.

Teſtamentum,in quo teſtes rogati,atque ad id ſpecialiter accerſiti à notario non dicuntur,non aliter,nec aliàs vnquam valebit,quàm ſi vel ad pias cauſas attineat,vel ſeſe teſtes ſubſcripſerint.communia inquiunt Boer.deciſio.xxxiiij.Iulius Clarus cum aliis,de teſtamen. quæſtio.vj.verſ.ij.Erunt autem ſatis ſuperque Pontificio iure duo teſtes,ac parrochialis presbyter;vel quatuor teſtes,& quiuis alius ſacerdos, vt teſtamentum ritè conditum cenſeatur,ac robur vireſque ſummas obtineat,commune effantur Alexan.conſi.cccxxj.nu.3.lib iij.Corn.conſi.xvj.lib.iiij.Ioan.Dilect.de art.teſtan.titu.ij.cau.ij.Bellon.conſili. xij. nu.4.Iulius Clarus de teſtamen.quæſtio.lvij. Peſtis item tempore factum coram quinque teſtibus teſtamentum valet,ac ſolenne habetur commune dicunt Barb.con.lxxxvij.lib.iiij.Dec.con.cclxxxiiij Matth. de Afflict.dec.xxv.nu.2.Quamuis Alexan. perperam contra aſſerat conſi.cccxxj.nu.16.li.ij.& in l.vlti.vbi etiam Iaſ. C.de teſtamē. Sed teſtamentum omne ad pias cauſas generaliter duobus teſtibus contentum eſt,vt frequens placitum pronunciant Barb.in capi.adhæc in ij. de teſtamēt.Alex.in l.ſi certis annis.nume.5.C.de pact.& conſi.cxxxj. nu.2.lib.vij.Imo.in cap.cum eſſet.nu.12.in finem. de teſtamen. Amplia,vt idem ſit licet teſtes rogati non fuerint,vt præter ſuperius citatos,commune aſſeuerant Roma.in repe.authent.ſimiliter.C.ad l. falcid.Corn.conſi.cxlix.& conſi.cxxxv.lib.ij. Iulius Clarus late vbi ſuprà,q.vj.verſi.ij.infertur.Amplia ſecundo,quamuis etiam mulieres teſtes ſint.commune aiunt Crot.in tract.de teſtibus,nu.8.Bellon. cōſi.xiiij.num.8,copioſè Iulius Clarus vbi ſuprà verſi.iij.infertur. Eſt enim teſtamentum,quod piè fabrefit. ſolennitate iuriſgentium duntaxat contentum, commune ſcribit Corne. conſilio trecenteſimo ſeptimo litera B.libro tertio Quin & præterea teſtamentum inter liberos conditum duobus ſolum teſtibus rite condetur, quamuis teſtator cæcus ſit. commune interpretum dogma eſſe memoriæ produnt Socinus conſilio cclxiij. libro ſecundo Iaſons in l. hac conſultiſſima. numero quartò C. de teſtamen. Iulius

Claru

Clarus vbi ſuprà,quæſtio,xvij.verſi.ſed quæro.& vide infrà verſi. teſtamentum patris inter liberos.Teſtamentum denique vel corã principe,vel coram iudice factum ac duorum teſtium ope ſuffultum valet,ratumque prorſus eſt.commune aiunt Soc.Iun.conſi. cxxxviij.lib. primo.Did à Couar.in ij.part.rubricę nume.2.de teſtament.& qui de hac teſtamentariorum teſtium materia diligentiſſimè & vtiliſſimè tractant Iul.Clar.d.tract.de teſtament.q.lv.cum quatuor ſequentibus, ac Viuius lib.primo,opin.cccxliij.

Teſtamentum,quod antequam perficeretur,deceſſit teſtator, imperfectum ratione voluntatis,non ratione ſolennitatis dicitur, & ideo nec ad pias cauſas,nec inter liberos valet. commune affirmant Boer.dec.xciiij.nu.10.Sigiſmund. conſ.feud.xiiij.numero 65. latè Iulius Clar.de teſtament.q.vij.verſi.aliquãdo & iiij. Viuius libro primo opin.cccxxxix,Quibus autem in caſibus imperfectum alioquin teſtamantum ob pias cauſas ſuſtineatur.quibus ſecus, tradit accuratè Iul. Clarus ex receptis ſententiis,vbi ſuprà quæſtio,dicta,vij per totam.& quibus item caſibus teſtamentum imperfectè inter liberos conditum valeat,nec nè,tradit idem vberrimè,q.ſubſequenti.

Teſtamentum patris inter liberos,ſchedula voluntatem & inſtitutionem liquidò enarrante,comprehenſum & validum ac iuſtum ſine aliis teſtibus ducitur.commune ponunt Alex,conſi.cv.lib.iij.Iaſ.conſ. lvij.lib.ſecundo,& qui latiſſimè ex receptis interpretum ſententiis proſequitur,quibus in caſibus minus ſolenne vel imperfectum inter liberos teſtamentum valeat:quibus ſecus.Iulius Clarus de teſtamen. à q.viij.vſque ad q.xviij.& vide quæ inferius obſeruo verſi.Teſtamento imperfectè.

Teſtamentum cæci ſi ab hæredis inſtitutione non auſpicetur, nullius ponderis ac momenti eſt, commune aio ex Petro,Cyn. Ricard.à Malumb.Iaco.Butrig.Fulg.Philip.Dec.nu.7.in l.hac conſultiſsima.C. qui teſtamen.facer.poſſ,Ange.§.cæcus,Inſtit.quibus non eſt permiſſ. Cepolla caut.cxxviij. quod nos alicubi falſum eſſe apertè demonſtramus.

Teſtamentum nutu conditum non aliàs valet,quàm ſi ad pias cauſas condatur,commune affirmant Corn.nu.26.Alex.nu. 3. Riminal. verſi.an habeat.in l.iubemus.C.de teſtam.Bauer.in princip. nu. 76.& ſequen.Inſtitu.de teſtamen,Si autem teſtamentum notarius ipſe conſcripſerit,& illo perlecto teſtator reſponderit, vel ſubiunxerit quod ſic iubet ac vult vti exaratum eſt,procaldubio validum, firmumque teſtamentum erit.commune inquit Dec.conſi.cccclxxxix.in caſu,ad med.& vide infrà verſi.teſtator.

Teſtamentum,quod in alterius arbitrium conferrur,an valeat, necne,vide ſuperius ver.Captatoria.

Teſtamentum minus ſolenne,quod piæ alicuius cauſæ fauore ſuſtinetur,non ſolum quatenus ad piam illam cauſam ſpectat:ſed generaliter quo ad omnia & aliis in omnibus rebus extra piam cauſam valet,ac ſeruari debet,commune pronunciant Iaſ.nume.10.Cur. Iunior nu.18.in l.hac conſultiſsima, §. ex imperfecto.C.de teſtamen. Ioan. Crot.in rep.l.re coniuncti.nu.160.ff.de leg.lib.iij.Iul.Cla.de teſtamẽ. q.vj.verſi.ſed quæro.vbi contrarium cum Curt.non immeritò proponit;ſed ea de re alibi copioſè,Intelliges tamen vt id abſque dubio nõ procedat,vbi teſtamentum alioquin nullum foret,ob teſtantis inhabilitatem ex aliena in illum poteſtate ortam, vt ſuprà adnotauimus ver.teſtamentum filiifam.

Teſtamentum,quãuis metu fiat,iure ipſo valet.commune inquiũt Aret.Aemil.Ferret.in l.j.ff. de teſtamen. Qui tamen aliquem teſtari prohibet tum in falſi crimen incidit, tum extraordinaria pœna pro iudicis arbitrio punitur,lapſus ipſa hæreditate vt indignus. commune ponunt Aegid.Boſsius in pract.tit.de iis,qui prohib.aliquem teſtari,nu.1.Iul.Clar.in pract.§.falſum,ver.prohibens.Eritque opus, vt & defunctum teſtari voluiſſe conſtet,& eum,qui huius criminis arceſsitur,illius voluntati impedimento fuiſſe liquidò probetur: vt commune axioma affirmat Socin.Iunior conſi.cxlviij,nume.1,lib.ij. Qui verò teſtari aliquem violenter cum armis cogit, pœnas legis Iulię de vi priuata obnoxius fit:& qui denique ſolo metu abſque vlla vi ad id teſtatorem impulit,arbitrio iudicis plectitur. commune fantur Iacob.in de Sanct.Georg.in l.j.numero 4.C.ſi quis aliquem teſtar. prohib.Iulius Clarus in dicta pract.§.vltimo quæſtione lxxx.verſic.compellens aliquem.

Teſtamentum legitimè factum fuiſſe abundè oſtendetur duobus teſtamentariis teſtibus.commune ponunt Alex.conſi.lxxxiiij.li.ij.Ioan. Dilect.de art.teſtan.tit.ij.cau.ij.nu.6.

Teſtamentum ritè conditum,non aliter ritè reuocabitur. quàm ſi teſtator vel aliud ſolenne condiderit, vel coram ſeptem teſtibus ſe teſtamẽtum reuocare velle aſſeruerit,quod mori inteſtatus velit: vel illud reuocare,ac reſcindere coram tribus ſaltem teſtibus enunciet, & decem poſtea anni,à teſtamenti die computandi, præterlabantur. communia ponit latiſsimè Iul.Cla.de teſtam.q.xcj.& xcij. Ioan. Dilect.de art.teſtand.tit.x.caut.iij. Amplia vt idem procedat quamuis hæredes ſecundo teſtamento ritè facto inſtituti hæreditatem adire vel nolint,vel nequeant.commune inquit Did. à Couar.in rub. parte. ij.nu.21.ver.vij.concluſio.de teſtamen.Amplia ſecundò, licet primũ teſtamentum inter liberos conditum fuerit,ſi in hoc deinde condito teſtamento,& iidem liberi hæredes inſtituti ſint, & maior illis inde vtilitas proueniat,nam & ſi hoc ſecundum imperfectum ſit,tamen eo ipſo primum reſciſſum videbitur.commune aſſerunt Soc.Iun. conſil. cxvij.nu.10.lib.j.& conſi.cxlv.nu.57.lib.ij.Did.à Couar.vbi ſuprà nu. 19.ver.vj.declaratio.Iul.Clar.dicto tract.q.xcviij. Amplia tertiò, vt teſtamentum primum per ſecundum iure ipſo reuocetur ac reſcindatur,quamuis teſtator ſe illud non eſſe reuocaturum ſolenniter iurauerit.commune proferunt Cotta in Memor.in ver. teſtatorem inducere.latè Did.à Couar.d.ij.par.nu.15.Iul.Clar.vbi ſuperius,q.xciiij.verſ. ſed quid ſi teſtator. vbi accuratè id explicat,& cum multis receptum affirmat prædicti iuriſiurandi reuocationem inſeri ſecundo teſtamẽto neceſſe eſſe.quod mihi non probatur:ſed ea de re alibi vberius.Amplia quartò,quòd etſi teſtator ſe non reuocaturum promiſerit primũ teſtamentum,& quo caſu illud reuocauerit,dicat ſe bona omnia ſcriptis hæredibus dare,atque irreuocabiliter elargiri,tamen per ſecundum teſtamentum,& quouis alio prædicto modo impunè huiuſmodi teſtamentum retractabitur, ac reſcindetur. commune aiunt Alex. nu.2.Iaſ.nu.7.Crot.nu.14.in l.ſtipulatio hoc modo concepta ff.de verbor. obligatio. latius Iulius Clar.d.q.xcv. Intellige tamen ac perpetuò memoriæ inſculpe,quòd ſi teſtator aliis omnibus teſtamentis, quæ poſtea conſcribet,derogabit,niſi ſi certa aliqua ſolennitas in eorum aliquo expreſsim addatur,non ideo hoc teſtamentum primũ infirmabitur:quia ſecundum deinderitè conditum fuerit, ac generalis etiam præcedentium teſtamentorum in eo arbrogatio inſeratur, niſi ſi ſpecialis quoque mentio antecedentis teſtamenti fiat. commune effantur Alc.conſi.cvj.nu.3.& conſi.clxxxiij.& conſi.clxxij, viſis duobus,nu.7.lib.vij.Tiraq.de legib.connu.gl.vj.nu.131.Did. à Couar. d. ij.par.nu.19.ver.iij.hanc Iul.Clarus qui diligenter,& accuratè id multis modis explicat.d.tract.quæſtione.xcix.per totam.quo te conferes de materia acturus.

Teſtamentum in vna,atque eadem charta, plures condere,ac ſeſe inuicem inſtituere quin poſsint, nihil omnino prohibet. commune ponunt Bellon.conſilio lxxxv.num.9.Iulus Clar.de teſtamen.quæ.lx.

Teſtamentum,quod iure communi ſolenne non eſt,& ſtatutis eius loci,vbi factum eſt,validè ac perfectè exaratum eſt,ad omnia teſtatoris bona tum eodem in loco ſita,tum alibi gentium poſita, firmum,ratum,ac ſuis numeris omnibus abſolutum habetur. commune ponunt Did.à Couar.de ſponſa.ij.par.c.vij.nu.8.Viuius lib.primo, opin.xxxvj.

Teſtamenti & pars vna ex alia declarabitur,& verbũ aliquod obſcurius ex eodem verbo alibi in eodem teſtamento clarius poſito explicabitur.commune inquiunt Æmi.Ferret.in l.qui filiabus.in princip.nu.4.ff.de legi.lib.j.Pariſ.conſi.lxxiij.nu.38.lib.ij.& conſ.lxxij.nu. 42.libr.iiij.latè Iul.Clarus de teſtamentis, quæſtione ſeptuageſima ſexta,regul.iij.

Teſtamenti ſolonnitates tum ſtatuto,tum conſuetudine demi, addiuè poterunt.ſolumque iis vel demptæ proderunt, vel additæ oberunt,qui in ſtatuti vel conſuetudinis loco teſtabuntur,quãuis exteri, ac forenſes ſint.communia ponunt Iaſ.in l.j ver.ſecundum dubium. C.de ſacroſ.eccleſi.Boer.dec.ccxxviij.Franc.Viui.lib. j.opin.cccvj.Atque ideo teſtium numerus imminui,coarctarique ſtatuto rectè poterit.commune inquiunt Fel.nu.17.Dec.nu.19.in c.ij.de probat. & qui immeritò poſt nonnullos alios dubitat Io.Ceph.conſi.xxxij.nu.6.libera tamẽ teſtandi facultas ſtatuto tolli nequit.commune dicit Iaſ. in l.ex facto in princip.nu.9.ff.de vulg.

Teſtamenti condendi facultatem qui à principe impetrauit, cùm id communi iure facere poſſet,abſque ſolennitatibus ritè teſtabitur: aliàs ſecus.communia affirmant Dec.in l.Eunuchus.nu.15.C.qui teſta.fac.Iul.Cla.de teſta.q.xxxiiij.ver.in propoſito.

Teſtamenti nulli dicendi ius non admittit edictum ſucceſſorium. commune dicunt Aret.con.xlix.Roder.Soarez.in l.quoniam in prioribus.amplia.x.C.de inoffic.teſta. Curt.Iun.in rub.nu.16.C.de ſucceſ.edict.tametſi Alexan.in ead.rub.nu.vlt.contrarium magis commune perperam arguetur.

Teſtamenti paſsiua factio (vt doctores fantur) iis non eſt,quib.ob crimen aliquod condendi teſtamenti ius non eſt. commune affirmat Aretin.in l.is cui l.j.ff.de teſtament.Iul.Clar.de teſtam.q.xxxiiij.

Teſtamento minus ſolenni relicta naturalem obligationem gignunt.commune dicunt Corn.conſ.cclxj.in hac conſultatione, lib.j. Alex.in l.non dubium.nu.2.C.de teſta.Iaſ.nu.70.Rip.nu.97. in l.nemo poteſt.ff.de leg.li.j.Iaſ.in l.cum quis,à nu.9.C.de iuris,& fact.ignor.& in l.j.nu.16.ff.de condi.indeb.& in l.ſi creditoris.in fi. C.de fideicommiſ.& qui latiſsimè hanc quæſt.cum appoſitis illationibus, tract.Iul.Cla.de teſt.q.xc.Fran.Viuius lib.j.opin.cxlvj. Limita tamen primò vt ſi relicta illa vel in dilectam,vel in coniunctam perſonam conferantur, nunſolùm naturaliter,ſed etiam efficaciter debeantur, ac ſoluantur neceſſe ſit commune pronunciat Iaſ.in dicta l. non dubium. numoro ſexto limit. ij. vt iſthęc recepta concluſio in ipſamet

hæreditate

hæreditate non procedat,quæ minus ſolenniter relicta nullo iure debetur.vt præter ſuperius relatos commune ait Bertrand.conſil. ccxij. nu.21.in fi.lib.iiij.quamuis quoad animum ſpectat impunè ab hærede retineri poſſit,ſi non poſcatur.commune inquiunt Capic. deciſio. lxxxix.numero 3.Rip.in d.l.nemo poteſt.nu 99.quamuis Did. à Couar, in c.cũeſſes.nu.10.de teſtã.Iul.Clar.vbi ſupra,ver.ſed quid ſi iſte. nõadmodũ neceſſariò reluctentur,vt alibi oſtendo.Intellige porrò ac memoriæ vtiliter commenda,quod id genus relicta non idcirco hæres ſoluere cogetur,quia illorũ aliquot,iam ſuamet ſponte aliquibus ſoluerit.commune efferunt Alex.in d.l.non dubium.nu.3.Iul. Clar.d. q.xc ad finem.

Teſtamento imperfectè inter liberos condito,quæ continentur ſeruari omnia perinde debent,ac ſi teſtamentum ſuis omnibus partibus conſtet,non verò vt ab inteſtato,debita.quemadmodum receptiſſimã ſententiam affirmant Cur.Iun.in l. hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto nu.2.C.de teſtam.Eman.à Coſta in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.par.j. nu.467.ff.de lib.& poſth.Iul.Clar. de teſtam. q.xiij. Intellige autem. quod illud demum teſtamentum imperfectum inter liberos ſuſtinebitur,quod ſolẽnitatũ,nõ volũtatis ratione imperfectũ fuerit.cõmune aſſerũt Alex.cõ.lxxvj.nu.14.li.iij.Soc.Iun.cõſ.cxlvij. nu.& ſeq.li.j. Io.Ceph.cõſ.xcix.nu.1.vbi cõplures diligẽter laudat copioſè Iul.Cla. vbi ſupra q.ix.ver.pen.ac Franc.Viuius li.j.opin.cccccx. Cenſetur autẽ teſtamentum inter liberos conditum quoties ipſi ſolum liberi inſtituuntur,licet alij legatis cohoneſtentur.commune ponit Ioan. Ceph. conſ.lxxij.nu.15.& ſequent.

Teſtamento ob hæreditatem non aditam rupto, nec piè piis cauſis legata debebũtur,cõmune pono ex Corn.Iaſ.nu.19. in l.eã,quã.C. de fide cõmiſ.Palat.Ruu.in rub.§.lxv.nu.17.ff.de dona.inter vxor.Did. à Couar.in.c.Raynaldus.§.iij.nu.11.de teſtament.

Teſtamenra argumentis à contractu ductis reguntur.commune dicit Curt.Iun.conſ.clxxj.nu.3.illorumque conſeruatio ad publicam vtilitatem ſpectat.commune affirmat Ant.Gomez,de teſtament.c.iiij. nu.8.ver.v.facit.

Teſtamenta cum duo comparent,& vtrum prius, vtrum poſterius ſit,non conſtat,neutrum eorum valet.commune inquiunt Boer. dec. cccxj.numero ſecundo Curt.Iun.in l.vltim.numero 79. C. de edict. diui Adriani tol.

Teſtamentorum reuocatio ſolùm ea retractat,quæ ad vltimæ volũtatis materiam pertinent,non verò vel contractus, vel confeſſiones, vel alia id genus teſtamentis inſerta conuellit. vt commune dogma eſſe conſtituo ex Dec.con.xcvj.Rip.in l.nemo poteſt.nu.35.ff.de leg. lib.j.Guliel.in.c.Raynutius.in tract. de legat. numero 35. de teſtam. Tiraq.de iur.marit.ver.contraiter. glo.iij. Ioan. Cepha. conſilio lxj. numero 31.

Teſtator fandi potens non vltrò,ſed à notario rogatus an Lucium Titium hæredem faciat,ſi ſe facere dixerit,nihil vitij,nihilque labis, aut periculi inſtitutio Lucij Titij ſcriptie dinde hæredis, contrahet.cõmune effantur Boer.deciſ.xxxiij.nu.60.Bellon.conſi.lxij.Ioan.Dilect. de art.teſtan.tit.iiij.caut.ij.Præſumeturque ſemper in re dubia ſano, atque integro iudicio teſtatus,ſi quę iuſſit hominem ſui compotem redolebunt.commune affirmant,ac rectè explicant Hipp.ſing.ccclxxx. Franc.Viui.lib.j.opin.ccclxxiij.

Teſtatoris voluntas ſeu expreſſa,ſeu tacita in primis inſpiciẽda eſt, & illi prorſus adhæreſcendum,vt frequenter placitum affirmant Dec. in l.j.nu.4.C.de collat.latè Iul.Clar.de teſta.q.lxxvj.reg.j. Quæ ſi nullo modo eluceſcat,verbis inſiſtendũ erit.commune inquit Cur.Iun. conſi.clxix.nu.Quorum perſpicuitas ſi deficiat teſtatoris conſuetudini obſecundabitur.commune profert Iaſon.in l.ſeruus plurium.§.vlt. nu.2.ff.de leg.lib.j.

Teſtatoris diſpoſitio in vnum caſum concepta,non ad alium proferetur.vt communem eſſe regulam ait Pariſ.conſi.lxxxvij.nu.50.lib. ij.quam intelliges non proceſſuram vbi teſtatoris voluntas etiam cõiecturis collecta aliud ſuaſerit.commune inquit Dec.in l.ſi mater.nu. 2.C.de inſtit.& ſubſtit.

Teſtatores in re dubia,vel ad ſtatuta,vel ad conſuetudines, vel ad ciuile ius,vbi nec ſtatuta,nec conſuetudines vigent, reuocandi ſunt. commune inquiunt Cur.Iun.con.lvij.nu.8.& con.lxxxvj.nu.6.& cõſi.clxviij.nu.63.& conſ.clxxj.nu.1.latè & diligenter Iul.Clar.de teſta. q.lxxvj.regu.vj.cui adde Iaſ.conſilio cxv.libro ij.Pari.conſi.lxvj. lib. ij.Rub.conſi.lxxij.Ioan.Cephal.conſi xvij.numero 42.& conſi.cv.numero 13.& ſeq.

Teſtis vnus ſemiplene probat.commune ponunt Curt. Iunior. conſi.cxxij.nu.5.& latius agens de materia Franc. Viui.li.j.opin.ccccxxij.cum ſeq.Quamobrem ſi quis ſe per vnum teſtem ſoluiſſe probet,quæ mutuò accepiſſe duobus teſtibus conuincitur.in probationis explicationẽ iurabit.commune inquit Curt.in l.admonendi.nu.305. ff.de iureiur.Intellige tamen ac perpetuò recordare, deduci ſemper, ac probari debere,hunc vnũ teſtem omni exceptione maiorem eſſe, vt commune rectè ac latè ponit Viui.d.opin.ccccxxij.Intellige ſecundò,quòd ſi partes conſenſerint,vt huic vni teſti integra fides adhibeatur,integram fidem illi faciet.commune aſſerit Iaſ.in l.j.§.vlt. nu. 8. ff.de ver.oblig.Franc. Viui.d.lib.j.opi.ccccxxiij.Intellige tertio,quod in criminalibus tum demum,& ad inquirendum,& ad torquendũ ſatis vnus teſtis erit,ac legitimum ad ea omnia indicium ſuppeditabit, cum omni exceptione maior erit. commune inquiunt Rui. conſilio cxilvj. nu.3.lib.v.Carrer.in pract.crimin nu.100.Viui. vbi ſupra Iul. Clar.in pract.§.vltimo q.xxj.ver.vnus teſtis.& q.xxij.ver.vnum tamẽ ſcias.Alioquin autem teſti vnico,etiam de re à ſe geſta deponenti,fides nec in ciuilibus cauſis adiungitur.commune proferunt Boer. dec. ccxxj.nu.17.Viui.d.lib.j.opin.cccxciiij.Amplia,quamuis princeps ſit commune ait rectè explicans Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.liij. ver.pen.Limita,niſi ſi illius teſtimonium nulli alij,quàm ſibimet nocere queat, vt verius,& receptius alicubi diligenter oſtendo.

Teſtis idoneus atque aſſiduus habetur mutus,ſi literas extrare nouit.commune ponunt Præpoſ.in c.cum apud.de ſponſal.Rip.in l.j.nu. 34.& nu.37.ff.de verb.oblig.Hipp.in l.de minore.§.plurium.nu. 8.ff. de q. Item ſpiritalis parens abſque dubio teſtis erit. cõmune inquit Alex.de Neuo.conſi.xx.nu.7.etſi maior omni exceptione non exiſtimetur.cõmune ponit Viui.latè de materia agens libr.ij.opin. ccxciij. Monachus præterea luculentus teſtamento teſtis erit, quamuis in eo vel hæreditas,vel legatum aliquod ipſius cœnobio relinquatur.commune inquit Dec.conſi.lxxij.in cauſa,quæ agitur.in princ. lib.j.Thobias in §.ſed neque hæres.nu.7.& ſeq.Inſtit.de teſtã. In ciuilibus autem & aliis cauſis nec ipſe,nec clericus alioquin admittetur, quàm ſi de facultate dicendi teſtimonij illis facta conſtiterit.cõmune pronũciat Ioã.de amicis cõ.lxxvij.nu.17.ſed & patruus pro cõſobrino & cõſobrinus ꝓ cõſobrino teſtis eſſe poterit.cõmune affirmãt Lanfra.in c. quoniã cõtra in ver.teſtes.nu.58.de probat.Rurſus ſocius pro ſocio in cauſis ciuilibus regulariter teſtis appoſitus ducitur.cõmune aiũt Thobias in §.legatariis nu.11.Inſtitut.de teſtamẽ.Franc.Viui.li.j.opi.ccclxj.in finem.Pupillus quoque etſi teſtis eſſe nequeat,tamen poſtquam ad maiorem ætatem peruenit,de iis teſtimonium dicere, quem proximus pubertati nouit,non impeditur.commune effantur Acet. in l.teſtium.C.de teſtib.Dec.& ad eum Chuchalon in l.fœminæ §.item impuberes.ad finem.ff.de reg.iur.Viui.d.li.j.opin.ccclxix. Iul. Clarus in pract.§.vlti.q.xxiiij.verſi.vidi quandoque.Itẽ fideiuſſor pro reo principali locuples teſtis cenſebitur,cũ principalis reus ſoluendo eſt,& fideiuſſor ipſe excuſſionis.beneficio non renunciauit. commune produnt Iaſ.in l.ſi cui.§.vlt.ff.de leg.lib.j.& vir nobis amiciſſimus ac multis nominibus chariſſimus Ioan.Ronchegallus in l.reos.nu. 53. ff. de duob.reis.Pauper etiam quiuis ob paupertatem à dicendo teſtimonio non arcetur.commune aſſeuerant Iaſ.in authen.præterea C.vnde vir & vxor.Benninceaſ.in tract.de pauper.q.iiij. Tametſi maior omni exceptione non reputetur.cõmune ponit Franc. Viui.d.opin. cccxcj. Quamuis etiam in cauſis criminalibus idoneus teſtis non exiſtimetur.vt commune dicunt Soc.reg.cclxxxix.num.2.& ſeq.Io.de Amicis conſi.lxxviij.nu.9.Iul.Clar.in d.§.vlt.q.xxiiij.verſi.quæro etiam.Frater porrò pro fratre in cauſis ciuilibus teſtimoniũ iure dicet, niſi vel in eadem patris poteſtate vterque adhuc ſit,vel vnus atque alter coniunctim habitent.commune efferunt Conrad.in tract.de decurio. li. j.c. x.§.ij.ver.fratres.nu.45.Thobias in §.ſed neque hæres.nu.1.cum ſequentib.Inſtitut. de teſtamen.vel etiam cauſa ardua ac magni ponderis & momenti ſit,nam in ea indiſtincte atque omnino à teſtimonij dictiõe repelletur cõmune ait Soc.cõ.xvij.ſupradicta cauſa.ver.quoniã iſta.li.j.In criminalibus autẽ nõ aliàs quã ad fratris defenſionẽ teſtimonium illius admittitur.commune proferunt idem Thobias vbi ſupra nu.2.Viui.d.lib.j.opin.cccclxxxiiij.Sed item mulier vel in matrimonij etiam ſeparandi cauſa teſtis locuples habetur.commune ait Did.à Couar.de ſponſal.ij.par.cap.viij.§.vlt.nu.8. ver. non in hac. Et quamuis leuis ſit conditionis ac famæ mulier regulariter in cauſis etiam capitalibus teſtificatur.commune inquit Alex.conſ.xj. circa primum.ver.circa quartum lib.j.Quin & teſtis,qui alioquin idoneus nõ eſt,ſi ex facti natura alij haberi non poterunt,regulariter,ac generaliter admittetur.commune interpretum dogma eſſe literis tradiderũt Dec. conſi.cccxliij.nu.8.Iul.Clar.d.q.vigeſima quarta. ver. ſciendum eſt.habebitur item idoneus teſtis ad innocentiam delinquentis probandam,qui aliàs idoneus non eſt.commune dicit Ant.Gomez,nõ de nihilo contrarium abiens,de delict.c. xij.nu.23.ac Viuius d.lib.j.opi. cclix.Memineris denique hac in materia,quod teſtis idoneus nõ ideò improbabitur,quia de tempore,vel ſuapte ſponte non deponat,vel rogatus recordari ſe de illo neget,ſi tempus de ſubſtantia non ſit. commune inquit Alex.conſilio cxxxlv.viſo proceſſu.ver. nec obſtat lib. 7.Quod tamen non procedet ſi aliunde ſuſpectus is teſtis habeatur,iuxta veram reſolutionem Salicet. in l.teſtium, quæſtione ſeptima C. de teſtibus.

Teſtis,qui in vna depoſitionis re falſus conuincitur,in tota teſtimonij dictione fidẽ amittit.commune aiũt Alex.cõ.clij.li.vij.Dec.cõſ.cv. Alex.rurſus conſi.xliiij.& conſi.xlv.lib.ij.conſi.xxviij.lib.vj. ac Pariſ. conſi.lxxxviij.nu.82.lib.ij.latè,& accuratè Iul. Clar. in pract. §. vlt.q. lij.ver.ſed quæro cum ſequent.

Teſtis

Teſtis per verba,iudicio meo,deponens,fidem non facit,commune dicit Curt. Iun.conſi.clxv.nu. 17.Sed contrarium de iure verius alicubi copioſè oſtendo.Quin & cùm teſtis per verbum,credo : aliud depoſuerit,& aliud poſtea affirmantibus verbis teſtificabitur nulla falſi infamia ipſi inuretur,ſed fides integra quoad dicta poſterius habebitur,commune affirmant Ioan.Crot.de teſtib.nu.343.Tyndar, etiam de teſtib.lib.j.c.v nu.1.Iul Clar.in pract.§.vlt.q.liij. ver. j. vnum etiam.Nec id mirum eſt,quia & alioquin generaliter teſtis de credulitate non probat,commune ponunt.additio Panorm.in c,quoties,de teſtib.latè Viuius lib.j.opin.ccclxxij.vbi nonnullas limitationes diligenter contexit.

Teſtis,qui cum antea teſtimonium dixiſſet,nihil ſe ſcire affirmauit poſtea de rei veritate deponit,nullam fidem facit. cõmune pronunciant Ang,de Vbal.inter conſi.crimin.diuerſ.conſi.lxxij.nu.23. lib.ij. Sed enim ſi in alio iudicio ſuum teſtimonium reuocauerit, non tanta illi fides habetur,vt primæ depoſitioni non ſtetur.commune dicit Alci.de præſumpt.reg.ij.præſump.xxix.& qui latè hanc rem agit Iul. Clar.in pract.§.vlt.quæ.liij.ver.tertius eſt.& ver.prædicta autem omnia cum ſequent,Quod tamen intelliges,niſi prius teſtimonium in iudicio vel nullo,vel inualido dixerit.commune inquiunt Boer. deciſi. cxij.nu.8.Capiſ.deciſ.cxlij.nu,etiam 8.Aymon.Crauet.conſi.vj.nu. 7. Cùm autem teſtis aliud in iudicio deponit quàm quod extra iudiciũ depoſuit,ac ſua ipſius manu ſubſcripſit, vacillare dicitur ,ac meritò torqueri poteſt.commune fantur Alex.conſ.lxiij.lib. j. Franciſc. Turzan.opin,cxxxiiij.latè Iul.Clar,in d.§.vlt,quæ.xxv.ver.ſed pone.Quãuis contrarium perperam receptum dicant Hipp.ſing. ccxxij. Franc, Viuius lib.j.opin.cccxcix.poſt Dec,in c.per tuas, de probat. Non tamen falſi crimine propterea ſe obſtringet. cõmune aſſeuerant Alex, conſ.lxxiiij.nu.8.lib.j.Didac,à Couar.in c.quamuis pactum. numero 5,verſic,ſed etſi quis.ac latiſſimè Iulius Clarus in d. pract. §. falſum. ver.teſtis qui.

Teſtis,qui vel in extremo vitæ crepuſculo falſum teſtimonium in aliquem ſe dixiſſe aſſerit,fidem nullam facit.commune dicit Alciat.de præſumpt.reg.iij.præſumpt.iiij.nu. 7. latiſſimè Franciſ. Viuius libro j.opin,ccclxxxj.

Teſtis varius,vel ſibi contrarius, ſi ad concordiam reduci poterit, reducetur ſanè vt falſi pœnas euitet;non verò vt etiam fidem faciat, commune inquit Alex.conſi.xx.in cauſa appellationis,& lib.iij.conſi, cxc.viſis atteſtantibus.princ.lib,vij.

Teſtes generaliter,ac regulariter,& omni in cauſa maiores omni exceptione eſſe debent,vt commune dicit Curt. Iun.conſi.cxx. nu.5. Et à ſe dictorum non aliter rationem reddere tenentur, quàm ſi rogẽtur.commune profitentur Alciat.in l.j.nu. 50.ff. de no. ope. nunciat. Zaſ.conſi.xix.lib. ij.Lanfranc.de depoſit.teſtium.à nu. 15.Oldendorp. de teſtib.à nu.10.Ant.Gomez,de delict.c.xij.nu. 10.Quod tamen nõ procedet cùm teſtes vel in criminalibus cauſis ad offenſionem probãdam exhibentur,vt commune affirmant Bald.conſi.clxxxij.nu.2. lib. iiij.& qui eum laudat Franciſc. Viui.lib.j. opin.ccclxxj.ac Iulius Clar. in pract.§.vlt.quæſt.liij.ver.vlt.Vel cùm teſtes de iis deponunt , quæ ad ius attinent.commune aiunt Curt. in l.j. nu.29.ff.ſi cert. petat. ac Franciſc.Viuius d.lib.j.opin.ccclxxvij.Vel cum de fama publica teſtimonium dicunt.vt commune aſſeuerant Corn.conſil. ccxxxij. litera D.lib.ij.Viuius vbi ſupra,ac Iul.Clar.in d.§.vlt.q. vj.ver.illud tamen. Vel cùm denique ad probandum alicuius rei valorem producuntur, vt commune doctorum placitum conſtituo ex Lanfranc. in c.quoniã contra.ver.teſtium,nu.156.de probat.Iaſ.in §.ſi quis agens. nu.12.Inſtit.de action.Bertrand.conſi.clvj.nu.7.& conſi. clxiiij.lib.iij.Cremẽſ. nu.315.Ar.Pinel.c.vlt.nu.11.& nu.41.in l.ij. C.de reſcind. vendit. vbi nonnulla contra communes doctorum opiniones circa hanc cauſæ redditionem veriſſimè adiungit.Memineris autem ſemper,quòd ſi teſtes interrogatæ rationis loco ſe præſentes fuiſſe aiunt,ſatis ſu erque probant.commune eloquuntur Alexand. numero10. Iaſon. numero 20.in l.ij.§.voluntatem ff.ſoluto matrimonio Franciſ. Viuius d.lib. j. opin.cccxciij.

Teſtes ſingulares nec conſuetudinem,nec quiduis etiam in genere probant,commune ait Rochus Curt.in c,vlt.de conſuet.iiij. ſect. nu, 69.Ioan.de Amicis conſi.cxxvij.nu.1.poſt Alex.conſi.lxxij.lib.j.& cõſi.x.eod.lib.tametſi contrarium protulerit conſi. lxxv. viſo themate, in fin.lib.ij.adde pro communi Dec.in c.licet cauſam,de teſtib.& cõtra frequenter placitũ adde Corn.conſi.clxxxv.licet in hac.ver.his tamẽ.lib.iij.& qui aliquãmulta circa hoc teſtiũ genus diligenter aggregant Franc.Viui.lib.j.opin.ccclx & opin.ccccij. ac Iul.Clar. in practi. §.vlt.q.li j.ver.dixi etiam cũ ſequentib.& q.lxiij.ver.pen,Quamobrẽ etiam ſi teſtis vnus numerationẽ,alter numerationis confeſſionẽ probet,non efficietur plena probatio.vt cõmune conſtituere auſim ex Feli.nu.10.Dec.nu.11.in c.cum cauſam,de proba.ex Fel. rurſus in c. licet ex quadã.nu.2.de teſt.Iaſ.in relect.nu.260.Caccialup.nu.152. in l.admonendi.ff.de iureiu .Soci.in l.Gallus. §. ille caſus. ff. de lib.& poſth. quamuis ea in re ſe inuoluat Franciſ.Viui.lib.j.opin.ccccxxvij. Si tamen duo teſtes deponant euempiam ab alio mutuũ accepiſſe, & quãtitatẽ ignorent:& duo alij teſtes reum ab actore centũ nummos mutuo petiiſſe iurent,plena de ea ſumma mutuo data reſultabit probatio:vt meritò commune ponit idem Viui.eod.lib.j.opin. ccccix. in fi. Quin & generaliter ſingulares teſtes probabunt, ſi ad eundem finem tendant.commune renuncio ex Soc.conſi.xxvj.nu.6.lib.j.& conſi.ccliij.in prin.lib.ij.Dec.in c.licet cauſam.nu.16,de probat.Ioan. Ceph. qui plures laudat,conſi.cxlj,nu.12.

Teſtes ſe ſe propria manu ſubſcribere in inſtrumentis ac publicis ſcripturis opus non eſt.commune aiunt Barb.in rub.nu.93.de fid.inſtrum.Dec,in c.quoniam contra. numero 18,de probat. Quod tamen limitabis cum Soci. regu. ccccxviij. ac Franciſcus Viuius libro j.opin.cccxl.

Teſtes & ſi regulariter de auditu proprio fidem faciant , ſi voces vel contrahentium,vel delinquentium notas habeant , vt commune inquit Alex.conſi.cxc.viſis atteſtationibus.ad fin.lib.vij.Tamen in teſtamentis ſpecialiter requiritur,vt & teſtatorẽ videant , & ipſummet loquentem audiant.commune pronunciant Corn.conſil. xviij.litera D.lib.ij.Pariſ.conſi.xxxiij.nu.1.lib.ij.& copioſius Iul. Clar.de teſtam. q.lix,ac Franc.Viui.lib.j.opin.ccccvj.Quin generaliter vbi hi teſtes de auditu admittuntur,oportet,vt bonæ famæ,atque ſpectatæ fidei ſint. commune ponit Ioan.Cephal.conſ.lxxxij.nu.45.Et ſemper ac regulariter præſumptionem transferentes,probandi onus in partem aduerſam inducũt.cõmune pono ex Cur.de teſtib.concluſ.xxxj. conſil.lxix. nu.17.lib.j.Dec.nu.18.Curt.Iun.nu,57.in l.j.ff.ſi cert. petat. Dec.rurſus con.ccccccxcv.nu.3.Ruin.con.clxxiij.nu.5.lib.iiij.Ioan.Cephal.cõſi.cxl.nu.29.

Teſtes ſcriptis ad iudicem tranſmiſſis teſtificari nequeunt.commune ait Did.a Couar.lib,ij.reſolut.c.xiij.nu.6.Si tamẽ illa poſtea corã iudice ipſimet perlegant,fidem facient.commune ponit latè Franc.Viui.lib.j.opi,cccxlviij.Quin & per procuratorem ſpecialiter etiam ad id conſtitutum iurare nequunt.commune ait Panor.in c licet ex quadam,de teſtibus.Quamuis, meo quidem iudicio , & verius & melius multi contra ſenſerint,quos refert,& non efficaciter improbat Franci.Viui.lib.j.opin.cccl.vt alibi pro virili oſtendo,

Teſtes duo omni exceptione maiores,inſtrumentum aliis non adiutum teſtibus,euertent,commune aiunt Rui.conſil.xxxvij. in princ. lib.iiij,Viui.latè lib.j.opin.cccxlj.Quin & vnus teſtis eiuſdem inſtrumenti,& eidem inſtrumento neceſſarius idem efficiet. commune effatur Ioan. de Amicis conſilio xliiij. numero quinto Viuius vbi ſupra.

Teſtes,qui ſe tantum pro ſe daturos aſſerunt,non efficax teſtimonium dicunt vt frequentius interpretum placitum recenſet Arius Pinelus meus iuris doctor in l.ij,c.vlti.nume.12.& nume.41. C, de reſcind.vendit.

Teſtes de re noctu patrata teſtificantes,non aliter fidem merebuntur,quàm ſi vel ex voce patratorem agnouiſſe dicant,vel lunam,aut lumen aliquod aliud,illuxiſſe ſubiungant,vel denique delinquentem ſibi admodum fuiſſe propinquum addant. communia ponunt Franciſcus Viuius libro j.opin.cccxlix.Iul.Clar. in pract.§.vlti. quæſtione xxj.ver.ſed quid.

Teſtes,qui de ſuemet præſentia teſtificantur,& intelligentiam includunt.at qui de alterius cuiuſpiam præſentia deponunt , non item. vt frequenter placitum affirmat Iaſ.in l.ij.§.voluntatem.ver.tene cõtrarium.ff.ſoluto matrimonio cui addendus eſt Alex.conſil.ccxij.ponderatis.verſi.vnde dicit,lib.vj.

Teſtes in prima cauſæ inſtantia nõ improbati,in appellationis cauſa improbari nequeunt.commune pono ex Andr.de Iſer, in conſtit. Iuriſp.nu.6.Gui.Pap,dec,50.ex iis,quos laudat Matth.de Afflict. deciſio.cclxvj.Marant.de iudic.in vj.part,in xiij.actu,de teſtium repulſa. numero 13.licet contrarium , cum nonnullis, non admodum diligenter commune autumet Franciſcus.Viuius libro primo opinion. ccclxvij.in fin.

Teſtes verbis alternatiuis,vel circa,plus,minus,& ſimilibus vtentes,fidẽ non faciũt.commune inquiũt rectè limitantes Iaſo.in l. & ſi poſt tres.nu.7.& nu. 10.ff.ſi quis caut.Bald,Nouell.in vlt.part. repet.l. Celſus.nu.14 ff.de vſucap.Carol.Ruin.conſi.xxxvj. nu. 6. & videndus Pinel.in l.ij.c.vlt.nu.9.C.de reſcind.vendit.

Teſtes de maiori ſumma teſtati de minori haud probant: nec enim quò ad illos minor ſumma maiori ſubeſt,cõmune affirmat Alciat.nu. 40.cum ſeq.Carol.Ruin.nu.3.& nu.6.in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verbo. oblig.Franc.Marc.dec.ccccclxxxv.nu.50.& ſeq.quamuis ſe ſe ea in re non inculpatè inuoluat Franciſc.Viuius,vir alioquin diligentiæ laude digniſſimus,lib.j.opin.ccccij.in finem.& quamuis etiam non immerito contradicant Alex. conſilio lxiiij.lib.ij Matth.de Afflict.dec. ccxl.nu.5.ac Sali.Cremen.circa finem.Arius Pinelus c.vlt,nu.10. in l. ij.C.de reſcind.vendit.

Teſtes,qui die feſto,vel iuridico,vt noſtri loquũtur,iurarunt,quin poſtea nefaſto, vel feriato die teſtimonium poſſint dicere nihil vetat. commune ait latè Franciſcus Viuius libro ij. opinio.300. extra articulos teſtati tùm demum quidquam proderunt, cùm & ſuper tota

Teſtes extra articulos teſtati tum demum quidpiam proderunt, cũ & ſuper tota cauſa iuſiurandũ ſuſceperint,vt fieri increbuit,& quod ad cauſam ſpectet depoſuerint.commune ponit latè Franciſcus Viui. cuius viri laudibus diligenter fauemus,lib.j.opin.ccclj.

Teſtes non ritè examinati iterum poſt promulgata illorum teſtimonia examinari poſſunt.commune profe unt Alexand. in l.qui per ſalutem nume.2.ff.de iureiur Hipp.in l.j.§.ſi quis vltro num.36.ff.de quæſtio.Iaffredus deciſ.ccclxxxiiij.

Teſtes idonei non ſunt coloni pro dominis,vt commune ait Lanfranc.in cap.quoniam contra.in ver.teſtes nu.64.de proba. Quamuis contrarium ſcribat receptum Fran.Viuius li.j.opi.ccclxxxvij.quod magis probandum alibi diligenter oſtendo, ſi vel colonorum honeſtas id ſuaſerit, vel alio locupletiore teſte iuuentur.Teſtes item idonei non ſunt, qui ſibi mutuũ contradicunt. vt frequenter placitum affirmant Alex.conſil.xx.lib.iij.Gramm.in conſ.crim.xxvj.nu.20.& ſeq.Viuius d.lib.j.opin.cccxciij.in fine.Sed & teſtes qui in vno ſibi reluctantur. in reliquis ſuſpecti habentur.commune ponit Ioan.Cephal.conſil. lxvj. num.52.Rurſus locupletes,atque aſſidui teſtes non exiſtimantur parentes pro liberis,vt commune ponit ac diligenter declarat Franc. Viuius lib.j.opin.cccliij.& lib.ij.opin.cclxxxij.Nec item vxor pro marito fidem faciet.quemadmodum tradit idem Viuius d.li.j. opin.cccliiij.& ante eum commune aſſeuerat Soc.conſ.xvij.ſupradicta cauſa. ver.quantum verò.lib.j.Nec venditor pro emptore,nec donator pro eo,cui donauit,etiamſi de euictione non teneatur.commune proferunt Lanfr.in d.ver.teſtes.nu.66.Io.de Amict.conſ.cxlvj.nu.16.& ſeq Nec aduocati,nec procuratores, nec qui affectionẽ aliquam ad cauſam habere credentur.commune ponit vir egregius Ceph.conſ.lxv. nu.22.Nec is,pro ceſſionario,vt doctores fantur,qui iure ceſſit,commune inquit latè Viui.eod.lib.j. opin. cccclvj. qui materiam hanc, cum capitibus ſequentibus accuratè proſequitur.Nec rurſus proxenetæ,vel affines pro affinibus.vel mulieres in teſtamentis,vel meretrices in cauſis criminalibus vel pauperes leues. vt late obſeruauimus ſuperius ver.Proxeneta,& ver.Affines,& ver.mulieres, & verſi. Meretrice,& ver.Pauperes.Nec item ſecundo, quibus facti infamia inuſta eſt. in cauſis arduis,& præiudicij magni,tametſi in ciuilibus idonei teſtes habebuntur.commune pono ex Bal.in l. optimam.C. de contrah.& commit.ſtip.Flor.& Fel.in c.teſtimonium de teſti.Alc. conſ.clij.viſo proceſſu lib.v.Hip.ſing.cix.ac Dec.in c.licet cauſam.de teſti.Alias autem regulariter ſecus eſt.vt commune prodit Cor.conſ. lv.videtur.li.iiij.& vide quæ ſupra ſcripſi ver.Infamis. Domeſtici autem teſtes quamuis generaliter non probent,tamen quoad furtum vel aliud delictum in agentis domo patratum,& quoad quantitatẽ & æſtimationẽ rerum furto ablatarum,ac denique quoad alia domi geſta probabunt,vt communia aſſeuerat Viui.lib.j. opin.ccclix, cui adde Soc.conſ.xvij.ſupra dicta cauſa.ver.verum prædictis lib.j. Domeſtici verò dicuntur omnes omnino qui in eadem domo habitant.commune affirmat Melchior.de Facinis conſ.lxxxij. nu.12. inter conſ.crim.lib.j.Item rurſus teſtes idonei non ſunt,qui in parte aliqua dicti à ſe teſtimonij,falſum admiſerunt.commune enunciant Soc.conſ.clv.l.ij.Fran.Viuius d.li.j.opin.ccccxvij.Quod tamen non procedet ſi vel ea teſtimonij pars , in qua falſo ſeſe teſtes obſtrinxerunt diuerſa ac ſeparata à cæteris ſit,vt cõmune inſit Boer.deciſ.ccliij.nu.6.vel ad negocium principale non multum attineat cõe. ponit Viuius eod.li.j.opi.cccclxviij.Quod idem in teſtibus ſibi contrariis obſeruandum erit quemadmodum frequens dogma aſſerunt Alc.de præſumpt.reg.ij.præſumpt.xxix. Viuius d.lib.j.opi.ccccxxj.Itẽ appoſiti teſtes ſeu idonei non habentur executores alicuius negocij ſi vtriuſque partis conſenſus illorum teſtimonium non approbauerit.commune inquit Alex.conſ.clxvij.quoniam rei.in princip. lib.vij. Sed & idonei teſtes non habentur in cauſis vniuerſitatis, collegij,& ſimilis alicuius cõgregationis,qui in eadem cenſentur,ſi priuatim ex victoria reportata commmodum aliquod percipiant,ſecus verò ſi tantum communiter aliqua inde ad illos vtilitas redundabit, commune affirmant latè de materia agentes Did. à Couarru.in pract.q.c. viij.Ioan.de Amicis conſ.viij.nu.30.Franciſc.Viuius lib.j.opin.ccclij, & lib.ij.opin.ccxciij.Laici autem quamuis contra clericos , & clerici vice verſa contra laicos in criminalibus cauſis teſtes idonei non ducantur,tamen vbi veritas eluceſcere aliter non poſſit,ducentur.communia ponunt Fran.Viuius d.lib.j.opin.cccxcij & qui accuratius explicat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xxiiij.ver.ſed quid ſi clericus. Quin & præterea criminis eiuſdem ſocij ac participes vſque adeo non idonei teſtes cenſentur,vt nec ad informandã inquiſitionẽ ſufficiant.cõe ſcribũt Dec.conſ.clxxxix.lætatus ſum nu.9.Gram.cõſ.crim.xxxvij.nu. 14.& conſ.xxxviij.nu.20.Sicubi verò ob alterius probationis inopiã admittetur,nec ad torquẽdũ tamen abſque aliis indiciis ſatis erũt cõe efferunt,plura de materia congerentes,Boer.deciſ.cccxix.num.3. ſequẽt Aymõ.Crauet.conſ.ix.nu.6.Soc.reg.ccccxxviij.Franciſ.Viuius d.lib.j.opin.ccclxj.Iulius Clar.in d.§.vlt.q.xxj.ver.dictũ ſocij.cum ſeq.

Teſtes duplicem defectum habentes,in cauſis etiam priuilegiatis omnino reiiciuntur. commune renuncio ex Soc.conſ.cxviij. libr.j. Dec.conſ.cxxxiij. & Io.Ceph. qui plures laudat & id etiã proceſſurum intelligit cũ veritas aliter nequit eluceſcere conſ.lxv.nu.27.& ſequẽti.

Teſtes alioquin inhabiles,ſi in eadem cauſa ab alterutro reorũ probati erunt amplius improbari non poterunt,& ſi abſque dubio in alia cauſa improbari queant.commune inquiunt Alex.conſil.cxcj.viſis nouis lib.vij.Aufrer.de reprobat teſtium in ver.prodigo.nu.82.Boer. deciſ.ccxlv.nu.6.Franciſ.Viuius lib.j.opin.ccccxvj. & vide quæ ſuperius obſeruo ver.Teſtes in prima cauſæ inſtantia. Quin & generaliter id genus teſtes ad innocentiam probandam ac defenſionem admittentur. commune aio ex Alexand.conſ.v.num.8.lib.j.& conſ.xxiiij.nu.39 & conſ.ccxij.ad fin.lib.ij.Iaſon.in l.vt vim. ff.de iuſt.& iur.& in l.ſed & ſi quis limit.iij.ff.ſi quis caut.Hipp.ſing.lix.& ccccviij. & qui multos diligenter laudat Ioan.Cephal.conſil.clx.nu.8.cum ſequentib.Alioquin autem & alias generaliter iudex ipſe ex ſuomet officio teſtes hos inhabiles parte etiam non petente repellet.commune ait Corſet. in cap.ſi teſtes verſi.teſtis ad fin.de teſtib.

Teſtes duo,vel ad ſummum Pontificem atque Imperatorem criminis conuincendum,ſufficient.commune ponunt Beroius in capi. at ſi clerici.nu.8.de iudic.Frãc.Viuius lib.j.opin.ccccxij.& li.ij.opi.ccxij & qui immeritò dubitat Iul.Clar.in pract.§.vlt.quæſt.lxvj.ver.ſed quæ

Teſtes ſi aliter nolint,ad teſtimonium dicendum indicta multa cogentur commune ait Lanfranc.in c.quoniam contra.in ver.teſtes nu. 31.de probat.& qui id recte atque accurate explicat Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſt.xxiiij.ver.ſucceſsiue & ver.ſequenti.

Teſtes ſi ſe in teſtimonio dicendo erraſſe profiteantur, ac ſuum errorem liquidò probarint. & prius teſtimonium impune reuocabunt.& deinde recte ac validè teſtabuntur.commune ait Boer.deci. lxxxix.n.4. Alioquin ſi errorem non probauerint,& periurij tenebuntur, & perhibitum ſemel teſtimonium non conuellent, nec de ſuo gradu dimouebunt. commune affirmant Cor.conſ.xxvij. lib. iij.Dec. conſ.clxxv.nu.7.& conſ.clxxxix.nu. 10. Quin ſi ſe ſubornatos & corruptos fuiſſe teſtes dicent,& precib.aliquorum acquieſcentes falſum depoſuiſſe aſſeuerabunt nullam fidem nanciſcentur. commune pronunciant Dec.d.conſ.clxxxix.nu.8.Ægid.Boſsius in prac.ti.de inquiſi. num.42.Quamuis id ſolum ſufficiat, vt, & ipſi torqueãtur,at ſi idem affirmauerint,ad inquiſitionem procedi poſſit. commune ponit Iul. Clarus in pract.§.falſum ver.ſubornas autem.

Teſtes, qui ea vera eſſe deponunt , quæ vel actis vel inquiſitione continentur: vel verum eſſe aſſerũt, quod quiſpiam alius teſtis prius depoſuit,nullius ponderis ac momenti in criminalibus cauſis erunt. commune ponit late Franciſcus Viuius.lib.primo opin.ccclxv.

Teſtes ſi ſe incontinenti corrigant: quod ſecundo loco pro teſtimonio dicunt, valet ac firmum eſt:& illis inde nec crimen,nec pœna gignitur. communia affirmat & illud incontinenti appoſite declarat Franc.Viui.lib.j.opin.cccc.

Teſtes in criminalibus cauſis torqueri debent & qui infames iuris infamia ſunt & qui criminis participes & qui in deponendo, varij.& qui viles perſonæ ſunt,& qui cum delicto interfuerint , neminem vidiſſe aut agnouiſſe dicunt communia late ponit, & accuratè explicat Iulius Clarus in pract. §.vlt.queſt.xxv.

Teſtes etſi poſt publicationem,vt doctoribus fandi mos eſt,produci non poſsint,poterunt tamen ſuper articulis nouis,qui à veteribus dependeant,exhiberi. commune inquunt Marant. de iudic. ſexta par.ij.partis princip.ſuper vj.actu nume.22.& qui late hac de re agit, complures alias exceptiones memoriæ prodit Franciſcus Viuius lib. primo opin, ccclxxv. quibus adde quæ in eandem rem ſcribit Iulius Clarus in pract.§.vltim queſt.lxj. verſi.ſed quæro,& ver.quæro.Item adde ac memoriæ commenda, quod licet teſtes poſt omnes terminos ſeu dilationes partibus præfixas generaliter ac regulariter à proceſſu reiiciantur: tamen ſi vel intra præfixum terminum iam elapſum, iurauerint & ſe poſtea iuſta cauſa fuiſſe impeditos ad deponendum quoque intra illummet terminum iurabunt , admittentur. commune aiũt Boer.deciſ.cxciiij.numer.19.Curt.de teſtib.in conclu.xxxiij.Petr.de Beninten.deciſ.xj. Vel ſi pars ipſa iurabit de nouo illos teſtes agnouiſſe,non reiicientur. cõmune pronunciant Conrad. in tract.de decurion.lib.j.c.ix.nu.47.Franc.Viu.d.lib.j.opin. ccclxxvj. vbi compluſcula alia in propoſito non contemnenda ſubiungit.

Teſtes,qui aliquid ad ſeſe exonerandos teſtificantur,nullam fidem faciunt.commune ait late Fran.Viuius lib.j.opin.ccclxxvj. poſt Ruin. conſili.cv.numer.2.lib.iiij.

Teſtes in principali cauſa & producti & promulgati,ſeu vt doctores fantur publicati quin ſuper eiſdẽ, vel aliis articulis in appellationis cauſa produci poſsint,nihil impedit.vt iure Cæſareo frquẽter placitum in Imperij ditionib.ſeruãdũ ac praxi frequens affirmant Martin.Granat in tract.de improbat.Bart.opinion. & Lanfranc.in c.quoniam contra in ver.teſtes numer.39.in fin de probat.

Teſtes in re dubia rogati fuiſſe nõ preſumuntur. cõmune inquiunt Corn.conſ.clxxv.lib.iij Soc. reg.ccccxxj.Carol.Ruin conſi. cliiij. nu. 2.lib.iij.ac ſi eos generaliter aduerſarius improbet,ac poſtea illis vti velit,non prohibetur.commune affirmat Boer.deciſ.ccxlv. nu.6.

Vbi autem teſtes rogatos eſſe opportet,ſufficiet vel ab ipſa parte,vel à notario rogatos illos eſſe : vt frequentius placere cenſet Iaſ.in l.hac conſultiſſima ver. & debent teſtes.C.de teſtament.

Teſtes ante litis conteſtationem produci nequeunt.commune ait Lanfranc.in c.quoniam contra,in ver.teſtes.nu.33.& ſeq. de probat. & qui latè limitat Soc.reg.ccxlij Cui adde,ac diligẽter obſerua,quod teſtes ad perpetuam rei memoriam is interrogari iure poſcet,qui in litem vocari timet.etſi prædicti teſtes nec alio profecturi videantur, nec ita ſenes ſint,vt mors illis impendere iudicetur. cõmune inquit Ant.Gomez.de delict.c.j.num.19.& num.21.At actor non aliter, nec aliis eos interrogari iure impetrabit,quàm ſi vel animam,vt alter ait, in labiis gerant,vel alias in oras abituri probentur, quamuis etiam ipſe aliter ad agendum impediatur.commune pronunciat Alex.de Neuo conſ.xliiij.numer.5.& ſequ.& ſi cap.v.deciſ.cxxiij.nu. 6.& ſeq. verius ac receptius autument ſemper & generaliter actorem,cùm agẽte impeditur hanc teſtium interrogationem poſſe obtinere. Quod non probo,nec profecto doctorũ traditionibus conſentaneum eſt.quemadmodum facilè conſtat ex Anton.Gomez. & Alexand. de Neuo. vbi ſupra.ex Corn.conſ.clxxij.lib.ij.Iacobin.in l.cum ij. §. tranſactionis.ff.de tranſact.Afflict.in conſti.Neapo.lib.ij.rub.xxxiiij. Rebuf. tertio tom.Capel.Toloſ.quæſt.cccclxxv.in praxi.Ex quibus præterea colliges ſemper partis aduerſæ citationem ad iuramenta illorum inſpicienda exigi,niſi vel eius potentia timeatur,vel alia iuſta cauſa ſubſit. quod etiam affirmarunt Ang.in §.vlt.in auth.de teſtib. Lanfranc. de depoſit.teſtium,numer.46.ver.circa prædicta quæro.lib.v.Marian.Socin.in rub.de dilat.& qui eũ laudat Franciſ.Viuius lib.ij.opin. cccvij. in finem,In cauſis tamen criminalibus nunquam id genus teſtes abſente parte produci poterunt.commune pronunciat meus iuris doctor Anton.Gomez.in l.lxxvj.Tauri,numer.6.

Teſtes,qui ſubornat vel corrumpit,non idcirco cauſa excidit.commune inquiunt Dec.in c.cum venerabilis,nu.21.de excep.Boer.deciſ ccxcj.nu.2.Franciſc.Turzan.opin.lxxxj.Si tamen vel vnum teſtem corruperit,vel falſum produxerit, eius ſtatuti pœnas luet,quod falſos teſtes producentem punit.commune effantur Iaſ.in l. Gallus.§. quod ſi is.lect.ij.nu.2.ff.de liberis & poſthumis.Iulius Clarus in practica§. falſum.verſic.producens falſos.in finem.

Teſtes ex eo ſolo falſi conuincuntur,quòd pro dicendo teſtimonio pecuniam accepiſſe probantur.commune ſcribit Io.Ana.in c.j.nu.15. de falſ.magis commune profitetur Did.à Coua.in c.quamuis pactum de pact.Non tamen conſequenter quoad illum,qui pecuniam largitus eſt falſi crimen probabitur.commmune aſſerunt Dec.& qui eum laudat Ægidius Boſ.in pract.tit.de falſ.nu.168.Iul.Clar.in pract.§.falſum ver.ſed quid è cõuerſo.Franciſ.Viuius lib.j.opin.ccccxx.Luent autem falſi teſtes tum omnes falſi pœnas,tum damnum etiam omne,quod reo,contra quem producti ſunt,inde emerſit,reſarcient,quamuis ad illud in conſcientiæ foro non teneantur. commune ponunt Corſe. in ſuis ſing.ver.teſtis.ver.ſi aliquis.& qui id commemorabile autumant Iul.Clar.in d.§.falſum ver.pœna autem.in fin.Fran.Viuius d.lib.j.opi. ccccxix.Mihi tamen vtroque in foro æquè ad illud teneri verius ac ſanctius videtur.ſed ea de re copioſè alibi.Non verò quidquam falſos teſtes ab huiuſmodi pœnis ſubleuabit,quod abſque iureiurando teſtimonium dixerint,ſed perinde omnes falſi pœnas dabunt,ac ſi iurati illud perhibuiſſent.commune teſtificantur Alexand.in l.edi. §.cũ autem.numer.6.ff.de eden.Curt.Sen.in tract.de teſtib.concluſ.xv.nu 34.Si tamen non circa ipſam facti formam ac ſubſtantiam, ſed circa res extrinſecas falſum teſtes admiſerint,nec falſi pœnas luent,nec in aliis teſtimonij partibus fidem amittent,commune pronunciant Alexan.conſilio lxxxviij.nume.19.lib.quinto,ac Iulius Clarus,& in dict. §.falſum verſ.ſed quid ſi teſtis.& lati⁹ in §.vlt.quæſt.liij.verſ.ſcias tamẽ

Teſtes,qui falſi cõuicti ſunt,ſi vel falſum illorum teſtimonium, vel falſa ſubſcriptio nemini damnum præiudicium ve inferat ordinarias falſi pœnas non dabunt:ſed tantũ extra ordinem ſtellionatus ſupplicio obnoxij fiet.commune ponunt Cotta in memorabil.ver.mendax.Turzan.opin.lxxx.Franciſ.Viuius.& qui eum cum aliis compluribus laudat Iulius Clarus in pract.§.falſum.verſi.item excuſatur.

Teſtium verba ambigua contra producentem exaudiri interpretarique debent.commune pronunciat vir eruditione ac doctrina cũ primis præditus Ioannes Ronchegallus Gioldus in l.ij.numero.48. ff.de duob.reis.

Teſtium examinatio in ciuilibus cauſis nec à notario ſine iudice, aut iudicis commiſſione fieri poteſt,nec aliter ipſi comimtti notario à iudice,quàm cum cauſa,vt frequenter placitum aiunt Hipp.in l. de minore.§.plurium quoque.numero 16.ff.de quæſt. Felin.in cap. cum cauſam,numer.29.& ſeq.de teſtibus, Ioan.Ceph.conſ.100,numer.24 & 25.Franc.Viuius lib.j.opi.ccclxij.In criminalibus verò iudiciis nec alteri eiuſdem,vel alterius ditionis iudici committi teſtium examinatio poteſt.vt cõm.ponunt & accuratè declarant.Franciſc.Viuius d.lib. j.opin.ccclxiij.Iulius Clar.in pract.§.vlt.quæ xxvj.ver.ſed quæro. Nec item in matrimonij atque aliis arduis cauſis teſtium examinatio cõmitti poteſt.vt aſſerunt commune Abb.in cap.ſi teſtium.de teſtib.Nicol.Ant.Grauat.ad veſtrium lib.vj.cap.vlt.num.11.Intellige autem ac perpetuò memineris,quòd etiam his in caſibus,in quibus examinatio committi,ac demandari alteri poteſt,nullam fidem de illius commiſſione idem met notarius vel ſuo teſtimonio,vel ſuo inſtrumento faciet.commune affirmant Boer.deciſ.cclviij.nu.4.Curtius Iunior cõſilio clxvj.nu.iij.Matth.de Afflict.deciſ.cccxvij.Nico.Anton.Grauatius ad Veſtrium,qui plures laudat libro ſexto,cap.ſecun.nu. 48.& Franciſcus Viuius cum aliis d.lib.j.opi.ccclxxiiij.Intellige deinde,ac memoriæ diligenter inſcribe,quod teſtium examinatio in longinquis locis committi,demandariuè non debet,ſi id peti per calumniam, vt litis finis in longius tempus protrahatur,probabiliter conſtet.commune pono ex Bald.in l.iudices.C.de fid.inſtrum.Rom.conſil.cclxxiiij.nu.3 Innocent & Archid.quos laudat Franciſc.Paul.in tract.de offic. & poteſt.capit.ſede vacante.quæſt.x.part.j.num.9.& 10.Hipp.in pract.§.opportunè.numer.80.atque ex Io.Ronchegallo viro doctiſſimo,& mihi amiciſſimo.& Marchio ab Anguillis,quibus conſulentibus ſubſcribit Soc.Nep.conſ.xxxiiij.dum petitur fieri nu.8.& nu.9. lib.j.

Teſtium examinatio ſic facta,vt vnius teſtis teſtimonium ſigillatim atque extensè conſcriptum ſit,& reliquos teſtes eadem prorſus atteſtatos notarius aſſerat,quin valeat,nihil omnino impedit.commune inquiunt Iaſ.in l.ſed etſi me putem.nu.1.ff.de cõdict.indeb. &,qui contrarium in regno ſtatutum ait Viuius lib.j. opin.cccxcviij.

Teſtium depoſitiones nec aliter generaliter valebunt, quàm ſi iureiurando muniantur,vt commune inquiunt Maranr.de iudic.parte. ij.ſuper vj.actu.Franciſc.Viuius lib.j opin.ccccvij.Nec aliter vel in ciuilibus,vel in criminalibus fiſci etiam cauſis robur aliquod adipiſcentur,quam ſi pars aduerſa ad inſpicienda illorum iuramenta citetur.cõmune ponunt multifariam excipientes Franciſc.Viuius d lib.j. opin. ccclxxviij.Iul.Clar.in pract.§.vlt.quæſt.xj.verſi.itẽ quæro.& qui multipliciter ampliat,ac nec iudicium illis fieri receptum tradit poſt. Decium,& alios,vir mihi chariſsimus Nicolaus Antonius Grauatius ad Veſtrium lib.vj.cap.ij.numer.28.& nu.29.Probabunt autem teſtium depoſitiones etiam non promulgatæ,& apud alium iudicem,ac præſertim ſubrogatum.vt frequens placitum inquit Dec.in cap. cauſam quæ num.9.de teſtib.

Teſtibus remitti ac relaxari,vt doctores fantur,iuſiurandum expreſſim poteſt,etſi tacitè nequeat. commune inquiunt rectè explicantes Feli.in cap.tuis quæſtionibus numer. 6.de teſtib.Nicol. Ant.Grauat. ad Veſtrium lib.v.cap.ij,num.42.

Teſtibus facta probatio longè potior atque antiquior eſt.quàm inſtrumentaria probatio.commune ponit Fran ciſc.Viuius lib.j. opini. cccxlvij.qua de re nos alicubi copioſè.

Teſtibus opponi exceptio ante teſtimoniorum promulgationem debet.commune affirmant Carol.Ruin.conſ.xxxiij.lib.iiij.Franciſ.Viuius lib.j.opin.ccclxvij.Vel etiam antequam illi deponant opponi,ac de ea ſtatim tractari poterit. commune inquiunt Pet. de Benintend. deciſ.vij.Viuius vbi ſupra.Si autem criminalis aliqua exceptio opponatur quod nempe infames ſint,vel periuri, vel alia id genus, in ſpecie opus erit ſigillatim crimina cum loci, & temporis ſubiunctione opponantur vt frequenter placitum renunciant Follerius in pract.cri ver.ſi confitebuntur.num.6.& ſeq.Boer.deciſ.cccxxj. Grammat.deciſ. xj.nu.12.& deciſ.xxxiiij.nume.49.Nec teſtibus idcirco iniuriarum actio competet,ſi crimina probabuntur alioquin cõmpetet.commune proferunt Boer.conſil.iiij.num.21.& ſeq.Iaffredus deciſ.cccxv.Iulius Clar.in pract.§.vltim.quæſt.liiij.ver.caueant tamen.

Teſtibus affirmantibus maior fides habetur,quàm teſtibus negantibus. commune aſſerit,ac diligenter ac rectè explicat meus doctor Arius Pinel.in l.ij.cap.vlt.num.14.C.de reſcin. vend.cui adde Dec.in l.in omnibus cauſis pro facto.num.9.ff.de reg.iur.Quamobrem licet teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus fides non ad hibeatur vt commune inquit Boer.deciſ.xxxv.num.63.& ſeq. tamen in re dubia magis illis credetur,quam contrarium aſſerentibus.commune ponit Franciſc.Viuius lib.j.opin.ccclxxxiij.in fin.

Tortura vide ſupra ver.Quæſtio,& memineris quòd illa denuo infligi nemini poteſt,niſi noua indicia concurrerint. commune aiunt Alex.conſ.v.in cauſa inquiſitiõnis lib.j.& Bolognin.ad illum Carrer in pract.crimi.in prin.num.189.& qui id prorſus iudicis arbitrio terminari receptum ſubiungunt Boer.deciſ.lxiij.numero 10. Cataldus de ſynd.quæſt.ccxxxj.Iulius Clar.in pract.§.vltimo quæſt.lxiiij.ver.vl. memineris deinde quod omnes illi regulariter torqueri poſſunt,qui expreſsim prohibiti non reperiuntur.commune aiunt,ac latè & diligenter multifariam declarationibus illuſtrant,Ant.gomez. de delict cap.xiij.num.3.Iulius Clar.d.quæſt.lxiiij.verſi.vbi ſubſint.cum ſeq.Memineris tertio,quòd ſi reus tormentis ſubiectus neget,& indicia purgaſſe dicetur,& abſoluendus erit. cõmune pronunciant Ant. Gomez. d.c.xiiij.numero 18.Iulius Clarus accurate declarans. d.q. lxiiij.ver. illata reo.Memineris quarto,quod legitimis probationib. conuictus torqueri non debet commune dicit Hipp.in l.j.nume.7. ff.de quæſti. Memineris vltimo,quod iudici iniq; torquẽti pœna capitis ſancta eſt.

commune

commune ponit Hipp.in pra ct.ſ.expedit ra.nu.87. Totius libello poſtulati non debitor, nequit ſimpliciter negare ſe debere, cum quantitas debetur, ac petitur : ſecus ſi qualitas debeatur, atque ideo contra faciens periurio obligabitur, vbi iuſiurandum interuenerit. communia ſcribunt Aretin. Alex. & alii in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de ver.oblig. Capel. Toloſ.deciſ.ccviij.Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.verſic.eſt & in factum.nu.6.C.de non nu.pecu.& qui duas hac in re communes opiniones è regione ſibi aduerſas accuratè refert Did.à Couar. lib.j. variarum reſolut.cap.ij.nu.5.

Tradere rem qui tenetur, rem præciſè tradere compelletur, ſi facultas adſit.commune inquit Alex. conſ.lxix. ſuper eo.lib.iiij.& vide ſupra.verſi.Venditor.

Tranſactio ab iis regulariter fieri nequit, quibus alienandi copia ac facultas non eſt.commune renuncio ex Iaſ.in l vlt.nu.122. q.x.C. de iur.emphyt.& ex ampla allegatione Tiraq.de retra ct.lign.§.1.gloſ. xiiij.à nu.60.& de iure mari.gl.v.nu.205.q.xx.Et tum tranſactio, tum compromiſſum paris omnino iuris ſunt.commune dicunt Alci.in l. cum te.nu.4.C.de tranſact. Arius Pinel.in l.j.part.iij.nume.44.in fin. C.de bon.matern.

Tranſactio de criminibus ante accuſationem inita & ob generalem vſum procedet, & accuſationē alterius in gradu remotioris impediet, ſi verò poſt accuſationem pertexatur nullius ponderis ac momenti erit.communia ponit Iulius Clarus totam hanc tranſactionis ſuper criminibus materiam accuratè explicans in pract.§.vltimo q. lviij.per totam.

Tranſactio & ſi ob dolum ſeu calumniam ab actoris parte interuenientem vitietur, tamen ſi dolus à reo dicatur interpoſitus, haud vitiabitur.commune ait Paul.Caſtr.in l ij.C.de tranſact.

Tranſactio non ſatis indicij præſefert, vt tormenta in iis criminibus incutiantur, quæ vel capite plectuntur, vel tranſactionem iure admittunt, alloquin ſecus. vt frequenter placitum renunciat Marc.Ant. de indiciis, nu.306.

Tranſactio de re liquidò conſtanti ſi iureiurando ſtabiliatur, in pacti vim valet.commune profitetur Alcia.in c.cum contingat.nu.148. de iureiur. Sed & tranſactio de alimentis teſtamento debitis ſi iureiurando muniatur, valebit. commune inquiunt Alc.vbi ſupra.nume. 192.Gigas de penſ.q.xlv.

Tranſactio obnoxia non eſt diſpoſitioni l.ij.C.de reſci.vend.commune pronunciant Aretin.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.obl.Alex. conſ.xlij.ſuper præmiſſo lib.j.Pariſ.conſ.xcvj.nume.60.lib.j. Cotta in memorab.ver.venditor. Quamuis contrarium magis commune aſſerant Soci.Sen.conſi.lxxxv.nu.3.lib.j.Soc.Nep.conſ.xcviij.nu.17.lib. ij.Cagnol.in l.j.nu.29.C.de pact.Pro cuius controuerſiæ diremptione adeundus omnino eſt Arius Pinel.magnus legum interpres, ad illam eandem l.ij.part.j.c.iiij.à nu.12.

Tranſmiſſio ex iure deliberandi modò locum habet cum hæres tranſmiſſurus ſe ſciuiſſe hæredem inſtitutum probatur. commune inquit Ant.Gomez.de teſta.c.x.nu.53. Nullus autē cuiuſ, & ex quocunque capite tranſmiſſioni locus eſt in hæreditate, vel legatis, ac fideicommiſſis, vel quibuſcunque ſubſtitutionibus; quæ à conditione pendent. communia pronunciat idem Antonius Gomez. eodem cap.numerò 49.

Tranſmiſſio ſuitatis iure, & in quoſcūque extraneos hæredes abſque dubio procedit.commune inquiunt Roman.conſi.lviij.viſis narratis.ac Dec.conſi.ccl.antiqua & ſatis nota.& conſi.cccxxxj.pro reſolutione.& ante eos Corne.conſi.viij.ſemper dubitaui. lib.iij.Alexan. conſi.xx.viſo in prin.lib.j.Soc.conſi.viij.poſt redditum lib.iiij.

Trebellianica quarta nō minus quàm falcidia à teſtatore prohiberi poteſt.commune aiunt Iaſ.conſi. lxxxiiij.lib.j.& conſi.xlvj. libro ij. Bellon in §.ſed quid.nu.6.Inſtit.de fideicommiſ.hæred.Ant.Gomez. de teſtam.cap.xj.num.15.latiſſimè Iulius Clarus de teſtam.q.lxj.ver. tu ſcis, & ver.ſeq.ac Franc. Viuius lib.j.opin. cxlij.quorum opinio etiam tunc verior atque æquior eſt, cùm filius hæres inſtituitur. qua in ſpecie illam frequenter placitum teſtantur Alex.conſ.xxix.libro v. Corn.conſi.xxij.lib.ij. Alcia.in l.cum proponas.C.de pact.Rub.conſ. ij numero 24.& conſilio xliiij.num.2.copioſè Iulius Clarus d.quæſt. verſic.difficultas eſt.cum ſeq.Franciſc.Viuius d.opin.cxlij. poſt prin. qui multos contrarium receptum ac magis receptum aſſerentes referunt. Sed quidquid illi deblaterēt, quòd ſupra poſuimus verius, iuſtius, atque vtilius eſt.

Trebellianicam quartam, nedum ſuam ipſorum legitimam filij detrahent, quibus iniunctum eſt, vt ſi ſine liberis deceſſerint, hæreditatem alteri reſtituāt.commune fantur Alex.conſ.cxxxix. elegāter. lib.j.Franciſc.Turzan.opin.cxlij. Quin & cum non purè, ſed diuerſis temporibus hæreditatem reſtituere iubentur, tum legitimā ipſorum portionem, tum trebellianicam Pontificio iure vbique obſeruando, vnà detrahent. commune affirmant Matth. de Afflict. deciſ.ccclxvij. nu.4.Berous in capitulo in præſentia numero 437. cum ſeq.de probat. Franciſc. Viuius lib.j.opin.cxlij.& opin.cciiij. Nunquam autem Trebellianica hæc quarta filiis hæreditatem paternam reſtituturis competens, ex fructibus interim perceptis imminuetur. commune aiunt Pariſ.conſil.cxxvi.nu.35.lib.j.Picus in l.in quartam nu.10.ff. ad leg.Falcidiam Franciſcus Viuius dicto lib.j.opin.cxxxiij.

Trebellianicam quartam prohibuiſſe teſtator videtur, qui vel plenam hæreditatem, vel quidquid hæredem perueniſſet, vel omnia bona reſtituere mandauit. commune dicunt Alex.conſilio quinto, libro tertio. Ioan.Diſect.de art.teſtan.titulo quinto cautela trigeſimaprima. xxvj.& qui de materia latiſſimè agunt Iulius Clar.de teſtament. q.lj. ver. ſed quid ſi hoc, cum ſequentib.Franciſ.Viuius. lib.j.opin.cxliij. ad finem. Non tamen ſi teſtator hæredē rogauerit, vt quidquid ſuæ mortis tempore ſuperfuerit, reſtituat, quarta trebellianica non deducetur ab hærede nihil hæreditatis imminuente, vt frequenter placitum enūciat Ant.Gomez de teſtament.cap.xv. numer.16.verſic.item adde quod in prædicto. Quod autem etiam inſtitutis liberis prohiberi trebellianica poſſit, dicunt receptum Corſet.in tractat.de poteſt. reg.q. de trebellianica in primo dubio Decius conſilio ccccl xxx. in caſu. Quamuis contrarium affirment frequenter placitum Decius conſil. lxxxj.Guido Papæ in quæſt.lj.ſecundum ſtilum quod placet.

Trebellianicam quartam filij etiam teſtatoris, nedum alij hæredes reſtitutioni obnoxij amittent, ſi inuentarium non confecerint. commune affirmant Corn.conſilio clxviij.in hac conſultatione.lib.iij.Dec conſilio ccxxxvj.nō parua difficultas.& cōſil.ccccl xxx.in caſu propoſito.& ij, quos ſupra nomino, ver.Hæres hæreditatis vniuerſæ.& ſi cōtrarium perperam commune ſcribant Alex.conſilio lxvij.viſis & ponderatis lib iiij.Iaſ.in rub.ff.ad S.C.Trebel.& conſil.lxxxiiij. puto.lib.j. Cranet.conſil.xvij.& alij alibi.

Tutela à matre filiis poſtulanda, & integrum annum habet & cū non petita eſt, tum demum matrem filiorum hæreditate priuat, cum nulla iuſta excuſatio obtendi poſſit. At enim auia, & alij proximiores nullo ob id caſu ab eorum hæreditate propelluntur. communia ponit Franciſ.Viuius lib.j.opin.ccxxiiij.& ante illum Soc. conſil.cliij.pulchra & ſubtilis.in fi.lib.ij. Nunquam autem aliter ipſa vel mater, vel auia liberorum tutelam ſuſcipient, quàm ſi Velleiano, ac reliquis exceptionibus, renunciarint. commune aſſerit contrarium de conſuetudine ſeruari atteſtatus, idem Viuius eadem opin.

Tutor teſtamentarius ſi tutelam non ſuſceperit, quęcunque ſibi in eodem teſtamento relicta, ſeu tutelæ illius contemplatione, ſeu ſecus, iure hodierno amittet. commune inquit Rom.conſi.ccxxv.quo ad primam.ver.eſt igitur videndum.

## V

VÆNALIA cum legato rerum, ſeu honorum generali, tum obligatione vel tacita vel expreſſa bonorum, rerúmve generali comprehenduntur. vt commune interpretum placitum diligenter recēſet doctor meus Arius Pinelus in rub.par.j.nu. 49.& nu.96.C.de bon.matern.

Vagabundi (vt doctores fantur) ſeu vagi homines dicuntur qui nullum alicubi certum domicilium vbi habitent ſigentes, per mundum vagantur. commune aiunt Marian.in cap.vlt.nu 57.de foro compet. Ægidius Boſſ.in pract.titul.de foro compet.num. 70.atque ij.vbicunque reperientur tum accuſari tum puniri delictorum vbicunque gentium admiſſorum nomine poterunt. commune aſſeuerant Did.à Couar.in pract.quæſtio. xj. numero 7.Iulius Clarus in pract.§.vlt.quæſt.xxxix.ver.cæterum.j.

Vectigalia ab eo imponi nequeunt, qui ſuperiorem agnoſcit, & cuius ſubditi, vt Martialis inquit, non ſerui, ſed vicarij ſunt, commune inquit Curt.Iun.conſi.lxxiiij.num.1.

Velleiani renunciatio à muliere, quæ rei totius certior facta ſit, interpoſita valet omnino ac firma prorſus eſt. commune profitentur Dec. num.30.Alciat.numer.43.in l.pen.C.de pact.Alex.numer.29.Iaſ.num. 31.Ioan.Crot.nu.41.in l.ſciendum. ff.de verb.oblig.Capella Toloſ.& eius additio.quæſt.xxxvij.conſentiunt Græci, vt conſtat de Harmenop lib.iij.titu.ſexto. Crede turque notario certiorem factam mulierem affirmanti, vt frequens placitum inquit, And.Alciat.de præſump.reg.iij. præſumpt.xiij. Si tamen notarius rogatus quid Velleianum ſit, neſciat nihil ea renunciatio valebit. commune ponit Franciſ.Viuius lib.j.opi. ccxx. Quod intelliges, niſi renunciatio iureiurando innitatur, quia ea in ſpecie nulla præcedens mulieris cognitio, vel certitudo requiritur. commune ſcribit Franciſ.Turzan.opin.cxxxij.

Venatio inter ea ponitur, quæ iuriſgentium cenſentur communē concluſionem inquiunt Iaſ.conſil.cxix. libro quarto. Matth.ab Afflict. & qui eum laudat Roland.à Valle, conſil.ix, num.1. Quam ob rem ſi quis eo in loco venatione aliis interdicat vbi antea venari illis licuerat, prohibitio ſiue interdictio nullius momenti prorſus erit. commune aſſeuerant Iaſ.d.conſ.Rolan.vbi ſupra num.12.

Venator quas feras in agris alienis capit, non prohibitus alioquin ingredi, perfectè iure omni lucrifacit. commune dicit Cepol.de ſeruit. ruſtic.præd.capitulo.de aucup. Quin & ſi ingredi vetitus ſit, ferarum

quidem dominus fiet, ſed agrorum domino iniuriarum tenebitur. commune interpretum dogma, ac praxi, rerum vera doctrice, receptum atteſtantur Fab. Angel.& reliqui interpretes in §.feræ.Inſtitu. de rerum diuiſ.Franc Marc.deciſ.cccccxxx.nu.14.Io.de Anan.& qui eum laudat Iulius Clarus in pract.§.iniuria.ver. quæro Rol.à Valle cum Iaſ.& alijs conſil.ix.numero 23.quidquid Porc.in d.§.feræ. nu. 8.contrarium effutiat.

Vendere & res ſoli & res victui neceſſarias tunc quis compelletur, cùm e re publica fuerit.commune ponunt latè Ant.Gomez.de contract.c.ij.nu.2.Did.à Couar.lib.iij.reſolut.c.xiiij.Franciſ. Viuius. lib.j. opin.ccccxxxiij.quibus etiam in caſibus precium ac modum venditioni præſcribi publicitus poterit.commune affirmãt iidem ibidem.

Venditio non erit ſi inter partes expreſſim conuenerit, vt venditor dominium transferat. quemadmodum de mente omnium eſſe aſſeruit Hieronym.Butig.in l.ij.numero 41.ff.ſi certum petat. cuius opinionis auctor videtur Bald.in l.vlt.ff.de condict.ob cauſam.quem illic ſequitur Iaſ.nume.11. & Andr. Alciat.in l.vnam,cap.ij.nnmero 27.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt. Zaſ.charta.iij. Inſtitu.de action.Sed quidquid ipſi aſtruant, non dubito quin contrarium iure verius ſit,& æquius, atque vtilius.quod etiam affirmarunt Paul. ad ſi. Rip.nu.31.Purpur.nu.49.Butigel.num.41.in l.ij ff.ſi cert.pet.Dec.in l. certi condictio.nu.12.ff.illo eod.tit.Ludo.Gomez.in §.ſic itaque.nu. 7.Inſtit.de action.

Venditio non probatur ſi teſtibus, vel inſtrumento, de re ac precio conuentum fuiſſe conſtet: ſed quæ precij quantitas fuerit, non liqueat: niſi ſi ad vſucapionem huiuſmodi probatio ſpectet, qua ſolum in ſpecie plena ac perfecta videbitur. commune ponunt Alexander & Moiln.ad illum conſil.xviij.lib.j.Arius Pinel.in rub.par.ij. c.j.nu.7. C.de reſcind.vend.

Venditio trifariam intelligitur, ac ducitur perfecta: nam primum perfecta, numeriſque omnibus abſoluta ducitur, vt amplius reſcindi retractarique in nullum caſum parte altera inuita queat, ſtatim atque de merce certa, ac de precio certo conuenit. Deinde quo ad periculum, cùm vel res numerata, ponderata, menſurataué eſt, ſi pondere, vel numero, vel menſura res conſtat. Tertio denique perfecta venditio cenſetur, quò ad executionem totius negocij,& partium liberationem, cùm hinc merx, inde precium interuenit. commune aio ex gloſ.in l.prima.C.de pericul.& commod.rei vend.ex eadem gloſ. Angel. ac Porc. numero primo. Fab. numero 5. Baldo Canciuncul. Myſen.& cæteris interpretibus in princip. Inſtitut.de empt.& vend. Hoſtienſis in ſumma de emptione & vendit.§.ſecundo.Baldus, Salic. ac Paulus Caſtren.in l.ſecunda.C.quan.liceat ab empt.diſc. Caſtrenſ. rurſum in l.ſicut.C.de act.empt.& in l.bona fides.ff.eodem titu. Dec. conſi.clxxix.nu.3. Aff.deciſ.cclxxx.nu.3.& nu.4. Pariſ.conſi. lix.nu.5. & conſ.lxiiij.nu.7.lib.j.Iac.Men.de recup.poſſ.remed.xv.nu.127.

Venditionis contractus vt & ſimulatus, & vſurarius dicatur ſatis ſuperque eſt, quod modico precio res diſtrahatur, & pactum vnà de retrouendendo ſubiungatur, quamuis emptor vſuris exercẽdis alioquin deditus non ſit.commune interpretum dogma aiunt Caſtren.& Fulg.in l.in emptione.C.plus valet.quod agit.Alex.conſ.xlvj. in prin. lib.Boer.deciſ.cxxxij.nu.10.Matthę.de Afflict.deciſ.xl.nu.17.& deciſ. xlv.Aymon.Crauet.conſ.clvj.nu.8.Iac. in l.rogaſti. §.ſi tibi dedero.ff. ſi cert.peta.& hæc ſane ſententia verior mihi atque æquior videtur, quamuis contrarium, imò quod etiam exigatur emptorem fœnerari alioquin aſſueuiſſe, affirmẽt receptum Alex.ſibi contrarius conſ. cix.lib.iiij.Dec.conſ.clxvij.Grammat.deciſ.clxxvj.nu.26.& ſeq. Caſſa. deciſ.j.nu.1.in tit.de vſur.Boer.conſ.xij.atque Alex.de Neuo.conſ.cxv. nu.21.Præſumetur præterea venditio ſimulata & fraudulenta ſi poſt eam factam, adhuc venditor rem venditam poſſiderit. commune inquit videndus Corn.conſ.ccv.in præſenti.ver.nec videtur.lib.iij.

Venditio ſi fiat. prædij, quod mille iugera habeat, non cenſebitur ad menſuram facta, at ſi vnicuique iugerum certum precium ſtatuatur, longè ſecus erit.commune aiunt Dec.conſ.cccxlvij.nume.1.Pariſ. conſ.lxiiij.nu.31.& ſeq.lib.j.latè Brixianus, de finibus.c.viij.

Venditionem retrò facere alteri ex duobus pro rata nemo cogitur, qui vtrique vendere pactus eſt.commune inquiunt Bertran.conſ. xlj.lib.iij.latè Tiraq.de vtroque retract.gloſ.j.§.xxiij.Baſcoletus in arborem diuidui, & indiuidui, nu.58.

Vendita res non ideò vindicari poterit, quòd intra conſtitutum tempus non ſoluatur, ſi fides de precio habita ſit, vel ſolutio in tempus dilata: vt frequenter placitum ait Porc.in §.venditæ, num.7.Inſtitut.de rerum diuiſ.vbi Angel.nume. ſecundo, cum compluribus, idem fore affirmat, ſi dictum ſit, ſi intra decem dies ſolueris, fidem tibi habeo,& hanc etiam in rem vide quæ ſuperius obſeruo verſic. Contractus.& verb.Venditio trifariam.

Vendita re vel ad pondus, vel ad menſuram,& ponderis,& menſuræ ea ratio habebitur, quæ in contractus loco conſueuit. commune dicunt Cagnol.in l.ſemper in ſtipulationibus. nu.5.ff.de regu.iur. Curt.Iun.conſ.lxxxvj.nu.7.

Vendita res duobus, quando primo emptori, quando ſecũdo adiudicari debeat, vide ſuprà ver.l.quotiens.C.de rei vend.

Venditus equus, vel quid ſimile, ſi intra triduũ moriatur,& morbo antea laboraſſe præſumitur, & venditorem precij accepti nomine conſequenter obligat. commune pronunciat Rip.de peſte.in rub.de remed.ad curan.peſtem.nu.141.

Venditor vbi ſtatuto punitur,& emptor eodem punietur, atque è conuerſo.commune aiunt lat. Euerard.Topic.loco a correlatiuis.nu. 76.Franciſ.Viuius lib.j.opin.cclxxxiiij.

Venditor quando euictionis vinculis irretiatur, vide ſupra ver. Emptori.& adde Deci.conſ.lxxiiij.libro primo.Iaſ.in l.ſecunda.§.voluntatem.ſolut.matr.

Venditor, qui arrhas accepit, ſi contractui non ſtabit, non ſolùm illas duplicatas luet, ſed & ad omne id, quod emptoris intereſt, tenebitur.commune inquit Alexan.in l.cùm dotem.ver.& iſta faciunt. ff.ſol.matr.& vide ſuprà verbo, Arrhæ.

Venditor fidem de precio habere cenſetur, cum emptori tempus indulgetur.commune dicunt Ang.in §.venditæ.Inſtitu.de rerum diuiſ.Alex.in l.traditionibus.C.de pact.imo & cum rem venditam emptori tradiderit, fidem illi de precio in re dubia habuiſſe videbitur. commune ait latiſſimè Tiraq.de retract. conuen.in fin.nume.77.Etſi contrarium longè verius, æquiúſque ſit, vt alibi copioſe oſtendimus, & affirmant Fulg.in l.procuratoris.§.planè.ff.de tribut. Are.in l.quotiens.C.de rei vind.Hoſtien.in ſumma de empt.& vend.nu. 6.Fabian. de empt.q.quinta.numero 8. Notabis autem, ac perpetuo memoriæ inſculpes quòd venditori nunquam res ab ipſo venditæ tacitæ obligatæ videntur, nec vlla illi præ cæteris creditoribus prærogatiua in eas competit.vt frequenter placitum conſtituo ex l. ſi cum dotem.§. vlt.ff.ſol.matr.Ripp.in l.ſi ventri.§.in bonis.numero ſexto.ff. de priuileg.credit.Iaſon in l.creditor.j.ff.ſi cert.pet.Neguſant.de pigno.iiij. part.prin.nu.35.

Venditor ſi facultatem rei tradendæ habuerit, non eo, quod intereſt, ſoluendo liberabitur, ſed rem ipſam omnino tradere compelletur.commune aiunt Porc.in §.precium.nu.4. inſtitut.de emptio.& vendit.Ant.Burgenſ.in rub.nu.3.de empt.& vend. Ant.Nicel.in gloſ. concord.liiij.Ant.Gomez.de contract.c.ſecund.num.30.ver.ſecundo principaliter.Emanuel à Coſta lib.primo ſelect.interpret.c.xxiij.numero tertio, Arius Pinelus in l.prima, parte tertia.num.25.C.de bonis maternis.& in rubr.part.ſecund.c.ij.num.25.C.de reſcind.vendit. Franciſcus Viuius libro j.opinion.ccccxxxj. Quin nec conſtituti clauſula liberabitur, ſed adhuc ad naturalem poſſeſſionem tradẽdam cogetur. commune aſſerit cum multis Andr. Tiraq.de conſt. part.j.nu. 10.quamuis aliud commune perperam dicat Iaſ.in l.ab emptore.nu. 12.& nu.13.de pact.

Venditor generis alicuius dominium illius transferre omnino tenetur, quamuis ſpeciei venditor non teneatur, vt eſt Bart.doctrina in l.ex empto.numero quinto. ff.de action.empt.& in l.ſecun.ad finem. ff.ſi cert.pet.vbi Purpur.nu.55.Rip.nu.35.illam communem pronunciant.quod etiam teſtatur Iaſon in l.cum mota.nu.ſecund.& ſequentibus.C.de tranſa.& in l.ſi ab ſubſtituto. §.primo.numero tertio.ff.de leg. libro primo, ampliat idem Iaſon.in §.ſic itaque. & in §. Actionum.numero 144. Inſtitut.de actionib.quamuis contrarium non de nihilo moliantur Dec.lect.j.Andr.Alci.numero 27.& ſequentib.in d. l.ij.ff.ſi cert.petat.

Venditor rerum quarumcunque vitioſarum intra ſex menſes actione prætoria illas redhibere,& intra vtilem annum actioni quanti minoris de precio decedere cogetur.commune dicit latè Ant.Go. de contract.c.ij.nu.48.

Venditor negociari ſolitus, ab emptore non ſoluente tũ pretium ipſum, tum ceſſans omne lucrum conſequetur. commune dicit Soci. conſ.clvj.lib.j.Iaſ.ac Rebuf.nume.601.in l.vna.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt.Iaſon.rurſus in l.iij.§.vlt.ff.de eo quod certo loco.Dec. conſ.ccccxlj.ad fin.Socin.conſi.clvj.libro ij. Quanquam contrarium apertè, ac luculenter probat tex.in l.ſi ſterilis.§. cum per venditorem. ff.de act.empt.ſed ea de re vberius alibi. Obſeruato tamen quod, ad fructus rei venditæ perceptos ab emptore moram admittente, agere venditor abſque dubio poterit.vt commune ponit latè Franciſc.Viuius lib.j.opin.ccccxxxiij.

Venditor eiuſdem rei duobus ſeparatim hominibus,& olim pœnas falſi pendebat,& hodie per generalem conſuetudinẽ nullas omnino dat.commune aſſeuerant pract. Papienſ.in forma libelli. in act. hypoth.in ver.ſub eadem quam cum aliis refert. Iul. Clar.in pract.§. falſum.verſic.vendens.qua de re nihil aliud habeo dicere, quàm hic ſummopere illud Megaronidis apud Plautum in trinummo quadrare: inquit ille,

*Nam hic nimimum morbus inuaſit bonos*
*Ita plerunque omnes iam ſunt inter mortui.*
*Sed dum illi ægrotant: interim more mali,*
*Quaſi herba irrigua ſucreuerunt vberrimè.*
*Neque quicquam hic vtile nunc eſt, niſi mores mali.*
*Eorum licet iam meſſem metere maximam.*

Atque illud rurſus Staſimi apud eundem eadem in fabula:

*Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, niſi quod lubet.*

Sed hæc alibi opportunius.

Veniam qui ſolenniter in iudicio petit, crimen fateri videtur: at, qui extraiudicialiter illam poſcit, haud itidem videbitur. commune atteſtatur Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. xlix. ver. vlt.

Verba enunciantia, & tunc probant, cùm aliquid neceſſarium ad eius, quod geritur, robur ac validitatem continent. vt commune inquiunt Iaſ. in l. ex iis verbis. limit. viij. C. de teſtam. mili. Deci. conſilio cxviij. nu. 5. latè Nicunit. in c. quoniam contra. de prob. Et cùm principaliter interpertes circa id lis poſtea mouetur, quod enunciatione expreſſum eſt. vt frequenter placitum enunciant Soc. conſ. lxviij. nu. 7. lib. iiij. Decius conſ. cccccxxxix. nu. 6. & conſ. ccxiij. in finem. & conſ. ccxlviij. ad finem Iaſon. vbi ſupra, & in l. iuriſgentium. §. quod fere. numero 3. de pact. Alex. conſ. xxj. lib. j. Quamuis Soci. conſ. lxviij. nu. 7. ver. ſed his. libro iiij. ea in re negligenter labaſcat. Et item prætereà cùm iureiurando enũciatio vallatur. commune affirmant Alex. conſ. cxxvij. lib. vij. Franciſc. Viui. lib. j. opin. ccccxl. vbi alia compluſcula ad hanc rem non pœnitenda ſcribit. Aliàs autem nec in piæ cauſæ fauorem huiuſmodi verba probabunt. quemadmodum receptum teſtificantur Soc. Iun. conſ. cix. lib. ij. Pariſ. conſ. lxxiij. lib. j. Aymon. Crauet. de antiqui. temp. iiij. part. nu. 7. Facient tamen ſemper & intertij fauorem probationem ſemiplenam, vt frequens dogma aiunt Iaſ. in d. l. ex his. nu. 2. Franc. Viuius d. opin. ccccclx.

Verberæ pœna non cenſetur capitalis, vt frequenter interpretibus placuiſſe inquiunt Marãt. & qui illum laudat Iulius Clarus. in pract. §. vlt. q. lxx. ver. eſt etiam.

Vidua ſtupro inquinata dotem amittit. commune dicunt Boer. deciſ. cccxxxviij. Bellon. in rub. nu. 85. C. de edend. & qui alios congerit Franciſc. Viuius lib. j. opin. ccccxlvij. Sed quidquid illi cornicentur, verius profectò, ac iuſtius contrarium eſt, quod cum quamplurimis aſſerit doctor meus Arius Pinelus. in l. quarta, nu. 9. ver. ſed contrarium. C. de bonis maternis. Quod etiam magis commune atteſtatur Soc. in l. Iun. conſ. iij. nu. 7. lib. iij. & vſu receptum Iul. Clar. in pract. §. ſtuprum. ver. ſed nunquid.

Vidua inhoneſtè habens, eaſdem prorſus pœnas ſubit, quas ſecundò nupta intra luctus annum. vt commune pono ex Ange. in §. vlt. in fin. inſtit. de legit. patr. tut. Hipp. in l. vna. nu. 54. & nu. 56. C. de rapt. virgin. Palat. Ruu. in rub. § lxvij. nu 3. & num. 14. de donat. inter vir. & vxor. Arela. in l. generaliter. num. 21. C. de ſecund. nupt. Arius Pinel. in l. iij. num. 18. C. de bonis mater. Vidua autem intra luctus annum ſecundis nuptiis ſe ſubiiciens, licet Pontificio iure nullas hodie pœnas in mariti gratiam iure ciuili ſanctas det, tamen pœnis ob liberos indictis, etiam ſi poſt illud anni tempus ſecundo nubat, obnoxia fiet. vt commune ſcribo copioſe ſupra ver. Nuptias. Quin & viduæ vel meretrices, vel inhoneſtè viuentes nullis viduarum priuilegiis ſtatuto, ſeu conſuetudine indultis potiuntur commune inquit Felin. in c. ſignificantibus. de offic. delegat. Cagnol. in l. cum quædam puella. nu. 5. de iurisd. om. iud. Franciſ. Viuius lib. j. opin. ccxciij.

Vidua ſub conditione, non nubendi, legato honeſtata, ac poſt mortem illud reſtituere iuſſa, ſi conditioni non paruit, è veſtigio ipſum reſtituet commune interpretum placitum conſtituo ex Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 28. ff. de lib. & poſthu. & in l. Lucius. ff. eo. tit. & in l. ſi mater. verb. facit iſta lex. C. de inſtitut. & ſubſtit. Iac. de ſancto Georg. in l. ſi pater. C. de iure dot. Anton. Gomez. latè de contract. c. xi. numero 34.

Viduà pauper intra dotis reſtituendæ tempus à mariti hæredibus aliena eſt. commune renuncio ex Iaſ. in l. diuortio. nu. 18. ff. ſol. matr. Capi. deciſ. xxiiij. Anto. Gomez. in l. 50. Tauri. nu. 48. Rebuf. ad conſtit. Aallic. lib. . tit. de ſentent. prouiſ. art. ix. gl. j. nu. 10. & qui inconſideratè generalius, atque in perpetuum id profert Franci. Viuius lib. j. opi. cxliij. Non tamen itidem lucrum ceſſans aut damnum emergens illius temporis vidua conſequetur, ex Deci. cap. ſalubriter de vſur. vt receptum affirmant. Matt. de Afflict. deciſ. cclxxxiiij. Aymon Crauet. conſ. clxxxix. nu. 5. Did. à Couar. lib. iij. reſolut. c. j. nume. 3. ver. vj. hinc etiam conſtat. vbi eleganter, & copiosè hanc rem agit. Quin nec ſtatuto concedi viduis poterit, vt interim dum illis dos non ſoluitur, decem pro vnoquoque centenario, aut quid ſimile nanciſcantur. quia etiam id vſuræ attribuatur. commune aiunt Soc. conſ. lvj. lib. iij. Iaſ. in l. fuerat. nu. 19. Inſtitu. de act. & qui multos in contraria profectos refert, atque id rectè explicat Did. à Couar. di c. j. nu. 3. ver. ſeptimò ab eadem ratione. quam etiam in rem vide quæ infrà obſeruo verb. Vſuræ.

Vis à priuato iuſtè illata nec ob vitæ defenſionem impunè proculſatur. comm. inquit Raphael Ful. in l. vt vim. nu. 1. ad fi. ff. de iuſt. & iur.

Vita humana ad centum vſque annos duratura non præſumitur, & ſi vltra eos non durare præſumatur. quamuis enim ad illos quiſpiam aſpirare poſſit: tamen præſumptio generalis non eſt, & quamuis alium ad ipſos peruenturum. & ſi maxima ſit neminem vltra illorum ſeculum vitam prolaturũ. vt verum & commune interpretũ dogma renuncio ex Aret. in l. ſed & ſi de ſua. ff. de acquir. hæred. Corn. conſil. cxix. & conſ. ccxl. lib. j. & conſil. clxxxj. lib. j. & conſil. clxxxj. lib. ij. & conſ. ccviij. & conſ. ccxliij. lib. ij. Iaſ. in l. vlti. ad fin. C. de ſacro. eccleſ. Dec. in c. cum dilecta. de confir. vtil. in l. vlti. nu. 28. C. de edict. diui Adriani tollen. & conſi. ccccclxxv. nu. 10. & in l. ſi emancipati. C. de collat. & Cor. Soc. Gozad. Alciat. Marmet. Capi. Neuiz. Coraz. Mon. Cotta, quos laudat & probat præclarus iuris anteceſſor Arius Pinel. in l. ij. capitulo vlti. nu. 33. C. de reſcind. vendit. Pariſ. conſi. lxxxvij. in fin. libr. iiij. Viuius etiam lib. ij. opin. cccxviij. ac Poſt. lib. j. concluſ. xi.

Vniuerſitas per præfectos aut priores non aliter obligatur, quàm ſi id illis ſpeciatim committatur. commune inquit Alex. conſi. cxxxv. num. 1. vij. Nec item vniuerſitas alias deliquiſſe dicitur vel puniri poteſt, quam cum conuocato ad aliquid pœna dignum conſilio, illud poſtea patrauerit, vt frequens placitum inquiunt Abb. nume. 13. Ioan. de Anan. nu. 12. in cap. dilectus. ij. de Sim. & qui accuratè id exponit Iulius Clarus in pract. §. vlti. quæſtio xvj. verſicu. vlterius quæro, & verſi. ſequen. vbi quoniam pacto vniuerſitas puniatur, tradit.

Voluntas ceſſate, non reuocari, per cuiuſuis mortem intelligitur. comm. inquit Dec. conſ. ccviij. incipit, iſta videtur. in princip. lib. ij.

Voluntatem, etiam conatu aliquo adiuncto, multantibus legibus derogatum eſt totius terrarum orbis conſuetudine: vt frequenter placitum renuncio ex Barb. conſi. xxviij. lib. ij. Iaſ. in l. j. §. hæc autem nu. 26. ff. quod quiſque iuris. Gand in rub. de pœn. reor & ibi Hipp. in l. vna, nu. 244. & nume. 254. cum ſeq. C. de rapt. virg. Alc. in l. ſæpe. in fine ff. de verborum ſigni. Marc. Mant. de ſoluen. arg. late Did. à Couarrui. in clem. ſi furioſus. iij. part. in princ. à nu. 6. de homicid. latius Iul. Clar. in pract. §. vlti. quæſtio. xcij. Limitabis tamen primò, in eo qui vulgo Aſſaſſinus dicitur, is enim & effectu non ſubſequuto punietur commune aſſerunt Did. à Couar. vbi ſupra verſi ij. opponitur. Placa. de delict. capi. xix. nu. 9. Iulius Clarus in d. pract. §. aſſaſſinium. ver. ſcias etiã. Limit. ſecundò, in crimine læſæ maieſtatis quippe quia & in eo ſola affectatio ſine effectu plectitur commune affirmant Boer. de ſeditioſis. in vij. præſuppoſ. num. 42. Did. à Couarr. in d. clemen. ſi furioſus. ver. j. infertur. Iulius Cla. in d. pract. §. læſæ maieſtatis. ver. ſcias autem. Fran. Viuius lib. j. opin. cccxxvj. quem etiam adi. lib. ij. opin. liij. & liiij. Limita tertiò, vt nec in illo commune hoc dogma procedat, qui veneno alium intercipere molitus eſt. commune ait Igneus in l. j. §. occiſorum nu. 41. & in l. ſi ſequens. §. cum ex parte. num. 10. ff. ad S. C. Syllan. Limita quartò, generaliter in omnibus atrocioribus delictis. vt cum elegãti diſtinctione tradit receptum Iulius Clarus. in d. quæſt. xcij. ver. ſcias tamen. Limitabis denique in transfuga cuius affectatio & conatus puniuntur, vt receptum ait Bolenc. in repe. l. capitalium. §. falſos. nu. 82. ff. de pœn. quamuis illum non immerito carpere videatur Iulius Clarus in d. pract. §. vlti. quæſtio. lxviij. ver. transfuga.

Vſuræ iure omni diuino & humano hodie prohibitæ ſunt, quamuis Iuriſconſultorum reſponſis aliquot, aliqua in quantitate permitterentur. commune ponunt Iaſ. in §. omnes. num. 14. Inſtitut. de actio. Berous in rub. num. 80. de vſur. Alciat. in c. pernicioſam nume. 74. de offic. ordin. latè Did. à Couarru. lib. iij. reſolut. c. j. nu. 5, & ſeq. Marquard. de Iudæis part. j. cap. xj. numer. 6. ver. non obſtat. cum. num. præcedentibus. Quamobrem conſuetudo, vel ſtatutum. quod etiam viduis aliquid vſuræ nomine præſtari iubet, quoad etiam ipſarum dos illis ſoluatur, nullius ponderis momentique eſt. commune proferunt Iaſ. in §. fuerat. numer. 9. Inſtitut. de action. Rochus Curt. in cap. vlt. quæſt. j. num. 18. & ſeq. de conſue. Quamuis praxis non improbabilis alioquin iuris doctrix aliud obſeruet. vt atteſtatur Matth. Aflic. deciſ. cclxxxiiij.

Vſurarum crimen, quatenus ſit, necnè tractatur, omnino ad eccleſiaſticum iudicem pertinet, quatenus puniendum eſt, tum ad eccleſiaſticum, tum ad popularem iudicem ſpectat: quatenus verò ipſæ vſuræ ſolùm repetuntur, ad laicum, ſeu popularem magiſtratum attinet. cõmunia latè atque accuratè aſſerunt Did. à Couarru. lib. iij. reſolut. cap. iij. Iul. Clar. in pract. §. vlt. queſtione xxxvij. ver. quæro igitur. Poterit tamen abſque dubio lege Principum reprimi, ac puniri. vt commune interpretum axioma ponit idem à Couar. in tract. de ſponſ. ij. parte cap. vij. numero 18. ad fin.

Vſurarum crimen quamuis ſingularibus teſtibus probari nequeat etſi etiam ſtatutum epiſcopale id iubeat, vt commune aiunt Did. à Couarruui. libro tertio reſolutio. capitulo tertio numero quinto. Iulius Clarus. in practica §. vltimo quæſtione liij. verſiculo ſed quid tamen illarum conſuetudo per ſingulares teſtes & recte & rite probabitur. commune pronunciat Aymon. Crauetinus conſilio lxxiij. numero 32.

Vſurarum in fraudem quando ſimulatus contractus cenſeri debeat vide ſupra verſic. venditionis contractus.

Vſuras qui manifeſtò exercent cauſa mortis donare nequeunt, nedum vt teſtamenti conſcribendi ius habeant. commune inquiũt, Cur. Iunior. in lege eius, qui in prouincia. numero 4. in fin. ff. ſi certum pet. Iul. Clar. qui meritò multos contrarium aſſerentes damnat. de donat. quæſtione vij. Quando tamen vſurarius teſtamentum poſſit condere, videbis apud eundem Iulium diligenter ea de re tractantẽ, vbi ſupra

q.xxvj.& videte itidem quæ nos ſuprà obſeruamus ver. Iudæus, ac Franciſ.Viuium lib.j.opin.ccccxliij.

Vſurarius is non dicetur, qui pecuniam in monte (vt doctores fantur) habet: quoniam ſortem petere non poteſt, cùm vult. commune inquiunt Alex.in l.item quia. §.j.nume.2.ff.de pact. Viuius lib.j.opin. ccccxliij. Sed mihi idem non eadem ratione, verùm vtilitate publica probandum omnino videtur. nec enim & ij, qui fœnori pecunias locant, cùm volunt, ſortem poſſunt repoſcere: & tamen vſurarij dicuntur etiam cùm fœnerari deſierunt. commune proferunt Deci. atque alij, quos laudant Iulius Clarus de teſt.q xxvj.verſ.item quæro.& idē Franciſc.Viuius eadem opin.ccccxliij.

Vſusfructus ſi alicui cum onere vel rei non alienandæ, ſeruitutis conſtituendæ legetur, & proprietas ſimul legata cenſebitur, vt frequenter placitum ex immenſa doctorum congerie ponit Arius Pin, contrarium ipſe cordatè, ac prudenter docens, in l.j.par.iij.nu.41.C.de bon.matern.

Vſusfructus teſtamento relictus iure ipſo ante vllam hæredis traditionem ei, cui legatus eſt, acquiritur. commune aiunt Iaſ.in l.j.nu. 62.ff.de leg.lib.j.Alciat.in l.ij.§.& harum.nu.51.ff.de verb.oblig.

Vſufructuarius, & dominus dicitur, vt commune pronunciant Ludouicus Gomez.in §.æque. Inſtitut.de action. Rub.in l.naturaliter.§. nihil commune.nu.11.ff.de acq. poſ.& commoditatem ſeu facultatem percipiendorum fructuum alienare poteſt. commune dicunt Fabian.de empt.& vendit.q.xxij.nu.53.ſub.iiij.q.princ. Did.à Couarru. lib.j.variar.reſol.c.viij.nu.7. Ipſum tamē vſumfructum diſtrahere nequit. quin potius ſi illum diſtrahat, & alienatio irrita erit, & vſusfructus ad proprietatis dominum redibit. commune ponunt Anto.Gomez in l.lxx.tauri.nu.33.& de contract.c.xv.nu.5.atque Arius Pinel. qui contrarium cum nonnullis verius accuratè oſtendit, in l.j. part. iij.nu.38.& nu.39.C.de bon.mater.

Vſufructuarius quàm primum fructus à ſolo ſeparat, eorum dominus fit, quamuis illos nondum in horrea condiderit. commune dicunt Gemin.in c.ſi propter.de reſtit.lib.vj.Andr.Tiraq.lib.ij.de retrac. §.v.gl.iiij.in prin. Quin & ante cautionem præſtitam collectorum fructuum dominium adipiſcitur, commune teſtatur Alex. conſi.cxx. num.3.lib.vj. magis commune latè ac diligenter demonſtrat doctor meus Arius Pin.in l.j.par.ij.nu.77.C.de bonis matern.

Vſufructuarius ſi ob paupertatem fideiuſſorem non inueniet, iureiurando præſtito à cautione liberabitur. commune dicit Porc.in prin.nu.5.Inſtitu.de vſufru. quamuis cautionis gratia vſufructuario, vel rerum, quæ vſu non cōſumuntur, à teſtatore fieri nequeat, vt commune ait multos laudans multum laudandus Ari. Pinel.in l.j.part.ij. 76.C.de bon.mater. Idémque teſtantur diligentes profectò iuris doctores Iulius Clarus de teſtam.q.xliiij.Franciſc.Viuius lib.j.opin.xxx. & opin.ccccxlv.poſt Iaſ.conſ.xl.tria ergo. lib.j. qui meritò aliud in vſufructu inter viros conſtituto proceſſurum affirmat. Quin autem ab hærede cautio cuiuis vſufructuario remitti poſſit, nihil vetat. quemadmodum receptum aſſerunt Franciſ.Rip.nu.41. Hannibal.nu.165. in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib.j. Car. Ruin.conſi.cxv.nu.5.lib.v. Sed & ab inuentarij confectione nec illum teſtator ipſe excuſare poterit. commune teſtificantur Soc. Iun.conſi.cxv.nu.14.lib.j.Bellon.conſil. liiij. numero 3.

Vſufructuarius naturaliter poſſidet, cōmune dicunt Alex.ac Iaſ.in l.naturaliter.in prin.ff.de acquir.poſ.Did. à Couar.in reg.poſſeſſor.ij. part.in prin.nu.5.de re.iur.lib.vj.& nos latiſſime ad illā l. naturaliter.

Vſufructuarius æs alienum ſoluere non tenetur, ſed ad id hæres prorſus obligatus eſt. commune interpretum placitū affirmant Dec. conſ.ccccclxxxv.& conſi.cccccccxx.Iaſ.in l.j.ver.ſecundò mouetur.ff.ad S.C.Trebell.ac Io.Dilect.de art. teſtandi, titu.vj.cau.xlij.tradunt latè Caſtr.conſi.ccclxxxviij.in cauſa quæ vertitur Bononiæ.& conſ.cccclix.dubiū de quo quæritur.lib.ij.Soc.conſ.dxxxj.lib.j.& in l.j.in prin. ff.ad S.C.Trebel. Alex.in l.vſufructu.ff.ad leg.falc.Franciſcus Viuius lib.j.opin.ccccxlv.

Vſufructuarius ſi vel frugiferas arbores cædat, vel re, qua vtendi fruendi ius habet, abutatur, ab ipſo vſufructu prorſus amandari poteſt, quamuis cautionem præſtiterit. commune renuncio ex Io.Hannib.in l.nemo poteſt.nu.168.ff.de leg.j.Carol. Ruin.conſi.vlt.nu.32. lib.ij. latè Andr. Tiraq.de retract.conuen.§.iij.gl.j.nu.22. Car.Molin. in conſuet.Pariſ.§ j.gl.j.nu.31.

Vſufructuaria ac domina relicta vxor liberis hæredibus inſtitutis alimenta ſolùm conſequetur, ſi aliud teſtatorem voluiſſe palam non fiat. commune inquiunt Corn.conſ.clxxiij.circa primum.lib.iij. Alex. conſi.lvj.perlectis.lib.iij.Dec.conſ.ccccliiij.nu.1. Goz.conſ.xcix.nu.8. & vide ſupra ver.Domina, maſſaria & infra ver. Vxor ſi hæres vſufructuaria. Ac memineris, quod ſi filij fato ceſſerint, integrum bonorum vſumfructum conſequetur. commune affirmat Dec. conſi.ccclxxvj. conclusionem.verſi.ij.reſpondetur.

Vſus loquendi communis ſemper ſpectari debet, ſeu ſtricti iuris materia, ſeu odioſa, ac pœnam indicens, ſeu potius gratioſa ac fauore plena tractetur. commune inquit additio Pan.in c.nōnulli.de reſcr.

Vulnera, etiam lætalia qui animo occidendi infert, non aliter homicidij pœnas luit, quàm ſi mors re vera illius ſubſequatur, qui vulneratus fuit, vt commune doctorum effatum pronunciant Vital.de malefic.in rub.de inſulto.nume.15.Iulius Clarus in pract.§.homicidium.verſi.vlt.

Vxor maritum ſequi non tenetur, ſi pactio in loco certo commorandi tunc inita proponatur, cùm matrimonium contraheretur. commune ait Did.à Couar.in contrarium indiſtinctè ipſe non de nihilo recedens in tract.de ſponſ.ij.part.c.vij.nu.5.

Vxor ac maritus & ſi ſimul confiteantur venditi dotalis prædij pecuniam accepiſſe, non tamen idcirco pars eius pecuniæ vlla ad vxorem perueniſſe cenſebitur, ſed integra viro ipſi tradita credetur. commune inquiunt Aymon Crauet. conſ. xcj.latè Franciſ. Viuius lib.ij. opin.clxix.& opin.cexv.

Vxor ſecundò nupta, & abſque liberis decedens, non amplius & hodie marito validè legabit, quàm quantum vnus primi matrimonij filius percipiet. commune inquit Alex.conſ.cxliiij.num.9.lib.v.& vide quæ ſuprà obſeruo ver.l.hac edictali.& verſic.nuptias ſecundas.

Vxor ſi hæres vſufructuaria ad vitam inſtituatur, ac poſt mortem reſtitutione bonorum grauetur, non in hæreditatis proprietate, ſed in hæreditariorum bonorum vſufructu inſtituta hæres cenſetur, vt frequenter placitum aiunt Paul.de monte Pico.in l. Titia cum teſtamento.§.Titia cum nuberet.q.xxvj.& nu.79.ff.de leg.lib.ij.Car.Rui. conſ.lj.nu.15.& conſi.liiij.nu.16.& nu.17.& conſ.ccxvj.nu.21. lib.ij.

Vxor putatiua, vt doctores loquuntur, hoc eſt nomine tenus, & dotem & paraphernalia ob adulterium perinde amittit, ac vera & legitima quæuis vxor. commune ponit Franciſ. Viuius lib.j.opi. ccccxlvij.& vide ſuprà ver. Adultera. Obſerua præterea & diligenter memineris, quòd vxor & dote, & coniugali conſortio, ob oſculum modò, vel amplexum labitur, commune inquit Bellon.& Franciſc. Viui. qui illum laudat d.opi.ccccxlvij.ac Did.à Couar. qui verè longè aliud verius affirmat in tract.de ſponſ.ij.part.ca.vij.§.vj.nu.3. quã etiam de re ſcribo ſuprà verb.Oſculum.

Vxor veſtes operoſas, vel precioſas, ac feſtiuas, vt ſermo eſt, à marito acceptas, dotis reſtituendæ tempore, aut reſtituere aut compenſare debet: viles autem, & quotidianas, atque etiam non vulgares, ſed in mariti, & ſuum honorem frequenter indui ſolitas, tanquam dono datas retinebit. commune inquiunt Porc.in §.eſt & aliud.nu.6.Inſtit. de donat.Palat.Ruu.in rub.§.ij.de donat.inter vir.& vxo.latè Iul.Cla. de donat.q.x.ver.ſucceſſiuè quæro.

Vxor, vide quæ ſupra obſeruantur.verſ.Coniuges.

Vxori facta iniuria, eiuſdem viro facta cenſetur. commune pronunciant Placa lib.j.de delict.c.vj.nu.25. Iul.Clar. in pract.§.iniuria. verſ.item iniuria.

Vxori vel nobili, vel iuueni, in nobilitatis, aut iuuentutis præmiū dos à marito conſtituta, aut dotis confeſſio eo nomine facta, non ſolùm valet, ſed etiam extra legem exceptionis non numeratæ dotis omnino eſt, vt commune interpretum placitum conſtituo ex Iaſ.in l.diuortio.nu.10.cum ſeq.ff.de ver.obl.Rip.in l. fœminæ.nu.35. C.de ſecun.nupt.Palat.Ruu.in rub.§.xxxj. per totum.de donat.inter vir.& vxo.Zaſ.in l.ſi ita ſtipulatus fuero.in vj.§.vlt.ff.de verb.obl.And.Tira. de iure maritali, & affirmant receptum Curt.Iun.conſi.vj.nu.20.Iul. Clar.de don.q.ix.ver.ſed pone.Fran.Viuius lib.j.opin.lxxj.in fi. Atque hic in gratioſis mulierum fauoribus lubet huic impigro, ac fermè improbo labori finem imponere: quem, ſi vitam vlterius Deus optimus maximus annuerit, locupletare, luculentius digerere, atque illuſtrare non deſinemus. & ſi enim ex alio ſcribendi genere longè maiorem nominis ſplendorem, ac gloriam comparari agnoſcamus, tamen multo potior atque antiquior apud nos ſtudioſorū vtilitas eſt, quos ſemper diſcere ac docere maiorem in modum iterum atque iterum adhortamur, & noſtrum hunc animum æqui boni conſulere idemtidem obſecramus.

Δόξα τῷ θεῷ.

De Similibus ſemper idem eſt iudicium, idque iure

- Diuino, Geneſis 2.
- Canonico, c. Inter cætera, extra de reſcriptis.
- Naturali, Cic. lib. 3. de Oratore. & l. prima §. Ius autem. ff. de Iuſti. & Iure.
- Gentium, l. 1. & 2. ff. locati. iuncta l. ex hoc. ff. de Iuſti. & Iure.
- Ciuili l. non poſſunt. ff. de legi. & l. leges. 1. C. eo. ti.

Similia ſunt, quorum vna eſt qualitas D. Vldar. Zaſius, conſi. 9. lib. j. nu. 5. Alberic. in l. Non poſſunt, de legib.

Similibus ſunt ſimilia ritè applicanda. l. prima §. Sicut autem. C. de veter. iur. enuclean.

Similis æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere debet. l. Illud ff. ad legem Aquil.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Paritas | rerum, arguit | Paritatem | iuris. |
| Diuerſitas | | Diuerſitatem | |

ENCHIRIDION

# PARIVM AVT SIMILIVM QVAE IN NOSTRO IVRE PASSIM REPERIVNTVR, OMNIBVS STVDIOSIS PRACTICIS AVT IN FORO PVBLICAM rerum adminiſtrationem aſſumentibus, admodum vtile ac neceſſarium.

*INDVSTRIA CLARISSIMI VIRI DOMINI IODOci Damhouderij Brugenſis, Equitis, V. I. Doctoris, quondam Cæſarei, nunc vero Hiſpaniarum Regis Conſiliarij: atque eiuſdem Regis Belgicarum Financiarum Commiſſarij, elementario ordine commodè diſpoſitum.*

## Abbatiſſa.

PRIMO omnium in numero Parium hic prodeat Abbatiſſa, quæ in rerum abbatialium adminiſtratione, meritò Abbati æquiparatur, vt notat Bald. in cap. primo in principio. Qui feudum dare poſſunt. Abb. in cap. ij. in princip. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſen. cap. Qui eo text. colligit, quod Abbatiſſa habeat ſui monaſterij liberam adminiſtrationem, ſicut & Abbas, quodque ad validitatem conceſsionis fiendæ per eam, debeat ſui capituli conſenſus interuenire. Ex quo & ipſe ſub colligit, quòd per Abbatiſſam. & Moniales, non obſtante ſexu fœmineo, etiam diſponuntur res monaſterij. Abbatiſſa præterea cum Abbatis iure æquiparatur, cum in iuriſdictione ſæculari, tum in iuriſdictione eccleſiaſtica, quum & illa officia quoque conferat ſæcularia, ſimul & beneficia eccleſiaſtica, non ſecus quàm Abbas ipſe. cap. Cum dilecta, extra de confirmat. vtili vel inutili. Vide Abb. in ij. notabili, in gl. ij. Plura vide in Regula, fœminæ. ff. de reg. iur. per Philippũ Deciũ, nu. 10. Non poteſt tamen Abbatiſſa ex communicare, ab officio ſuſpendere, aut interdicere, quia hæc pertinent ad claues Eccleſiæ. Poteſt tamen monachos & clericos ſuſpendere, & prohibere, ne celebrent in ipſius eccleſiis. Cæterum, talis ſuſpenſio non eſt verè ſuſpenſio, quia quamuis celebrarent, non propterea fierent iidem clerici celebrãtes irregulares. Præterea non poteſt prædicare, nec confeſsiones audire, nec moniales benedicere, nec aliud facere, quod ad ordinem ſacrum propriè pertinet, vt patet in c. Noua. extra de pœnit. & remiſſ. Poteſt tamen in matutinis Euangelium legere: vnde & diaconiſſa appellatur, cap. Diaconiſſa. xxvij. quæſtione j. & etiam moniales ſeu ſubditas monere & exhortari.

## Abeſſe.

Abeſſe & inefficaciter adeſſe: paria ſunt. Item, Paria ſunt: Si quis à principio non adfuerit, & ſi ſine debita poteſtate adfuerit: ſine hac enim meritò repudiari non ſecus quàm abſens, poteſt. l. Si quis ſub cõditione. ff. de teſt. tute. l. Si quis in ſenatorio ordine. l. Eos qui. ff. de ritu. nupt. Facit text. in l. ij. §. Sed & ſi ſint ſui. ff. de ſuis & legit. hære. l. j. §. penultimo. incip. Cũm autem. C. da cadu. tollen. D. Iaſon. in l. Quotiens. in iiij. C. de hæredibus inſtitu. D. Bartholo, à Chaſſanæo in ſuis conſiliis, conſi. xxxix. incip. Nobilis, quondam vir D. Cyprianus &c. nu. 2. Sic à ſimili, Religioſus qui corpore quidem matutinis intereſt: in quibus tamen nec canit, nec legit quicquam officij in iis præſtat, ſed toto illo tempore ſtertit, ac dormit, is à ſuo Prælato meritò negligentiæ, ac veluti abſentiæ incuſatur, & corripitur, Ideque videtur cenſendum de illis, qui tempore diuini offficij, aut Miſſæ, nihil aliud quam de rebus vanis garrientes, templum obãbulant Iudicãtur enim hi, vel Miſſæ, vel diuino officio prorſus abfuiſſe: quia in iis veluti præſentes, nihil pietatis exercuerunt, nec ex iis vllum ſalutarem fructum, aut effectum conſecuti ſunt.

## Item.

Abeſſe vel inhabiliter adeſſe: & prorſus non eſſe, in idem recidunt Per tex. in l. j. §. Et quidem. ff. Quod cuiuſque vniuerſ. nomi. vbi ait: Et quidem non eſſe actorẽ vel ſyndicum, tunc quoque intelligimus cum is abſit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis ad agendum adſit, quia qui valetudine impeditus adeſſe nequit, aut qui inhabilis ad agendum adeſt, is perinde eſt ac ſi omnino non eſſet, aut non adeſſet. Atque hanc ſententiam comprobat Andreas Tiraquellus in legibus connubial. & iure maritali. Gloſſa ſeptima ibi. De ſon mari, numero vigeſimo.

## Aborſus.

Aborſus procuratus, æquipollet homicidio. Quod potiſſimum intelligendum eſt, ſi aborſus talis procuretur poſt animam corpori infuſam: aliàs verò ſecus. Non enim is cenſendus eſt homicida, qui qualemcunque aborſum procurat, antequam anima corpori ſit infuſa, quia is fœtus actu nondum fuerat homo: licet per infuſionem animæ poſtea homo fieri potuiſſet. c. Aliquando & c. ſequen. & c. Moyſes. xxxj. q. ij. & c. Homicidium. de pœniten. diſtinct. j. & plenè dixit D. Albericus in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum. Ex his itaque paucis colligi poteſt, quòd qui fœtum animatum & qui fœtum non animatum abortiri curant. diuerſimodè puniri debeant. Nam ſi aliquis per aborſum interficiat animatum fœtum, is ſummo ſupplicio puniri, afficique debet. Si verò nondum animatum fœtum abortiri curet, diſtinctio tunc habenda eſt iſta. Si is ſit nobilis, tunc parte bonorum amiſſa in inſulam eſt relegandus. Si verò eſt ignobilis, damnatur in metallũ. l. Siquis aliquid, §. Qui abortionis. ff. de pœnis. Huic etiã ſatis quadrat. l. tertia §. legis Cornæliæ. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & venefi. Et ibi Hippolitus de Marſiliis. Hic enim inanimem fœtum aborſum procurans enormiter peccat: & licet homicidium propriè non committat, homicidio tamen, eoque nefandiſſimo proximus eſt. Hanc autem aborſus materiam latius diſcuſſimus in noſtra rerum criminalium Praxi. in editione poſtrema cap. lxxiiij. De homicidio per veneuum. per totum.

## Abſens.

Abſens quatenus par ſit cum pupillo vel infante. Vide infrà, Iafans.

## Abſentia longa.

Abſentia longa æquiparatur morti, eademque cenſetur, quantùm ad hæreditatem conſequendam vel ad beneficia conſequenda, vel ad ſimiles diſpoſitiones eccleſiaſticas obtinendas. l. Mulcta. in principio. ff. de condit. & demonſtra. quod ait eſſe notabile Bal. iu l. Mater tua. nu. 18. C. de rei vendi. Iſtud quoque confirmat D. Nicolaus Boerius, j. parte ſuarum aurearum Deciſionum. quæſtio. lxxviij. nu. 2. vbi mulcta non incurritur, ſi hæres ex mandato Titij aliquid facere iuſſus fuiſſet, & is Titius interim mortuus eſſet, vel longo tempore abſuiſſet. Sic etiam excuſatur epiſcopus, ſi contuliſſet beneficium alicuius abſentis, qui tam longo tempore abfuiſſet, vt non temerè ignorantiam epiſcopus prætexere poſſet, an is tam diu abſens viuus eſſet, an mortuus, glo. in c. Cùm non oportet. primo de conſecra. diſtinct. v. & Corſetus in ſingulari, incipiente Vagabundus. Nihilominus, ſi is abſans tandem reuertatur, non eſt priuandus ſuo beneficio, etiam

alteri

Jtri collato:ſed idipſum abſque vlla alia collatione aut ſolennita-te recipit & recuperat.Rebuffus in ſua Praxi beneſi.tit.de reprob.be neſi.viuen.collat.gl.in nu.21.verſi.excuſatur.Sic quoque capitulum epiſcopo diu abſente omnia poteſt,quæ poteſt eodem mortuo Inno. in c.Ad abolendam.in fine gl.magnæ.extra de hæreticis.facit c. Præ. ſentata.extra de teſtibus,& quod dicit Ioan.And.in c.Contra vnam de offi.delega.in vj.Card.in Clemẽ.j.xviij.q.in fine.de offi.vicar.Sed hæc quidem vera ſunt,& ſolummodo locum habent, quando ratio abſentiæ & mortis æquiparatur:& non quando rationis incidit di-uerſitas:qualis accidit in coniugio,in quo ob diuturnam mariti ab-ſentiam,vxor non poteſt prætexere mortẽ mariti,& ob id ſtatim al-teri nubere,ſed requiritur vt de abſentis mariti morte certa teſtimo monia proferat:Nam tunc demum à lege mariti ſoluta habetur,& al teri tunc nubere in Domino poteſt:teſte Paulo.j.Cor.vij.Et vt habet. c.Inpæſentia.de ſponſal.Vide D.Franciſ.Ming.in cõſuetudine Aure li.artic.cclxix.tit.Des ſucceſsions.

## Accuſatio ſacerdotis.

Accuſatio,teſtimonium,& eccleſiaſticus ordo,pari ratione pro-cedunt:ſic vt quicunque non admittitur ad vnum, nec is admittatur ad reliquum.c.Beati.in fine.ibi.Quicunque ſacerdotes non ſunt , vel eſſe ſacerdotes non poſſunt:hi contra ſacerdotem nec accuſationem, nec teſtificationem vllam proferre poſſunt, nec contra.Sic D. Paulus Apoſtolus Timotheum inſtruit,ne aduerſus presbyterum accuſatio-nem vllam recipiat niſi ſub duobus,aut tribus teſtibus.j.Timo.v.c.Et Apoſtolorum ſucceſſores ſtatuerunt,ne ſacerdotes Domini aliquos ac cuſarent,& ne contra eos teſtimonium ferrent, qui ſui ordinis non eſſent,aut eſſe non poſſent.c.Ipſi Apoſtoli.&,ibi glo. in verbo, Nec eſſe.c.Teſtes.in principio,& c.Præſumunt.cum gl.in verbo, Teſtimo nium.ij.q.vij.

## Actio inualida

Non habere actionem,& habere actionem prorſus inutilem, aut prorſus inefficacem:paria ſunt.c.Ad aures.& ibi Panor.nu. 5 ad finẽ, extra de præſcriptionib.Arg.c.ij.extra,de trãſlatio.epiſco.Vbi ſic dici tur,Paria ſunt.Nõ habere quidẽ actionẽ:ex habere ſed eam quæ exce-ptione elidi atque ſubuerti poſſit. Quocirca ſicut iudex poteſt repel-lere illum,cui nulla competit actio:ita & illum reiicere poteſt, cui a-ctio competit,ſed inefficax ſecundum Felin.ibi verſi. Stantibus iſtis: & qui agit ad debitum in diem nondum adueniente illo die. ob id ſuccumbit quia paria ſunt.non habere actionem, & non poſſe agere efficaciter vnde qui ante efficaritet agere cœpit,is adueniente, eo die denuo agere poterit.l.Grege.§. Si ſub cõdi.& ibi doct.ff.de ædil.edi. & l.Si mater.§.eandem.vet.Et ideo.ff.de Excep.rei iudi.Accurſ.in l.j. ff.Si menſ.falſ.mod.dixer.l.Sed & ſi pupillus.§. Si inſtitoria.& ibi gl. Bald.Vlbe. & Sal.ff. de Inſtito. & in l.Bebius.ff.de Pact.dotali.

## Actio repulſa.

Actionem ipſo iure non competere,& actionem iure competere, ſed exceptione repelli:effectu inter ſe nihil differunt:ideoque & pa-ria eſſe,quò ad effectum cenſentur.l.Nihil intereſt.ff. de reg. iur. vbi ſic Paulus I.C.Nihil intereſt an ipſo iure aliquis actionem nõ habeat, an eius actio per exceptionem infirmetur.Cui regulæ ſiue legi con-formis eſt regula,ſiue lex.Non videtur cœpiſſe.ff.de eo. ti.deReg.iur. Et ad hanc facit alia regula,quæ habetur in l. Si quis obligatione. §. Non poteſt videri cœpiſſe,qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmo-ueri.ff.eo.tit.Specu.in §.Nunc videndum.nu.19.ti.de Excep. & repli-ca.Et per hæc confirmatur,quod notat Bar.in l.Quod ſi maritus.§.Si quis autem.ff.de conſti.pecu.vbi dicit:non deberi illud , quod perpetua exceptione defendi poteſt.Facit ad hæc quoque tex.in l.Debitor,& in l.Creditor.ff.de verbo.ſig.Et latius Decius,in d.l.Non videtur cœpiſ ſe.quem per occaſionem videte.Sed hæc quoque ad titulum, Exce-ptio,referri poſſunt.

## Actio ex Contractu.

Actionem oriri ex contractu,& actionem oriri ex pacto quod in eſt,aut ineſſe cenſetur contractui,æquipollent: quod claro exemplo ita declarari poterit,Si vendo tibi fundum precio centũ,ex mea ven ditione tibi datur actio ex vendito ad fundum,& ex tua emptione mi hi datur actio ad precium,& vtraque harum actionũ oritur ex contra ctu eodẽ Verũ ſi adiiciatur tale pactũ:Ego vẽdo tibi agrũ meũ precio cẽtũ,vt tu vadas pro me Brugas,ex illo pacto,ſiue ex illa adiecta parti culpa pacti,naſcitur mihi actio ad cõtractũ, & ad pactũ,id eſt,ad poſ cẽdũ preciũ,& itionẽ ad Brugas.Hæc autẽ latius & prenius explicatur apud D.Ioã.Bapt.Caccialup.in ſuo notabili tract.De pact.nu.23.vbi multa quæ huic loco accõmodari poſſẽt citat iũ exẽplis ( vt inquit ) ſatis criſis & luculentis,quæ cõpendij gratia his inſerere nolui, ſed ad ea quando vacabit,lectorem remitto.

## Actio ex ſententia.

Actio in factum orta ex ſententia,ſimilis eſt actioni in factum ex ſententia ortæ.l.Actori.C.de reb.cred.& iureiur. quæ ſic habet: Acto ri delato,vel relato iureiurando,ſi iurauerit,vel ei remiſſum ſit ſacra mentum,ad ſimilitudinem iudicati,in factum actio competit,& ibi Bald.in ij.ſuo notabili.Vbi,inquit,Similitudinem conſiſtere & eſſe in parata executione:nempe in tempore,quod datur iudicatis, forte de cem dierum,per l.Promiſſor.j.§.Si ſine die.ff.de conſtir. pecu. Cuius Baldi.verba apertius ibidem perquirere licebit.Eadem quoque poſt eundem Bald.refert D. Ioan. Berthach. in ſuo Repertorio , ſub li-tera A.

## Actus purus & purificatus.

Actus hic purus eſt,& Actus hic conditionalis eſt,ſed purificatus: paria ſunt,ſecundũ Bal.in l.cum teſtamento.in fin.C.de teſtam.manu miſſ.vbi ait,liquidationem idem operari,quod purum ab initio. Et quòd inſtrumenta,ſi habeant conditionem reuera purificatam , ha-beantur pro inſtrumentis puris.Idem quoque comprobatur in l. fin. §.Titius.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.cum glo.in verb.Duæ puræ.Quin & idem probatur per Angel.qui idem ibi in effectu tenet, quòd Bal. Idem quoque confirmatur per Alex.in l.hoc iure.ff.de verb. obliga. Et per D.Carol.Ruin.in ſuis conſiliis,conſi.cxxxix.incip.De duobus. nu.7 vol.j. cõ.qui ibidẽ paria eſſe declarat,ſi actus ſit purus , vel ſi ſit actus conditionalis conditione purificata.

## Actus conditio.

Ad Actum quæ neceſſaria eſt conditio,eadem & neceſſaria eſt ad actus effectum Vide infra ſub titulo Conditio.

## Actui conſentire.

Actui conſentire & actum celebrare, paria ſunt.Sic quoque paria ſunt(vt & infra monſtrabitur ſub titulo,Conſentire) Conſentire iu dicanti,& conſentire actui,ſiue iudicato,vel ſententiæ. l. Iubemus. & ibi Bar.nu.6.& Alber.in fine.C.ad S.C.Velleia.& l.In ædibus. §. quod filiusfamilias.ff.de don.Vbi dicitur,qòd ſi filiusfamilias,patris iuſſu,aut cum voluntate patris aliquid dedit(inquit Pomponius)id perinde æſtimandum eſt,ac ſi pater ipſe donaſſet.Item,ſi quis ſuo no mine rem meã Titio dediſſet cũ meo cõſenſu & volũtate,id par eſſet ac ſi ipſe rẽ meã Titio dediſſẽ.Sic & Paulus I.C.de eo cui manumiſſio ne donare licet:Is quodãmodo manumiſsionẽ danare dicitur ſi in ma numiſſio cõſentia eãque cũ libera volũtate permittat.l.Et ſic.ff.ſol.mat. De quo plura per Tiraquellũ.de vtroque retractu.§.j.gl.ix.nu.106.& nu.137.Sic contra,ſicut minor non poteſt alienare rem immobilem ſine decreto,ita nec poteſt alteri hoc facienti conſentire aut permit-tere.Philipus Decius ad l.Aliud eſt vendere.nu.4.ff.de reg.iur. Iaſ. in l.Tunc autem.iuncta gl.ibi vel etiam iudicato.nu.2.ff.de re iudic. Sic etiam paria ſunt.Conſentire perſonæ facienti actum,et conſentire a-ctui.Nihilominus tutius eſt ſecundum Bar.exprimere vtrumque co-pulatiuè:Sic,conſentire iudicanti,et etiam conſentire iudicato,paria ſunt:quod ita etiam tenuit Bald.in c.fin.extra eodem tit. Quod iti-dem probat Iaſo.loco ſupra alleg.et Soci.in ſuis conſiliis,conſi. xliij. nu.18.lib.iiij.

## In Actu eſſe.

Aliquid eſſe in Actu,et eſſe in via deductionis ad actum:in iure pa ria ſunt.l.diuortio.§.non ſolum.ff.ſol.matrim.per quem text.ita deci dit Bal.in l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſanct.eccleſ.et Barth. Soci.in ſuis conſiliis,conſi.lxx.nu.8.lib.iiij.l.ſi impuberi.et ibi Bart.nu. 2. ff. de tutõ.et curato.dat.ab his.et in l.xij.tabula.ſi qua pluuia nocet, id eſt,nocere poterit.Et apud Labeonem.Si rationes tractaſſe videbitur id eſt,videri poterit.l.Labeo.ff.de ſtatuli et quæ actui propinqua ſunt, ſecundum ipſius naturam requiritur.l.penultiff.de milit.teſtam.l.O-ratio.ff.de ſponſalib.Rurſum Pomponius. Quid ergo ſi cœptum ſit argumentum fabricari,nondum tamen perfectum, vtrum facti, aut in feeri , appellatione contineatur : Sed puto magis facti. l. et ſi.§.infecti.ff.de aut.et argen.legat.Sic et nouitij monachi ab Epiſco po ordinari poſſunt,in cuius diœceſi ipſorũ monaſteriũ ſitũ eſt,idque poſt ſolã ipſorũ ingreſsionẽ,et ante omnẽ aliã profeſsionẽ,ad quã pri-mo anno tẽderẽt,dũmodo cõſtet,id monaſteriũ eſſe ſub diœceſi il-lius epiſcopi ca.Cum nullius.et ibi gloſſ.ad ver.Religio.de tẽpori.or-di.lib.vj.quos videte.Quia enim ſũt in actu ad profeſsionẽ,et ad eã pau latim tendunt,ideo et pro profeſsis habendi atque ordinandi ſunt.

Actus

## Actus validus.

Actus eſt validus,& Actui nihil opponi poteſt. Vel, Actui nullitatis nihil opponi poteſt: paria ſunt. Quo circa fideiuſſor, qui cogitur ſoluere vſuras, is eaſdem vſuras à debitore principali repetere poteſt, nõ ſecus quàm ſi de iure indebitè ſoluiſſet, vt notanter concludit Alber. in l.j. in ver. Ego hanc q. de facto habui. C. de ſumma Trinit. & fid. cath. Vide Bar. in l.j. ff. quod quiſque iur. & Ioan. Monach. ad c. licet Epiſcopus. & ibi in additione Philippi Probi. nu. 9. de præben. & dignita. lib. vj.

## Adeſſe.

Adeſſe,& per contumaciam abeſſe, in iure ſunt paria: nempe quantum ſpectat ad reſtitutionem minoris in integrum, vel ad ſententiam ferendam, in qua tum reum tum actorem cenſemus intereſſe, quando vocatus per contumaciam abeſt. Vlp. a. l. in cauſæ prima. §. cauſa autem. ff. de minori. xxv. annis. & ibi Bart. & Bald. qui textus ſemper ad hoc idem per eundem Bald. allegatur, ſcilicet, quòd in his quæ nũc cauſa cognita requiratur ſemper partem adeſſe præſentem, vel per contumaciam abſentem. Vide infra, Præſentem eſſe.

## Adoptio, Adoptiuus filius.

De adoptione. Vide mox, infra ſub titulo, Arrogatio Et inferius ſub titulo, Filius.

## Adulterium.

Hi duo reperti ſunt ſimul in vno concubantes lecto. Et hi duo commiſerunt adulterium: paria ſunt, vt inquit Bal. in c.j. circa finẽ. Quib. mod. feu. amit. verſi. Quæro, nunquid ſit idem dicere. Talis in lecto iacuit cum vxore domini ſui, & talis cum vxore domini mœchatus eſt. Et reſponde quod ſic, quod idem cenſeri debeant, vt notatur per gl. j. in verbo, Delictum. in l. Gaij Caſsij. ff. de fideicommiſſar. libert. Et hoc dictum Bal. refert & ſequitur Alex. in ſuis conſiliis, conſi. lxxvij. incipien. In cauſa & lite. nu. 2. vij. volum. Vbi dicit, quòd idem ſit dicere. Talis iacuit cum tali muliere, & dicere, talis cum ea muliere adulterium commiſit. Atque huius ſententiæ fuiſſe reperitur Barth. Cepolla in ſuis conſiliis, conſilio iiij. num. 10. dicens quoque paria eſſe, Iacere in lecto cum vxore alterius, & cum eadem vxore adulterium perpetrare. Quin & huic ſententiæ non abſimilis eſt ſententia Soci. minoris, in ſua ij. parte conſiliorum, conſi. xxxiiij. nu. 15. Eadem quoque ſententia confirmatur per ſacram ſcripturam in qua quotieſcunque adulterium aut fornicatio notatur, eadem per verba dormire exprimitur, vt in Geneſ. c. xxxv. de Ruben, dicitur, quòd dormiuit cum Bala concubina patris ſui. Et vxor Putipharis dicebat ad Ioſeph, Dormi mecum: Geneſis c. xxxix. Quibus locis verbum dormire accipitur pro coire: nempe quòd per conſequentiam eidem effectu æquiualeat. Nõ enim vir & mulier ad ſimul condormiendem in vno lecto nudi conueniunt, & conſentiunt, vt pſalmos legant, aut vt precibus coniunctim inſiſtant, aut ſolummodo ſacra colloquia tractent: ſedpotius, vt quòd is locus, & oblata occaſio poſcit, perficiant.

## Aduocatus & Miles.

Aduocatos autẽ, & Cõſiliarios iura ipſa ac ratio æquiparãt militibus ſtipẽdiariis, Patriãque periculis capitũ ſtrenuè defendẽtibus. l. Aduocati. C. de aduoca. diuerſo. iud. c. Sũt enim Aduocati, itẽ & Principũ. & Rerumpu. conſiliarij, Reipubl. non minus, imo multò magis vtiles, & neceſſarij, quam ſtrenuiſſimi quoque armorum milites. Impe. Leo. & Anto. Quia Aduocati ambigua quæque facta cauſarum ſuis conſiliis diriment, prudentiaque & ſuis defenſionis viribus in rebus tum publicis, tum priuatis, ſæpe prudenter lapſa erigunt, fatigata reparant; atque ideo non minus humano generi prouident, quàm ſi prę liis ſtrenuiſque factis, ac propriis vulneribus, ſuoque ſanguine patriã, parenteſque ſeruarent. Et (vt iidem inquiunt) non ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clipeis, & thoracibus nitũtur, ſed etiam Aduocatos. Quod illi de Aduocatis efferunt, id de conſiliariis quoque, & de ſimilibus cauſarũ patronis cẽſendũ eſſe puto. Militãt enim tã ibi quã illi pro patria. Imò verius, atque etiã præclarius patriæ militare dicũtur, quicũque cauſarũ ſunt patroni, quã ignaui quidã milites. Quia illi nõ minus, quã iſti glorioſæ vocis cõfiſi munimine, laborãtiũ ſpẽ, vitã, & poſteros defendũt, quã qui armis, & corporalibus viribus patriã ſe tueri iactitãt, ſicut ibidẽ & Bal. & Sali. & alij ipſorũ ſequaces apertè teſtãtur. Et quãquã hæc lex nequaquã videatur lata aut cõdita, aut edita à prædictis Impera. Labeo. & Ant. ſed ab ipſis Aduocatis: eadẽ tamẽ eſt veriſſima, & ratiõi & æquitati maximè cõſentanea, atque ideo taliũ aduocatorũ, & cõſiliariorũ prudẽs vita, actio, & cordata cõſultatio optimo iure tutiſſimaque militia appellãda eſt, tũ ob varias, & eui lẽtiſſimas cauſas cũ ratiõe & æquitate cõſentaneas, tũ ob inſignes, & claros honorum titulos, in eadẽ lege cõtẽtos, & aduocatis, & cõſiliariis huiuſmodi meritò attributos. Caſtrenſes enim milites perſepe periculoſam ſuo Principi nauãt operã patriãque ſuã nõ rarò ſua temeritate, & incõſultè hoſtiũ deprædationibus, expoſitã tradũt ſi prudẽtibus aduocatorũ, & cõſiliariorũ cõſiliis nõ regãtur, nec ſi ipſorũ temeraria audacia. & militã di ſut furor aut imperitia ſanis cõſiliariorũ cõpeſcatur monitis, aut firmis, cõtrariiſque tẽperetur rationibus, ſicuti rerum euentæs, & exẽpla certius quã ſcripta perdocẽt. Quod agnoſcẽs Pirrhus Epirotarũ Rex victorioſiſſimus, non immeritò in ſummis deliciis ſuũ Cyneam habuit, adeò vt non raro apud ſuos gloriari & prædicare conſuerit, quòd vnius Cyneæ dulciſſimo eloquio, & prudẽti cõſilio plures expugnauerit ciuitates, quàm cũ multis militũ turmis, alioqui etiam inſtructiſſimis. Cæterum quæ hic de aduocatis. & cõſiliariis, iure ac ratione militibus ſtipendiariis æquiparandis dixi, ea ſolũ modo intelligẽda ſũt in iis, quæ ad protectionẽ ac defenſionẽ patriæ faciũt. In genere enim, atque in vniuerſum, vel in omnibus, cõſiliarios, & aduocatos cõferre cũ militibus, aut cũ militum viuendi ratione, & moribus, id nemo cordatus vnquam cõceſſerit. Horum enim mores, viuendi ratio, fides, ſtudia, & moriendi terminus, tam ab ipſorũ moribus, & vita diſſidet, vt id nulla probatione indigeat: quum id cõmuni, quotidianaque experientia conſpiciamus. Imò quod & vulgus ipſum, atque adeo aduocati ipſi, & ipſimet etiam milites veriſsimo teſtimonio (ſi verum fateri velint) ſatis comprobant. De aduocatis paucula quædam etiam comperies infra ſub titulo, Poſtulare.

## Aduocare, Poſtulare.

Aduocare, & Poſtulare, Sic Aduocati & Poſtulantes in iure ſunt pares. Vt aliquando latius dicetur infra ſub verbo, Poſtulare.

## Allegare Allegatio.

Allegare aliquid, & nõ probare, & nihil allegare, paria ſunt, & in idẽ recidunt. Allegare enim in iudicio non ſufficit, niſi eadem allegata ritè probentur. l. ſi manumiſſus. C. de libert. & eorum libe. Vbi etiam dicitur, quòd non ſufficiat patronum allegare ingratitudinem liberti, ob quam eum in ſeruitutem retrahere conatur, niſi eandem & probet. Sic & Specul. idem aſſerit in titu. de interrog. quæ fiunt ante litem conteſtatam. §. j. verſic. ſciendum. Quocirca quoties iura aliquid concedunt alleganti aliquod factum, id potiſsimum intelliguntur cõcedere, ſi illud factum quod allegant ab ipſis ſit probatũ. Alex. in ſuis conſiliis, conſi. lxxviij. lib. v. Ideo dicit Archidia. ad cap. noli timere, xj. q. iij. Quocirca doctori quantumuis magno, ſi quid alleget, non tenetur credere, niſi opinionem ſuam, & quod allegat, ratione, & auctoritate comprobet, vti notatur ca. ego ſolis. ix. diſtin. Idem notauit D. Nicolaus Euerard. in loco ab auctoritate. & l. ſiue poſsidetis. C. de probat. Vulgata enim iuris eſt regula, quæ dicit. Non ſufficit dicere. vel allegare aliquid, ſed requiritur, vt dictum & allegatum legitimè probentur. l. ſi prius. iuncta gl. in verbo egiſſet. ff. de oper. no. nuncia. Et in l. j. in princip. & ibi gl. in verbo, dicatur. ff. ſi quadrup. pau. feciſ. dicatur. & tex. in c. dilecti. ibi, Oppoſita & probata. extra de except. & l. j. in princip. iuncta gl. in verbo, dicetur. ff. de dolo. Et Petr. Paulus Pariſius ſuis in conſiliis, conſil. x. nu. 35. & in conſi. cxij. in j. part. Quare in quacunque cauſa, ſiue ciuili ſiue criminali. cum allegata, non ſunt probata, ſed ſoludmodo ſimpliciter allegata, talis quidem nuda allegatio nihil prodeſt, nec quicquam ad comdemnationis effectum operari poteſt, vulgata & ad multa applicanda l. ij. quam frequenter allegant Aduocati. ff. de probat. l. actor. C. eo tit. §. quod autẽ diximus. Inſtit. de legat. l. qui accuſare. C. de eden. & l. res. C. de rei vendi. quę poſtrema lex omniũ ſcriptorũ iudicio, & ſingularis eſt, & aurea, & cũ lege Moſaica planè cõformis, qua iubet Dominus per Moyſen, Iudicibus Iſraël, vt in ore duorũ, vel triũ teſtiũ tãtũ quis pereat, & interficiatur: nemo verò occidatur vno cõtra ſe teſtimoniũ dicẽte, Deutero. xvij. Et Paul. ad Timoth. v. Aduerſus presbyterũ accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Hac de cauſa quoque Paulus ipſe refutauit quęcunque Tertullus orator Iudæorum, aduerſus ipſum coram iudice Fœlice allegauerat; quòd ſcilicet allegata non probabat. Act. xxiiij. c.

## Aliena ſeruare, & corrumpere.

Aliena ſibi ſeruare iniuſtè, & aliena inuadere, aut aliena corrũpere corã Deo, ſunt paria. vt eſt textus in c. Sæpe. extra de reſtitu. ſpoliat. & in c. decimæ. xvj. q. j. & ibi gloſſ. in verbo, Inuadunt. Atque hinc verum eſt, quod dici ſolet: ſi quiſquam rem alterius inuenerit, & eandem nõ reſtituerit, is de furto tenetur: non ſecus quàm ſi rem eandem aut vi, aut fraudulenter ab alio ſubtraxiſſet. l. falſus. §. qui alienum,

ff. de

ff.de furt.in c.ſi quid.xxiiij.quæſt.v.ſi quid inueniſti,dicit text. & non reddidiſti, rapuiſti. & quantum potuiſti feciſti,quia plus non inueniſti.Atque ad huius ſimilitudinem, qui alienam rem petenti denegat quam reddere,ſi vellet, poſſet,is idem coram Deo cõmittit, ac ſi rem andem violenter eriperet.Deus enim(vt ſcrutator eſt cordis) ita & or interrogat.hoc eſt,ſecundum cordis affectũ magis iudicat, quàm cecundum opera manuum.Ita tenet eximius & inſignis doctor D.Luſdouicus Montalti Biracuſijs,in ſuo pulcherrimo tractatu ſuper reprobatione ſententiæ Pilati.num.72.

## Alienatio, Alienare.

Alienatio omnis habens titulum onerоſum, venditioni ſimilis eſt, per l.ſtatuliberi.§.qnintus.ff.de ſtatulib.vbi tranſlatio à ſcripto hærede,in legitimum,venditio dicitur. Ad huius ſimilitudinem & is, qui rem alterius permutatam accepit,emptori ſimilis eſt. Item, qui rem in ſolutionem accepit : vel qui lite æſtimata rem tenuit, is tanquam rem emptam accipit.l.fin.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſ.eatur.l.litis æſtimatio.ff.de vſucapio.pro empto.Et latè Fabianus de mõte ſancto Seuer. in tract.de empt.& vend.q.ij.in prin.Et D.Vldaric.Zaſ.in l.apud Celſum.§.auctoris autem.num.9.ff.de dol.mal.& met.except.

## Alienatio bonorum.

*D*e alienatione bonorum facienda.vide infra ſub capitibus Furioſus & Pupillus.

## Alimenta, & Dos.

Alimenta,& Dos in iure æquiparantur.Priuilegia enim alimentorum,quæ tractantur in l.Mela in princ.ff.de aliment.& cibar.lega.eadem quoque ad materiam dotis iure ſimilitudinis trahi poſſunt, hoc modo. Quemadmodum enim cauſa alimentorum, nullam agnoſcit compenſationem,nullámque admittit appellationem, ſed in iudicio celerem meretur expeditionem, ita & cauſa dotis ſemper & vbique præcipua eſt,& omnibus cauſis eſt præferenda.l.j.ff.ſol.matr.Quocirca ſicut mater diues tenetur alere filiam inopem, quando pater eſt egens.§.illud.in authen.vt lic.matr.& auiæ.& l.pen.ff.de lib.agnoſcen. ita etiam hoc caſu tenetur filiam dotare.l.neque mater.C.de iure dot. & ibi Salicet.Bald.Cyn.& alij.Et Nicolaus Euerard.in loco ab alimentis ad dotem,vbi iſta pulchrè declarat.Item contra. Sicut filiis ingratis alimenta rectè denegantur.l.ſi quis à liberis.§.idem Iudex.ff.de lib. agnoſcen.l.vlt.C.de alend.liber.Sic pater,aut filiæ ingratæ dotem non iniuria denegat.l.vl.C.de dot.promiſſ.

## Alimenta, & pia cauſa.

Alimenta & pia cauſa.in iure ſunt ſimilia. Quare ſicut alimenta egentib.dare per ſeipſum eſt,& ex fonte pietatis manat. l.Neſennius,in princ.ff.de alim.& cib.leg.l.Alimenta. C.eo.tit. Ita & piũ eſt, & Deo gratum,ſi iudex diebus feſtis de cauſa cognoſcat l.ij.ff.de feriis.Vtque eodem modo de quibuſuis cauſis ad neceſſitatem,& commoditatem proximi,feſtis diebus iudicandis cenſendum eſt.teſte Matthæo Euangeliſta xij.Quæ tamen omnia intelligẽda ſunt,cùm ineſt maxima neceſſitas,ſicut optimè Theologi docuerunt : quoniam violare feſtum ſine neceſſitate ſemper peccatum eſt. Omnibus cauſis,& feriis præferenda eſt gloria Dei,& neceſſaria cauſa proximi, in qua prima Dei gloria & legis impletio conſiſtit,iuxta illud.Qui chariratem habet,legem impleuit.Sabbatum enim propter hominem,& non homo propter ſabbatum factus eſt.Mar.ij.Et quia Chriſtus ſe ſabbati dominum vocat, optimo iure,qui quæ Chriſti ſunt quærit,& iudicat, is tantum abeſt,vt ſabbatum violet,vt illud magis ſanctificet,& ad gloriam Dei, qui ſabbati Dominus eſt,verius tranſigat.Quocirca & Chriſtus Phariſæorum ſuperſtitionem apertè redarguit, quòd pium ſuum miraculum de curata in ſabbato muliere incuruata, & de curato hydropico incuſarent, & inceſſerent, quum ipſi interim bouem, aut aſinum in foſſam delapſum ex foſſa extrahere non metuerent.Lucæ xiij, cap.& xiiij.

## Amatorius.

Artis amatoriæ magiſtri,& Veneficæ, in iure ciuili æquiparantur, non minus in facto,quàm in pœnis.Ideóque pari ſupplicio in ambos animaduertitur.l.eorum.in princ.C.de malefic.& math. perinde legibus exoſi eſſe dicuntur,qui magicis accincti artibus contra ſalutem hominum aliquid attentant,atque hi qui pudicos animos ad libidinem deflexiſſe conuincuntur. Quod & confirmatur per l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.Verùm an idem fiat de iure canonico,hoc eſt,an eadem in vtroque pœna canonicè conſtituta,an diuerſa, hic breuitatis cauſa prætereo,quòd de eo nonnihil meminerimus noſtra Praxi rerum criminalium .cap. lxj. de crimine læſę maieſtatis diuinæ.num.108.in poſtrema editione.

## Amentes.

In amentes nulla ferenda eſt ſententia,vt in mortuos ꝟ. Furioſus.

## Amicitia, coniunctio.

Amicitia,& coniunctio æquiparantur.dicit textus celebris in l.ſucceſſori.ff.de neg.geſt.quòd amicus poteſt agere ſine mandato pro amico:cum cautione de rato habita:ſicut coniunctus pro coniuncto, Glo.in verb.Non erat rectum, ſuper articulo tertio, tertij tractatus Ioannis de terra Rubea contra rebelles ſuorum regum.Et idem operatur coniunctio amicitiæ,quod ſanguinis.

## Amici, Affines.

Amici,& Affines æquiparantur, vt eſt bonus textus, & qui à quocunque bono ſcholari obliuiſci non debet.in c.Petrus.in ver.Cognati & amici de homicidio.& in cap. Subdiaconus. in ver. Cognati & amici.eodem titulo.Vide plura per gloſ.ſuper verb.Non erat rectum, ſuper artic. iij. tertij tractus Ioannis de terra Rubeæ contra rebelles ſuorum regum.

## Amicus fictus, Hirundo.

Amicus fictus hirundini æquiparatur.Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum,in gloſ.ſuper verbo,Non erat rectum. De quo loquitur Cicero ad Heren,lib.iiij.retho,vbi dicit.Ita vt hirundines æſtiuo tempore adſunt, frigore pulſæ recedunt ita ficti amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt, ſimul ac hyemem fortunæ viderint: euolant omnes.Iſid.de ſummo bono.lib.iij.In proſperitate iuncta eſt amicitia:neſcitur vtrum perſona,an fœlicitas diligatur? Ita verbaliter recitat Gregorius, morali.vij. Eccleſ. vj. cap. dicitur. Verè eſt amicus menſæ,& non permanet in die neceſſitatis.Diog.Laert.de vi.& moribus.philoſ.Vis experiri amicum,calamitoſus fias:Aurum in igne probamus:Amicos autem in aduerſitatibus decernimus.Ouid. lib.j.triſt. ele.vij.Donec eris fœlix multos numerabis amicos, Tempora ſi fuerint nubila,ſolus eris. Aſpicis vt veniunt ad candida tecta columbæ. Accipiet nullas ſordida turris aues Horrea formicæ veniunt ad inania nunquam. Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. Sed quid,nónne cum fortuna ſtat,caditque fides? In ſumma diligitur nemo,niſi cui fortuna ſecunda.lib.ij.Ouid.de Ponto.

## Item.

Amicus fictus,& verus amicus æquiparantur. gloſſa ſuper verbo, Nihil mentiatur. In tractatu Ioannis de terra rubea contra rebelles ſuorum regum.Adde Ariſtot. libr.ix. Ethi. vbi de teſtatione fictionis pernitioſæ dicit:Qui fingit ſe amicum,& non eſt,peior eſt eo,qui facit aut cudit falſam monetam.Seueri.Boetius de conſola.philoſo. lib. iij.proſa v.relatus à gloſſ. ſuper verbo, Hoſtis.in cap. ij. xciij. diſtinct. Quæ vero(inquit)peſtis efficatior eſt ad nocendum quàm familiaris inimicus?quaſi dicat nulla arg.l.lata.C.de dolo.Vnde non eſt deterior hoſtis quàm fictus amicus,non odium grauius,quàm ſimulatus amor Vnde illud etiam,Mus in pera.&c.arg. §.item præcepit, ſi eſt. xiij.q. j.& c.certè.xij.quæſt.j.Aug.ad Vinc.Donatiſtam & Rogatiſtam.& habetur v.quæſt.v.cap.non omnis qui parcit amicus eſt : nec omnis qui verberat inimicus.Meliora enim ſunt verbera amici veri, quàm voluntaria oſcula inimici ficti,qui ſe pro amico gerat. Diogen.Laert.de vita & moribus philoſophorum.Magis amicorũ fictorum inuidiam, quàm inimicorum patentes inſidias cauere debemus: illud enim celatum,hoc verò apertum malum eſt,nocendique fraus,cui(quũ non ſperatur)ad nocendum potentior eſt.In amicitia enim & fidelitate vera nihil fictum.nihil denique ſimulatum,& quicquid in ea eſt verum, non fictum:voluntarium,& non coactum eſt.

## Amittere conſpectum rei.

Amiſiſſe conſpectum rei quæ facile recuperari poterit, & non amiſiſſe eiuſdem conſpectum,in iure ſunt paria.argumento l.Clauibus ff.de contrah.empt,& §.item ſi quis merces Inſtitut.de rerum diuiſio & lege prima §.ſi iuſſerim.circa fin.ff.de acquirenda vel amittenda poſſeſſione,Vbi dicitur,Si animal quoduis ſemel captum ita prioris domini cuſtodia effugiſſet,& in priorem naturalem libertatem rediiſſet hoc eſt,ſi ſic euaſiſſet,vt vel ex prioris cuſtodientis. vel occupatoris oculis effugiſſet,vt ipſi difficilis eſſet eiuſdem animalis aut perſecutio,aut receptio,tunc idem animal.cenſeretur amiſiſſe, & nihil iuris in idipſum ſibi competere.Sed ſi capientis oculos,aut non effugiſſet, aut ſi effugiſſet quidem ipſius oculos,ſic tamen vt ipſius perſecutio, aut receptio nõ vſqueadeo eſſet difficilis,remanet idem animal receptum in eiuſdem primi occupantis poteſtate.§.Feræ.& §.Apium.& ibi docto.Inſtitu.de rerum diuiſ.l.naturalem.& lege Pomponius.ff.de acquir.rerum domi.

## Amor, Furor.

Amor comparatur furori,& amans comparatur ebrio & etiam furioſo.gloſſa in §.in verb.bacchata. inſtitu.de ſucceſ.ſublat. vt enim vino quis capitur, vel Baccho: ita & amore.Item furore amoris nil vehementius inuenitur,vt in Authen. Quib.mod.natu.effic.legi. §.Illud. colla.vj.vt maxime in iuuenibus. vnde verſus:

*Militat in teneris annis amor hoſpes amœnus,*
*Eſt in canicie ridiculoſa Venus.*

Et illud.

*Exultat leuitate puer,grauitate ſenectus:*
*Inter vtrumque manens ſtat iuuenile decus.*

Facit c.cum iuuentute.extra de præſump. & D. Io. Berthachinus in ſuo repertorio primæ partis,ſub verbis Amans & Amor.

## Annus.

Annus in inſtrumento expreſſus.Vide infra,inſtrumentum.

## Non apparens.

De non apparentibus, & de non exiſtentibus, idem in iure eſt iudicium.ff.de contrahenda empt.l.in lege.quæ dicit,neminem nec vendere,nec ad poſſeſſionem accipere poſſe,quod in rerum natura, aut non eſt, aut non apparet.Atque hinc dicit Lapidicinas nullas eſſe,niſi quæ apparent,aut quæ actū excidūtur,vel effodiuntur.Si quis enim cæcus de occultis,& non manifeſtis adſtruere vellet,is eadem opera, ſed cæcè, totum fundum lapidicinam adſtruere, & pro lapidicina vendere poſſet,ſi vel in vlla fundi parte lapis appareret.iuxta glo.ibi, in verb. Quod non ſit. Vbi notat huiuſmodi pacta referri ad ea quæ apparent, & non ad futura, aut occulta,quæ apparere poterunt, allegans ad hoc nonnullas alias leges, quas ibidem videre licet. Vnde non eſſe, & non apparere non immeritò paria eſſe diximus. Quod tamen locum non habet in rebus incorporeis,& diuinis,quæ quamuis omnino non apparent, eaſdem tamen, non eſſe nemo vnquam cenſuerit, qualia ſunt anima, Deus,ſpiritus,virtutes cœleſtes,& cum his omnia ea quę ſunt fidei, & ſpei.Quare quæcunque redimus,aut ſperamus eadem extant, ſed ſenſibus noſtris non vſqueadeò apparent,quod in iis ſenſus noſtri,& humaua ratio citiſſimè fallantur, vt de iam dictis fide,& ſpe.Item de Trinitate,& vnitate,& de reali exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtia, de inferno,vel de loco damnatorum,de Paradiſo vel loco beatorum clariſſimè patet.Atque hinc eſt, quòd Paulus, loquens de fide,ait quòd ſit ſubſtantia rerum ſperandarum,argumentum non apparentium,ad Hebræos.xj.cap.Nihilominus ſi apparentia pro his,quæ vel intellectui, vel certis ſcripturarum teſtimoniis,vel per propriam confeſſionem fidei nobis apparent,vel manifeſta ſunt, hoc ſenſu etiam quæ religionis ſnnt ac fidei, nobis longè certius apparere debent,quàm quę ſenſibus noſtris apparere videntur, Senſus enim noſtri citò falluntur, ſed quæ Dei omnipotentis eloquio (qui nec fallit, nec falli poteſt) enuntiata ſunt, quæque diuinis ſcripturis, ſignis,& miraculis diuinis (& denique omnia quæ nobis credenda proponit eccleſia) comprobata ſunt, ea nobis debent eſſe indubitatiſſima,& certius exiſtere, quam quæ ſenſibus obiecta ſunt.Atque hoc eſt,quòd Paulus ſcribens ad Hebręos. cap.ij.de certitudine veritatis euangelicæ dicit,Quæ ſalus noſtra(ſcilicet fides euangelica) cum initium accepiſſet enarrandi per Dominum ab eis,qui audierunt in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis,& portetis,ac variis virtutibus, & Spiritusſancti diſtributionib. Huic quoque conforme eſt illud Marci vltimo cap, vbi loquitur, de ſignis fidem prædicatam confirmantibus.Illi (inquit)abierūt & prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. De his ſuperioribus vide etiam infrà ſub capite, Non eſſe,ſeu non apparere,

## Appellatio, Appellare.

Appellare,& ſententiam recuſare ſunt paria,aut æquiparantur, teſtante gloſ.in verbo, videatur.in fin,in cap.ij.de conſuet. lib.vj. Quia ſicut in appellatione requiritur appellandi cauſa rationabilis,ita & in recuſatione. Vnde D.Paulus iuſtè recuſauit iudicium, & ſententiam Præſidis Feſti,coram Iudæis,ad Cæſarem eppellauit.Act.xxv.cap.item ſicut appellatio ex debita cauſa conceditur, ſic & ſententię recuſatio, c.ſuper eo.ij.iuncta gloſſ.in verbo, ſicut appellationi extrà de appell, Quod tamen verum eſt per omnia, vti recitari ſolet in dicto capi. ſuper eo,vbi videte,

## Appellare fruſtra, indebitè.

Appellare fruſtra, ſiue temerè,& non appellare, paria ſunt.c.non ſolum, & c.Romana. de appel. vbi dicitur, quòd ſicut Iudex, qui de cauſa cognouit, & de cauſa iudicat, ſuam ſententiam exequitur, ſi ab eadem appellatum non fuerit: ita quoque facit quando appellationem comperit eſſe temerariam, & in iure non eſſe fundatam, ſed ad ſolam contumaciæ notam euadendam, & ad ſuam nequitiam tegendam ſolummodo eſſe aſſumptam.Quare non immeritò paria eſſe diximus,quantum ad executionem ſenteutiæ,Omnino non appellare,& appellare fruſtra,indebitè,vel temerè Card.in Clem.j.in vj. notab.de dolo & contuma. Nam ſicut ſententia executioni committitur,ſi ab eadem appellatum non fuerit,ita quoque ſi ab eadem temerè appellatum fuiſſet, hoc eſt,ob cauſam quæ in iure appellationem non admitteret.l.ij.C.quib.prouoc.non licet. Atque vera ſunt,& applicanda ad omnes cauſas, quæ paratam executionem habent, & de quibus,ſic temerè pertinaces qui iam appellare conſueuerunt.Sicuti latè Rebuffus,ad conſtitutiones Regias,tomo ij.in tract.De ſententię executione ſiue executore commonſtrat. Et Pan.in c.cum veniſſent. numero 10.extrà de eo qui mitti.in poſſ. au.rei ſeruandæ. A quibus appellari non liceat,& in quib.cauſ.infrà, Senatus.

## Appellare, & non progredi.

Non appellare,& appellare,ſed appellationem non perſequi, ſiue ab appellatione deſiſtere, vel appallationi renunciare, paria ſunt, vt eſt deciſio Rotæ prima,in nouis, ſub titulo,de appellat. Ita tenet,D.Nicolaus Euerard.in ſuis reſponſis, ſiue conſiliis cõſ.xxvij.nu.40. Idem quoque latè comprobatur per D.Carolum Ruinum in ſuis cõſiliis, conſ.iiij.num.38.incip.Viſis omnibus in ſuo v.volumine conſiliorū vbi apertè explicat,quando prædicta ſint paria,quem ibidem te conſulere velim. Atque hinc euenit,quòd quoties aliquis appellauit, & appellationis apoſtolos (vt vocant) intra triginta dies non petiit, id perinde eſt,atque ſi non appellaſſet, c.ab eo.de appellat.lib.vj. Clem. ij.eod.tit.Quare ſicut ſententia veram habet executionem,à qua non eſt prouocatum, ita quoque illa ſententia, à qua eſt prouocatum, ſed appellans ſuam appellationem debito tempore non perſequitur,veræ executioni ſit obnoxia,Anthen.Ei qui.C.de temporib.appellat.c. Cum ſit Romana.de Appellat. Qui enim ſerò quid agere tentat, is nihil agere intelligitur,& ipſius appellandi ius retrahitur, & prorſus extinguitur.iuxta arg.l.Neratius.ff.de manumiſ.teſtamen.Atque ideo talis ſeræ appellationis proceſſus non valet,nec ſententia, quæ in eo proceſſu fertur,quia ob indebitam,& ſeram appellationem, appellationis Iudex cenſetur incompetens,& nullus.Clementi.Si appellationem.de appellat. Et Alexauder conſil.lxiiiI.incip. Viſo proceſſu.lib. vj.& conſ.lxxxij.ibidem.Et Anchar.conſ.ccclv.incip.Iam diſerta. Neque ad hæc valet vlla ſententia confirmatoria,vel infirmaroria ad excipiendum. Bald.in d.Authen. Ei qui.

## Appellationis tempus.

Appellatum eſſe, & eſſe infra appellandi tempora, paria ſunt. D. Philippo Franco teſte.in cap.j.num.20.de teſtamen.lib.vj Idem confirmat gloſſ.in l. Vnica.ff.nil noua,appel. interpoſ. pro qua gloſſa eſt textus in capitulo,Non ſolum.in verſic,Innouata eodem libro ſexto, de appel. Et Anton.Corſetus in ſuis ſingularibus, ſingulari in verbo terminus.numer.1.Ex quibus notandum eſt quod ſicut poſt appellationem interpoſitam,(ſiue ea recepta ſit,ſiue non recepta) nihil innouari poteſt,& ſi quid fortaſſis tunc innouatum vel attentatum eſſet,id iure reſcinditur & reuocatur ſic quoque pari ratione, ſi quid eſſet tempore appellationis adhuc interponendæ innouatum, id quoque prorſus inualidum eſſet & reſcindendum. Nam ſicut poſt appellationem à definitiua nil innouari,aut attentari debet, vt ſupra in dicto cap.Non ſolum.j. reſponſo.ſic ne quicquam eadem lite, aut iure pendente, quòd condemnato ad appellandum competit, innouari aut attentari d bet. Sed hoc appellationis ius intra decimum diem terminari debeet,Intra quem diem appellaturo ſuum appellationis ius manet integrum.Indultum enim à iure beneficium nemini auferendum eſt.ca.Indultum.de regul. iur. lib.vj, & cap. de his.in fin.xxviij.diſt.Et per conſequens ſicut ius ipſum nulli debet auferri, ita nec ſpes ad idem ius alicui præripi debet. l. ſi vſusfructus mihi. in princip.ff.vſusfruct.quemadmodum cauea.& l.ſi vxor,§.j. ff.de adult. Porrò ſi appellationis tempus expiraſſet,tunc demum cenſeretur iudicatum ſuum debere ſortiri effectum.cap.quod ad conſultationem. de re iudic.de hoc dicit Ioan.de Ana.eſſe textum ſingularem de iure ciuili.in l.à ſententia. §.hæres.in fin, ff. de appellat. Vbi dicitur,ſi per hæredem tranſactum fuiſſet,ſed non appellatum, ea hæredis ſine appellatione tranſactio legatariis non obeſſet,ſed prodeſſet:& appellandi ius omnino tolleret,quia ſi voluiſſet,appellare potuiſſet.Quòd non fecit,ſed per tranſactionem appellandi ius ſuum perdidit.Eundem igitur effectum ſortiri debent, appellatum eſſe, & tempus appellationi conceſſum nondum expiratum eſſe.Quod etiam placuit Angelo Aretino in d.l. vnica Quin & hæc etiam confirmat præfatus D. Anton. Corſetus ſupradicto loco ſingulari.

Approbe,

## Approbo.

Dicere,Ego approbo,& dicere ego non contradico,& econtra,paria ſunt.Facit ad hæc.l.quo enim.§.j.ff.rem rat.haber. & quod notatur.l.ſi abſentis.C.ſi cert.pet.Bald.in l.ne in arbitris.C.de recept.arbi. Et ideo ſi quis ad obiectionem vel interrogationem alterius diceret. Non contradico, vel non nego, is idipſum conſentire ac fateri videretur. Vt notant doct.ad c.per tuas.ad verbum negare.de condit. appoſ.Et Hieronymus Cagnolus ad l.qui tacet.ff.de reg.iur.

## Arbitrari Malè.

Arbitrari perperã,vel nulliter,& non arbitrari,cenſenda ſunt paria.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudica. & l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poſſeſ.contra tabul.Et Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſ.cxlij.incip.Circa quæſtionem. nu. 4.in iiij.volu. conſiliorum.Et ideo ſicut iudex qui ſententiam tulit (vt ita dicam)nulliter,is non facit litem ſuam. Vt eſt gl.j.in l.Finali in prin. ff.de var.& extraord.cognit.Et Ange.& alij ad l.primam.§.hæc autem verba.ff. Quod quiſque iuris. Ita quoque nec arbiter facit litem ſuam,ſi laudum eſt nullum,hoc eſt,ſi arbitrium ſuum protulerit nulliter. Quemadmodum contrà, Arbiter litem facit ſuam, ſi ſua ſententia valeat.idémque caſus emergat quo iudex litem ſuã facere ſoleat. Sicuti opinatur Marc. Ant.Patau.in tractatu de compromiſſ.quæſtione ix.numero 89.Specul.in tit.de arbit.§.j.

## Arbiter.Arbitrium.

Arbitria,& Iudicia in iure ſunt ſimilia,vel (vt aliis placet) Arbitria in omnibus ſunt inſtar, vel ad ſimilitudinem iudiciorum redacta,niſi ſpeciale ſtatutum reperiatur contrarium.l.j.cum ibi notatis per gloſ. Odofred.& Doctor.ff.de recept.arbit. Hæc quoque iudicis & arbitri conuenientia,probatur per illud Lucę xij.Vbi quidam è turba,in ſuis controuerſiis Chriſtum requirebat arbitrum,cùm diceret: Magiſter dic fratri meo,vt diuidat mecum hæreditatem.Cui Chriſtus reſpondit:Quis (inquit) homo me conſtituit iudicem,aut diuiſorem ſuper vos?Vtique per hoc reſponſum ſatis adſtruere viſus eandem eſſe arbitri cum iudice paritatem,& certè nullum aut admodum exiguum inter iudicem, & arbitrum eſſe debere diſcrimen.Nihilominus tametſi hi in quibuſdam tum in principio,tum in medio,tum in fine pares reperiantur,eoſdem tamen in quibuſdam tum in principio,tum in medio, tum in fine differre monſtrabimus. Conueniunt quidem in principio in hoc, quòd ſicut libellus debet offerri coram iudice, Authen.Offeratur.C.de lit.conteſt.ita etiam coram arbitro.l. Generaliter.C.de epiſco.& cleri.Sed differunt in principiis,quia iudicium datur & fertur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verbo.obliga. Arbitrium verò in inuitum, nunquam fertur, quia nullum eſt arbitrium ſine compromiſſo: & regulariter nemo cogitur inuitus compromittere,ergo per conſequens,Nullum arbitrium in inuitum ferri dicendum eſt.Item cõueniunt in medio,quia ſicut iudex debet probationes recipere,& teſtes examinare,ita & arbiter.l.penult.C.de recep.arbit.Sed differunt in medio,aut in progreſſu, quia coram iudice contrahitur Heremodicium.l. properandum. §.ſin autem reus.C. de iudi.Coram arbitro verò non contrahitur Heremodicium,quia coram ipſo deſeri videtur iudicium.l.ij. C. eod.de recep.arbit. Item conueniunt in fine,quia ſicut iudex debet iudicare de toto,ita & arbiter.l.Quid tamen.ff. de recept. arbit. Et iudex ſententiam ex ſcripto recitare debet.l.j. C.de ſent. ex breuic. (vel rectius, authoribus Alciato & Budæo,ex ſcripto) recitand.c.vltim.de re iudic.lib.vj. Sic & arbiter.d.l.j.& ca.cum ab vno.de re iudic.in vj. Et ſicut iudex ſententiam in tenebris aut noctu ferre non debet,vt in auth.de iudi.§. ſedebunt.colla.vj.& c.conſuluit.de offic.deleg.ita nec arbiter. Nulla enim hic ratio diuerſitatis adduci poteſt,ſed ſunt arbitria ad iudiciorum ſimilitudinem redacta.d.l.j.ff.de recept.arbit. & l. à Titio.ff.de verb.oblig.Deinde huc pertinet.l.Paulus.j.ff.de re iud.Quemadmodum enim ibidem iudici permittitur vt eodem die, quo ſententiam tulit,circa acceſſoria aliquid pronũciet,idem etiam permittitur & arbitro:vt docet gl.in l.quia arbiter.ff.de recep arbit.quã glo.dicit Ang. Are.in §.j.Inſt.de action.eſſe ſingularẽ,Præterea vt iudex victũ victori in expẽſas condẽnat,l.Eum,quẽ temer.ff.de iudic.l. Properandũ.§.ſiue autem alterutra.C.eod.titu.c. Calumniam.de pœn.Ita & arbiter victum in expenſas condemnat vt not.Iaſ.in d.§.ſiue autem.in ij.ampliatione,vbi ad hoc non pauca allegat. Sed differunt in his,quia ex ſententia iudicis naſcitur actio.l.Actori.C.de iureiur.Non autem naſcitur actio ex ſententia arbitri.l.j.C.de recept.arbit.Item,In fine conueniunt,quòd ſicut iudex reus fit, & obnoxius culpæ tenetur, ſi ex dolo iniuſtam dederit ſententiam, ita etiam & arbiter. Sed differunt in hoc,quòd arbiter poſſit feſto die in cauſa procedere,& ſententiam pronunciare, quia amicus conciliator eſt concordiæ,& pacis mediator æquiſſimus.Iudex verò feſtis diebus id non poteſt. De iudicis autem & arbitri tum conuenientia, tum differentia, abundè meminit Hoſtien.in ſumma,de arbit.§.Qualiter ad effectum,& Panorm.in ca. Quintauallis.de iureiuran. Ang.in §.j.Inſtitu.de actionib.Peru.in ſuo tractatu.de arbitr.Et D.Claudius Cantiuncula in ſuo lib.Topicorum ſub loco.A iudice ad arbitrum. & ante eum D.Nicolaus Euerard.a Middelburgo, in ſuo Topicorum libro, ſub loco,A ſimili. Quin & hanc materiem etiam abundanter diſcuſſit Anno Domini M.D. vigeſimo ſeptimo,vel octauo (ſi bene memini) cùm Louanij diſciplinæ ciuili nauarem operam,vir egregiè doctus,ac memoriæ fidelis D. Nicol.Heems à Bruxella.cum titul.de recept.arbit. C.iuris ſtudioſis ſingulis diebus manè hora ſeptima prælegeret, & interpretaretur, cuius ſcripta adhuc apud plures ſeruantur.Reliqua igitur, quæ huic materiæ conueniunt,apud ipſum videbitis, in locis iamiam hoc themate allegatis.

## Arbitria,& Contractus.

Arbitraria iudicia,etiam ſimilia ſunt contractibus,imò vt nonnullis placet,ipſa arbitramenta ſunt inſtar contractuum,vt vult Innoc.in cap.Quintauallis.extra de iureiuran. Et Bald. in l.j.circa finem. C.de recept.arbitr.Et D.Baptiſta à ſancto Blaſio in ſuo tractatu de arbitro & arbitratore, in v. quæſito.num. 13. Ex quibus locis, & ibidem diſputatis inferri quamoptimè poteſt. Arbitramentum plus ſapere de contractu,quàm de iudiciis,vti clariſſimè commonſtrat D.Tyndarus I.V.Doctor in ſuo tractatu de teſtibus. cap. iiij. de teſte variante coram arbitratore numero 2. Et ideo res quæ in commercio noſtro eſſe non poſſunt.Imò quæ prohibentur alienari, ea quoque non veniunt,& contra,cap.Cum tempore.& ibi dominus Anton.de Butr.& Abbas de arbit.Nã de quibus quis cõpromittere non poteſt,is & eadem nec alienare poteſt.Ad quod facit,quod ponit Lap.alleg.cij.inci. Nec poteſt clericus.Vbi dicit,quòd ſicut clericus non poteſt compromittere,quoad perpetuum eccleſiæ præiudicium, ita nec poteſt alienare.Atque hinc eſt,quod qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto,nõ poteſt etiam compromittere Quibus accedit,quod ponit Card.conſilio xcv.Ad primum, vbi quæritur. An compromiſſum factum à prælato ſine licentia ſuperioris valeat: Et reſpondet diſtinctè quod valeat,ſed ſolummodo ad ea quæ ſunt in poteſtate ipſius Prælati:ad reliqua verò quæ ſunt extra auctoritatem Prælati non valet,quod & Romanus conſil.cclxxv.& conſi.ccclxix.probat cum Soc. conſil. xviij.& Decio,conſil.xliiij.incip.Et diligenter,& plura per Marcum Anton.Patauinum,in tractatu de compromiſſis. q.iiij. nu.14.ad verbum,Compenſationis.

## Argentarius.

Argentarius, Bancariu, Nummularius, Menſarius, Campſor,Trapezita, Collybiſta,Collectarius, paria ſunt, eadémque ferè vi ſignificant,verſantes in re nummaria,dantéſque pro auro vel argento viciſſim monetam,quæ deſideraretur.Attamen argentarij olim aliquanto maiores negociatores fuerant, nec ſolum permutandis nummis, aut ſuis aut alienis, ſed etiam ſub fœnore iiſdem collocandis tabernam publicè exercebant,quorum rationes & ſchedulæ pro publico,& authentico inſtrumento habebantur. Atque ideo non niſi homines integræ fidei,& etiam niſi cum publica auctoritate ad hoc munus conſtituebantur.Hos itaque vocat Vlpianus ſecundum prætorem,argentariæ menſæ exercitores,in l.iiij.in princ, ff. de edendo. Ab aliis.verò vocantur collectarij,quorum paſſim frequens fit mentio,vt in l.Quiſquis.C.ſi certum petatur.Vel ſi quis (inquiunt Honor.& Theodoſ.) collectarius, honoris precium dederit ambienti.De hac etiam materia videte Gulielmum Budæum in Pandect.lege ſi hominem.§.Quotiens,depoſiti.

## Arma.

Arma militaria diuendere.Vide infra delictum.

## Arreſtatio.

Varia ſunt hominum genera, réſque hominum variæ, quæ in eo quod non poſſunt arreſtari, ſunt pares. Sic vt ab vno quod arreſtari non poteſt,facile ducatur argumentum ad aliud, quod ſimili quoque ratione arreſtari non poterit.Huiuſmodi perſonæ & res ſunt quæ ordine ſequuntur.

1 Primo,Studentes,& ſtudentium bona.
2 Studentium parentes,ipſóſque viſitantes.
3 Milites inauthorati,& militum ad bellum properantium arma,veluti equi, aſturcones, phaleræ, lanceæ, haſtæ, ſcuta, galeæ, loricæ, thoraces, ſicæ, gladij, baliſtæ, tela, arcus, ferenta.& reliqua ſimilia ad bellum neceſſaria.
4 Commeatum ferentes ad caſtra,aut ad exercitum.
5 Fructus beneficiorum.
6 Legati Principum.
7 Conſiliarij & Aduocati Principum.

8 Aduocati,& Medici ciuitatum iurati.

9 Mulieres debitrices.

10 Cadauera hominum mortuorum.

11 Boues aratorij,equi ruſticorum,ligones,aratra,& ſimilia tum animalia,tum inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria.

12 Debitores,qui tempore contractus non fuerunt ſoluendo.

13 Debitores ſummæ exiguæ.

Quod autem nihil enarratorum arreſtari poteſt, ſequētibus legibus, & auctoritatibus,quibus ſingula ſingulis reſpōdeant, cōprobabitur.

1 De primo itaque probando eſt textus inſignis, in auth. Habita.C.ne fil.pro pat.Quis enim,inquit ibi Federicus Imperator, eorū non miſereatur , qui amore ſcientiæ facti exules , de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt,vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis hominibus,ſæpe,quod grauiter ferendum eſt,corporales iniurias,ſine cauſa,perferunt. Et iſtud quidem aſſerit Rebuffus, Tomo j.ad ordin. Regias. artic.vj.gloſſa.tertia. numero 68.& in tractatu de priuileg.ſcholarium.capitulo lxxxiij.Ioannes de Platea ad l.Colonos. C.de agricu.lib.x.

2 De 2.eſt gloſſa ad leg.ij.§.legatis.ad verbum,ob aliam cauſam.ff. de iudic. Expedit enim parentibus proprios liberos, quos plus quàm ſe diligunt.l. iſti quidem.ff. quod met. cauſ.viſitare, ipſorumque vitam & mores perquirere.

3 De 3,eſt gloſſa ad l.nepos proculo. & ibi Doctores , ff.de verborum ſignificat.l.Stipendia.C.de execu.rei iudi. Et Rebuffus dicto articulo ſexto,gloſſa tertia.numero 68.Iaſon ad §.item.Seruiana.Inſtitu.de action.Doctores ad l.Commodis.ff.de re iudic.Hi enim milites fauorem omnem merentur. quòd armis ſuis, & plerunque ſanguine rutilantibus rempublicam defendunt.l.prima.ff. de milit.teſtam. Quare,quantum ad forum attinet , etiam priuilegium habent , ne alibi, quam coram ſuo duce,aut magiſtro militum conueniantur.l. Magiſteria.C.de iuriſdictione omnium iudicum.Et ratio eſt, ne ſi arreſtarentur, aut alibi conuenirentur, à militia diſtracti & remorati:neceſſariæ militiæ opem ſuam ferre non poſſent. Atque hanc ob cauſam ipſis militibus, etiam adminiſtratio rerum alienarum , interdicitur.l. milites, & l.vlt.C.locat.

4 De 4.eſt textus in l. Semper.ff.de iure immu.& l.j.C.de nauicul.

5 De 5. Vide Bart.Alex.& alios ad dict.leg. Commodis. & ad legem à diuo Pio.§.in vendit.ff.de re iudicata. & ad capitulum Peruenit.de fideiuſſoribus.

6 De 6.eſt l.ſecunda.§. legatis. ff.de iudic. & capitulo vltimo. de foro competenti.

7 De 7.eſt textus in l. iubemus. & in l. petitiones. C.de aduoc. diuerſ. iudic.Et Rebuffus in comment.concord.Rub.de elect.derog.ad verbum,Regium aduocatum.Et Guido Papæ quæſtione ccccxxiij. circa med.Multa quoque de priuilegiis Conſiliariorum,& Aduocatorum Principis,vel Regis cumulauit Boerius in tractatu de auctori. Parlamenti.vel magni conſilij.

8 De 8.eſt l.medicos,C.de profeſſ.& medi.Docto.ad l.j.C. Qui bonis cedere poſſ.& ad l.miles.ff.de re iudic. Quas tamen leges Iaſ.Caſtr. Alberic.& alij hoc tempore non obſeruari optima cum ratione conqueruntur.Tam enim neceſſarius eſt doctus,& peritus medicus ſuæ reipublicæ,quàm eſt miles ſuis caſtris,quare quidquid priuilegij militibus,militiæ cauſa conceditur , id iure & merito concedendum eſſe colligitur.

9 De 9.dicendum eſt quod nouo , miti, humanoque iure priuilegium hoc mulieribus , & ſexu infirmioribus conceſſum ſit, ne ſcilicet pro ciuili debito carceri mancipentur. Authent. Hodie,C.de cuſtod.reor. Sed iſtud in honeſta muliere tantùm locum habet,nōn in meretrice, aut in alia turpiter & cum ſcandalo viuente. Hæ enim ob vitæ vilitatem dignæ non ſunt , in quas legum priuilegia exerceantur. l.quæ adulterium.C.de adult.Et Romanus ad l.Si vero.§.de Viro.ff.ſoluto matrim.l.Si vxor.j.ff.de adulteriis.

10 De 10,Natura ipſa,humanitas, honeſtatis ratio,& Reipublicæ ſalus docēt,& poſcūt,vt mortui cadauer terrę mādetur,& honeſtè ſepeliatur. Et quāuis dici ſolet,quòd facilis ſit iactura ſepulchri: Natura tamen humana vetat, nę qui ſunt ſuperſtites , tam barbara habeant pectora,& ab omni humanitatis ratione aliena,vt mortuorum corporibus ſepulturæ iura denegent. Hæc diui Imperat.conſiderantes merito cauerunt, ne mortui debitoris corpus ſiſti, aut arreſtari poſſit,ſub pœna amiſſionis debiti, & aliis pœnis in diuali conſtitutione comprehenſis.l.Cum ſit. C.de ſepul.viol.& Boerius deciſ. cclxxxvij. Et quia non minus expedit Reip.mortuos humari,quàm viuos conſeruari, vt ait Bald.in l.fin.C.de neg. geſt.& latè Guli.Bened.ad cap. Raynutius ad verbum,Mortuo itaque.j.nu.56.de teſta. Certè cadauera ſine vllo obſtaculo,ob memoriam humanæ conditionis ſunt ſepelienda.l.Quidam in ſuo.ff.de cond.inſti.Quare ob hanc quoque cauſam non immeritò interdicta eſt omnis appellatio,quæ cadaueris ſepelitionem impedire poſſet. l.fin.ff.de appel.recip.c.ex parte.j.de ſepult. Certum eſt itaque ſepulturam omnem debere eſſe liberam, quodque ſolus locus ſepulturæ deſtinatus tantum inſpiciendus ſit, non autem is locus , per quem cadauer ex euentu tranſuehitur , aut deportatur.l. Quæſitum.§.fin.ff.de leg.iij.Ideoque ſicut is qui natus eſt in aliqua ciuitate , per quam mater ipſius grauida, caſu tranſiens ipſum peperit,ciuis illius ciuitatis dici non poteſt.l.j.C.de capti.Docto.ad l.huiuſmodi. §.legatum.ff.de leg.j. Et ſicut gabellam( vt noſtri loquuntur ) non debet aliquis ſoluere, qui caſu fortuito ad eum locum peruenit,vbi talis gabella ciuibus ſoluenda imponitur. l.interdum.§.ſi propter.ff.de publ.& vectigal.Felin.ad c.Rodulphus,de reſcript. Sic quoque cadauera mortuorum non vbilibet locorum iura funeralia perſoluere debent. Quum enim ea cadauera ſepelienda non raro ad longinqua loca per varias parochias( dum per aërem conuehi non poſſint ) perferri neceſſum ſit,ſequeretur,quòd iuxta eorum inhumanitatem in ſingulis parochiis funeralia iura perſoluere deberent,quod vt eſt longè abſurdiſſimum,ita eſt & multò inhumaniſſimum.Ratio enim funeralium, ſolum domicilium defuncti,laboréſque paſtorū propriorum,& adminiſtrationem ſacramentorū,aut certè locum ſepulturæ electum reſpicit , non autem loca alia,ſicuti doctores, ad c.j.& alia de ſepul. apertè commoſtrant. Et quia libera eſt ſepulturæ electio,certum eſt,quòd nulla ratione, talis ſepultura impediri aut remoueri poſſit. c.de vxore, de ſepult.Impediretur autem per dictorum indignas arreſtationes, quibus nullo iure parendum eſt:ideóque nec ob tales arreſtationes hæredes defuncti funeralium petitos ſumptus vllo modo ferre,aut perſoluere debēt. Quod autem hic cadauera mortuorum arreſtandi , exequiáſque poſcendi , vſus, imò potius abuſus apud quaſdam nationes inoleuerit , eum certè ex pietate primo ortum eſſe ſuſpicor.Sed ſicut in rebus humanis nihil eſt ſtabile,ſed omnium rerum viciſſitudo cōſpicitur,qua etiam optima quæque non raro à primitiua inſtitutione degenerāt,& ad deteriora paulatim labuntur:ita etiam operibus pietatis ſæpe abuſus , & abrogandæ conſuetudines irrepunt,ſicuti & in hac indigna cadauerum arreſtandorum conſuetudine euenisse meritò dolemus. Nam quum olim homines hac religione,atque pietate deducti,in ſingulis pagorum eccleſiis, per quas defunctorum cadauera,ad locum ſepelitionis deferebantur mortuos depoſuiſſent,vt paſtores illic cum clero preces ſuas,ad Dominum pro defunctorum ſalute effunderent. cœpit hæc conſuetudo voluntaria ita inolere,vt ex ea tandem neceſſariam legem conſtituerent , & ad neceſſitatem , atque adeo ad iura eam conſuetudinem violentè pertraherent : quum tamē paucorum voluntaria pietas,nullis legem præſcribere aut poſſit,aut debeat.

11 De 11.eſt in arg.l.executores.C. Quæ res pig.obl.poſſ.cum auth. ſeq.Bertach.in tract.de gabell.ij.part.viij.par. q.v.Atque hæc largè intelligenda ſunt,ſicut non ſolum pro debito priuato arreſtari nō poſſint,cum ne pro tributis quidem , imò ne pro Regis quidē denariis ea arreſtari debeant : teſte Rebuffo ad Conſtit.regias. Tomo j.art.ij. gl.j.num.10. Ne abductis ex agro aratris ipſa arua ſqualere contingat,iuxta hunc verſum,

*Arua ne linquantur proiectis ſqualida aratris.*

Et quamuis leges ea de re loquentes , de pignoribus & executionibus loquantur , paritas tamen rationis efficit , vt etiam de arreſtis, quæ illam executionis formam continent,intelligantur.Per eas enim arreſtationes prædicta ruſticorum arma arreſtari non poſſunt,etiam ſi tales ruſtici nihil aliud poſſiderent:teſtibus Petr.& Alber.ad l.Executores.Quare audiendi hic non ſunt, qui contrarium opinantur,& male aſſerunt.Primo,Hippol.ſibi contrarius, ad Rub.ff. de fideiuſſorib.q.xxvij.nu.202.deinde Gomeſius ad §.item Seruiana,Inſtitut.de actionib. Nam hi non tam quid ex iure fieri conueniat,quàm quid vſu obſeruatum eſt,conſiderant. Sed quia hic vſus, imo potius abuſus , peſſimus eſt & iuribus contrarius, & Reipub. pernicioſiſſimus, ideo nulla quoque ratione ſeruandus. Reipublicæ enim ſalus, vigor & floreſcentia potiſſimum ex agricultura dependet,adeo vt hac ceſſante,non ſolum agri,verum etiam ciuitates omnes , adeo totum etiam regnum langueat,& pereat neceſſum ſit. Quare talis arreſtandorum animalium,aut armorum ruſticorum abuſus,planè tollendus eſt,iuxta tex.in c.ſi.de treuga & pace.vbi tex.ait:Ruſtici euntes & redeuntes,vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant,& ſemina portant ad agrum,congrua ſecuritate lætentur. Qua de re multa etiam extant apud Matthæum de Afflict.ad conſti. Neapo.conſtit. incip. Ab officialibus.

12 De 12.eſt textus in l.qui cum alio.ff.de regulis iuris. Baldus ad l.ſi is à quo.§.ſi ſemel ff.vt in poſſ. lega.& leg. Creditores.ff. de priuilegiis credito.

13 De 13. Indecorum , imò inhumanum videtur,quod aliquis pro minimo debito arreſtari poſſet , qui ne pro debito quidem minimo ſuſpectus dici poteſt. Roman.ſingu.xcvj. incip. Dic mihi quod non poteſt, &c.Baldus in Authentica.ſed iam neceſſe.C.de donatio. ante nuptias.

Hanc quoque ſiſtendi , ſiue arreſtandi materiam non minus clarè quàm ſuccinctè tractat , & reſoluit dominus Petrus Peckrius Ziricæus I.C.& ordinarius iuris profeſſor Louanienſis in ſua ſuccincta explicatione, de iure ſiſtendi,& manuum iniectione,quam vulgo arreſtationem vocant.c.v.nu.1.3.4.cum ſeq.

## Arragatio, Legitimario.

Arrogatio legitimationi æquiparatur, ſic vt de vna ad alteram recte argumentari liceat,vt patet per Bartol.in l.Gallus.§.nunc de lege.ff de liberis & poſthumis. Quia ſicut legitimus, aut legitimatus conditionem patris ſequitur.l.cum legitimè. ff.de ſtatu homin.gloſſa in l.j.ad verbum,Parẽtibus.ff.ad municipales.Ita quoque adoptiuus, & arrogatus,vt patet per l.Ordine.eodem titulo.Item,ſicut pater ſuo teſtamento aliquid legitimatis relinquere poteſt, ita etiam iis quos arrogauit,teſtamento relinquere poteſt.l.iubemus.C.de natura.libe. Iaſon plura ad Rub.ff.de liberis & poſthumis.numero ſeptimo.Attamen Baldus in l.ſi te.C.de ſuis & legi. videtur tenere quòd hoc argumentum in iure noſtro non ſatis ſit validum. Quem etiam ſequitur Alexander conſilio ſecundo, libro primo, & conſilio cvij.libro ij. Et Socinus conſilio ccxcvj. Quod etiam argumentum latius diſtinguitur, diſputatur, & opinatur per Ludouicum Romanum in ſuis conſiliis, conſilio cxciiij. incip.In propoſita concluſione,&c.in quarto dubio. Quin & eandem ſententiam tenet D.Carol. Ruinus in ſuis conſiliis conſilio lxvj.numero tertio.in ſuo tertio couſiliorum volumine.

## Arrogatio,& Adoptio.

Arrogatio,& Adoptio fere ſunt paria, niſi quod arrogetur is, qui ſui iuris eſt, adoptetur verò qui in aliena poteſtate exiſtit. Hanc tamen differentiam D. Paulus confundit, & adoptionem legitimationi,quantum ad hæreditatem vitæ æternæ, æquiparat, cum ait, Non accepiſtis ſperitum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus, Abba pater.Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. Si autem filij & hæredes,hæredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti. Roman. viij. Idem fere inquit ad Galatas quarto. Miſit Deus inquit, filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege,vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamãtem: Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus,ſed filius,quod ſi filius & hæres per Deum, &c. Ex his Pauli verbis apertè monſtratur,quòd Chriſtus ſit naturalis & legitimus Dei filius,nos verò adoptionis filij. Deinde quod Dei mira bonitas adoptiuos habeat pro legitimis,nempe quod ad conſequendam vitæ æternæ hæreditatem nos adoptiuos, cum Chriſto filio ſuo legitimo, verè cohæredes & pares faciat.

## Auia.

Auia, mater, ſoror & nutrix æquiparantur, quoad ac cauſandum tutorem de ſuſpecto. Ad hoc enim ex pietate mouentur.l. prima.§. conſequens.ff.de ſuſpect.tut.Quin & omnibus,patet accuſatio ſuſpecti tutoris.Imo & mulieres ad accuſationem ſuſpecti tutoris admittuntur,ſed hæ potiſſimũ ſolæ,quę pietate neceſſitudinis ductę ad hoc procedunt,quales ſunt, vt dixi, mater,nutrix,auia,ſoror,& ſi qua alia ſit mulier, cuius propenſam pietatem prætor intelligat. Item pares ſunt, quoad teſtimonium ferendum. Nam ſicut mater,auia,& ſoror non ſunt idoneæ teſtes pro filio nepote, aut fratre, vt eſt in l.Parentibus.C.de teſtib.capitulo ſuper.& capitulo in literis,extra eodem. ita quoque & nutricis teſtimonium eſt ſuſpectum, vt habet Baldus ad l. Parentibus.Et Lanfrancus ad cap.quoniam cõtra.de probat.Ad ætatis autem comprobationem validum eſt nutricis teſtimonium,Bart. in l.de tutel.C.de reſtitutione in integrum.Item, ſicut frater non poteſt vxorem ducere ſororem ſuam, ita quoque nutritor nõ poteſt de iure ciuili accipere vxorem ſuam alumnam, quam pro filia adoptauit,educauit,& ſemper pro filia habuit.Nam qui talem intentione ac pietate vt germanam filiã ſemper habuit, ideo nec eam magis quàm veram ac naturalem filiam ſibi in matrimonium adiungere potuit. de naturali enim filia & adoptiua quantum ad matrimonium, iura ciuilia paria cenſent.l.ſi quis alumna.& ibi Bald.cum aliis.C.de nupt. Verùm an hæc obſeruentur, an non: deinde quid ratio, quid vſus, quid ius canonicum hic permittat, non diſputo: ſed quid ius ciuile ſtatuat explico.

## Bannitus.

Banniti æquiparantur relegatis. Vti placuit Vldarico Zaſio in l. ad cognitionem. Et in iuncta gloſſa vltima, in verbo, Bona veneunt, quæ hoc ipſum pulchre ibidem explicat.ff.quibus ex cauſ.in poſſ.eatur. Quam gloſſam notant Bartol.& Angel.alibi ad §.relegati.Inſtit. quibus modi,ius patr.poteſ.ſoluitur. Quod autem exilio temporario banniti dicantur relegati,vel ex eo patet,quòd cum effectu conuenire non poſſunt,ſicuti veri relegati:quia ambo ſunt exules. Atque ideo contra ambos petitur, & decernitur immiſſio bonorũ,niſi ſit,qui eos abſentes defendat.Bart.tamen in tractatu de bannitis. nu.5.& 6.multis argumentis oſtendit, bannitos neque deportatis neque relegatis per omnia æquiparandos,ob id quod relegato non detur reuertendi licentia,niſi à Principe.l.relegati.ff.de pœn.in fine.banniti verò etiam à ciuitate ſua reſtitui poſſunt.Item relegatus habetur infamis,bannitus autem non item.vt ibi latius.per eum.Æquiparantur banniti deportatis,id eſt,perpetuo exilio mulctatis,de quo multa ſcripſit Bart. in quæſtione ſua.quæ incipit: Lucanę ciuitatis ſtatuto cauetur, &c. Ad quam quęſtionem iuris ſtudioſos prolixitatis euitandę cauſa, remitto. Necnon.D.Bartholomęus à Chaſſaneo in ſuis commentariis Conſuetud.Duca.Burgund. *des confiſcations.* Rubrica, *Qui confiſque le corps.* §.j. numero 4.5.6.7.8.9.10. 11.12. 13. & 14. vbi admodum abundè tractat & examinat materiam exulum, ſiue bannitorum: videlicet,Banniti qui dicantur? Bannum quid,& quotuplex? quid ſit bannum ſiue exilium.quod deportationi comparatur. Bannum vnde dictum? Qui dicantur banniti noſtri temporis? Bannitorum differentia? Banniti ſimiles deportatis? Bannitus imperij æquiparatur deportato? Banniti galliæ non poſſunt impunè offendi? Exules ęquiparantur deportatis? An bannitus mortuus, poſsit ſepeliri in ſepulchro maiorum ſuorum? Quem per ocium & occaſionem etiam videre poteritis.

## Baſilica.

De priuilegiis conſecrandæ Baſilicæ,vide infrà ſub titulo Eccleſia, per totum.

## Beneficium

Nullum beneficium habere, & habere beneficium,ſed minus ſufficiens,paria ſunt.cap.cum ſuper quæſtione.& ibi Panormitan.numero 5. extrà, de conceſſ. pręben.& in cap. ſecundo. extra de tranſlat. epiſcop.Et ideo quamuis regulariter nulli conceſſum ſit habere plura beneficia:adeo,vt ſi quis adipiſcatur alterum, aut ſecundum beneficium, per eam impetrationem mox cenſeatur vacare primum,vt notatur in Clemen.Gratiæ.de reſcript.cap.de mulcta.de pręben.Tamen hęc regula fallit, quando vnum aut primum beneficium tam eſt tenue,vt hoc ipſum poſſidenti ad victus rationem non ſufficiat, tunc enim tale primum beneficium non obſtabit, quominus & alterum, aut plura beneficia conſequatur & poſſideat.c.ſi cui.de præben.libr. ſexto capitulo cum adeo.de reſcript.Sed hac in re conſideranda eſt perſonarum qualitas.Nam nobiles paſtores vrbani,Prælatique eccleſiæ,& qui maiori auctoritate ſunt prædιti,pluribus egent, quàm alij inferioris conditionis homines.capitulo Sanctorum.lxx. diſtinctio. Vide gloſſam in dicto capitulo cum adeo. dicitur,quòd tunc beneficium dicitur ſufficiens,quando ipſi poſſeſſori,omnibus ſuis,quoſque ſecum neceſſariò habere debet ad honeſtam alimoniam ſufficit.

## Beneficialis gratia.

Gratia beneficialis,æquiparatur vltimæ voluntati.c.Auctoritate.de conceſſ.præben.li.vj.Sicut enim in ſucceſſionibus hæreditariis defertur hæreditas ei,qui propinquitatis gradu alterum vincit, licet ex perſona alterius,ita & in beneficiis, quando plures ex diuerſis capitibus veniunt,aut vocantur ex perſona tertij, ille præfertur.qui ex perſona ſua beneficium obtinere poteſt.Et ideo Philippus Francus dicit ſimpliciter,quod licitum eſt decidere caſum in materia beneficiali, per leges loquentes in materia vltimarum voluntatum, vt probatur per gloſſ.& Doctorres ad cap.j. §.j. econtra.eod.tit.Et per Bald.in lege ſecunda §.Sed & ſi quis.numero 17.C.communia de lega.Vide etiam notata in capitulo Quia cunctis de conceſſ.præben.libro ſexto Et ſic per conſequens,gratia omnis,quia eſt fauorabilis, æquiparatur magis vltimæ voluntati,quàm contractui, teſte Baldo in dicta lege ſecunda §.Sed & ſi quis,numero 17. Bartolo in lege ſi quis arbitratu. ff.de verborum obligationibus. Quam ſimilitudinem etiam probat Ioannes Monachus,& Ioannes Andreas ibi, vt refert.D.Geminianus in capitulo ſi tibi abſenti.verſiculo ſed quæro.de præben.in ſexto.Atque ita tenet Petrus Paulus Pariſius,in ſuis conſiliis, conſilio cxix.in quarta parte ſuorum conſiliorum.Sed in beneficialibus iſtud hoc loco notandum eſt,quod ſi gratia beneficialis ſumatur pro ipſa beneficij conceſſione, ſeu pro indulgentiæ, vel auctoritatis largitione,tunc ſi ea ſemel conceſſa fuerit alicui per ſummum Pontificẽ. videtur quod poſt talis Pontificis mortem, ea gratia expirare non debeat. Nam ſi cui ſummus Pontifex beneficium iſtud gratuitum contuliſſet,

tuliſſet, vt vel contrahere, vel ordinare poſſet, etiam ſi neutrum viuente eodem Pontifice feciſſet: gratia tamen eiuſdem beneficij ſemel conceſſa, aut eiuſdem gratiæ vigor, adeo non expirauit, quin gratiæ,& beneficij eiuſdem vigore poſtea vel contrahere, vel ordinare (cum velit) poſſit. Vide de his etiam infrà, Gratia papalis.

## Bona Pupillorum. & Eccleſiæ.

Pauperum Pupillorum, Minorum,& Eccleſiæ bona æquiparãtur, potiſſimum quoad ſubhaſtationis requiſitionem. l.ſina.& auth. Hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.eccleſ.Aym.Craueta conſi.cccxxv. Et ideo ſicut vni ex his conceditur reſtitutio in integrum per actionem læſionis in bonis,ita & alteri,vti teſtatur Io.And.in c.ij. de reſtitut.in integr. Secundò, ſicut bona vnius ſine certa ſolennitate diſtrahi & vendi non poſſunt:ita quoque neque alterius bona. Vtrobique enim eadem eſt ratio,& fauor idem. Tertiò, Sicut præſcriptio ipſo iure contra vnum non eſt valida: ita nec valida eſt contra alterum. Cardi. in Clem.vnica.in x.q.de reſtit.in integ. Quartò, ſicut ſententia lata pro vno,vel contra vnum ſcilicet pupillum, per procuratorem non legitimè conſtitutum, eſt nulla.l.Non eo minus.C.de procur.ita quoque ſententia lata pro altera, vel contra alteram ſcilicet eccleſiam, etiam cenſenda eſt nulla,teſte Abbate,& aliis,in c.cauſam.de Iudi.Et D.Præſes Nic.Euerad.in loco à minoribus ad eccleſiam, cum aliis locis ibidem ſequentibus.& l.Orphanotrophos. C.de epiſc.& cler. & crebro citata l.& ſi ſine.ff.de minor.25.annis. De his etiam memini in mea Subhaſtationum compendioſa exegeſi recens recognita anno 1564. cap.iij.nu.29.vti ibidem hæc videre licebit. Quantum vero ad proprietatem,ſciendum eſt,quod eccleſiæ bona,bona quidem ſint pauperum,non tamen ſic,vt quidquid eccleſia poſſidet, id protinus ad pauperes pertineat, ipſiſque mox id impartiri debeat, niſi fortaſſis in extrema,& deplorata neceſſitate,ſed tantùm ob id,quod ſola tertia bonorum eccleſiæ pars pauperibus cedere debeat. Trifariam enim eccleſiæ bona diuidi ſolent.Nam prima pars eaque præcipua,ceſſit eccleſiæ miniſtris,vt ad Galat.vj.Communicet autem is qui catechizatur ei, qui ſe catechizat verbo, in omnibus. Secunda fabricæ. Tertia demum portio,eiuſdem eccleſiæ pauperibus in neceſſitate relinquebatur. Porro ſi pauperum tanta eſſet neceſſitas,vt inedia perirent,cenſeo diuitum omnium loculos ad extremum eſſe laxandos,qui ſi non ſufficerent,tum etiam miniſtrorum, & fabricæ portiones eſſe concidendas, ne perirent fideles pauperes, pro quibus & Chriſtus ſuum fudit ſanguinem,quique cum diuitibus eiuſdem corporis ſunt membra,& eiuſdem hæreditatis cœleſtis ex æquo participes.

## Bona ciuitatum, Eccleſiarum.

Bona ciuitatum, æquiparantur bonis eccleſiarum.l. vt inter diuinum.C.de ſacroſa.eccleſ. ex qua quidem lege, in principio ſecundum Iaſ.nota quod eccleſia & ciuitas æquiparantur,& ad hoc quotidie allegatur ille textus, & intellige verum, quantum ad tres caſus poſitos ibidem in illo textu, alias æquiparatio non procedit.Et ſic nota,quod idem ius datur rebus ciuitatum, quod rebus eccleſiarum, vt ibidem per gloſſam,in verbo, Priuata commoda, iunctis etiam ibidem allegationibus. Huius æquiparationis etiam meminit D.Nicolaus Euerardi à Middelburgo,in ſuis reſponſis,ſiue conſiliis.conſi.lxxj.

## Bona ſua donare.

Bona ſua donare, & bona ſua pro modico vendere, paria ſunt,& venditio rei magnæ facta pro paruo precio habetur pro donatione, nec parui precij habetur aliqua conſideratio.l.apud Celſum. §.ſi quis autem.ff.de except.doli. Et Cynus in l.j.in vlt.q.C.de pact.Et propterea talis venditio reuocatur per ſuperuenientiam liberorum ſicut alia donatio.Bal.in l.j.& ext.de pact.in rub.ver.Quæro an venditio,& Tiraq.in lib.de iudic.in reb.exig.ferend.verſ.lxxxiiij.

## Bona damnatorum.

In dãnati bonis nõ eſſe,& eſſe in bonis dãnati,ſed de eis quæſtionem moueri propemodum ſunt paria.l.ſi in cauſa.& ibi Rapha. Fulg. nu.2.C.quando fiſc.vel priu.debit. ſui debit.exigere poſſit.vbi textus ſi in cauſa iudicati,quem tibi condemnatum eſſe proponis nihil eſt, quòd ſine quæſtione pignoris loco capi & diſtrahi poſſit,tunc debitores ipſius conueniri & ad ſolutionem auctoritate iudicis vel præſidis compelli debent. Et quamuis generalis eſt regula,quòd poteſt & debeat fieri excuſſio in bonis principalis, hoc locum tamen non habet,quando non ſunt alia bona,quæ ſine controuerſia excuti poſſunt,quia in his excuſſio prius fieri debet, teſte Angelo in authenti de fideiuſſ.§.ſed neque. Sed ſciendum eſt, quòd horum cauſa proceſſus contra tertium poſſeſſorem retardari non debeant, vt aſſerit Guido Papæ, quæſtione ccccxxxij. Et Neuizantius in tractatu de pigno.j.membro viij.par.nu.44.

## Bona immobilia.

Bona immobilia, & mobilia precioſa,quæ ſeruari poſſunt (qualia gemmæ,vel lapides precioſi) æquiparantur,nempe quo ad ſolennitatem adhibendam,& ad eorum alienationem faciendam. Teſte gloſſ. in verb.Tractatu,in c. Tua.& ibi Pan.extra de his,quæ fi.à prælat.ſine conſen.cap.vide gl.in cap.j.de reb.eccleſ.non alienan. lib.vj.& in cap. Is,cui.de elect.lib.vj.

## Bona vniuerſa.

De vniuerſis bonis in lite tractare, & tractare de maiori parte bonorum,paria ſunt,quia vterque caſus dicitur cauſa grauis.Et ſic cenſet Aym.in ſuis conſiliis,conſi.xxxj.nu.2.

## Bancarij.

Bancarij qui ſint,& quomodo aliter vocentur,vide ſ.Argentarius.

## Cancellare.

Cancellare verbo, & cancellare facto paria in iure ſunt. Sic etiam eadem ſunt. Scribere, aut dicere ſibi ſatisfactum eſſe, & ſchedulam obligatoriam cancellare.l.Nihil intereſt.ff.de adim.lega. & ibi pater veritatis Bart.& eius ſequaces. Vbi dicitur, quòd ſicut per verbalem ademptionem rei legatæ vtilitas perit:ita etiam perit ſi reipſa per cancellationem,aut ſcripti confeſſionem adimatur. Idem in l.j.& ij.ff.de his,quæ in teſtam.delen.Et ſicut realis cancellatio inſtrumenti ſufficit,ita etiam ſufficit, ſi creditor ſibi ſatisfactum eſſe ſcribat, aut verbis coram teſtibus confiteatur. Bartol. & alij.ad d.l.Nihil.& ad l.emptor.§.Lucius.ff.de pactis. Sic quoque ſicut teſtator verbis cancellando & reuocando extinguit vim teſtamenti, ita quoque cancellando realiter vim teſtamenti extinguit,l.Noſtram.C.de teſtam.

## Canonica portio.

Canonica epiſcopalis,& canonica parochialis in legitima,quæ iure naturę debetur,ęquiparantur cum ea legitima, quę debetur filiis. teſte gloſ.in cap.Officij.de teſtam.Prętereà teſte D. Petr.de Vbaldis in iiij.volu.ſuorum tractatuum de canonicali,epiſcopali, & parochiali.c. viij.ſummario xvij, vbi hanc canonicam ſingulis diſtinctè diſtribuit, nempe epiſcopo quartam canonicam, alteram quartam canonicam. eccleſię parochiali, reliquas duas canonicas eccleſię legatarię. Quocirca ſicut omne grauamen à legitima reiicitur,ita quoque reiicitur à dicta quarta epiſcopali,vel parochiali.Item ſicut filius agere poteſt ad ſupplementum legitimę, quando legitimam ſuam non habet ex ſupplemento teſtamenti:ita quoque poteſt eccleſia vel Epiſcopus agere ad ſuplementum legitimę,quando legitimam ſuam ex teſtamento non habuit.Imo eccleſia, vel Epiſcopus ad ſupplementum quartę ſibi debitę omnino agere poteſt, vti opinatur Hoſtien. ibi in §.Conſultationi.& D.Ant.de Butr.circa fin.ver.gl.oppo.quòd quidque modicum.Ad hęc,ſicut quarta iure naturę debita,debetur quaſi nomine alimentorum, ita quoque quarta parochialis debetur Eccleſię miniſtris,ne eccleſia defraudetur debitis obſequiis, clement.dudum,§.verum.de ſepult.Poſtremò, Sicut legitima per teſtatorem filio adimi non poteſt,niſi ſit in cauſa exhęredationis; ita etiam quarta epiſcopalis per teſtatorem prohiberi non poteſt,d.c. Officij.& ca. requiſiſti.de teſtam.

## Capere reſtituendum.

Non capere, vel accipere, & capere, quod alteri mox reſtituendum erit,in iure paria ſunt.l Non videtur quiſquam.ff.de regulis iuris.& l.ſi pars.§.finali.ff.de inoffic. teſtamen.& l. ſed ſi mortis.§.item ſi mortis.§.item ſi quis.ver. Sed ſi opponas. ff.de legat.pręſtan.& in l.Sulpitius.ff.de don.inter virum & vxorem.& in l.finali.§.C.de bon. quę liberis,quibus concinit textus in l.ſi quis mandato.& ibi Barto. ff.de negotiis geſtis.Huc ſpectat,quod ponit Philippus Decius in dicta l.Non videtur quiſquam ad exordium,ff. de regulis iuris. Vnde & non capere, vel non accipere dicitur, qui quod capit,mox reſtituere debet, quia is idipſum capiens, quaſi non capere cenſetur, quod acceptum ſeruare non poteſt, vt habet l. cogi.§. Hi, qui ſolidum.ff.ad S. C. Trebell. Quia verba capere & accipere, cum effectu intelligi debent,vt ſcilicet quis habeat& retineat ad vtilitatem ſuam: non ad reſtituendum,vel ad commodum alterius,l. aliud eſt capere. ff.de verborum ſignific. Et ideo is non videtur quiſquam capere, vel accipere, qui tantum reſtituit, aut erogat quantum prius accepit.l.in ciuitatibus.§.finali.ff.de legatis primo.& qui in teſtamento exhęredatus eſt: vbi dicitur, licet quiſquam legatum vt alteri reſtitueret accepiſſet, inofficioſi tamen cõtra ſe querelam ſaluam haberet,quod legatum tale non ſibi,nec vt ſibi commodaret, accepiſſet, ſed magis vt ipſi traderet,cui ex legato tradere iuſſus fuerat,l.ſi pars. §.illud.ff.de in offi.teſta. Atque hinc eſt,quod aliquis iurare poterit, eam ſe non habere,aut non habuiſſe pecuniam,quam reſtituere debet,aut iam reſtituit,teſte Ant.de Butr.in c.j.de mut.pet. Et Hipp.in

ſuis

ſuis ſingularibus,ſingulari clxxvij. Et Rebuffo de nomina,q.xvij.nu. 30.ver.j.vt obuictur fraudibus.

## Capere,pro aliquem iuridicè apprehendere.

Capere quoque pro apprehendere,quem neceſſario debes indemnem reſtituere,eſt non capere,quod & lege diuina confirmatur. Dominus enim Deus Nume.35 præcipit,vt qui abſque odio,& inimicitiis,ſed fortuito aliquē occiderat,isque per occiſi propinquos & per Præfectum ex vrbibus perfugij ereptus fuerat,vt is,inquam, profugus & indignè extractus per ſententiam reducatur denuo ad eam vrbem in quam defenſionis cauſa confugerat.Nulla enim in eo extracto fuit æqua,aut digna cauſa, ob quam iuxta præſcriptum legis caperetur, potiſſimum quando audiente,teſtantéque populo comprobatū fuerat quod abſque odio & inimicitiis,hoc homicidium perpetraſſet.

## Capere, pro furari.

Qui quod alterius eſt capit,is perinde facit ac ſi non caperet,hoc eſt acciperet.Furtim enim ac fraudulenter capere, eſt non capere,aut accipere,ſed poti⁹ furari,quod cū ęquo iure quiſquis ille ſit reſtituere tenetur,idque Domino iubente ſæpe maximo cū fœnore.Lege enim Movſi Exodi xxij. Furibus conſtituta fuit hæc pœna,vt ſi quis furatus ſuiſſet ouem,aut bouem,quem vel occidiſſet, vel vendidiſſet, is fur pro vno boue,quinque boues:& pro vna oue quatuor oues reſtituere cogebatur.Porro ſi is fur non habuerat,quod pro furto redderet,ipſemet publice venundabatur.Cæterum ſi apud furem inuentum fuiſſet,quod prius furatur erat,ſiue bos,ſiue aſinus,ſiue ouis,tūc pro eo reperto furto duplum reſtituere tenebatur. Ex quibus nunc concludendum eſt,quod is qui ſic ceperat id eſt furatus fuerat quod mox reſtituere debebat,is,inquam,omnino non ceperat, vel acceperat.Atque hoc ipſum ſatis innuere & approbare viſus eſt Zachæus ille Euangelicus Luce xix.cum diceret:Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui reddo quadruplum.Capere ergo vel accipere,quod aliquando debemus reddere,eſt omnino non capere.

## Capitulum

Capitulum æquiparatur Minori,in hoc,vt poſſit in integrum reſtitui.teſtib.Abb.Philipp.Franc.& aliis per text. in c.Significauit. extra de appellat.cum ſimilibus. Quibus adſtipulatur Pet.Paul.Pariſius in ſuis conſiliis,conſi.xcij.nu.28.Quia ſicut ſi minor vult litigare contra curatorem ſuum, vel contra,index dat minori actorem,quoties hic minor contra curatorem ſuum agere debet,aut contra §.Vlt.inſti.de autor.tut.& §.Vlti.Inſtit.de curat.Ita quoque ſi Capitulum agere vollet contra Prælatum ſuum:vel contra,ſi Capitulum conueniatur à ſuo Prælato,tunc ipſi cap.per autoritatem iudicis dari debet actor ad litē. ſicuti & minori in ſimili caſu datur actor ad litem.glo.in d.c.Significauit.in verbo,Conſtituebat.Quia enim Eccleſia quæuis æquiparatur minori,& omne capitul.eſt Eccleſia,vel repræſentat ipſam.c.Requiſiſti.de teſtamen.ergo per conſequens omne capitul.æquiparandū eſt minori,præcipue in caſib.prædictis.Item ſicut minor poteſt reſtitui in integrum,ita quoque ipſum Capitulum in integrū reſtitui poteſt,ſecundum Philip.Fran.ibi circa finem.

## Carcer,incarceratus.

Condemnatio ad carceres perpetuos.& mors ciuilis in iure æquiparantur.vt notat Inn.in c. Qualiter.ij. de accuſat. Quandoquidem pœna perpetui carceris,æquiparatur damnationi in metallum. quæ morti ciuili par eſt,vt vult Bart.in l.ij.ff.de publi.iudic.Et Bal.in l.Reo C.de accuſ.Idem dicit Imo.in c.j.de colluſ.detegen.Quinimo damnatus ad perpetuum carcerem,vel in perpetuis vinculis,dicitur quodāmodo condemnatus pœna capitali,vel mortis naturalis.l. Capitalium ff.de pœnis,Bar.& Imo.ad l.ij.ff.de publi.iudic. Qua de re vide latius Io.de Anania ad c.j.de colluſ.deteg.verſ.quum autem,vbi venit imponenda pœna perpetui carceris.Vbi dicit quòd iſta perpetui carceris pœna ſuccedat in locum,ac par ſit cum pœna mortis,aut certè cū pœna morti proxima.Et rurſum in c.fin.de homicidio,vbi diſputat, An damnatus ad pœnam carceris perpetui,in iure cenſendus ſit mori naturaliter.Et concludit quod ſic.Nam ſicut naturaliter mortuus teſtari nemo poteſt,ita quoque damnati ad perpetuos carceres de iure canonico fiunt inteſtabiles,& actiuè & paſſiuè Idē cōfirmat Phi. Franc,in Rub.de teſtam.Imo quod maius eſt,etiam ipſa venditio Ioſeph.Ge.xxxvij.à doctoribus mors ciuilis iudicatur,etiam priuſquam coniiceretur in carcerem,quanto magis ad,carceres perpetuos condemnatio morti ciuili merito æquiparanda erit.Reliqua huius materiæ vide infra ſub titu.Deportatus Item ſub capite eſſe.In eſſe aliquid conſiſtere Item ſub titulo,Mors ciuilis,Exilium,& Relegatio.

## Carnes.

Si quorundam ſanctorum patrum conſtitutiones quibus ſe ſanctè & piè deuouerunt quidam, reſpicere velimus, tum ſecundum ipſorum opinionem comedere carnes,& comedere olera cocta cum carnibus quodammodo habentur paria.qua in re non tam meam quam D.Præpoſiti opinionem,quæ tunc mundo in hac re magis placuit, quàm noſtro tempore recepta eſt, affero qui hæc eo ſuo ſeculo paria eſſe cenſuit in c.vlt.incip.Si qui presbyter xxx.diſtinct. Attamen hæc non habentur paria in regula Carmelitarum,quam dedit illis Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus, anno Domini 1122.vbi ſic habetur Ab eſu carnium abſtineatis,vel debilitatis remedio ſumantur & quia vos oportet frequentius mendicare,ne itinerantes ſitis hoſpitibus oneroſi,extra domos veſtras ſumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus.Olus enim ſiue pulmentū,& caro ipſa valde inter ſe differunt, quia quamuis olus coctum ſit cum carne ipſum tamen nihilo ſecius ſemper olus eſt,ac olus manet minuſque quam caro ipſa nutrit.Quod conſiderans Eugenius Papa,eandem conceſſionem adhuc ſatis durā, eandem anno Domini 1431.clementius ſcilicet mitigauit,& conceſſit,vt nunc tribus diebus in hebdomada extra aduentum & quadrageſimam,non tantum olera cocta cum carnibus, verum etiam ipſas carnes guſtare,& manducare ipſis liceat.

## Cauſa ciuilis ardua.

Cauſa criminalis,& cauſa ciuilis ardua æquiparantur,& cōtra.Cauſa magna,ſiue ardua ciuilis,æquiparatur cauſæ criminali.Sic cauſæ pecuniariæ graues,ſimiles ſunt cauſis capitalibus ſiue criminalibus. Vtcunque autem hæc efferantur,in idem recidunt,& in eundem ſenſum omnia conueniunt teſte Bart.in l.admonendi.nu.53.Vbi etiam probat Iaſ.nu.100.ff.de iureiur.Quin & comprobatur hoc dictum per doctrinam Bald.in l.Parentes.C.de teſtib.quam quidem doctrinā refert,& ſequitur Andr.Barbat. in Repetit.c.Teſtimonium, extra de te. & in c.Querelam.extra de procurat & per eundem Bal.in c.Veniens. j.extra de teſtib.Item quoque approbat D.Pet.de Anch.in ſuis conſiliis,conſ.xxviij.incip.Rationes inductæ &c.circa fin.& in conſil.lxiiij. incip.In cauſa,quę vertitur.&c.ad fi.n.2.Idem pręterea comprobat. D.Hippolitus de Marſiliis in l.j.in §.Seruum municipum.ff.de quęſtionib.& in l.j.§.Pręterea.& in l.Diuus pius.eod.titu. Horum etiam ipſe memini in meo Pupillorum patrocinio.tit.de tuto.& curar.liberat.capi.ij.nu.26 in poſtrema editione. Quapropter, ſicut delatori in cauſis criminalibus non ſatis efficax eſt eiuſdem delatoris per iuramētum probatio,ſed requiruntur ampliores probationes luce meridiana clariores,vt notant Hipp.& alij ad l.fi.C de accuſ. Ita quoque non ſatis eſt efficax iuramentum alicuius in cauſis ciuilibus magnis, ob quod etiam ipſi iuramentum in iis cauſis deferri non debet,quia hoc ipſum eſſet inualidum in cauſis ciuilibus magnis,quę criminalib iure ęquiparantur.Atque ideo etiam ad horum imitationem nonnulli in ea opinione fuerunt,quòd ne in cauſa quidem matrimoniali in ſupplementum probationis,vllum iuramentum deferri poſſet, ob aliam cauſam,quam quod & iſthęc cauſa ciuilis ſit grauis & ardua, & criminali cauſę omnino etiam ęquiparanda,De qua re videre licet apud Doct.in c.fi.de iureiu.Et apud Zaſium in diuerſis cōſiliis,Et apud Bar ad l.iij.ff.de iureiuran.Et ibi Alex.& Bald.Nihilominus, quicquid his ex cauſa aſſerere placuit,contraria tamen opinio verior eſt,quam tenet Didacus in iiij. decretalium.c.iiij.part.j.Io.Corraſ.lib.iij. Miſcell. c. iiij.Et Hipp.in ſuis ſingularibus.ſingulari xxij.Et Panormi.in c,Mulieri.de iureiuran.Teſte item Cur.& aliis ad d.l.Admonendi.Huc etiā facit,quod capitales inimici dicuntur,inter quos eſt de magna cauſa ciuili cōtentio ſecundum Hippo.ad l.j.§.j.nu.54.ff.de quęſtioni.Ad quę loca lectorem breuitatis cauſa remitto Iſthęc preterea confirmantur per ij.Regum.xij.Vbi Nathā propheta cum ſub parabola & inuolucro verborum ipſum Dauid reprehendere ſtatueret,ſermonem proferens de quodam paupere,peregrino & diuite,qui diues pauperis vnicā ouiculā peregrino amico apponendā ſuſtulerat,ſuis ipſius innumeris ouibus ſeruatis,& parcitis Quo ſermone iniuriarum à Nathan audito:Dauid mox iratus reſpondit. Viuit dominus, quoniā filius eſt mortis,id eſt,dignus eſt morte,vir qui fecit hoc.Ouem reddet in quadruplum,eo quòd fecerit verbū iſtud,& non pepercerit.Ecce hic cauſam ciuilem arduā æquiparat cauſę criminali,& morte dignæ.

## Cauſa Matrimonialis.

Cauſa matrimonialis ęquiparatur cauſę criminali.teſte Vlda.Zaſio in ſuis cōſiliis,ſiue reſponſis,lib.ſecundo cōſ.iij.nu.28.Sequitur Alex. in ſuis conſiliis,in cōſi.j.cxliij.incip.Quoniā abundè in principio in ij. vol.Vbi per hoc infert,Quod in cauſa matrimoniali neceſſariè ſint probationes,quę in cauſa criminali requiruntur.Vnde, infert.Quod ſicut in criminalibus nō ſufficit probatio facta per famā cū vno teſte

vt per gl.in c.Veniens.j.de teſtib.vbi Anton.de But.& alij,& per Doctores latè in l.Si quis ex argentariis. §.j.ff.de eden.cum ſimilibus, vt ibi per eum ita dicendũ in cauſa matrimoniali.Vnde concludendum, quod ſicut in criminalib.clariores probationes luce meridiena requiruntur.l.ſi.C.de probat.ita & in cauſa matrimoniali.Cauſa matrimonij quare æquiparetur cauſis criminalibus, vide breuitatis cauſa. D. Vldar.Zaſ.in ſuis conſiliis.d.lib.ſecundi conſi.xix.num.19.

## Cauſa noua.

Cauſam de nouo oriri,& de nouo peruenire ad notitiam creditoris,paria ſunt. Bart. in l. Quæſitum.ff.de pignoribus.Vbi dicit.Si debitor creditori fiat poſt contractum ſuſpectus ante diem,vel ante conditionis conſtitutę tempus,tunc creditori competit actio proſequendi ſui pignoris,potiſſimum ſi talis ſuſpitionis cauſa de nouo,ac recenter ſuperueniat,quæ prius tempore contractus orta non fuerat.Vel ſi tunc temporis apud alios ea ſuſpitio fortaſsis innotuiſſet, talis tamen non fuit,quæ tunc temporis ad notitiam creditoris perueniſſet.Quare paria ſunt:Cauſam aliquam de nouo oriri,& diu ortam tunc demũ ad notitiam alicuius peruenire.Et ideo quamuis regulariter id quod poſt litem conteſtatam accidit, non veniat in iudicium : tamen ſi id iam demum,& quaſi de nouo ad notitiam litigatoris perueniat,tunc is litigator non habet rationem,aut reſpectum de præterito ſibi ignoto,ſed id præteritum tanquam recens ortum, & recenter ſibi cognitum in iudicium proferre poteſt, quia nunc demum ſibi id ortum eſſe exiſtimat,teſte Baldo & aliis,ad l.nõ poteſt videri.ff.de iudic.Secundum hanc itaque notitiam,aut præteritam,aut recenter notam,& cognitam,ſæpe libelli iudiciarij auctiores redduntur. l.Edita.& ibi doct. C.de eden.& Bal.in l.fin.C.de ſponſalib.& in cap.Paſtoralis. extra de except.& meminit etiam Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſiliis,conſ. xcix.numeris,26.27.28.& ſequentibus,in iij.parte conſilior.

## Cauſa nulla.

Nullam cauſam exprimere,.& exprimere cauſam friuolam, paria ſunt.Friuola enim,& indigna cauſa habentur pro nulla. Gl.magna in verbo Eatenus.circa principium.in l.ſi.& ibi Baldus eam ad hoc notat ff.de oper.no.nuntiatio.Vbi paria eſſe dicit,In nunciatione noui operis cauſam non adieciſſe, & adieciſſe cauſam, ſed non ſatis idoneam. Sic & cauſa friuola appellationi ab interlocutoria adiecta,perinde haberi ſolet,atque ſi omnino appellatum non fuiſſet.teſte Ioan.And.in c.Cordi.de appella.in vj.An autem aliqua cauſa habenda ſit aut friuola,aut probabilis,id non eſt à partibus iudicandũ, ſed huius iudicium à ſolo iudicis arbitrio dependet, vt habet Bald. in l. Ante ſententiam. C.Quorum appellat &c.Sic etiam & in iuridica confeſsione, niſi in ea cauſa ſit apta ſat efficax,& conueniens,ea non valet.Bal.in l.Generaliter.in iiij.quæſt.C.de non nu.pec.D.Iaſ.in l.quotiens. ff.qui ſatiſd. cogantur.

## Cauſa extincta.

Non eſſe cauſam,& eſſe cauſam,ſed finitam & extinctã,paria ſunt. l.Nihil.intereſt.ff.de naut.fœno.& l.j.ff.de condit,ſine cauſ.Vbi Vlpianus.Siue autẽ ab initio ſine cauſa promiſſum eſt, ſiue cauſa fuit promittendi,quæ finita eſt,vel ſecuta non eſt, dicendum eſt condictioni locum fore.Et,vt ibi notat Iaſon.nu.3.Cauſa reducta ad non cauſam, non parit ius retinendi,quia paria ſunt,ab initio non fuiſſe, & poſtea de facto ad talem finem perueniſſe,gloſſ.in Conſti.Siciliæ,incipien.Si quem noſtrum,& ibi quoque D.Matthæus de Afflict. verſicu.iij.nota ex textu.& Tiraquellus in lib.Ceſſante cauſa parte j.num.15.

## Cautum eſſe vitioſè.

Non cautum eſſe,& non ſatiſdatum eſſe.Vel ſic vitioſè cautũ eſſe, & non ſatiſdatum eſſe,in iure ſunt paria. l. Quoties,& ibi Dominus Iaſon.ff.Qui ſatiſda. cogan.Et l.j.Vbi etiam idem comprobat Iaſon.ff. Si quis in ius vocat.non ierit. Pro his autem ſciendum eſt,quòd tunc vitioſè cautum eſſe intelligitur,quando cauetur ab eo,qui ob facultatis inopiam ſoluendo eſſe non poteſt,vt l.ij.in principio, & l.Si fideiuſſor.ff.eo tit.Qui ſatiſda.cogan.Aut quando fideiuſſor habet fori priuilegium,vt in d.l.Si fideiuſſor.& in l.j.ff.Si quis in ius voca. non ierit. Quiſquis enim fori priuilegium habet,is non eſt habendus idoneus fideiuſſor, niſi fortaſſis in ſubſidium cum aliis adiunctus fuerit,aut niſi cum priuilegij ſui renunciatione fideiubere velit Item vitioſa eſt cautio,quando aliquis eſt in loco munitiſſimo, ad quem ipſi cauendo nõ facilis admitteretur acceſſus,iuxta gloſ.in d.l.ij. in princip. In his itaque tribus caſibus pari ratione cenſebis quoque vitioſè ſatiſdatum eſſe,vt inquit gl.in d.l.ij.Secus tamẽ iudicandũ erit de ſatiſdatione,quę præſtatur ex ipſarum partium conuentione,& conſenſu.Si enim alterutra partium in eam qualemcunque.ſatiſdationem conſenſerit,is cõſenſus legem facit,adeò vt etiam ſi ea ſatiſdatio non ſit ſufficiens aut idonea ipſa tamen ob conſenſum partis repeti non poſſit,vt denuo ſatiſdetur,ſed interim tamen parti per proprium conſenſum ſic læſæ, tunc remanet actio ad repetendum intereſſe.vt habet text.in l.Si quis ſtipulatus fuerit Stichum.§.fin. Secundum verum intellectum. ff.de verb.obl.Et ſecundum Bar.in l.iij.ff.de fideiuſſo Et per Angel.& Paul. de Caſt.in d.l.Quotiens.Cæterum quando ſatiſdatio propter ſolam facultatis inopiam eſt inidonea,eàque nihilominus à parte ſatiſdanda ſcienter recipitur,tunc is recipiens ſibi ipſi præiudicat. Secus verò cẽſendum eſſet,ſi quis alterius ſatiſdaturi inidoneitatem non præſciuiſſet,eàmque tanquam idoneam & ſufficientem per ignorantiam acceptaſſet.Tunc enim talis ſatiſdatio recuſari,& reſcindi poterit.Quando autem non eſt idonea præſtita ſatiſdatio propter obligationis defectum,vel propter obligantis ætatem,quod is obligans manifeſte erat talis,qui ſe obligare non poterat,tunc nulla habenda eſt differentia ſcientiæ aut ignorantiæ,ſed ea indigna ſatiſdatio reſcindi poteſt, & denuo ſatiſdandum erit ab alio idoneo.d.l.3.ff.de fideiuſ.Et tunc à priori inidoneo intelligitur nihil fuiſſe ſatiſdatum, poſtquam noua perſona idonea effectualiter.obligatione ſe deuinxit.ſecundum Ang. & Pau.de Caſt.in d.l.Quotiens.& ibi Bald.quem ibidem latè opponentem,et diſtinguentem curioſi conſulere poterunt.Et ideo qui promiſit fideiuſſorem dare aut cauere, ſuæ promiſſioni non ſatisfacit, ſi vitioſe cauet.aut talem fideiuſſorem dat qui non poteſt conueniri coram eodem iudice.Iaſon,ad l.j.nu.2.ff Si quis in ius voca.non ierit. Atque ideo ſi quiſquam offeret alteri pro ſatiſdatione,aut militem caſtrenſem,aut aliquem in vinculis conſtitutum ipſe cauendus tales fideiuſſores veluti vitioſos,& in idoneos non acceptaret,certe hic recuſans nullo modo teneretur,iniuriarũ quia nullus tenetur cum ſuo incommodo acceptare cautionem vitioſam.aut inſufficientem, teſte Baldo ad l.Sed & is.ff.de in ius vocan.Idem aſſerit Iaſon.nu.4. Ange. & Fulgoſ. ad l.Si verò.§.Qui pro rei.ff.Qui ſatiſda.cogan.Nã quando is,qui ſe obligauit pro aliquo nõ fuit idonea perſona ad ſe obligandum.tunc denuo alius dandus eſt qui ſe obliget.l.iij.ff.de fideiuſſor.

## Cedere.

Cedere.& Cedere velle,poſt obtentam licentiã,nequaquã diſparia cẽſentur.Teſte D.Petro.de Ancha.in c.Quidã.nu.1.extra,de renũcia.

## Cedere & Tradere.

Cedere,& tradere paria ſunt.Vti eleganter probat Bart.in l.Labeo. in fine.ff.de pact.Vbi per exemplum dicit,Quod ſi tradidi tibi inſtrumentum,per quod & tu,& alius quiſpiam mihi ſimul obligati fueratis,certè per eam inſtrumenti traditionem videor tibi & liberationẽ debiti facere,quod in eo inſtrumento complexum fuerat,tibique ſimul cedere actionẽ illam,quam in eodem inſtrumento contra alterũ habueram,argumento l.Si is,qui duos in fine.ff.de libera.leg.Et quãuis dicitur quod tradere fit de reb.corporalibus,& cedere de incorporalibus,hæc tamen differentia non eſt vniuerſalis,vt meminit D.Vldaricus Zaſius in l.j.§.Si vir numero 7.& l.Poſſideri.num.13.ff.de acquiren.vel amitten.poſſeſſion.allegans gloſſam in l.j.C.de actio.ad quod facit l.Seia.in prin.ff. de donat.cauſ.mort.vbi textus dicit:Seia ceſsit vſumfructum cognatis.Vſufructus eſt ius incorporale,ergo in d. §. Si vir.(teſte.D.Zaſio ibidem) cedere accipitur pro traditione rei corporalis,& per conſequens non eſt mirũ(inquit,ſi etiam loquendo de iuribus incorporalib.cedere accipiatur pro tradere ſunt enim hæc verba non rarò ſynonyma & differentia prædicta plerunque confunditur,Teſte etiam Baldo,& Doctor.in l.ij.C.ne fiſ.vel priuat.

## Certum eſſe per relationem

Aliquid eſſe certũ,ſiue expreſſum per ſe,& aliquid eſſe certum ſiue expreſſum per relationem ad idem certum,paria ſunt. Vnde in ipſa ſcriptura referente idipſum contineri,dicitur quod continetur in ſcriptura ad quam fit relatio l.Certum.ff.Si certum petatur,& l.ait prætor.§.ſi iudex,& ibi Iaſon.& in l.ſumma.ff.de re iudic.& l.Vbi autem non apparet.§.Illud dubitationem.ff.de verb.obli.& ibi Iaſon.nu.1. & 4.Et diffuſius idem Iaſo.in d.§.Si iudex,numeris 2.3.8.ac 25.Et per Socin.in ſuis conſiliis conſi.iiij.numero 4. & conſi.lxij.numero 8. vol.iiij.Certum enim dicitur id,de quo ex proprio nomine,vel ex indubitata circunſcriptione hoc idipſum eſſe,vel tale eſſe cõſtat.Quod hoc craſſo exemplo clarius euadet.Si quis pater vnicum ſolum filiũ habeat,nempe Ioannem.iſque pater dicat: Ego exhæredo Ioannem filium meum.Aut ſi dicat ſimpliciter: Ego exhæredo filium meum, in idem recidunt ambæ locutiones,& pro eodem ambæ propoſitiones verificantur. Nam facile ſecunda propoſitio de Ioanne verificatur,quæ dicit,Exhæredo filium meum, quum tantum vnicum filium Ioannem habeat.Atque hinc eſt,quod dici ſolet quando requiritur aliquid expreſſè fieri, ſufficit quod ea expreſſio ex mente alterius,&

ex apparenti ratione & certitudine ſatis intelligatur,& certò colligatur per relationem ad ipſum certum,in quo illud apparenter certum certiſſimè demonſtratur,& declaratur.,vt habet textus,& iuncta gl.in l.ait prætor.in principio ff.de oper.no.nunciat. Et ibi Bart.&alij notant & maximè Iaſon.numeris 1.4.& 5.vbi multas concordantes deciſiones profert,de hoc etiam plenè meminit Fely.in c.Tranſlato extra de conſtitu.Sic itaque aliquid certò fieri,& quaſi nominatim fieri imò & expreſsè fieri,vel exprimi dicitur,quando id ipſum certitudinariè fit.& per relationem ad aliquod certum,vt probatur in l.j.& ij. ff.de lib.& poſthu.Et ibi ſcribentes maximè Socin.in d.l.ij.in j.notabili.Et concordat textus in §.j.Inſti.de exhæred.libe.Et bonus textus, in l.ſi nominatim.ff.de condit.& demon.Vbi nominatim fieri dicitur certum,quando illud per aliquas demonſtrationes ſeu qualitates certiores demonſtratur,& certum redditur.Et in d.l.Certum, & ibi plenè moderni.ff.Si cert.pet.Hæc etiam cõprobat Pet.Paul. Pariſius, in ſuis conſiliis,conſi.ij.nu.54.55.56.& 57.in iij.parte conſiliorum.Et D. Hipp.de Marſ.in ſuis conſiliis criminalibus,conſi.cxxiiij.num.6. in ij. vol.j.l.Hæc ſententia.C.de ſenten.quę ſine certa quantitate prola.eſt. Et Socin.in ſuis conſiliis,conſi.lxij num.8.& 9.in iiij.vol.Plura quoq; ad huius comprobationem allegat Franciſcus Nuncomicius,in Repeti.c.Quoniam contra falſam. in glo.fina.nu. 76.extra de probat.Et D.Barthо.à Chaſſaneo in ſuis conſiliis,conſi.lv.num.13.vide de his etiam infrà ſub titulo.Sententia.

## Certum fieri poſſe.

Sic quoque paria ſunt,certum eſſe,& facile certificari,aut certum fieri poſſe.ſecundum gloſſam in l.Locus.ff.de acquir.poſ.quæ vult. ꝙ hæres,qui ſcit hæreditatem ſibi eſſe delatam ex teſtamento, is eandem adire poterit,etiam ſi incertus ſit ex qua parte vel ex qua occaſione ſit ad eam hærediratem inſtitutus.l.Si quis extraneus.§.ſciendũ eſt.ff.de acquiren. hęredita.& ratio eſt, quia talis de ea teſtamentaria hereditate per ipſum teſtamẽtum facil poterit fieri certior,vnde perinde certus eſt habendus, ac ſi prius de eo certus fuiſſet, argumento l.Quod meo.§.fi.ff.de acqui.poſ.Atque hæc quidem nõ ſolum locum habent,ſi ad commodum talis hæredis , qui certificari potuit, pertineant.ſed etiam in iis quæ ad eiuſdem incommodum pertinere poſſent,ſecundum Per.de Ancha. & Dominicum, in c.fin. de elect.in vj. Vbi vult,quod imputandum ſit illi qui potuit certificari,perinde ac ſi certus fuiſſet,allegans ad hoc notata in Authentica,Si omnes.C.Si minor ab hæredita.ſe abſti.Quem etiã citat,& ſequitur Alex.in ſuis conſiliis,conſ.v.incip.In cauſa & lite vertente.numeris 3.4. & ſequen.ij. vol.Et D.Carolus Ruinus in ſuis conſiliis conſ.xlij.incip. Proponitur. nu.22.Et conſ.cxxxj.inci.Viſis,& põderatis nu.12.j.ſuo vol.cõſiliorum

## Ciuis habitus.

Ciuem eſſe,et haberi pro ciue,paria ſunt.Zaſius ad l.ſed ſi hac lege §.Patronum.ff.de in ius vocan. Atque hinc eſt,quod ſtatuta quæuis & municipalia iura,quæ loquuntur de ciuibus defendendis,ea etiam intelligenda ſunt de iis,qui habentur pro ciuibus,quamuis reuera ciues non ſint,teſte Baldo in d.§.Patronum,quod probatur de ſcholaſticis,ac ſtudentibus,qui licet non ſint apud exteros veri ciues,ſed inquilini potius:tamen quia in fauorabilibus & priuilegiatis cauſis habentur pro ciuibus,eodem iure vtuntur,ſi velint.quo ipſi ciues,teſte Zaſio.ibi nu.4.Sic & in l.Barbarius Philippus.ff.de offic.præto dicitur Paria ſunt aliquẽ fuiſſe verè Pętorẽ,& aliquẽ iuxta cõmunem.exiſtimationẽ hominũ habitũ fuiſſe pro ciue.Communis enim iſta opin. facit ius.Simile autem iſtud etiã latius tractabitur j.ſub tit.Patronus.

## Comparere non perſeueranter.

Comparere,& ad finem vſque non perſeuerare,eſt veluti non cõparere.Vide infra.Venire,

## Comparere inſufficienter.

Non comparere & comparere in ſufficienter,hoc eſt,cũ non ſufficienti facultate,paria ſunt c. Si quis iuſto de elect.lib.vj. cũ vulgarib. ſimilibus iuribus.Ad hunc modũ paria quoque ſunt.Non conſtituere procuratorẽ,& conſtituere procuratorem in forma à iure prohibita. Idóeque is qui cũ tali procuratorio minus legitimo cõparet cenſetur vt nõ cõparẽs,& cõtumax.cui ſeruit.c.Nicolao extra de appel.Si quis, iuſto impedimento detentus in electionis negocio nequeat commode intereſſe is non ſolum vni,ſed & pluribus committere vices ſuas poterit Cum tamen quilibet ipſorum compareat recte, & ſufficienter informatus & inſtructus aliàs paria erunt:Ipſum,vel ipſios nõ cõparuiſſe,& eoſdẽ inſufficienter comparuiſſe.Vnde & talis canonicus ad electionem citatus de nouo citari non debet : ſed vt contumax in electione negligitur,& deſeritur.De qua deſertione,ſi is poſtea conqueritur,eã ſibi imputet oportet, qui per procuratorẽ non ſatisſufficientem.cõparuit.Idem enim eſt omnino, non venire & inſufficienter venire,adeo vt qui ſic,aut per ſe aut per alium inſufficiẽter comparet, cenſeatur non comparere, ſed reiiciatur veluti inſufficiens,& contumax, ſecundum gloſſam ibi,ad verbum Admitti.

## Comparere non legitimè.

Sic non comparere,& minus legitimè ſiue inidoneè comparere,paria ſunt,c.Nicolao.& ibi notat Bald.de appellat.Vnde quoque paria ſunt,procuratorem non habere mandatum, vel abſque mandato cõparere,& habere mandatum illegitimum. Quocirca niſi procurator comparens à domino ſuo mandatum habeat legitimum , aut ſufficiens,dominus qui illum ſic conſtituit & miſit eo ipſo cenſetur contumax.Qua vbi fit mentio de procuratore,debet intelligi in dubio de legitimo procuratore habente mandatum. Et ideo ſi ſtatutum diceret, quod non valeat proceſſus , niſi producto inſtrumento mandati procurators intelligitur de mandato ſufficienti.L.Ædiles. §.Procuratoris.ff.de edil.edic.Quis autem dicatur legitimè comparere,vel illegitimè,apud Ioannem Ferrarium in ſua praxi,in forma libelli,de acti. reali.ad verbum legitimè comparentem,& apud Iaſonem in l.Quotiens.ff.Qui ſatiſda.cogan.Item apud Neuizanũ in conſi.xviij.nu.19. Verùm hæc intelligenda ſunt quoad declarandum aliquem contumacem Ad hæc etiam facit c.ij.verſi Sed neque.extra de tranſact. & l.j.in fine.ff.Quod cuiuſque vniuerſi.nomi.vti & rectè refert.D.Pet.de Anchara.in c.Veniens,extra de renuncia.

## Compelli.

Compelli,& ex rationabili cauſa timere compelli aliquando paria ſunt. Videlicet ad reſcindendas promiſſiones factas ex maximo metu. Veluti ſi vxor vehementi timore mariti quippiã ſpondere,aut renunciare fuiſſet coacta,vel ſi clericus ex nimio metu ſui ſuperioris aliquid promiſiſſet,aut tranſegiſſet,talis inquam ex metu profecta, ideoque coacta promiſſio,ceſſio, renunciatio aut tranſactio eſſet inualida, & nulla potiſſimũ ſi is prætenſus metus rationi & veritati inniteretur,ſic vt per atroces minas,aut per verbera comprobatus clareſceret ,ſicut affirmat Alex.in ſuis conſiliis,conſi.100.in iij.volu. multa ibidem dei hoc metu coacto allegans.Et in puncto eſt deciſio Bartoli per textus in l.j.§. Quæ onerandæ.ff.Quarum rerum actio non datur.Vbi vult. quod non ſolum maritorum verbera vxoribus metum incutiant,ſed etiã coniugalis ſiue erga maritos immodica vxorum reuerentia,hunc de quo loquimur)aliquando metum indebitum ingerit,vt idem Alexan,ibidem in apoſtillis aſſerit,allegans ad hoc multas quæſtiones, & caſus pertinentes,quos etiam probat,per Ab.in c.Finali.in fine,extra,Qui clerici,vel vouentes matri.contrah.poſ.Ad quę etiam faciunt notata per Felin.poſt alios in c.Eccleſia.extra de conſtit.Ita etiam tenuit Pet.Pau.Pariſius in ſuis conſiliis conſi.ccxxxix.nu.14.& 21.in iii parte conſiliorum,

## Concedere.

Expreſſe conceſſit,non negauit,paria ſunt Auge.in l.Generaliter,in fine principij.C.de ſecun.nupt.& D.Ioannes de Neuizanis,in ſua ſilua nuptiali,poſt medium in libro meo Huic accinit vulgatum iſtud dictum,Qui tacet.conſentire videtur. Vide de hoc quoque mox infrà,Conſenſus.

## Concluſio in cauſa.

Concluſum eſt in cauſa,Confeſſio ſolemnis in iudicio,& ſententia iudicis æquiparantur in hoc,vt aliquis hæres teneatur ex delicto defuncti,Bal.in l.j.ver.Sed hic dubitatur. C.ex delic.defuncto.in quantũ hæred. conueniantur. Anto.de Butr.in c.cum ſpeciali.§.j.extra de appel.meminit etiam huius æquiparationis D.Berta in ſuo Repertorio, ſub litera.C.Vide infrá,Sententia lata.

## Conditio actus.

Coditio neceſſaria ad actum,& conditio neceſſaria eſt ad actus effectum,para ſunt in iure ſecundum notata Bartoli & aliorum in l.Gallus.§,Et quid ſi tantũ,ff de li.& poſth.Ita quoque tenet D. Carolus. Ruinus in ſuis conſiliis conſi.cxxiij.nu.8.incip.Quamuis in iiij.volu conſiliorũ.Quia (vt ibi dicunt (in neceſſaria conditione.etiam de effectu cogitare debent,ſicut in condicione voluntaria de modo &. for forma.Et quia non ſufficit ab initio intereſſe,vel aliquid ab initio interuenire,niſi perueniat,ad effectum vel niſi effectum ſuum tandem in fine conſequatur.l.fi.§.j,ff.ad l. Rhod.de iactu.Alber.Salice.& aliij ad l.Ad comparãdas.C.Mandati Iaſ.ad l.Siquis.§.illum.ff.Si quis cautio.Quando autem in aliis cõditionis perſeuerantia,quoad effectum

requiri

æquiruntur, videre licebit in iis quæ notant Doctores ad l. Cum vxor C. quando dies lega. ced. & Decius conſil. clxxvij.

## Confeſſio.

Confeſſio, & ſententia, ſiue res iudicata in effectu ſunt paria. l. Poſt rem. ff. de re iudic. l. j. & iij. ff. de confeſſ. l. j. C. eo. tit. de confeſ. concord. c. Cum ſuper. extra eod. de confeſ. Vide bonam gloſſam de hac materia, in c. f inali, extra eod. tit. & l. Certum. §. Sed an & ipſos. & ibi Bar. ff. eod. tit. de confeſ. Iſta per hoc apertum exemplum ſic commonſtrentur. Si ego abs te petiiſſem decem libras, & tu à iudice interrogatus fuiſſes an tantundem mihi deberes, túque reſpondens fatereris te mihi tantundem debere: certe tua confeſſio omnem litem vlteriorem finiret, & pro re iudicata habenda foret, ſic vt amplius in ea cauſa procedendum non eſſet. Confeſſus enim in iure habetur pro iudicato ſiue pro condemnato Atque ideo quemadmodum iudicatum, ſententia, aut condemnatio habet executionem paratam, ita & confeſsio, quæ ſecum condemnationem confert, iuxta iura præallegata.

## Confeſſio iterata.

Confeſſio geminata, iudiciali confeſſioni æquiparatur. Bald. in l. Cum ſcimus. C. de agri & cenſ. lib. xj. D. Vdalricus Zaſius in l. Quibus, iuncta l. ſi dari. num. 5. & 36. ff. de verb. obligat. Talis enim bis iterata confeſsio habetur pro magis deliberata, & pro ea quæ magis voluntariè procedat. De iſta geminata confeſsione Franciſcus Curt. in ſuis conſiliis eleganter ſcripſit in conſil. lxiij. De hac quoque confeſſionis geminatione elegantem tractatum edidit Antonius Corſetus Qui dicunt, quòd ſicut confeſsio iudicialis facta poſt deliberationis terminum per prætextum erroris reuocari non poteſt, gloſſa in cap. Ex literis, de diuor. Et Archidia. in cap. j. de accuſat. lib. vj. Ita nec confeſsio geminata per prætextum erroris vllo modo reuocari poteſt, vti comprobat Lud. Rom. conſ. cccxvj. incip. in hac cauſa. Et Hipp. de Marſ. ad l. j. §. Qui quæſtionem. num. 13. ff. de quæſt. Quia vbi interuenit geminatio ibi præſumitur plena deliberatio, vt in Auth. vt nulli iudic. §. Et hoc verò iubemus. Vbi dicitur quod in iure tantum operetur geminata confeſsio, vel geminatus conſenſus, quantum iuramentum iudiciale, ſecundum Doct. ad c. Si cautio de ſide inſtru. & in Authen. Si à me. C. ad Velleia. De hoc etiam latius conſule D. Præſidem Nicolaum Euerar. in loco à Geminatione.

## Confeſſio nulla quæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Confeſſio | 1 | Furioſorum & amentium, | Sunt nullæ, & in hoc æquiparantur. |
| | 2 | Non coram Iudice factæ. | |
| | 3 | Extra iudicium factæ | |
| | 4 | Per procuratorem factæ, | |

1 De 1. eſt l. In negotiis. ff. de reg. iur. & l. ij. §. Furioſus. ff. de iure codic. & c. Fina. extra de ſuc. ab inte.

2 De 2. eſt text. in c. At ſi clerici. cum ibidem notatis, extra de iudic.

3 De 3. eſt text. in d. c. At ſi clerici. & in l. ij. C. de cuſtod. reor.

4 De 4. Certum eſt confeſſionem per procuratorem factam in rebus criminalibus capitalibus, vbi procuratori occupare non licet, nulli damnum præſtituere poſſe, vti copioſius meminimus in noſtra Praxi rerum criminalium, c. liiij. de proceſſus viſitatione, & examine, nu. 36. 37. 38. & 39. in poſtrema editione.

## Confeſſio in tormentis.

| | |
|---|---|
| Confeſſionem factam in ipſis tormentis & Confeſſionem extortam formidine pœnæ. | Lex æquiparat. |

Bar. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio, Cui adde quod voluit idem Bart. in l. nouiſsimè, per illum textum. ff. Quod falſo tuo. autho. Ita etiam tenuit D. Guido à Suſaria, in ſuo tractatu de indic. & tortu. numero 82. Et Ludo. Bolog. ibidem in additione D. Guidonis, numero 73. Hæc etiam confirmat *D.* Franciſc. Brun. in ſuo etiam tractatu, de indic. & tortu. q. ij. ſecundæ partis, numeris 3. 4. & 5. Et D. Bald. de Periglis in ſuo tractatu de quæſtionibus, & tormen. ſub. iij. cap. circa confeſsiones in tormentis, num. 1. Hanc materiam quoque & nos tetigimus in noſtra praxi criminali, cap. liiij. de proceſſus viſitatione, & examine. num. 20. in poſtrema editione, quam explicationem per occaſionem ibidem (ſi placet) perlege.

## Confeſſio ſub ſpe.

Cnnfeſsio, vel cautio facta ſub ſpe futuræ cauſe, æquiparatur confeſsioni factę ſpe futurę numerationis. vt refert Bald. in l. ſi ſub ſpecie. ff. de poſtuland. eo quòd exceptio infrà tempus couſtitutum opponi, & cautio condici poſsit. Qui textus adeo clarus eſt, vt exemplo non egeat. Quinimò, & infrà tempus conſtitutum exceptio de vtroque opponi poteſt, tam benè ſcilicet, ſi quis verbo confeſſus eſſet ſe mutuum recepiſſe, quàm ſi ſcripſiſſet ſe mutuum recepiſſe. de qua re plura notantur per Doct. ad l. Generaliter, & l. In contractibus. ff. de non numera. pecu.

## Confiteri nihil.

| | |
|---|---|
| Nihil prorſus confiteri & Confiteri ſine perſeueratione | paria ſunt |

Horum quoque meminimus in noſtra Praxi criminali, cap. liiij. de proceſſus viſitatione & examine, num. 16. in poſtrema editione quę breuitatis ſtudioſus ibidem clariſsimè aſſerta videbit.

## Conſenſus tacitus.

Conſenſus tacitus, & conſenſus expreſſus, in iure æquiparantur, vti notat Bart. in l. de quibus. num. 4. ff. de legibus. quem vide. Vnde ſicut conſenſus expreſſus parit obligationem, ita etiam & conſenſus tacitus. De quo Spec. in tit. de cauſ. poſſeſ. & proprie. §. iij circa principium. Et quemadmodum nominationes ad beneficia perduntur per expreſſam renunciationem, vt in cap. Audita. de reſtit. ſpolia. ita etiam perduntur per renunciationem tacitam, veluti, ſi quis tempore nominationis fieret miles, vel ſi cum aliqua muliere matrimonium contraheret, vel aliquid aliud ſimile faceret, quod per ſe tacitã renunciationem includeret, is haud dubiè ſuæ denominationi cenſeretur cedere, non ſecus quàm is qui expreſsis verbis ſuę denominationi ceſsiſſet. de qua re vide Rebuſtum in tract. de nominat. quęſtione vlti. numero 17. & 18. Non enim minus factis voluntas alicuius declaratur, quàm verbis. d. l. De quibus, & l. Recuſari. ff. de acquirend. hered. Vnde etiam contractus, qui per conſenſum fiunt, verba non exigunt, ſed vel nutibus, vel aliis actibus conſenſum exprimentibus tacitè conficiuntur. l. ſi pater naturalis. ff. de adopt. l. Item quia. ff. de pact. Et ſi is, cuius conſenſus requiritur, præſens adeſſet, iſque taceret, ipſius certè tacitus conſenſus nudè colligitur, & perinde valet, atque ſi expreſsis verbis conſenſiſſet. l. Qui patitur. ff. Mandati. Et latè Felin. in cap. nomine. de preſumpt. Et latè quoque Tiraq. de retractu. §. j. glo. ix. num. 113. cum ſequentibus. Hic tamen conſenſus tacitus non ſufficit, neque locum habet in matrimonio. In eo enim requiritur conſenſus, potiſsimum ſi res agatur coram tribunali Eccleſiaſtico.

## Conſenſus non negando.

Conſenſus item tacitus eſt, quando quis non negat, & pro conſenſu expreſſo habetur. cap. Nonne. extra, de preſcriptionibus. Vbi Dominus, vt eſt in Euangelio, accuſatus à Iudęis his verbis: Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & demonium habes. Reſpondit Ieſus, Ego demonium non habeo. Duo quippe illata fuerunt ei, vnum negauit, alterum tacendo conceſsit. Et huic facit, quòd notat Angel. in l. Generaliter, in fine principij. C. de ſecund. nupt. Si quis in preſentia teſtium non irato animo, neque per iniuriam reprehendit aliquem de delicto, & ille tacet, & non negat, nec excuſat ſe, conſentire videtur, & concedere verum eſſe, quòd ipſi imponitur. adeo, vt ita tacendo de ſe deque facto obiecto, indicium præbeat ad torturam ſufficiens. vti etiã teſtatur Hipp. à Marſiliis in ſua Praxi criminali. §. diligẽter. verſi. Quæro etiam de notabili dubio. Et Ludo. Carrerius, etiam in ſua Praxi criminali Rub. de indiciis, nu. 28. Sic & is qui ſe ſimulat, aut fingit verba aduerſarij non audire, habetur pro expreſsè conſentiente, ob id quod obiecta ſtatim non negat; Bald. ad l. ij. C. de bo. quę liber. Idem in eo qui non tacet, ſed dicit, Non contradico vel non nego. vt habetur in gloſſa. & doct. ad c. Per tuas. ad verbum Non negaret extra, de condit. appoſ. Et Cagnolus ad l. Qui tacet. ff. de reg. iur.

## Conſentire facto.

Sic quoque conſentire facto, & conſentire verbo paria ſint vti teſtatur D. Ioannes Antonius de ſancto Georgio aliàs Prepoſitus in c. Ad noſtram, nu. 1. extra de coniugio ſeruorum, per hoc quod notatur in c. dilecti. in gloſſa j. extra, de appel. Sicut itaque verbis, vt hoc exempli gratia primo dicam, contrahitur matrimonium, ita etiam contrahitur factis, vti habetur in d. cap. Ad noſtram. in gloſ. in verbo, Nec facto, & c. Honorantur. xxxiij, q. ij. & l. Sed ea, quæ. ff. de ſponſalibus. Secundò ſicut ratihabitio fit expreſsis verbis, ita etiam & tacite ſit factis l. Paulus reſpondit. ff. Rem ratam haberi, Tertio ſicut Dominus dicitur approbare contractum falſi procuratoris, expreſſè hoc dicendo. ita etiam eundem contractum approbat. ſi id quod in illo contractu per talem procuratorem promiſſum fuerat, de facto ſoluat lege Indebitum. C. de condictio. indebiti. gloſſa in lege Recuſari. ff. de acqui. hære. Vbi dicit nihil intereſſe, an verbis, an reb. vel facto quid fiat. Imo. in lege. Si tamen. §. Ei. qui. ff. de edili. edicto dicitur, quod multo

maius

maius eſt facere,quàm pronunciare.Et re vera facta certius ,ac fortius voluntatem alicuius explicant,quã verba.In verbis enim fictio ſæpius vſuuenit,quàm in factis.de qua re Anchara.conſi. cccij.gloſſ. in c.dilecti.per illum tex.de appellat.Et Tiraq.de retractu cõuentio. ad finem tituli.numer.75.

## Conſentire iudicanti.

Conſentire iudicanti, & conſentire actui,id eſt iudicato ſeu ſententiæ(vt ſupra diximus,Actui conſentire)paria ſunt. iuxta gloſſam notabilem,in l.Tunc autem.ff.de re iudica.Et ibi D.Iaſo. Sic itidem (inquit)paria ſunt.Conſentire perſonæ facienti actum,& conſentire ipſi actui: Quocirca ſicut in Magiſtratu,in quo omnes ſunt iudices, ſi quidam ipſorum,aut reliqui omnes ſententiam, aut dicta priorum magiſtratuũ vel dicendo,vel tacendo approbent. aut certè reiiciant, ea ſententia ab omnibus prolata eſſe cenſetur, ita quoque omnes iudicaſſe,& in priorum ſententiam conſenſiſſe intelliguntur,quando tempore iudicati ſententię non contradicunt, aut reclamare non poſſunt. Et ſic legi quæ omnium conſenſum requirit, conſentiri, & ab omnibus ſatisfieri intelligitur. Quod tanquam candido lapillo notandum,atque obſeruandum eſſe monet Zaſius, ad l. Pomponius nu.7.ff.de re iudica.Atque ideo ſicut à ſententia iudicis appellare nõ poteſt,qui in eam ſententiam conſenſit,ita quoque appellare à ſententia non poteſt is qui tacitè in eandem ſententiam approbat,nempe ſi iudicatum.mox ſoluat,vel ſi terminum ſoluendi à iudice, aut à parte petat, aut exigat.l.Ab eo,C.quomodo & quando iudex.

## Conſiliarius.

Conſiliarij & aduocati comparantur militibus ſtipendiariis. Vide ſupra,Aduocatus.

## Conſilium petere.

Nullum requiſiuiſſe cõſilium,& requiſiuiſſe cõſilium,ſed tempore incõpetenti,paria ſunt.Item Nullũ in ſua cauſa petiiſſe ab aduocatis conſilium,& à magiſtratu petere conſenſum pro conſilio habẽdo,ſed ſerò,& tempore incompetenti,paria ſunt.Simile dicit lex in renunciatione,quam facit emptor venditori:non enim debet nimis ſerò denunciare,vt l.Si rem.§.Quolibet.ff.de euictionib.Vbi aſſiſtentiæ petitio,& denuntiatio ab emptore apud venditorem facta,tunc demum rata,& firma exiſtit,quando ipſa competenti tempore ante, & non ſub ipſam condemnationem exhibetur.Sic vbicunque conſenſus,vel conſilium requiritur,& is requirens ſerius petit,atque ob id nil impetrat,ipſi omnino imputandum videtur quominus impetrarit,quia ſcilicet competenti tempore conſilium captandũ non petiit,Vide Baldum ad d.l.primam,verſic.Extra queritur.Cod.Qui admit.ad bo.poſſ.poſſunt.Et huc pertinet.Quod tutoris auctoritas,niſi ſuo tempore interueniat,nihil operetur.§.Tutor autem. Inſtitut. de autho.tuto.latè de his Bart.cum Iaſon.ad l.Si quis mihi.§.Iuſſus.ff.de acquir.hæred.Horum copioſius meminit D.Pet. de Anc.in c.cum veteri.extra de euictionibus.

## A Concilio recedere.

Ante diſſolutum Concilium recedere,& ad Concilium non venire,paria ſunt.Item paria ſunt.Non venire in Concilium,& à Concilio ſine licentia recedere Ex quibus notandum eſt,Quod qui vocatus eſt ad Concilium prouinciale,is non ſatiſfacit vocationi ſi ad Concilium veniat,niſi in eodem conſtanter duret,& perſeueret. c. Si quis autem,& ibi Præpoſitus notat.xviij.diſtinct Sed hoc intelligendum eſſe puto,quãdo nulla ex Concilio recedendi neceſſitas vrget.Atque ideo ibidem ita ſcribitur.Si quis autem ſynodo adeſſe,neglexerit,vel cœtum fratrum antequam Cõcilium diſſoluatur,crediderit eſſe deſerendum,alienum ſe à fratrum communione agnoſcat, nec ſe recipiendum eſſe putet, priuſquam in ſequenti ſynodo abſolutus exiſtat. Vnde & à ſimili,Si canonicus vocaretur ad electionem faciendã cõſtituto tempore,eaque electio interim die præfixo ex cauſa non celebraretur,quod fortaſsis canonici præſentes malint adhuc expectare aliquem abſentem,tunc eo tempore durante,non licebit alicui de canonicis præſentibus recedere,Nam ſi eo tẽpore recederet, id perinde eſſet,atque ſi non adfuiſſet,aut ſi ſe abſentaſſet,teſte Inno. in c. Conſului.de offic.deleg.Simile quoque eſt in iudicio.Nam ſi reus eſſet citatus ad aliquem actum die certo peragendum, & actor interim qu ipſum citari fecit,die præfixo non compareret,ipſe reus comparens,nõ debet etiam abſque licẽtia recedere à iudicio.niſi & ipſe veluti non comparens haberi voluerit.cap.Certum.xj. quæ.iiij. Quando enim aliquis in iudicium vocatus recedit ſine licentia, is dicitur contumax,& videtur proteſtari,quod de cætero nõ vult ſub illo iudice litig... cap.finali.de dolo.& contu.lib.vj.Clementi. Vnica. eodem titul.Ideoque nec amplius eſt vocandus,quia tunc perinde cenſendus eſt,atque ſi non comparuiſſet,& veluti contumax,qui in non comparendo adeſſe noluiſſet,vti teſtaturBoer.in Rep.l,Conſentaneũ C.Quomodo & quando iudex.& ibi Bal.& alij.

## Conſtare.

Cõſtare per partium ſubſcriptionem , & conſtare per teſtium depoſitionem, paria ſunt. Vel ſic,Paria debent cenſeri, de partium voluntate conſtare per ipſorum ſubſcriptionem,& conſtare per teſtium depoſitionem l.in exercendis C.de fide inſtrument, De quo etiam in l.Scripturas.C,qui potio.in pigno.habeant. Et per Barto. in l.Nuda.ff.de donat.Et in c.ij.de fide inſtrument.Vbi dicitur, quòd in exercendis litibus parem vim obtinent , & teſtium depoſitiones, & inſtrumenta aut publica aut priuata, dummodo per partes, vel per alios confecta,aut ſubſcripta fuerint.Item conſtat de pacto quando id cum bona fide interpoſitum docetur , ſcilicet aut per ſcripturam, aut per alias probationes per quas rei geſtæ veritas aliquo mõdo cõprobari poteſt.l.Pactum,.quod bona fide.C.de pact. Vnde etiam fit vt ſubſcriptio ipſa vocetur teſtimonium , nempe quod is qui ſubſcribit,etiam teſtificari videatur.l.fina.& ibi Bald.in ij. notabili.C. Si cert.petatur, & habet vim depoſitionis. Idem Bald.ad l. fina.in viij. oppo.C.de edict.diui Adria.tollen.Et ſicut teſtamentum poteſt probari per inſtrumentũ à teſtatore ſubſcriptũ.l. Hac cõſultiſſima. C.de teſta.ita quoque & teſtamẽtũ per teſtiũ depoſitiões cõfirmari poteſt l.j.C.eo.tit.& c.cum eſſes.de teſtam.& amiſſo teſtamento illo proditum eſt poſſe teſtatoris voluntatem ſolis teſtibus probari.l. Teſtium. C.de teſtibus.Doct.in l.ij.C.de bonor.poſſ. ſecundum tabul. Et ſicut teſtibus conuictus non auditur.l.ij.C. Quorum appel. non recipiuntur,ita quoque nec audiendus eſt is,qui per propriã ſubſcriptionem aliquid eſt confeſſus. l. Generaliter, C. de non numera. pecunia. Et teſte D.Matthæo.de Afflictis in ſuis deciſionibus Neapolit,deciſion. ciiij.nu.3.

## Directo conſtare.

Directo conſtare de actu,vel per media,quæ ad hoc tendunt,paria ſunt.argumento.l.Si quis ſeu liber.in fine ibi,quid enim intereſt. C. de natura.liber.l.Si verò non remunerandi.§.filiofam.j. ff. mandati, & Vdalricus Zaſ. in ſuis conſiliis,ij.lib conſi,ij.nu.24.

## Non conſtare.

Non conſtat eſſe,& non eſt,ſunt paria.In lege,ff.de contrah.empt. D.Vdalr.Zaſ.in l.Inter ſtipulantem.§.Si ſtichum.ff. de verb. obliga. Vbi dicit Iabolenus, quod paria ſunt in fundo vendito non eſſe lapidicinas,& eſſe,ſed eas non apparere.Ad hunc quoque modum paria ſunt non eſſe conſuetudinem,& de ea conſuetudine non conſtare,teſte Ioann.Neuiz.in ſuis conſiliis,conſi.xij nu. 5.Similiter. & paria ſunt.Tutorem teſtamento non eſſe datum, & datum quidem eſſe, ſed non apparere quis ſit:veluti ſi dicat,Titius tutor eſto:& ſint duo eiuſdem nominis,nec apparet de quo Titio ſenſerit.l. Duo ſunt Titij.ff.de teſtament.tutel.Sic etiam paria ſunt:Non eſſe datum,& eſſe datum,ſed de mandato intra tempus legitimum non conſtare,de quo latè Tiraquellus,de retractu.§.j.gl.x.nu.90.glo. in Clementina cauſam,de electio.Vide quoque de his infra,non eſſe,& eſſe,ſed non apparere.

## Conſuetudo inueterata.

Conſuetudo hominum memoriam ſuperans,& Principis priuilegium,paria ſunt.Nam ſicuti Principum priuilegia ſtant pro legibus & moribus,ita quoque conſuetudines illæ diutiſſimæ,de quibus nulla extat memoria in contrarium,vim obtinet ceſſionis Principũ, cõſtitutionum,& legum:imò & priuilegium inducũt,adeo vt iuri quodammodo derogent,vt habetur.l.Hoc iure vtimur. §.Ductus aquæ.ff. De aqua plu.arcen.c.Super quibuſdam.§.Præterea.iuncta gl.in ver. Non extat memoria.extra de verb.ſigni.ca.Hæc quippe.iij. q. vj.Et ad hoc ſemper allegatur textus in l.Viros.C.de diuerſ.offic. & apparitoribus iudicum.li.xij.Et Cin. in l.j. C.de emancip. libero. Bart.& Paul.de Caſt.in l.Imperium.in fine.ff.de iuriſdi.omnium iudic. Hæc etiam confirmat D.Franci.Mingon in ſuis commentariis ſuper conſuet.ducat.Andegau.titu.*Des ſeigneurs temporelz & iuſtices , & mores dicelle* .verſi.nu.2.

## Conſuetudo.

Vel ſic breuius conſuetudo , & præſcriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium,æquiparantur priuilegio à Principe expreſſe,& ex certa ſcientia conceſſo.Ita tenet D.Iaſon. in l.de qui

l. de quibus, nu. 43. ff. de legi. & D. Bald. in c. j. in tit. Quæ ſunt reg. Et Io. Mon. in c. ij. de præſcr. lib. vj. cum cæteris iuribus in prædicto themate allegatis.

## Contractus purus, & conditionalis.

Contractus purus, & contractus conditionalis poſtea purificatus, paria ſunt. Conditionalis enim contractus poſtea purificatus eiuſdem cenſetur eſſe efficatię ac ſi purè ab initio fuiſſet celebratus vt probatur in l. finali §. titius. & ibi Angel. & alij notant. ff. de vulga. & pupil. ſubſtitu. l. ſi pupillus, in fine. ff. de conditionibus inſtitu. l. ſed & ſi de ſua. §. fina. ff. de acquir. hęredit. Et Iaſ. in d. §. titius. nu. 3 & in l. Pro hærede. §. Papinianus, nu. 34. ff. de acquir. hæred. Ita quoque ſatis abũdè comprobauit D. Petr. Paul. Pariſ. in ſuis conſilijs, conſilio xj. numeris 64. 65. 84. & ſeque. in j. parte conſiliorum quem tempore & loco opportunis, iuris ſtudioſi, & à rebus publicis vacui conſulere poterũt. Vide quoque infra: Eſſe, & eſſe debere. Quia euentus conditionis trahitur retro, & habetur perinde atque ſi à principio diſpoſitio fuiſſet pura. Vnde ſi pendente conditione emptor mortem obiret, quia tamen contracta, & conſtituta eſt conditio, moriens tamen hæredes ſuos per eam cõditionẽ obligato relinquit, non ſecus, quàm ſi iam demum ipſo viuente contracta obligatio in præteritum fuiſſet. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & commod. rei vendit. Sic, ſi aliquis ſub certa conditione debitor eſſet, eáque conditio nondũ cõpleta aut expirata eſſet, ſed adhuc penderet, certè quandiu ea conditio pendet, & nondum completa eſt, is debitor nondũ cenſeri debet, ſed à conditionali debitor liber exiſtere videtur. Vel ſic, ſi ei accepto feratur, qui ſub conditione deuitor erat, exiſtente conditione iam olim liberatus videtur. l. ſub conditione. ff. de ſolu. ſic ſi filius fam. ſub conditione ſtipulatus quid eſſet iſque ea conditione pendente condemnaretur, & poſt hanc condemnationem conditio demum compleretur, tunc non filio, ſed patri actio acquiſita eſſe videtur, quia in hoc caſu ſpectatur tempus quo contrahitur, & ad hoc idem attribuenda eſt conditio. l. ſi filiusfamilias. ff. de verbo. oblig.

## Contractu, & delicta.

Contractus & delicta ad inducendam obligationem, ſunt paria. l. omnem. ff. de iudic. vbi Paulus quoque ait, omnẽ obligationem pro contractu eſſe habẽdam, licet non ex crediti cauſa ſit. Et ideo quemadmodum iudex in decidendo tenetur ſequi conſuetudinem loci, vbi celebratus eſt contractus. l. ſi fundus. ff. de euictio. ita etiam debet ſeruare conſuetudinem loci in delictis, ſcilicet vt non pœnam de iure communi conſtitutam, et tali delicto impoſitam, ſed ſolummodo vt pœnam per conſuetudinem imponi ſolitam, ſequatur. Et ita tenet Gandin. in tract. maleficiorum, titul. de pœnis reorum. et latius Cin et Salic. ad l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. et fid. Cathol. Etſicut in contractibus inſpicitur initium temporis l. Pomponius. ſecũda. ff. de negotiis geſtis, et l. prima. ff. de origine iuris, ita quoque in delictis inſpicitur tempus admiſſi delicti, adeo vt ſi tempore delicti commiſſi alia pœna ſit impoſita per ſtatutum pro delicto, quàm erat tempore inquiſitionis, vel ſententiæ prolatæ, imponenda prorſus eſſet illa pœna, quæ pro tẽpore commiſſi delicti cõſtituta fuerat, quod pluribus exemplis explicat. Et hanc ſimilitudinem explicat D. Præſes Nicolaus Euerardi, in loco, à contractibus ad delicta, quem ibidem conſule. Et (vt inquit Paulus) omnem obligationem pro contractu habendam eſſe, exiſtimandum eſt. Atque hinc etiam ſequitur, quod ſicut Iudex in deciſoriis tenetur ſeruare conſuetudinem loci, in quo celebratus eſt contractus. l. ſi fundus. ff. de euictio. Ita etiam in delictis attendenda eſt pœna conſuetudinaria loci: etiam ſi de iure communi conſtituta eſſet alia pœna diuerſa: & contrario. ciuitas interdũ vt ex delicto obligatur, ita & ex contractu. l. metum autem præſentem. §. animaduertandum. ff. de eo quod met. cauſſ. Item ſicut contrahendo ſortitur quis certum forum, ita & delinquendo certo foro ſubiicitur, vt in l. Hæres abſens. §. ſi quis tutelam. ff. de iudic.

## Crimen ſcire, & non obſiſtere

Crimen poſtea cognitum non prohibere, nec prodere, & idem crimen ab initio ſciuiſſe, paria ſunt. teſte Baldo in l. cum ancillis, numero 1. & 2. C. de inceſt. nupt. vnde dicit ibi gloſſa in verb. Cognitum celauit, quod paria ſunt ſiue quid ſciã ab initio, ſiue id poſtea ſciam, & tamen id cognitum patiar. Euidens enim indicium eſt, quod Prętor, aut priuatus quiſpiam criminis patrati ab initio conſcius fuerit, ſi poſtea idipſum euidenter cognoſcere perhibetur, & tamen nec prodat, nec prohibeat, vnde etiam dicit Baldus per d. tex. cum ancillis. quod paria ſunt, Syndicus hoc maleficium a principio ſciuit & idipſum poſtea peruenit, ſed tunc cognitum non prohibuit, ne reuelauit, vt patet ex verbo, vel compertum facinus prodere noluit. Nam non denuncians quod debet denunciare, celare videtur quod prius cognouerat, vt dict. lege cum ancillis. in dict. verb. cognitum celauit.

## Crimen militare.

Crimen militare quod ſit, Vide infra, Delictum militare.

## Crimen non prohibere.

Crimen non prohibere, aut non reuelare. Vide ſupra Crimen ſcire, & non obſiſtere.

## Culpa lata.

Culpa lata par eſt cum verſutia, & æquipratur dolo ita vt à dolo nunquam ſeparetur. l. prima §. primo ff. ſi menſor falſ. mod. dixer. Vlpian. ſed & ſi negligenter æquè menſor ſecurus erit, lata culpa planè dolo conparabitur. l quod Nerua. ff. depoſi. Celſus. Quod Nerua diceret latiorẽ culpã dolũ eſſe, Proculo diſplicebat, mihi quoque veriſſimũ videtur. Nam & ſi quis ad eũ modũ quem hominum natura deſiderat non tam diligens eſſet, hoc eſt, niſi ad ſuum modum omnem curam debitam in depoſito pręſtaret, minorémque curam alienis rebus, quam ſuis propriis impenderet, is certè fraudis ſuſpitione non careret. refert Philippus Dec. in regula iuris, in initio. Et idem notatur per gloſſam & Barto. in l. quod te. in verb. Venio ad vltim. ff. ſi cert. per. aliqui porrò exiſtimãt latam culpam propriè non eſſe dolũ, niſi ſuſpectum: quod dolus ſit ex propoſito, culpa non item. Attamen in hoc æquiparantur & conuenire dicuntur, quod quicquid in propoſito poteſt eſſe lata culpa, id etiam ſine dolo eſſe non poteſt Nam nemo ex propoſito aliquid faciet mali ſine culpa, quantum ad iſtud negocium pertinet. Quocirca vt ſuperiora melius intelligãtur, operęprecium eſt ſcire quid ſit lata culpa, eſt itaque lata culpa cum aliquis aut verbis. aut officij ratione bonam alicui fidem ac diligentiam pollicetur, in rebus præſtandis, aut ſeruandis eámque fidei integritatem, ac ſummam diligentiam promiſſam, aut officio adiunctam non pręſtat, ſed meritiſſimè negligit, ob quam negligentiam, alius plerunque in maximum damnum incidit. Hec inquam ignauiſſima, imo indebita neglitentia, lata culpa verſutiæ dicitur. Hanc autem plerique transfariam excuſare nituntur, aut per non conſuetudinem, aut per ignorantiam, aut per non certem intelligentiam, aut per non pręmeditationem. Quæ tamen adeo non excuſant, vt quiſquis huiuſmodi dãnum per negligentem cauſam prębuiſſet, is eiuſdem damni, aut dati, aut non inhibiti ex lata culpa reus cẽſendus eſſet: non ſecus, quàm ſi dolo malo idem damnum ſimulanter perfeciſſet, aut conniuenter euenire curaſſet. l. latæ culpę. ff. de verbo. ſignifica. l. regu. §. ſi filius. ff. de iur. & fact. igno. Idem probat gloſſa in l. ſi Nerua. ff. de poſ. Ideòque Principes duces ſuos, ac Ciuitatum, Caſtrorúmque capitaneos, qui negligenter, parumque fideliter commiſſa loca tutantur, non rarò ſic de lata culpa puniunt, ac ſi eadem loca doloſè hoſtibus prodiſſent. Videte Vdalric. Zaſi in l. in illa ſtip. per te nu. 12. ff. de ver. oblig. & idem in l. ex depoſiti. nu. 5. ff. de act. & oblig.

## Curator.

Curatoris auctoritas non interceſſit in actu minoris & Curatoris auctoritas interceſſit in actu minoris, ſed minus legitimè, paria ſunt. §. tutor autem Inſtitut. de auctori. Tutor. & in l. ſi quia mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. Nam ſicut nulla auctoritas excuſat niſi iuris forma interueniat, Abb. ad c. Conſulationib. de Iure patronat. ſic nihil quoque eadem operatur, cum iure auctoritas, vbi expreſſa eiuſdem iuris abutendi interuenit temeritas. l. qui teſtamẽto. ff. de excuſa. tutor. Baldus. in. lege falſus. C. de furt. Sic quoque paria ſunt. Auctoritatem Prælati, vel Epiſcopi non interuenire: & eãdem interuenire, ſed minus legitimè. Bald. in l. finali. §. neceſſitatem. C. de bo. quæ liber. Imò etiam talis auctoritas per curatorem minus legitimè præſtita, non impedit quo minus ipſe qui auctoritatem dedit, teneatur ad id quod intereſt, l. j. & ibi Bart. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. & l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tuto. l. non putauit. in §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. contra tabu. & l. quarta. §. condemnatũ. ff. de re iudic. cũ ſimilibus iuribus infinis. Huic quoque ſententiæ adſtipulatur D. Hippol. de marſ. in ſuis conſiliis, conſilio xlix. nu. 47. in primo vol. ſuorum conſiliorum criminalium. His item ſuperiobus auctoritatibus iuridicis etiam iſtud Pauli conſentit. ij. ad Timot. ij. nõ coronabitur, inquit, niſi qui lægitimè certauerit. Quiſquis enim rem aliquam facit: eamque non legitimè, id perinde eſt, ac ſi eam rem omnino non faceret.

## Damno alterius locupletari.

Cum damno alterius locupletari, eſt expreſſum dolum comittere. vide infra, dolus expreſſus.

## Dare ſoluere legata.

Dare, vel ſoluere legata, & promittere lagata ſoluere. Hæredem pariter ligant. Hæres enim ſi quiſpiam conſtituatur, qui teſtatori legata in ſolidum ſoluere promiſit, is certè ex pmiſſo ſoluere tenetur in ſolidum, & de ſoluendo cautionem præſtare debet. Porro ſi is hæres, ſoluiſſet in ſolidũ. is poſtea per legẽ falcidiã nõ poteritquartã repoſcere partẽ, ob id ꝙ in promiſſiõe ſolutiõis legatorũ cũ cauiõe eiuſd ẽſolutiiõs faciẽdæ. & in ſolutiõeipſa, eadẽ, omnino ſit ratio ex vbi ad ratio eſt eade ibi quoque & ius cõſtituẽdũ eſt idẽ, vt loquitur tex. in l. fina. C. ad legem Falci, Et Philip. Decius in ſuis conſiliis, conſ. cclxxx. nu. 5. in ij. par. eadem quoque infra videre licebit in capite, Soluere. atque hæc etiam in foro conſcientiæ non minus, quàm in foro fori vera eſſe comperiuntur. Nemo enim quicquam (iure actio) promittit, quin idipſum dare ac ſoluere debeat, tam Deo, quàm hominibus. Vnde & ſpiritus Dei, per Paul. j. Timot. v. damnat viduas, quæ Deo caſtitatem vouerunt & nihilominus interim fornicantur, & laſciuiunt, & poſtquam fornicatæ ſatis fuerint, ad onus Eccleſiæ nupturæ veniunt. Has inquam viduas poſt votum fornicatrices Paulus vitandas ſuadet, eo quòd factam Deo pollicitationem feciſſent irritam, & vidualem caſtitatem non fideiter ſeruaſſent, quam Deo ex voto debuerant.

## Dare, & Acceptum ferre.

Dare, vel ſoluere, & acceptum ferre, vel fateri accepiſſe, paria ſunt. l. ſi fundum. §. titio, iuncta gloſſa in verbo Poteſt. ff. de leg. j. Vbi ait Iul Titio fundum do & legoſub hac conditione, ſi hæredi meo decem dederit. Iam ſi contingeret quod hæres Titio decem debuiſſet, & hæc decem Titius ab hærede accepta feciſſet, ce fi tèundum cum tunc Titius ſibi optimo iure liberum vendicare poſſet: quia tunc Titius per eam confeſſionem hæredis liberà conditiõe teſtamẽticxiſtit. Cõfeſſio enim acceptationis à ſolutionefaciẽda liberitat & quò ad cõditionẽ implendam pro ſolutione habetur, teſte Bart. ibi. Et Iabole. in l. ſi mulier. ff. de condi. ob cauſam. dicit, quod nihil ad ſolutionem referat, ſiue ea præſenti, ac numerata pecun. fiat, ſiue ad eam acceptilatio pecuniæ interueniat. Vnde & Paulus perinde eſſe ait, ſiue quis alicui ob calumniam faciendam pecuniam dederit, ſiue illi promiſſam pecuniam acceptam tulerit. l. ij. ff. de calumniato. Et ideo generaliter in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur. dicitur, Quod ſi quis ab obligatione alicuius ſummæ numerandæ liberaretur, is quodammodo eam ſummam accepiſſe, ſibique numeratam eſſe cenſebitur. Nam ſecundum hanc conſiderationem ſibi retinere, & alteri dare, vel perſoluere promiſſum inter ſe conueniunt. vide ibi Doctor. & Felin. in c. Veniens. de teſtib. l. Iulianus ait. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi mulier. ff. de condict ob cauſam. l. ij. ff. de calumni. Et D. Albericus de Roſate in d. l. ſi fundum. §. Titio. Quid autem propriè ſit dare, & quomodo in contractibus & quomodo in libellis ponatur, vide plenius per Barto. & alios in l. vbi autem non apparet. §. fina. ff. de ver. obli. & Alex. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. petat.

## Dare inuitè.

Non dare, & inuitè ſeu coactè dare, quoad vitium, ſeu peccatum vſurarum, paria ſunt. Vt notat D. Laurentius de Rodulphis in tractu ſuo de vſuris. nu. 37. Paria quoque hæc ſunt quoad ciuilitatem humanam: ſicuti probat hoc commune prouerbium contrarium ſcilicet, Bis dat, qui citat: hoc eſt, qui libenter & ex liberali animo dat, bis dediſſe cenſetur. Igitur à contrario qui illiberaliter, & inuitè dat, is omnino non dare dicitur. Quo circa & in ſacris huic conforme dicitur. Hilarẽ datorem diligit Deus. Vnde & Chriſtus mulierculæ pauperis duo minuta prætulit magnificis diuitum donariis in gazophilaciũ miſsis, Matt. xij. nẽpè quòd ea hilariter, & nõ triſti animo cõtulerat.

## Datum in Inſtrumento.

De datis inſtrumentorum. vide infra ſub tit. Inſtrumentum.

## Debitor impeditus.

Debitor qui impeditur ſoluere. vide inferius titulum, Impeditur.

## Decedere.

Deceſsit ſine libetis, aliquãdo par eſt cũ eo, Deceſsit ſine hærede. l. ex facto. §. fi. ff. ad Senat. Con. Trebelli. Vbi dicit Vlpianus. Si quis ita fideicõmiſſum reliquerit, fidei tuæ fili cõmitto, vt ſi ſine hærede deceſſeris, reſtituas Seio hæreditatẽ. In eo enim caſu D. Pius reſcripſit hoc fideicõmiſſum ſẽtiẽdũ eſſe de liberis, & nõ de aliis hæredibus. Cuius ſentẽtiã imitatus eſt Bertrãdus in ſuis cõſiliis, cõſi. clxxvj. nu. 9. li. j. Et poſt hũc Caſtrẽſ. qui dixit. Si illud fidei. intelligẽdũ eſſet de quibuſuis hæredibus, id nunquã ad Seiũ perueniret, imõ nunquã ſuum ſortiretur effectũ, quia is filius aut nunquam aut certè vix ſine vlla hæreditate mori potuiſſet, ſed de his omnibus hæredibus, & quibuſcunque hæredibus non videtur fuiſſe mentem patris eam fidem committentis: ſed tantum de ſuis filijs futuris liberis, & non de aliis. Ea namque liberorum appellatio aliquando tam latè extenditur, vt etiam extraneos quoſque hæredes in ſe comprehendat. teſte l. libertum. §. j. ff. de rit. nupt. Teſte quoque S. C. quod prohibet ne tutores, aut tutorum liberi in vxorem ducant ſuas pupillas: certè non ob aliã cauſam quàm quod hi tutores, aut tutorum liberi, ſub titulo hæredum plerunque cẽſeantur. Sed quo pacto accipienda & intelligenda ſit iſthæc hæreditas, latè notat Io. de Imo. ad l. quod dicitur. ff. de ver. obli. Caſtren. & Romanus, ad d. l. ex facto. §. fin.

## Decretum Iudicis.

Decretũ iudicis æquiparatur ſententiæ iudicis. teſte Baldd, in l. j. C de contrahen. empt. cuius mentionem copioſius feci in mea Subhaſtationum compendioſa exegeſi. c. j. nu. 23. & 32. in poſtrema editione: quò lectorem prolixitatis euitandæ cauſſa remitto. De iudicis autem decreto hoc obſeruandum eſt. Si Paduanus quiſpiam venditorẽ ſuum exiſtentem in territorio Parmenſi citaſſet ad ſuum iudicem Paduanum, & venditor comparere nollet, niſi coram ſuo iudice Parmẽſi, hic oritur quæſtio vter iudicum ſuum decretum interponere debeat, an Paduanus, an Parmenſis? Certè (inquiunt) vterlibet iudicum per ſe poterit interponere ſuum decretum, tam iudex loci vbi contrahitur, quàm iudex loci vbi res ſita eſt, quia coram vtrolibet emptor conueniri poteſt. Nam habet vterque iudex iuriſdictionem in ipſum citatum emptorem, vnde & decretum alterutrius iudicis interpoſitum pro ipſa ſententia, ſiue pro iudicato æquiparanda erit. Atque hinc etiam fit, quod decretum in praxi vocetur ſententia interlocutoria. De quo latè Fel. in c. Conſultationem. De offic. dele. & Adiudicatio. Doct. in l. fin. §. ſi plures. ff de damno inſe. Sed hac de re quomodo ſcilicet decretum, & ſententia inter ſe conueniant, & quomodo inter ſe diſcrepent. latius videbis apud Baldum, Mantua. & alios. Item apud Iaſo. ad l. Nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procura. Et apud Speculatorem, de reſtit. in integ. §. ij. in fine.

## Defectus eueniens.

Defectus ab initio, & defectus qui poſtea ſuperuenit, parificantur. Sed in ſtipulationibus conditionalibus quia vtrobique ad tempus euentus conditionis inſpicitur, ſicuti tenet Vdalricus Zaſ. in l. Extimo, nu. 17. ff. de ver. obli. Ad hunc quoque modum videmus, quod ſuperueniens defectus in titulo, ſæpiſſimè interrumpit vſucapionem, vt in l. quæſitum. ff. de acquir. re. domi. Vbi hæres non poteſt præſcribere rem legatam, quia in re titulus pro hærede extinguitur cum dominium ipſo iure tranſeat in legatarium. De qua re latius vide apud Bar. ad l. naturaliter. nu. 6. ff. de vſucap. & facit l. ea, quæ. §. fin. C. de temporib. in integr. reſtitu. Et certè caſus ſuperueniens ſi eſſet talis, qui ab initio impediuiſſet actum, is quoque & nunc actum impedire debet, niſi potior ratio obſtet, De quo multa eleganter Tiraquellus, in lib. Ceſſante cauſa, in xiiij. limitatione. Sic & contra. Si vxor videns mariti prodigalitatem, aut infortunium, dotem petat ſuam, aut exigat à ſuo marito vnde viuat, propter ipſius mariti quam videt futurã, aut præſentem inopiam, iſque maritus è paupertate poſtea emergat, & diues fiat, totam dotem cum retrodebitis reſoluat oportet, teſte Pet. Ferra. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, Vxor quædam. licet alij contra ſentiant, ſicuti Tiraquellus prædicto loco commonſtrat.

## Defenſus illegitimè.

Nullo modo eſſe defenſum, & non legitimè eſſe defenſum, ſunt paria. l. quia abſente. C. de procura. vnde & vxor, quæ abſentẽ maritũm defendit, tanquam non defendens habebitur, ita tenet Bald. & Iaſ. in prædicta. l. quia abſente vbi dicunt: Ab vxore eſſe defenſum, ſed non legitimè defenſum. Vbi tamen notandum eſt, Quod ſicut vxor in rem ſuum procuratrix eſſe poteſt, ſic etiam mariti legitimè abſentis cauſam defendere poteſt: imò etiam ipſius mariti ceſſionẽ. Baldo & Iaſ. in præallegato loco teſtibus. Dico legitimè abſẽtis, quia ſi maritus ex iuſta cauſa abfuiſſet (licet ab vxore non ſat legitimè in quibuſdã cauſis defendi deberet) & ab vxore in cauſa ceſsionis defenſus fuiſſet, reſtituitur tamen, & non dicitur legitimè defenſus, etiam ſi vxor pro eo defendendo comparuiſſet ex ores etiam viris defendi debent, non contra. §. patitur. Inſtitu. de iniuriis. vbi dicitur, Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum eſt. & l. ij. ff. eo. titu.

Delictum

## Delictum militare.

Quos ſuos, puluerem, globos, aliaque militaria arma diuendere, par eſt cum denctis militaribus. vide Baldum, in l. in teſtamento ij. C. de teſtam. milit. ad hunc modum libros ſuos, idque genus reliqua Eccleſiæ ornamenta diuendere, delictum eſt clericale. Et multa huc adduci poſſent ex D. Nicol. Euerard. in loco a milite armatæ militiæ ad militem cæleſtis militiæ. & ex Rebuf. in tractatu De priuile. ſcholarium.

## Delictum & Contractus.

De delicti, & contractus æquiualentia. Vide ſupra, Contractus.

## Deportatus.

Deportati mortuorum loco habendi ſunt. Vlpianus in l. j. §. qui habebat filium, ibi deportatos enim mortuorum loco habendos. ff. de bono poſſ. contra tabu. & ibi Bart. l. actione. §. publicatione, ibi, Nam cum in eius locũ alius ſuccedit, pro mortuo habetur. ff. pro ſocio. & l. ſi necem domini. §. ſi deportatus. ibi, qui mortui loco habetur. ff. de bonis liberto. Filius non capax, inſtar habendus eſt mortui. Hæc autem deportati & mortui æquiparantia intelligenda eſt ſanè, ſcilicet quantum ad multa non autem quoad omnia, iuxta allegata per gloſſam in verbo. Pro mortuo habetur. ff. eodem titu. Pro ſocio, &. §. publicatione, Inſtitu. de ſociet. & notatur in l. j. C. de hæred. inſtituen. & ibi Bar. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. & D. Bald. de baldis in ſuo tractatu, ſuper pace Conſtantiæ, in princip. nume. 3. de his quoque conſule inferius Caput, Mors, & ſupra Carcer. Reliqua vide ſupra Bannitus.

## Depoſitum.

Sponte alicuius depoſitum in domum recipere, & ſimulãter permittere, vt aliquis rem ſuam in domum ipſius deponat, paria ſunt, de quo tex. eſt in l. j. §. fina. ff. de iure dot. in verſ. quid enim intereſt, an res inferantur cum alicuius permittente voluntate in domũ ſuam, an eidem ipſi ſeruandæ tradantur. Pro quo facit l. pecuniam ff. de ſolut. Sed hic caſus non eſt vniuerſaliter verus: ſed tantum in caſibus ibidem expreſſis, & ſimilibus, ſcilicet, in quibus oritur quæſtio. An is qui videt, aliquem rem ſuam in domum ſuam reponere, & ſimulanter id permittat, an inquam permittendo videatur tali repoſitioni conſentire, & per conſequens tali repoſitioni furtiuæ eſſe obnoxius. Ad quam quæſtionem quidam affirmatiuè reſpondent, quòd ſic, per dictaleges. Sed alij. tenent contrarium, & hoc non eſſe vniuerſale, nec locum habere in nauta, caupone, & ſtabulario, in quorum ædes, aut nauim videntur quiuis poſſe importare ad cuſtodiam quæ volunt quæque ipſi nautæ, ſtabulario aut cauponæ, importare permittunt, abſque eo quod per hoc in damno venire debeant. Nam hi citra vllam perſonarum conſiderationem omnibus citra delectum ad cuſtodiendas res ipſorum ſeruiunt, omniùmque rebus ſeruandis & cuſtodiendis ſe ſe ex officio impendunt, eaſque ſaluas fore promittunt. l. j. §. recepit. ff. vt nau. caupo: ſtabula. in aliis verò ciuium domibus eſt commune ius in contrarium, vt dicit Ludo. Roma. ad l. quę dotis. in fine. ff. ſolu. matri. Et Cyn. & alij ad l. inuitis. C de procurato. Et hoc quoquo tenet Specul. per illum textum, in titu. de Furtis. §. j. ver. quid ſi res. Et Alber. de Roſate in ii. par. ſtotuorũ, q. clxxiiij. incip. Talis quæſtio, &c. circa medium. ver. vltimo. Huinc item ſubſcribit D. Hippol. de Marſiliis in ſuis conſiliis criminalibus, conſilio xxiij. num. 4. j. volumine.

## Depoſitarius.

Depoſitarius, & cõmodatarius in iure parificantur, quoad ſnõ poſſeſſionem. §. poſſidere autem. Inſtit. de interdic. poſſidere autem aliquid inquit Inſtinianus quiſque videtur, non ſolum ſi per ſe ſuoſque iure poſſideat, ſed etiam ſi alicuius alterius nomine eampoſſeſſionem habeat, quocunque id titulo fiat, & quamuis is eius iuri ſubiectus nõ ſit, qualis eſt colonus & inquilinus. Sicilli quoque apud quos aliquis quicquam depoſuit, aut quibus aliquid commodauit, idipſum depoſitum, aut commodatum ſuo nomine poſſidere videntur.

## Dicere obſcurè.

Aliquid non dicere, & dicere, ſed id obſcurè, paria ſunt. Vt teſtatur Franciſcus Aretinus, in l. qui ex pluribus. ff. de verb. obligat. l. de ætate. §. nihil intereſt. ff. de interroga. act. Vbi textus dicit, quod nihil interrogatus, an obſcurum vel dubium reſpondeat, ad hoc ſcilicet vt certum & dubium relinquat interrogatorem. At ideo quidam putant non eſſe admittendam illius reſponſionem, qui ſe dicit de interrogato dubitare, de quo per gloſſam ibi. Et ita etiam dicit Ioannes de Neuizanis, conſilio viij. nu. 65. Imo contra tales præſumitur, quòd per ignorantiam non audeant dicere veritatem certam, teſte Anch. conſi. cccxc. incip. Chariſsimè. Et latè Bar. in diſputatione ſua xiiij. verſi. Secundum hoc. Vnde etiam obſcura ſtipulatio habetur pro non facta, reſpectu articu. obſcuri. l. veteribus. ff. de pact. Sic quoque paria cẽſenda ſunt. Citationem non eſſe factam, teſte Baldo in l. hac conſultiſsima. C. qui teſtament. facere poſſ. Obſcurum autem dicitur, quod ex ſe non bene poteſt intelligi hoc ex quod per apertam naturam verborum, vel per vſitadam loquendi conſuetudinem non ſatis intelligitur, vt ibi ſecundum eundem.

## Difficile.

Difficile, & Impoſſibile: & ſic difficultas et impoſcibilitas æquiparantur. l. nepos Proculo. ff. de verbo. ſignific. cap. Breui. de iureiuran. Et Felin. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. ver. ſecundum notabile, De conſti. Impoſſibilia enim vel nimis difficilia, ſunt extra naturam humanam, vt inquit Baldus in c. cum acceſſiſſent. de conſtitut. Hæc etiam comprobauit Ioan. pe Neuizans in ſua ſylua nuptiali. Et l. ſi familiæ Ereiſcundæ, ff. famil. herciſcun. Vbi Vlpianus, inquit, Si familiæ herciſcundæ, vel communi diuidundo iudicium agatur, et diuiſio tã difficilis ſit, vt penè impoſſibilis eſſe videatur. Huius mentionem facit D. Ioan. Oldendorp. de copia verborum et rerum, ſub verbo, Impoſſibile. Et infra ſub capite, Impoſſibile.

## Difficulter.

Rem cum difficulitate proſequi, et rem perdidiſſe, vel non habere, paria ſunt. Vide infrà, habere.

## Diligi vt frater.

Diligi vel haberi vt frater, vel nominari frateret fratrem eſſe, in iure quantum ad hæredis inſtitutionem, ſunt paria. Vt notatur in l. nemo verſic. qui frater non eſt. ff. de hære. Inſtituen. vbi dicit quòd paria ſint, Si quis frater non eſt, ſed tamen frater vulgò vocetur, et fraterna ſimul charitate diligatur, et excipiatur, is rectè cum ſuo nomine, ſub appellatione fratris hæres inſtituitur, Iuncta gloſſa ibidem in ver. Inſtituitur, allegante aliquot leges, quas ibi videre licet. Et gloſſ. in l. ij. C. in quib. cau. coloni. lj. verſ. quin et iſtud de ſingulari amico quoque intelligendum eſt. Singularis enim et familiaris amicus appellatione ſuorum, in hæreditatem hoc nomine venire poteſt, vt tenent Cy. et Salyc. in l. maritus. C. de procur. Et Barthol. à Caſſanæo in ſuis Cõmẽtariis cõſue. Burgund. qui ibidẽeiuſdẽ eſt ſententiæ, in tit. *Des droictz & appartenances à gens mariez*. §. v. nu. 25. ipſe quoque idem re, et exemplo. in celeberrima ciuitate Brugenſi comperi vbi quidam Petrus Hanſmanus conſecutus eſt hæreditatem cuiuſdã Georgij myn Heere, ſolum ex eo quod is Petrus, et Georgius, iocone, an ſerio neſcio ſeſe mutuo cognatos compellare conſueuerant. Atque his conforme eſt, quod in ſacris Diuid Ionathan, quem intimè dilexerat, fratrem vocat, ſecundi Regum primo dicens: Doleo ſuper te frater mi Ionatha, ſicut mater vnicum amat filium tuum, ita ego te diligebam. Vide de his infra, facere difficulter.

## Diploma.

De bullis, ac Pontificum Diplomatibus. Vide infra, Gratiæ Papales.

## Diſponere.

Diſponere limitatè: et diſponere perfectè, in eodem contextu verborum limitato: paria ſunt vel breuius ſic, paria ſunt, limitatè diſponere, et perfectè diſponere. l. Lucius, §. quæ habeat. ff. ad S.C. Treb. et l. ſi certarũ. ff. de teſtam. tutel. Et dominus Pau. de Caſt. in ſuis cõſiliis conſilio cccxiij. incip. Poſtremo res iſta ſatis clara videtur. nu. 1. vbi paria ſunt, Si vxor diſponat diſtinctè, et ſi de bonis ſuis ad vtilitatem vel mariti, vel filij, vel nepotis diſponat limitatè. hoc eſt ſi vno eodẽque teſtamento, et pro cuiuſque qualitate, et ſecundum præcedentia et ſequentia limitatè diſponat. Verbi gratia. Si vxor ſub hoc contextu verborum locuta ſit Peto vt quicquid ex hæreditate mea ad maritum peruenerit, id reſtituat Gaio filio noſtro ita tamen vt decem vncias Gaius habeat, duas autem vncias Seius nepos habeat, Hæc vxoris verba perinde habenda ſunt ac ſi limitatè et diſtrinctè dixiſſet Volo decem filio meo et duas nepoti reſtitui. vbi etiam notat Bart. quod paria ſunt ab initio per partes relinquere et relictum ſimpliciter per partes modificando diſtribuere. Quod per hoc exemplum manifeſtius fiet. Si quiſpiam pro diuerſis delictis per vnam ſententiam condemnatur in ſummam centum et quinquaginta aureorum iſque id

condem ẽ

con[..]mnatus pro vno maleficio ſoluat nonaginta, pro alio vero ſexaginta, &c. Id perinde eſſet, & æque ſententiæ ſatisfaceret, ſi ſic particulatim & limitatè ſingulis quaſi delictis perſolueret, ac ſi generali ſententiæ ſimul ſatisfaceret, aut ſi ſententia particulatim ſingulis delictis ſua limitata pœna per ſententiam impoſita fuiſſet.

## Diuinum, Publicum.

Diuinum & publicum æquiparantur. Vide infra, in verbo, Publicũ.

## Diſpoſitio.

Diſpoſitio { Legis / Statuti / & / Teſtatoris } paribus paſſibus ambulant.

Vt dicit Franciſc. Curtius in ſuis conſiliis, conſilio xliiij. qui allegat Baldum in l. pen. C. de verb. ſign. Bart. in l. ſi quando. §. j. ff. de lega. j. & Vdalr. Zaſ. in ſuis conſilijs, conſ. xviij. nu. 30, cum ſimilibus.

## Diuortium.

Diuortium, & ſeparatio thori æquiparantur, vt teſtatur Iaſon in l. j. verſ. iiij. fallit, & verſ. ſequen. C. vnde vir & vxor. Hoc etiam confirmat D. Io. de Neuiza. in ſua ſylua nuptiali. Et ideo quamuis hodie ſecundum ius canonicum non permittatur diuortium, quia tamen ſeparatio thori ſuccedit in locum diuortij, iudicant Eccleſiaſtici quod ſicut vxor amittit priuilegium in bonis ſuccedendi marito diuiti, quando inter ipſos nullitatis diuortium ante mortem mariti interuenit, ita etiam ea vxor ſucceſſionis priuilegium amittit, quando ex mala gratia interuenit ſola thori ſeparatio iuxta textum in l. j. ff. vnde vir & vxor, qui tex. apert. requirit, Quod ſicut matrimonium per ſeparationem thori non tollitur, ita nec ſucceſſio bonorum extinguitur, ſed ea vxori vſque ad mortem mariti manet integra, ita vt quamuis à mariti thoro ſeparata fuerit, poſt mortem tamen mariti in domum hæreditariam atque adeo in bonis mariti ſuccedit, non ſecus quàm eidem ſuo marito in thoro maritali perpetuò coniuncta fuiſſet, vti teſtatur gl. in c. licitè. xxxij. q. vij. & Doct. in c. fraternitatis. de frigid. & malefic. Et ideo ſecundum Romanum. in d. l. j. nu. 6. quamuis ſtatutum eſſet, quod mater teneretur relinquere dotem ſuam æqualiter filiis tam primi, quàm ſecundi matrimonij, id ſtatutum deberet intelligi, ſi ea vxor tempore mortis ſuæ adhuc cum marito ſuo in matrimonio iuncta fuiſſet, & ab ipſo nec per diuortium, nec per thorum ſeparata fuiſſet.

## Diuiſio.

Diuiſio iudicis comapranda eſt diuiſioni patrisfam. teſtatoris. l. ſolent. ff. de alimen. & ciba. legat. vbi Vlpianus. Solent iudices ex cauſa alimentorum libertos diuidere, quoties plures ſunt hæredes, ne à ſingulis hæredibus minutatim alimenta petẽtes diſtinguantur; quam diuiſionem perinde habere oportet atque ſi paterfamilias ipſe ipſos libertos diuiſiſſet, & in l. ſeruus hac lege. ff. de manumiſſ. æquiparantur. Paria enim ſunt adminiſtrationem tutelæ eſſe diuiſam à teſtatore, & eſſe diuiſam à iudice. l. iij. ff. de adminiſtrat. tutel. Ex quo recte argumentari licet à iudiciis ad vltimas voluntates: ſicut contra ab vltima voluntate ad iudicia. Vnde ſicut ſeruus à domino ſuo prohibitus manumitti per teſtamentum eiuſdem domini ſui ad libertatem perduci non poteſt: ita quoque nec ſeruus à præſide, vel præfecto ob aliquod crimen manumitti prohibitus, in libertatem reſtitui poteſt.

## Doctrina.

Doctrina ſiue Scientia comparanda eſt cum nobilitate imo quauis nobilitate eſt potior. Vide infra, nobilitas.

## Dolus expreſſus.

Dolum expreſſum committere, & cum aliena iactura locupletari, paria ſunt. Ita Laur. Calca. in ſuis conſiliis, conſ. lxxiij. & poſt eum D. Vdal. Zaſ. in ſuis conſiliis, conſ. v. nu. 22. lib. j. & ideo ſicut quiſque dolo in futurum committẽdo, & actioni ipſius doli conſtituendi renunciare non poteſt. l. iuriſgentium. §. ſi cum nulla. & §. adeo. ff. de pactis, ita quoque renunciare quiſque poteſt ſuæ actioni quam inſtituit. & qua cum iniuria alterius locupletari ſtuduit, vbi nemo ſe purgare poteſt contra regulam, quæ habet, quod nemo cum alterius iactura locupletari poteſt, quod ad futurum tempus attinet, vti comprobat Petr. Loriotus ad l. ſi me & Titium, nu. 5. ff. ſi certum petatur. & ideo ſicut iudex ſubſeruire non debet illi, quem cognoſcit agere cum expreſſo dolo: ſic inſeruire non debet illi, qui cum alterius iactura locupletari cupit, aut cum aliena iactura iam locupletatus factus cognoſcitur, vt dicit Laur. Calca. dict. conſ. lxxiij. nume. 44. per tegtum in l. j. §. an in pupillum. ff. depoſiti: vbi dicit. & confirmat tex tus. quod ſicut contra doli capacem intentari poteſt actio, ſi quis apud ipſum aliquid depoſuerit, ita quoque intentari poteſt actio contra eũ qui cum iactura alterius locupletior factus eſſet, non ſecus quàm ſi apertus dolus interceſſiſſet. Reliqua de dolo, vide ſupra, culpa lata.



## Dolus ex propoſito.

Dolus ex propoſito conceptus, præmeditatus, tentatus, & dolus facto commiſſus, vel dolus reipſa æquiparantur, vt habentur in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo obligat. & in l. ij. ff. de doli mali excepti. Pet. de Anchar. in ſuis conſilijs, conſilio lxxxij. incip. viſis diligenter, cum concord. & conſil. cccxxx. incip. viſis facta narratione. & in repeti. cap. Canonum ſtatuta. in xj. quæſt. principali. & Boer. in ſuis conſil. conſilio xxxiiij. nume. 4. Et quemadmodum dolus ex propoſito non obligat iurantem, vt in c. quamuis. de pact. lib. vj. & in authent. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. Ita nec dolus, qui reipſa propter enormisſimam læſionem collectus interuenit, iurantem obligat: ſed in hoc omnimode æquiparatur dolo ex propoſito, ſicuti tenet Petr. Paul. Pariſius, in ſuis conſiliis, conſiljo xij, num: 28. in prima parte, & in conſilio lxxv. numeris 19, & 20, in iij. parte. Hæc vt certius intelligantur, ſcire prius oportet quid ſit dolus ex propoſito, & quid dolus ex re ipſa. Eſt itaque dolus ex propoſito, cum aliquis præmeditatè & ſtudio proponit quibuſcunque technis velle alterum decipere. Dolus autẽ re ipſa eſt, quando aliquis in facto ſuo quod intendit, fraudẽ nullam præmeditatur, ſed ipſius tamen factũ interim tale eſt, vt propter enormem læſionem, dolum in ſe contineat, & de dolo commiſſo accuſari meritò debeat, veluti quãdo aliquis in contractu emptionis & vẽditionis, aut in ſimili vltra dimidium valorem exoluere promittit In hoc inquã contractu, & venditor iuſtè vendere videtur, & emptor iuſtè emere vulgò dicitur & vtrimque omnia ſincerè acta putantur, quia decipiendi propoſitum neutrobique apparet, nihilominus quia enormis læſio, ſcilicet vltra dimidium iuſti pretii ibidem cõtigit certus dolus interueniſſe præſumitur. Atque ideo ſecundum Zaſiũ ibidem numero 3. ſicut tam contra ſtipulationem in qua fuit ex propoſito dolus exhibitus, datur exceptio doli, ita etiam datur exceptio cõtra ſtipulationem in qua res ipſa per ſe dolum habet. Qui quidem dolus in facto, vel tunc apparere incipit, quando altera pars ex illo contractu promiſſum petere & exigere pergit. tunc demũ enim dolus commiſſus, & natus apparet, & pro dolo reipſa cognoſcitur. Idem etiam confirmatur per exemplum in l. Lucius. in fine. ff. ad Trebel. Exemplum ſic habet. Hæres quidam grauatus fuit Titio reſtituere hæreditatem, hic credebat eam hæreditatẽ fuiſſe exiguam & Titius hoc idem credebat (quia non ſemper patẽt vires hæreditariæ) & hi duo ita ſimul inter ſe ſub hac conditione cõuenerunt, quod Titius reciperet centum florenos pro ſuo iure. Hic contractus vtrique gratus, & ab vtroque receptus videtur debere eſſe ratus, quia nullus prima fronte apparuit dolus, nec dolus ab alterutro etiã præmeditatus fuit, re ipſa tamẽ contingeret, quod Titius per aliquam occaſionem perſentiſceret ſe enormiſſimè fuiſſe in eo contractu læſum, imò ferè ad quadruplum deceptum, poterit profecto de ea deceptione poſtea cõqueri. & dolum ex re ipſa prætendere poterit. Et ob hunc prætenſum, & probatum dolum contractus reſcinditur, & Titius in integrum reſtituetur, ſicut heres ipſi ſupplere cogatur, ne nimis enormem læſionem contra æquitatis rationẽ ſuſtineat, iuxta l. ij. C. de reſcind. vend.

## Dominus inhabilis.

Dominus inhabilis, & non Dominus, in iure æquiparãdi, ſunt. Sic vt quod à domino inhabili fiat, à non domino fieri cenſeatur. Nihilominus ſi is dominus inhabilis poſtea efficiatur dominus habilis, depoſitio ſemper æque bene ſuum ſortitur effectum, ac ſi prius à domino habili facta fuiſſet. l. Rem alienam ff. de pign. actio. Vbi Paulus ſic inquit Si rem alienam pignori dediſſes, ac poſtea eiuſdem rei dominus eſſe cœperis, valida permanet oppignoratio alienæ rei prius facta, & creditori, cui res oppignorata fuit relinquitur actio pignoratitia vti probatur per textũ in l. cum res. C. ſi aliena res pigno. da. eſt. Hic enim ſic ait. Si res quæ nec dum in bonis debitoris eſſet, pignori data eſſet ab aliquo, eaque poſtea in bonis eius eſſe inciperet, ordinaria quidem tunc actio ſuper eo pignore ipſi non competeret, ſed tamen æquitas hoc requiret, vt tunc actio veræ oppignorationis cõtra ipſum concedatur, tum quia rem alienam, vt ſuam oppignorauit, tum quia debitor bona fide eandem rem vt vere ipſius pignori accepit. poſtremò, quia is debitor ſub titulo bonæ fidei contra eundem oppignoratorem contráque ipſius pignus fidem & promiſſum ipſius diligenter procedit, vti notatur in l. qui balneum. §. Titia ff. qui potior. in pigno. habeant. & l. ſi quis alienam. ff. de acti. empti. Et l. j. in principio, & l. ij. ff. de except. rei iudica. Et l. ſi à Titio. ff. de rei vendic. & l. apud

Celſum.§.ſi à Titio. ff.de doli mali except. Et l. filiam Fratribus.ff. ad S.C.Trebell.& l.quod in rerum.§.j.ff.de legat j. Præterea huic ſeruit, quod vulgò apud iuriſperitos dici conſueuit. Cùm aliquid venit ad eũ caſum,à quo incipere potuit, illud in ſe recõualeſcit,hoc eſt,eandem virtutem induit, ac ſi eodem tempore eandem rem confeciſſet. l.ſi rem.ff.de verb.oblig.Et l.minorem.ff.de ritu nupt.Et l.interuenit. ff.de legat.præſtan. Et l.cognatis.ff.de reb.dup. Et l.j.§.j.& §.ſi quis.ff. de leg.iij.Item quoque tenuit D. Andræas Tiraq.in legi.cõnubialib. & iure maritali.gl.vj.ibi, *De ſon mari*,nu.97.

## Domus.

Domus paſſim vſurpatur prò familia. Vide titulum infra,familia.

## Donare.

Bona ſua donare,& bona ſua pro modico vẽdere,paria ſunt. Quia qui pro modico ſiue viliſſimè rem ſuam vendit, is quaſi eandem rem donare vel dare præſumitur.l.apud Celſum.§.ſi quis autem.ff.de doli except.Cin.in l.j.C.de pact.in vj.oppoſ.in vlt.quæſito.

## Donare Filio peculium.

Filio prodigo donare liberam peculij ſui adminiſtrationẽ, & idem peculium perdere,in iure ſimilia ſunt. Vulgatiſſima l.filiusfamil.ff.de donat.in ſui exordio. Donare enim quicquam filio, qui illud vtiliter adminiſtrare,& expendere non valebit,id prorſus eſt hoc ipſum perdere,teſte l.contra iuris.§.ſi filius.ff.de pact.Et l.ſi filiusfam.ff.ad S.C. Maced.& l.j.§.j.ff. quæ res pignor.obligar.non poſſ.Et l.ſicut §.an paciſci.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluitur.Vide quoque gloſ.in ver. vt perdat, plura allegantem,in d.l.filiusfamilias.Vbi in eadem vulgatiſſima l.filiusfa. Vlpianus quidem dicit, quod talis filiusfamilias,cui ſcilicet pater liberam rerum ſuarum vel peculij ſui adminiſtrationem conceſſit,omnino donare non poſſit,nempe vt ipſius peculij perdendi licentia coerceatur,& non perdat quod pater ipſi ad bonum duntaxat finem conceſſit. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio, vt ipſum perdat, ſed vt ad lucrum vtiliter expendat. verum hic occurrit quæſtio. Si pater iuſta ratione motus tale peculium donaſſet filio an hoc caſu valida cenſeri debeat donatio.Ad quã ibidem reſpondetur,quod eo caſu locum habeat donatio, & valeat. Item, Quæritur.Si quis pater filiofamilias liberam peculij adminiſtrationem conceſſiſſet, imóq; etiam nominatim adieciſſet,ſic ſe ipſi eam liberam adminiſtrationem conceſſiſſe, vt & ipſe quoque idem peculium donare poſſit,quæritur inquam,an hoc caſu locum habeat donatio? Ad quod indubitanter quoque reſpondendum eſt, quòd locum habeat,quodque tunc id peculium alteri donare poterit, & per hoc non cenſebitur mox ſuum peculium perdere. Sunt enim multæ occaſiones quando donare non eſt perdere,ſed potius contra,eſt parcere & maximè ſeruare. Veluti ſi quis aliquid donaret pauperibus aut propinquis, aut amicis, vel pro quadam eleemoſyna,vel ex exoneratione conſcientiæ,vel ob quædam officia ipſi præſtita,certè hoc donare non eſſet perdere,ſed potius acquirere,lucrari ſeruare ac etiã ſoluere.Et ideo hæc donatio etiam eſt Prelato permiſſa fieri de rebus eccleſiarum, dummodo ea metas æquitatis non nimis excedat. cap. Cæterum de donat. Quin & ſi filius donaret pauperibus quicquam eleemoſynæ cauſa, ſua que ſalutis ſtudio, valet quidem ea donatio, modo nimis non ſit exceſſiua, & non dicetur hæc donatio perditio, ſed potius eleemoſyna, & lucrum animæ teſte Roma.ad d.l.filiusfamil.numero 6.

## Donata & Legata.

Donata, & Legata in iure ſunt paria.l.Marcellus. §. Paulus.& ibi Bart.iuncta ibi gloſ.in verbo reuocatæ ſunt. ff.de donatio.cauſ.mort. quæ tamen gloſſa ibidem aliquot exceptiones, ac diſtinctiones, ſeu potius differentias ponit.Similes differentiæ annotantur ad §.primũ. Inſtit.eodem titulo.quas cauſa breuitatis hic omittimus ſtudioſis ibi obſeruandæ.

## Donatio in articulo mortis.

Donationes mortis cauſa,ſeu in mortis articulo, legatis comparantur.per expreſſam l.illud generaliter.ff.de donat.cauſ.mort.quæ dicit, quod donationes cauſa mortis factæ,æquiparãtur legatis. Ergo è contrario,quicquid iuris eſt in legatis, id quoque iuris eſt in donationibus in articulo mortis factis,vti habetur in §.primo, Iſtit.de don.qui textus id ipſum expreſsè continet:ibi *Hæ* mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia, &c. Idem confirmat D.Vdalricus Zaſius,in l. prima.§.ſi quis. numero quarto.ff. quorum legato.

## Dormiens.

Comparantur dormientes furioſis atque etiam mortuis Vti habetur textus optimus in capitulo maiores.§.finali. extra, de Baptiſmo. Hanc quoque ſententiam Ouidius poeta confirmat,cum inquit.

*Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago.*

Vnde tales dormiẽtes ſi quid facto perpetrent, quamuis etiam idipſum ſit nefarium,pro fortuito tamẽ habetur, & tanquam ab inſciis factum cenſetur,& per conſequens peccaſſe non dicetur,teſte gloſſa in cap.teſtamentum.ſexta diſtinctio.Teſte etiam vel ipſo Auguſtino, qui dicit,Peccatum adeo debet eſſe voluntarium, vt ſi non ſit voluntarium,omnino nõ ſit peccatum.Cùm igitur liberum arbitrium non magis in dormiẽte quàm in furioſo ſuum, vt oportet. agat officium, prorſus fatendum eſt, vt nec furioſum, ita nec dormientem peccare poſſe,quantumuis etiam aliquid mali, aut per caſum fortuitum, aut per ſolum naturæ impulſum perpetraſſe conuincatur.Vnde etiam fit, quod ſicut furioſus non poteſt alicuius rei poſſeſſionem capere,ita etiam nec dormiens.l.prima.§.adipiſcimur.ff.de acquir.poſſeſ.De his etiam meminimus in noſtra Praxi criminali recognita,cap.lxxxiii.titulo,qui excuſandi ſint ab homicidio, charta ccxxix.nu.10.& nu.11. Et ideo ſicut furioſus non punitur ſi hominem occidat, vel ſi iniuria aliquem afficiat. l.ſed ſi. vnus, §.ſi filiofamilias. ff.de iniuriis,& quia per omnia abſentis & quieſcentis loco habetur l.ij.§.furioſus.ff.de iure codicillorum,ita etiã nec puniendus eſt dormiens, ſi quicquam faciat,quod delicti ſpeciem habeat,aut ſi fortè dormiendo hominem aliquem occideret, vti habetur in Clementina vnica, de homicidio. Dormiens enim omni facto furioſo & amenti comparandus eſt,teſte dict.cap.Maiores.& teſte Iaſone & Romano & Alberico & aliis ad d. §.adipiſcimur.Deinde quum dormientes (vt ante diximus) parum à mortuis diſtent,& quum mortui (vt palàm eſt omnibus) delinquerè non poſſint, apertè conuincitur nihil culpæ eſſe adſcribendũ dormientibus,ſi quid dormiendo peccauerint,aut ſi quid mali dormientes peregerint.Hæc tamen intelligenda ſunt ſanius,ſcilicet,ſi ipſe dormiens eſſet talis,qui ante dormitionem ſciret ſe eo periculoſo morbo laborare, vt aliis vim aut mortem inferre poſſet,idque periculum ante mortem non præcauerit, haud dubiè ipſius preſcientia, & non cuſtoditi periculi negligentia, ipſi dormienti. & negligenti in culpa eſſet,quoniam ſ.ſciebat ſe eo vitio laborare, & debitam interim dililentiam adhibuit,vt omne malum & ipſam etiam occaſionem mali prudenter euitaret ſicuti cum multis aliis pulchrè, & latiſſimè demonſtrat Tiraq. in lib.de pœnis tempera. cauſa.v.vbi de excuſando delicto à dormiente commiſſo plurima recenſet, & explicat. De his quoque vide infra,furioſus.

## Dos, Dotatio, Alimenta.

Dos & alimenta æquiparantur, eiuſdémque iuris eſſe cenſentur. Nam quum aliud dos non ſit, quam donatio quedam pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, & prec:puum onus matrimonij ſit alere familiam,apparet alimentationem cum dote omnino eſſe cõferendam, vt vult gloſſa ordinaria in l.ob es. C.de pred. & aliis reb. minorum, que quidem gloſſa iſtorum duorum equiparationem apertè conformem eſſe teſtatur,& eandem quoque confirmat & ad hoc allegat Salic.in l.qui liberos.ff. de ritu nup.& Alex. de Imola in l. Cum is.§.ſi mulier.ff.de condict.indeb.& idem Alex.in d.l.ob æs.in apoſti.ad Bar. & Bald.in l. Neque mater. C. de iure doti. huius & memini in meo Pupillorum patrocinio,titulo,de tutorum & curatorum munere.ca. ix.ver.in poſtrema editione.nu. 27.& eod.c.nu.82. Quod tamen diſtinctè ſanè, & cum iudicio intelligendum eſſe cenſeo, ſcilicet quando vtrobique eadem militat ratio, & quoties contrarium non reperitur in iure expreſsè deciſum, ſicuti mecum antè apertè teſtati ſunt D.Nicolaus Euerardi, & poſt eum, D. Claudius Canciuncula I.V. Doctores inſignes,in loco ab alimentis ad dotem.Poterũt itaque priuilegia alimentorum (que colligit Bart.in l.Mela.ff.de alimen.& cib. leg.)ad dotis materiam iure ſimilitudinis pertrahi, & è contra, tam affirmatiua,quàm negatiua, ſic vt quemadmodum filiis ingratis alimenta iure denegantur.l.ſi quis à liberis.§.Idem iudex.ff.de lib.agn. l.fin.C.de alend. libe.ſic quoque filie ingrate pater dotem denegare poteſt,Bal.in l.fi.C.de dotis promiſſione, & econtra.

## Dos, pia cauſa.

Dos,& pia cauſa, quantum ad fauorem, in iure æquiparantur.Vt enim pietatis cauſæ cum primis fauendum eſt, ita & fauendum eſt doti,& contra.vt habetur in ca.j.§.donare. Quali.olim.feud.poter.aliena.in vſib.feud.ad inſtar alimentorum. Quin & ipſa dos omnimodam pietatis cauſam in ſe complectitur.l.cum is.§.ſi mulier.ff.de condict.indebit.Quocirca ſicut omnia priuilegia, que in pietatis cauſis ſunt conceſſa,eadem quoque & in dote concedenda ſunt, & contra, comprobante Baldo in l.ſicut.C.de action. & oblig.Et contra,ſicut in fauorem dotis in cõtractu innominato, & re integra non admittitur

pœnitentia,quum hæres cogitur adimplere votum defuncti. l.ſi ego. §.j.ff.de iure dot.ita etiam in fauorem piæ cauſæ in contractu innominato & re integra ob eandem cauſam non admittitur pœnitẽtia, teſte Romano in Repet.authent.ſimiliter in xviij.ſpeciali cauſſa piæ cauſſæ.Item ſicut fauore dotis mandatum re integra non finitur.d.l. ſi ego.ita nec in fauorem piæ cauſſæ,& re integra mandatum non finitur,vt habet Bald.in l.mandatum.C. manda. Et Romanus d.lo o. Tertiè,ſicut in cauſa dotis poteſt procedi ſummariè, & ſine ſtrepitu iudiciorum, vt habetur in Clementina Diſpendioſum.de iudic. ita quoque in cauſa pia ſummariè procedi poteſt, vti latè diſputauit D. Nicolaus Euerard.in loco.A dote,ad piam cauſam.

## Dos exigua.

Dotem habere modicam, & dotem habere nullum, paria ſunt.teſtibus Baldo & Saliceto in Authent.Præterea,C. vnde vir & vxor.& Tiraquel.in lib.de iudic.in cauſ.exigu.feren.ver. ix. & Bal.in d.auth. Præterea.in fine.& poſt illum Salic.Pau.Caſtrenſ.Rom.Alex,& Aret, qui dicunt authentic.illam loqui de vxore indotata, ſcilicet,quòd ſicut mortuo diuite marito vxor indotata ſuccedit in aliquam partem bonorum eiuſdem mariti,ita etiam vxor paruã habens dotem,optima cum ratione ſuccedere debet in aliquam partem bonorum ſui mariti,qui nimis conciſè ſuam vxorem dotauerat, ſicuti teſtantur & Cyn.& Bal.in l.licet.C.de iure dot.Roma.ad l, 2.& ad l.diuortio.ff.ſol. matrim.& latè Corneus,in ſuis conſiliis,conſilio ccxlix.lib.tertio,vbi dicit,quod ſtatutum loquẽs de marito qui cogitur aliquid relinquere vxori inopi,& nullam dotem habenti.etiam locum habere debeat in vxore paruam dotem habente, teſte Barba.conſilio lxxiiij.lib.iiij, Soci.conſi.cxxj.lib.quarto,Quia parum habere,& nihil habere in huiuſcemodi cauſis æquiparantur, vt aſſerit Corneus conſi.lxiiij.libro j.cap.licet cauſam.de ſenten.& re iudica.quæ autem ſit parua dos habenda,ea in æſtimatione iudicis tota conſiſtit, vti teſtatur Hipp.ad l. Quæſtionis.numero 29.ff.de quæſtionibus,Et Doctores in authent. quod locum.C.de collationib.ſunt tamen alij qui limitatiuè paruam dotem vocent,quæ ad alimentationem vxoris relictæ,aut relinquendæ non ſufficit,vt notat Ioan. Dilectus in lib.de arte teſtandi,Rubrica de legatis,titu.vj,c.xx.Barbat.dict.conſi. lxxiiij.vnde & generaliter reſpondet Soc.conſi.xxx. nu.3.lib.iiij.parum habere,& nihil habere eſſe paria, quòd & confirmat.Ludouicus Romanus in l.diuortio.in principio.ff.ſolut.matr. & ad hoc ſimiliter facit quod pro paruo debito non debet aliquis haberi & æſtimari ſuſpectus de fuga teſtibus Cino & Baldo,in authenti.ſed iam neceſſe.per gloſſam ibi. C.de donat.ante nupt.& teſte Ludouico Romano in conſi.ſuo cccxx. incip. hæc iſtorum quinque,&c.& in notabili ſuo xcvj. incip.dic mihi,&c. Ad hæc quoque facit gloſſa in l.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogantur, quæ dicit quòd poſſeſſor parum rei immobilis,non releuatur à ſatiſdatione.Facit præterea huc etiam: Quod ſtatutum loquens de vulnere cum ſanguinis effuſione non habet locum in vulnere ex quo modicum ſanguinis effunditur, vti gloſſa eſt notabilis in cap.cum illorum.in verbo, ſanguinis effuſione. Et ibi Canoniſtæ,de ſent.excom, Et Ioann.Andr.in addit.ſpecul.in tit.de accuſ.ſuper rub.in fi.Et Abb. in c.Propoſuiſti.in ij.not.de conſecratio. Eccleſ.vel altar.Et Lud.Roman.in l.ſi verò.in §.de viro.in iij.fal.ff.ſolut.matrimon. Facit ad hæc etiam quòd parua, modica, ſeu leuis tortura, pro nulla tortura habenda eſt,& parum tortus dicendus eſt, ſecundum Baldum in l.obſeruare,C.quando appellare non eſt neceſ.ad horum ſimilitudinem etiam modica raſura in inſtrumento, non vitiat inſtrumentum, ſecundum D.Andream, in capitulo ex literis.in fine, extra de fide inſtrumento,Quin ad horum ſimilitudinem leuis inobedientia, nulla eſt inobedientia.Ideoque pro leui ſeu modica inobedientia,non debet vaſallus ſuo feudo priuari, ſecundum Baldum in l.Solo.C.de lib. cauſ.Poſtremo,iuxta hos dictos modos, leuis diuerſitas, nulla diuerſitas cenſeri debet.Ideoque exigua teſtium contrarietas, eorundem teſtium dicta vitiare non poteſt,teſte D.Andrea,in c.de reg.iur.per gloſſ.ij.ibid.De quo latius per Iaſ.in d.l. Sciendum.ff. Qui ſatiſdare cogant. Et Hipp.de Marſiliis in ſuis conſiliis conſi.lxxx.Incip. In hac cauſa inquiſitionis formatæ, numeris 23,24,25.26.27.28.29.& 30. in ſecundo ſuorum conſiliorum criminalium volumine.

## Dos, & donatio nuptialis.

Dos, & donatio nuptialis, vel propter nuptias facta, paribus ſiue æquis paſſibus ambulant.hoc eſt,vtriuſque pacta pari iure accipienda ſunt.l.Cum multæ.§.Sin autem donatio.Et l.finali,C.de donat.ante nupt.leges Iuſtiniano tandem adeo viſę ſunt iuſtę, vt non ſolum pactorum confirmationem ſed etiam in pactis æqualem quantitatem obſeruari, & introduci voluerit,vti habetur in Authentic.de ęqualitate do.§.j.coll.vij.Quam tamen quantitatis ęqualitatem poſtea conſuetudo non admiſit, nempe ſola iuris interpretandi ęqualitate contenta. Quum enim & ſine dote & ſine donatione propter nuptias, ſępe fœliciter contrahantur matrimonia, quorſum queſo in contrahendis nuptiis vrgetur,& vtrinque requiritur dotis, ac bonorum in re ipſa æqualitas?& quomodo ea æqualitas obſeruari poterit. iuxta d.l.Cum multæ.§.j.poteſt igitur minor eſſe dos,quàm donatio propter nuptias,poſſunt & pacta nuptialia eſſe diſparia,interpretatio tamen iuris par erit.De hac iuris paritate citat exemplum D.Ioan.Oldendorpius in ſuo lib.de copia verb.& rerum iur.ſub verbo,Dos circa medium,quem vide,ſi libet.

## Dotatio.

Dotatio Eccleſiæ,Dotationi mulierũ æquiparatur. eſt enim vtrobique ſimilitudo,& affinitas maxima.ſcilicet inter dotem quæ datur mulieri.& quæ datur Eccleſiæ,vt Roff.in tit.de iurepatronatus,verſ. Sequitur.de ſecunda cauſa.Et Paulus de Citadinis,in ſuo tractatu de iure patronatus,nume.9. Quemadmodum enim dos mulieris datur abſque Epiſcopi conſenſu,ſecundum arbitrium & voluntatem dotẽ, ſeu diuitias dantis,& voluntatem accipientis.l.Cum poſt diuortium. §.Gener.ff.de iure dot.l.fin.C.promiſſ.& l.Cum plures ff.de adminiſt. tuto.in qua datione nullius requiritur conſenſus,aut cõſilium, ita nec in donatione Eccleſiæ debet requiri vllus Epiſcopi, aut alterius conſenſus,aut alicuius conſilium,cùm hæc inter ſe ſint ſimilia.Et quia de ſimilibus ſemper idem eſt iudicium,commodè ab vno ſimilium argumentum ad alterum.iuxta l.Non poſſunt.cum ibi notatis.ff.de legib. & cap.inter cæteras.cum gl.ſuper verb.In ſimilibus.extra de reſcript. Atque hinc fit,quòd ſicut negligentia mariti non exigentis dotem vxori ſuæ delegatam,ac debitam ipſi marito damnoſa eſt.ipſique damnum tale imputari debet,id quoque Epiſcopo,aut alteri Eccleſiæ Prælato,imputandum erit omne damnum, ſi dotem Eccleſiæ delegatam non iure depoſceret,& exigeret,vt latè patet per Azonem,de hoc in tit,C.de iure dot.Sed dum hic doti mulierum comparamus dotationem Eccleſiæ poterit,non inepta moueri quæſtio,ſcilicet,An dos Eccleſiæ,quia doti mulieris ſimilis eſt. etiã gaudeat omnibus illis priuilegiis,quibus & dos mulieris.propter omnimodam ſimilitudinem(vt prędictum eſt) quę inter vtranque dotem cõſtituitur. Ad quam quæſtionem dico,& reſpondendum cẽſeo,quòd eadem priuilegia omnia proculdubio Eccleſiæ competant,imò & plura priuilegia competant doti Eccleſiæ,quàm competunt doti mulierum,ob id quod in omnibus magis ſit religioni,ſiue Eccleſiæ fauendum,quàm rebus prophanis,& ſecularibus.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.fun,cap.Iuuenis extra de ſponſ.clem,Exiui.de verb,ſign.vt etiam ad ſatietatem cõprobat D.Paul.de Citadinis in ſuo tractatu de iure patronatus, numeris 9.12,16,& 17.Dotis autem priuilegia(de quibus agimus)multa ſunt, & varia,quorum abundè meminit Specu.in titu.de dote reſtituenda poſt diuortium.Et quare eadem concedantur habetur in l.Aſſiduis. C.Qui potio.in pigno.habean.ad quæ omnia iuris ſtudioſos,in locis ſupa allegatis perquirenda remitto.

## Dubius.

Dubius,Errans,Ignorans,Neſcius,& Inſcius,& per conſequens Dubitare,Ignorare,Neſcire,& Errare,in iure æquiparantur vti volunt Docto in l.finali, & ibi gloſſa, in verbo Pro dubietate. C. de condic. indeb.vbi dicunt quòd ſicut is,qui indebitum ex errore ſoluit, eandẽ ſolutionis pecuniam repetere poteſt,ita etiam qui dubitando ſoluit, eandem ſolutionem indebitam repetere poteſt vti habet text.& Bar. & Bald.ibi in l.finali.§.Sin autem neſcius,&dubitans.Et ibi ſcribent. C.de furt.vbi dicitur,Si aliquis dubitet an ſibi competat actio commodati, per id dubium certe ad actionem furti redire poterit, non ob aliam cauſam,quàm quod de ea cauſa commodati dubitauerat.In hoc tamen differunt,errans & dubitans quod erranti facilius quàm dubitanti ſubueniri poſſit:erranti enim facillime poſt agnitum errorem ſuccuritur,dubitans verò egerrime certior fieri poteſt:quia quãdiu dubitat errorem agnoſcere neſcit,ſed quodammodo inter mendacium & veritatem dubius conſtanter perſiſtit.Atque hæc notatu ſunt digniſſima,vt quibus conſonat gloſſa in l.Locus.ff.de acquir.poſſeſ.Sicuti etiam confirmat D. Vldaricus,Zaſius:in l.Si per errorem. ff.de iuriſdic.omnium iudicum nu.30.ad finem.Horum meminit etiam Bartol.in ſuis conſiliis,conſilio xc.circa medium Et Paul.de Caſtro.in d.l,finali.§,Sed quærebatur,C.de furt.Et ibi Bart.qui ibidem clariſsimè explicat,quomodo intelligi debeant,Dubitatio Ignorantia,& Error,& in quibus locum habeat,& quando non:quem iuris ſtudioſis per ocium conſulere ſuaſerim.

## Eccleſia.

Eccleſia militans aſsimilatur Eccleſiæ triumphanti, vt legitur in cap.Fũdamenta,de electio.libr.vj.Vnde Ioannes in Apocalipſi xxj. in principio,Ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalẽ nouam, &c.Quod Hieruſalem terreſtris,id eſt, Eccleſia militans aſſimiletur

cæleſti Hieruſalem, id eſt, Eccleſiæ triumphanti. Et ſic, ſicut in ſuperiore triumphante Eccleſia vnus eſt Deus, ita in militante Eccleſia vnus eſt Dei vicarius Pontifex Maximus, Clem.ad noſtram.& ibi gloſſa haud ſpernenda in verbo eccleſię, de hæret. atque hic vicarius non Cæſari, aut alicui Regi, ſed Petro & eius in Romana eccleſia ſucceſſoribus à Chriſto traditus reperitur. c. vt noſtrum, extra de eccleſ. benef.& c. Quanto de tranſlationibus. cùm ipſius Dei ſacerdos perſonam gerat in eccleſia. cap. Sceleratior. §. his authoritatibus. verſ. Sed quem ſacerdos, de pœnit. diſtinct. iij. Ergo ipſe ſummus Pontifex, vt Petri ſucceſſor ſolus eſt Dei vicarius a Chriſto conſtitutus in eccleſia militante, non Imperator, aut alius quiuis. Quin potius ipſi Imperatores & Reges ſtatim vbi facti ſunt Chriſtiani, & membra corporis Chriſti, Eccleſiæ ſcilicet militanti, Pontifici Romano, vt vicario Chriſti, & capiti eccleſiæ, in omnibus parere debent: cùm Petro & eius ſucceſſoribus a Chriſto commiſſum ſit, vt ouile ſuum, hoc eſt, Eccleſiam hanc militantem regant atque gubernent. Adeo vt ex ſententia Chriſti, omnis omnino homo, etiam Rex etiam Princeps, de neceſſitate ſalutis teneatur ſubeſſe Romano Pontifici, tanquam vicario Chriſti & capiti eccleſiæ, potiſſimum in rebus ſpiritualibus, & in his quæ fidem orthodoxam, & bonorum morum diſciplinam concernunt. Nam quamuis actu ſubſit nemo, niſi qui iam in ouili Chriſti continetur, quia tamen extra illud nulli ſalus eſt, ſed debent omnes qui ſaluari voluerint, intra ouile Chriſti contineri, ideo quoque & paſtori rectorique eiuſdem omnes ſubeſſe tenentur, & eius præceptis obedire, & hoc eſt de neceſſitate ſalutis, vt in extrauagan. Bonifacius, Vnam ſanctam.& fortius in his qui ſunt perfecti c. Ne quis xxij, q. ij. Inde prædictum fuit Iohel. j. Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum, & Io. x. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. c. Licet. de Baptiſmo. c. j. de ſenten. excommuni. in Clem. cum concord. Hanc obedientiam probat naturalis ratio. ſicut enim operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentiis, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate, oportuit enim in naturalibus vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones, per excellentiam naturalis virtutis, collatæ diuinitus. Sic oportet in rebus humanis, vt ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatem, ex vi authoritatis diuinitus ordinatę. Et rectè probat & deducit S. Thomas Secunda ſecundæ. q. ciij. art. j. Iſtorum autem ſuperiorum mouentium vnus eſt ſupremus, vt prædixi. Omnes igitur ſunt ſubiecti motui illius, & ſunt in illo quaſi membra de membro. c. ſignificaſti. de elect. Et hanc opinionem nequaquam veritus eſt ſequi D. Ant. de Roſel. in ſuo tract. de poteſtate Imp. ac Papæ, §. iij. Quin eſt commune axioma apud Philoſophos, Quod inferiora regi & regulari debent, ad amuſſim & ad regulam ſuperiorum, vt docet Ariſt. in lib. de cœlo, & octauo Phyſicorum. Item, primo lib. Metaphyſicorum. Nec aliud videtur nobis velle innuere ſacra ſcriptura. Gen. j cap. cum dicit: Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt c. Hæc imago. xxxiij. q. v. in ij. parte, & c. Principium, de pœni. diſtinct. ij. Id intellexiſſe videtur Boetius, de conſolatione Philoſophię, dum exclamat. O felix hominum genus, ſi veſtros animos, amor quo cælum regitur, regat. declarãs illos ſolos fœlicẽs ac beatos, qui ea animi alacritate Deo, amori illi, motori nimirum primo, Deo omnipotenti, in omnibus actionibus obſequuntur, qua cœli omnes, primo illi motori obediunt, & eius motum ſequuntur. Porro in ſuperioribus clarum eſt vnicum eſſe principium & motorem Deum, vt extra de ſumma trin. c. j. & c. Damnamus. vj. & c. Nouatianus. vj. q. j. Sicut & iſtud pulcherrimè demõſtrat eloquentiſſimus Lactantius, in libro de falſa religione, circa principium. Imò nec poſſe eſſe plura principia, aut plures motores, ſiue Deos, & naturali ratione euidentiſſimè demõſtrari poteſt, Nam ſi poneres plura principia, ſiue Deos, quod hæreticum & Ethnicum eſt, vt c. quidã. verſ. Cerdoniani. xxiiij. q. ſi deberes indubiè iſta principia ponere aut concordia, aut contraria. Quod ſi ponas contraria, tunc actione vnius alterum diſſolui ac deſtrui neceſſum erit, & erunt operationes frequenter in principiis contrariæ. Quod ſi ponas principia, ſiue deos concordes, aut ponis æquales aut inæquales. Si inæquales, tunc qui eſſet minus perfectus, faceret opera imperfecta, quod dicere nefas eſt, cum opus imperfectionis non velit agnoſcere, is qui perfectus eſt, vt Epiſtola, Victor. C, de ſum. Trin. & fide catholica, & c. Maiores, extra de Bapti. & eius effectu. Si ponis per omnia æquales, ergo alter Deus ſuperfluus erit, contra §. Quibus in l. j. C. de nouo codice faciendo. quod de Deo dici non debet, quia in poſitiuis & naturalibus ſuperfluitas reſecatur, vt in c. ij. de prob. & l. Ampliorem. §. In refutatoriis. C. de app. Quare ſicut nec ſunt, nec eſſe poſſunt in cœleſtibus plura principia, ſed vnicum eſt à quo omnia mouentur, reguntur, gubernantur, & dependent. Ita quoque à Chriſto vnicum eſt conſtitutum caput, in domo ſua, quæ eſt eccleſia, per quòd placuit ei omnes qui in domo ſua ſunt regere, gubernare, & dirigere in viam ſalutis æternæ, vt ſint hic omnes vnum, ſicuti futuri ſumus omnes vnum in vita æterna, iuxta petitionem Chriſti. Io. xvij. Pater (inquit) ſancte (pro nobis credentibus rogans) ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos, Iterum in eadem oratione: Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum. Et hoc eſt quòd D. Aug. dicere vult in quæſtionibus noui & veteris teſtamẽti, & habetur in d. c. Hæc imago. xxxiij. q. v. Nec certè poſſet aliàs vnquam in eccleſia Dei, conſeruari pax & vnio illa fidei, quam in ſua domo requirit Chriſtus niſi vnicum eſſet caput, cui omnes obedire tenerentur, & niſi omnis poteſtas etiam ciuilis, ſubiecta eſſet authoritati Eccleſiaſticæ hierarchię capitis. Sunt enim in domo Dei, quæ eſt eccleſia, Principantes multi ciuiléſque magiſtratus gerentes, quorum nemo ſubditur alteri, nec alium ſupra ſe recognoſcunt principantem ciuiliter, vt Imperator, Rex Galliæ, Rex Hiſpaniarum, Angliæ, Scotiæ, & alij plurimi, inter quos ſi quando ſurgit quæſtio, aut controuerſia, ob quam domum Dei vehementer turbari, & in diuerſas ſectas ſcindi, contra voluntatem & præceptum Chriſti, neceſſum eſt, vt experientia, proh dolor, plus æquo ſentimus, quomodo hæ controuerſiæ componi poterunt, niſi authoritate capitis totius communis Eccleſiæ? cuius eſt membra omnia in officio continere, & in pace & concordia, cui tanquam capiti obedire debent omnes qui Chriſtiano cenſentur nomine, Porro hunc Principatum ſiue primatum, Chriſtum Petro deſignaſſe tradunt orthodoxi patres, Primùm cum Chriſtus nomen Petro immutaret, ac de ſuo illud Petræ ſaxique nomen imponeret, dicens. Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quòd interpretatur Petrus. Petra autem erat Chriſtus (inquit Apoſt. Paul. 1. ad Corint. c. x.) Ac proinde à Chriſto petra dictus eſt Petrus, vt hac ipſa ſui nominis communicatione, ſuas quoq; vices geſturum ipſum in eccleſia, atque eius pro ſe caput futurum ſignificaret, vnde vniuerſa Eccleſia dependeret, haud ſecus, quàm à fundamento ædificium, hoc enim illius ex multis conuenientibus, ſibi electi ſingularis nominis myſterio, clarè ſignificauit, vt ſuper ipſum velut ſuper ſaxum aliquod, totius eccleſiaſticæ hierachiæ ſtructuræ conſtruenda foret ędificatio. Sic hũc locum interpretatur Cyrillus in Io. lib. ij. c. xij. Et Chryſoſtomus in Io. homil. xj. Idem ſignificare voluit Chriſtus Matth. xiiij. c. cùm ipſe ambulans ſuper mare ſoli Petro dedit poteſtatem ad ſe veniẽdi ſuper mare. Quid enim aliud ſibi voluit Chriſtus ambulando ſuper mare, quàm nobis ſignificare, ipſum per fidem imperaturũ toti orbi, per mare ſignificato. Quum verò Petrum huius poteſtatis ſuper mare ambulandi participem fecit, quid aliud innuere vult quàm quòd Petrum, ipſo aſcendente ad cœlos, in hoc ſuo regno & imperio vicarium ſuum conſtituere decreuerat, qui nomine ſuo in hoc regno viſibili, quòd eſt eccleſia, imperaret, Eundem Principatum Petro traditurum Chriſtus clarè commonſtrat, Lucę c. xxij. dum Petro dicit: Simon, ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos: quo loco Chriſtus pro Petro rogat prę cæteris, & duo ei impetrat, indefectibilitatem fidei, & poteſtatem cõfirmandi fratres, quæ ei neceſſaria erant, qui domui Dei tanquã caput præeſſet, & omnia membra eccleſiæ in recta fide contineret, & perpetuò confirmaret ac ſolidaret, Hunc locum ſic interpretatur Cyrillus, in Io. lib. ij. cap. xiij. & Chryſoſtomus homil. lxiij. in Io. Primatum autem hunc Petro promiſſum affirmant Principes fidei noſtrę, Matth. xvj. c. Cum Chriſtus Petro confitenti ſe eſſe Chriſtũ filium Dei viui, reſponderet, Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hãc Petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: Sic interpretatur Cyprianus lib. iiij. epiſtola. ad Papinianum, & lib. ij. ad Cornelium. Origenes homil. vj. ſuper Matth. Hier. libro j. contra Pelagianos, & ſuper hunc locum Matt. Ambr. ſermone xlvij. Aug. contra epiſt. Donati. Chryſoſtomus & Hilar. ſuper Matt. Cyrillus lib. ij. c. xij. Petro quoque eũdẽ primatum per Chriſtum traditũ cum ei iam omnis poteſtas eſſet data in cœlo & in terra à patre, teſtatur Io. Euang. c. xxj. & vlt. ſui Euangelij, cùm Petrũ poſt reſurrectionem ſuam percunctatus eſſet in præſentia reliquorum Apoſtolorum, num ſe diligeret præ illis præſentibus? Petro reſpondenti: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te, tertiò mandarit vt oues ſuas paſceret. Cõſtituerat ante & cæteros apoſtolos ſuos, velut legatos in vniuerſum orbem, dicens eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, dederat & & illis poteſtatem vt quorum dimitterent peccata, dimitterentur, & & quorum retinerent, retinerẽtur. Ne quis itaque per hæc derogaſſe quicquam ei quem diſpoſuerat, & cuius iamdudum caput toties deſignauerat Eccleſiaſticæ hierarchię forte arbitraretur, aut Apoſtolorum omnium imaginaretur æqualitatem, iterum deſignat eum ad quem tanquam legationis caput, & principem vniuerſæ eccleſiæ ſuæ curam præcipuè referri vellet, in aliorum præſentia, vnum ſingulariter appellans Petrum, non quidem illo pleno miſterij nomine Petri,

ne quis in eo,& hic figuram vllam poſſet confingere,ſed illo ſuo proprio & à parentibus indito, Simonis (inquam) etiam patris adiecto cognomine, quo manifeſtius vnius perſonæ, eius ſingularitatem exprimeret,neque hoc cõtentus,ſed ab aliis ipſum Apoſtolis vnà præſentibus etiam comparatione ſeiungit, atque illos è diuerſo cõſtituit, dicens,Simon Ioannis diligis me plus his ? perinde ac ſi diceret,diligunt quidẽ & iſti,ſed à te plus eſt quod exigo, te iis plus amare conuenit, quem præ iis , & ſuper hos paſtorem ouilis mei conſtitui. Et D.Chryſo.hunc locum explicans.homil.lxxxvij.in Io. Quid tandẽ eſt (inquit)quod omiſſis aliis duntaxat affatur Petrum: Os erat Apoſtolorum,& Princeps,& vertex ipſius cœtus,propterea & Paulus eum præter alios viſurus aſcendit ſimul,vt ei oſtenderet iam ſibi fiduciam habendam,tanquam enim negationis obliuiſceretur,fratrum curam ei committit, neque negationis meminit, neque exprobrat, tantum dicit,Si amas me,fratrum curam ſuſcipias & quam in omnibus dilectionem oſtendiſti,& qua delector,nunc oſtende:& animam , quam pro me poſiturum dixiſti, hanc pro ouibus meis trade.Et Theophylactus D Chryſo.compilator, in eundem locum ſcribens,hoc pacto, hunc locum explicat : Poſtquam (inquit)finitum eſt illis prandium, Petro præpoſituram ouium orbis terrarum tradidit,nec alij , ſed iſti, ipſam dedit primus quidem omnium electus,& os totius chori,dicit autem , Quòd ſi amas me , paſce oues meas,hoc eſt,præſis fratribus & feruentem amorem,quem dicebas habere erga me , vt & mori mea cauſa velles, amodo oſtende. Et Petro per illa verba traditum primatum teſtatur Cyprianus , de ſimplicitate Prælatorum. Item D. Hierony.in ſermone de Petro ad Euſtochium.D. Ambr.in ſermone de pœnit.& fide Petri.Item D.Augu.in q. noui & veteris teſtamenti, q.lxxv.Et diuus Gregor.in epiſtola ad Cyrianum, & in homil. quam ſcripſit in Euangelium Marc.c.xvj.Item diuus Bernar.ſermone xxxij. de ſeptem panibus.Poſſent & alia multa ad hanc rem adduci,quæ tamen hoc capite non ſine graui cauſa prætereunda putaui. Primum quòd ſicut hęc materia potius ad theologos, quã ad iuriſperitũ ſpectare videatur , ita eadem per theologos abundè tractata ſit. Deinde quòd hoc argumentum hoc exulcerato tempore ſubiectum ſit multis calumniis,& contradictionibus hæreticorum,quorum argumentis diluendis,vt opus eſſet multis verbis,ita fruſtra à me id laboris ſumeretur:quum theologi qui hoc tempore hanc rem pro meritò tractarunt , hæreticorum argumentis dilucidè & diſertè ſatisfecerunt. Nam friuolum eſt,& ridiculum prorſus,hoc eorũ argumentũ, quòd in ore ſemper habent,Chriſtus teſte D.Paulo ad Epheſ.v.c. eſt caput eccleſiæ,ergò nec Petrus,nec Pontifex Romanus , poteſt dici caput eccleſiæ : quin eodem genere argumentandi probari poſſit, nullum poſſe dici Regem alicuius regni,quia teſte ſcriptura,Chriſtus dicitur Rex regnorum,& Rex regum terræ,& per Chriſtum teſte Salomone Prouerb.viij.c.Reges regnant.Per me, inquit , Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt,per me Principes imperãt,&c.Nullus autem eſt, qui non facile intelligat , ſi ratione & ſenſu communi vti velit.Et ſi Chriſtus dicatur Rex regum,& Rex regnorum,& per Chriſtum qui eſt ſapientia Patris , reges terræ regnare dicantur. ob hoc tamen nullum mereri nomen Regis in terra , qui propriè Rex alicuius regni vocari poſſit.Quinimo rectè nos vocamus Philippum regem Catholicum,Regem Hiſpaniæ,Arragoniæ, Caſtilliæ,&c.quia Chriſto placuit per eum tãquam vicarium ſuum regere Hiſpaniam, Arragoniam , regnũ Caſtilliæ,& regnare in Hiſpania,Arragonia.&c. Eadem ratione rectè vocamus Pontificem caput eccleſiæ,quia Chriſto placuit per Põtificem tanquam vicarium ſuum regere eccleſiam ſuam militantem,& regnare in ea, quæ cum conſtet ex membris corporalibus,& mortalibus, hominibus,ſcilicet neceſſum eſt,& caput ei conſtituere corporale & mortale,hominem nimirum,vt caput ſit eiuſdem naturæ cum reliquis membris , quod neceſſum eſt fieri vt corpus aliquod rectè & concinnè cõponatur.Porro vt reliqua membra huius corporis militantis,ſuum influxum habent,& virturem viuendi & vegetãdi in hoc corpore à Chriſto capite, adeo vt quicquid agitur per Pontificem,tanquam caput corporis, ad conſeruationem & vegetationem totius corporis Chriſto adſcribendum ſit , qui ita per vicarium ſuum,& caput hoc ſimile reliquis membris operatur. Et hoc ſibi vult D. Paul.cum dicit Chriſtũ caput eccleſiæ , nam quicquid virtutis,quicquid gratię,quicquid authoritatis eſt in capite corporis militantis , aut in membris à Chriſto,tanquã primo capite capite,qui eſt fons bonorũ omnium profluit. Si velimus penitius eodem loco inſpicere textũ diui Pauli , inueniemus clariſſimè Paulum loqui de eccleſia triũphante,cum dicit,Chriſtum eſſe caput eccleſię, nam dicit eccleſiam illam,cuius caput Chriſtum aſſerit eodem loco, eſſe glorioſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi,quòd de eccleſiã militante intelligi nõ poteſt: nunquã enim illa eſt ſic glorioſa, vt non habeat rugam aut maculam , nam quãdiu membra corporis eccleſię militantis ſunt in hoc mortali corpore,fieri non poteſt,quin contrahant maculas, nec tam poteſt vita hęc pręſens purgari,quin habeat ſemper quippiam relictum contagij. Quia ſi dixerimus (inquit Io.j.c) quoniam peccatũ non habemus,ipſi nos ſeducimus,& veritas non eſt in nobis. Ideo teſte Salomone,Prouerb. xviij.cap.Iuſtus ſemper in princ.accuſator eſt ſui:nemo enim tam eſt iuſtus in hac mortali vita,nemo tã mũdus,quin in diem iuſtior mundiórque fieri poſſit,vt non citius mẽbra huius Eccleſiæ militantis ſint ſine omni macula & ruga,quàm exuto & depoſito hoc corruptibili corpore fiant membra cœleſtis Hieruſalem,Eccleſiæ nimirum triumphantis, Et cùm Chriſtus totius ſanctitatis & iuſtitiæ fons, & origo, membra ſua omnia vult habere ſui ſimilia in Eccleſia illa triũphante, quæ cum capite pulchrè conſentiant,in quibus nulla ſit peccati fœditas, quæ reliquum corpus dehoneſtet , hortatur nos in Euangelio Matth.v.cap.vt ſimus perfecti,ſicut & pater noſter cœleſtis perfectus eſt,& cuius ſumus inſigniri imagine eius per imitationem expreſſam in nobis geramus ſimilitudinem , hinc quoque Paulus ad Epheſ. iiij. vult vt renouemur ſpiritu mentis noſtræ,id eſt,ad eam nos iuſtitiæ,& integritatis formam componamus,quam in Chriſto vitæ,& nouitatis authore didicimus.Nam quos,inquit idẽ Apoſt. ad Romanos viij. cap.præſciuit,hos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui,vt ſit ipſe primogenitus,in multis fratribus à peccati vetuſtate in iuſtitię & gratiæ nouitate tranſlatis.Ad quam perfectam tranſlationem nouitatis,non prius deueniunt membra Eccleſiæ militantis,quàm ab hoc corpore liberati fuerint,nec alia eſt differentia inter Eccleſiam cœleſtem,& terrenam,cùm vna ſit,quàm quòd hęc adxuc militet,certet et laboret,vt quàm proximè poſſit accedat in hac mortali vita,ad perfectam illam renouationem mentis, & cõformitatem imaginis filij Dei quę conſiſtit in ſanctitate & iuſtitia.Ex quo certamine fieri nõ poteſt propter corruptionem naturæ,quin contrahat in membris maculas & rugas. Illa vero glorioſa eſt in omnib. membris ſuis, ſine macula ſiue ruga,cùm nihil coinquinatum ( vt teſtatur Ioannes in Apocal. xxj.cap.)aut abominationem faciens, aut mẽdacium intrabit in eam, nec iam amplius illis certandum aut laborandum eſt:ſed amodo iam dicit SPiritus,vt idem Ioan.eodem libro ſcribit.cap.xiiij.vt requieſcãt à laborib.ſuis, et ſedeant, teſtante Eſaia propheta,ca.xxxij.in pulchritudine pacis.et in tabernaculis fiduciæ, et in requie opulenta. Quod verò adferunt et pro confirmatione ſuæ ſententiæ adducunt D.Gregorium,Cyprianum et Auguſtinum,ſi diligenter diſcutiantur eorum ſcripta,inueniemus perſpicuè illos nunquam docuiſſe aut ſentiuiſſe, quòd Pontifex non eſſet caput Eccleſiæ,quin contra ſemper eos ſtatuiſſe penes Pontificem,tanquam caput Eccleſię,eſſe primam authoritatem in Eccleſia,vt in locis ſupra citatis, et aliis variis abundè ſcripta eorum teſtantur.Nam Cyprianus libro de ſimplicitate Prælatorũ, cauſam reddens,cur ſe alióſq; decipiant hæretici,ſubuertentes fidei veritatem et corporis Chriſti vnitatem corrumpentes,docet hoc inde prouenire:quia non reſpiciunt,nõ aſſurgunt ad Eccleſiaſticæ vnitatis originẽ,nec caput quærunt,quod tamẽ clariſſimè docet doctrina cœleſtis Euangelij,cuiq; obuia,eã hanc tandẽ profert,loquitur, inquit,Dominus ad Petrũ.Ego dico tibi,quia tu es Petrus et ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meã,et portæ inferorum non vincent eã,tibi dabo claues regni cœlorum,et quæ ligaueris ſuper terrã,erunt ligata et in cœlis,et quæcunque ſolueris ſuper terrã,erunt ſoluta & in cœlis,Et eidẽ poſt reſurrectionẽ ſuã dicit:Paſce oues meas.Ex quib.verbis Euãgelij D.Cyprianus oſtendit caput Eccleſię Petrũ,et Petri ſucceſſores,et vnitatis eiuſdẽ originem.Atq; iſtud ipſum in Epiſt. ad Iubaianum clarius adhuc explicat.Et Diuus Gregorius lib.vj,Epiſtola xxxvij.ad Eulogiũ ſcribit hæc verba. Quis(inquit)neſciat ſanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam?qui firmitatem traxit in nomine vt Petrus à petra vocaretur cui veritatis voce dicitur,Tibi dabo claues regni cœlorum,cui rurſus,Et tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos Iterùmque Simon Ioannis amas me?paſce oues meas Itaque cum multi ſint apoſtoli,pro ipſo tamen principatu ſola apoſtolorum principis ſedes,in authoritate conualuit.Rurſus in altera epiſ. lib.iiij.epiſt.xxxj Cunctis Euangelium,inquit,ſcientibus liquet,quòd voce dominica,ſancto,& omnium apoſtolorum Principi,Petro apoſtolo,totius Eccleſię cura cõmiſſa eſt.Ipſi quippe dicitur , Petre amas me?paſce oues meas.Ipſi dicitur,Ecce Sathanas petiit cribrare vos ſicut triticum, & ego rogaui pro te Petre,vt non deficiat fides tua, & tu aliquandò conuerſus confirma fratres tuos.Ipſi dicitur,Tu es Petr. & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,&c.hæc ille.Atque ex his intelligimus quod Diui Gregorij etiam ſententia nulli Euãgelium ſcienti dubium eſſe poſſit,quin Petro omnium, apoſtolorũ Principi,& eius ſucceſſoribus totius Eccleſię cura tanquam capiti commiſſa ſit.Eiuſdem ſententiæ fuit diuus Auguſtinus cum multis locis,tum præcipuè in ſuis enarrationibus in Pſalmos, vt in pſalmum xxx.in Pſalmos quoque 33.& 39.Item in epiſtolis ſuis frequenter, lib.quoquę xj,quæſtionum ad Simplicianum,Rurſus aduerſus epiſtolam Donati & aliis locis pleriſque Sed quod videntur præſcripti authores negaſſe,nullum eſſe vniuerſalem Epiſcopum,hoc ſic intellexerunt. quod nullus ſic eſſet vniuerſalis Epiſcopus,quòd eſſet cuiuſque Eccleſiæ proprius rector, nam ſic nullus eſſet alius Epiſcopus præter Pontificem,adeo vt omnis honor Epiſcopalis ab omnibus auferretur, & vni ſoli tribueretur,quod numquam admittendum eſt:quia hoc hie-

rarchicum ordinem Eccleſiæ imminueret, imò prorſus deſtrueret. Hoc improbarunt præſcripti patres, authoritatem autem hierarchiæ eccleſiaſticæ nunquam reiecerunt, neque minuerunt. Sed de his ſatis Nam nec hæc ſimilitudo terreſtrium cum cœleſtibus, videtur ſatis æqua, nec res ipſæ inter ſe collatæ ſunt eiuſdem fori iudicialis & terreni, in quo foro deſimilibus idem eſſet iudicium, quæ ſimilia in meo hoc libro ſumpſi explicanda. A d alia ergo accingar.

## Eccleſia.

Eccleſia æquiparatur minorennibus & pupillis, & de illa ſicut de iſtis pariter iudicandum, eſt vt habet gloſ. notabilis, in l. Reſpublica, in verbo, Soler, & ibi notant Bald. & alij ſcribentes. C. Quibus ex cauſ. maio. Ideoque ſicut minorennes, & pupilli auxilium reſtitutionis in integrum implorare poſſunt, ita idem auxilliũ implorare poteſt eccleſia, vt habet textus expreſſus et notabilis cum gloſ. in cap. Auditis, in fine in verbo, Minoris, et ibi Canoniſtæ, extra de in interg. reſtitutio. Quia enim eccleſia fungitur iure minoris, ideo omnia iura de reſtitutione minorum loquentia, eadem quoque poſſunt & debent referri ad eccleſiam, & contra, vt habet cap. j. & d. cap. Auditis. de in integr. reſt. Et doct. in l. Orphanotrophos. C. de epiſcop. & cler. Et Panormit. in d. c. Auditis. Exempla autem hæc paſſim habentur. Quum vſque hæc ita ſe habeant, ſequitur à ſimili, quòd eccleſiarum prælati etiam tutoribus & curatoribus comparari debeant. §. Orphanotrophi. in Authentico, de eccleſ. tit. gloſſa in d. cap. Auditis. in verbo, eccleſia. extra de in integrum reſtit. Quod autem eccleſia æquiparetur pupillo, id manifeſtè oſtenditur in gloſſa notabili, & etiam expreſſa, in l. libertos. in verbo adminiſtrauerit. C. de excuſa. tuto. Et quamuis hęc comparatio rectè fiat de minorenni, eadem nihilominus etiam intelligitur de pupillis, quamtumuis gloſſa in d. cap. Auditis. dicat, quòd eccleſia rectè æquiparetur minorenni xxv. annorum, non autē pupillo. Quod enim eccleſia omnino æquiparāda ſit pupillo, locoque pupilli habeatur, id apertè oſtendunt gloſſæ iuris ciuilis præallegatæ. Idèmque confirmant Ioann. Fab. Angel. Areti. & D. Iaſon, in §. ex maleficiis. vbi latè de hoc tractant. Inſtitutio. de actionibus. De his quoque meminit dominus Io. Franc. Balb. ibi. Quintò quæro. nu. 4. in ſuo perutili tractatu, De præſcriptio. Et dominus Andræas Tiraquellus. de legibus connubialibus & iure maritali, gloſſa vj. ibi *de ſon mary*. numer. 70. ad quem conſulendum ſtudioſos mitto. Huius ipſe etiam memini in mea ſubhaſtationum compendioſa exegeſi. capitulo j. numero 9. in poſtrema editione.

## Eccleſia, & pia cauſa.

Sic eccleſia, & quæuis pia cauſa in iure æquiparantur, & ſunt paria. l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & §. Scimus, in Authentico, de non alienandis rebus eccleſ. collat. ij. & notat gloſſa ordinaria, in l. Rempu. in fin. C. de iure Reipub. lib. xj. Hanc ęquipollentiam confirmat etiam D. Nicolaus de Midelburgo, in ſuo lib. Topicorum, in loco à pupillo ad rempub. ad finem, vbi dicit, quòd ſicut bona eccleſiæ ſine certa ſolènitate vel alienari, vel in perpetuam emphyteoſim dari non poſſunt. cap. Sine. xij. q ij. Authentica, Hoc ius porrectum. C. de ſacroſanctis eccleſiis. ita quoque nec ad piam cauſam, veluti ad ſubſidiũ pauperum relicta, ſine ea ſolennitate aut alienari, aut emphyteoſim dari poſſunt, vti latè confirmat Felin. in c. de quarta, circa principium, de præſcript. Item ſicut eccleſiæ in integrum reſtituũtur, ita quoque piarum cauſarum ratiò, in reſtitutione in integrum par habetur & ſimilis. Teſte Ludo. Romano, in ſuis conſiliis, conlio ccccxlvij. Panorm. in c. j. de reſtitut. in integrum. Tertiò, ſicut in acquiſitione eccleſiæ, aut beneficij eccleſiaſtici, ſimonia committitur, ita etiam in acquiſitione hoſpitalis, vel rei ad pium vſum deſtinatæ, vt habet Calderinus in tit. de religioſ. domibus. conſilio j. Quartò, ſicut de relictis eccleſiæ non ſoluitur falcidia, nec Trebellianica, ita neque eadē ſoluũtur de rebus ad piam cauſam relictis. Teſte Caſtren. in ſuis conſiliis, conſilio cxcv. Poſtremò, ſicut Iudex ſecularis non immiſcet ſe rebus eccleſiæ, ita etiam non intermiſcet ſe rebus ad piam eccleſiæ cauſam pertinentibus: potiſſimùm ſi eæ cum præiudicio iudicis eccleſiaſtici contingerent. Nam ſi quis ſe intermiſceret rebus iis piis adminiculatiuè, & non priuatiuè, hoc eſt, ad ſubſidium piæ cauſæ, vel eccleſiæ, potius quàm ad detrimentum eiuſdem cauſę, probanda omnino foret ipſius opitulatio, teſte Anch. in ſuis conſiliis, conſi. cccxliij.

## Eccleſia, loca ſacra.

Eccleſia, & alia pia loca in iure æquiparantur, & ſunt ſimilia l. Illud, iuncta gloſſa. C. de ſacroſanct. eccleſiis. Et ideo generaliter omnia priuilegia eccleſiis competentia, competunt etiam & aliis piis locis, iuxta textum admodum notabilem, in l. omnia priuilegia. & vt ibidem Bartolus notat. C. de Epiſcopis & clericis. Et vt textus eſt nequaquam malus, in §. Pro temporalibus, in Authentico. de eccleſ. t. tu. collatione ix. Et vt ſignanter annotauit Ioan. Andr. in cap. ſecundo, de in integr. reſtitut. Et hinc eſt, quòd ſicut contra eccleſiam non præſcribitur, niſi ſpacio quadraginta annorum. cap. De quarta. extra de præſcript. & notabiliter Baldus in Authentica. Quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi ait, hoc eſſe notabile mentéque tenendum, itaque quoque nec contra alia pia loca cadit vlla præſcriprio, vt habet d. §. Pro temporalibus, vbi & expreſſus de de hoc caſus enarratur. Plura exempla, pluréſve de hac re caſus, ſi quis deſideret, legat D. Felinum in dicto capitulo De quarta. vbi nouendecim ſimilitudinis, ſiue æquiparationis caſus connumerat, & deſcribit. Vide etiam dominũ Nicolaum à Middelburgo, in ſuo libro Topicorum. in loco: Ab eccleſia ad pia loca, qui de hac ſimilitudine quædam expreſſe ibidem explicuit, & reliqua ad D. Felinum loco iamiam allegato, & citato, breuitatis gratia remiſit.

## Eccleſia, & Senatus.

Eccleſia comparatur Senatui, vt tenet D. Ioannes Monachi, in ſuo iuris defenſorio. §. Quomodo contra, ſub nu. 1. de eccleſiæ imperio & priuilegio. Vide titulum, Fiſcus.

## Eccleſia, & Reſpublica.

Eccleſia, & Reſpublica à pari procedunt, & in iure æquiparantur. Imò bona eccleſiæ verè dicenda ſunt eſſe bona publica. cap. Quid ergo. xxiij. quæſtione iiij. Et ibi eſt textus, cum gloſſa, in verbo de Republica. quæ continet, quòd eccleſia appelletur Reſpublica, & in l. fi. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Quod confirmat Felin. in cap. Nonnulli. extra de reſcript. dicens, quòd bona eccleſiæ appellentur eſſe bona Reipublicæ, & quòd fauor qui reipublicæ debetur, idem quoque & maior debeatur eccleſiæ, vt teſtatur D. Ioann. Franciſcus Balbus, ibi. Quintò quæro, numero tertio in ſuo tractatu de præſcriptionib. Et Spec. lib. ij. partic. iij. de reſtit. in integrum, nu. 3. capitulo Quid ergo. xxiij. q. iiij. Ad hæc notanda eſt l. iij. C. ex quib. cauſ. in integ. reſtitutio non ſit neceſſaria.

## Eccleſia, & Cauſa pub.

Ex iam dicta ſimilitudine colligitur & alia ſimilitudo ex ipſa dependens, ſcilicet quòd ſicut eccleſia comparatur reipublicæ, ita à ſimili, eccleſiæ cauſæ etiam æquiparandę ſunt cauſis publicis. l. Vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. eccleſ. Vbi ſicut in quibuſdam caſibus, non niſi longiſſimi temporis præſcriptio currit aduerſus eccleſiam, ita nec aduerſus rempublicam. Secundò ſicut dominium abſque traditione acquiritur eccleſiæ ex ſpeciali fauore, ita & reipublicę. Tertiò ſicut eccleſia acquirit tacitam hypothecam, ita & reſpublica. Quartò ſicut in cauſis ciuitatis proceditur diebus feſtis, ita etiam in cauſis eccleſiæ. Specu. in titu. de feriis. §. Sequitur. Et Romanus in authentica. Similiter. C. ad l. Falcid. Quintò, ſicut fiſcus vel ciuitas ſuperueniens ad defenſionem emptoris trahit actorem ad ſuum iudicem. l. Si minori. C. de iure fiſcal. ita quoque & eccleſia, gloſſa in capitulo Clericum. xj. quæſt. j. Sed de veritate iſtius æquiparationis, vide Iaſonem in dicta l. Vt inter diuinum. numero 2. Et præſidem Mechilinienſem Nicol. Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. Eccleſia enim & Ciuitas æquiparantur. Vnde idem ius quod rebus ciuitatũ tribuitur, id quoque & rebus eccleſiarum conceſſum cenſetur, teſte D. Iaſone, in d. l. Vt inter diuinum, iuncta gloſſa ibidem, in verb. priuata commoda. Sextò, per eandem legem eecleſia fungitur iure reipublicæ, ſicuti ad hoc quotidiæ prædicta lex allegatur. Quæ tamen lex duntaxat vera eſſe comperitur in tribus potiſſimum caſibus, in eodem dicto textu expreſſis, quos caſus ibidem videre licebit.

## Eccleſia. & Pupillus.

Eccleſiæ ius par eſt cum iure Minoris, aut Pupilli, vti habetur in ca. Auritis, & in iuncta ibidem gloſſa, in verbo, Eccleſia, extra de in integrum reſtitut.

## Eccleſiæ prælatus.

Eccleſiam non habere Prælatum, & habere Prælatum, ſed inhabilem, aut inutilem paria ſunt. capitulo Inter corporalia, & ibi Panormit. extra de tranſlat. epiſcopi, quæ decretalis ad hoc ſæpe allegatur. Ad huius comprobationem facit quod habetur in l. Quotiens, & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſdare cogantur. Item quod habetur in l. prima. §. quibus. ff. Quod cuiuſque vniuerſita. nomine. Idem quoque confirmat Iaſon in d. l. quotiens. ff. qui ſatiſdare cogantur. vbi dicit quòd ſicut paria ſunt, Non habere maritum, & habere maritum inhabilem, aut inutilem, gloſſa in verbo Orbitates, in l. fin. C. ad l. Faui. de plagia. ita quoque pares ſunt, eccleſiæ prælatus inutilis, & prælatus nullus. Imò talis prælatus inutilis æſtimandus eſt veluti mortuus, aut ſaltē miſer

& inid

& inidoneus, qui illuminare præſumit alios, qui per ſe tenebricoſus eſt, & ad prælationem aſſumptam indignus, vti habetur de pœnitẽt. diſtinct. ij. §. Opponitur. Quin mortalis magis dicendus eſt canis impudicus, quàm prælatus. c. Qui nec ij. q. vij. Attamen ſi quis in epiſcopatu ſuo, vel in prælatura ſua ante digniſſimè præfuiſſet, idemque poſtea præ ſenio, vel præ alia corporis infirmitate paulatim euaderet minus dignus, imò prorſus ea prælatura indignus tãdem fieret, & inidoneus, aut delirus, ob id naturæ vitium profectò non eſſet ſtatim remouendus officio, ſed ipſi adiungendus coadiutor, vti habetur in ca. Scripſit. vij. quæſt. j.

## Eccleſia parochialis.

Eccleſia parochialis reſpectum enſeſus vniuerſalis æquiparatur filiofamilias. capitu. In præſentia, extra de probatio. & §. Si alia, ad finem. xiiij. quæſtio. ij, & ca. finali, & ibi per gloſſa. xv, quæſtione iiij. vbi dicitur. Si quiſpiam compromiſiſſet ſe reſtituere totam hæreditatem, ſi ſine liberis decederet, iſque poſtea monaſterium aliquod ingrederetur, profectò is idem videtur hoc ipſum fideicommiſſum per ingreſſum in monaſterium effeciſſe inualidum: quia monaſterium in iure filij loco haberi conſueuit. Authentic. Si qua mulier. & ibi Bald. Fulgo. Iaſ & alij moderni. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. cap. In præſentia. extra de probat. & in §. Sed & hoc præſenti, in Authentica. de ſanctiſſ. epiſco. colla. ix. Cuius ratio non eſt alia, quàm quòd is qui monaſterium ingreditur, is & ſe & ſua omnia eidem monaſterio offerre, deuouere, & dedicare ſoleat. Authentic. Ingreſſi. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. quę canonizata reperitur in cap. Quia ingredientibus xix. q. iij. Et præterea, qui ſic monaſterium ingrediens, eidem monaſterio omnia ſua offert, is certè omnia ea monaſterio tanquam filio ſuo offerre videtur, quòd idipſum monaſterium loco filij habuiſſe credatur, quia ſicut maxima dilectio parẽtum oſtenditur in donationibus, quibus filiis ſuis ſeſe, & omnia ſua ex naturali amore reſignant, ita & filioiũ loco habendum videtur monaſterium, in quod quis ſeipſum, & ſua omnia dedit. Et vti dicitur. Nulla maior eſſe poteſt alicuius dilectio, quàm quando ipſe donator venit in donum, vel quando datum, vel deditum ipſum idem eſt cum donante, hoc eſt, quando aliquis ſeipſum, & ſua omnia donat. §. j. & §. Vna. de ſumma Trinitate. Quocirca mirum non eſt, ſi monaſterium vel Eccleſia filij loco habenda eſſe dicatur. Ita quoque tenet Tiraquellus ad l. Si vnquam. C. de reuocan. donat. ad verbum libertis nu. 68. Atque iſta confirmant leges, & plebiſcita à maiori, quòd is qui iure prohibetur alienare emphyteoſim: is tamen in fauorem monaſterij non prohibetur eandem emphyteoſim alienare, ſed potius in eiuſdem monaſterij fauorem eandem alienare poſſe, tanquàm id monaſterium in ea re pro ſuo hærede inſtituere & ſui hæredis loco haberi vellet, vt habet gloſſa in l. Si ita quis promiſerit. §. Et lege. ad verbum Intereſt. ff. de verborum obliga. Et certè monaſterium habendum eſt, tanquam poſthumus, vt ait Bal. in l. filius à patre. ff. de hered. inſtit. & teſtamentum prius factum rumpit, & annihilat, iuxta Authenti. Si qua mulier. C. de ſacroſanſ. Eccleſ. Hanc quoque paritatem confirmat D. Petrus de Vbaldis de Peruſio, in ſuo nobiliſſimo tractatu ſuper Canonica epiſcopali & parochiali, Et huius paritatis hæc naturalis poterit aſſignari ratio. Quòd ſicut filius parentibus ſubeſt, veluti à quibus primam duxit originem à quibus ſuum corpus eſſe, ſubſtantiamque corporis, & membrorum contraxit: ita & parochialis Eccleſia, Eccleſiæ generali ſubeſt. eiuſque membrum eſt particulare, & quodammodo ipſius eſt proles, ipſi ſubiecta, ipſi vnita, ipſique debita ac quaſi naturali origine cohærens, & coniuncta. Hanc tamen dictam paritatem monaſterij cum filio, praxis, & Principum edicta publica poſtea limitarunt, ſic monaſteriũ non amplius habendum eſſet pro filiis niſi in ſolis caſibus in iure expreſſis, & non in aliis: Quia in petenda dote viduæ, quæ monaſterium ingreſſa eſt, vel in iuribus feudalibus, vel in ſimilibus caſibus aliis in iure nõ expreſſis, monaſterium pro filiis haberi non poteſt: ſed ſoli filij, aut filiæ qui ex parentum ſuorum lumbis, aut corpore procreati ſunt. Teſte Iaſ. in d. Auth. Si qua mulier. in quinta addit nu. 19. 30. Et Tiraq. ad d. l. Si vnquam ad verbum, Suſceperit liberos, nu. 36. & ſeq. Et ad d. verbum libertis, nu. 70. cum ſeq.

## Eccleſia & patronus.

Eccleſia æquiparatur patrono. Vt enim Patronorũ eſt patrocinari ſuis reſpectu quorum dicitur patronus, ita & Eccleſia tam particularis, quàm catholica defendere, non perdere debet ſuos, quos per Baptiſmum pro veris membris in corpus ſuum vniuerſale ſub capite Chriſto aſſumptos, inſertos & incorporatos accepit: defendere inquam omnibus modis, viis & mediis, per tolerantiam, per longanimitatem per reſipiſcentiæ expectationem, ne humana temeritate in mortem incidat æternam, neuè quiſquam ex iis præpropere pereat quo ſeruã do mortuus eſt Chriſtus, qui in hunc mundum venit ſeruare, non perdere. Matt. 9. Lucæ. 5. 1. Timo. 1. 1. Timo. 2. ſed potius vt ipſam errantem ouiculam exemplo Chriſti diligenter quærat, inuentam non occidat, ſed clement humeris ſuis imponat, & in ouile, à quo deuiauit, ſtudioſè reportet, in priorem libertatem filiorum Dei aſſerat, & de ipſius ſalute, & reſtitutione gaudeat, & ab amicis & vicinis de reperta ouicula congratulationem expoſcat. Quum igitur omnes ante Baptiſmum fueramus filii iræ, & æternæ gehennæ addicti, & per baptiſmum cognoſcimur incorporati corpori Chriſti, ipſiuſque corporis effecti membra, quod corpus eſt Eccleſia illa vniuerſalis, ſupereſt vt eadem Eccleſia ſibi per diuinam gratiam, & per baptiſmatis ſacramentum inſito, vnitos. & incorporatos miſericorditer etiã agnoſcat, agnitos benignè recipiat, foueat, & fortiſſimè defendat, errantibus prudẽter ignoſcat, ad errata quantum Reip. Chriſtianæ ſalus permittit, diſſimulet: ad ipſorum ſalutis ſpem oculos, intendat, iuxta voluntatem Dei, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis ſuæ venire. Huius itaque diuinam naturam imitatur Eccleſia, & in conſeruandis, patrocinandis, & defendendis ſuis filiis, tam errantibus, quàm non errantibus, ſe totam clementer impendit, ne quis ſuorum pereat: ſed vt omnes pariter retineat, ſeruet ſibi, ſuoque capiti, & ſponſo Chriſto vnitos, & incorporatos aſſerat, ab æterna morte defendat, & in cohæreditatem regni cœleſtis cum Chriſto aſcribat. Eſt enim Eccleſia Chriſti, nempe vniuerſalis, ſiue catholica, domus Dei, columna & firmamentum veritatis, teſte Paulo 1. Tim. 3. & per conſequens in ſola domo Dei ſalus noſtra eſt, vt quæ ſola nos defendit, & ſeruat per Chriſtum dominum noſtrum, qui eiuſdem eſt caput 1. Cor. 12. & Ephe. 1. 4. & 5. & Col. 1. & 2. à quo capite omnis noſtra ſalus in ſua membra defluit, ſicut ſuccus vitis in omnes ſuos differtur palmites. Sed hæc obiter theologicè, ad meam confeſsionem redeo, imitatus hanc Pauli ſententiam. Idem etiam confirmauit D. Petrus de Vbaldis à Peruſio, in eodem ſuo præſcripto tractatu, Super Epiſcopali Canonica, & parochiali.

## Edere.

Quicquam edere, exhibere, & reſtituere, tum grammaticis, tum iuriſperitis, paria ſunt, l. Et quæ à Diuo. & ibi Bal. nu. 5. ver. Et vt clarius. C. de edendo. de editione loquitur d. l. Et quæ. De exhibitione. l. iij. §. penu. ff. Ad exhibendum. De Redditione ſiue reſtitutione loquitur. l. diſſolutæ. C. de condict. ex lege ſine cauſ. l. Si Chirographum. ff. de probat. l. Labeo. ff. de pact. cum ſimilibus iurib. Nam quemadmodum ex cauſa ad editionem rationum quis compellitur d. l. Et quæ, ita quoque ad exhibitionem inſtrumentorum compelli poteſt, d. l. iij. §. penul. & ad reſtitutionem, quia creditor cui eſt ſatisfactum, tenetur ad reſtituendum debitori Chirographum. d. l. diſſolutæ. Et ideo pulchrè reſpondit Zaſius, ſingu. reſponſorum, lib. ij. ca. xxj. Quod non ſufficit dare cautionem vel quietantiam de ſoluto, ac ſatisfacto: vel redempto anno reddituũ: ſed præter hanc quietantiam etiã reſtituendæ ſunt ipſæ obligatoriæ literæ. Primò, quia quiſque cogitur præciſè reſtitue omnem obligationem, quam reſtituere poteſt. l. Qui reſtituere. ff. de rei vendi. Secundò, quia cautio ſeu quietantia eſt res fragilis, & perditu facilis ideoque non ſat efficaciter obligationem liberat, niſi creditor ipſiſſimas literas redditruales reſtituat. l. Cogi. §. Si pater. ff. Ad S. C. Treb. Et quamuis hic amiſsionis futuræ euentus ex rerum præſenti ſtatu non appareat, propter culpam tamen reſtituere nolentis, eædem literæ periiſſe præſumuntur, vel pereundæ. arg. l. Diuortio. in principio. ff. de negot. geſt.

## Edere imperfectè.

Imperfectè edere, & prorſus non edere paria ſunt. Expreſſa l. j. §. penulti. iuncta gloſſa ibidem, in verbo Edere. ff. de edẽdo, quod ibidem notat Albericus de Roſate, nu. 1. Veluti ſi quis edat inſtrumentum in quo contineatur ſtipulatio facta ſub conditione, conditionem tamen non edit vel edit ſtipulationem ſed non pœnam quæ in ea continetur: is profectò inſtrumentum edit imperfectum, et ita tanquam nullum inſtrumentum edere cenſetur: & per conſequens quia pars eam expreſſam conditionem et pœnam ignorauit etiam in pœnam incidere non debuit. l. Hæredes. §. Idem iuris ff. Familherciſcun. Atque hinc Bar. in d. l. j. §. penul. notat. Quod parti debeat fieri copia de omnibus quæ in iudicio producuntur et inſtrumentum tradi perfectum cum expreſsis conditionibus et pœnis vt pars eas conditiones obſeruare et pœnas euitare poſsit. Quod etiam confirmat Vlpianus qui ibidem dicit quòd in ſtipulationibus edenda omnia ſint quæ edenda ſunt: quodque is nullam ſtipulationem edere videatur qui ſtipulationem totam non edit. De hac re quoque pulchrè loquitur Ludo. Robri. ff. de oper. no. nunciat, nu. 23, Quædam inquit eſt aditio quæ fit iudici per partem ad intentionem fundandam quę fieri tamen debet integraliter et in qua non ſufficit particulam edere. l. Inciuile. ff. de legibus. Quædam verò editio fit iudici ad hoc vt ex ea ipſe conſideret quid debeatur parti et hoc caſu idem eſt an particularis an integra fiat. capit. Contingit. de fide inſtru. Quædam præterea editio fit

Principie

Principi ad hoc tantùm, vt declaret verbum aliquod, in hac ſufficit particulam exhibere l.fin.C.de precibus Imper. offerend. Quædam autem editio fieri debet parti, ſed in parte, hoc eſt, ad eum ſolummodo finem, vt pars per eam expreſſam partem inſtruatur, & admoneatur an velit liticedere, an in ea vlterius contendere, & tunc ſufficit eam particulam clare exprimere per quam pars ad cedendum, vel ad procedendum informeri poſſit.l. Argentarius.§.edi autem.ff.de edendo. Aliquando fit editio parti, vt ex ea pars exhibens intentionẽ ſuã parti exhibitę comprobet, & tunç debet ita edi, vt ex ea fieri poſſit probatio, cum omnibus ſuis ſolennitatibus, l.Veluti.ff.de edendo. Poſtremò aliquando editio fit parti, vt ex ea editione pars aduerſa videat quid in ea tanquam falſarium reprobare, aut vt verum admittere debeat, & tunc debet plena ac integra fieri, & exhiberi editio, d.l.i.§.editiones.

## Edicta.

De edictis, mandatis, aut legibus ciuilibus, Vide infrà ſub titulo Statuta.

## Error improbabilis.

Error improbabilis (qui error ſupinus dicitur) æquiparatur errori iuris.l.Regul.ff.de iur.& fact.ignor.& l.Quanquam.ff.Ad S.C.vellei, cum aliis iuribus, Vbi dicitur, quod ſicut hi qui per iuris ignorantiã legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt, non poſſunt repetere, ita quoque qui per errorem improbabilem fideicommiſſum, ſoluerunt, id ipſum ſolutum tanquam indebitum repetere non poſſunt. Et contrà, ſicut error iuris implíciti ſeu intricati dicitur error probabilis, ſic quoque error facti dictum error probabilis vt eſt textus, quem ad hoc citat D Ant.in capitul.cum delictus.& ibi quoque Imo.de regula. Et Clemen.j.§.ſanc, in iij.oppoſitio.de vſur. Et quemadmodum præſumitur eſſe in dolo is qui errat in iure naturali vel quaſi, vel qui errat in iure ciuili notorio & indubitato, teſtibus Angelo, Cumano, & aliis ad l.ex conſenſu.§.fi.ff.de appellat. Et Alciat. regula.i j.præſumptio c.xxx.ita quoque & is præſumitur eſſe in dolo, qui allegat errorem facti improbabilem, iuxta gl.in c.vlt.§.vt autem. ad verbum, Scienter.de offic.dele.libr.vj. Tiraquellus latius in tractatu De pœnis tempe.cauſa xiij.nu.22.cum ſeq.

## Frror iuris dubius.

Error iuris dubius, æquiparatur errori facti, quando de eo cõſtat vel probatur, ſecundum Antonium de Butrio, & Abba.in c.de quarta.extrà de præſcript.nu.12.cum concord. De quibus ibi quoque latè per Felin diſputatur. Atque ita etiam tenet D.Carolus Ruinus, in ſuis conſiliis, conſi.xxviij.poſt nu.21.in ij.vol.conſilio Et idem Ruinus in ſuis cõſiliis, cõ.xxvij.nu.18.iij.vol. Vbi dicit, quòd error dubius inducat bonã fidẽ, & præbeat iuſtã cauſam præſcribẽdi. c. cũ dilectus.extrà de conſuetud. Quod etiam notat Anto de Butr.& per Im. in c.ſi diligenti, de præſcript. Et per Abb.in d.c.de quarta.eo.tit.cum aliis concordantiis, de quibus ibi recentiores conſule. Et ideo vbi ſumus in caſu, in quo eſt dubium de iure, an ſolus Epiſcopus actum facere poſſit, tunc in eo caſu titulus ex illo actu oriens, quamuis minus iuſtus ſit, tamen propter dubium iuris, occaſionẽ, & cauſam præſcribendi præbet, non minus quàm ſi errore facti contigiſſet, teſte Imo.& Card.in c.cum dilectus.de conſuetu, Quia quando ius, in quo erratur, eſt ius dubium, is error iuris æquipollet errori facti. Imò ipſe error iuris dicitur probabilis error, quando ius ipſum eſt obſcurũ, l.cum prolatis.ff.de re iudic.vel res in apicibus iuris conſiſtit, ſic Bal. in l.venditioni.C.de vſucap.pro empto. Atque hæc ipſa etiam dici, & allegari ſolent de extraordinaria ſeu extrauaganti conſtitutione, quæ non eſt publicè nota, quia talis non præſumitur perueniſſe ad notitiam cuiuſlibet, vt dicunt Doct.in c.j.de conſtitutio.lib. vj. Et Bald. in l.Leges.C.de legib. Vnde & Corneus in ſuis conſiliis, conſilio. cxlviij.nu.10.dicit quæſtionem illam eſſe dubiam An res enormiſſimæ læſionis poſſit teneri cõtra tranſactionem iuratam, & an ideo de illa compromitti poſſet: ſic vt quæſtio facti eſt dubia, quæ de interpretatione conſuetudinis naſcitur, vt ibidem latius videre licet. cum reliquis ad hanc quæſtionem pertinentibus, vt & ibi latius explicant Doctores, ad d.c.cum dilectus. Et Imo.in c.ſi diligenti.de præſcriptioni.

## Eſſe.

Eſſe in prouincia, & eſſe circa prouinciam, paria ſunt Vide infra, ſub Themate, Prouincia.

## Eſſe in via ad actum.

Eſſe in via ad actum, & eſſe in actu, paria ſunt. Vide ſuprà, in actu eſſe, ſub titu. Actus.

## Eſſe talem, & haberi pro tali.

Eſſe patronum, ciuem &c.& haberi pro patrono, ciue &c. paria ſunt. Vide infra, Patronus.

## Eſſe indebitè.

Non eſſe, & nec debitè, nec legitimè eſſe, paria ſunt cap.Ei cui.de præbend.in vj. Vbi dicitur, quod ſi mandetur ſimpliciter, vt Ioanni prouideatur de præbenda proximè vacatura, tunc ſi ea ſit ſacerdotalis præbenda, ea certe ipſi conferri non poterit, ſi nondum in tali ætate exiſtat, qua ad ſacerdotium promoueri poſſit, quia paria ſunt Ioannem ſimpliciter, non eſſe habilem ad prabandam & Ioannem ad præbendam talem nondum eſſe habilem, Nam eo caſu, & qualitas perſonæ, & qualitas prębendæ inſpici debent, iuxta tempus præſens, & qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.§.proximus, Inſtitut.de legiti.agnat.tutel. Ad ſimilitudinẽ quoque ſuperiorum etiam paria ſunt, Non facere, & non ſic facere, vel alio indebito, vel inſufficienti modo facere.c.fin.de reſtitu.ſpoliato. Ioannes Neuizanus in ſuis conſiliis, conſi.50.nu.29 Item ad hunc quoque modum paria ſunt, Omnino non eſſe iudicem, & eſſe iudẽ, ſed non ad illum actum de quo agitur, teſte Ioan Monach.in cap.ea quæ.de regul.iur. De hac re etiam meminit D.Petrus à Braxio, in ſuo directorio lectionum, num.4.

## Eſſe non de iure.

Non eſſe, & eſſe, ſed non de iure, paria ſunt.leg.quotiens ff. qui ſatiſdare cogantur. Atque à ſimili paria ſunt, Non eſſe factam excuſſionem, & excuſſionem eſſe factam, ſed non de iure Roland.à Valle in ſuis conſiliis, conſi.ix.nu.7. Tertiò, paria ſunt. Non eſſe factam oblationem, & oblationem eſſe factam: ſed non de iure. l.nulla.ff.de auctorit.tutorum. Idem Rolandus in ſuis conſiliis, conſi. xiiij.nu.25.l.acceptam.C.de vſur.& ibi Doctores. Nam quod incautè vel contra ius factum eſt, id nullum eſt, habetúrque pro infecto.l. nõ dubium.C.de legib.capi.quæ contra ius.de regulis iur.& lege prima. ff.de his, quæ in teſtament.delen. Atque hinc etiã conſequitur, quòd malè reſpondere, peius ſit, quàm nullo modo reſpondre glo.in lege ſi ſterilis, §.cùm per venditorem.ff.de action.empti. Et late de his Iaſon in lege j.ff.quod quiſque iuris. Item, paria ſunt: Non extere aliquem, & extere, ſed de iure non poſſe ſuccedere. Par ſius in ſuis conſiliis, conſi.lxix.nu.64.lib.iij. Et d. Ant.de Roſellis in ſuo tractatu de poteſtate Imperatoris ac Papæ, nu.20.

## Eſſe, & non poſſe diſponere.

Sic quoque paria ſunt, Non eſſe, & eſſe, ſed non poſſe diſponere. l. Nec emere.ff.de contrahend.emptio.cum vulgarib. De quo etiam Petrus Paulus Pariſius, in ſuis conſiliis, conſi. cxliiij.nu.25.in iiij.parte ſuorum conſiliorum.

## Eſſe inutiliter.

Non eſſe, & eſſe, ſed inutiliter eſſe, paria ſunt, Sic etiam paria ſunt vt paulò ante meminimus Eccleſiam non habere prælatum, & habere prelatũ ſeu patronum, ſed inutilem, capi.inter corporalia.& ibi Panorm.extra de tranſlatio.epiſco.quod quidem decretum ad hoc ſæpiſsimè allegatur. facit etiam adhæc quòd habetur in vulgata l. quotiens.ff.qui ſatiſda.cogan.& in l.j.§.quibus.ff.quod cuiuſque vniuerſita.nomine. Quin & iſtud confirmatur per gl.in l.fi.C.ad leg.Fauiam de plagiariis, vbi notanter dicitur quod paria ſunt: Non habere filiũ & habere filium inutilem, Similiter & paria ſunt Vxorem non habere maritum, & vxorem habere maritum inutilem, ſicuti D.Iaſ.refert in d.l.quotiens.ff.qui ſatiſda.cog, vbi ponit multo plura ſimilia huic propoſito ſeruientia. Hæc eadem refert etiam Alex.in l.filij §. vidua. ff.ad municip.dicens quòd non ſolum vidua dicatur quæ eſt priuata marito ſed etiam quæ maritum habet inutilem de quo glo.eſt ſingularis in d.l.fi.ff.ad l.Fauiam.de plag.& ibi Salic.in fin.vbi eandem ſententiam probat, quem idcirco ſummopere pro ſtatutis, eodem loco notandum puto, vbi peculiarem mentionem de viduis facit. Huc quoque adferenda eſt gl.cum adiuncto textu, in l.non putauit, § non quęuis.ff.de bono.poſſeſ.contra tabul. Et ibi Bald.Statuto, inquit cauetur: quod Bannitus ſiue exul poſsit impunè offendi quod ſi eſt bannitus banno inualido non poterit offendi. Quod etiam confirmat Dominicus.in ca.Pia.de except.lib.vj. Vbi etiã dicit quod paria ſunt Aliquid non eſſe & eſſe ſed non poſſe probari eſſe.l. duo ſunt Titij. ff.de teſtam.tutel. Et Raph.Fulg.in l.Temporalibus.nu. 2. de vxorib. militũ, Vide etiã tex.in c.Alius.xv.q.vj. Vbi narratur, quod Rex Fräcorũ Chilpericus aliàs Childericus tertius ſtupidus anno Chriſti 741 aut ſecundum nonnullos 742.regno fuerat exactus & depoſitus propter

ipſius

ipſius in gubernando inutilitatem. Et facit ad hæc etiam textus in c. ſi. de ætate & qualitate. Vbi ſimiliter narratur, quidã Epiſcopus Caliněſis fuerat ſuo Epiſcopatu priuatus, tãtũ ob id quod ignorabat Donatum grammaticum. Et ad hoc facit vulgatus text. in l. quotiens. ff. qui ſatiſda. cogan. Vbi etiam paria referuntur, Non cauere, & inutiliter cauere, teſte D. Iaſ. in d. l. quotiens. Paria quoque vel ſimilia ſunt ſicuti ante diximus Non eſſe, ſed non apparere, vt eſt textus in l. in lege. ff. de contrah. empti. & l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tute. Item, Paria ſunt, Nihil habere, & aliquid habere, quod non ſufficiat: vel nullum habere beneficium, & habere beneficium, quod vitæ ſuſtentationi non ſufficiat, vt inquit Archidi. in c. Piſcis. lv. diſtin. per illum tex. Facit materia l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio.

## Eſſe inualidum.

Nihil eſſe, & inualidum eſſe æquiparantur. l. ſi autem nullum. & ibi Baldus notat. C. de legit. hæredibus, Vbi & paria ſunt, Nullum facere teſtamentum, & facere quidem, ſed intra tempus illegitimum ante pubertatem. Sicut etiã paria ſunt, nihil probare, & inualidè probare. Barth. Chaſſ. in ſuis conſiliis, conſi. xliiij. nu. 15. Et ſic paria ſunt Nullo modo venire, & non legitimè venire. Archidia. in c. veniens, de renunciat. Item, Paria ſunt. Vitioſè aliquid fieri, & id omnino nõ fieri. D. Zaſius, in ſuis cõſiliis, cõ. vij. nu. 26. Sic & paria ſunt, Nõ eſſe iudicatum, & ſententiam iudicatam eſſe nullam. l. iiij. §. condemnatum ff. de re iudic. Sic & paria ſunt, Nullam eſſe interpoſitam cautionem & cautionem eſſe interpoſitam, ſed de iure inualidam. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cog. Item, Paria ſunt: Si nulla cauſa exprimatur, & ſi cauſa exprimatur inualida. gl. magna in l. j. ff. de ope. noui nun. Et Iaſ. in d. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cogan. Item, Vitioſa citatio, & nulla citatio æquiparantur. Similiter, Vitioſa ſeu illegitima executio, & nulla executio aſsimilantur. Horum meminit latius D. Vdalr. Zaſius in ſuis conſiliis, ſecundi libri dicto conſilio vij. nume. 26. quem per otium videre poteritis.

## Eſſe nullum.

Non eſſe, & eſſe, ſed eſſe nullum, paria ſunt. Pro quo faciunt allegata Andreæ de Yſern. in c. j. §. Præterea. Quæ ſit prima cauſa benef. ami. dum allegat. l. j. § quod ſine mo. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, & alia iura, & ibi per eum Sic & paria ſunt, exhæredationem non eſſe factam, ſed ipſo iure eſſe nullam: nempe quando aliquis filium ſuũ à paternorum bonorum ſucceſſione per exhæredationem ſine legitima cauſa excludit. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. contra tab. Ad horum, quoque ſimilitudinem, nemo dicendus eſt tutor teſtamentarius, ſi teſtamentum ipſum nullum ſit, in quo is tutor conſtitutus fuit. l. iij. ff. de teſtamenta. tutel. Et teſtamentum dicitur nullum, quando nec teſtator, nec teſtes teſtamento ſubſcripſerunt, idque ſuis chirographis non conſignarunt. l. ad teſtium. §. penult. ff. de teſtamen. Sic etiam res dicitur eſſe non tranſacta, vel finita, ſi ea tranſactio ſit nulla, aut ſi in ea inualidè, vel nulliter ſit proceſſum. l. j. ff. ad S. C. Trebellian. Quia in omni tranſactione verba ſunt cum effectu intelligẽda. l. j. ff. quod quiſque iur. Ad quam multa allegauit D. Matthæus ab Afflictis, in d. §. præterea. Item, & Alex. in ſuis conſiliis, conſi. lxxvij. incip. Viſis dubitatio. in iij. vol.

## Eſſe ſine probatione.

Aliquid non eſſe, & eſſe, ſed non poſſe probari eſſe: vt & paulò ante diximus paria ſunt, d. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel. Caſum ponit. Si duo eſſent Titij, ſcilicet pater, & filius, & ſi præterea datus eſſet tutor. Titius ſine ampliori additamento vel expreſsione, ita vt per circunſtantias non apparet de quo Titio teſtator ſenſiſſet, aut quẽ Titium tutorem eſſe voluiſſet, quæritur ergo quid iuris in eo caſu cẽſendum ſit Ad hanc quæſtione reſpondendum eſſe dicit, ꝙ is Titius tutor eſſe debeat, de quo ſe teſtator ſenſiſſe verbis, vel ſcriptis declarauit, quod ſi nec verbo, nec iure, nec ſcripto appareat, aut probari poſſit, ius quidem ipſum non deficit, ſed ſola probatio, quia id ius ſcilicet probari, & manifeſtari nõ poteſt: ideoque ius tale occultũ, & incertũ pro nullo iure cẽſetur: & per cõſequẽs nullus tutor datus declarabitur: quia in teſtamẽtis nõ poteſt dari tutor incertus. l. tutor. ij. eod. tit. de teſta. tutel. Ad huius ſimilitudinẽ Modeſtin⁹ quoque dicit, Quod quotiẽs nõ apparet, quis hæres inſtitutus eſt, inſtitutio nõ valet, quippe euenire poteſt, ſi teſtator quã plures amicos eodẽ nomine habeat & ad deſignationẽ nominis, ſingulari nomine vtatur, niſi ex aliis apertiſſimis probatiõibus fuerit reuelatũ, pro qua perſona teſtator ſenſerit. l. in tẽpus. §. j. ff. de hæred. inſtituẽ. Ad huius caſus ſimilitudinem Vlpian. aliũ caſus ponit, ſcilicet: Si legatũ relictũ fuiſſet vni ex cognatis meis, qui primus Capitoliũ aſcẽderet, ꝙ ſi duo ſimul in Capitoliũ veniſſe dicãtur, nec apparet vter prior venerit. Itẽ, ſi ex pluribus ſeruis eiuſdẽ nominis, vni vel pluribus libertas relicta eſſet, & nõ certò cõſtaret, cui particulariter ea libertas attribuenda foret: profectò in his caſibus propter probationis incertitudinem, tũ legata, tũ libertas impediũtur. l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. Sic idem Vlpianus. Ad l. idem Põponius. §. ſi ff. de rei vendica. Si inquit plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures, herotes, nec appareat de quo actũ ſit, Pomponius dicit nullã debere fieri cõdemnationẽ, propter rei actæ incertitudinem. Idẽ quoque cõfirmat Phili. Dec. in ſuis cõſiliis, cõ. cclxxj. incip. viſo proceſſu cauſę vertẽtis. nu. 5 in ij. par. Vide infrà, Facta ſine probatione.

## Eſſe certum, & debere eſſe certum.

Eſſe certum, & debere eſſe certum, Item, Scire, & ſcire debere, in iure paria ſunt Vt notatur in verbis legis, Qui cum alio contrahit, Nam is qui cum alio contrahit, vel eſt certus, vel debet eſſe certus de conditione, & contrahentis qualitate. ff. de regul. iur. l. ij. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore. Vnde ſi quis cũ pupi. vel prodigo cõtrahat, isque contrahens poſtea ſentiat ſe per eum contractum in aliquod incidiſſe dãnũ cõtra pupillum, aut minorem agere cœperit, & contra eum contrahentem pupillus, aut minor, certè in ea actione longè fauorabilior ac potentior ad excuſationem eſt cauſa pupilli, vel minoris, vt potequos vel ætas, vel gubernationis, inſcitia excuſet, argumento l. quod infans. ff. de rei vendica. Atque ideo is contrahens in dãno, & in culpa erit, qui taliter pupillo, aut minori ſoluit, quia ſcire debuerat quis & qualis is fuerat, cum quo tractauit. §. ſed econtrario. Inſtitut. quibus aliena, licet. Nihilominus, ſi quis contrahens verè ignoraſſet eum verè fuiſſe pupillum, minorem, aut prodigum, certè is nõ deberet ſoluere, aut in dãno eſſe, niſi certò probari poſtea poſſet ipſum certo pręſciuiſſe, aut ſaltẽ dubitaſſe de eius cõditione, ſcilicet an fuerat pupillus, minor, aut prodigus, an non. & hoc potiſſimum, quando is pupillus, minor, aut prodigus diues fuit, & pro diuite habitus, ſic vt ea pecunia numerata plurimum incommodaret contrahenti pupillo, minori, vel prodigo parum: certe tunc contrahens liberatur per exceptionem, l. apud. §. ſi quis pupillo, ff. de except. doli. Philipp. Decius, vir certè magni conſilij, in d. l. ſiue regula, Qui cum alio contrahit. Sic ſi quiſquam mutuaſſet pecuniam alicui filiofamiliàs, is non poſſet idipſum mutuum iure repoſcere, aut recipere obſtante ſcilicet S. C. Macedoniano, quia ſcire potuit, aut debuit illum eſſe filiumfamiliàs. l. penult. ff. ad S. C. Macedonia. & idem in minore, vt notatur per gl. in l. ſi Titius. in verbo, ætatis. ff. de fideiuſſorib. Præſumitur enim ſemper, quod is qui cum aliquo contrahit, notitiam eius habeat, aut habere debeat, cum quo mercatur, aut contrahit: vt notat Bal. per illũ tex. in l. inciuilem. C. de furt. Vnde ſi quis ſua culpa in aliquod damnum per cõtractum inciderit, is ſiue ciuis ſit, ſiue forenſis, ab eo damno excuſari non poteſt, ob id quod cum boni ciuis liberis contraxit, qui in paterna poteſtate adhuc extiterant, quique talium liberorũ, ac filiorũ qualitatem vel ſciuit, vel certè ſcire debuerat. Et ſi eandem ignorauerat, profectò inueſtigare debuerat, qualis is fuerat, cum quo ignoto contrahere præſumpſit, vt notat Cumanus in ſuis conſiliis, conſi. xxvj. inci. Cũ ſtatutum Paduæ, Simili quoque ratione ille qui cõtrahit, in materia ſocietatis contrahere cupit, is etiam qualitatem eiuſdem ſocietatis inueſtigare debet: quod ſi non fecerit, ſed per huius non inueſtigationis occaſionem in damnum inciderit, id damnum ſua culpa ferat oportet Ad horum quoque ſimilitudinem, quod hic dicitur de contrahente, idem & cenſendum eſt de eligente: quem etiam præſumitur habere, vel debere habere notitiam electi. Quo circa non excuſantur Canonici, patroni, aut reliqui collatores, qui ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, ob commendationes amicorum, indignos quoſque cum maximo Eccleſiæ ſcandalo ſæpe eligunt, vt notat. Bar. in l. ſi patronus. ff. de confirmi. tutor. & ibi Bart. allegat præſcriptum tex. l. qui cum alio contrahit. Vide de hoc etiam infra, Scire,

## In eſſe conſiſtere.

In eſſe cõſiſtere, & aliqd cõſiſtere in eo ſtatu, qui rẽ iãiã produceret in eſſe, in iure ſunt paria. l. Fulcinius. & ibi Bar. ff. quibus ad liber. progredi nõ licet, Et in l. Nõ tãtũ. in princip. ff. de excuſatio. tutorum. Sic Christus apoſtolis poſt cœnã nouiſſimã loquẽs de ſua morte & valedictiõe, capitibus xiij. xiiij. xv. ſic ſermonẽ contexit, & protulit quaſi præteritã fuiſſe mortẽ prounũciaſſet, quæ tamen tũ demũ imminebat. Odio habuerunt, inquit, me gratis, Ioan. xv. Item, Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Io. xiij. Item, venit hora, vt omnis, qui interficit vos arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Ioann. xvij. Pari quoque ratione ſancti Prophetæ propter prophetiæ & rei futuræ certitudinem, ſic de futura Chriſti paſſione loci ſunt, ac ſi ea tunc temporis completa fuiſſet: vt, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes cõuenerunt in vnũ aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Pſalm. ij. Verè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum

Deo

Deo,& humiliatum.Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,& attritus eſt propter ſcelera noſtra. Eſaiæ liij. atque ita in pluribus aliis ſcripturæ locis,ſed hæc obiter:pergamus nunc ad iura.Ad prędictum,itaque modum(Alberico teſte)ſimilia ſunt,Aliquid iam factum eſſe,& iamiam proximè factum iri,vel faciendum eſſe.l.rem legato.ff.de leg.iij.vbi pro dato habetur,quod dari paratũ fuit, & in l.ſi quis cum ſciret.ff.de vſucap.proemp.vbi perditum cenſetur, quod ſtatim perdendum eſt,& l.qui pœnæ.§.Diuus.ff.de manumiſſionib.ex quo notat Benedict.Plumb.Quod licet is,qui captus eſt in cauſa capitali,non ſit fideiuſſoribus relaxandus,vt notat Bart.in l.j.ff.de cuſtod.reorum.tamen ſi certò conſtet de ipſius innocentia , & ſi concluſum eſſet in cauſa,vt proximè abſolui debeat,certè is omnino , & ſtatim relaxari debebit.quod dictum pro ſingulari citat Iaſ. in l. naturaliter.§.nihil commune.verſi.Ego vltra ſcrib.ff.de acquirend.poſſeſ.Quod quidem ſingulare etiam hoc noſtro æuo diligenter obſeruandum eſt contra quorundam ſuperciliosam ſeueritatem , qui tametſi alicuius incarcerati probitatem,fideique integritatem certiſſimè cognoſcãt,ipſiúſque innocentiam,tum omnium iudicio teſtatiſſimam,tum propriis oculis,perſpectiſſimam habeant,atque is interim clariſſimorum virorum piis reſponſionibus,maximique cautionibus oblatis relaxari deſideretur,tam mordaci tamen pertinacia eoſdem non rarò exęſtuare comperias,vt nullis pactis,nulliſque cautionibus ſeſe placari ſinant,vt talem alioqui probatiſsimum,inſontem ac forſitan etiam valetudinarium,ac penè moribundum è carceris duritia vllo modo relaxent,priſtiniſque muneribus fungi permittant , quin potius eundem innocentem,carceris ſqualoribus mordicus comprimant,ac propemodum enecent:quippe vnius aut alterius maleuoli atque etiam ſæpe infamis maledicentiſsimis linguis potius obſecundantes,quàm publicæ honeſtæque famæ,quàm clariſsimorum virorum lætis præconiis,quàm denique ipſi innocentiæ candiſsimæ auſcultantes.Atque hinc fit vt fęlicem illum iudicem, qui detinetur apud iudicem aliquem prudentem & chriſtianæ pietatis amantem, affectibus humanis non ita addictum,quin plus veritati compertæ quàm delatoribus tribuat.Contingit enim aliquando vt delatores ex priuato quodam odio,aut ex nimio iudicibus adulandi ſtudio plura ſæpe ad iudicem deferant,quàm rei veritas habet,& ea culpent grauius,& atrocius,quàm crimen ipſum meretur,ex quibus incauto iudici citius imponitur,& inſons contra æquum,& bonum miſerius affligitur.Sed nunc ad intermiſſa.Eandem Iaſonis ſententiam ſequitur quoque Iacob,Butri.& poſt eum Bald.in l.ſed etſi is. ff.de in ius vocan.per text.quem Bald.dicit ſingularem,in l.nullus.ibi,donec repetierit.C.de exhiben.reis.Idem quoque confirmat Bald.in l. ij. C. de custo.reor,Quem deinde ſequitur Franciſcus Aretinus in l.iij.§.ſi ſeruus.ff.de acquirend.poſſeſ.Quin & per tex.in d.§.diuus. dicit Paulus Elea.in Clementina Paſtoralis.de re iudic.dicit,quod pro condemnato eſſe debeat , qui ſtatim condemnandus erit.Ad quod etiam eſt tex.in d.l.qui pœnæ,§.j.ff.de manumiſsio.Et tex.in alia notabili. l. Quamuis indubitati.C.de adulte.per quem decidit notabiliter Bald, ibi & in l.ſi pro ea.in vj.q.C.mandati.Vbi dicitur,quod ſicut fideiuſſor condemnatus agit contra reum principalem,vt ipſum eximat,& liberet,l.lucius.in fin,ff.eodem.ita & is, qui de proximo condemnãdus eſt.Ad quod etiam allegat tex.tum in Authentic.Vt cum de appel.cognoſci.in princ.Hunc quoque ſequitur Alex,in dicta l.iij. §. ſi ſeruus quem.ff.de acquirend.poſſeſ.Et Iaſ.in l. admonendi.in lectura.Et ibi quoque Franciſc,Purp.verſ.Quintò infertur, ff. de iureiur. Item Iaſ.in Authentic.ſi qua mulier,in fin.C.de ſacroſanct. Eccleſiis. & in l.diuortio.§.interdum.ff.ſolut.matr.Et in l.naturaliter. §. nihil commnne.ff.de acquirend.poſſeſ.in j.lectu.Et iterũ in ij.lectura.verſi.

Ad idem benafacit. Horum poſtremò profuſe etiam meminit D.Andræas Tiraq,in ſuis commentariis de legib.connubialib. & iure maritali.xv.lege connubiali,numeris 7.& 8.

## Eſſe inapparenter.

Non eſſe,& eſſe,ſed non apparere,vt & ante diximus per regulam antiqui iuris ſimilia,& æquiparata ſunt.Vnde ſequitur,quod ſtatutũ corrigens vbi nihil ſit factum.corrigit etiam vbi factum ſit,& quod ſit factum non apparet.Hinc videmus etiam quod quando duo ſunt caſus à iure antiquo per viam regulæ æquiparati,quod tunc id quod lex noua corrigeret in vno,eadem quoque cenſeretur id quod lex noua corrigeret in vno,eadem quoque cenſeretur id ipſum corrigere in alio,vt eſt gloſſa in authentic.Et non obſeruata.C. de teſtamẽ. quam ad hoc pro ſingulari allegat Imo,in l.ſi verò.§.de viro,in v.fallent.quam ponit circa extenſionem,quæ fit in correctoriis, ff.ſolut. matrimonio.Cum ergo illa duo,Nihil eſſe:& eſſe,ſed non apparere ſint per viã regulæ æquiparata.vulgata l.Duo ſunt Titij.& ibi Bal.ff. de teſtament.tute.Et D.Iaſ.in l.Titiæ tex,nu.2.ff.de l.j.Et *D*. Nicola, Euerardi in ſuis reſponſis ſiue conſiliis,conſi,xiij.ad finem paginæ lv. nume.30,Et c.ſolennitates.j.de cõſecrat.diſtinct.j,l.ſi fuerit,ff.de reb. dubiis.Et in l.cũ ex pluribus.ff.de manumiſſ.teſtan.ẽt.Et tex.in l.quotiens.ff,qui ſatiſdar.cogant.Igitur ſtatutum corrigens ius commune, eo caſu,quo nihil eſt pronunciatum,idem dicitur etiã corrigere ius vbi quod pronunciatum fuit non apparet.ita D.Carolus Ruinus, in ſuis conſiliis,conſi,cxliiij.nu.19.iiij.vol.conſi.Et idem voluit Alex. in ſuo conſi.xlij.incip.Viſo proceſſu.&c.in vij.vol.Idem notatur in l. non hoc.C.vnde legiti.& in l.neque natale.Et in l. ad probationem. C.de probationib.Et in ca.in pręſentia,vbi pleniſsimè,Can. extra eodem titu.de probatio.Et D.Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſiliis,cõſi.ciiij.nu.2.in j.parte conſiliorum.Huc facit l.cum res.§.item ſi res de lega.primo.Et & lege ſi conſtante.§.ſi vxores.ff ſoluto matrimonio Alex.de Imo,in ſuis conſiliis,conſi.clxxxj.nu.j.lib.vij.Sic & idem eſt iudicium de his quæ non ſunt, & quæ non apparent, teſte D. Hippol,de Marſil,in ſuis conſiliis criminalibus,conſi,cxxxiij.incip.In pręſenti cauſa inquiſitionis,&c.nu.22.in ij.vol,Et ita conſtat paria eſſe: Nullam fieri prouiſionem,aut de certa non apparere, l.In lege.& ibi Bart.ff.de contrahenda.empt.& d.l.quotiens.ff.qui ſatiſdare cogãtur. D.Vdal.Zaſ.in ſuis conſiliis,conſi.v.nu.64.Accedit quod vulgò dicitur paria cenſeri,rem non eſſe,& non apparere,d.l.in lege.& l. Rutilia Polla.ff.de contrahen,empt.Ita D.Vdalri.Zaſ. vir ille ſummi nominis,in ſuis conſiliis,conſi.xij.nu.51.Et idem Zaſ.conſi.xx. nu. 30. vbi ait paria eſſe:Non apparere,& non eſſe.Item non eſſe in tempore,& non apparere in tempore,vt D.And.Tiraq.in libro de vtroq.retract.nu.93.de retraictz lignagiers.§.j.*D*edens lan.gl. x. De his plura videbis ſupra,ſub lite.A.tit.Non apparere.De his quoque vide ſupra themate Non conſtare.

## Eſſe euidenter.

Aliquid euidens eſſe,& approbari,ſunt paria,Caius in l.ſi verò.§. j ff.qui ſatiſda.cogan,vbi paria narrantur:Is euidentiſsimè diues fideiuſſor eſt,& pro tali ab omnibus euidenter habetur, & is diues fideiuſſor approbatus eſt.Simili quoque ratione Paulus in l.ſi ab arbitro eod.tit.dicit,Quòd qui pro locupletibus fideiuſſoribus habentur , hi quoque apud arbitrum pro locupletibus fideiuſſoribus probati habẽtur,Et qui ſic ab arbitro probati ſunt locupletes fideiuſſores,hi etiam pro locupletibus fideiuſſoribus habendi ſunt,apud competentem iudicem,ſi quando ad ipſum cauſæ quærela foret deferenda. Item paria ſunt teſtes euidenter eſſe tales,& pro talibus approbari.Speculator in titu,de teſte.§.j.& Iaſon,in l.arbitro.in princi.ff.illo eo.titu. Vnde etiam dicitur,quòd decretum,vel ſententia iudicis approbans aliquid,& omne notorium æquiparantur.c.fin.de cohabita.clerico. & mulierum.Huc quoque facit l.emptorem,in princip.cum gl,ff. de actio.empt.non ſolùm ad probandam,ſed etiam ad producendam actionem,vti teſtatur Iaſ.in d.§.j.nu.3.De quo etiam latius vide apud Bar.in l.is cui bonis,ff.de ver.obli.

## Eſſe impoſſibiliter.

Non eſſe,& nõ poſſe fieri,paria ſunt.l.Mulcta.in princip,ff.de condit. & demonſtrat.l.Naturalem.in exordio.ff.de acqui. rerum domi. l. Gallus.§.videndum.ff.de liber.& poſth.Alex.in l.ſi conſtante. §. ſi vxor.ff.ſolut.matri,Vbi Pomponius in d.l.mulcta.dicit,quòd mulcta de non impleto teſtamento,non incurritur ab hærede,vel à legatario.vel ab alio quouis qui ex teſtamento aliquid legatum conſequi debet,dummodo tale impedimentum,eaque non impletio teſtamenti per dictum hæredem,aut legatarium non ſteterit,ſed aut per arbitrum,aut per alium quemuis,cuius dictum aut decretum ad eam teſtamenti completionem neceſſariò requiritur.Veluti,ſi teſtator alicui legaſſet quippiam ea lege,vt ipſi monumentum aliquod erigeret ad arbitrium cuiuſdam Ioannis,& ſi interim is arbiter,ad cuius arbitriũ ea deſignatio ſpectat,aut non viuat,aut adeſſe non poſsit,certè is hæres aut legatarius per abſentiam arbitri,ob non completum teſtamẽti legatum.in damno,& mulcta eſſe non poterit. Deinde ſicut mulcta non committitur propter talem arbitri abſentiam,ſi is qui arbitrari debuit omnino in rerũ natura nõ exiſtat:ita quoque mulcta nõ incurritur propter eũ arbitrũ abſentẽ,qui quãuis in reũ natura exiſtat.tamẽ ad deſignãdũ ſuũ arbitrium nõ adeſt,aut adeſſe nõ poteſt, Ideoque quãuis in tali caſu hæres,aut legati conditionẽ nõ impleuit, in mulctam tamen incidere non potuit,quia à perſona eius qui arbitrari iuſſus fuit,non receſsit.l.ſi quis arbitratu.ff.de ver,obl.Huc quoque pertinent ea quæ in vniuerſum reſpondet Martianus , ſcilicet quod conditiones omnes quæ contra Imperatorum edicta,aut contra leges ſtatuuntur,eas omnes(quia contra bonos mors conſtituuntur)eſſe deriſorias,& planè nullas.Has enim conditiones Prætor ſtatim improbat,& pro non ſcriptis conditionibus habendas cenſet, Ideoque tales hæredes,aut legatarios,quibus adſcriptæ ſunt tales cõditiones,debere ſuam hæreditatem,aut legatum ſtatim accipere non obſtantibus conditionibus non completis,ac ſi omnino tales conditiones adſcriptæ non fuiſſent.l.conditiones.ff.de conditionibus inſtitutionũ,quia paria ſunt.Non eſſe adiectam conditionem,vel eam eſſe adiectam,quæ de iure adiecta eſſe non potuit.

## Excipere ſine probatione.

Excipere & non probare, par eſt cum non excipere. Vti habetur capit. cum ſuper quæſtione. & ibi Panorm. num. 3. extrà, de conceſſ. præbend. Et ad hoc ſolet allegari iſte textus, vbi contra eum, qui in Canonicum Eccleſiæ Tridentinæ receptus fuerat, excipiebatur ob id quod illa receptio fuerat contra concilium Lateranenſe: ſed quia eã exceptionem pars non probauit, Pontifex mandauit receptionẽ eſſe validam & defendendam. Rurſum in l. cum precibus. C. de probat. dicitur, quod ſtandum ſit inſtrumento, niſi is qui excipit contra inſtrumentum redocuerit, & probauerit id ipſum inſtrumentum eſſe falſum, & falſa in eo contineri. Sic & in l. ſi ſcriptum. eodem titulo. Nepotes contra reum quendam agebant petitione hæreditatis ab inteſtato, reus contra ipſos obiiciebat de teſtamento facto: ſed quia id teſtamentum exhibere & probare non potuit, actores vincebant. Et ideo Imperator in l. ſi quidem. C. de exceptio. dicit, quòd ſi te exceptione munitum aſſeueras, de hoc (id eſt de huius exceptionis probatione) tantùm agi conuenit. Vnde & I.C. dicit, ſcilicet in l. in exceptionibus. & in l. quinquaginta. ff. de probationib. & in l. prima. ff. de exceptionib. quod reus in excipiendo, quo ad probandi onus, actor fiat. Nam ſicut actor ſuam intentionem probare debet, alioquin reus abſoluitur, ita quoque reus ſi excipit ſuam exceptionem probare, debet ſiue eã exceptionẽ facto cõtrario affirmare promitat ſiue eãdẽ per reiectionẽ intẽtiõis actoris iã ꝓpoſitæ aut ꝑ infractionẽ factorũ parti iã ꝓbare voluerit, alioqui & ipſe ſic excipiẽs & nõ probãs cõdãnatur. Bal. in lege Fruſtra. C. de probationi. Ad hũc quoque modũ (vti paulò ante in, Eſſe in apparenter, diximus) paria ſunt: Non apparere, & non eſſe, quo ad iuris effectum. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutela. Idẽ aſſerunt Bar. & alij in l. Fundi. ff. de contrahend. empt. Et Iaſon poſt alios in l. cum res. in princip. in xiiij. notabi. ff. de legat. j. & D. Cardinalis de Zabarellis, in c. cum ſuper. extra de conceſſ. præbend. nu. 1. De his quoque infra videbis ſub capite, Probare.

## Excipere contra ſententiam.

Excipere contra ſententiam iudicis, ſed eam exceptionem appellando non proſequi, eſt omnino non excipere, vt habetur in c. Cæterum, & ibi Panorm. nu. 9. extra de reſcript. in cap. cum delicti, extra de elect. & in c. ex parte. 2. extra de appella. Vide etiam gloſſ. in Clementina vnica. de dolo & contumacia.

## Exceptio.

Exceptio actionis. Vide ſupra ſub titu. Actio.

## Executores.

De executoribus teſtamentariis. Vide infra, Teſtamentarij.

## Exilium.

Exiliũ perpetuũ cũ bonorũ cõfiſcatiõe in iure par & ęquale habẽdũ cũ morte ciuili. Et talis quoque mors ciuilis par eſt, aut proxima morti naturali ſiue corporali. §. cum autem. iuncta glo. in verbo mortuo. & ibi D. Angel. Aretin. Inſtitut. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur. & l. j. §. quidam filium. in fin. ff. de bono. poſſeſ. contra tabul. Item Cyn. & Bald. in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cleric. De hoc exilio etiam ipſi meminimus in noſtra praxi rerum criminalium, c. lviij. De exiliis ſiue bannis, nu. 3. & 4. in poſtrema editione. Plura item de hoc videbitis infra, ſub titu. Deportatus.

## Exules, Exilium.

Exules cum relegatis, & deportatis & bannitis comparandi ſunt. Vide ſupra. Bannitus.

## Exprimere rebus, & verbis.

Aliquid exprimere rebus aut factis, & aliquid exprimere verbis, paria ſunt. vt l. de quibus. in fin. & iuncta ibidem gloſſ. in verbo, factis. ff. de legib. vbi Iulianus ait. Nam cum ipſæ leges nulla alia ex alia ex cauſa nos teneant quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt, meritò & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebũt omnes. Nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Et Pomponius, Ei qui ſeruum vinctũ vẽdiderit, ædilitiũ edictũ remitti ęquũ eſt: multò enim amplius eſt id facere, quã pronunciare in vinculis fuiſſe. l. ſi tamen. ff. de ædili. edict. Sic & Vlpianus ad l. ij. ff. de his qui not. infam. §. ignominioſa autem miſſio. Sed & ſi eum exauctorauerit, id eſt, inſignia militaria illi detraxerit, infamẽ efficit, licet non addidiſſet, ignominiæ cauſa ſe eũ exauctoraſſe, quia paria ſunt, Aliquem grauari facto, & grauari per ſententiam. l. ſi quis prouocatio. C. de appell. l. Paulus. ff. rem ratam habe. l. Contra. ff. pro ſocio. & eſt gl. in l. j. §. Ignominiæ. ff. de his qui no. antur infam. Hęc Bart. q. xj. incip. Habeo filiam. in contra. videtur. ver. ij. ſic.

## Exprimere circumlocutiuè.

Exprimere aliquid nomine proprio, & exprimere per demonſtrationem, vel circumlocutionem, vel per indubitatas circumſcriptiones, paria ſunt. Ad quod facit l. certum. ff. ſi certum pet. Et c. tuam. extra de conſang. & affinit. Et Panor. in cap. licèt ex quadam. extra de teſtib. Vbi paria eſſe dicuntur, Gradus conſanguinitatis diſtinguere nominibus propriis, & eoſdem gradus diſtinguere demonſtrationibus perſonarum, vel aliis externis, certis, & æquipollentibus indiciis. Sic inſtitutio hæredis certa dicetur, cùm teſtator nominatim vel indubitato ſigno ipſum hæredem expreſſit. l. iubemus. C. de teſtam. l. Quotiens. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtituen. Idem etiam confirmatur in ca. quanto. & ibi Panorm. nu. 7. extra de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu c. Et ad hoc §. Nominatim. Inſtit. de exhæred. liber. Et quod dixit D. Panorm. in c. in Lateranenſi. extra de præbend. Vnde nominatim (inquit Iuſtinianus) quis exhæredari videtur, ſiue is ita exhæredetur, Titius filius meus exhęres eſto ſiue his verbis dicat, Filius meus exhæres eſto non adiecto proprio nomine, dummodo alius filius non extet. Sic enim rectè facta exhæredatio dicetur. Fit enim vt in exhæredando filio pater ipſum filium præ dolore, aut præ naturali alio affectu nominare non poſſit: aut vt filiũ ſuum cum adiectis conuiciis ac probris per odium in filium conceptum, ipſum omnino nominare nolit. Vnde tãtum dicit, Filius meus exhæres eſto, vel, ex Seia natum, quem vt non filium ex cauſa agnoſco, exhæredo. l. iij. ff. de libe. & poſthum. Item agrorum limites certi deſignantur, quando ipſorum fines diſtinguuntur ſpecificatione aliorum agrorum, qui ipſis ſunt contermini. l. Forma. ff. de cenſib. Et Bar. in l. demonſtratio. q. vj. ff. de condit. & demonſtr. Sed & teſtis, qui iuramento affirmauit ſe certò rem ſcire, tam certus haberi poteſt, quàm ſi diſtincta expreſſione eam rem expreſſiſſet. Atque ipſius ita affirmãtis probatio præſumptiua probatio dicitur, quia iura intelligunt eũ affirmare per talem certitudinem, quæ ex ipſius natura rei debita haberi potuit: teſte Bar. in l. Filiũ. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Quin & ea demonſtratio quæ per digitum fit, certior haberi debet, quàm quæ à nomine ſumitur: glo. in l. Quæ extrinſecus. ff. de verb. oblig. ſiue id nomen proprium ſit, ſiue appellatiuum. Quorſum enim ſunt nomina, niſi vt res demonſtrent, aut nominatim indicent? l. Labeo. ff. de ſuppellect. legat. Quæ ſi per oculorum ſenſum res demonſtrata ſit, & in notitiam veniat, nil opus eſt nomine, cũ de re ipſa nõ ſit amplius ambigendum: teſte Alci. ad dictam legem certum. nu. 9. Quare quamuis contingat aliquando error in nomine, vel cognomine, vel pronomine: ſi tamen ex verbis, aut ex circumlocutione verborum conſtet de quo ſenſerit, is nominis aut cognominis, vel prænominis error, nihil veritati officere, aut rem impedire poterit. l. ſi quis in nomine. ff. de teſtament. Ex quo enim habemus certitudinem rei: non curandũ eſt de modo Iaſ. ad l. ij. nu. 6. ff. de lib. & poſth.

## Exprimere per relationem ad verbũ.

Verbo id expreſſum eſt, & id per relationem ad aliud dictum eſt, paria ſunt in iure. l. Aſſe toto, & ibi Bar. ff. de hæred. inſtitu. Vbi dicitur, quòd in hac ſcriptura certò contineri cenſetur illud, quod continetur in ea ſcriptura ad quam fit relatio, Ideoque Paulus dicit, ſi ita ſcripſero: Quantum codicilis Titio legauero, licet codicillis legatum explicetur, tamen ex teſtamento valet ſola quantitas, quæ in codicillis legata eſt. l. ſi ita ſcripſero & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtr. quaſi dicat, quod ex teſtamento debetur, quòd ibi expreſſè relinquitur, vel quod per relationem ad aliud deberi cognoſcitur, quod confirmant Bald. Angel. & Imo. in d. l. Aſſe. dicentes: Si aliquis inſtituiſſet illum hæredem cuius nomen appareret ſcriptum, ſeu cuius nomẽ deſcriptum eſſet in ſchedula, quam dedit Priori fratrum prædicatorũ, vel Guardiano fratrum minorum, valet quidem ea inſtitutio, & tenet, iuxta relationem ad ſchedulam illam datam. l. in teſtamento. & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtrat. Sic idem docet Socin. conſi. iij. incipi. Quantum ad primum, numero. 4. & conſilio lxij. incip. Viſis. numero 8. vol. iiij. Et D. Petrus Paulus Pariſius, in ſuis conſiliis, conſi. xcvij. nu. 96. in j. part. Sic quoque quando iudex dicit in ſententia: Cõdemno te ad ſummam, quæ continetur in teſtamento. Prior huius ſententiæ pars, ſcilicet Condemno te ad ſummam, per ſe eſt incerta: ſed cum dicitur, Condemno te ad ſummam, quæ eſt in teſtamento, certa & plena eſt hæc ſententia. Certitudo enim eius per relationẽ ad teſtamentum ipſum colligitur, dummodo ea ſumma in teſtamento certa exprimitur. l. ait Prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudica. Atque hinc etiam eſt, quod dicitur certa & vera tradi poſſeſſio, quæ per circumlocutiones deſignatur. l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſ.

## Expreſſio tacita.

Expreſſio virtualis & tacita, par eſt cum expreſſione actuali.l.cum quid, & ibi habetur plenè de hoc per Bald. Aug. Salic. & Doctores.ff.ſi certum peta.Sic & Pomponius,cùm quid mutuum dederimus, & ſi non cauerimus vt æquè bonum nobis redderetur: non licet debitori deteriorem rem,quæ ex eodem genere ſit reddere: veluti vinum nouum pro veteri.Nã in cõtrahendo quod agitur, pro cauto habendum eſt.Id autem agi intelligitur,vt eiuſdem generis,& eadem bonitate ſoluatur quod datum ſit.Sic & nominatio perditur, ſiue quis expreſsè illi renunciauerit,ſiue tacitè.vt latè notat Rebuffus in tractatu de nominatio.q.vltim.numer.18.Vnde etiam dicitur, quòd expreſſio eorum quæ tacitè inſunt,nihil operatur,quia talis eſt ſuperuacanea.cùm tacita expreſſio ſufficiat,& pro expreſſo habenda videatur. l.conditiones extrinſecus.ff.de conditioni. & demonſtrationib.Ob quod ea non expreſſa, ſed tacitè ſubintillecta, à lege ſuppleri ſolent. lege finali.ff.de petitione hæreditat. & l. Triticum. cum ibi notatis.ff.de verborum obligationib.& l.de quibus.in fin.ff. de legib. Vide infra tacitum.

## Pro Expreſſo habetur à Papa.

Iſtud ſufficienter exprimitur,& iſtud Papa vult haberi pro expreſſo,paria ſunt.l.omnes.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum.vbi Angel. dicit eſſe meliorem textum de corpore iuris. Vbi Imperator dicit præſcriptionẽ tot annorũ obſtare omnibus actionibus,ſiue illic expreſſæ ſint,ſiue nõ ſint quia quæ nõ ſunt expreſſæ,eas vult haberi pro expreſſis.Et quãdo petitũ eſt aliquid pro expreſſo haberi.Et quãdo in ſignaturis dicitur, fiat, valet gratia, non minus quàm ſi Pontificis gratia multis & clarioribus verbis expreſſa fuiſſet;quia per hoc verbũ conſtat de mente Pontificis,vt latè Felin.in cap.ſuper libris.num.9. de reſcript. Et D.Anto. conſilio ij.& conſi.xlix.quia per expreſſionẽ nihil de nouo detur, ſed iam datum, & habitum refertur. Iſta verò clauſula habentes pro expreſſis non tollit inhabilitatem perſonæ, ſed ſolùm taciturnitatem, & ſurreptionem remouet. Felin.inca.in noſtra. de reſcript. Rota deciſione cxij.in nouis, gloſſa in clement.ſi Romanus,de præben.Ancha.conſi.xx.Sic quoque hæc eadem clauſula non tollit defectum intentionis,nec etiam inducit diſpenſationem, vt teſtatur Ioan. Andr.in cap.cum adeo.de reſcript. Et Paulus Petrus Pariſius conſil.j.num.96.lib.j. Et idem vult Bald.in titulo de pace Conſtantiæ, in verſic.non obſtantib. & in l.Diuus. §.licet.ff.de iure codicillorum.& in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum,§.ſi quis cautio,& probatur in cap.i.extra de tranſact. & ibi notatur, & in capit.illa. extra de electionib. Huius quoque meminit D.Carolus Ruinus,in ſuis conſiliis,conſilio cxxviij.incipi Circa caſum,nume.7.primo volu.Conſiliorum.

## Extare.

Non extare, id eſt non viuere, & extare,ſed non poſſe ſuccedere, quantum ad hæreditatis rationem ſunt paria.§.ſed noſtra. Inſtitut.de ſucceſſ.liberto.l.ſi necem.§.ſi deportatus.ff.de bon.liber.& l.iij.ff. de bono.poſſeſ.contra tabul.in princip. Et Bald. in l. quicunque. C.de ſeruis fugit.& l.j.§.fi.ff.de bono. poſſeſ.contra tabul.l.vnica.C.quando non peten.partes patentib.accreſc.& l.iij.in fine.& l.iiij.ff.de bono.poſſeſ.& l.ij §.ſed & ſi, Et ibi Bartol.ff.ad S.C.Tertul. Philippus Probus, & Ioan.Monach.ad c.ea quæ.de regul.iur.libr.vj.per d. Ludouicum Romanum in ſuis conſiliis,conſilio xliij.incipit. Ad primũ quæſitum.in tertio dubio,vbi dicitur, quòd tunc potiſſimum extans ſuccedere non poteſt,quando ab ipſo renunciatio facta eſt,& quãdo in ea renunciatione verba ſua expreſſè dixerit in ipſam hæreditatẽ, & ad ipſa iura,conſiderando ſcilicet in ea renunciatione ius futurũ, quod ſibi aliquando poſſet cõpetere.Propter eiuſmodi enim renũciationis verba,omnibus iuribus,& capitibus quibus ſuccedere potuiſſet,ceſſiſſe,& renunciaſſe certum eſt,ita vt tunc nullo modo ſuccedere poſſit, ſecundum Bald.& Angel.in l.ſuum. C.de iure deliberan. & in l.pactum.C.de collationib.q.xvj.Et Alexand.de Imol.in ſuis conſiliis,conſi.xj.inci.viſo proceſſu.volum.ij.Et Philippus Decius conſilio ccxxvj.incip.Ad excluſionem.ver.ſed tamen.num.4.Et Ludouicus Romanus conſil.xxij.Et Socin.conſilio xxxiij.nume.5.volum.iiij.Ita quoque tenet Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſiliis, conſilio lxix. num.64.incip.in facto,in iij.parte.Et D.Carolus Ruinus in ſuis conſiliis,conſilio cvij.inci.ex omni capite,num.8.volum.iij.conſiliorum Et in conſil.lxxxvij.incip. In facto proponitur.num.2.volum.ij.conſiliorum.Plura de his videbis infra,ſub titulo Succeſſio. Et qui plura deſiderabit,videat D.Philip.probum in additionibus ad D.Ioannem Monachum. c.priuilegium.num.10. de verbo.ſignifi.lib.vj. & ca.ea quæ. de reg.iur.in vj.

## Extare incognitè.

Rem non extare, & rem extare, ſed inueniri non poſſe paria ſunt. Bartolo ita notante,in l.cum res.numero 8. ff.de legat.j.

## Facere contra legem.

Facere contra legem,& loqui cõtra legem.Vide infra ſub tit.Lex.

## Facere difficulter.

Aliquid facilè nõ facere poſſe,& nõ poſſe facere,in iure & per ſe, ſunt paria. Gloſ.eſt in ca. quãuis.in verbo,cõtinuatis.de offic.ordin. libr.vj. Ad quod facit gloſſ.in capit.faciat.xxij.q.ij.quæ vult, quòd illud dicitur non poſſe fieri, quod commodè fieri non poteſt, vti teſtatur D.Hyppol.de Marſil.in ſuis conſiliis,conſilio lvj.numer.2.& 3. in primo volum. conſiliorum criminalium. Dixit autem prius per ſe & in iure iſthæc eſſe paria, Nam in foro conſcientiæ, atque in virtutibus hæc locum non habent.Multa enim ſunt,quæ non admodũ facile facere poſſumus, quæ tamen aliquo modo facere poſſumus: nẽpe adiuti gratia Dei. Vnde & Paulus volens nos ſolis noſtris non debere inniti viribus,ſed etiam debere pendere ab ope diuina,iuxta illud:Sine me nihil poteſtis facere,ait,hoc Chriſti dictum confirmans; Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis,quaſi ex nobis,ſed omnis ſufficientia ex Deo eſt.ij.Corint.iij.

## Facere inſufficienter.

Non facere,aut minus ſufficienter facere intra tempus ſtatutum,paria ſunt.c.ſi quis iuſto.verſi.ſi autem nullus.iuncta gloſſa,in verbo,admitti.de electio.lib.j.Vbi etiam dicitur,quod paria ſunt, Non conſtituere procuratorem,& conſtituere procuratorem, ſed non legitimè, nec intra tempus debitum,neque ſecundum modum à lege præſcriptũ.Sic etiã paria ſunt,Non appellare intrà tẽpus ſtatutũ. & minus ligitimè appellare intra tẽpus ſtatutũ Bal.in addit.ad Spec.de appella. ver.ſed pone,dicit ſtatutũ.Iaſ.in authẽti.qui rẽ.C.de ſacroſan.Eccleſ. Itẽ paria ſunt,Nõ cõparere infra tẽpus legitimũ & intra legitimũ tẽpus cõparere,ſed nõ legitimè,ſecũdũ modũ & qualitatem debitam. Et ideo ſicut is contumax eſt,qui ad iudicium tempore ſtatuto non venit,ita quoque & ille habendus eſt contumax,qui cum debito modo,forma,& qualitate legitimè non venit,vel qui procuratorem legitimè conſtitutum non mittit, gloſſ.in dicto cap.ſi quis. Quocirca vt debita ſufficientia explicetur in libellis actorum, vel reſpõſiõibus eorum,adiici ſolent huiuſmodi clauſulæ,aut ſimiles (contra ſe,aduerſus Titium,& contra quamcumque perſonã, pro ſe & eius nomine legitimè in iudicio comparentem,&c.) vt notat Ioa.Pet.Ferra. in forma lib.in actio.real.ad verbum legitimè comparentem,cuius meminit D.Andr.Tiraquellus in ſuis commentariis de vtroque retractu, titu.*De retra& lignagier.*§.j.*dedans lan*,glo.x.nu.90.

## Facere indebitè.

Aliquid non facere, & aliquid facere non tamen debito modo, hoc eſt omiſsis aut omnibus,aut quibuſdam ad actum neceſſariis,in iure paria ſunt.l.j.§.quod ait Prætor.ij.ff.quod legatorum, cũ ſimilibus aliis iuribus.Exempli gratia:ponatur legatario non eſſe interdictum ne rem legatam ante conſenſum iudicis præripiat,atque is legatarius ſic ex conſenſu hæredis,vel eorum qui hæredi ſuccedere debebant rem legatam in toto vel parte occupauerit,poſtquàm ab eis adita fuerit hæreditas,valida quidem eſt hæc occupatio: verùm ſi legatarius voluntatem hæredis,& ipſius conſenſum ad occupandum rẽ legatam exquirat,& eundem conſenſum priuſquam ipſe heres hæreditatem adierit,hiſce verbis impetret:frater,ſcis quòd iſthæc hæreditas tibi delata ſit quodque hæc res mihi ſit legata,rogo te vt per tuũ conſenſum,licet hæreditatem nondum adieris,hanc rem mihi legatam præoccupare,& habere liceat.Certè hoc caſu,ſi is hæres qui hæreditatem nondum adiit,id legatario conſentiat,irrita eſt & inualida ea præoccupatio,vt ibi explicat Daſius,quia ſcilicet,conſentire,& non conſentire debito modo,& ante aditionem à lege requiſitã,paria ſunt.Quò pertinet,quod in cap.fina.de reſtit. ſpoliato. ſcribitur, ſcilicet,quod non videtur reſtituere poſſeſsionem,vel libertatẽ, qui non debito modo reſtituit,Et quia modus à lege conſtitutus dicitur eſſe de forma legis.l.cùm eorum.C.de ſenten.& interlo. omnium iudic.Ideo quicquid alio modo fit quàm debito modo,& qui à iure cõſtituitur,nihil eſt,& pro nullo modo factum cenſetur.Specul.de fructib.& intereſſe.§.v.ver.hoc autem.Quod videre licet in executionibus modo debito non ſeruato factis.l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic.l.ij.C.de except.rei iud.c.In actionib.& exceptio.In.in c.dudum.de elect.In mandatis.l.diligenter.ff.mandati.Inno.in c. ſuper. de offic.

de offic.deleg.& in aliis ferè omnibus.De hoc & ipſe memini in meo Pupillorum Patrocinio,titulo de tutorum & curatorum munere.ca.ix.nume.59.in poſtrema edit.His iuridicis etiam conformia ſunt,quę diuinos cultus,atque adeo etiam ipſa ſacrificia concernunt. Sic enim & in veteri teſtamento præceptum fuit,vt Deo offerrent ſua ſacrificia.Sed quando ea non debito modo,neque cùm debitis circunſtantiis à lege præſcriptis offerebant,tunc quaſi obtuliſſent, habebantur. Vnde Prouerb.xxj.Hoſtiæ impiorum abominabiles,quæ offeruntur ex ſcelere.Et Hierem.vj.Vt quid mihi thus & ſaba offertis,& calamũ ſuauè olentem de terra longinqua?holocauſtomata veſtra non ſunt accepta mihi,& victimæ veſtræ non placuerunt mihi.Item Amos v. Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum.Si obtuleritis mihi holocauſtomata,& munera veſtra non ſuſcipiam:& vota pinguium veſtrorum non reſpiciam.Sic Eſa.lviij.inuehens in impia Iudæorum ieiunia,ait:Ecce ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem,vt audiatur in excelſo clamor veſter.Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi?&c.Et Hierem.xiiij.Noli orare pro populo iſto in bonum.Cum ieiunauerint non exaudiam præces eorum,& ſi obtulerint holocauſtomata & victimas non ſuſcipiam ea,quoniam gladio,& fame,& peſte conſumam eos,&c.

## Facere ineptè,vel impertinenter.

Nullo modo facere,& ineptè facere.Item nullo modo agnoſcere,& impertinenter,vel indebitè agnoſcere, etiam iuxta præcedens caput,paria ſunt.Teſtib.Alexand.Baldo,& Saliceto,in l.ſi auiæ.C.de ſucceſſ.edicto.vbi dicitur,quòd ſi primus non agnouit bon.poſſ.vel ſi agnouit,non tamen agnouit vt debuit.tunc ſequens admittitur:ſecus autem ſi primus agnouit,vt debuit:quia paria ſunt,Nullo modo facere & ineptè facere.Item nullo modo agnoſcere,& ex nulla cauſa, vel ex capite nullo,vel ex impertinenti agnoſcere.Sic quoque paria ſunt Nullo modo iudicare,& ineptè vel indignè iudicare.l.iiij.§.condemnatũ.ff.de re iudica. Matth.de Afflictis,deciſ.Neapol.clxxxij. nu.4.Itẽ paria ſunt,Non adire hæreditatẽ,& non legitimè aut indebitè adire.l.Actus legitimi.ff.de reg.iur.vide infra ſub titul.Hæreditas.Et rurſum paria ſunt libellum nullum exhibere,& exhibere libellum ineptum,vagum,incertum,incorrectum,generalem,obſcurum,contrarietatem ac repugnantiam continentem,aut talem quem iudex dentibus lacerare poteſt.l.j.& ibi notatur.ff.de offic.aſſeſſo.Et ob id dicitur, quòd libelli inepti, exhibitio non magis interrumpat præſcriptionem in iure coram arbitrio,quàm ſi proſus nullus libellus vnquam exhibitus fuiſſet,teſte Bapt.de S.Blaſio,in ſuo tractatu,de arbit.q.xliiij.Neque etiam talis ineptus libellus vnquam actionem,vel accuſationem perpetuare poteſt,Bald.in l.edita.C.de eden.Imò ex poſitionibus vel probationibus aptis iuuari non poteſt,teſte Spec.de offic.iud.ver.ſi iudex. Item paria ſunt,Non facere probationem,& facere probationem indebitam,& ineptam:vel indebitè aut ineptè,ſcilicet per falſas literas, aut per falſos teſtes.Bartho.Chaſſ.in ſuis conſiliis.conſilio xliiij.num.15.parte non citata.l.de vnoquoque.ff.de re iudic.poſt publicationẽ teſtium,& eorum depoſitionem.cap. intimauit.& capitu.fraternitatis.de teſtib.& l.per hanc.C.de appellat.

## Factum eſſe malè aut indebitè,

Similiter aliquid non eſſe factum,& perperam,ſiue non debitè eſſe factum,paria ſunt.Ad quod facit textus in l.nulla.ff.de aucto.tutor,& in l.quamuis,§.ſi conuenerit.Et ibi Barto.ff.ad S.C.Vellei.Item nulla differentia eſt(inquit Vlpianus)an non interueniat auctoritas tutoris,an eadem perperam & indebitè adhibeatur.Et idem in d.§.ſi cõuenerit,ait.Qui enim intereſt,non det,an talem det hoc eſt,quid intereſt,an debitor non det fideiuſſorem,an det inſufficientem,vel inutilem.Quia ſcilicet verba ſemper cum effectu,ſunt accipiẽda.l.de die.§.j.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi per alium.§.docere.ff.ne quis eum,qui in ius voc.eſt vi eximat.Item,paria ſunt, Tutor inuitus,vel mente captus,vel interualla paſſus aliquid conſenſit:& tutor omnino non conſenſit,nec vllam ſuam auctoritatem ad hoc conceſſit,vt habetur in l.j.§.Tutor.l.obligari,§.Tutor.ff. de auctor.& conſen.tuto.Et paria ſunt, Non interueniſſe iuſſum,vel mandatum,& mandatum nõ debitè eſſe factum.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.& ibi Iaſ.ff.de acq.hæred.Sic & paria ſunt,Non reſpondere,& perperam,vel non debitè reſpondere.l.de ætate.§.nihil intereſt.ff.de interrog.act.Et vt ait Vlpi.Dolo malo nõ edit,& qui malitioſè edidit,& qui in totũ nõ edidit.l.vbi.ff.de edẽd.Itẽ paria ſunt:Nõ dediſſe fideiuſſorẽ iudicio ſiſtendum,& dediſſe fideiuſſorẽ qui certo priuilegio à foro exemptus eſt,& tutus.l.j.ff.ſi quis in ius vocat.&c.& in l.nõ putauit.§.nõ quæuis.ff.de cõtra tabu. Et Iaſ.in l.quotiẽs.ff.qui ſatiſda.cogan.cũ aliis ſimilib.iurib.vulgarib. Huius etiã recordatus ſum,in meo pupillorũ Patrocinio.in tit.de tut.& curato.munere.c.ix.nu.60.in mea poſtrema editione.Sic etiam aſſerit Ioã.de Neuizanis,vt ibi latius,in ſuis conſiliis,conſi.vij.num.15.

De his & paulò infra.Facere malè,indebitè,illegitimè.

## Facta purè & conditionaliter.

Aliquid factum eſſe purè & factum eſſe ſub conditione purificata paria ſunt.l.fin.§.Titius.vbi Ang.ff.de vulg.& pupilla.ſubſtitu.l.ſi pupillus.ff.de condit.inſtit.Vbi dicitur hæreditatis conditionẽ purificatam habendã eſſe pro ea, qua purè hæreditas defertur.Et in l.ſed & ſi §.fin.ff.de acqui.hære.dicitur,quòd qui credit ſe purè inſtitutum , licet ſit inſtitutus ſub conditione.quæ ſit purificata,poteſt tamen eandem hæreditatẽ adire,quia iſta duo inter ſe nõ ſunt diuerſa,vti docet Barto.in l.hæres inſtitutus.eod.tit.& in l.fin.§. final.ff.de verb. oblig. Quin etiã obligatio pura,& obligatio conditionalis purificata adæquantur,tã in ſtipulatione quã in contractu ſtricti iuris.Itẽ ſi eſſet ſtatutũ aliquod,vt inſtrumentũ purũ & liquidũ mandetur executioni abſque aliqua exceptione,& vt perſona ipſa capi poſſit.profectò idẽ tale ſtatutum etiã vendicat ſibi locũ inſtrumento continente debitũ conditionale,atque ſi ea conditio iam euenerit,& per hunc euentũ purificata fuerit.Per hanc enim ſic purificatã conditionẽ poterit,& tale inſtrumentũ mandari executioni,ex eadẽ forma ſtatuti,ac ſi à principio debitũ fuiſſet purũ.Angel.in dicta l.fin.§.Titius.Atque hinc etiã dicimus,quod in contractibus conditio retrotrahitur ad tempus contractus celebrati,ita vt in eo ſpectandũ ſit contractus initiũ,& nõ tempus quo conditio ſtatuta fuit.l.qui balneũ.ff.qui potio in pigno.habe.Secuta enim & adimpleta cõditione contractus habetur perinde ac ſi ab initio fuiſſet purè,& ſine cõditione celebratus.vti docet Decius in ſuis cõſiliis,conſ.cclxxix.incip.placet.nu. 2.per tex.in l.potior.§.videamus.d.tit.& Paul.Pet.Pariſius allegans plura cõſi.xj.nu.64.li.j.

## Facere malè,vel indebitè.

Facere malè et non facere,paria ſunt.Vel facere ita vt factum tale ſit nullum,et omnino non facere æquiparantur in c.et ibi Panor.nu.27.extra de ſenten.& re iudic.cap.ij.de tranſlatio.et ca.Tuæ.extra de cleri.non reſiden.Vnde etiã in d.c.dicitur,quòd in effectu paria ſunt: nullam proferre ſententiã,et proferre ſententiam,ſed cõtra leges, vel canones quia ſicut ex ſententia,quæ eſt nulla,non poteſt fieri executio.l.A diuo Pio.ff.de re iudicat.l.ordo.C.de execu. rei iudic.Ita quoque executio fieri non poteſt,ex ea ſententia quæ aduerſus leges,vel canones lata eſt,vt habetur in d.c.ij.cũ gloſſa,ad verbum.Inutilem,vbi dicitur,quòd paria ſunt,Non facere,et inutiliter facere,et ita multò magis,malè facere par eſt cũ non facere,Et in d.c.Tuæ.dicitur quò ad hoc vt aliquis abſens non habeat fructus beneficiorũ ſuorũ,paria ſint,non eſſe in ſtudio,et eſſe in ſtudio,ſed non in loco priuilegiato, vel in quo nullum aut non competens ſtudiũ eſt.Sic itẽ paria ſunt. Nõ ſatiſdare et nulliter ſatiſdare.l.quotiens.ff.qui ſatiſdare cogantur. Itẽ,Non cauere,et non idoneè cauere.l.j.ff.vt legat.no.caueat. Item: Non offerre,et offerre,ſed non ſecundum diſpoſitionem legũ,adeóque et nulliter offerre.l.acceptã. C.de vſur.l.qui decem.ff.de ſolutionibus appellare et nulliter appellare paria ſunt.c.ij.de appellationib.

## Facere,& mandare facere.

Faciens,et iubens,vel ratum habens,pares ſunt.l. Prætor ait.§. reſtituas prætor inquit.ff.ne quid in lo.pub.fiat.et ibi D.Alberi.de Roſa.nu.1.vbi textus.Nã ſi ipſe cũ quo quis interdixerit,fecerit,vel iuſſu eius alius,aut ratũ habitũ ſit.quòd fecit,ipſe ſuis ſumptibus debet reſtituere.Vel ſic,Nam ſi quis quod interdictum eſt per ſe fecerit,aut ſi idipſum alteri faciendum mandaſſet, idque ita factum ratũ habuiſſet certè ipſe vel faciens,vel iubens omne damnum ſuis ſumptibus reſtituere tenetur,& l.j.§.quotiens.ff.de vi & vi arma.vbi Vlpianus.Non enim magis excuſatus eſt qui iuſſu alicuius aliquẽ deiecit.quam qui iuſſus alicuius occidit.Et paulò ante,apertius ait Deieciſſe is aũt videtur qui mandauit,vel iuſſit,vt aliquis deiiceretur.Parui enim referre viſum eſt ſuis manib.quis deiiciat,an verò per aliũ.Ad hunc modum ſicut paterfamilias tenetur.& ob id conueniri poteſt,ſi iuſſit vt filio ſuo quis pecuniam mutuum daret,vel ſi aliquod mutuum filio ſuo datum approbaret.vel ratum haberet:nõ ſecus quàm ſi ipſe pater id mutuum ipſe per ſe accepiſſet.Nam tale patris mandatum,vel ipſius ratihabitio excludit et irritat illud S.C.Macedonium.l.fin.C.ad Macedo.Itẽ paria ſunt,Literæ impetratæ ſunt ad lites cum ſpeciali mandato impetratæ ſunt.attamen approbatæ.Romanus in ſuis conſiliis,cõſi.cccxl.incip.Circa primũ.Et Felin.in c.nonnulli.§.ſunt aliqui.de reſcript.Paria ſunt rẽ propriam per ſe vendere,et rẽ propriã ab alio vendità ratificare.l.mater.C.de rei vendic.Quod autẽ faciens et iubens ſint paria,certũ eſt per regulã iuris,quæ habet.Quod qui per alium facit,id per ſe ipſum facere videtur.capitulo.qui facit.de regulis iuris.

## Facere ſcienter,& præmonitè

Aliquid ab initio ſcienter facere,& ab initio iuſto errore deceptũ, præmonitum tamen in re illicita ſcienter perſeuerare,paria ſunt,Raphael Fulg.in l.qui contra legum præcepta num.1. C.de inceſt.nup. Vbi quoque dicitur quod paria ſunt: Ab initio ſcienter inceſtas nuptias contrahere,& poſtea ab illicitis nuptiis contradictis non abſtinere,potiſſimum quando de illicita coniunctione qui monitus,& edoctus fuerit.Et cum hoc concordat clementina vnica,de conſangui. & affin. cap.inquiſitioni.de ſentent.excom.cap.j.de donat.inter vir.& vxor.Item in l.pen.ff.de vſucap. Similiter paria ſunt:Ab initio habere malam fidem,& ab initio habere bonam fidem,ſed poſtea ſuperueniente ſcientia rei alienæ,in poſſeſſione rei alienæ permanere.Et ſecundum ius canonicum paria ſunt, Ab initio habere malam fidem, & ab initio habere bonam fidem,quam per præſcriptionem aut impedimentum quis amittit.c.de præſcript.

## Facere coactè,timidè.

Aliquid facere coactè & aliquid facere ex coactionis metu paria ſunt.D.Philip.Decius in ſuis conſiliis,conſ.dcxc.numer. 10. allegato Barto.in l.nouiſſimè.per illum textum.ff.Quod falſo author.tuto.Vbi dicit Vlpianus,quòd paria ſunt,ſi tutor compulſus authoritatē ſuam interpoſuit metu ne ad hoc compellatur.Et idem tradit Barbat.in ſuis conſiliis,conſ.lx.etiam libr.j.vbi dicit,quòd paria ſunt:Soluere coactè vel ſoluere metu coactionis pœnalis.Item, quòd paria ſunt:Vxorem coactè facere,& facere metu coactionis.Sic & paria ſunt, Facere cõpulſum per iudicem,& facere vt quis per iudicem compelli poſſet,ſecundum Zaſium ad l.ij.§.ſed an ipſos.numer.4.ff de confeſſ.Atque ideo quando procurator reſpõdet libello,vel petitionibus actoris,dicitur ea reſpõſio eſſe coacta,quia neceſſitas inertes cogit procuratores, vt libello reſpõdeant.Et licet iudices non ſemper cogãt procuratores imò quamuis procuratores vltro reſpondeant, adhuc tamen iidem dicuntur inuiti facere,aut reſpondere,quia ſciunt ſe compelli poſſe per iuſſum iudicis.Vnde ex hoc oritur cautela & prudentia quędã bonorum procuratorum,ſecundum Zaſium ibi,qui cum reſpondendũ eſt poſitionibus,non reſpondent etiam ſi iudex id iuſſerit,vel decreuerit,donec iudex eos moneat,& eis ad reſpondendum præcipiat ſub pœna excommunicationis.Tunc enim tandem reſpondere coguntur hiſce verbis.Ego procurator metu cẽſurarum compulſus,reſpondeo ad poſitiones,aliàs non reſponſurus,niſi eſſem compulſus.&c.Et ita præmuniendo ſeſe ipſis prouident,ne vlla futura cõfeſſio ipſi noceat Sed ſi quid nocumenti ex ſua confeſſione oriatur, ea non ſibi,ſed ſuo domino cedit & obeſt.

## Facere alicuius nomine.

Dicere,fac iſtud meo nomine,& fac iſtud procuratoris mei nomine,paria ſunt.Item dicere.Fac illud,vel ſolue iſtud pro me,& dicere, Solue iſtud meo nomine,tum in iure,tum apud grammaticos paria ſunt.l.fideicommiſſa.§.interdum.ff.de legat.iij.Nam ſi ipſe procurator meus nomine meo quid facit,& mandat,eo caſu quod ſic mandat,videtur id meo nomine mandare,& facere,à me ad hoc faciendũ ſubſtitutum eſſe,vt notare videntur Doctores ibi & alibi,& ibi idem quoque notat Bartolus,& per notata eiuſdem Bartol.idem docetur, in l. j.§.nunciatio.Et ad hoc facit l.ij.ff.mandati.Et D. Carolus Ruinus in ſuis conſiliis,conſi.cxliij.incip.Viſo inſtrumento.nu.6.volu.iiij.conſiliorũ.Et D.Pet.Paul.Pariſius in ſuis conſiliis,conſil.cvij.incip. Quæritur primo.nu.12.in iij.parte cõſiliorum. Scriptura quoque ſacra hanc paritatem apertè confirmat,ſic enim apud Matthæum cap.viij.Centurio,præclara erga diuinam potentiã inſignitus fide pro puero ſuo paralitico & male affecto,ad Chriſtum rogaturus acceſſit quem cum inſtãtius atque confidentius rogaret hoc benignum à Chriſto reſpõſum accepit; Ego inquit veniam & curabo eum Ad quod reſponſum Cẽturio modeſtiſſimè ac humilimè de ſe ſentiens, & de diuiua Chriſti potentia præclariſſimè fidens, mox aliud magnificum reſponſum intulit dicens,Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo,& ſanabitur puer meus.Certò vtique credens nihil referre,an Chriſtus corporali præſentia ſuum curet puerum,an per alium,aut ſolo verbo tanquam per alium,quod ipſi æquè poſſibile factu credidit.

## Facere illegitimè.

Non facere,& minus legitimè facere,vel ſic paſſiue(vti paulo antè meminimus)aliquid non eſſe factũ & aliquid eſſe factum.ſed indebitè vel illegitimè,paria ſunt.l.quotiens.ff.qui ſatiſd.cogan. l.ſcire oportet.in §.ſufficit.ff.de excuſat.tutor.l.Non putauit.in §.non quæris ff.de bon poſſ.contra tab.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.l.ſi accuſaturus.ff.de adulter.c.propoſuiſti.in verſ.legitimè.extra de fo. compet.gl.in l.ſi pater.C.de ſtatu.defunct.cum multis ſimilib.Huius quoque meminit D.Hippol.de Marſil.in ſuis conſiliis criminalibus,conſilio xviij.nume.10.in j.vol.& in conſilio lj.nu.63.& in conſilio lxiiij. num.48.in eod.volum.& in conſil.cxxviij.num.14.in ij.volum.

## Facere obliquè

Facere obliquè,vide infra,Fieri obliquè.

## Facere non conſueuit.

Non conſueuit facere,& non poterit facere quantum ad iuris præſumptionem,paria ſunt.Vel non conſueuit facere,idem eſt ac ſi diceret,non poteſt facere:c. Bonæ memoriæ primo, & ibi Panor.nu. 12. extra de poſtulat.prælato.vbi dicitur,quòd ſedes Apoſtolica nõ conſueuit poſtulationes prælatorum in magna diuiſione & contradictione recipere.& ex eo colligitur quòd id commodè facere non potuit, quia contra talem poſtulationem eſt iuris præſumptio,ſcilicet, quòd non tam ex iuſtitia,quam ex gratia procedat: Atque hinc eſt quod videmus.Si Papa ſcribat pro aliquo beneficiando,etiam motu proprio non præſumitur tamen eum velle aliter facere , quam ſit conſuetus facere,& ideo ſi clericus ſecularis impetraſſet beneficium non ſolitũ dari ſecularibus,non valet talis impetratio,etiam ſi in bulla ſit clauſula motu proprio,vt docet Bald.& alij in d.l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.ff.de legat.iij.Et eſt bonus textus,in cap.cum de beneficio.de præben.lib.vj.& in c.poſſeſſiones.iuncta gloſſ.de reb.Eccleſ.non alienan. Quia quando Papa hoc non conſueuit facere,id habetur inſolitum, & iuris præſumptio eſt de ſubreptione,& obreptione contra ipſum impetrantem.Nã vulgo dicimus,Quod omnia inſolita, noua, & inconſueta habent iuris præſumptionem cõtra ſe.Doctor.latè ad l.poſt contractũ.ff.de donat.Et omnis diſpoſitio mundi ſiue ea legalis, ſiue vltimarum voluntatũ,ſiue contractuũ fuerit,recipit omnẽ ſui interpretationẽ à conſuetudine,& ab eo quod communiter fieri cõſueuit, vt teſtatur Panor.num.12.extra de poſtu.præla.facit in ſimili textus in l.idem Iulianus.§.fin.in fine,in verb.Diſtrahi non ſoleant.ff.de leg.j.

## Facta per Magiſtratum.

Facta per ciuitatum rectores,& facta per ciuitatem,vel communitatem ipſam,paria cenſentur.Quocirca contra ciuitatem totam aut contra eiuſdem ciuitatis Rempublicam vniuerſam,& contra eiuſdem ciuitatis ciues quoſlibet concedi poſſunt Repræſalię illi qui propter eiuſdem ciuitatis rectores, nempe propter ipſorum delicta paſſus eſt incommoda,& iniqua.Nam ex rectorum delictis colligitur deliquiſſe tota ciuitas,imò & ciues ſinguli.Verùm in hoc caſu notandũ quòd tum ciues,tum tota ciuitas actionem habet,& recurſum contra ipſos rectores,ita vt actionis litem contra tales rectores intentare poſsint. Ita dicit Angel.de Peruſio,in l.metum autem.§.animaduertendum.ff. quod met.cauſ.allegat.l.j.ff.de magiſtra.conuenien.Et l.cuius.§.Imperator.ff.ad municipa.Vbi Vlpianus: Animaduertendum eſt,quòd prætor generaliter & in rem loquitur,nec adiicit à quo geſtum ſit,& ideo ſiue ſingularis ſit perſona ea quæ metum intulit,vel populus,vel curia,vel collegium, vel corpus huic adiecto locus eſt. Atque hinc eſt, quòd ſi quis velit vniuerſam ciuitatem conuenire, huic non eſt opus vt omnia ſuppoſitorum vel ciuium nomina in libello comprehẽdat, & eoſdem nominatim citet,ſed ſufficit quòd præſidentium vel magiſtratuum officia exprimat,hoc modo.Magnifice domine Iudex,Ego Sempronius exhibeo hunc libellum aduerſus conſules,totúmque decurionum ſeu Senatus ordinem talis Ciuitatis,&c. Ita Bart.in l.j.C. de iure Reip.lib.xj.Sic quoque & Syndicus eundem libellum totius Ciuitatis nomine ſub titulo officiorum,vel rectorum eiuſdem Ciuitatis concipit,vt notatur in auth.ſed hodie.C.de epiſc & cler. Sic etiã ſi Præfectus Ciuitatis aut cõſul, vel totus Senatus qui totius Reipub. adminiſtrator eſt aliquid totius Ciuitatis nomine acceperit mutuum déque ea mutuo confectum ſit inſtrumentum obligatorium, in quo nemo nominatim expreſſus habetur,ſed ſola officiorum nomina,eadémque pecunia ſit conuerſa in rem Ciuitatis,profecto tota ipſa Ciuitas tenetur de mutuo.l.ciuitas.& ibi Doctores.ff.ſi cert.pet. & Bal. in tit.de pace Conſtantiæ.§.damna.verſic.Ab vniuerſitate.dicit:Quod factum per poteſtates,& cõſiliarios & ancianos, id videtur eſſe factũ à tota vniuerſitate Hæc tamen ſecundum quoſdam locũ non habent, quando ipſa vniuerſitas probaret , ſe id delictum neque ſciuiſſe , neque poſt cognitionem ratum habuiſſe , teſte Oldra. in ſuis conſiliis. conſil. ſuo lxvj.Idem allegat etiam Angel.vbi ſupra gloſ.in rub.C.quæ ſit longa conſuet.Quod illud quod fecit Cõſilium populi,intelligitur factum eſſe à toto populo.Quam glo.dicit non eſſe alibi.Item, quod

conſiliũ facit pulſata campana,vel quod maior pars facit, id omnes feciſſe videntur,ſecundum gl.in l.ſed ſi ex dolo.ſuper verb.facere poſſunt.ff.de dolo.Variè itaque in hac materia loquuntur Doctores, ,vti licet prolixius videre per D.Fredericum Schenchek à Tautẽberg in ſuo viridario concluſionũ iuridicarum,Tomo ptimo,concluſionibus lxxix.lxxx.lxxxj.vbi hanc materiam fuſiſſime tractat.

## Facta ſine probatione.

Factum non fuiſſe,& factum fuiſſe,ſed id non poſſe probari, paria ſunt.l.duo ſunt.ff.de teſtamen.tute.Vbi dicitur(vti & ſupra ſub eſſe ſine probatione,diximus)Si duo ſunt Titij,pater & filius:& datus eſt tutor Titius.nec apparet de quo ſenſit teſtator,is tunc tutor datus fuiſſe creditur,quem dare ſe teſtator ſenſit:ſi id non apparet, non ius deficit,ſed probatio,igitur eo caſu neuter debet eſſe tutor.Et Iabolenus ait in legem venditionis non venire illud,de quo non apparet,l. in lege.ff. de contrahen.empt.& paria ſunt:Non eſſe conſuetudinem:& illam quidem eſſe,ſed non probari poſſe,vt notat Ioan.Neuizanus in ſuis conſiliis,conſilio xij.nu.5.Doctores ad l.de quibus.ff.de legib.Vnde maxima iuris eſt,quod actore multa allegante,& nihil eorũ probante reus abſoluitur.c.fin.de iureiurando,& l.actor.C.de probat.Item paria ſunt Inueſtituram non eſſe petitam:& inueſtituram eſſe petitam, ſed ipſius petitionem non eſſe probatam.Alciat.in ſuis reſponſ. reſponſo cxcix. nu.13.Imò quòd magis eſt,non ſufficit rem eſſe probatam,niſi eadem quoque probetur euidenter,aut(vt ita dicã)concludẽter:quia per probationem dubiam,nihil adhuc apparere dicitur.l.ſi fieret.ff.de reb.dub l.nõ hoc.C.vnde legit.l.neque natales.l.ad probationem.C.de probat. & in cap.in præſentia,de probat.Petr. Paul. Pariſius in ſuis conſiliis, conſ.ciiij.numer.2.libr.j.Vide ſupra,Eſſe ſine probatione.

## Factum reuocatum.

Factum non eſſe, & factum eſſe,ſed reuocatum eſſe, paria ſunt.Aymon.in ſuis conſiliis,conſilio lxxx.numero quarto vbi dicit eſſe paria: Teſtementum & ſubſtitutionem non factum eſſe : & teſtamentum factum eſſe , ſed poſtea eſſe reuocatum,vt probatur in l. item eorum §.quòd ſi. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine , Vbi etiam dicitur quod paria ſunt : non fuiſſe datum actorem , & datum quidem eſſe, ſed poſtea reuocatum eſſe.Sicuti etiam in rem verſum eſſe non dicitur,niſi id duret verſum,l.ſi pro patre.§.verſum. ff.de in rem verſo.Sic quoque non dicitur tradita via,quæ non durat,teſte Specul.de dolo & contumacia.§.vj.verſ.cxxx.& non dicitur ſetiſdatum,niſi duret ſatiſdatum,vt habet idem Specu.in tit.fideiuſſ.§.j.verſ.ſed qualiter.Et vt in genere loquamur:Id quod non durat,fingitur non eſſe factum,vt dicit idem Specul.tit.de arbi.§.fi.verſ.ſed pone arbitrum Item paria ſunt: Non impugnaſſe teſtamentum,& in accuſatione,vel impugnatione nõ perſeueraſſe,l.alia.l.Polla. C. de his,quib.vt indig. & plura alia exempla ſunt in gl.ad verbum.verſum,d.§.verſum.

## Fama.

Fama æquiparatur vitæ & perſonæ.Vide infra ſub titulis , Honor,perſona.

## Familia & domus.

Familiæ alicuius relinquere & relinquere domui alicuius,paria ſunt per.l.j.in princip.cum ibi not.per Iac.de Are.ff.ad S.C.Syllania. Idem dicit D.Carolus Ruin,in ſuis conſiliis,conſ.cciij.incip.de duobus.nu. 7.ij.vol.conſiliorum.Pro quo facit l.pronunciatio.§.communi iure.ff de verbo.ſignif.vbi domum,& gentem,& familiam lex æquiparat.Idẽ notat Alciat.ad l.j.nu.5.eod.titul.domum ſcilicet pro familia accipi.Atque hinc eſt,quòd domeſticos,hæredes ſuos appellauit Imperetor Iuſtinianus,in §.ſed ſui quidem.Inſtit.de hæredum quali. & different. id eſt, filiosfamilias.Et hinc quoque fit,vt cui vſus domus relinquitur,eidem & totius familiæ gubernandæ vſus relictus cenſeatur,ſiue is maritus ſit,ſiue vxor,vti notatur in l.ij.ff.de vſu et habita.Sic et in ſacris literis,et in Euangelio Lucæ,ij.Ioſeph.dicitur fuiſſe de domo,et familia Dauid:quia domus eius ex domo ſucceſſiuè à Dauid deriuata fuerat.Sic quoque et Ariſtoteles lib.Polit.dicit,quòd Stalones,qui ex vno veluti ſtipite enati ac producti ſunt,vnum corpus,vnam familiam,vnãque tribũ efficiant,Quod autẽ domus pro familia vſurpetur,id tũ paſſim,tũ in ſacris ſcripturis obuiũ eſt.Cũ enim Paulus ait:Neminẽ baptizaui niſi domum Stephanæ, id eſt familiam Stephanæ.j. Cor.j.ca.vj.

## Fideicommiſſum

De fideioommiſſo,vide infra titulum,Legatum.

## Fideicommiſſarius.

De fideicommiſſario.Vide infra ſub titulo,Teſtamentarij.

## Fideiuſsio pignus.

Fideiuſſio & pignus æquo iure procedunt.l.fideiuſſor. §.vltim.vbi hoc notat Angel.ff.de conſtitut.pec.Et D.And.Tiraquel.de legib.connubialib.& iure maritali.Gloſſa iij.in tex. *Contracter*.charta cxlviij. nu. 102.vbi dicit quod ſicut mulier ſine conſenſu mariti ſui prohibetur fideiubere,ita quoque prohibetur res ſuas pignori dare Quò pertinet etiam quod Paulus ſub titulo de pignore ſcribit,Si legati(inquit)conditionalis nomine relicti filiofamilias pater ab hærede rẽ propriã eius pignori acceperit,& mortuo patre,vel emancipato filio cõditio legati extiterit,incipit filio legatũ deberi:& neque pater poteſt pignus vendicare,neque filius qui nunc habere cœpiſſet actionem,nec ex præcedenti tempore poteſt quicquam iuris habere in pignore,ſicut &in fideiuſſore dicitur.l.ſi legati.ff.de pignoribus.& hypothe.Rurſum & Iaſon.in l.prima.in fin.ff.de legatis primo argumentatur à fideiuſſione ad hypothecam ſeu pignus,hoc modo.Officio iudicis,vel ei quod debetur per iudicis officium,poteſt accedere fideiuſſor,vt habet gloſſa, & Bartolus.in l.Cum quis.§.Si quis pro eod.ff.de ſolutionib. Ergo & pignus ſeu hypotheca officio iudicis accedere poteſt,quia bonum eſt argumentum,à fideiuſſione ad hypothecam,intelligẽdo tamen de expreſſa hypotheca, non de ea quæ à lege tacitè inducitur , vt ibidem declaratur.

## Fideiuſsio vitioſa.

De fideiuſſione vitioſa.vide ſupra ſub titulo,Cautio vitioſa.

## Fides.

Par eſt in ſe,á fide exorbitare,& alios vel exemplo,vel verbo à fide deiicere.iuxta,expreſſum c.Teſtes.circa finem.ij.quæſt.vij. vbi textus ita habet,Paulus Petrum reprehendit,qui Princeps apoſtolorum fuerat.Vnde datur intelligi,quod ſubditi poſſunt reprehendere Prælatos ſuos,ſi vel exemplo,vel moribus,vel doctrina reprehenſibiles fuerint. Sed hæc repræhenſio in ſimili cauſa exiſtere debet,non in quauis cauſa,ſed quæ fidei incrementa concernere putabitur, quæque eiuſdem incrementa impedire videbitur.Vnde & paria ſunt : Malum facere, & aliis occaſionem mali,verbo,aut exemplo præſtare. c.Nolo.xij.quæſt. j.c.Cauendum.x.quæſt.iii.Vnde & omnium malorum,quæ ſequuntur rei ſunt,qui aut verbo,aut exemplo ſcandalizant aut perimunt alios, & à recta viuendi norma alios deiiciunt, vt habetur cap.Si quoſcunque.j.quæſtione j.Imò tot mortibus iidem digni ſunt,quot vitioſa exempla ad alios tranſmittunt.capit.Qualis.viij.quæſt.j.cap. Præſumũt in fine.ij.quæſt.vij.

## Fides mala.

Mala fides ſubfuit à principio,& mala fides poſtea ſuborta eſt,paria ſunt.ſecundum D.Albericum de Roſate in l.Item ſi rem diſtraxit.§.de eo autem.ff.de petit.hæredi.Quam tamen paritatem gloſſa ait veram eſſe,quò ad fructus , non quo ad fatalitatem , vt latius ibi videre poteritis.

## Fieri male.

Nihil intereſt an aliquid non fiat,an male fiat,præſertim in cautionibus,& id ſatiſdationibus.c.Notificaſti.xxxiij.q.v.l.quotiens.ff.qui ſatiſd.cogan.vbi dicitur,nullo modo eſſe cautum, aut ſatiſdatum,quod vitioſè cautum eſt,vel ſatiſdatum:veluti ſi fideiuſſorem quis conſtitua aut caueat per fœminam,militem,minorem, ſeruum,&c.talis cautio aut ſatiſdatio eſſet nulla,per gloſſam eiuſdem legis.In verbo Quoties & l.de.dic.§.Qui mulierem.C.de libera.cauſ.Vide ſupra,Cautum eſſe facere,vel factum eſſe malè.

## Fieri indebite.

Non fieri,& fieri,ſed non ritè fieri,ſiue indebitè fieri,paria ſunt.Panor.in c.Veniens.num 1.de presbyt.non baptiza.vbi dicitur , quòd is qui de facto ordinatur non baptizatus , non recipit ordinis characterem,etiam ſi credatur fuiſſe baptizatus. Nam ob ſolam opinionem ſuſcepti batiſmatis non eſt aliquis admittendus ad ordinem , ſiue ad miniſterium Eccleſiaſticum,ſed requiritur.vt certò conſtet de accepto baptiſmate,priuſquam legitimè ad Eccleſiaſticum miniſterium ordinetur.Nemo enim Eccleſiæ miniſtrandæ deſignari poteſt,qui Eccleſię membrum non exiſtiſtit,nec per baptiſmum Eccleſiæ incorporatus, eſt,ſed qui adhuc ab Eccleſia alienus eſt.Quare ſi quis antè baptiſmũ ad munia Eccleſiaſtica ordinatus eſſet, is pro non ordinatato haberi deberet, quia paria ſunt : Non ordinatum eſſe , & eſſe ordinatũ,ſed indebitè,illegitimè,& nõ ſecundum formam Euangelij, aut traditionẽ

apoſtolicam Sic quoque paria ſunt: Non baptizatum eſſe,& eſſe baptizatum,ſed non ritè,non debitè,non ſecundum inſtitutionem,formam,& elementum, & verba à Chriſto inſtituta, & ſecundum conſuetudinem à SS. Apoſtolis vſurpatam. Sic etiam paria ſunt : Nullo modo denunciare,& denunciare,ſed perfunctoriè atque obſcurè denunciare.l.Aut qui qualiter.§.j.ff.Quod vi aut clam.Et Alex. conſilio lxxxix.incip.Excellentiſſimi.lib.v.Et Areti.conſ.lxviij.Sic & paria ſunt Nō edere ſtipulationē,&edere ſtipulationē ſed nō totā,vt habet l.j.§. Edere.ff.de edendo.Vbi notat Bal.quòd qui tenetur edere inſtrumentum,is nō ſolùm tenetur edere quod principale eſt,ſed etiā ſtipulationē ipſam & renunciationes,&alias clauſulas adiacentes omnes Sic & paria ſunt:Non accedere ad iudicē,& accedere quidē,ſed omnia quæ ad negotium pertinent non exprimere.l.Scire oportet.§.Scire autem ff.de excuſa.tuto. Et paria ſunt : Ignorare vel neſcire, & ſcire abſque cognitione eorum,quæ ſunt de ſubſtantia eiuſdem ſcētiæ.l. Multum ff.de condi & demonſtrat.Sic quoque paria ſunt. Omnino non proſcribere, & non ritè, nec legitimè proſcribere , hoc eſt , proſcribere, clam,obſcurè,& non in propatulo,l.Sed & ſi Pupillus.§. Proſcribere. ff.de inſtitu.actio.Nullum enim,nihil.& inutile in iudiciis ſemper paria iudicantur,vt notat in c.Inter corporalia,de tranſlat.Epiſ.Ad quòd facit textus,in l.j.ff.Quod cuiuſque vniuerſi. nomi. Et notatur per illum text.& per tex.d.cap. Veniens. Ex quibus colligi poteſt, quòd ſi procurator non facit fidem de ſuo mādato,id eſt,ſi non fideliter iuxta acceptum à clientulo mandatum compareat,& reſpondeat,profectò iſtud comparere, perinde habendum eſt ac ſi omnino non comparuiſſet,adeo,vt ob talem indebitamq́ comparitionem is procurator poſſet puniri tanquam contumax & non comparens, vti notat Bart. ibi,Quod diligenter notandum,& memoriæ mandandum eſt. Plura item ad horum confirmationem allegat Iaſon in trita & vulgata l. Quotiens.ff.Qui ſatiſda,cogan.Quem per ocium & occaſionem ibidem conſulere ne pigeat.Vide etiam de his infra, Probatum , Tempus:& ſupra Dominus.

## Fieri obliquè.

Obliquè fieri,& directè fieri, paria ſunt.l.iij.§. In rem. ff.de in rem verſo.vbi dicitur,quòd nihil referat an per aliquem res in rem vertatatur directè , an eadem res vertatur in rem indirectè aut obliquè. veluti in rem domini directè verſum cenſebitur , ſi quis ſeruus acceptam à domino ſuo pecuniam impenderit in emendo triticum,veſtes , carnes aliáque cibaria in vſum familiæ domini ſui. Sic quoque in rem domini ſui conuerſum cenſebitur , ſi quis filio familias in ſtudiis mutuaſſet pecuniam pro emendis libris , veſtibus , aliíſque neceſſariis , licet id indirectè impenſum videatur. Imò hæc paritas eſt tanta,vt is qui ſic filio familias pecuniam mutuaſſet , patri actionem intendere poſſet de re in rem ipſius familiæ verſa. Verum hæc ſanè quoque omnia intelligenda ſunt,ſcilicet de impenſis neceſſariis, & honeſtis,non autem de impenſis ad luxum aut pompam: niſi eadē facta quoque eſſent ex mandato domini,aut patris,vel certè cum ipſorum amborum conſenſu.

## Fieri relatiue ad tempus permiſſum.

Aliquid fieri tempore permiſſo,& aliquid fieri tempore prohibito,ſed conferri in tempus permiſſum,paria ſunt.c.finali.& ibi Panor. nu.20.extra.de feriis.vbi abundè ſatis videre licebit, quo modo præfatum thema intelligatur.

## Fieri ſtatim quando dicatur.

Aliqua fieri ſtatim,& eadem fieri intra duos mēſes,paria ſunt.quia non eſt ius præſcriptum tempore:teſte D.Ioanne de ſancto Georgio, vulgo Præpoſito,in c.Accepiſti.num.3. extra de frigid. & malefic. Et idem notabat ex hoc Abbas,quòd emphyteota,qui per biēnium canonem non ſoluit poſt illos duos menſes, poteſt ſibi conſulere,& ſoluere.Et quamuis glo.in c. Potuit. extra de loca.cenſeat quod tempus ſit arbitrarium,eſt tamen dicta opinio communis,ſecundum Card.in d.c.Accepiſti.per dicta in c.Potuit.vbi etiam dicitur,quòd paria ſunt, Si vxor ab initio ſtatim allegat frigiditatem mariti , & ſi eam allegat intra duos menſes.Sed hoc loco notandum eſt , quod iſta æquiparatio vel paritas non ſit vniuerſalis, ſed particularis , & tantum in caſu iam dicto, vel in alio ſimili.Nam in aliis cauſis æquiparantur : ſtatim ſoluere, & intra decem dies ſoluere.l.promiſſor.ff.de conſtit.pec.Et in quibuſdam cauſis modicum ſpacium æquiparatur tempori præſenti, l.Si debitori.ff.de iudic.Et hæc conſideranda ſunt ſecundum qualitatem cauſæ,temporum,rei,vel perſonarum.

## Fieri ſtatim poſt actum.

Fieri in actu,vel poſt actum:vide titulum, Incontinenter.Item vide titulum,infra,Mandatum.

## Fieri ante.& poſt litem conteſtatam.

Aliquid fieri ante litem conteſtatam , & fieri incontinenter poſt litem conteſtatam,iu iure paria ſunt gloſſa,in verbo, conteſtationem & l. Pomponius.§.Ratihabitionis.de procurat.Et dicitur aliquid fieri ante litiſconteſtationem,ſi idem incontinenter fiat poſt litiſconteſtationem.l.petens.C.de pact.Et l.Modeſtinus.ff.de ſolut.& libera. Et gloſſa in l.ij.ff.de iurament cælum.Et in gloſſa in l.j.C. de oper. liberto.Et gloſſa in verbo, incontinenti. in l.vltima. ff. de liber.cau. Verbi gratia:Si emendatio libelli ſtatim & incontinenter poſt litem conteſtatam fiat,ea habetur talis ac ſi fuiſſet facta ante litem conteſtatam, & in iure æqualiter admittitur & recipitur, vti tenet Angel. de Peruſio,& Alexand,poſt eum in l.Edita.C.de edendo.Ea enim quæ incontinenter fiunt,& adeſſe,& iam ineſſe videntur,l.Lecta.verb.dicebam. ff.ſi cert.pet.& potiſſimum in rebus,aut actionibus momentaneis et & tranſeuntibus.l.Thais.ff.de fidei.liberta.

## Fieri poſt factum.

Aliquid fieri ab initio,et aliquid fieri poſt factum: ſic tamen,vt ab initio præceſſerit aliquod pactum de faciendo, paria ſunt.l. Modeſtinus,et ibi Bartol.num. 2.ff.de ſolut.et liberat.qui ſic habet:Si poſt ſolutionem ſine vllo pacto , in omne quod ex cauſa tutelæ debebatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ ſunt,nihil per eam ceſſionem actum eſſet,quum nulla actio ſuperfuerit. Si verò ante ſolutionē hoc factum eſſet,vel ſi conueniſſent,vt mandarentur actiones,tunc ſolutio facta eſſet,quia conuentio et mandatum ſubſecuta ſunt,quæ mandatas actiones faciunt eſſe ſaluas,cum nouiſſimo quoque caſu preciū magis mandatarum actionum ſolutum,quàm actio , quæ fuerit perempta videatur.Et ſic intelligitur,quod dici ſolet:quòd præſcriptio in principali trahitur ad acceſſorium , quando illa inerat principali ab initio:ſecus ſi poſtea eadem interueniſſet, quando noua præſcriptione opus fuerat,vt habet Romanus ſingulari cccccl xxvij.Et Docto. ad l.qui fundum poſſidebat.§.j.ff.de vſucap. pro empto. Sed hæc etiam ad debitam cauſam trahenda,et in paritate rationis limitada ſic ſunt, vt ex his generalis theſis non conſtituatur : quia quamuis paria dicantur:Ab initio fieri,et poſtea fieri,et confirmari, ( quia ratihabitio retrotrahitur)ſi tamen ibi eiuſmodi pactum antecedat,quale iam meminimus,ea paritas locum habere non poterit.

## Fieri ſeruo.

Aliquid non fieri,et ſerò fieri,paria ſunt.l.ij.§.Si mulier. ff.de adulter.Vbi Vlpianus.Si ſimul eodem tempore ad accuſationem veniant maritus et pater mulieris,quæritur vter horū in ea accuſatione præferri debeat,et reſpondet ibidem quòd maritus in ea accuſatione præferendus ſit.Hunc enim propenſiore iure,et maiore cum dolore eam accuſationem proſecututum credendum eſt,quàm pater : adeo vt etiam ſi pater maritum filiæ in accuſatione præueniſſet, et libellos inſcriptionum depoſuiſſet, mariti tamen accuſatio,licet tardius,et negligentius ſuccederet,haberetur potior:dummodo accuſationem pararet.et probationibus inſtaret atque immineret , vt facilius iudicibus de adulterio commiſſo probaret.Ex quo præuentionis,et negligentiæ reſponſo colligimus,quòd paria ſunt: Maritum ad accuſationem vxoris non concurrere cum patre,et concurrere quidem,ſed ſerius : ſcilicet quando pater excuſationem filiæ præmittit et generum accuſat,et horum probationibus ſtrenuè imminet,et interim ipſe maritus in ſua accuſatione negligenter agit,et omnia retardat, vti habetur in l.ij.ff.de cuſtod.et exhibit reorum.Vbi dicitur: Quòd ſi dominus , vel alius quiſpiam vellet defendere ſeruum de crimine capitali accuſatum,is deberet mox de eo ſeruo iudicio ſiſtendo ſatiſdare,alioqui coniiciendus eſſet in carcerem. Si ſeruus de crimine capitali accuſaretur,et ſuus dominus tunc abeſſet,vel ſi præſens adeſſet,ſed inſufficienter:nempe talis,qui propter inopiam ſatiſdare non poſſet,certè tunc ſeruus coniicitur in carcerem.Porro ſi poſtea dominus eundem ſeruum incarceratum optaret eximere ex carcere,et pro ipſo ſatiſdare,atque his modis quidem defendere, profectò in ea præſentatione dominus iſte audiendus eſt:et ſeruus ſub præſtita cautione relaxandus,et liberandus,ſi in hac ſatiſdatione non nimis diu tardauerit.Nam qui nimis diu eam ſatiſdationis oblationem offert,is pro nō offerente habebitur:quia non fieri, et ſerò,vel tardè fieri , paria ſunt. Et hoc potiſſimum quando ex ea tardatione iam incipit alterius oriri intereſſe,vt eſt textus in l.Si ita quis promiſerit decem. §. Seia. ff. de verbo obliga. Vbi ait reſponderi poſſe,ſi non multò poſt obtuliſſet, nec mulieris quicquam propter eam moram intereſſet,quòd tunc omnia ad iudicis cognitionem remittenda eſſent. Sic et in l. Non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita. dicente, quòd paria ſunt : Non redire ad militiam , et redire quidem , ſed ſerò , et poſt multum temporis. Et Vlpianus in l. Si tenetur. §. fin.ff.de priuile.credit. dixit paria eſſe : Aliquid non eſſe factum , et eſſe factum , ſed poſt longum

interuallum

interuallum,& l.iij.C.de excuſa.tuto.ſic notat Alberi.de Roſate, ad l. Si diuiſio.C.de diuiden.tutel.

## Fieri ex iuſſu.

Quod ex iuſſu vel ex mandato alterius fit,id per ſe,& proprio motu factum intelligitur,Ideòque quantum ad obligandum maleficientē hæc paria ſunt.Teſte Baldo,in l.j.§.Si præſes.ff.de magiſtra.conuenien. Vide etiam infrà,Ex mandato fieri.

## Fieri per negligentiam,

Quod per meam negligentiam fieri cognoſcitur. id tanquam ex mea voluntate fieri conuincitur. & hoc nomine paria cenſentur.l.Si pupillus.ff.de adminiſt.& pericu.tuto.& curato.Vbi paria ſunt:Si quis tutor re ac voluntate pupilli poſt pubertatem liberetur,& ſi idem tutor per negligentiam pupilli poſt pubertatem liberetur.Sic item dicimus,quod paria ſunt:Rem ſuam alienare vltro,& per negligentiam efficere,aut permittere,vt res ſua vſucapiatur aut præſcribatur.l.Alienationis.ff.de verb.ſigni.Sic & nullus fideiuſſor pro perſona principalis debitoris conueniri debet,quando is principalis debitor per negligentiam creditoris liberatus fuit:non ſecus,quam ſi idem debitor per puram ac liberam creditoris voluntatem liberatus fuiſſet.

## Fieri contra Prætorem.

Aliquid fieri Prætore vetante,& aliquid fieri aduerſus Prætoris edictum,paria ſunt.Teſte Philippo Decio,in regula,qui vetante.ff. de reg.iur.Ad idem facit l.Aduerſus.ff.de arbit.Vbi dicitur,quod aduerſus ſententiam arbitri fieri dicitur,ſi petatur,ab eo,à quo arbiter peti vetuit.Et ideo à maiori,perinde,imò grauius peccat,qui Prætore vetāte quid facit,atque is qui edictum,ſeu album Prætoris violat.l.Si quis id,quod.ff.de iuriſdict. omnium iudic. Et ſicut dicitur,quòd aliquis iudicem contemnat,qui aduerſus vocationem eius in iudicium facit, l.j.ij.& aliis.ff.Si quis in ius voc.non ierit.Quia in ipſa vocatione in ius Sic quoque,quia in ipſo edicto Prætor ipſe repræſentatur,ſi indubiè quid faciat,aut ſcienter contra ius faciat,profectò is videtur legiſlatorem contemnere,teſtibus gloſſa,& Doctoribus in c.Cum illorum.de ſenten.excommunica.Econtrario autem aliquid videtur fieri ſecundū legem & legitimè,quod fit iuridicè,aut Iudice vel Prætore mandante. Vnde dicit Iuriſconſultus:Quòd iuſtè poſſidet, qui Prætore authore poſſidet.l.Iuſtè.ff.de acqui.poſſeſ.Et ideo mandatum ſeu iuſſus iudicis ſemper excuſat.l.Furti.§.Qui iuſſu.ff.de his,qui not.infamia. & l.Non videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.

## Fieri difficulter.

Quod difficillimè fieri poteſt,id tanquam non poſſe fieri,cenſendū eſt.l.Nepos.ff.de verb.ſignifica.Iſtud idem quoque comprobatur cū eo,quod ſequitur infra loco ſecundo.Sed hoc loco interim notandū eſt,quod iſta paritas non ſemper,nec in omnibus locum habeat:Alia enim eſt ratio impoſſibilium, & alia difficilium,quia impoſſibilium nulla eſt obligatio,l.Non ſolum.ff.de actio.& obligat. & tamen de re difficilima fit obligatio,l.continuus.ff.de verbo obligatio.licet differatur aliquantulum exactio ex humanitate quæ fundatur ibidem, & l. quod dicimus.ff.de ſolut.Manet itaque hæc paritas intra terminos ſuæ paritatis & adæquiparationis,ſicuti refert Raphael Cumanus,in l.quid ergo.§.Si hæres.numero 2.ff.de legatis primo.vide ſuprà Facere difficulter,Eſſe impoſſibiliter.

## Fieri per ſtipulat.& litiſcont.

Aliqua fieri per ſtipulationem,& fieri per litiſconteſtationem,paria ſunt.l.Delegare.ff.de nouat.Vbi ait Vlpia.Delegare eſt vice ſua alium dare reum creditori,vel cui creditor iuſſerit.Fit autē iſthæc delegatio: vel per ſtipulationem,vel per litiſcōteſtationē.Et quia per ſtipulationē cōtrahimus,ideo quoque per litiſconteſtationē contrahere videmur, teſte Alberico de Roſate,in l.Solutionem.num.4.ff.de ſolut.& liberat.

## Fieri ſecundum verba.

Fieri ſecundum verba,& ſecundum ſententiam:in iure paria ſunt. Sic contra negatiuè,paria ſunt:Fieri contra verba, & fieri contra ſententiam, vel contra ſententiam tantum,vt habetur in l.Non dubium. C.de legib.Et idem confirmat Albericus de Roſate, in l.Nominis. §. Verbum ex legibus.ff.de verbo.ſignifica.

## Fieri poſſe,ſed indebitè.

Fieri non poſſe,& poſſe fieri,ſed non congruè,aut indignè, paria ſun.l.Nepos.ff.de verbor.ſignifica.Vbi dicitur:Si quis his verbis dotē promiſiſſet,Ego cùm potero in dotem tibi lego, aut promitto centū. Cum hoc dicto videtur tantùm promiſiſſe centum , ſi tantundem poſſet deducto ære alieno,& cùm ſalua dignitate ſua,id poſſet, quia non poſſe dotē præſtare.& poſſe,ſed non ſalua dignitate:paria ſunt. Cum quo etiam concordat textus in capitulo ſaciat,xj. quæſtion.j. Vbi dicitur,quod illud ſolummodo dicimur poſſe,quod commodè,& conuenienter poſſumus.Et ad hoc etiam pertinet,quod gloſſa ad l. primam.§.Si Præſes.ad verbum prodeſſe.dicit,quòd paria ſunt, Non dare:& malè.ſeu inconuenienter dare,vt l.ij.ff.Ad municipa. Atque hinc etiam diſputatum.fuit,an idem eſſet,aut in idem rediret:hic conditionem aliquam de facto adimpleuit,quam de iure adimplere non debuit,nec potuit,& conditionem non impleuit.Et videbatur quod non,quia non adimplere conditionem,& adimplere,ſed non debitè, nec congruè,paria videntur.Aliis verò contra videbatur,quòd ſic:idque probant per l.Meuius,in princip. ff.de conditio.& demonſtratio. l.Mulier.§.Si quis hæreditatem.& ibi Bat.ff.de condi.inſti.Sed ſoluitur hæc diſputatio per doctores ad l.j.ff.qui ſatiſda.cogan.& ad l.Cum auum.C.de inſtit.& ſubſtitu.Et per Raphaëlem Cumanum, in l.quid ergo.§.Si hæres,nume. 2.ff.de lega.j.Reliqua vide paulo antè,ſub themate,Fieri indebitè.

## Filius adoptiuus.

Filius adoptiuus æquiparatur filio naturali & legitimo ſimul.vt eſt textus,in §.In plurimis,Inſtitu.de adoptionibus. & l.penulti.C.eodē. titu.de adoptionibus.Quemadmodum enim filius naturalis tranſit in poteſtatem patris naturalis,ita & filius adoptiuus tranſit in poteſtatem patris adoptantis:Et quemadmodum filius legitimus ſuccedit ab inteſtato patri naturali & legitimo,ita & filius adoptiuus ſuccedit abinteſtato patri adoptanti.Præterea ſicut filius naturalis & legitimus in teſtamento præteritus,poſt teſtamentum patris(vt ita dicam)querelare de inofficioſo,ita etiam filius adoptiuus quantumuis non ſit verus,ſed ſolum fictitius filius adoptantis,teſtamentum querelare poteſt,ſi ſit in teſtamento præteritus,l.Gallus Aquilius. ff.de liber.præteri.vel exhæreda.

## Fiſcus,Eccleſia,Imperium.

Fiſcus in iure æquiparatur Eccleſiæ, & contra:ſi quidem iuridicas non theologicas ſpectemus rationes. vt habet gloſſa reputata ſingularis,& in leg. Si procurator.§. finali.in verbo,Soluto.ff. de iure fiſci. Idem notat I. Iaſon.In §.ex maleficiis.Inſtitutio.de actionibus. Quin & ipſa Eccleſia quodammodo gaudet,& vti iure imperij poteſt,teſte glo.in c.Auditis.in verbo,Iure minoris,extra de in integr.reſti. Quocirca omnia priuilegia attributa imperio,extendi quoque & attribui poſſunt ad Eccleſiam.ſecundum Panor.ibi circa finem,verſ. Secundo nota.Idem quoque aſſerit D.Ioan.Franciſ.Balbus.ibi,Quintò quæro. nu.5.in ſuo tractatu præſcriptionum. Item, quòd Eccleſia fungatur iure imperij id probatur in Authen.De non alienan.vel permutandis rebus Eccleſiæ.§.Sancimus.colla.ij.Sunt porrò quibus Eccleſiæ ratio ita commendatur,vt ipſam verum imperium eſſe dicant,imò imperio quouis ſuperiorem, & digniorem,c.Duo,& c.Si imperator.xcvj.diſtin. Atque hi ex eo dicunt tantam eſſe differētiam inter imperium,& noui teſtamenti ſacerdotium,quanta conſideratur inter ſolem,& lunam: Ideòque imperium quouis ipſo ſacerdotio longè eſſe indignius, & inferius.c.Solita.extra de maiori.& obedien.vt inquit gloſſa in verbo, Eccleſia.in d.capi.Auditis.Vide D.Bartho.Chaſſ.titu.*Des cenſes*.§.ij. in prin.nu.22.Vide ſuprà Eccleſia.

## Fiſcus,& Mulier.

Fiſcus & Mulier in plurimis iuris articulis,paribus paſſibus ambulant,præcipuè in tacitis hypothecis.l.ij.& ibi gl.in verbo,Ceſſat & ibi etiā Bar.Paul.de Caſtr.& alij Doct.C.de priuileg.fiſci. quæ ſemper ad hoc allegatur.Et l.Dotis tuæ.C.de iure doti.Et huc facit l. finalis.ff. ex quibus cauſ.maio.& l.iiij.ff.qui potio.in pigno.habean.

## Fiſcus,Pupillus,& Reſpub.

Fiſcus,Pupillus et Reſpublica,æquiparantur.Vide infrà,Reſpub.

## Forum.

Forum conſcientiæ,Forum æqui et boni, et tribunal veritatis,ſiue veræ iuſtitiæ, et non fictionis æquiparantur. ita vt in his nulli iuris apices.

apices locum habere debeant, Ad forum enim conſcientiæ, ad forum æqui & boni, & ad forum veritatis & iuſtitiæ omnes iurium regulæ ſeruire debent: non contra. Ita tenet Bald. in l. vnic. C. de confeſſ. Et idē Bal. in c. j. in tit. quæ ſint regaliæ. Et Iaſon. in Rubric. ff. de acqui. hæredi. in fine. Et Ioannes de Neuiza. in Sylua nuptiali, poſt principium.

## Fori alicuius eſſe.

Fori alicuius eſſe, & eſſe alicuius territorij, & legibus vel ſtatutis alicuius ſubiici, paria ſunt vt notat gloſſa, viij. diſtinct. c. quæ contra mores, & xij. diſtinct. c. Illud. Et notant Doctores in Rubrica de conſuetud. Et Ioan. Calder. in diſputat. incip. quidā Florentius, &c. Et Dominus Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſ. xlix. incip. Viſo, numeris 6. & 10. in tertio conſiliorum volumine. Vide etiam infrà, Territoriū,

## Furtum, Rapina.

Furtum rapina æquiparantut, quoad priuationem poſſeſſionis licet ſint in aliis diſſimilia. teſte D. Vldarico Zaſio, in l. Rem quæ nobis, nu. 8. & 9. ff. de acqui. vel amittent. poſſeſ. Pro re enim immmobili cō petit nobis poſſeſſorium recuperandæ, ſeu poſſeſſionis recuperandæ actio: ſed pro re mobili, furto vel rapina ablata, nulla nobis poſſeſſionis recuperandæ actio competit: ſeu (vt dici ſolet) nullum poſſeſſoriū recuperandæ nobis competit, lege prima §. Si fundus. Vbi hoc ex obliquo habetur. ff. de vi & vi arma. &c. De his plura, vide ſuperius ſub titulo, Capere pro furari.

## Furioſus, Mortuus

Furioſus & mortuus, ad ſubeundam iudicis ſententiam, à pari procedunt. vt dicit Bal. in l. Humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Et quia mortuus regulariter non debet ſuſpendi. l. Defuncto. ff. de pub. iudic. ergo pariter nec furioſus. Ad quæ facit vulgata & notabilis. Diuus. ff. de offic. Præſid. quandoquidem non debeat addi afflictio afflicto. l. Tam dementis. C. de Epiſco. audien. cap. Cùm percuſſio. vij. quæſtio. j. cum multis concordantiis allegatis, ad d. l. Diuus. Attamen in caſibus enormibus, in exemplum, & opprobrium aliorum, aliquādo cōtra mortuum fertur ſententia, & executio, vt ſimilia facinora cautius vitetur. Verùm ex praxi potius, quàm ex miti humanitate.

## Furioſus. Pupillus &c.

Furioſus vel mente captus, & Pupillus minor, vel Prodigus ad bonorum ſuorum liberam diſpoſitionem non habendam, æquiparantur Quia enim hi omnes rebus ſuis adeſſe, aut verius vtiliter ſufficere nō poſſunt: ob quòd in tutelam, & ad curationem conſtituuntur. meritò in non diſpoſitionem rerum ſuarum æquiparantur, vt eſt textus notabilis, in l. Fulcinius. §. Adeo, & ſequenti. & ibi Alexand. de Imo. Et D. Vldaricus Zaſius colligunt & notant. ff. Ex quibus cauſ. in poſſeſ. eatur Et eſt gloſſa ordinaria, in verbo Earundem rerum, in l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. Et gloſſa celebris: (maximè hoc tempore infeliciſſimo in verbo, Prodigalitatis in cap. Ex parte. de conſuetudine. Et textus & gloſſa in l. his, qui. §. Diuus. ff. de Tuto. & curato. dat. ab his concordat. cum his etiam gloſſa, in c. quia contingit, in verbo, Tutorum et curatorum, de religioſ. domibus. in Clemētinis, et l. fina. C. de curato. furioſ Quæ quidem gloſſa, ſanè intelligi debet, ſcilicet quantum ſpectat ad effectus iuris, et obligationis: vt habet textus nō aſpernandus, in l. qui neque. et ibi gloſſa, et Bal. ff. de rebus eorū, qui ſub tutel. vel cura ſunt. Et de hoc etiam eſt textus, in l. Properandum, ad finem. C. de iudic. Et l. j. C. de curat. furioſ. gloſſa in l. ij. C. eodem Et Panor. in c. Cum liceat. verſic. Secundò quæro, de præſcript. Ducta enim argumentatio ab vno, eadem facilè accommodabitur ad reliqua, vt ſi dixerimus, Nō valet bonorum immobilium alienatio per minores ſine iudicis decreto facta, l. Magis puto. §. Non paſſim. ff. de reb. eor. qui ſub tute. vel cura ſunt: ergo nec valere poteſt alienatio per furioſos, aut prodigos, ſine iudicis decreto facta, Quæ quidem conſequentia probatur, per argumentandi locum à ſimili, ſcilicet, quód furioſi et prodigi minoribus iure æquiparentur, legibus et præallegatis. et de ſimilibus idem eſt iudicandum. Poteſt quoque hoc illatum oſtendi verum, ex l. Is cui bonis. et ibi per Doctores. ff. de verbo. obli. Is enim (inquit Iulianus) cui bonis interdictum eſt, nec ad promittendum, nec ad tradendum ſeſe obligare poterit. Imo ne fideiuſſor quidem pro eo interuenire poterit ſicut nec pro furioſo. Plura ſi quis de hac re deſideret, videat eximios dominos Nicolaum Euerardi à Middelburgo, et Claudium Cantiunculam in ipſorum topicis, in loco à Minoribus ad furioſos. et mente captos. Videat etiam Ioannem Oldendorpium, de copia verb. ac rerū in iure ciuili, &c. eodem loco. De hac re etiam memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo, De tutorum & curatorum munere, capitulo ix numero tertio in poſtrema editione. Et idem confirmat D. Vldaricus zaſius in d. notabili, l. Fulcinius. §. Adeo. numeris 9. & 10. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur.

## Furioſi, Abſentes ignorantes. Infames.

Furioſi, Phrenetici, Abſentes, & Ignorantes, infames, & Minorennes in iure æquiparantur, maximè ad hoc, vt non admittantur ad teſtimonij fidem. Vel ſic, Furioſi & Phrenetici in teſtimonio ferēdo pro abſentibus & ignorantibus habentur, l. j. §. Si Furioſus. ff. de acqui. poſſeſ. et l. ij. §. Furioſus. ff. de iure codicillo. Et l. Nec codicillos. C. eo. ti. de codicillis. Vbi furioſus loco abſentis eſt. Idem ipſe memini in mea Praxi criminali recognita. capitulo xlix. Titulo, de plena probatione in materia criminali, nu. 15.

## Furioſus. Infans, Dormiens.

Furioſus et infans æquiparantur dormienti. Nam ſicut furioſus et infans non punirentur vlla pœna. ſi per naturalem furiam, aut per infantiam aliquem occiderent, l. Diuus. ff. de offic. præſid. et l. infans. ff. de ſicar. Sic etiam ſi dormiens interficiat aliquem, non tenebitur homicidij, vt habetur in Clementina j. et ibi Petr. de Anchar. de homici. quod tamen verum eſſe arbitror, ſi is dormiens præmonuiſſet, et in cubiculo exiſtentibus indicaſſet hoc ſuum naturale eſſe vitium: ſcilicet. quod haberet tale vitium quo noctè in ſomno ex lecto ſurgeret, per cubiculum diſcurreret, & gladiis dimicaturus quoſuis inuaderet: et ſi eoſdem in ſuo cubiculo præmonuiſſet, vt ſibi de hoc ſuo futuro vitio, et malo præcauerent. Si enim talis dormiens, talique vitio laborās id nō præmonuiſſet, nec aliis indicaſſet, & interim in ſuo furore aliquem inter dormiendum aut diſcurrendum occideret: profectò is de homicidio teneretur, & puniendus eſſet vt homicida: non quidem ob homicidium, ſed propter culpam, vt pulchrè Barto. in l. penultima. §. finali. ff. de parricid. qui exempli cauſa nominat quendam Piſanum, qui ſolitus fuit in ſomno de nocte, ex lecto ſurgere: ſeſe armare, atque ita armatus per ciuitatem cantando diſcurrere. Et citat D. Vdalric. Zaſ. in l. Poſſeſſio. §. Adipiſcimur, numeris 8. & 9. de acquiren. vel amittenda poſſeſſio. ſe quendam hominem nobilem nouiſſe qui de nocte ſurgebat, & ſeſe armabat, inſternebat equum, tanquam equitaturus, quod vbi vxor ipſius intellexit, adeo fuit exterrita et exanimata, vt hæc conſpiciens pauculos intra dies mortem obierit. Simile quoque exemplū et ipſe audiui ab hinc paucis annis contingiſſe Gandaui in Flandria. Vide reliqua ſupra, Dormiens.

## Futura ſtatim.

Iam iam futura, pro re ipſa præſenti habēda ſunt. Vide infrà ſub titulo, Proxima, et Sententia lata.

## Gratiæ papales.

Gratiæ papales ſiue reſcripta motu proprio conceſſa, et vltimæ voluntates æquiparnatur. Quia æqualem, et æquè fauorabilem ac pleniſſimam interpretationem accipiunt. cap. Si motu proprio. et c. Si pluribus. de præbend. libro vj. De quibus. D. Nicolaus Euerard. à Middelburgo, in ſuis locis legalibus, in loco, A diſpoſitione vltimarum voluntatum, ad reſcriptum motu proprio conceſſum. Et D. Claudius Cātiuncula, in eodem loco: Ab vltimis voluntatibus ad reſcriptum motu proprio cōceſſum. Hac autem ſimilitudine vtitur Papa in c. Authoritate. de conceſ. præbend. lib. vj. De his quoque vide ſupra ſub titulo, Beneficium, vel Beneficialis gratia.

## Habere debere.

Habere, et habere, debere ſunt paria. Vt notat Bart. in pulchra quæſtione, in l. pen. §. Cùm ita. ff. de aur. et argen. leg. Si enim quiſpiā teſtator legaſſet Ioanni omne argentum ſuum quod habuit, iſque teſtator prius commodaſſet Petro aliquot ſcutellas argenteas, aut pocula argentea, iſque teſtator interim moriatur ante dictum argentum ſibi redditum; idem hoc argentum, commodatum etiam. competit poſt mortem teſtatoris Ioanni legatario: quia quamuis hoc argentum nō fuerat in domo teſtetoris, vel quamuis teſtator idem argentum actu non habuit, idem tamen habere tenetur, quia hoc ipſum ſuum fuerat idque omnino habere debuit, lege, & loco, vt ante.

## Habere, & Habere poſſe.

Habere, et facilè habere poſſe, paria ſunt. Vt notat Angel. in quæſt. quam ponit in lege Item veniunt. §. Petitam. ff. de petit. hæredit, De hoc et in iam proximo.

Habere

## Habere non poſſe.

Rem iſtam habere non poteſt,& rem iſtam cum magna difficultate proſequitur,paria ſunt.Bald.in l.Mater tua, num.17. C.de rei vendica.l.Naturalem.ff.de acq.rerum domin. cum pluribus allegationib. ibi per eum allegatis.Rem autẽ cum difficultate aliquis proſequitur, quando eadem ex conſpectu euanuit:aut quando de impetranda ea re etiam ſi in conſpectu ſit,nihil ſpei eſt reliquum. Et contra, eam rem, habere,aut obtinere dicimus,quando eam facile conſequi poſſumus, & quando in eam perſequendo diligenter inſiſtimus.Ideóque ſi quiſpiam interuenerit qui eam rem quam perſequor,& quam facile obtinere potero,mihi præripiat,furtum committit, ob id quod rẽ meam quámque facile conſequi poteram præripuit: vt manifeſtè oſtenditur l.& §.ſuprà allegatis.Vide etiam ſuprà,Amittere conſpectum.

## Habere parum,nihil.

Habere nihil & admodum parum habere , paria ſunt. Socinus in ſuis conſiliis,conſil.xxx.num.3.lib.iiij.

## Habere maritum inutilem.

Non habere maritum,& habere maritum inutilem,paria ſunt.Vide infrà,titulum,Maritus.

## Hæres.

Hæredem eſſe , & hæredem facere , vel fieri, vel factum eſſe,paria ſunt.Ita ſuſtinet Raphael Cumanus,in l.In ſubſtitutione,num.3.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.

## Hæres indebitus.

Hic indebitus datur hæres,aut cohæres,& hic non datur hæres,aut coheres,paria ſunt.l.Cohæredi.§.fin.ff.de vulg.& pupilla.ſubſtitu.vbi dicitur,quòd ſicut qui certæ rei hæres inſtituitur.cohærede non dato, bonorum omnium hæreditatem obtinet:ita quoque cui cohæres datur,ſed non verus,nec legitimus.

## Hæres & liberi.

Sine liberis decedere,eſt ſine hærede decedere. Vide ṽ.Decedere.

## Hæreditatem adire.

Adiri hæreditatem per filium,patre inbente,& adiri hæreditatem per patrem filio conſentiente,paria ſunt.l.Filiofamilias, & ibi Bald. & Alex.C.de iure deliberan.

## Hæreditatem adire indebitè.

Adire hæreditatem indebitè vel incompetenter, & hæreditatem non adire,in iure ſunt paria.l.ij.& ibi Alex.Bald.Salicet. Fulgo. & alij ad hoc notant.C.de ſucceſſo.edict.l.fin.ff.de liber.& poſthum.Et l.Filius emancipatus.ff.de collat.dot.

## Hæreſis.

Crimen hæreſeos ſimile eſt crimini læſæ maieſtatis. Ad hoc, vt vtrunque poſſit poſt mortem accuſari.l. Manichæos, iuncta gloſſa in verbo ſubire.C.de hæretic.& Manichæ l.fin.in fin.C.ad l. Iuliam maieſta.Et Specula.lib.iiij.particu.iiij.De hæreticis.num.5.Cuius allegationes ibidem videre poteris.Ad hæc videte D. Vdalri. Zaſ.in ſuis reſponſis, ſiue conſiliis,j.lib. conſil.xxiij. quod hac tempeſtate eſt ſcitu pluſquam neceſſarium.

## Homicida.

De homicidis ad locum perfugij concurrentibus.Vide ſuperius ad caput,Capere pro apprehendere.

## Homines, Arborum folia.

Homines arborum foliis æquiparantur.Homerus in lib.Iliad.quale foliorum genus,tale & hominum:folia quidem fundit ventus humi:alia verò ſylua pullulans gignit, quãdo veris venit tempus,ſic hominum quidem genus,aliud quidem naſcitur,aliud autem moritur. Sopho. in Aiace furente,Vlyſſis verba:Vides inquit,nos nihil aliud eſſe præter ſimulachra quicunque viuimus,vel leuem vmbram. Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum,in gloſſa proœm.in verbo Derelictam.

## Honeſtum.

Honeſtum: neceſſarium,& poſſibile æquiparantur.l.in eadem, & l Necnon.§.fin.ff.Ex quibus cauſis maior. Et nouella de referendariis ſacri palatij,in principio Conſtitu. xj. Et Ioannes Oldendorp. in ſuis locis iuris communibus,ſub litera N.

## Honor.

Honor vitæ comparatur,& grauiſſima infamia, morti. l.Iuſta.iuncta gloſſa j.& l.Etiam.§.j.ff.de manu.vindic. Et l.Iſti quidem §.ſiua.ff. de eo quod met.cau.Has ob cauſas multi in religione Chriſtiana viri pij,glorioſam mortem infami vitæ prætulerunt,vitámque virtutibus, ac honeſtati poſthabuerunt, nempe confortati illo veriſſimo dicto, Sap.iiij.Quod gratia,et miſericordia Dei ſemper ſit in ſanctos eius,et reſpectus in electos ipſius:adeo vt,etiam ſi iuſtus morte præoccupatus fuerit,in refrigerio tamen conſtituatur.Atque hinc fit vt iuuentus celerius conſummata, condemnet longam vitam iniuſti. Et iuſtus mortuus condemnet vitam iniuſti viuentis: ſicuti ſerò tandem cum admiratione ipſi iniuſti quoque poſt mortem iuſtorum teſtabuntur, de bue ipſorum morte,& miſerando ( vt videbatur ) temporalis vitæ interitu dolenter exclamabunt,et dicent:Hi ſunt,quos aliquando habuimus in deriſum,et in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati,vitam illorum æſtimabamus inſaniam,et finem illorum ſine honore,ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei,et inter ſanctos ſors illorum eſt.Sic et Eleazarus nonagenarius maluit glorioſam eligere mortem, quàm contra conſcientiam, contráque legem diuinam aliquid illicitum committere.ij.Machab.vj.vide et infra,perſona.

## Hoſpitalia.

Hoſpitalia in iure priuilegiorum , paria cum iuribus Eccleſiarum ſunt:vti ſignanter notat in xix.caſibus D.Felin.in cap.de quarta.extra de præſcriptionib. quem breuitatis cauſa per ocium ibidem videre poteritis.Eandem quoque paritatem confirmat D.Nicolaus Euerar. à Middelburgo, in locis legalibus, loco, ab Eccleſia ad pia loca Sunt nihilominus Hoſpitalia quædam non conſecrata , nempe ſecularia prorſus,& nequaquam religioſa vocata.In his Epiſcopus nullum ius habet,ſicut in religioſis hoſpitalibus,neque eadem Eccleſiaſticis priuilegiis gaudent,nec in iis miſſæ ex priuilegij conſuetudine celebrari,aut alia ſacra tractari poſſunt, niſi cum conſenſu Epiſcopi, nempe quòd loca ſint planè prophana,vt aliæ domus ſeculares.

## Hoſpitalarij.

Hoſpitalarij ſimiles ſunt tutorib.& curatoribus, tam in bonis hoſpitalium,quàm in bonis hoſpitantiũ. vide inferius, Orphanatrophi.

## Hoſtes.

Hoſtes fidei, æquiparantur piratis.Sicut enim piratæ paſſim per maria volitant, vt incautos mercatores ( qui reipublicæ commodis proſunt) opprimant & ſpolient:ſic & hoſtes fidei noſtræ (quales ſunt Turcæ,veri hæretici,& quiuis alij à fide alieni ) qui noſtræ orthodoxorum ſaluti per inſtinctum Satanæ & Antichriſti , & per infideles Principes inſidiantur , noſtrámque fidem & veritatem Euangelicam variis opinionibus,diſſidiis,bellis,& tormentorum tandem machinis oppugnant,vt fideles quoſque à ſalutari fide,& æterna ſalute priuent, quod quotannis per Turcarum incurſiones, & per non ſanè fideles Principes licet cernere. Atque ideo ab his fidei hoſtibus non ſecùs, quàm à violentis piratis vnicuique cauendũ eſſe cenſeo,vt vel clam, vel violenter ipſorum potentiam liberi effugiãt.Atque de his eſt textus in auth.Nauigia. C.de furt.ibi,niſi talia ſint nauigia quæ piraticã exercent prauitatem,ſiue nobis,ſiue Chriſtiano nomini inimica.Nam cum piratæ contra legem faciant,legis auxilio vti non debent.l.auxilium.in fine.ff.de minorib.xxv.annis.ca.Bonæ memoriæ.j.cum gloſſa. ſuper verbo,Exceptiones extra de elect.cap.an ſit deferendum. Et c. conſtitutis.extra de appellat.& c.de viro.xij. q.ij.idem annotauit Bald. in d.auth. Nauigia.differunt tamen in hoc , quòd piratæ vbique & à quibuſuis reprædari,capi,viribúſq; ſuis & minui, & prorſus exui poſſint.imò & capitaliter puniri debeant,quia ſunt ipſo iure vt hoſtes patriæ paſſim condẽnati,& vt loquuntur defidati,hoc eſt ab omni bona fide alieni & reiecti,vt habet authent.Caſſa.C.de ſacroſanc.Eccleſ. & idem notatur in c.j.de mili. vaſal.qui contu.eſt,in x.collat.& in tit. Hic finitur lex Conradi domino guerram faciẽte,collat.x.idem etiam poſt Bald.notauit Iaſon.in §.rurſus.Inſtit.de actionib. num.46.hoſtes verò fidei,ſi ſint exteri,non ſic vbilibet locorũ capi & puniri debent, quia non omnib.territoriis ſubſunt,nec ad quaſuis nationes ſpectant,

neque

neque omnium Principum edictis parere coguntur. Verum enimuero, ſi hi exteri noſtræque Euangelicæ fidei hoſtes noſtros fines inuaderent, noſtramque rempublicam nefariè turbarent, profectò vt ſeditioſi, & reipublicæ perturbatores capi & puniri tunc poſſent. Quin & hæreticos ſeditioſos (qui etiam ſunt hoſtes fidei) non autem quietos, tacentes & modeſtos Iuſtinianus puniri voluit, nec quidem ab omnibus morte, ſed tantum à magiſtratu: Modeſtos enim tolerandos cenſuit, & in hoc deceptus eſt quia non ſunt tolerandi. Seditioſos verò non tam ob religionem, quàm ob ſeditionem & reipublicæ turbationem plectendos eſſe ſtatuit. Creſcẽtibus autem hæreſibus aliud Carolus Quintus fœlicis memoriæ Imperator pro temporis exigentia (& bene) ſtatuit, edicto anni 1550. dato Bruxellæ xxix. Aprilis, quo quidem edicto rigoroſiorem legem dedit, qua etiam hæreticos reſipiſcentes ac pœnitentes plectendos eſſe morte naturali, tam viros, quàm mulieres ſeu fœminas edixit. Viros quidem gladio, fœminas autem puteo cenſuit. Et ſi textus nullus ſit, nec iuris canonici, nec ciuilis, nec ex probatis ſcriptoribus Doctor vllus, qui his qui ſponte & in tempore reuertuntur & reconciliati ſunt, pœnam mortis imponat teſte etiam D. Vdalr. Zaſ. in ſuo conſi. xxiij. libri primi. Illud tamen ſubiungere volui, quod tandiu in pace ac tranquilitate viximus, quandiu Iuſtitiarij & Officiarij harum regionum illud edictum adamuſſim obſeruarunt, & poſtquàm conniuere inceperũt, in infœlicia hæc tempora incidimus. quod quidem edictum tenebantur & obligabantur obſeruare æquè bene atque edicta Iuſtiniani Imperatoris. C. de hæret. & manichæ. vſque ad edicta Caroli quinti Imperatoris. Lex enim ſemper loquitur Bart. in l. Arriani. C. de hæret. & Manich. & ſchiſma. pro quo facit textus in c. cum Marthæ, in ver. Moſaica lex clamat. de celeb. miſſar. quemadmodum enim leges & edicta, edita fuerunt per Iuſtinianum Imperatorem, cum maturo conſilio ac deliberatione, ita & edicta Caroli Quinti Imperatoris: quare etiam exactè obſeruanda ſunt, & erunt, donec maturo conſilio ac deliberatione reuocata fuerint. Nec inferiorum iudicum eſt diſputare aut in dubium reuocare, num iſtiuſmodi edicta valida ſint, necne; ſed ſecundum ea ſine aliqua difficultate aut ſcrupulo duntaxat iudicare, & ſententiam executioni mandare. Nihilominus interim & Iaſon, & Barto. de hac materia hanc ſimilem mouent quæſtionem. Si ciuitas imperij reſiſtat officiali Imperatoris, an per hoc dicatur illa ciuitas eſſe hoſtis imperij, ita vt ei bellum indici poſſit? Et reſpondet Bart. in l. hoſtes. num. 13. 14. 15. verſic. circa prædicta quæro. cum hac diſtinctione ſcilicet, Si ciuitas officiali reſiſtat, vt ipſi perſonæ officiali, vel propter ipſum officialem, non propter Principem vel Imperatorem, tunc ob eam rebellionem illi ciuitati ſic in priuata cauſa rebellanti bellum indici non debet. Si verò ciuitas Imperatoris officiali rebellet vti Principis officiali: nempe in ſuo officio, & propter Principem, tunc ea ciuitas cenſenda eſt eſſe hoſtis imperij, & ipſi ab Imperatore bellum indici poterit, vt habet Bart. in l. & loco iam allegatis, & in l. qui à latronib. in principio. ff. de teſtamen.

## Ignorans.

Ignorans quantum ad culpam comparandus eſt cum infante. Et contra Neuter enim in dolo, aut culpa haberi debet. c. inebriauerunt cum gloſſa xxv. q. j. & c. vnum orarium. §. criminis appellatio. xxv. diſt.

## Immatriculatus.

Iam immatriculatus, & ſtatim immatriculandus, paria ſunt. Vel ſtatim immatriculandus cenſetur pro iam immatriculato Hinc ait Ang. in l. ex cod. ff. de milit. teſtamen. quod ſtatutum puniens offendentem ſcholarem immatriculatum, etiam locum habeat in offendente ſcholarem ſtatim immatriculandum, quem ſcilicet iuſſit rector immatriculari, licet nondum ſit immatriculatus: quia proximè immatriculandus habetur pro immatriculato. quod etiam voluiſſe apparet Iacob. Butr. in l. ſi quis id, quod §. cùm proponitur. Cuius ſententiam etiam ſequitur Alex. in principio eius legis. ff. de iuriſd. omnium iudic. Quin & horum ſententias approbat etiam Iaſ. in l. admonendi. ff. de iureiurand. ad idem facit quod notat Angel. in l. item veniunt. §. præter hæc. Et per textum ibi & gloſſam in verbo, Conſules. ff. de petit. hæred. quòd qui deſtinatus eſt ad magiſtratum, vt illum proximè ineat, iam & iniuiſſe videtur, ipſiuſque nomine appellatur. Huic multò propius accedit quod ait Salicet. in l. cùm te. in fin. C. de dona. ante nupt. quod mulier pro coniuncta & carnaliter copulata à viro habetur, quæ de proximo eſt copulanda, quòd dictum ſequitur Alexand. in ſuis conſiliis, conſilio cxxix. incip. Super, verſic. Iſtis ſic præmiſſis. lib. vij. & pro ſingulari refert Felin. in cap. Tertio loco. verſic. & retẽta, De præſump. & in Rub. de ſponſalib. & Hippol. de Marſil. in l. j. ff. de ſicar. & ſingulari cvj. incip. qui de proximo. & D. Andr. Tiraq. de legib. connubialib. & iure maritali xv. lege, numeris 15. 16. 17. & ſequentibus, vbi ad prædicta multa adducit, quem per ocium ibidem videre licebit.

## Impedimentum ſolutionis.

Debitor impeditur ſoluere facto vel aduerſarij, vel iudicis, quoad morã: & debitor impeditur ſoluere facto aduerſarij vel iudicis, quoad pœnam euitandam, paria ſunt. l. arbiter calendis. & l. fin. C. de recept. arbit. & D. Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſilio cl. num. 16. incip. Satis clarum, in ſuo primo volumine conſiliorum.

## Imperium, Eccleſia.

Imperio quomodo Eccleſiaſticum ſacerdotium comparetur. Vide ſupra, Fiſcus.

## Impoſſibilia.

Impoſſibilitas naturæ, & impoſſibilitas iuris, æquiparantur. l. vltim. ff. quæ ſenten. ſine appellat. reſcind. Vbi Paulus reſpondet, impoſſibile præceptum iudicis, nullius eſſe momenti. Item reſpondet, quòd ab ea ſententia cui parere per rerum naturam nemo poterit, ſine cauſa appellari non debeat, ob id quod talis ſententia impletu impoſſibilis neminem liget, & ibi gloſſa finalis citat l. filius & l. conditiones quæ egregiè idem tenent, de condit. inſtituend. Ad hunc quoque modum paria cenſenda ſunt. Non poſſe, & inhoneſtè poſſe. Quæ enim inhoneſta ſunt, etiam ſi poſſet, tamen propter decorum, & honeſti debitam rationem, ea ſe omnino nõ poſſe dicet vir probus, teſte Cicerone lib. j. offic. de his vide etiam titulum, Difficile.

## Incantatrix.

Incantatrix & Venefica, pares ſunt, vide ſupra Amatorius, & infra Venefica.

## Incontinenter.

Fieri in actu, & fieri incontinenter poſt actum, paria ſunt. Secundum gloſſam in l. Pomponius. in §. Rati. ff. de procurat. quam dixit ſingularem Ioan. de Imola. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appellat. & in l. ij. in §. prius. ff. de vulg. & pupill. ſubſti. cuius quidem gloſſæ etiam meminit D. Hippol. de Marſiliis, in l. j. in §. diuus Antonius. ff. de quæſtionibus. Et idem dixit gloſſa in l. ij. in verb. numerationem. C. de iuramento calum. nec diſſimile dixit Spec. in tit. de ſatiſda: in §. viſo. in verſiculo debent autem præſtari, &c. Et Innoc. in c. paſtoralis. De except. ideóque ait Bar. in l. ſi quis mihi bona, in §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. quod quamuis auctoritas curatoris, in actu pupilli debeat interuenire ante ipſum actum, vt habetur in l. obligari. in §. tutor. ff. de auctorita. tuto. tamen ſufficit ſi illico, et incontinenter poſt actum interueniat, Et idem voluit gloſſa in §. tutor. in verbo poſt tempus. Inſtit. de aucto. tuto. et gloſſa. et Bart. in d. l. obligari. in §. tutor, His etiam ſeruit notabile verbum Baldi. in l. fin. ff. de feriis. Vbi ait, quòd poſt terminum peremptorium, datum ad probandum, admittitur nihilominus ad probandum, qui incontinenter probare, et ſuam moram purgare offert, ſiue eam probationem per inſtrumenta, ſiue per teſtes exhibere præſentet. Quod quidem dictum, cum pluribus aliis ad hanc materiam facientibus, refert et ſequitur Iaſon in l. edita. nu. 29. C. de edendo, quem vide. Vide etiam D. Hippolitum de Marſiliis, in ſuis conſiliis criminalibus, conſilio cxxxvij. incip. Inſpecto tenore inquiſitionis. numeris 32. 33. 34. cum ibidem ſequentibus numeris.

## Inconueniens.

Inconueniens aliquid eſſe in principio, et eſſe conueniens, ſic tamen vt ad inconueniens mox redigendum fuerit, paria ſunt. Teſte Baldo in l. j. In teſtamento. num. 15. C. de teſtament. militar. allegante ibidem Gulielm. de Cuneo, quem ibi conſule.

## Indebitè.

Indebitè facere, factum eſſe, fieri &c. Vide ſupra hiſce ſuis locis.

## Infamia.

Grauiſſima infamia morti, et honor vitæ comparantur. l. iuſta iuncta ibi gloſſa prima, in verbo Infamiæ ve, et l. etiam. §. j. ff. de manu. vendic. et l. iſti quidem. §. fin. ff. de eo quod mer. cauſ. Exempla ſacra huc repete ex titulo paulò ante habito, Honor.

## Infans.

Infans, et ignorans. Vide ante, Ignorans.

## Infans, pupillus, abſens.

Infans pupillus, & abſens æquiparãtur. Bald. in l. ſancimus. in principio. C. ad Vrebel. S. C. quæ paritas intelligenda eſt quantum ad reſtitutionem, quæ quidem reſtitutio ex Trebelliano fieri debet ſoli tutori infantis, vel curatori abſentis, vel curatori furioſi. Et tunc is reſtituens re & verbo conſequitur pleniſſimam liberationem ſuæ tutelæ, vel curatelæ, & ſic reſtituens nomine pupilli, vel furioſi totã hæreditatem ex Trebelliano reſtituit, quòd Bald. ait notandum eſſe.

## Inhabilis.

Inhabilis & nullus æquiparãtur, l. j. §. pen. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nomine, Ita quoque tenet D. And. Tiraq. de legib. connubialib. & iure maritali, gloſſa. vj. ibi. *de ſon mary*. num. 61. Vbi dicit, Maritum habere inhabilem, & maritum habere nullum. prorſus eſſe paria.

## Inhoneſtè poſſe.

Inhoneſtè poſſe, eſt non poſſe, Vide paulò antè, Impoſſibilia.

## Iniuſtitia manifeſta.

Iniuſtitia manifeſta par eſt cum iuſtitia nulla. Secundum plenè notata in c. j. & in c. Inter cæteras. extra de ſenten. & re iudica. Et ibi Panor. Feli. aliique Canoniſtæ nequaquam incelebres.

## Inſtrumentum.

Inſtrumentum liquidum eſſe, & breui liquidandum, paria ſunt. Capicius deciſ. Neapol. xlviij. nu. 2.

## Inſtrumentum ſine data.

Annos Domini non eſſe in inſtrumẽto, & eſſe, ſed ita obſcurè. vt intelligi nõ poſſit, paria ſunt. Ita ſuſtinet D. Alex. de Imola in ſuis cõſiliis, conſilio xc. nume. 1. libr. vj. allegans. l. iij. ff. de his quæ pro non ſcript. haben. et l. j. in verſic. conſtitutiones verò, Cod. de emendatione Iuſti. codicis. et l. quicquid aſtringendæ. ſecundum vnam lecturã, Et idem notat ibidem Bartolus, ff. de verbõrũ obligatione. Et Speculat. in titulo. De inſtrumentorum editione. §. oſtenſo. verſi. quid ſi abbreuiatura. quem ibi videre licebit.

## Inſtrumentum, teſtes.

Inſtrumenta et teſtes in iure, parem vim ſeu efficaciam obtinent l. in exercendis. C. de fide inſtrument. Vbi Imperator Conſtantinus, eleganter ſuccinctè his verbis ait: in excercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium Et ibi Paulus de Caſtro. Et D. Ioan. Monachi in ſuo defenſorio iuris. Cõcordat cum his gloſſa in cap. cum à nobis. ſuper verbo, teſtimonia, extra de teſtibus. circa principium. Si quis plura huius materiæ deſideret, is videat tractata doctorum tam legum quàm canonum. in c. cum Ioannes. extra de fid. inſtrumen.

## Intereſſe.

Intereſſe, ſiue damnum paſſum, vel quanti res eſt. paria ſunt. Quia iſta verba, quanti ea res eſt, aut valeat, ſignificant veram rei æſtimationem, ac ptecium, aut communem valorem. et per conſequens commune intereſſe. Ita ſuſtinuit D. Vdalricus Zaſius in l. vnica, in §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicenti nõ obtẽpe. nu. 10. alios vos ipſi videte.

## Intruſus.

Intruſus in beneficium, et poſſidens beneficiũ, quo canonicè priuandus, vel effectu priuatus eſt, paria ſunt. cap. cum dilectus. de purga. canon. D. Bartholomeus à Chaſſaneo in ſuis conſiliis, conſilio xx. numero trigeſimnono.

## Inuentu difficile.

Res inuentu difficilis, res nulla, cenſetur. Vide infra, Res.

## Inundatum, & perditum.

Inundatum aliquid eſſe, et aliquid ab hoſtibus captum ſeu occupatum eſſe, paria eſſe dicit D. Albericus, de Roſate. Qui ſe tuetur argumento. l. cum vnus. §. ſi propter naturam numer. 1. de bon. auctori. iudic. poſſiden. Nam ſicut illud reuera dicimus eſſe deperditũ, quod inundatum eſt. l. iiſ. §. Labeo. ff. de acquir. poſſeſ. & l. interdum. §. 1. l. quæ vniuerſas, §. Item quod à mari, eod. tit. ſic & illud quoque quod ab hoſtibus occupatum eſt, dicitur eſſe deperditum: ob id quod hoc in poſſeſſione noſtra eſſe deſiiit. vnde & ſatis patere dicit, quod ſi horũ alterum aliquando eueniat, tunc ea res dicitur emphyteotica ſeu emphyteutica, id eſt perpetuaria, & quaſi poſſeſſoriè inſita, ſcilicet, quod ea quæ aut ab hoſtibus ſunt occupata, aut quæ à mari ſunt inũdata, cenſeantur à primo poſſeſſore eſſe alienata.. Et ideo huiuſmodi deperdita à penſionis præſtatione iure ſunt libera, quia per eos & ſimiles caſus res deperditæ eſſe, & non poſſideri dicuntur l. j. C. de iure emphyteuti. vti is Alberic. loco vt ſupra pleniſſimè diſputauit.

## Inutilis, Inidoneus.

Inutilis Prælatus, vel rector, &c Vide infrà, Rector, Maritus, & ſupra, cautum eſſe vitioſe, Comparere inſufficienter, &c.

## Iudex impertinens.

Non iudicem eſſe, & eſſe iudicem, non in cauſa de qua agitur, paria ſunt. l. inteſtato ff. de legit. tutorib. & l. j. C. ſi à non compet. iudic. argumento. l. ſi duo, ff. de adminiſtra. tutel. & ſicut primo caſu nihil efficaciter agitur: ita nec ſecundo, argumento d. l. inteſtato. ff. de legi. tutel. l. loci. §. competit. ff. de ſeruit. vendic. de quo plura allegat D. Ioann. Monachi. Card. in cap. ea quæ. nume. 1. de regul. iur. in vj. In cap. priui legium. num. 7. de verbo. ſignifica. lib. ſexto. vbi dicit idem eſſe non habere aliquid ſimpliciter: & habere, ſed non ad id de quo agitur. Quod confirmat Philipp. Probus in additione ad Ioan. Monachi ca. ſi tibi. nume. 23. de præben. & digni. lib. vj.

## Iudicatum malè.

Non eſſe iudicatum, & nulliter vel perperam eſſe iudicatum, paria ſunt. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. & ibi gloſſa in verbo, cõdemnatum, ff. de re iudica. & ibi gloſſa in verbo, condemnatus fit. Ad hæc faciunt multa ſimilia allegata per Andræam de Yſernia. in c. primo. §. præterea. & quæ ibi dixit D. Matthæus de Afflictis, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Et idem ponit D. Matthæus de Afflictis, in ſuis deciſionibus Neapolitanis, deciſione clxxxij. nu. 4.

## Iudicia

Iudicia & arbitria in multis ſunt ſimilia. l. prima. ff. de recept. arbit. Vbi Paulus, Compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur ad finiendas lites pertinet. Et ideo regulariter bonum eſt argumentum de iudiciis ad arbitria. Plura videre poteritis ad caput ſiue thema, Arbitria Et in Praxi noſtra ciuili capite ccij. de cadendo in ſubmiſſione, & arbitria.

## Iudicium.

Iudicium Officialis, & iudicium Epiſcopi eiuſdem ſunt effectus. Quia vtrobique idem eſt cõſiſtorium, ſcilicet Epiſcopi & conſiſtorium ipſius Officialis, Atque hæc eſt cauſa cur non appelletur ab Officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum. cap. ij. de conſuetudine lib. vj. vbi reprobatur conſuetudo, qua ab Officiali Epiſcopi, ad ipſum Epiſcopum apppellari conſueuit, nempe quod ſic ab eodem ad ſeipſum appelletur. Nam quum ſit idem auditorium vtriuſque ea appellatio interpoſita videtur habenda nulla. Sed ſi quis ab officiali appellare voluerit, is ad Archiepiſcopum appellet oportet. c. Romana. in principio de appella. lib. vj. Nihilominus quanquam hoc loco dixerim par eſſe Cõſiſtorium Officialis, & Conſiſtorium Epiſcopi, non habet tamen hæc paritas locum in omnibus generaliter, teſte c. Si contra vnum. §. vltimo de offi. delega, & c. ij. & iij. de offic. vica. lib. vj. vnde Epiſcopus prohibere poteſt officiali ne iudicet: non autem contra Officialis prohibere non poteſt, vt Epiſcopus non iudicet, vt habet gloſſa in d. c. Romana. ad verbum idem Præterea, quòd hic dicitur de officiali, id non intelligendum eſt de officiali vniuerſali, aut de foraneo, vel delegato: ſed tantum de officiali ordinario, ſecundum Petrum de Anchara & Philipp. Francum in dict. cap. Romana, quia ab officialibus vicariis immediatè appellandum eſt ad eos, quorum ſunt vicarij, vt habetur in clementina, Et ſi principalis, & ibi doctores, de reſcript. l. præcipuus C. de appelat. & ibidem gloſſ. verbo. videatur. Idem enim auditorium eſt (vt dixi) vtriuſque, ſcilicet & Officialis, & Epiſcopi. Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, nempe de officiali generali, vel ordinario, et non de officiali delegato. quia ſi ab Epiſcopo delegatus eſſet quiſpiam officialis ad cauſam ſpecialem, tunc ad ipſum Epiſcopum appellari poſſet. c. ſuper quæſtionum, de officio delegati. et c. dilecti. de appellat.

## Iurare per Deum.

Iurare per Deum, & iurare per Principem, aut per ſalutem Principis in quibuſdam cauſis, mundus cenſet eſſe paria. l. ſi quis maior annis. & ibi Bart. Paul. & communiter Doctores. C. de tranſa. Et l. ſi duo. §. finali. & ibi gl. & Bart. ff. de iureiurand, Sed hæc in foro aulico (vt dixi) & mundano potius, quàm conſcientia intelligenda ſunt eſſe ſimilia: tametſi in veteri lege varia fuerant Iudæis in vſu iuramenta, huic iuramento per Principem, nõ admodum diſſimilia, quæ tamen Chriſtus non approbat, ſed confutat Matth. v, Iurabant enim per cœlum, per terram, per caput, per Hieroſolymam &c. Matt. v. Ioſeph. item fratribus ſuis iurabat per ſalutem Pharaonis, & auctorem & conſeruatorem. Iurabant & Iudæi per templum, & per altare templi, quę ipſi leuia & nihil eſſe putabant. Iurabant item per aurum templi, & per donum altaris, quæ grandia piacula ducebant ſi non ſeruaretur, Sed horum ſuperſtitionem acriter redarguit Chriſtus. Matth. xxiij.

## Iuramentum, & fides,

Iuramentum & fides, in iure ſunt paria. Vti habetur in cap. ad aures. extra de his quæ vi met. cauſſa fiunt. Quemadmodum enim vnum ſeruandum eſt, ita & ſeruãdum eſt alterum, ſi quidem id ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poterit, vt habetur in c. cum dilectus. extra eo. de his quæ vi met. cauſſa fiunt. Et ca, ſi verò extra de iureiurand. vbi latè Doctores. Et horum ratio eſt, quia quod in æquiparatis legum ſtatuitur in vno, id cenſetur ſtatui & in altero, vt habent gl. & Doct. in l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit. C. de furt. Et l. quod vero cõtra. ff. de legib. de iſtis nequaquam inutile erit videre additiones apud Philipp. Decium ſuper regula, & l. ea eſt natura. ff. de regu. iur.

## Iuramentum, & Sententia.

Iuramentum & Sententia paribus paſſibus ambulant. Vide infra, ſub capita, Sententia.

## Inuadere.

Inuadere aliquem in domo, & in domus veſtibulo, & petere aliquem gladio in domo & pro foribus, in crimine ſunt paria. Declarẽtur hæc per exempla, quo melius intelligantur. Si edicto publico conſtitutum eſſet, vt quiſquis aliquem inuaderet in domo ſua is duplo puniretur & ſi me quiſquam tunc aſſiliret in domus meæ veſtibulo, ſeu in porticu domus meæ, is certè me ſic aſſiliens eiuſdem mulctæ ſtatim reus fieret, quod veſtibulum, ſeu porticus pars domus meæ habeatur. cap. ſi quis contumax, xvij. q. iiij. & Bartolus Baldus & Doctores, in l. cætera. §. hoc Senatus, ij. ff. de legat. j. argumento. l. qui ædes. in fin. ff. de incend. rui. naufrag. Neque etiam hoc in facto vlla eſt facienda diſtinctio, an domus hæc conductitia, an gratis data, ſeu conceſſa, an emptione vel hæreditate mihi propria. Huic ſeruiunt. l. lex Cornelia. §. domum, & ibi ſcribentes. ff. de iniuriis, l. j. §. j. ff. de liber. agnoſcend. & l. j. §. Habitare. ff. de his qui deiece. vel effud. & Bart. in l. qui domum. Et in l. nec in ea, ff. ad l. Iuliam de adulter. Item Bartol. Alberi. Bal. Pau. de Caſt. Iaſon et reliqui in vulgata l. plerique. ff. de in ius vocan. dicũt Si etiam ſtatutis ordinatum eſſet, vt qui alterum in domo ſua inuaderet, is duplo damnaretur, ac deinde quiſpiam te ſedentem pro foribus peteret gladio aut baculo, is ſimiliter eiuſdem latæ pœnæ reus teneretur, non ſecus quàm ſi te in domo tali modo fuiſſet adortus. Nam is maleuolum atque lædendi cupidum ſuum animum, hoc modo foris per facta edocuit, quod idem patrare fuiſſet auſus, etiam in domo ſi ibidem fuiſſet. Atque certè is in domo fuiſſe cenſendus eſt qui pro foribus domus alicuius fuiſſe cognoſcitur, vti et iam paulò ante diximus, horum etiam ipſe memini in mea Praxi rerum criminalium, Capit, lxxiij. de Inuaſione, num. 6, et 7. in poſtrema editione,

## Legare Legata.

Legáre Eclcſiæ, & legare Eccleſiæ alicuius collegio, paria ſunt. l. annua. §. j. ff. de annu. legat. & colligitur ex notatis per Inno. in c. nouerit, extra de ſenten. excommu, & per Bal. in Rub. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in authentic. Ingreſſi. verſic. Iuxta hoc quæro. &c. eodem tit. Et dominus Carolus Ruinus in ſuis conſiliis. conſilio clx. incip. Circa primũ quæſitum, nu, 13, in tertio volumine conſiliorum,

## Legare pro dote.

Dicere, lego hoc pro dote, & lego hoc animo compenſandi cum dote, aut pro dote, paria ſunt. Vt probatur in lege. vnica. § primum. C. de rei vxo. action. & ibi Baldus & ſequitur Alexan, in lege. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de legatis primo & pro allegat etiam lege Titia. §. qui iuuita. ff. de lega. ij. Ita tenet D. Carolus Ruinus in ſuis conſiliis. conſi cxlvj. incip. Circa, num. 8, volum. iij. conſiliorum.

## Legata, Fideicommiſſa,

Legata & Fideicommiſſa, in iure æquiparantur. Eſt enim inter hęc tam indiſcreta ſimilitudo, vt planè eiuſdem farinæ eſſe videantur. Per omnia (inquit Vlpianus) exæquata ſunt legata fideicommiſſis. l. j. ff. de legat. j. §. ſed non vſque. Inſtitu. de legat. Proinde ex vno ad alterum ſic inferas licebit. Quicunque legare poteſt, idem & fideicommiſſum relinquere non prohibetur. l. ij. ff. de legat. j. Eodem modo, Quibus legari poteſt, illis & fideicommiſſum relinqui permittitur. Porrò ſicut aliqui neque teſtari, neque legare poſſunt, vt tractatur in l. ſi quæremus. ff. de teſtamen. Ita. rurſus ſunt quibus nõ poteſt aliquid in teſtamento relinqui. §. legari. Inſtitu. de legat. Ex prædictis ſunt etiam iſtæ illationes: Quæ res legári poteſt, eandem fidei licet committere. Item quibus actionibus legatum, eiſdem & fideicommiſſum petitur. l. j. & ij. C. comm. de lega. Huius meminit D. Ioan. Oldend. in ſuo libro de copia verborum & rerum in iure ciuili, ſub loco. A legatis ad fideicommiſſa, Quod tamẽ intelligendum eſt, de legatis, & fideicommiſſis particularibus & quæ pecuniarium commodum tribuunt. Nam inter legata & fideicommiſſa vniuerſalia magnum reperitur eſſe diſcrimen, vt declarat idem Oldendorpius loco prænarrato.

## Legatum, Donatum.

Legatum & Donatum, ſunt paria. Vide ſupra, Donata.

## Legatum, lex.

Legati ratio, et legis ratio, paria ſunt. Bart. in l. demonſtratio. §. quod autem nu. 18. ff. de conditio, et demonſtrat.

## Legitimatio.

Legitimatio par eſt cum arrogatione. Vide ſupra: Arrogatio.

## Legitimatus.

Legitimatus, æquiparatur filio legitimo, hoc eſt, legitime nato Idẽtidem, Legitimata filia, legitimæ filiæ iure æquiparanda eſt. Verũ hæc intelligenda ſunt de filiis ſiue filiabus ſolenniter legitimatis, & vti iura de iis loquuntur, ſecundum quæ à verè legitimis in nullo differunt præcipuè reſpectu ſucceſſionis Hinc verum erit quod dicitur appellatione, ſiue nomine filij legitimi & naturalis, venire legitimatum, id eſt, iure legitimatum gaudere appellatione filij legitimi, & frui iiſdem legitimorum priuilegiis, vt habetur in §. Et quoniam variè. ibi: Nihil diſſimilis legitimis. Et in §, illud. Et in §. adoptionis. in authentico. Quib. mod. natu. effic. ſui. Et Decius in ſuis conſiliis, conſil. cclviij. incip. in caſu domini Franciſci, vbi examinat verba poſita in l. finali. C. de natural. liber. Quæ quidem verba, quæ dicũtur de legitima ſobole, eadẽ etiã de legitimatis verificantur, qui legitimæ ſoboles tunc dicuntur, & habentur. legitima enim ſoboles ea dicitur, quæ à lege approbatur legitima, l. legitima, ff. de pac. l. j. C, quando non petent. part. petent. accreſcunt, ibi: Ceſſante legitima ſucceſſione. & ibi Salicet. in princ. dicit, quòd legitimũ dicitur id, quod à lege vel à iure ciuili dictum, & approbatum eſt legitimum. Nam hoc verbum (legitimum) ſemper ſonat, & intelligendum eſt, de lege, atque actu ciuili legitimis vel legitimatis, vt notat Pet. de Ancharano, in ſuis conſiliis, conſilio ccxxv. incip. videtur prima facie, Et non videtur dubitandum, quin ea ſucceſſio quæ defertur filiis legitimatis, etiam per reſcriptum dicatur legitima, quia ea à lege ciuili defertur, & comprobatur, §. & quoniam variè & in §. reliqui igitur, in authent. Quib. mod. natur. effic ſui. ibi, Semel enim eos efficientes legitimos, damus habere etiam ſucceſſiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi ſunt.

## Læna.

Læna & meretrix, ſiue ea quæ corpore palam quæſtum facit, æquiparantur. l, palam quæſtum facere. ff. de ritu nupt. quo textu, quid poteſt eſſe clarius? Quam latè autem pateat lænocinij verbum exponit Vlpia. in l. Athletas. §. j. ff. de his qui notan. infamia. Huic nec diſſentit D. Franciſcus Balduinus, in ſuo tractatu ad l. Iuliam Papiam Poppæã. Et gl. in verbo vxorem. in c, apud miſericordem. xxxij. q. j. & D. Ioan. Oldendorp. de copia verborum & rerum, ſub verbo Lenociniũ. quos ibidem ſuis iam dictis locis conſulere licebit.

## Lex.

Legem non eſſe & eſſe. ſed obſcuram, paria ſunt in iure. l. de ætate.

§. nihil

§.nihil.ff.de interroga.actionib.

## Contra legem facere.

Contra legem facere,& fraudem legi facere,ſunt paria. Quòd ſanè tamen intelligendum eſt,ſcilicet quantum ad pœnas legales,l.non dubium.& ibi Iacob.Butrig.C.de legib.c.certum eſt.& ibi Dinus.de reg.iur.lib.vj.nam ſicuti punitur ille,qui directè facit contra legem, aut contra verba legis:ita quoque puniendus eſt is, qui facit contra mentem legis,ſiue in fraudem legis quid facit.Et ratio eſt,quòd omnis virtus legis principaliter in mente legis conſiſtat,adeo vt mens legis idem quod ipſa lex,ſiue ipſa ratio legis eſſe dicatur, ſicuti notat Dinus,in dicto cap.certum eſt.

## Contra legem faciens,aut loquens.

Sicut is,qui ſine lege,vel contra legẽ quid facit,audiendus non eſt, ita nec& is qui ſine lege loquitur,audiendus eſt.Et ita ſuſtinuit Bald. in c.in Geneſi,de electio.quem refert & ſequitur Iaſon in l.vinum.ff. ſi cert.pet.& in l.illam.C.de collat.Et Hypol.de Marſiliis in ſuis conſiliis,conſil.liij.numeris 25.& 28.in j.vol.ſuorum conſiliorum criminalium.Atque hinc ortum illud vulgare iuriſtarum axioma,Quod lex non dicit,id nos nec dicere debemus, argumento §.cum igitur. alias incipit Optimum in auth. de non eligend. ſecundo nubent.vbi text. dicit,nec quælibet lex tale quid dicens.ex quo textu probatur, quòd illud legis diſpoſitionem non inducat,quod lege cautum non eſt, de quo text.aliqua dixit Bald.in auth.Et teſtamento, C.de ſecund.nupt. & facit ad hæc.etiā lex Præuaricationis.§.fin.ff.de prçuaricat. in verſ. quia neque lege aliqua de hac re cautum eſt, &c. Et facit etiam l.ſi ſeruum quis.verſic.non dixit prętor.ff.de acq.hęred.& l.ſi quis ſtipuletur Stichum, aut Pamphilum in verbo reſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis.ff.de verb.oblig.& l.fideiuſſores magiſtratum.in §.pro Aurelio.in verb.Lecta ſubſcriptione,ff.de fideiuſſor.& l.approbationem in verbo,Quem tenor deſignat.C.de probat. plures confirmationes harum legum adducit,& allegat Barbat.in ſuis conſiliis,conſilio ſuo incip. Circa hanc dubitationem, quod conſilium eſt inſertum inter conſilia Alexandri,num.396.ſecundum ordinem libri mei.

## Contra legem fieri.

Ea quę fiunt contra leges,& quę non fiunt,parificantur in iure, & pro non factis habetur.l.non dubium.C.de legib.l.iubemus.ij.§.prędia autem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.& ita nec diſſimilia ſunt. Factum illegitimè,& non iurè.de quo ſupra,fieri indignè,& fieri indebitè.Reliqua vide infra,ſub titulo,Lex,aut facere contra legem.

## Liberatio.

Liberatio,Quietatio,Apocha,ſiue Quietantia,ſignanter in materia Pupillorum,Minorum,Prodigorum,& ſimilium,ſatis inter ſe conueniunt,quę quidem quietantię nonnunquam generales & aliquando ſpeciales ſunt,quemadmodum ſufficienter moſtraui in meo Pupillorum patrocinio,ſub tit.de tutorum & curatorum libera.c.j.num.6.in poſtrema editione,vbi per occaſionem videre iſthæc poteritis.

## Liberi.

Liberi ſoli aliquādo intelligendi ſunt pro hęredib.Vide,ſ.Decedere.

## Ex mandato fieri.

Aliquid fieri per dominū,& aliquid fieri ex domini mandato,paria ſunt.Ana.in §.venditę.nu.2.Inſti.de rerum diuiſ.nec refert an res tradatur per ipſum dominum,an per alium de volūtate domini.d.§.venditę.& ibi D.Nicaſius in ſua inſigni Lectura,ſuper Inſtit. eod.tit.& §. vide caput,Solutio vel per ſe.De hoc & ſupra,Fieri ex iuſſu.

## In Mandato eſſe proximum.

Aliqua eſſe in mandato,vel iuxta man datum,vel mandato, vicina, paria ſunt.pro hoc textus,in l.ad rem.& l.ad legatum. ff.de procurat. Et Alberic.de Roſate in l.iam tamen.§.in hac.nu.1.ff.iudicat.ſolui.

## Mandatum reuocatum.

Non habere mandatum,& habere,vel habuiſſe mandatum,ſed reuocatum,paria ſunt.l.cùm pater.§.Mæuio. ff.de leg.iij. Et ita D.Albericus de Roſate in l.cum quis.§.ſi debitori.ff.de ſolu.& libera.

## Mandatum inefficax.

Non habere mandatum,& habere mandatū vitioſum,inſufficiens, & ineffi cax,paria ſunt.cap.ij.verſic.ſed neque.& ibi Hoſtien.de tranſlat.Et Cardina.de Zabarellis ſuper j.Decretalium,in cap.Veniens.numero ſecundo.de renunciat.& l.quotiens.ff. qui ſatiſd.cogantur cum ſimilibus iuribus vulgaribus.

## Manus inutilis.

Non habere manum,& habere,ſed inutilem,paria ſunt,ſic Iaſon in l.de quibus.num.37.ff.de legib.quem ibidem videre poteritis.

## Manum mutilare.

Manum tollere,& manum inutilem aut debilitatam reddere, iuxta iam dicta,paria cenſet D.Philippus Probus in additione ad Ioan.Monachi,in cap.ſi tibi,nu.24.de præbend. & dignita. lib.vj.ad hoc allegans gloſſam j.in l.de quibus.ff.de legib.vbi Ang.vnde ſic merito dici poteſt et hæc ſtatui regula, quòd ſtatutum loquens de punitione membri alicuius,aut de tollendo membro, etiam conſiſtat & locum habere debeat,de eiuſdem membri debilitatione. Membrum enim inutile redditum,ac prorſus debilitatum, id tanquam ſublatum creditur,vt ſ in ſupradictis narratur,vti notat Iaſon,& alia,quæ huic propoſito conducunt,ſubdens,conſilio xlvj.pro fiſco.volum.iij.

## Maritus inutilis.

Non habere maritum, & habere, ſed inutilem. Item non habere rectorem & habere,inutilem.Item nōn habere ſponſum, & habere ſponſum prorſus inutilem,omnino paria ſunt.c.ij.de tranſlat.epiſc.l.j. §.& quidem.ff.quod cuiuſque vniuerſi.nomine.Et Io.Monachi.in c.ſi tibi conceſſo.nu.10.de præbend.& dignita.lib.vj.Vide etiam Abb.in c.Bonæ.j.in iij.notab.extra de poſtula.prælato.& eſt textus ſingularis, in l.fin.iuncta gloſſa.C.ad l.Fla.de Plagia.& Roland.à Valle conſil.ix. num.33.& ideo Salic.ad d.l.finalem,in fine dicit, quòd vxor quæ habet maritum inutilem poteſt dicere ſe eſſe orbatam viro: quia nihil, & inualidum,& inutile æquiparantur.l.ſi aut nullum.& ibi Bald.C.de legit.hæred.& propterea in c.ex literis.de frigid.& maleſic.dicitur:Si mulier ſit ex natura viro inutilis,nec talis ſit quæ ope medicorum iuuari poſſit,à marito ſeparari poteſt,ita vt eidem marito concedatur licentia ducendi vxorem alteram.Vide Alex.conſil.ciiij.in j.vol.huc facit textus,in l.quotiens.ff.qui ſatid.cogant.& glo.in l.ſi pater. C.ne de ſtat.defuncto.Et textus aureus,in l.ſi accuſaturus. ff. de adult.Et pulcher textus,& ibi Bald.in l.ij.C.de eunuchis.text.in ca.ij.de crim.falſ. & Bald.in l.ſi vt proponis.j.C.quomodo & quando iud. & Doctores in c.pia.de except.lib.vj.gl.ſingularis,& ibi Sal.in d.l.ſi. C.ad l.Flau.de plagia.Et text.in l.non putauit.§.non quæuis.iuncta gloſſa,& ibi Bal. ff.de bono.poſſ.contra tab.Sal.in Rub.C.de probat.& gloſſa, in c.vera.xlviij.diſtinct.& gloſſa in l.ij.C.de hęretic.& l.iiij.§.condemnatum. ff.de re iudic.cum ſimilibus.Plura de maritis vide infra,vxor.

## Matrimonium contractum.

Matrimonium ab initio in facie Eccleſiæ contractum eſſe,& matrimonium poſtea de facto ab Eccleſia eſſe approbatū,paria ſunt,quoad legitimationem.Et ſic paria ſunt:Eſſe tale,& poſtea redire ad tale: vti teſtatur D.Io.Ant.de S.Georgio,alias præpoſitus in c.quòd nobis.nu. 1.extra Qui filij ſint legitimi. Atque hinc fit,quòd ad prolis legitimationem, non exigitur ipſa veritas vinculi matrimonialis, dummodo adſit poſſeſſio & opinio colorata matrimonij. Et coloratum dicitur matrimonium,quando eſt cum teſte, & auctoritate Eccleſiæ contractum:vel quando poſtea per Eccleſiam approbatum eſt.

## Medicus imperitus.

Non adhibere medicum,& adhibere medicum imperitum, paria ſunt. Imò iſtud quodammodo peius cenſendum eſt. Medicus enim imperitus(vt eſt in vulgato prouerbio)plura gibboſa facit cœmiteria quàm ſanet corpora.Probatur autem dicta paritas l.quod ſi nolit. §. ſi mancipium. verſiculo culpam. Et ibi etiam ſi non adhibuerit medicum,vel ſi malum adhibuit.Et ibi Bald.Angel.& amplè Cepolla.ff.de ædil.edict.Tunc mors eſt vulneranti,aut ei qui bonum medicum adhibere debuit, & non adhibuit, imputanda: quem textum Angel. ibidem,& Alexand.in l.ſi ab hoſtibus. ff. ſol.matr.reputant optimum, eſſe de corpore iuris.Et huic propoſito ſeruit, quod quemadmodum maritus

maritus priuatus bonis vxoris ſuæ,propter remediũ vxori ægrotanti non adhibitum,ita etiam priuandus eſt,ſi ipſi malum adhibuit medicum,ſicuti ſuſtinet D.Nicolaus Boerius,prima parte aurearum ſuarũ deciſionum,q.cccxxiij.nũ.23.& 24. Quin & quoque fundata ſunt in ratione,& in doctrina Apoſtolica.Nã ſi vt aſſerit Paul.ad Ephe.5.Qui diligit vxorem,diligit & carnem ſuam,& nemo carnem ſuã vnquam odio habuit,ſed eam nutrit ac fouet : quomodo per contrarium non dicẽdus erit vxorem odiſſe ipſiúſq; mortem ſtudio exoptaſſe,qui ipſi medicum accerſiuit imperitũ?cuius imperitia vxorem certius quàm toxico perdidit.Et per conſequens,cur etiam ob hanc cauſam vxoris bonis non merito priuaretur?præſertim etiam cum Paul.j. ad Timo. v.eum fidem habere negauerit,& infideli deteriorẽ eum iudicauerit: qui ne domeſticorum quidem ſuorum curam habuerit:multò magis qui impudenter,atque adeo impiè vxoris ſuæ curam debitam,& ſalutem optatam neglexerit.Quare ex his nunc manifeſtè,& facilè colligitur,paria eſſe:Nullum adhibere medicum,aut chirurgum:& quoſlibet adhibere medicos aut chirurgos indoctos,& imperitos, quemadmodum prolixius tractauimus,in noſtra Praxi rerum criminalium, cap.lxxviij.de Inuaſione.num.15.in poſtrema editione.

## Medicus,& obſtetrix.

Medicus obſtetrici æquiparatur.vti habetur poſt num.40.in lib.vj. tractatuum D.Andreæ Barbatiæ,in ſuo tract.de præſtantia Cardinalium,vt inquit text.in l.ij.C.communia de lega. Quia ſicut obſtetrix tenetur de imperitia,ita & medicus,vt dicit textus in l.Item ſi obſtetrix.ff.ad l.aquil.Et medicus agit pro ſalario, eodem modo quo agit obſtetrix,ſecundũ Speculato.in tit.de magiſtrat.Et ſicut medico credendum eſt,de pertinentibus ad medicinam, ſecundum eundẽ Speculato.in tit.de probat.§.iij.verſ.hoc quoque.ita & obſtetricibus imperitia obſtetricatoria credẽdum eſt. vti habetur in c.cauſam.de probat.& ſicut ſi medicus iniquè iudicet,vel referat, poteſt ab eius relatione appellari,& eius iudiciũ poteſt corrigi.teſtibus Angelo, Imola, Bart.& aliis ad l.ſi ab arbitrio.ff.qui ſatiſd.cogan.Imò ſicut poteſt,ſententia medici ab ipſius relatione lata retractari,ſi contrariũ appareat, tanquam lata ex falſis atteſtationibus,vti teſtatur Ang.in l.Marcellus. §.mancipium.in fine.ff.de ædil.edict.ita quoque dicendum eſt de relatione & iudicio obſtetricum,quarum manus,& oculus ſæpe falluntur.d.c.cauſam,Ita tenet etiam D.Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum.In gloſſa,ſuper verbo officia.

## Merces.

Mercedes magiſtrorum æquiparantur expẽſis alimentorum,l.j. C. de infant.expoſ.& ibi Bald.& l.qui filium.ff.vbi pupil.educ.debe. Nã ſicut id quod ſub alimentorum titulo alicui impenſum eſt,reddi, atque reſolui debet:ſic & id quod doctrinæ cauſa,vel fortè quòd artificij diſcendi gratia iuſtè inſumptum fuit omnino reſtituendum,& refundendum erit.Et vt dixit textus,in d. l. qui filium vbi Sempronius conſtitutus tutor cuiuſdam pupillæ,fratrem eiuſdem puellæ,& heredem paternum per magiſtratum cõpulit ad ſoluendum ſumptus,alimenta,& mercedes preceptorũ,vt eadẽ pupilla liberalibus artibus inſtrueretur. Quod autem mulieres poſſint addiſcere grammaticam,id defenditur per eand.l.qui filiam,& per gl.ibid.in verbo,inſtruxerit.

## Merx.

Merces non eſſe aduectas in portum aliquem,& merces eſſe aduectas,ſed vi tempeſtatis aduerſæ,in iure paria ſunt.l.Cæſar.l.interdum. §.ſerui.& §.ſi propter ff.de public.& vectigalib. adde l.penul.§.fin.& ibi Bart.ff.locati.Merces enim vi tempeſtatis aut perſecutione piratarum in portum adactæ eam libertatem meritò obtinent,ac ſi in eum non fuiſſent aduectæ,nempe ad hoc vt vel cadant in commiſſum,ſeu in confiſcationem,vel vt obligentur ad teloneorum,vectigalium,tributorum,aut ſimilium onerum exolutionem.Quia ſicut nõ aduectæ merces:aut ſicut is qui non aduehit merces , non dicitur edicto prohibitorio contrauenire ita nec is qui vi tempeſtatis eas in portũ aduehit.Sed in hoc caſu legitimè conſtare debet , quòd nec dolus, nec fraus vlla ſubſit,quin eæ merces ad alium portum deſtinatæ fuerint, & quòd vi tempeſtatis ad euadendum naufragij certum periculum, talem portum eligere debuerint.Sunt tamen nonnulli noſtri tẽporis, qui aiunt hanc cauſam in vtramque partem eſſe diſputabilem.Inter quos ſunt aliqui qui ſuſtinent , vt ſuprà. Alij mordicus contrarium tuentur,ſicuti abundè diſputatum fuit in Conſilio priuato quòd habitum fuit in cauſa Antuerpienſium,et Middelburgenſium in Zelandia.Sed in his omnibus et ſimilibus,circunſtantiæ rerum ad veritatis ſententiam certam aperiunt viam.Verũ an confiſcatio habeat locum in rebus quæ nondum ad locum prohibitum peruenerunt,vide j.volumine tractatuum,poſt num.12.quòd iuris Oceanus intitulatur.

## Meum eſſe.

Hoc meum eſt,et hoc mihi debetur paria ſunt. quoad hoc ne fiat fraus legi:quia ſi aliquid in re mea non poſſem , quod tamen poſſem in re mihi debita,iam fieret fraus legi.de perſona ad perſonam.l.fraus et ibi gloſſa.ff.de legib.Huius meminit D.Vdalri.Zaſius,in l.ſi minor. ff.de verb.oblig.num.4.ex quo ibidem notat: Quod ſicut vaſallus nõ poteſt alienare feudum ſuum , ita non poſſe ſtipulari ab alio qui alienaret feudum ipſi debitum,quod nondum attigerat. Alienationis enim omnis auctoritas ab ipſo vaſallo ( cuius eſt feudum ) prouenire debet.Exempli gratia,Sint duo fratres habentes commune feudum, ſic vt vnus ex his fratribus non poſſet tale feudum alienare, tunc is idem frater non poterit ſtipulari ab alio fratre,vt ius ipſi debitum alienaret.Nam hic concurrit regula vulgaris,quamuis perplexa. Quod per me non poſſum,id nec poſſum per alium.quam regulam late tractat gloſſa in l.ij.§.j.ff.ad adminiſtra.rer.ad ciuita.pertinent.Et Bart.in l.Ariſto.ff.quæ res obliga.poſſunt.Habetur porro his conformis doctrina vulgaris,et tritiſſima in iure canonico.Is qui non habet poteſtatem diſpenſandi,is etiam non poterit alteri dare poteſtatem diſpenſandi,textus in c.j.§.fin.de tempor.ord.lib.vj.

## Meretrix.

Meretrix et læna æquiparantur in iure.Vide prolixius ſupra,Læna.

## Metus tormentorum.

Ex metu tormentorum confeſſa,aut geſta. Vide ſupra ſub titulo, Confeſſio in tormentis,et infra ſub titulo,Minari.

## Miles,

Miles armatæ militiæ,et miles cœleſtis militiæ (qualis eſt ſacerdos) et quiuis alius Eccleſiæ miniſter, æquiparantur. Vel ſic. Miles ciuilis militiæ,et miles Chriſtianæ militiæ aſſimilatur.Nam ita P,M.in ca.degradatio.de pœnis lib.vj.interpretatur. Omnia enim priuilegia conceſſa in iure militibus armatæ militiæ(ex quibus multa recitatur per Bart.in l.neque.ff.de milita.teſtament.et per Bal.in l. miles,C.eod.tit. et per D.Alex.ab Imo.in l.Centurio.ff.de vulg.et pupil.ſubſti.)eadem etiam priuilegia competunt militibus cœleſtis militiæ,cui omnes clerici,ac Eccleſiæ miniſtri addicti ſunt,iuxta d.cap.degradatio,Neque ea priuilegia ſolummodo competunt clericis, aut ſacerdotibus, ſed etiã militibus togatæ militiæ,& iuſtitiæ,quales ſunt Doctores & aduocati.Togata enim militia adſcribitur Aduocatis,l.aduocati.C.de Aduo. diuerſ.iud.Militant enim(inquiunt Imperat.)cauſarum patroni , qui glorioſæ vocis confiſi munimine,laborantium ſpem,vitam,& poſteros defendunt,ſicuti de his etiam latius memini ſupra ſub titulo,Aduocatus. Et idem gloſſa ordinaria notabiliter notat. in l.miles. & ibi Bart.Ang.& Doct.ff.de re iudic.Et idem probatur in l.Sacroſanctæ. & in authent.Præſbyteros.C.de epiſc.& cler.& in d.l.aduocati. ibi:Militant nanque cauſarum patroni,&c.Et d.c.degradatio.& gloſ.in l.milites.C.Locati.Hi enim vſque adeò in priuilegiis,& natura ſunt pares vt gloſ.& Doct.in præallegata l.miles.omnes ſcript.reliquerint.Quod omnia priuilegia prioribus illis militibus indulta,etiam clericis,& togatæ militiæ militibus competere debeant,vti prædiximus.Quocirca ſicut armati milites eatenus ad ſoluendum cogendi ſunt,quatenus ſatisfacere poſſunt,deducto ne egeant d.l.miles.ff.de re iudic.ita nec alij dicti milites vltra facultates ad ſolutionem vrgendi ſunt,quum nulla diſparitatis ratio in iis omnibus appareat.Item vt concubina militis ex teſtamento ipſius nihil capere poteſt.l.miles ita.§.mulier.ff.de mili. teſta.& l.Mulier.ff.de his quib.vt indi.Sic quoque & irritũ eſt legatũ, quod clericus concubinæ reliquerit.l. Claudius. ff. eod.tit. Item non magis valet donatio à ſacerdote concubinę facta,quàm à milite laico, quæ ipſo iure nulla eſt.l.ij.C.de donatio.inter virũ & vxorem.Item ſicut militem armatum nõ oportet vagari,neque ocioſum eſſe,alioqui nulla habet priuilegia,ſed explodendus & exauthorandus eſt,ita clerici bonarum literarum ignari,neque Chriſtũ predicantes,neque docentes,ſed qui vagabũdi aut ocioſi ſunt,hi Eccleſiæ beneficij prorſus indigni ſunt.Item quemadmodum milites ſtrenui eſſe debent,ac mortem obire pro patria:ſic clerici nullis planè deliciis à prædicando Dei verbo poſſunt ſine infamia diſtrahi.Atq; huiuſmodi à ſimili argumentationis neceſſariò concludunt. Quod autem Eccleſiæ doctores appellantur milites apertè conuincit ipſe D. Paulus 2. ad Timothæum, vt militem eſſe cupit:Labora, inquit, ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo , implicat ſe negotiis ſecularibus , vt ei placeat, cui ſe probauit. Hinc & mater Eccleſia omnes verbi Dei prædicatores, qui pro fide ad mortem vſque decertant, eámque libenter(ſi lucrum fidei id poſtulet,oppetunt,milites Chriſti vocat,quorum curam

non minorem habet Chriſtus,quàm Reges terreni ſuorum militum curam habent.Sed fuſius ſuper hac militum ſimilitudine ac æquiparatione ſi quid deſideratur,petere licet ex Panor.in c.j.de cleri.ægro. Et ex Fel.c.cùm ex officij. circa exordiũ.de præſcriptio. atque ex D. Nicolao Euerard.à Middelburgo,in ſuo lib.Topicorum,loco à milite armatæ militiæ,ad militem cæleſtis militiæ,necnon ex D. Claudio Cantiuncula,in ſuis Topicis,loco à milite ciuilis militiæ, ad militem Chriſtianæ militiæ. Et ex D.Ioanne Oldendorpio in ſuo lib.de copia verborum & rerum in iure ciuili, & loco,Ab armata militia,ad cæleſtem & togatam militiam.Et ſuprà,ſub titulo,Aduocatus.

## Militaria arma.

Arma militaria diuendere, par eſt cum delicto militari. Vide ſuprà,Delictum.

## Minor.

Minor æquiparatur pupillo, quando habet curatorem.l.ſi curatorem habẽs.C.de in integ.reſt.min.qui tex.eſt notab.& l.cùm & minores.C.ſi aduer.rem iudi.vbi de hoc eſt tex.D.Vdalr. Zaſ.in l.contra pupillum nu.5.ff.de re iudi.quem lector ibidem conſulere poterit. De hac æquiparatione alio loco explicatius dicendum erit, hoc in præſentia dixiſſe ſufficiat.Vide infrà,Pupillus.

## Minari.

Minari alicui cędem ſtricto gladio, & ferire aliquẽ ſtricto gladio, paria ſunt,aut certè admodum aſſinia.l.j.§.Diuus.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.l.iij.ff.ex quibus cauſ.maior.& l.metũ. ff.de his, quæ vi met.cau. geſt.ſunt.Et ad hunc modum lex confeſſionem in ipſis tormentis extortam æquiparat cum confeſſione per tormentorum metum facta,vt docet Bar.in l.j.§.Diuus Seuerus.ff.de quæſtionib.De qua confeſſione copioſius memini in mea praxi rerum criminalium recognita,De proceſſuũ viſitatione & examine.c.liiij.numeris 19.20.&c. Vide etiam hoc lib.ſuprà,Confeſſio in tormentis.

## Miſsio anuli,Matrimonium.

Miſſio anuli,& Matrimonium ſymbolizãt.facit quod voluit Hyppolit.de Marſil.in ſuis ſingularib. patientiam cum taciturnitate conſenſum importare, qui allegat Bald.& Ang.in l.ſi filij. C.de pet.hære. & in l.qui in aliena.§.ſed & ſi non adierit.de acquirenda hæredi.cum multis concordantiis.Huc accedãt quæ eleganter ſenſit Matth. Mattheſſi.in ſuis ſingularibus,not.xxij.qui mirabilem modũ extorquendi confeſſionem vel conſenſum docuit,vt ibidem latius ſcripſit:volẽs inter alia, quòd qui ſimpliciter literas accepit, non proteſtando aliquid in oppoſitum,quòd is videtur fateri,& in contractum aſſentiri, allegat l.filiusfamiliâs,ij.ff.ad Macedonia.S.C.clement.j.de procuratorib.Bartolus in l.Quo enim.§.j.ff.rem ratam habe.cum multis concord.Cum alter anulum matrimonialem tacens acceperit, iure exigente etiam matrimonium recognouiſſe videtur, quæ certè eſt non modica præſumptio, cùm miſſio anuli ſignum eſſe ſoleat deſponſatorium, & hæc præſumptio iuri conſonat. Qui enim ſignum acceptat,etiam ſignatum amplectitur,argumento l.ſtigmata.C.de fabric. li.xj.l.Sed ſi accepto.ff.de iure fiſci.Bal.in tit.Quid ſit inueſtitura.ver. Quæſiuit Oldr.Et in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.Bal. in tit.Quali.feud.alie.pot.§.ſi verò.& Angel.in conſiliis, conſil.lxviij. qui dicit,in habentibus ſimilitudinem,facilem eſſe dationem conſequentiæ,huius meminit D. Vdal. Zaſ.in ſuis conſiliis ſecundi libri, conſi.ij.numeris 67.68.69.70.

## Monachus.

Monachus, quod pace ipſius dixerim, in iure cum filio, vel cum ſeruo æquiparatur. Quare ſicut poteſt ſolui ſeruo, vel filio,quando obligatio contracta eſt cum eis, vt eſt textus in l. ſi vnus,in princip. ff.de pact.ita etiam ſolui poteſt monacho, ſi quando obligatio aliqua cum eo contracta eſt, ſecundum Bartol.Paul.de Caſtro, & alios in d. l.ſi vnus. Et idem voluit Bartolus in l.filius paciſcendo. C. de pact.& in l.quod ſeruus.ff.depoſiti. Idémque ſentit per verba generalia in l. quod ſeruus.vbi bonus tex.ff.de ſolut.Eſt etiam gloſſa in verbo,Poſſidero,poſt medium,æquiparans monachum ſeruo, in cap.Non dicatis.xij.q.j.Huius quoque æquiparationis abũdè meminit eximius D. Nic.Euerar.à.Middelburgo,V.I.doctor,in ſuo libello Topic.in loco à ſeruo ad monachum.Et poſt eum in ſuis Topicis,Clau. Cantiuncula I.V.etiam doctor,eodem loco à ſeruo ad monachum,De hac prætereà ſimilitudinis ratione ſcribit Iaſon in l.cùm fundus.§. ſeruum. ff.ſi cert.pet.& in l. j.§.per ſeruum. ff.de acquir. poſſeſſ.poſt Barto.in d.§. ſeruum.& eundem in l.j.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& doctores in cap. in præſentia.extrà,de probationibus.Et gloſ.ordinaria in l. Pedius.& ibi tangitur per Bart.ff.de recept.arbi.Et gloſſa ordinaria in fine,in l. Ex pœnalibus.ff.de reg.iur.Et gl.j.in l.cùm hæredes.§.fin. & ibi idem comprobatur per Alex.ab Imol. ff.de acquir. hæredit. & plenius per eundem Alexandrum in l.j.§.item acquirimus.& in §.per ſeruum qui in fuga.illo eo.tit.Necnon D.Vdalric.Zaſ.in l.poſſeſsio.§.hæc,quæ de ſeruis.ff.de acq.vel amit.poſſeſsio.Et D.Andræas Alci.in l.cùm fundus §.ſeruum tuum.num.23. ff. ſi cert.pet.Quæ prædicta omnia potiſsimum intelliguntur habere locum in contractibus reſpectu acquiſitionis,vel præiudicij. & in iudiciis quo ad acquiſitionem intentandam. Non autem in priuilegiis,atque in ordinibus conſequendis. Monachus enim in clericum ordinari poteſt,ſeruus autem minimè,niſi ſuę libertati planè reſtitutus fuerit. Attamen ſi ordinaretur domino ſuo conſcio,& non contradicente,tunc nihilominus,ipſo per ordines liber eſſet,& ingenuus, ad quoſcunque etiam ordines promotus fuiſſet.Verùm ſi ignorãte domino ordinatus fuiſſet,ipſúmque ordinatum ſuus dominus repeteret,tunc ab iiſdem ordinibus deponendus eſſet, quia ita ſubmotus & reiectus non gauderet clericali priuilegio: cùm tamen monachus contra ſemper clericali priuilegio gaudere debeat.

## Item.

Monachus etiam filiofamiliâs nonnunquam æquiparatur in ſubiectione & in vltimis volũtatibus.In his enim caſibus monachus magis filiofamiliâs quàm ſeruo æquiparatur,propter ſuitatem & legitimam.Ita ſingulariter voluit Ioannes de Imola & Alexander in l.j. ff. de vulgar.& pupil ſubſtitut.Iſtius quoque proprietatis meminit etiã inſignis D.Nicol.Euerard.à Middelburgo,I.V.Doctor,in ſuo libro de locis legalibus,in loco,à ſeruo ad monachum.Et D.Vdalricus Zaſius in l.poſſeſsio.§.item acquirimus.& §.Hæc quæ de ſeruis.ff.de acquiren.vel amitten.poſſeſ.vbi ait Monachos potius æquiparari filio, in profectum monaſterij,quàm ſeruo,vt ita non curetur animus monachi etiam nolentis,vel malignari volentis.

## Monaſterium.

Monaſterium æquiparatur cum filio, vel hæred.vide ſuprà,Eccleſia parochialis.

## Moroſus.

Moroſus & fur aſſimilantur.l.inter ſtipulantem.§.ſtichum iuncta ibidem gloſſa,in verbo facta,cum ſuis allegationibus.ff.verb.oblig.& D.Vdalric.Zaſ.in l.ſi in inſulam.ff.eod.tit.de verb.oblig.nu.29.Atque iſta ſimilitudo conſiſtit in hoc,Primò, quantum ad periculum caſus fortuiti,vt notatur in l.cùm filiis.§.fin.ff.de verb.oblig.facit l.Eum qui. §.j.& quod ibi notatur. ff. de iureiur.& l.non moriturum. C. de contrahen.ſtipulat.Et ſecundo,quantum ad interponendam ſtipulationẽ, quemadmodũ enim à fure ſtipulari poſſum rem quæ eſt,ita & à moroſo. Bonum eſt ergo argumentum à fure ad moroſum,id eſt,qui eſt in mora,Bart.in l.Nemo.in §.j.ff.de verb. oblig. qui ad hoc ſæpe allegatur,& idem Bar.in l.Quod te mihi dare oportet.ff.ſi cert.pet.& horum meminit D.Petr.Stella inſignis Doctor aurelianenſis in ſuis Lecturis ſuper d.l.inter ſtipulantem.§.Stichum.ff.de verb.oblig.

## Monachatus,Exilium.

Mors ciuilis voluntaria,hoc eſt,Monachatus,& ſimiliter,Exilium perpetuum, in quibuſdam caſibus, & effectibus morti naturali æquiparatur.l.Res vxoris in fine.C. de donat inter vir.& vxo. Et Bart. Cy.& Ioan.Fab.in l.Deo nobis.C.de Epiſco.aud.l.ſi.deceſſerit.& ibi Alex.ff.qui ſatiſd.cogant.& l.Actione.§.Publicatione.ff.pro ſocio.l.in. inſulam.& ibi Doct.ff.ſolu.matrim.cap.ſi Epiſcopus.& ibi Pet.de Anchara,num.2.de ſupplen.neglig.prælat.Cuius etiam meminit in cap. ſuſceptum extra,de conuerſ.coniu.Et per gloſſam & Doctores in ca. ſuſceptum.de reſcript.lib.vj.& gloſ.fina.in cap.placuit.xvj.q.j.quæ dicit quod ingreſſus in religionem æquiparetur morti naturali.Vnde quicquid iuris eſt circa dotem vel donationem propter nuptias in morte naturali,idem quoque ius erit in hac morte ciuili,id eſt,in ingreſſu religionis.l.vltim.et ibi Bart.C.de Epiſco.et clericis.Et ſicut donatio cauſa mortis firmatur morte naturali, ita quoque confirmatur morte ciuili id eſt,per ingreſſum in religionem.d.l.res vxoris.C.de donatio.inter vir.& vxor.Quòdque mors ciuilis morti naturali ſit ſimilis,vide ſupra,Bannitus,Exilium.Idem ipſe quoque expoſui cap.lviij, de exiliis ſiue bannis.numero 3.in mea praxi criminali,editionis vltimæ.Et etiam huius meminit D.Bartholomæus à Chaſſaneo,in ſuis commentariis conſuetud.ducat. Burgun.ſub titulo,*Des confiſcations*. §.j.in verſiculo,*Qui confiſque le corps*.nu.3.Sed hoc loco obſeruandũ eſt pro regula, quod in ſolis his iam dictis caſibus ciuilis mors æqu

parāda ſit morti naturali,& in iis caſibus qui in iure expreſſi & conſtituti reperiuntur,ſecundum Rotam in deciſ.ccclxxxvj.incip. fuit dubitatum, vtrum clem. fina.de procuratoribus.habeat locum in procuratore Abbatis tranſlati ad aliud monaſterium,& notatur in capitulo ſuſceptum.de reſcript.libro vj.Et in cap.ſi Epiſcopus à Paganis. de ſupplen.negligent.prælato.eodem libro vj. iuncta ibidem gloſſ. conſideratione digna,in verbo,Sed capitulum.& ibi Petr.de Ancharan. Sed hoc iſto loco lectorem admoneri velim,quòd ſuprà non temerè dixerim,in quibuſdam caſibus & effectibus. Nam ſecundùm verum effectum hæc ab inuicem multùm differunt. Ideoque hæc aliqui ſic diſtingunt,& inter hos D.Andr.Alci.de verb.ſig.in prim.libro ſecūdo. numeris 25.& 26. Vbicunque mors ciuilis eundem effectum habet, quem mors naturalis,quo ad id de quo agitur, ibi quidem mors ciuilis comparatur morti naturali.Vbi verò mors ciuilis per omnia nō habet eundem effectum,quantum ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis,tunc in illis mors ciuilis morti naturali nequaquam comparanda erit, Item ſi hæc dictio, Mors,proferatur ab homine, tunc mors ciuilis, in ſe nullo modo æquiparabitur morti naturali, quia hæc dictio,Mors,quatenus ab aliquo homine pronunciatur, ſtatim & iuxta communem intelligendi modum, ſemper intelligitur de morte naturali. Quocirca vt prædicta rectius intelligantur.de vtraque morte binas has accipe tabulas.

Mors naturalis eſt triplex.
- Acerba infantibus.
- Matura in ſenibus,quam afferre ſolent tres nuncij.
  - Caſus qui ſemper
  - Morbus ſ. ille qui
  - Senectus quæ ſemper

  eſt
  - Dubius.
  - Acutus & grauis.
  - Certa, & morbus continuus.
- Immatura in iuuenibus.

Huius diuiſionis meminit Card.in Clem.j.vt lite pendente.

Mors ciuilis triplex.
- Reſpectu pœnalitatis,vt deportatio,vel relegatio in metallum,& damnatio ad perpetuos carceres.
- Caſualis,vt ſeruitus,nempe cùm quis capitur ab hoſtibus.
- Voluntaria,vt cùm quis in monaſterium ſe dedit.

Huius tabulæ, atque diuiſionis meminerunt Bald.& Imola in l.j. ff.de teſtibus. Potuiſſem hæc multo longius ac latius explicare, verùm ea ſtudioſis, & in rebus publicis non admodum occupatis indaganda relinquo.

## Mors ciuilis perpetui carceris.

Mors ciuilis,& pœna perpetui carceris, ſeu condemnatio ad perpetuos carceres, in iure æquiparantur, vt notat Innoc.in c.qualiter ij.extra de accuſationib.Panor.in cap. Tuæ diſcretionis.extra de pœnis.De hac quoque morte ciuili & ipſe memini in mea rerum criminalium Praxi recognita,titulo de Carceribus. nu.2.cap.xvj.quandoquidem pœna perpetui carceris æquiparatur damnationi in metallum,quæ paſſim in iure cum morte naturali confertur, vt vult Bart. in l.ij.ff.de publi.iudic. & Bald. in l. Reos.C. de accuſat. habet Imol. in c.j.de colluſio.detegen.

## Mors connubialis.

Sicut vita monaſtica, morti ciuili comparatur,vti dictum eſt paulò ante;& ita matrimonium aliquando æquiparatur morti, nēpe poſt certam cōditionem violatam,veluti ſi maritus quiſpiam moriturus vxori ſuæ relinquendæ, teſtamento relinqueret omnium bonorum ſuorum vſumfructum ſub hac conditione, vt illa in viduitate permaneret,& ad ſecunda vota nuptiarum non accederet. Et ſi hæc vidua poſtea hac conditione neglecta ſeſe vltro ad ſecundas nuptias transferret,tunc illud matrimonium morti omnino æquiparandum eſſet, nempe ad conſequēdum prædictum legatum, quia tali vſufructu teſtato conditionaliter ſe voluntariè per ſecunda vota priuauit, teſte Bartholomæo S. ci.j.volum.ſuorum conſiliorum, conſilio v.& xxx.& Bar.in l. Gall.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth,& ſic totum ius vſusfructus cedit meritò hæredibus.

## Mors, Turtura.

Mors & tortura ſiue tormenta æquiparantur. Quocirca nemo ad torturam applicari debet,niſi capitalis criminalis reus,aut de capitali facto certo conuictus,& contra affirmatiuè. Quiſquis ob ſua ipſius maleficia morte capitali puniendus cenſebitur,is quoque,atq; adeo ſolus ad torturam applicari poteſt, niſi alia interueniat cauſa torturæ dilationem requirens. quòd addimus propter mulieres grauidas, quæ tametſi mortis reæ ob ſua maleficia habeantur, torqueri tamen non debent, propter fœtum quem in vtero geſtant, qui non peccauit, nec matris iniquitatem portare poteſt. Quare talis mulieris & tortura, & mortis executio differenda erit vſque ad tempus liberationis vteri, & mulier cautè ſeruanda ne vterum lædat, aut ne nouum vterum acquirat Hæc apertè docetur l.prægnantis.ff.de pœnis.Vlpian.Prægnantis mulieris conſumendæ damnata pœna differtur,quoad pariat.Et ego quidem,& ne quæſtio de ea muliere habeatur,cenſeo eam deberi obſeruari, l.quamdiu prægnans eſt,& ibi Barto. & Franc.Accur.& Bald.in l.interpoſitas, ad finem. C.de tranſac. ad hæc vide ea quæ ſcripſi in Praxi mea rerum criminalium, ſub titulo,qui ſunt à tortura excuſand.vide ſupra Carcer,Deportatus.

## Mors, Voluntas Neglectus,

Mors voluntas, et Negligentia æquiparantur. ſcilicet ad effectum deuoluendi,ſeu ad ſubleuationē obſtaculi prioris habentis aliàs melius ius,vt notatur in l.vnica.C.quando non peten.part.peten. accreſcunt.In l.meminimus.in §.finali.C.de legiti.hæredib.& in §.penulti. Inſtit.de bono,poſſ.Et Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſiliis : conſil. cxix.numer.27,in ſua iiij.parte conſiliorum.

## Mortuus ſine hærede.

Mortuus ſine liberis,et mortuus ſine hærede, aliquando ſunt paria.Vide ſupra ſub titulo,Decedere.

## Mortuus & Furioſus.

Mortuus et furioſus à pari procedunt.teſte Baldo in l. humanitatis.C.de Impu.et aliis ſubſtitu.Quemadmodum enim mortuus regulariter non debet ſuſpendi,nec contra vlla ſententia pronūciari. l.defuncto.ff.de publ.iudic,ergo pariter nec furioſus,pro quo facit tex.in l.diuus.ff.de offic.præſi.Nam quia afflicto non eſt addenda afflictio, et quia mortuus ſatis ſua morte, et furioſus ſatis ſuo furore afflictus eſt.non eſt contra illum ferenda ſentētia, qui iam ſuam ſententiam à ſupremo iudice habuit,neque hic mortis atque ſuſpendij pœna damnandus, qui furore percitus ignorat quid faciat, et per conſequens contra legem non peccat. Peccatum enim omne debet eſſe voluntarium,et ex dolo malo profectum,adeo vt ſi non ſit voluntarium, omnino non ſit peccatum. Quod autem afflicto non ſit addenda afflictio,docetur per l.tam dementis C. de Epiſ.audien.c. cùm percuſſio. vij.q.j.cum multis concordantiis allegatis ad d.l.Diuus.Hæc etiā confirmat D.Franc.Mirg. in Conſue. Ducatus Andegauen. titulo *De la punition des crimes*. articulo cxliiij.numer.15.vide ſupra,Furioſus.

## Mortuus, Mortaliter vulneratus.

Mortuus & ad mortem vulneratus,æquiparantur.quod Baldus in c.j.in principio tituli.Quib.mod,feud. amitta, notat ex illo textu,qui ad hoc eſt optimus.Quod & idem voluit ipſe Baldus in l.j.C.de nundi.Et in l.Bello.in fine.ff.de excuſa.tuto.& in l.Damni.in §.Sal.ini.per textum ibi.ff.de dam.infect.de quo etiam eſt text. in l. Huic ſcripturæ ff.ad l.Aquil,quem ad hoc pōderat Per. de Anch.in ſuis conſiliis,conſ. ccccxxx.incip.fuiſſet expediens.Et aliis textus in l.ita vulneratus,eod. titulo,quem Barto. notat,& hinc occaſione ſumpta quærit an poſſit ſtatim homicidij accuſari,qui alium lethaliter vulnerauit.Et de hac re eſt etiam textus in l.in hac.ff.de condit.triti.per quem dicit Baldus in l.dos data.C.de donat.ante nupti.quod qui eſt in articulo mortis,mortuo æquiparatur & bene etiam facit ad hæc quod dicit gloſſa, in l.

qui

qui ſt.chum.ff.de confeſ.& in §.j.in verbo, Morientibus.Inſtitu.de lege fuſ.Can.tollen.Plura de hac materia leges apud D.Andræam Tiraquellum in legib.connubialib.& iure marit.xv.lege.numer.18.

## Mulier accuſatrix.

Mulieres quæ tutores de ſuſpecto accuſare poſſunt. Vide ſuprà, Auia.

## Mulier, Fiſcus.

Mulier ſeu fœmina, & fiſcus in non admodum paucis iuris articulis, paribus paſſibus ambulãt, in tacitis maximè hypothecis.l.ij.& ibi gloſſa in verb.Ceſſat.Et Barto.Paulus de Caſtro, & communiter alij Doctores.C.de priuil.fiſci.quæ ſemper ad illud citatur.Et l.dotis tue.C.de iure dot.Et ad hoc facit l.finalis.ff.ex quib.cauſ.maio. Et l.iiij.ff. qui potiores in pignore habeantur, cum infinitis aliis iuribus nequaquam diſſimilibus.

## Mulier, Philoſopha.

Mulieres bonæ, philoſophis hodiernis poſſunt comparari, quia raræ ſunt l.ſed & reprobari.ad exordium.ff.de excuſatio tuto, ſic obſtetrices Ægyptiorum dicebant Pharaoni Regi Ægyptiorum de mulieribus Hebræorum. Nõ ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres, ipſæ enim obſtetricandi habent ſciẽtiam, & priuſquam veniamus ad ipſas pariunt:hoc eſt, in rerum naturalium cognitione, nempe in Philoſophia naturali, nobis multò ſunt ſuperiores & peritiores. Exodi.j. Sed priuſquam hunc locum abſoluam, vnum addam, quòd præterire non poſſum, quòd cùm nuper incidiſſem in hanc materiam percurri omnes iuris ciuilis textus, quò aliquid inuenirem, quòd hoc loco poſſem in fauorem & laudem mulierum inſerere, & probare aliquam mulierem exiſtere bonam, & tandem ſe obtulit.l.mulier bona.ff.de iure doti.quam cum diligentius inſpexiſſem, inueni legem ſic habere, mulier ſua bona omnia in dotem dedit, &c. Et deprehendi bona non eſſe hoc loco nominatiui caſus, vt ſit epitheton mulieris, ſed accuſatiui caſus, vt in toto corpore iuris ciuilis mulierem bonam inuenire non potuerim. Plura de mulieribus, vide infra ſub titulo, Vxor.

## Mulier, Herba mala.

Mulier mala herbæ æquiparantur. Vt tenet gloſſ. in verbo, De ætate volentis contrahere matrimonium, ſuper tractatu Ioannis de terra Rubea, contra rebelles ſuorum regum, Articulo iiij.primi tractatus idem confirmat Philipp.Franc.in repetitione c.ſi pater.De teſta.lib.vj. vbi quærit, quænam ſit cauſa, cur fœmina citius pubeſcat viro, citiúſque nubilis, aptaque viro fiat, quàm vir aptus fœminæ euadat, & cauſam reddit. Quòd fœmina natura ſit viro ſagacior, & ingenij dexteritate maturior, gloſſa in l.qua ætate.ff.de teſtam. In c.puberes. & in c. finali, extra de deſponſ.impu. Et quia mulier citius viro adoleſcit, ita etiam ad coitus potentiam & actum, viro citius perficitur. Vide Philipp.Franci.in d.Repetione c.ſi pater. Vide etiam Baldum & alios Doctores in d.l.qua ætate.gloſſa in verbo octauum. in l.ij. C. de his, qui ven.æta.impetra.dicit. Quod autem mulieres citius viro perficiantur cauſa efficiens eſt, quia herba mala citius, quàm bona creſcit. cauſa verò finalis eſt, vt citius coniugio aptentur, & ſoboli propagandæ citius deſtinentur: ad quam non tantus annorum numerus, quantus in maribus, nec tanta potentia quanta in viris requiritur, ſicuti non requiritur tanta potentia in materia, quanta in forma: nec tanta vis in patiente, quanta in agente, vt habet c.puberes. extra de deſpon.impu. & bona gloſſa in cap.de illis ij.ſuper verb.Copula, eodem tit. Sed hoc de mulierum præcocitate obſeruandum eſt, quòd ſicut citius, quàm mares gignuntur, & adoleſcunt, teſte Plinio natur.hiſto. cap.iiij. ita etiam citius quàm mares ſeneſcunt, & conſumuntur, quod & Hoſtienſis teſtatur c.tertio, eodem titu. Nam vt in plantis, quæ omnium citiſſimè floreſcunt, et matureſcunt eæ quoque omnium citiſſimè marceſcunt, et concidunt, et contra, et ſic in hominibus, et in brutis animantibus quæ citiſſimè adoleſcunt, ea et citiſſimè langueſcũt et pereunt. Iuxta etiam illud: Quod cito fit, cito perit. Illud interim, et obiter de natura mulierum notandum eſt, quod Plin.natu.hiſtor. lib.vij. c.lij.refert. Quod ſcilicet mulieres præcipuè iuuenes, ita cõcubitu virorum gaudeant, vt ſi pene ſuffocatione vuluæ emortuæ eſſent ſi ipſarum vulua corrigatur, atque fricetur, ſpiritus earum, tanquam in auram exalatus, ad alacriorem vitam reſtituitur. Vide Plinium loco citato, de his qui elati reuixerunt. Cuius verba hæc ſunt: Feminarum ſexus huic malo videtur maximè opportunus, conuerſione vuluæ, quæ ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur.

## Mutilare.

Mutilare al quem membris quoad irregularitatis caſum, aut irregularitatem incurrendam, par eſt cum occidere.cap.is, qui mandat, & ibi gloſſa, & Petrus de Anchar.de vſur.lib.ſexto. Et ad hoc clem. j. eodem titulo de vſuris, & ibi gloſſa, quæ allegat concordantias.

## Non naſci. & ſtatim mori.

Non naſci & naſci, ſed ſtatim mori, quantum ad hæreditatis ſucceſſionem, paria ſunt.§.dubitatum, in authentico, de inceſtis nupt.maximè ſi quis moriatur viuo adhuc eo de cuius ſucceſsione agitur. Nam viuentis hæreditas non cenſetur, nec viuens habet hæreditatẽ, l.j.ff.de hæredi.& actio.vendita. Et l.j.ff.pro hærede. Et l.qui hæreditatem. Et l. neminem. Et l.qui ſuperſtitis. ff.de Acquir. hæred. Hæc etiam ita viſa ſunt D.Andreæ Tiraquello, in ſuo lib.admodum inſigni. De nobilitate primogeniorum iiij.q.numer.197. Sed an id ſemper procedat, vide eundem ibi.numero ſequenti.

## Negligentia craſſa, & Dolus.

Negligentia craſſa & ſupina dolo ac fraudi de iure æquiparatur. vulgata l.quod Nerua. & ibi eleganter & copioſè ſcribẽtes .ff.depoſi. cum ſimilibus iuribus. De hac negligentia ipſe etiam memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo de tutorum & cura.munere.capit.quarto.nu.37.in poſtrema editione.

## Negligentia & Delictum.

Negligentia & Delictum æquiparãtur.iuxta cap.finale, iuncta ibidem gloſſa in verbo, Aut perperam.de ſupplenda negligentia. prælat. lib.iij.ipſa quoque naturalis ratio hoc indicat, vt quiſquis per negligentiam aliquid committit, aut omittit, ex quo aliquid damni cuipiam accreſcit, vt is per eam negligentiam idipſum damnum dediſſe cenſeatur, qui hoc ipſum damnum per diligentiam impedire potuiſſet, ſi voluiſſet. Vnde & damni reus cenſetur, qui damni occaſionem dediſſe videtur.

## Nobilitas, & Scientia.

Nobilitas & ſcientia, quantum ad promotionum facultatem, in iure æquiparantur. Barbat.in c.Poſtulaſti.de reſcr.& idem Barba. in c.accedens.ij.vt lite non conteſt. Scientia enim nobilitat.l.prouidendum. in gloſſa in verb.nobiliſſimos.C.de poſtulando. Nobilitas tamen ſtercus eſt, niſi habeat virtutis concomitantiam, vti teſtatur Hoſtienſis in ca. Venerabilis.de præbẽd. quin & idem Hoſtienſis nobilitatem ſine virtute comparat cum ſtercore, ſcilicet in c.tua. de conſangui. & affinit. vbi dicit: Quod qui de nobilitate, aut nobiliori ſanguine ſuperbit, is de nobiliori ſtercore intumeſcit. Quocirca nobilitas per ſe conſiderata, ipſa doctrina, atque virtute longe eſt inferior.

## Nolle.

Nolle, & non poſſe, quantum ad effectus declarationem, in iure ſunt paria.§.vſus.ff.de procura.l.mulier. ff.ad S.C. Trebellia. Et notat Bart.in l.j.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu.in ij.q.huius mentionem etiam facit Ioannes Petr.de Ferrariis, in ſua notabiliſſima practica, in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione.verſi. Subſtituit vulgariter. num.4. Ita etiam affirmat D. Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſilio cxxvj. nu.5.ſecundo vol. Dixi ſupra hæc ad effectus exhibitionem, in iure eſſe paria. Nam iuxta facultatem humanam (non excluſa diuina ſæpe multa poſſumus, quæ nolumus & contra, ſæpe multa nolumus quæ poſſumus, vti ratio, & experientia perdocent.

## Notorium & Sententia.

Notorium & ſententia æquiparantur. Nam quando res facta eſt notoria tunc ea virtualiter talis eſt, ac ſi de ea lata eſſet ſententia, quia ſimultáque certa innotuit, de ea ſententia ferri poteſt.l.emptorem.ff. de actionib.empt. Ideoque qui manifeſtè & notoriè ab omnibus prodigus eſſe conſpicitur, is quoque habebitur prodigus, nõ ſecus quàm ſi per ſententiam fuiſſet declaratus prodigus Atque hoc caſu non eſt dubium, quin de iure ipſi bonorum vſu ſit interdictum, etiã ſi verbis expreſſis & iuridicè ipſi non interdicatur.l.j.§.j.ff.ad Turpilli. Vbi etiã dicitur: Si quis manifeſtè cognoſcatur alicui calumniam feciſſe, is perinde habendus eſt, ac ſi condemnatus eſſet de calumnia. Quia igitur manifeſtum & ſententia æquiparantur, rectè neganda & prorſus interdicenda erit ipſi bonorum adminiſtratio, quiſquis fuerit notorius prodigus. Nonnulli allegant pro hoc.l.is cui.ff.de teſtamen. His tamẽ omnibus non obſtãtibus D.Vdalric.Zaſ. in l.is cui bonis interdictum numero 16.ff.de verb. oblig. contrariam amplectitur opinionem, & tanquam ſaniorem, & veriorẽ iuxta ſententiã gloſſę ibidem quam ſequitur Bar.ibi, & aliis locis, & communiter Doctores, ſecundũ quam

opinionem ponitur hæc concluſio,Zaſio teſte. Manifeſtè & notoriè Prodigus rectè bona ſua adminiſtrat, etiam ſi decoquat antequam ei adminiſtratio interdicatur. Quæ quidem opinio( inquit ) probatur per valdè multa iura, quorum meminit in d.l.is cui bonis interdictũ per l.Iulianus.ff.de curato.furioſi.vbi dicitur,Si prætor interdicturus eſt adminiſtrationem:Item per dictum textum. Is cui bonis interdictum.qui eſt apertiſſimus,dũ inquit.Is cui bonis interdictum eſt.Reliqua ibidem licebit videre tempore & loco congruis. Ego quoque certè hanc D.Zaſij ſententiam,tanquam meliorem ac tutiorem libenter amplector,quia nõ cenſetur prodigalitas,prius quàm iuſtitia eam publicè denunciauerit.Et quamuis multi eam cenſeant in animo eſſe prodigalitatem,ea tamen omnibus nõ innotuit,nec ad omnium notitiam peruenit,& pro prodigalitate ea habenda non erit, priuſquam publicè per forenſem proclamationem denunciata fuerit.

## Nouum, & Innouatum.

Aliquid ſuperuenire de nouo , & vetus iam demum innoteſcere, vel in notitiam venire,paria ſunt.Vel ſic.Hoc nouum eſt,vel iam recens ortum:& hoc vetus eſt,ſed iam demum innotuit , vel in notitiã venit,paria ſunt,Ad quod facit c.paſtoralis.de excep.&c.Vt circa. de elect.lib.vj.ſic Raphael Fulgoſ.ad l.mulier numero 5.C. de ſponſalib. & arris ſponſal.Sic & multę antiquę hęreſes noſtro hoc infœlici æuo ſparſæ, non tam nouæ ſunt, quàm hæreſes renouatæ. Nobis tamen apparent & dicuntur nouæ,quia hactenus nobis fuerunt incognitæ, quamuis olim à mille annis,& amplius à Patribus,& Conciliis , per auctoritatem ſcripturæ canonicæ fuerunt exploſæ, & damnatæ:quales potiſſimum ſunt,quæ ſunt de Trinitate,&c,

## Item.

Res iſthæc iam noua eſt,& res iſthæc iam demum emerſit,aut oriri capit,paria, ſunt, vt habet Raphael Cumanus , in l.in confirmando. nume. 3.ff.de confirmand.tuto.& curato.

## Nullus & inhabilis.

Nullus & inhabilis æquiparantur.l.j.§.penultimo. ff. quod cuiuſque vniuerſi.nomi. ita quoque tenet D. Andræas Tiraquellus de legib.connubialib.& iure maritali,gloſſ.vj.ibi *De ſon mary*.nu.61.

## Nullus & inefficax.

Nullus & inefficax paria ſunt. Et ideo notandum, quòd quamuis ea quæ prima fronte aliquid eſſe videntur,ſi tamen abſque effectu eſſe comperiantur,tunc ea poſſunt dici quaſi nulla. l.dari. ff. de verbo, obli.Carere effectu,& eſſe nullum intelliguntur æquiualere.Sed hoc intelligendum largo modo,quia ſtricto iure longe differunt, ea quæ ſunt inefficacia propter exceptionem,ab iis quæ ſunt ipſo iure nulla, vt probat D,Vdalricus Zaſius.in l.qui bis,iuncta.l.ſi dari.nu. 37,ff.de verbo.obligat,

## Nullum eſſe & non eſſe.

Nullum & nihil æquiparantur. Vide Vdalric.Zaſ.in l. cum quærebatur.num. 3.ff.de re iudica. Si ſententia eſt nulla, perinde debet haberi,ac ſi nondum lata eſſet,quia( vt diximus )nullum & nihil æquiparantur.

## Nunciandi facultas.

Non habere facultatem nunciandi,& habere nunciandi, facultatem quæ poſtea per non effectum extinguitur,paria ſunt. Sicut ſcripſit D,Alberi.de Roſate,in l.ſciendum.numero primo,ff.de oper.no, nuncia.vel ſic.Nunciandi facultatem non habuiſſe dicitur,cuius poteſtas ſine effectu poſtea extinguitur.Vel ſic,Nunciatio nulla,& nunciatio extincta,paria ſunt: Vel ſic,Poteſtas nulla, & Poteſtas extincta, paria ſunt,

## Nunquam, & rarum.

Nunquam & Rarum in iure æquiparantur,& paria ſunt.cap.coram.extra de offic delega. Et quòd rarò contingit miraculum eſt, vt dixit textus,in authent.de conſulib.collat,quarta. & D. Philipp. Decius in regula. Ea quæ rarò.ff.de regul.iur. ad exordium. Ex quibus notandum,quòd de his quę rarò accidunt,regulariter nulla ratio habetur apud legiſlatorem,ſicuti id confirmat idem textus in l.nam ad ea. ff.de legib. cum nequaquam diſſimilibus iurib. quæ notantur in glo.in c.literas.extra de deſponſat.impube.

## Nuptiarum tempus, & mentio nuptiarum.

Id factum eſt nuptiarum tempore, & id factum eſt tempore mentionis nuptiarum,paria ſunt.teſte Raphaele Fulgoſio in l.ſancimus, numer. 1.C.de inceſt.nupt.

## Nutrix.

Nutrix, Soror, Mater, Auia, & ſimiles perſonæ aut mulieres cognatæ,in iure æquiparantur.Per celebrem l.j.§.conſequens.ff. de ſuſpect.tuto.& §.conſequens.Inſtitu.eod.titu.de ſuſpect. tuto. & ibi Angel.Aret.Et.D.Nicaſius,in inſigni ſua lectura ſuper quatuor libros Inſtitutionum.eodem.§.& titu. Hanc quoque ſuam ſententiam confirmauit eodem loco meus nuper collega D.Iacobus Curtius Brugenſis Iuriſconſultus,in ſuis Inſtitutionum iuris ciuilis libris quatuor,ex Græco in latinum per ipſum translatis.Quæ quidem paritas potiſſimum intelligenda eſt:quoad accuſandum tutorem de ſuſpecto:accuſatio enim de ſuſpecto,eſt tanquam actio, ſeu accuſatio publica,quæ quoniam cuiuis homini permiſſa eſt vt ipſam moueat.etiam permiſſa eſt & competit omnibus mulieribus, quibus vel ex iure,vel ex naturæ vrgentis ratione,de ſuſpitione fraudis dolere,& conqueri competit,hoc eſt quas ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini naturalis affectus,& pietas mouet,vt ſcilicet ex ea pietate,& ex ſingulari pupillorum fauore ad eam accuſationem excitentur,dummodo ea pietas ſit talis quæ ſexus verecundiã nõ egrediatur, ſicut fecit Calphurnia,vt l.j.§.Sexum.ff.de poſtulãdo.§.Hanc itaque reſtrictionẽ in muliere accuſatrice non temerè adieci,ob id quod aliæ mulieres ad talẽ accuſationẽ non admittantur, niſi quãdo vel ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequũtur.l.de crimine.C.qui accuſare nõ poſſ.l.qui accuſare ff.de accuſat.& ad hoc facit.l.feminas.alienis,ff.de procur.dicitur autẽ iſta actio quaſi publica,vt in d.§.Conſequens.Imò verè publica, quòd cõpetat(vt iam dixi)non ſolum mulieribus cognatione,affinitate, aut naturali ratione alicui affectis,aut coniunctis:ſed quod cuiuis etiam ex populo,ſi modo dignus ſit,& non refutabilis,competat,vt habet.§. prim.Inſtitut.de public.iudic.Atque ideo dicitur ea accuſatio quaſi publica.propterea quod non quiuis indigni, & quiuis confutabiles accuſare de prædicto ſuſpecto poſſunt, quales ſunt infames,impuberes &c,Vti habetur §.Impuberes:& ibi ſcribentes,Inſtitu.eodem, De ſuſpect. tuto.

## Obligatio generalis.

Obligatio genearlis vel generalis.& obligatio altenatiua,ſunt pares Vt habetur in l.ij.§.& harum.ff.de verbo oblig.& Iacob.de Arena. per l.in executione §.pro parte.ff.de verb.oblig.Exẽpli gratia,Si tibi promiſiſſem equum ſine vlla ſpecificatione : & ſi ad liberandum fidem meam tibi obtuliſſem equum nigrum,quem ob eum colorem accipere nolles,& ſi is equus niger oblatus interim moreretur,profectò ipſo iure ab vllo alio equo dando liberatus eſſem, quantumuis D. Vdalric.Zaſi.in l.ſtipulatus ſum damam.ff.de verbo. obliga , ſubſtineat veriorem opinionem eſſe in contrarium,ſcilicet deteriorem dando debitorem non liberari ipſo iure,ſed ſolummodo ope exceptionis hoc ipſum quoque meminit idem Vdalricus Zaſ.in l.ſi ſtichum num. 5.& in l.ſtipulationem.in principio,numer.53.ff.eod.de verb.obligat quem dictis locis vt conſulas,conſulo.

## Obligatio iuridica.

Obligatio,ſiue diſpoſitio legalis:ſiue ſtatutaria,magis æquiparatur vltimæ voluntati,quàm contractibus.Secundum Barto.per gloſſam ibi in l.j.C.de his,quib.vt indigni. Et per. eundem Barto.in l.non ſolu §.morte.& ibi per Imol.ff.de oper.no.nuncia.Et per Barto.in l.in cognitione.ff.ad Syllania.Et de hoc quoque Bald.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.& in titulo,de pace Conſtantiæ,verb.in criminalibus.& Alexan.in l.ea demum.C.de collat.horum latius etiam meminit D.Carolus Ruinus in ſuis conſiliis, conſil. cxvij.incip.videtur prima facie. iiij.volum.conſiliorum.

## Obligatione quis adſtringatur.

In præſentia obligatum eſſe , & promiſiſſe ſe obligare, paria ſunt. Vt notabiliter tradidit Ioan.Andr.in additione ad Speculato in tub. de actionib.& obligat.& ad hoc facit notabilis textus in l.ex parte.ff. de verbo.obligat & D. Vdalri.Zaſ.ſic retulit in conſi.x.nu. 36.lib.ij.

Obligatioea

## Obligatione quis liberetur.

Obligatione liberatur,qui pecuniam numerat, aut obligationem cancellat.Vide paulò inferius,Pecunia.& ſupra Cancellare.

## Obligatio nulla quæ.

Obligationem nullam ſubeſſe , & obligationem eſſe, ſed probari non poſſe , paria ſunt. l.in lege. ff.de contrahend. empt. & l.duo ſunt Titij.ff.de teſtament.tut.& Raphael Fulgoſ.in l.in poteſtate.C.de ſolut.& libera.num. 2.

## Occidere.

Occidere,& ad maleficium ſeu delictum inducere,quo quis occidat,paria ſunt. Sic notat Raphael Cumanus, ad l.quid ergo,§.ſi Hæres,numer. 3.ff.de legat.j.quem videre. Sic quoque apud Deum paria ſunt,aliquem actu,vel facto occidere.& aliquem inſtigatione, cõſilio,mandato,ac gloriante voluntate occidere: tametſi prius ſit actu grauius.Sicut enim is qui mulierem videt,eámque concupiſcit, eam mæchatus cenſetur in corde ſuo,Matt.v.ſic quoque & coram Deo homicida cenſebitur, non ſolùm, qui actu, ferro, aut alio quouis materiali inſtrumento aliquem occidit,ſed etiã qui maleuolo animo,barbarico ſpiritu,nefario conſilio, furioſo mandato alium ad occidendũ inſtigat, conſulit, mandat , aut occaſionem homicidij patrandi præbet: imò qui animo conſentiente, gaudente & applaudente de alterius cæde,& homicidio lætatur,iuxta illud quoque Pauli, Rom.j.non ſolùm qui ea faciunt culpabiles & morte digni ſunt,ſed etiam qui facientibus conſentiunt.

## Officialis.

Officialis(ſiue Eccleſiaſticus,ſiue ſecularis) qui ab electo pecuniã vllam accipit.Et eiuſdem officialis ſuperior qui eam acceptationem permittit,& non punit,poſtquam hæc ipſi denunciata fuit, pari pœna plectendi ſunt.Iuxta illud Pauli,Rom.j.nõ ſolùm qui talia faciunt, ſed etiam facientibus conſentiunt, &c.& vetus dictum eſt, quòd facientes & conſentientes pari pœna plectantur. Quibus conſentit Bart.in §.ſi igitur.num. 1.in authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio fiant.Et in eodem authent.de conſulibus.Vbi apertè dicitur, Quemadmodum punitur officialis,accipiẽs pecuniam ab electo ad aliquod officiũ,ita quoque ſuperior illius officialis ſi hoc ſciens eũ non puniat Paria enim ſunt,ſi ipſemet ſuperior illam pecuniam accepit, & ſi cõniuenter officialem inferiorem,qui eam pecuniam accepit, non puniat.Ad huius rationem & ſimilitudinem in l.iubemus. C. de ſacroſanct.Eccleſ.Iudices, vel ſuperiores qui non puniunt , ſed approbant vetitas alienationes,hi ſicut ipſi alienatores puniuntur,vt & Bald.in l.ij.ff.de noxal.actionibus,per illum textum dicit , quòd qui maleficium,quod ex ſuo officio impedire debet, non impedit ſed ad id diſſimulat,aut impedire negligit,is habendus eſt, ac ſi hoc ipſum maleficium perpetraſſet.Sic etiam Præfecto ciuitatis imputanda ſunt omnia maleficia, quæ per communitatem ciuitatis committuntur , ſi ſua vigilãtia ea ipſa maleficia impedire potuiſſet,& eadem per negligentiam non impediuit,teſte Caſtrenſ.conſilio ccccxxij. Et videtur is non impedire , aut impedire negligere , qui maleficia punienda non curat,quia per hoc occaſionem licentius peccãdi omnibus permittit, vt dicunt Doctores ad l.culpa caret.ff.de reg.iur.& D.Antonius cap. cùm ſecundum,De præb.& c.ij.de dolo & cont.

## Officialis iudicium.

Iudicium Officialiis , & iudicium Epiſcopi,paria ſunt.vide ſuprà, Iudicium.

## Omne, Totum.

Omne & totum æquipollent.Vide infra,ſub tit.totum.

## Orphanotrophi.

Orphanotrophi,& quiuis hoſpitalarij ſimiles ſunt,tutoribus & curatoribus, tam in bonis hoſpitalium quàm in bonis hoſpitantium. l.Orphanotrophos. & ibi Barto.B.de epiſco.& cleri.& in authentica. de eccleſ.tit.§.finali , collat.ix.& ibi etiam Barto.& Specula.titulo de inſtrument.edit.§.fin.verſi.ſunt etiam Orphanotrophi.nu. 12. in cle. quia contingit.§.illi etiam.de religioſ.domib.Poſſunt etiam Orphranotrophi,& hoſpitalarij quiuis nõ ſecus quam tutores,vel curatores de hoſpitalium ſuorũ bonis inuentaria conficere,iuramenta præſtare: ...ò debet,vt horũ tutores,ſuis ordinariis,ſeu aliis præfectis vel deputatis,quibus ratione bonorum hoſpitalium ſubſunt,ſingulis annis de eorundem bonorum adminiſtratione rationem reddere , ſicuti ipſi tutores rationem tenentur reddere de adminiſtratione bonorũ Pupillarium,aut curatelarium ſuarum.

## Pactum.

De actione ad pactum.Vide ſupra,ſub titulo, Actio.

## Papa.

Papa de aliquo in ſpecie cogitauit , & Papa de aliquo cogitauit in genere paria ſunt.quod ita determinat D.Alex.ab Imola in ſuis conſiliis,conſilio cxj.nu. 13 .lib.vj.quem ibidem videre licebit.

## Papalis gratia.

De Papali gratia,& motu proprio.Vide ſupra,Gratia.

## Partialitas.

Partialitas,& realis ſeditio,idem ſunt.ſicuti pulchrè & late tractauit Nicolaus Boerius in ſuo tractatu , De ſeditioſis.vide Ioannem de Neuiz.in ſua ſylua nuptiali.

## Parum.

Parum, Modicum, & nihil ferè æquiparantur. capitulo licet cauſam,§.quanquam.in verbo, Nulla vel modica.extra de probat.& Inſtitutut. De leg.falcid.in principio.in verbo pro nullo aut minimo.& Balbus in authentica,præterea.C.vnde vir & vxor.& Philippus Corneus in ſuis conſiliis,conſilio lxiij.libro primo,& conſilio lxxvij. lib. ſecundo,& Socinus conſilio cviij.& ad hæc bene facit capit.licet cauſam. in verbo , nulla vel modica. extra de probat. Et in l.ſecunda.ff. quod cum eo, Æquiparantur:Qui omnino non ſucceſſit,& is qui in minima parte ſucceſſit.Et pro his facit gloſſa,in authentico,de inſtrumen.caute & fide.in §.penultimo.in verbo, Inter quos,&c.quæ dixit, Quod parum ſcire,& nihil ſcire æquiparantur , & quòd nihil ſcientis & parum ſcientis æqualis eſt conditio. Sic & precium quod durat momento temporis,non inſpicitur,& pro nullo æſtimatur, l.precia rerum.§.vltimo.ff. ad falcid. Et ſicut citra ſimoniam beneficium poteſt alicui donari & conferri, ita etiam modica res pro beneficio data,nullam ſimoniam cauſari , aut prætendere poteſt. capitulo & ſi quæſtiones.extra de ſimonia. Et capitulo iudices,j. quæſtione prima. ideoque dominus Ludouicus Romanus,in ſingulari ſuo.cccxxxj. incipien. Hodie quidam, &c.ait , Quod ſtatutum prohibens alienare domum , fundum , aut aliquam quamuis rem immobilem alienare, aut alicui iuridicè tradere , id ſtatutum locum non habet in domicilio,vel parua domuncula , ſicut hoc confirmatur per textum , quem idem Romanus dicit eſſe ſingularem, in l. Senatus.in §.Marcellus.ff. de legatis primo,vbi hoc idem etiam ſentit Angelus Baldus quoque in capitulo cum te.de re iudic.dicit,quòd officialis pro modico non debet ſyndicari,ad hoc allegans l.quamuis. ff.de condit.& demonſtr. & l.euidẽs.ff.de ædil. edict. Pro quo etiam facit.l. Seio. ff.de in integrum reſtitut.& l.omnino.ff.de impenſ.in rebus dotalib.fact. Et l.res bona fide.ff.de cõtrahenda emptione. Et huc quoque facit,quòd paruum vulnus,ſiue leue vulnuſculum , non eſt in conſideratione,ſiue æſtimatione ponendum,adeo vt vix pro vulnere ſit habendum,vt eſt textus in l.j.§.proinde.ff.de ædil.edict. Quocirca ſtatutum loquens de punitione vulnerantis , id intelligi non debet de leuiter vulnerante, aut de eo qui paruum vulnuſculum infligit, ſeu paruam cutis ſciſſuram facit,teſte Baldo.in l.finali.C.de ædilit.actionib.vbi etiam ſubdit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd ſyndici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolentas , per id ſtatutum non tenentur denunciare percuſſiones,vbi eſt leuis cutis ſciſſura , & allegat d.l. euidens,& d.§. proinde. Pro quibus etiam facit gloſſa notabilis , in capitulo cum illorum. in verbo, ſanguis.de ſentent.excommu.& in clementina ne Romani.§.finali.in verbo , effundendis. extra de elect. & in capitulo placuit.ſecundo.xviij.diſtinctione & gloſſa in capitulo ſi proponente.De reſcriptis in prima gloſſa in fine. Et facit pro his,l.quæſitum.ff. de re iudica.vbi etiam dicitur,quòd ad appellationem febris non venit appellanda leuis fabricula. Et ad horum ſimilitudinem dixit Baldus in l.ſi quis hoc genus.in fine.C.de Epiſcop.& cleric.quòd ſi ſtatutum,vel lex puniat offendentem clericum,id ſtatutum comprehendit ſolùm inferentem grauem & atrocem iniuriam , non autem leuem. De his etiam meminit dominus Hippolitus de Marſiliis , in ſuis conſiliis , conſilio lxxx. numeris 11.& 12.13. 14.15. 16.17.18.& 19.cum ſequẽtibus,vſque ad numerum 30.incluſiuè in primo volumine conſiliorum crimialium. Et in conſilio ciij.numeris 12.& 13. in ij.vol.conſi.criminalium.

## Patronus.

Eſſe patronum, & haberi pro patrono, in quibuſdam paria ſunt. Ita habet dominus Vdalric. Zaſius, in l.in ius vocari §.patronum.ff. de in ius vocand.& ita ibi Bald.textum allegat, & ad communem vtilitatem applicat, qui dicit,quòd ſtatuta noſtra de ciuibus defendendis loquentia, vel ſimpliciter loquentia de ciuibus, etiam complectantur eos, qui habentur pro ciuibus, etiam ſi veri ciues non exiſtant. Vnde dicit ſcholares noſtros concludi ſub hoc ſtatuto, vt habeantur pro ciuibus:verùm hæc intelligenda eſſe dicit, quantum ad ipſorum commoda id ſtatutum faciat, hoc eſt,quatenus id pro eis ad communem cum veris ciuibus defenſionem, & patrocinium faciet, non autem quatenus ad quæuis publica, communiaque ciuium onera æqualiter cum veris ciuibus ferenda,ligabit. In commodis enim pro veris ciuibus habendi ſunt, non autem in oneribus, quantumuis verum ſit,& idem eſſe cenſeatur, verè ciuem eſſe, & haberi pro ciue. Quod autem nos habemur pro ciuibus, ac ſi verè ciues eſſemus, eſt inſigne priuilegium noſtrum iuris communis, vt diffuſè tractat Bald,in vulgata authentica,Habita.C.ne filius pro patre. Quamuis autem inter ſe paria eſſe diximus. Eſſe verè ciuem,& haberi pro ciue multum tamen inter ſe differunt, Eſſe nobilem, & haberi pro nobili: differunt enim non ſecus,quàm genuinum germanum & fictitium,vti eleganter id explicauit D. Bartolom.Soci.in conſilio j.per totum.

## Pecunia.

Pecuniam accipere, & obligatione liberari, in iure paria ſunt: ſed per accidens potius,& obliquo quodam modo. Nam ſimpliciter loquendo,Numerare pecuniam,& obligatione liberari,apertius dicendã ſunt paria.Sed quia is qui aliqua obligatione( quæ eſt æs alienum) liberatur, ſi ſoluat quodammodo eius obligationis (qua obuinctus fuerat)lucrum facere, eiuſdémque precium quadantenus accipere videtur,ideo & ex hac cõſideratione hic dicimus.Pecuniam accipere & obligatione liberari in iure eſſe ſimilia.Vel clarius:Pecuniã accipit,qui ab obligatione ſe liberat.l.ſi quis obligatione.ff.de reg.iur. Et ibi Philip.Dec.Et eſt gl.in l. Qui etiam.ff.de calum.Cum his quoque congruit tex.in ca.Veniẽs.j extra de teſtib.Vbi dicitur,quòd ſimonia etiam committatur in datione, Et idem habetur in cap. Talia.viij.q.iij.Et ad hunc modum etiam paria eſſe dicimus,dare & remittere, vti habetur apud eundem textum, in l ſi fundum.§. Titio fundum. ff.de legatis j.& in l.ſi mulier.ff.de condict.ob cauſam.notat Bartol.per illum textum,in l.Peculium.j.in prin.ff.de pecul.

## Pecunia, & Anima.

Pecunias tam vſu,quàm ſui abuſu alij æquiparant animæ, alij eaſdem cum amore parem faciunt, aut potius eundem ſuperare contendunt. Verùm hæc comparatio (quamquam ipſa non omnino ad ſimile iuridicum pertineat) altius hic mihi tamen perquirenda videtur, nempe vt pernoſcatur quæ ſit pecuniæ etymologia, quomodo, & quot modis in iure accipiatur, & poſtremo quis ipſius ſit vſus, vis,& abuſus. Pro quibus primò notandum eſt, pecuniam cum ab ipſa deriuato peculio non tam dictam,quàm ductam eſſe à pecubus, ſic vt pecunia dicatur quaſi pecuina ſubſtantia,eaque ferè tribus modis,vt pote quæ verè erat pecorea ſubſtantia, aut quæ ex pecorum permutatione conſtabat,aut quæ pecorum imaginem ac figuram referebat. Pro primo ſciendum eſt priſcis illis ſeculis (quando agricultura vrbica vita habebatur potior, & nobilior, & quando vrbes vix dum extiterant)pecuniam acceptam fuiſſe pro ipſa pecuniæ ſubſtantia,Quicquid enim olim maiores noſtri poſſederant,id ferè omne in pecoribus,in agris,ſiue locis cõſiſtebat,quod patet ex Bibliis,in quibus omnes Iob,Abraham,Iſaac, & Iacob diuitiæ connumerantur in pecoribus,& agrorum ſiue locorum poſſeſſionibus. Et habiti dictique ſunt tunc locupletes, qui plurima agrorum loca cum pecorum multitudine poſſederant.Vide Panormit.in Rubr.de pecu.cleric.Vide etiam Cardinalem in clementina,Exiui de paradiſo,cum ſimilibus locis vulgatis.Sic & apud Græcos tunc, inclitiſſimus quiſque paſtor erat.Atque hinc ipſorum alios polyornas, alios polymelas, alios polybutas appellabant, nempe eos qui multos agnos, oues, aut boues poſſidebant.Poſteris verò ſeculis pecunia accepta eſt, & vſitata bifariam, ſcilicet generaliter & ſpecialiter. Generaliter pro quacunque rerum poſſeſſione,quæ appellatione pecuniæ veniunt,l. Secunda, & ibi Bald.C.de conſtitu.pecu. Idem confirmat diuus Auguſt.in lib.de doctri. Chriſti,aſſerens quod quicquid homines in terris poſſident, quorúmque ſunt domini,ſiue ea ſint ſerui,ſiue vaſa,agri,arbores,pecudes,aut quicquid horum eſt ſimile, id omne ipſis pecunia habebatur.Idem habetur in c.Totam.j.q.iij.Bart.in l. Prim.§. An poteſt.ff.de conſtit.pec.& in l,quiſquis.ff.de lega.iij.ad hunc quoque modum. Pecunia generaliter olim accipi ſolet in teſtatoribus ( dum teſtamenta proferebant)pro omni re quæ conſiſtebat in pondere, vel menſura, vti habetur in l.Talis.ff.de leg.j.& ibi Bar. Specialiter verò & ſtrictè, ſecundum conſuetum loquendi modum, tum etiam in teſtatoribus accipitur,tantum pro nummo,ſiue pro denario,teſte Bart.ibidem.Et in l.j.ff.Ad Macedo.Et ſicut pecunia accipitur pro denario, ſic quoque denarius accipitur pro pecunia, vt habet textus in d. Clementina,Exiui de Paradiſo. Vbi Denarius pro pecunia exponitur. Et ſimul hoc additur,quòd quãuis denarius,& pecunia inter ſe differant(quia denarius erat qui pro decem nummis olim computabatur, pecunia verò erat quod de pecorum ſubſtantia prouenerat)tamẽ hodie communiter pro eodem accipiuntur,& ideo ibidem exponit in textu coniunctionem(vel)expoſitiuè,pro,id eſt,hoc modo.Denarios,vel pecuniam,hoc eſt,pecuniam. Vbi quoque notandum denariorum voce contineri & accipi omnem monetam, ſiue pecuniam, tam paruam, quàm magnam, tam argenteam, aut æream, quàm auream. De hac quoque generali,ac ſtricta pecuniæ acceptione, vide gl.ſuper verbo, Pecuniæ.in l.ij.C.de conſtitu.pecu.Et iura quæ in d.gloſ. allegantur. Vide etiam gl.in l.ſecunda.ff.Si cer.pet.In qua gloſſa interim hoc notandum eſt,quòd ea pecuniæ ſtricta acceptio etiam locum habeat in reſcriptis,quòd ſingulariter notandum eſſe cenſet Inno.in cap.ſedes. de reſcrip.Idque pro ſingulari etiã notandum eſſe iubet Lud. Rom. in ſuis ſingularibus,ſingulari ccix. Secundo dicta fuit olim pecunia, ſiue pecuina ſubſtantia, omnis res quæ ex pecorum permutationibus conquirebatur,ſecundum quam acceptionem pecuniæ vocabulo cenſebatur quicquid homines olim in terris ſibi poſſederant,iuxta allegationem D.Auguſt.& Bartoli, iam paulò ante præmiſſam. Vt enim mortales olim ſibi mutuo in rebus neceſſariis commodarent, omnino neceſſe habebant pecora, aliaſque res rebus commutare. Ad quam commoditatem poſterior ætas magis induſtria,nummorum ( quos pecuniam vocabant ).vſum excogitauit. Vnde tertio pecunia ſiue pecuina tunc dicta fuit nummus coriaceus, nempe qui ex pecorum corio confectus,ad valorem certi pretij conſtituebatur. Vide Lucam de Penna.in l.inter.de conueni.fiſc.debito.lib.x. C.vel pecunia dicebatur nummus æreus,quem Saturnus poſtea inuenit,cuique tum pecudis cuiuſpiam notã ad certum valorem impreſſit eiuſque vſum populo ad neceſſariã rerum commutationem deſignauit. Huiuſmodi nummos cum certa bouis,aut bubuli capitis nota poſtea magis affabre excudi curauit Rom.Rex Seruius Tullius. Quin & Theſeus quoque apud Græcos nummos ſuos bouis nota inſigniuit, vt vel hac nummorum nota Atticos ſuos ad promptiorem agriculturam excitando prouocaret. Vnde Decabium, hæcatombium tunc nummum appellabant, qui decem aut centum nummorum valore conſtabat, nempe qui cum bouis effigie decem aut centum nũmos, aut aliud ſimile expreſſum precium deſignabat,quale preciũ in Hiſpanicis hodie realibus expreſſum eſſe cernimus. Qui de his plura, eáque certiora deſiderabit, is legat Orationem Philipp.Beroaldi habitam ante enarrationem carminis Georgici, atque Caij Suetonij Tranquilli in qua oratione inclitã rei ruſticæ laudem doctiſſimè explicauit. Cæterum quamuis Eutrop.lib.j.facie j.& plures alij aſſerant nummorum inuentorẽ primum fuiſſe Saturnũ,idem tamen Eutrop. lib.ij.c.iij.ait poſtea à Rom.nummos argenteos in vrbe excogitatos, & figuratos fuiſſe anno ab vrbe condita cccclxxvij. Marco Æmilio,& Paulo Seruio Fuluio cõſulibus,nempe poſt magnam Afrorũ claſſem à Rom.nauali prælio captam.Pro his item certtiora comperies apud D.Alber.de Roſa.in Dictionario ſuo, in litera,Moneta. Et ibi in additionibus Speculatoris in ſuo aureo repertorio,ti.de ſum.expẽ.& Deciſ.parlam.Delphin.q.ccccxij.Et in Deciſ.ccccxciij. Et apud D. Nicol. Boerium in addit.ad Io.Muntaig.in tractatu de authoritate & præeminentia ſacri magiſt.cõci.Et apud eundẽ in addit.ad Dynũ in Regula in obſcuris,in additione prima,Porrò quod eodem loco dicitur triginta illos argenteos Iudæ ob Chriſti ſeruatoris noſtri traditionem numeratos,fuiſſe illos eoſdem quos Thare pater Abrahæ ad petitionem Nini filij Beli,& Niniuitarũ regis fabricauerat,quique per multorũ manus perueniſſent in Pontificũ Iudæorum corbonã,mihi certẽ nimis fabuloſum,& authoritate caſſum videtur,vt id hoc loco explicare cõtra D.Alb.de Roſ.pigeat. Quocirca hoc incerto omiſſo ad pecuniæ vſum,& abuſum explicandum pergo. Vſus itaque pecuniæ quis,& quantus ſit,quãuis experientia verius quàm ſcripto aut Poetarum teſtimoniis cognoſcamus,ipſius tamen vſus potiſſium Principibus ad bella gerenda eſt perneceſſarius, vt eam ſuis elargiantur militibus.Nulli enim milites vnquã de ſuo,aut ex propriis militare debuerunt,per iura vulgaria. Non decet,vt alicui militum ſuum damnoſum ſit officium,ca.Cum non deceat,de elect.in ſexto §.Itẽ in criminali.iiij.q.iij.ca.ſtatutũ.in fin.de reſcrip.lib.vj.l. Seruus cõmunis.ff. de furt,& l.cum quidam.C.de adminiſt.tut.& Cura. Atq; hoc iam dictum milicũ officium quod non decet eſſe militibus dãnoſum,intelligendũ eſt,tã de publico quàm de priuato,ſicuti exponũt D.Io. And. in Nouella.Et D.Domin.de S.Geminiano ibidẽ.Miles pariter vt alius quilibet,pecuniæ,& præmij ſpe certat.Et D.Bal.in prelud.tit.de iudiciis.Si miles viderit ſe digno præmio priuatum, is mox omnia depopulari pergit. Quod & D. Robertus Gaguinus, in Chronica Caroli Francorum Regis ſexti, facie ij apertè narrat, de militibus, quibus

per regem de ſtipendio militari non ſatisfactum fuerat. Quietis (inquit) compoſitiſque regni primoribus, cum ſtipendia militibus nulla ſoluerentur, tum non ſecus quàm hoſtes, prædis, ſtupriſque populũ milites vexabant. quam ob rem agricolæ rura vicoſque deſerentes, in oppida, arceſque fortunas ſuas conferebant, &c. Quocirca non temerè vulgo dicitur pecuniam eſſe neruum belli, vt ipſa potius iuxta primam hanc noſtram æquiparationem dicenda ſit eſſe anima belli, nempe per quam milites ſtrenuè animentur, per quã neceſſaria quæque tum victualia, tum bellorum munimenta ſuo congruo tempore, & loco expediuntur, & per quã tota belli militia quodãmodo viuit, & triũphat adeo, vt ſine ipſa vniuerſa militaris turma, pſus langueat, concidat, ſoluatur, & pereat. Quin vt in militia, ita & in reliquis vitę noſtræ vſibus, & cõtractibus conſpicimus pecuniam tam eſſe neceſſariam, vt ſine ea plerique tanquam exanimes, ac veluti ſe miuiui plateatim incedant: pecunioſi verò animoſi, ac viuaciores vbique ſeſe oſtentent. Certè ſine pecnuia (vt nunc ſunt abuſus, & mores hominũ) nihil efficitur, vti nec corpus quicquã ſine anima efficere poteſt, Veriſſimè itaque dixit Horatius: Regina pecunia donat & genus & formã, &c. Itẽ ille: Sine re (id eſt pecunia) nullus eris. Hinc quoqu Lucas de penna. in l. Domini, de agricol. & cenſi. lib. xj, C. Ille enim cui nullæ ſunt pecuniæ, omni videtur deſtitutus auxilio, & contra: quiſquis pecuniam habet, is omnia habere cenſetur. Vide Bar. in l. Cogi. ff. Ad Trebell. in l. Talis, in principio. ff. de leg. j. Et Bald. in l. Si tuis C. de ope. liber. dicit pecuniam vitam eſſe hominis, per notata in l. Aduocati. Et ibi per bonam gloſſam, ſuper verbo, Vitam. C. de aduocat. diuerſ. iud. Panormitanus, quoque per illam l. Aduocati, iuncta gloſſa ſua in cap. Cum oporteat, de accuſationibus, dicit bona iſthæc temporalia eſſe vitam hominis. Quod enim corpori ad operationes ſuas eſt anima, hoc ipſum ad res quaſu s gerendas mortalibus eſt pecunia. Et D. Bal. in l. Receptitia. C. de cõſti. pec. dicit etiam, quod quiſquis pecuniam habet, is rem omnem quam cupit habere cenſetur, vbi, & ſubnectit pecuniam optimum eſſe futuræ neceſſitatis fideiuſſorem. D. item Ambroſius de pecuniæ abuſu loquens lib. officiorum ij. c. xxj. hoc pecuniæ tribuit, quòd pecuniarum poſſeſſores (ſed corruptè potius quàm verè) honore afficiat. Hoc malum inquit iamdudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honori ſit, vtque ſoli diuites admiratione digni habeantur. Nam hodie vix alius vllus quàm diues, honore dignus eſſe putatur. Alanus quoque hanc humanæ naturæ corruptionem obſeruans hiſce ferè verbis conqueritur: Si quis inquit pecunia tanquam lorics argenteis armatur, is Tulliani torrentis impetum non metuit, is Hectorei incurſus nec fulgura, nec impetus formidat, neque ad virtutis Herculeæ robur trepidat, neque per verſipellis Vlyſsis aſtutias quas vilipendit decipitur, Tantam enim vim, atque efficaciam nunc apud mortales obtinet pecunia, vt præ ipſa Dialectica cernatur muta, vtque Rhetoricæ ſubtilis facundia langueſcat, vbi perorare cœperit nummorum pluralitas. Quin & ſi in aurem iudicis inquit aut aduocati tinniat, ſuſurretque pecunia, mox obſurdeſcit Orphei lyra, Amphionis carmen, Virgilianaque muſa pecuniæ voce ſuffocantur. Quid plura? Vbi pecunia loquitur Tulliani eloquij tuba rauceſcit. Vbi nummus militat, Hectoreæ militiæ cõpeſcuntur fulgura. Vbicunque pugnat pecunia, illic virtus expugnatur Herculea. In ſumma: Nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat vniuerſis, adeo vt fruſtra olim Virgilius cecinisſe videatur cum Amorem extollendo diceret: Omnia vincit amor iſtud enim dictum retractans pecunia, mox Virgilio his verbis occinuit.

*Non amor amplius hic ſed ego ipſa pecunia, vincam.*

Quod & multis ſeculis antè quoque notatum fuerat ab Eccleſiaſte c. x. cum diceret: Pecuniæ obediunt omnia. Sed hæc pecuniæ vis quæ nunc omnium criminum mater eſt, ca. His igitur. xxiij. diſtinct. quæque veram Iuſtitiam ſtrangulat. ca. Si recte, & c. Qui pauper eſt. xj. q. iij. non tam ex ſua natura quàm ex abuſu & ex præpoſtero corruptoque hominum iudicio naſcitur. Nihilominus quum tam quotidianis experimentis, quàm certis authoritatibus perdiſcamus pecuniam tanti fieri, tam eſſe neceſſariam, ſuique tum vſu, tum abuſu tanta moliri, vt rerum gerendarum anima meritò eſſe dicatur, profectò ille cũ odoro, doctoque cane venatus eſt, quiſquis pecuniarum theſauros in ſuos caſſes retinuit. De quo cane D. Florianus, in l. Statua. ff. de vſufruct. ſic loquitur. Pecunia inuenta per canẽ, ad inueniẽdũ pecunias latentes doctum, ea ad dominum canis pertinet. De eodẽ cane etiam loquitur Bertachinus in ſuo repertorio, ſuper verbo, Pecunia, ver. liiij. Hic canis inquit ſi hodie haberi poſſet, is re vera & meritò pluris fieret quibuſuis aliis canibus, quos venatores ad aucupia, aut ad peruestigandas feras, perdices, aut coturnices multis ſtudiis perdocere conſueuerũt. Cæterũ quãquã hic multa de pecunia locuti ſimus, nolim tamẽ ob id mihi calũniã de pecuniarũ auiditate ſtrui. Nã quãuis dicitur quòd nihil boni de eo præſumitur, q ſemp & crebrò de pecunia loquitur, teſte Luca de Penna. in l. vnica. titu. de præſcriptio. li. xij. C. quod & confirmat text. in capit. Si cupis, ver. quem ſenſeris. xvj. q. j. nolim tamen id mihi impingi temerè, quum hic de pecunia non locutus ſim tanquam pecuniarum auaritia captus, aut quaſi ex pecuniarum cupiditatis abundantia os meum locutum fuiſſet ad quod prædictas authoritates reſpexiſſe puto, ſed tantum, vt cum animi dolore commonſtrem quantum in rebus mortalium ipſa pecunia valeat: vnde & quis ipſius fuerit vſus, quis abuſus, & quotuplex ipſius in iure fuerit acceptio. de quibus hic dicta nunc ſufficiunt.

## Perſona, Fama.

Perſonam conſeruat qui famam perſonæ conſeruat, hæc enim in iure æquiparantur. l. Iuſta. ff. de manu. vindic. Vnde quia honor & fama cuilibet pecuniario commodo præferuntur. l. Iulianus. ff. Si quis omiſ. cauſ. teſta. Cinus in l. j. C. vnde vi. Non videtur eſſe aliud cui dignius famæ integritatem æquiparare poſſumus, quàm ipſi perſonæ, aut vitæ perſonæ, quæ aliquando mallet vitam perdere, quam famæ iacturam facere. De hac itaque famæ præſtantia & ipſe quoque memini in mea praxi rerum criminalium recognita, ca. lxxix. de neceſſaria proprij honoris defenſione, nu. 5. vide etiam ſuprà, Honor.

## Perſona læſa.

Iſtud contra perſonam meam committitur, & iſtud contra conſanguineos meos committitur, paria æſtimantur. l. lex Cornelia, in principio. Vbi Bart. ff. de iniuriis. Et idem in l. iij. §. Si tutor inimicus. ff. de ſuſpect. tutor. Et hinc eſt, quòd ait Gulielmus Benedicti in iij. part. repetitionis ca. Raynutius, ibi. Qui cum alia matrimonium contrahẽs, nu. xcix. extra de teſtament. parem eſſe metum qui infligitur contra me, & qui infligitur contra amicum, ac conſanguineũ meum. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.

## Peſtis.

Peſtis æquiparatur hoſtilitati. But. in c. Cum dilecti. C. de dol. & cõtu. Et tempus guerræ vigentis inter homines, & tempus mortalitatis ſeu peſtis æquiparantur: cùm tunc cenſeatur bellum inter *Deum* & homines, vt notat Barto. in l. Naturaliter. ff. de vſucap. Et Canoniſtæ in capitu. Ex tranſmiſſa, de præſcriptio. Videtur idem ſeruandum in vno, quod in alio argumento, l. Illud. ff. ad l. Aquil. cum vulgaribus. Adde Baldum in lege. finali. C. de teſtament. vbi tenet quòd ſi teſtamentum fiat tempore peſtis, quo tempore nõ poſſunt teſtes faciliter haberi, valet teſtamentum cum minore numero ſeptem teſtiũ, propter neceſſitatem, argumento d. l. fi. pro his etiam facit l. caſus. C. de teſta. vbi propter neceſsitatem aliquid relaxatur de ſolemnitate, inducendo illam: prout eam inducit D. Iaſ. in præalle l. fi. C. de teſta. item facit: quia propter imminentiam peſtis receditur à iure communi. l. de ætate, iuncta l. præcedenti. cum ibi notatis. ff. ad Trebellia. c. ad ſupplicationem: cum ibi notatis per gloſſam, de renũciat. & c. cum dilecti. de dolo & cõtu. Itẽ facit illud vulgatum: quia neceſſitas non habet legem, nec ſubiacet legi. ca. quod non eſt licitum, & ibi gloſſa bona, de regul. iur. & l. j. & ibi Bal. C. de operis libert. Itẽ facit: quòd neceſſitas facit probabile illud, quod aliàs non eſſet probabile, vt dicit Bal. in l. Si teſtamentũ. C. de teſta. Pro his facit etiam illa communis theorica Doctorum, quæ habet. Quod vbi aliquid etiã pro forma & ſolemnitate actus requiritur, tamen propter caſum neceſſitatis valet actus geſtus non ſeruata illa ſolemnitate, vnde videmus: Quod licet pro ſolemnitate ſententiæ requiratur, quod feratur iudice ſedente in loco maiorum, & aliter lata non valet, l. ſi vt proponis, ij. C. quomodo & quando iud. & l. penul. ff. de iuſtitia & iure, tamen alibi lata metu periculi vitæ, tempore guerræ ſeu belli aut peſtis ſiue mortalitatis, puta ſuper turri, valet & tenet, vt eſt gloſſa ordinaria, in l. j. & ibi Bal. & Docto. C. de ſenten. ex breui. recitan. & idem tenet glo. in c. fin. in verbo, Sedendo. de re iudica. lib. vj. Præterea his ſeruit deciſio Ang. in §. quod autem, in authẽtico, de non alienan. colla. ij. per illum tex. in verbo, aut etiam vno, ſi vnum ſolùm ciuitas habeat vbi determinat, quòd ſtante ſtatuto, quòd nullus contractus minorum vel mulierum valeat, niſi interueniant duo notarij: tamen ſi tẽpore peſtis, aut guerræ ſeu belli non poſſet haberi niſi vnus notarius, valeret illo ſolo interueniente, & deciſio eiuſdem Ang. in l. ſi vacãtia C. de bon. vacan. lib. x. vbi determinat: Quod ſi ſit ſtatutum in ciuitate, quòd non poſsit fieri teſtamentũ, niſi ſcribatur per notariũ matriculatũ, ſi tẽpore peſtis non reperiatur aliquis notarius matriculatus, poterit fieri teſtamentum per alium notarium non matriculatũ. His etiam ſeruit: quia in dubiis opinionibus tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento. l. ſi pars. ff. de inoffic. teſta. & c. fi. de re iudica. quia cauſa conſeruationis teſtamenti concernit publicam vtilitatẽ. l. vel negare. ff. quemadmo. teſta. aper. Videte latius per D. Nicolaum Euerardi à Middelburgo in ſuis reſponſis, ſiue conſi. lxj.

## Petere.

Petere, ſed non impetrare, in iure par eſt cum non petere. l. ij. & iij. C. de in ius vocan. Et ad hæc facit text. in Clementi. Vnica. de teſtamẽ

vbi etiam dicitur,quòd non ſufficiat petiuiſſe licentiam, niſi eadē fuiſſet obtenta.

## Pietatis cauſa.

Pietatis cauſa,par eſt cum cauſa dotis. Vide ſupra,Dos.

## Pignus.

Pignus & fideiuſsio æquo iure procedunt.l.fideiuſſor.§.vltim.vbi hoc notat Angel.ff.de conſtituta pecu. Et D. Andræas Tiraquellus, de legibus connubial.& iure maritali.gl.iij. in tex. *Contracter.* charta cxlvii..nu.101.Vide ſuprà,fideiuſſio.

## Pirata.

Piratæ æquiparantur hoſtibus fidei.Vide ſuprà,ſub verbo,Hoſtes.

## Poſſeſſio ſecundi beneficii.

Habet poſſeſſionem ſecundi beneficij,& per eum ſtat,quominus ſecundi beneficij poſſeſsionem habeat,paria ſunt.c.Licet Epiſcopus, & ibi Petr.de Anchara,notat.nu.1.de præben,& dignitatib. lib. vj Idem enim iudicatur de eo quod eſt in potentia,quod de eo quod eſt in actu.vt c.fi.De reſtitu. ſpolia. Et l.Labeo.ff.de ſtatu liber. Multa enim ſunt quæ non ad actum,ſed ad aptitudinem ſolūmodo referuntur,vt c.Maiores.§.Cæterum,De baptiſ.

## Pronunciare vti poſsidebatis.
### Vel
## Poſſeſſio,vt prius.

Pronunciare vti poſsidebatis & iubere reſtitui poſſeſsionem talē, qualem habebatis ante litem conteſtatam, paria ſunt.Gloſſa in vltima ſui parte,in verbo,Ex teſtamento.in l.ait prætor.§. ſi iudex. ff.de re iudica.quam gloſſam reputat ſingularem ibidem Baldus,quam tamen gloſſam intellige ſecundum Barto.& alios,quādo in aliqua parte actorum probatorum apparebat, qualem poſſeſsionem antè habuerat,vt eſt in c.Piſanis,quòd eſt c.finale. De reſtitu. ſpolia. Extra hunc verò caſum ſecus obſeruatur,vt habet gloſſa in cap. licet cauſam,in verbo,Ita poſsideatis,de probat.Et Bart.in l.prima. per gloſſam ibi in verbo,Prohibeat,& in l.ſi duo, in principio, ff. vti poſsidetis.

## Poſſeſſio per ſe,aut per alium.

Suo corpore poſsidere,& poſsidere corpore alieno,paria ſunt. vt l.quod meo.ff.de acquiren.poſſeſsio. Et hoc eſt generale, & regulare,in quocunque alieno nomine poſsidente,ſiue ſit ſeruus, ſiue filius familiàs,ſiue extraneus,vt l.generaliter,& l.j.§.item acquirimus, cū ſeq.ff.de acquiren.poſſeſsio,Et quod habetur in l.quædam mulier.ff. de rei vendica.Et in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum. Et l. quanuis.§.ſi conductor.ff.de acquiren.poſſeſsi.cum ſimilibus. Sic etiā iiſdem modis retinetur poſſeſsio ſeruitutis,vt in l.vſu retinetur. ff.quē admodum ſerui.amitt.his ſeſe confirmauit Ioan.Petrus de Ferrariis, in ſua vtiliſsima practica,in forma c.Actor.in gl.per ſe ſeu alios,nu. 1.ad quem per ocium confugere licebit.

## Poſſeſſio iniqua.

Poſſeſsionem habere iniuſtam,& poſſeſsionem habere nullam, in iure paria ſunt.l.iij,§.ait Prætor.ff.de itine.actuque priua.argumento c.inter corporalia.§.ſed neque,extra de tranſla. Epiſcopi. Atque ideo iniuſtam poſſeſsionem non tuetur prætor.l.cum ſponſus.§.ſi res.ff.de publicia,in rem actio. Huc quoque facit quod notatur in cap. quia cognouimus.x. quæſtio.iiij.&c.Iam nunc. xxviij.quæſtio. j.& Henric. Boic in ca.peruenit.de cenſibus,& cap.ad decimas,de reſtitutio.ſpoliato. in vj. ita quoque tenet D. Franciſcus. Mingon ſuper conſuetud. duca.Andeganen. in titulo,*De la punition des crimes*,articulo clxxxvj. numero 5. hæc paria velim omnibus Chriſtianis eſſe perſuaſiſsima, potiſsimum illis qui ſcienter & violenter aliena poſsident, Imo & ea que optimo iure ad alios pertinere certo norunt. Hæc enim quia. ab ipſis exepta, aut occuparata non ſunt, ſed quia à ſuis maioribus ad ipſos deriuata eſſe dicunt,an per fas,an per nefas ab ipſis ea conquiſita ſint,nihil curant, ideoque de eorudem reſtitutione, ne per ſomniū quidē etiā cogitant, prætexētes (vti dixi )ad ſe per iuſtam ac veram hæreditatem ea bona eſſe deriuata, non curantes quomodo patres,aut aui ea occuparint.Ipſi(inquiunt) viderint, ego me à culpa per hæreditatem libero. Sed an per hoc ab iniqua poſſeſſione ſint futuri liberi coram Deo, iudicabit Deus omnium iudex veraciſſimus.

## Poſſeſſio violenta.

Poſſeſſio violenta,& poſſeſſio clandeſtina ſecundum nonnullos æquipollent.Atque hinc eſt quod ſicut non licet habenti violentā poſſeſſionem excipere de dominio,ita nec licet excipere habenti poſſeſſionem clandeſtinam.l.j.§.j.ff.quod vi aut clam.Et l.eum qui fugitiuum.ff.ad l.Flauiam.de Plagia.licet ſecus videatur ſentire Dinus in regula:qui ad agendum adimittitur,eſt ad excipiendum multò magis admittendus.

## Poſſeſſionem amittere.

Poſſeſsionem amittere, & amittere actionem competentem ad poſſeſsionem recuperandam,paria ſunt.per l.qui actionem.ff. de regul.iur.Et idem probatur ex notatis per gloſſam in l.fina.C. vnde vi. in verſi.quod non ſuum eſt,vt notatur per Barto.in l.Gallus.§. videndum,in fine.ff.de liber.& poſthu.Et D.Carolus Ruinus in ſuis conſiliis,conſilio clxj.incip.præmittendum eſt,nu. 14. primò volumine conſiliorum.

## Poſthumus.

Pohumus naſcitur mortuus,& poſthumus iamiam certo certius eſt moriturus,paria ſunt,Ita tenet D.Hippo.de Marſiliis,in ſuis conſiliis criminalib.conſilio x.nu.36.j.vol,conſiliorum,quia vt inquit ta lis poſthumus non rumpit teſtamentum.Atque hūc caſum dicit fuiſſe de facto Bononiæ ita iudicatum,Ideoque hoc dictum pro notabili referr,& ſequitur D.Felin.in c.Sicut ex tua,circa finem,extra de homicid.Et pro eo facit etiam quod dixit Paulus de Leaza.in Clemen. Paſtoralis,de re iudica. vbi dixit,quòd paria ſunt:Aliquem eſſe iā condemnatū,& eſſe proximè cōdēnandam,etiā refert & ſequitur D.Fel. in c.fin.in principio,extra de iudic.Item pro iſtis optimè facit, quòd ille qui eſt lethaliter vulneratus,iam habeatur pro mortuo, ſecundū Bal,in l.j.C.de nundi.Vbi etiam dicit,quòd ſi quiſpiam alterum lethaliter vulneraſſet bono die Veneris,aut in die Paſchæ, ſic vt ex eo vulnere poſt aliquot dies mors ſequatur,profectò ob illud homicidiū æquè grauiter vulnerans puniendus eſſet,ac ſi is lethaliter læſus eo dem die Veneris aut Paſ. hæ ſtatim ex eodem vulnere expiraſſet,nempe propter diei religioſam obſeruantiam aggrauantem, quo die lethalevulnus inflictum fuerat.Reliqua huic materiæ conuenientia videte apud D.Hippoly,loco ſupra allegato.

## Poſtulare.

Poſtulare,& Aduocare:Poſtulantes, & Aduocati in iure dicuntur eſſe pares.l.j.§.Poſtulare.ff.de poſtulando.Huic accedit Canon. infames.verſic.Eſt autem poſtulare.iij.q.vj,qui canon,prædictis Gregorij nouam conſtitutionem ſubiungit in canone,cum ſacerdotis, extra de poſtulan.De his etiam ipſe memini in meo pupillorum patrocino,titul de tutorum & curatorum munere,c.ij,nu.21.in proſtrema editione.Cætera repete ſuperius,Aduocatus.

## Poſtulare ſine impetratione.

Non poſtulare,& poſtulare,ſed non impetrare,in iure æquiparātur,l.ſed ſi hac lege.§.prætor ait.ff.de in ius vocando.

## Potentia ante actum.

Potentia antequam deducatur in actum,æquiparatur conditioni. Bal.con,cv,incip.Laudare,ver.Sed quicquid.lib,ij,Vnde interim nō naſcitur obligatio l.j.in fine.ff.de conditionib,& demonſtrat.Et l.interdum,ff.de verb.obli,Et l.Arethuſa,ff.de ſta.hom.Sic à ſimili, licet ſponſalia non ob aliud fiant,quàm vt poſtea ipſum matrimonium perficiatur:dicuntur enim ſponſalia, quaſi ſpes matrimonij, quæ in ſponſione conſiſtit l.Si vxor.ff.de adult.nondum tamen conſummatum matrimonium dicuntur,Præterea licet ſponſa ad id ſit deſtinata,deuotaque,vt vxor ſtatim fiat,ſuoque tradatur marito. nondum tamen vxor eſt,nec matrimonium conſummauit Nam,vt inter os & offam multa intercidere ſolent,ita quoque multa intercidere poſſunt ne deſponſata vxor fiat,matrimoniūque perficiat:ſcilicet,aut matrimonii cū alio prius cōtractū,aut mors alterius:ſcilicet, aut ſpōſi, aut ſponſæ:aut alia impedimenta penè infinita, quæ ſubinde non tantū matrimonium contrahendum prohibent, verum etiam ſæpe numero contractum dirimunt.

Preces

## Preces.

Preces & preciũ æquiparãtur. Quia vt dici ſolet cariſſimò conſtat quod precib⁹ emptũ eſt. Quiſquis enim precariò aliquid cõſeq debet, is illud ſatis magno precio emiſſe credendus eſt, vti confirmat Apuleius, lib. iij. floridorũ, car. ij. Et Seneca epiſtola xlvij. incip. Libenter. Et Egid. de regimi. princip. lib. j. parte ij. capi. xxiij. Et Cornoſanus in prooemio ſuorum prouerbiorum circa finem. Et Eraſmus in ſuis Chiliadibus j. parte prouerbiorum ccxviij. ibi. Emere malo quàm rogare. Et Aeſopus Emptum longa prece ſorte magiſtrum. Refert idem Barbat. in c. Cum dilecta, de reſcript. Vnde & tritum hoc carmen.

*Gratius eſt doum quod ntulit antè preces.*

Gloſſa in cap. Et ſi quotiens, verſic. Non petenti. De ſimonia. Atque hinc etiam eſt, quod dicimus: Quòd is, qui per longas aſſiduasque preces beneficium ſolũmmodo conſequitur, plerumque ſimoniam committat Sed hæc certiora verioráque eueniunt, in precibus ſuperiorum, quas Adrianus Papa ob dignitatis, atque prælaturæ authoritatẽ vocat preces armatas, in quod liberi cis, quæſtio. ix. capitul. Quod ad ſecundum, litera o. Plura quoque de his meminit Io. Neuiza. in ſua ſylua nuptiali, lib. iiij.

## Prædicare, Sacrificare

Prædicare & ſacrificare parificãtur. c. Presbyteros qui. 5 o. diſtinct. Sed infamis à ſacrificando repellitur. Nam indigno ſancta committẽda non veniunt. c. Si quis verò non obediat. xj. q. iij. Ad idem c. j. xxv. diſtinct. Ergo & à prædicando ſeu docendo. Proferens enim memorandi criminis labem non habet lucidam magiſterij dignitatem. c. Sacerdotibus, in fine. lxj. diſtinct. Cuius etiã vita deſpicitur, neceſſe eſt, vt eius prædicatio contemnatur. §. Idem teſtantur, in fine. iij. q. vij. Vide gloſſam in verbo Officia, ſuper art. x. tertij tract. Io. de Terra rubea contra rebelles ſuorum regum.

## Prælatus, & Vſufructuarius.

Prælatus, & Rector Eccleſiæ comparantur vſufructuariis. Vti colligit D. Vdalri. Zaſ. in l. hoc edicto. §. Vſufructuarius, num. 8. ff. de oper. no. nuncia. Sed iſtud hoc loco notandum eſt, quod ibidem addit. & dicit, quòd prælatus, & rector Eccleſiæ, poſſunt nunciare nouũ opus, & agere nomine Eccleſiæ, idque cum expenſis Eccleſiæ. Ita tenet Barto. in l. In prouinciali, in fine. ff. eodem, de oper. no. nunciat. & allegat Inno. in c. Conquerente, de offic. ord. c. Præſentium, de teſtib. lib. vj. & c. Abbate ſanc. de re iudic, Dixi nomine Eccleſiæ, quia nomine ſuo cũ expenſis Eccleſiæ non poſſunt nunciare nouum opus, vel agere, niſi res illæ principaliter concernerent factum, vel officium Rectoris, vel Prælati, quod nunc mediatè etiam totam Eccleſiam concerneret, ſi membrum Eccleſiæ cõcerneret. Verùm hic oriri poſſet quæſtio, Quibus expenſis nunciabit vſufructuarius? In qua quæſtione vtendũ eſt hac diſtinctione: Quod ſi ſint impenſæ exiguæ, tũc vſufructuarius ad eas expenſas ferẽdas teneretur. Si verò eſſet lis magna, & ſumptus enormes, tunc dominus proprietatis pateretur expenſas. l. Hactenus, in fine, cum l. ſeq. ff. de vſufructu. Et vt tutior ſit ab immenſo damno, fructuarius poterit à domino petere expenſas, aut de expenſis certificare velle, antequam litem ingrediatur. l. Si vero non remunerandi. §. fi. ff. Mandati. Et latius per dominum Vdalr. Zaſ. loco ſupra allegato, quem videte. Vide etiam infrà, Rector.

## Prælatus, Vſufructuarius, Vſuarius.

Prælatus ſecundum quoſdam in fructibus immaturis, & nondum cellectis æquiparatur vſuario: ſecundum quoſdam verò vſufructuario. Horum autem opinio, qui prælatum cum vſufructuario comparãt firmatur per gloſſam ca. duo ſunt genera. xij. quæ. j. gloſſa ſimilis in c. cum eſſes, de teſtam. gloſſa in c. præſente, de offic. ordina. in antiquis. Illorum verò opinio melior eſt & ſanior, qua prælatus æquiparatur vſuario, & non vſufructuario, Nam ſicut vſuarius viuit, & alitur ex vſu fructuum, ita, & prælatus ex ſolis Abbatiæ vel eccleſiæ fructibus, & bonis ali, viuere, & veſtiri ſolummodo debet, vt habetur & firmatur per gloſſam ſolemnem, in c. quia nos, extra de teſtam. gloſſam in c. vltimo. de pignoribus. vide de hac diſtinctione etiam latè Panor. in repetit. c. cum eſſes. extra de teſtamen. quo circa ſi prælatus moriatur fructibus immaturis, is eoſdẽ non ſuos facit, ſed eoſdem ſucceſſori relinquit.

## Præſentem eſſe,

Præſentem eſſe, ſed cum difficultate poſſe adiri, & non præſentem eſſe, paria ſunt. Ita Bartolus in l. In contractibus, nu. 14. C. de non numera. pecu. vide ſuprà, Adeſſe.

## Præter.

Præter & contra, vel Citra, vel Siue æquiparantur, præſertim vbi aliquid pro forma datum eſt gl. in verbo præter. in c. ſi cui, de elect. in vj. Abbas in c, cauſam quæ, nu. 7. extra de ſenten. & re iudica. Sic quoque dicimus: præter bonũ & æquũ, præter bonos mores, præter animi ſẽtẽtiã præter meritũ &c. id eſt contra bonum & æquum, animi ſentẽtiã meritum, contraque bonos mores, &c. Sed iſta grammaticis relinquo.

## Princeps, & Senatus.

Princeps, & Senatus parificantur. Vt latius infrà breuitatis cauſa videre poteritis, ſub c. Senatus, &c.

## Princeps, & Fluminum impetus.

Princpes, vel Principis animus, cum Fluminum, vel marium impetu comparandus eſt. Nam ſicut Fluminum, vel mariũ impetuoſi impetus, exundarones & violentæ diuiſiones, ſæpe tota dominia nobis eripiunt. Et contra, ſicut Nilus ſua debita inundatione adiacentes agros rigando fœcundat, & quaſi dominia tribuit, ita quoque iudices, ac principes, dominia, agros, poſſeſſiones, aut priuilegia donant, & eripiunt. §. quod ſi naturali, iuncta glo, in verbo incipit. de rerum diuiſ. & l. ergo. §. Alluuio. ff. eod. de rerum diuiſ.

## Priuilegium, Conſuetudo vetuſtiſsima.

Priuilegiũ & cõſuetudo vetuſtiſſima, paribus paſsibus ambulant. Teſte Oldra. in ſuis cõſiliis, cõſi. clxxij. vt ita quod per priuilegium cõcedi poſſit, hoc & conſuetudine introduci, l. j. §. fin. l. in ſumma. §. item Varus, de aqua plu. arc. l. hoc iure. §. Ductus, de acq. quoti. & æſti. l. vſu aquæ. C. de aquæductu, l. fina. C. de vſu rei pri. lib. x. ca. nouit. ibi Inno. de iudic. Et idem Oldr. in ſuis conſiliis, conſi. cclxxiiij. vbi dicit. Cõſuetudine præſcripta ius introduci, per quod vni tantundem quæratur contra quemcunque, quantum alij: & hoc eſſe proprium conſuetudini, vt vniformiter omnibus quæratur prout fortuna dederit. Et pro hoc etiam Bal. conſuluit in ſuis conſiliis conſilio xlix. incip. in facto Abbatis iij. par. Vbi dicit ſtandũ eſſe tali conſuetudini ſicut priuilegio, cum vtraque dent & aſſignent iuriſdictionem & territorium, vulgato c. Super quibuſdam. §. Prætereа, de verb. ſignifica. per l. Viros. C. de diuerſ. offi. lib. xij. Et quia conſuetudo potentior ſit præſcriptione, vt voluit Bald. in ſuis conſiliis, conſilio clxxxv. ante finem, verſic. ex quo tex. j. parte. & ad æquiparata extendatur. Soci. in ſuis conſiliis, conſilio cclij. verſiculo. Quinimo nihil igitur oberit, ſi minera non ſit tam vetuſto tempore vſus Cum enim conſuetudine vetuſtiſſima obtinuerit quis alia regalia, huiuſmodi conſuetudinem etiam ad mineram extendi. Fa. gloſſ. & Doct. in l. De quibus ff. de legib. maximè quia regalia ſint eiuſdem conditionis vel ſpeciei, vt ita quod de vno iudicatur, & de alio iudicari. Horum meminit D. Vdal. Zaſ. lib. ij. conſiliorum, conſil xvj. nu. 13.

## Primatus.

De Primatu Petri, & eccleſiæ Romanæ. vide ſ. ſub capite, Eccleſia.

## Probatio illegitima.

Non eſſe probatum, & eſſe probatum, ſed illegitimè, paria ſunt. l. quotiens. ff. qui ſatiſda. cogantur, cum aliis concordantiis ibi per modernos allegatis, & ibi Bar. qui eundem textum dicit continere vnum vulgatum, nempe: Non refert an quid non fiat, an male fiat, exempla videte in gloſſa, in verbo, quotiens, in d. l. quotiens. Et de hoc D. Pet. Paulus Pariſius in ſuis conſiliis con. lxvij. nu. 46, in iij. par. conſi. Vide ſuprà, non eſſe, ſed non probare.

## Probatio inſufficiens.

Non probare, & probare, ſed minus ſufficienter, paria ſunt. c. cum Bertoldus, & ibi Panor. nu. 28. extra de ſenten. & re iudica. in c. tam literis, extra de iureiur. & optimè c. cauſam, extra de ſenten. & re iudica. Sic quoque nõ probare, & inutiliter probare, vel inſufficienter, paria ſunt, vt habet bonus textus, in l. Quotiens. ff. qui ſatiſda. cogan. in l. nulla. ff. de autori. tuto. & in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Et ad hoc facit quod in notabili caſu dicit Bal. in l. iij C. de Epiſc. audien. & Barto. in l. filium. §. ſi quis. ff. de legib. & D. de Rota. in Deciſ. ij. in ti.

ij.in tit.de appellat.in nouis.Et D.Bartholomeus à Chaſſanco,in ſuis conſiliis,conſilio xlii j,in cipien. Adiudicatio poſſeſsionis ſacriſtiæ. &c.nu.16.

## Probatio obſcura.

Probatio obſcura,& probatio nulla, paria ſunt,præſertim ad effectum condemnationis.c.in præſentia.coniuncta memorabili glo. in verb.dubium,circa medium,extra de probat.Qui enim vult probare,is clarè & apertè probare debet,quòd ſi non faciat non prodeſt ipſi obſcura probatio. capit.cum tu,extra de teſtib.quia eiuſdem ſunt effectus:Non probare,& probare,ſed obſcurè.Vide etiam de his ſupra,excipere.

## Probatio incontinenti.

De probatione incontinenti.vide ſupra,Incontinenti.

## Procurator.

De procuratore illegitimo & inſufficienti. vide ſupra. Cõparere.

## Prodigus.

Frodigi æquiparantur pupillis, & Furioſis.vide ſupra.Furioſus.

## Promittere,& Dare.

Promittere & dare paria ſunt,quod verum eſt,vbi eſt eadem ratio pro vt loquitur text.in l.fi.C.ad l.Falcid.Philippus Decius in ſuis cõſiliis,conſilio clxxx.nume.5.in ij.parte.Eadem videre licebit in capite,Soluere.

## Promittere,& Soluere.

Promittere & ſoluere,paria ſunt.l.fin.ff.ad Sylleia. & notabili.l.fin.C.ad l.Falcid.facit textus.vbi Decius,in c.Veniens. j. de teſtib. & d.l.fin.l.quamuis.§.interdum.ff.ad Vellia.Et D.Vdalri,Zaſ.in l. Iulianus ait.ff.de dol.mal.& metus except.nu.5.Itaque agnoſcit legatum qui ſolidum promittit,ſicut qui integraliter ſoluit,teſte Bald. in d.l.fin.Vel ſic,Si hæres promiſit ſoluere integra legata,tenetur adimplere ſine Falcidiæ detractione,ſecundum Salicetum,eadem l. fi. Atque hinc notandum eſt diligenter,quòd is qui promiſit tenetur ſoluere,& de ſoluendo pręſtare cautionem,vt ait Viuianus poſt caſum d.l.fi. Sed ſi ſoluiſſet ſciens,& ſcienti videretur donare.l.Cuius per erroré.ff.de regul.iur.& ibi Philippus Decius.Vide etiam infra ſub titu. Soluere,& ſupra ſub titulis,Dare, & Mandatum.

## Promittere. { Precium. Vendere. Alienare. Dotem.

Precium promiſſum,& precium datum quantum ad obligationẽ in viro bono in iure ſunt paria.vt voluit gloſſa in l. Iubemus nulli.§,j.in verb.Acquirantur.C de ſacroſanct.Eccleſ.qui textus loquens de precio dato,etiam locum habet de precio ſolummodo promiſſo,quaſi nihil interſit,an des aliquid an promittas dare.Huic conforme eſt illud Leuit.xxiij.vbi iubetur homini,vt quicquid Deo vouerit,aut ꝓmiſerit,bona fide reddat.Quod ſi animam ſpopondiſſet,dabat pro anima ſua precium ſub æſtimatione.Sic de promiſsione animalium,domorum,& agrorum,quæ æſtimatione & redemptione ſoluebantur:ſed hæc de votis religioſis potiſſimum dicta ſint.Nihilominus & eam legem etiam ſequuntur Petr.Cyn.Barto.& alij ibi. Huic etiam conſonat quod alibi dicitur,ſcilicet paria eſſe,realiter ſoluere,& promittere de ſoluendo,in l.vltim.C.ad leg.Falcid. & l. fuit quæſtionis,& ibi Alex.in vltimo notabili.ff.de acquiren.hæredita.& l. ſi patronus.§.de illo.ff.de donat.& l.ſi quis teſtibus,ibi donatione vel promiſſione.C.de teſtib.& l.& generaliter.iij.§.hoc edicto. ff. de calum. vbi hæc quoque paritas probatur etiã locũ habere in pœnalibus, ex hoc quod Bal.in d.l.vlt.not.ſcilicet eſſe ꝓhibitũ alicui,ne vẽdat,& idẽ eſſe ꝓhibitũ ne ꝓmittat vẽdere.Atque hunc Bal.videtur ſequi Alex.qui dictũ Bal.ſimpliciter allegat con.xvij.incipi.Viſo inſtrumẽto.ver.Confirmatur prædicta,lib.iiij.Et expreſsius conſilio cvj.incip.ſuper alio.libr.vij. & Iaſon in l.ij.verſ.Secundo modo.ff.de de iuriſdic. omnium iudic.& in l.vltima,charta vltima.nu.134.per prædicta plenè.C.de iure emphyt.Et hoc optimè probatur in l.ſi ad reſoluendã.C de prædi.minor.ex quo notant Bart.& Salycet.quòd qui alienare non poteſt rem quampiam is nec eandem poteſt promittere alienare.Si quis autem de his copioſiorem declarationem affectet, legat D.Andræam Tiraquellum,in ſuis inſignibus commentariis,devtroque retractu,titulo,De retraict.conuentionel.§.vij.numeris 30.31.32 33.34.35.45.& 52.Vbi de iiſdem rebus multa, nẽpe dos data.& dos promiſſa à pari procedunt.Statutum,& pactum deferens lucrum dotis,habet locum in promiſſa.Conſtitutio loquens de dote data,habet locum in promiſſa.Authentic.ſed quamuis.C. de rei vxor. actio. procedit etiam in dote promiſſa tantum.Similiter,Statutum aut pactum repellens fœminas dotatas,etiam obtinet locum, cum dos eſt promiſſa.

## Promittere æſtimationem rei.

Promittere tantum quanti ea res eſt,& promittere pœnam, paria ſunt. Vel ſic melius.Qui promittit tantum quanti ea res ſit,is ad æſtimationis pœnam ſeſe deuincit.Nam iuxta æſtimationem rei quicquam promittere,& pœnam æſtimationis promittere, paria ſunt,teſte Zaſio in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolum.nu,5.ff.de verbor.obligat. niſi quòd pœna eſt certa,at quanti ea res ſit eſt promiſſio incerta, propterea conſuluit.I.C.in l.fin.ff.de prætor.ſtipulat. Quod debeat pœna exprimi,ne cogatur iudex facere æſtimationem ſupereo,quod exceſſum eſt.

## Promittere ſub certa pœna.

Promittere ſub certa pœna hoc debitum ſoluere, & dicere,Niſi mihi ſoluas,promittis pœnam,paria ſunt.Vdalric. Zaſ.in lege ad diẽ. nu.12.ff.de verb..obligat.Sufficiunt enim iſta uerba:Promittis hanc ſummam ſub pœna?ita eleganter gloſſa in l.reſcripto.§.ſi pacto.ff.de pact.& facit l.hæredes mei.§.Idem iuris.ff.famil.herciſcun,& bonus tex.in l.fi.C.quæ res pigno.obligar,poſſunt.

## Promittere quicquam ad tempus.

Is qui promittit antè calendas Ianuaris ſe aliquid daturum,&qui calẽdis Ianuariis id præſtiterit,promiſſum ſeruat,& ſic illa paria ſunt Vdalri.Zaſ.in l.qui ante.nu.3.ff.de verb.obligat.vel ſic.Qui promittit aliquid antè calendas Ianarias,& qui promittit.ipſis calendis Ianuariis,nihil differunt.

## Proteſtari de non apparenti.

Non proteſtari,& proteſtari ſuper eo quod nõ apparet,paria ſunt l.apud eos.& ibi Bald.C.de fide inſtrumen.

## Prouincia.

Eſſe in prouincia,& eſſe circa prouinciam,olim Romanis fuerunt paria.c.Romana.& ibi Petr.de Anch.nu.5.de offi.ordinarii. Et ſic eſt argumentum quod æquè citandus ſit ille qui eſt circa prouinciam, atque ille qui eſt in prouincia,vt habetur in capitu. cum olim. ad finem,extra d dol.& contuma.Et cap.ex tuæ,extra de cleric.non reſidentibus.

## Proxima,vel proximè futura.

Quæ ſunt in fieri,vel mox futura,ea pro iam factis cenſentur, iuxta text.notabil.ſingularem & vnicum,in l.veſtimentum. ff. de auro & argent.legat.Illud enim quod fieri debet de proximo, habetur ac ſi iam factum eſſet.l.j.§.ſed in eo quem.ff.ad S.C.Sylleianum.Sic quoque quod feliciter cœptum eſt,id quaſi pro completo habendum eſt, teſte Bartolo in l.quominus.in v.quæſt.in princip.ff.de fluminib. Itẽ ad hunc modum,& iuxta eandem rationem,Præſcriptio infra proximos dies perficienda,ea pro completa habetur.l.ſi fundum. §. vltim. ff de und.dota.& in l.non tantum,in principio.ff.de excuſat. tutor. Vbi etiam pupillus proximus pubertati,pro pubere habetur, quantũ ad id vt non præſtet excuſationem ſuo tutori,nam à contrario ſimili,tutela illius habenda eſt pro finita, quæ ſtatim eſt finienda. Vnde per illum etiam textum in l.ſi quis.§.vltimo. ff.quod met. cauſ.Bart. dicit paria eſſe,aliquid eſſe proximè futurum,& iam eſſe productum in eſſe.Sic quoque Baſilica nondum conſecrata,proximè tamen conſecranda,gaudet priuilegiis Eccleſiarum, ac ſi iam eſſet conſecrata, potiſſimum,ſi ea baſilica authoritate ſummi Pontificis,Aut Epiſcopi ædificata iam eſſet,quia quod de proximo faciendum eſt, habetur pro iam facto:deinde à maiori:Si Epiſcopi palatiũ immunitate gaudeat,multo magis Eccleſia aut Eccleſiæ baſilica,tex.in c.Eccleſiæ. de immu Eccleſ.per quẽ not.Panor.ibi in iij.not.& in c.vlt. extra de Iudę.Vbi baptizatus & mox baptiſãdus eodẽ viũtur priuilegio.Ex quo not.ibi Panor.& Fel.quod idẽ priuilegium debetur rei,quæ eſt in fi-

ri,& rei iam factæ,vti habetur.in cap.Piſanis,extra de reſtit. ſpolia. Ex quo etiam notat Panor.ibi.& conſi.lxxxv.incipiente, poſtulatio. lib.j.ꝙ potentia,quæ eſt facilè reducibilis ad actũ, habeatur pro ipſo actu.Item iuxta tex.in capit.religioſo,de ſentent. ex cõmunica. li.vj. dicitur,quòd is qui religionẽ ingreditur, licet nõdũ ſit religioſus,dũ tamẽ tacitè,aut expreſsè religionẽ fuerit ꝓfeſſus,ꝓ vero religioſo habẽdus erit,adeò vt ſi quis in eũ violentas manus iniecerit, excõmunicationem non euadat,perinde enim is inuadens & percutiens peccat,ac ſi religioſum percuſsiſſet,nimirũ quod is iam proximè religioſus ſit futurus,& ad eam iã iã amplectendã deſtinatus ſit, De qua re vide quæ D.Andræas Tiraquellus amplius dixit, in ſuo tractatu retractuũ, titul. j.§.j.in gloſſa viij.in verbo,Le parent.nu.30.Ad hãc quoque rationis ſimilitudinem nihil intereſt,an res ſit in conſpectu, an vero proxima,vt ſtatim conſpici poſſit,ſed paria ſunt,iuxta gloſſ. notabilem quam approbant omnes in l.prima.in princ.& glo.ij.ad mediũ,ver.Sed ſi nõ eſt in cõſpectu.ff.de acquirend.poſſeſ.Cũ quibus cõſentit,ꝙ dicit Bal.in d.l.nõ tantũ,in princip.ff. de excuſat.tutor.ſcilicet,ꝙ id ꝙ ꝓpè eſt,nihil diſtare videatur ab eo ꝙ iã præſens eſt,ꝙ ſumptũ eſt ab Ariſto.lib.ij.Phyſicorũ.& ex text. in l.præſens.ff. de procurato.vbi cauſæ ſuæ præſens adeſſe cenſetur,qui in hortis ſuis eſt, aut qui in foro,aut qui in vrbe,aut qui in continentibus ædificiis adeſt. Poterit enim is vel per minimam citatiunculam ad cauſæ ſuæ defenſionem adeſſe,ſi opus eſſet.&c.Ad hunc quoque modum procancellato habendus eſt,qui de proximo eſt cancellandus,l.penul.& ibi Bar. Bald.& alij ſcribentes.ff.de mil.teſta.& Bal.etiam in conſi.xxj. incip. proceſſus.li.v.Itẽ fructus proximè ſeu ſtatim colligẽdi habẽdi ſunt pro collectis,Bal.in l.diuortio.§.interdum,per glo.ibi.ff.ſolu.matr.Quod enim de proximo futurum eſt,id vtique pro iam facto habendũ eſt iuxta tex.in d.l.penul.& vt ibi Bar.& alij annotarunt. ff. de militari teſtam.vbi pro cincto habetur,qui proximè cingendus eſt, ſicut etiã ibi notat glo.Et ideo Bald.illum tex.ad hunc modum explicat.Potentia actui proxima,pro ipſo actu habenda eſt.Atque id ex eo tex. etiã confirmat idem Bal.in l.ſi impuberi.in fi.ff.de tut.&curat.dat.ab his Sic & idem Bald.in ea ipſa l.pen notat,quod qui proximè debet cõſecrari,habeatur pro conſecrato.Et qui proximè licentiandus,habeatur pro licentiato.Et qui iam proximè doctorandus eſt, habeatur ꝓ doctore,maximè in fauorabilibus,quia quiſquis eſt in proxima actus potentia,is quoque in ipſo actu ineſſe videtur.De actus propinquitate abundè meminit D.Andræas Tiraquellus in ſuis commentariis.de legib.connubi il.& iure maritali.15.lege.connubiali,numeris.9.10.11.12.13.& 14.cum ſequẽtibus,quem ibidem ſtudioſis iuris cõſulere licebit.

## Publicum, Diuinum.

Publcum & diuinum æquiparantur.l.fin.C.de ſacroſanct.Eccle.ſed diuinus actus,ſicut & natura,mutari non poteſt.Baldus in l. in adoptionem.C.de adoptioni.Igitur & quæ ad ius & vtilitatem publicã pertinent,præciſè ſunt ſine commutatione explenda. Huius æquiparationis meminit D.Vdalr.Zaſ.in ſuis conſiliis libri primi,conſi.viij. numero 22.

## Pupillus.

Pupillus,Minor,& Prodigus,& generaliter omnes, qui curatorũ adminiculo patrocinióque reguntur,in iure æquiparantur, ipſorùmque in non alienando,in non ferendo teſtimonio,& in non vendendo, eadem eſt ratio.Imo in pleriſque non ſolum Iuriſconſultorum ſed etiam & Imperatorum teſtimonio germani ſunt,quemadmodum ad oculum cernere eſt apud Vlpia.notabili ac vulgatiſſima in l.Fulcinius,§.adeo.& ſeq.Atque hoc idem Alexander Imolenſis ibidem adnotare haud prætermiſit.ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eatur.Et idẽ in l.qui neque ibi,& D.Bald.ff.de reb.eor.qui ſub tutel.vel cura ſunt.Quibus accommodabitur Imperatoris Iuſtiniani l.Properandum.§.fin. C.de iudic.atque apertè & pulchrè in authentic.minoris debitor,ad ſi.C. qui dare tutor.vel curato.poſſunt.Necnon in corpore vnde dicta authent.deprompta eſt,in authentico,vt hi qui oblig. ſe habe. perhib. res minor.§.Sed & ſi quis.conſtitu.ij.Horum ipſe quoque memini in meo pupillorum Patrocinio,tit.de tutorum & curatorum munere.c.viij.in poſtrema editione.Vide infra,Reſpub.

## Qualitas.

Qualitatem ineſſe alicui ex priuilegio,& qualitatem ineſſe per naturam,paria cenſentur. Ita eleganter Bal.in l.cum ex oratione. ff. de excuſat.tuto.ſic refert D.Vdalri.Zaſ.conſ.j.lib.ij.nu.10.

## Qnietantia.

Quietantia,ſiue Apocha,& obligationis cancellatio ſunt paria. Vide ſupra,Cancellare,& infra,Scribere.

## Rapina.

De Rapina,& furto.vide ſupra,Capere pro furari,& Furtum.

## Rarum.

Rarum & nunquam,quantum ad rerum probabilitatem in iure æquiparantur.c.coram,extra de offic. deleg.Et hinc eſt,quòd dici ſolet,quòd rarò contingit,id pro miraculo eſt æſtimandũ,vt dicit text. in authent.de conſulib.collat.iiij.& D.Philippus Decius in regula. Ea quæ raro.ff.de regul.iu.ad exordium.Ex quo notandum eſt,Quod de his quæ rarò accidunt,regulariter nulla ratio habeatur apud legiſlatorem. ad quod valet idem tex.in l.nam ad ea.ff.de legib. cum nequaquam diſſimilibus iuribus,vt per gloſſam,in cap.literas,extra de deſponſat.impub.

## Rata.

Pro omni rata & portione legitimæ aliquid dicere & aliquid dicere animo cõpenſandi cum rata,& portione legitimæ,in iure ſunt paria.vt eſt textus notandus in l.j.§.primum.C.de rei vxor.actio. ſecundum Baldum ibi.Et Alex.in l.huiuſmodi.§.cum pater.ff.de legat. primo.D.Carolus Ruinus,in ſuis conſiliis,cõſi.cxviij.incip. videndũ eſt j.nu.25.iij.vol.conſi.

## Ratihabitio.

Ratihabitio comparatur mandato.cap.ratihabitio.de regulis iuris.lib.vj. & ibi D.Dinus,& D.Vdalri.Zaſ.in l.de acceſſionibus. nu. 16.ff.de diuerſ.& temporalib.præſcriptio. Et iſtius exempla multa patent,non ſolum in contractibus,ſed etiam in delictis. In contractibus,vt ſi aliquis emiſſet rem ſine meo mandato, nomine tamen meo,et eandem rem mihi tradi poſceret,et ego poſtea ratam habeã huiuſmodi emptionem:perinde competeret mihi in eam rem dominium,et poſſeſsio per ratihabitionem ſicut competeret mihi ius dominij per procuratorem,qui talem emptionem meo nomine in mãdatis habuiſſet,quia talis ratihabitio retrotrahitur,et omnino comparatur mandato,argumento l.ſi ego.ff.de negot.geſt.Et l. Communis.§.procurator.ff.de acquirend.poſſeſ.Et idem confirmatur l.ſi quis offerenti.Et l.vero procuratori.§.final.Et l.qui cum decem.§. fin. de ſolutionib.In delictis autem quæ poſſunt per alium committi,hæc ſimilitudo ſic patet.Si quis vulneraſſet clericum nomine meo, et ego id ratum habeam,non minus ego excommunicatus exiſterem,quàm ſi vulneratori id in mandatis dediſſem,vt talem clericum meo nomine vulneraret,c.cum quis.de ſenten.excommunica.lib.vij. Similiter ſi quiſpiam ſeruitor vel amicus,clericum,qui mihi iniuriam realem vel verbalem intulerat,meam ob gratiam percuſſiſſet,et ego id factum ratihabitione,vel percuſſoris receptione comprobaſſem, et hoc nomine is percuſſor mihi gratior eſſet,et eſſe cœperit,eo caſu etiam excommunicatus exiſterem,non ſecus,quàm ſi hoc percuſſori in mandatis dediſſem:Verùm ſi ego amicum vel ſeruitorem talem in ædes meas non recepiſſem,ſed illum potius expuliſſem,ſic vt per nulla indicia externa poſſet certò conſtare,vel apparere,quod tale factũ ratum habuerim,tamen in rei veritate,et mente interna, id factum ratum habuerim.In eo caſu ſuſtinuit Hoſtienſ.in ca.mulieres. extra de ſentent.excommunicat. me quo ad Deum in foro conſcientiæ eſſe ligatum,non autem in Eccleſia militante,quæ non iudicat de occultis,c.ſicut.de ſimonia,et c.à nobis.ij.extra de ſententia excommunic. Et d.c.cum quis,iuncta gl.ibid.in verb.tuo nomine.de ſentẽ.excom.lib.vj.Ego hæc latius non tracto,ſufficiant remiſſiones, nempe ad locos et paſſus prǣalleg.et ad Bal.poſt gl.in l. ſi pupilli. §. fi. de nego.geſt.& ad leg. Pomponius eo.tit. ad plenũ Et Paulus de Caſtro. in ſuis,conſilio cõſi.cc ccxv.in antiq.Et Baldus. in conſilio clij. libro.j.Et Bart.in leg. j.§.ſed et ſi cum quis.ff.de vi et vi arma.l. non ideo minus.C.de accuſationibus.Et Bal.in l.ſi.ad ſi.C.ad Macedo.Innc.et Doct.in c.ij.de ordi.cognitionũ.

## Recuſatio.

Recuſatio et Appellatio in iure æquiparantur. Vide ſupra, Appellatio.

## Rector inutilis.

Non habere rectorem,et habere inutilẽ,paria ſunt.c.ij.de tranſlat. Epiſ.vbi Eccleſia dicitur viduata,quæ habet Epiſcopum, ſed inutilẽ Nam et alibi.Prælatus inutilis reputatur pro mortuo ſecundum gloſſam,ibi ad verbum inutilem.Et Epiſcopus inutilis non meretur nomen Epiſco.capit.non omnes.ſecunda quæſt.vij.Sic quoque vitioſa

cauſa,

cautio,nulla eſt cautio,l.quotiēs ff.qui ſatiſdar.cogant.l. quamuis.ff. ad Velleia.Et vitioſa authoritas,nulla eſt authoritas,l.nulla.ff.de autho.tuto.Et reproba ſolutio,eſt nulla ſolutio,l. ſi pignore. §. qui reprobos.ff.de pignora.action Et ideo dicit Hoſtienſ.ad dict.c.ij.§. ſed neque,quod ſic quoque & Eccle.quæ prælatum habet inutilem.ea cē ſetur ſemper vacare.Alia vide ſupra in c.maritus,

## Reddere deterius.

Rem non reddere,& reddere,ſed deteriorem,vel reddere ita vt haberi non poſsit,paria ſunt.expreſa l.iij,§.j.ff. commodati l. Iulia,§. ſi quis.ff.ad exhibend.ibi.Sed & ſi quis, in l.j.§.ſi res.ff.de ſolut. cum iurib.aliis vulgaribus.

## Relaxatio ex carcere.

Quomodo aliquis ea apparenti innocentiæ cauſa relaxandus ſit è carcere,vide ſupra ſub capite,Ia eſſe aliquid conſiſtere,

## Relegatio.

Relegatio ad ergaſtula,ſeu ad vincula nautica, & pœna perpetua, aut perpetui carceris,morti ciuili proculdubio comparantur. Innocētio & aliis teſtibus in c.qualiter & quando,extra de accuſa.Et Pano. in cap.tuæ diſcretionis,extra de pœnis.De his & ipſe abundè memini in praxi mea rerum criminalium,titulo de carceribus.nu,2. & titulo,De relegatione ad ergaſtula ſeu vincula nautica,numeris 37. & 45.Quæ vincula nautica,errabundi,ſiue vagabundinebu,lones & ſimiles,& mendici,non ſecus,quàm mortem habent exoſa,adeo vt plerunque decollationem ergaſtulis nauticis præferant.Ratio & cauſa hæc aſſignari poteſt,quòd multis leuior videatur ob moriendi neceſſitatem mors quæuis ſubita,quàm illa nautica,tam diuturna, totque ſupplicis aſſiduis hominem excarnificans,adeo vt hæc mors ciuilis, nulla non morte naturali ſit multo terribilior.Cum enim hi in ſingulas horas mori videantur,nunquam tamen ipſis ſæpe ſperata atque implorata morte frui contingit,ſed pro vna, eaque perbreui morte optata gladij moriuntur millies.Quod quidem mortis genus tam ſæpe repetitæ propter pœnarum aſſiduitatem improbos quoſque & facinoroſos homines maximo atque extremo metu territat & exanimat.Maximas atque adeo intolerabiles eſſe triremium miſerias, & calamitates,ſatis ſuperque indicat vetus hoc prouerbium,Qui vitæ triremicæ deſiderio tenetur,eius voto Deus aſpiret meliora. Quo vti conſueuerunt, qui ex vinculis ſeu ergaſtulis nauticis euaſerunt Plura alia videte locis iamiam præcitatis,& ſupra, Exilium Deportatus,

## Relinquere poſt mortem.

Reliquere ſimpliciter poſt mortem,& relinquere poſt vitam, paria ſunt.l.Titia.§.fi.& ibi Bart.ff.de legat.ij.& D. Caro, Ruinus in ſuis cōſiliis,conſi.iij.incip,de pluribus quæritur,nume.9. ij. volum. ſuorum conſiliorum.

## Relinquere per partes.

Ab initio per partes relinquere & relictum ſimpliciter per partes modificare,paria ſunt.Ita habet Bar.in l.lucius.§. qui habebat. nume.1.ff.ad S.C.Trebel.Vide Bal.in l.j.in ix.q.C.quando non petent. partes petentib.accreſ.

## Remittere,donare.

Remittere,& Donare eadem ſunt,per ea quæ notantur à Bartol, Ad l.aurelio, §.Gaius,verſ.Ideo pro declaratione. ff. de libera. legat. Ad hoc facit quod notat idem Bar.in l.ſub prætextu.ij.in princ.C.de tranſact.& ibi Fulgoſ.

## Renuntiate.

Facto renunriare, & verbo renunciare paria ſunt,l.non dubium.C. de legib.c.intelligentia,extra de ver.ſigni, cum ſine numero ſimilibus iuribus.

## Res inuentu difficilis.

Rem non extare,& extare ſed inueniri non poſſe paria,ſunt Bar.ita notante in l.cum res.nu.8.ff.de leg.j.Ad hunc quoque modum paria ſunt:Rem aliquam inuenire non poſſe, & rem poſſideri non poſſe.l. cum vnus.§.fi.ff.de bo.autor.iudic.poſſidend.Vide etiam ſupra,Amittere conſpectum.

## Res ſubhaſtata.

Rem eſſe ſubhaſtatam,& rem eſſe præconizatam,in iure ſunt paria.ſicuti latius memini infra,ſub titulo,Subhaſtatio.

## Reſpondere obſcurè.

Reſpondere obſcurè & prorſus nihil reſpondere,paria ſunt. l.De ætate.§.nihil intereſt,& ibi Bar.& Alex.ff.de interroga.actio. vbi Vlpianus ſic ait:Nihil intereſt neget quis an taceat interrogatus,an obſcurè reſpondeat,vt incertum dimittat interrogatorem. Et l. Sacrilegiis.§.fi.ff.ad l.Iuli.repetunda.Ad prædicta quoque faciunt c.j & ij. & quòd ibi notatur de confeſſ.lib.vij.Et ita tenuit Io.Petr. de Ferrariis,in ſua ſingulari practica,ſub forma interroga.fiend.cum res conuen.reali actione,in gloſſa,Compellatis reſpondre,nu.3.

## Reſpondere impertinenter.

Nihil reſpondere,& reſpondere impertinenter,vel reſpondere ad non interrogata,in iure cenſentur eſſe paria.l.de ætate.§.quod autem ff.de interrogat.act,vbi ait vlp. Quod autē ait prætor,omninò nō reſ reſpondiſſe poſteriores ſic acceperunt, vt omninò nihil repondiſſe videatur,qui ad interrogatum non reſpondit,id eſt pro ſe poſcit,ſcilicet reſponſionem,& ibi Bar.

## Reſpublica.

Reſpublica,Fiſcus,Pupillus,& Minor,in iure æquiparantur.Rempublicam enim inquit Imperator vt Pupillam extra ordinem iuuari moris eſt.l.rem publicam.C.de iure reipub.lib.xj.Concordat l. publicam.C.quib.ex cauſ.maior.Et l.qui ſolidum.§.etiam,in fi.ff.de legat.ij.Quemadmodum enim ſententia aduerſus Pupillum ſeu minorem indefenſum lata,eſt ipſo iure nulla,l.acta.§.vlti.ff.de rē iudicat. & l.cum & minores.C.ſi aduerſus rem iudicat.ſicquoque nulla cenſenda eſt ſententia,ſi ea lata fuerit aduerſus rempub.alicuius ciuitatis indefenſam,l.j.C.de iure republic.lib.xj.Item ſicut minoris debitor à curatela eiuſdem minoris arcetur,authent.minoris.C,qui dare tuto.poſ,ita debitores rerumplicarum,donec ſoluerint, ab honoribus,hoc eſt,à gubernatione eiuſdem reipub.arcentur.l.reſcripto.§.debitores.ff.de munerib.& honorib,Sic & contra. Sicut tranſactio à republ.facta contra communem iuris regulam, ſub prætextu alicuius inſtrumenti poſtea reperti reſcindi poteſt:ita etiam reſcindi poteſt talis tranſactio à minori facta,l.rem publicam.C.de iure reipub. lib.xj.in l.Imperatores ,vbi ita infert gl.in verb.negotio.& in verbo, Ex cauſa.ff.de reiudicat.Cui concordat gl.in l.ſub prætextu. C.de trāſactionib.Et iunctis traditis per Bar.in rubr.C.de iure fiſci.& per eundem Bar.& latius Bal.in l.conſtit.C,de pœna iudic.qui male iudicat. dum ponunt,An reſpublica & fiſcus ſunt idem,

## Reſtituere.

Reſtituuntur in integrum Pauperes,Pupilli,Reſpublicæ, Minores, & Eccleſia.vide ſupra,Bona.

## Rex.Imperator.

Rex nulli ſubditus,& ſui,per omnia Imperatori & ſuis æquiparātur,quum Rex non recognoſcens ſuperiorem in regno ſuo habeat eādem prærogatiuam,quam habet Imperator in terris Imperij: vt voluit Bal.in c.cum veniſſent,de eo qui mitt.in poſſ.cauſ.rei ſeruan.Idem Andr.Barbat.in c.Poſtceſsionem, de probat.Huius & meminit gl.ſuper verb.officia,ſuper libello Ioannis de Terra rub ea contra rebelles ſuorum regum,artic.x.iij.tractat.

## Sacrificare,Prædicare.

Sacrificare & Prædicare parificantur,Vide ſupra,ſub themate,Prędicare.

## Satiſdatum eſſe.

Satiſdatum eſſe vitioſè,& cautum eſſe vitioſè ſunt paria. Vide ſupra,Cautum eſſe vitioſè.

## Satisfacere de crimine.

Satisfactum eſſe de crimine.& pœnam criminis eſſe ſolutam. vel præſcriptum eſſe cognitioni criminis paria ſunt.vt eſt caſus in l. ſed ſi vnius.in §.ſed ſi ante, ff.de iniur, Item D. Franciſcus Aretinus , in

c.cum

cap.cum P.Mancouella.de accuſat.qui Aretinus inter alios alibi adducit etiam Bald.in l.ſi eum.in principio.ff.ſi quis caut. Et in l. non dubium,in fine. C.de legib.vbi dixit,quod ſi conſtet ex actis,quòd ſit præſcriptum cognitioni maleficij,iudicium ipſo iure eſt nullũ, & ſententia inde ſequuta,pro quo præter D.Francifcum Aretinum, etiam facit quòd D.Hippolyt.de Marſiliis refert in ſuis conſiliis,conſilio quadrageſimoſexto.numeris 22.& 23.in primo volumine ſuorum conſilio.crimin. Vbi adducit etiã Baldum in l.ſi pœnæ,in fine ff.de condic indeb.vbi dixit,quod licet lapſus præfixi temporis à iure non tollit naturalem obligationem,hoc eſt verum in ciuilibus, ſed ſecus eſt in criminalibus,& in delictis,vbi præſcriptio cognitionis criminis ipſo iure interimit obligationem,quia lex dicit eam obligationem per talem præſcriptionem aboleri in totum,vt in dict.l.ſed ſi vnius.§.ſi ante.ff.de iniuriis.Et ſubdit etiam quod in criminalibus exceptio pręſcriptionis,eſt exceptio intentionis & facti.Cæterum hoc loco notãdum eſt,quod quæuis ſatisfactio pro ciuili debito fieri ſoleat,aut ſolutione debiti,quietantia,remiſſione:aut fideiuſſione condigna.In criminali verò debito ſatisfit aut ſolutione pœnæ debitæ, aut criminis præſcriptione,aut clementi Principis remiſſione, de quibus iura loquuntur.Fit nihilominus & criminis ſatisfactio per legitimam ſui purgationem,quam criminis abſolutio iuſtè conſequitur.De hac purgatione legimus Geneſis xxxviij.cap.vbi Thamar in biuio ſoceri ſui furtiuum rapuit concubitum,quæ poſtea creſcente vtero,ſtupri accuſata,& ad incendium poſtulata,ſeſe apud ſocerum iudicem purgauit per annulum,per baculum,& per armillam ſuo ſocero oſtenſa,vt iqut eius concubitus cauſa fuerat,eiuſdem quoque concubitus abſolutionem meritò pronunciare deberet.Similiter Dauid j. Regum xxiiij.& xxvj.ſeſe purgauit apud Saulem de ſuſpitione inuaſionis regni ipſique reconciliabatur:primò oſtenſa ipſi parte chlamydis ſuæ in ſpelunca (in quam alui exonerandæ cauſa ſeceſſerat) præſciſſę Deinde oſtenſa Sauli haſta,& aquæ ſchypho,quæ à capite ipſius dormienti abſtulerat.quibus inquam locis Dauid commodiſſimè ipſum Saulem interimere abſque teſte potuiſſet,ſed Deum reueritus tantum ſcelus committere noluit.ob quas cauſas Dauid ſeſe apud Saulem abundè purgauit, & ſic per impetrationem gratiæ de ſuſpecto, & de delato crimine ſatisfecit.

## Scire parum.

Scire parum,& ſcire nihil,æquiparantur.pro quo facit capit. licet cauſam.in §.quanquam.in verb.nulla vel modic.De probat.Et textus inſtitu.de l.falcid circa principium,in verbo,Pro nullo aut minimo lucro.Huic ſeruit gloſſa,in §.penultimo,in authentic.de inſtrumento caut,& fide.in verb.Inter quos,ad finem,quod nihil ſcientis,& parum ſcientis æqualis ſit conditio. &c. Huius etiam meminit D. Hippolit.de Marſiliis in ſua practica cauſarum criminalium in §.& quia. nu.6.In huiuſmodi quoque parum vel potius nihil intelligentes paſtores acriter inuehit ipſe propheta Eſaias.lvj.c.Speculatores, inquit, eius cæci omnes canes muti non valentes latrare. Et poſt. pauca ſubiungit:Ipſi paſtores ignorauerunt intelligententiam &c. Cæterùm quando dicimus parum ſcire,& nihil ſcire eſſe paria,his ſeriis aptari quoque poterit non infeſtiuus iocus,de quodam clerico mendico & paupere,qui cùm ab Epiſcopo quodam eleemoſinam peteret miſerã dum ſeſe pauperem clericum eſſe aſſeruit.Cuius Epiſcopus miſertus ipſum compellare cœpit,cuias eſſet,vbi ſtuduiſſet, cuius fortunæ haberet parentes.& ſimilia plura:tum hic ſimulatus clericus pudefactus & Epiſcopi longa oratione & percunctatione attonitus,nibil ad Epiſcopi interrogata reſpondere potuit.Epiſcopus admirans tam audacis & effrontis ſilentium,rogat cur non reſponderit,& an interrogata nõ intellexerit,quod vbi Gallica lingua comprobaſſet,eundem effrontẽ Epiſcopus obiurgat,& qua fronte ſeſe pro paupere clerico venditaret qui ne Latinè quidem fari potuiſſet,interrogat:Ad quod is,ſcilicet clericus,Epiſcopo facetè materno ſuo idiomate reſpondit. Dixi, inquit, mi Domine me pauperem eſſe clericum,quod verum eſt,nam tantò ſum clericus pauperior,quantò clericus ſum imperitior & indoctior. quo lepido dicto Epiſcopus placatus ſuo clerico ſtipem largiebatur, ipſumque cum riſu dimiſit.

## Scire Debere.

Scire&,ſcire debere,quantum ad obligationem in iure ſunt paria. l.magiſtrali & notanda,quę plerumque ad hoc allegatur. Quod te,in fi.& ibi glo.Alberic.de Roſat.Bart.Bal.Angel.Salicet.& propè omnes. ff.ſi cert.pet.Et l.ſi duo.& ibi Alberic. & Angel. ff.de acquir.hæred. Ex quibus ipſe Angel.dicit paria eſſe.Scire.& facilè ſcire poſſe,Et l. ſi Titius & Seia,in princip.ff. de fideiuſſor.Et l.Iulianus quæ eſt penul. ibi,qui ſciret aut ſcrire potuiſſet,& ibi Alberic.ff.ad S.C.Macedon.Et l.quiſquis.& ibi gloſ.vlti.ff.de reſcind.vend. Et l.idem.§.ibi.Intelligit, vel intelligere debet.ff.ad l.Aquil.Et l.qui fundum.§.Seruus,& ibi Dy. & Alberic.ff.pro emptore.Et l.j.C.de pericu,tuto.& l.prohibere.§.vlt. & ibi Alberic.ff.quod vi aut clam.& gloſſ.in l.mora.in verb.difficilis poſt principium,& ibi Salycetus verſiculo.proſequor alia verba.ff.de vſur.Huic ſententiæ addendus eſt tex.quẽ ignorant aduocati practici quoniã eo quotidie vtuntur.in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti.Et D.Philip.Decius eadem l.Quod te.Notatur idem etiam per gloſſ.in d.l. qui cum alio contrahit ff.de regu.iur.in fin.in verb.eius,dũ dicit parem eſſe culpam.Scire ſe obligatum eſſe,& ſcire debete ſe obligatum eſſe Vnde ſicut denunciari poteſt,ille qui ſcit ſe debitorem,vt notant Bald in authen.ad hæc.C.de vſur.Et Petr.Iacob.tit.de actio.ex empto.melior & æquior.in princ.Et Bald.in l.qui contra.C.de inceſt.nuptiis.vbi dicit eum haberi pro ſciente qui non vult ſcire.Plura apud D.Andræ. Tiraquellum,quem tempore & loco opportunis conſulere poteris,in ſuis commentariis admodum ſolemnibus de vtroque retractatu.titul. *de retraict lignagier*,§.xij.*Tranſporter la choſe à aultre*,glo.j. n.9.De hac. quoque neceſſariò requiſita ſcientia & ipſe memini in meo Pupillorũ patrocinio,tit.de tut.& curato.munere.cap.ix.nu.nu.100. 222. in poſtrema editione.Cætera require ex ſuperiori capite incipiente.Eſſe,et eſſe debere Porro de iſto titulò Theologi à Iuriſperitis nonnihil variant,& de eo ſecus ſentiunt.Theologis enim ſcire debere et neſcire, prorſus idem eſt cum ignorantia quam craſſam vocant:et ſupinam, quæ adeo à delicto non excuſat. vt id magis aggrauet, nempe quòd id ſcire aut præuidere potuiſſet,ſi aut voluiſſet aut ſi nõ obſtante inertia omnino libuiſſet,De huiuſmodi loquitur propheta Dauid Pſal. xxxv,Noluit intelligere,vt bene ageret.Vnde timendum eſt quod nos apud Chriſtum iudicem non excuſabit ignorantia Dei,volũtatis Dei, legis diuinæ, preceptorum Eccleſiæ,et omnium eorum,quæ ſalutem noſtram directè concernunt:nã ea Chriſtianus omnis meritò ſcire tenetur,niſi à ſua profeſſione prorſus alienus exiſtere malit.

## Scire poſſe.

Scire et ſcire poſſe ſunt in iùre paria l.penulti.ff.ad Marcedo.notat Bald.per illum tex.in l. qui contra.vbi Bald.C.de inceſt.nupt.in capi. ij.cum gloſſa.de tempo .ordi.in vj.Philippus Deci.in l.qui cum alio cõtrahit,ff.de regul.iur.

## Scire poſſe facilè.

Iam ſcire et facile ſcire poſſe,paria ſunt Angel.in l.ſi duo.ff.de acquir.hęred.cum dicit,paria eſſe.Scire rem et rem facile ſcire poſſe.Ita D.Vdalri.Zaſ.vir inter iuris interpretes maximi nominis in l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict.omnium iudicium.nu.30.

## Scribere apocham.

Scribere ſibi ſatisfactum eſſe et obligatoriam ſchedulam cãcellare paria ſunt argumento,l.nihil intereſt,et ibi Bart.num. 1.ff.de adimen. lega.vide etiam ſuprà,Cancellare.

## Subſcribere.

Scribere totum manu propria.et alterius ſcripturę manu propria ſubſcribere.paria ſunt.Vel ſic.Schedula hæc tua manu tota ſcripta eſt. et ſchedula hęc ſcripta manu alterius tua ipſius manu ſubſcripta eſt. paria ſunt l.antiquitas.C.de teſtament.et Raphael Fulgoſius in l.Scripturas.numer.2.C.qui potiò.in pigno habeant.Vide etiam paulo inferius.Subſcribere.

## Scriptura de facto.

Reperitur ſcriptũ quoddam te hoc feciſſe,et tu hoc ipſum ſcripſiſti,vel ſcribi feciſti te hoc feciſſe in iure ſunt paria.vt eſt text.notabilis et ibi notant Barto.et Bald.in l.ne in arbitris.C.de recept.arbit. quod paria ſunt.quod ſit ſcriptum quod quis iurauit vel quòd ſcripſerit aut ſcribi fecerit ſe iuraſſe.Atque idẽ quoque probat Carolus Ruinus in ſuis conſiliis conſi.xv.incipiente Circa illud,nu.6.vol.v. conſiliorum.

## Scriptura obſcura.

Non ſcribere,et ſcribere obſcurè.Item non exprimere,et exprimere confusè aut dubié,paria ſunt.l.Non intelligitur.in principio.et l.ita fidei.ff.de iure fiſci. vbi id palam relictum et datum non intelligitur. hoc eſt:quod ita relinquitur et datur vt ex tam obſcuris verbis ſciri non poſſit,ex teſtamento quid quantumue relictum ſit et datum. Huius rei latius meminit D.Andreas Tiraquellus.in ſuis commentariis.De vtroque retractu titulo *De retraict lignagier* §. xxxvj. *Notiſier, au greffe*,gloſſa ij.numero 35.

## Seditio.

Realis, ſeditio par eſt cũ partialitate. Vide ſupra Partialitas.

## Semper.

Semper & Perpetuò, vt apud grammaticos habentur ſynonyma ita quoque in iure habentur, paria, idemque importare cenſentur. vt habet gloſſa, in verbo ſemper, in procœmio Inſtitutionum, Et quæ habentur in l.j.ff.ſolut.matrim.& in l.ſemper.ff.de iure immu.ita tenuit Petr.Paul.Pariſius, in ſuis conſiliis, conſilio liij.numero 33, in iij. parte ſuorum conſiliorum.

## Senatus ſupemus.

Senatus ſupremus æquiparatur Principi, & contra, potiſſimum in concedendo, & in non appellando, vt notat Angel. in §.cum autem. numero.4.inſtitut, quib.mod.ius patriæ poſtea.ſoluitur.& l.j.§. ſciendum eſt, iuncta ibidem gloſ, ff.de quib.appell, non licet. A neutris enim iſtorum ſententiis appellari licet. Hi etiam æquipraantur, in l. quod principis, ff.de aqua plu, arcen, Item in l.quominus, & ibi notatur in gloſſa, Non permittitur.ff.de fluminib, Et etiam in l.j.§, de qua autem, & ibi notatur.ff.de poſtu. Eadem etiam comparatio notatur per gl. & Docto.in l.non ambigitur, ff.de legib.vbi Princeps & Senatus rectè pariſicantur Quinimo & quiuis Magiſtratus in ſummis periculis, veluti ſi hoſtis repentinus ingruat, ſi fluminis, aut maris exũdatio cõtingat, ſi famis aut peſtis neceſſitas premat.&c., ſub pœna præcipere, & mandare neceſſaria ex tempore poteſt, nec eſt qui tunc horum iuſſis parere non debeat nec poterit quiſquam in eo diſcrimine per appellationem tergiuerſari, reluctari non aut obedire, non ſecus quam ſi eadem iuſſa fuiſſent à Principe. Nã talis appellatio prorſus eſſet inualida & temeraria. Reliqua vide ſupra, Appellare fruſtra, vel indebitè

## Senectus, Sterilitas.

Senectus vel ætas maior, & Sterilitas (quantum ad generationis effectus & impedimenta, ſunt paria ita probatur in l. ſed eſt quæſitũ. ibi, quoniam nec ætas, nec ſterilitas & c. circa med.ff.de lib, & poſth. Et melius in l.ſed ſterilis, in princ, ff.de actio, emp, Sed hoc de ſterilitate ſané intelligendum eſt, nempe de vera certáque ſterilitate, ſcilicet, quę vel ex valde grandæua ætate, vel ex aliquo accidente prouenit, quod neceſſariò ſterilitatem procreare ſolet, non quæ ex morbo, aut alio quopiam naturæ vitio corrigibili conſurgit, vt declarant ibi Salycetus, & ſcribentes in d.l.ſed eſt quæſitum. Sed proculdubio, ſicut verè ſterilis procreare non poteſt, ita nec admodum ſenex, & in ætate conſtiturus, in qua is, iuris præſumptione ad generandum eſt inhabilis Et aduertendum quòd iſthęc quoque equiparatio à lege tantum ſit lata, vt prius dixi, ad generationis effectus & impedimenta, in quibus ſolis eam ſimilitudinem valere ſtatuitur. In aliis enim ętas maior, & ſterilitas ſępe inter ſe multum differunt, vt plenè traditur per Canoniſtas in c.Tranſlato, extra de conſtitu. Et volunt etiam leges in ſupradictis cauſis valetudinem vel impotentiam.& ętatem à pari procedere, vt in iurib.ſupra allegatis, & habetur in l.inuiti.ff.de teſtibus, & in capi.quoniam frequenter.§.j.vbi latè Canoniſtę: extra vt lite non conteſta. Et textus in c.j.ver.j.de cler.egrotan.lib.vj.vult ſenium & infirmitatem à pari procedere & ibi ſcriben, maxime Franch.in ij, notabili, dicunt æquiparationem procedere in his quæ corporale exercitiũ requirunt & probatur in l.ſi pater.§.in arrogationibus.ff.de, adop. & in d.l.ſi quis poſthumos.in princ. Et ita quò ad actum generandi lex æquiparat ætatem ſenilem ſterilitati, & naturali impotentię, vt probatur d.l.ſed eſt quæſitũ. & in d.l.ſi quis poſthumos: in princ.& in d.l. ſterilis & in d.l, ſi inuiti.& in c.j.§.j.de cleric.ægrotan, libr.vj. Horum latè meminit Petr.Paul.Pariſius, in ſuis conſiliis, conſi.xxix. numeris 51.52.68.78.& 79.in ſua ſecunda parte conſiliorum, ad quem iuris ſtudioſos confugere licebit. Cęterum hactenus dicta omnia tantum ſecundum naturalem generationis effectum intelligẽda ſunt. Supernaturaliter enim & ope diuina ſenes generare poſſunt, quod paruit in Abraham & Sara ſterilibus, qui naturali potentiæ diffiſi, diuinis verò promiſſis fortiter confiſi, genuerunt promiſſum ſemẽ Iſaac, De quo Geneſis xv, Suſpice cœlum, ait Dominus ad Abraham, & numera ſtellas ſi potes, ſic inquit erit ſemen tuum Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Rurſum ca, xvij. Putasne, inquit Abrahã, centenario naſcetur filius: et Sara nonagenaria pariet? Ad quem Deus Sara, inquit, vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Iſaac, et c. Et c.xviii.habebit filium Sara vxor tua, et c. Hæc dei promiſſione, Audi nunc completam promiſſionem. Concepit Sara, et pe perit filiũ in ſenectute ſua, tem pore quo prædixerat ei Deus, vocauitque Abraham nomen filij ſui quem genuit ei Sara, Iſaac. Rurſum de ſupernaturali generatione exemplum habemus Lucæ j. De Zacharia et Elizabeth.ſterilibus. Non erat, inquit, filius.eo quod eſſet Elizabeth.ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Peperit tamen filium, cui ex mandato Angeli inditum fuit nomen Ioannes, Lucæ j. Porro quod dicitur Geneſis xvij.& xviij.& ad Romanos iiij. Abraham eſſe patrem multarum gentium, & eſſe patrem omnium noſtrum, de fidei propagatione intelligendum eſt, ſic vt quotquot Abrahæ fidem ſequimur, de tunc naſcendo, & nunc nato ſemine Chriſto, omnes hoc nomine Abrahæ filij ſumus. Quę quidem fides nobis teſte Paulo, loco vt ſupra reputatur ad iuſtitiam Verùm de his quæ alterius profeſſionis, ſunt, plus ſatis.

## Senectus, Hiems.

Senectus Hyemi comparatur. vt enim Hyems ſuo intenſo frigore æſtiuum aut certè autumnalem calorem diſpellit, virentia quæque cõſtringit, folia diſcutit, ſuccum retrahit, herbas gramináque viridia, auté necat, aut certe veluti enecta reddit, & exhibet, ita quoque Senectus calorem iuuenilem aut virilem multum diſtemperat, reſtringit, ac tandem penitus tollit, hominem exiccat, exanguem reddit, ad ſilices incuruat, capillicium pellit, totùmque hominem moribundum relinquit, aut morti tradit. Hinc Ariſto.in problematibus ait: Senes exacta vita, ad initium pueritiæ recurrere, nempe quod ipſis capillorum raritas contingat quod gingiuę dentibus exarmentur, quod balbuties, quod ipſis denique concoquendi annaſcatur imbecillitas, adeo vt hinc ortum ſit prouerbium. Bis pueri ſenes, Et vt hyems, tempeſtates pericula, & quęuis incommoda ſecum trahit, ita quoque & ſenectus (teſte Plinio, imo teſte ipſo quotidiano experimento) multis periculis, morbis, motibus, curis multisque incommoditatibus aliis obnoxia cognoſcitur. In ea enim hebeſcunt ſenſus, torquentur variis cruciatibus membra, premoritur viſus, auditus, inceſſus dentesque ciborum inſtrumenta labuntur, vt ob hęc ſapitentiſsimus Bion ſenectute omninm malornm portum meritò appellet. quę annorum vetuſtate hominem conficit, non ſecus quâm ſerpens hedera quę vires enecat arboreas. De hac autem ſenectutis & hyemis affinitate elegantiſſimè meminerunt Eratoſthenes & Patrocles apud Stobęum, ſermone cxii Ita etiam comperies apud Dom.Andręam Tiraquellum, de legibus connubialibus.& iure maritali, vj.lege connubial.numero 7. Senectutis quoque rationem nobis inprimis apertè deſcripſit Eccleſiaſtes capit.xij. Memento inquit Creatoris tui in diebus iuuentutis tuę, antequam veniat tempus afflictionis tuę, & appropinquent anni de quibus dicas: Non mihi placent antequam tenebreſcat Sol, & lumen & Luna, & ſtellę & reuertantur nubes poſt pluuiam quando commouebuntur cuſtodes domus, & mutabuntur viri fortiſsimi, & ocioſæ erunt molentes in minuto numero & tenebreſcent videntes per foramina, &c.& antequam reuertantur puluis in terram ſuam & ſpiritus redeat ad Deum qui fecit illum.

## Senectus, Autumnus.

Senectus Autũno æquiparatur. ſic Lucas de Penna in l.j. C.de primi.lib.xij. Et Domi.in procœmio lib.vi.in §.quem librum. vbi ex auctoritate phyſicorum ſenectutem comparat autumno qui frigidus eſt & ſiccus. huicque reſpondet & illud Virgilij libro v.Æneid.

*-Sed enim gelidus tardante ſenecta*
*Sanguis hebet frigentque effœtæ in corpore vires.*
*Sed mihi tarda gelu, ſeclíſque effœta ſenectus,*
*Inuidit imperium.-*

Atque ita D.Andreas Tiraquellus de legib.connubia & iure maritali.vj.Lege connubiali: numero quarto.

## Sententia.

Sententia definitiua & ſententia de finitiuę ſententiæ vim habẽs, pares exiſtunt vt notat gloſ.in cà.finali.in verbo. Inanes de eléct.in vj. & Specul.de appo.§.in quibus.ver. ſed nunquid in fin. Ita quoque Andræas & Doctores in c.peruenit de appo. Bald.in l.Iuniorib.C.de his quibus vt indig. Angel.in l.ſtipulationum aliæ.ff.de verb obligat, Huius meminit.D.Ioà.ab Imol, in ſuis conſiliis.conſil.clxxxij.nu.1.lib.vj.

## Sententia mala.

Sententia mala: ſententia eſt nulla. Vide ſupra Iudicatum malé.

## Sententia Iuramentum,

Sententia & Iuramentum parem quoque efficaciam obtinent. l. Doctori C.de reb.cred.& iureiuran. Specul.lib.ij.partic.iij.titul.de reſtitu.integrum. Nam ſicut ſententia iudicis aliquem conſtringit ad obediendum iudicatis, ita & iuramentum iurantem conſtringit ad præſtandum quæ iurauit, ſic vt poſt iuramnetum preſtitum cõtra ipſum quiuis agere poſſet: non ſecus quam ſi contra ipſum ſententia lata fuiſſet.

fuiſſet.D.Zaſ.in l.ait prætor.ij.§.ſi damnetur,de iureiurando.

## Sententia cum quantitate.

In ſententia certam quantitatem exprimere, & ſententiæ verba ad acta certam quantitatem exprimentia referre, paria ſunt.l.ait prætor. §.ſi iudex.ff.de re iudica. Et ibi Bartolus & Iaſon de Mayno,qui ex illo textu etiam colligit ſententiam dicendam eſſe certam,ſiue expreſſe contineat certum in ſeipſa,ſiue implicite certitudinem in ſe contineat per relationem ad aliud certum expreſſum Quare in hoc vtroque caſu ſententia ad executionem mandari poteſt. Nam generaliter ſententia dicitur eſſe certa,quæ certum continet,vel quæ ad certum ſe refert. Item à ſimili : Illud dicitur conſtare ex tenore ſententiæ,ſeu eſſe expreſſum in ſententia, quod conſtat ex atteſtationibus, ad quas iudex in ſententia ſe retulit,textus eſt in cap. cum Bertoldus, in verbo,ex tenore ſententiæ,&ibi D.Abbas ad hoc notat, extra eodem,de re iudicata & ſic corrolariè notat ex præſcripito. §. ſi iudex, tres regulas,ad quas regulas hic Abbas frequenter allegat,quæ tamē tres regulæ in effectu quaſi conformes ſunt,& in idem tendere videntur.Prima eſt,quòd paria ſunt:Aliquid eſt certum per ſe , vel per relationem ad aliud.d.§.ſi iudex,& l.vbi autem non apparet. §.illud,in verſi.ſed qui vnum,& ibi Bart. & vt recentiores ad hoc notant. ff. de verb.oblig.& l.hæc venditio.§.huiuſmodi.ff.de contrah,empt.Secunda regula eſt:paria ſunt:aliquid eſſe expreſſum per ſe, & per relationem ad aliud.d.§.ſi iudex.& l.in ſumma,in princ.in ſecundo reſponſo,eod,tit,& l,penult.C.de ſentent.quæ ſine certa quantita.& in cap, præterea,& ibi notat Gemin.in ii.notab, xxiij.diſtinct.Tertia regula eſt qua dicitur certò contineri in ſcriptura referente. quicquid continetur in alia ſcriptura ad quam ſit relatio,iuxta præfatum §.ſi iudex & l.aſſe toto,ff.de hæredib.inſtituen,& l.ſi ita ſcripſero.ff.de conditio & demonſtrat.& l.inſtitutio talis. ff. de condit.inſtituti. Huc quoque ſpectat,quod apertè decidit Bart.in d.l.ſi ita ſcripſero,per illum text. quòd ſi teſtator in teſtamento dicat : Grauo hæredem meum , vt det totum illud,quod continetur,in ſchedula manu mea ſcripta , quam reliqui apud Guardianum fratrum minorum.Nam ex hac relatiua teſtatione perinde peti poterunt omnia contenta in dicta ſchedula,per teſtatorem ſcripta, & per ipſum Guardianum exhibita , ac ſi ea ipſa ſpecificata fuiſſent in ipſo teſtamento,iuxta regulam d. §. ſi iudex, & iuxta reliquas allegationes prædictas,dummodo conſtet illam ſchedulam eſſe ſcriptām aut ſubſcriptam ipſius teſtatoris manu propria, ídque vel per legitimam comparationem literarum ad inuicem , vel per alia legitima et certa indicia,quia licet in teſtamento nūcupatiuo, volūtas teſtatoris debeat exaudiri à teſtib.vt l.hæredes palàm,in prin. ff.de teſtament.ſatis tamen eſt,ſi teſtes teſtamētarij eam teſtatoris voluntatem audiant,& cognoſcāt vel explicitè, vel implicitò per relationem ad aliam ſcripturam certam,ad quam teſtator ſe expreſſè retulit, Idem etiam confirmat Barto.in l.fin,àd finem.Et idem Salice.C.de ſi deicommiſ.et in l.quem hæredi.ff.de rebus dub. Et Baldus in authentica,quod ſine.C.de teſtament.& in l.captatorias.in v.quæſt, C.de teſtament.milit.Et Petr,de Ancha,in c,cum tibi,de teſtament.Et Imola in l.Inſtitut.ff.de hæredib.inſtituen.Et Nicolaus de Neapoli,in l. his verbis,in principio,per illum textum.ff,de legat.iij.Et Paulus de Caſt. in l.vbi autem non apparet,§.ſed qui vinum per illum textum,& ibidem D.Alexand.in §,illud.Et idem Paulus de Caſtro in l. hac conſultiſſima in §.per nuncupationem.C.de teſtament.et in dicta l.hæredes palam,in princip,Et dicit.D,Alexand.in d.§.ſi iudex,quod iſta deciſio eſt ſatis communis Reliqua videre licet in iis quæ abunde allegat.D. Iaſon in dicta l.ait prætor.§.ſi iudex num.3.circa medium,ad quem vnumquemque curioſitatis auidum remitto De his reliqua vide ſupra titulo,Certum,

## Sententia lata.

Sententia lata eſt,& concluſum eſt in cauſa,vt ſententia mox feratur,paria ſunt.Vt voluit Cyn.in l.alia. C. de his quibus vt indig, Et Ioan.And,in c.ij,de in integr.reſtit,lib.vj,Et Bart.in l. ſi mater, §.eandem in fine.ff.de except.rei indic.per text.& gloſ.in l.ſi rem §.vltimo ff.de euictio.Item Bartolus & Bald,in l,quamuis indubitati in fin.C. de adult.& in l.error.in ij.& iiij.quæſtionib.C.de iuris & facti ignorā & in l.certi.C.de interd.& in l.j.C.ne ex delict.defuncto,& Pañor.in ca.Paſtoralis de excep.& Roma.in repetitione legis admonendi.& ibi Paulus de Caſtro.& Iaſ.ver.ſum.in ſecund. ſolu.ff.de iureiurando. & idem Romanus in l.ſi Titius.ff.de verbor.obligat.& Alexan.in l.ſi mulier.ff.ſolut.matrimo.Et Felinus in c.cum dilectus.in primo,extra de matrimo.Et Philippus Decius.in l.edita.verſ.& licet.C.de edend. Vide ſupra titulo,Proxima.

## Sero facere.

De iis quæ in iudicio ſerò fiunt.Vide ſuprà fieri ſerò.



## Seruitus, Mors.

Seruitus morti æquiparatur.l.ſeruitutem,& ibi Philippus Decius, & l.quod attinet.ff.de regul.iur.Et habere vel in modico conditionē ciuilem,ad mortis ciuilis accedit veſtigia.quod certe inter detrimenta numerari conueniet,quum libertas ſit res inæſtimabilis. l.non eſt. in fine.et l.libertas de reg.iur.cum concord.in glo.ibi Zaſ.conſil. xix. numero 15.

## Si, Cum.

Si & cùm inter ſe conueniunt , atque inter ea verba non debet eſſe aliqua differentia,cum apponuntur actui extrinſeco. Vel ſic.Quando ſi & cum actui qui neceſſariò ineſt adiiciuntur.eo caſu conditionē nō faciunt,ſed ſine dubio parificātur,quia in fine,in vnā metam currunt nē ein metā,text.in l.iij. ff.de leg.j. vbi ſic teſtator legat Titio fundū, ſi hæres adeat hæreditatem , vel cùm hæres adierit hęreditatem hoc legatum non eſt conditionale. Nam ſi legatarius moriatur, legatum tranſmittitur ad hæredes reliquos,per dictam l. iij. Et ratio eſt , quia iſta verba,ſi hæres adierit, vel cum hæres adierit, tacitè inſunt in cuiuſuis hæredis inſtitutione,l.quodcunque.§.nō ſolum,& ibi Bar.necnon Vdalri.Zaſius,& idem Zaſius in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam. nume.12.& l.huiuſmodi ff.de verb.obliga.l.ex his.C.quando dies legati ced.& l.quibus diebus.ff.de condit.& demonſt. l.nam ſi cùm & l. cùm promiſit.& ibi Bartol. ff.de condi.indeb.& l.qui duos.ff.de manu.teſta.Et melior textus in l.ſi Titio.ff. quando dies legat.cedit. De quo latius in l.Centeſimis.§.final.ff.de verbo.obligationib.

## Soluere.

Soluere, & obligationem cancellare paria ſunt. Vide ſupra Cancellare,& Dare.

## Soluere per cautionem.

Realiter ſoluere,& promittere ſolutionem cum cautione de ſoluendo,paria ſunt,l.vltim.C.ad legem Falcid.& l.fuit quæſtionis,& ibi Alexan.in vltimo notabili.ff.de acquirend.hæredit.vt latius videre licet ſtudioſis lectoribus apud Dominum Andræam Tiraquellum , in libro de vtroque retractu,ad finem tituli, *De Retrect conuentionel.* numer.30.Qui ibidem poſt Baldum notat, quòd prohibitum vendere, prohibitum ne quis promittat vendere,cenſeantur eſſe paria. Atque hunc videtur ſequi Alexander conſilio cvj.incip.ſuper alio, lib. vij.& Iaſon in lege ſecunda.ver.Secundo modo.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.et in l.vltima,numero 134.per prædicta plenè.C.de iure emphyteutic. et optimè in l. ſi ad reſoluendam. C. de prædi. minor, Ex quibus colligunt Doctores,quòd is qui alienare rem quampiam non poteſt is quoque eandem promittere alienare non poteſt. Sic quoque ſimpliciter verum eſt.et paria ſunt:Promittere deſerendo, et ſoluere:ſatis declarat d.dominus Andræas Tiraquellus,titulo quo ſupra numer.56.No.allegans illud Ouidianum ex lib.j.de arte amandi,

*Promittas facile.quid enim promittere lædit?*
*Promiſſis diues.quilibet eſſe poteſt*

## Item.

Tanquam ſolutum habetur , quod per cautionem eſt promiſſum. Vt habet l.finalis.C. ad.legem Falcid,veluti ſi hæres promiſit ſoluere integra legata eam promiſſionem expreſſe et ſine vlla detractione,ad promiſſam ſolutionem tenebitur, vtroque enim caſu dicit l.ſiue ſoluturus iam hoc cautionem fecerit , equitatis ratio ſuadere videtur Item tenet gloſſa in l.fin.Et poſt eum D.philippus Decius,in conſiliis, conſilio xxxiiij,num,4.volum,j.idque habet rationem.Vbi enim eadē eſt ratio ius quoque idem exiſtat oportet, et qui actionem habet rē ipſam habere videtur l.qui actionem ff.de reg.iur, Vide ſupra,Dare, et promittere.

## Soluere per alium.

Soluere creditori et ſoluere creditori eius , vel alteri ex eiuſdem creditoris neceſſariis paria ſunt l. nihil intereſt, et ibi Bald, nam is mihi ſoluere videtur : qui alicui mea voluntate ſoluit , et l.inuito. C.eodem tit.§.fin.et l.ſolutum. §. ſolutam et ibi plene per Barto.ff.de pignorat. actio et l,vero procuratori in principio. et ibi Paulus,ſcribentes, ff.de ſolut. et liberat. Sed hic oriri poteſt dubium : An debita erit ſolutio ; Si ſoluam creditoris mei procuratori , qui me inſcio paucis ante diebus reuocatus fuiſſet. Ad quod dubium reſpondendum eſſe videtur , ſolutionem hanc debere eſſe inualidam , vt quæ facta ſit iam procaratorium non habenti , attamen Bald. dicta l. inuito. cenſet talem meam ſolutionem eſſe debitam et ratam , potiſsimum ſi mihi de reuocatione procuratorij non conſtitiſſet,cuius reuocationis ignorantia facilè prætexi poſſet:et ratificari ſolutio, propter

prioris mandati reliquiis quæ talis reuocationis ignorantiam facilè aſtruere poſſint Ideoque licet tunc fuerit reuocatum durant tamen ſemper prioris mandati reliquiæ, & eiuſdem æſtimata cognitio,per quam iure pretenditur reuocationis factæ ignorantia.De his quoque vide ſupra,Dare Mandatum.

## Soluere ſine pecuniæ.

Soluere cum numerata pecunia,& quocunque alio modo ſatisfácere,paria ſunt.Angel.in §.venditæ,in exordio,inſtitut.de rerum diuiſio.& ibi D.Nicaſius in ſua inſigni lectura,ſuper inſtitutis,eodem titulo,& §.Hic enim alius ſoluendi modus variè fieri poteſt,nēpe traditione fundi alicuius,aut domus,aut redditutim,aut mercium, aut commutatione rerum,aut libera remiſſione vel cōdonatione debiti, aut cancellatione,vel laceratione obligatoriæ ſchedulæ,qui modi omnes,& ſimiles cum ſolutione pecuniaria pares habentur.

## Soluere non poſſe.

Aliquem nō eſſe ſoluēdo,& ab eo non facile ſolutionem impetrare poſſe,paria ſunt.l.ij.in prin,& ibidem & Doctores. ff. qui ſatiſdare cogantur.D.Iaſon.in l.pro hærede.§.j. num.20. ff.de acquir.hæredi. Quid enim intereſt an quiſpiam tam ſit tenax, vt ab eo nullā ſolutionem impetrare poſſis, an prorſus ſoluendo non exiſtat,dummodo à neutro ſolutionem recipere valeam?

## Soluere cum adulterina pecunia.

Non ſoluere,& ſoluere per adulterinos vel reprobos nummos,paria ſunt.Reproba enim,iniqua,aut indebita ſolutio debitorem nequaquam liberat,vel ſic,Reproba enim pecunia non liberat ſoluentem. l.eleganter.§. qui reprobos,& ibi gloſſa in verbo.non liberat.Et Bart & eius ſequaces.ff.de pig.action.& l.Paulus ij.& ibi Bart.ff.de ſolut. &

## Soluere non debitum.

Soluere rem non debitam,& dare mutuum,effectu quidem ſunt paria.Vnde bonum argumentum ducitur à mutuo ad indebitum ſolutum,& ediuerſo ab indebito ſoluto.ad mutuum; vt licet videre per D.Vdalr.Zaſium in legis ex maleficiis.§.is quoque.numero quinto.ff. de actio.& obligat.

## Spoliatus.

Spoliatus omnibus bonis,is cum perdito,atque adeo cum ipſo mortuo eſt comparandus.Barth.Chaſſa.in conſu.Burgund.*Des main mortes*. Rub. *Lhomme de mainmorte*.num. 2.ad medium.Hæc inquam comparatio in hoc conſiſtit, quod ſicut is qui mortuus eſt ab omni humano ſubſidio alteri præſtando ſubtractus eſt , ita & is qui bonis omnibus exuitur,& ſpoliatur,ad naturam & conditionem non ſolum ſerui,ſed & mortui quodammodo redigitur,ſic vt re nec ſibi ipſi, nec ſuis vllo modo prodeſſe queat.Dico re quia quamuis conſiliis, & ſolatiis ſpoliati ſuis prodeſſe poſſunt,re tamen ipſa à qua ſpoliati ſunt, nulli ſuorum patrocinari poſſunt. Vnde & hoc ſolo nomine ſpoliati tanquam mortui cenſendi ſunt,non autem ratione perſonarum,qui à ſpoliati à loco relictis bonis recedere poſſunt,quod ſeruis non licet.l. iij.C.de donatio.Quæ quidem perdit.

## Sponſus inutilis. Sponſalia irrita.

Non habere ſponſum,& habere,ſed prorſus inutilem,paria ſunt. cap.ij.de frigid.& malefi.vbi paria ſunt.Non habere ſponſum, vel habere ſponſum,vel habere puerum ad matrimonium inhabilem. Quia ſicut puer qui non poteſt reddere debitum,non eſt aptus coniugio, cū ad eam matrimonij legem prorſus inutilis ſit,ita quoque ad pſum matrimonij contrahendum in idoneus reputatur qui aut ætate puer eſt, aut qui naturali impotentia coniugij legibus ſatisfacere non popoteſt. Quocirca ſi cum tali mulier contraxiſſet ſponſalia,ea iure dirimi,atque diſſolui poſſent.Sic quoque mulier contraxiſſet ſponſalia cum aliquo,& ille poſt ſponſalia leproſus, aut paralyticus,aut ad matrimonium impotens fieret , aut fœtidum anhelitum contraheret,talis vir vt maritus futurus cogendus eſſet, vt ab iis vitiis ſeſe curandum traderet,& vbi curatus conſpiceretur,tunc ad matrimonij conſummationem pergere poſſet.Si verò incurabilis denunciaretur,ipſa inita ſponſalia reſoluenda forent.Et hæc tam de muliere quàm viro intelligi debent:quia paria ſunt, habere ſponſum aut ſponſam inutilē, & nullum habere ſponſum vel ſponſam ſicuti & de marito.ſupra diximus,& vt habet c.quemadmodum,de iureiurando.

## Sponſalia.

Sponſalia tantum ſunt matrimonia conditionalia.Vide ſupra titulo,Potentia.

## Statuta.

Epiſcopi,Cardinales, Duces,Marchiones,Comites & ſimiles alij, qui ſuperioribus ſubſunt,& parent,(ſiue hi ſuperiores ſint, vel Papa, vel Imperator,vel Rex,vel Ciuitas,vel Reſpublica)in iure conſtituendo Prætoribus comparatur,& ipſorum ſtatuta cum ſtatutis iuris Pretorij habenda ſunt.Horum verò ſtatuta,qui ſuperiorem de iure, vel de facto neſciunt,quorumque ſtatuta vel ad iudicandum,vel ad decernendum ſunt edita,& ius ciuile conſtituunt,quales ſunt ipſi Reges, vel potius Imperatores ipſi,horum inquam ſtatuta,ac mandata de iure Præſidum ſunt edita,& ius ciuile conſtituunt,& publica edicta in eo regno habentur,vti teſtatur Vldari. Zaſius in l.ſtipulationum aliæ, numeris 7.8.& 9.ff.de verborum obligationib. Et explicat differentiam effectus prætoriæ cautionis & iudicialis quòd cautio iudicialis ſit perpetua,vt habetur inſtitut.de perpet.& temp.actio.deinde quod in ea nuda promiſſio ſufficiat,niſi iudicis poteſtas aliud faciendū ſenſerit.Prætoria verò cautio.quæ anno finitur(anno enim durabat poteſtas Prætoris )pignora requirat,vel fideiuſſores,quibus ſolis ſatiſdetur,vt habet Zaſius loco ſupra narrato,que per ocium videre licebit.

## In Statuto contineri.

In ſtatutis paria ſunt,Hoc expreſsè continetur in ſtatuto,& hoc virtualiter vel æquipollenter continetur in ſtatuto l. Iul.de conditio & demonſtration. iuncta.l. in cuius , & l. cui fundum , eodem titul. Paulus de Caſtro in ſuis conſiliis,conſilio xliiij.incip. videtur dicendum dictum promiſſum,in prima parte,num.4.

## Stipulari inutiliter.

Non ſtipulari,& ſtipulari , ſed inutiliter paria ſunt.l.cum enim.ff. de nouat.& ibi D.Alberi.de Roſate,num.1.& C.de rei vxor.actio.in prin

## Stipulatio. Iudicium.

Sipulationes & iudicia æquiparantur.Barto.in l.licet.§.idem.ff.de peculio Vbi Vlpianus ſicut in ſtipulatione contrahitur cum filio, ita & in iudicio cum filio contrahitur.Proinde in iudiciis contractuum non originem iudicij , ſed ipſa iudicia veluti obligationem ſpectare debemus,vnde dicimus,quòd ex ſententia aliquis obligetur,ſicut ex contractu.l.quoties.ff.de noxalib.gloſ.in dicto §.idem quem textum etiam ad hanc æquiparationem inducit Fulgoſius in ſuis conſiliis,cōſilio clxxxiij.incip,circa primum.

## Studiorum ſumptus.

Studiorum ſumptus & dos æquiparantur Per Barto.in l.dotis cauſa,in fine poſt gloſſam.ff.ſolut.matrimon.quem ſequitur eodem loco D.Iaſon.Idem etiam confirmant Bald. & Alexand.in dicta l.dotis cauſa.Vel ſic,ſtudiorum cauſæ dotis cauſis in iure pares habentur.teſtante.D.Andræa Alciato,in lege prima,incipiente dotis cauſa.nume.8.ff. ſolut.matrimon.Et omnibus eſt notiſſimū, quod ſtudiorū cauſa multa in iure noſtro indulgeantur. Authentica habita.C.ne filius pro patre,Vnde ſicut dos , prælationis priuilegium habet,ita & ſtudioſi videntur habere priuilegium in iis quæ cauſa ſtudiorum ſibi debentur quod Bartol.in dicta l.j.ſenſit,quem cæteri ſequuntur argumento l. aſſiduis.C.qui potiores in pignor.habeantur.Et inſtrumentum continens Doctoris honorarium præſumitur prius celebratum,ſicut de dotali dicitur quod in dicta l.j.Alexand.tradidit & ſicut incertitudo legatum dotis non vitiat,ita nec legatum diſciplinæ cauſa factum.l. Stichus.ff.de legat.ij.Et ſicut petenti dotem non obſtat exceptio cōpenſationis.l.j.§.taceat.C.de rei vxor actione. ita nec doctori ſua ſtipendia petenti.l.iij.vbi Alberi.C.de compenſat.Et ſicut donatio filiæfamilias facta à patre cauſa dotis valet, l. Pomponius. ff.famil. herciſcund. ita valet donatio ſi facta ſit cauſa ſtudij,quòd Bald,Ra hæc Iaſ. in dicta l.j.tradiderunt.Si quis tamē deſideret qualeſcūqe inter dotem & cauſam ſtudij differentias.is videat d.l.j.ff.ſoluto matrimo.

## Subhaſtatio, Subhaſtare.

Subhaſtatam rem eſſe & præconizatam, paria in iure ſunt.l.Ordo,coniuncta gloſſa, in verbo, ſubhaſtatas. C. de.execut.rei iudica.& l.edicto. C.ſi aduerſ. fiſ. reſtitu.poſtule. cum aliquot aliis. iuribus ſimilibus. De hac ſimilitudine ipſi etiam memini in mea Subhaſtationum compendioſa exegi, in prima editione.num.11.& in poſtrema mea editione,eodem numero.

Subſcribere.

## Subſcribere.

Subſcribere per ſe.ſiue manu propria,& ſubſcribere per alium ipſius nomine,vel alterius ſcripturæ ſubſcribere, in iure ſunt paria, ſunt & eiuſdem effectus.l.Vice donatricis.C.de donat.& ibi Bald.Salic.& Fulgo.in ſecunda parte.& l.ſcripturas.numero 2.Qui potiores in pigño.habean.Ex his itaque notandum,quod cuiuis liceat, & per ſe,& per alium poſſe ſubſcribere.

## Succeſſio ex ſubſtitutione.

Portionem ad fratrem ex legitimæ ſucceſſionis conſeruatione peruenire,& ex ſucceſſione adiici,paria ſunt.Vel ſic.Portio venit ad fratrem ex legitimæ ſucceſſionis conſeruatione,& ex ſubſtitutione, paria ſunt:vt l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.final.cum l.ſeq.ff.de legat.j.hoc pacto Raphael Cumanus,ad l.qui duos.numero.3.ff.de vulgar.& pupillari ſubſtitu.

## Succeſſionis excluſio.

In materia ſucceſſionum,Non eſſe in rerum natura,& eſſe,ſed nõ ſuccedere poſſe,ſiue à ſucceſſione excludi,in iure ſunt paria,vt locum faciat filio excluſi.Vel breuius ſic.Non eſſe & eſſe, ſed excludi,paria ſunt.l.j.§.vltimo.ff.de bonor.poſſeſ.contra tabu.& l.ſi necem.§.ſi deportatus.ff.de bonis liberto.vbi dicitur,ſi filius quiſpiam deportatus.ſit,atque ob id inhabilis effectus,nec plures ſint legitimi filij,tunc ad ſucceſſionem admitti debet,non filius deportatus,quia is mortui loco habetur,ſed filius ipſius deportati,vel excluſi,nempe nepos aui ſui morientis ad bonorum ſucceſſionem & poſſeſſionem recipi,& ſuo patruo,ſi quis tunc eſſet,preferri debet.Hic enim nepos,quia patrem ſuum excluſum,ac veluti ciuiliter mortuum repræſentat, certè in hæreditarium ius ſui patris mortui ſuccedere debet, nec ipſi ſuus pater impedire poteſt,quod adhuc extet,& viuat,quia viuens pro mortuo in iure habetur.Vide de his D.Andrẹam Tiraquellum,in ſuo lib. de Nobilitate,& iure primigeniotum xxiij.quæſtione,numero 15.de his quoque vide ſupra,Extare.

## Tacere.

Tacere & contra ſe reſpondere,in iure paria eademque ſunt, Fulgo.ad l.quotiens.§.interrogationis.num.2.ff.de probationib.Vide de hoc etiam ſupra,Confiteri nihil,& Conſenſus.

## Tale eſſe poſt euentum.

Eſſe tale ab initio,& eſſe tale poſt euentum rei,vel peruenire ad talem,vel fieri tale poſt factum rei,in iure paria ſunt,& eadem prorſus l.nihil refert,& ibi Bartolus, Angel.& Iaſon.ff.de cõdictione ſine cauſa,& ſimilis eſt textus,D.Iaſone teſte,in l.j.verſi.penultimo & finali,ſupra eodẽ.ff.de condict.ſine cauſa.Atque à ſimili huius colligitur,quòd etiam nihil referat,an ab initio aliquid ſit tale,an idipſum poſtea fiat tale.l.iuriſgentium.§.ſiue autem.ff.de pact.l.ſi mihi.& Alber.de Roſate ad hanc rub.num.4.ff.de ſeruitut.ruſtico.prædio.& l.final.ff.rerum amota.& l.ſed Iulianus.§.proinde.ff.ad Marcedo.& l.final.C. eodem titul.cuius etiam meminit D.Anto.de Roſellis in ſuo tractatu de ſucceſſionibus ab inteſtato num.*69*.

## Talem eſſe ex opinione.

Eſſe talẽ,& haberi pro tali,in iure paria ſunt.l.Item apud Labeonẽ §.Si quis virgines,& ibi Barto ff.de iniur.& famoſ. libel. Talis enim quis eſſe præſumitur,qualis in habitu reperitur,vt ſi fæmina in non matronali habitu,ſed in meretricia veſte reperiatur,prȩſumitur meretrix,non autem honeſta matrona.Item ſi domina ancillari veſte veſtita reperiatur,præſumitur ancilla,nequaquam domina.Sic Thamar, vt ſuffuraretur concubitũ ſoceri ſui Iudæ,mutauit habitum,aſſumens veſtem ſcorti, & pro ſcorto habita eſt à ſocero ſuo, illamque cognouit,non vt nurum ſuam,ſed vt ſcortum.Geneſis cap.xxxviij.Item ſi clericus, præsbyter, aut religioſus in habitu militari reperiatur,præſumitur miles,non clericus,non presbyter,aut religioſus,& ita de infinitis ſimilibus exemplis breuitatis cauſa hic omiſſis, præſumendum eſt & dicendum Hoc loco tamen aduertendum,& expendendum eſt, quod ex rationabili cauſa liceat aliquando dominæ ſumere veſtem ancillæ,aut religioſo ſiue presbytero alium habitum, vel ſimulare ſe talem eſſe,vt puta ob vitandum periculum captionis vel inſidiarum, ſicuti legimus,in j.lib.Regum cap.xxj.in fine de Dauide,quod tũ moribus,tum habitu ſimularit ſe furioſum & inſanum apud Achim regẽ Geth.quum tamen eſſet ſanæ mentis,eum enim furorem ſimulauit, tantùm,vt mortem euaderet.Præfatus etiam §.Si quis virgines,magno pere ſeruit ad hoc,teſte eodem Bart. ibidem Quod ſi quis clericum,



in laico habitu incedentem,ſiue deambulantẽ verberet aut puniat, ... lem clericũ non contemnit, nec per talem verberationẽ iniuriarum tenetur vt notatur in l.ſi ignorans,& ibi etiam gloſſa,in verbo conduxit.ff.loca.& conduc, Habemus præterea ad huius confirmationem textum hãc legem allegantem,in ca.audientia.extra de ſentent. excommuni.Idem quoque tenet D.Dyn.in l.gerit.ff.de acquir.hæred.& argumento l.generaliter.C.de epiſcop.& cleri. Neque etiam excommunicatus cenſebitur,qui clericum verberat,qui eo habitu, & modo ſeculari incedit,& ſeſe gerit. Quæ tamen ſolũmodo vera ſunt,quando per talẽ habitum veriſimiliter ignorauit ipſum eſſe clericum,quem vt ſcularem verberauit.Nam ſi is verberans non obſtante ſeculari habitu certò ſciuiſſet ipſum fuiſſe clericum, tunc habitus ſecularis ipſum verberantem non excuſaret, ſed ipſe iniuriarum teneretur, & doli, quia tunc dolus culpæ præponderat,vt eſt in l.item ſi obſtetrix,& ibi in glo.fin.ff.ad l.Aquil,Sed hic ex contrario euentu quæri poſſet.Si quis verberaſſet indutum habitu clericali, & cum tonſura clericali incedentem,qui tamen non erat clericus,an is inquam verberans teneatur?Ad hanc quæſtionem reſpondet D.Dyn.in d.l.Gerit.ff.de acquir. hæred.& tenet negatiuam partem.arg.l.finalis de crim.explia. hæred. l.Eum qui §.Si iniuria. ff.de iniuriis Ideoque dicitur in cap.j. Quibus mod.feu.amittat.Et ibi Baldus poſt gloſſ.dicit.Quod ſi quis inſultat dominum,quem neſcit eſſe dominum ſuum, is ob id non perdit feudum ſuum,niſi in eo facto prætenderetur ignorantia craſſa,& ſupina quia paria ſunt ſcire et ſcire debere.l.Quod te.ff.Si cert.pet.Idem ſimiliter dicit ibi in eadem gl.Quod ſi quis concubuiſſet cum vxore domini ſui,neſciens eam fuiſſe vxorem quod non perdat feudum ſuum Item quòd cognoſcens monialem,neſciens tamen fuiſſe monialem, non puniatur tanquam de ſtupro monialis. Quæ gl.in hoc caſu memoriæ eſt inſcribenda,vt ait idem Bald.Et ad hanc facit d.l.Si quis ignorãs.ff.loca.et l.pen.ff.ad l.Iul.de adulter.Hinc notate,vt reſumamus talis enim vt dixi, aliquis eſſe præſumitur prima facie qualem ipſum indicant eſſe veſtes,aut qualis ex habitu,et ornatu veſtimentorum pro ſtatu,iuxta vulgarem exiſtimationem eſſe præſumitur.De hac re vide Speculat,in titulo de aduocatis.§.ſecundo et in adiuncta gloſſ.in cap.primo in titulo Quomodo diui. offic. ſit cele.in pragma. ſanc. Et Philippum Decium conſilio cclxxv.numero octauo.qui ibidem iuxta prædicta ſic infert. Quod ſi ſtatutum decernat,vt filia ſupra habeatur eſſe ſui iuris,quod tunc nupta,iuxta hoc ſtatutum verè erit ſui iuris ſtatutum eſſet, vt legitimatus habeatur pro legitimo, tunc is legitimatus verè dicendus eſſet legitimus, & hoc ipſum tenet Bald. Item ſi in l.nuper.in fi.C.de natural.liber.Et Alex. in conſi.ij..incipiente, Viſis codicillis. lib.j.et Paul. de Caſt.in conſi clxxx. ſecundum nouam formam.incip. Super eo quod primo loco quæritur,in antiquis et in conſil.xxxiiij.incipi. ſuper Primo dubio in nouis,Vnde licet ſtatutum debeat propriè intelligi.l.iij.§.hæc verba vbi Bar.ff.de negot.goſt.hoc tamen ſtatutum de agnatis videtur habere locum etiam in legitimatis,qui iuxta idem ſtatutum verè et propriè ſunt æſtimandi legitimi. Ad quod optimè facit,quod de legitimatis idem iudicatur, quod de legitimè natis reſpectu agnatorum et familiæ. Nam legitimatus aliis agnatis ſuccedit vt ſentiunt Bart.et Bal.in l.communium.C.de natura. liber.Et idem confirmat Alexã. conſi.ij.lib.j.ſupra allegato,in verſi ad prædicta quoque confirmanda faciunt,quæ allegat.Io.And.in titu de ſucceſſio.ab inteſtat.§.fin.Et quæ annotauit Ant.de Butrio.in c.per venerabilem.Qui filij ſint legiti.Et hanc eandem ſententiã tenenẽt Pau. de Caſt.in d.conſ.xxxiiij.et Alex.in conſilio præallegato,dicẽtes, quod agnatis etiã per legitimatos conſeruatur agnatio,ſicut per legitimos et naturales, Vnde ſuccedunt naturales legitimati iure agnationis, in hæreditate agnatorum,ſicut faciunt legitimi et naturales.Idem quoque diſputat latè D.Philippus Decius in præcitato cõſil.cclxxv.nu.7. in ij.parte.Hæc autẽ hactenus dicta ſuaſerim diligenter notari, quia frequenter vſuueniunt,et in quotidianis cõſultationibus propoſitis admodum ſeruiunt.

## Tempore prohibito aut permiſſo fieri.

Tempore prohibito aliquid fieri:& fieri tẽpore permiſſo,ſic vt eius effectus,in tẽpus prohibitũ cõferatur,in iure ſunt paria.Itẽ contra, tempore permiſſo,vel non prohibito aliquid facere, & aliquid facere tempore prohibito, cuius tamen effectus confertur in tempus permiſſum,vel nõ prohibitũ, paria quoque in iure cẽſentur,l.quod ſpõſæ, C. de donat. ante nupt.l. in tempus. ff.de hæred. inſtituẽd.& c.de vxore,& ibi D.Panor.idẽ notat.nu.2.extra de ſepultu.Et l.ſi ſpõſus.§. ſi vxor.ff.de donat.inter vir.& vxor. Et ibi Bar.vide quoque eundem Bar.in l.ſi conſtante.§.quotiens.ff ſolu. matri. & in l.j.§. nunciatio.ff. de oper.noui nunciat.ſt in l.alia. §.eleganter.ff.ſol. matri. vide etiã & Bal.in d.l.quod ſponſæ.Quã legẽ nihilominus D. Panor.limitauit loco præallegato,nu.4.in capi.de vxore, extra. de ſepultu.Quã limitationem hic breuitatis cauſa omittimus.

## Tempore habili vel permiſſo fieri.

Fieri tempore habili,& conferri ad tempus habile,paria ſunt. Vt notat Bar.in l.alia.§.eleganter,verſic.non obſtat quod dicit,Sunt item paria;aliquid fieri certo tempore,& aliquid conferri in certum tẽpus. ff.ſol.mat.& Fulgo.ad l.verum eſt.§.Labeo autẽ,nu.2.pro ſocio,potiſſimum quando non requiritur certa habilitas in tẽpore quo ſit actus ſi enim tẽpore quo fit actus requiratur certa habilitas,tunc ipſa eo interuenire debet tẽpore,quo requiritur,&fieri debet.Nec ſufficit quod confertur ad tẽpus habile,nã ſicut isqui alienare cupit debet eo alienationis tempore eſſe habilis(ea enim habilitas nõ pro futuro tempore ſed pro præſenti alienãdi tẽpore conſideranda eſt)ita quoque neceſſaria eſt ad quemuis actum habilitas in præſenti tempore, qui præſentẽ habilitatem requirit,vt l.ſi alienum ſeruum.§.in extraneis, ff.de hæredi.inſtituend.& l.ſi minor.ff.de ſeruis expor.Et D.Carolus Ruinus, cõſil.xc.incipient.Ad ea quæ nu.6.volu.iiij.& idem in conſi.cxcij. incipiẽte.Quæritur quis ſuccedat,nu.16.ij.volumi.Et Petrus.Pau. Pariſius,cõ cx.numeris.35.36.& 37.in ſua iiij.parte cõſiliorum,vbi reperies quo modo,& in quibus caſibus procedat præfata paritas,

## Territorium.

Extra territorium eſſe,& eſſe in territorio,ſed in loco exempto,paria ſunt.Qui enim eſt in loco territorij,ſed exempto,is & extrà territorium eſſe cenſetur,capi.cum Epiſcopus,& ibi gloſſa,de offic.ordina in.vj.& Ioan.And.in ij.& ibi Gemi.de conſtitu.lib.vj.vbi dicunt,quòd ſtatutum Epiſcopi non ligat delinquentem extra territorium, ita nec delinquentem in territorio in loco exempto,Idem quoque tenet Petrus de Ancha.in repetitione c.ſi propter tua debita.de reſcript.lib.vj. &.Calderi.in conſi.xiij.in titu.de foro comperen.quem refert Geminia.in c.j.de priuileg.in vj.vbi æquiparat exiſtentem in loco exempto & exiſtentem extra diœceſim.Et idem cõfirmat D.Iaſon in l.extra territorium.nu.5.ff.de iuriſdict. omnium iudic.Et Gaſpar Calderinus,in ſuis conſiliis, conſillo xiij. de foro competenti Reliqua vide ſupra, Forum.

## Teſtari.

Teſtari falſum,& veritatem ſupprimere,paria ſunt.Bal.in l.presbyteri.C.de Epiſco.& cleri.gl.& Angel.in Authen.de teſtibus,in princi, Ideòque qui recuſat apertam dicere veritatem, ſed eam malitioſè, vel obſcurè deponit,is tenetur vt falſarius,Bald.in lea quæ commendandi. ff.de contrahen.emp.in l.præſcriptione.in fin.C.ſi contra ius &c.Officium enim teſtis eſt,deponere ſuper integro ſupèrque toto facto, & non ſuper aliqua rei parte,ſed plenam rei veritatem ſine fuco deponere,gloſſa & Doctores in l.Lucius.ff.de inſa.quam gloſſam allegat Bal. in l.peremptorias,circa finem.C.Sent.reſcind.non poſ.Ita tenet D,Frãciſ.Curtius in ſuo inſigni tractatu,de teſtibus.xv.concluſione,

## Teſtes Inſtrumenta.

Teſtes & inſtrumenta æquiparantur in exercendis litibus. Videte ſupra,in verbo,Inſtrumenta.

## Teſtes impedire.

Notarium vel teſtes impedire ne ad teſtatorem teſtamentarium adeant,& notarium vel teſtes coram teſtatore exiſtentes reuocare,& præcipere ne ad ipſum reuertantur,paria ſunt,Vel aliter,Prohibere teſtes ad teſtatorem accedere,& teſtes ad teſtatorem adductos,aut reuocare,aut oſtium ipſis claudere,ne introire ad teſtatorem poſſint; paria ſunt,vti notatur in l.j.& ij.ff.Si quis aliq.teſta,prohibuerit.In l.Marcellus.§.fin.ff.ad Trebellia.Et idem habet Pet.Paul.Pariſius,conſi. lxvij. numero 46.in iij.parte.Et quod hic probatur de teſtibus impeditis accedere ad teſtatorem,idem quoque de quibuſuis aliis teſtibus impeditisintelligi poteſt,

## Teſtamentarij.

Teſtamentarius & Tutor in cautione præſtanda,& in quibuſdam aliis,æquiparantur.Argumento eius quod notatur in l.diuus.ff.ſi cui pluſquam per leg.falcid.vbi dicitur,quòd ſicut executor teſtamento deſignatus(quem Accurſius ibi fideicommiſſarium eſſe putat)non cauet,nec tutor qui teſtamento datus,vel conſtitutus eſt,cauere debet, Et quibus caſibus tutor non poteſt emere res pupilli,quas ipſe cum decreto vendit,iiſdem caſibus executores nõ poſſunt emere res,quas ex officio vendunt,lege ſi in emptione.§.tutor,& ibi Barto.ff.de contrahen.emptio.& Bal.ad legẽ cum ipſe,C.eodem titulo & ſicut tutor poteſt ſe excuſare propter numerum liberorum,propter adminiſtrationem fiſci,propter abſentiam futuram,propter poteſtatem publicã &c.ita & executor teſtamenti,ſecundum Io.à Canibus in tractatu de Executio.vlt.volunt.§.quæro,num.14.Et ſicut morte tutoris finitur officium ipſius tutoris,& etiam officium ab ipſo tutore conſtituti, iuxta l.ſi per epiſtolam.ff.de acqui hæredi.ita quoque mortuo executore finitur officium ipſius executoris, & etiam officium ſubexecutoris ab executore conſtituti,excepto executore ad pias cauſas deſignato,vti confirmat D.Io.à Canibus loco iam citato,nu.16.& l.ſi quis pro redemptione.C.de donat.coniuncta gloſſa in l.vxori.ff.ad l.Corde.falſ.quæ quidem gloſſa apertè fideicommiſſarium & tutorem æquiparat.Quam æquiparantiam,& ipſe tenui in meo Pupillorum patrocinio,titulo,de tutorum & curatorum rationis iuſtificatione,ca.j. nu. 38.in poſtrema editione.

## Teſtamentum vi codicillorum.

Dicere.Si non valet iure teſtamenti,valeat iure codicillorum, & dicere,Habeat hoc pro donatione inter viuos,vel habeat tanquam ab inteſtato,paria ſunt.Vt notatur in l.ex teſtamento C.de fideicommiſ. & l.qui autẽ,in principio.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſta.Et per Dinum,in l. codicillis,in fi.ff.de leg.ij.& Bar.ad l.j.nu.9.ff.de iure codicil.

## Teſtamentum inualidum.

Teſtamentum inualidum,& teſtamentum nullum paria ſunt.Vel ſic Teſtamentum nullum fuit factum,& teſtamentum fuit factum,ſed ipſum eſt inualidum,paria ſunt.Teſte Capra,conſi.lxiiij.nu.3.Teſtamẽtum autem vocamus inualidum, quod non eſt legitimum, hoc eſt, quod non eſt factum à debita ac legitima perſona,quæ teſtari poſſet, aut pro ea perſona cui teſtari liceat, aut pro tali re cui vtiliter teſtari non debeat: nempe reclamantibus iuribus aut naturæ legibus. l. l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bono poſſeſſio contra tabulas, & ibi Bar.Et in l.ij.ff.quemadmo.teſta aperi.& l.iiij.§. Condemnatum.ff. de re iudi.Sic tenet Philippus Probus in addit ad D.Ioannem Monachi.in ca.ſi tibi conceſſo.nu.22.de præben.& dignita.lib.vj.

## Teſtamentum relatiuum.

De teſtamento expreſſo,& relatiuo.Vide ſuprà,ſub titulo, Sententia cum quantitate,circa medium.

## Teſtatoris mors dubia.

Teſtatorem viuere,& dubitare de eius morte,ſunt paria.Gloſſa magna in l.j.C.de pact.Atque paritas iſthæc in hoc conſiſtit, vt quod de neutrius bonis paciſci liceat.ſicut enim de bonis viuentis paciſci non licet,ita neque de bonis illius,cuius mors nondum certò cõſtat,quia is viuere adhuc creditur cuius mors certò probata non fuerit,l.ſed ſi mors.ff.de donat.inter vir.& vxor.ibi.Quia & mors eius expectanda eſt,l.nec nos præterit, C.de poſtlimi. & l. Vxor quæ. C.de repud. Nouel.de diuerſ.c.§.Cæterum,& in conſtitutio.cxvij. quod autem de bonis adhuc ſuperſtitis paciſci non liceat, ratio eſt.quia tale pactum contra bonos eſſet mores,odioſum,& plenum triſtiſſimi & periculoſi euentus,l.finali.C.eo titu.de pact.Et quia eadem ratio concurrit in pacto de bonis eius de cuius morte dubitatur,ideo nec de huius bonis paciſci licet,donec certa mors ipſius probata fuerit,quod diligenter eſt notandum.Et hanc opinionem quoque ſuſtinuit Louanij inſignis ac præclarus vir.I.V.Doctor.D.Nicolaus de Cappella,alias Heems.à Bruxella,quondam meus obſeruandus præceptor,in ſuis lecturis,d.l. fina.C.de pact.& in d.l.j.C.eo titu.de pactis.

## Teſtimonii data ratio.

Exprimere cauſam impertinentem,& nõ ſatis dignam, & exprimere cauſam nullam, paria ſunt,Vt habetur in c.prætérea,extra de teſtibus,ar.in c.ij.extra de tranſact.vbi in d.c.præterea,dicitur.ſi teſtes dicant ſe eſſe conſcios carnalis copulæ,quam tamen non viderunt,neque ſic teſtãdo certa vlla ſigna copulæ vicina deſignant,quia cauſam non ſatis iuſtam teſtantur,videntur nullam cauſam expreſſiſſe, vt ibidem etiam notat D.Antonius.Et ratio eſt,quod iſthæc iam dicta cauſa in tali teſtimonio prorſus eſt neceſſaria: nempe quæ ſit talis quę limitet & conſtringat vniuerſum teſtimonium, adeo vt in hoc teſtimonio magis attendatur cauſa,quàm dictum ipſum, vt plenè notatur per doctores. in l.ſolam. C. de teſtibus. & in l. cum hi. §.nihil.ff. de tranſact. & in cap. cum cauſam de teſtibus. vnde ſi teſtis interrogatus, qui ſciat de contentis in tali articulo, reſpondeat vera eſſe in eo contenta; & ſi mox interrogatus,quomodo & qualiter ea ſciat,reſpõdeat,quia ſic audiui dici à pluribus perſonis,iſta cauſa,& reſponſio inſufficiens confundit,& annullat dictũ pręcedens,quia eſt cauſa non iuſta,inſufficiens,& perinde habenda,ac ſi nullã,ſuæ ſcientiæ cauſam depoſuiſſet,

depoſuiſſet,vt notatur in c.licet ex quadam extra de teſtibus. Et ad l. teſtium.C.de teſtibus. Sic quoque paria ſunt: nullam cauſam exprimere,& impertinentem vel iniuſtam declarare, teſte Ioan.Petr.Ferra. in forma oppo.contra teſtes poſt publica.ad verbum,Reddant rationem,circa medium.Et idem notatur in c ij.depoſiti prorſus debet eſſe talis,quæ neceſſariò concludat dictum ſuum eſſe verum,alioqui teſtimonium eſſet nullum.

## Titulus poſſeſſionis.

Non habere titulum,et habere titulum,ſed eum non poſſe oſtendere,aut probare eum eſſe legitimum, paria ſunt.Ita vult expreſſe gl. in verbo,prætor enim.in fi.ibi.§.quidam probat bene eſt,ſi verò non probat,præſumitur quòd pro poſſeſſore poſſideat,in l.cogi.C.de petitio.hæredita.

## Tortura.

Tortura ſiue tormenta,& mors in iure æquiparantur.prout latius meminimus,ſ.ſub litera,M.et themate.Mors et Tortura &c. vbi vide.

## Totum,Omne.

Totum et omne æquipollēt.Per gloſſam,Inſtitu.de ſocieta.in prin Bar.in l.ſerui electione.§.fina.ff.de lega.j.eáque tota haberi dicuntur, quę integra habentur.l.decem,in verb.tota decem,de fideicommiſſa. libert.vbi tota decem,pro integris decem accipiuntur.Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua,verſic.lxix. et perfectum et plenum id dicitur cui nihil deeſt.l.j.in princ.vbi gl.de origi.iur.glo. Clement.j.ibi Cardi. de re iudica.gl.in l.Iulianus,in fi.et ibi al.cum concor.et Barbat. in addit.l.Mater.C.de rei vendica.vide latius per D.Vdalr. Zaſ.conſi, xviij. nu.6.lib.ij.

## Tradere.

Tradere et cedere, quā inter ſe affinitatem habeāt.Vide ſ.Cedere.

## Tranſactio.

Tranſactio cum ſententia parem effectum obtinet.quæ quidem paritas intelligenda eſt,quantum ad decidendas lites & ad parandas exceptiones,argumento l.poſt rem.ff.de tranſact.& l.non minorem. C. illo titu.& ibi Cynus,Alexander,& Iaſon. Nam ſicut ſententia retractari non poteſt,ita nec tranſactio.l.j.C.de condict.indeb. D. Vdalricus Zaſius,in l.diuus Adrianus.ff.de re iudica. Ad hæc facit,quòd ſicut per ſententiam receditur à lite, & lis ipſa finitur, ita & per tranſactionem receditur à lite,& lis ipſa finitur: ſic vt ob nullam allegandam deceptionem ea litis tranſactio reſcindi debeat.Parē enim hanc cum ſententia efficaciā tranſactionibus iura tribuunt propter odium litium, quas iura ita exoſa habent vt iis quoquo iuſto modo finem conſtitutum velint,& optent.l.Fratris,C.de tranſactio.Idem tenet gl. in c.cum cauſa,extra de empt.& vendit.Et allegat pro argumento optimum textum in c.conſtitutus,de religioſ.domib. ibi enim Epiſcopus per tranſactionem remiſit omnia iura ſua pro ſolis octo denariis pro penſione ſibi reſeruatis,& valida fuit tranſactio, & optima cum hac ratione confirmatur,quia quamuis exiguum per eam tranſactionem conſecutus fuit commodum, eo ipſo tamen & reſpectu eius quod per eam tranſactionem à lite receſſit, & à litis moleſtiis liberatus fuerat, permagnum cenſebatur conſecutus commodum, quamuis prima facie enormiter deceptus videbatur. Quare is qui pro externo damno commutat,& conſequitur gratum commodum, internum,ſcilicet aut corporale aut ſpirituale, is de deceptione ſibi facta conqueri non debet, ſed potius de acceſſione ingentis lucri ex animo ipſi gaudendum eſt.Vnde nec ipſius tranſactio,quæ cum moleſtæ litis liberatione contingit, reſcindi debet,neque tranſactor ob id incommodum prætenſum deceptus dici poteſt,quòd à lite receſſerit quum pro eo longè maius conſecutus ſit commodum, nempe quietum animum,& à vexatrice lite liberationem fœliciſſimam. l.ij.C.de tranſact.& l.in ſumma.ff.de condict.indeb.quæ ad hoc allegatur.Vnde ex horum conſideratione dici vulgo ſolet tritiſſimo prouerbio. Si quis à me peteret pallium & tunicam,litis redimendę gratia,dimitterem ipſi potius pallium, et tenerem tunicam: et in Gallico dicitur, *Il gaigne aſſez,qui ſe met hors procez*.Atque ita in l.ij.C.de reſcinden.vēditio.tenent Dinus,Iacobus de Aretio,Rei. Cy.et Bal.ita etiam ſuſtinuit D.Nicolaus Nicolai I.C.in ſua inſigni repetitione. d. l.ij. Louanij me præſente et audiente,anno(ſi bene memini)1527.

## Tutela diuiſa.

Tutelam non eſſe diuiſam per aliquem, et eſſe diuiſam à ſolis tutoribus inter ſe, ſunt paria:quia hæc tutelæ diuiſio, & etiam in aliū tranſlatio, per ſolum magiſtratum fieri debet. Et hanc paritatē notat Barto.ad l.j.§. vlt. in addit. ff. de tute. & rationibus diſtrahend. Et hanc legem explicat & confirmat gloſſa ipſa: quæ duobus modis dictum textum intelligit:ex quibus etiam apertè colligitur: quod pares ſint & eædem habeantur,Tutela diuiſa,et tutelā indiuiſa,eo quod contutores,in quos tranſlata eſt tutelæ diuiſio,ſiue eiuſdem tutelæ admiſtrationem habeant,ſiue non habeant,ſemper ad omnia tutelæ onera & ad debitas rationes reddendas per leges non minus obligati teneantur,quàm primi tutores,Nec his obſtat,quod ibidem textus diſputet,& aſſerere videatur quod quāuis tutelæ actio prius in ipſum magiſtratum(ne in contutorem non gerentem vertenda videatur)eſt tamen nihilominus eadem actio contra vtrumque,ſcilicet tutorem & contutorem vertenda,ſiue hic gerat,ſiue non gerat,quia expreſſè lex ambos ſimul teneri voluit.l.j.§.plane fi.ff.de tute,& ratio diſtrahend.Vnde ſatis apparet(vt dictum eſt)nihil differre diuiſam,ſiue indiuiſam eſſe tutelam.

## Tutor vltra commiſſionem agens.

Aliquid fieri per verum tutorem,in rebus quarū adminiſtratio non eſt commiſſa,& illud fieri per ſurreptitium,vel falſum tutorem,in iure ſunt paria.l ſi duo.ff.de adminiſtra.& pericu.tuto. & cura. & Raphael Cumanus,in l.huius edicti.§.verbis,nu.1.ff.quod falſo tuto.autore.geſt.eſt.

## Tutoribus qui ſint comparandi.

Tutores, Curatores, Reipublicæ rectores, Hoſpitalium rectores Eccleſiæ Prælati,Fabricæ magiſtri, Prouiſores bonorum pauperum (quales in primis Eccleſiis fuerunt diaconi)& ſimiles piorum locorū adminiſtationem habentes, in iure æquiparantur ſimilitudinémque inter ſeſe habent.Vti latius memini in meo Pupillorū patrocinio,titulo,de tutorum & curatorum munere. cap.vij. numeris 55. & 56. ad quem locum breuitatis gratia lectorem remitto, vbi abunde multas allegationes comperiet. Vide de his etiam ſupra: fideicommiſſarius, & etiam,Teſtamentarij.

## Vacare.

Sedem, vel dignitatem aliquam vacare, & habere Prælatum qui impediatur, vel occupetur in ſede adipiſcenda paria ſunt. Per optimū textum in c.cum veniſſent,extra de in integ. reſtitu.qui textus eſt notatu digniſsimus, ſecundum Ioan.And.in c.Olim,& in c.j.de reb.Eccleſ.non alienan.in vj.et idem eiam citatur ibi per Domi.et per Butr. in c.cum deportati,extra de iudic. Et per D.Calolum Ruinum,conſi. lxiij.incip.Videndum eſt,nume.2.volumi.v.

## Vendere iniquo precio.

Non vendere, et immodico precio vendere, in iure paria ſunt. l. non dubium,in fi.ff.de legat.ij.ſed ſi cui(inquit Gaius) legatum relictum eſt,vt alienam rem redimat,vel præſtet, ſi redimere non poſſit, quòd dominus non venderet,vel immodico precio vendat,iuſtam æſtimationem inferat,iuncta gl.in verbo,Immodico:quæ notat, quòd non vendere,vel immoderato precio vendere æquipollent, vel vendere,precio minimo, iniquo,et infra, vel ſupra iuſtum precium, et non vendere æquipollent,et ibi Bart.etiam notat paria eſſe:Nolle vēdere,et non iuſto precio velle vendere,vnde de eo qui rem ſuam nimio indicat,vulgo dicimus,hic rem ſuam vendere non vult,quia ipſam nimio licetur,quod indicium eſt ſe nolle vendere, niſi exceſſiuū, et non condignum precium pro ea habeat. Iuſta enim, et regularis quæuis venditio omnem deceptionem excludit, æquo, ac condigno precio contenta eſſe debet,quod precium ſi venditio aut excedat,aut ſit inferius,ea venditio iniqua,et nulla cenſeri debet.

## Venefica, Incantatrix.

Veneficæ, et artis amatoriæ magiſtri, in iure ciuili æquiparantur. Vt et videre licet ſuprà,in litera,A,ſub capite,Amatorius.

## Venire ad iudicium.

Non venire ad iudicium, et venire, ſed non perſeuerare vſque ad finem,paria ſunt.c.cum nobis, et ibi Panor. nū. 10.extra de electio et in c.j.de iudic.

Veritas

## Verita, Fictios.

Veritas & fictio, quantum ad obligationem æquiparantur. Vt notatur in l. ſi filius. ff. ſi certum petat, Nam ſicut vera voluntas, & verus conſenſus inducunt obligationem, ita & ficta voluntas debet inducere obligationem, dummodo ipſa apertis verbis eſt expreſſa, tunc enim non tam internus cōſenſus, quàm verba ligare dicũtur, Bart. in l. licet. §. idem ſcribit, nu. 12. in verſ. Et ſi tu dicis Veritas & fictio æquiparatur. ff. de peculio, & Bertachi, in ſuo repertorio, in verbo veritas.

## Veritatem cælans.

Veritatem cælans falſidico comparandus eſt. De qua comparatione videte in mea Praxi rerum ciuilium, c. clxxij. nu. 4. vide itē in hoc libro ſupra, ſub titulo, Teſtari.

## Vincula carcerum.

Sub vinculis eſſe, & eſſe ſub cuſtodia cum datis fideiuſſoribus, in iure paria ſunt. Lucas de pen. in l. ſi grauius. C. de dignita. lib. xij. & in l. ſeq. eo lib. de hac paritate ipſe quoque memini in Praxi mea rerum criminalium recognita, titulo, de priuatis carceribus faciendis, nu. 3.

## Viduus.

Viduus quando vxoris bonis priuandus fuerit. Vide ſuperius Medicus.

## Violentia.

Violentia, Clandeſtinitas, & Precaria poſſeſſio, ſub vnam copulatiuam æquiparantur. Ita D. Vdelri. Zaſ. in l. Pomponius. §. cum quis. nu. 18. ff. de acqui. vel amitten. poſſeſ. quia dicit ibidem textus. Denique addimus, & c. quem videre poteritis.

## Vita humana.

Vita noſtra humana, ſimilis eſt nauiganti. Qua ſicut is qui nauigat, ſiue ſtet, ſiue ſedeat, ſiue iaceat, ſiue incedat, nauis ductu, impulſuque ſemper regitur, ita & nos miſeri mortales, ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſiue iaceamus, ſiue ambulemus, ſiue edamus, aut bibamus, coacti, volentes, nolenteſque per momenta temporum quotidie ad finem vitæ rapimur, vt non temerè dixerit Seneca, nos mori quotidie, quia quotidie nobis aliqua pars vitæ clam ſucciditur, vti & Horatius teſtatur, cum ait. *Tacitis ſeneſcimus annis.* Porrò vitā humanam, tum in multis locis, tum præcipue ca. ix. graphicè depingit diuinus ille propheta Iob. dies mei (inquit) velociores fuerunt curſore, fugerunt, & non viderunt bonū, pertranſierunt quaſi naues poma portantes, & ſicut Aquila volans ad eſcā. Plura eademque clariora videre licet apud eundem prophetam, c. xiiij. Homo natus (inquit) de muliere breui viuēs tempore, repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet, &c. Similiter Sapientiæ ca. v. impij ſic loquuntur: quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia? quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquā nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ tranſit fluctuantem aquam, cuius cùm pertranſit non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus, aut tanquam auis quæ tranſuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, ſed tantum ſonitus alarum verberans leuem ventum, &c. ſic & nos nati continuò deſinimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere. In malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Quin et D. Iacob. c. iiij. vitam noſtrā comparat vapori vel fumo, Vita (inqui) noſtra vapor eſt, ad modicū apparens, et deinceps exterminabitur.

## Vitioſa cautio.

De cautionibus vitioſis, vide ſupra Rector inutilis.

## Vocatus non auditus.

Vocari ſed non audiri. Item. Audiri, ſed non vocari, et non admitti hæc tria in iure paria ſunt. l. qui crim en. et ibi Bal. nu. 21. C. de his qui accuſa. non poſſunt. ca. Obeuntibus. lxiij. diſtinct. iuncta glo. ibidem in verbo, Excludant.

## Voluntas.

Voluntas, negligentia & mors æquiparantur, quantum ad effectū deuolutionis, ſeu ad ſubleuationem obſtaculi prioris, habentis alias melius ius vt notatur in l. vnica. C. quandō non peten. par. petentib. accreſcunt. In l. Meminimus. §. fi. C. de legiti. hæredibus. & in §. penul. inſtitu. de bono. poſſeſ. Et per Paul. Pariſ. conſ. cxix. num. 27. in quarta parte. De voluntate vera & ficta, vide paulò antè, Veritas.

## Vſurarius.

Vſurarius ſimilis eſt vermiculo ligni. Sicuti enim vermiculi lignorum, aut fructuum totum lignum totóſque fructus paulatim corrumpunt, exedunt, emolunt, & carie ſua tandem abſumunt, ita & vſurarij, & fœneratores vniuerſam Rempublicam ſua edacitate paulatim abſumunt, & tandem deuorāt, quod quibuſuis per exempla, & euentus rerum notius eſſe doleo, quàm vt multis authoritatibus cōfirmetur Si enim quis roget quomodo multi ciues, quomodo multi mercatores multi Principes ad egeſtatem redacti ſint, imò quomodo multæ Reſpublicæ, atque adeo quomodo multæ ditiones corruerint, ac planè collapſæ ſint, in promptu erit vera reſponſio. In cauſa fuiſſe harum miſeriarum vnicam ac fere ſolam vſurariam illam edacitatem, quæ veluti vermis nunquam moritur, ſed aſſiduè priuatas quáſque perſonas & etiam Reſpublicas permolendo exedit. & abſumit, ſic vt tandem ex iis nihil relinquat reliquum. Quocirca optarem quibuſuis Principib. acutiorem eſſe mentem & oculum in iſtos fœneratores & vſurarios (vulgo finantiarios) eſſe intentiorem, vt certius cognoſcerent quid agant, quomodo ſuis finantiis, & voraginibus Reſpublicas perdant, & abſorbendo deglutiant, ne ſcilicet iis malis cognitis diutius habenas laxent, ſed vt ipſorum edacibus (vt ita loquar) charybdibus forte excogitent, & adhibeant remedium, ſic vt ipſorum vorandi libidinem. aut cohibeant, aut ipſos vſurarios plane aut exterminent, aut tollant, qui tam licenter hactenus contra omnia iura, tam diuina, quàm humana plus æquo liberius omnes hominum ſtatus perdiderunt, & adhuc quātum in ipſis eſt, annihilare pergunt. Deinde optarem vt Principes paſſim in ſuis ciuitatibus curent habere doctos & cordatos paſtores, qui diuitibus ex verbo Dei perſuadeant, ſuas opes non tā eſſe ſuas, quàm Dei, vtpote cuius eſt terra, & plenitudo eius, & præterea ipſos non tā eſſe bonorum Dei poſſeſſores, quàm diſpenſatores, qui in neceſſitate ſuis copiis fraternæ inopiæ ſuccurrere debeant, mutuent & opem præſtent neceſſariam, non tam ſpe lucri temporalis. quàm ſpe lucri æterni, & præcipuè quia, Chriſtus hoc ipſum ita iuſſit & hoc vnicum mandatum nobis pridiè paſſionis reliquit, & commendauit, dicens: *Mandatum nouum do vobis. Et in hoc cognoſcent omnes quod mei eſtis diſcipuli, ſi charitatem habueritis ad inuicem. &c.* Hæc charitas Chriſtiana quid exigat, nemo non nouit, qui fidei veritatem nō tam verbis, quàm guſtu perſentit. Hæc charitas ſi inter Chriſtianos ſolidè inculcaretur, vt diuites opē benignā præſtarent miſeris, & miſeri viciſſim ſine fraude grati eſſent benefactoribus, profectò non opus eſſent in Republica vſurarij, fœneratores aut finantiarij. qui ob defectum Criſtianæ charitatis cum magno multorum incommodo, ac pauperum multorum pernicie in Republica tunc tolerantur, ob qualēcunque opem expectitam, & præſtitam: nempe poſtquam mandata charitas non tantum inter Chriſtianos refrixit, ſed prorſus emortua cōſpicitur, ſic vt omnes quæ ſua ſunt quærant, & ex omnium mentibus eraſum ſit illud Pauli: Vnicuique mandauit Deus de proximo. Si quis certiorem ſimilitudinem vſurarij cum tinea aut alio ligni vermiculo cognoſcere velit: is legat Bal, conſi. cccclix. in iij. part. vbi etiam comparatur ſcorpioni. Item legat repertorium Bartachni in 3. parte ſub litera. V. Legat poſtremò huius materiæ ſtudioſus D. Carolum Molinæum in tractatu commerciorum & vſurarum vbi latiſſimè quid vſura ſit, definit eandē diuidit et naturam ipſius per comparationes ad belluam argentipa-ram, ad morſum aſpidis, ad ignem et ad latronem legalem explicat et quomodo iure tum humano, tum diuino ſit prohibita monſtrat. quantúmque diſpendium in Rempublicam inferat multis documentis exponit. Lege quæſo lector hunc librum, in eo enim et varia et grauia comperies.

## Vti malè propriis.

Malè vti rebus propriis, et aliena poſsidere paria ſunt. vt habet vulgare axioma iuridicorum. &c. Ius dictum et ibi D. Pet. de Anchara. extra, de verbo, ſignific. Sed iſtud axioma videtur tantùm habere locum de prodigis. alieno ære multum grauatis, qui ſua profundunt et creditoribus nō perſoluūt; Sicut enim illud male poſsidetur, quod poſſeſſum alienum eſt. ita is quoque male ſua poſſidet, qui alieno ære grauis. ſuis interim malè vtitur, et nulli exoluere curat. Idem enim eſt ac ſi aliena inuaderet, alienaque ſibi vſurparet. Et verè talis aliena poſsidet. Aliena enim ſunt. non ſua quæ quis alteri iuſtè debet. Ideoque is aliena poſsidet, et alienis verius abutitur quā ſuis, quæ enim quis debet, ea propriè non ſua, ſed verius aliena eſſe cenſentur. Atque in hoc duntaxat ſenſu locum habet predicta paritas, non autem ſimpliciter in omnibus. Quiſquis enim nulli debens, ſua tātū profundit is

is nec aliena poſſidere, nec aliena profundere putandus eſt. Si enim aliena poſſideret, ea alteri reſtituere teneretur, quod in malè ſuis vte, nullique debente locum habere non poteſt. Quo circa ex illorum conſideratione notandum eſt, quòd duobus modis male poſſidemus. Primò habito reſpectu ad iniuſtam cauſam poſsidendi, & tunc propriiſsimè dicimur malè poſsidere, quia detinemus alienum. Secundò reſpectiuè, habito ſcilicet reſpectu ad ipſam rem quam tractamus, & qua vtimur, nempe ſi eam tractemus, & vtamur non vt oportet, & ſicuti debemus, tunc enim eam rem quodam modo vt alienam, & ob id etiam malè poſsidere dicimur. Et ad hunc ſenſum, ſi auarus non expendat propria, quando & vbi debet, tunc is dicitur malè poſſidere ſua, & eo modo & ſenſu detinet aliena, nempe aliis debita. Et pro hoc facit c. ſicut hi. xlvij. diſtinct. & ideo gloſ. in verbo: Malè autem, in d. eius dictum, vbi allegantur hi verſus.

*Qui ſunt, qui rebus nunquam potiuntur? Auari.*
*Qui ſunt Qui minui ſua non patiuntur? Auari.*

Quin & hæc quoque intelligenda ſunt non tantum de auaro, ſed etiam de prodigo. c. penul. iuncta glo. in verbo, Prodigalitas vitio, &c. extra de conſuetudine, de quo prodigo ibidem habentur hi verſus.

*Prodigus eſt animi vitio retinenda profundens,*
*Qui retinet cupidè, quod & æs depoſcit auarus.*
*Largus qui ſumptum facit ex ratione libenter.*

## Vulnerans lethaliter, die feſto.

De vulnerato vſque ad mortem. Vide titulum, Mortuus. de vulnerante ſacro die, vide ſuperius, ſub titulo poſthumus.

## Vxor mala.

Vxor mala, diabolo eſt conferenda, & ideo dicit glo. ſingularis, in c. Ieſus. 50. diſtinctione, ibi. diabolus ſtet à dextris eius, id eſt, vxor, pro quo optimè facit textus, Eccle. xxv. vbi de muliere ſic loquitur. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: & non eſt ira ſuper iram mulieris. Atque hæc confirmat Chryſoſt. in ſermone de decollatione Ioannis Baptiſtæ. vbi inquit Ego quidem, exiſtimo nullā eſſe in hoc mundo beſtiam mulieri malæ comparabilem. Inter quadrupedia enim animantia leone nihil eſt ſæuius eius tamen ſæuitiam & ferociam mala mulier ſuperat. Inter ſerpentes nihil eſt dracone acrius ſed huius virus cum muliere mala conferri non poteſt. Quocirca leo & draco in malo, muliere mala, inferiores ſunt, Quæ his exemplis apertiora fient. Danielem enim in lacu leones ſunt reueriti: iuſtum verò illum Naboth peſſima Iezabel interfectum curauit. Cetus Ionam prophetam in ventre conſeruauit. Verum Dalida Samſonem illecebris & fucis circūuentum, & capite raſo deformatum, alienigenis capiendum & occidendum tradidit. Ioannem Baptiſtam viuentē in deſerto dracones & aſpides cornutæ ſubdita feritate extimuerunt. Vna *Hero*dias verò, eidem caput abſcidit, & tanti viri mortem pro precio ſaltationis accepit: ò malum ſummum, & acutiſſimum telum diaboli, &c. Sed hic candide Lector, nolo putes nos de bonis mulieribus iſthæc loqui, ſed de malis tantum, Vt enim mala muliere nihil nocentius, nihilque pernicioſius, ita bona muliere nihil beatius, adeò vt mulieris bonæ vir ipſe etiam dicatur beatus, & numerus annorum ipſius duplex cenſeatur. Eccleſ. xxvj. Has tamen bonas mulieres raras eſſe dicit gloſſ. in l. ex his. ff. de legibus. imò tam raras vt pro bonis mulieribus nulla lex ferri poſſit. Et ideo bonas mulieres veris Philoſophis comparare ſolemus, qui vt rari ſunt, iuxta l. ſed & reprobari. ff. de excuſatio. tuto. ita & Bonæ mulieres multo ſunt rariores. Imò phœnice rariores, teſte Diuo Hieronymo, in epiſtola centeſima vigeſima quinta ad Ruffinum, ne vxorem ducat, diſſuaſoria, ante medium. Et ſi quis horum plura, huic materiæ conuenientia deſideret ad ſatietatem, videre poterit Ioannem de Terra Rubea, contra rebelles ſuorū regum, in ampliſsima gloſſ. ſuper verbo, Meretricibus: neque enim conſtitui omnia omnium ſcriptorum, loca huc transferre, ne in immēſum hic liber abeat.

## Vxoratus.

Vxorem habens, aut matrimonium contrahens cum eo, qui in periculis nauigat, comparari ſolet. Nam qui matrimonium init, aut contrahit, is tanquam iaciens aleam fortunæ dubio euentui ſe ſubiicit, ignarus qualem tandem ſortietur vxorem, rixoſamne, an morigeram, mœcham, an pudicam, frugi an decoctricem. &c. Vel is, vt nauigaturus, variis fortunæ euentibus & periculis ſe ſubiicit, nec proprio arbitrio ſe ſtabilire valet, ſed vt nauigans, qui ventorum impulſibus regitur, vxoriis æſtubus ſæpenumero quaſſatur, & ipſius virulentiis, ac tempeſtatibus quoquo verſum velit, nolit, impellitur, de qua paritate eſt gloſſa in verbo, Nauigaſti, in c. nos nouimus. xvij. quæſtio. ij. Quin vel ipſa experientia perdocet, quàm varij, quàm felices alij, quámque infauſti ſint coniugiorum euentus alij. Videmus enim ob oculos quoſdam, vxores habere ex animi ſui ſentētia, ſibi morigeras, caſtas, moribus cultúque pudicas, ſermone blandulas, foris inceſſu graues, nunquam non pietate, facilitate, humanitate, cæteriſque amiciſsimis gratiarum dotibus clariſsimas, coniugis honoris amantes, liberorum curæ ſedulò inſiſtentes, rem familiarem prudenter, parcéque regentes, habentes ſeruos & ancillas per ſuam benè conſulendi, diſsimulandique prudentiam, omnes ex æquo obedientes, cuncta citra domeſticas lites ſingulari cum dexteritate adminiſtrantes, maritorum vitia obſequio, comitate, lepore, aut patientia, vel vincentes, vel certè mitigantes, quæ naturæ aut prudētiæ dotibus ſuis maritis honori ſunt, & ſolatio admirabili, quæque toti familiæ ornamento ſunt maximo liberis & domeſticis, virtutum exemplo ſunt certiſsimo & amabili quales fuerunt, Sara, Rebecca, Berſabea item Fabritia, Cornelia Gracchi. &c. et de quibus Solomō in prouerbiis xxx: Mulierem fortem quis inueniet? Procul et de vltimis finibus preciū eius. &c. Contra verò pro huiuſmodi coniugiis tam raris, centena fortaſsis offerentur coniugia infauſtiſsima, in quibus vxores ſuis maritis ſunt difficillimæ, immorigeræ rixoſę, aſpernabundæ, imperioſæ, libidinoſæ, clam & apertè inſidæ, impudicæ verbis, moribúſque laſciuę, liberorum totiúſque familiæ negligentes, effrenes, voluptatis cauſa quocunque diuagantes, domi foriſque ſumptuoſiſsimæ. Quid plura? Maritorū hoſtes perpetuæ. & maledictio coniugalis peſsima. De quibus Symonides. Vxor (inquit) aut mulier mala naufragium eſt viri, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, pœna quotidiana, pugna ſumptuoſa, beſtia contubernalis, canis ornata, animal malitioſum, ac tandem (vt concludit) neceſſarium malum. Hinc Philoſophus quidam rogatus cur paruam duxiſſet vxorem reſpondit, quia ex malis eligendum eſt minimum. Sed hic quæri poſſet vnde tanta coniugiorum naſcatur diuerſitas? dicam: Ea mihi contingere videtur. aliàs ab vxoribus innata ingeniorum vel bonitate, vel malitia: aliàs ab ipſorum maritorum vel imperitia, vel ſapientia. Illæ enim aliquando natura tam ſunt bonæ, faciles, conſtantes, & prudentes, vt maritos bonos reddant meliores. Nactæ verò malos. obſequio et patientia frangant, conſtatique prudentia vincant, ac meliores reddant. Sed de talibus vxoribus verè dici poſſet *a auis in terris* Aliæ cōtra ingeniis prę prędita ſunt tam moroſis, vt etiam ſi ipſis mariti contingant benigni placidi et prudentes, ſuam felicitatem nō agnoſcant quin potuis eoſdem procaciter ſpernunt, eiſdem inſultant contraque ipſorum lene imperium contra dulcem maritalem commonitionem contràque ſanum omne conſiliū, malè ſanè et nequiter ſe quoquouerſum efferūt, mæchantur, laſciuiúntque vt libet, Altera verò tantæ diuerſitatis ratio, eáque potiſſima, ab ipſis maritis proficiſcitur, qui in contrahendis matrimoniis, mihi bifariam peccare videntur: nempe in electione, & maritandi imperitia. Electione quidem, (quæ prima habenda fuerat) peccatur plurimum, dum alij ſolam formam, alij diuitias, alij ſanguinis nobilitatem ſpectāt, & quid non, Quidam verò tam corrupto iudicio dementantur, vt compoſitos greſſus, morum aulicam gratioſitatem, garrulitatem petulantem, difertam facundiā, faſtum ac ſuperbiam, magnanimitatem iudicent: imò vt incompoſitos mores, ipſam etiam laſciuiam, feſtiuos, lepidóſque mores prædicent, vt non mirum ſit, ſi ex hiſce maritorū corruptis iudiciis, perſæpe infauſta naſcantur coniugia: cùm qui dignum inire cuperent coniugium, hi vxorem in connubiū aſciſcendā, prius deligerent, quàm diligerent ſpectarénque paritatem & virtutem internam potius, quàm dotes illas externas longè fugaciſſimas, quib. tamen interim vxores plerumque ita efferuntur, vt ex illarum inani gloria, & fallaci fiducia, aut maritos ſpernant, aut pro fungis habeant, & ſi quis has pro iure maritali ad morū ſuorum cōmoditatem placidè perducere conabitur, is adeò nihil efficiet, vt eas magis efferatiores redditurus fuerit. Porrò in regendi peritia, à maritis quoque peccatur plurimum, dum quidā mariti imprudentes nacti vxores prudentes, gnaras, & pudicas vxores, non eis præſunt vt mariti, vt coniugalis thori ſocij, vt vna caro, ſed tales pro abiectis & contemptis mancipiis habent domi, tonant, vxorculáſque tales feſtiuis moribus tractandas, lepidis dictis potius fallendas, & dexteritate quadam obſequiorum ſibi coniugaliter aſſociandas, tyrannicè premunt, præſentibus aliis obiurgant, domi verberant, dehoneſtant, & ita coarctant, vt eædem tandem omni pudore excuſſo deſperabundæ in omnem malitiam exardeſcant. Alij verò mariti, qui malas ſortiti ſunt vxores, tales ſunt, vt talium vxorum ſuarum iurgia, conuitia, ac reliquas moleſtias diſſimulanter, non dico exemplo Socratis viri omnium patientiſſimi, aut prudenter ferre, aut ſuo tempore commodè mitigare, vel corrigere non norint, ſed tales potius ſint, qui malitiā malitiæ ſtatim hoſtiliter opponunt, quíque verberibus potius, quàm obſequiis obluctantur, hi profectò domeſticū bellū magis irritant & accendunt dum vxoris gubernandæ vera peritia vacant, qua vxoris. quā malum neceſſarium eſſe diximus, malitiā reliquáque vitia, ſi non prorſus tollere, ſaltē mitigare potuiſſent. Sed de hoc labyrintico negotio concluſurus, hoc tantùm addere placuit. Eum térque quatérque beatū, cui contigit vxor benigna, facilis, blanda, commoda, vtilis, caſta, prudens, apta, dignáque ſuis morib. Eum verò multis nominib. infeliciſſimum, qui ex cæco iudicio nactus eſt vxorē immorigerā, rixoſam, procacem

domin

dominatricem,imperioſam,& moribus impudicam,in qua ferenda ſi quis Socraticam patientiam exhibere poterit,eum recta poſt hanc vitam ad ſuperos peruolare crediderim,vtpote qui ſatis duro in hac vita excarnificatus fuerit,purgatorio.Hinc fit,vt tria mala ſint quæ hominibus imprecari ſoleant,nempe vxor rixoſa,lis perpetua,& extructio aſſidua.Proceſſus ſeu lis hic purgatorij cuiuſdam vim obtinet,purgat enim animam ab impatientia,corpus à torpore,& burſam à pecuniis. Et hæc pro breuitate temporis ſufficiant,alia deducturus cum ſe neceſſitas latior,& commoditas maior ingeſſerit.

## Auctor ad lectorem.

SED nunc tandem ſit explicitus nobis, vt Martialis ait,vſque ad ſua cornua liber,& vtcunque ſuis ſibi numeris, ac partibus conſtans, abſolutus:quod nimirum vocabulum, vtcunque,addendum eſſe putaui non temerè:Teretem enim ac totum rotundum , imò omnibus numeris prorſus abſolutum libellum edere , in quo nihil redundet, deſideretur nihil,non iactito mearum eſſe virium, quum id præſtare ſummorum ſit artificum , quorum in numerum memet arroganter non ingero. Non enim ignoro , & conſcius mihi ſum,quàm curta, quámque pertenuis mihi in iuris eminentiſſima cognitione,ſupellex fuerit.Dein quàm graue hoc ſimilium argumentum,atque ob id vel maximè glorioſum, ſi ( vt Plautus ait ) probum dignúmque nanciſcatur artificem,qui id ipſum ritè perpoliat,digniſſimè tractet,& modis omnibus quibuſuis ſpectaturis cum gratia exponat. Quod tametſi planè perſecutus non fuero,neque me hoc præſtitiſſe arrogantius exiſtimem, hoc ipſum tamen argumentum, pro mea tenuitate excolendum,multis ex cauſis libenter aſſumpſi. Primùm, vt rudiori viam qualemcunque ad diiudicationes per ſimilia præſtruerem, ad abſolutiora in eodem ſimilium argumento excitarem,& vt nonnullis amiculis,meam hac in re operam ſuo quodam iure flagitantibus facerem ſatis.Deinde vt meorum qualiumcunque ſtudiorum, rationem ipſe expoſcens,ea candidè cuiuis alteri communicarem potius quàm ſupprimerem.ad hæc,vt ne( vllo ocio planè torpeſcerē) in hoc præclaro argumento ingenij vires ſubinde excolerem, ſatius eſſe ducens in re clara ocioſum eſſe,quàm nihil agere,in iure præclaros muſicos,aut ſtrenuos imitans milites. Illi enim aſſiduo cantandi vſu ad ſummam muſices artem feliciter perueniunt,hi quotidianis luctis ac præliis gnari ſtrenuíque euadunt milites. Itidem in iure me quoque conſecuturum ſperaui,vt longa aſſiduáque iuris excultione,meipſum ab ocio vendicarem,meipſum exercerem,aliiſque prodeſſe ſtuderem. Nam vt in omni diſciplina,ita quoque in iure aſſiduo exercitio, non minus opus eſſe putaui,ſi quæ longo labore didiceris , tenere, augerêque volueris.Vt enim ferrum ſi non vtaris obducitur rubigine, ſic & ingenij vigor,quod niſi ſtudiis tractandis exerceas,aut perit,aut planè flacceſcit.Et certè ( vt Plinius ait lib.viij. ) quotuſquiſque laboris tam eſt patiens,vt multis cum ſudoribus diſcere velit,quod aliquando in vſu,& aſſiduo exercitio ad commodum Reipub.non ſit habiturus?Poſtremò eo libentius hoc ſimilium argumẽtum,expromendum aſſumpſi, quod id plurimum vtilitatis iurium candidatis allaturum eſſe confiderem.in quo certè longè plura potuiſſem ſimilium congerere themata,niſi breuitatis ratio me cohibuiſſet,ne quæuis citra delectum in hunc libellum infarcirem , ſed tantum quæ præcipua viſa ſunt,in hoc albo pro meo inſtituto nunc referenda putarem.Hæc igitur quæ noſtro marte themata , qualicunque ordine , & forma propoſuimus,pro ſe quiſque acriter obſeruet,inque ea diligentem intendat animum,& quæ cuiuſque ſit vis ac proprietas, quoque pacto iis quotidie vtendum, & ex iis ſimilia iudicia colligenda erunt, exactè & diligenter exploret,& profectò non mediocrem,imò certiſſimam, ex vno alterum iudicandi rationem ſibi comparauerit.Attamen ſi lectorum votis hic per omnia minus ſatisfecerimus , cogitandum erit iis, nemini vnquam vitio vertendũ eſſe,ſi in re præclara ſtudioſe quippiã audebit, & quadantenus prodeat, ſi non datur vltra. Ideóque hac in parte optarem mihi poſſe contingere , quòd & mecum ( vt autor eſt Cicero,lib. de Oratore ſecundò ) C.Lucilius ſibi optare ſolebat,nempe vt ea quæ ſcriberet , neque ab indoctiſſimis , neque à doctiſſimis legerentur,quod hi plus fortaſſis,illi prorſus nihil intelligerent. Hæc itaque quæ de Paribus ac Similibus in iure,déque ipſorum vtilitate hactenus collegimus,velim vt candidus Lector boni conſulat, & ſuopte marte ad præſcriptam formam adiiciat,quicquid ad ſimilium rationem rectè pertinere cenſebit.factum ipſius exoſculabor.& mihi in hoc argumento etiam præuolantem,candidiſſimè amplectar.

*Enchiridij Parium aut Similium Iuris, Iodoci Damhouderij,*

*FINIS.*

# COMMVNES OPINIONES DOCTORVM

## COLLECTAE EX CELEBERRIMI MARIANI SOCINI NEPOTIS SIVE IVNIORIS CONSILIIS.

## Per Eraſmum Muſculum Hanonienſem, I. V. S.

A

ACTIONIS nomen non eſt neceſſarium exprimere in libello,ſed ſatis eſt,quod ex facti narratione appareat, Ius competere agentibus cap. dilecti,de iud.vbi notant D D. Et tradunt Bart. & alij in l.j. in princ.ff.de edendo.Et plenius habetur per Cyn.& alios in l. edita. C. eod.titu.vbi Iaſ.in j.not.& Moderniores plenè attigere, concludentes ita communiter teneri,teſtatur Socinus Iunior conſil.xcj. numero 41.volu.iiij.

ACTVS non præiudicat non citatis,etiam quòd fieret ab Imperatore.Clem.Paſtoralis. §.cæterum, & ibi tradunt doct. de re iudi. Et probatur in cap.nuper,de decim.ac ita per illum text.firmat Soc.Sen. in ſuo ſolenni tract.de citatio.in vij.artic.verſic.iiij. procedit. Et tenet pro communi Soc.Iu.in conſil.lxxvj.nu.32.volum.iiij.

AGNATORVM & cognatorum differentia, quando ſit per diſponentem,& agnati præferuntur cognatis,ſolum vinculum agnationis attenditur, non concurſus vinculi cognationis conſideratur, vti impertinentis,iuxta notabilem doctrinam Bald. communiter approbatam in l.j.C.de legit.hered. Dum concludit : quod ſi per legem aliquam,fiat differentia inter agnatos, & cognatos, quia agnati præferuntur cognatis,frater vtrinque coniunctus, non præfertur fratri conſanguineo tantum:quia vinculum cognationis, quod plus reperitur in vtrinque coniuncto, dicitur impertinens. Quam doctrinam refert,& ſequitur Socinus Sen.in conſi.lxxxix.circa præmiſſum. num. 12.& 13.volumine iiij.Et Socin.Nep.ſiue Iun.in conſilio xv. num.1. volum.iiij.receptam.ponit.

LEX quando facit differentiam intet agnatos,& cognatos,videlicet vocando agnatos,& cognatos excludendo, frater ex parte patris tantum,vocatur cum vtrinque coniuncto ſimul. Ita voluit Bald.cum quo tranſeunt D D. maximè Paul.de Caſt.Fulg. & Corn.qui omnes dictum Bald.in ſpecie referunt,& ſequuntur in l.j.C.de legit. heredi. It hanc opinionem,in fauorem fratris conſanguinei tantum:vt ſcilicet cum vtrinque coniuncto ſimul ſuccedat, & apertè firmat Roma. in conſi.ccccxj.quatuor ſunt,quę refragantur in prin.& in fin.licet de Baldo mentionem non faciat,Ita etiam firmat Alexan. in conſil.ix. in fin.lib.v.Et eandem opinionem ſæpe firmauit Socin. Sen. in conſilio ccciij.in fin.ij.volum.repetito in iij.volum.num.25.& in conſil.lxxxix. circa præmiſſum conſultationis articulum. num.12. &13.iiij. volum. Dicens poſt Bald.in d.l.j.quòd per eiuſmodi legem,ſiue ſtatutum reducimur ad Ius Ciuile antiquum,&c. de quo in d.l.j. videlicet quòd caput vnde agnati, præferatur capiti vnde cognati, quo ſtare, frater conſanguineus tantum, ſimul vocabatur cum vtrinque coniuncto: quia in vtroque, erat par Ius agnationis,& vinculum cognationis, quod erat in vtrinque coniuncto, dicebatur impertinens,& non conſideratur.vt eſt textus in d.l.j.Et ita propriè hodie eſt dicendum in locis,vbi talis lex,ſiue ſtatutum extat,quòd agnati excludunt cognatos, vt ibi per eum qui dicit,quòd ita aliàs fuit conſultum in ciuitate Ferrarię per Angel.Aretin. per Alexand. de Imola, Item alios plures,vt eum refert Soc. Iun.conſilio xxiiij,numero 12.volum.iiij. Et ſic conſtat ex prędictis quòd iſta eſt communis opinio,quàm &recte intuenti ſentit Bart.in l.j.§.qui habebat in ij.quęſt.ff.de bono poſſeſſ. contra Tabul.Dum loquitur de parte patris tantum.

Et licet plerique contrarium tenuerint tamen non eſt in dubio recedendum à communi opinione,per iura & doct.ſcripta vulgaria. Et tanto magis talem opinionē ſequi debemus,quia vltra quod eſt communis,dicitur etiam niti optimis,& concludentibus rationibus,vt dicit Socin.Iun.in d.conſil.xxiiij.num.12.vbi etiam ſub num.16. refert Soci.Sen.patruum ſuum,reprobantem opinionem Petr.Ancha.Et vltra eum adducit quoque,vltra viij.doct.tenentes contra eundē Ancha, quos apud eundem allegatos videre licet.

AGNATIO non poteſt conſeruari per fœminas,iuxta diſtinctionem Pauli de Caſtro in conſil.lxxix.caſus iſte frequens contingit in antiquis.In nouis eſt ſub numero 410.volu.quam refert & ſequitur Socin.Sen.in l.cum auus,verſic.quartus caſus.ff.de condit. & demonſtr.quam & Socin.Iun.in conſil. clxviij.numero 26. ij. volumine ſequutus eſt,& communem eſſe ibi demonſtrauit,vt ipſemet teſtatur in conſil.lxv.num.5.volum.iiij.

ALIENARE prohibitus,non impeditur inſtituere ſibi venientes ab inteſtato,licet non ſint de familia,ſicut non prohibetur etiam ſucceſſio ab inteſtato.l.cum pater.§.cum inter,& ibi tradūt Bartol.& alij D D. ff.de legat.ij.& eſt glo.in l.pater.§.Lalius Agrippa.ff.de lega. iij.Tradunt Bartol.& alij in l.Si ita quis.§.ea lege. ff. de verb.obligat. Paul.de Caſtro in conſilio lx.viſis ſtatis.in fin.ij.volum.in nouis,Alex. conſil.xxiij.conſideratis verbis,num.8.lib.ij.& in conſilio lix.attentis verbis,num.10.& nume.11. lib.iij.cum multis aliis,qui allegari poſſent,& de quibus per Ludo. Catum dominum conſulentem ibi, qui longè hoc proſequitur. demonſtrando, quòd ita ſe habet communis opinio.Quam & communem refert Socin.Iun.in conſi.xxx.num.11. vol.iiij.adducens contra tenentes,vt ibi plenè per eum.

ALIENATIONIS prohibitio facta in contractibus, & ſic per pactum inter viuos,ſi quis contra faciat,non impedit tranſlationem dominij,ſecundum communem opinionem in l.ſi ita quis.§.ea. lege, & ibi per DD. ff.de verb.obligat. & l.ea lege.C.de condiction. ob cauſ.vbi gloſ.& alij. Et traditur in l. filiusfamil. §. Diui. vbi plenè Socinus Iunior.ff.de legat.j.& in conſil. xcj. numero 5. volumine iiij. communem ait.

IN materia alluuionis,factum hominis,& naturæ æquiparantur ad vtilitatem habentium prædia vicina. Ita in ſimili determinat Bart. in l.quo minus.x.quæſt. ff.de flumin. vt per eum:cum quo eſt communis opinio,vt ibi per Iaſon.& nouiſſimos.Et Barto.etiam refert,& ſequitur Socin. Sen.in conſilio lxxix. ſuper. quæſtion. quæ vertitur, verſic.quinimò dicit Bart.iij.volum.Et eſt in ſimili deciſio Bart.Ange. Paul.de Caſtro & aliorum.in l.fluminum,in princ.ff de damno infec. Ac ita id communi Interpretum ſententia receptum affirmat Socin. Iun.conſi.xxviij.num.8.volum.iiij.

ANIMVS dicentis præſumitur ex iis,quæ dicuntur extra iudicium,etiàm parte abſente Bar.in l.Fulcinius.§.is qui fraudationis cauſa,vbi glo.ff.quib.ex cauſ.in poſſeſ.eat. Quod etiam dicit Carol.Ruin. in conſil.lxiij.quæritur vtrum legatum, num.11. volum. ij. & clarius in conſi.x.viſo proceſſu.num.10.volum.v.Inquit enim,quod animus hominis probatur,& recognoſcitur ex iis, quæ prius dixit,allegat gl. prædictam,& alia plura,vt per eum.Et inter cætera,allegat pulchram doctrinam Bart.communiter approbatam in l.ij.verſic.quæro ex quibus præſumatur iſta voluntas.ff.de vulga.& pupil. quam refert & ſequitur Socin.Iun.in conſil.iiij.num.31.volum.iiii.

APPELLATIONE filiorum veniunt nepotes,quando in teſtamento fit mentio de filiis teſtatoris in diſpoſitione eis fauorabili: vt eſt doctrina Bart.communiter recepta in l.liberorum. ff de verbo. ſignific.Et tradunt doct.maximè Moderni in l.Gallus. §. inſtituens.ff. de lib.& poſthu.Socinus Iunior in conſilio xliij:nume.8, volumi.iiij. vbi communem ponit.

Et pro hoc facit,quia iuridicum eſt,quòd appellatione filij,veniant omnes deſcendentes.l.filij appellatione.ff.de verb.ſignifi.ſaltem ex iuſta interpretatione l.iuſta interpretatione.ff.eo titu.

Ampliatur procedere,quando ſimpliciter,& generaliter fieret mētio de filiis eis prouidendo,non autem quando de filiis proprio nomine vocatis, & ſpecialiter nominatis.Tunc enim ſub nomine filiorū non continentur aliquo modo nepotes, vt eſt communis doctrina Bart.& aliorum in d.l.liberorum,& in locis præallega.Et hoc dicitur eſſe indubitatum,& extra omnem diſputationem docto.vt aſſeuerant Curt.Iun.conſ.lvij.habita diligenti conſideratione,nu.2.Soc.Iun. in conſ.lxvj.nu.4.vol.iiij.

APPELLATIONE expenſarum,etiam quod earum cauſa in futurum ſoluendum eſt, continetur,vt eſt gl.ſingularis communiter approbata in l.quibus diebus.§.j.in gl.j.in fi.ff.de condit. & demonſtra.quam etiam communem Socinus Iunior conſilio ſecundo num. 6.volu.iiij.tradit.

ARGVMENTVM ab eo quod eſt veriſimile,valet l.ſed etſi ſuſceperit.§.j.ff.de iudic.c.ſollicitę,de reſtitut.ſpolia.cum vulga,Facit gl. communiter approbata in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.quam refert

& ſequitur Socin.Iun.in conſilio lxxxiij.numero 4. & in conſi.xxxij. num.10.volum.iiij.

ASSERTIONI meritorum (etiam quod fuerint ſpecificata) non creditur, (etiam quod fuerint iurata) niſi legitimè probentur, alioquin vnicuique licitum eſſet, legem fraudare, interpoſito iuramento, contra l.ſi quis inquilinos, §.fin.& ibi tradunt docto.ff.de leg.j.Ita hanc opinionem tenent Alexan.Corn.& Dec. in l.ſi donatione. C.de collatio.Soc.Sen.in conſil.lxvj.incip.fruſtra plenitudini. verſi. quartò reſpondetur.Et vltra hanc opinionem proſequitur, & defendit, & videtur communis opinio, vt conſtat ex dictis per And.Tiraquel.in l.ſi vnquam.C.de reuocand.donatio. in gl.donatione largitus, num. 79. vbi poſtquam allegauit plurimas authoritates vſque ad numerum 19. ſubdit: quod hanc opinionem credit veriſſimam ratione, de qua ſuprà.Magis communem teſtificatur Socinus Iunior in conſil.viij.num. 29.volum.iiij.

B

BONA in dubio præſumuntur libera, & allodialia, vt eſt doctrina Ioan.And.& aliorum in ca.nimis.de iureiur.& poſt eum Bald.in cap.cæterum in fin.de iud. Alex. in conſil.cxxix.ponderatis iis, in princ. lib.j. cum concordantibus vt per Dec. in conſil. lxxv. magnificus dominus Bonifacius, num. 23. j.volum. & in conſil. cxv.incip.in facto præſupponitur,num.31, ij.volum.& in conſi.ccccxxiiij. incip.proponitur quod magnifica,num.7.& 8.Tradit Alciat.in trac.de præſumpt. in ij.reg.in iij.præſumpt.Et commune dogma ponit Soc.Iun.in conſ. j.num.24.& 29.& in conſi.xc.num.4.volum.iiij.

C

CITATIO quæ in iudiciis fieri debet, facta detento in captiuitate, vt perſonaliter compareat, aliàs contra eum vti contumacem procedetur, fieri non poteſt, & facta eo modo, nihil operaretur, ſed proceſſus ſuper tali citatione factus, & omnis actus iudiciarius, ac etiam ſententia ipſo Iure non valeret.Nam cùm ipſe ita detineatur, quòd ad iudicium venire non poſſit, dicitur legitimo impedimento impeditus, & ideo proceſſus erit nullus. Ita eſt pulchra doctrina Bart.in l. ij.in fin.ff.de in ius vocan.quæ communiter eſt recepta. Et vltra Bart. pro magiſtrali doctrina tradit Soc.Sen.in ſuo ſolenni tract.de citat.in v.artic.quæſt.xxv.ſub.num.47.& habetur per docto.in l.quæſitum in princ.per illum text.ff.de re iudic.& tenet pro communi Soc. Iun. in conſil.xxxviij.num.1.volum.iiij.

CLAVSVLA codicillaris operatur, vt ſuccedens ab inteſtato, & ſic qui vt præteritus rumpat teſtamentum, ſiue nullum dicat, teneatur reſtituere per fideicommiſſum inſtitutis in teſtamento, quæcunque eis relicta ſunt.l.eam quam.& ibi doct.C.de fideicom. l.patroni. §.fin.ſecundum intellectum Hugol.ff.ad Trebel.Et plenè tradunt Bar. & alij in l.j.ff.de iure codicil.cum concordantibus per Socinum Iun. in conſilio iij.numero 27.volum.iiij.vbi communem eſſe atteſtatur. Et ita in terminis firmat Alexand.in conſilio cxxiij.numero 8.volum. j.vbi etiam dicit: quod hoc procederet etiam, quòd teſtator præteriiſſet eos liberos, quos habere ignoraſſet, cùm de illis ſaltem in genere cogitauerit vt per eum, qui plures etiam authoritates allegat videre licet,

Clauſula codicillaris operatur, quòd quando teſtamentum redditur inualidum, ſuccedentes ab inteſtato, mediante dicta clauſula, cenſentur rogati reſtituere hereditatem ſcripto heredi in teſtamento.l. poſthumus. §.fin. ff.de iniuſt. rupt.teſtamen.& tradit Bart.in l.j. ff.de Iure codicil.poſt.num. 2.& per Ruyn.in conſilio lvij.primo quæritur &c.& num.8.iij.volum.Ac hanc opinionem in terminis noſtris, maximè quando clauſula codicillaris eſt plena, et omnes caſus etiam futuros reſpicit, videtur firmare Angel.in Authent.ex cauſa, num. 11.C. lib.præterit.vti ita ibi Ang.allegat, et hanc opinionem ſequitur Curt. Iun.num.75.qui etiam idem voluit in l.j.nu.5.ff.de inoffic.teſtament, eandem opinionem firmat Alexand.in l.ſi patroni. §.fin. verſic. aliud eſt videndum.ff.ad Trebell.prout eum refert, et ſequitur de Afflict.in deciſ.cxxv.ſoror dixit &c.num.4.Et rectè intuenti ita videtur voluiſſe Paul.de Caſt.in l.Titia filia in fin.ff.de inoffi.teſtament.Quando dicit, poſſe peti et per Authen.ex cauſa, C.de lib.præterit, et per petitionem, ſcilicet vigore clauſulæ codicillaris, vt per eum. Et licet ipſe dicat magis ſibi placere primum modum, tamen loquitur reſpectu legatorum particularium, ſed reſpectu vniuerſalis fideicommiſſi aliud ſentit, vt eum intelligit, et adducit Socinus Iunior.in conſilio lxxxvij. num. 16. vbi alios allegat idem tenentes, dicens hanc opinionem eſſe magis communem, in iiij.volum.

Compromiſſum factum, vt de Iure tantum iudicari debeat, intelligi debet de Iure municipali, vel conſuetudinario, de quo in loco, non autem ſolum de Iure communi Romanorum. Ita in terminis concludit Carol.Ruin.in conſil.iiij.incip.quoniam proponitur, quod teſtamentum &c.num.10.11.et 12. ij.vol.vbi allegat Bald. Innocen. Anton.de But.Abb.Roma.et modernos Peruſinos, reſpondens etiam ad authoritates contrarias dicendo, quod ita ſe habeat communis opinio, vt per eum.Item voluit Socin.Iun. in conſil. xciiij. numero 20. volum.iiij.cum dicit, ſe hanc opinionem nedum communem, et veram, ſed etiam indubitatam putare et non parum admirari de iis, qui contrarium tenuerint.

CONCESSIO Imperialis dicitur, donatio, et nôn feudalis cõceſſio in qua hæc verba (damus, concedimus ſeu donamus) nõ tamen qualificata, id eſt, nõ facta mẽtione feudi, poſita inueniãtur. Old.conſ. clix.incip.ex præſenti themate &c.Idem voluit Alber.de Roſa.in rub. C.de donatio.Vbi poſt argumenta hinc inde facta concludit, veram eſſe opinionem Oldra.Idem firmat Paul.de Caſt.in conſi.clxj.in præſenti cauſa in Antiquis.Alexand.in conſil.xxiiij.numero 7. in v. volu. Dec in conſilio xxxij.verſic.non obſtat ergo, & conſilio ccviij.ij.volu. verſi.poſtremo aduertendum, Sic etiam ſequendo Old.firmat Ruyn. in conſil.xxiiij.num.6.in fin.vol.i.Et hanc eſſe communem opinionẽ atteſtatur Soc.Iun.in conſi.j.num.19.vol.iiij.

CONDITIONEM ſufficit impleri per æquipollens, etiam quod ſit conditio voluntaria.Ita tradunt doct.præſertim. Soc. Sen.in vlt.notab.in l. Gallus. §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.Limitatur quando indè ſequeretur extenſio oneris, ſeu grauaminis per fideicommiſſum de perſona, ad perſonam, cùm illud prohibeatur in §.nos igitur.in Authen.de reſtitu.& fideicommiſ. et per tradita per Aretin. qui in hoc communiter approbatur in d.§.et quid ſi tantum in l.Gallus.ff.de lib.et poſth.quem ſic allegando ſequitur Socin.Iun. conſilio xxix.num.7.et 28.volum.iiij.

Conditione deficiente, euaneſcit relictũ conditionale.l.iij.ff.quando dies leg.ced, et l.heres meus.ij.reſpon.ff.de condit, et demonſt.cum concordantibus aliis allegatis ibi in gloſſ. fin. et l.dies certus. iuncta gloſſ.ff.eod.tit.quicquid in Contrarium dixerit gloſſ. in l. is cui. ff.de actio.et oblig.quæ communiter reprobatur per textum in ſui generalitate in l.j.§.ſin autem aliquid, C.de cad.tollen.Et tradunt Bart.Bal. et alij.poſt gl.in l.j.C.de his, qui ante apert.tabul.&c.et in l.j.ff.de leg.j. Et ita ſe habet communis opinio. vt per doctores in locis prædictis quemadmodum refert Socin.Iuni.in conſilio xliij.numero 1.vol.iiij. cum quibus etiam ſtat.

Conditio mixta per caſum impedita, habetur pro defecta: Vt concludit Bart.et magis communiter ſequuntur alij in l.j.C.de legat.cum concordant, vt per Ruin.in conſil.xlvj.quamuis alias conſulueri in nu. 3.Soc.Iun.in conſi.xlvj.ſub num.26.iiij.volum.communem dicit.

Conditio fideicommiſſi, videlicet ſi quis ex filiis deceſſerit ſine liberis, debet reſtringi ad maſculos.Socin.Iun.in conſil.lvj.in princip.Vbi dicit, ſe pluries ita conſuluiſſe, in iiij.vol. & plenius & multis rationibus comprobauit in conſil.clxviij.magnificus Comes, Eques, & Iuris vtriuſque Doctor per totum ij.volum.vbi apertè demonſtrauit, talem opinionem eſſe veram, & communem, & menti teſtatoris conſentaneam, vt per eum plenè ibi videbis.

Conditio habitandi adiecta in fauorem eius, cum quo eſt habitandum, ſi deficiat per mortem eius extinguitur relictum in totum per l.illis libertis, ff.de condit.& demonſt.& ibi tradunt Doct.Et tradunt etiam in l.j. C.de legatis & in l.in teſtamento la.ij.ff.de conditi.& demonſtra.Dixit Ruyn.in conſilio xliiij.quamuis alias, nu. 3.volu.ij.cum aliis concordant.per Soci.Iuni.in conſ.lxxiiij.nu.5.vol.iiij.vbi etiam commune dogma ponit.

Conditionis verificatio, vbi ſunt verba ex ſui natura requirentia implementum in perſona vtriuſque, non ſufficit in vltimo decedente tantum, etiam reſpectu ſuæ portionis, niſi quando de voluntate teſtantis conſtat, quod voluerit ſubſtitutum habere totum, ſi portio j. decedentis veniſſet ad vltimò decedentem.textus eſt expreſſus in l. heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.vbi communiter doct. Et frequẽs Interpretum placitum arbitratu Soc.Iuni.conſ.50.nu.11.vol.iiij.

Conditionaliter poſiti filij inſtitutorum & grauatorum, non dicũtur ex teſtamento vocati per gl.communiter receptam per Bar.Ang. Bal.Imo.Pau.de Caſtro & alios in l.Lucius.ff.de hered.inſtitu. Quam & Socinus Iunior qui multos doct.refert.in conſ.xxx.numero 2. vol. iiij.pro communi tenet.

CONSVLENS pro iudice electus, debet concluſiuè loqui abſque Iurium & rationum allegatione vt volunt Ioannes And. Ant.de Butri.Cardi Imo, & alij magis communiter in cap. ſicut.de re iudi. extra & ſecundum Imo.ibi ita communiter obſeruatur, Et ita voluit Angel.Aretin.in quodam ſuo conſilio incip.ego Angelus de Caſtigl. Aretino &c.impreſſo inter conſ.Petr.de Anch.nu.212. Quos ſic allegando ſequitur Soci.Iun.conſ.xix.nu.1.et 1.volu.iiij.

CONSENTIENS tacite non debet ſibi præiudicare: ſi prohibere non poterat, ne actus fieret iuxta communem doctrinam docto. Bal.Salice. et aliorum maxime Iaſ. in l.cum proponas la.j.C.de pact. Quicquid ibi in contrarium dixerit gl.quæ communiter reprobatur.

vt ibi per Iaſ.ad quem etiam ſe remittit Soci.Iun.in conſ.lij.numero 8.volumine iiij.

Conſuetudo per quam tollitur alicui ius ſuum, valet, quando fit ex cauſa iuſta,ſecundum doctrinam Barto.communiter approbatam in l.j.in vlti.opp,ff.de iis, qui ſunt ſui vel alie.iur.vt per eum, qui ita etiam intelligit.l.venditor,§.ſi conſtat.ff.commu.præd.Quemadmodum eum refert Soc.Iun.conſ,iiij.nu,20,vol.iiij.

Conſuetudo poteſt tollere legem,l.de quibus,& ibi communiter doct,ff,de legi.Dummodo conſuetudo ſit præſcripta, & rationabilis, vt habetur in d.l.de quibus, & alibi doct.ſæpè dicunt.vt teſtatur Socinus Iunior,conſilio xcij.numero 16,volumine iiij.vbi etiam communem ait.

Conſuetudinem ſi aſſerat eſſe, vel ita ſe habere, Doctor aliquis excellens:illi credendum eſt,ſaltem ſi Contrarium non probetur; vt ſignanter declarant Bart.in repetit.l.de quibus.verſic. quarto principaliter quæritur.ff. de legib.& plerique ibi ſequuntur. Idem voluit Bald.in cap.cum dilectus.verſi,nota quod conſuetudo, &c.extrà, de conſuetud.Dum dicit: conſuetudinem poſſe probari authoritate ſolius gloſſ.vt per eum.Paulus de Caſt.in conſ.clxj. in præſenti cauſa in prin. Dum inquit, de quadam conſuetudine ſtandum eſſe relationi Bald.Idem voluit Raph. Cuma,in conſi.clxix. Mõnaſterium Iure locationis,&c,dum refert,& ſequitur Bald. Ita etiam affirmat poſt plures,quos allegat Bartholom,Cæpol,in conſi.lviij.Paulus Faber.num. 2.in fin,& nu,3. inter criminalia qui idem dixit in conſi xxxix. Lucenſis ciuis nu.29,eo. lib. Chriſtoph. Portius inſtitu.de iis,qui ſunt ſui vel alien.iur. verſic.ex hoc erit probata,&c. Decius qui dicit ita communiter teneri,licet Alex.& plerique alij Contrarium dixerint in l.ij.§.mutui datio nu.14.ff.ſi cert.pet.& in conſ.dlix.in caſu venerabilis nu,5.vt hæc cum aliis concordant.refert Soci. Iun.conſ.j.nu. 37.& nu.38.vol.iiij.

CONTRACTVS verba debemus ſtrictè interpretari contra eum,qui ſe fundat in verbis contractus,per l.veteribus. ff.de pact,& dicit Alex.in conſ.cciiij.conſideratis, &c.nu,9.vol,ij. Corne.in conſil. lxxiiij.de duobus.in litera S.in j.vol.cum multis concordantibus,

Procedit quando non eſt appoſitum verbum hæreditatis. Ita firmat Decius plures concordantes allegando, dicens, Quod ita communiter approbatur in cap.in præſentia.verſic.prima eſt,&c.ibi, pro qua aſſumo fundamentum, extrà de probatio. Et iſtam opinionem veluti communem vult eſſe tenendam Socin. Iun,ſibi contrarius in conſ,x,nu.10,in fin.in iiij.vol.

Contractus ſimulatio non præſumitur ex modicitate precij,& pacto de retrouendendo,vt aliqui volunt.quos refert & allegat Socin. Iun.in conſi.xxij.nu.33.& 34.vbi reiectis omnibus, ad ſuam opinionem confirmandam allegat Laurent,de Rodulphis in tracta de vſur, quæſt,lx.vt eũ refert cum aliis pluribus Bartholom. Cæpol.in tract, de ſimul,contract.in ſuo,vj.caſu principali, vbi longè diſputat hunc articulum:& relatis omnibus doct.hinc.& inde tenentibus, tandem ſex pulchris rationibus, hanc opinionem negatiuam firmat, dicens: Quòd eam putat veriorem,& quòd ſemper pro ea conſuleret. Et vltra ibi allegatos per eum,hanc opinionem quoque ſequutus eſt Socinus Seni,in conſi,clv.verſ.ſed ad hoc reſpondetur, ij.vol,vbi dicit, quòd ita ſe habet magis communis opinio docto. allegando alios, vt per eum,Et eandem opinionem ſequutus eſt Nicol. Boer.in deciſ.cj. circa hanc quæſtionem,&c.dicens Quod iſta opinio eſt vera,& communior,& quod ita fuit deciſum in Curia vt per eum.

COPVLA (ET) eius eſt naturæ,vt inter diuerſa ponatur,regulariter loquendo:vt voluit gl.communiter ad hoc allega.in rubri. ff.de iur.& fact.igno. Sic quoque voluit gloſ.in verbo.neſcit,relata ad text.in l.fin.C.per quas perſonas nobis.acqui.Soc. Iun.in cõſil.xxxvj. nu.1.volumi.iiij.& in conſil.clxxxj,de duobus, &c.numero 31.ſecundo volumine maximè verò in conſilio lxviij.nu.15.in fin.& ſequen. primo volumine,vbi etiam reſpondit ad quædam in Contrarium cauillosè allegata,ad quod etiam ſe remittit hic in d.conſ.xxxvj.

CVLPA ſeu negligẽtia præcedens,dicitur alicui remiſſa, quando Princeps eum recepit in gratiam,& nouiter inueſtiuit eum, vt eſt gl.communiter recepta in verbo & menſem,& in fin.in capitulo primo,quo tempo.miles,&c. Et de hoc eſt communis opinio vt per Socinum Sen,lxvj.viſa donatione,&c.verſ.ſexto illa cõcluſio. tertio vol. cu concordantibus per Soc.Iun.in conſ.j.nu.86.vol.iiij.

## D

DICTIO diſiunctiua quãdo ponitur inter perſonas, inter quas cadit ordinata affectio,ſeu mẽs diſponentis, importat vt ordine ſucceſſiuo vocentur tales perſonæ, iuxta ordinem literæ, & ſecundum affectionem, & mentem diſponentis. l.hæredes mei,§.fin.ff.ad Trebellia, & l.cum pater.§.penultimo.ff.de legatis ſecundo,& vtrobique tradunt doctores. Et traditur etiam communiter in l.penult.C. de verbo.ſigni.vt ibi per Modernos,cum concordantibus vt per Deci.in conſi.xcv.& pro tenui facultate mea.communem tradit Socin, Iun.in conſi.52.nu.4.volu.iiij.

DISPENSATIO mera Papæ,ſimpliciter ad ſpiritualia,velut odioſa,eſt ſtricte interpretanda,vt ſic per eam minus recedatur à iure communi prout communiter fit de qualibet diſpenſatione iuxta c.j. & ij,& in eis tradunt Docto.extra de filiis Presbyt.lib.vj. cum cõcordantibus, vt per Barbat.in conſilio lvij.præclarè ſcribitur apud &c. num.3.vol,ij.Tradit Felin.in cap.mandato.nume.3. de Simo,Deci.in conſil.cccclxxvj.pro reſolutione caſus,&c.num.7.Ruyn.in conſil.cxl. clarum eſt,quod de iure,&c,num.9.v.volum.Pariſ.in conſilio.cxxxvj. ſtante defectu,&c.num.23.iiij.vol.Et hanc opinionem,ſeu diſtinctionem inter legitimationem,& diſpenſationem,in ſimili ponit Corn.in conſil.xcij,primo aſpectu videtur.&c.iij.volumine.Vbi alios allegat, vt per eum,Et ita etiam rectè intuenti voluit Felin.in dicto cap.mandato.numero 4.de Simo.Quod autem ita in effectu ſe habeat communis opinio atteſtatur etiam Socinus Iunior in conſilio xlviij.numero 27.volum.iiij.

DISPOSITIO auth.minoris,C.qui dar.tut.vel curat.poſſ.non procedit in Tutore teſtamentario,quia fides dicti Tutoris,per teſtatorẽ dicitur approbata,ſiue teſtator tale debitum ſciuerit, ſiue ignorauerit,cùm ſemper vigeat eadem ratio approbatæ fidei Tutoris per teſtatorem prout iſtam opinionem,abſque aliqua diſtinctione poſt Ioã. & Azon.ſequitur,& dicit communiter obſeruari Odofred.in dicta authentic.minoris.verſi.ſed nunquid poterit eſſe Tutor teſtamentarius, &c.Quos refert & ſequitur Socinus.Iunior in conſilio v.numero primo volumine iiij.

Diſpoſitio,ſiue remedium l.ij.C.de reſcind.vend,habet locũ in trãſactione quãdo in ea exceſſus,ſeu deceptio tranſigentis,eſſet vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis,dubij euentus litis in magno exceſſu.Et licet magna ſit inter Doctores diſputatio.Tamen in noſtro caſu videtur per Modernos teneri,quod procedat d.l.vt ſignanter voluit Corn in conſ.clxvj,litera R.& S.j.volum. dicens: quod tunc recedendum omnino erit,à tranſactione etiam iurata.Et ita tenet etiam Dec.vt patet in conſi.cciij.verſiculo,negari tamen non poteſt,&c.et in conſilio cccclxxix.verſic,ex quibus.patet,et cum concordantibus,vt per Pariſ. in conſil,xcvj.numero 65.et 66.volum.j.et voluit Crauet.in conſilio cxcij.nu.3.volum.j.Ait communem ac frequentibus interpretum ſententiis probari,ac magis recipi atteſtatur Socin. Iunior conſil. cxxix. num.48.verſic,poſſumus.volumi.j.et in conſil.xcviij.num.17.vol.ij.et in conſil.xxv.num.22.vol.iiij.

DIVISIO dicitur confirmata,vel ſaltem inducitur.præſumptio diuiſionis tacitè factę inter fratres,per curſum xv.annorum,poſt maiorem ætatem,quibus bona fuerint pro diuiſo poſſeſſa.text.eſt in l.penultim.et ibi gloſſ.communiter approbata.C.commu.diuidun.prout Bald.ibi declarat Et vltra etiam,opinio gloſſ.in dicta l.penult.Prout ibi declarant Doctores procedit,quando diuiſio inter fratres, erat æquis portionibus facta,ſeu pro æquis portionibus bona fuerunt, per longũ tempus pro diuiſo poſſeſſa,vt tradit Nicol.Boer.in deciſ.lviij.an vnus,vel duo ex coheredibus.nume.3.Et commune dogma conſtituit Soc.Iun.in conſil.50.nu.34.in fin.vol.iiij.

DOCTORIS dictum debet intelligi ſecundum ea,quæ alleg. vt eſt doctrina Bart.communiter approbata in l.non ſolum.§.ſi liberationis verba,ff.de liberat.legat.cum concordantibus per Soc.Iun.in conſil.xiiij.nu.10.et in conſil.lxxj.nu.15.vol.iiij.

Doctori atteſtanti ſic ſeruari de conſuetudine,creditur. Vide ſup.in ver.conſuetudo.

DOMINVS alicuius terræ cum mera et mixta omnimodo iuriſdictione in perpetuum pro ſe,et legitimè deſcendentibus, dicitur habere iura Principis,vt eſt celebre conſilium Paul.de Caſt.x. numer. 227.ſuper primo dubio videtur dicendum.in Antiquis.In nouis eſt conſilium xxxiiij.volum.ij.cum concordantibus ibi alleg.per Decium in conſilio ccccij.Quamuis in caſu,&c & per Curt.Iunio.in conſilio lxj.habita,&c.numero 6.Qui dicit,quòd de hoc eſt communis opin. Et ſecundum eam pluries conſuluiſſe dicit Socin. Iun.in conſil.j. nu. 65.in iiij.volum.vbi etiam communem ait.

DONATIO ſi fit alicui pro benemeritis,& bonis ſeruitiis habitis,ſi non legitimè de cauſa allegata,& benemeritis conſtet,aſſertioni donatoris de tali cauſa.& benemeritis nõ creditur per doctrinam communiter approbatam.in l.ſi fortè.ff.de caſtrenſ.pecul. Dum vult, quòd quando validitas donationis conſiſtebat in benemeritis,ſola aſſertio meritorum non ſufficit,vt per eum communem ponit Soc.Iun. in conſil.viij.num.28.vol.iiij.

Donatio inter viuos,habitura effectum poſt mortem ſub conditione,ſi donans deceſſerit ſine filiis legitimis,& naturalibus valet.vt eſt communis concluſio Doct.ſecundum Soc.Iun.in conſil.xxj.nu.1.vol. iiij.cum concordantibus ibi per eum.

Donatio facta Eccleſiæ,vel Epiſcopatui,non indiget inſinuatione, ſecundum magis communem opinionem:vt ſcribit Felin.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ num. 82.in lib.de cõſtitut.Vbi etiam ponit rationẽ

differentiæ inter clericum & eccleſiam vt per eum. Quem etiam retulit & ſequutus eſt Soc.Iun.conſ.lxxxij.nu.31.in iiij.vol.

Donatio reuocatur per natiuitatem filij iuxta l.ſi vnquã. C. de reuocan.donatio.Nam ſatis eſt filium naſci,etenim donatio reuocatur, eò,quòd facta dicebatur ſub conditione,ſi donans filios non habuerit,vt per Doct.in d.l.ſi vnquam.Et durat reuocatio,ſeu annullatio donationis etiam, quòd filius viuo patre decedat,vt voluit Bart.in l.Titia cum teſtamento.§. Imperator.ff.de leg.ij.Et eſt communis opinio Doct.in d.l ſi vnquam.vt ibi nouiſſimè per Tiraq.ſuper verb.ſuſceperit liberos.nu. 151. cum aliis ſeq,quod etiam voluit ibi Ripa quæſt, xxxviij.in prin.&c niſi veriſimiliter conſtet,quòd voluerit in donatione periſtere,& ſic ſufficit illam conditionem ſemel defeciſſe,per natiuitatem filij.licet poſtea ille decedat.Id communi interpretum ſententia receptum affirmat Soc.Iun.in conſ.xxix.nu.19.vol.iiij.

Donatio filiofamil.facta , ita vt ipſi ſoluatur , per hoc dicitur facta prohibitio vſusfructus ipſi patri , idque tacitè colligitur ex eo, quòd relinquens, vel donator voluit ipſi filiofam. ſolui : ſecundum doctrinam Bart.per illum tex.in l.ſi vſusfructus.§.ſi ita quis.ff.quando dies leg.vt per eum,cum quo tranſeunt communiter Doct.vt ait Soc. Iun. cum concordantibus ibi per eam in conſ.lxxxiiij.nu.11.vol.iiij.

E

EMPHYTEVSIS hereditaria ſequitur hereditatem,& venit cum ipſa hereditate reſtituẽda.Ita communiter determinant Doct.in l.ſi patroni.in prin.vt ibi per Alex.ff.ad Treb.Soc.Iun. in conſ.lxxix.nu.16.vol.iiij.

Emphyteuſis ſuſcepta pro ſe , & filiis maſculis & fœminis ( ſtante ſtatuto excludente fœminas a ſucceſſione , propter exiſtentiam maſculorum ) intelligitur ordine ſucceſſiuo:& ſic tranſit ad filios maſculos primò,& eis deficientibus,poſtea ad fœminas.Ita voluit Bart.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.verb.idem prædicta vera niſi eſſet ſtatutum. ff.de oper.libert. Ita etiam firmat Salyce.in l.ij.q.xvij.verſic. ſed dubitari poteſt,C.de Iure emphy.vbi allegat Bart.in dicto §.ſi liberi. Et licet ille,paulo poſt videatur intelligere dictum Bart.quando fuiſſet dictum (& heredibus) hoc tamen non obſtat , vt declarat Socin. Iun.in conſil.lxxix.num.9, vol iiij.Vbi refert Ioan.de Imol.in cap.potuit, prope fin.verſ.aduerte quia ſi quis,&c.de locat. Et hanc opinionem , allegando prædictam doctrinam Bart.firmat Alexand.in l.heredes mei.§. cum ita mihi.ver. benè facit, &c.ff.ad Trebell. & ibi idem ſequitur Ripa num.76.allegando Bart.in dicto §.ſi liberi,vt per eum.Et ita etiam conſuluit Bar. in conſ.lx.num.3.vol.j.Quam deciſionem refert, & ſequitur Iaſon in l.ij.ver.quam deciſionem.C.de iure emphyt.num. 191. & eam realiter firmat inſignis Modern. Andr. Alcia.in tract.de præſumpt.reg.iij. præſumpt.xxxij.nu.7.dum ſe remittit ad Barto.in dicto §.ſi liberi,dicens hanc opinionem Barto.eſſe receptam, &c. & illam etiam in effectu ſequi voluit Corn.in conſ.cxlv.per totum.vol.j.

Emphyteuſi finita per generationem, deſcendentes poſſunt petere confirmationem, & appellare, ſi non confirmantur : vnde ſolitum concedi per eccleſiam ſi finita linea reuertitur ad eccleſiam , illa tenetur inueſtire proximiorem , & heredem eius,qui vltimo loco deceſſit.Vt eſt doctrina Bart.trita,& communiter approbata in l.j.§.permittitur.ff.de aqu.quotidiana & æſtiu. Tradunt Canoniſtæ maximè Abb.in cap.bonæ.de poſtula.Prælat. Quam opinionem firmat plures alios allegando Soc.Sen.in conſil.xcix.volu.iiij. cum concordantibus,vt per Iaſo.in l.ij.verſic.ex hac deciſione.C.de iure emphyt. Et communem ponit Soc.Iun.in conſi.lxxix.nu.27.vol.iiij.

Emphyteuſis conceſſa pro filiis vtriuſque ſexus ( ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis,fœminæ non ſuccedant)non deuenit in fœminas ſimul cum maſculis,ſed ordine ſucceſſiuo. Sed tali ſtatuto,vel conſuetudine non ſtante , ſecus eſt , quia tunc talis conceſſio pertinet ad fœminas ſicut ad maſculos.Ita eſt doctrina Bart.communiter recepta in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.libert.vt atteſtatur Soci.Iun.cum multis concor.in conſ.lxxxij.nu.9.vol.iiij.

EMPTIO facta conuenienti precio, non poteſt dici fœneratitia:vt inquit Crauetta in con.cxlv.viſo proceſſu.j.vol.Dum poſt alios, quos allegat,dicit:tales emptiones valere, niſi modicitas precij interuenerit.Et quòd eiuſmodi contractus valeat,nec vſurarius dici poſſit. firmat Abb.in ca.in ciuitate.verſ. extra gl.quæritur de notabili quæſtione,de vſuris,dicens,quòd ita tenent Hoſt. Innoc.& communiter omnes Doctores vt eum refert Socinus.Iun.conſi.xxvij. numero 11. volumine iiij.

Et copula eius naturæ eſt,vt inter diuerſa ponatur regulariter loquendo.Ita voluit gl.ad hoc allegata in rubr. ff.de iur.& facti ignor. Sic quoque voluit gl.in verb.neſcit;relata ad text.in l.fina.C.per quas perſon.nob.acq. Quam inquit communiter receptam Socin. Iun.in conſ.xxxviij.numero 1.volumine iiij.& in conſilio clxxxj.de duobus. numer.31.ij.volum.maxime vero in conſilio lxviij.incip. tam plura per me edita conſilia.numer.15.in fin.& ſequen. volumine primo. Vbi etiam reſpondit ad quædam in Contrarium cauilloſè allegata, vt latè ibi per eum,& ad quæ etiam hic in d.conſil.xxxvj. ſe remittit.

EXPRESSIO eius,quòd tacitè ineſſe videtur nihil operatur, per notata per Doct.in l.iij.ff.de leg.j.

Fallit quando talis expreſſio ineſt ex voluntate,& mente teſtatoris. Ita communiter Bartol.& alij in l.talis ſcriptura.ff.de legatis primo.& dicunt in dicta l.iij.Et pro communi tenet Socin.Iun.in conſil.xxx.numer.9.volumin.iiij. Vbi repræhendit Iaſon.non bene conſuluiſſe,& melius conſuluiſſe. Curt.Iun.in conſi.lxix.habita diligenti conſideratione.numero 2.

EXCLVSVS ſimpliciter, perindè ac ſi non eſſet,dicitur perpetuo excluſus,cap.j.§.quin etiam.& ibi notat Bald.in ſecundo notab.& alij ſequuntur in titul.Epiſcop.vel Abb.in vſibus feudorum,Vbi in ſimili dicit Bald.quòd ſi filia ſimpliciter excludatur per ſtatutum,ſtantibus maſculis,dicitur perpetuo excluſa, ita quidem,quòd etiam ſi filij maſculi poſtea moriatur,illa non debet reintegrari ad ſucceſſionẽ, à qua fuerat excluſa.Idem dixit in authentic ſed & ſi quis.verſi.& per hoc.C.de ſecund.nupt.Et ita ſe habet communis opinio, vt ſcribit Deci.alios plures allegando in conſi.cccix.nume.5.Licet aliud eſſet dicendum.ſi ſtatutum excluderet filiam temporaliter puta,donec, vel quandiu fuerit maſculus,Vt ibidem Deci.declarat cum infinitis concordant.vt per Socin.Iunio.in conſilio j.j.vol.& in conſil.xxij.numero 1.vol iiij.

EXPENSARVM appellatione,etiam quod earum cauſa in futurum ſoluendum eſt,continetur, vt eſt gloſ.ſingularis communiter approbata in lege.quibus diebus.§.j.in gloſ.j.in fin.ff.de condit.& demonſt.Quam ſequitur Soc.Iun.conſil.ij.nu.6.vol. iiij.

EXTENSIO de perſona,ad perſonam fieri non debet in oneribus,ſecundum Aretin.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthum.Et ita in terminis noſtris reſpondet, & declarat Dec.in conſil. ccxvii .ver.& ex prædictis deciſionibus,& in conſilio ccclxxvij.verſic. nec obſtat,ſi dicatur,dicens:Ita communiter teneri, vt per eum.Quẽ etiam refert Soc.Iun.in conſi,xxix.nu.23.vol.iiij.

F

FACTVM hominis & naturæ,in materia alluuionis æquiparantur ad vtilitatem habentium prædia vicina.Ita in ſimili determinat Bart.in l. quominus.x.quæſtion.ff.de fluminib.vt per eum, cũ quo eſt communis opinio,vt ibi per Iaſ.& nouiſſimos.Et Bartol.etiam refert,& ſequitur Socinus Sen.in conſ.lxxix.ſuper quæſtione quæ vertitur. verſicul.quin imo dicit Bart iij.volu.Et eſt in ſimili deciſio Bart.Angel Paul.de Caſtro & aliorum in l.fluminum.in princip.ff.de damno infecto.Socin.Iun.in conſil.xxvii .nu.8.vol.iiij.

FOEMINÆ etiam comprehenduntur in conditione(ſi ſine filiis)niſi ſit adiectum,maſculis,non obſtante, quod teſtator propriam filiam excluſerit,ac etiam,quod lege municipali maſculi excludant fœminas.Textus eſt in l.j.& ibi planè tradunt ſcribentes.C.de condit.inſert.cum ſimilib.per Socin.Iun.in conſi.cviij.nu.32.ij.volum. Et hanc opinionem pulchris,& plurimis rationibus firmauit Curt.Sen.in cõſil.xiiij.& eandem firmat conſulendo Rom.conſil. cxlviij. Alexan. in conſil.ccxxvij.verſi.ſecundum quod videbatur.volum.ij. & in conſil. lv.volum.iij.Dec.in conſi.ccclxx.viſo teſtamento.& in conſi.cccclxx. vbi dicit,quod Doct.communiter ita tenent.Curt.Iun.in conſi.xlix.et in conſi.clxiij.vſque ad finem.Et latè Carol.Ruin.conſi.cxliij.et cxliiij. clij.cliij.et cliiij.volum.ij.Vbi concludit in terminis noſtris,filiam excludere ſubſtitutũ. et firmauit Alcia.in l.inter ſtuprum.§.final.de verb ſignific.Pariſ.conſ.xlj. Ioannes teſtator. nu.25.et 26.volum.iij. Vide plura per Soc.Iun.in conſ.xxvj.ſub nu.4.vol.vbi communem ait.

Fœmina excluſa per ſtatutũ tẽporaliter, videlicet(donec,et quouſque maſculi extarent,)deficientibus maſculis, venit reintegranda ad portionem ſuam à qua per maſculos fuiſſet excluſa, iuxta doctrinam Bald. magis communiter receptam in l. fin. §. j.ff.ad Trebell. Quam approbat etiam Soc.Iun.conſil.lxxxij.nu.7.vol.iiij.

FEVDVM per vaſallum alienatum etiam cum conſenſu domini directi non aperitur domino,ſed agnatis,qui illud petere poſſunt ſaltem poſt mortem alienantis,ſecundum veriorem,et magis communem opinionem,vt poſt gloſſ.ibi per tex.illam firmant Iacob.de Beluiſo,Andr.de Iſern. Bal.Præpoſit.et alij in cap.j.§.hoc quoque,de ſucceſ.feud. Alexan.conſ.xxx.quoniã omne datũ.lib.j. cum concordantib. per Soc.Iun.in conſ.lij.nu.23.et in conſi.xcj.nu.6.vol.iiij.

Feudum nobile gratis,et libere conceditur,et pro eo ſolum debetur ſeruitium perſonale.et in eo differt ab emphyteuſi,quia in ea præſtatur annua quædam penſio.Ita in effectu voluit Iaſon. in vſib.feud. ver.itẽ aduertẽ.Et dicunt cõmuniter Feudiſtæ, vt per Zaſium in tract.

de

de feu l.i vii.part.ref... ... totius tract.verſ.ſed quantum ad ſeruitia præſtanda.Curt.Iun.in ſimili tract.in vj.q.princ. Dum quæritur quid ſit feudum,& dicit inter alia,ſi fiat pactum,quòd præſtetur annuum. non erit feudum, cùm illud perſonæ cohæreat, non patrimonio, vt per eum.Hæc refert Soc.Iun.in conſ.lxxvj.nu.6.vol.iiij.

Feudum hereditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis,vt traditur in l.ſi patroni.ff.ad Trebell.& ita ſe habet communis opinio,vt atteſtatur Soc.Iun.in conſ.lxxix.nu.17.allegans adhuc aliud conſ.vol.iiij.

Matertera ad feudum admiſſa propter defectum maſculorum, nõ debet poſtea priuari,licet ſuperueniant maſculi. Ita decidunt Iacob. de Be'uiſo,Nicol.de Neap.Bal.in c.j.de duob.fratrib. à c.inueſt.vt per eos.Et licet plerique teneant contrarium:tamen iſta eſt communis,vt ibi dicit Aluar.& Iacob.de S.Georgio in ſua inueſtitura. verſ.& fœminis.in fin.Soc.Iun.conſ.xxij.nu.18.iiij.vol.

FIDEICOMMISSVM conditionale decedente fideicommiſſario pendente conditione, non tranſmittitur ad heredes, iuxta l. j.§.ſin autem aliquid ſub conditione,C.de caduc.tollen. Etiã ad proprios liberos.Vt benè probatur in l.heredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebell.& eſt gloſ.communiter approbata in l.j.C.de his qui antè apert. Tabu.vbi Bal.Salyc.& alij Bart.& alij in l.is cui.ff.de actio.& oblig.& tradunt communiter Docto.in locis prædictis. Soci.Iun.in conſ.liiij. nu.13.& conſ.lxiij.nu.1.vol.iiij.

Limitatur,quando voluntas teſtatoris colligi poteſt in Cõtrarium. per aliquas habiles coniecturas,Nam ſicut fideicommiſſum,quod de ſui natura eſt tranſmiſſibile, poteſt ex voluntate teſtatoris fieri non tranſmiſſibile.l.in conditionibus. §.j ff.de conditio. & demonſtratio. vbi Doct.notant. Ita & per Contrarium, fideicommiſſũ ſui natura non tranſmiſſibile,poteſt per teſtantis voluntatem fieri tranſmiſſibile: vt tradunt Bald.& alij in d.l.j.C.de his,qui antè apert.Tab.& de hoc communis doctrina in l.iij.ff.de leg.j.vt refert Soc.Iun.in d.conſil.lxiij.ſub nu.2.& 3.vt per eum.

Fideicommiſſum conditionale, ſiue ſpes ad illud, non tranſmittitur fideicommiſſario decedente pendente conditione.Bart.in l.is cui, ff.de actio.& obliga.& alij in l.j.ff.de leg.j.& eſt communis opin.gloſ. Bal.Saly.& aliorum in l.vnica.C.de his,qui ante apert. Tab.Soc.Iun. in conſ.lxvj.nu.6.dicens, ſe aliàs quoque hanc opinionem communem probauiſſe,& ſæpe defendiſſe à fundamentis in contrarium,per Soc.patruum ſuum allegatis,vt per eum in iiij.vol.

Fideicommiſſum licet aliquando ex coniecturata mente teſtatoris, poſsit dici inductum, tamen id non procedit,quando tali interpretationi repugnat ratio recti ſermonis,vt eſt doctrina Barto. communiter approbata & recepta in l.fi.ff.ad Trebel. pro quo benè facit l.Plautius.in fi.ff.de auro & arg.lega.Soc.Iun.conſ.xiiij.nu.9.vol.iiij.

Fideicõmiſſo ſubiecta,poſt mortem poſsidentis poſſunt per eum in teſtamento alienari, & ſic titulo legati; vt fideicommiſsi relinqui, & valebit tale legatum, ſi aliud non obſtaret. Ita in terminis de hoc eſt caſus in l.cùm pater.§.cum pater.ff.de leg.ij.& ibi notat Bar.& alij ſequũtur,maximè Io.de Imola,licet per alios non allegetur, Nam ibi teſtator, qui prædium quoddam ex cauſa fideicommiſsi debebat filiæ,reliquit filio exheredato,& ibi determinatur prædium illud deberi exheredato. Nec dicatur,quòd ille textus in hoc debet dici correctus per authent.res quæ.C.commun.de lega.vt voluit gloſ. fin.in d. §.cum pater. Quoniam reſpondetur, quòd hoc omnino falſum eſt, quia nulla dicatur facta correctio,vt Dyn.Bart.& alij communiter dicunt,ibi,reprobando illam gl. Quod etiam tenent Doctores in l.fi.§. ſin autem ſub conditione.C.communi.de legat,vt ibi per Salyc.in ij. oppoſ.Hæc refert Soc.Iun.in conſ.lxviij.nu.5.vol.iiij.

FILIVS fideicommiſſarij morientis,pendente conditione,non admittitur ad fideicommiſſum,etiam iure tranſmiſsionis,quando ad illud, ſeu in fideicommiſſaria ſubſtitutione vocabatur ſupereſtes,vel ſuperueniens,aut ſimilibus verbis. Ita vltra Bal.voluit Alex.in conſil. cclij.præclarè allegatum.in prin.lib.vj.Soc.Sen.in conſ.lxxvij.in prin. primo vol.concludens contra filium morientis, pendente conditione,in caſu,quo ſuperueniẽs erat vocatus,dicens,quòd ita tenuit Fulg. & quòd contraria opinio non eſt ſecura, quia contra illam communiter tenetur,vt per eum. Ita etiã voluit Carol.Ruyn.in conſ.cxxxvj. perſpectis diligenter,nu.7.& 8.iij.vol. Nam in caſu ſuo erat dictum, quòd bona veniant ad remanentes, quod verbum æquipollet verbo ſuperſtites,vel ſuperuiuens,Eandem opinionem firmat Curt. Iun.in conſ.lxix. habita diligenti conſideratione, nu.2.hoc idem firmat Pariſ.in conſ.xxxvij.ſi bona & res.nu.50.& 51.ij.vol.Et ita cõſuluit Soc. Iun.in conſ.cxxxiij.nobilis vir,in primo dubio, maximè num.4.cum multis ſeq.j.volu.& in conſ.xxx.nu.7. hanc opinionem reiectis omnibus, firmat authoritate maiorum, & dicit non eſſe recedendum à communi opinione, maximè cùm pro ea ſit caſus. in §.cum ita.in l. heredes mei.ff.ad Trebellian. & ſint rationes vrgentes. vt per eum. in iiij.volum.

Filij fratrum præmortuorum, de iure communi ſuccedunt pariter cum patruo. Vt eſt trita & communis doctrina in l. heredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebell.cum ſimi.per Soc.Iun.in conſ.lxvj.nu.5.vol.iiij.

Filij poſiti in conditione, regulariter loquendo (niſi aliud appareat)non dicuntur vocati.vt eſt gl.communiter recepta ibi per Bart. Bald.Paul.de Caſtr.Imol.& alios in l. Lucius,la ij.ff.de hered.inſtit.Et hanc opinionem tanquam communem,& veram ſequitur & defendit Soc.Sen.in l.cùm auus.ff.de cond.& demonſt.cum concordantibus,vt per Soc.Iun.in conſi.xxvij.Magnifica domina.nu.14.j.volu.& in conſ.lxv.ſub nu.4.vol.iiij.

Filij,& deſcendentes maſculi,de conſuetudine, præſertim in Italia obſeruata,ſuccedũt ita in feudo Comitatus,ſicut in aliis:ita dicit Andræ.de Iſer,in c.j.poſt prin.in ver.hodie ſuccedunt,de feud. Marchiæ vel duca.Et Soc.Iun.in conſ.xxxj.nu.8.vol.iiij.hoc intelligit,quòd plures filij poſſunt æqualiter ſuccedere, & ita etiam voluiſſe Iſern. dicit patere ex eo, quòd ſtatim ſubdit: ſed non diuidunt. Non enim talia verba conuenirent niſi habentibus feudum commune.Et cum Iſer. tranſeunt ibi communiter Docto.vt ibi per Præpoſit.in j.nota.& per de Afflict.in iij.notab.verſ. hodie autem. Et dicit Præpoſit.quòd ita communiter tenent Feudiſtæ.Et prædicta cõſuetudo probatur etiam in c.j.§.fin.de alie.feud.ibi.ſed hodie eſt vſurpatum: vbi latè Præpo.& ante eum Andr.de Iſern.in fin.

Filij grauatorum in conditione ponuntur ipſorum fauore, vt ipſi habeant,ita eſt gl.notab.in l.filiusfam.§.cum quis.ff.de legatis primo. ſiue velimus intelligere, vt habeant, ſcilicet ab inteſtato,ſiue ex teſtamento grauati,de quo primus teſtator dicitur confidiſſe, vt vult opinio illa,quæ à pluribus appellatur communis, ſcilicet, quòd poſiti in conditione non dicantur vocati ex teſtamento grauantis, iuxta gloſ. in l.Lucius,quam ibi ſequuntur Barto. Bald.Paul.de Caſtr.& alij plures.ff.de heredib.inſtituen.& de quo plenè tractat Soci. Sen.in l.cum auus.ff.de cond.& demon. Et tradit Soc.Iun.in conſ.xlj.nu.9.vol.iiij. dicens,quòd hodie de hoc ſit communis opinio,vt per eum.

Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando in teſtamento fit mentio de filiis teſtatoris in diſpoſitione eius fauorabili.vt eſt doctrina Bart.communiter recepta in l.liberorum.ff. de verborum ſignific. Et tradunt Doctores maximè Moderni.in l. Gallus.§.inſtituens.ff.de liberis & poſthum.Soci.Iun.in conſ.xliiij.nu.8.vol. iiij. cum concordantibus per eum.

Ampliatur procedere quando ſimpliciter,& generaliter fieret mentio,de filiis,eis prouidendo: non autem quando de filiis proprio nomine vocatis, & ſpecialiter nominatis, tunc enim ſub nomine filiorum, non continentur aliquo modo nepotes, vt eſt communis doctrina Bartol,& aliorum in dicta lege liberorum, & locis prælleg. Et hoc dicitur eſſe indubitatum, & extra omnem diſputationem Doct. vt dicit Curt.Iun.in conſ.lvij nu.2. Quem etiam refert.Socin.Iun.in conſ.lxvj.nu.3.vol.iiij.

Filij non legitimè procreati,etiã quod eſſent legitimati per reſcriptum,& ſic eſſent habiles ad ſuccedendum patri, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento,non faciunt deficere conditionem (ſine filiis de legitimo matrimonio procreatis) & ſic non excludunt ſubſtitutum, quia de his teſtator non ſenſit loqui, nec fuerunt in dicta conditione comprehenſi:ſecundum communem opinionem,vt per Soc.Iun. in conſ.lxxxij.nu.17.cum concordantibus per eum.in iiij.vol.

FILIA cui ab inteſtato nihil debetur,poteſt à patre præteriri,& eius præteritio non reddit teſtamentum nullum. Ita voluit Paul.de Caſtr.in conſ.cviij.ſuper eo, de quo quæritur,in princip.in antiquis. In nouis eſt conſ.vj.in ſecunda parte,vt per eum. Idem voluit,ſi fuiſſet exheredata vt ſcilicet ei non competat querela inoffic.teſtament. Ita dicit in l.j.circa medium.in ver.patet etiam per iſtam gl.ff.de inofficio.teſtament.Et fuit hoc antè prædictos,de intentione Bald.in l.fin. §.quando.verſic.quæro,quid ſi iſta filia, ff.ad Tertul.prout ipſum refert & ſequitur Alexand.in conſilio xix. circa primum dubium.num. 5.lib.vj.Idem voluit Aret.in conſilio clx.longa eſt iſta diſputatio, & venio ad vndecimum:quia aſſerit hanc eſſe communem opinionem, vt per eum,prout verè eſt,ex prædictis apparet, & quam ipſemet Aretin. ſequitur in l.fratres. in primo notab. C.de inoffic.teſtament.ſimiliter Bartol.in loco prædicto refert, & ſequitur Iaſon in dicta l.fratres.in viij.limitatione,vbi etiam alios concordantes allegat.& idem firmat Curt.Iun.in dicta l.j.nu.8.ff.de inoffi.teſtam. Et ab iſta opinione communi,& tot tantorúmque patrum authoritate munita, non eſt aliquo modo recedendum iudicando & conſulendo,per iura notiſſima, quicquid in contrarium dixerint Bald.& Sal. in d.l.fratres,in contrarium allegati. Nam etſi vbi rectè conſiderentur, eorum authoritates facilè euitari poſſent,vt inquit Soc.Iun.in conſ.lxxxvij.nu. 5. volumine iiij.

FORENSIS & onera non ſubiens,non gaudet beneficiis ſtatutorum,conſuluit Io.de Imol.vt ipſe aſſerit in c.quod Clericis,de foro compe.prout refert & ſequitur Alex.in conſ.xlj.nu.6.lib.vij. & hãc opinionem voluit Dec.in conſ.cxiiij.& pro tenui,poſt prin.& alibi ſæpè.Idem determinat Soc.Sen.conſ.cxxiiij.nu.4.vol.iiij.Corn.in conſ. cxiiij.circa primum dubium,liter.F.G.H.I.2.vol.Vbi dicit,hanc theoricam eſſe communem.Vide Socin.Iun.in conſi.xlix.num.5.volu.iiij.

Frater vtrinque coniunctus ſolus ſuccedit fratri præmorieti. Text. eſt auth.ceſſante.de legi.her, & in auth. itaque.C.comm.de ſucceſ.& vtrobique tradunt Bart.& communiter alij. Paul.de Caſtr.in l.fin.C. de verb.ſign.Alex.in conſ.v.conſideratis omnibus.num.5. lib.vj.cum concordantibus,vt per Soc.Iun.in conſ.50.nu.1.vol.iiij.

Fratres non poſſunt contrauenire diuiſioni inter ſe factæ,& iuramento confirmatæ,etiam non obſtante minore ætate, iuxta auth.ſacramenta puberum,& tradita ibi per Bart.& alios Communiter,C.ſi aduer.vend.Omne enim iuramentum ſeruandum eſt, quod non vergit in detrimentum ſalutis æternæ,vt refert Soc.Iun.in conſ,50.num. 22.& 23,iiij.vol.allegans ca.cum contingat,extra de iureiurand,& c, quamuis,de pact.in vj.

Frater conſanguineus tantum, pariter ſuccedit fratri prædefuncto, cum vtrinque coniuncto,cùm pares ſint in vinculo agnationis, quòd ſolum dicitur attendendum,reiecto penitus vinculo cognationis.l.j.C.de legit. hered.vbi Bald. Fulg.Corn.& alij,Et licet prædictæ opinioni Bald.plerique videantur contradicere,vt Petr.de Anchar.in conſilio relato & approbato per Soc.Sen.in conſ.ccccclij.viſis inſtrumentis,ver,ſecundo ego reſpondebo, ibi,pro hoc induco.volu.ij.Tamen illa opinio Baldi eſt verior, & magis Communiter recepta ſecundum Socin.Iun.in conſ.lxxij.num.8,vol.iiij. cum concordant.ibi. Et eandem opinionem ſequitur Paul, Caſt.in d.l.j.C,de legit. hæred,

Fraternitas præſumitur,vel probatur ex quaſi poſſeſſione,& quod ſemper pro fratre ab omnibus eſt tractatus & reputatus, ſi Contrarium non fuerit probatum, Ita docet Bartol.& alij in l.non nudis.de probatio.& ita ibi declarant cæteri communiter, vt per Alex.in conſ. lj.viſo & diſcuſſo nu.2.lib.j.Iaſ.conſ.cxiiij.ad obiecta ſeu motiua ſub nu.6.j.vol.& per Dec.in conſ.liiij.in cauſa domini Ant.ad fi,Soci.Iun, in conſ.lxvij,ſub nu.22,vol.iiij.

## H

HERES ob non confectionem inuentarij,non perdit Trebellianicam. & licet varia ſit Doctor, opinio: Tamen hæc videtur æquior & verior, & forſitan magis communis,vt per Alexan.in conſ. xxix.incip.perſpectis,lib.v.& refert Iaſ.in l. Marcellus in princip.in quæſt.fin.ff.ad Trebell.vbi ita tenet Bart. Et idem Bart.in authent. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falci. Dicens:quòd ita opinio Communiter obſeruatur.Item vult Corn. in conſ.clxxx. multitudo quæſitorum, verſic.veniamus ad octauam.vol.iiij.Dicens;quòd iſta opinio fulcitur maioribus authoritatibus, & ſeruatur de conſuetudine, & ideo ab ea non eſſe recedendum conſulendo, & iudicando,pro etiam dixit Iaſ.in vlt. verb.in d.l.Marcellus,Et licet Soc. Iun.& alij Contrariam opinionem tenuerint,& dixerint eam eſſe Communem;Tamen in con.vij.nu.19. vol.iiij.& in conſ.nu,9.vol.j. poſt Cornel.vbi ſupra, dixit ſuperiorem opinionem de Iure,& practica eſſe tenendam.

Heres vel actor antè omnia in executione iam latæ ſentẽtiæ(tãetſi illa vniuerſalis fuerit,)debet ſpecificare res,quas vti hereditarias prætendit ſibi vigore dictæ ſententiæ reſtitui; aliàs non conſtaret,ſuper quibus rebus peteretur executio. Ita volunt D D.Communiter.in l. j.ff.ad Treb.vt ibi per Iaſ,nu,30.& 31.cum concordantibus per doct. Conſulentes,& voluit Soc. Iun in conſ,xxxvj.nu.3. vol.iiij.vbi multa cumulat,vt per eum.

Heres Emphyteutæ non ſoluens canonem, licet cadat à iure ſuo, etiam quod ſit minor, nec tanquam minor reſtituatur in integrum: tamen ſi ignorabat ſe obligatum ad talem canonem, reſtituetur ex clauſula illa generali,ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.ex illo capite ignorantiæ,vt per doct.in l. ſi filiusfa.§,in hac. ff.de ver.obl.& per Iaſ.qui multos allegat, & dicit eſſe Cõmunem opinionem in l.ij.nu. 107.C. iure emphyt.Soc.Iun.conſ,xlvij.nu,7,vol.iiij,

Heredes ſcripti tamen illi dici poſſunt, quorũ nomina ſunt notata in teſtamento,non autem illi, qui poſſunt dici heredes ex legis ordine iuxta l.j.§.j.in prin.verſ.ſed ſi non legi.& ibi tradita.per D D. ff.de iis,quæ in teſt.delent.ad quod eſt doctrina Bart.Communiter recepta in l.qui liberis.§.hæc verba.in vlt.q.ff.de vulg.& pupil. Dum ibi vult: Quòd ſubſtitutio facta à teſtatore de heredibus ſuis infra ſcriptis, ſolùm vocat eos,qui nominatim ſcripti ſunt,ſi aliqui ſcripti reperiũtur,cum oculis corporeis legi poſſint, & non,qui erant per certã perſonam eligendi,eo,quòd ipſi non poſſunt dici ſcripti,quia oculis corporeis legi nõ poſſunt,vt per eum cum concordantibus per So,Iun, in conſ.liiij.nu.9.& 10.vol.iiij.

Heres vniuerſalis inſtitutus,licet non expreſſe, ſed per interpretationẽ quis dicitur,ex eo,quia nõ habet coheredẽ,iuxta l.j.§.ſi ex fũdo, ff.de hered.inſt.& propterea nõ põt legitimã ſuã ſolã acceptare, & reliquũ hereditatis reſpuere,iuxta Cõmunẽ doctrinã Cyn.Bart. Salyt.& aliorũ in l.heres inſtituta.C.de impub. & aliis ſubſtit.Et tradunt DD. maxim Alex.in l.quia poterat.ff.ad Tre.Soc.Iu.cõſ.vij.nu.14.vol.iiij.

HEREDITATI ſe immiſcens,non poteſt venire contra teſtamentum, etiam vltra ſuam portionem hereditariam in iis, quæ teſtator putauit,ſe poſſe diſponere,argumento l.fideicommiſſaria. la. j.§.ſeruum peculij.ff.de fideicom.liber.Et ita per illum textum voluit Bart.in l.ſi tibi homo.§.ſi fundus in iij.opp.ff.de leg.j.quem ibi expreſſè ſequitur Raph.Cuma,Et licet Iaſ in d.§.ſi fundus,dubitet de iſta opinione,& tentet tenere Contrariam,tamen fatetur,quod Communiter,D D.tenent cum Barto.vt refert.Soc.Iun conſi.iij.nu.23.vol,iiij.

Hæreditatis petitio regulariter non datur neque exercetur contra titulo poſſidentem,vt voluit Iuriſconſultus in l.generaliter.prout põderat gl.fi. in l.pro herede.ff.de petit.heredi.cum concord, vt per Alex in conſ.lxxiij.punctus talis eſt nu.1.& 2.& in conſ.clxxxiiij. viſo proceſſu,volum.v.& Carol.Ruyn.in conſ.xxv.nu.2. volu.iiij.Soci. Iun. in conſi.lxxv.illuſtriſſius dominus Bonifacius,num.7.volu.j.Et eſt gloſ.& Communis opinio D D.in l.hereditatis.C.eod.vbi Bart.& alij allegãt rationem,& licet Bald.in l.fin.in ix.& xj.oppoſ. C de edict.Diui Adria, tenet petitionem hereditatis dari poſſe:tamen Communis opinio eſt eſt contra Bald.vt plenè demonſtrat Alex.in d.conſi.lxxiij.& clxxxiiij. in quibus locis opinionem Bald.rationibus & auctoritatibus conuincit,& Communiter reprobatam oſtendit,ſaltem quando titulus non haberur ab eo,contra quẽ potuiſſet intentari petitio hereditatis,prout ipſe dicit in d.conſ.cxxxiiij.

Et quòd prædicta concluſio procedat,etiam habito titulo poſt mortem defuncti,tenet etiam Carol. Ruyn. & dicit eſſe Communem in præalleg.conſi.xxv.& in conſ.clx.viſis iis,nu.1.v.vol.cũ concordantib, per Soc.Iun.in conſil.x.nu,6.& in conſ.xxxvij.nu.7.vol.iiij.

## I

INSTRVMENTA dotalia, in matrimonio interuenire debẽt ad hoc,vt filij prius nati ex ſubſequenti matrimonio legitimentur,ſaltem quò ad effectus ciuiles §.fin.inſtitut.de nupt. ibi dotalib. inſtrumẽtis confectis,cum multis concordantib. vt per Curt.Iun.in conſi.cxxxvj.quidam vaſallus. nu.2.Et omnino videndus eſt Cardin. Alex.in c. tanta in x.quæſt.verſic.deſcendo ad tertium,extra qui filij ſint legit.cũ concordant.ibi,& vult Soc.Iunior.conſ.lij.memini me fuiſſe, numer. 1.volu.j. Qnibus ſic ſtantibus,ſequitur manifeſta & Communis concluſio,quod licet tale matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis factum,quò ad eius vinculum iure Canonico inſpecto tenuerit:Tamen quò ad effectus ciuiles non operatur filij prius nati legitimationem, quo ad ſucceſſionem in terris imperij,cùm ſecundum iuris ciuilis regulas,legitimatio iſto caſu fiat,vt d.§.fi.Et ſic Ius Ciuile dicitur in hoc iuri Canonico contrariari,quo ſtante,quodlibet ius ſeruandum eſt in foro ſuo,iuxta tradita per Abb.& alios in c.j.& j.de noui ope.nunciat cũ concord.de quibus per Curt.Iun.in d.conſ.cxxvj.nu.4.& per Soci. Iun,in conſ.xij.numer.11.vol.iiij.vbi communem dicit.

INTERPRETATIO porrectiua,ſeu extenſiua, quæ fit per legem,ex vero ſimili mente loquentis conſtare debet,vt per talem interpretationem recedatur á propria verbi ſignificatione,Ita in effectu voluit Bar. in l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.& in l.j.ff.de verb.ſign. Gem. in c.in generali,de elect.lib.vj.Alex.in conſ.lxj.ſuper eo de quo quæritur num.2.lib.j. Corn.in conſ.xiiij.in præſenti conſultatione. ij. vol. Soc.Sen.in conſil.lxxviij.capiendo primum,poſt prin.vol,iiij. Iaſ. in l. ſi quis id,in xiij.limitatio.ff.de iuriſd.omni.iudi.Deci.in l.fœminæ,ver. ij.regula procedit.ff.de reg.iur.& in conſ.ccccliij.Ruyn, in conſ. cxlvj. videtur prima facie,nu.5.vol.ij.Et de hoc eſt Communis opinio,prout ita tenẽdo aſſerit Cur.Iun,in auth.præterea.C.vnde vir.& vxor, & ita etiã antè ipſum,Cor,in cõſ.cxxxviij,placeat mihi,vol.ij,cũ cõcor.multis vt per D,in locis præall.quos refert Soc,Iun.in cõſ,lxv.ſub n.9.vol.iiij.

Interpretatio in contractibus fit ſtricta contra eum, qui ſe fundat in verbis contractus per l.veteribus.ff.de pact.& dicit Alex.in conſil. ccliij.nu.9.vol.ij.& Cor.in conſil.lxxiiij.de duobus,in litera S.in j.vol. cum multis Concordantibus.

Ampliatur procedere,quando non eſt appoſitum verbum hæreditatis.Ita firmat Dec.plures concordantes allegando, dicens:Quod ita Communiter approbatur in c.in præſentia, verſic.j. eſt Ibi, pro qua aſſumo fundamentum,extra de probatio.Et iſtam opinionem veluti Communem vult eſſe tenendam Socinus Iunior illi Contrarius in conſi.x.nu.10.in fin.vol.iiij.

INTERESSE non certificatum,ſeu liquidatum,licet ab initio peti poſſit,vt per gl.Communiter receptã in l.certi condictio,in prin. in gl.iij.ff.ſi cert,petat.Tamen debet in iudicio poſteà liquidari, & certificari, vt ſic Iudex certam poſſit ferre ſententiam, iuxta §.curare inſtitu. de action.& dicitur in gloſ. prædicta. Tradit Communem Soc. Iun.in conſil.xcv.num.4.vol,iiij.

Intereſſe præteritum peti poteſt per certi condictionẽ, iuxta gl. & Communem opinionem D D.l.certi condictio,in princ.ff.ſi cert,petat Et licet antiqui aliter dixerint,Tamen opinionem gl.ſequitur,& defendit Bart.in ſtipulationes non diuiduntur,in x.q.ff.de verb.obligat Soc Iun.conſ.xcv.nu.10.volu.iiij.

Intellectu

Intellectus l.iam hoc Iure, ff.de vulg.& pupil.ſub tit. non procedit,vbi eſt diuerſa ratio.vt per Imol.in l. Gaius.ff.ſol.mat.& antè eum dixit Ang.in §.hinc nobis,in fin.in auth.de hered.& Falcid. prout refert & ſequitur plures alios allegando Alex. in conſ.clxxix. viſo proceſſu cauſæ vol.v.

Et licet Alex. ipſe ſibi contrarius,hoc reprobet in d.l.iam hoc Iure,& alibi ſæpè per illum text.vt per eum : Tamen male loquitur, & Communis opinio eſt contra eum,vt dicit Soc. Iun.in conſ.j.num.8. verſ.& licet Alex,ſibi contrarius vol iiij.

Inuentarium etiamſi omiſerit conficere heres,tamen per hoc non perdit Trebellianicam.Et licet varia ſit DD.opinio:Tamen hæc videtur æquior, & verior, & forſitan magis Communis,vt per Alexan.in conſ.xxix.lib.v.& refert Iaſ.in l.Marcellus, in prin.in q.fi.ff.ad Trebel. Et idem Bart.in auth. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falcid. dicens:Quod iſta opinio Communiter obſeruatur. Idem dixit Corn.in conſ.clxxx. multitudo quæſitorum,verſi.veniamus ad octauam.iiij. vol.vbi dicit: quòd iſta opinio fulcitur maioribus authoritatibus, & ſeruatur de conſuetudine,& ideò ab ea non eſſe recedendum conſulendo, & iudicando,prout etiam dixit Iaſ.in vlt.verb.in d.l.Marcellus.

Et licet Soc.Iun.& alij Contrariam opinionem tenuerint,& dixerint eam eſſe communem: Tamen in conſ.vij.nu.9.vol.iiij.& in conſ. cxxxvij.nu.9.vol.j.poſt Corn.vbi ſupra dixit, ſuperiorem opinionem de Iure:& in practica tenendam eſſe.

Iudex aut Doctor,cui ſumma cauſæ committitur,& qui iudicaturus eſt,non debet animi ſui fundamẽta exprimere,Vt eſt trita & Cõmunis ſententia maiorum noſtrorum,vt tradunt Io.And.Ant.deBut. Card.Aretin.& alij in c.ſicut de re iudic.& fuit opinio Spec. in tit.de ſent.§.qualiter.verſ.verum, & voluit Bart.quem plerique ſequuntur maximè Iaſ.in l.properandum.§. illo proculdubio. C.de iudic. Vnde eam ob cauſam dicebat Imol.in l.ſi is,ad quem.ff.de acq.here. Quod fatuus dicitur Iudex,qui motiua animi ſui in ſententia exprimit,idem dixit Abb.in c.ex parte, de conce, præbend. Et tenet pro Communi opinione.Soc.Iun.in conſ.lxxiij.nu.1.vol.iiij.

Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, c. inter cætera xxij.q.iiij.& in ca.quanto,de iureiurand.cum ſimilibus. Et hanc opinionem tenent magis Communiter doct.in auth.Sacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendit.& aliis locis, vt per Soc. Iun.in conſ.xlvij. num.14.vol.iiij.

Iuramentum operatur, vt à promiſſis nullo modo recedi poſſit, niſi obſeruantia promiſſionis vergeret in ſalutis æternæ detrimentum: Vt eſt text.in c.cum contingat,de iureiuran.& in c.quamuis,de pact.in vj & vtrobique tradunt D D.Et eſt Commune dictum in authentic.Sacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditio. cum concord. per Soc.Iun.in conſ.xciiij.nu.12.vol.iiij.& in terminis de iuramento, de non veniendo contra ſententiam arbitrorum, tradit Cor.in conſ. ij.in hac conſultatione, &c. litera N.& Z.ij.volu.& in conſ.ccxxj.viſo proceſſu litera D.& E.eod.vol.

Iuramentum præſtitum de implendo promiſsionem,poteſt ita iurans ad inſtantiam creditoris, præciſè compelli ad factum, quoniam quando iuramenti obſeruatio non vergit in diſpendium ſalutis æternæ,neque in alterius præiudicium,ſemper ſeruari debet.Vt eſt Communis concluſio Doctorum in c.cum contingat,de iureiurand. Et in c.quamuis,de pact.in vj.Soc.Iun.con.xlv.nu.9.vol.iiij.

Iuramentum ſuppletorium non defertur in cauſis magnis. Ita eſt Communis doctrina Bart.& aliorum in l.admonendi,ff.de iureiuran. Quæ autem ſit cauſa magna, declaranda eſt arbitrio boni viri, vt ibi per Doct.& Soc.Iun.in conſ.lxxxij.nu.29.vol.iiij.

Iuramentum non tollit defectum inſinuationis, Et licet hæc ſit ardua & difficilis quæſtio,in qua doctor. ita varij ſint, vt non facilè cognoſci poſsit, quæ ſit Communis opinio,vt conſtat ex iis,quæ ſcribit Tyraquell.in l.ſi vnquam in princip.C.de reuocand.donat. Tamen ſuperiorem pro clara præſupponit Bal.in conſ.cxv.verba dicũt,&c. propè finem in j.vol.Et prout Paul.de Caſtr.eam eſſe veriorem affirmat in conſ. 100.viſa quadam ſcriptura.in antiquis,& dicit Raph. Cuma. in l.Modeſtinus.ff.de donatio, Quòd ferè omnes Doctores ita teneãt. Et ſic poteſt dici, quod tunc eſſet cõmunis opinio pro iſta parte, pro qua eſſe communem aſſerit illam ſequendo, vberrimus doctor Andre.Barba.conſi.xvj.præclarè ſcripſit.ij.vol. Et hanc opionem amplectitur Soc.Iun.in conſ.viij.nu.10.in fi.vol.iiij.

Iuramentum appoſitum contractui, intelligi debet ſecundum naturam eius,nec quicquam auget,aut operari poteſt.Vt voluit Bart. in l.ſed &,& l.ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Cum quo eſt communis opinio,vt ibi per Iaſ. Tradit Deci.in conſ.ccxl.num.2. & num. 3.& in conſil.ccccxciij.nume 26.Corn.ib conſ.ccxlj.litera H. ij volu. & in conſ.xlvj.litera M.j.vol.Soc.Sen.in l. frater à fratre nu. 36.& nu. 37.ff.de condict.indebit.Ruyn.in conſ.cxxvj. iiij. volumine propè finem.Et hoc comprobatur,quia iuramentum non operatur,vbi deficit conſenſus, nec illum poteſt ſupplere. Vt docet Barto. in l. ſi quis pro eo in octauo memb.ff.de fideiuſſ.& ita ſe habet communis opinio vt per Curt. Iunio. in conſil.xxiij.nume.quinto. & dixit Ruyn.in conſi.xcviij.nume.9.& 23.j.volu.vt hæc refert Soci. Iun. in conſil x: num.32.vol.iiij.



Ius accreſcendi non habet locum in feudis.vt eſt textus in capitulo primo, de benefic.fratr.& in cap.j.de ſucceſ.frat.ibi.quod ita intelligendum eſt,cum concordantib. per Socin.Iunior in conſil.xcij.numero 6.volumi.iiij.Vbi dicit, quod hæc ſit vera,& communis concluſio Doctor.allegans inter alios Zaſium in ſuo tractatu de feud. verſicul.xxj.& Curtius Iuni.in tract.feud.verſic.primus effectus,verſi.ſic ergo aduertendum eſt.

Iura Imperij habens Princeps (vt dux Mediolani, qui habet iura regalia & fiſcalia) & omnia poteſt in ſuo ſtatu, quæ poteſt Imperator in toto imperio,gaudet prærogatiua l. benè à Zenone C.de quadrien.præſcript.vt ſignanter concludit Baldus in conſ.ccclxiij. volu.j. & in plurimis aliis ſuis conſiliis, vt refert & ſequitur Corn.in conſil. cxxvij.in litera H.la j.ij.vol.

Et licet plerique aliquando contrarium tenuerint:Tamen iſta videtur magis communis opinio, vt dicit Socinus Iunior in conſilio ſeptimo,numero decimo, volumine quarto.allegans Socinum Seni. patruum ſuum in conſil.xlvj. eleganter & ſubtiliter numero duodecimo,dicentem pro reſponſione dictę l.benè à Zenone: Quòd ſecũdum aliquos illa lex ſolùm procedat in Imperatore,& non in ciuitatibus etiam ſuperiorem non recognoſcentibus,& ſic,quæ habent iura Imperij.Sed tamen dicit,quòd talis reſponſio non eſt tuta, & ſic illam non approbat,& conſequenter tenet dictã l.benè à Zenone, habere locum etiam in inferioribus principibus, modo habeant iura Imperij,& fiſcalia,& ſuperiorem,ſaltem de facto, non recognoſcant, vt per eum.

Iura & leges quilibet ſcire præſumitur l. Leges ſacratiſſimæ C.de leg.Et per conſequens, ſe voluiſſe conformare cum iuris diſpoſitione.iuxta l.ſi duo, & ibi tradunt Doctores.ff.de acquirenda hered. Et eſt communis doctriaa Barthol.Socin. Seni.& aliorum in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.vt refert Soci. Iun.in conſ.lxxxiij.nume. 7.volumine iiij.

Iuri Emphyteutico, quanto tempore præſcribatur, non leuis eſt inter Doctores altercatio. Multi enim volunt etiam longum tempus,x.vel xx.annorum ſufficere, vt Antonius de Butrig. in capitulo peruenit,de cenſit.prout refert & ſequitur Alexander conſil.cxiij.viſo & diligenter conſiderato, numer. 10.lib.iiij.dicens: Quod etiam Bald. ita tenuit,vt per eum. Quod etiam firmauit Feli.in c. cum Bartoldus nu.28.de re iud.&c.

Alij verò tenent, quòd requiritur ſpatium triginta, aut ſaltem quadraginta annorum contra Eccleſiam, vt per Bart. & alios poſt gl. ibi in l.ſecunda.C.de iure Emphyt.& in l.comparet. C.de præſcript. xxx.vel xl.anno.

Et iſta poſterior opinio videtur communiter recepta, vt per Iaſ.in dicta l.ij.num.85. Et ita communiter teneri aſſerit etiam, & ſequi videtur Ioann.Fran.Bald.in tract.præſcript. in j.parte iij.part.principal. in x.q.nu.42.Ac ita allegando hoc dicit magis commune Soc.Iun.in conſ.lxxxij.nu.4.vol.iiij.

Imperium merum & mixtum habens cum omnimoda iuriſdictione,& perpetua pro ſe, & deſcendetibus,vt dux Mantuæ dicitur,habere iura Principis, & poteſt in ſuo ſtatu, quod Princeps in toto ſuo principatu,prout ſignanter firmat Paul.de Caſtr. in conſi. ccxvij. ſuper primo dubio in antiquis, & in nouis eſt conſi. xxxiiij.in ij.parte. prout refert & ſequitur Alexand.in conſi.j.ponderatis iis, nume.30. & nu.31.lib.j. Quæ opinio per noſtros Doct.Communiter eſt recepta,vt per Dec.qui plures concordes allegat in conſ.cccciij. quamuis in caſu,&c.Soc.Iun.in conſ.lxxv.nu.1. & conſil.iiij. nu.18.& in conſi. lx.num.7.vol.iiij.

## L

LEGITIMATIO filiorum non fit per ſubſequens matrimonium, etiam quod fierent inſtrumenta dotalia,quando ſecundum morem ciuitatis matrimonium non poſſet contrahi inter perſonas longè diſpares, & inter has honeſte,& abſque dedecore contrahi prohiberetur. Voluit Bal.in c.illud,de præſcriptio.& apertè dicit Ang in §.ſed aliud,in auth.quib.mod.naturales effi.leg. Et hanc opinionẽ videtur etiam firmare Bald.in l.ij.in ix.opp.C.quib.res iud.nõ nocet, et in auth.itẽ ſi quis la j.C.de naturalibus liberis. Inquit enim, quod lex requirens mulierem potuiſſe matrimonio coniungi viro, debet intelligi non ſolùm de iure,ſed etiam de honeſtate, et ſecundum bonos mores.Quod etiam voluit Bart.in conſ.cxx.Neruccius Corraducij.et hanc opinionem ſequitur Card.Alex.in c.tanta in q. xvj.verſic. aduerte ad hoc,qui fil.ſint legit.voluit Sòc. Iun.in conſ.lij nume.2.et in conſ.xij.nu.4.volumine iiij.allegans Cur. Iun.in conſil. cxxxvj.nu. 6.et 10. Vbi etiam hanc opinionem à noſtris Doct.Communiter receptam eſſe ait,vt per eum.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium,non excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione,ſi pater eius deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus,& de legitimo matrimonio natis.Ita videtur concludere Soc.Iun.in conſ.xij.nu.9.vol.iiij. Nec enim legalis diſpoſitio procedit reſpectu eorū, quæ à iure dantur legitimè natis, vt eſt quod poſſint eligi in Epiſcopum, iuxta gl.commu. approbatam in c.innotuit,iuncto c.cum in cunctis,de electio.

Legitimatio non præiudicat intereſſatis non citatis.iuxta doctrinam Bart.Communiter receptam in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de lib.& poſth.cum concordant.vt per Dec.in conſ.cclxxxiiij.verſ.iij. Communis opinio,& in conſ.ccccxxxv.nu.10.Quem refert & ſequitur etiam Soc.Iun.in conſ.lxxxij.nu.19.vol.iiij.

Legitimatio facta à Comite imperiali in dominio Venetorum non operatur circa bona exiſtentia in eorum dominio, abſque illius dominij conſenſu, vt pluries conſuluit Soc.Iun.maximè in conſil. 100. excellentiſſimus Artium & Medicinæ Doct.nume.10.& ſequentibus. vſque ad numer.28.vol.ij.allegans Doct.pro iſta opinione,& vltra ibi allegatos,addit Dec.in l.fin.nu.6.ff.de iuriſdictio.om.iudic.dicentem, Quod ita ſe habeat communis opinio, prout videre licet apud eundem in conſ.xxj.nume.6.volumine iiij. Carol. Ruyn.in conſ.lxvj.numero tertio,& numero quarto,volu.iij.& in conſ.clxiij.viſa legimatione.num.4.j.volum. Quid dicit communem eſſe opinionem,quòd Comes imperialis non poſſit legitimare in terris Eccleſiæ. Et Pariſ. in conſ.ij.legitimatio,de qua in preſenti agitur.num.13.vſque ad nu. 21.ij.volum.Vbi plures allegando ita pertranſit,& loquitur in terminis noſtris,videlicet de legitimatione facta per Comitē Imperialem in ciuitate Paduæ,concludendo,quòd non valeat ex defectu poteſtatis,vt per eum,C de quibus plura videri poſſunt per Socin.Iun.in d. conſ.xxj.nu.9.vol.iiij.

Legitimatio dicitur ſimilis Alchimiæ, quæ demonſtrat illud quod non eſt,ſed vnam ſpeciem in alteram non tranſmutat,vt inquit Bald. in c.j.de conſtitut.Et iſta reſpōſio benè probatur in l.fin.C.de his,qui veniam ætat.impet.Vbi diſpoſitio hominis loquens de legitima ætate, intelligitur de ea, quæ verè & naturaliter talis eſt, non de ea quæ fictè,& per diſpenſationem dicitur talis. Et procedit dicta l.fin.etiam in conditionibus,vt voluit Aretinus in l. Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de lib.& poſthu.Dicens : ita debere intelligi dictum Bald.prout refert & ſequitur Soc. Sen.in l.ſi cognatis nu. 22.ff.de reb.dub.Et hanc opinionem firmat in terminis Bald.in conſ. ccclxvij.vol.v. Vbi plures & pulchras rationes adducit,& prout ipſe dicit, apud noſtros Doctores,de hoc eſt Communis opinio,vt refert eum Soci.Iun.in conſ. xij.num.16.vol.iiij.

Legitima non debetur filiæ excluſæ per ſtatutum, extantibus maſculis,& ſic legitimæ ſupplementum petere non poſſit. Tradunt magis communiter Doctores in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe. & poſth.cum concordantibus multis, quos allegat Soc.Sen.in conſ. cclxxxviij.circa primam quæſtionem in ſecunda parte, verſic.vlt.loco adducit,volumine ij.& paulò pòſt in verſi.primum probatur,&c.plures alios allegādo dicit.Quod ita ſe habeat communis opinio. Idem, dixit Ruyn.in conſ.xxvij.nu.4.& nu. 11. & in conſ.lj.nu.1.volu.ij,vt eum refert Soc.Iun.in conſ.lxj.nu.3.vol.iiij.

Legitima ſolùm conſideratur,& debetur filio tempore mortis patris,in vita autem patris non debetur, quicquid dixerit in contrarium gloſſ.in §.ſi quis autem non impoſſibiles, in auth.de hered.& Falcid.et plerique qui eam ſequuntur.Ita tradunt communiter doct. in l.in ſuis.ff.de libe.et poſth.Et dicunt Canoniſtæ maximè Barb.in c.Raynutius,de teſtame.Soc.Iun.in conſ.lxj.nu.5.vol.iiij.allegans alia conſilia.vt per eum.

De legitima ſubducitur omne grauamen conditionis,vel temporis,vel alterius grauaminis:et impoſitum reiicitur,l.quoniam in prioribus.C.de offic.teſtament.Trebellianicæ verò ſecus.cum poſſit in totum prohiberi regulariter loquendo , ſecuundum communem opinionem Bart.et aliorum , et per Socin. Sen.in l.Marcellus.§. Quòd autem.ff. ad Trebel.vbi Iaſ.vt hæc refert Soci.Iun.in conſ.vij. numer. 2.volumine iiij.

Lex quælibet,diſpoſitio,vel declaratio,non ſunt alicuius momenti,ſi per annos decem non fuerint in vſum receptæ , ſed contrarium fuerit obſeruatum. iuxta cap.denique.§.ſi. diſtinct. iiij.Et tradunt Io. de Burrig.Card.Imol.poſt gl.ibi in c.j.de treug.et pace. Alex.in conſ. vj.viſo themate.nu.4.lib.j.cum concordantibus per Iaſ.in l.rem non nouam , nu.4. verſ.ſecundo notabil.generalius. C.de iudic.vbi plura congerit ad propoſitum , Et fuit dictum Lapi de Caſtel. in allegat. xxxvij. ſtante conſtitutione ad finem , vt refert et ſequitur , et alios etiam allegat Pariſ.in conſil.cvj.in cauſa ſubſidij,nu.6 cum ſequentib.volumi.iiij.Socinus Iun.in conſilio lxxvj, nume.47.volumine iiij. communem ait.

LIBERALITAS concedentis datur in feudi conceſſione.vt eſt de intentione Bart.in l.j. C.de precib.Impe. Vbi etiam ita voluit Ioannes de Platea.et clarè hoc dixit Bald. in l.j.§. verſ.cum ſcias,C. de Cad.toll.cum concordantibus,vt per Soc. Iun.in conſ.xcij.num.3. vol.iiij.vbi Communem affirmat.

In libello non eſt neceſſe exprimere nomen actionis,ſed ſatis eſt, quòd ex facti narratione appareat agentibus ius competere,cap. dilecti,de iudic.vbi notant Doctores.& tradunt Bar.& alij in l.j.in princip ff.de edendo,& plenius habetur per Cyn.Bald.& alios in l.ædita C.eo dem,vbi Iaſo.in prima not.& moderniores plenè attigere concludentes.ita Communiter teneri,refert Socinus Iunior in conſilio xcj.numero 41.volu.iiij.

De lucro hereditatis perdendo in ſua perſona tractans,radicato,videtur tractare de damno vitando,non de lucro captando,vt eſt gloſ. Communiter recepta in verb.per integrum reſtitutionem in l.j.§.cum quis propter.ff.de itine.actúque priuat,cum concordantibus vt per Alexa. in conſilio clxiiij.præſuppono primo lib.v.Soc.Iun.in conſi. 50.num.29.vol.iiij.

## M

MAGISTRATVS & alij Iudices,& poteſtates temporales cuiuſcunque ciuitatis,licet habeat iuriſdictionem temporalem,poſſunt tamen pro ſuo tempore prohibere.ne frumentum,vel aliud extrahatur,de loco illo cui præſunt.vt eſt doctrina Bartol.Cōmuniter recepta in l.omnes populi verſic.quarto quæro nunquid Iudices,ibi,aut vult facere ipſe ſolus.ff.de iuſt.& iure.Socin.Iunior.conſi.lxxvj.num.36.volu. iiij.Communem dicit.

MATERTERA ad feudum admiſſa,propter defectum maſculorum,non debet poſtea priuari,licet ſuperueniant maſculi. Ita decidunt Iacob.de Beluiſo.Nicolaus de Neapoli.Bald.in cap.j.de duobus fratrib.à capit.inueſtit.vt per eos.

Et licet plerique teneant contrarium:Tamen iſta eſt Communis,vt ibi dicit Aluarot.& Iacob.de Sanct.Georgio in ſua inueſtitura,verſi & fœminis:in fin.Socin.Iun.in conſ.xxij.nu.18.vol.iiij.

MENS ſtatuentium colligitur ex maioritate rationis gloſſ.eſt notab.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.quam Docto.ibi.& alibi communiter ſequuntur,vt dicit Socin.Iun.in conſi.j.nu.127.vol.j.allegans plurimos concordantes.& in conſ.x.nu.22.vol.iiij.

MERITORVM aſſertioni etiam quòd fuerint ſpecificata non creditur.etiam quod fuerint iurata,niſi merita legitimè probentur,alioquin vnicuique licitum eſſet legem fraudare,interpoſito iuramento contra l.ſi quis inquilinos.§.fin,& ibi tradunt Doctores.ff.de legat. j.Ita hanc opinionem tenet Alexand.Corn. Deci.in l.ſi donatione.C. de collation.Socin.Sen.in conſi.lxvj.fruſtra plenitudini.verſi.iiij.reſpōdetur,& vltra hanc opinionem proſequitur,et defendit,et videtur cōmunis opinio vt conſtat ex dictis per Andr.Tiraquell.in l.ſi vnquam. C.de reuocand.donat.in gl.donatione largitus.nu.79. vbi poſtquam allegauit plurimas authoritates vſque ad numerum 19.ſubdit,Quod hanc opinionem credit veriſſimam ratione,de qua ſupra,vt hæc refert Socin.Iun.in conſi.viij.num.29.vol.iiij.

MINOR ætas dicitur magis priuilegiata,quàm abſentia,vel alia. cauſa.vt ſignanter docet Bald.in l.in contractibus in princ.in iij. notat C.de non numera.pecun. Quem Curt.Sen.in conſi.lviij.ſuper præmiſſa dubitatione verſi.iiij.principali fundamento et allegauit, et vltra eū ita voluit Alexand.in l.finita.§.Iulianus in fin. ff.de damno infecto, et dicit Curtius vbi ſupra, Quod iſta opinio eſt verior, et communior, et eam ſequitur Ruyn.in conſi.cxcix.viſo ſtatuto, et c.nu. 5.vol.j. cum concordantibus ibi Socin.Iunior in conſil. xlvj.nume.11.volum. iiij. vbi etiam reſpondet ad contraria,vt ibi per eum.

MINOR ſuccedens maiori,licet circa geſta per authorem eius maiorem,vel curſum temporis ab eodem præſtituti non reſtituatur ratione minoris ætatis:Tamen ex capite ignorantiæ reſtitui poterit ex generali illa clauſula,Si qua mihi iuſta cauſa videbitur.Ita in ſimili voluit Bart.in l.j.C.ſi aduerſus vendit.pignor.& in l.cum filiusfamil.§.in hac.ff.de verb.obligat.vbi etiam videtur ſequi & multum nota.Ioan. de Imola.& Socinus.Senior & Iaſo.dicentes : Quod ita Communiter tenetur,

Et licet hæc opinio non videatur Communis, quia multi antiqui & moderni contra eam tenuerint.quos refert Socin.Iun.in conſil.xlvj. ſub nume. 35.volum.iiij. Tamen in d.conſ.xlvj. dicit,quod prædicta opinio videatur verior,& magis Communiter recepta,& quod ex hoc iudex non debeat terreri hanc noſtram opinionem ſequi, quia quis tenetur iudicare ſecundum opinionem veriorem,& melioribus rationibus munitam, etiamſi contraria opinio eſſet magis Communis. vt ibi per eum in d.conſi.xlvj.nu.6.& 35.

MONETA noua in qua eſt valor aurei de præſenti aliqualiter deteriorata,licet in maiori numero,ſubintrat in locum paucioris,& aliqualiter melioris,in qua erat valor aurei tempore obligationis.Socin.Sen.in conſi.ccxcviij.pro reſolutione præſentis conſultationis,&c. volumine ſecundo vbi etiam poſt Abb.in capitulo tanto, de iureiurando,dicit, quod ita ſe habet Communis opinio tam Legiſtarum, quàm

quàm Canoniſtarum,&c.Hoc etiam in effectu voluit,ſi rectè ponderetur Guid.Papa in quæſt.ccccxciij.ſi fiat monetæ mutatio, & clarè firmauit Capra in conſi.xxix.punctus fuit quidam in ij.dubio,Brun. in tract.de augment.& diminut.monet.in vj.in verſi.vbi autem interueniſſe,&c.Vbi dicit,quod ita eſt Communis opinio.Idem nouiſſimè firmarunt duo inſignes modern.ſcilicet Hieronym. Grat.in conſi. xij. contra quam plures nu.44.cum multis ſeq.volum.j.& in nume.51.& 52.conſiderat,quòd augmentum valoris aurei prouenit à diminutione bonitatis intrinſecæ monetæ minutæ,vt per eum,& Aymo. Craue.in conſi.xlvij.magnificus dominus Carolus nu.6.vbi facit eandẽ conſiderationem diminutionis,vt hæc refert Soc.Iun.in conſil.xliiij. nu.8.in iiij.vol.

Moneta quando debeatur noua,& ſic in vſu currenti, & quãdo ea, quæ currebat tempore contractæ obligationis,vide Soc.Iun.in con. xliiij.nu.9.vol iiij.vbi plures caſus ponit.

Sic enim diſtinguit,quòd aliquando,& primo in obligatione eſt certa moneta,puta centum ſcuta aurea,& poſt contractam obligationem contingit mutatio aureę monetę in bonitate intrinſeca,vt in materia,vel pondere:Et tunc vera eſt concluſio,quòd in ſolutione faciẽda,habenda eſt ratio,& conſideratio temporis contractæ obligationis,& ſic ſolui debet de illa moneta,quæ tunc erat,quia de ea intellexerunt contrahentes,quæ tunc currebat,& ſi non reperiatur, debet fieri ſolutio de præſenti,& vſuali pecunia ad æquiualentiam illius antiquæ.

Aliquando,& ſecundò obligatio conſtituitur in certo numero librarum,quæ ſunt monetæ imaginabiles,ſcilicet quia non reperitur ſpecies,ſeu petia alicuius monetæ cuſæ, quæ appelletur libra,ſed illa conficitur ex certis paruis monetis,puta.xx.ſolidi,vt Bononienſes faciũt libri in Tuſcia,vel Bononiæ referẽdo ſingu. ſingulis,& tunc libratur:ſimili modo debet inſpici tempus contractæ obligationis, & illæ libræ ſolui debent,quæ conſiderabantur,& in vſu erant illo tempore.

Aliquando,& tertiò dimiſſis pluribus aliis caſibus qui conſiderari poſſent conſtituitur obligatio in certa aurea moneta,in cuius bonitate intrinſeca,nulla accedit poſteà mutatio,ſed ſolùm ex vſu hominum mutatur eius valor,& tunc ſiue creſcat,cum id extrinſecus accedat,non alteratur in aliquo obligatio,& ſolui debet moneta aurea, prout eſt in obligatione:& ſicut diminutio eſſet ad damnum creditoris,ita & augmentum erit ad eius commodum per regulam l.ſecũdum naturam.ff.de reg.iur.Et ſi pro aurea moneta,velit debitor ſoluere valorem in alia moneta,debebit ſoluere ſecundum valorẽ, qui reperitur tempore ſolutionis,vt per eum.Et vltra allegatos ibi in d. conſi.xliiij.addit etiam inſignem Moder.And.Alciat.in l.cum quid,in gl.eadẽ bonitate ſoluatur.ff.ſi certum petatur.

Mulier,licet proprio pacto etiã iurata, repellatur à ſucceſſione patris:Tamen filius,& etiam heredes eius.ſi ex propria perſona veniat ad ſucceſſionem aui non repellitur.vt eſt doctrina Bart.Communiter approbata in l.qui ſuperſtitis.ff.de acq.here.ad quem etiam ſe refert Soc.Iun.in conſi.liij.ſub.nu.5.vol.iiij.

Mulier qua fragilitate inducitur ad intercedendum, eadem etiam inducitur ad renunciandum,ideo etiam ei renuncianti ſuccurritur. Ita voluerunt Iacob.de Aret.Pet.Cin.Nicol.de Matarell.in l.fi. C. ad Velleian.Et in terminis ita tenent Bar.Bal.Angel.& Sali.ibi,& eſt Cõmunis opinio.Quod etiam voluit Bar.& ibi ſequitur Alex.in Apoſti. in l.fin.ff.ad Velleia.Et dicit Bart.quòd iſta ſit veritas,cui inhærendũ ſit,quicquid dixerit Fulg.in d.§.fin.vt hæc refert Soc.Iun.in con.xx. nu.40.vol.iiij.

N

NATOS ex damnato coitu ita lex abhorret,vt nolit eos ſuccedere nedum patri, ſed nec etiam matri,iuxta Authent.ex complexu,& ibi tradita per gl.& Doct.C.de inceſt.nupt.& videtur tex. in Authen.licet in fin.C.de natural.libe.Et in filio ſacerdotis eſt pulchra deciſio Archidia per illum tex. in cap.cum multæ,in fine.xv.quæſt.viij. Nam cũ ibi text.ſimpliciter dicat filios Sacerdotis ad hereditatem, admittendos nõ eſſe,dicit ibi Archidia.poſt Lauren.Antiquum Doct.quem allegat,quòd debet ſimpliciter intelligi de hereditate,tam materna,quã paterna,vt per eum.Et quod natus ex coitu accuſabili,ac punibili, etiam matri non ſuccedat,tametſi largè ſpurius dici poſſit,eſt gl. nota. in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic. quam ibi ſequuntur Cin.Bart. Odof.Alberi.Pau.de Caſt.Salicet.Fulg.& alij Communiter.Et Bar.in l.fin.in j. & ij.quæſt.ff.de his,quib. vt indig.& eſt de hoc magiſtralis doctrina Angel.in §.finali numero decimo octauo in Authent.quib.mod. naturales effic.ſui.&c,Et ita etiam firmat Alexand.in conſilio clxxiiij. ſuper eo.de quo quæritur libro quintò Et nouiſsimè dicit Cur. in dicta lege ſi qua illuſtris, quod à tali opinione, nullo modo in deciſiuis eſt recedendum. vt hæc refert Socinus Iunior in conſi. xlviij. nu.8.iiij.vol.

Natus ex uxore mea in domo mea,præſumitur meus.l. ſi vicinis. C.de nupt. & l.filium ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.Iuris,adeò etiam ſi probarem vxorem adulteraſſe.l.miles.§.defuncto, & quòd ibi notant Doctores ff.ad leg.Iul.de adulter.Et traditur communiter in dicta lege ſi vicinis,& in dicta lege filium Socinus Iunior in conſi.lxvij. nu.8.vol.iiij.Communem ait.

Natus ex concubina in domo retenta,præſumitur filius concubinarij.vt eſt textus & ibi not.Abb.in j.notab.in cap.per tuas, extra de probation.Eſt de hoc Communis doctrina Felin. Deci. & aliorum, & etiam gloſſ.Communiter recepta in cap.Michael.de fili.Presbyt. & tradit hoc etiam Gozad.in conſilio xij.in hac cauſa vbi alios plures allegat,vt per Socinum Iunior in conſilio lxvij.numero nouo volumine quarto.

Negatiua non poteſt probari,l.actor.C.de probation. & ideò pro regula dicitur in l.ij.ff.eodem titu.quod probatio incumbit ei, qui dicit,non qui negat:Tamen quando negatiua eſt fundamentum intentionis agentis.ille tenetur eã probare eo meliori modo,quo poteſt. Prout de hoc eſt doctrina Bart.ſatis nota.in l.in illa ſtipulatione, ſi Calendis.ff.de verb.obligat.cum cordantib.multis ibi allega. per Alexa. verſ.extra gloſſ.tangit hic Bar.qui ſequendo Bart.in fine dicit, Quod ita eſt Communis opinio.Et ita ſequitur,et dicit ibidem Iaſo.nu. 15. allegans et alios concordantes,allegando etiam meliora Iura, quàm ibi facit Bart.videlicet l.pen.§.docere prout ibi not.Bart.ff.ne quis eũ, qui in Ius vocat.vi exim.et l.item ait Prætor.§.hæc autem, et in l. ſequent.ff.ex quib.cauſis maio.etc.et vtrobique notat Bart.Et ita etiam firmat,et plures alios allegat Ioan. Igneus in l.neceſſarios.§. non alias.ff.ad S.C.Syllania.numero 307.et 308. Socin.Iun.conſil.lxvij. nume.4.vol.iiij.

Nepos teſtatoris,et ſic filius præmorientis non admittitur ad ſubſtitutionem etiam Iure tranſmiſſionis,ſi pater eius pendente conditione deceſſit,quando in ſubſtitutione vocabatur filius ſuperſtes,ſeu ſuperuiuens.Vltra Bald.in l.quidam Eulogio.C.de Iure delib.firmant Alexand.in conſi.cclij.in princip.lib.vj et Corn.in conſi.ccxc.per totum.vol.iiij.Similiter conſuluit Socin.Sen.in conſi.lxxvij.in princi. j. vol.Dicens.poſt Fulgoſ.quod contraria opinio non eſt tuta, quia contra etiam communiter tenetur.vt refert hæc Socinus Iun.in conſi.xiiij.nu.7.vol.iiij.

Nepoti ſemper fauendum eſt,quãdo agitur de primogenitura prouẽniente,ex ordine teſtatoris aſcendentis,et ſic de ſucceſsione; quoniam ipſe dicitur patris locum ſubintrare.§.cum filius.inſti.de hered. quæ ab inteſtato etc,cum concordantibus,de quibus ibi per Docto. & ibi egregiè concludit Ioan.Faber in verſi.ſi verò nepos filius primogeniti,& ſatis apertè voluit Bar.in Authen.poſt fratres la j.C.de legitim.hered.Idem vult cum multis aliis magnæ authoritatis Docto. quos refert & ſequitur Andr.Sicul.aliàs Barbat.in conſilio x. ſapienter ſcribitur primo Reg.volumi.ij.vbi etiam dicit, quod de hoc eſt Communis opinio.

Et licet plerique tenuerint Cont.tamen iſtam opinionem latè cõprobat,& ab obiectis defendit Socin.Seni.in conſi.cclij. viſis inſtrumentis,qui inter cætera maximè conſidit in authoritate Ioannis Andr.& Bart.qui fuerunt duo luminaria magna,alter Iuris Canonici,alter Ciuilis.verſi.ex quibus ſunt ſublatæ rationes:cum cõcordantibus per Soc.Iun.in conſi.iij.nu.10.vol.iiij.

O

OPINIONEM vltimam,quis in dubio ſemper dicitur approbare,& in ea reſidere.Vt voluit gl. fin.Communiter recepta,prout illam ibi ponderant Doct.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebell. & Cin.in l.j.C.de ſumma Trinitate,& ducit Bar. in l.bona fides ff.depoſiti,cum concordantibus, vt per Curt.Sen.conſilio xliiij.ſtatuto ſeu conſuetudine verſic.& ideò huic deciſioni.Socinus Iunior in conſi.xlvj.nu. 19.vol.iiij.

P

PACTVM de retrouendendo dicitur pars precij,& ideo propter tale pactum,ſolet dici rẽ eſſe minoris precij,iuxta l.fundi partem ff.de contrahend.emptione vbi Bald.Alberic.Salicet. & alij. Et eſt doctrina Communis Abb.& aliorum in capi.ad noſtram,de emptio.& venditio. cum aliis allega. per Dec in conſilio cccviij. in caſu ad me tranſmiſſo.nume 2.& dixit Nicol.Boe. in deciſi.xxiij.nu.18. & Pariſ. in conſi.lxxxj.conſultus quale ſit.nu.30.& vol.ij.Soc.Iun.in con.xlvj. nu.41.vol.iiij.

Papa non poteſt ſibi non ſubditum legitimare: vt eſt Communis concluſio Doctor.vt per ſoc.Iunior cum concordantibus multis in

conſilio

conſ.xcj,ſub,nu,22,vol,iiij.vbi vltra allegatos dicit, hanc opinionem etiam firmaſſe Paul,de Caſt.in conſ.ccxxvij.ſuper primo dubio.in Antiquis.In nouis eſt numero 32.in ſecunda parte. Cur.Sen.in conſilio lxv.ſuper præmiſſa narratione facti.Iaſ.in conſi.lxx.ſuper vtraque legitimatione lib.iij.

Petitio hereditatis non ſolet præſcribi,niſi ſpacio xxx annorũ: iuxta tradita Communiter in l.licet,C.de iure delib.Vnde videtur incõueniens,quòd tollatur triennio,decennio, vel vicennio. Sed reſpondetur,quòd iſtud toleratur,quia cum tunc petitio hereditatis datur contra titulo poſſidentem,& ſic excedat ſuos terminos,qui ſunt, vt non detur contra titulo poſſidentem,vt aliàs dictum eſt,exceditur poſtea à non ſuis terminis.vt ſcilicet contra eam currat præſcriptio prędicta,Ita voluit gloſ.fi.in l.iij.C.de edict.Diui.Adri,toll,quam ibiCommuniter ſequuntur Doct.vt ibi per Deci.in vltimis verbis,&per alios moderniores.Ita etiam dixit alia glo.fin.in l.pen.C,in quibus cau.ceſ.long.temp.præſcript.& ita Magiſtraliter reſpondet & declarat Ange. in conſi.lxxxiiij.in cauſa prædicta in iiij.dubio cum concordantibus per Soc.Iun.in conſ.xxxvij.nu.10,vol,iiij.

Portio quando vni ex coheredibus relicta ad illum non peruenit, nec de eo facta inſtitutio valuit,Iure accreſcendi ad coheredem pertinet,argumento l.j.§.j.& ſeq.C.de cadu.toll.& melius facit l.legatum §.j .ff.de legat j.Vnde quando inſtitutio de illegitimo nato,& incapace,palàm fit,quòd portio,quæ illi acquiri non poteſt, accreſcat coheredi,eſt notabilis doctrina Bart.magis Communiter recepta in l. fin, verſi.quæro,& reuoco indubium.ff.de his,quib. vt indig. vbi in fine dicit,quòd ita determinauit Oldrad.& licet non alleget vbi,tamẽ Socin.Iun.in conſi.xlviij.nu.34,vol,iiij.credit,quòd voluerit allegare in conſi.xxxix.Thema tale eſt,&c.Et eandem opinionẽ tenent ferè omnes in l,hereditas,C,de his,quib.vt indig.maximè Alex. Corn. & Iaſ, vt inquit Soc.Iun.in d.conſi.xlviij.vol,iiij,

Poſſeſſor malæ fidei non præſcribit,cap,ij,de regul.Iuris in vj.& c. fin.de præſcript.in Antiquis,& ibi plenè tradunt Doct. & poſt alios Fel.qui longè diſputat,& tandem oſtendit,ita eſſe Communem opinionem,vt ſcilicet per d.cap.fin.corrigatur Ius Ciuile,quo dicebatur actionem perſonalem tolli per curſum triginta annorum,etiam in fauorem ſcientis ſe teneri,& ſic exiſtentis in mala fide.Licet Bart.in l ſequitur.§.per viam.ff.de vſucap.& antè eũ Hoſtienſ.in ſumma,de præſcript.tenuerint Contrarium,quos etiam plerique ſequuti ſunt in diuerſis locis,vt per Fel.in d.c.fi.& per Balb.in tractat.de præſcriptio.in ij.part.iij.part.principal.in xiij.quæſt.& à Communi opinione contra Bart.& ſocios non eſſe recedendum,vt per Felin.& Balb.in locis prædictis,eo præcipuo fundamento:Quia agitur de materia peccati,nequis ſcilicet ſcienter,cum aliena iactura locupletetur,& etiam,quia d. cap,fin,ſimpliciter & indiſtinctè dicit,nullam præſcriptionem cũ mala fide procedere,Et licet multa in Contrarium,& pro opinione Bar. allegari poſſent Tamen in iis non eſt inſiſtendum,cum ſatis nobis eſſe debeat,Communem opinionem eſſe contra Bar.à qua in dubio recedendum non eſt,vt inquit poſt iam allega.Soc,Iun,in con,xxvij,nu, 31.volu.iiij.

Præſcriptio quadraginta annorum,aduerſarium excludit etiam à beneficio reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ. ſecundum veram & magis Communem opinionem,vt plenè demonſtrauit Socin.Iuni.in conſi.lxvj.cum diebus elapſis,nu.102.vol.j.& vltra authoritates multas ibi allegatas,quæ ſunt vſque ad xvj.idem tenet Bertrã, in conſ,cxxxix.cum ſupponatur.ij.vol.ex primis.Pariſ.in conſil. xxiij. prima in huiuſmodi nu,221.j,vol,Rube,in conſi.lx.circa dubitationẽ ad finem.Qui aſſerit,ita eſſe Communem opinionẽ.Et Ioan. Igneus in l,j.§.ſi conditioni.nu.126.ff,ad Syllan.quod etiam ſequitur. Andr. Tiraquell.in tractat,de vtroque retract.nu,37,38.& 39.vt hæc refert Soc.Iun.in con.xvij.nu.15.vol,iiij.

Præſcriptio in annuis præſtationibus requirit ad minus curſum triginta annorum,l,cum notiſſimi.§,in his,vbi Bald.Salicet.& alij,& de præſcript.xxx,vel xl,anno.Nec eſt intrandum in arduam illam diſputationem,vtrum ſufficiat vna præſcriptio pro omnibus annis , an verò præſtatio cuiuſlibet anni,requirat particularem præſcriptionẽ, & incipiat in initio cuiuſlbet anni,ſicut regulariter in annuis legatis,de qua per Doct.maximè Salicet.in d.§.in his,& per Bartol. & alios maximè Alexand.in l,de pupillo,§.ſi pluribus , ff. de noui operis nunciat.

Et licet apud Citramontanos ſit magis Communis opinio, quòd vna præſcriptio ſufficiat pro omnibus annis:Tamen Vltramontani & Cyn,cum eis tenuerunt,Contrarium,vt per Balb.in tract. de præſcriptio.in iiij,parte.iij,part.principal,in iiij,quæſtion; & nouiſſimè per Crauet.de antiquit.tempor.in iiij,part.xx.q.num,181,Et hoc maximè procedit,quando inter Vltramontanos lis iſta vertatur,apud quos ita Communiter tenetur.vt tradunt Guid,Pap.in q.ccccvj pone quod debes &c.Nicol.Boer.in dec.cccxxxvj.circa hanc quæſtionem , cum aliis allegatis per Crauet.ſub dicto nu.181.Hæc refert Soc,Iun. in cõſi.xxvij nu,32.in iiij. vol.

Prælegatum,licet non veniat nec includatur in fideicommiſſo vniuerſali,quandò fideicommiſſaria ſubſtitutio præcedit. Tamen quãdo prælegatum præcedit,& poſtea onus fideicommiſſi imponitur,videtur Communiter teneri , prælegata in tali fideicommiſſo includi. Ita voluit gloſſ.magna in fin.in l.cum virum.C. de fideicommiſſ. quã ibi videntur ſequi Doct.Et idem voluit gl.ij.cum qua etiam videntur tranſire Doct.in l. Marcellus.§.quidam liberis.ff.ad Trebel.Et iſtã opinionem quaſi in terminis videtur firmare Alexand.in conſi.xviij.c iſto quod dominus Ioannes nume.15.cum aliquibus ſequent. iij.vol. cum concordantibus,vt per Ruin.in conſilio clij.ſtantibus verbis teſtamenti.nu.6,vol,iij.Soc.Iun.in conſi.lxxxix.numero. 2, volumi,iiij. Communem ait.

Contra præſumptionem Iuris,admittitur probatio in Contrarium niſi ſit præſumptio Iuris,& de iure.Ita Communiter & plenè per gl. Abb. & alios traditur in c.is quidem,extra de præſumpt.cum concordantibus per Corn.in conſilio cxxxvj.viſis articulis.litera F.volumi.j. & per Ruin.in conſilio xlj.de duobus principaliter numero 18. volumine primo & per Socin.Iunior in conſilio lxvij. Lata fuit ſententia numero 21.volumine j.& in conſi. lxxxv. magnificus dominus Petrus.numero 40.ij.volumine ac dicit Communem in conſil. xxxviij. ſub nu.17.vol.iii .

Princeps ſaltem ex iuſta cauſa poteſt ius vnius auferre, & dare alteri.l,item ſi verberatum.§.j.ff.de rei vendicat.per quem tex. dicit ibi Ange.& plerique ſequuntur;quòd mentitur,qui negat Principem libere rem vni,& alteri dare.Et ita videtur firmare Alberic.in l.quoties. C.de precibus Impe.offer.& hanc opinionem ſequuntur plures, pro ea,allegando Hyppol.in l.de vnoquoque,nu,16,ff.de re iud.Et ita aliàs conſuluiſſe Soc.Iun,teſtatur ipſemet in conſ,xvij,nu.6.vol.iiij.vbi etiam Communem ait.

Principis actus ex certa ſcientia abſque clauſula,non obſtante,valet,quando tractatur de præiudicio ipſius Principis tantum,& non alicuius tertij,vt per Alexand,in l.iij.§,ſi is quo &c,verſic. niſi eſſemus in caſu.ff.quod quiſque Iuris &c.Qui dicit,quòd ita ſe habeat magis Communis concluſio,quem refert & ſequitur Bertran.in conſi.cxxx. nu.12.volu.iij.ex vltimo impreſsis,& ita licet etiam generalius loquatur voluit Bart.per illum textum in l.idem Vlpianus.§.fi.verſi. ex iſto textu not.ff.de excuſat.tuto.& ita etiam generalius loquendo voluit inſignis moder.Augu,Sero.in cap.j.nu.ſepti,de conſtitution. Dicens, quòd vt derogetur ſimplici cõſtitutio.ſufficit certa ſcientia Principis in Contrarium diſponentis,abſque clauſula,nõ obſtãte,vt per eũ.Refert Soc.Iun.in conſi.lx.nu.20,& 21.vo,iiij.

Principis voluntas debet in ſuo ducatu ſeruari ſaltẽ de facto , nec in prædicto eius ducatu debet quis poſſe contrauenire,iuxta doctrinam Cyni.Communiter receptam in l.reſcripta in iij.& iiij.et quæſtione in fin.C.de precib.Imperat.offer.Et tradit plene Barbat.in conſilio xxxiiij.præclarè optimus dixit Pſalmiſta numero 41.et 42.ſecundo volumine.Socinus Iunior in conſilio lx.numero 24.volumine iiij. allegans conſilium nonum,quemadmodum ex facto Ius oritur. nume. 55.j.volu.

Princeps qui habet Iura Imperij,vt Dux Mediolani qui habet Iura Regalia,et Fiſcalia,et omnia poteſt in ſuo ſtatu,quæ poteſt Imperator in toto Imperio,gaudet prærogatiua l. bene à Zenone. C. de quadrien.præſcript,vt ſignanter concludit Bald,in conſ.ccclxiij. quæritur an ſit officialis,volu.j,et in pluribus aliis ſuis conſiliis , vt refert et ſequitur Corn.in conſ,cxxvij,primo aſpectu videtur,in litera H.la j.ij.volumine Quod etiam voluit idem Bald.in procemi,Decret,vt refert et ſequitur Martin.Lauden,in tract,de Principib.xj. quæſtione et dixit Rom.in conſi.lix,in vj. dubio,loquens de quodam domino, etc. Idem etiam dixit Iaſ,loquendo de Duce Sabaudiæ in conſil. ccxxvij Carolus olim illuſtriſſimus,et.vol.iij.Et firmat Io.Franciſcus. Balb.in tract.de præſcriptio in octaua quæſtione ſecunda parte.v.partis principal.cum concordantibus per Socin.Iunior in conſilio xvij. numer. 9.et 10.vol.iiij.

Et licet plerique contrarium tenuerint , tamen iſta videtur magis communis opinio,ſecundum Soci.Iunior in d.conſ.xvij.vbi allegat Soci.Seni.Patruum ſuum hanc opinionem etiam ſenſiſſe in con.xlvi.nu. 12.Nam ibi refert pro reſponſione d.l.benè à Zenone, quod ſecundum aliquos illa lex ſolum procedit in Imperatore,et non in ciuitatibus etiam ſuperiorem non recognoſcentibus,et ſic quæ habent Iura Imperij,ſed ſtatim dicit,quod talis reſponſio non eſt tuta, et ſic illã non approbat,et conſequenter tenet d.l.bene à Zenone habere locũ etiam in inferioribus Principibus,modò habeant Iura Imperij,et fiſcalia,et ſuperiorem,de facto ſaltem,non recognoſcant,etc.Ita adducit et intelligit eum Soc.Iun.in d.conſi.xvij.nu.10.in fin.vol.iiij.

Procuratorem non valens conſtituere,excuſatur:probatur per multa Iura,in quibus ſemper cõſideratur,quòd quis poſſit Procuratorẽ conſtituere,ad hoc,vt contra eum procedatur,vel iudicetur, vti contumacem,vel in aliquo,eius intentio repellatur : vt eſt l. Papinianus, ibi potuerit adire per Procuratorem. ff. de minor. et in lege ſed et ſi per Prætorem.§.j.ibi,quia potuit Procuratorem relinquere. ff. ex quib.cauſ.maior.et vtrobique dicit Bartol.idem dicitur capit. bonæ

poſt me

poſt medium,ibi,ſecurè potuiſſet Procuratorem conſtituere,de elect.&c.cum dilecti.circa medium,ibi,& dirigere potuerat reſponſalem: de dol.& contuma.prout hæc,& alia Iura conſiderant in ſuis conſil. Doct.Patauini Collegij oſtendentes,quòd ita communiter tenetur. Et vltra allegatos per eos,ita firmat Bellamer. in c. querelam. in iij.q. de Procurator.Inquit enim,in abſenti ex cauſa õn probabili, vt quãdo ex culpa ſua id euenit,& in quibuſdam aliis caſibus, certum eſt, quod tenetur mittere Procuratorem ſi poteſt,vt per eum: Si igitur non poteſt,ſecus erit ſecundum eum,vt inquit Socin.Iun.in conſilio xxxviij.nu.10.vol.iiij.allegans Socin.Seni.patruum ſuũ in ſolenni ſuo tractat.de citation.nu.57.in fi.& nu.60.ponentem huius dicti rationem,Nam ſi non poteſt,&c.

Prohibitio alienationis facta per patrem filio, ſolum in ipſo filio procedit,& non trahitur ad nepotem,licet alias filiorum appellatione veniant nepotes.l.iuſta interpretatione.& l. filij appellatione. ff. de verb.ſignific.cum ſimilib.Hoc enim caſu fit ſtricta interpretatio, & ſub nomine filij,non venit nepos,prout ita eſt ſecundum ſtrictã verbi ſignificationem,alio enim nomine appellantur filij,alio nepotes.l. quid ſi nepos.ff.de teſtament.tutel.& §.fin.inſtitut.qui teſtamen. tuto.da.poſſ.Et de hac diſpoſitione eſt textus in terminis in §. nos igiin Authent.de reſtitut.fideicommiſſ.collat.ix.vbi Iacob. de Beluiſo. Angel.& alij tradunt.Et eſt notabil.deciſio Bartoli.poſt Dyn. in l. filiusfamilias.§.Diui.in x.quæſtio.ff.de legat.j.quam ibi communiter ſequuntur Doctores & vbi poſt alios dicit,& reſpondit quibuſdam in contrarium adductis ibi per Crotum:vt refert eum Soci.Iun.in conſ. xiij.nu.10.vol.iiij.

Prohibitio alienationis dicitur perſonalis,quãdo certa perſona,phibetur ſimpliciter alienare,nec tranſit de pſona in pſonã,& ſic in ea pcedit diſpoſitio.§.nos igitur in Authent.de reſtit. fideicommiſ. prout firmant Doct.communiter poſt Cyn.& Bartol.in l.filiusfamilias.§. Diui.in x.quæſtio.ff.de legatis pri.Socin.Iun.in conſilio xiij.nu.22. vol. iiij.vbi allegat Soc.Seni.patruum ſuum in conſil.lxxiij.capiendo j.nu. 24.volu.iiij.

Prohibitus alienare,non impeditur ſibi venientes ab inteſtato inſtituere,licet non ſint de famlia, ſicut non prohibetur etiam ſucceſſio ab inteſtato.l.cum pater.§.cum inter.& ibi tradunt Barto.& alij Doct. ff.de legat.ij.& eſt gloſ.in l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de legat.iij. Tradunt Bartol.& alij in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.obligation.Alexan.& alij,in l.qui Romæ.§.coheredes.ff.de verbo. obligationibus & in l.filiusfamilias.§.Diui.ff.de legat.j.Paul.de Caſt.in conſi.lx.viſis ſtatutis.in fine.volum.ij.in nouis.Alexand.in conſi.xxiij.cõſideratis verbis.numero 8.lib.ij.& in conſil.lix.attentis verbis,nume.10. & 11. lib. iij.cum aliis multis,de quibus per dominum Conſulentem ibi, qui longè hoc proſequitur demooſtrando,quòd ita ſe habet communis opinio.Socin.Iunior in conſilio xxx numero 11.volum.iiij.vbi refert contrarium tenentes, & remittit ſe ad dominum Conſulentem, vt per eum ibi.

Prohibitio alienationis facta in contractibus & ſic per pactum inter viuos,ſi quis contrafaciat,non impedit tranſlationem dominij, ſecundum veram,& communiorem opinionem in l.ſi ita quis.§. ea lege.C.de condict.ob cauſam,vbi gl.& alij.Et traditur in l. filiusfamilias.§.Diui.vbi plenè Socin.Iun.ff.de legat.j.& in conſili. xcj. numero 5.volu.iiij.

Prohibitio facta filiis,non cenſetur facta nepotibus,quando teſtator prohibet alienationem per filios ſuos,volens apud eos bona cum honore,& vtilitate eorum conſeruari.§.nos igitur,in auth.de reſtitu. fideicommiſ.& traditur communiter in l.filiusfamilias.§.Diui.ff.de legat.j.Soc.Iun.in conſ.xxxj.nu.18.vol.iiij.

Prohibitio teſtatoris concurrens cum prohibitione legis, eſt potentior,quàm ſi ſola eſſet,vt eſt communis doctrina Scribent.in l.filius familias.§. Diui. ff. de legati prima Vincula enim duo, ſunt fortiora vno. authen.itaque.C.commun.de ſucceſ. Socin. Iunior in conſilio xvj.nu.22.vol.iiij.

Proximiores vbi vocantur in fideicommiſſo,poſt mortem alicuius ſine liberis,in dubio ſemper inſpicitur proximitas ipſius grauati vltimo defuncti.Ita pluries firmauit Socin.Sen.legendo,& conſulendo, vt eum allegat Soc.Iun.in conſ.cxxvj.num.40.vol.j.vbi etiam longè hanc difficultatem diſputando,tandem pro veriori opinione firmaſſe,proximitatem vltimo defuncti, & grauati eſſe attendendam,teſtatur ipſemet in conſi.22.nu.28.vol.iiij.vbi per eum.

In Publico ædificans ſine Principis permiſſione,& ſic non legitimè,& iuſtè,non facit ſuum,quia non Iure ædificat,cum licentiam nõ habuerit à Principe,iuxta tradita per Doct.magis communiter, in l. fluminum.ff.de dam.infect.

Quòd tamen videtur intelligendum, nſi qui in flumine aliquid faceret,haberet prædia vicina, quia tunc quatenus non tranſcendat medium fluminis ſaluari poteſt opinio Raphael.Cuma.in d.l. fluminum.Sed tranſcendendo medium fluminis, non licitè facit, & ideo ſibi non acquirit,ſed vicino ex alia parte fluminis, & ita propriè loquitur Bartol.in l.quo minus. ff.de flum.in x.quæſt.& alij. qui Bartol.ſequuntur.Quem refert,& ſequitur,& etiam Soc.Iunio.in conſil. xxviij.nu.31.vol.iiij.

## Q

QVALITAS in diſpoſitione poſita,ſemper verificari,& attendi debet.l.nonnunquam.ff. ad Trebell.Et debet etiam probari, iuxta tradita Communiter in cap.j.de homicid.lib.vj.& tradit Bart. in l.j.§.ait Prætor.ff.ne qnid in flum.publ.& ponit Dec.in conſ.ccclvj.in cauſa dominę Mariæ.num. 4.cum concordantibus, vt per Pariſ. in conſilio xvij.Potuit abſque dubio.numero 28.vol.j.& voluit Socin. Iunior in conſi clix.magnifica.Comitiſſa.nu.21.ij.vol.& in conſilio xlix. nu. 8. vol.iiij.Communem dicit.

## R

RATIO ſi non ſit ſcripta, non poteſt ab ea argui:quando non eſt vnica ratio tantum, ſed ſi ſit vnica,illa habetur pro ſcripta, & at ea arguitur, tanquàm à ratione ſcripta,iuxta ſingularem illã gl.Communiter ab omnibus receptam in l.quauis.C.de fideicommiſſ.cum cõcordantibus,vt per Dec.in con.dliiij.in cauſa.in qua agitur per Ruin. in conſ.xxxj.viſis,ac diligenter ponderatis.nu. 3.vol.iij.Per Pariſ.in cõſi.lxxxiij.pro reſolutione.nu.23.volu.iij.& per Bertran.in conſi. ccc. in caſu.nu.3.vol.j.ex primis.& dixit Soci.Iun.in conſi.clxvij.dominus Bernardi.nu. 1.vol.ij.Nec ſufficit,dicere,imò ſunt plures,niſi alia colorata allegetur, per quam qui vnicam aſſerit, reddatur dubia & incerta,& vbi alia non allegetur,illa remanet vnica,& ab ea ſemper arguitur,alioquin regula glo.in d.l.quamuis.Communiter per omnes vbique approbata,nunquam poſſet verificari,quia contra arguentem à ratione non ſcripta,tanquam ab vnica, facilè eſſet dicere,quod imò ſint plures,quòd valde abſurdum eſſet,& deſtrueretur illa Communis regula:ita ſæpe dixiſſe in legendo,& etiam dixiſſe in conſ.j.nu.53 vol.j.Vbi oſtendit ita etiam voluiſſe Salic.in l. ſerui veſtri. C. de noxal.& Curt.Iun.in conſilio lxxx.Vti hæc refert ipſemet Socin. Iunio. in conſ.xxij.nu.12.vol.iiij.

Ratio generalior dicto,nunquam ad terminos dicti reſtringitur.l. regula §.& licet.vbi Bart.ff.de iur.& facti igno.& l.cum pater. §.dulciſſimis.ff de leg.ij.Benè facit.l.nomen debitoris.§. fin. & ibi tradita per Doct.ff.de leg.iij.Et de hoc eſt gl.Communiter approbata in Clement.j.de elect.quam Card.ibi dicit eſſe ſingularem.Et ita per prædicta firmat Alex.in conſi.lij.circa hanc dubitationem.nu.10.li.iiij.Soc. Iun.in conſ.xxxvii.nu.7.vol.iiij.

Renunciatio facta de non contraueniendo generaliter occaſione fideicommiſſi,vel ſubſtitutionis cuiuſcunque,vel alterius Iuris præſentis,vel futuri ex teſtamento,vel ab inteſtato,non præiudicat in fideicommiſſo conditionali inter ignorantes.Ita eſt doctrina Bart. magis Communiter approbata in l.qui Romæ.§.duo fratres.in v.q.ff.de verb.oblig.Et licet Ang.et quidam alij aliter dixerint:Tamẽ cum Bar. eſt Communis opinio,vt ibi per Iaſ.et Soc.Iun.vt refert ipſemet Soc. Iun.in conſ.xx.nu.28.vol.iiij.

Rennnciatio mulieris in caſibus,in quibus valet,debet fieri expreſſè,et ſpecialiter S.C.Velleiane, vel eius exceptioni,cum certioratione illius.Nam illa ration ſexus præſumitur illud ignorare. Hoc magis concorditer dicunt Doct.in l.fin.C.ad Velleian.et Bal.et alij in l.j. eo. tit.Et ita etiam poſt alios voluit Alexand.in Apoſtil.ad Bar.in l.fi. §.fi. ff.ad Vellei.et licet ibi Fulg.et plenius,in l.fin.C.ad Velleian. diſputando dicat poſſe teneri,certiorationem non eſſe neceſſariam:Tamen in fine ſubdit,quòd Communis opinio eſt,quòd certioratio requiratur, et quod ab ea recedendum non eſt,et propterea in ſuo diſcurſu non negat, quod debeat ſpecialiter,et expreſsè Velleiano renunciari, ſed illud omino præſupponit,vt refert Socin.Iunior in conſi.xx.numero 42.vol.iiij.

Res quælibet præſumitur libera et allodialis,et non feudalis.Vt et doctrina not.Io.And.et aliorum in cap.nimis. de iureiur. cum concordantib.vt per Dec.in conſilio cccccxxiiij.proponitur quod magnifica.nu.7.et 8.et dixit Soc.Iun.in conſ. lxxv. Illuſtriſsimus dominus Bonifacius,nu.25.j.vol.et in conſ.cxv.in facto præſupponere, nu. 31. ij.vol.et in conſ.j.nu.24.et 93.vbi Communem ait, vol.iiij.

Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ,non competit cõtra præſcriptionem quadragenariam,vt aliàs dari ſolet iuxta l.j.in fin.ibi, ſi qua mihi iuſta cauſa.ff.ex quib.cauſ.maior.Nam ſi daretur, vtique qui tanto tempore poſſedit,non eſſet pleniſsimè ſecurus, ſed moleſtiam pateretur contra prædicta.Ita hanc opinionem tanquam veriorem ſequutus eſt pluries legendo, et Socin.Iunior vti atteſtatur in conſilio xxxvij. numero 5. volumine quarto Vbi inter alia hanc opinionem firmaſſe dicit in conſilio lxxvj. cum diebus elapſis

numero

nu.102.& in conſ.cxlv.nu.77.78.& 79.vol.j.In quibus oſtendit,hanc opinionem magis communiter approbari, licet aliqui reperiantur, qui contrarium tenentes aſſerant,eorum opinionem eſſe communẽ Sed errant,vt conſtat ex allegatis per Soci.Iun.in d.conſiliis.Adduxit enim xvj.vel xvij.Doct.magni nominis,opinionem hanc noſtrã tenẽtes,& vltra allegatos in d.conſiliis addit.Quod hanc opinionem tenent,infra ſcripti Moderni,videlicet Bertrand.in conſil.cxxxix.cũ ſupponatur ij.volu.ex primis,& in conſil.cciij.punctus quæſtionis nu.4.& 5.ij.vol.in nouis Pariſ.in conſil.xxiij.prima in huiuſmodi nu. 221. j.vol. Igneus in l.iij.§.ſi conditioni.nume.126.ff.ad Syllania Alex. in conſi.lvj.circa dubitationes,ad finem.vbi poſt Deci.dicit quod eſt cõmunis opinio.& Tiraquell.in tract.de vtroque retract.Car. ccxxxiiij. nu.37.38.& 39.Et antè omnes iſtos ita videtur tenere Iaſ.in conſilio ccix.vera vt arbitror.vol.ij.Hæc refert Socin.Iunio,in dicto conſilio xxxvij.nu. 5.vol.iiij.

Reſtitutio in integrum competit etiam ratione lucri.l. ait Prætor. §.ſi.ff.de minor.& c.conſtitutus,vbi Abb.in vj.nota. extra,de in integrum reſtitut.Limitatur non procedere,ſi tale lucrum cum iniuria, & damno conſideretur.Nam quando reſtitutio eſt concedenda, etiã ſi de lucro agatur,neceſſe eſt,vt tale lucrum fecerit abſque præiudicio alterius.prout declarant Angel.Paul.de Caſt.Raph.Cuman,&Roman.in l.cum quidam,in princip.ff.de acquir.hered.Vbi etiam idem tenent Alex.ver.limitatur tamen hoc.Areti.verſ.nec tamẽ intelligo,& Iaſ.j.nota.in princip. verſicu.limita niſi illud. Et hoc eſt commune dictum,nemine contradicente,vt atteſtatur Socin.Iun.in conſi. xlvj, nu.43.in iiij.vol.

Reſtitutio in præſcriptione conuentionali,non datur ex clauſula illa,ſiqua mihi iuſta cauſa videtur,ex capite ignorantiæ. Hoc aperto ore firmauit Curt. Senio.in conſ. lviij. ſuper præmiſſa dubitatione, verſic.ſed præmiſsis omnibus,vſque ad finem,vbi ad hoc, facit quinque pulchra fundamenta,& in eis in effectu reſpondet omnibus contrariis,& ita etiam ſequitur pro veriore opinione Hierony. Cagnol. in lege ſecunda C. de pacties. inter empt. & vendit. in prima lectu. in quæſtione. xvj.ſub. numero. 125.cum quatuor ſequent. Et licet idem Doctores. in ſecunda lectura.eiuſdem l, numero 1. Contrarium teneat aſſerendo,ita magis Communiter teneri. Tamen verior videtur opinio ſupra poſita:vt dicit Socin.Iun.in conſi.xlv.nu,3. vol.iiij.remittens ibi ſe ad Curt.Sen.in d.conſ.lviij.

Reſtitutio,quando competit non ratione minoris ætatis,ſed tantum ex æquitate,de qua in illa clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur quia non datur in priuilegium perſonæ,ſed tantum ex illa æquitate,non poteſt dari,vbi ceſſat æquitas,putà, quia aliunde poteſt ius ſuum conſequi,vt poſt alios,quos allegat Ruin.in conſi.cxix.videtur fortaſſe prima facie nu.21.vol.v.& eſt inſignis doctrina Bar.Communiter approbata in l.Aemilius.ff.de minor.Quam & Soc.Iun,in conſ. xlvj.nu.47.vol.iiij.refert & ſequitur.

## S

SENTENTIA arbitralis,propter magnam iniquitatem,& maximam læſionem, ſemper poteſt peti,quòd reducatur ad arbitrium boni viri. Ita dicit Dec.in conſil.xxxix.iuridicam eſſe arbitror verſic.ij.principaliter laudum impugnatur, vbi poſt plures,quos allegat,ſubdit,quòd ita ſe habet Communis opinio,& obſeruantia,allegando etiam alios Doct.qui ita dicunt,vt per eum.Soci.Iun.in conſilio xciiij, nu,1.vol.iiij.

Sententia declaratoria requiritur,vt quis ex culpa ſeu negligentia poſsit feudo priuari,ſecundum Bal.per illum tex.in cap.j.de feud,ſine culp.non amitt.& bene probatur in capit.j.qualiter dom. prop. feud, priue.Vbi etiam Bal.Dicens:quod ibi eſt optimus text.quòd licet euidens culpa ſit,& notoria,tamen requiritur ſententia priuatiua,vt per eum. Et ita voluit Paul.de Caſt.in conſi.lxxxiiij.quiſta vertitur. verſi. præterea vt ſupra dixi vol.ij.in nouis.Et ita ſe habet Communis opinio,vt per Curt.Iun.in conſi.cxlij. Habita diligenti conſideratione. nu,11.& per Soci.Iun.in conſ.j.nu.87.vol.iiij.

Sententia lata contra impuberem indefenſum, eſt nulla. l. cum & minores.& ibi per Doct.C.ſi adurſ.rem iudic.& l.acta.§.fina. ff. de re iud,Et ibi etiam tradunt Doctor.cum concordant.vt per Deci.in cõſil.cccxj.viſis his,nu,4.Et dixit Angel.in l.j.ſuper gloſ..j. C. qui pet. tut.vel curat.Et non ſolùm in Ciuilibus procedit,verùm etiam in Criminalibus,vt docet Bart.quem alij ſequuntur in l.contra Pupillum,in verſi.quæro quid in criminali.ff.de re iudic.Et allegat tex in l.clarum C,de authorit.præſt.Et ibi etiam Doſt.idem volunt.Soc.Iun.in conſ. j.nu.80,vol.iiij.Communem affirmat.

Sententia lata contra non citatum, eſt ipſo iure nulla. Clem.paſtoralis.§.cæterum.& ibi tradunt Doctores de re iudica, & probatur in capitulo nuper. de decim. Et ita per illum text.firmat Socin. Sen.in ſuo ſolenni tracta de citatio. in vij. artic. verſiculo quartò procedit, vti eum allegat Socin.Iunior in conſilio.lxxvj.nume. 32. volumi.iiij.

Soluens ignoranter,non obſtante renunciatione,poteſt intentare condictionem indebiti,prout determinat Bart.in l. fin. §. idem quæſijt.ff.de condict.indebit.Nam cum ipſe crederet,ſe verum debitorem putabat ſibi etiam non competere condictionẽ indebiti,& ideò quo errore ductus ſoluit,eodem errore tali condictioni renunciauit, non renunciaturus veroſimiliter,ſi ſciuiſſet illam ſibi competere, cum nemo præſumitur velle iactare ſuum l.cũ de indebito.ff.de probat. Non ergo valet dicta renunciatio,niſi à ſciente fiat.l.Campanus. ff.de ope. libert.

Et licet plerique teneant contra Bartol.tamen opinionem Bar. defendit ibi Iaſ.dicens, Quòd ſit magis Communiter recepta. eamque pluribus rationibus comprobat,vt per eum.Et hanc opinionẽ refert, & ſequitur Soc.Iun.in con.xx.nu.28.in fi.vol.iiij.cum cõcordantibus ibidem per eum.

Soror poteſt querelare teſtamentum fratris,in quo ſibi non ſit relicta integra legitima,& inſtituta ſit turpis perſona.Ita concludit Guliel.de Cun.in l.fratres.C.de inoffic.teſtam.prout eum refert & ſequitur Salic.in iij.quæſtio.Quod etiam videtur velle Paulus de Caſtro in l.fratris.in iij.quæſt.C.de inoffic.teſtamen.& hoc ſequitur Deci.in cõ. dxxx.viſo puncto.& ſeptem dubiis,in iij.dubitatione ſub nu,13.aſſerens inter cætera,quod ita voluit Bar.in d.l.fratres.& quod ibi Iaſ.tenet & dicit,quod ita ſe habet Communis opinio, vt refert Socin, Iun.in conſilio lxxxvij.numero 10.vol.iiij.vbi dicit ſecus eſſe in filio, vt per eum.

Licet ſpurius propriè videatur dici,qui vulgò ſit conceptus.§.ſi aduerſus,& ibi tradunt Doct.inſtit.de nupt.& in l.vulgò concepti.ff. de ſtatu homin.vel etiam ſimiles,vt tradunt cõmuniter Doct.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.Tamen largè ſub nomine ſpurij,veniunt omnes, qui ex illegitima & improbata coniunctione naſcuntur.iuxta doctrinam Barto,quem alij ſequuntur in l.fin.ff.de his,quib.vt ind. voluit Bald.in conſi.ccvj.caſus talis,propè finem.iij.vol.Alex.in con. clxxiiij. verſ.hoc ita præmiſſo lib.v.Abb.in cap.tanta.nu.13,qui filij ſint legit, Iaſ.in conſ.xj.ſpectabilis & generoſus,nu.2.iij.vol.& Dec.in conſilio, cccxj.in caſu propoſito.nu.1.& 2.cum aliis multis,qui ad hoc cumulari poſſent.Socin.Iunior.in conſilio xlviij.nu,17.vol. quarto Cõmunem ait.

Statutum excludens filias, etiam propter patruos, licet ſit factum fauore agnationis, vt communiter dicunt Docto. Et talis fauor pro vnica ratione ſolet conſiderari,prout poſt alios plenè relatos firmat Alberic.Brun.in ſolenni ſuo tractatu,de ſtatu. exclud. fœmi. propter maſc.in iij.artic.& plenè dixit Socin.Iun.in conſi.j.factum tale proponitur.nu.38.vol.j.Tamen nõn extenditur in fauorem patruelium, & ſic filiorum patui,licet ſint agnati:ſed illa ratio intelligitur tantum in caſu expreſſo.Vt poſt alios voluit Soc.Sen.in conſi.ix.viſo ſtatuto.iij. vol. Quem & retulit & ſequutus eſt Soc.Iun.in conſ.vj.moriatur vltimo lõco,cum multis ſimilibus deciſionibus,nu. 10. volu.j.Et in ſimili,in teſtamentaria diſpoſitione firmat Ruin.in conſi.cij.nu. 14. volumine quarto vt hæc refert Socin.Iunior.in cõſilio decimotertio nu. 16,vol.iiij.

Statutum excludens ſororem propter fratrem, fortius excludit neptem ex prædefuncto filio,propter patruũ,licet de eis in ſtatuto nulla fiat mentio,quicquid dixerit Bal.in contrarium in l. venia. C.de in ius vocand. ad fin. Nam eius opinio ibi,& alibi per Doctores magis communiter reprobatur,vt plenè multos allegando ſcripſit Socin. Iunio,in conſilio clxviij. magnificus Comes. numero 45. volumine ij.vti hæc refert in conſ.x.nu.17.vol.iij.remittens ſe ad d.conſ.clxviij. Et ibi dictis addit Ruin,in conſ.cxl.viſa facti narratione.nu.16.vol.iij, iij.& hoc voluiſſe,ſi bene aduertatur Alex,in conſ.xxxvj. viſo themate in ſecundo dubio,lib.vj.Vult enim ibi,quòd ſtante tali ſtatuto, nepos ex prædefuncto filio,excludet neptem ex alio prædefuncto & ſic eius ſororem patruelem attenta ratione ſtatuti,quæ fuit fauor conſeruandæ agnationis,vt per eum.Fortius ergo vellet Alex. quòd illa neptis excluderetur per filium defuncti patrui eius, licet de eo nullũ ſit verbum in ſtatuto.Hoc indubitatum putat Soc.Iun.in dict. conſ. x,vt ibi per eum.

Statuti verba debent regulari à mente,& ratione ſtatuentium, vt eſt in iure regula infallibilis,vt atteſtatur Angel.in conſ.ccxcvj.in volumine ſtatutorum,cum concordatibus per Soci.Iun.in conſ.xiij.in nouiſsimo ſtatuto,nu.4.vol.j.& in conſ.4.nu.12.vol.iiij.vbi demonſtrat, quæ ſit mens ſtatuti,quod excludat fœmi. propter maſculos. Inquit enim exploratiſſimũ eſſe apud Iuriſcõſultos,ſtatuẽtes in ſtatuto fœminas excludẽte propter maſculos,eã mẽtẽ habuiſſe, vt ſcilicet bona in agnatiõe cõſeruarẽtur,& ſic dicitur tale ſtatutũ editũ,fauore agnationis in diuitiis,& dignitate cõſeruãda,publica quadã vtilitate in eo cõſiderato:& in hoc ſtat vera ratio huiuſmodi ſtatuti,vt plenẽ ſcribit idẽ Soc.Iun.in conſi.j.factum tale proponitur numero 38.vſque ad numer 45. j. volumine Et vltra ibi dicta, multa etiam ad propoſitum dicit, & plures alios allegat Alber. Brun. in ſuo ſolenni tracta de ſtatut. exclud. fœmin. propter maſcul.in iij.art.cõcludẽs

ſecundum

ſecundum communem opinionem:quòd iſta eſt vera finalis, & vnica ratio ſimilium ſtatutorum, & quòd habetur perindè,ac ſi à ſtatuẽtibus fuiſſet expreſſa,vt per eum,qui etiam ſubdit:quòd à tali ratione argui poteſt,allegans ad hoc plures Doctores,ita vt de hoc ſit comunis opinio (licet aliqui aliter tenuerint)vt per eum ibi ad quem etiam ſe refert Socin.Iun.in d.conſ.x.nu.12.Vbi hæc dicit, & hæc refert,vt per eum.

Statuta quòd ſtantibus maſculis,fœminæ non ſuccedant, cenſentur indiſtinctè fauorabilia, quia bona conſeruantur in agnatione, & licet ex eis reſultet oduim fœminarum tamen valet ſecundum magis communem opinionem, vt latè oſtendit Alber. Brun. in ſolenni ſuo tracta.de ſtatut.exclud.fœmin.&c. in iiij.artic. vër.ſed verior & magis communis opinio,vbi poſt quàm plurimos Doctores,per eum allegatos ita firmat,& probat ratione concludenti.Semper enim ratio finalis,& principalis intentio diſponentis attenditur per iura vulgaria,ſed motus principalis,& finalis ratio ſtatuentium fuit fauere agnationi,vt dictum fuit,ergo illud debet attendi,& licet ex eo reſultet odiũ fœminarum.Tamen diſpoſitio ſtatuti debet dici fauorabilis inſpecto eo,quod principaliter intendunt facere ſtatuẽtes,iuxta l.qui exceptionem.& ibi tradunt Doct.maximè Bar.Iaſ.ff.de condict.indebit.prout hoc plenè declarat etiam alia allegando Brun. in loco prædicto vſque in finem iiij.artic.& per Soc.Iun.in con.x. nu. 14.vol.iiij.Communem ait.

Statuti verba cum ſunt clara,non eſt vlterius diſputandum. Argumento l.ille.§.cum in verbis.ff.de legat.iij. attento,quòd in qualibet ciuitate ſtatuta eius legitimè condita,ſunt omninò ſeruanda.l. omnes populi.& ibi tradunt communiter Doct.ff.de iuſtitia & iur. Soc. Iun. in conſ.xlix.nu.1.vol.iiij.

Statutum alicuius ciuitatis,dicitur ius proprium illius,quaſi quod non ſit alterius.l.omnes populi.ibi, ipſe ſibi ius conſtituit proprium ciuitatis,&c.ff.de iuſtit.& iure.& ita nota.ibi Doctores communiter: meritò ergo beneficium talis ſtatuti contra ius commune conceſſum alteri ciuitati,ſeu eius ciuibus,non debet dici conceſſum.Soc.Iun.cõ. lxxx.nu.7.vol.iiij.

Statutum loquens in perſonam,illam excludendo,vel vocando,cõtra ius commune,non comprehendit non ſubditum,& ſic forenſem. Alex.in conſil.xlj.ex multis,quæ in themate.nu.6.lib.iij.& in conſi.lxiiij.nu.10.lib.v.Et hanc opinionem plures alios allegando firmauit Soci.Sen.in conſ.ccxxxj.cum in præſenti conſultatione.ver. iij. quod forenſis.vol.ij.& in conſi.cxxviij.circa præſentem.nu.4.vol.iiij. Vbi plures ita tenentes allegat.Idem etiam tenuit Corn.in conſi.xciiij. circa j.dubium in ij.dubitatione,Dicens,hanc doctrinam eſſe Communiter,receptam,vt ſcilicet habilitatio ad ſuccedendum contra ius commune,non procedat in fauorem forenſium,vt per eum. Quod etiam firmauit Deci.in conſi.cxiiij.& pro tenui facultate poſt princip. vbi plures allegat,vt per eum.Ita etiam voluit D.Ioan.de Lecirier in ſuo tract.de primogenitura in x.q.lib.ij.nu.7.Vbi inquit,quòd ſicut ſtatuta non comprehendunt,forenſes,vt illis noceant,ita nec etiam,vt illis proſint.vt per eum,Sic etiam firmauit Carol.Ruyn.in conſ.cxij.nu 11.volu.v.qui etiam idem dixit, ſi talis forenſis onera non ſuſtinet in conſi.100.viſis ſtatutis,nu.7.vol.v.& plenius & clarius,in conſ. cc. viſo themate propoſito.nu.12.vol.ij.vbi multos allegat.Hoc idẽ egregiè per multas rationes voluit Ioan.Crot. in l.omnes populi nu.158. ibi,primo ſtatutũ cõcludẽs quã cõcluſionẽ etiã generalẽ tenet,etiã Pariſ.in conſi.xij.in præſenti informatione nu.24.25.26. 27. vbi plures rationes,& auctoritates allegat.Et hanc opinionem videtur etiam tenere Hiero.Cag.in l.ſecundum naturam nu.7.ff.de reg.iur.Dũ de hoc ſe remittit inter alios ad Alex.in d.conſ.xlj.ad Dec.in d.conſ. cxiiij. & etiam ad alia duo,& ad Alber.Brun.in tractat.de ſtatut.exclud.fœmin. in vj.artic.in j.memb.qui omnes prædictam opinionem ſequuti ſunt vt hos omnes etiã refert,& allagat Soc.Iun.in cõ.lxxx.ſub nu.14.vol. iiij.vt plenè ibi cum aliis etiam concordantibus per eum.

Subſtitutio facta ſub conditione ſi deceſſerit ſine filiis omnino extinguitur,ſi cum filiis deceſſerit,nec habet aliquem effectum, etiam ſi tales filij poſteà ſine liberis decedant.Voluit gloſſa.finali. circa medium in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. mota per §. quis autem in eadem l.,qui benè probat, in verſiculo aut igitur filius ſuperuixit.&c.Idem dixit Oldra. in conſilio.xxj. thema tale eſt, & in conſ.xlj.Et per eadem ferè verba,de Oldra.tamen non faciens mentionem,idem firmauit Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de teſtamen.§.imprimis propè finem.Hoc etiam in caſu multum ſimili vult Cin.in authent.ſed & ſi quis in vlt.q.C.de ſecund.nupt.Dũ vult,quod conditio illa ſi decedas ſine herede de tuo corpore deficit,ſi vnum talem heredem habeat,licet ipſe poſteà habeat heredem extraneum,ſuficit enim conditionem ſemel defeciſte.Idem voluit Bald.in lege finali.in xxv.quæſtione C.de hered.inſtituen.loquens in caſu, de quo per Cin.in dicta quæſtione finali.Et in terminis noſtris loquendo idem dixit in capitulo primo §.quin etiam in titu. Epiſcop. vel Abb. in feud. vbi etiam idem dixit Iacob. Aluarot. Et dicunt etiam alij Feudiſtæ,& idem voluit Bald.in conſilio lvij.item inſtituo. ſecundo volumine.Paulus de Caſtro in conſ.clxij.ne impropriis vtamur vocabulis in antiquis.In nouis eſt in conſilio xcvij. numero tertio ij. volumine.quidem dixit in l.ex facto.§.pen.ff.ad Trebell.Crauetta cõſilio xlviij.numero primo Vbi dicit,quòd ita Communiter tenetur, quòd & Socin.Iun.teſtatur in conſ.xxix.nu.22.vol.iiij.Vbi adhuc plures concordantes cumulat,vt per eum.

Subſtitutio quando fit poſt mortem plurium,ad hoc vt inter illos plures dicatur inductum tacitum reciprocum fideicommiſſum,inter cætera requiritur,quod ſubſtitutio ſit facta in tota hereditate, vt eſt magis Communis opinio,vt per Iaſ.in l.pen.C.de impub.& aliis ſubſtitut.Vel ſaltem quod indefinitè fiat in hereditate,vt per Curtium Iuniorem in dicta lege penult.Socin.Iun.in conſi in cõ.clxxvj.& clxiiij. num.3.4.& 5.vol.ij.& in conſi. xlj. num.15. volum.iiij.

## T

TESTES incerti perinde eſt, ac ſi deſcripti non eſſent,vt voluit Ioannes Andreas in addit. ad Specul.in titulo de inſtrumenti edit. §. breuiter verſiculo poſt locum in addit.incip.dicit Accurſ. vltra prædicta,Dum inquit,quòd debent ſcribi nomina teſtium,& etiam cognomina,vt tollatur dubium,& incertitudo eorum,& clarè ita determinat Alexand.in conſilio cliij.videtur prima conſideratio numero 4.& 5.libro ij.cum concordantibus,vt per Ruin.in conſil. xj. numero 15. 16.& 15.iij.vol Et per Cagnol.in procœm.Digeſtorum ſuper verſicu. diſcipuli,ſub numero 183.cum duobus ſequentib. Idem firmat Apoſtillator Rolandini in ſuo flore teſtamentorum titu.de teſtibus,qui in teſtamen.adhiben.ſunt in vltimo addit.in fin.& Cagnol. vbi ſupra dicit,eſſe Communem opinionem,quod nõ dicatur perſona aliqua certa demonſtrata,niſi nomen eius exprimatur cum duabus demonſtrationibus,purà Franciſcus Ioan.de Imola, niſi per proprium nomen quis redderetur certus,ſi fortè eſſet nomen ſingulare in loco,vt Gallo preſſus, vt per eum, Socin.Iunior.conſilio lviiij.numero 8. volumine iiij.

Teſti vnico licet alias non credatur l.iuriſiurandi C.de teſtib. & c. licet vniuerſis,extra eodem:Tamen aliquando Iudex poteſt, & debet ei credere,quando cum eius dicto concurrant coniecturæ aliquæ, & rationes.*D*octrina eſt Bar.Communiter recepta in l.j.§.idem Cornelia verſiculo vltimo vides.ff.de quæſtio.Socin.Iunior.conſi. lvj. nu.5. volumi.iiij.

Teſtatoris mens ita interpretanda eſt,prout præſumitur veriſimiliter teſtatorem reſpondiſſe.ſi interrogatus fuiſſet,iuxta tradita Communiter per gloſſ.& DD.in l.tale pactum §.fin.ff.de pact.cum concordantibus per Socin.Iun.in conſi. xc.dominus Marianus nu.14 j. vol. & in conſi.clxxij.ſic inter cætera legitur nu.29.ij.vol.& in conſi. liiij. nu.7.vol.iiij.

Teſtator ponens aliquos in conditione ad excluſionem ſubſtituti, dicitur omnes filios & alios deſcẽdẽtes eorum aliis preferre.L.Lucius la ij.in fin.& ibi tradunt Doct.ff.de hered.inſtituen.& videtur gl.Communiter approbata in l.filiusfamilias.§.cum quis ff. de l.j.Soc.Iun.cõ. iij.nu.12.vol.iiij.

Teſtator,quando inſtituit fratrem,& ius filium,tunc vocantur ordine ſucceſſiuo,quia ſic ordinata charitas,& affectio teſtatoris expoſcit.Ita dicit Bar.in l.Gallus.§.quidam rectè ff.de lib. & poſth. Et cum Bar.ibi in puncto iuris tranſit Soc.Sen.& eam ſequitur etiam Ruin. ibi,Dicens,ſemper tenuit:quòd opinio Bart.ſit vera, & eam defendit etiam And.Barb.in cap.Rainutius de teſtament & illam legendo d.§. quidam rectè,ſubtiliter & pulchris conſiderationibus probauit, & pulchris rationibus ab omnibus obiectis defenſauit Soc.Iun.vt refert in con.xl.nu.1.vol.iiij.licet in Contrarium,videatur magis Communis opinio,vt per Alex.& Iaſ.in d.§.quidam rectè.

Teſtator ſi partem ex pluribus cuilibet relinquat,non conuenit, vt quis habeat vltra partem.Ita ſignanter declarat Bar.in l.planè §. duobus,& in l.huiuſmodi.§.ſi Titio el.j.ff.de leg.j.ſic vno modo limitans d.§.ſi duobus.Et cum eo tranſeunt ibi Ang.Paul.de Caſt.Florian.& Alex.vt per eos.Et ita etiam conſulendo ſequitur Ang.in conſ.ccxcv.pũctus.nu.341.per totum,maximè nu.4.& 5.

Et licet Ang.in caſu illo determinet totam rem pertinere ad vocatum cum herede per d.l.planè §.ſi duobus:Tamen id facit, quia in eo caſu illi erant coniuncti re,& verbis, prout etiam eo caſu ita voluit Bartolus in locis prædictis, ſecùs autem eſſet ſecundum Angelum ibi, ſi non fuiſſent coniuncti re, vt quia relictum, fuiſſet factum æquis portionibus, vt per eum, & ideo ipſe ibi nititur probare, quod in caſu ſuo relictum erat factum coniunctim re, & verbis. Et licet aliqui dubitent in dicto §. ſi Titio, de opinione Bartoli. Tamen illa videtur tenenda, vti magis Communiter per Doctores recepta, vt ait Socin. Iunior in conſilio xliij.numero 5.volumi.iiij.

Teſtator vbi Contrariũ non probatur,ſemper dicitur in teſtamẽto

ſuo,ſe

ſuo,ſe voluiſſe conformare cum Iure Communi,vel municipali. Vt eſt Communis ſententia Doct.vt tradunt Bart.Socin. Sen. & alij in l. heredes mei.§.cum ita ff.ad Trebell.vbi etiã poſt alios dixit Soc.Iun. Tradit Alex. in conſi.lv.nu.4.lib.iiij.Soc.Sen.in con.ccxxvij. præſens conſultatio,verſi.vj.& vltimo ij.volum.& Corn. in conſ. xxij. in hac conſultatione,&c.litera S.la.j.ij.vol.cum concordantibus,vt per Iaſo. conſ.lxxxiiij.omiſſa longa,poſt princip.j.volum.& per Ruin. in conſi. lxxxvj.attenta legitimatione.nu.16.volum.iij.Et dixit Socin. Iun.con ſi.xcv.nu.9.vol.j.& in conſi.clxxvij.nu.20.ij.vol.& in conſi.xx. nu. 30. vbi hæc refert,vol.iiij.

Teſtamentum dicitur legitimè probatũ,ſi teſtes numero ad id idoneo deponant,aliquem fuiſſe teſtatum,& talem feciſſe heredem(vbi aliud non obſtet)etiam ſi de eo non extaret aliqua ſcriptura. gl. in l. ij.& ibi Doct.C.de teſtamen.præſertim Alex.ibi poſt princip. Et hoc in Iure expeditiſſimum,& ab omnibus receptum eſſe dicit.Soc. Iun. in conſ.j.nu.51.vol.iiij.

Teſtamentum non continens tempus,diem,menſem,annum, & indictionem,ratione incertitudinis temporis,vitiatur, & non poteſt ſortiri effectum teſtamenti,prout eſt textus clarus in auth. Quod ſine.in verſi.& tempus,& in corpore vnde ſumitur C.de teſtamen. Et ita Communiter declarant Doct.dicentes,quòd ad minus debent apponi annus,menſis,& dies,licet non hora diei,vt plenè per Nattam in d.authen,quod ſine.q.xij.& Soc.Iun.in conſ.iij. nu.3. vol.iiij. Vbi huius concluſionis ponit rationem,vt per eum.

Teſtamentum eſt validum,ſi quis interrogatus,an velit facere heredem,talem,reſpondeat ſimpliciter,miſerſi,& talis dicitur inſtitutus heres,per gl.illam ſingularem,licet vulgatam in l.iubemus C. de. teſtamen.quæ eſt magis Communiter recepta vt ibi per Doctores, & vt atteſtatur Ruyn.in conſ.ij.viſo teſtamento.nu.8.volum.ij.& Deci, in conſ.ccccLxxxix.in caſu occurrenti,nu.3.Hoc tamen non videtur procedere,quando grauiter infirmus ab alio,quàm à Notario fuiſſet interrogatus.De Notario enim videtur confidendum propter fidem publicam,non ſic de alio,quando ad id non apparet requiſitus à teſtatore,Ita declarat Bald.in d.l.iubemus,& plerique ibi ſequuntur,& Paul.de Caſt.in conſilio ccclxvj.viſo puncto & allegationibus in antiquis.In nouis eſt ſub nu.155.lib.v Dicitur enim tunc infirmus ſic reſpondiſſe potius,per ſuggeſtionem,interrogantis,quàm deliberato animo teſtãdi.Soc.Iun.in conſ.xxxij.nu.2.vol.iiij.& arguit Ruin. in conſ.xij.ſuper iſto puncto.nu.3.vol.ij.

Teſtamentum licet pendere debet à propria voluntate teſtantis, & non ex alieno arbitrio,l.j.C.de ſacroſan.eccleſ.Tamen voluntas teſtatoris etiam oſtendi poteſt ad interrogationem alterius,vt eſt Cõmunis opinio omnium Doct.poſt glo.in l.iubemus.C.de teſtament. Et licet de modo reſpondendi poſſit diſputari,data graui infirmitate teſtatoris,vt traditur in dicta l.iubemus:Tamen quo ad hoc quod valeat teſtamentum,licet teſtator non ipſe inceperit, ſed alius eum interrogauerit,& ſic dicatur factum ad interrogationem alterius,tamẽ valebit non obſtante regula,l.illa inſtitutio.ff.de hered.inſtituend. Socin.Iuni.in conſ.xxxij.nu.5.vol.iiij.Vbi dicit,non eſſe dubitandũ: omnes enim Doct.ſentire, teſtamentum valere,ſi ex alio non poſſet infringi,quoniam etiam tunc dicitur factum ex proprio arbitrio ipſius teſtatoris,qui ſic ex animi libertate,& non coacte reſpondit, & ſuæ mentis eſſe declarauit,vt per eum in d.conſ.xxxij.

Teſtamentum imperfectum valet inter liberos.l.hac conſultiſsima §.ex imperfecto,C.de teſtam.Vnde non requiritur, quòd teſtes ſint rogati,glo.eſt in verſ.excepto in l.fin,C.de Codicill.cum qua tranſeũt ibi Doct.Et ita firmat Bald.in authent,quod ſine,C.de teſtamen.cum multis cõcordantibus,vt per Nattã.in d.§.ex imperfecto,q.xxx. vbi aſſerit,quod ita ſe habet Communis opinio.Nec prædictis videtur obſtare,quòd totum teſtamentum non fuerit poſteà coram teſtatore,& teſtibus lectum,& vt dicitur publicatum.& ſtipulatũ, propter quod videtur inualidari,iuxta l.fideicommiſſa,§.quoties cum gl. Communiter ibi per Bart.& alios approbatam.ff.de leg.iij. Quoniam reſpondetur,quod cum de voluntate teſtatoris circa heredis inſtitutionem, & ſubſtitutionem,& ſic in ſubſtantialibus teſtamenti conſtet per teſtes,non videtur neceſſaria dicta publicatio,vt videtur cõcludere Ab. in c.cum P.Tabellio,verſic.infero etiam ad aliam quęſtionem,de fide inſtrument.vbi reſpondet ad dict.§.vt ſcilicet procedat,quando ſcriptura erat de ſubſtantia teſtamenti,vt per eum.Et idem,vt ſcilicet poſſit releuari,& publicari teſtamentum iam virtualiter, voluit Paul. de Caſtr.in conſi.cccvij.ad primum quæſitum in j.quæſt.j.vol,in Nouis, in Antiquis eſt nu.204.Imò videtur loqui in fortioribus terminis. Nã cùm ibi velit poſſe publicari teſtamentum ſcriptum per Notariũ nũc defunctum,per manum alterius notarij,fortius vellet publicationem poſſe fieri per eundem Notarium ſuperuiuentem,& ibi ponitur alia reſponſio ad d.§.quoties,& ad notata ibi per Bar.vt ſcilicet procedat, quando teſtamentum non appareret perfectum,vt per eum.Et quòd tale teſtamentum valeat etiam,quod non fuerit lectum & publicatũ coram teſtatore,& teſtibus,videtur probari ex illa opinione glo. magis Communiter recepta in l.iubemus.C.de teſtam.Videlicet, quòd valeat teſtamentum,ſi infirmus interrogatur,an faciat talem heredẽ, & reſpondet,miſſerſi.Nam eo caſu non præſupponitur aliqua lectura,vel publicatio teſtamenti,& tamen valet,vti magis Communiter tenetur,vt per Corn.in conſil.lxxvij.viſo themate.litera B.iiij.volu.Et quod non requiratur prædicta publicatio,ſi ex alio de voluntate teſtatoris conſtet,videtur firmaſſe Soc.Iun.cxliiij.nu.58.vol.ij.& in conſil. lxxj.nu.3.q.v.& xxij.Vbi oſtendit hoc tantũ procedere in teſtamẽto inter liberos propter fauorẽ liberorũ,& nõ ratiõe extraneæ perſonæ,allegãs ad hoc Bar.Pau.de Caſt.& alios,vt ibi videri poteſt,in iiij.vol.

Teſtamentum non valet,in quo non eſt facta expreſsio de herede & ſubſtitutio,antequam ſcribi cœperit, velut imperfectum ratione voluntatis,iuxta tradita Communiter in l.ſi is,ff.de teſtamen. Et tradunt Socin.Sen. & moderniores in rub.ff.de leg.j.Socin Iun.in conſ. lxxj.ſub nu.13.volum.iiij.Vbi dicit hoc procedere,quando circa inſtitutionem aliquid deeſt,vel eſt incertum quid teſtator addere voluit,vt ibi per eum.

Teſtamentum,vt dicatur perfectum,& validum requiritur, quòd poſtquam ſit ſcriptum,legatur coram teſtibus,& teſtatore, & per eũ approbetur,& confirmetur,vt eſt text.cum gloſſ.& ibi declarant Bar. & alij in l.fideicommiſſa,§.quoties,de leg.iij.vbi de hoc eſt. Communis opinio,Et hanc opinionem poſuit Ioan.And.in addit.ad Spec. in tit.de inſtrumen.editio.§.oſtenſo.verſ.illud quoque prætereundũ nõ eſt,in additione magna ibi,in fine poſita,circa medium,Dicens:quod ſi notarius rogatus notam,vel,Protocollũ ſcripſiſſet,quod poſtea coram partibus,& teſtibus non legiſſet,nihil valeret,nec fidem faceret, vt per eum.Et licet ipſe ibi loquatur in contractibus,idem tamen, & fortius intelligit in teſtamentis,tùm quia in eis maior diligentia, & ſolennitas requiritur,tùm etiam,quia allegat d.l.fideicommiſſa.§. quoties.de leg.iij.vbi de taſtamento agitur, iuncto eo,quod dicitur, dictũ Doctoris intelligendum eſſe ſecundum legem,quam allegat,iuxta doctrinam Bar.in l.non ſolùm.§.ſi liberationis verba.ff.de liber. legat.cũ concord.per Soc.Iun.in conſ.lxxj.nu.14.15.& 18.in iiij.vol.

Teſtamenta adeò ſunt fauorabilia,vt ſi quid ei,qui poteſt aliquo modo vti querela,relinquatur in teſtamento,ſiue ſit filius, ſiue alia perſona,& etiam frater(inſtituta turpi perſona,fauore conſeruandi teſtamenti)non vtetur querela,ſed agat ad ſupplementum legitimæ.Ita videtur text.in ſui generalitate,iuncta declaratione glo,determinare caſum noſtrum in l.omninò in ſui generalitate.C.de inoffic.teſtament. & ita illum textum ponderauit Angel.in l.i.ff.de inoffic. teſtamen. & poſt eum Iaſ.in l.fratres.in iij.exenſione in fin.C.de inoffic. teſtamen. Secundo ad idem facit,quia ſi illud diceremus, filij eſſent deterioris cõditionis quàm frater.aut ſoror cum ipſi ſolum agant ad ſupplemẽtum,quod valde eſſet abſurdum,illis magis debeatur hereditas patris,quàm fratri,vel ſorori,vt eſt notum,& ita arguit Angel.in d.l.j.& Iaſ.in dicta l.fratres.& ita etiam ponderant Curt.Iun.& Cagnol.in d. l.j.Et iſta opinio,quicquid dixerit Dec,in conſ.cccccxxx.videtur hodie Communis,& conſequenter tenenda.Illam enim imprimis tenet gl.ſuper verb.perſonis in d.l.omninò,C.de inoffi.teſtamen.& ita etiã firmat Bal.reprobando Guliel.de Cun.in l. .in ij.quæſt.ff.de inoffi. teſtament.Et ita concludit Angel.contra Guliel.de Cun.in d.l.j. verſicu. quòd ſi frater habebat minus legitima,vbi etiam allegat duo fundamenta,vt per eum,& per Soc.Iun,in conſ.lxxxvij.nu.11.vol.iiij.

Teſtamentum fratris,ſoror poteſt querelare,in quo ſibi non relicta integra legitima,& inſtituta ſit turpis perſona,Ita concludit Guliel.de Cun.in l.fratres,C.de inofficio.teſtamen.prout eum refert,& ibi ſequitur Salicet. in 3. quæſtio. quod etiam videtur velle Paulus de Caſtro in dicta lege fratres.in tertiò.quæſtio.C.de inofficio.teſtam.Et hoc ſequitur Dec.in conſ.cccccxxx.viſo puncto,& ſeptẽ dubiis in tertia dubitatione,ſub nume.13.aſſerens inter cætera, quòd ita voluit Bar.in d.l.fratres,& quod ibi Iaſ.idem tenet,& dicit,quòd ita ſe habet Communis opinio,vt per eum.Socin.Iunior.in conſ. lxxxvij. nume.10.vol.iiij.

Titulus ſufficiens ad præſcriptionem cauſatur ex iuſto errore. Ita tradit Pariſ.lvij.actores iſti.nu.15.& in conſ.lxvij,nobilis Silueſter.nu. 84.vol.iij.vbi allegat l.diutina.C.de præſcrip.long.temporis,&alia plura Iura,vt per eum.Et hoc in effectu voluit Cur.Iun. in l.iij. nu.20.& 21.C.de edict.Diui Had.toll.& hæc dixit Soci.Iun.in conſ.lxxvij. cum pluribus ſequentibus.j.vol.& in conſi.xxxvij.nu.8.vol.ii. Vbi dicit ſe reperire,quod idem firmauit Iaco.de ſancto Georg.in d.l .iij. num.58. Et quòd talis titulus cauſet præſcriptionem antè præallegatos Doct. poſuit Hoſtien.in ſumma,de vſucap.ſub titulo pro herede,in verſ. Verumtamen probabilis,ſiue iuſtus error,& quod petitio hereditatis,detur contra poſsidentem titulo putatiuo,poſt alios velut Commune dictum,firmat inſignis modern.Vbertin.Zucchard.in d.l.iij.nu.434. vt eum allexat Soc.Iun.in d.conſ.xxxvij.nu.8.

Tranſuerſalium non habetur conſideratio,quando non agitur de hereditate patrui,vel ſimilium perſonarum,vt Communiter tenetur, vt plenè tradit Dec.in conſil.ccxvij.in caſu propoſito circa medium, & in conſ.ccccxliiij.concurrit patruus,et frater patruelis.nu.2.et 3.Soci.Iun.in con.xciij.nu.4.vol.iiij.

TREBELLIANICA ex communi obſeruantia,non perditur ob non confectionem Inuentarij. Et licet multi Doct. tenuerint Contrarium,ex ita tenentibus nonnulli aſſerant contrariam opinionem,eſſe magis Communem : Tamen veritas eſt in contrarium, vt ſcilicet Trebellianica non perdatur, vt viuis rationibus ad contrariam trahando firmat Iaſ.in l.marcellus ad finem princip. ff.ad Trebell.& ita etiam firmat Alex.in conſil.xxix.preſpectis, cõſideratiſq; ac his.num.5.lib.v.Dicens,quòd iſta eſt verior, & magis Communis opinio.Et inter cæteros multum egregiè,firmant hanc opinionẽ, eam ab obiectis defendendo,& contraria fundamenta retorquendo.Crauet.in conſi.xvij.quæritur an nobilis Antonius,per totum, cum concordantibus per Socin.Iun.in conſi.lxxxviij.nu.7.& 8.vol.iiij.Vbi dicit, ſibi ſemper placuiſſe conſiderationes Crauetæ , & abſque dubio credere hodie hanc opinionem eſſe magis Communem,& Communiter receptam.Dicit enim,quòd multi ex modernis,& recentioribus eam ſequuti ſunt, prout plurimi per dominos Conſul.tes relati fuerant,quos ipſe refert,& allegat in d.conſ.lxxxviij.

Trebellianicæ detractionem,non poteſt pater liberis primi gradus & ſic propriis filiis prohibere.Eſt vera æquiſſima,& magis Communis opinio.vt dicit Socin. Iun.in conſ.v.ſub nu.18.in prin.& in conſ. lxxxviij.nu.3.vol. iiij.& habetur per doctor.in l.iubemus.vbi Bal.Salicet.& alij plures,& in l.Marcellus in prin.C.ad Trebell.Aliis verò,qui non ſunt de liberis primi gradus, detractio fieri poteſt, ſecundũ magis Communem opinionem de qua per Doct.in d.l.iubemus , & in l.Marcellus.ff.ad Trebell.

V

VASALLVS etiam cum conſenſu domini directi,non poteſt alienare feudum , ſeu res feudales in præiudicium agnatorum , qui eo mortuo ad feudum vocantur ex forma inueſtituræ. Textus eſt in cap.j.& ibi not.Bald.& alij,de alienat.feud. patern. Tradit Bald.in c.j.§. hoc quoque. verſic. ſexta concluſio,de ſucceſſ.feud.Alex.in conſ.xxx. quoniam omne datum.lib. j. Et pro regula tradit Curt. Iun.in tract. Feud.cart.mihi xlvij.verſicu.iij.igitur eſt regula,& pro communi opinione tenet Socin.Iun.in conſi.iiij.nu.7. vol.iiij. Dicens hoc eſſe clariſſimum,& neminem de eo hæſitare.

VENDITIO præſumitur facta in fraudem legis,ſi pater ſpurio vendit , & res vendita reperitur penes ſpurium , vt eſt pulchra doctrina Bart.Communiter recepta.poſt Iacob.de Beluiſo in l.fin. ff. de probat.& l.ſi is qui ex bonis in iij.quæſt.ff.de vulg. & pupil. Soci. Iun.in conſi.xcj.nu 21.vol.iiij.

VERITAS adeò potens eſt,vt errore aliquo geſtorũ, aut actibus quibuſcunque non euertatur,cap.conſuetudo viij. diſt. et l.cum propria ibi Bald.not.C.ſi quis alter.vel ſibi. Imò quomodocũque veritas cognoſcatur,illa attendi,et prǫualere debet.l.fi.in fi.ff.de probat. Et ideò in aliqua cauſa Ius dicturus,debet omnib. modis laborare,vt illam inueniat:vt voluit gl.Communiter approbata , mota per illum textum in Authen.de Tabellio.in princip.Et inuentam poſtea ſeruet. l.fi.C.ſi alien. res pigno.dat. ſit. Et quod illa ſemper præualere debet, voluit Soci.Iun.in conſi.cxij.in cauſa nobilis.num.1.2.et 3.vol.j.et in conſi.clxxx.nu.83.vol.ij.cum multis concordantibus ibi, et in conſil. xxxj.nu.19. vol.iiij.allegans etiam ad hoc Hyppol. in ſua practica in §.ij.nu.15.cum aliquibus ſeq.vt per eum.

VERBA generaliter prolata à teſtatore , important, vt in fideicommiſſo comprehendantur prælegata,et fideicommiſſa grauato relicta.l.cum pater.§.fidei tuæ.ff.de leg.ij.et l.cum virum.C.de fideicom miſſ.et vtrobique tradunt DD.Et videtur de hoc Communis opinio, vt per Doct.maximè Alexand.in l. Marcellus.§.quidam liberis. ff. ad Trebell.in j.col.quod etiam ſequitur ibi Socin.Sen.col.fin.verſic, tertia concluſio,numero 2.

VERBA ( ſi ambo,ſi vterque vel ſi omnes)faciunt orationẽ vniuerſalem,vt ſic in vno falſificata,tota reddatur falſa,iuxta l.ſi is qui du centa.§.vtrum.ff.de rebus dub.prout ſignanter declarat Pau.de Caſt. in l.heredes mei.§.cum ita, quem in hoc Communiter alij ſequũtur. ff.ad Trebell.Et ita ſe habet Communis opinio Doct.in d.§.cum ita, vti traditur maximè per Moderniores.Sic etiam voluit Deci.in conſi. cccccxciij.viſo teſtamento. Ruin. in conſi.xlvj. ponderatis diligenter num.3.& in conſil.lxvij.num.7.et in conſi.cxxj.num.5.et 6.vol.iij.Pariſ.in conſil.xiiij.nu.9.vol.ij.Socin.Iun.in conſi.xlj.ſub num.5.vol.iiij.

VERBA ( non aliter, nec alio modo ) inducunt diſpoſitionem qualificatam,iuxta doctrinam Bal.in l.ſi quidem.C.de excep.maximè quando apponatur clauſula illa ( ex certa ſcientia)prout eſt Communis opinio,vt plenè per Felin. in c.cum inter in j. quæſtio. de except. Socin Iun.in conſi.lx.num.10.volumine quarto.

VERBA illa(pro ſe & hæredibus vtriuſque ſexus) intelliguntur tantum de deſcendentibus,& ſic important heredes ſanguinis , ſicut aliàs loquitur.l.ex facto.§.ſi.ff.ad Trebell.& ibi declarant Pau.de Caſt. & alij .Et ideò tranſibit ad deſcendentes etiam non heredes , & ita ſe habet Communis opinio,vt plenè tradit Auguſt. Bero. in quæſt. ſua xvij.in emphiteu.eccleſiæ,per totum,vt cum refert Socin. Iun.in con ſil.lxxxij.num.19.vol.iiij.

VERBA Teſtatoris non debent eſſe inaniter prolata. l.ſi quando in prin.ff.de leg.j.& in cap.ſi Papa de priuileg.in vj.Et eſt pulchra, &Communiter recepta doctrina Bal.in rub.C.de contrahen.empt.in ix.quæſt.volentis:quod in diſpoſitione,nullum verbum, debet eſſe ſuperfluum.Socin.Iun.in conſilio.xliiij.numero 3. volum. 4.Communem ait.

VERBA hæc(& heredibus &c. ) licet in feudis reſtringantur ad liberos maſculos regulariter,ſi aliud non appareat: Tamẽ in emphyteuſi reſtringuntur generaliter ad liberos tam maſculos, quàm fœminas,per text.in §.emphyteuſi,in autheut.de non alien.vt per eum. Et ita ſe habet Communis opinio,vt per Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff. de in ius vocand. Vbi reprobat Bald. Contrarium tenentem in loco, de quo ibi per eum,cum concordantibus vt per Ruin.in conſi.xxiiij. ſuper his,de quibus quæritur.num.9.& in conſi.clx.videndum eſt vtrum.num.12.vol.j.Socin.Iun.in conſi.lxxix.nu.6.volum.iiij.

VERBA(damus,concedimus ſeu donamus)poſita,non factà mẽtione feudi,in conceſſione Imperiali,important donationem, & non feudalem conceſſionem. Oldra. in conſilio clix. ex præſenti themate quatuor videntur.Idem voluit Alber.de Roſ.in rub.C.de donat. Vbi poſt argumenta hinc inde facta concludit , veram eſſe opinionẽ Oldra.Idem firmat Paul.de Caſt. in conſi.clxj.in præſenti cauſa.in Antiquis.Alexand.in conſi.xxiiij.num.7.in v.vol.Deci.in conſi.xxxij. verſ. non obſtat ergo,& conſi.ccviij.ij.vol.ver.poſtremò aduertendum. Sic etiam ſequendo Oldra.conſi.xlij.num.7.in fi.vol.j & hanc eſſe Communem opinionem atteſtatur Socin.Iun,in conſil.j.numer. 19. in fine.volumine quarto.

VINCVLA duo, ſunt fortiora vno. Authent. itaque. C. Commun.de ſucceſ.Vnde prohibitio teſtatoris concurrens cum prohibitione legis,fit potentior , quàm ſi ſola eſſet. Eſt Communis doctrina Scribent.in l.filiusfamil.§.Diui.ff.de leg. .Socin.Iun.in conſ xvj.num. 22.volum.iiij.

VLTIMA voluntas ſemper eſt interpretanda ita , vt impleatur teſtatoris intentio,& voluntas.l.iij.in fin.C.de lib.præte.l.in conditionibus primum locum,in princ.ff.de condi.& demonſt. Et prædictam opinionem,ſi rectè aduertatur,tenuit Barr.in l.cum certum. ff.de auro arg.leg.Corn.in conſi.cclxxxvij. in hac conſultatione.vol.j. Socin. Iun.in conſ.xliiij.ſub num. 7. vol.iiij. Vbi poſt alios allegat Aretin. in conſi.xj.procedendum eſt breuiter, aſſerens , hanc eſſe Communem opinionem, quod etiam firmauit in conſi.lxxxxiiij, diligenter conſideratis,& in conſi.cxij.conſideratis diligenter,

VSVFRVCTV omnium bonorum legato,nihil excipitur, niſi de voluntate teſtantis appareat.Eſt doctrina Bartol.Communiter recepta in l.generali.§.vxori.ff.de vſufruct. leg. Et adeò potens eſſe debet illa clauſula duplicata(omnium & quorumcunque bonorum) vt generaliter comprehendat etiam bona, quæ alias aliqua ratione non comprehenderẽtur, ſicut in ſimili diceremus, quod verba illa in conditione feudi(pro te,& heredibus quibuſcunque)comprehendunt omnes,& quoſcunque heredes , ita vt feudum dicatur hereditarium, quòd aliàs ita non eſſet. Soc.Iun.in conſi.lxviij.num.19.vol. iiij. Vbi poſt alios,Iaſon tradere dicit,in vſibus feudorum.verſ.iij.limitatur,& verſi.feudum hereditarium,cum concordantibus ibi per Socin. Iun. in d.conſi.lxviij.

VXOR relicta à marito domina,& vſufructuaria inſtitutis filiis,ſi ipſis viuentibus habet ſolùm alimenta cum præeminentia in domo, quam habebat viuo marito,tamẽ,ſi filij decedant,efficitur de alimentaria vſufructuaria,vt eſt Communis concluſio Doct.maximè Bar.in l.Titia cum teſtamento.§.Titia,de leg.ij.Et idem Bart. & alij in Auth. hoc locum.C.ſi ſecund.nupſ.mul.Hæc refert Soc.Iun.in conſi.lxxiiij. numer.3.volum.iiij.

*FINIS.*

# COMMVNIVM OPINIONVM CLARISSIMI I. V. DOCTORIS DOMINI FRANCISCI VIVII AQVILANI.

## LIBER SECVNDVS.

Ab innumeris Typographi mendis hac editione liberatus.

A

### OPINIO PRIMA

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolui à iuramento an quis debeat, de eo ſolus Papa cognoſcit & abſoluit.*

2 *Abſolutionem à iuramento ſi quis obtinere velit, requiritur citatio partis aduerſæ, maximè ſi iuramentum eſt confirmatorium contractus, quæ magis communis eſt ſecundum quoſdam, vt nu.3. Contrariam tamen alij magis communem dicunt, vt nu.4.*

5 *Abſolutio ſi petatur à iuramento quod ſit confirmatorium contractus, requiritur partis aduerſæ citatio, hæc magis communis eſt.*

6 *Abſolutio ſi petatur à iuramento, ad finem & effectum diſſoluendi contractum, omninò requiritur citatio partis aduerſæ.*

7 *Abſolutio non tenet quando Papæ fuerit ſubrepta.*

8 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de cauſis ſubreptionis abſolutionis à iuramento.*

9 *Cautela pro impetrare volentibus abſolutionem à iuramento quò ad effectum agendi. Alia item cautela pro iiſdem nu.10.*

11 *Habilitatus ad effectum agendi vel excipiendi, cenſetur abſolutus ad ad effectum reſcindendi contractum, ſecundum quoſdam, Contrarium tamen verius eſt, vt nu.12.*

ABSOLVTIO à iuramento vbi dubitatur, vtrum quis abſolui debeat ab ipſo iuramento, vel ne, nullus inferior à Papa poteſt de hoc cognoſcere, vel talem abſolutionem facere, ſecundum Io.de Imol.in capitulo cùm contingat, in iij.memb.in fin.de iureiur.Alexand.conſ.xlij.vol.j.& ccxxiij.vol.ij.Soci.conſ.cxv.vol.j.Corn.conſ.lxxj.vol.iij.& hoc idem videtur innuere, & habere pro conſtanti Afflict.deciſ ccxx.nu.9.& 11.& Feli.in cap.ij.ex literis Syluani.de ſponſ. Licet ipſe, & malè, variauerit. in cap.j.ex.de iureiur. Et abſolutio iſta nihil prodeſt impetranti parte non citata, quoniam requiritur citatio in obtinendo abſolutionem prædictam, ſecundum Ioan.Andr.in addi.Specu.in titu.de iureiur.ſuper rub.in add.fin.Ant.Imol.& Card.in cap.debitores de iureiur. Federic.de Senis conſ.ccc. factum proponitur eſſe tale, Ancharan.conſ.cxcix.prædictis ſubtiliter, Alexan.conſ.xxxvj.vol.iij.& conſ.xc.viſis actis, vol.ij.cum aliis cumulatis per Curt.conſil.xliij.& conſil.lxv.vbi concludit quòd pars ſemper citanda eſt, quando abſolutio concedi non poteſt ſine cauſa, quod tenet etiam Socin.conſ.lix.volumine tertio, nume.15.& Corne.conſ.xlv.lib.ij.vbi dicit,& firmat, quòd ſemper pars quæ læditur citanda eſt, quando iuramentum eſt confirmatorium contractus, & Paul. Caſtrenſ.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſor.inquit fatuos eſſe iudices, qui purant poſſe abſoluere à iuramento confirmatorio, & opinionem hanc ſequitur etiam Alexand.in l.heres abſens.ff.de iudic.vbi ponit eſſe veram, & eandem magis communem aſſeuerat, ſequendo,& approbando Marſil.in repet.l.de vnoquoque, nume.193.& ſequent.ff.de re iudi.& conſulendo Ioann.de Amicis conſil.xxxiiij.num.7.& ſequent.& pro iſta parte ait ſe pluries conſuluiſſe Cardi.in d.capitu.debitores. Licet Doct.in cap.j. de iureiur. videantur ponere regulam, abſolutoriam à iuramento poſſe concedi parte non citata,& quòd habilitatio ſeu abſolutio à iuramento quo ad effectum agendi fieri poſſit, etiam parte non citata,& eſt communis opinio omnium ſcriben. teſte Alciato, in d.cap.cum contingat, num.124.& magis communem fatetur Afflict. in d.deciſ.ccxx.numer.10. Nihilominus quo ad numerum illuſtrium Doct.iudicio meo, prior opinio videtus magis communis, ideò rationabiliter dixit eam magis communem Marſil. in loco præcitato, & eam tanquam veriorem,& communiorem ipſe ſequor,& amplector, & ſequitur quoque pluribus rationibus, atque limitat in ſex caſibus Tiraquell.in tract.res int.al.ac.in limit.xxx. Sed vbicunque peteretur abſolutio à iuramento ad finem, & effectum diſſoluendi contractum penitus,& omninò citatio requireretur,& neceſſaria eſſet abſque dubio aliquo, ſecundum Doct.omnes vno ore, in d.capitu.cùm contingat, vbi Alciat.meminit iſtam eſſe communem opinionem. Et dato citra veri præiudicium quòd concedi poſſit abſolutio à iuramento interpoſito in contractu ex cauſa iuſta allegata in reſcripto Apoſtolico quo ad effectum agendi abſque partis citation: ſecundum communem præmiſſam, tamen ſi Papæ fuit obreptum, vel ſubreptum in impetratione huiuſmodi abſolutionis, talis abſolutio non valet, neque tenet. Et iudex ſecularis poteſt cognoſcere de iſtis cauſis,& ſubreptionibus abſolutionis prædictæ à iuramento, ſecundum Anchar. conſil.ccclxxxij.retento ordine, vbi tenet quod iudex ſecularis non obtemperat eccleſiaſtico iudici, niſi, quando ipſe proceſſit iuris ordine ſeruato, aliàs ſecus,& ſequitur Fely. ad id plura adducens, in cap. cùm ſit, de foro competen.& ſic oppoſitione facta per partem quòd abſolutio eſt ſubreptitia poteſt de hoc cognoſcere iudex ſecularis, & ita fuit deciſum per ſacrum conſilium Neapol. ſecundum Afflict. in dicta deciſ. ccxx. numero nono, & vndecimo. Ideò aduertere debent impetrantes reſcripta à ſummo Pontifice ab abſolutione à iuramento quo ad effectum agendi, vt petere debeant relaxationem à dicto iuramento nedum ab vno, ſed ab omnibus iuramentis præſtitis in contractu, ſeu contractibus gradatim, ordinatim, & ſucceſſiuè, ac explicitè & expreſsè non autem relatiuè,& implicitè, ſecũdum Socinum in dicto conſ.lix.numero decimo.& Feli. in dicto capitulo debitores, vbi allegat Bald.in l.ſecunda, ff.de iureiur.in repetit. Et ſimiliter animaduertere debent impetrantes iſti abſolutionem à iuramento, vt faciant mentionem in reſcripto apoſtolico, quòd impetrans ipſe iurauit in contractu ei non contrauenire, ſed omnia,& ſingula vera eſſe,& non petere abſolutionem, etiam ad effectum agendi, vbi hoc in contractu ipſe promiſit modo,& forma, vt ſuprà,& prędictis clauſulis appoſitis, aliàs hoc non expreſſo ſpecificè abſolutoria contra tale iuramentum non valet,& ſic impetrans iſte non eſt abſolutus, neque habilitatus, ſecundum Bald.& Io.de Imol.in l.hæc ſcriptura.ff.de cond.& demon.Curt.in d.conſ.quadrageſimoterrio, & Socinum in d conſil.quinquageſimonono, numero decimo.Ant.& alios in d.cap.j.de iureiuran.& Affiict.in dicta deciſ. ccxx.numer. vndecimo & ſeq. Cæterùm caſu, quo quis habilitatus eſſet à iuramento ad effectum agendi, atque excipiendi, cenſeretur quoque abſolutus ad effectum reſcindendi contractum, ſecundum Paulum Caſtrẽſ.conſ.cclix. volumine ſecundo. Afflict.in conſtitu. obſcuritatem, ſub numero vigeſimoquarto, rub.xl.lib.ſecundo, et ſacrum regium conſilium Neapol. teſte Affiicto deciſio cccxxij.Dominus, ſub numero vndecimo et ſeq. In contrariam verò partem videlicet, quòd neceſſariò peti debeat iterum abſolutio, et quòd prima nequaquam ſufficiat, inclinauit Felin. in dicto capitulo primo, de iureiur. et Rota Bononienſis, vt deducit Petrus de benitendis deciſio.xiiij.quidam fuit abſolutus, quorũ quidem opinionem tanquam tutiſſimam, veriſſiamque ipſe ſequor.

### OPINIO II.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio redhibitoria durat ſex menſibus vtilibus, Limita. vt numero 5.*

2 *Actio redhibitoria datur per actionem ex empto, ex quatuor cauſis, ſcilicet ob morbum, quando abeſt quod adeſſe debet, & quando adeſt quod abeſſe debet, quando non cauit venditor de iis quæ cauere iubent ædiles.*

3 *Actio redhibitoria datur, quoties emptor ſi ſciuiſſet vitium rei venditæ, eam non emiſſet.*

4 Actio

4 *Actio redhibitoria perſonalis, quanto minoris & ſimilis competit etiam contra eum qui bona fide contractum fecit Limita. vt nu. 5.*

6 *Proteſtatio generalis, quod venditor nolit de aliquo vitio tenori, nihil eum releuat, quando vitium ſciuit, & non indicauit.*

*Succumbens in Redhibitoria, poteſt agere intra annum Quanto minoris.*

ACTIO redhibitoria durat ſex mēſibus vtilibus. vt l. cùm proponas. C. de ædilitiis actio. et l. ſciendum. §. fin. ff. eod. tit. Et conceditur actio hæc redhibitoria emptori per actionem ex empto ex quatuor cauſis, ſcilicet ob morbum, ob vitium, nec non quando pronunciatum eſt quid adeſſe, quod abeſt, vel abeſſe, quod adeſt, item quādo nō cauerit venditor de iis, de quibus iubent cauere ædiles, ſecundum Azo. in ſumma ſuper. C. de ædili. actio. §. fit autem. Et vt clarius, apertiúſque hoc intelligas, actio prædicta redhibitoria datur, quando emptor ſi ſciuiſſet rei venditæ vitium, eam nullo modo emiſſet. l. prima. §. quicunque. ff. de ædili. actio. ideò agit is intra ſex menſes ad redhibitionem, vt venditio reſcindatur omninò. l. redhibere. ff. de ædil. edi. l. ſecunda. C. de ædilit. actio. et d. l. ſciendum. § tempus. Et actio iſta redhibitoria perſonalis, quanto minoris, et ſimilis competit, etiam contra eum, qui bona fide contractum fecit. l. tenetur. ff. de actio. empt. Sed limitatur, ſeu interpretatur hoc quòd actio iſta redhibitoria præſcribatur, tollatur, & extinguatur, quo ad vtrunque forū pontificium, ſcilicet & ſeculare ſpatio, & tempore prædicto ſex menſium legibus definito, etiam aduerſus eum, qui malam fidem habuiſſet, ſecundum Paul. Caſtrenſ. in l. ſequitur. §. ſi viam, nu. 6. poſt medium. ff. de vſucap. Panor. Felin. in c. fin. de reſcript. Balbum, in tract. de preſcrip. in ij. par. iij. par. princ. quæſt. xiij. Crotum, in l. nemo poteſt. nume. 117. ff. de leg. j. & in l. omnes populi, concluſi. xj. de iuſti. & iur. & iſtorum opinio communis eſt, prout teſtātur Moder. in d. c. fin. & eam ſequitur quoque Mattheſ. ſing. xxiij. Panor. in c. quoniam, poſt Butri. & ibi Felin. de præſcript. ſcribit iſtam eſſe communem ſententiam. interpretatúrque prædicta ſimiliter non procedere. vt non competant dictæ actiones emptori, qui ſciuerit rei emptæ vitium. l. j. §. ſi intelligatur. ff. de ædili. actio. & not. Corne. conſ. lxxxj. num. 1. vol. iij. Tamen vendens animal alicui, dicénſque illud vendere cum ſuper oſſibus, ſchinellis, pro bulſo, marcio, & fragido, & cum alia quacunque generali proteſtatione, & quòd non vult denique de aliquo alio vitio teneri, tunc ſi animal hoc morbo antiquo vexatum ſit, de quo venditor ipſe quomodocunque, & qualitercunque notitiam habuiſſet tenetur ſpecificè notificare proprium vitium, nec ſufficit potaſtatio præmiſſa ſub generalitate verborum, & quod non vult teneri, & cætera, & ſic venditor ex quo non notificauit proprium vitium tenetur in hoc caſu redhibitoria, & reſtituere pretium, & reaccipere ſuum animal, ita in terminis conſuluit Corn. in d. conſ. lxxxj. cæterùm extincta actione redhibitoria quanto minoris, & ſimili adhuc remanet obligatio in animæ iudicio ad damni compenſationem iuxta diſtinctionem ſancti Thom. in ſecunda, ij. quæſtione lxxij. artic. iij. Maior. in quarto ſententiarum diſtinct. xv. quæſt. xl. articu. iij. Syluest. in verſ. empt. quæſtione xix. Caiet. in dicto artic. iij. & Mattheſi. in d. ſing. xxiij. Imo ſi quis egerit redhibitoria, & ſuccubuerit poteſt agere poſtea intra annū quanto minoris, ſecundum Bald. in l. pen. C. de ædilit. actio. Cremen. ſing. clxiiij. & Cottam in memoriali, in ver. actio redhibitoria.

## OPINIO III.

### SVMMARIVM.

*Actio dotis mulieri competens, marito ad inopiam conſtante matrimonio vergente, nec cum iuramēto quidē per ipſam alteri cedi poteſt.*

ACTIO dotis competens mulieri, conſtante matrimonio marito vergente ad inopiam, cum iuramento per ipſam mulierem alteri cedi non poteſt, ſecundum Bald. & Salyc. in l. j. C. de priui. dotis, & Iaſ. cum aliis relatis per eum, in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. Curti. Seni. conſ. lvij. per totum, vbi refert alios doctores contrariæ opinionis. tollítque omnia obſtacula, & ſequitur etiam Socin. Iun. conſulendo conſ. lv. nu. 115. vol. ij. vbi iſtam opinionem æquiorem communiorémque vocat.

## OPINIO IIII.

### SVMMARIVM.

*Actio Seruiana ſeu interdictum Saluianum cui, pro quibus rebus, & contra quos competat?*

ACTIO Seruiana, ſeu interdictum Saluianum competit locatori pro rebus coloni illatis, etiam contra extraneum poſſeſſorem, & ſic pro rebus coloni inuectis competit locatori directum Saluianum ipſum, vtile autem locatori competit pro rebus inquilini, & cuilibet creditori etiam, vt eſt caſus, in l. prima. C. de ſalui. interdic. competítque non ſolùm contra conductorem, ac debitorem, aut inquilinum, atque eorum heredes. vt d. l. j. & ibi Bald. verùm etiam contra quemlibet extraneum poſſeſſorem, vt eſt text. in l. j. §. j. ff. de ſalui. interdi. & ibi Bar. & ſic ſaltem vtile Saluianum competit pro rebus inquilini, ſecundum gloſ. in ver. coloni, Fabrum, Areti. Iaſ. & Bellonum, num. 23. in §. item Seruiana, inſt. de actio. vbi firmat iſtam eſſe cōmunem opinionem, & cum ea ſentiunt quoque Bartol. in dicta l. j. ff. de ſalui. inter. Bald. & Saly. in l. certi iuris. C. locati, & Neguſantius, in trac pe pignoribus, in ij. part. iiij. membro, num. 133.

## OPINIO V.

### SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actione tenetur dicens,* Tu *mentiris, etiam præmiſſa proteſtatione Saluo honore tuo, &c. Cautela in tali caſu, remiſſiue. nu. 2. Limit. 1 ſi quis prouocatus & ad ſui defenſionem. diceret nu. 3. Item quando quis obiiceret crimen quod Reipublicæ intereſſet ſcire numero 4.*

3 *Compenſatio non habet locum in Actione iniuriarum, nec repropeperare licet.*

ACTIONE iniuriam experiri, atque agi poteſt contra dicentem tu mentiris per regulam, & ſic iſte ob huiuſmodi verbi iniurioſi prolation ē non obſtante proteſtatione præmiſſa. & facta ſaluo honore, pace, vel reuerentia tua tenetur ſimul ac puniri poteſt actione iſta iniuriarum ſecūdum Dy. Bar. Ang. Paul. Caſtren. Alex. & cæteros omnes, in l. ſi quis extraneus, in prin. ff. de acq. here. per text. ibi, Abb. in c. cum te, de re iud. Ang. Aret. in tract. malefi. in ver. verba iniurioſa, & contumelioſa, nu. 9, & ibi Aug. in add. Albe. de Roſa. in tract. ſtatuto. in ij. par. q. xliij. Bar. in l. apud Labeonem. §. j. ff. de iniu. Fel. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Alex. in l. ſi pepercerit, num. 5. ff. de libe. & poſthu & Iaſ. in l. non ſolum. §. morte, nume. 47. ff. de oper. no. nun. vbi oſtendit iſtam veram, communémque opinionem fore, & eam ſequuntur, & limitant pariter Alex. num. 3. & Iaſo. num. 3. cum aliis ſeq. in l. fi. ff. quòd quiſque iuris. & Boeri. conſ iiij. num. 10, 24. 25. 17. 29. & 32. & in conſuetu. Bitu. conſ. j. & Tom. Ferrat. in cautela. xxxix. Vbi tradit remedium poſt alios ſignatos per eum euitandi actionem iniuriarum in caſu iſto, quod tutiſſimum eſſe reor. Cæterum hoc coarctaretur non procedere vbicunque quis diceret tu mentiris prouocatus, & ad defenſionem ſuæ innocentiæ, tunc enim iniuria nòn colligeretur, nec colligi poſſet ex iſtis verbis ita, & taliter prolatis. ſecundum Bar, in l. eum qui nocentem. ff. de iniu. gul. de Cu. Bald. Ang. Alex. num. 3. et Iaſ in d. l. fin. quod quiſque iur. Abb. in c. fin. ex de Iniur. Philipp. in d c. cū te, Boeri. in d. conſi. iiij. ſub nu. 25. & 29. & Alex in d. l. & ſi pepercerit, num. 7. Item non haberet locum memorata communis ſententia, quādo quis improperaret alicui delictum extra iudicium, et per conſequens infamaret eum de certo crimine, videlicet, quod mitriatus extitit, vel eſt latro, vel ſpurius, et crimen, ac infamia hæc vera quidem ſit, atque interſit reipub. ſcire, vt infamia ipſa appareat, ne ad dignitates admittatur non teneretur actione iniuriarum, vt voluerunt Pet. Cy. et Alberi. in l. ſi non conuitij, in q. 8. C. de iniu. Bar. in d. l. eum qui nocentem, Bald. Areti. et Nico. Neapol. inſtitu. de iniur. in prin. Alex. in d. l. et ſi pepercerit. nu. 6. iſtorum opinionem communem eſſe perhibet, et ſequitur etiam latè conſulendo, et communem dicit Boer. in d. conſ. iiii. num. 36. cum aliis ſeq. et 46. et Paleotus, in tract. de nothis, et ſpuriis: cap. lxiiij. In contrariam verò partem inclinauit ſacrum regiū conſilium Neapolitanum, teſte Gramm. deciſio. xxxvij. nullam mentionem faciendo de communi præmiſſa. Sed aduerte quòd compenſatio non habet locum in actione iniuriarum, vt ſic iniuriatus repropeperare nequit iniuriam aduerſus iniuriantem proferendo ſimilem, ſeu maiorem iniuriam, ſecundum Doct, præcitatos, Boer. in d. conſilio iiij. nu. 20. et ſeq. et Capicium cum aliis congeſtis pèr eum deciſio. lviij. in cauſa Nicolai de Capullo, vbi recitat in facti contingentia ita deciſum fuiſſe in ſacro conſilio Neapol.

## OPINIO VI.

### SVMMARIVM.

*Actiones datiuæ non tranſmittuntur ad heredes. Licet alii contrariū teneant. vt nu. 2. prima tamen verior vt nu. 3.*

ACTIONES datiuæ non tranſmittuntur aliquo modo ad heredes, ſecundum glo. fi. in l. cum precario. ff. de precario, et in l. fin. ff. de eden. Iaſ. cum aliis relatis per eum, in l. iuriſgentium. ff. de pact. et Couarruuias, in c. poſſeſſor, de regu. iuris, li. vj. par. ij. §. j. num. 4. vbi refert iſtam communem opinionem fore. In contrariam verò partem, videlicet, quod ipſę actiones datiuæ tranſeant ad heredes inclinauere Dec. cum quamplurimis congeſtis per eum, in l. cum mora. nu. 7. C. de tranſactio. et Gregorius Lupus, in l. vij. ti. iiij. parte v. et Emilius Ferrettus, in d. l. iuriſgētiū §. et ideò, vbi exiſtimat iſtorū opin. communem eſſe. Tamen prima opin. verior apparet, prout oſtendit Couarruuias. in d.

c.poſſeſſor,atque ei tanquam magis communi inhærere tutiſſimum exiſtimamus.

## OPINIO. VII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Actiones reales Iure canonico & ciuili tolli non poſſunt per præſcriptionem xxx.vel xl.annorum,ſecus de perſonalibus, ſecundum quoſdam.Contrarium tenent alij,nempe quòd etiam perſonales cum mala fide nullo tempore præſcribantur,quæ & verior eſt. vt nu. 2.& 3.*

4 *Actiones perſonales de iure canonico, & in conſcientia cum mala fide debitoris nullo modo præſcribuntur ſpatio xxx. annorum maximè iuramento interueniente.*

5 *Lex ſecularis cedit pontificiæ,vbi de peccato vitando agitur.*

ACTIONES reales iure canonico & ciuili tolli non poſſunt per præſcriptionem xxx.vel xl.annorum,ſed actiones perſonales vtique extinguntur præſcriptione inducta iure ciuili xxx.annis, etiam mala fide,ſecundum Hoſt.in ſum.de præſcri.rer.immob.§. res.verſic. actiones perſonales.Bart.in l.hæc autem iura.ff.de ſeruit.vrb.prædio. Bal.conſ.ccccxxxvij.volu.j.Bart.& Roma.in l.ſequitur.§. ſi viam.ff.de vſucap.Boniſ.in clem.de re iudi.Corn.conſ.ccvj.vol.ij.& conſ.ccxcvj. vol.iij.Bellameram,in c.ſi.de præſcrip .deciſio,Toloſa.lxxiij.Papien.in ſua pract.in for.reſponſionis rei conuenti ſuper verb.præſcriptionis, & Moline.ad Alex.conſ.xcix.vol.iiij.qui preſupponunt iſtam opinionem, ac diſtinctionem veriorem, & communem fore, & in practica obſeruari. In contrariam verò partem inclinarunt Panor.& alij omnes,in d.c.ſi. gl.Ancha.& Francus, in reg.poſſeſſor malæ fidei, de reg. iuris,lib.vj.Paul.Caſt.conſ.xcviij.lib.ij. Alex.d.conſ.xcix.vol.iiij.& cõſ. cij.vol.j.in ſi.Ancha.conſ.v.quorum opinionem ſequuntur, & explicant communem eſſe Imol.nu.19.& Feli.in d.c.ſi. Balb.in tract.præſcrip.in ij.par.iij.par.prin.q.xiij.Imol.in d.§.ſi viam.Crotus,in l.nemo poteſt,& ibi Ripa,nu.116.ff.de leg.j.Gratus conſ.xlj. vol.j.& Gomeſi. inſtit.de actio.in princ.nu. 68.& eandem ſententiam tuetur Fortun. in tract.de vltimo fine.illat.ij.& tenet Mattheſi.ſingu.xxiij. videlicet, quòd actiones perſonales præſcribi non poſſint à debitore, qui ſciuerit ſe debitorem eſſe,etiam triginta,vel quadraginta annorum curriculo,ac ſpacio,& ſic actiones pariter perſonales,cum mala fide nullo tempore præſcribuntur, ſecundum opinionem iſtam vltimo loco relatam,quæ ex deductis magis communis apparet, & ab ea in iudicando,conſulendóque tanquam magis communi ſinceram iuris veritatem profitendo nullo pacto diſcedendum eſſe exiſtimo. & hinc deducitur alia concluſio,quòd actiones ipſæ perſonales de iure canonico,& in conſcientia cum mala fide debitoris nullo modo præſcribuntur ſpatio triginta vel quadraginta annorum,& præcipuè interueniente iuramento,ſecundum Angel.& Roman.in dicto §.ſi viam. gloſſ.Bald.& Imo .in dicto capitulo fin.& Iaffredum poſt alios complures relatos per eum deciſ. cxlviij.actiones perſonales,nam vbi de peccato vitando agitur lex ſecularis cedit, & ſubiicitur Pontificiæ, quo ad vtrunque forum.gl.eſt ordinaria,in d.reg.poſſeſſor, cum qua tranſeunt ibi Francus,& omnes & Fel.in c.in cauſis,de teſtibus.& in c.j.& in c.eccleſia,de conſtitu.

## OPINIO VIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Aduocatus poteſt compelli ad ſuſcipiendam delegationem.*

2 *Aduocatus cogi poteſt litigantibus conſulere.*

3 *Aduocatus non poteſt cogi ad ſubeundum officium aduocationis & poſtulationis,niſi vrgente neceſſitate.*

4 *Aduocatus pro ſuo patrocinio poteſt petere & conſequi ſalarium,ſecundum quãtitatem negotij,conditionem clientuli,conſuetudinem loci,& grauitatem,facundiam & excellentiam ſuam,dummodò non excedat centum aureos,& hoc non ſolùm procedit de iure canonico,vt nu.5.*

6 *Aduocatus poteſt petere ſalarium, etiam ſi lis amicabiliter compoſita fuerit.*

7 *Aduocatus poteſt cogere clientulum ſuum ad præſtationem ſalarij officio iudicis mercenario.*

8 *Aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalarium dimittere poteſt clientulum ſuum & adhærere parti aduerſæ, ſecundum Amanellum in ſingul. ccliij.quod tamen authori non placat & rectè.*

9 *Aduocatus inſtructus & edoctus de Iuribus partis,cui promiſerat patrocinium præſtare,ſi eam relinquat,& parti aduerſæ adhæreat, incidit in crimen falſi,non autem præuaricationis.*

ADVOCATVS poteſt compelli ad ſuſcipiendum delegationem ſecundum Bart.in l.ſancimus,la prima, nu.2.C.de aduoc.diuerſo.iudicio.& ſimiliter ipſe aduocatus cogi poſſet litigantibus conſulere,ſecundum gloſ.in l.ij.C.de proxi.ſacro. ſcri.lib.xij.& Bar.in d.l. ſancimus,quorum certè opinionem affirmat eſſe communem Felin. in c.ſi pro debilitate,de off.deleg. Iaſ.in l.iij.aliàs cum qui res,nu. 13. C.de procuratoribus, & Ripa,in tract.de peſte, in tit.de remediis ad curandam peſtem,numer.89.ſed idem aduocatus cogi non poſſet ad ſubeundum officium aduocationis,& poſtulationis, niſi vrgente neceſſitate,vt per Barto.in d.l.ſancimus in ſummario,& aduocatus iſte pro ſuo patrocinio poteſt petere,& conſequi ſalarium,& mercedem, ſecundum qualitatem negotij, conditionẽ clientuli, conſuetudinem loci,& grauitatem,facundiam, & excellentiam ſuam,dummodò non excedat centum aureos.l.j.§.in honorariis.ff.de var.& extraor.cognitio.per quem tex.ita voluit gl.in l.j.§.ait prætor, in ver.non habebũt. ff.de poſtu.& Zaſius,in §.tripli.nu.20.inſt.de ac.& non modò procedit de iure ciuili,ſed de iure etiam canonico, vt habetur, in c.non licet.ij.quæſt.iij.& tenet gl.& Cardin.in c.qui ſtudet.j.q.j. & Gui.Pap. in quæſt.cxc. & ſalarium hoc aduocatus petere poteſt, etiam quòd cauſa, & lis non terminetur mediante ſentẽtia diffinitiua iudicis, ſed per amicabilem compoſitionem gl.in l.fi.in ver ex euentu.ff.manda. Spec.in tit.de ſala.in §.ſequitur,ver.ergò ſi litigator,et Iaſ.in §.tripli. inſtit.de actio.quia non ſtat per eum cauſam ipſam adiuuare, et pactum obſeruare,ſecundum Gui.Pap.in q.cij.nu.2.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionẽ,quam ſequitur Cagnolus, in l.diem functo.num.156.ff.de offi.aſſeſſ.et aduerte,quòd aduocatus pro præſtatione, et ſolutione ſui ſalarij poſſet cogere clientulum ſuum officio iudicis mercenario,ſecundum Bar.et omnes, in l.properandum.§.illo proculdubio,in princip.C.de iud. imò intrepidè dixit Amanell.in ſingu.ccliij.quòd aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalarium dimittere poteſt clientulum ſuum, hærereque parti aduerſæ, et eam totis viribus iuuare per gloſ.in fin.in l.j.C.de aduo.fiſci,ſed id agens in regno Neapolit.certè nedum maxima reprehenſione dignus foret, ſed pœna etiam non leui plectendus veniret, quod optimè ſancitum eſſe exiſtimo,tam pro conſeruanda grauitate aduocatorum, quàm etiam pro falſitatibus excludendis,remouendis, ac penitus euitandis, ideò potius ſuaderem aduocato, vt totum ſalarium ſibi occaſione poſtulationis debitum amitteret, quàm cum perpetua eius infamia parti aduerſæ inhæreret,quinimò meminiſſe eos oportet aduocationis officium de iure diuino eſſe, et Chriſtum Saluatorem noſtrum, quandoque pro ſalute humani generis multorũ aduocati ſubiiſſe munus, quod eleganter pluribus comprobat Caccialupus, in tract.de aduo. q.j.et aduocatus inſtructus, informatus, ac edoctus de iuribus vnius partis,cui promiſerat patrocinium præſtare,ſi deinde eam relinquat, et pro altera patrocinetur incideret quippè in crimen falſi, non autem præuaricationis, vt voluit Bart.in l.j.ff. de præuaricato. cui omnes communiter inhærent, Alciat.quoque,in l.præuaricatores. ff.de verb.ſig.et Aegid.Boſſius,in practi.crimi.in tit.de præuaricatoribus, nu.2.et 5.vbi facit mentionem de iſta communi opin.

## OPINIO IX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Adulter debet puniri pœna mortis naturalis, vltimique ſupplicij.*

*Adulteriũ eſt proximũ crimen læſæ maieſtatis,& eſt furto longè grauius.*

3 *Adultera olim plectebatur pœna mortis,ſed ſecundum ius Auth.verberari debet,& in monaſterium detrudi.*

4 *Maritus adulteram recipiens,eam poſtea accuſare non poteſt.*

ADVLTERI puniri debent pœna mortis naturalis vltimíque ſupplicij,ſecundum omnes Doct. per tex.ibi, in l.quamuis. C.de adulte.gloſ.et cæteros,in c.tuæ,de procurator.vbi Imol.inquit quòd Legiſtæ ita communiter tenent,et iſtam magis communem fore aſſeuerat Alex.conſ.xiij.nu.3.volu.vij.nec lex iſta contra adulteros lata iniqua cenſeri debet,cùm de ea meminerit in ſpecie Caieta.in ij.ij.q. lxiiij.artic.xj.Tho.et Palud.in iiij.ſententiarum diſt.xxxvij.q.xj.articu. j.et Ioan.Maior.in iiij. ſententiarum diſt. xxxv q.j. imò ſimiliter lege Moſaica erat ſtatuta eadem mortis pœna contra adulteros Leuit.xx. quoniam adulterium eſt grauiſſimum crimen, vt per Doct.in c.at ſi clerici.§.adulteriis,ex.de iudi.et dicit Bertra.conſ.cccxvj.nu.12. et 14. vol.ij.quòd adulterium crimen eſt læſæ maieſtatis in proximum, et eſt furto longè grauius,et ita ſunt grauiſſima facinora adulterium, et raptus quòd conatus in eis punitur,vt tenet idem Bertrand. conſilio clxix.nu.1.vol.iij.licet contrarium tenuerit Marſil.in raptu, in conſil. cv.et hæc mortis pœna in adultero in regno Neapol.mutata non reperitur,teſte And.de Iſer.et Affli[illegible].in prin.in conſtitutio.legum aſperitate, lib.iij.rub.xliij.et hacmet pœna mortis plectebatur adultera quoque l.caſtitatem,et d.l.quamuis,C.de adult. ſed iure authenticorum mutata extitit in aliam mitiorem, videlicet,vt adultera verberari debeat,et poſt modum in monaſterium detrudi, iuxta authen.ſed hodie,C.de adulter. et notat Placentinus in tract.de accuſatio.titulo tertio,numero decimoquarto,conſtitutione autem regni præcitata,

legum

legum aſperitate, punitur adultera confiſcationis bonorum pœna, niſi ex matrimonio violato, ſeu alios filios habeat, traditúrque viro ſuo, vt truncare ei naſum debeat, atque poſſit. verùm ſi vir hoc agere nolit public flagellanda venit. & ſic in iudicio probato adulterio conceditur marito vindicta prædicta trũcationis naſi, ſi verò in actu ipſo adulterij maritus reperit vxorem cum adultero, ambos ſine mora protracta poteſt impunè occidere ſecundum conſtitutio. eiuſdem regni, ſi maritus vxorem, ſed aduerte quòd quando maritus recepit mulierem adulteram, & eam reconciliauit, non amplius poteſt eam accuſare, vt voluit Afflict. in conſtit. qui poſt crimen in ij lib.

## OPINIO X.

### *SVMMARIVM.*

*Clericus adulter deponitur ab officio ac beneficio, & in monaſterium detraditur toto tempore vitæ ſuæ.*

ADVLTER clericus deponitur ab officio, ac beneficio, & in monaſterium pariter detruditur toto tempore vitæ ſuæ, vt habetur in c. ſi quis clericus. lxxxj. diſt. & idem tenet gloſ. & Archid. in c. lator, ij. q. vij. Goffre. Bernar. Lauden. Io. And. Abb. & Imol. in ca. vt clericorum, de vita & honeſt. cle. Io. de Ana. in c. vt ſignificauit ext. de adult, & iſta eſt communis opinio, teſte Ana. ibi, Io. Ber. Diaz. in pract. crim. c. lxxix. in prin. & Paulo Grillando in tract. de pœnis omnifariam coitus illiciti. q. vj. nu. 1. cum aliis ſeq. licet & malè ibi contrarium ſuſtinere, probaréque audeat.

## OPINIO XI.

### SVMMARIVM.

1 *Aedificare poteſt quilibet in area vel ſolo ſuo, recipiens ſtillicidiũ, dummodò ſeruitus debita ſtillicidij non impediatur, & ædificans ſtillicidium recipiat.*

2 *Aedificans iuxta murum alterius, ius ſtillicidij habentis, debet relinquere pedem vnum, & ille pes ſumendus eſt à muro, niſi conſuetudo loci obſtet.*

3 *L. fin. de fin. reg. procedit tam in prædijs vrbanis quàm ruſticis.*

ÆDIFICARE poteſt in area ſua, ſeu ſolo recipiẽs ſtillicidium, dummodò ſeruitus debita ſtillicidij non impediatur, & ædificãs ipſe ſtillicidium recipiat, ſecundum gl. Bar. Odof. Flor. & omnes, in l. ſeruitutes. §. fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. quorum opinionem inquit communem Sali. conſ. cxlj. & Cæpolla, in tract. ſeruit. in c. de ſeruitute ſtillicidij. q. vij. nu. 7. licet ipſe aliter ſentiat, & temerè quidem, cæterùm abſque dubio aliquo procederet communis iſta, vbi recipiens ſtillicidium ædificaret citra, & non vltra, cùm nullum ius competat vicino citra ſtillicidium, vt declarant Docto. omnes in locis præmiſſis, & eſt text. in d. §. fi. Et aduerte quòd ædificans iuxta murum alterius debet relinquere vnum pedem per l. fi. ff. fi. reg. ſed vnde capiendus ac ſumendus ſit pes ab ipſo muro, ſeu à loco vbi cadit ſtillicidium, & in hoc iudicio meo inſpicienda foret conſuetudo ciuitatis, cùm conſuetudo quemcunque actum regulet. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic. Deci. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iuris, Felyn. in c. j. de probatio. & ita arguit Cæpolla, in d. tract. ſeruit. in c. de ſolo, & area, nu. 2. ſed vbi ceſſaret conſuetudo, & res iuri communi decidenda eſt, pes ſumendus foret à muro, non autem à ſtillicidio, præcipuéque vbi area, in qua ſtillicidium cadit eſſet illius recipientis, vnde concludendum eſt, quòd in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mãdata. C. mandati, ideò ei licebit intra locum, vbi cadit ſtillicidiũ ædificare, & aduerte ſimiliter, quòd d. l. fi. ff. fi. reg. procedit tã in prædiis vrbanis, quàm ruſticis, vt latè concludit Cæpolla, in d. tract. ſeruit, in c. de pariete, & muro, nu. 2. vbi dicit ita ſeruari.

## OPINIO XII.

### *SVMMARIVM.*

*Aedificare in ſolo ſuo & opus facere quis poteſt, etiam quòd vicino noceat dummodo non nocendi animo faciat, & ſi ex hoc ædificium vicini ruat, non tenetur ædificans. nu. 2.*

ÆDIFICARE in ſua area, ac ſolo quis poteſt, & in eo opus facere, etiam quòd vicino noceat, dummodò animo nocendi non faciat. l. j. §. denique. C. de aqua plu. arcen. & ſi ex hoc ædificium vicini ruat, non tenetur ædificãs, vt probatur, in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infecto, imò ſi ædificium iſtud aliquo tractu temporis præbuerit vicino iuuamen, & poſtmodum velit dominus amouere alicuius ſuæ commoditatis, & intereſſe gratia nihil ſibi imputandum eſt, ſecundũ gl. in d. l. fluminum. §. fin. & ſic ædificans in iſtis caſibus non teneretur de damno infecto aliquo modo, & licet in hoc, & circa hoc ſtipulatio interponi non debeat tamen ſi interpoſita fuerit, & ædificans ſe obligaſſet ſpontè, ex certa eius ſcientia, & non per errorem aliquem, & ſic ſciens non teneri ad damnum reſarciendum teneri voluit, tenetur & tenaciter obligatur, ſecundum gloſſ. Dyn. Iacob. de Aretin. & Bart. in dicta l. fluminum §. fin. & Corne. conſilio cclxxxij. numero quinto, volumine quarto, vbi recitat iſtorum opinionem eſſe communem, & ſuadet ſequendam fore.



## OPINIO XIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Alimenta præſtare obligatus, tenetur quoque medicinas præſtare.*

2 *Alimentorum appellatione veniunt omnia neceſſaria ad vitam.*

3 *Alimentorum appellatione venit etiam habitatio.*

ALIMENTA præſtare obligatus, ſeu qui alere tenetur, tenetur quoque medicinas præſtare, ſine quibus corpus languens ſanari non poteſt, ſecundum Specu. in tit. qui filij ſint legi. verſic. ſed nunquid is, qui præſtare, quem ſequitur Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem, ff. ſolut. matr. Corne. conſ. cxlv. nu. 9. & ſeq. vol. ij. Papien. in ſua practi. in forma libelli pro lega. rei ſingu. num. 100. & ibi Zilettus, in add. in litera. N. & Deci. in l. de alimentis, C. de tranſact. vbi meminit iſtam eſſe cõmunem opinionem, quæ quippè de plano. & abſque dubio procederet, quando alimenta ipſa deberentur ratione ſanguinis iuris diſpoſitione ſecundum Bar. in l. qui filium. in j. lect. ff. vbi pupi. edu. debeat, & in tract. alimen. q. ij. & Iaſ. in l. cum hi. §. qui tranſigit de tranſac. & appellatione alimentorum veniunt quoque omnia neceſſaria ad vitam, & ſine quibus corpus ali, ac nutriri non poteſt, prout no. Bar. in tract. de alimen. & appellatione alimentorum venit pariter habitatio l. legatis ff. de ali. leg. venit etiam calciarium l. cum hi. §. de calciario. ff. de tranſact. quòd voluit expreſſè Bar. in d. trac. vbi firmat quod venit etiam lectus, & præmiſſa ſimiliter veniunt appellatione victus, quoniam vt inquit Batt. vbi ſuprà idem iudicandum eſt de illo, qui debet victum, quod iudicatur de eo qui debet alimenta. l. verbo victus. ff. de verbo. ſignifi. & cætera ad materiã ipſorũ alimentorũ cõcernentia ponit latiſſimè Papien. in dicta for. libelli pro lega. rei ſingu. per totam.

## OPINIO XIIII.

### *SVMMARIVM.*

*Alluuio transfert dominium. Limitatur in iuriſdictione & finibus vt num. 2. Contrarium tenet Curtius, vt nu. 3.*

ALLVVIO fluminis hoc eſt additio, vel detractio, quæ fit à flumine ipſo per alluuionem ſuam transfert dominium l. ergo ſi in inſula. §. alluuio. ff. de acqui. rerum domi. & §. præterea. in inſtit. de rerum diui. ſed hoc limitatur: vt non habeat locum in iuriſdictione, & confinibus alicuius territorij, qui nõ mutantur aliquo modo per alluuionem, nec in ſe deminutionem, ſeu augmentum recipiunt, ſecundum Bar. in tract. de flumi. in j. par. ver. acquiritur nobis, Bald. in rub. ff. de rerum diuiſio. Cæpol. in tract. ſeruit. ruſti. prædio. in titul. de flumine priuato, capit. xxxij. Corne. conſ. cccxxij. lib. primo, & conſ. cclxxxvij. lib. iij. Iaſ. conſ. cxlvj. volumi. ij. Riminal. conſ. lxiiij. & Soc. conſ. cxxvij. nu. 5. vol. j. explicat iſtam eſſe communem opinionem, & admonet ab ea non fore recedendum in iudicando, & ſequuntur quoque & aiunt eſſe commune Riminal. in §. j. inſtitut. quib. alie licet, vel non. num 51. & Hierony. Briſcianus in tract. de cõfinibus, c. xxiiij. nu. 6. & Egid. Boſſi. in pract. crimi. in tit. de principe & priui. nu. 280. Contrariam verò partem tenuit Curti. iunio. conſ. lvj. per plures rationes. argumenta, & authoritates ponens conſilium illud fuiſſe factum per collegium Papienſe, tamẽ quicquid ipſe ſuadeat ſequor opinionem Bart. & ſequacium, quam fatetur communem eſſe ipſemet Curt. ibi, & duas alias limitationes, ſeu caſus, in quibus ius alluuionis non vendicat ſibilocum ponit Riminal. in d. §. j. nu. 48. cum aliis ſeq. & Beroius conſ. xxiiij. num. 31. et ſeq. et Papienſ. in ſua pract. in forma libe. actio. real. nu. 13. ſeq. Riminal. loco de quo ſupra nu. 39. cum multis ſeq. non ſolùm limitat prædictam regulam in principio poſitam. verùm ampliat etiã tribus modis plenè, & doctè more ſuo.

## OPINIO XV.

### *SVMMARIVM.*

*Appellaus conuictus & confeſſus neque in criminalibus neque in ciuilibus amplius eſt audiendus.*

APPELLANS conuictus,ſimul & confeſſus tam in criminalibus,quàm ciuilibus non auditur, nec à iudice qui ſententiam pronunciauit,nec ab eo, ad quem pronunciatum eſt, l ij.& ibi gloſ.Bart. & omnes.C.quorum appella. non recipi. Aretin. in tracta. maleficiorum in verſ.præſente Caio,gloſſ.Abb.nu.5. Præpoſi.num.7.& cæteri in c.cum ſpeciali.§.porrò.de appellat. vbi Dec.aſſerit iſtam eſſe communem opinionem,& eam ſequuntur Dyn.Bart.Imol.& idem Areti. qui pariter fatetur communem fore in l.creditor §. iuſſus.ff.de appel. Iaffredus deciſ.cccclj.& latè tradit Carreri.in pract.cri. in prin.& ponit pro reg.cum viij. limitationibus. Petrus Duennas in regula clvj. cõuictus legitimis probationibus, & ſequitur Aegidius Boſius quoque in ſua pract.in tit.de appel.nu.27.

## OPINIO XVI.

### *SVMMARIVM.*

*Appellans ſpontè confeſſus,etiam ſi teſtibus conuictus non ſit,non eſt audiendus.niſi iuſta cauſa in appellatione expreſſa ſit.vt nu.2.*

APPELLANS confeſſus ſpontè, etiam ſi teſtibus conuictus non ſit,nec in ciuilibus,nec in criminalibus regulariter auditur,& ſic ad appellandum non admittitur aliquo modo,text.eſt in ca.cum ſpeciali.§.porrò, & in cap.Romana.§. ſin autem de appellatio.in vj.vbi Io.And.Domi.Francus,Abb.& cæteri communiter in d.§.porrò, Capella Toloſana,& ibi Aufre.num.176. quorum ſententia communis eſt,de conſuetudine quoque obſeruatur,teſte Carrerio in practi.crimin.in prin.num.17.In contrariam verò partem inclinauere gloſ.in d.§.porrò,& plerique alij tenentes admittendam eſſe appellationem eius, qui ex propria tantùm confeſſione damnatus fuerit, ſed opinio hæc procederet,iudicio meo, ſi cauſa iuſta expreſſim fuerit in appellatione dicta,tunc enim eſt admittenda appellatio,gl.eſt in d.§. ſin autem,in ver.mandetur,cum qua tranſeunt ibi omnes, & Dec.in ca.iij. & in c.conſuluit.in j.de appellat.notat.Bar.in l.à ſententia ff de appel. Cuman.conſ.lx.& Lanfran.in clemen.diſpendioſam,de iudic. vbi verò error,ſeu alia iuſta cauſa in appellatione non allegaretur,tũc quippè procederet prima opinio communis, & iudex non obſtante appellatione ſimpliciter interpoſita,ſententiam exequi poſſet, vt clarius,& latius proſequitur Follerius in practi.crim.in ver. pœnis debitis feriantur.ſub nu.6.

## OPINIO XVII.

### *SVMMARIVM.*

*Appellare ab interlocutoria non licet, Intellige vt nu. Secùs de iure Canonico.vt nu.2.*

APPELLARI nequit à ſententia interlocutoria de iure ciuili ſecundum Bar.Pau.Caſtren.cæteróſque communiter per tex.ibi in l.j.ff.de appe.recip.gl.Bar.& Angel.in l.fi.C.de ſent.& interl.omnium iudi.Bar.& Bal.in l.ij.C.de epiſcopa.audien. Marant.in tract. iudicio. in vj.par.tertiæ par.actu.ij.nu.292.& Io.de Amicis conſ.cxxviij.nu.2. vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem legiſtarũ, & hoc ponit pro regula cum iij.limitationibus Lanfranc.in c.quoniam contra de probatio.in c.x.de interlocutoriis,& appellatio.nume.68.et Petr. Duennas cum xiiij.fallentiis,in regu.lij.appellari à ſententia interlocutoria.de iure verò canonico contrarium ſancitum reperitur, appellatúrque ab interlocutoria,vt voluit Bart.in l.j.§.fin.ff.à qui.appel. non licet,Berous in quæſtionibus familiaribus.quæſt.liij.num.9.Maranta.vbi ſuprà,et omnes Canoniſtæ communiter,in c.ſicut Romana,de reſcri.vbi Ripa,nu,22.cum aliis ſeq.recitat iſtam eſſe Canoniſtarum opinionẽ, ſed retenta prima opinione aduerte quòd appellari minimè debet, ac permittitur ab interlocutoria quotieſcunque grauamen illatum per appellationem à diffinitiua reparari poſſet, vt firmauerunt Cyn.Paul.Caſtren.et cæteri,in l.poſt ſententiam.C.de ſenten.et interlo.om.iud.Bal.Ang.Saly.Paul,Caſtren.Fulgo.Iaſ.et omnes in l.arbitrio.ff.qui ſatiſda.cogan.Barto. Imol.Paul.Caſtren. aliíque in d.l.ij.de appel.recipien.et Io.de Amicis,in d.conſ.cxxviij.nu.3.et ſeq. vbi ita conſuluit,et atteſtatus fuit iſtorum opinionem eſſe communem ac nullum habere contradictorem. Tamen reperio Petrum de Benintendis deciſ.xl.ſimul cum Bal.aliiſque ſignatis per eum concludere expreſsè contrarium.

## OPINIO XVIII.

### *SVMMARIVM.*

*Appellari non poteſt à ſententia arbitri. Limita, vt nu.2.& 3.*

APPELLARI non poteſt à ſententia arbitri, nec reclamari, nec reduci ad boni viri arbitrium de iure ciuili, etiam in caſibus, in quib.oritur actio ex compromiſſo.l.j.C.de arbit.vbi Bald.& Imol.Are.Alex.nu.19.Iaſ.nu.56.in j. lectu. cæteriſque in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.qui fatentur iſtam eſſe communem opin.contra Bar.ibi contrarium aſſeuerantem,& Maranta,in tract.iudiciorum, in vj.par. in c.de app.nu.259.Sed limitatur primò hæc communis ſententia non procedere de iure canonico,nam eo iure à ſententia arbitri licet appellare,ſecundum gl.in c.iudicibus.ij.q.vj.Hoſtieſ.& Ant.in c.quintauallis de iureiu.Ancha.in cle.ſæpe,de ver.ſig.Gloſ.Hoſtien.Io.And.& Abb. in c.ij.de arbit.Bal.& Salyc.in d.l.j.& Alexand.cum multis aliis ſignatis per eum,in d.l.nemo poteſt, nu.21.vbi inquit iſtam eſſe communem opinionem,atque in practica obſeruari.Limitatur ſecundo non habere locum ſententia arbitrorum iuris,electorúmque ex forma,ac neceſſitate legis,præcepto iudicis,vel ſtatuti, à qua poteſt appellari, ſecundum Bartolum in l. prima.C.de nouo.C.compo. Antonius in in d.c.quintauallis,Oldr.conſ.xvj.Dom.de S.Gemi. in c.ab arbitrio.q. vj.de offi.deleg.Marantam in d.c.de appellatione, nu.261. & ſeq.vbi docet practicam in hoc regni Neapo.& Iaffredum in deciſ.cccclxvij. vbi meminit ita per Doct.communiter teneri.

## OPINIO XIX.

### *SVMMARIVM.*

*Appellari ab executore non poteſt, à pronuntiatione tamen ſententiáve iudicis de exequendo licet appallare, vt nu.2.licet contrarium alij teneant,vt num.3.*

APPELLARI ab exequutore non poteſt aliquo modo,vt l.ab exequutione.C.quorum appella. non recipi. & in l.ab exequutore,& ibi Bart.ff.de appella.& hoc pro regula ponit Soci.in tracta.fallen.in reg.xxvj.cum v.limitationibus,& Pet.Duennas in reg.xlj.appellare ab exequutore permiſſum non eſt, cum viij.fallentiis, & limitat etiam Bertachi.in ſuo reperto.in ver. appellatio ab exequutione, verſic.j. & Maran.in tractatu iudiciorum in vj.par.iij.partis in ij.actu.num.248. fol.paruo.clxxxij.& licet appellari nequeat ab exequutione, nihilominus à pronunciatione, ſententiáve iudicis de exequendo appellatio permiſſa eſt,ſecũdum Glo.Bar.Iaco.But.& Ang.in d.l.ab exequutione, vbi atteſtatur ita in practica ſeruari,& ſequitur ibidem Salicc. exprimens iſtam eſſe communem opinionem, & Lanfranc.in c.quoniam contra de probatio.in ca.x.de interlocutoriis, & appellatio.ſub nu.60.& ſententiæ huic inhæret quoque Gloſſ.& Ray.in d.l.ab exequutore,& Specul.in tit.de appellatio.§.quibus,ver.v.Bart.in l.ſi cum exceptione.§.hic autem,in fin.ff.quod met.cauſ Abb.in c.quò ad conſultationem de re iudi.Ioannes de Anania conſilio xxxvj. in princip. & Auguſtinus Berous.q.cxxxj.latis pluribus ſententiis conformibus num.3.& Iaffredus deciſ.cccxlj.exequutor recuſari.In contrariam verò partem, videlicet quòd à ſententia de exequendo appellari non poſſit inclinauere Odofred.Cyn.Bart.contra morem ſuum ſibi contrarius.Bal.& Imol.in d.l.ab exequutore,Gui.de Zuz.& Fulgo.in d.l. ab exequutione,Alexand.conſi.xcv.col.ij.vol.ij.& Deci.in c.nouit,nu. 6.de appel.& Corn.conſ.lxxj.nume.20.vol.j. in quibus locis fatentur iſtam eſſe magis communem ſententiam, cæterùm exploſa iſtorum opinione reſideo cum prima Gloſ. aliorúmque opinione, quæ realiter communis eſt, ſeruatúrque in praxi teſte Lanfranc. loco de quo ſuprà,& Alex.conſ.cxiij.col.fi.vol.v.& ita conſuluit, obtinuítque Florentiæ Syluester, Aldobrandi.prout ipſe teſtatur in addit. Decij in d. c.nouit.in litera a.

## OPINIO XX.

### *SVMMARIVM.*

*Appellatio in criminalibus admittitur, Amplia vt nu.3.*

APPELLATIO admittitur ſemper,niſi ſpecialiter ſit iure prohibita ſecundum Gloſ.in l.qui reſtituere,ff.de rei vendicatio.quæ ſingularis eſt,teſte Franco in rubric.de appellatio. & eam commendant Bald.in l.vnica, ſi de momen. poſſ.& in ca.paſtoralis de appellatio.& Deci.in c.Romana,de appellationibus,ideò in criminalibus appellatio admittenda eſt ſecundum Bart.in l.qui vltimo ſupplicio,ff.de pœnis,& iſtam opionem præſupponunt eſſe communem Boſius in ſua practica in titulo de appellatio. numero 4.Felin.in c.quærenti de offic.de legã.Abb.& cæteri in cap.ij.de iudi. quódque admittunt inibi procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis humanæ, cùm & in eo admittenda ſit appellatio,vt voluit Gloſ.& ibi Aret. in l.Pantonius,§. rei perduellionis,ff.de acquirenda hereditate.Dec.in d.c.cùm ſit Romana,§.fi.Carrerius in practica crimina.in princ.num.85. cum duobus ſequentibus,& Aegidius Boſius in practica crimina. in titulo de

appell

appellationibus ſub nume. 1. & ſeq. vbi perhibet opinem iſtam veriorem fore.

### OPINIO XXI.

*SVMMARIVM.*

*Quæſtionibus ſubiici non debet Reus legitimè conuictus. licet alij contra teneant vt nu. 2.*
*Tormentis locus eſt, vbi delictum ex aliis probationibus apparet.*

APPELLATIO Iudici ſubiicienti quæſtionibus & tormentis Reum legitimè conuictum, ad effectum, vt Reus confiteatur ore proprio delictum, ac appareat verèconuictum, & confeſſum, & tandè appellare nequeat, ſibi licitum non eſt aliquo modo, ſecundum Angelum, & Ioannem Igneum in l. & ſi certus. ff. ad Syllanianum, Auguſt. Ariminen. in additionibus ad, Angelum in tractatu de maleficiis in verſicu. fama publica, Andreas de Iſernia in conſtitutionibus Neapolit. in titulo de homicid. & damnis clandeſtinis, numero trigeſimotertio, quorum quidem opinio communis eſt, vt fatentur eem amplectendo Marſil. in l. prima, numero ſecundo. ff. de quæſtio. in conſilio lj. nu. 41. & in practica crimina. §. nunc videndum, nu. 25. & Carrerius in practica crimi. in princip. numero 188. & eidem ſententiæ videtur inhærere Bald. in l. qui ſententiam C. de pœnis, vt recenſuit Curtius in tracta. de indiciis, & tortura quæſtione v. nu. 16. In contrariam verò partem, videlicet quòd iudex conuictum plenis probationibus torquere poſſit, vt habita confeſſione oris ſui appellatio admittenda nō ſit, facere valeat, & ſibi licitum permiſſumque ſit: inclinauit Bald. titubanter in l. obſeruare, nu. 9. C. de iuramen. calum. & Grammati. in voto primo. Sed opinio iſtorum falſa eſt, imò manifeſtè iniqua cenſetur, nam tormentis locus non eſt, vbi delictū aliis probationibus apparet, cæterùm tunc demum iudices iis vti debent, cum aliis probationibus crimen non probatur tex. eſt in l. Diuus Pius, & l. edictum ff. de quæſtio. & c. illi qui. v. quæſt. v. Glo. in ſumma. xv. quæſt. vj. & hoc voluerunt Doct. omnes communiter vtriuſque cenſuræ, præſertimque Gandinus in tractatu maleficiorum in ver. fama publica quæſt. ſecunda. Paul. in l. ſi quis in hoc, C. de epiſcopis & clericis. Alber. in l. ij. C. quorū appellatio. non recip. Franc. Brunus in tract. de indiciis, & tortura, quæſt. quinta, verſ. ſexto. & Carreius in practa crimina. in principio, nu. 188. Sed bene verum eſt poſſe per iudicem torquerj conuictum teſtibus, ad detegendos ſocios, & participes criminis in caſibus in quibus poteſt interrogari de Sociis criminis ſecundū omnes Doc. præcitatos, & ita quotidie obſeruatur in practica.

### OPINIO XXII.

*SVMMARIVM.*

*Appellatio à ſententia ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperādæ, quò ad effectum ſuſpenſioni, non admittitur, Limita vt numero item numero tertio.*

APPELLATIO admittenda non eſt à ſententia lata ſuper iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ quò ad effectum ſuſpenſionis. l. vnica. C. ſi de momen. poſſeſ. Sed admitti debet quò ad cauſæ deuolutionem, ſecundum Bar. in l. ij. ff. de appellatio. recipien. nu. 6. Ang. conſ. cvij, Pan. in c. cùm ad ſedem de reſtitutio. ſpoliato. nu. 30. Specu. in tit. de app. §. in quibus, verſi. vj. non appellatur, Auſreri. in capella Toloſana dec. vlt. Bal. in l. ij. nu. 22. C. de epiſ. audien. Arch. in §. de poſſeſſione. ij. q. vj. Cy. Bar. Bal. Ang. Alberi. & alios in d. l. vnica, Corne. conſ. cxc. vol. j. Dec. conſ. xxviij. Ripam in c. ſæpè nu. 3. de reſti. ſpolia. & Pariſi. conſ. cviij. nu. 20. vol. j. & opinionem iſtam in practica receptam eſſe meminit Afflict. deciſio. cclxix. & in lib. conſtitutio. regni in titu. de probatio. in appellationibus in rub. iuriſperitorum, & communem ait Maranta in tract. iudiciorum in vj. par. c. de appellatione. numer. 294. & Pariſi. in d. conſilio. cviij. numero. 20. & procedit de iure ciuili ſecundum omnes præcitatos Doct. & ponit pro regula cum. xx. limitationibus Ioan. Antonius de Nigris ſuper capitulis regni in capitulo vj. incipit. ſubditorum, à numero 106. vſque ad nu. 127. atque dicit communem poſt alios ſignatos per eū, & ponit pro regula cum quinque limitationibus Petrus Duennas in regula xliiij. appellare à ſententia ſuper poſſeſſorio.

De iure verò canonico à ſententia lata in poſſeſſorio poteſt appellari, & admittitur appellatio quò ad vtrunque effectum ſuſpenſionis, & deuolutionis, clemen. prima, & ibi Glo. Cardi. & omnes de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Glo. in d. c. cùm ad ſedem. Bal. conſi. cxxvj. volu. iij. Spec. & Ioan, And. in add. in titu. de appella. §. ſecundo, verſicu. ſexto. Federi. de Senis conſi. 77. & iſta eſt communis ſententia teſte Abb. in dicto capitulo ad ſedem, Dec. in dicto conſilio xxviij. & Ripa in dicto capitulo, ſæpè. numero 3. de Ioan. Ant. & Nigris cum aliis copioſè congeſtis per eum in dicto capitulo ſubditorum. ſub nu. 106. Sed prima opinio negatiua de iure ciuili videtur magis cōmunis, & magis tuta, vt atteſtatur Petrus de Benintendis deciſio. xvij. vbi poſt longam diſputationem fatetur ita deciſum extitiſſe in rota Bononienſi. & ex hoc patet falſum fore, quòd aſſeruere Gozadi. conſilio 50. num. 4. & Auſreri. in dicta cappella Toloſa. dec. vlt. & Petrus de Benintendis deciſio. lxxix. nu. 16. & ſequen. tenentes iure canonico appellatio nem à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio non habere effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm deuolutiuum, quia contrarium probatur in d. clemen. vnica, ſeu prima, vbi Ita, poſt Lapū hoc ipſum tenet, nec doc. ab eis citati hoc voluerunt, nec probauerūt, quòd ipſis adſcribitur, alioquin nulla foret differentia inter ius canonicum, & ciuile, quam tamen omnes conſtituerunt, & præſertim Ioan. Cora. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 8. ff. de acqui. poſſ.

### OPINIO. XXIII.

APPELLATIONIS proſequendæ tempus à iure ſtatutum non poteſt de conſenſu partium, etiam expreſſo prorogari, maximè ſecundum Bar. in auth. ſi tamen. C. de temp. appel. Abb. in capitulo ex ratione, de appellatio. vbi Deci. numero 53. & ſequen. aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem idemque voluit, firmauitque gl. Bart. & cæteri in l. properandum. C. de iudici. Ioan. And. in add. Specula in titul. de appellationi. §. nunc breuiter. ver. licet autem, Roman. conſilio clxxiiij. in final. Alexand. conſil. vigeſimoquarto circa fin. volu. quarto, & ſententiam iſtorum pariter ſcribit cōmunē eſſe Maranta in tract. de iudi in ſexta part. part. 3. in ſecundo actu. nu. 225. cum aliis ſequen. vbi, malè diſputando poſt alios multos ſignatos per eum ſuſtinet cōtrariam partem. & Lanfran. in capitulo quoniam contra, de probatio in c. x. de interlocutoriis, et appellatio. nu. 52.

### OPINIO XXIIII.

AQVA de flumine publico non nauigabili, vt eſt Rhenus Bononiæ, ingrediens flumen nauigabile ſecundum Padum licitè ducitur, et diuerti poteſt dummodò poſteà reſtituatur, et remittatur in flumen nauigabile, et ſic ex quo ceſſat intereſſe nauigantium, et vſus eiuſdē fluminis nauigabilis non læditur, quia aqua ipſa ducta ex flumine publico reſtituitur in flumen nauigabile, hoc prohibitum non eſt, ſecundū Bar. in l. quominus. nu. 1. ff. de flumin. Alex. conſi. cxcij. volu. ij. Corne. conſi. cclxviij. vol. iiij. Curt. Sen. conſi. xxxiij. nu. 2. vbi meminit iſtam opinionem eſſe communem, et idem fatetur Ripa, in d. l. quominus. nu. 17. et eam ſequitur ibi Iaſ. numero 15. Cæpol. in tract. ſeruit. ruſti. prædio. in titul. de ſeruit. aquæductus. cap. iiij. numero 39. et ſeq. et Spec. in titul. de cauſa poſ. et propriet. §. quia vero, verſ. vj. autē. et Egidius Boſius in pract. crimin. in tit. de aquis, et fluminibus, num. 35. imò Corne. in d. conſ. cclxviij. circa fin. iſtam communē ampliat, vt etiam ex flumine nauigabili licitum ſit aquam ducere dummodò reuertatur poſteà in alueum ſuum, et ſequitur, ac approbat Ripa, in d. l. quominus nu. 17.

### OPINIO XXV.

ARBITER teſtis eſſe poteſt vbicūque ei data eſſet poteſtas per partes litigantes procedendi cum ſcriptis, et ſine ſcriptis, quia partes ipſæ cēſentur velle quòd ſimplici relationi, et dicto ipſius arbitri credatur ac ſtetur, de dictis teſtium et actis, ſecundum Bart. in authen. niſi breuiores in fin. C. de ſentent. ex breu. reci. Ang. in repet. l. ſciendū. ff. de verb. oblig. Abb. in capit. quoniam contra. in cap. poſt ceſſionem et in c. ex literis de probatio. Paul. Caſtr. in l. ne in arbitris. C. de arbitris C. de arbitr. ant. in cap. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpo.. et in dict. capitulo quoniam contra. Roman. ſingula. lij. et Ioan. de amicis conſilio xxxj. numero 18. et ſeq. vbi exprimit iſtam communiorem et veriorem opinionem.

In cōtrariā verò parteinclinauit Rom. titubanter in d. l. ſciendū. circa fin. Auguſt. ſibi contrarius in d. authent. niſi breuiores. et Ant. parum ſibi conſtans in c. quintaualliſ, de iureiur. et ibi Io. de Imo. quoniam ſecundum eos ob hoc daretur modus, quòd quis nunquam in cauſa reductionis obtineret, et exprimunt dictum Bart. eſſe periculoſum, illaqueareque animam ad peccandum, ac præbere materiam fabricandi falſum: et iſtam vltimam ſententiam ſequitur, et latiſſimè tuetur Barbat. in d. cap. ex literis, numero 22. et ſeq. vbi meminit aliàs in facti contingentia perperam, et pueriliter conſuluiſſe pro opinione Bar. tamen circunducta altercatione, cùm temporis anguſtia præmar ſequor ipſam barr, et ſequacium opinionem, tanquam magis cōmunem, cui inhæret pariter Auguſtin. berous, in d. c. quoniam cōtra, nu. 29. cū 7. aliis ſeq. vbi dicit communem, et limitat in duobus, et mirandam ait Alex. in d. l. ſciendum. nu. 25.

OPINIO

## OPINIO XXXVI.

### *SVMMARIVM.*

*Arbitrio Iudicis locus eſt in caſibus duodecim.*

ARBITRIO iudicis relinquitur, quæ perſonæ dicantur digniores, ſecundum gloſſ. Imo. Abb. Dec. numero .23. in c. ſedes apoſtolica de reſcript. vbi aſſerunt, recitantque ſimul cum Modern. omnibus iſtam eſſe communem opinionem, & eam Sequitur Spe. in tit. de reſcrip. præſent. §. fi. verſ. ſed quæ ſunt perſonæ digniores. Item committitur iudicis arbitrio, quæ dicatur cauſa grauis, ardua, vel parua ſecundum gl. Bar. & Bal. in auth. niſi breuiores. C. de ſentent. ex breuic. recit. Alex. conſi. xxxij. vol. j. Ant. Corſe. in tract. de minimis. verſi. decimo ſexto. Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 231. ff. de iureiur. Tyraq. in repet. l. ſi vnquam. in ver. omnia. vel partem aliquam, ſub nu. 31. C. de reuoc. dona. Dec. in c. ſi pro debilitate. nu. 38. & ſeq. de offic. delega. & Marſi. in l. quæſtionis modum. nu. 4. ff. de quæſtio. & tetigimus hoc pariter. licet in alio propoſito in j. par. in opinio. cauſa dicitur magna. ſimiliterque in iudicis arbitrio reſidet, quis dicatur pauper, vel diues in illis caſibus, in quibus hoc non reperitur determinatum, vt voluerunt gl. Bal. Alberic. Faber. Saly. Alex. Corn. & Deci. nu. 10. in authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. vbi refert iſtam communem, & in d. c. ſedes apoſtolica. nu. 25. & conſi. cxx. & ſequitur Ange. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. Cuma. conſil. c x x x j. in princ. Anch. in capitu. per veſtras. de donatio. inter vir. & vxor. Abb. & Fely. in cap. j. de accuſ. & in c. qui teſtium. de teſtib. Rui. conſil. lv. nu. 4. volum. j. & Tyraq. vbi ſupra, cum aliis ſignatis per eum, & iſtam fore Communẽ, etiam docuimus in j. par. in opinio. teſtis propter ſolam paupertatem. Nec nõ arbitrio iudicis declaratur, quæ dicantur perſonæ miſerabiles, ſecundum Ioan. Andr. in cap. ſignificantibus. de offic. deleg. Alex. conſ. xvij. vol. iiij. Barb. conſi. iij. vol. j. Dec. in d. cap. ſedes apoſtolica. nu. 28. & Marſil. in d. l. quæſtionis modũ. nu. 11. Item terminatur iudicis arbitrio, quando aliquid non eſt à iure deciſum. l. j. vbi Bald. ff. de iure delib. Marſi. in d. l. quæſtionis modum nu. 41. & iſtam inquit communẽ regulam Dec. d. cap. ſedes. nu. 24. Similiter relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus pignora pro executione ſententiæ vendi debeant, ſecundum gloſſ. Bar. & cæteros in l. cùm proponas. C. de bonis aucto. iudic. poſſ. Bart. alioſque, in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto, Marſil. in d. l. quæſtionis, nu. 12. & iſta eſt communis opinio, vt latiùs deduximus infrà in opinio. pignus prætorium, & communem eſſe ſcribit Maranta in tract. iudiciorum. in vj. part. in verſ. contumacia nu. 12. Ex æquitate verò ad ſecundum decretum iudex procedere nequit. niſi trãſacto integro anno à die primi decreti, ſecũdũ Fel. in c. cõſultationibus. de offi. del. vbi exprimit hãc cõmunẽ ſentẽtiã fore, in regno verò Neapol. eſt ſtatutum tempus trium menſium, per pragmaticam in relationem, & ſeq. infrà quòd iudex poſſit peruenire ad ſecũdum decretum, vt latè deducit Maranta in loco præcitato. Item mora ſemel contracta infra quod tempus purgari poſſit reſidet in arbitrio ſecundum gl. in ver. Celeri, Card. Flo. Imol. Ab. & cæteros. in c. potuit de loca. Bart. in l. ſi inſulam. in ij. oppoſ. ff. de verb. oblig. Bald. in l. ſancimus. C. de fideiuſſ. Ang. conſ. cccxij. gl. & omnes, in l. & ſi. poſt tres. in prin. ff. ſi quis cau. Anch. conſ. xlil. Alex. conſ. xiiij. vol. ij. & Tyraq. vbi ſuprà cum aliis relatis per eum, vbi ſcribit iſtam opinionem fore, & docuimus etiam in j. part. in opinio. moræ purgatio. Similiter relinquitur arbitrio iudicis, quando indicium ad torturam oriatur, vel quæ indicia ſufficiãt ad torturam ipſam, ſecundum Bart. in l. fi. ff. de q. Dec. in ca. at ſi clerici. nu. 110. de iudic. & Bal. conſi. xcv. vol. j & conſi. cj. eo. volum. Item vtrùm indicia ſint purgata ſufficienter per torturam debet pariter iudicis arbitrio declarar ſecundum Ioan. And. in c. contemplatione de regulis iuris, quem ſequitur Auguſt. in Add. Ang. in tract. maleficiorum ſuper verſi. comparent dicti inquiſiti, in l. Add. Item an inquiſitus foret repetendus in tormentis in arbitrio iudicis reſidet, ſecundum Bald. in l. ij. C. quod met. cauſa, quem ſequitur Patris de Puteo in tract. ſyndicatus in c. poſt medium, & alios caſus, in quibus ſtator iudicis arbitrio Marſil. in d. l. quæſtionis modum, nu. 1. cum aliis ſeq. refert. lxij. & plures alios congerit Tyraquell. in d. l. ſi vnquam in loco memorato. Et alium caſum ſatis vtilem poſuimus infrà in opinione, impedimentum.

## OPINIO XXVII.

Arbitri ſtatutarij habent iuriſdictionem delegatam, & ſic iſti arbitri ſunt iudices delegati, vt voluerunt Bart. Bald. in vij. nota. & Salyc. in iij. nota. in l. fin. C. de iudic. per tex. ibi, Aretin. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & Iaſ. in l. duo iudices. ff. de re iudic. vbi atteſtatur iſtam eſſe cõmunem opinionem, & indubitatam ait Aretin. vbi ſuprà, & eam ſequuntur complures alij Doct. ſignati per Marcum Ant. Blancum in tract. de compromiſſis, q. vj nu. 4. vbi pariter præſupponit communẽ fore, quamuis ipſe malè, atque præcipitanter plura glomerando longa diſputatione concludat contrarium, videlicet memoratos arbitros ſtatutarios ordinarios eſſe.

## OPINIO XXVIII.

AREA titij ad triturandum meſſes non habens ventũ, niſi ab vna parte ſi in illa parte ſuus vicinus velit ædificare, poſſet illum prohibere text. eſt ſingularis, ſecundùm gloſſ. Cyn. Bart. Bald. & Alber. in l. fin. C. de ſeruit. & aqua. Cæpol in tract. de ſeru. vrban. prædio. c. xxxix. nu. 3. & Angel. in Imperatores de ſeruit. vrba. prædio. Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 14. ff. de iuſtit. & iur. & Io. de Imol. in l. ſi prius in. ff. de noui oper. nunciat. Imo. plus, quando area non poſſet habere ventum ad triturandum, niſi ab vno latere, ſeu parte, tunc quippe vicinus minimè poſſet in illa parte licet ſua intereſſet ædificando tollere, impedireque ventum, quamuis nulla debita reperiatur ſeruitus, vt per Vgonem, Alberi. & Salyc. in d. l. fi. & Boer. deciſio. cccxxij. nu. 12. vbi iſtorũ opinionem approbat, & recitat eſſe còmmunem, & approbat pariter Cæpol. in loco, de quo ſuprà.

## OPINIO XXIX.

ARGVMENTVM de emphyteuſi ad feudum valet, & ecõuerſo ſecũdũ Bal. & Sa. in l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de inſtit. & ſubſtit. Alber. Bru. conſ. lxxxj. nu. 5. Alex. conſ. xxx. & conſ. xliij. vol. j. & ij. & cõſ. v. vol. v. Calc. conſ. xlv. Corn. con. xcvij. vol. j. Pariſ. conſ. xij. nu. 42. vol. j. & conſ. j. nu. 147. vol. ij. Soc. Iun. conſ. lxxj. nu. 7. & 27. vol. j. & conſ. cix. nu. 4. vol. ij. Mantuam. conſ. xxj. nu. 5. vol. ij. Ruinum conſi. cix. nu. 14. vol. iij. & Ioan. Cephalum conſi. xxix. nu. 3. & ſic, vbi non reperitur cõtrarium à iure communi deciſum argui poſſet de feudo ad Emphyteuſim ſecundum Spec. in tit. de feud. §. quoniam verſ. xl. & ita eſſe cõmunem opinionem docet Socin. conſ. clxvij. nu. 24. vol. ij. & quòd in dubio valeat argumentum de feudo ad Emphyteuſim ait cõmuniter teneri Soc. Iun. in d. conſ. lxxj. nu. 7. ſed argumentum hoc de feudo ad Emphyteuſim tum demum procedit, ſi, vtrobique appareat eadẽ ratio ſecundum Zaſi. conſi. xj, nu. 9, vol. iiij. ſimiliter in exorbitantibus à iure minimè valet argumentum ipſum de Emphyteuſi ad feudum ſecundum Laur. Syluanum conſi. xlij. nu. 8.

## OPINIO XXX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Attentata pendente appellatione ante omnia reuocanda ſunt, amplia vt nu. 2. 3. 6. & 7. Limita vt nu. 8.*

4 *Sententia capitalis poteſt infra decem dies conceſſos ad appellandum exequi per Iudicem contra Reum, quando per ipſum appellatum non eſt.*

5 *Bannitus impunè poteſt interfici infra tempus datum ad appellandum.*

ATTENTATA, & innouata pendente appellatione ante omnia reuocanda ſunt l. ex illo, & l. minimè. C. de appell. & l. j. ff. nil nouari appell. pẽdẽ, & c. bonæ memoriæ. & c. an ſit. de appella. & hæc Cõmunis regula tãdẽ cẽſetur iuris vtriuſque regula cõmu. Itẽ attẽtata pẽdẽte appellatiõe ſunt omnino reuocãda per iudicẽ ad quẽ, ſecũdũ Ioannem Andr. & alios còmuniter in cap. non ſolùm per text. ibi de appell. lib. vj. imò iudex à quo poſſet reuocare etiam, quæ ab eodem vel à partibus nouata fuerint appellatione pendente tex. eſt in capi. cum teneamur de app. vbi Præpoſ. & Dec. in cap. ſollicitudinem eod. tit. Ampliatur item etiam ſecundò præmiſſa regula, vt non modò reuocanda veniant ante omnia attentata poſt appellationem interpoſitam, ſed etiam, innouata ante appellationem & poſt ſententiam intra tamen tempus datum ad appellandum textus eſt in d. cap. nõ ſolùm, quẽ celebrat Frã. & cæteri omnes ibi. et ait eſſe incognitum legiſtis Corſet. in ſing. in ver. appellatio, in prin. idemque probat tex. in l. et poſt. ff. de tranſact. gl. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſatio. in verb. ſecuta, quam dixerunt ſingularem, Bald. in c. quærenti de offic. deleg. Paul. Caſtren. in l. eius qui, §. ſi cui, & l. ſeq. ff. de teſtam. & Alexand. in l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de acquirend. poſſ. vbi eam atteſtatur eſſe cunctis Doctorum ſuffragiis receptam, verum hoc habet locũ in cauſis ciuilibus, ſecùs verò in criminalibus, nam infra decem dies conceſſos ad appellandum exequi ſententia capitalis per iudicem contra Reum condemnatum poteſt, quandò appellatum nõn eſt per ipſum Reum, ſecundum Bart. in l. non tantum. ff. de appell. & Guliel. de Cun. Pet. & Bal. in l. additos. C. de epiſc. audien. vbi Paul. Caſtren. ait ita ſeruari de conſuetudine, & apertius poſt alios ſignatos per eum Follerius in pract. crim. in ver. pœnis debitis feriantur. nu. 5. et idẽ videtur ſentire in Bannit. videlicet quòd infra tempus datum ad appellãdum interfici impunè poſſit. Spe. in tit. de execu. ſenten. Bal. in d. l. additos, Rom. Soc. & Iaſ. in l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. poſſ. Bar. in l. additos. C. de appel. et Marcus Ant. Blã. in prac. crim. in rũ. inci. an ignorãtia excuſet à delicto. nu. 108. 111. cũ aliis ſequẽt. poſt alio cõgeſtos p eũ, vbi recitat iſtã opinionẽ eſſe magis cõmunẽ ac veriorẽ tertiò ampliatur, q̃ attẽtata reuocãda ſunt etiã deſerta cauſa appellatiõis, ordinariè tamẽ, et

dato

dato libello, ſecũ iũ Doct.in c.cũ veniſſet Frãc.in d.c.nõ ſolũ.& in c.ſæpè.de appel.in ij.Lapum in alleg.j.&Rotã dec.cxxv.in nouis.& Petrũ de Beninten dis deciſio.xl.nu.3.vbi recitat iſtam eſſe Communem opinionem,atque refert alios contrariæ opinionis authores. Quartò ampliatur,quòd attentatorum reuocatio fieri debeat,etiam ſi obijciatur appellanti notorius defectus iuris in negocio principali,etiam in cauſa quæ ſuper beneficio tractatur,ſecundum Ant.& Francum in vij.differentia,in dicto cap.bonæ memoriæ.& Deci.in cap. ex parte. il ij.de reſcript.per tex.in capit.ſi conſtiterit.de accuſ.vnde eadem ratione,imò fortiori idem concludunt,atque firmant ſcribent. omnes in rebus profanis,& temporalibus, vt ſcribit Alexand.conſil.xcix.vol. v.numero 9.vbi Carolus Molin.meminit iſtam fore Communẽ opinionem:in contrariam verò partem inclinauit Affl. poſt alios ſignatos per eum deci.xcviij. ſub.nume.6.pulchram eſt dubium, & deciſ. ccccliij.quidam Curbiceruix,ſub nu.5.quam quippe tanquam tutiorem in iudicando,conſulendoque amplecti ſemper non erubeſcerẽ. Sed vbi hic tractaretur ſuper eccleſiaſtico beneficio contrarium ſimiliter tenuere Rota deciſ.lv.in nouis,& deciſio.xiiij.& deciſ. ccclxviij. in antiquis.Oldrard.cõ.j.Imo.in d.c. bonæ.& videtur verior opinio cõtra primã ſententiã Ant.& ſequaciũ ſuperius relatã:cũ beneficiũ eccleſiaſticũnequeat ſine canonica collatione,& neceſſariũ ſit aliquo colore ſaltẽ canonici tituli poſſeſſionẽ iuſtificare,iuxta gl.illã,celebratiſſimam in clem.vnica,de cauſa poſſeſ. & propriet. cæterùm limitatur regula prædicta ita ampliata primò nõ procedere,vt attẽtata,& innouata reuocãda nõ ſint ante omnia,in caſibus illis in quibus appellatio iure nõ eſt admittẽda,vt voluit gl.cõmuniter approbata in dict. ca. non ſolùm,in ver.caſibus.Inno.in cap.paſtoralis.nu. 3.de offi. deleg. Bal.in cap.ſancimus.quo temp.miles.in vſib.feudorum.& Petrũ Duẽnas in regula xlij.appellatione pendente.nu.10.vbi ipſam Communem limitat atque declarat,& memoratam regulam:limitat quoque Corſetus in ſingul incip.appellatio.il.j.in ſeptem caſibus,& Soci. in reg.xxj.& in xxiij.aliis caſibus limitat PetrusDuennas. in dicta regu. xlij.per totam.

B

### OPINIO XXXI.

BANNITVS poteſt iterum banniri, ſecũdum Dy.in l.ij.C.vt intra cert.temp.cri.Bar.in l.aut dãnũ.§.ſeruus.ff.de pœn.Bonifacium in tract. male fic.in rub.de compa.accuſ.cum forma conceſſionis,promiſſionis ſatisfacti,& termini, ſub nu. 78. Follerium in pract.crim.in verbo banniatur, nu.36.& Nellum in tract.de bannitis , in prima par.primi temp.quæſtio.ij.vbi latè approbat opinionem iſtam,& meminit communem eſſe,ſed ab ea diſcedit cum aliis ſignatis per eum. Egid.Boſius in pract.crimina.in titul.de banni nullitate. numero 9. in practica verò obſeruatur quotidie prima opinio Dyn.& ſequaciũ communis ſuprà.

### OPINIO XXXII.

BAPTIZARI non poſſunt paruuli in matris vtero,cap.ſi ad matris corpus,& cap.ſeq.de conſecr.diſt.iiij.vbi tex.oſtendit rationem, quia cùm natus non ſit,regenerari nequit,vt hoc aliis quampluribus rationibus approbat Franciſcus Marc.deciſ. dcccclij. ſed vbicunque puer haberet caput extra matris ventrem,quamuis omnia alia membra incluſa in eo forent,ſi tunc ſubeſſet periculũ aliquod,poſſet omni dubio remoto baptizari,ſecundum Guliel.Lau.& Cardin.in clemen.j.de ſumma trinit. Angel.Clauaſ.in ſummam,in ver. bapt. Henri.in cap.maiores.de bapt.Pet.Aur.Laur.Thom.& Ric.in iiij. ſententiarum.diſtinct.iiij.q.j.& iſtam opinionem ſequitur quoque,& commendat,ac profitetur eſſe communem,tam Canoniſtarũ,quãTheologorum,Boerius in tract.de authoritate magni conſilij nu.21. qui tractatus poſitus reperitur in fine ſuarum deciſionum , quia baptizato capite totum corpus cenſetur baptizatum, ſecundum gloſſ. Alexan. nu.20. & cæteros,in l.ij.ff.de acquiren.poſſeſſio.item baptiſmus neceſſitatis tempore,& per conſequens in articulo mortis licitè ab hæretico,& excommunicato quoque ſuſcipi poſſet ſecundum communem opinionem omniũ Theologorum,quam ſequitur, & declarat, & citat Couarruuias in conſtitut.alma mater,de ſentent.excommunic.§.vij.ſub nu.8.& Franc.Marci.dec.dcccclvj.

### OPINIO XXXIII.

BENEFICIA patrimonialia,quæ hodie dantur in titulũ perpetui beneficij ſunt verè,& realiter perpetua beneficia eccleſiaſtica, & hinc eſt quòd quando quis eſſet ordinatus ad titulum patrimonij, tenetur neceſſario facere mentionem de illo titulo patrimonij, quia vt ſuprà oſtendimus,verè eſt beneficium , & de eo fieri debet mentio,vt concludit Ioannes Andræas,Abb.& Felyn.numero quinto,in capitulo poſtulaſti,de reſcript.& idem Ioannes Andræas in capitulo ſi pauper.numero ſecundo,de præbend.lib.vj. & hoc dictum Ioãn.And.& ſequacium communiter tenetur,teſte Syl.de beneficio, par.iij.q.x.nu.27.

### OPINIO XXXIIII.

BONA fides quæ ad præſcriptionem iure requiritur,præſumitur in dubio in poſſidente,niſi contrarium probetur,ſecundum Bart.& alios in l.Celſus.ff.de vſucap.præſertimque Ioan.Franciſ. Balbum ibi cum aliis ſignatis per eum,in tertia part.ſub numero ſecundo , & ix. gloſſ.Anton.Panormit.Felin.& reliquos omnes,in capitulo,ſi diligẽti de præſcriptio.Bald.& Angel.in l.ſuper long.C.de præſcriptio. long. tempor.Alexandr.conſilio cc.volumine ſecundo,& conſil.lxxv. volu. quarto,Iaſ.in §.ſed iſtæ,numero 99. inſtitut. de actionibus Curtius Senior,conſilio lxxj.Curt.Iunio.conſi.xxviij.Alciat.in tracta.de præſ. reg.iij.præſ.v.num.primo,& Couarruuias in relectione,capit poſſeſ. in ſecunda part.§.octauo,numero ſecundo,de regulis iuris,in vj.vbi fatetur iſtorum opinionem eſſe,& ſequitur etiam.& communem fore meminit Menochius de recuperanda poſſeſſ.remedio.xiij. numero 64.ſed hoc abſque dubio, ac difficultate procederet vbicunque poſſeſſor ipſe haberet titulum verum,vel putatiuũ, etiam errore iniuſto,& ſic iniuſtus error hoc caſu cauſaret bonam fidem , ſecũdum Bartolum,in dicta l.Celſus,numero 17.& in l.igitur.§.poteſt.ff.de libera.cauſ.per textum,ibi,Alcia.in dict.præſumpt. v. ſub numero primo,Couarruuias,vbi ſuprà,& Iacobum Menochium,in tracta.recuper poſſeſſ.remedio.xiij.numero 34. & ſeq. in quibus quidem locis memorati recentiores oſtendunt hanc ſententiam communem eſſe

C

### OPINIO XXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Captus pro repreſaliis conceſſis ob ſuæ communitatis factũ, vel alicuius cularis perſonæ poteſt omne quod eã cauſa expenderit, à communitate vel particulari perſona repetere,etiam vſuras,vt nu.4.*

2 *Fideiuſſor coactus ſoluere ob iniuriam debitoris per violentiam ſuperiorũ habet regreſſum contra principalem.*

3 *Debitor coactus ſoluere ob creditoris ſui iniuriam, conſequitur liberationem debiti ope exceptionis.*

CAPTVS pro repreſaliis conceſsis ob ſuæ communitatis factum,vel alicuius particularis perſonæ,habet ius repetendi totum,& quicquid erogat,ſeu expẽdit ea cauſa,et occaſione,ab ipſa communitate,vel ſpeciali perſona,ſecundum Bartol.in l.nam et Seruius.nume,2.et Angel.in princip.ff.de neg.geſt.Bar.in l.ij.§.fin.ff.de verbo.oblig. Bald.in auth.omnimodo,in fi.C.ne vxor pro mari.Ab.conſil.xxj.in quæſtione, vol.ij.Alex.in l.ij.§.fin.nu.ff.de cond.ob cauſam,et in d.l.ij.§.fin. ff.de verb.oblig.numer.2.vbi iſtorum opinionem limitat in duobus caſibus et communem dicunt inibi Moder.in princip.et in effectu nullã in ſe habet dubitationem,et hoc procedit ſimiliter in fideiuſſore, qui coactus ſoluere ob iniuriam debitoris per violentiam ſuperiorũ habet regreſſum contra principalem,ſecundum Abb.conſili. lx. quoniã ſatis abundè,volumine primo,proceditque communis iſta in debitore,qui ſoluere coactus ob creditoris ſui iniuriam conſequitur liberationem debiti ope exceptionis,vt voluit Bart.in l.creditor.ff. de ſolut.et in tract.de tyrannide.quæſt.vij.quem ſequitur Anchar.conſilio xiiij.in cauſa quæ vertitur,et Alexand.conſilio lvij.volumine primo, et conſilio ciij. volumine ſecundo,et iſte repreſaliatus pro ſua ciuitate accipiens pro ſoluendo eius debitum pecuniam ſub vſuris nõ ſolùm debitum principale,ſed etiam vſuras ipſas,ſeu intereſſe decurſum licitè conſequi,ac repetere poſſet,ita conſuluit Lauren.de Rodulphis conſilio vigeſimo tertio,volumine ſecundo et reaſſumit,in tract.vſurarum,in ij.parte,quæſtione xlvij.de quo meminit Anania.capi.j. infra,de vſuris.

### OPINIO XXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor non poteſt propter debitum aliquod ciuile in domo ſua capi & extrahi,etiam ſi magnum eſſet debitum , vt numero tertio Limita vt numero quarto.*

2 *Domus ſua cuique tutiſſimum refugium,& ex ea nemo inuitus debet extrahi. Limi.vt nu.4.& 5.vt tamen quis extrahi poſſit,nota cautelam quæ traditur,nu.6.*

*Carceratus*

7 *Carceratus non debet relaxari, quando captura contra eum de nouo eſt concedenda.*

Capi non poteſt perſonaliter quis pro debito ciuili in domo propria,& ſic ob huiuſmodi occaſionem ciuliem de domo ſuæ habitationis inuitus ipſe debitor extrahi nõ debet.l.nemo.ff.de regulis iur. & l.plerique,vbi Doct.ponunt hoc pro regula, præſertimque Alex. & Iaſ.in princip.ff.de in ius vocand.quia ſecundum iura præmiſſa domus vnicuique eſt tutiſsimum refugium,& hinc Cice.pro domo ad Pontific.Quid ſanctius,quid omni religione munitius,quàm domus vniuſcuiuſque ciuiũ:hic aræ ſunt ,hic foci,hic dij penates,hic ſacræ religionis cæremoniæ continentur,hoc pro fugium eſt ita ſanctum omnibus,vt inde arripere neminẽ fas ſit,imò regula iſta ampliatur vtiliter ꝓcedere in debito magno quoque,pro quò debitor minimè in domo propria capi poſſet ſecundum omnes,& maximè Alberic. Roſa, et Iaſ.nu.15.in dicta l.plerique,vbi iſtam communẽ ſeutentiã fore perhibẽt.ſed eadẽ regula ita ampliata limitatur non habere locũ quãdo debitor commoraretur in porticu domus ſuæ,tunc enim captura ipſius debitoris in eo facta valeret,atque teneret,vt voluerunt Bart.et cæteri.in l.cætera.§.hoc ſenatus,per illum textum.ff.de leg.primò, Bald. Angel.Iaſ.numero decimonono,et Alexand.cum aliis citatis per eũ, numero quarto,in dicta l.plerique,vbi ponit expreſſe iſtorum opinionem communem eſſe.Limitatur ſecundò pariter in cauſis criminalibus certè inuitus quis de domo propria extrahi licitum eſſet. §. quoniam,in authentic.vt nul.iudic.gl.in dicta l.nemo,et in dicta l. plerique,vbi Iaſ.numero vigiſimoſeptimo,et cæteri omnes,et hac occaſione ductus Ange.in fauorem creditorum in dicta l.plerique tradit cautelam,remediumqne huiuſmodi,et quidem tutiſſimum eſt , videlicet quòd creditor ipſe habens debitorem non exeuntem de domo ſuadeat iudici ad faciendum ei præceptum ſub pœna applicanda fiſco, nam ſi tunc non compareret,poſſet abſque dubio pro tali mulcta capi in domo propriæ habitationis,et ſtante,ac concurrente captura iſta poſſet ſuum debitorem ita captum confirmari.ſeu condemnari facere in ipſis carceribus pro ſuo debito ſecundum cautelam traditam per Bar.in l.ſacrilegij.§.fi.aliàs eſt l.cum eo,ff.ad legem Iul.peculat. quem ſequuntur Ang.et Paul.de Caſt.in l.vnica.§.fiu.ff.ſi quis ius dicen.nõ obtemp.Anchar.et Imol.in c.ij.de pig.Aret.in §.fin.circa fin.inſtit.de actio.Rom.in l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.infect.Paul de Caſt.Alexan. num.7.in d.l.plerique,Cæpol.cautela. lj. regula eſt quòd nemo inuitus et Cotta in memoriali in ver.domus vnicuique.la ij.vbi exprimit iſtam eſſe magis communem opinionem,et licet Iaſ.in d.l. periquè. nu.27.et in l.fin in iij.not.ff.de procur.aliquibus rationibus non leuibus concludat contrarium,tamen in actu practico ab ipſa communi recedere fatuum cenſeretur,quæ per allegaros Doct.redditur tutiſſima.Imò iuſtificari poſſet etiam ex communi opinione copioſè tradita per Curt.Iun.conſ.cxxvij.nu.5.et per Crauet.conſ.xlvj.nu.7.videlicet quòd carceratus nulliter relaxari nequit,quando captura contra eundem do nouo eſſet concedenda,ſeu facienda,Sed in regno Neapol.nullus officialis poteſt aliquem perſonaliter capere incidentem in pœnam pecuniariam,ſeu bannum,vt ſancitum reperitur in cap.eiuſdem regni regis Caroli primi,ſtatuimus et in cap.regis Caroli ſecundi,quòd iuſtitiarij,et hoc idem videtur concludere Angel.in l. ſi verò §.qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd.cog. dicens quòd iudex contrarium agens,tempore ſyndicatus per text. ibi poſſit actione iniuriarũ conueniri.

## OPINIO XXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Mulieres honeſtè ac caſtè viuẽtes,nõ debẽt pro debito priuato ſi bona defecerint nec fiſcali debito,nec etiã pro quolibet crimine,incarcerari.Hodie tamẽ pro quolibet crimine,ſeruatur de conſuetudine contrarium , vt nu.2.Limita.vt nu.3.*

3 *Mater tutrix filiorũ facta,ſi renunciauit omni legũ auxilio,poteſt ob pecuniam filiis debitam ratione tutelæ perſonaliter incarcerari.*

Carcerari,ſeu in carceres detrudi mulieres honeſtè ac caſtè viuentes non poſſunt ex peculiari priuilegio pro debitó priuato.ſi bona defecerint,nec pro pecunia fiſcali debita,nec pro quolibet crimine commiſſo,authent.ſed nouo iure .C.de cuſt.reorum,et l.j. cum auth. ſeq. C.de offi.diuer.iud.et hoc pro conſtanti,ſeu pro regula tradit Marſil. in pract.crim.in §.attingã.nu.63.& Gram.deciſ.xxxiij.nu.9. et ſeq. et Pet.Duen.in reg.cccxij.fœmina pro debito,cum multis ampliationibus,et limitationib.et Iaffredus deci. cccxciij.non incarcẽrtur mulieres pudicam vitam agentes,et de crimine etiam inquiſitas puniuntur pœna capitali,vt eſt tex.in §.quoniam,in auct.vt nulli iud.ſed hodie pro crimine de conſuetudine contrarium ſeruatur,quod mulieres detineri poſſint in carceribus ſeparatis à carceribus maſculorum, teſte Marco Ant.Blan.in pract.crim.in rub.j.nu.27.in princ.dictæ practi.Folleriò in pract.crim.in ver.notatos capiat de perſona,num.28.et ſeq.et aliis quã plurimis congeſtis per Gramm.in d.dec.xxxiij.nu.9. cum aliis ſeq.hoc tamen non procedere,aduerte, vbicunque mater tutrix filiorum ante ſuſceptam tutelam renũciaret omni legum auxilio ſibi competenti , tunc quippè per renuntiationem iſtam ob pecuniam filiis debitam ratione tutelæ poteſt perſonaliter capi, & in carceribus poni,ſecund.Gart.in l.ſi quis ſub conditione,nu.18.ff.de teſtam.tutel.& in auth.matri,& auiæ nu.13, & ibi Salyc.num.14.C.quando muli.tu.offic.fung.poſſ.Io.And.Dom.& Francus,in c.ij de iud.in vj.Rom.Alex.Soc.& Iaſ.in l.plerique.ff.de in ius vocand.idem Rom.conſ.cxviij.& in l.aliam.§.eleganter,nu.11.ſol.matri.& Mattheſil.in ſin.cix.& Pet.Duen.in d.reg.ccccxij.nu.2.poſt alios infinitos relatos per eum,& iſtorum opinionem recitat eſſe communem,prout communis eſt Couarr.in ſuis reſolutionibu,lib.ij. c.j. nu, 3.tamen ibi refert aliquos ſcribentes contrarium aſſerentes, & tandẽ ipſe quoque leui quodam, & vulgari fundamento conatur à præmiſſa communi diſcedere,quod fundamentum ante eum adduxit Marſil.in d.§.attingam,nu.64.& ſeq.vbi,& ipſe etiam infringit dictã cõmunem.cæterum fatuum eſſet in actu practico ob opinionem iſtorum à dicta communi ſententia tot illuſtrium Doct.recedere quę eſt in iure veriſſima,& per curioſos,& veritatis defenſores optimis . & facillimus rationibus tueri poſſet,& eam ſequitur quoque tanquam ſanctam,& communem Ang.& Platea,in l.nemo,carcerem.C. de extract.lib.lib.x.Iaſ.in l.pen.nu.4.ff.ſi cert.petat.et Caccialupus, in tracta.de debitore ſuſpecto.et fugiti.q.vj.

## OPINIO XXXVIII.

Cardinalem offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis,et puniri poteſt quemadmodum ſi percuſsiſſet propriam ſummi Põtificis perſonam,ac maieſtatem,ſecund.Io.And.in c.ad apoſtolicæ. §. perpetrauit,de ſenten.& re iud.in vj.in verſ.Cardinales,Præpoſ.in c.in in primis.§.de perſona,nu.no.xj.q.j.Anc.in c.felicis,de pœ. per illum text. And.de Iſer.in conſt.Regni Neap.exordiẽte,vt participatio,et Afflict. in c.j.in tit.quæ ſint reg.in vſibus feudorum,quorum opinionem latè probat,ſequitur,et dicit communem Hieron.Gigas,in tract.de crimine læſæ maieſtatis,in lib.j.q.v.nu.1.cum aliis ſeq.ſed hoc fallit nõ procedere vbicunque quis offenderet Cardinalem ad ſui neceſſariã defenſionem,tunc enim hoc impune permiſſum eſt,ſecundum gl. in c.fi.in ver.percuſſerit de pœnis,in vj.quem ſequitur ibi Ioan. And. Ang.Iaſ.nu.1.et Dec.numero 7.in l.vt vim.ff.de iuſti.et Iure, et Curt. Sen.conſi.xx.nu.29.

## OPINIO XXXIX.

CITATIO partis in petitione familiæ iudicis ad aſſociandũ vigore pactorum executiuorum non eſt neceſſaria aliquo modo,et ſic iudex parte non citata poteſt concedere licentiam aſſociandi creditorẽ ad poſſeſſionem,ſecund.Salyc.q.viij.Alber.et Iaſ.in l.creditores. C.de pigni.Alex.con.cxxxj.vol.iiij.Cottam in memoriali,in ver.pacta executiua,circa fin.Marantam,in tract.iudiciorum,in vj.par.de citatione,ſub nu.11.Iacob.Menoch.in tract.recuperandæ poſſeſsionis remedio. v. nu.29.et Afflict.deciſi.cccxxvj.vbi firmat ita deciſum fuiſſe in ſacro cõcilio Neapol.ſed quotieſcunque petita eſſet licentia ingrediendi poſſeſsionem,tunc iudex illam concedere nequiret non citata prius parte,vt voluerunt Bar.nu.26.et alij omnes,in d.l.creditores,& Bal.in l.ij. q.x.ff.de ſer.et in l.j.ff.de execu.rei iudi.et Cotta in præcitato memoriali,in ver.pacta executiua,vbi appellat iſtam cõmunẽ opionẽ fore.

## OPINIO XL.

CLAVSVLA quòd tenores,et formæ,quotum omnium,et aliorũ habeantur pro expreſsis,etiam ſi expreſſa mẽtio de eis facienda eſſet,& cætera,operatur perinde,ac ſi de verbo ad verbum omnia in indiuiduo expreſſa fuiſſent,et tollit clauſulam derogatoriã ad futura,ſecundum Ant.de Butr.con.ij.Fel.in c.nonnulli,de reſcriptis. Caſſado dec. xxviij.ſuper regulis,Deci.conſi.cccxlj.nu.1.Crauet conſ.cxxvj.nu.7.et Pariſ.con.j.nu.84.vol.iiij.et iſta eſt magis communis opinio, vt cõſtat ex relatis per gl.concord.in tract.de forma manda.apoſto.in ver. pro expreſſis.et ca.et per Couarruuias latiſſime.in epito.de teſtamentis ſuper rub.par.ij.nu.20.

## OPINIO XLI.

CLERICI in minoribus ordinibus cõſtituti ſunt capaces ſentẽtię degradat.&ſic degradari poſſunt c.ij.de pœn.in vj.et ibi Doc.cõmu.Ant. in c.at ſi clerici,de iudic.Barba.in c.cũ non ab homine.eo.tit.et Berna. Dias.in pract.crim.cano.c.cxxxij.poſt princ.nec refragatur, text.in c. clericus.il ſecundo,de vita,et honeſta.cleric.dicens clericos in minoribus cõſtitutos ordinibus eſſe ſine gradu,quoniã intelligitur abſque gradu ſacro,ſecũdũ gl.receptẽ cõmuniter ab omnibus ibi,quã ſeqtur

quoque

quoque Corſet.in ſing.in verſic.accuſatio,ſed huiuſmodi actualis degradatio inſignitis minorib.ordinibus veritatem profitendo minimè moribus recepta eſt,vt per Canoniſtas,in dicto capitulo,clericus.

## OPINIO XLII.

Clerici tenentur ad inſtructionem murorum,ac portarum ciuitatis,& viarum pontiúmque in quibus eſt pietas,& publica verſatur vtilitas.l.ad inſtructionem.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.ad portus.C.de operi.public.gloſſ.& alij in cap non minus in ver.releuandas. de immuni.eccleſ.Lucas de penna,in l.in fin.C.de exacto.tributo.libr x.Ripa.in lib.ſecundo,reſponſorum cap.xxij.numer.5.& ſeq.Bart.& omnes,in d.l.ad inſtructionem,Bellamera conſilio xlv.Guido Papæ.queſ. lxxviij.& Ripa in trac.de peſte.in titu. de remediis ad conſeruandam vbertatem.numer.133.& ſeq.vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem,approbat viua ratione,& concordat cum opinione contraria,prout ita facit, & concordat quoque additionator in d. q. Guido Papæ lxxviij.Bart.pariter conſilij.nu.9.vol.j.profitetur opinionē iſtorum eſſe communem,càmque ampliat,ac refert cæteros contrariam aſſeuerantes. Et ſequitur quoque Lancel. Corrad. in pract. ſeu tract. De decur.lib.j.c.ix.de prætore.§.j.nu.27,& ſeq.vbi oſtendit iſtam magis communem fore,& obſeruari Mediolani & Papiæ.

## OPINIO XLIII.

CLERICORVM appellatione veniunt conſtituti, etiam in minoribus ordinibus ſecundum gloſſ. Abb. & omnes indifferenter, in cap. non liceat,de præb.vbi Dec.num.17.ſequitur opinionem iſtorum,& meminit nullam habere dubitationem,& in effectu communis eſt,vt per ſcriben.ibi,imò appellatione clericorum veniunt canonici, & clerici in dignitate conſtituti, & alij Prælati quoque in materia fauorabili, ſecús autem in odioſa, nam Prælati non ſunt clerici ſimpliciter,ſed ſecundum quid, vt voluit Abb. in cap. bonæ. il j.in j. nor.de poſtu.præla. & in rub.de maior.& obedi.Federic.de ſenis cōſilio lxxiij.factum tale eſt,per textum in capitulo ſtatutum de elect.in vj.& iſtam opinionem dicit communem eſſe Dec. in dicto capi. non liceat.nu.18.& ſeq.& Alciat,in l,ij.nu.9.ff.de verb. oblig. & ſequitur Ruinus conſ.xviij.nu.17.vol.ij.& Riminal.conſi.cv.nu.33.& ſequen. poſito inter conſil.crimin.diuerſorum in j.volumine.

## OPINIO XLIIII.

CLERICVS habens ſufficiens patrimonium licitè poteſt viuere de bonis eccleſiæ, ac de redditibus beneficiorum ſecundum Abb.poſt alios relatos per eum.in cap.poſtulaſti. de reſcriptis. quæſt. ij.& Dec.ibi num.16.vbi Syluester Aldobrandi. in add.ad ipſum Dec. refert Ferrariæ ita conſuluiſſe, & ſequitur quoque Innoc. & alij in cap.epiſcopus,de præbē.vbi Dec.nu.13. meminit iſtam communem opinionem,Præpoſ.in cap.illi autem.xij.q.j.Felin.in cap.ex literis, de conſtit.Soc.conſ.xcj.vol.iij.Abb.in diſput.iiij.dubio iiij.Syluest.in ver. clericus.iiij.q.xvj.Fel.& Barb.in d.c.poſtulaſti,licet ipſi ibi, & malè diſcedant à communi prædicta. Imò retenta iſta communi dic vlterius quòd præſbyter propria bona habens in epiſcopum eligi Poteſt,& illa bona licitè retinet,quod Gratianus ex conſilio Agatenſi.c.xlvij.cōprobat,in cap.epiſcopi.xij.q.j & Panor.in c.j.de teſtam. plures auctoritates doctiſſimè congerentes.

## OPINIO XLV.

Clericus debitor alienæ pecuniæ, inopia ſeu egeſtate laborans non poteſt conueniri,niſi inquantum facere poteſt deductis neceſſariis alimentis,ne cogatur mendicare in opprobrium clericatus, ſecundum glo.Bartol.& alios omnes in l.j.aliàs in l.miles.ff.de re iudic. gl. in cap.ſtudeat.50.diſtinct.quā ſequitur Ioannes Staphi.de literis gratiæ,& iuſtitiæ.Gigas.in tract.de penſionibus.quæſtio. xxxv.& Capella Toloſan.et Aufrerius ibi,deciſio.ccxlv.et Felin.in cap. cùm ex officij, de præſcriptio.et communem eſſe profitentur Dec. in cap. reprehenſibilis.num.28.et ſeq.de appellatio.Iaſ.et Ripa.numer.7. in d.l.miles, et quamuis de iure contrariam partē veriorē eſſe meminerint Mattheſi.notab.lxj.nota quòd clerici non gaudēt,et Alberic. et Pau. Caſ. in d.l.miles, ob hoc non multum tribueudum eſt opinioni iſtorum, ſed ſequenda eſt communis ſententia præmiſſa in praxi tanquam magis æqua,& vera,ac melioribus rationibus vllata,verum reducendo omnia hæc re,& effectu ad practicam ſi clericus ipſe haberet beneficium & eſſet pro ſolutione debiti conuentus iudex eccleſiaſticus ad euitandum excommunicationem,& carcerationem contra iſtum clericum poſſet,ac teneretur adiudicare creditoribus annuos fructus illius beneficij reſeruatis congruis alimentis ex eis dicto clerico,arg. text.in cap.peruenit,de fideiuſſ.& ita practicatur,ſeu hoc obſeruatur in Rom.curia.ſecundum Collectarium,in cap:Odoardus, de ſolutio.

Aufrerius in d. deciſio. Toloſan. ccxlv & Rebuff. in authentic. habita.priuilegio.cexij.C.ne filius pro patre,& hoc modo ſeruatum extitit in facti contingentia multis vicibus coram iudice eccleſiaſtico ciuitatis Aquilæ me patrocinante.

## OPINIO XLVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clericus ob ſimplicem fornicationem hodie non deponitur. Contrariam alij dicunt communem,vt num.2.Fallit,vt numer.3.& 5.*
3 *Sacerdos cognoſcens filiam ſpiritualem deponendus eſt.*
4 *Filia Spiritualis quæ dicatur.*
5 *Sacerdos cognoſcens commatrem ſuam deponendus eſt.*

Clericus ob fornicationem ab eo commiſſam hodie non eſt deponendus,ſecundum gloſſ.in cap.Maximianus.viij.diſtinct.& in cap. lator.ij.quæſt.vij.Cardin in clement.ad noſtram.in ij.quæſt.de hæretic.Imol.in cap.vt clericorum:de vita,& honeſt.cleric.& in cap.ſi autem.cod.tit.Abb.in cap fin.de purg.vulg.Ioan. de Anan.in cap.ſignificauit,de adulter.Barba.conſil.xiij.in fin.volum.iij. Dec. numer. 125. cum aliis ſequentib.Abb.Felin.numero 8.& Auguſt.Berous, numero 165.in ca.at ſi clerici,de iudic.vbi profitentur iſtam eſſe communem opinionem,& Corſetus,in ſing.ſuo,in ver.fornicatio:& Paul. Grilan. in tract.de pœnis omnifariam coitus illiciti.quæſt.vj.ſub nu.1. Huic verò communi contradicit Paul.de Eleazar. cum multis aliis, in clement. j. de offic.ordin.aſſerendo, quòd clericus in ſacris ordinibus conſtitutus,propter ſimplicem fornicationem deponi debet, & poteſt idémque tenet Anton.de Butr.in d.capitul.at ſi. quorum ſententiam recitat eſſe communem Aretin in cap.cum non ab homine, de iudiciis,et Dec.in d. cap. at ſi clerici,ſed opiniones iſtorum ad optimam conſonantiam, et concordiam reducere nixus eſt Corſetus in allegato ſing.quamuis ipſe in iudicando, et conſulendo, nunquā diſcederem à prima ſententia, quæ in iure veriſſima videtur, et corroboratur per Dec.et Beroum latiſſimè, in d.cap. at ſi clerici.quæ quidem communis ita amplexa interpretatur vtiliter non habere locū in ſacerdote cognoſcente filiam ſpiritualem,tunc enim deponeretur abſque dubio aliquo,ſecundum Abb.in cap.fin.de purg.canon.Ioan. de Anan.in cap.cum dilectus.de accuſ.et in d. c.ſignificauit, Felin. in prin.Dec.nu.232 et Berous,nu.161.in d.c.at ſi clerici,et Ioan.de Selua,in tract.de beneficiis in iij.par.q.iij.in fin.et iſta eſt communis, et indubitata opinio,et aduerte quòd filia ſpiritualis circa hoc illa dicitur,quæ ſit de eius parochia, vt tenet Abb.in d.c.ſi.de purg.cā, Dec. in d.c.at ſi clerici,nu.233.et Ioan.de Selua,in loco præcitato,et eadē pœna quoque puniretur ſacerdos ipſe cognoſcens commatrē ſuam, ſecundum Abb.in d.ca.ſi.et Fel.in d.cap.at ſi clerici.

## OPINIO XLVII.

Clericus productus in teſtem coram iudice laico deponēs falſum non poteſt per iudicem laicum puniri ac condemnari,nec principaliter,nec incidenter,ſed eſt remittendus ad eccleſiaſticum,ſecundum Hoſt.Innoc.Ioan.And.Ant.Butr.Imol.& Fel.in c.verum de foro competen.Io.de Ana.Soc.& alios,in c.ij.de crim.fal.Bart.in l.diuus.ff. de falſis,Paul.Caſtr.in l.nullum.C.de teſtib.Iaſ.in l.j.§.qui mandatam.ff. de offic.eius,& Ang.in l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.lib.x.& omnes in cap.at ſi clerici poſt Ioan.And.ibi de iudiciis,& iſtorum opinionē ſequitur declarat,& ſcribit eſſe communem Marante, in tract.iudic. in vj.part.ij.partis prin.ſuper xij.actu,num.4.& ſeq.Capicius,in deciſ.v.nume.13,& afflict.deciſio ccxxx.vbi opinionē hanc aſſerit communem,tuetur,ſequitur,& inquit Dominos de Rota in eam inclinaſſe,licet caſus iſte ob varietatem ſententiarum,& opinionum conflictum non fuiſſet deciſus in ſacro regio concilio,& in effectu reiectis duabus aliis opinionib. relatis per Afflict.in d.deciſ.ccxxx.ipſe ſequor opinionem.Hoſt.& ſequacium communem,quam magis ſecuram inquit Afflict.in d.deciſ.nu.4.& in pract. obſeruari teſtatur Aug. in add. ad Ang.in tract.malefic.in verſ.falſario,vbi ipſe ſimul cum Ang.concurrunt cum præmiſſa opinione communi,& eandem veriorem, & communiorem dixit Io.Bernard.Dias.in pract.crim.cau.in c.lxxxvij. in fin.& Socin.in tract.fal in reg.ccccxxviij.inci.teſtis falſum teſtimonium deponens,& caue ne te decipiat ſuis ſuaſionib.Bart.qui per plura colorata fundamenta nititur contrariam partem ſuſtinere, in d. c.verum,num.52.vſque ad nu.62.quia eius rationes parum,aut nihil obſtant, prout oſtenditur apertiſſimè per Mod.& alios in d.c.at ſi clerici.eſt bene verum quòd eam apud Gallos ſeruari,& paſſim admitti aſſeuerat Gnliel.Bened.in c.Raynutius de teſtam.verſic.& vxorem nomine Adelaſiam.nume.434.

## OPINIO XLVIII.

Clericus,Eccleſia,ſeu monaſterium ſuccedens iure inſtitutionis,vel

legati laico iam cōuento coram iudice ſeculari, tunc litem ipſam inchoatam cum defuncto coram illo iudice litem finire, peragereque tenetur vbi iudicium cæptum eſt, ſecundum Bald.conſil.ccvij.vol.ij.An.& Paul.Caſtr.in l.heres abſens.ff.de iudi.Alex.in add.Bart.in auth. & conſequenter, nu. 19.C.de ſenten.Barb.conſ. j.vol.iij.& in c.quia, de iud.nu.45.cum aliis ſeq. Imol. in l.ſi eum hominem.ff.de fideiuſ. Cagnolum, in l.ij.nu.175.ff.de pact.emptorem. & opinio hæc obſeruatur in pract, teſte Boer.deciſ.lxix.nu. 32, cum aliis ſeq. Alex. vbi ſuprà, & Guliel.Bena.in c. Rainutius.in ver.vxorē nomine, nu.124.de teſt.& eſt communis quoque prout oſtendit Rogerius de Mara.in l.j.nu.71, de iud.ff.& magis communem, ac vetam eſſe ait Boer.in memorata deciſ.lxix.num.32.34.& ſeq.

In contrariam verò partem inclinarunt videlicet quòd inſtantia cæpta cum defuncto laico non tranſeat in clericum heredem, & ſic quòd lis cæpta cum ipſo laico denuò inchoanda ſit coram iudice eccleſiaſtico Ioan.Andr.in regula qui in ius de regulis iuris, libro ſexto, Bald.titubanter in cap.in præſentia de probatio, & in l.prima.C.ſi pē, appell.mors inter.Angel.in l.tam ex contractibus, ff.de iudic.Ant.Abb Felin.& Dec.in dicto cap.quia.& Iacobinus de Sancto Georg. & idē Dec.in prin.in d.l.heres abſens, vbi perhibent ita in actu practico obſeruari, & iſta eſt magis communis opinio, vt meminit expreſſè Marāta, & quidem ex ſemetipſo, ſuóque capite in tract.iudiciorum in v, part.numer.13.& ita parum cautè, imò relaxatis cenſuris, habeniſque iuris ita ſuperiori anno per iudicem ſecularem ciuitatis Aquilæ in cauſa non leuis momenti iudicari vidimus, tamen reiecta opinione iſtorum tanquam iniqua, & plebi ſuadenda imò in nube fundata, teſte Boer.in d.deciſio.lxix.num.49.mihi ſemper placuit prima ſententia, quam in iudicando, conſulendóque ſequerer intrepidè vti veriorem, æquiorem, & communiorem.

## OPINIO XLIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Illatas res coloni in fundum ruſticum Dominus habet tacitè obligatas, amplia vt numer.2.3.& 4.Limita, vt numer.5.6.& 7.*

6 *Illata in prædium ruſticum non intelliguntur tacitè hypothecata, niſi dominus ſciat.*

7 *Inſtrumenta chirographa ac nomina debitorum illata in domum cōductam non ſunt tacitè obligata pro penſione.*

COLONI res illatas in fundum ruſticum dominus habet tacite obligatas.§.item ſeruiana inſtitut.da actio.& licet text.loquatur ſimpliciter, & aliter non aperiat de quibus colonis intelligatur, cū plures colonorum ſpecies reperiantur, nihilominus habet locum in colono nummis colente, vel colono præſtante aliquam quantitatē frumenti, ac olei, vel in colono partiario partiente illud, quod conuentū eſt, ſeu diuidente fructus fundi cum domino.& ſic dominus omniū iſtorum colonorum res inuectas in fundo hyporhecatas habere cenſetur ſecundum gloſſ.Fabrum, Aretin.Iaſ.numer.11.cum aliis ſequētibus Gomeſium.nume.9.& ſeq.& Bellonum, numer.15.& ſeq.in d.§.item ſeruiana, vbi oſtendunt iſtam opinionem communem eſſe, & cum ea ſentiunt quoque Alexand.conſil.xxxij.vol.j.Soc.in tract.fallētiarū in regu.cxcij.in fin.Bald.& Salyc.in l.certi iuris.C.locati, & Floria.in l.ij.ff.eo.tit, hócque ampliatur, vt coloni, ſeu inquilini res inuectæ non modo obligatæ tacitè ſint, ac appareant pro penſione fundi, ac domus conductæ, ſed pro deterioratione, aut eius refectione etiā, vt voluerunt Bart.in l.ſolutum.§.ſolutam in fi.ff.de pign.actio, Aretin, Iaſ.cum aliis ſignatis per eum, nume.22.Gomeſius, nume.13.& ſeq, & Bellonus.nume.20.in d.§.item ſeruiana, vbi ponit hanc communē ſententiam eſſe, & ſequitur pariter Neguſantius in tract.de pignoribus in ij.parte membro.iiij.ſub.numero 128.& ſeq.ampliatur ſimiliter ſecun.loco, vt procedat non ſolùm, vbicunque locatio ipſa facta eſſet pro mercede debita in pecunia numerata, verùm, ſi facta etiā foret pro penſione debita in certa ſpecie, & per conſequens impropria ſecundum gloſſam, et Aretin.in dicto §.item ſeruiana.Cyn.Bald.q.iij, et Salyc.in d.l.certi iuris, et Neguſanti.cum reliquis citatis per eum in d.iiij.membro.ij. part.ſub.nu. 138.vbi perhibet iſtam opinionem magis communem magiſque veram eſſe.Hæc verò regula ita ampliata limitatur primum, vt de plano procedat, quotieſcunque in fundo, ſeu domo ſunt inuectæ res ipſorum colonorum, ſed ſi illatæ appareant res alienæ ibi per ipſum conductorem non videntur tacitè hypothecatę pro penſione, etiam ſi res eſſent alienæ, quæ præſente, et tacente domino inueherentur, ſecundum Iac.de Aret.Cyn. Bald.q. vij, Sal.c.et cæteros in d.l.certi iuris, Gomeſium, in d.§.item ſeruiana, nu, 24, Bellonum, num.30, vbi Iaſ.nu.53.cum aliis Doct.præcitatis fatentur iſtam eſſe communem opinionem, Contrariam verò patrem; videlicet, quòd per ſolam ſcientiam, patientiamque domini ſine dolo inducatur tacita obligatio in re inuecta firmauere gloſ.fin.in d.l.certi iuris Bart.in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.& in l.j.ff.de pig.Iaſ.cum cæteris accumulatis per eum, in d.§.item ſeruiana, num.53. & Neguſan.in d.iiij.membro.ij.part.nu.152.vbi perhibet hanc eſſe veriorem, cōmuniorēmque ſententiam, ſed tutius eſſet iudicio meo in actu practico tranſire cum prima opinione Iacob.de Aretio.& ſequacium, tanquā æqua & indubitata.Limitatur ſecundò etiam, vt procedat regula præmiſſa in prædiis vrbanis, nam res illatæ in villā indiſtinctè cenſentur tacitè obligari abſque alia ſcientia domini prędij, cęterum inuectæ in prædium ruſticum non intelliguntur tacitè hypothecatæ, niſi ita demum, ſi dominus ſciat: ideò in prædiis ipſis vrbanis inducitur hypotheca abſque ſcientia domini domus, ſecus autem in rebus ruſticis, vt firmauére, gloſſ.& omnes in d.§.item ſeruiana, vbi Bellonus recitat iſtam eſſe communem opinionem, nu.26.& Neguſan.in d.iiij.membro, ij.part.nu.145.Limitatur poſtremò, vt inſtrumenta, chirographa ac nomina debitorum illata in domum conductam non videantur aliquo modo tacitè obligata pro penſione, ſecundum Rayn.Cyn.& Salyc.q.iij.in d.l.certi iuris, Fabrum, Aretin, Nicol.de Neapoll.Iaſo.num. quedrageſimoprimo, & Bellonum ſub nu.trigeſimo, in dict.§.item ſeruiana, vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem, ac eidem inhæret quoque Neguſantius, in dicto quarto membro.ſecunda parte, ſub numero centeſimoquinquageſimotertio, in aliis verò multis caſibus regulam prædictam limit.& ampliat Neguſant.in d.iiij.membro ij.partis à nu.128.vſque ad nu.155.

## OPINIO L.

COMPROMISSVM ſi fecerunt Titius, & Sempronius in arbtiratorem annullatur, ſi alter ex compromittentibus ipſis eſt bannitus, & bona banniti ſunt publicata, ſeu confiſcata, ſecund. Roman. Alex.Iaſ.& Soc.in l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.obli.vbi ſcribunt iſtam opinionem communē fore.& ſequitur Bapti.de ſancto Blaſio, in trac. de arbitris quæſt.liij.Marcus Antonius Blancus, in tract.de compromiſſis q.vij. nu.ſexto, & Petrus de Benintendis deciſio.xxj.nu.21.licet ibi recitet in Rota Bononienſi deciſum extitiſſe bannitum vigore ſtatuti de compromiſſis faciendis inter affines cōpromiſſum petere poſſem & in hanc partem per rationes ibi aſſignatas rationabiliter Rotā inclinaſſe facilè dignoſcitur.

## OPINIO LI.

COMPROMISSVM factum de rebus merè tēporalibus, ac ciuilibus eccleſiæ in laicū, neceſſariò non requirit conſenſum auctoritatémque epiſcopi, ſecundum gloſſam, in verſic.ſpiritualibus.poſt princip.in capit.contingit interdum, de arbitris: cum qua ſentiunt omnes Doctor.ibi, præſertimque Auguſtin.Beroius, numero 33.et ſeq.et nu. 26, vbi deducit iſtam opinionem communem eſſe.

## OPINIO LII.

COMPROMITTI poſſunt in laicum arbitratorē cauſæ eccleſiaſticæ, etiam ſpitituales, ſecundum Hoſtien.et Io.Andr.in c.fi.de rerum permut.Roma.conſil.ccxc.Anchar.conſil.xxjij.et xcvij. Alexand. conſi.cxj.volumine ſecundo et in lege quoties.C.de iudic.et Dec, cum aliis citatis per eum, in cap.ij.nume.4.de iudiciis.vbi perhibet iſtam opinionem communem eſſe, et idem firmat Hieronymus Gratus, cōſilio lxxxvij.numero 10.volumine primo et Moderni. Bononienſ. in cap.contigit.de arbitris.

## OPINIO LIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conatus in atrocioribus delictis puniendus eſt.Intellige vt num.2.*

3 *Venenum tradens, vel tentans occidere veneno.non ſequuto effectu, extraordinaria pœna puniendus eſt.*

4 *Raptor virginis vel honeſtæ mulieris, ſi eam non cognouerit, non punitur pœna l.vnic.C.de rapt.virg.ſed minori propter non ſecutum effectum. Contrarium alii tenent vt num.5.ſed malè.*

6 *Conatus in crimine læſæ maieſtatis punitur pœna ordinaria. Intellige tamen vt numero 7.*

CONATVS puniendus eſt in atrocioribus delictis, ſecundum Bal.in l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſc.et cleric.per text.ibi glo. in ver.putamus.in l.§.hæc autem verba.ff.quod quiſque iur.approbatam ibi à Cyn.Roman.et ab aliis communiter, et idem probat text.in capitulo primo, de homicid.in vj.et l.quiſquis.C.ad leg. Iulia.maieſta. et notat Grammat.in deciſio.ij.numero quinto, et Criminaliſtæ omnes variis in locis. Sed conatus iſte in atrocioribus criminibus non punitur pœna ordinaria delicti perfecti, et cōſummati, etiam quòd delinquens peruenerit ad proximum ipſius delicti actum, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per conatem, quin delictum omninò conſumma-

tum

tum fuerit,ſecundum Cyn.et Salycet.in dicta l. ſi quis non dicam, Andr.de Iſer.in c.j.§.ſi verò.de capita.qui curiam vend.Ang.in tract. maleſi.in gl.Sempronium mandatorem,Cæpol.conſ.fin.Grammat.d. deciſio.ij.nu. 22.et deciſio.lxxiiij.num.12.et in voto.xx.et iſta eſt cõmunis opinio,teſte Cataldino de Boncompagnis, in conſ.lv. numero 58.poſito inter conſ.criminalia diuerſorum,in j.vol.Marſil.conſ. cv.et in l.is,qui cum telo.C.de ſica.Grammat.in voto,viij.nu. 11. cum aliis ſeq.et Carrerio in practic.crimin.rub.de homicid.§.ij. numer.19. Et primò poteſt tradi exemplum commodum hic in porrigente,ſeu propinante venenum alicui cauſa occidendi. tunc ob actum proximum conſummationis ipſius criminis nõ ſequuto effectu et morte,tradẽs venenum,vel tentans occidere veneno venit pœna extraordinaria puniendus,ſecundum Bald.conſ.ccccxliiij. lib.Ang.in l.1.§.ſit iniuria. ff. de extraordia.crimin.Floria.in l.item ſi obſtetrix. ff.ad leg.Aqui.Cæpol.in d.conſ.fin.Afflict.in conſtitut.Neapol.lib.iij.rubr.xlj.Alexan.ad Barto.in l.j.ff.ad l.Pomp.de parrici.Cremen.ſing.xlix.defenſaui ſemel. Auguſt.in add.ad Angel.de malefic.verſ.& ex interuallo.in fi. Marſil. in l.eiuſdem.ff.de ſicar.& Pariſ.conſ.clxvij.numero 13.vol.iiij.Grammat.in d.deciſ.ij.vbi meminit ita fuiſſe deciſum in ſacro regio conſ. Neapolita.& poſtmodum cõfirmatum per principem contra ſententiam magnæ curiæ vicariæ in prætorio ſupremo in ciuitate Neapolis,& iſtam fatetur communem opinionem Carreri.in d. pract. in §. homicidij,nu.19.& ſeq. ibi & Felin.in tract. quando conatus puniatur.& Grammat.in d.deciſ.lxxiiij.nu. 16.& ſeq. Secundò tradi poteſt circa premiſſa alterum exemplum congruens in raptore virginis,honeſtæque mulieris,qui ob raptum , ac conatum duntaxat deductum ad actum proximum contra honeſtam mulierem non ſequuto effectu,& ſic non ſtuprata,& cognita ipſa muliere,ſed ſolummodo rapta, eſt puniendus ob hoc raptor non pœna.l.vnicæ.C.de raptu virg.verùm minori pœna,ſecund. Ang.ibi, & Anan.in c.pen.de raptor.Dec. conſ.ccxxxiiij.Cæpol.conſ.lvij.Marſil.conſ.cv.Carrer.in d.pract.in tit, de homic.§.circa.nu.285. Grammat.d.deciſio.ij.nu.29.& ita ſe habet communis opinio,ſecund.Boer.deciſ.cccxvj.& Cataldinum de Boncompagnis de Viſo,in conſ.lv.nu.54.quod conſil.reperitur inter conſil.crim.diuerſorum,lib.j. Contrarium verò in hoc tenuerunt Andr. de Iſer.& Afflict.in conſtit.Neapol.lib.j. rub.xix.q.ij.cæterùm fatuum eſſet ob opinionem iſtorum recedere à dicta communi, quæ eſt verior,& communior.In crimine verò atrociſſimo læſæ maieſtatis conatus debet pœna ordinaria puniri,dict.l.quiſquis, Ange.in l.j.§.hæc verba.ff.quod quiſque iu. Archidia.in ca.ſi ergò.xvij.q.j. Bart.& Alex. in l.ea mente.ff.de furt.Afflict.in conſti.mala noxia,Marſi.in d.l.eiuſdem,nu.9.& clariſſimus D. Reſtaurus Peruſinus præceptor meus,in tract.de Imperatore,q.cxviij.nume.11.& hoc procedit abſque dubio, vbicunque conatus non fuerit nudus, ſolus, & ſimplex,ſed fuerit deductus ad aliquem actum remotum,ſeu proximum ſine delicti conſummatione,ſecundum communem opinionem omnium Doct.amplexam ab Ang.in d.§.hæc verba Bald.& And.de Iſern.in c.j.§.ſi voluerit,de ca.qui curiam vend.Afflict.in conſtitut.aſperitatem fall.ij.& relatam ac mentionatã per Carrer.in d.§.ij.nu.15.& alios præcitatos.

## OPINIO LIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Volens homicidium committere, ſi non perficiat,nec membrum aliquod amputet,quia non potuit,non ſit irregularis. Amplia vt nu.5.*

2 *Voluntas ſola non facit irregularem.*

3 *Canonica lex,ad hoc vt quis fiat irregularis,requirit verum actum homicidij,aut membri mutilationem.*

4 *Excommunicationis pœnam vt quis incurrat , non ſufficit conatus,ſed requiritur verum factum.*

6 *Digitum debilitans vel amputans non dicitur membrum debilitaſſe vel amputaſſe,Limita vt nu.8.*

7 *Digitus non eſt membrum ſed membri pars & officium.*

Homicidium volens committere ex deliberata,& perfecta voluntate,& accedens cum armis hac de cauſa contra Titium,nec occidat, nec ei membrum aliquod amputet,quia non potuit , ob hoc irregularis non efficitur , voluntas enim ſola non facit irregularem,ſecundum gl.et omnes cõmuniter,in c.ſi quis aliquis, de homici.Arch.in c, ſi.xxiij.q.viij.Dom.in c.ſi quis acceptum.50.diſt.et eundem Archi.in c.periculoſe contra gl.fi.ibi,de pœn.diſt.j.Feli.in ca.ſicut dignum,nu. 11.de homicid.et in tract.quando conatus puniatur. ver. fallit ſexto. Marſil.in l.is,qui cum telo.C.de ſica.et Alb.Trotum,in tract. de vero, et perfecto clerico,lib.ij.c.xx.nu.5.vbi teſtatur de communi, nam lex canonica quantum ad hoc exigit verum actum homicidij,aut membri mutilationis,vt not.Henric.poſt alios,in c.j.de eo qui mittitur in poſſ.et ibi Card.et hinc deducitur quòd ſi quis habeat animum deliberatiſſimum,et omni conatu curet percutere clericum,et non percutiat eum re,et effectu, non incurrit excommunicationem , ſi quidem ad incurrendum pœnas excommunicationis,cenſuræque eccleſiaſticæ,requiritur factum,vt habetur per gl.communiter ibi ab omnibus receptam,in cap.in audientia,de ſentent.excommunica. Cardina.in clemen.j.quæſt.iij.de vſuris,et Felin.in d.tract. quando conatus.et in tantum procedit prima communis opinio,quòd ſi quis digitum amputet Titio prædicto non efficitur irregularis, ſecundum Doct.in d.cap,ſi quis.Bart. Angel.& Imol.in l.ij.de public.iudic.Angel. in tract.maleficio.in verſic membrum,et Rubeum conſ.lxxxiij. quia digitus.non eſt membrum,ſed officium membri,ideo requiritur ſeparatio membri,vel totalis debilitatio ipſius in caſu iſto pro irregularitate incurrenda.ideo ſtatutum puniens aliquem pro membro debilitatio nnn procedit in debilitante hominem aliquo digito, quia debilitans penitus digitum uon dicitur debilitare membrum , cùm digitus ipſe non ſit membrum , ſed membri pars,ac officium ita voluit Bart.et Imol.in dicta l.ſecuuda. et Iacob. Nouellus in practic. crimin.ſuper forma inquiſitionis pro inſultu, et vulneribus, numero 30.cum aliis relatis per eum,et per Rnbeum,in dicto conſi.lxxxiij. vbi ita conſuluit,hoc verò fallit in notabili artifice,ſeu pictore,et cui ſi foret pollex debilitatus,aut mutilatus,tunc haberet locum memoratum ſtatutum,quia ex debilitatione iſtius digiti redditur inefficax, et inutilis manus, vt firmauit Follerius poſt Angel. Aretinum in practica criminali .in for. capitulorum in vulnere,numer.23.et Rubeus, in d.conſ.lxxxiij.in fin.

## OPINIO LV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Concubinarius ſeu fornicator notorius & publicus,in ſacris conſtitutus, ipſo iure ſuſpenſus eſt ab officto & beneficio. & ſi celebret ante peractam pœnitentiam,efficitur irregularis,quæ irregularitas à ſolo Pontifice tantum deleri poteſt. Amplia vt num.2.Contrarium tenent multi,vt videatur magis communis.vt numer.9. Auctor tamen non putat à priore eſſe recedendum,vt nume.10.*

3 *Chriſti actio,eſt noſtra inſtructio.*

4 *Laici non debent de presbyteris iudicare,nec de eorum vita quærere.*

5 *Concubinarij crimen ſi ſit notorium per ſententiam vel confeſſionem eius,tunc non eſt ab illo audienda miſſa.*

6 *Clericus ſi teneat publicè concubinam tanquam vxorem,& nutriat filios,tunc non debent ab eo audiri ſacra, etiam ſi ſuperior nihil de eo monuerit,*

7 *Concubinarij crimen ſi occultum ſit,& ab Eccleſia toleretur,tunc licitum eſt ab eo audire & ſuſcipere ſacra.*

8 *Concubinarij publici & notorij qui ſunt?*

CONCVBINARIVS,ſeu fornicator publicus,ac notorius in ſacris ordinib. conſtitutus eſt ſuſpẽſus ipſo iure ab officio,& beeficio & celebrans ante peractã pœnitentiam,efficitur irregularis:ea quidem irregularitate.quæ à ſolo Pontifice deleri poteſt,ſecundum Abb. in c.. veſtra.de cohab. cleric. & mulier.Hoſtien.in cap.ſi celebrat,de cleric. excom.miniſ.Sylueſt.in verſ.concubinarius.§.iiij.Anan. & Felin.in c cùm dilectus,de accuſatio.Ant.in cap.j.numer.32, de iudic.Aquenſ.in tract.de concubinariis clericis,concluſio.ſept. Florent. in ij. part.tit. xxvij.cap.iij. Palud.in iiij ſententiarum.diſtinct.xxvij.quæſt.iiij.& Ioãnes Bernard.Diaz.in pract.canon.crimin.in tit.cõcubinarij. cap.lxxiij. & iſtorum opinionem inquit eſſe communem Ioan. de Imol.in d.ca. j.Nicola.Plouius de irregularitate.regul.xlj.& pleriſque ex præcitatis ſcriben.& Guid.Pap.in quæſt. dlviij. vbi eam ſequitur:& concilium Grationopolitanum ſecundum eandem iudicaſſe meminit. & hoc ampliat.Florent.in d.cap.iij.vtiliter.& doctè.allegans Innoc.Hoſtien. Archid.& Ant.quod non ſolum ſacerdos,ſed etiam in quocũque ordine conſtitutus, etiam mininori eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione,& tandiu ſupenſus eſt,quandiu in vitio perſeuerat,& interim exequens officia ſua etiam ſemel irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis diſpenſatione , quod ſequitur quoque Sylueſt.in d.verſic.concubinarius,et ſtatutum fuit in concilio Baſilienſ.in ſeſſione vigeſima, quòd publici concubinarij. vſque quo cum eis per ſuos ſuperiores diſpenſatum fuerit poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem,ac manifeſtam vitæ emendationem ſint inhabiles ad ſuſceptionem quorumcunque honorum,dignitatum, beneficiorum,& officiorum,ſi veró poſt huiuſmodi diſpenſationem vomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redierint,quòd abſque ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant.Sed hic congruenter pro animarum ſalute,& pro amouendo ſcandalum, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur,diſquirendum eſt vtrum miſſam audire debeamus ab iſto publico concubinario,& breuiter verò concludendum quòd ſic.quoniam licet in hoc, & circa hoc ſit valdè reprehenſibilis,exemplo tamen Ieſu Chriſti redemptoris noſtri cẽſetur permiſſus acceſſus ad miſſam prædicti notorij cõcubinarij qui nẽpè Chriſtus nec Iudá,& ſi falſus eſſet diſcipulus ab apoſtolatu eiecit,& qui ſolẽ ſuper bonos,malóſque oriri facit cuius actio noſtra eſt inſtructio,& quia nos cũ laici ſimus,de presbyteris iudicare,nec de illorũ vita quærere debemus,& hoc modo Nicol.ad cõſultationẽ Bulg.

reſpondiſſe legimus.ca.conſulendum.xxix.diſtinct. cæterùm hoc non eſt ſimpliciter verum, ideòque pro reſolutione diſtinguendum arbitror ſic:quòd aut Concubinatus crimen eſt notorium,vel per ſententiam,vel per cõcubinarij confeſſionem, ita quòd nulla tergiuerſatione celari poſſit, & tunc abſtinendum eſt ab eo,ſecundum Abb.in d.c.veſtro.in ij.iij.& iiij.q.& hoc procedit quoque,quando clericus tenet publicè concubinam ſicut vxorem , & publicè nutrit filios , ita quòd ipſe minimè audet diffiteri,eo caſu,ſecundum Abb.non eſt licitũ audiri diuina ab eo,etiam ſine aliqua monitione ſuperioris.Aut eſt occultum,ſicuti eorum qui ab eccleſia toleratur,nec operis euidentiam habent, & hoc caſu ab huiuſmodi quandiu ab eccleſia ipſa toleratur diuina myſteria,aliaque eccleſiaſtica ſuſcipere ſacramenta liberè,& licitè poſſumus,text.eſt in d.c.veſtra, & in c.tua.eo.tit.de cohab.cleric. & mulier.& gloſ.in c.nullus xxxij.diſtinct. Et publici concubinarij ad dilucidandum præmiſſa intelligendi ſunt ſecundum concilium Baſilien.in d.ſeſſione xx.non ſolùm hi,quorum concubinatus per ſententiam,aut confeſſionem in iure factam,ſeu per rei euidentiã,quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari notorium eſt,verùm etiam,qui mulierem de incontinentia ſuſpectam,& infamatam tenet,& per ſuum ſuperiorem ipſam cum effectu non dimittit. Contrariam verò partem, videlicet publicum fornicatorem , ſeu concubinarium irregularem non eſſe,ſi diuina officia celebrauerit tempore ſuſpenſionis,& publici concubinatus,putauerut Innoc.& Io.And.in d.c.ſi celebrat , Spec. in tit.de diſpenſatione.§.iuxta propoſitionis. nu.20.Card.in c.veſtra. Arch.in c.præter.§.ad hæc verò.xxxij.diſt.Io.de Imol.in d.c.j.de iudic. & Nicolaus Plouius, in d.reg.xlj.quorum opinio iudicio meo cenſetur magis communis , ſed ipſe nunquam auderem iudicare, conſuleréque contra priorem ſententiam,Abb.& ſequacium communem, quæ citatur ab omnibus ferè contrarium aſſeuerantibus.& licet,appareat dura nimis,tamen eſt obſeruanda, tanquam communis , & in iure veriſsima,quam equidem multũ timere deberent omnes, & ſinguli clerici in quocunque ordine conſtituti , & ne illam ignorarent, omnibus illis quotidie prædicanda foret , & præſertim quia etiã ipſi concubinarij patiuntur.xxx.alias pœnas,quas connumerat Rebuffus in interpretationibus per eum factis ad dictum concilium Baſilienſ. quod concilium inuenies inſertum in concordatis inter Leonem Decimum,& Regem Franciæ,intantum quòd plura ſunt damna , & incommoda concubinatus , quàm pœnæ,quæ poſſent irrogari per iudices,& concilium Tridentinum ſub Pio Quarto in ſeſsione xxv.ca. xiiij.contra clericos concubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres,de quibus ſuſpicio haberi poſsit in domo, vel extra, confirmauit omnes , & quaſcunque pœnas à ſacris veteribus canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitas,vbi etiam ſtatuit , quòd ſi clericus concubinarius poſt monitiones factas cõcubinam dimiſerit,& poſteà dimiſſam,aut aliam publicè reaſſumpſerit præter pœnas ibi ſtatutas , excommunicationis gladio plectatur , & determinauit quoque quòd cognitio contra & aduerſus concubinarios , ſpectet ad epiſcopos,qui ſine ſtrepitu,& figura iudicij,ſola facti veritate inſpecta, procedere valeant,atque poſsint.

## OPINIO LVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Indicia indubitata & præſumptiones violentæ, non ſufficiunt vt Iudex poſſit in cauſa capitali deuenire ad condemnationem & ſententiam definitiuam,abſque alijs probationibus,ſufficiunt tamen ad condemnationem pœnæ pecuniariæ. Alij contrarium tenent,vt numero ſecundo.*

3 *Sententia ex præſumptionibus tantum lata , non tranſit in rem iudicatam.*

4 *Indicia indubitata quæ ſint?*

IVDEX ex præſumptionibus violentis,& indicijs indubitatis,& vehementiſsimis non poteſt ipſe deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diffinitiuam in cauſa capitali abſque alijs probationibus, & ſic huiuſmodi indicia non ſufficiunt ad pœnæ corporalis condemnationem,ſed ſolummodo pecuniariæ,ſecundum Gandi.in tract.maleſic.in rubric.de præſump.indubitatis, ex quibus cõdemnatio ſequi poſsit,Io.And.in addit.Specul.in titu.de probatio.§.videndum reſtat, Bald.in l.ſecunda.C.de his,quæ pœnæ nomine, in teſt.& l.eius.§.primo,ff.de teſtamen.vbi hoc idem firmant Franciſc.de Areti.& omnes, Paul.Caſtren.conſ.centeſimononageſimoſeptimo , volumine ſecundo,Angel.in l.ſecunda,ff.de fur.Io.de Imol.in l.fi.ff.de hered.inſtitut. Aret.in tract.maleficio.in verſic.fama publica,verſi. quæro an vnum, & Mattheſi.ſing.cxxij.& ſequent.Io.de Anania, conſilio quinquageſimono,numero ſecundo, Iaſ.in l.ſeruum fugitiuum, numero vigeſimonono.C.de ſeru.fugit.Io.de Imol.Card. Abb.& Felin.in c.afferte. de præſumpt.& ita conſuluit Paul.Caſtren.d.conſ.cxcvij.& Alex.and. conſ.cxvj.in fi.vol.iij.& conſ.xv.vol.j. & opinionem iſtorum ſequitur quoque Boer.deciſ. clxiiij.numero 6.& ſequitur,approbat, & fatetur æquiorem & communiorem Marſil.in repet.rubr. C.de probat.nu. 252.cum aliis ſequent.Iacobus Nouellus,in pract.crim. rub.de teſtibus in materia criminali incip.crimina obiecta probanda ſunt.num. 33.& ſeq.Tiraquell.poſt alios innumeros relatos per eum,in tract.de pœnis tẽperandis cauſa.xxvij.nu.2.10.& 11.vbi eam limitat,& Grammat. in deciſ.xcvj.vbi refert quod quidã inquiſitus de homicidio in magna curia vicariæ propter indicia vehementiſsima , & indubitata fuit in eadem condemnatus ad remigandum per ſeptennium, & introducta cauſa iſtius condemnati per remedium appellationis in ſacro regio conſilio extitit in eo moderata pœna prædicta,ſeu ſententia magnæ curiæ, & ſic fuit condemnatus dictus homicida inquiſitus per triennium ad remigandum per ſacrum conſilium. Et licet multi Doctores aſſeruerint contrarium, quos receſuit Brunus, in tracta.de indiciis,& tortura,in iiij. q.j.partis,nu.13.Marſi.in d.rub.d proba.nume.253.& Boer.in d.deciſ.clxiiij.numero 1.cum aliis ſeq.tamen quicquid iſti ſuadeant fatuum quidem eſſet , & inhumanum in actu practico recedere à dicta communi.imò ſi iudex ſententiam ferret ex præſumptionibus,certè & abſque dubio aliquo non tranſiret in rem iudicatam,vt habetur,in l.ſi ij,qui adulterij,de adult.ſecundum communem intellectum , de quo per Felin.poſt alios,in cap.propoſuiſti, extra de probationi.& quæ dicantur indicia indubitata, & qualia , & quæ ſint, latè declarant Criminaliſtæ in locis præcitatis , & Marſi.in d.rub.de prob.nu.253.

## OPINIO LVII.

Condemnatis ex maleficio,ſeu ex quocunque crimine regulariter non conceditur,neque cõpetit dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum, etiam ſi in ſententia in cauſa iſta criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam,& pecuniariter damnatus,ſecundum gl.Bar.& Fulg.in l.ſi victum.ff.de re iud.Innoc.in c.quærenti,de offi.deleg.Bal.in l.fina.C. de exe.rei indic.& in add.Spec.in tit. de ſententia & re iudic.in verſ. iij.fideiuſsit,. Alex.nu.18.& ſeq.& Iaſ.nu.16. et ſeq.in l.debitoribus. ff.de re iud.vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionem.

## OPINIO LVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Equus conductitius ſi in itinere incidat in morbum repentinum,& conductor eum commendet hoſpiti vicino,tandem tamen moriatur,conductor non tenetur de leuiſſima culpa, multò minus de caſu & vitio naturali. Adde nu.5.*

2 *Equus conductus vel emptus ſi intra triduum à die locationis vel emptionis moriatur , præſumitur morboſus , & damnum pertinet ad locatorem vel venditorem.*

3 *Probatio de morte equi in genere non ſufficit, niſi probetur etiam in ſpecie de equo talis coloris,&c.*

Conducens equum ſcholaris pro accedendo , ac redeundo in patriam ſuam, et equus ipſe incidat in repentinum morbum,ob quod impedimentum cogatur eum relinquere , et conſignare vicino hoſpiti , in effectu conſignet equum conductum , vt eum ipſe hoſpes diligenter curet,et tandem moriatur non tenetur de leuiſsima culpa, et multò minus de caſu , et per conſequens,neque de vitio naturali, ita conſuluit Bald.conſ.xxij. Vanutius lib.iij.quem ſequitur, et commendat Cotta in memorialib.ſuis,in ver.ſcholaris,et hinc eſt quòd ſi equus moreretur intra triduum à tempore locationis , vel venditionis factæ alicui præſumeretur abſque dubio morboſus, vt agi poſſet ad pretium contra venditorem,ſecùs ſi ex longo interuallo,et diſtinctio iſta fuit originaliter Ioannes Andr.in add.Spec.in tit.de emptio.et vend.in §.ſciendum,ver.de illo,cum qua certè ſentiunt Alex. in add.ad Bart.in l.ſi in rixa.ff.ad le.Corn.de ſica.et ibi. Marſil.nu.59. in l.ſtatu liber.nu.15.ſequen.ff.de quæſt.Ioan.de Imol.in l.ſi quis cum aliter,ff.de ver.oblig. Iac. de S.Geor.in l. paciſci.nu.4. de pact.et omnes Doct. communiter in d.l.ſi quis cum aliter, et Ripa , in tract.de peſte,in rub. de remediis ad curandam peſtem.num. 141. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,ſeu diſtinctionem: ſed conducens equum,aduerte, non releuatur nec liberatur à ſolutione equi aliquo modo, ſi probaret equum quem equitauit mortuum fuiſſe in itinere,niſi produceret,et ſpecialiter probaret quòd equus obiit ille idem, quem conduxerat,ſecundum doctrinam Ioan. Andr.in ca.auditis,de præſcript.quam ſequitur Ant. Abb.et alij omnes ibi communiter,et communem dicit,et declarat etiam Dec.in ca.in præſentia.nu.43.de probat.Iaſ.in l.non hoc,nu.2. vnde legiti. et in l.ij. C.de bon.poſſ.ſecundum tab.in finalibus verbis.et Marſil. in l.ſi quis ne quæſtio. nu. 133.ff.de quæſt.et in practica crimina.in §.et quia,nu.14.et Ioan.de Amicis conſulendo,conſ.xl.nu.1.et ſeq.

## OPINIO LIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conductor non tenetur de caſu fortuito, etiam ſi generaliter periculum in ſe ſuſcepiſſet cum iuramento, vt nu. 2. Limita vt nu. 5. & 6.*

2 *Conductor ſi caſum fortuitum in ſe ſuſcepit, intelligitur tantùm de caſu ſolito & conſueto. Alex. & alij contra nu. 4.*

Conductor non tenetur de caſu fortuito, ſed duntaxat de dolo, culpa lata, & leui. l. ſi vt certo. §. nunc videndum, ibi Bart. & alij. ff. commoda. & tradit Dec. in l. contractus. nu. 33. ff. de reg. iur. & in tantum hoc procedit, quòd ſi conductor ſuſcepiſſet in ſe periculum generaliter cum iuramento, ſuperueniente bello, vel peſte, aut alio caſu fortuito non teneretur, ſecundum Bartol. Bald. Alber. Ang. Fulg. Alex. & Iaſ. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio, Alexan. conſ. xxviij. vol. & conſ. xxxiij. vol. ij. Io. And. & omnes. in c. j. de cõmoda. & Ripa, in repe. l. ſi vnquam. nu. 10. C. de reuoc. do. & in tract. de peſte. in tit. de priuilegiis contra. nu. 83. vbi recitat iſtam eſſe communẽ opinionem, & Iaſ. quoque in d. §. quæſitum, quia regulariter, vt dicit Ancha. conſ. xliij. ex cauſa ſuperueniente receditur à iuramento, à promiſſione, & aliis legitimè celebratis, quaſi ſub ea conditione contractum ſit ſi res in eodem ſtatu permanſerit, vt habetur. in c. quemadmodum de iureiur. & not. in c. tua ſuper. de his quæ fiunt à prælat. & quia fortius gl. & Bar. in d. §. quæſitum. tenuerunt pro conſtanti quòd appellatione periculi caſus fortuitus non veniat, vt ibidem refert Iaſ. num. 30. imò aduerte, quòd ſi conductor ipſe ſuſcepiſſet in ſe caſum fortuitum, aduerſamque fortunam de caſu inſolito, & incõſueto ſuperueniente minimè teneretur, ſed de caſu ſolito, ſecundum Bart. in d. §. quæſitum, Bal. in l. falſus, C. de fur. Ant. in d. c. j. Ang. conſ. clxxiij. Alex. d. conſ. xxviij. & d. conſil. xxxiij. ſeu xxxj. vol. ij. & Iaſ. in d. quæſitum, nu. 33. cum aliis ſeq. vbi iſtam Bar. opinionem ſequitur, & plurimum tuetur, & communem dicit Ripa, in d. tracta. de peſte, in rub. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis, nu. 97. quamuis veriorem aſſerat contrariam titubanter Alex. d. §. quæſitũ, nu. 15. ſed tu ſpreta opinione Bal. Ang. & ſequacium, in d. §. quæſitum inhæreas totis viribus dictæ opinioni Bart. in conſulendo & iudicando tanquam magis communi. ſed vbicunque cõductor in ſe ſuſcepit pacto omne periculum ſuperueniens ex quocunque caſu, & ſpecialiter, etiam ex bello, & occaſione belli, tunc quippè pactum eſt validum, adeò quòd mercedis remiſſio peti non poteſt. l. ſi quis fundum, in prin. ff. locat. & not. Bart. in l. ſi merces. §. vis maior, eo. tit. & Bar. & omnes, in d. §. quæſitũ, imò ſi conductor iſte ſuſcepiſſet in ſe periculum belli, & guerræ, & omne aliud periculum, tunc huiuſmodi verbis generalibus comprehenditur caſus peſtis, & cuiuſlibet aduerſitatis, ſecundum gl. in d. §. quæſitum, cõmuniter ibi approbatã à Legiſtis. & Canoniſtis, in d. j. vt per Ripã, in d. tra. de peſte, in ru. de priuilegiis cõtractuũ cauſa peſtis. nu. 77.

## OPINIO LX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conductor gabelli, molendini & ſimil. non tenetur ad præſtationem maioris penſionis propter ſuperuenientem vbertatem vel augmentum, Limit. vt nu. 2.*

2 *Caſus inopinatus propter quem conductori accederet augmentum, facit vt conductor teneatur de præſtatione maioris penſionis.*

CONDVCTORES gabellarũ, doghanarum, molendini, ac aliarum rerum ſimilium cogi non poſſunt ad ſoluendum maiorem penſionem propter vbertatem, & augmentum fructuum, quàm fuerint tẽpore conductionis, & celebrati contractus, quod quippè procedit, quando vbertas contingeret ob diligentiam coloni, vel conductoris, vel propter eius bonitatem. ſecus ſi caſu fortuito, vel inopinato, tunc ſi conductor conduxit molendinum, & alia molendina ei vicina in totum, vel in partem poſt conductionem iſtam eſſent deſtructa ob violentam aquarum, ita quòd conductor iſte ob iſtum inopinatum caſum lucratus ſit multò plus, augebitur penſio illius rei conductæ, ita voluit gl. Bar. nu. 2. et 8. Floria. et Alex. in add. in l. merces. §. vis maior. ff. loca. Inno. Io. And. Butr. et Imo. in c. propter ſterilitatem, de locat. et alij quamplures relati per Bertachi. in tract. de gabellis, in xvj. q. ij. par. et iſtorum opinionem ſequitur quoque conſulendo Soc. Iun. et dicit communem conſ. lxviij. nu. 6. et 10. vol. ij.

## OPINIO LXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emptor vel ſucceſſor generalis poteſt expellere conductorem ædium, vel fundi. Amplia vt nu. 3. 5. & 8. Fallit vt nu. 6. & 7. Contra nu. 4.*

2 *Locatio expirat per mortem locantis, fallit vt nu. 6. & 7.*



8 *Vxor non tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore quo ipſe erat dominus dotis.*

Conductorem expellere poteſt emptor, vel ſucceſſor ſingularis, l. emptorem. C. locat. vbi text, glo. & Bar. & Rector ſeu Prælatus quoque tempore ſui officij locans nomine proprio, & non eccleſiæ, huiuſmodi locationi ſucceſſor ſtare non tenetur, cæterum locatio ipſa expirat ob locantis mortem, ſecundum glo. communiter approbatã, in c. fin. ne prælati vices ſuas, Anch. conſi. xvj. Rotam Roma in nouis deciſio. ccxxxij. Abb. in quæſt. incip. Sempronius clericus, in quinto dubio. Pau. Caſtr. conſi. ij. vol. j. & Soci. conſi. xxxiiii. vol. iij. vbi meminit iſtorum ſententiam eſſe communem, & in tantum hoc procedit, quòd ſi prælatus nomine eccleſiæ etiam, & ad eius commodum locaſſet bona eccleſiæ, ſucceſſor tunc cogi nequit huic locationi ſtare niſi eſſet ipſi eccleſiæ vtilis, ſecundum glo. communiter ab omnibus ibi receptam, ſecundum Abb. & Ana. in d. c. ſi. & Soci. in d. conſi. xxxiiij. in quibus quidem locis conantur præcitati Doct. reducere ad cõcordiam opinionem Ant. in d. c. ſi. & ſequacium contrariam, quæ cõſonantia ſemper mihi placuit, & hortor ſummopere fore eam ſequẽdam, amplectendámque in facti contingentia tanquam æquam, verã, & rationabilem, imò aduerte, quòd ipſe quoque ſucceſſor ſingularis poſſet expellere colonum partiarium, ſecundum Rom. conſilio. cccix. tamen colonus, ac conductor regreſſum habebunt pro eorum intereſſe contra locatorem, & dominum l. qui fundum, vbi text. Paul. Caſtren. & Doct. ff. locati. ſed vbicunque conductor ipſe, ſeu colonus in inueſtitura, & contractu ſpecialiter obligari ſibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis non poſſet expelli ab emente, vel acquirẽte rem locatam aliquo modo, ſecundum Bart. Bald. & Saly. in d. l. emptorem. Paul. Caſtren. in l. ſi merces, §. primo. ff. locat. Imo. Aretin. & Alexand. l. qui abſenti. §. j. ff. de acquiren. heredit. Abb. & Ana. num. 9. in cap. quærelam. ne prælati vices ſuas. Aretin. & Iaſon. in §. fin. inſtitu. de locat. & condu. Cornel. conſi. vj. vol. iiij. Crot. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. j. Neguſanti. de Fano, in tracta. de pignor. & hypothec. in primo membro, ſecundæ partis, num. ſexto, & Guido. in quæſtio. cccclxxx. iſta eſt communis opinio. teſte Grato conſil. xcv. quidam, nu. 12. volum. j. quam declarat. & ſequitur quoque Couarruuias, in trac. ſuarum reſolutionum, lib. ij. cap. xv. numero tertio, et ita in propriis terminis conſuluit. Ioan. de Amicis conſil. cxiij. Doctor præſtantiſſime, et aduerte, quòd hypotheca iſta, aut ſpecialis, aut generalis ſit, nihilominus ſufficit, etiã ſine alienationis prohibitione, habètque hunc effectum, vt res poſſit à conductore retineri, donec ſibi ab emptore, et ſingulari ſucceſſore ſoluatur intereſſe, et ſic in caſu iſto non requiritur ſpecialis hypotheca, et ſtatim quòd ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe colono habenti fundum hypothecatum poteſt eum expellere, ſecundum Barto. in d. l. emptorem, quem omnes ibi communiter ſequuntur, Paulus de Caſtro in lege nihil. §. finali. ff. de legatis primo, Cornel. in dicto conſilio ſexto. Ange. conſil. ccxlv. numero ſexto, et Ruinus conſ. clxxx. numero decimooctauo, volumine primo, et iſtorum opinionem refert eſſe communem Neguſan. in d. tractatu de pignoribus. in primo membro, ſecundæ partis, numero ſexto et ſequenti. Interpretatúrque vlterius regula prædicta non habere locum ſimiliter in vxore, quæ præciſè non tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore, quo ipſe erat dominus dotis, vt voluit Bartolus per illum textum, in lege ſi filiusfamilias. §. fina. ff. ſoluto matrimonio. cũ quo ſentiunt ibi Imo. Cuma. Roma. et Paul. Caſtr. Cyn. et Salyc. in dicta lege emptorem, et Alber. in lege diuortio. numero ſecundo, ff. ſoluto matrimonio, et iſtam ponit eſſe communem opinionem Couarruuias in loco præcitato, num. 4. vbi contradictores citat, et eorum rationibus reſpondere nititur.

## OPINIO LXII.

### *SVMMARIVM.*

2 *Minoris bona inuecta ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus per eum conducta. Contra num. 1. ſed authori non placet. vt nu. 3.*

Conducens minor. xxv. annis domum, inferènſque poſtea in eam etiam res ſuas, tunc bona huiuſmodi inuecta non erunt tacitã hypothecata pro penſione domus, ſecundum gloſ. Bart. Fulgo. et Salyce. in l. item quia. ff. de pactis, Din. in §. item ſeruiana. inſtitu. de actio. Imo. et Cuma. in lege ſi conſtante, in principio, ff. ſoluto matrimonio, iſta eſt communis opinio. In contrariam verò partem, videlicet, vt bona ipſius minoris illata in domo, ſeu fundo conducto abſque tutoris, vel curatoris authoritate. cenſeantur tacitè obligata pro penſione inclinauere, et optimis quidem rationib. Bal. Ang. Paul. Caſt. et cæteri, in dicta lege itẽ quia: Bald. in l. vnica, §. plenius. C. de rei vxor. act. Neguſantius de Fano, in tract. de pignorib. in ſecunda par. memb. iiij. nu. 154. Faber. Aretinus. Nicolaus de Neapol. Iaſo. cũ aliis citatis per eũ, nu. 56. Gomeſ. remiſſiuè ſub nu. 25. et Bellon. num. 31. in d. §. item ſeruiana, vbi firmat hanc communem ſententiam fore contra glo.

Prædictam, & in effectu iudicio meo veriſſima, & cõmunis apparet, atque ab ea, tanquam tutiſſima in actu practico diſcedere fatuũ eſſet.

## OPINIO LXIII.

Conductori remiſsio facienda, concedendáque eſt ob bellum, peſtem, ſeu ſterilitatem maiorem, & in iſtis caſibus penſionem ſoluere non tenetur, ſecundum Canoniſtas omnes, in c. propter ſterilitatem. vbi Barb. nu. 1. de locato. Bar. in l. cum in plures, in prin. ff. locati. Alex. conſ. iij. col. pen. Ripa, in tract. de peſte, & Cotta in memoriali, in ver. conductor. vbi perhibet iſtam ſententiam magis communem fore, eique pariter inhæret Aegidius Boſsius, in pract. cri. in tit. de remiſſione mercedis conductorum, nume. 40. referens alios Doct. eiuſdem opinionis, vbi ſimiliter, nu. 37. & ſeq. ponit octo alios caſus, in quibus remiſsio penſionis fieri debet ipſi conductori.

## OPINIO LXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Rem ſuam & propriam ignoranter conducens, non perdit dominium nec poſſeſſionem.*

2 *L. non ab re. C. vnde vi. non debet locum in eo qui rem ſuam propriam conduxit.*

Conducens rem ſuam propriã ignoranter, non perdit dominium, neque poſſeſsionem, poteſtque obiici, ac referri per eum locatori exceptio, ſeu quæſtio dominij, & ſic remedium. l. conductores. C. locati. Et l. non ab re. C. vnde vi. non habet locum contra conductorem, qui rem propriam conduxit, ſecundum gl. in d. l. non ab re, in ver. cedere, in fi. Curt. Sen. poſt alios congeſtos per eum conſ. lxx. nu. 2. & 7. vbi ita conſuluit, atque firmauit iſtam opionionem veriorem, cõmunémque apparere, idémque ſentit Deci. in l. neque pignus, nu. 4. ff. de reg. iur. & ibi in add. ſuper litera A. idem quoque reſpondit Riminal, conſ. xciiij. nu. 16. vol. j. quia conductio, & locatio iſta eſt nulla ſecundum omnes, præſertímque Ripam, nu. 15. in l. ſi aliquam rem. ff. de acquirenda poſſeſsione. deficitque conſenſus, qui locationis contractum perficit.

## OPINIO LXV.

Conductor debet prius reſtituere poſſeſsionem locatori, quàm litigare de proprietate. l. ſi quis conductionis titulo. C. locati, ſed hoc non procedit vbicunque conductor ipſe offert ſe paratum probare quòd rem à ſe tempore locationis poſſeſſam conduxit, ita quòd locator non fuit in poſſeſsione, & ſic exceptio poſſeſsionis propriæ à conductore contra locatorem obiici poteſt, ſecundum gl. in l. non ab re, C. vnde vi. Curti. Sen. conſ. lxx. nu. 4. cum aliis relatis per eum, Pariſ. conſ. lix. nu. 30. vol. j. & Ripam, in l. ſi aliquam rem. ff. de acq. poſ. in fi. in quibus quidem locis exprimunt iſtam eſſe veram, communémque opinionem, & ſequitur etiam Iacobus Menochius, in tract. recuperandæ poſſeſsionis remedio. xj. nu. 4. vbi luculenter, & melius quàm alius, quem hucuſque viderim ampliat in nouem caſibus; d. l. ſi quis conductionis, & in ſeptem aliis limitat.

## OPINIO LXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſio auricularis non debet per ſacerdotem manifeſtari fall. nu. 2.*

3 *Teſtis interrogatus de aliquo ſecreto, quod etiam medio iuramento promiſit non propalare tenetur illud reuelare, non obſtante priore iuramento.*

Confeſſionem ſacerdos reuelare non poteſt, & reuelans punitur iuxta, c. omnis vtriuſque ſexus, in fin. de pœni. imò Papa præcipiente, & mandante hoc ſub pœna excommunicationis minimè teneretur, nec poſſet ſacerdos ipſe confeſſionem reuelare, ſeu propalare, ſecundum Auguſtinum Beroum in quis quæſt. familiari. q. xij. nu. 1. & ſeq. quia celatio, & ſigillum confeſsionis eſt de iure diuino, & de neceſſitate ſacramenti, vt tenuerunt Ioannes de Turr. Cremat. Card. in ca. ſacerdos, de pœniten. diſtin. vj. & Petr. de Pallude, in iiij. diſtin. xxj. imò fortius ipſe ſacerdos in confeſsionis actu gerit veri Dei vices, vt eſt tex. iuncta gl. in c. dilectus, de exceſſ. præl. & habetur, in c. ſacerdos, de offi. ordi. & effectualiter in hoc eſt maior ſummo pontifice, ideò à Papa tanquam in iſto actu inferiore compelli nequit, vt per. Beroum, in d. q. xij. ſed vbicunque quis confitetur ſacerdoti, quòd vult homicidium patrare, Titiúmque interficere, ſeu aliquod ſimile facinus committere, & quòd tentationi huic reſiſtere non poteſt, nec ab ea abſtinere aliquo pacto, nec ſacerdos debet quanto cautius poteſt reuelare confeſsionem, vt peccatum impediatur, & non propalare perſonam quoquo modo, ſecundum Iac. Zach. Ferr. præceptorem Fely, in xx. q. Inn. Hoſt. Anch. Abb. Card. Zab. Ant. & omnes, in d. c. omnis vtriuſque ſexus, Arch. in d. cap. ſacerdos, & Ripam, in tract. de peſte. §. vlt. Franc. Coſcius Decanus Senenſis, in c. j. de offi. deleg. nu. 92. & Io. Lupi, in rep. c. per veſtras. §. xxvj. nu. 9. de don. inter vir. & vxo. & iſta eſt vera, canonica, pia, & communis opinio, ſecundum relatos Doct. & Hier. Gigantem, in tract. de crimine læſæ maieſtatis, lib. ij. in tit. qui accuſare poſſunt in cri. læſæ maieſt. q. xviij. nu. 8. & ſeq. & idem iudicio meo videntur ſentire omnes Theologi communiter, in iiij ſent. diſtin. xxj. vbi præter alios Gabriel. q. j. concl. iij. & Io. Maior. q. iij. Hadri. in iiij. ſent. in tract. de confeſ. ſigillo. Caiet. in opuſculis. xxvij. q. c. xv. & Dominic. Soto in relectione de ſecreto, membro. iij. q. iiij concl. ij. in quibus locis dicunt, quòd confeſsionis ſacramentalis ſecretum non eſt detegendum, etiam quoad crimen committendum ſaltem nominato authore, & nonnulla alia relatis concernentia ſcripſimus in j. lib. communium opinionum, in verſi. confeſsio, ſeu ea, quæ fuerunt dicta ſacerdoti. item laicus poſſet reuelare confeſsionem, nam quando quis ſacerdos non eſt, & in ſecreto, & cõfeſsione dicatur aliquid iuramento, etiam ei præſtito, quòd nemini illud propalare debeat, nihilominus ſi in teſtem producatur debet hoc reuelare non obſtante iuramento, ſecundum Inn. in d. c. omnis vtriuſque ſexus, in fi. & in c. qualiter, & quando, & de accuſ. Abb. in c. ſi ſacerdos, de offi. ord. Iaſ. in l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & hoc dictum refert, ſequitur, & multum commendat Marſi. ſing. ccccxxiiij. accipe quæſo vnũ dictũ valdè periculoſum.

## OPINIO LXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Laico alicui peccata confiteri licet, ſi ſacerdos expectari non poſſit.*

2 *Laicus cui ex neceſſitate aliquis peccata ſua confeſſus eſt, non debet confeſſionem illam ulli reuelare.*

3 *Laico ſi quis confeſſus ſit, putans illum eſſe ſacerdotem, talis confeſſio & abſolutio valet.*

Confiteri quilibet poteſt peccata ſua laico propter impoſſibilitatem expectandi ſacerdotem, ſecundum gl. fi. in c. ij. de pœnit. & remiſ. in vj. & gl. in c. cùm inferior de maio. & obed. & in c. vnum, §. nomine autem criminis. xxv. diſt. & voluit text. in c. quem pœnitet, de pœni. diſt. j. & in c. quis vult, de pœn. diſt. vj. & not. Marſ. in l. qui cædem, nu. 7. C. ad legem Corn. de ſica. qui allegat. ad hoc corroborandum gl. in c. paſtoralis, de offi. ordi. in verſ. morte, quæ ait ob neceſsitatem, & quando res tempore erat peritura laicus laico peccata ſua confiteri poſſet, & laico iſti confitenti in caſu neceſsitatis non eſt licitum reuelare confeſſata, ſecundum omnes Doct. communiter, in c. ſignificaſti de adult. & Ripam, in tract. de peſte. in tit. de remed. ad curandam peſtem. nu. 116. cum aliis ſequen. vbi meminit iſtam fore cõmunem opinionem, & eam approbat, & ponit pariter pœnam, qua veniat plectendus iſte laicus confeſſionẽ reuelans, ſed ſi quis fortè confiteretur puro laico omnia peccata ſua, quem credebat eſſe ſacerdotem, & communi opinione reputabatur ſacerdos, licet non erat, quid reſpondendum? conclude breuiter quòd ex quo iſte laicus habebatur pro ſacerdote, & tolerabatur in quaſi poſſeſsione ſacerdotij à ſuperiore, valet confeſsio, & abſolutio, ſecundum gl. in ver. decepto, Inno. & alios, in c. dudum, de elect. & omnes Canoniſtas, in ca. apoſtolicam, de præſby. non bapti. Io. de Fan. in cap. baptiſmi vicem. de conſe diſt. iiij. Iaſ. in l. Barbarius, nu. 63. ff. de offi. præto. et Ripam, in d. tract. de peſte, in tit. de remed. ad curandam peſtem, nume. 45. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem.

## OPINIO LXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſio tutoris, curatoris, Procuratoris, executoris. aut alij adminiſtratoris, de recepta pecunia, non præiudicat pupillo, creditoribus, domino, hæredibus minorum & ſimilibus, niſi numeratio appareat, Alij contra, vt nu. 4.*

Confeſsioni tutoris, curatoris, procuratoris, executoris, aut alij adminiſtratoris ſtandum non eſt de recepta pecunia in præiudicium pupilli, minoris hæredum, et aliorum, niſi de enumeratione aliter appareat, et ſic confeſsio hæc procuratoris, et aliorum huiuſmodi de recepto, pupillo, domino, et aliis, nulla apparente numeratione, præiudicare nequit, vt tenuerunt pro conſtanti Bar. et Imo. in l. ſi debitorem. per illum tex. ff. de nouat. Bal. in l. omnes. §. j. C. de quadri. præſcri. in c. ex inſinuatione, ext. de procu. Ang. in ij. l. §. fi. C. de quadri. præſcri. Bar. Bal. Ful. Roma. Paul. Caſtr. Alex. Soci. et cæteri, in l. ij. §. fi. ff. ſi cert. pet. Feder. de Senis conſ. liij. Bald. conſ. cclxxxvij. dicta mulier, vol. iiij. Pau. Caſtr. conſ. xxxij. circa principium, in fi. vol. ij. Fulg. conſ. ccix. duobus, per totum, Maria. Socin. conſ. iij. Alex. conſ. cxxxij. in cauſa, et ſic vol. iiij. Fran. Aret. conſ. iiij. ex facto proponitur, Barb. conſ. viij. ſapienter,

ter,vol.ij.& conſ.xvij.clemẽti Timum, vol.iiij. Ruin.conſ.cxl.nu.4.& ſeq.vol.j.Deci.conſ.cxvj.& conſ.ccccxciij.& alij innumeri cõgeſti per Tiraq.in tract.de vtroque retractu, in tit.de retractu conuentionali, §.iiij.gl.vj.nu.12.& ſeq.vbi ſcribit iſtam eſſe communem ſentẽtiam, & magis communem dicit Follerius ſuper pragma. de cenſibus, in ver.quæ quidem exequutio nullæ falſitatis,nu.51. Contrarium verò voluerunt Bald.in l.nam & nocere, in fi.ff.de pactis.Federic.de Senis conſ.liiij.Pau.Caſtr.conſ.xxxiiij.vol.j.Cuma.conſ.xxxj.Saly.Imo. Cuma.Fulgo.Curt.Zaſi.Alcia.in d.l.ij.§.fin.ſi cert.pet.Imo.in c.ſi cautio, ext.de fide inſtr.Barba. conſ.xviij.vol.iij. Iaſ.in l.duobus reis,ff.de iureiur.& cæteri relati per Tiraq.in tracta.de retract.in titu.de retractu conſanguineorum, §.j.gl.xviij.nu. 90.& in d.tit.de retractu conuentionali.§.iiij.gl.vj.nu.13.& iſtorum opinionẽ dicit æquam,& in practica ſeruari Zaſi.in d.§.fi.& quamuis Tiraq.& Folleri. quæſtionem iſtam, & altercationem indeciſam, indefinitamque dereliquerint nihilominus remoto omni timore primam partem Bar.& ſequacium, tanquam veriorem, ſuſtentabiliorem, communiorémve ſequi poſſumus in actu practico, quam ſequitur, tuetur ab omnibus contrariis, & ait communem Bolognetus,in d.l.ij.§.fi.nu.44.cum aliis ſeq.& Io. Cephal.conſ.cj.nu.18.& ſeq.

## OPINIO LXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de dote recepta conſtante matrimonio non præiudicat creditoribus neque præſentibus neque futuris, etiam ſi iuramentum ſit ſuper ea. Amplia vt nu.2.& 3. Alij contrà.vt nu.4.*
5 *Simulationis exceptio eſt perpetua.*
6 *Confeſſio de dote conſtante matrimonio facta, non ſolùm præſumitur in fraudem creditorum facta, ſed etiam ſimulata, & talis præſumptio eſt Iuris,ita vt non admittatur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem partis aduerſæ,vt nu.7.*

Confeſſio de dote recepta cõſtante matrimonio nullatenus præiudicat creditoribus præſentibus, vel futuris,ſecundum gl.& Bart.in auth.ſed iam neceſſe.C.de don.ante nupt. Alex.conſ.xlv. vol.j.& cõſ. cxlij.vol.v.Bart.in l.ſi conſtante, in prin.ff.ſol.matr.Crauet.conſ.xliiij. nu.1.Doct.omnes,in l j.ff.ſol.mat.& iſta eſt communis opinio,ſecundum Aret.in §.fuerat,nu.14.inſtit.de actio.Bellonum conſ.xlvij.Boer. deciſ.cccxxxix. & Ripam, in l.fœminæ, nu.36.de ſecun. nupt.& hoc ampliatur etiam procedere,ſi huiuſmodi confeſſio fuerit iurata,vt voluerunt Barto.in l.cùm quis decedens,§.Titia, ff.de leg.iij.Bald.in l.j. §.idem facit,C.de inof.dona.& in l.j.q.fi. C.de dona.ante nupt. Soci. in d.l.j.ff. ſol.mat.nu.103.Rubeus conſi.cxix.Curt.Iun.conſ.xcv.num. 4.& Couarru.in ſuis reſolut.lib.j.c.vij.in quibus locis iſtam eſſe communem opinionem oſtendunt. Ampliatur ſecundo loco procedere quoque,licet lapſum ſit tempus opponendi exceptionẽ non numeratæ dotis, ſecundum opinio. Bulg.in d.l.j.ſoluto matrimonio:quam ſequitur Rubeus conſ.lxxviij.nu.10. Anchar.verò conſ.cccvij.videtur reſpondere contrarium, videlicet, quòd confeſſio dotis poſt decem annos habeatur, ac ſi fuiſſet verè numerata,ſed hoc dictum Anchar. valde periculoſum eſſe exiſtimo, nam ſi ex confeſſione pręſumitur donatio,& cõſequenter ſimulata confeſſio,lapſus dicti temporis non poteſt quid operari, vt per Soc.in d.l.j.ſol.mat.nu.102.obſtat quidem exceptio ſimulationis, quæ eſt perpetua, vt per eum, quia talis confeſſio,nedum præſumitur facta in fraudem creditorum,vt per Barto. in d.auth,ſed iam neceſſe,& in d.lege ſi conſtante,verùm etiam præſumitur ſimulata,ideò nõ nocet creditoribus,tam præſentibus,quàm futuris.Bald.in rub,quæ in fraud.credit.& Rubeus, in d.conſi.cxix.& & præſumptio huius fraudis,ac ſimulationis eſt iuris,& de iure,contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem partis aduerſæ,gl.in l.antiquæ,in principio, C.ad Velleia.& in §. item ex inquiſitione,in verſ.idonei, inſtitu,de ſatiſd.tut.et Doct.in d, auth.ſed iam neceſſe,

## OPINIO LXX.

### SVMMARIVM.

*Rei confeſſio in tormentis facta, non præcedentibus legitimis indicijs non valet,etiam ſi millies ratificata ſit.*

Confeſsio facta per reum in tormẽtis,nullis vel non legitimis indiciis præcedentibus non valet,et ſic redditur nulla, etiam ſi millies ratificata ſit,nec ex ea poſſet ſequi condemnatio, ſecundum gl,Bart. nu.1.Alex.in prima apoſtil.et reliquos omnes,præſertímque Marſil. cum cæteris ſignatis per eum, nu.10.cum aliis ſeq.in l.penultima,ff. de quæſtionibus per text.ibi, vbi, numero decimoquarto,refert mediante ſuo patrocinio ob hoc euaſiſſe aliquos reos à pœna mortis, & eandem ſententiam ſequitur quoque atque communem dicit Iaſon conſi. clxxxviij. num.2.volumine ſecundo, & Marſi.in l.j.numero 14.ff.de quæſtio. Guido de Suza.in tract. de indiciis & tortura, verſic ſed quid ſi aliquis tortus,nu.72. Franciſ.Brun.in tract.de indiciis,& tortu.quæſt.5.ſecundæ partis num.27.& ſequen. Capicius deciſione clv.numero tertio.Ægidius Boſſius,in practi.crimin.in titu. de confeſſis per torturam,numero ſexto,&eminentiſſimus D.Petrus Cephalus præceptor & promotor meus,in conſil.cij. num.9. poſito inter conſi.crimi.diuerſorum, in j. volu.



## OPINIO LXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Bona rei criminis læſæ maieſtatis & hæretici omnia debent confiſcari, Non tamen confiſcantur ipſo iure,vt num.2.*
2 *Feudo non priuatur ipſo iure reus criminis læſæ maieſtatis vel hæreticus etiamſi omnia eorum bona confiſcata ſint,ſed debet neceſſario inter uenire ſententia.adde nu.6.*
3 *Bona damnatorũ hodie non confiſcantur niſi in crimine læſæ maieſtatis*
4 *Bona matrimonium in prohibito gradu ſcienter contrahentis, debent ipſo iure cruſiſcari.*
5 *Confiſcatio bonorum fit ipſo iure in 250.caſibus.*
6 *Feudum rei criminis læſæ maieſtatis,non poteſt in præiudicium Domini directi confiſcari,aut fiſco applicari. Alij contra,vt num.7.*

CONFISCARI debent omnia bona rei committentis delictum læſæ maieſtatis,ac capite puniri.l.quiſquis.C.ad legem Iul.maieſta.& hoc iure communiter hodie vtimur,& ſic in crimine iſto læſæ maieſtatis contra principem,vel rempublicam bona confiſcantur,publicanturqne ac etiam in crimine hæreſis, &ita ſeruat conſuetudo, & communiter totus mundus,ſecundum Alber.in tract.ſtatutorum. q.xviij.nu.6.3.par.& Cæpollam conſ.xvij.nu.34. & hoc quoque firmat Bald.in cap.j.de pace tenenda in vſibus feudo.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& in l.ſi quis nummus,C.de falſ.monet Saly.in l.j.eod.tit.& Cæpol.in d.conſi.xvij.nu.35.& Hierony. Gigas, in tract.de crimine læſæ maieſta.in rub.de pœnis committen.crimen. læſæ maieſtatis,lib.ij.q.j.num.1.cum aliis ſeq.vbi ponit nonnullas alias pœnas,quæ apud veteres diuerſimodè imponebantur reis inquiſitis,& conuictis de hoc crimine læſę maieſtatis & aduerte quod tam bona rebellis prædicti,quàm hæretici non confiſcantur ipſo iure, & per conſequens feudo,& aliis eorum bonis non priuantur ipſo iure, ſed debet neceſſariò interponi ſeu expectari ſententia,& ea lata bona ſunt ipſo iure confiſcata,d.l.quiſquis & tenuit Dyn.Bart.& Alberi.in l.j.§.an bona.ff.de iure fiſci,Bald.in tract.feudorum,num.45.Cagnol. in l.ea ſola deportationis ſententia.num.5.ff.de reg.iur.& ita voluit conſulendo Cardina.conſi.cxxviij.& Boer.deciſio.cclxiij.nu.11.et iſta eſt communis opinio,vt conſtat ex congeſtis per Gigan.in dicto tractat.quæſt.xxv.in regno verò iſto committens crimen læſæ maieſtatis ipſo iure amittit dominium,poſſeſſionémque feudi,ac aliorum bonorum nulla interueniente apprehenſione vigore conſtitutionis ipſius regni incipien.contingit,et cap.inchoantis iuſtitiario terræ Hidruntij,et ca. bona proditorum,teſte Afflicto.in c.j.§.ſed nec alia,nu. 107.in titu.quæ fuerit in prima cauſa beneficij amitt.quamuis Additionator.in d.c.iuſtitiario,in verſ.applicentur,et ipſemet Afflict.in d. conſtitutione contingit,intelligant iura præmiſſa regni procedere, quòd executio fieri nequeat ſuper bonis ipſo iure ad fiſcum deuolutis per rebellionem cõmiſſam ex abrupto, ſed debet expectari declaratio,et ſententia condemnatoria,et iſtum fore verum ſenſum et intellectum dictorum iurium omnibus rectè tuentibus exploratum erit,imò in conſulendo,iudicandóque caſu eueniente ſemper per dicta regni iura per rationes euidentiſſimas hic non poſitas concluderem fore neceſſariam ſententiam ante confiſcationem faciendam bonorum rebellis, et nota ſimiliter ad præmiſſorum declarationem, quòd hodie bona damnatorum non confiſcantur,niſi in crimine læſæ maieſtatis,per text.celebrem,et expreſſum,in authentica bona dãnatorum,C.de bonis damnatorum,ſed aſcendentibus, vel deſcentib. et à latere prouenientibus deferuntur,ſeu reſeruantur, nihilominus per authen.bona,non corrigitur authen.inceſtas nuptias,C.de inceſtis nupt diſponens confiſcationem bonorum fieri debere ipſo iure aduerſus contrahentem matrimonium ſcienter in gradu prohibito, ſecundum gloſſ.Bart.et Angel. in authentica,nouo iure,C.de pœn. qui male iudi.Cyn.Pet de Bellapert.et Alberi.in dicta authentica bona damnatorũ,et in dict.tractatu ſtatutorũ,tertia part.quæſt.decimaoctaua in princ.Iacob,de Beluiſu,in §.primo,in authentica,de inceſt nuptiis,Aretin.in tractat maleficiorum, in verſic.bona publicamus, Andreas de Iſerni.et Bald.in ca.vno.quæ ſint regalia,et Mart.Laudẽ. in tract,de fiſco,§.quinto,et Boerius,poſt alios congeſtos,per eũ,in d. deciſ.cclxxiiij,nu,decimoquinto,cum aliis ſequen.vbi recitat iſtam eſſe communẽ opinionem,et confiſcatio bonorũ fit ipſo iure,etiã in

ccl.caſibus poſitis, ac relatis per Ludouicum Creſſolem, in tract.in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum, vel partis publicatio ſit indicta,recenſuit ſuprà citatos caſus. Cæterùm communis in principio præmiſſa interpretatur vtiliter non habere locum in feudo rebellis confiſcato,quod ob crimen læſæ maieſtatis patratum confiſcari non poteſt,nec debet fiſco applicari in præiudiciū domini directi, ſecundum Bart.in lege ſi finita.§.ſi de vectigalibus,ff.de dam.inf.in ij. q.et in §.j.in auth de non alien.aut permutan.rebus eccleſiæ,Bal.in l. j.C.de bonis liberto.Fabrum,in d.auth.bona.q. penult. Cæpol.conſi. lxxx.Baldus,et Alua.in cap.j.§.illud de prohibita feudo.aliena.per Federicu n et Iacobum de ſancto Georgio,in q. feud.q.xxviij. Ioannes Andreas in capitulo quibuſdam.de pœnis, in vj.Alberic.in authentica ſi verò,C.de hæret.Alex.conſ.lxxxviij.volumine quarto.Marti.Lauden in d.tract.de fiſco.q.cclxiij.et in tract.de criminalibus læſæ maieſtatis,q.xv.et iſta eſt communis opinio,ſecundum Imol.Roma.et Alex.in d.§.ſi de vectigalibus,et Boer.in d.deciſ. cclxiiij. numero ſeptimo,et ſequēt.In contrariam verò partem inclinauerunt multi Doct. relati per Boerium in dicta deciſione, quorum opiniones concordare nititur Hieronymus Gigas,in d.rubr.ſui tract.eſt crimina,læſæ maieſtatis,q.v.num.1,cum aliis ſeq.

## OPINIO LXXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ius patronatus non confiſcatur nec fiſco applicatur,licet omnia bona Rei criminis læſæ maieſtatis confiſcata ſint, ſed ſuccedunt heredes condemnati, Alij contrà,vt nu.2.*

Confiſcatis omnibus bonis rebellis ob crimen læſæ maieſtatis ab eo commiſſum, vtique in iſta generali confiſcatione bonorum non venit iuſpatronatus, & ſic in iurepatronatus iſto non ſuccedit fiſcus,ſed tranſit in heredes condemnati,qui præſentare poſſunt beneficiū patronale in caſu præſenti ſicut præſentare poterat cōdemnatus ante condemnationem, ſecundum gl.in c.ſatis peruerſum,50.diſtin.& in clem.paſtoralis, in verſ.ſubiectæ,de re iudi.Archid.in ca.ſili s.xvj.q.vij.Præpoſ.in c,j.x,diſtin.Butr.& Doct.omnes, in d.clem.paſtoralis, Card.in clem.ſi plures.de iurepatro.& in clement.j. de exceſ. prælat.Fely.& Andr,Pomum,in c.quanto de re iudi.Ancha.in c.fœlicis,in x,nota.de pœnit.in vj.Collect.in c. fi.de iurepatro. Barto.in extrauangan.ad reprimen.in ver.rebellando,Ange.in tract.maleficio.in verſ.& eius bona publicamus,in ver.& nota quòd facta,nu.15.Affli. in c.vnico,§.ex eadem lege,nu.9.in tit.de lege Corrad.in vſibus feud. Alberi.in tract.ſtatuto.par.iij.q.vj.nu.17.Nellū,in tract. bannitorum, in prima par.q.xxxij.Andr.de Iſer.euangeliſtam in regno Neap. in c. licet,in tit,ſi de feud.fuerit contro,inter dominum, & agn.& iſtorum opinionem dicit æquiorem Curt.in tract. de iurepatro. in verſ.ipſe vel is,q.xxix.& communem eſſe fateatur Hier.Gigas, in tract.de crimine læſæ maieſtatis,in rub.de pœnis commit,crimi.læſæ maieſt.lib.ij.q.iiij.& ſecundum communem iſtam couſuluerunt Soci.Iun.cōſil. lj.requiſitus à magnifico,vol.ij.Mantua.conſ.v.& Hieron.Gigas,in d. q.iiij.quorum quidem conſiliorū,& præmiſſarum authoritatū Doct. vigore determinauit caſum hunc Illuſtriſsimum Dominium Venetiarum,teſte Gigante,in loco preciato.In contrariam verò partem inclinarunt,videlicet, quòd iuſpatronatus transeat in fiſcum facta generali confiſcatione bonorum,gl.in d.c.filiis,Io. Andreas & Abb.in cap. nobis.de iurepatr.& idem Abb.in d,cap,quanto, cum aliquibus aliis Doct o.tamen veritatem ipſam habendo ante oculos, et inſtitutum meum ſolitum ſectando amplector primam ſententiam negatiuam, tanquam magis piam,magiſque canonicam, ac frequentiori calculo à Docto.vtriuſque cenſuræ approbatam, et eò libentius inheſi communi ipſi, quanto opinio Glo.Io. And.et ſequacium concordari poteſt cum dicta communi,prout ad facilem conſonantiam opiniones iſtas reduxerunt Curt.in d,q,xxix.Soc.in allegato conſ.lj. nu,6.et Gigas,in d.q.iiij.nu.4.et ſeq.

## OPINIO LXXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vſura pro dote, donec ipſa reſtituatur, de conſuetudine vel ſtatuto, rectè et ſine peccato peti poſſunt, licet multi contrarium teneant, vt nu.1.*

CONSVETVDO, ſeu ſtatutum diſponens quòd vſure pro dote,et cauſa dotis donec reſtituatur ipſa dos ſolui debeant, ad rationem,quinque pro centenario,non valet aliquo modo,ſecundum Io. de Imol.et ceteros omes,in l.in inſulam, §.vſuras.ff.ſolut.matrimon. gloſſ.et Bald.per text.ibi,in l.eos,C.de vſur.et Canoniſtas,in clemēt. prima.de vſu.et Iaſon in §.fuerat,num.9 inſti.de act.vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem,et communem pariter ſcribit fore Rocchus Curt in c.fi.de conſuet.in q.j.nu.18.et ſeq.imò,ſecundum Bal. in l.ij.et in authen.ad hęc,C.de vſur.huiuſmodi ſtatutum,atque conſuetudo permittens vſuras,etiam in vno nummo duntaxat non cenſetur licita,& iudicans ſecundum tale ſtatutum incidit in excommunicationem,& in hæreſis labem, & proſequitur hoc apertius Iaſo.in loco præmiſſo.& ampliat ſimiliter in tribus aliis caſibus Curt.in d.q. j.nu.18.& ſeq.Sed Bal.in l.fi.§.pręterea,C.de iure dotium,& Cardin. cum aliis compluribus,in d.clem.j.aſſeruerunt cōtrarium,& optimè, quorum quidem opinionem ſequitur,atque tuetur.Curt.in d.q.j.nu. 19.vbi profert hoc vtile verbum:quòd talis conſuetudo,vel ſtatutum communiter obſeruatur abſque peccato,& hæc eadem cōſueto quòd ſoluantur ſeptem pro quolibet centenario viduę,cui non fuit dos ſoluta,viget quoque in ciuitate Neapolis, & obſeruatur, teſte Afflicto deciſ.cclxxxiiij. in princi.extatque prædicta conſuetudo hic Aquilæ, quòd ratione dotis non ſolutæ ſoluantur ſeptē pro centenario quotidie ſeruatur, verùm vbi quæſtio hæc eueniret, & talis conſuetudo non reperiretur, tunc caſus foret valdè dubius,ac exagitandus ad vtramque partem, & denique decidendus veniret,prout eum decidit Rota.Neapolitana,in d.deciſ. Afflict.ccl hxiiij.ad quam caſu eueniente tanquam ad portum clarę veritatis recurrendum eſſet.

## OPINIO LXXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Decimæ ne ſoluantur, conſuetudinè introduci poteſt, & talis conſuetudo tenet ſecundum Theologos.ſecùs tamen ſecundum Canoniſtas, vt n.2.*

3 *Canoniſtæ an & quando Theologis præferendi ſint.*

4 *Conſuetudo non ſoluendi decimas an & quando teneat.*

5 *Papa poteſt concedere priuilegium aliquibus locis, ne teneantur ad Decimas.*

6 *Decimarum quatuor genera ſunt.*

Conſuetudo non ſoluendi decimas excuſat à debito earū, ſecundum Theologos communiter per id, quod habetur Numeri.18. & de opinione iſta communi faciunt mentionem Canoniſtæ, in ca.j.de decim.in vj.& Io.Brunellus,in repet.c.j.de homicidio nu.14.quæ reperitur,in fin.relectionis Couarruuias ſuper clement. ſi furioſus, de homici.Cæterùm contraria pars,videlicet,quòd non valeat conſuetudo de non ſoluendis decimis videtur verior,& ſuſtentabilior de iure, ſecundum Rocchum Curt.poſt alios relatos per eum ibi,in c.fin.de conſue.in prin.poſt præfationem,nu.22. & primò,quia decimæ ſunt de iure diuino, ergò conſuetudo contraria nihil valet, viij.diſt.capi. quæ contra morem,maior probatur Leuit.c.fi.omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus,ſiue de pomis arborum Domini ſunt, & illi ſanctificantur, & Num.18.filiis Leui dedi omnes decimas in poſſeſſione, pro miniſterio,nam ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis.& Exod. xxij.Decimas,& primitias tuas non moraberis offerre.itē Luc.xviij. Decimas do omniū,quæ poſsideo.et pluribus aliis in locis ſacrę ſcripturę idem tradi videtur. Secundò pontifex ſolus,et multò magis in conciliis generalibus,interpretari poteſt ſacram ſcripturam,canones condendo ab omnibus ſeruandos,cap.per venerabilem,§.rationibus. qui filij ſint legit.ſed canones apertè clamāt decimas eſſe de iure diuino,c.tua nobis.c. cum non ſit in homine, et c.in aliquibus de deci. c.decimæ.et c.in ſacris.xvj.q.j.et in ca.parochianos,ext.de dec.et in c. cum apoſtolica,ex.de his,quæ fiunt à prelat.ſine conſen.ca.et iſtę decimę ſunt Deo debitę in recognitionē vniuerſalis dominij ipſo iure, d.c.tua nobis,et canoniſtę hoc firmāt omnes,in d.c.j.de deci.in vi.vbi Francus meminit iſtam fore communionem opinionē, quam ſequitur Abb.in c.fi. extr.de re.perm.Boer.deciſ.ccxxxvj.et Capic.deciſ.xx. nu.5.et amplectitur pariter, et ait eſſe communem acutiſsimus, præſtātiſsimus,et doctiſsimus D.Cornel.Benincaſ.in trac.de paupartate, q.vij.in 6.ſpeciali,nu.2.Tertiò,quòd cōſuetudo non ſoluēdi decimas non valet ſaltem in decimis prędialibus, firmant omnes Canoniſtæ, qui ob hoc excandeſcūt,quodammodo in Theologos.Ita Inno.in c. fi.de paro.Hoſt.et Io.And.in c.à nobis,de deci.Ant.et Imo.in c.ſtatutum.de tranſact.Anch.conſ.cxcvj.in j.dub.Arch.in d.c.decimę. Imol. et Abb.in rub.de deci.gl.Hoſt.et omnes,in d.c.aliquibus.et Rocchus Curt.in d.c.fi.de conſu.in prin.poſt rub.nu.22. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem,et Couarruuias in ſuis reſolutionibus,lib.j. c.xvij.nu.8.licet ibi perhibeat ſententiam contrariam pariter cōmunem fore. Quartò, et vltimò apparet verior hæc vltima, ſeu ſecunda opinio Canoniſtarum,ſiquidem contra aſſertionē Theologorū prouiſum eſt per Gregorium Nonum,vt patet,in d.ca.j. de deci.in v .vbi iniungit prędicatoribus,et minoribus ſpecialiter, ne audeāt ea in ſermonibus prędicare,ob quę laici à decimarum ſolutione retrehantur, imò cōtrario operi ſint intenti,et in hoc abſque dubio ſtādū eſſet potius Canoniſtis,quàm Theologis,ſumus enim in interpretatione iuris diuini,in his pręcipuè, quę pertinent ad moralia, vt in decimis,de quibus agitur,et idē dici poſſet in voto,matrimonio,ſimonia, et aliis

ſimilibus,

ſimilibus,ſecùsverò ſi ageretur de interpretatione iuris diuini in his, quæ ſpectant ad noſtri Ieſu Chriſti opera,& ad agnitionem veræ fidei contra hæreticos,ſecundum Anchara.in diſpu. exordiente. antiquis & modernis temporibus,& ideo aiebat quamoptimè Hoſtien. in c.j.de conſang.& affin.quòd in electione præſulatus præferendus foret Canoniſta Theologo in loco,quo hæreſes non pullulant, & ſequitur Fely.in c.ſi.de magiſt.& Ioan.Lupi,in repeti.c. per veſtras, §. xxvj.nu.16.de donat.inter vir.& vxor.ſed hoc opinionum conflictu quid concludendum?ego,nec primam,nec ſecundam ſententiam præmiſſas firmare audeo,at opinionem relatam per Hoſtien.in d. c. tua. nobis.tanquam tutiorem pro ſalute animæ totis viribus amplector, & ſequor vbi ait:quòd in partibus,ac regionibus,in quibus decima ipſa de more non ſoluitur,nec prædicatur,non peccãt mortaliter homines non ſoluendo,quaſi Romana eccleſia videatur in his, ſaltem quoad præterita diſpenſare,ne tantam multitudinẽ ex hac cauſa dãnari contingat,ſi verò poſt prædicationem,& monitionem retineãt, mortaliter peccant,& in ſententiam iſtam inclinare videtur inibi Ioan.Andr.& idem videtur ſentire S.Thomas in ij.ij. q.lxxvij.quem refert Archid.in c.maiores,xvj.q.vij.licet nõ ſequatur,& ita trãſit quoque Ab.in d.c.in aliquibus,in ſi.& Rocchus Curti.in d.c.fin. de conſuet.loco de quo ſuprà,& iſtorum opinio ita retenta non procederet profectò in priuilegio pontificis,nam priuilegium à Papa concedi poteſt aliquibus locis,ne teneantur ad decimas,licet in totum quoad omnia loca tolli non poſſint,vt not.Deci.in c.cùm ordinẽ,in prin de reſcrip.& nota hic ad præmiſſorum declarationem,quòd quatuor genera decimarum reperiuntur,quæ explicitè ponit Ioan.Brunellus, in d.c.j.de homic.nu.14.& ſeq.& alia quamplura pertinentia ad materiam decimarum poſuit moraliter,pulchrè,& concluſiuè D.Corneli.in d.trac.de paupertate,in d.q.vij.in vj.ſpeciali per totam.

## OPINIO LXXV.

CONSVETVDO vt inducatur requiruntur duo actus,& ſic ad inducendam conſuetudinẽ ipſam duo actus neceſſarij ceſentur,ſecundum gl.in l.de quibus,ff.de legi.& iſta eſt communis opinio,vbi actus eſſent notorij,& qui ſæpius non occurrerent , ſecùs ſi ſæpius acciderent,quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis , cùm hoc non ſit lege cautum,arg.l.j.in ſi.de iure delibera.de quo per Bar. Bal.& Angel.in d.l.de quibus Bal.Abb.Rocchum Curt.q.iiij.nu.42.& ſeq.& cæteros communiter,in c.ſi.de coſue.vbi pariter ipſe Rocchus Curt.ponit alterum concluſionem ſatis vtilem pro intelligentia præmiſſæ communis.videlicet,quòd ex vnico actu ſucceſſiuo,puta ſi põs in publico fiat inducetur conſuetudo.

## OPINIO LXXVI.

*SVMMARIVM.*

*Solennitates de iure canonico in alienatione rei eccleſiaſticæ requiſitæ, de conſuetudine non poſſunt remitti, augeri veró poſſunt.*

CONSVETVDO non tenet, quæ ſolemnitates requiſitas à iure canonico remittit in alienatione rei eccleſiaſticæ,& ſic introduci nequit conſuetudo,quòd iuris ſolemnitas requiſita non interueniat in alienatione eccleſiaſticarum rerum,vt voluerunt Innoc.Abb. & cæteri omnes communiter,in c.nulli de rebu.eccle.non alie. Rocchus Curti.in c.ſi.de conſuetu.q.v.nu.25.& Petrus de Benintendis dec.xiij.nu.7.vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem,ſed benè valeret conſuetudo,quæ augeret ſolemnitates in alienatione rei eccleſiæ,ſecundum Ioan.And.Abb.& omnes in d. c. nulli,& Rocchum Curt.in d.c.ſi.q.v.ſub nu.25.& ſeq.vbi ait iſtam eſſe communem opinionem,ac eam per exempla,& authoritates latiſſimè declarant.

## OPINIO LXXVII.

CONVICTVS reus legitimis probationibus ſub mortalis culpæ reatu,ſi à iudice interrogetur,etiam in tormentis reſpondere tenetur an crimen commiſerit,nam ſi iniquè torqueatur,iuſtè tamẽ interrogatur,& ideò tenetur reſpondere,iuxta Inn.& communẽ, in c.ij.de confeſſ.& S.Thomam.xxij.q.lxix.articu.j.

## OPINIO LXXVIII.

*SVMMARIVM.*

*Debitoris corpus mortuum creditor non poteſt retinere ad exigendũ debitum ſuum. Amplia vt nu.3. Angel.contra,ſed malè,*

CREDITOR non poteſt retinere penes ſe cadauer , ſeu corpus mortuum ſui debitoris diuitis,vel inopis inſepultum, vt pignus quoddam,donec pecunia ſibi debita vigore liquidi inſtrumenti integrè ſoluatur,§.hæc autẽ diſpoſuimus, ver.in minimus,in auth.vt cũ de appel.cognoſcitur,nec concedenda eſt licent a per iudicẽ pro retentione cadaueris prædicti ad ipſius creditoris implorationem,quia cadaueri iſti nullo pacto eſt impedienda,ac denegãda ſepultura.arg. tex.in auth.vt defuncti,ſeu funera eorum,in ptin.& eſt tex. optimus, in d.§.hæc autem,& in l.cum ſit iniuſtum,C.de ſepul. viol. vbi Doct. hoc communiter adnotarunt,Panor.in c.ex parte,de ſepul. Boer.dec. cclxxxvij.nu.2.& ſeq.Ripa,in tract.de peſte,in rub. de præſeruatiuis remediis,nu.101.& Grammat.dec. lxxxij.vbi refert iſtam communẽ opinionem per annos xxx.ipſo exiſtente iudice Neapo.in magna curia vicariæ obſeruatam vidiſſe.Et quamuis Angel.in d.auth. vt defuncti,ſeu funera eorum,in princ.Contrariarũ aſſeueret,videlicet, quòd creditori habenti inſtrumentum debiti contra ſuum debitorem mortuum poterit impartiri licentia per iudicem ad eius petitionem de retinendo corpus loco pignoris,ne ſepeliatur quouſque de debito liquido ſibi ſatisfiat,tamen opinio iſta Ang.tanquam inhumana,& falſa communiter damnatur à ſcriben.& præcipuè a Fely.in c. ſicut Iudæis,Guliel.Bened.in c.Rainutius.nu.59.de teſtam.Marſil.ſing.cxcix. & Grammat.in d.dec.lxxxij.& ſic per præmiſſa indubia redditur dicta communis,imò aduerte in fortioribus terminis,quòd ſi debitor appellaret,ne corpus debitoris humaretur vtique non eſſet audiendus, nec eius appellatio admittenda foret aliquo modo , ſecundum gloſſ.& Doc.communiter,in dicto. cap.ex parte,in prin.Spec.in tit.de appel.§.in quibus,ver.viij.Grammat.in d.dec.lxxxij.nu.2.&Marſi.in allegato ſing.cxcix.

## OPINIO LXXIX.

*SVMMARIVM.*

*Crimina publica vel priuata quæ dicantur.*

CRIMEN publicum illud eſſe dicitur,quoties pœna venit imponenda reo,& applicãda fiſco,ſiue deſcendat ex crimine publico,ſiue non,ita voluerunt gl.& Bar.in rub.de pop.actio.& Augu.de crim. in add.ad Ang.in tract.malefic.in ver.ad querelam,nu.9. vbi appellat iſtam opinio.cõmu.fore, Contrariam vero partẽ videlicet,vt crimina publica ea ſola intelligantur,quæ deſcendunt ex illis titu.ff.& inſtit. de public.iudic.tenet,& firmat communiter teneri Bal.in rub.C.qui accuſare non poſſ.ſed ipſe inhæreo primæ opinioni Bar.& ſequaciũ tanquam tutiori,ac firmiori,in pract. item quæ ſint, atqae dicantur crimina.publica,& quæ priuata,vide Placentinũ,in trac.de accuſa.tit. ij.nu.1.et ſeq,et Iaco.Nouellum,in pract.crim.et in titu. indicia, quæ præcedere debent,nu.1.et ſeq.in princ.copioſè declarantes.

## OPINIO LXXX.

CVRRENTIBVS aliquibus ad brauium,ſi duo ex eis pariter,ſimulque perueniant ad ipſum brauium,nec ſciatur aliter quis fuerit prior,et quis poſterior,tunc ratione incertitudinis neuter habebit brauium,ſed iterum current,ſecundum Ang.in l.cum qui nouiſſimus.ff.ad Trebel.et Alex.in l.qui filia.§.j.in ſi.ff.de leg.j.vbi firmat iſtã veritatẽ eſſe,de qua habetur etiã,ſeu tractatur.per Bal.et Imo.in d.§.j. et in c.iudicante.de teſta.vbi concludunt cũ aliis Doc.præcitatis hoc caſu non eſſe locum gratificationi.quoniã eſſet contra tex.iuncta gl. in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos,ff.de leg.ij.& hoc eodẽ caſu nõ ſolũ currunt illi,qui fuerunt.primi,verùm etiam omnes iterũ currere debent,vt voluerunt Ang.et Alex.in d.l.cum qui nouiſſimus.nã.ex quo nemo illorum vicit,nemo aliorum victus eſt,de quo etiam per Bald. et Ang.in procemio ffor um,§.ſed cùm nos,et in d.l.qui filiabus. §. j. per Fel.in c.capitu.ſanctæ crucis,de reſcri.et Iul.Ferrettum,in trac.de duello,ac de aliis variis rebus in titu.ſeu conſi.de brauio ,et curſu equorum.nu.3.

D

## OPINIO LXXXI.

DEBITOR promittens cum iuramento ſoluere decem infra menſem ſub excommunicationis cenſura, pœnaque:non dicitur periurus , nec excommunicatus,ſi ſati fecerit poſt alium menſem ſequentem,et ſic infra tempus ſibià creditore prorogatum,qui idem terminus cenſetur cum primo,et verè,ac propriè iuramẽtum videtur ad impleri infra tempus prorogatum,vt voluerunt Hoſtien.in capitulo præterea,de appell.et Cardi.in clem.j.§.nos itaque,de iureiu.et Doctores omnes:in c.de cauſis,de offic.delega.et præſertim Auguſt. Berous ibi,numero 31.qui exprimit hoc dictum veriſſimum fore : et communiter approbari atteſtatur Deci. numero 45. cum aliis ſeq.et

ſeq.& in d.c.præterea,nu.7.ſed tranſacto termino præmiſſo prorogato,& debitor non ſolueret dicta decem abſque dubio excommunicationem incurreret,quoniam prorogatio cum qualitatibus,conditionibus,conuentionibuſve omnibus primi termini facienda venit,ſecũdam gl.& Dominicum,in c.hi qui.de præben.in vj.Bal.in l. parabolani,C.de epiſ.& cler,Ioan.de Imo.conſi.xj.& Berò.in d.c.de cauſis,nu. 31.& ſeq.vbi meminit illam eſſe communem opinionem.

## OPINIO LXXXII.

### SVMMARIVM.

*Debitor habens bona,quæ publica ſubhaſtatione vendi poſſunt,non debet detrudi in carceres.*

Debitor habens bona,quæ publica ſubhaſtatione vendi poſſint, in carceres poni non poteſt,l.à diuo Pio.§.in venditione,ff.de re iud. & c.peruenit de fideiuſſ.hoc verò ceſſat vbicũque debitor non haberet bona,ex quibus æs alienum ſolui poſſet,tunc quippe capi poteſt & carcerari ſecundum gl.nota.in l.iij,§.tutores,ff.de ſuſpe,tut,quam ſequũtur,aſſeuerantque ſingularẽ Ab,& Fely,nu.10.in c.quò ad conſultationem,de re iudica.Bart,in capitulo 1.de depoſit.Bald.in l.ſi ſine.ff.de in ius vocan.& in l.j.C.de iu.& fact.igno.Pau.caſt.in l.iiij. §.prætor ait,ff.de re iudi.Alex.& Iaſ.in d.§.in venditione,& iſta eſt cõmunis opinio,ſecundum Aret.in l.maritum,§.eleganter,nu.7. ff. ſol.matr.Alex.in d.§.in venditione,& Ripam,in l.obligatione generali, nume.20.ff,de pignori.Iaſo,in princ.inſtit.de actio,nu.90.& Boer, deci.cccxlix,nu.7.

## OPINIO LXXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Moroſus debitor tenetur ad æſtimationem rei perempta penes ipſum licet eodem modo apud creditorem peritura fuiſſet,Alij contrà vt nu.2.*
3 *Moroſus debitor qui dicatur.*

Debitor moroſus tenetur omninò ad reſtitutionem atque æſtimationem,re perempta penes,ipſum,eodem modo,quo & apud dominum,ac creditorem foret peritura,& ſic tenetur indiſtinctè de interitu rei debitæ nulla facta diſtinctione, an eodem modo apud creditorem ipſum peritura eſſet,ſecundum gl.Bar.nu.10.Bal.Ang.Salv. Roma.&Pau,de Caſt.in l,quod te mihi,ff.ſi cer.pet.glo.& omnes,in l.nemo.la prima,in ver.homo,ff.de verb oblig,vbi Alex.explicat iſtam eſſe communem opinionem,& in l,cùm res.§,fi.poſt medium,ff. de lega.j.Iaſon,nu.27.& Bolognettus,nu.71.ſimul cum omnibus aliisModer.in fi.l.quod te. In contrariamverò partem inclinauit Martinus ex antiquioribus,& quidam alij,quos ſequuntur Fulgoſi. Iaſ. nu. 27, & ſequ.Deci.nu.16,Curti,iuni.nu.33.Ripa,nu.28.& Bolognetus,nu. 71,cum aliis ſeq,in d,l.quod te,vbi aſſeuerat,& expreſſè præſupponit opinionem iſtam Martini, & ſequacium communiter approbari à Modernis,ac æquiorem,veriorem,tutioremque fore, tamẽ quicquid illi Moderni ſuadeant longa diſputatione,ac verborum inutilium reuolutione,ob hoc non foret tutũm in actu practico diſcedere à communi præmiſſa,glo.Bar.& cæterorum illuſtrium Doctorum, quã veritate ductus amplector tanquam iuſtam,& veriſſimam, prout eã ſequitur,& dicit iuſtam eſſe,etiam in foro poli,& animæ Ioan.à Medina de reſtitutione,q.vj,& aduerte,quòd moroſus dicitur ob multas varias,& diuerſas cauſas,vt per præcitatos Doct.& particulariter dicitur in mora,qui ſine iuſta cauſa,etiam litigat,d,l.nemo , vbi hoc in ſummario ponit Alex.

## OPINIO LXXXIIII.

DEBITOR Titij conſtituens ſe precario nomine ipſius omnia ſua bona poſſidere,ſi poſtea aliquod ex ipſis bonis alienaret,poſſet quippè petere creditor prædictus adueniẽte caſu obligationis huiuſmodi bona alienata ab illo, qui illa emit,nec requireretur quòd fiat excuſſio contrà principalem,& ſic alienatã per debitorem, qui cõſtituerat ſe omnia bona ſua poſſidere nomine precario creditoris, certum eſt poſſe per creditorem reuocari eueniente caſu obligationis,nulla facta excuſſione in bonis ipſius debitoris, ſecundum Bald. & Ang.in l.fi.C.de acqu.poſſ,Angel.Imo.Roma.& Alex.in l.exitus cõtrouerſiæ,ff.de acqui.poſſeſ.Francum,in diſputatio.petitorij,dubio j. nu.40.Cornel.conſi.lxxxv,nu. 3.vol.iiij.Afflict.dec.cxxxix.nu.7.Dec.in l.fi.§.fi.nu.28.ff,ſi cer ,pet.Ruinum conſ.cxxx.nu.8.vol.j.& cõſi.clxxij.nu.3.& ſeq.vol.iiij.Goza.conſi.xlij.nu.12.Marſil.ſingu.clviij.Cagnolum,in proœmio ffòrum,nu.211.Tiraq.in tract.de iure cõſtitu. par.j. nu.58.Ripam,in rub,ff,de interd.nu, 14.Gratum con.xlij.nu.15.volu. ij.Bel.con.xxxiiij.nu.7.cõ.xliii.,in fi,Pariſ.cõſ.ciij.nu.8.vol. iij. Capiciũ dec.liiij.nu.1,Gràma.dec.cii.nu.106.Marantam,in tracta.iudiciorum, in prima part.diſtinct.vij.nu.51.Boeriũ deciſ. cxij. num. 12.& deciſ. cc.nu.8.& Rolandum à Valle conſilio lxxix. num.33. vol.j. In contrariam verò partem , videlicet,quod neceſſaria ſit ipſius debitoris excuſsio inclinauerunt Areti.titubantur conſi.cxxvij. nu. 3.& Barba. conſi.xxviij.vol.j. ſed. quicquid Doc. hi ſuadeant variis,diuerſis ambagibus,ob hoc igitur non recedendum reor in iudicando: conſulendòque à prima ſententia.que communis eſt, atque veriſsima redditur per fundamenta, rationeſque non parui quidẽ momenti allegatas per præcitatos Doct.omnes.

## OPINIO LXXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Aggreſſor impunè non ſolùm vulnerari, ſed etiam interfici poteſt,intellige vt nu.2.5.& 8. Amplia vt num.41.0.& 11.*
4 *Aggreſſus etiam ſi fugere potuiſſet , & euitare periculum tamen propter tuendum honorem ſuum non tenetur fugere.*
5 *Defenſio admittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ. cum paritate armorum,& vt fiat incontinenti,vt nu. 2.& 9.*
6 *Aggreſſus cum lapide ſeu baculo ſi ſe defendat enſe aut baliſta,non legitimè ſe defendit.*
7 *Verbis iniurioſis prouocatus,non debet ſe facto,ſed viciſſim verbis tantùm defendere.*
8 *Defenſio debet fieri ad tutelam tantùm non ad vindictam.*
9 *Aggreſſus vel percuſſus ſi ex interuallo, ſedatóque tumultu inſultum fecerit in aggreſſorem vel vulnerantem,cenſetur vindicandi non defendendi animo feciſſe.*
10 *Aggreſſus ſi in rixa modum defenſionis excederet , non punitur pœna L.Corneliæ de ſiccar.ſed mitiori.*
11 *Aggreſſus ſi aggreſſorem fugientem occiderit licet non defendendi animo aciat,tamen non punitur pena mortis ſed mitiori.*

DEFENSIO vnicuique permiſſa eſt pro rei ſuæ tuitione,& ſic non ſolùm occaſione hac aggreſſor impunè vulnerari poteſt,verum etiam interfici,l.j.C.vnde vi. vbi gloſſ. Bart. num.2.& 7. cæteri communiter,Bart.num.6.Bald.Deci. num.31.& omnes, in l. vt vim,ff de iuſti iu. Bart.num.2.& Marſi.nu. 3. in l. furem, ff. ad le. Corn.de ſicar.Afflict.in conſtit.Neap.lib.j,rub.xiij.nu.20.& 51.Io.de Amicis conſi.lxxvij.num.1. vbi exprimit iſtam eſſe cõmunem opin. & ita conſuluit Alex. de Neuo, conſ. lxxxiij. per totum, & Bernard. Diaz.quoque in regu.ccccCvij.& conſtat pariter communem fore ex congeſtis per Petrum Duennas,in regu.cxcj.defenſio licita, vbi ponit hoc pro regula cum iiij. ampliationibus. ſed hæc apparet communis ſententia Legiſtarum. Canoniſ. verò communiter firmant Contrarium,vt per Fel.in c.ij.nu.4.de homi.negantes fas eſſe hominem ocidere pro defenſione rerum.& defenſio licita eſt quoque pro tuitione vitæ,ac perſonæ,cùm vim vi omnes leges repellere permittant cum moderamine inculpatæ tutelæ incontinenti,tex.eſt in cap. ſignificaſti,il ij.ex.de homici.& in l.ſcientiam,§. qui cum aliter,ff. ad l. Aqui.& in conſti.Neap.pacis cultum,& not. Abb.nu.15 cum aliis ſeq.et reliqui,in cap olim,il j. de reſtitu. ſpol. Afflict. in conſti. pacis cultum.lib.j.rub.vij,ſub nu,50,Ang,in trac. maleſi. in ver. Titius ſe defendendo,nu.7.Pet. Duennas, in reg. cxcij. defenſio cuilibet, vbi hoc pro regula ponit cum vj. ampliationibus,et iiij. limitationibus, immo iure naturali defenſio, etiam animalibus irrationabilibus permiſſa cenſetur.text,eſt in l.j.§,arietes, vbi Bar.et cæteri,ff, ſi quadru. pauper.feci.dica. Similiterque cuique permiſſa eſt defenſio pro tuendo honorem ſuum,nam licet aggreſſus potuiſſet fugere, euitarẽque vulneris illationem, tamen fugam arripere non tenebatur, ſed potius vulnerare.vel occidere,cum aliquem eſſe fugatum iniuria ſit, et ſic hoc caſu poteſt quis impune offendere aggreſſorem ratione iniuriæ predicte,vt voluerunt Bart. Ang, et Salyc.in d.j.C.vnde vi, Ancha.et Cardi. Floren.in clemen.j,de homi.Bal.in d. vt vim,Ioã.de Amici,in d. conſ .lxxvij. nu. 5. vbi ſupponit iſtam eſſe communem ſententiam,et Alex.de Neuo.conſilio lxxvij,nu7. poſito inter conſi. crimi.diuerſorum collecta per Io.Bapt.Ziletum. volumine. j.et hinc eſt quod aggreſſus aggreſſorem ſuum percutere,interficeréve poteſt impunè ſi de vitæ ſuæ tuitione certus non foret, ſecundum glo.& Bal.in c.ſi perfodiens,ex.de homi.gloſſ.Bar.Bal.et Salv.in d.l.j.C.vnde vi.et Bal.in l.ij.per tex.ibi,C.ad leg. Corn,de ſica ſed primo defenſio præmiſſa fieri permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ.id eſt. cum paritate armorum. ita in terminis decidit glo. Bar. Bal. et omnes communiter,in d.l.j,C.vnde vi.Bar.et alij.in d.l. vt vim.Marc. Ant.Blancus,in pract.crimi.in tertia et vltima parte defenſionis pro imputato,pro auxilio,nu.3.circa fin,d,pract.vbi hoc duobus modis limitat,et Ioan.de Amicis,in d.conſilio lxxvij.numero octauo et decimoquarto. vbi fatetur iſtam eſſe communem ſententiam,nam aggreſſus cum lapide, ſeu baculo, non debet ſe defendere cum enſe. aut baliſta, huiuſmodi enim armorum defenſio iure non conceditur. ſecundum præcitatos doc. Item, prouocato verbis iniurioſis, tunc verbis non facto permiſſa eſt defenſio ſecundum Specu.

ratur.

Specu.in tit.de accuſatio.ver.quid ſi vocauit te latronem,Angel.& Iaſon.in d.l.vt vim,& Marcum Anton Blancum,vbi ſuprà,& Follerium in pract.crimin.in verſi.recipiantur defenſiones reorum,ſub nu. 11. Secundo,vt defenſio inculpata,licitaque eſſe dicatur neceſſe eſt,vt ad vitæ tutelam fiat,non ad vindictam,vt per gloſſ.& alios,in d.l.j.C. vnde vi,vnde percuſſus ab inſultante,ſi ex interuallo,ſedatoque tumultu inſultum feciſſet in vulnerantem cenſeretur abſque dubio animo ſe vindicandi,non autem defendendi percuſſiſſe,ſecundum glo.Bar. Bal.& alios,in dicta lege prima,C.vnde vi,Angel.in dicto verſiculo. & Titius ſe defendendo,& Boër.deciſione clxviij.ſub nu. vij. cum aliis relatis per eum,vbi apparet iſtam eſſe communem opinionem, & communem inquit Ioan.de Amicis,in d.conſi.lxxvij. numero duodecimo,& quamuis inſultatus excederet modum,metamque defenſionis in rixa,& percuteret,occideretque aggreſſorem ex propoſito, & deliberatè,tunc nihilominus non veniret,lege Corn.de ſic.puniendus,ſed alia mitiori pœna,& ſic de exceſſu ipſo,ſecundum Iac. de Are.nu.8.& Bal.in ix.qu.in dicta lege prima,Anton.de But.num. 37.& Abb.nu.15.in d.c.olim,Angel,in d.ver.Titius ſe defendendo,nu.36.& ibi Auguſt.in add.Roman.ſingu.cccccxx.volo commentare,Fol.in d.c ſignificaſti,Alex.conſil.cxc.volum.j.Aret.conſi.lxxx.nu.9.Cottam in memoriali,in ver.defenſio,Folleri.in pract.crimi.in fragmentis,in titul.vnde vi,nu.58.& Petrum Duennas,in d.reg.cxcij. nu.5. & Boëri. in d.deci.clxviij.ſub nu.7.& ſeq.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& ita conſuluit Alex.conſi.lxxvj.vol.j.Corne.con. cxxxiiij. vol.iij.& conſ.cvij.vol.j.& Franciſ.de Aluarotis Patauinus conſi. lxxiiij.inſerto inter conſ.crim.diuerſorum collecta per Zilettum,volumine primo,quod quidem conſ.ibi roboratum apparet ſubſcriptionibus nonnullorum illuſtrium Doct.& ſic ſecundum iſtos Doct.ſi quis percuſſus eſt à Titio,& ipſe inſequitur Titium vulnerantem,qui arripiebat fugam,ac eum interficit, licet hoc non agat animo ſe defendēdi,non poteſt pœna mortis puniri,ſed mitiori.

## OPINIO LXXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Delegatione facta,cenſetur nouatio.ſi modò delegatus conſentiat, & ſtipulatio inter delegatum & eum cui delegatur,interueniat, Alij tamen contrà vt nu.3.*

2 *L.fin.C.de nouat. non habet locum in delegatione.*

DELEGATIONE facta,cenſetur facta nouatio,etiam de iure nouiſſimo,dato quòd non ſit expreſſum,& ſic l.fin.C.de noua.nō procedit in delegatione,ideò delegans campſorem, qui ſit debitor ſuus,concurrentibus duobus requiſitis,primó quòd ille,qui delegatur ſit debitor delegantis,& ſecundò quòd interueniat ſtipulatio inter debitorem delegatum,& eum cui ſit delegatio, per delegationē ipſam fit vtique nouatio,quamuis non ſit expreſsè dictum, ſecundū gl.j.in lege tertia,C.de noua Bar.Ang.Imo.Paul.caſtren.Rapha.& cęteros omnes,in l.delegare,ff.de nou.Bal.in l.pecuniam quam,ff. ſi certum petatur,ſcribent,omnes communiter,in l.qui vſumfructum,ff.de verb.oblig.Deci.conſi.cvij.ſub nu.primo.& conſi.ccccxxj.nu.16.Pau. caſtren.Areti.Iaſ.nu.37.Cagnolum,nu.167,cum aliis ſeq.Bolognetū. nu.93.& ſeq.cæteroſque Moder.omnes,in l.ſingularia,ff.ſi cert. peta. vbi oſtendunt iſtam communem opinionem fore.

In contrariam verò ſententiam inclinauere complures Doct.prout refert Pau.caſtren.in d.l.delegare,adeò quòd ob hoc Ang. ibi faſſus eſt iſtum paſſum deciſione cæſarea indigere,& huic vltimæ opinioni videtur inhærere quoque conſulendo Iacobus Mandellus conſ. ij.nu.10.& 13.tamen quicquid iſti Doct.ſuadeant,& in dubium reuocent noli diſcedere aliter à communi præmiſſa,cùm re vera tutiſſima veriſſimaque appareat,& contra eam difficilè,imò impoſſibile foret obtinere in cauſis decidendis.

## OPINIO LXXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Doctoratus eſt dignitas, & Doctores Legum ſunt in dignitate conſtituti.*

2 *Doctores torqueri non poſſunt, etiamſi conſuetudo eſſet in contrarium vt num.3.*

4 *Doctores ex legali ſcientia conſequuntur nobilitatem.*

5 *Vlpianus appellatur nobilis & nobiliſſimus, in l.ij.§.fi. & in l.dicemus.ff.de excuſat.tut.*

6 *Doctorem appellat Imperator amicum ſuum, in l.ex diui.C.locat. & ibidem appellat Vlpianum parentem.vt numero 7*

8 *Iuriſperitis Princeps reuerentiam habet in l.quicquid. C.de Adu.di. iud.*

9 *Doctores ſunt repleti ſplendore ſicuti ſol.*

10 *Doctores niſi fuiſſent eſſemus in tenebris.*

11 *Doctores debent ab alijs appellari Domini, non fratres.*

12 *Doctor per 20.annos publicè legens fit illuſtris.*

13 *Effectus quot ſint ſi quis fiat illuſtris.*

14 *Hirnerius primus omnium leges ciuiles aperuit, & gloſſas compoſuit. & primus fuit,qui edictum Iuſtiniani contempſit, vt num.16.*

15 *Iuſtinianum malè feciſſe quòd veterum Iuriſconſultorum libro perdiderit.*

17 *Doctoribus Imperatores conceſſerunt infinita priuilegia.*

18 *Doctori atteſtanti de communi opinione creditur.*

19 *Doctorum authoritas pro lege habenda eſt, vbi lex deficit.*

20 *Doctori magis creditur in conſulendo quàm legendo. Alij contra, vt numero 21.*

22 *Doctori non præferri debet nobilis non virtuoſus.*

23 *Nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati generis.*

24 *Nobilitas eſt antiqua virtus,atque diuitiæ antiquæ ſecundum Ariſtot.*

25 *Nobilitas ſtercus eſt,niſi habeat virtutis concomitantiam.*

26 *Nobiles hodie pro maiore parte nihil aliud ſciunt quàm edere, bibere & ſuperbire,ſecundum Bal.& cætera.*

27 *Doctor qui nobilitatē virtute ſua acquiſiuit,cenſetur magis nobilis quā deſcendens ex nobili genere.*

28 *Nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili.*

29 *Doctoratus dignitas non liberat filium familias à patria poteſtate.*

DOCTORATVS eſt dignitas,& ſic doctores legum ſunt in dignitate,ſecundum Bart.in l.j.C.de nouo Codice componen.Ab.Ioan.de Ana.& Fel.nu.j.c.quanto de magiſtris,vbi ſcribunt illā eſſe cōmunem opinionem,& Deci.conſ.clxj.nu.ij.& ſequitur Guid.Papæ deçi.ccclxxxviij.nu.1.Marſili.in l.edictum,ſub nu.5.ff.de q.& in prac. crimi,§.expedita,nu.35.Dec,in c.propoſuiſti,nu.65.de probationibus.& Bal.in l.j.ff.de iuſti.& iure,vbi firmat quòd doctoratus eſt dignitas, & in ſignum huius datur infula tanquam principi,ſeu præceptori.Et Doct.ratione dignitatis prædictæ torqueri non poſſunt,ſecundū Ioan.Andr.in c.in contemplatione,de regulis iuris.in antiquis,Cyn.Barto.& Alex.in l.milites,C.de q.Ang.in tract.maleficiorum,in ver.fama publica,Alex.& Galialuam,in repet.l.centurio,nu.25.ff.de vulga.Mattheſi.not.59.Marſi.ſin.556.& in prac.crim.in §.expedita,nu.xxx. Iaſ. in l.j.C.de iur.& facti ignoran.Bru.in trac.de indic.ad torturā,& Grāmat in voto.j.nu.4.quod procedit etiam ſi extaret conſuetudo in cōtrarium,& ſic de conſuetudine doctor minimè torqueri poſſet,vt voluit Bar.per illū tex.in l.omnes iudices,nu.ij.C.de decurio.li. x.Ang. in d.verſi.fama publica,nu.102.Roma.ſingu.488.Iaſo.in l. de quibus. nu.66.ff.de iuſti,& iure,Galiaula,in d.l.Centurio,nu.35.Grammat.in d.voto,j.nu.12.& in voto xv.nu.4.licet corruptus ſit,Paul. Grilan. in tract.de tortura,q.vj.nu.3.Marſi.ſingu.cccccIvj. & Carrerius poſt alios congeſtos per eum,in prac.crim.in princ.ſub nu. 180.vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem,imò doctor dicitur nobilis, & nobilitatem ex legali ſcientia conſequitur,ſecundum Alex.conſ.xiiij. in fine,lib.j.Corſet.in c.grandi.nu.xxvij.de ſuppl.negligen.& Ioan.Iaco.de Leonardis conſi.ſuo inſerto,inter conſi.Soc.Iun.xxxix.in ordine,nu.27.& ſequ.vol.ij.& Dec.in d.c.propoſuiſti,nu.64.& Caſſaneū in conſuetudinibus Burgundiæ,in tit.des droictz,& appar.in ver. entre gens nobles,nu.1.§.xix.& hoc non caret ratione,quia per Imperatorem,in l.ij.§.fi.ff.de excuſ.tuto.Vlpia.appellatur nobilis, & nobiliſſimus,in l.dicemus eodem tit.in lege diui fratres, ff. de iure patro. Imperator appellat doctorem amicum ſuum,& in lege ex diui,C. de locat.vbi Vlpianus ab Imperatore appellatur parens noſter,& Iuriſperitis princeps reuerentiam habet,l.quicquid,C.de aduoca. diuerſ. iudic.& habetur per Afflictum in procemio feudorū,& Doctores ſunt repleti ſplendore ſicut ſol,vt per Barb.in c.poſtulaſti,columna tertia de fo.comp.& vt inquit Cicero,in lib.j.de Oratore:Domus vniuſcuiuſque Iuriſconſulti oraculum eſt ciuitatis,ciues enim de rebus ſuis incerti per eos certi dimittuntur,& ſic ſcientia doctorum mundus illuminatur,& niſi fuiſſent doctores eſſemus in tenebris,vt inquit Salycetus in authentica habita,C.ne filius pro patre.& ab aliis quantūuis non fratres,ſed domini debent appellari,l.ij.C.de offic diuerſorū iudic.not.Lucas de penna,in l.mulieres,C.de dignitat.lib.xij.Barb.cōſi.lvij.præclarè ſcribitur,vol.ij.& Imo.in clemen.ij.de magiſtris. Et denique Doctores quando legerunt publicè viginti annis efficiuntur illuſtres,ſecundum Bart.in procem.ffor um.Ang.in §.item Romæ, inſtitu.de excuſa.tuto.Alexand.in rubr.de dignitatis,libro xij.Petrum Peruſinum,in tracta.de quarta canonica,in proœ.Barba.in proœ. clemen.Bolog.in repet.dicta auth.habita,Calca. conſilio octauo Corſet.in tract.de poteſtate regia,quæſtione decima,Lupum in rubr. de donat.inter virum,& vxorem,Caccialup.in tract. de debitore fugiti. quæſt.v.Franchinum Brixien.in tract.quis ſit præferendus,doctor an miles.Dec in l.j.ff.de off.eius,& iſtorum opinionem dicit communē eſſe Iaſ.ibi,nu.12.cum omnibus Mod.

Licet ipſe,Alex.quoque,& Bolog.numero 20.& ſequen.ibi nolint admittere aliquo pacto,quòd doctores legentes publicè viginti annis

ſint illu

ſint illuſtres,tamen eorum fundamenta tolluntur per Bolo.in d.auth. habita.& per nonnullos modernos,in d.l.j.& per conſequens prima opinio Bar.& ſequacium videtur communis,quam approbat, ſequitur.& inquit communem Io.de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali,lib.v. nu.36,& ſequen,& effectus quot ſint,quòd quis illuſtris ſit.Iaſon ponit tres.Cur.iiij.Sex verò connumerat Bolog.in d.l.j.nu.22.& Imperator Lotarius fuit adeò iuſtitiæ cultor,obſeruatorque perpetuus, ꝙ Hirnerium elegit,quem aliqui Guarnerium vocant,iſte omnium primus leges ciuiles aperuit,nouellas cõſtitutiones Iuſtiniani in breuiarium redegit,gloſaſque compoſuit,& propterea iuris lucerna appellatus eſt,huius enim authoritatem eo tempore maximã ſequuti ſunt alij.nobis vſque ad trecenta librorum volumina relicta ſunt,ſed dolendum eſt valdè,per ipſum Iuſtinianum pulcherrimam illam, & tot librorum admirabilem bibliothecam,quot à ſanctiſſimis legum conditoribus deſcripti erãt,deperiſſe opera illius,qui ne elementa quidẽ nouerat,& licet Iuſtinianus credendo poſteritati conſulere perdiderit tot illuſtrium ſcriptorum congeſtos labores,tot libros propè diuinos,tantam elegantiam doctrinamque,quę quanti nunc emeretur exprimi non poſſet,& ſcripturam interpretatiuã poni in libris per modum gloſationis,recẽſerique prohibuiſſet,vt habetur:in l.ij.§,penult. C.de veteri iure enunclea.nihilominus ex conſuetudine à trecentis annis citra conſuetudo admiſit gloſemata Doctorum.& excuſat eos à pœna poſita in d.§,penul.vt notat Alcia.in d.l.j.ff.ſi cert.pet.in verſic.Celſus,& ſic primus traditur Hirnerius,qui edictũ Iuſtianini cõtempſerit,& Lotario maior laus,honor,& gloria aſcribenda eſt, quã cæteris prædeceſſoribus princip,& eius memoria nullo vnquam tẽpore obliuiſcenda eſt,ſed reminiſcenda,colenda,& adoranda ſemper ab omnibus,ex quo primus fuit,qui occaſionem præbuit doctoribus vt iura publicè interpretando illuſtres efficerentur,& hæc omnia latè commemorat Petrus Meſſias in vitis Imperatorum nuper traductis per Aflonſum Vlloam in vita Lotarij ſecundi, & doctoribus ob eorum maximos labores,Principes Imperatoreſque conceſſerunt infinita priuilegia,quæ ponuntur per Bolog.& alios.in dicta authentica habita,& Ioannes de Leſnaudiere,in tractatu,de doctoribus, & aduerte hic vltra præmiſſa,quod creditur doctori atteſtanti de communi opinione,ſecundum Ferdinandum,in repetitione,§. diui. numero 93.& 341.& Iaſon,in l.prima §.ſublata,ff,ad Trebellian.ait quòd,quãdo doctores dicunt,quòd eſt communis opinio illud eſt bonum verbum in practica,& refert Ioan.Iaco.de Leonardis conſilio inſerto inter conſi.Soc.Iun,cxxj.in ordine,nu.17.vol,ij.item doctorum authoritas,vbi deficit lex,pro lege ſeruanda eſt,l.ſi idem cum eodem,vbi Angel.notat.ff.de iuriſdictione omnium iudi.Hoſtien.in cap. inquirendum.de pecu.cleric.Fabianus,in tracta.de emptione & venditione,& nonnulli alij relati per Neuiza.in d.ſylua.nuptia.lib.v.num.24.& aduerte ſimiliter,quòd magis creditur dicto doctoris in conſulendo, quàm in legendo,& ratio huius dicti videtur iſta,ſecundum Alexandrum, conſilio.clxxxv.viſo titulo q.vol.ij.quia eſt actus magis deliberatus, vbi Alexander reſpondet ad quoddam dictum Romani,qui in lectura tenuerat vnum,& in conſulendo tenuerat contrarium.Sed reperio Crauet.in tractatu,de antiquitate temporũ in prima par.nu.48,& in 4.par.nu.48.& Rubeum conſ.cxxvij. ſub num.8, Contrarium aſſeuerantes,videlicet,quòd doctores legendo magis nituntur veritati, quàm conſulendo, ex quo in lectura ceſſat affectio, & cupiditas æris,tamen quicquid ipſi ſuadeant prima pars videtur verior,& rationabilior,vt latè probat Neuiza.in dicto libro quinto, ſuæ ſyluæ,nu 26.Cæterùm vt è ſemita in viam redeamus concludendum eſt,quòd nobilis non virtuoſus non præfertur ignobili excellenti virtutibus,& ſic doctori,ſecundum omnes Canoniſtas communiter,præſertimque Abb,ibi,ibi in capitulo venerabilis,de præben, vbi per illum textum,inquit ſtatuta diſponentia canonicos alicuiuseccleſiæ debere eſſe nobiles non nocere.ac inferre præiudicium virtuoſis ignobilibus.imò nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati ex genere, vt voluit Cyn.in lege quiſquis,C.de poſtulando,quem ſequitur Roma, ſingula. cccccccxliiij.nobilitas inducit,& Barbat.in capitulo prudentes,nu.iij.de donationib.vbi etiam ponit tres ſpecies nobilitatis, nu. iiij. & facit,quod ſcribit Caſſiodorus in epiſtolis,vbi aſſerit illam eſſe indubitatam nobilitatem,quæ ex honeſtis moribus honoratur,&Ariſtoteles quarto Politicorum,in fine,nobilitas eſt antiqua virtus, atquediuitię,quę refert Bart.in lege ſi certis annis,circa finem.C.de pactis,& Cicero contra Saluſtium,ego maioribus meis virtute mea pręluxi.vt ſi prius noti nõ fuerant à me nomen accipiant, & Iuuenalis nobilitas ſola eſt,atque vnica virtus, & Hieronymus ad Celantiã vera eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus,& complura alia ad hoc adduci poſſent,quæ breuitatis cauſa ſupprimuntur,cùm ponantur per Caſſaneum,in d.ver.entre gens nobles,nu.18.cum aliis ſequentibus, & hoc non mirum,quia nobilitas ſtercus eſt,niſi habeat virtutis concomitantiam, ij.Hoſt.in d.c.venerabilis,& dicit idem Hoſt.in c,tua, de conſanguinitate & affinit. quòd qui ſuperbit de nobiliori ſanguine de nobiliori ſtercore intumeſcit, & nobiles pro maiori parte hodie ſuperbi, & inimici popularium, guloſi, & luxurioſi pluſquàm populares, & nihil aliud ſciunt, niſi comedere, bibere & ſuperbire:ita tenet Bald. in l.qui per adoptionem,in prima lectu. ff.de adoptio.,et concluſiuè procedendo nobilis magis cenſetur doctor, qui nobilitatem mediante virtute ſua acquiſiuit quàm deſcendens ex nobili genere,vt voluit Cynus in l. prouidendum.C.de poſtulando.Alexand.conſi.xciiij.volumine j. Deci.in c.clerici.nu.54. de iudiciis. Alciat. in tract.de præſumptio,in reg.j. præſumpt.xlviij.nu.5.et Caſſàneus in d.§.xix.verſi. entre gens nobles.nu.2. Sed nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili,ſecundum Doct.omnes communiter,in d. c,venerabilis.et Bald.in l. memini,in fine. C. de aduoc.diuer. iudiciorum.vbi ait, quod data paritate in ſciẽtia, præhonoratur qui eſt de nobiliori ſanguine,et ſequitur,Deci.in c.conſtitutis, num. 17.de appellatio.et ita dicit obſeruari Caſſaneus in d.ver.entre gens nobles.num.23.et ſeq.et licet doctoratus dignitas ſit maxima.vt ſupra in principio docuimus, nihilominus ea non liberat filium à patria poteſtate, vt tenuerunt Bart. in l,item in poteſtate. in fin ff. de his, qui ſunt ſui,vel alie.iur.Bald.in l.ſi maritus.C.de patria poteſtat. & in l.iij C.de caſt.pecul. lib.xij.et Cottam in memoriali,in verſicul, ſacerdotium.in fin.

## OPINIO LXXXVIII.

### *SVMMARIVM.*

*Doctor poteſt expellere fabrum vicinum ex officina, per ſtrepitum & maleationem ipſum in ſtudiis ſuis impedientem.*

DOCTRES tam legentes, quàm non legentes ac ſcholares quoque ex priuilegio,et fauore publicę vtilitatis,ſcientięque,poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxta domos eorum malleantes,ſecudum glo. Dyn.Alberi. Bart.Bal. Ang.Pau. Caſtren.Iaſ. et D. Pontanum Peruſinum,nu.84.cum aliis ſeq.in l.j.ff.ſolut. matri.et õnes alios Legiſtas tam antiquos, quàm modernos communiter inibi,etCanoniſtas.in c.ſi,de iudic.vbi Fely.poſt.alijos innumeros relatos per eum.Guid, Papa deciſio. lxxxiij. et ccclxxxviij. Alciat. in lib. viij.pareg.c.ijFranciſcum Marci.deciſio.dcxxxv.etIo.de Amicis con. ciiij. nu.9vbi exprimit poſt Moder.in d.l.j. iſtam eſſe cõmunem opinionem,Sed in ciuitate Neapolis extat conſuendo in contrarium, videlicet,quod fabri malleantes retinent, ac habent officinas ſubtus domos doctorũ,et aliorum iuxta eccleſias,et monaſteria:quæ obſeruatur,et valet tam ibi,quàm in toto regno,vt firmauit. et conſuluit, Ioan.de Amicis.in d. conſi.ciiij.nume, duodecimo:cum aliis ſequen

## OPINIO LXXXIX.

DOMICILIVM per habitationem continuam decem annorum contractum, conſtitutumque cenſetur,et ſic habitans in aliquo loco per decem annos, videtur ibi verum domicilium contraxiſſe.l.ij.C.de incol.lib.x. & cæteri omnes, in l. lex Cornelia. §. ſi tamen.ff.de iniur.et in l. domiciliũ.ff.ad municipales,et Pariſ.conſil. duodeicmo.numero 20,21,&.22. volumi. tertio. vbi ita conſuluit, faſſus ve fuit iſtam eſſe communem opinionem.

## OPINIO XC.

DONATIO facta per patrem filio in poteſtate non debet cõferri, quia morte confirmatur, & ſic videtur eſſe quæſitum poſt mortem patris ſecundum communem opinionem Docto.in auth,ex teſtamento.C.de collati.de qua per Vaſquium,in tract.de ſucceſſionum reſolutione.lib.ij.§.xix.ſub nu.49.& per Iaſ.in d.auth.ex teſtamento.& iſtam communẽ limitat in tribus caſibus,gloſ.ibi,& Soci, in tract.fallentiarum in litera D.regula ciij.

## OPINIO. XCI.

Donatio ſimplex facta à patre filio,quæ ab initio valuit conferri nõ debet, quando implebat eius legitimam,quia, tunc contemplatione legitimæ facta cenſetur, & ſic magis relicti,quàm inter viuos donationis naturam imitatur, ſecundum Bar. Paulum Picum. num. 62. Ripam,num.493.& nu.190.cum aliis ſeq.& Ruinum. nu. 18,&23. in l.in quartam.ff.ad legem falci,vbi appellant iſtam eſſe communẽ opinionem,et Coraſi.in l,filium quem habentem nu.106.C.fam.erciſ.Licet ibi.et malè ſentiat contrarium,et Corne. quoque.in l.illud, C,de collatio,& Soci.conſi.xviijvolu.ij.

## OPINIO XCII.

DONARE tutores, cæteriue adminiſtratores poſſunt bona minorum remunerationis cauſa, atque in eos conferre,qui erga minores benemeriti fuere.l,qui filium.ff. vbi pupil. educari debeat: & l.filius,in princ ff.de procurato.& voluit gl. in.c.ſi. de officio vicaij lib.6.

lib.vj.Bar.in l.ambitioſa.ff.de decretis.Fulg.conſi.cj.Rom.conſili. 50. & Aret. conſi.xxiiij. vbi appellat iſtam opinionen communem eſſe, imò ipſi minores,etiam abſque iuicis decreto poſſent facere huiuſmodi donationem-ſecundum Roma.in l.ſi ante nuptias.ff. ſol. matri. Marian.Soci.conſi.lxvj.Bettran.conſi.ccv.vol.ij & Alcia. in l. creditores.ff.de verbo.ſign.Contrarium verò,& malè firmauit Iaſo. in l. ſi nō ſortem.§.libertus.ff.de condi.indebi.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti. & iur. & in l.cum filio.ff.de leg.j.

## OPINIO XCIII.

DONATA ſponſæ per cōſanguineos & attinentes mariti & ſpōſi,ſoluto matrimonio per mortem vxoris,& ſponſæ remanere debet penes maritum,& non veniunt reſtituenda heredibus vxoris, ſecundum Bart.in l.ſed,& ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff. de vulga. & pupilla. quem ſequitur Iaſo.ibi,& cæteri,quos ipſe refert,& in l.vt liberis. C. de collat.Ange.Aret.in §.fuerat.inſtitu.de actio.& Lupus, in reper. rubr.de donat.inter vir.& vxo.§.xlv.& eſt deciſum per Rotam,in deciſio.j.de donat.inter vir.& vxo.in antiquis,vbi latè domini de Rota diſtingunt, & ita concludunt in dubio,quam opinionem oſtendit cōmunem eſſe Cagnolus,in l.contractus.nu.38.ff.de reg.iur. & magis communem.Clarus,in tract.de donatio.q.x.verſicul.ſed nunquid ea. In contrariam verò partem,videlicet,quòd non acquirantur marito, ſed vxori,quamuis à conſanguineis mariti donatio proceſſerit inclinauit Alcia.cum aliquibus docto.illuſtribus ſignatis per eum,in trac. de præſump.regu j.præſump.xviij.verùm ipſe inhæreo communi præmiſſæ,quæ roboratur,declaratur,tutaque redditur pluribus fundamētis per Lupum,in d.§.xlv.ferè per totum.

## OPINIO XCIIII.

*SVMMARIVM.*

*Donator non obligatur ex pacto de non reuocanda donatione ex quacūque ingratitudine.limit.vt nu.2.*

*Donator tenetur ex pacto de non reuocanda donatione ex quacunque ingratitudine,ſi iuramento firmauerit. Alij contrà.vt nu.3.*

DONATOR promittens non reuocare donationem ex quacunque cauſa,vel ingratitudine futura,non obſtante pacto hoc,ſuperueniente ingratitudine vtique poteſt eam reuocare,et ſic pactūquòd reuocari donatio nequeat ratione cuiuſcunque ingratitudinis committendæ non valet.nec tenet,ſecundum Bart.Paul.caſtren.Iaſ. num. 17.et Bolognettum,ſub nu 96.in l.fin.C.de pactis.Bald.in l.fin. C.de bonis quæ liberi Salyce in l.pactum.C. de colla.Specu.in tit.de donatio.§.j.ver.quid ſi actum ſit,Ant.et Imo.in c.fina.de donatio. Corne. conſil.cij.nu.7.cum aliis ſeq.volumi.j.Roma.conſi.xxvj. Alexa.conſil. xl,vol.iiij.et in l.ſtipulatio hoc modo concepta,nu.23.ff.de verbo.obliga,et iſta eſt communis opinio,vt per Moder.ibi,et Rubeum conſ. lxiiij.nu.1.hoc verò limitatur non procedere,vbicunque interueniret iuramentum,nam tunc,etiam ingratitudo futura poſſet remitti, et pactum iſtud firmaretur dicto iuramento,ſecundum Ioan.And. in add. Specu.in d.§.j.ver.quid ſi actum ſit.Ioan.de Imo,conſi.xxxv. Alex. in dicto conſi.xl.Fel.in c.ſi diligenti.de foro compet.Iaſ.in d.l.fin. C. de pact.nu.17.Alex.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.num.23.vbi ait opinionem iſtam veriorem,communem,et in practica ſeruari, et ſequitur Soci.conſi.liii.volumi.j.Aquen.in d.l.ſtipulatio.Bauer.in tract. de virtute iuramen.caſu.xxxviij.Ripa,in repeti.l.fina.C.de reuocan.donatio.q.liiij.Tiraquel.in l.ſi vnquam eodem titu.et Rubeus,in d.cōſilio lxiiij.nu.3.vbi ita conſuluit,et prædictæ opinioni inhæret quoque Bolognettus,in d.l.fin.C.de pact.nu.97.et ſeq.et iſtorum aſſertio adeò clara, communiſque eſt et iure probatur,vt nefas ſit eam in cōtrouerſiam aliquam mittere.In contrariam verò partem,vt huic heredi ſeu donatario indigno hereditatem vel donationem teſtator adimere poſſit,et periurium non incurrat,ac committat,inclinarunt gl.in c. vltima voluntas.iij.q.iij.et ibi Archi.Corn.conſi.ccxxiiii.vol.iiij.vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem quam ſequitur,et communiter teneri,ait Alci.in c.cùm contingat.nu.39.de iureiu.Bar.in l. ſi duobus.§.idem reſpondit,ff.pro ſocio,Cy.in l.j.in fi.C.de ſacroſ.eccleſ. et Ange.de Gambel.in tract.de teſtam.in gl.et iurauit non reuocare, et licet primam opinionem Alex.et Soc.nu.50.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,aſſerant communem eſſe Legiſtarum,nihilominus ingenuè fatentur quoque contrariam præmiſſam eſſe communem ſentētiam Canoniſt.de qua per Mayner.et Cagno.in l.nemo poteſt mutare.ff.de reg.iur.per Alci.vbi ſuprà nu.77.per Moder.in tract. de teſtamen.par.ij.nu.15.et Curt.conſi.xxxiij.nu.21.Sed ipſe inhæreo memoratæ opinioni Legiſtarum tanquam tutiori,et communiori.

## OPINIO XCV.

DONATORI aſſerenti ſe ob benemerita donaſſe plena fides adhibenda eſt,vbicunque donare eam rem,de qua agitur prohibitus non erat,ſecundum Bar.reliquoſque omnes.in l.ſi fortè.ff.de caſtren. pecu.Paul.caſt.in l.Attilius Regulus.ff.de donatio.Doc.omnes cōmuniter,in l.ſi donatione.C.de collatio.Guidonem Papæ,q.xcv.Bertran. conſi.iij.et cliiij.vol.iij,Barth.Soc.conſ.ccxcv.volumine iij.et Deci.cōxx.et conſi.dxxxj.et iſta eſt vera,communiſque opinio,ſecundum memoratos Docto.omnes.Sed donatori aſſerenti merita præceſſiſſe nō creditur,quando donare liberum non erat,vt latè ſcripſimus,in j.parte.in opinio.lxxv.exordiente donatio inter virum,et vxorem,in ſecunda limitatio.

## OPINIO XCVI.

DOS promiſſa licet nondum tradita cenſetur propriè dos, et ſic dos data,et promiſſa à pari procedunt,ſecundum omnes Doc. communiter,in rub.ff.ſoluto matri.præſertimque Iaſo.et Ripam ibi,num. 58.et ſequent.perhibentes iſtam communem opinionem fore,quam ſequitur,et approbat pariter viuis rationibus cum aliis relatis per eū Tiraq.in tract.de retract.in §.fi.nu.32.circa fi.d.tractatus.

## OPINIO XCVII.

DOS propriè etiam dicitur ſoluto matrimonio,vt voluerunt Bal. Pau.caſt.et cæteri.in l.j.C.vnde vir,et vxor.Dec.in l.fin.eo.tit. et Bart. in iij.oppo.Pau.caſt.Soc.et Ripa,nu.70.et ſeq.in rub.ff.ſol.matri. vbi ſimul cum aliis Modernis perhibent iſtam communem opinionem fore.

## OPINIO XCVIII.

DOTIS legatum,vel dotis cauſa factum alicui mulieri conditionale cenſetur,nec debetur,niſi ſequuto matrimonio : vt in l. Publius Mæuius,in prin.ff.de condit.et demon.firmat Ioan.Dilectus,in tract. de arte teſtandi.titulo.vj.caute.quinquageſimaprima. Barba.per textum ibi in leg. Titio centum.§. Titio genero.ff.de conditio. et demon.et iſta eſt communis opinio,ſecundum Pau.caſt.ibi Corne.conſi.ccxxix.volu.iiij.Bal.Nouellum,in tract.de dote.in vj.par. priuilegio 50.Couarru.in c.iij.nu.2.de teſta.et diſputat Iaſ.in l.ſi Titio.nu.22.ff. de leg.j.In contrariam verò partem,videlicet,vt ipſum legatum dotis purum ſit inclinauere Imo.in d.§.Titio genero.num.7.et 10. vbi perhibet iſtam opinionem communem fore,quam firmant etiā alij non pauci per eum relati,et per eos,de quibus ſuprà.

## OPINIO XCIX.

DOTARE neptem regulariter auus tenetur,ſed ſi filius eſſet diues,auus ipſe illam dotare nō teneretur aliquo modo,ſecundū Bald. in auth.res quæ.C.communia de lega.Bal.in l.ſi filiusfa,in id.ff.ad Maced.et in l.pater,filiæ in princip.ff.de curat.et Soc.Seni.conſi.xxxiij.volum.iij.vbi docet iſtam communem.Iaſon in l.auus neptis.j.not.ff.de pac.et in d.auth.res quæ.cum aliis pluribus per Soc.Iun. adductis.cōſi.lxxix.nu.15.vol.iij.

E

## OPINIO C.

EMPHITEVTÆ nulla eſt facienda remiſſio penſionis ob ſterilitatem,vel ob aliū caſum fortuitum,ſecundum Iaco.de Arena.Cyn.Bar. Bald. Ang.Salyc.et cæteros omnes.in l.j.per tex.ibi. C. de iur.emhyt,Spec.in tit.de emphyt.§. nunc aliqua.verſi.cxxxvij.gl.Ab.Ant.de But.Imo.et Barb. nu.17.in c.potuit.de locato. vbi Ab. præſupponit iſtam eſſe communem opinionem,prout hanc fore communē ſcholam Legiſtarum,atque Canoniſtarum omnium fatentur etiam Cotta in memoriali,in ver.conductor poſt prin.et Natta conſi.xlix.nu. 15.et ita cōſuluit Aret.cōſi.lv.et Alber.de Roſa.in d.l.j.referens ibi pro hac parte conſuluiſſe in arduis quidem cauſis,et poſtremò obtinuiſſe, et ſic conſuluit,ac iudicauit,pariter Collegium Paduæ,teſte Abb. in d. c.potuit.et ſequitur quoque,dicitque communem,atque limitat Clarus in trac.de iure emphy.q.viij.verſicul. ſed nunquid propter ſterilitatem.

## OPINIO CI.

EMPHYTEVTA priuatus non ſoluens canonē circulo triennij,& emphyteuta eccleſię biennij circulo cadit à iure ſuo c. potuit de locato.

ocato.vbi Doct.& in l.ij C.de iure emphy,vbi not.Iaſo,ſed ſi emphyteuta iuraret,& poſtmodum canoné ipſum ſtatim non ſolueret,haudquaquam exp ctato biennio,ſeu triennio,caderet quippe à iure emphyteutico,ſecundum Bal.c.querelam,de iureiuran.Alex.conſi.lxxxv & conſi,cxxvj.volu.j.Corſetum in ſing,inverſi.emphyteuta.inci.Licet emphyteuta eccleſiæ,& Marcum Ant.Baueri.in trac,de virtute iuramenti in conſilio x,vbi appellat opinionem iſtam communem eſſe, Clarus quoque cum aliis citatis per eum, in tract,de iure emphyt.q, viij.ver.& hoc quidem,vbi firmat contrarium.

## OPINIO CII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, Limi vt numero 2.4.& 7.Ampl.vt nu,3.*

4 *Excommunicatus,poteſt eſſe teſtis in teſtamento & contractibus.vt numero 7.*

5 *Excommunicatus habet teſtamenti factionem idque tam actiuè quàm paſſiuè.vt nu.6.*

EXCOMMVNICATVS non poteſt eſſe teſtis, ſecundum omnes.in c,teſtimonium.& in c,veniens,il ſecundo,ex.de teſti.Nellũ, in c.ver.excommunicans.Ferrarien.in ſua pract,in for.iuramenti teſtium,in §.proteſtãte.nu.18,Albe,in tractu.de teſti. Iodocum Damhauderi.in ſua praxi rerum criminalium,c,50.nu,16.& Lanfran.in c, quoniã contra,in c,viij.de teſtibus.ſub nu,76, de probatio,vbi deducit iſtam opinionem communem fore,quæ quippè fallit non procedere vbicunque excõmunicatus,abſolutus eſſet, nam poſt abſolutionem impetratam ab excommunicatione recipi debet,& poteſt in teſtem vt voluerunt omnes,in d.c,teſtimonium,& Lanfran.in d.c, quoniam contra.in ver,de teſtibus,nu,76.vbi recitat iſtam eſſe veram, & communem ſententiam,licet ipſe poſt Innocen,in d. c.teſtimonium hoc coarctet non habere locum,quando quis excommunicatus extitiſſet ob furtũ,vel ob aliud facinus,tunc etenim teſtis eſſe nequiret & ſequitur Bertach.in j.ſuo repertorio in verb.excõmunicatus teſtis eſſe poteſt in contractib.ſub nu,50.Fallit ſecundò præmiſſa communis,videlicet,quòd excommunicatus admitti poſſit in teſtem,& pro teſte in teſtamento,ſecundum Ferrarien.in d,§,proteſtante.nu,20.& Bald.in l.fin.C.de contra ta.quoniam condere poteſt teſtamentum quemadmodum alius non excommunicatus,& teſtamentum vires habet, vt voluit Ioan.And.& Gemi.in c.decernimus,de ſenten. excommuni in vj.Iac.de Bel.in §.omnib.in auth.de ſen.epiſ.Bar,& Areti.in l.ſi quæramus.ff.de teſt.Archi.in c.pia.de excep.in vj.Inno.in c,cum voluntate,de ſenten,excom,Bal.in l,fin.C.ſi à non compe, iudi.& iſtorũ opinionem quòd excommunicatus teſtamentum facere poſſit ſequuntur quoque aiuntque communem Franc.in rubric,de teſta.lib,vj,nu, 32.Barb.in c.qui ingredientibus.nu,17.de teſta.Clarus,in tract,de teſtamen.lib.iij.q,xxv.Felyn in d.c.cum voluntate.in fin.Bertachi.in ſuo repertorio.in prima par,in verſi.excommunicatus teſtatur,ſub num, 20.Dilect,in tract,de arte teſtan.tit.j.caute,x.Couarruuias,in rubrica de teſta.nume.17.Vaſquius,in tract.de ſucceſ.proceſ.lib j.§.j.nu,120. & Petrus Duennas,in reg.cclxxij.vbi congerit Docto, contrarium aſſeuerantes.& hanc communem planè ampliat,in duobus caſibus, ac in duobus aliis limitat,& quamuis cõmunis præmiſſa amplietur per Petrum Duen,vbi ſuprà,tamen vltra eum amplia vt excommunicatus ipſe tam actiuè,quàm,paſſiuè teſtamenti factionem habeat,ſecundum Federic.de Senis conſi.cxviij.factum tale eſt,cũ aliis ſignatis per Dilectum in d.cautela x,nu,2,vbi ſupponit iſtam communem opinionem fore,& tradit pariter remedium,cautelámque congruentẽ excommunicato volenti teſtamentum condere,quando teſtes,& notarij ad eum ob timorem cenſurarum,excommunicationiſve accedere nollent.Fallit tertiò in contractibus prædicta communis, in quibus quidem excommunicatus in teſtem admittitur,ſecundum Bertachi, poſt alios complures ſignatos per eum,in d.verſic, excommunicatus teſtis eſſe poteſt in contractibus,ſub nu,50.& præmiſſa,aliaque multa ponentur infrà latius in opinio.in verſic.teſtis eſſe non poteſt excommunicatus,

## OPINIO CIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus permanẽs ac perſiſtens per anni ſpatium in excõmunicatione,ſuſpectus eſt de hæreſi,nec tamen ſuſpectio hæc ſufficit ad condemnationem,vt numero ſecundo.*

3 *Excommunicatio ſufficit ad inquiſitionem formandam de hæreſi,contra excommunicatum,& ad indicendam ei purgationem.*

4 *Excommunicatus præſumitur male de ſacramentis Eccleſiæ, & de poteſtate clauium,ſentire.*

5 *Excommunicatus ob contumaciam in cauſa ciuili vel criminali,ſi in illa excommunicatione per annum perſeueret, cenſetur conuictus de crimine. Alij contra.vt numero 6.*

EXCOMMVNICATVS pro quacunque cauſa,etiam ciuili permanens,ac perſiſtens per vnius anni curriculum in excommunicatione de hæreſi ſuſpectus habetur,ij.Io.And.& Panor. poſt alios communiter,in c.fi.de pœnis. & licet ſuſpitio hæc ad condemnationem non ſufficiat,vt ſentiunt Inn.& Panor.in loco præcitato.Henri, poſt alios.in c.excommunicamus infrà de hæreti.& Ioan.Lupi, in c, per veſtras.§.xviij.nu.24,tametſi ſufficeret ad inquiſitionem formandam contra excommunicatum de hæreſi,& ad indicendam ſibi purgationem,in qua ſi fortè deficeret,haberetur pro conuicto.c.inter.de purga.cano.in fin.vtpote quia excommunicatus iſte præſumitur ſecundum Panor.in d.c.fi.& Franc.in c.cum contumacia,de hæreti. in vj.malè de ſacramentis eccleſiæ ſentire,& de poteſtate clauium permanendo tanto tempore in excommunicationis cenſura, nec videtur curare de hoc,imò expreſsè contemnere excommunicationẽ ipſam.& aduerte quòd conuentus ſuper crimine ciuiliter,ſiue criminaliter ob contumaciam excommunicatus poſtea,& in eadem excommunicatione per annum perſeuerãs conuictus cenſetur de eo crimine,cuius accuſatus fuit,ſecundum gl.& Abb.in c.contingit de dolo & contuma.Rom.ſing ccciij.gl.& Frãc.in d.c.cum contuma.Ab.in c.j.nu.27.de iudi.& ibi Doc.præcipuéque Ripa.nu.77.& Alcia.nu.54 vbi profitentur opinionem iſtam eſſe communem.Licet Dec.ibi,in ij. lect.præcipitanter Contrarium aſſeruerit,& Selua,in trac.de beneficiis.in iij.par.q.iiij,ſed ſententia gloſſ.& ſequacium eſt communis.& veriſſima,ſecundum Moder.in d.cap.j. & eam ſequitur Panormitan. in dicto cap.veritatis.de dol. & contu.Ioann. Lupi in dicto cap. per veſtras.§.xviij,nu.24.Pet.Duennas in regu.cliij.nu.4.incip.contumax in non comparendo.Ripa,in l.ſi conſtante. nu. 46.ff. ſoluto matri. & Maranta,in tracta.iudiciorum.in vj,par.ij.membri de cõtumacia. nu. 33.in regno vero Neapolitano perſeuerans in excõmunicatione vltra annum,debet denunciari iudici ſeculari per prælatos,qui eum excommunicauerunt,vel per eorum ſucceſſores,& legitima pœna cõdemnari per iudicem ipſum ſecularem.cap.itẽ ſtatuimus quòd ſi cõtingat,quod citat,ſequiturque Afflict. in conſtit. patarenorum. & in conſtit.pœnam eorum,in j,not.& Maranta vbi ſuprà.item morantes in excommunicatione per annum debent in regno ſecundum ſtatũ, & qualitatem perſonarum variè pœniri penis taxatis in altero.c.eiuſdem regni inci.ſi quis in excommunicatione à canone lata.

## OPINIO CIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficium conferre non poteſt excommunicatus.*

2 *Patronus excommunicatus non poteſt præſentare aliquem.*

EXCOMMVNICATVS beneficium conferre non poteſt,c. quia diuerſitatem.de conceſſ,præben.not.gl,Doc.communiter.in c.fi. de conceſſ.præben,nec patronus excõmunicatus præſentare poteſt aliquo modo,ſecũdũ Lapum alleg.vij.Ab.& omnes communiter. in c,nobis,de iure patro.Rot.Rom.dec.dccvij.in antiquis, Bertachi. in tract.de epiſcopo,lib.j.iij.par.q.xxxj.Rochum Curti.in tract. de iure patro.in verſic.competens.q.8.& Lambert.in tract.de iure patro.in j. par.lib.ij.q.ij.articu.ij.

## OPINIO CV.

EXCOMMVNICATVS agendo non poteſt ſtare,cõparerẽq; in iudicio.c.intelleximus,de iud.Spec.in ti.de actore.ver.itẽ qđ eſt excõmunicatus.& Ferrarien.in ſua pract.papien.in for.libel.in actio. rea.§.veris ac legitimis.ſub nu,31.& in for.iuramen.teſtium.§. proteſtante.nu.18,& ſequen,Pet.Duennas,in rugu. cclxviij.& Afflict.deci. cclxviij.quòd in tantũ verũ eſt,vt tã per ſe, quàm per procuratorem cõparere nequeat,ſcilicet agendo,ſed defendẽdo ſemetipſum nõ per ſe, verùm per procuratorem in iudicio audiri poteſt & debet,ſecundum Doctor.communiter.in c.cùm inter,de exec.Bartol.in l,de pupillo.§.fin.de oper.no,nunc.& in l,non cogendum.§.fin.de procu, & in l.ſi fideiuſſor,§.ſi neceſſaria.qui ſatiſd.cog. vbi inquit eum poſſe comparare in iudicio ad neceſſariam ſui defenſionem,& opinionem iſtam ſequitur, declarat,atque communem eſſe dicunt Bertachi,nu. 6.in ſua reperto,in verſi.excommunicatus.in j.par.ſub numero 20.& Fel,in d.c,intelleximus.& excommnnicatus iſte officio iudicis repelli poteſt à iudicio,etiã parte nõ opponẽte,c.quia,in fi,de excep.in vj. & & Phi.in c.cùm parati. de appel. quod procedere haberéque locum interpretatur in publico excommunicato. Bertachi.in d. ver. excommunicatus.ſub ver.x.

## OPINIO CVI.

EXCOMMVNICATVS arbitrator,ſeu arbiter eſſe poteſt, ſecundum

gl.Odofred.et omnes.in l.pedius.ff.de receptis arbit.Specu.in titu.de arbitris.in §.differt.nu.10.Io.And.in reg.dolo.de reg.iur.lib.vj.Are.in §.pe.nu.19.inſtitut.de excep.Hoſt.in c.cùm dilectus de arbitris. Abb. in c.veritatis.nu.32.de dolo et cont.Bertach. in j.par.ſui repertorij,in ver.excommunicatus poteſt eſſe arbitrator,ſub nu.50. Deci.in ca.intelleximus.in j.not.de iudi. Io.de Imo. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff.ad Trebel.Domini.de ſancto Gemi.in c.decernimus. nu.7. de ſent. excommu.et iſtorum opinionem inquit communem eſſe Alexá.in l. ſi quis arbirratu.ff.de verbor.oblig.et Petrus Duennas, in reg.cclxix. cum aliis ſignatis per eum, vbi communem hanc limitat latè tribus modis.

## OPINIO CVII.

EXCOMMVNICATVS non prohibetur contrahere,et ſic ſibi permiſſum eſt contrahere,diſtrahereque non obſtante excommunicatione,ſecundum Inno.cęteróſque Canoni. in ca.veritatis de dolo et cont.Ferrarien.in ſua pract.Papien. in for.iuramenti teſtium. nu.23 Card.in c.perpendimus.xxxv.q.j.de ſent.excom.et Deci.in c. poſt ceſsionem,ſub nu.13.de prob.vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem.

F

## OPINIO CVIII.

FAMVLVS ſeruiens pro mercede valetudine impeditus operas promiſſas præſtare, ſalarium pro eo tempore,& ſic durante infirmitate habere non debet,ſecundum gl.& Bar.in l.opere.ff.de vſufru.leg.& Bar.in l.ſi vno.§.item cùm quidam. ff.loca.Bal.in l,liberti.C,de oper.lib. Ant.de But, Ancha.& Imo.in c.propter ſterilitatem,ex.locat. & Pau.Caſtr.in d.§.item cùm quidam,vbi dicit quòd merces dicitur eſſe pretium operæ,meritò ſi opera non præſtatur merces non debetur,quæ eſt correlatiua. arg.l.ſi ſumma fides.ff.de action. empt.& ob hoc concludit Bal.in d.l.liberti,quód non laborāti ſalarium non debetur,& Alex.inquit,in d.§.item cùm quidam. in add. ad Bart.quòd promiſſio ſalarij illam tacitam conditionē habet ſi operas præſtabit, ſed opinio iſtorum, videlicet quòd famulus proportionabiliter pro rata temporis operarum præſtitarum per eum debeat conſequi ſalarium,videtur nimis periculoſa,cùm pro vtraque parte allegentur vrgentiſſima fundamenta, vt vix veritas dignoſci poſsit, vt refert Iaſ. in l.diem functo.ff. de offic.aſſeſſ.& Barb. in d.c.propter ſterilitatem. nu.25,vbi per multa iura inclinat in hanc partem contrariam, quòd pro tempore infirmitatis famulo ſalarium debeatur,& in huiuſmodi ſententiam inclinarunt quoque originaliter gl.in d.§.item cùm quidam.& in l.arboribus.§.illi,ff.de vſufru.Inno.in d.c.propter ſterilitatem.Io.Andr.& Hoſt.in ſumma de locat.§.quæ actiones. verſi.quid autem.& Azo.in ſumma.C.de loca.gl.& Port.in §.Apum.nu.11,inſt. de rerum diuiſ.tamen prima opinio gl.Bar.& ſequacium eſt communis,ſecundum Abb.in c.j.de cleri.ægrot.nu.9.& Curt. Sen.in d.l.diē functo.ait quoque quòd de rigore iuris, communis opinio eſt,quòd infirmus famulus non debeat habere ſalarium deperditi temporis, licet de æquitate ſalariū conſequatur pro tempore, quo operas præſtitit,quāquam ipſe de hac communi opinione dubitet per text. in l. cùm heres,§.ſtichus.ff.de ſta.lib.vbi quos curamus nobis ſeruire dicuntur,at ego non recedo ob talem ſuaſionem, & alias quamplures, quæ fruſtrà in medium adduci poſſent à communi præmiſſa, quam in practica millies obſeruari vidi,& eſt verior de iure, teſte Ioann.de Imol.in d,c.propter ſtarilitatem.cùm ei inhæreat etiam Cagnolus,in d.l.diem functo,nu,215.& Bolog.nu.72.

## OPINIO CIX.

FIDEIVBENS Titio de eum repræſentando toties, quotiens.ſeu de eum ſiſtendo iuri, & non repreſentauit, nec fecit eūdem in iudicio ſiſtere tenetur vltra pœnam debitam fiſco ratione fideiuſſionis,& prædictæ remiſsionis parti, ad cuius inſtantiam fuit captus, ad intereſſe,ſecundum gl.fi.in l.fi.ff.ſi quis in ius voc.non ierit,quam communem eſſe aſſeuerat Afflic.deciſ.ccxxxiiij.& ibi quoque explicat ita ſacrum conſilium iudicaſſe,& ſequitur iſtam communē Foll. pariter in ſua pract.crimina.in fragmentis.rubr.de fideiuſſoribus.nu, 260.circa fi.d.practi.

## OPINIO CX.

FIDEIVSSOR eius,qui verè debitor eſt,ad debitam quantitatem infra ſex menſes ſoluere promittens non liberatur, nec eximitur ab obligatione fideiuſſoria, licet creditor ſine licentia,& cōſenſu ipſius fideiuſſoris diem ſolutionis debitori prorogauerit, & ſic fideiuſſor iſte non liberatur,ſi creditor mutat obligationem ex conuentione facta cum debitore principali citra conſenſum ipſius fideiuſſoris ſecundum Hoſtien.Ancha,Imo.& Abb.in c.conſtitutus. de fideiuſſ.Bart.in l.Lucius.§.Paulus.ff.de adminiſt.tut.Alex.Iaſo.nu. 2.in l.lecta.ff.ſi cert.pet.& Marſi.in repe.rub.ff.de fideiuſ.num.19.& ſequē cum aliis relatis ibi per eum,quorum opinio communis eſt,teſte Iaſ. & Dec.in d.l.lecta.& Marſi.in d,rubric,vbi citat,etiam doctores Cōtrarium aſſeuerantes,eoſdémque allegat Augu.Beroius,in c.de cauſis nu.34.& ſeq.de offi.iud.deleg.vbi hoc indeciſum derelinquit.



## OPINIO CXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor præſens & patiens ſe nominari & inſcribi ad acta, cenſetur promiſiſſe licet non expreſſe dixerit promitto vel fideiubeo, ſecundum Bartolum & multos alios, ſed communis eſt in contrarium. vt nu.1.*

FIDEIVSSOR patiens nominari,poni,ac deſcribi in actis curiæ à notario pro fideiuſſore alicuius,& incontinenti non contradicens,tunc obligatur,tenetùrque licet expreſſe non dicat,ita promitto,atque fideiubeo,& ſic iſte fideiuſſor nominatus apud acta eo præſente,& nō contradicente nominationi de ſe factæ cenſetur promiſiſſe,& quod omnia fuerint ſolenniter acta,ſicut ſi fideiuſſor expreſſè deſcribi conſenſiſſet,vt voluit Bar.in l.cùm oſtendimus.§,fin.ff.de fideiuſſ.tut.& curatorum,& Ruinus,nu.11.Marcellus Berinçutius.cū aliquibus aliis Moder,in l.j. ff.de verborum obligat,Bald,conſi cciiij. volu.j.Ange.in tract,maleficiorum,in glo,pro quibus Antonius fideiuſſit,nu,11.Benedi,de plumbi.in l.manumiſſio,ff. de manumiſ.vind, & Alberic.de Roſate,in tracta.de teſtibus,ſub nu.129.in rub, qui teſtes non cogantur teſtificari.Sed opinio hæc Bart.et ſequacium communiter à noſtratibus reprobatur,in d.§.fi.et variis in locis iuris noſtri.vt latè deducit,et apertè fatetur Boeri. deciſio.cccxiiij.nu.5.videlicet,quod non inducatur aliquo modo ſtipulatio,etiam ob iudicij calorem vbicunque fideiuſſor ipſe deſcriptus nihil reſpondeat.

## OPINIO CXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Cuſtodiam,caſtri habens,non eſt idoneus fideiuſſor,quia iudex non poteſt ad eum exequendum accedere.*
2 *Notarius ſeu procurator rixoſus,non eſt idoneus fideiuſſor.*
3 *Bonis immobilibus carens,non eſt idoneus fideiuſſor.fallit nu.4.*

FIDEIVSSOR non eſt idoneus quotieſcunque cuſtodiam caſtri haberet,vbi fideiuſſio per eum dari,ac præſtari debet, quoniam iudex,ſeu eius familia nullo modo poteſt accedere ad exequendum contra eum,ſecundum gloſ.Bart.num.1.Ang.Roma.Paul.& Alex.in princ.in l.ij.ff.qui ſatiſd.cogan.& Boer.deciſio.ccxxxviij. num.5.poſt medium.vbi ait ſententiam iſtorum communem fore,& Alex.in d.l. ij.num.1.et ſequitur Marſil.in repeti.rub. ff de fideiuſſor. num. 302. idémque videtur dicendum in notario,vel procuratore valde rixoſo litigioſo,cauilloſo,ſiue poienti,qui tanquam non idoneus haudquaquam ad fideiubendum admittitur,ſecundum glo.Bart.Alexan.num. 2.in d.l.ij,& Nattam conſil.cxliij.num.10. et ob doctrinam iſtam ſicuti veram,et communem declaraui in facti contingentia in ciuitate Therami,dum eram ibi iudex criminalis quēdam Horatium Delficum ciuem ibi,et procuratorem non fore idoneum fideiuſſorem: item non eſt idoneus fideiuſſor,qui caret bonis immobilibus, ideò ob hoc poteſt tanquam non idoneus recuſari à creditore, vt voluit glo.in §.ſuſcepto.in auth, de exhi,reis. Specu.id tit. de ſatiſd. §.dicto verſic.ſed ſi ſcholaris.Bald.in cap.coram. de offic.deleg. Angel.Paul, Caſtren,Alex.num,5.et Iaſ.num,1,in d,l.ij.ſed hoc non procedit, vbi principalis valdè diues,et idoneus foret,ſiue reperiretur, tunc equidem quis quantumuis pauper,ſeu non idoneus facultatibus admittitur ad fideiubendum pro eo,ſecundum glo.in verſic.præſtitiſſe.in l. mulier,C.de iure do.Paul. Caſtren.Roma. Alex,num.4.Iaſ. num,5.& alios in d.l.ij. et Marſil.in d.rub.ff.de fideiuſ. nu. 269.vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem.

## OPINIO CXIII.

*SVMMARIVM.*

2 *Confeſſioni creditoris dicentis quòd à fideiuſſore debitoris ſolutionem receperit ſtatur,ſi fideiuſſor poſtea agat contra principalem debitorem licet alij contra ſentiant vt nume.1.*

FIDEIVSSOR repetens à debitore principali quòd pro eo ſoluit non admittitur ad probandum ſolutionē per ſolam creditoris



conſeſsionem,

confeſsonem,& ſic per huiuſmodi confeſsionem non probatur ſolutio, & fideiuſſor ob hoc duntaxat repetere nequit à debitore illud, quod aſſerit ſoluiſſe pro eo,ſecundum gl.in l.duobus reis.§.j. ff.de iureiur.quam ſequitur Bart.ibi, & Fulg.Bar.in l.reos.in v.q.ff.de duobus reis.& Rom.in l.prædia.ff.de acq.poſ.ſed Bar. ipſe reuocãdo,ſeu mutando iudicium in melius tenuit, & voluit contrarium conſi.clx. Titius promiſit,videlicet,vt fideiuſſor poſſit agere contra debitorem vigore talis confeſsionis creditoris dicentis ſibi ſatisfactum eſſe à fideiuſſore,& ſequitur Sal.Pau.Caſtr.Roma. Alex.& Iaſ.in d.l. duobus reis.& ita conſuluit Alex.conſ.xxv.viſo inſtrumento.vol.ij.& conſil. cxxviij.vol.vj & opinionem iſtam inquit communem Fulg. & Alex. in d.l.duobus.§.j.nu.2.Bellonus conſ.lxxvij.nu.6.& ſeq. Tiraq.in tracta.de vtroque retra.in titu.de retractu conuentionali.§.j.gl.xviij.nu. 84.& Marſi.in repet.rub.ff.de fideiuſſori. nu. 310.& 312.vbi etiã ſequitur & declarat,& ſecundum communem iſtam conſuluit quoque Paul.Caſtr.conſ.cccxcvj.quæritur vtrum fideiuſſori,prout ipſe refert, aut teſtatur,in d.l.duobus reis.& ſequendo ego communem ſententiam prædictorum breuiter cõcludo, quod licet multi ex doctoribus dicant Bar.contrariari, in hoc tamẽ non meretur allegari cõtrarius, nam in d.l.duobus reis.non firmat pedem, vtitur enim verbo forte, & opinionem iſtam communem plenius poſui,quàm hîc in j.li.com munium opinionum, & eam ibi quoque ſequutus fui in opinione fideiuſſor poteſt agere.

## OPINIO CXIII.

FIDEIVSSOR pauper à creditore vocatus,& conuentus in iudicio poteſt ſoluere de bonis principalis ſtante paupertate ſua, & impoſsibilitate,difficultate, ſeu impotẽtia ſolutionis de ſuo proprio, nẽ in carceribus maceretur, & in eis perpetuò detineatur, ſecũdum Bar.per illum tex.in l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.in prin.ff.man dat.Ang.in auth.vt omnes obe.iudi. Bal.in c.ſi qui teſtium.in fi.extra de teſt.& Bart, & Bal.in fin.in auth.quą in prouincia. C.vbi de crimi. agi opor.quorum ſententiam ſequitur, declarat, & ait eſſe communem Marſi.in repeti.rub.ff.de fideiuſſor.nu.429.

## OPINIO XXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſorem dare promittens,ſi pignora det,liberatur.*
2 *Pignoribus incumbere tutius eſt quàm in perſonam agere.*
3 *Pignora dans,ſi poſtea velit dare fideiuſſorem,inuito creditore non poteſt repetere pignora.*

FIDEIVSSORES dare promittens, certè dando pignora, etiam inuito creditore liberatur, ſecundum gl.Bar.& omnes,in l.j.ff. qui ſatiſ.cogan.gloſ.& Bar.in l.prætoriæ,la ij.ff.de prætor.ſtipu.Cyn. Bal.& cæteros ſcribentes,in l.j.C.de procur.Io.Andr.in addi. Spec.in tit.de ſatiſd.§.dicto,in prin.& in tit.de pign.ſuper rub. & opinionem iſtorum ſequuntur, & aſſeuerant eſſe communem Alex.nu.6.& Iaſ. nu.1 ...in d.l.j.ff.qui ſatiſd.cog.Ant.Neguſantij de Fano. in tract.de pignori.& hypothecis,in v.par.principali,nu.5.& Marſi. in repe.rub.ff. de fideiuſſor.nu.349.& ſeq.quoniam melius, ac tutius eſt incumbere pignori, quàm in perſonã agere,& ſic quàm habere fideiuſſorem. l.plus cautionis.ff.de regu.iur.& voluit Bar.in l.in eod.§.j.eo.tit.& in caſu hoc debitor dans pignora creditori,ſi vellet poſtea dare fideiuſſ. rem,& repetere pignora ſibi permiſſum non foret,nec facere poſſet inuito creditore, ſecundum gloſſ.in §.ſuſcepto, in gl.magna,circa medium,in auth.de exhiben.reis.

## OPINIO CXVI.

FIDEIVSSOREM dare promittens, cenſetur ac intelligitur promiſiſſe eum in loco promiſsionis,& celebrati cõtractus, & de hominibus eiuſdem loci,ſecundum Bar.Ang.& omnes communiter, per illũ text.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd. cog.vbi Alex. iſtam communem ſequitur,nu.5. vbi refert ſuper hoc ſe alias de facto conſuluiſſe,prout apparet conſ.ſuo xxxvij.& opinionem hanc approbat etiam Iaſ.in d.§.ſi neceſſaria.nu.2.3.& 8.& ſequitur,approbat,declarat,& dicit veriorem Marſ.in rep.rubr.ff.de fideiuſ.num. 307.cum aliis ſequent.

## OPINIO CXVII.

FIDEIVSSIONEM, cautionẽ,ſeu ſatiſdationem dare non tenetur,qui eſt manifeſtè idoneus facultatibus,etiam ex diſpoſitione iuris communis,& municipalis,quando nulla veriſimilis cauſa ſuſpitionis ſubeſt,ſed ſibi remittenda eſt ſatiſdatio hæc,& obligatur,ac tenetur duntaxat nomine proprio abſque fideiuſſoribus cum generali hypotheca omnium bonorum ſuorum,ſecundum Bart.& Ioan.de Plat.in l.quicunque, la ij.C.de fund. patrim.lib.xj.& Bar.in l.priuatæ. C.de murileg.lib.x.Rom.conſ.lxvij.viſo themate prænarrato.Pau. Caſtren.& Iaſ.nu.16.& ſeq.in l.j.ff.qui ſat. cog.& Alex. conſ. clxxix.viſo & opportunè diſcuſſo proceſſu.vol.ij.& licet Alex.ipſe titubanter,in d.l.j.& in l.diuortio.§.interdum.ff.ſol.matr. aſſeueret contrarium, tamen opinio Bar.& ſequacium quicquid fruſtrà ſuadeat Alex.eſt communis ſecundum Iaſ.in d.l.j.nu. 20.& ita obſeruat conſuetudo, teſte Ang.in d.l.prætoriæ.& ſequitur Marſi.in rub.ff.de fideiuſſor.nu.170. in quibus quidem locis,tam Bar.quàm alij poſt eum tradiderunt ſuper hoc congruum exemplum,videlicet, quòd ſi ex forma ſtatuti officialis teneatur ante officij ſui ingreſſum ſatiſdare, tunc certè, & abſque dubio aliquo ſi ipſe idoneus fore crederetur ac ſtaretur ei ſoli cum generali obligatione bonorum ſuorum. in regno verò Neapolitano practica,& ſtylus obſeruat contrarium, & officiales omnes in officij principio,& ante ipſius adminiſtrationem omni facultate,diuitiis,& idoneitate remotis,ac reiectis, & excluſis præſtant neceſſariò idoneam cautionem ante ſuſceptam officij tutelam de parendo ſindicatui finito eorum officio,imò officiales ipſi iure debent in præſentia decem teſtium,ſecũdum formam traditam in capitulo regni exordiente:item recipiant ſacramentum in forma ſubſcripta, aliàs non præſtita cautione prædicta in camera ſummariæ, & iuramento coram vno ex regentibus regiam cancellariam,non poſſunt officiũ exercere,ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis principis poſita,in d.cap.item recipiant,& tam cautio,quàm etiam iuramẽtum hoc in commiſsione officialium ſpecialiter exprimenda ſunt ob diſpoſitionem, d.cap. item in fin.& verba d.c.refert.Afflict.in conſtitutio. bajuli locorum, vbi pulchrè loquitur.

## OPINIO CXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor datus pro prima inſtantia non tenetur de ſecunda, intellige vt nu.2.amplia vt nu.3.*
3 *Cautio de iudicio ſiſti aut repræſentando, non ſe extendit ad cauſam appellationis.*
4 *Cautio de iudicio ſiſti, expirat,quoties Reus ſemel fuit præſentatus,intellige ſi pro abſente præſtita ſit, nam ſi pro præſente, tunc durat vſque ad ſententiam,vt nu.5.limita tamen vt nu.6.*

FIDEIVSSOR datus,ſeu acceptus in prima inſtãtia, non tenetur in eo,quod poſtea iudicatur in cauſa appellationis, niſi aliud actum ſit.l.cum apud.ff.iudicatum ſolui,quem tex.dicit ſingularẽ ibi Barto.in prin.et quamuis.d.l.cum apud, loquatur, vbicunque prima ſententia fuit abſolutoria,et actor appellauit, nihilominus idem eſt ſi prima ſententia condemnatoria fuerit,et reus appellauerit, ſecundum Bar.nu.4.et Ang.ibi per tex.gloſ in l.ij.C.de procu.et ibi Cyn et communiter omnes,et inſtitu.de ſatiſdationibus.§.ſin autem, de quo ibi per Fabrum,et Aret.nam non oritur actio iudicati ex prima ſententia,ſed ex ſententia appellationis confirmatæ, ideóque imputetur actori contra reũ in cauſa appellationis ſi non petierit caueri.l.eos. §.fi.C.de appel.hócque verum apparet, vbi appellatio non eſt deſerta, aliàs ſecus,ſecundum Bar.in d.l.cum apud.Imò memorata communis ſententia ampliatur in tantum procedere,vt cautio de iudicio ſiſti,aut repræſentando minimè ſe extendat in cauſa appellationis,quia expirauit per ſententiam.l. grææ.§.et poſt litẽ.ff.de fideiuſſ.et ibi per Pau.Caſtr.et Imo.verùm huiuſmodi cautio quotieſcunque præſtita eſt pro abſente,tũc expirat,ex quo ſemel reus extitit præſentatus, ſecùs ſi fuerit præſtita pro reo præſente, quoniam durat vſque ad ſententiam,ſecundum Alex.in add.ad Bart.in l.j.ff.ſi quis in ius voc.non ierit, hoc verò limitatur non procedere, quando cautio de ſiſtendo reo in iudicio toties, quoties iudici viſum fuerit præſtita foret, nam durat etiam poſt ſententiam iux.not. Barto.in l.ſi quis res.ff.de cuſtoreorum, et per Ange.in l.j.§.j.eod.tit.

## OPINIO CXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius non poteſt patrem vel matrem in ius vocare abſque venia, amplia vt nu.2.3.& 5.*
2 *Suſceptor ſiue pater ſpiritualis, itémque ſuſceptrix,abſque venia in ius vocari non poſſunt.*
3 *Filius non poteſt patrem ſine venia in ius vocare, etiam ſi paratus ſit pœnam ſoluere, & proceſſus annullatur:parte tamen citata non opponente,valeret,vt nu.4.*
5 *Ciuis non poteſt in ius vocare ſuam vniuerſitatem vel Rempub.non petita venia.*

Filius

FILIVS vocare in ius patrem,aut matrem abſque venia non poteſt.l.fin.C.de in ius vocan gl.in §.pœnales,in verſi.vel parentem, inſtitu.de act.& Cotta,in memoria.iuris.in verſi.filius,imò hoc procedit quoque in patre,matréque ſpirituali ſuſcipiente eum de ſacro fonte, nam per filium ipſum vocari in ius ſine venia nequeunt, ſecundum Ange.& Fulg.in l.adoptiuum,per illum tex.ff.de in ius voc. Guliel.de Cu.Bal.Ang.Pau.Ca tr.Roma. Alex.& Iaſ.in l. generaliter eo.tit.Ang.Aret.Iaſ.Zaſ.& Gomeſi.nu.24.in d.§.pœnales, Alex.in l.j. in prin.C.de in ius voc.Fran.in c.poſtremo, de appel. Pari.de Puteo, in tract.ſindi.in ver.ſuſpicio.Guliel.Benedic.in repeti.c. Rainutius,de teſta.in verſ.& vxorem.nomine Adelaſiam,nu.765.& Tiraq.in repe. l.ſi vnquam.C.de reuo.donat.in verſi. ſuſceperit liberos,numero vigeſimooctauo,& in tract.de pœnis temperádis,aut remittendis.cauſa.21.nu.3.& ſeq.vbi audacter fatetur iſtorum ſententiam fore communiorem,& veriorem.Ampliatur etiam dicta regula quòd filius vocans partem in ius abſque venia, licet paratus ſit, & vellet ſoluere pœnam,l.pen.ff.de in ius voc.non propterea proceſſum conualidare poſſet,vnde pœna in caſu iſto exigibilis eſt,& prorſus annullatur, ſecundum Cyn.Ray.Alber.Ful.oſi.Alex.nu.2. et Moder.in d.l.fin.C. de in ius voc.Io. Fabr.in quarta q.in l.ij.eo.tit. et Grammat, conſilio ciuili.xl.nu.4 vbi atteſtatur opinionem iſtam eſſe meliorem,et communem dicit Purp.in l.fi.nu.36.in tract.quem fecit poſt lecturam illius l.C. de eden.et Capici.deciſ.lvj.nu.6.ſed aduerte quòd proceſſus iſte valeret,et teneret parte citata non opponéte, vt voluit Cyn.Bar. Ray.et omnes in d.l.fi.C.de in ius voc.vbi opinionem iſtorum ſequitur Alex.nu.2.et dicit communem, et veriorem, communémque inquit Capicius,in d.deciſi.lvj.nume.6.ac amplectitur Guido Papæ,in ſing.cccccLxv.vtrum ſi procurator.Ampliatur regula prædicta ſimiliter procedere in ciue vniuſcuiuſque vniuerſitatis,qui volens ſuam vniuerſitatem in ius vocare,debet et tenetur prius et ante omnia petere veniam,ſecundnm Ang.in d.l.generaliter, et Aret.in d.§. pœnales,et ita conſuluit per pulcherrimas rationes Grammat. in d.conſil. quadrageſimo.Alias verò quamplures ampliationes, et limitationes ad d.regulam vtiles, et neceſſarias tradidit Petr. Duennas in ſuis regulis,in verſicu.filius non poteſt vocare patrem in ius, quas videre poteris.

## OPINIO CXX.

FILIVM à patria poteſtate eximit ac liberat epiſcopalis dignitas,auth.ſed epiſcopalis.C.de epiſco.et cler.et c.venerabilem qui filij ſint leg.et not.Barto.in l.patre furioſo. ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.et in l.ſi maritus.C.de pa.po.Fran.in rubr.de teſta.et omnes alij Canoniſtæ communiter in ca.ſi annum,de iud.lib.vj. et in c.Iudæorum,de æta.et qual.et Legiſtæ poſt Bar.in d.l.patre furioſo, vbi Iaſon nu.48.et ſeq.inquit iſtam eſſe communem opinionem.Item filiusfamiliâs creatus Cardinalis Romanæ eccleſiæ immunis eſt à patria poteſtate,ſecundum gl.in extraua.execrabilis de præb. inter communes,verſ.ſublimitatem.et Barb.in tract.de præſtan. Card.in j.part.q.j. nu.69.et hoc idem operatur religionis profeſſio,ſecundum gl.in l.ſi ex cauſa.§.Papinianus,ff.de minor.quam dixit ſingularem Barb.in d. q.j.nu.69.et hæc omnia procedunt,ſeu limitantur in his duntaxat,in quibus vtile eſt ipſi filio à patria poteſtate liberum cenſeri, non autem in his, in quibus libertas hæc eſſet ei damnoſa, et grauis, ſecundum Bart.in l.item in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie,iur.in fi. Alex.in l.ſub conditione.ff.de libe.et poſth. Barb.in d.q.j.et iſtam fatetur communem opinionem Cotta in memoriali, in verſic.epiſcopalis dignitas,et quamuis prædictæ dignitates liberent filios à patria poteſtate,nihilominùs ſacer ordo nõ eximit filium à dicto patris nexu ſeu poteſtate,auth.preſbyteros, C.de epiſco.et cleric.Abb.in cap. cùm deſideres,et in c.cum voluntate.§.fin.de ſenten.excommunic.et in d.cap.Iudæorum.contra gloſſam ibi, et iſta eſt communis opinio, quam ſequitur, et citat Io.de Arnouo, in dialogo, dcxcj.exordiente ſed ſi filiusfamiliâs eſſet ſacerdos, et Cotta in memoriali.in verſi.ſacerdotium.Iaſ.in l.filiæ.C.de collat. Guliel. Benedic.in c. Raynutius. de teſt.verſ.inſuper de re mil.nu.17.Boer.deciſ.cxxj.nu.12.et Caſſan. in conſuet.Burg.nu.4.

## OPINIO CXXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filius fratris intrat in locum patris ſui in fideicommiſſo, quando agitur de ſucceſſione hominis, æquè ac ſi agatur de ſucceſſione legis, Alij contrà,vt nu.1.ſed malè,vt nu.3.*

4 *Gloſſæ ſunt naues per quas nauigamus per vaſtum pelagus iuris ciuilis.*

5 *Gloſſæ opinionem infringere volens dicitur ſomniare.*

FILIVS fratris non intrat in locum patris ſui in fideicommiſſo, quando agitur de ſucceſſione hominis, ſecus verò,quando agitur de ſucceſſione legali,ſecundum Bal.in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo. ff. de leg.ij.quem ſequuti ſunt ibi Cuma.& Floria.Iaſ.in l.ij. C. de ſuis edic.Alex.conſi.cciiij.conſideratis verbis,num.6.volum.ij.& Deci.cõſi.j.ferè per totum,conſi.cccclxxviij.in cauſa domini. Aurelij.num.2. & ſeq.& conſi.cccclxxx.in caſu,qui contingit,ſub.num.9.cum ſequẽ. in quibus concor.allegat,& mouentur ea ratione,quoniam in fideicommiſſo,ſeu diſpoſitione hominis conſideratur affectio,quam quis videtur habere ad proximiores in gradu,ſed in titulo hereditario,ſeu diſpoſitione legali conſideratur diſpoſitio iuris,quæ eſt quòd filius ſubintret locum patris,vt per citata vbi ſuprà, & opinionem iſtam Bald.dicit magis communem, & veriorem Deci.in d.conſi.j.num.5. & ſequitur quoque conſulendo, ait pariter eſſe magis communem Natta conſi.cxxvij.num.4.& ſeq.conſi.ſeq.num.4.& Bellonus conſi. 50.num.1.& ſeq.vbi refert quamplures Docto.ita conſuluiſſe. præſertímque Iaſ.Rubeum,& Crotum,vt habetur inter conſilia.d.Rubei conſil.xxxvj.cum. tribus ſeq.in contrariam verò partem inclinauit gl. in d.§.in fideicommiſſo in verſ.proximo,videlicet,quòd filius fratris, licet agatur de ſucceſſione hominis, aſſumat locum patris,quam ſequutus eſt Alex.ſibi contrarius conſi.xxvj videretur fortaſſe, volum. iij.vbi inquit doctores magis communiter ſequi opinionem gl.quã Bald.& citat.Bald.ſibi etiam contrarium.in conſil.vt ibi idem Alex. conſi.cxxiiij.viſo proceſſu cauſæ.ſub nu.3.volu.vij.vbi pariter ſequitur ſententiam glo.Deci.qui memor ſui primi conſilij. non erubuit tanquam veriorem amplecti gloſſ.conſi.ccxvij.in caſu propoſito,vbi in terminis conſuluit.hanc ſimiliter ſcribit communem Iaſ.conſi.clix magnifica,lib.iiij.& conſi.ccxv.lib.ſecundo Curt.Iun.conſil.lvij.& alij.innumeri,quos refert.& ſequitur Crauet conſi.lxvij.vltra per me ſcripta,num.5.vbi ſupponit communem opinionem cum gloſſ.contra Bald.& Dec.vbi ſuprà,et ſic ſecundum communem præmiſſam, quando ſumus in diſpoſitione hominis,et præſertim,quando agitur de hereditate aui,vel patrui filius indifferenter aſſumit locum patris, et licet ſuper hoc Doct.ita varij fuerint. vt vix diſcerni poſſit,quæ ſit communis opinio,tamen veritatem profitendo iſta ſecunda opinio, gloſſ.videtur.et apparet cum effectu magis æqua magis vera,magíſque communis,prout atteſtatur,et eam ſequitur Dilectux, in tract.de arte teſtan.in titu.5.caut.xxvij.et Io.Celphal.copioſiſsimè,atque doctiſsimè,conſulendo ac reſpondendo contrariis omnibus,conſ.xvj. nu.28.cum aliis ſequ.et ſecundum eam conſului,et obtinui de præſenti anno 1565.in cauſa non leuis momenti,reiectis tamen conſiliis aliquorum clariſsimorum virorum per iudices cauſæ prædictæ in contrarium ſcriptis copioſiſsimè,et in proceſſu productis, imò aliâs ſuperioribus annis ſecundum eandem opinionem gloſſ.iudicaui,ſententia mea per iudices ſuperiores ad quos extitit approbata,et confirmata,et hoc non abſque ratione euenit,nam Deci.non valens aliquo modo remouere obiectionem, et obſtaculum gloſſ. prædictæ auſus fuit atteſtari opinionem communem eſſe contra ipſam gloſſ. quando ſcilicet agitur de ſucceſsione hominis, prout fecerat, in dicto ſuo primo conſilio,ex ſe ipſo ibidem citato,non animaduertẽs ipſe Deci.quam ibi,in c.conſi.cccclxxx.et in conſi.j, dicit communẽ opinionem fuiſſe à ſe ipſo reiectam,in dicto conſi.ccxvij. vbi non erubuit tanquam veriorem,et communiorem ſequi opinionem,d.gl. et hoc minimè ab re concluditur per Deci.gloſſ. et alios præcitatos Docto.per rationes allegatas per eos optimas,et veriſsimas, nam gloſæ ſunt naues,per quas nauigamus per hoc vaſtum pelagus iuris ciuilis,ducentes nos ad portum claræ veritatis,vt eleganter dixit Saly. in l.j.C.de pact.et Ripa,lib.iij de donationibus,num.45.et ſomniare dicuntur volentes infringere opinionem gloſæ,vt dixit Bald.in cap. contingit.ex.de dol.et contu.

## OPINIO CXXII.

FILIO ſupplementum legitimæ acquiritur,ſeu debetur ipſo iure eo declarante,et ſic eo ipſo quòd filius declarat velle tale ſupplementum,ei acquiritur,ac conceditur,ſecundum gl.ij. in l.ſcimus. C. de inoffi.teſtam.cunctis Doctorum ſuffragiis receptam ibi.Corn.cõſ.cclxv.volumi.j.conſi.cclxv.in hac videtur,volu.ii.,et conſi.cclxiiij. videtur prima,volum.iiij.Alex.conſi.lxix.in ſecundo dubio. volumi. j.et hæc communis gloſæ ſententia procedit,vt ſtatim mortuo teſtatore memoratum ſupplementum ipſo iure debeatur abſque filij declaratione,licet commutabiliter,et illa declaratio, quæ ſecundum gl. communem requiritur,operatur,vt ipſa acquiſitio fiat incommutabilis,quod clarum eſt,quia defuncto filio nulla per eum declaratione facta,huiuſmodi ſupplementum purè,atque ſtatim filio ipſo iure acquiritur,non autem conditionaliter ſi petatur, et tranſmittitur ad quoſcunque heredes,vt declarat,et firmat Saly.in d.l.ſcimus, et ſequitur Alex.conſi.lv.volum.ij et Iaſ.in d.l.ſcimus.imò et fructus legitimæ cum ipſa legitima debentur ipſi filio à tempore mortis teſtatoris,ſecundum Bald.in l.Papinianus.§.vnde ſi quis,ff de inoffi.teſta.et conſuluit Corn.in d.conſi.cclxv.volu.iij.in fin.

## OPINIO CXXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filius patri ſuccedens non dicitur acquirere, ſed acquiſitum capere.*
2 *Suitatis materia etiam in feudis locum habet.*
3 *Filius vaſalli cenſetur viuo patre inueſtitus, & propterea poſſeſſio cenſetur in eum abſque alia inueſtitura continuari.*
4 *Filius vaſalli etiam viuo patre nominatur feudatarius.*
5 *Poſſeſſio hereditatis paternæ, non ſolùm iure feudali, ſed etiam communi continuatur ad ſuos heredes, concordat num. 6. & 7. Contra nu. 8. quæ opinio magis communis eſt.*
9 *Poſſeſſio ſine animo retineri non poteſt,*
10 *Animus paternus morte finitur, nec ad heredem tranſit,*
11 *Poſſeſſio rumpitur & extinguitur morte patris.*

FILII non acquirunt, cùm patri ſuccedunt, ſed acquiſitum capiunt, ſecundum gl. fi. ſingularē ab omnibus communiter receptam, in c. j. de feudi cognitione, quam gl. Bald. ibi cōmendat, & dicit menti tenendam, ex qua, & Aluar. ibi, in fi. refert quòd mortuo vaſallo ius feudale in filium continuetur. argu. l. j. §. largius, de ſucceſſ. edi. dicens feudum in filiis de nouo non acquiri, & idem tenet Præpo. loco prædicto, volens, quòd in feudo antiquo, & paterno non ſit opus filios in poſſeſſionem mitti, quam prius habebant, exprimēnſque d. gl. ſignandam fore, quòd materia ſuitatis, etiam in feudis locum habeat, faciant, quæ tradit Baldus in l. cum antiquioribus. q. x. C. de iure delibe. qui per gl. præcitatā voluit, quòd in feudis poſſeſſio ad ſuum heredem tranſmittatur, qui & viuo patre inueſtitus eſſe, & poſſidere cenſeatur, & propterea poſſeſſionem in eum abſque alia inueſtitura continuari, idem Bal. in ca. j. an mut. vel ſurd. aut ait filium in vita patris nominari feudatarium, ita quòd poſt mortem patris potius dicatur feudum retinere, quàm de nouo ſuccedere. Ampliatur prędicta, quòd & iure communi, nondum feudali poſſeſſio hereditatis paternæ continuetur, vt eſt gl. in l. in ſuis, de liber. & poſthu. vbi dicit filios heredes ſuos ſicuti in vita patris ſunt quodammodo domini, ita & poſſeſſionem habere dicantur, & idem inquit gl. in §. ſed ſui, inſtitu. de hered. qualit. & diff. videlicet filium viuo patre poſſeſſionem habere videri, per l. ij. §. filium. ff. pro hered. & dicit Barto. filium ſe non poſſe nominare heredem de nouo, id eſt, dominum, & poſſeſſorem, qui ante erat, idem & Paul. Caſtrēſ. ibidem, qui filium viuente patre quodammodo dominum, & poſſeſſorem eſſe ait, & ſic per præmiſſa ſatis apparet quòd à patre in filium, & in feudis, & in aliis rebus poſſeſſio continuatur. Sed ſi rem ſyncera iuris veritate conſiderare volumus iſta ampliatio, quòd poſſeſſio hereditatis à parente in ſuum heredem continuatur vera non eſt, & licet gl. in d. l. in ſuis, & in d. §. ſed ſui huiuſmodi continuationem admittere videantur, nihilominus hæ gl. iure non probantur, & contrarium docuit ipſamet gl. in l. cùm miles, ex quibus cauſis maior. & in l. cum heres. & ibi Barto. & communiter omnes, de acq. poſſ. & inquit Bal. in l. in ſuis, poſſeſſionem non tranſire in ſuum heredē ſine arppehenſa poſſeſſione, quod & Alex. ibi aſſeuerāter tenuit, qui pro hoc plura allegat, Bal. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. fi. in prin. C. de edi. diui. Adria. tollē. quod ſuſtineri poteſt iſta ratione, nam poſſeſſio ſine animo retineri non poteſt. l. ſi quis vi. §. j. de acq. poſ. & l. licet. C. eo. tit. ſed animus patris morte finitur, nec ad heredem tranſit. l. iiij. ff. loca. vnde morte patris rumpitur, & extinguitur poſſeſſio. l. qui vniuerſas. §. quod per colonum, de acq. poſſ.

## OPINIO CXXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filiatio non probatur ex eo quòd quis appellatus eſt filius. limit. vt nu. 2.*
3 *Spurius non fit filius ex eo tantùm quòd nominatus eſt filius.*
4 *Filiatio non probatur ex eo quòd quis tractatus eſt vt filius. alij contrà, vt num. 5.*

FILII ſola, ac ſimplex nominatio non operatur, vt quis filius eſſe dicatur, & ſic filiatio ex ſola parentum nominatione non probatur, niſi alia adminicula concurrant, ſecundum Bart. in l. j. §. idē per contrarium. ff. de lib. agn. Ant. de But. in c. Michael. in fi. de filiis preſb. Ang. et Paul. Caſtr. in l. non epiſtolis. C. de probat. Bald. in l. non nudis, eod. tit. gl. in c. per tuas, de probatio. vbi Deci. nu. 28. exprimit iſtā eſſe commuem opinionem, Rebuffus quoque in tractatu nominatio. ver. primò fallit, Couarruuias in epiſt. iiij. c. viij. §. iij. nu. 7. et Petr. Duennas in reg. cccxlij. filiatio non probatur, in quibus locis vtiliter, et copioſè limitant communem illam in iiij. caſibus non procedere, quorum vnus communiter approbatur, vt clarè in locis præmiſſis colligitur, ſed in caſibus prædictis, in quibus præcitati Doct. aiunt nominationem filiorum probare, venit facienda neceſſariò talis interpretatio vt hoc intelligendum, verificandúmque ſit in filiis legitimis, et naturalibus, vel in naturalibus tantùm, non autem in filiis ſpuriis, inter quos nominatio ipſa nihil prodeſt, ita Ang. con. cxcix. quem ſequitur Iaſon conſ. cij. lib. iiij. et Gratus conſ. clviij. lib. ij. ideò debent eſſe cauti aduocati in probanda filiatione, quos inſtruit Bartol. in d. §. idem per contrarium, et in d. l. non nudis, et Deci. cum aliis relatis per eum, in d. c. per tuas, nu. 40. Item filiatio minimè probatur per ſolum tractatum non concurrentibus aliis adminiculis, et per conſequens, quādo quis producit fuiſſe tractatum vti filium parentibus poſtmodum hoc negātibus nō ob hoc videtur ſufficiēter probatus tractatus ipſe filiationis, ſecundum Alberi. Bald. Ang. et Saly. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. Bald. in d. c. per tuas. Bart. in d. l. non nudis, in ij. lectu. et in l. quidam. ff. de condit. inſtit. Flori. in l. quidam. ff. de probat. Iaſ. in l. neque profeſsio. C. de teſta. et conſ. cvj. in fi. libro primo, et conſ. cij. libro quarto, et Alciat. in tract. de præſumpt. in iij. regul. præſumpt. xxxviij. vbi ſcribit illam fore veriorem, magíſque commuem opinionem. In contrariam verò partem, videlicet filiationem plenè probari per tractatum inclinauerunt Fely. poſt alios relatos per eum in d. c. per tuas, nu. 13. Iacob. de ſancto Georgio, in d. l. quidam. Natta. conſ. clix. num. decimoquinto. et Decius conſ. quinquageſimoquarto, vbi ait iſtam opinionem eſſe communem, et ſequitur Aegidius Boſsius, in practi. crimin in tit. de partu ſuppoſito, numero nono, vndecimo, vigeſimoſeptimo, vigeſimooctauo, et ſeq. ſed prędictas opiniones ad optimam conſonantiam videtur reducere Couarru. in d. §. iij. nu. 6. et Alciat. in d. præſumpt. xxxviij. nu. 5. cum aliis ſeq. vbi occaſione ſumpta concordandi opiniones iſtas ponit quatuor caſus neceſſatios. Et Vaſquius, in tract. de ſucceſſionum proceſſu. lib. j. §. iiij. nu. 4. et ſeq.

## OPINIO CXXV.

### *SVMMARIVM.*

2 *Fratrum filij ſuccedunt patruo in ſtirpes, non in capita. Alij contrà vt nu. 1. ſed malè vt nu. 3.*

FILII duorum fratrum venientes ad ſucceſſionem patrui, nullo ſuperſtite patruo, ſuccedunt eidem patruo ab inteſtato poſt mortem in capita, non autem in ſtirpes, ſecundum Azonem in ſumma. C. de legibus. heredi. §. iure verò nouiſſimo. gloſſa in §. hoc etiam, inſtiutt. de legitim. agnat. ſucceſſ. Hoſtienſis. in ſumma de ſucceſ. ab. inteſta. §. & qualiter, Io. And. in addi, Specu. in titu. de ſucceſ. ab inteſta. §. primo. verſic. ſed an filii fratrum. Iacob. But. Bal. & Salyc. in authent. ceſſante. C. de legi. agna. ſucc. & Couarruuias, in ſuis epi. in titu. de. ſucceſ. ab inteſtato, ſub numero octauo, cum aliis congeſtis per eum & per Tyraq. in lib. j. de rettact. §. xj. gloſſ. xj. num. 3. quorum opinioni aſtipulatur etiam Capra conſi. xxj. num. 13. proferens ibi hoc communiter teneri. In contrariam verò ſententiam, videlicet filios fratrū aut ſororum ſuccedere patruo in ſtirpes, non in capita imclinauerūt gloſſ. Dyn. Iacob. Aret. Cyn. Albe. Ioan. Fabe. Paul. Caſtren. Corn. & Ang. in d. auth. ceſſante. gloſſ. Bart. & Ange. in l. j. §. fin. ff. ſi pars heredi. peta. Faber, & Porti. in d. §. hoc etiam, & iſtorum opinionem faſſi fuere communem eſſe Nicol. de Vbal. in tracta. de ſucceſſ. ab inteſta. tertia parte. Zaſi. in lib. reſponſorum. cap. vij. Tiraquel. in d. gloſſ. xj. Alex. conſi. lv. nu. 4. volu. iiij. & Bertran. conſi. ij. vol. j. vbi ita conſuluit, & in effectu iſta eſt veritas prout deducit pluribus rationibus, & authoritatibus Bart. in l. poſt conſanguineos. §. hereditas. ff. de ſuis, et legit. here. et Alex. ibi, in addit. ad ipſum Bart. ſuper litera G. et Cyn. Alber. et alii communiter, in d. auth. ceſſante, et aduerte ne te decipiat Capra, in d. conſi. ſuo xxj. in fin. & conſi. ciiij. nu. 1, qui aſſeruit primam opinionem Azo. et ſequacium communiter approbari, qnia aſſertio hæc falſa redditur, et ipſe Capra deciditur in hoc teſte Tiraq. in d. gl. xj. num. 3. cum aliis ſeq. vbi inhæret iſti vltimæ opinioni gloſ. cōmuni ſimul cum aliis innumeris Docto. relatis per eum.

## OPINIO CXXVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Libri filio à patre dati cauſa ſtudiorum, cenſentur donati, neque debent conferri. intellige de filio emancipato. Alij contrà vt nu. 2. Ampl. vt nu. 2. 4. 5. & 6.*
3 *Libros filio etiam non emancipato donatos à patre cauſa ſtudij, ſi poſtea filius viuo patre Doctor euadit, non tenetur eos conferre fratribus.*
5 *Expenſas ad conſequendum gradum Doctoratus factas, non tenetur conferre filius fratribus ſuis.*
5 *Filius non tenetur conferre equos, arma, & alia quæ pater dedit in militiam ituro. alii contrà, vt nu. 6. quæ communis eſt.*

FILIVS, cui à patre conceſsi, datíque libri apparēt, vt literis vacaret

caret

caret illos quippe fratribus ſuis conferre non teneretur, ſecundum Bart.in l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.bo.Pau.Caſtr. Alex.nu.20.& Ripam.num.168.in l.in quartam.ff.ad leg.falcid. Iaſ.in l.fili v licet.C.de Collat.Coraſ.in l.filium.quem habentem.nu.92. & 100.C.famil.ercil.Ang.Bald.& Saly.nu.8.in l.omnimodo.§.imputari. C.de inof. teſt. Deci.&Alex.in l.ſi donatione.C.de colla vbi perhibet iſtorum ſententiam communem eſſe,quæ quidem procederet,quando filius erat emancipatus, & ſic vbicunque filio emancipato donatio fieret, arg.l. quæ pater.ff.famil.erciſ.cum gl.iuncta.l.illud.C.de colla.Contrarium verò firmauere,& malè quamplures Doct.citati per Riuinum in d.l. in quartam,num.18.& per alios Doct.præcitatos.intelligiturque ſeu ampliatur præmiſſa communis opinio ſimiliter habere locum in filio ſcholari,cui ſi pater libros in ſtudio donaſſet,& poſtea viuo patre doctor euaderet, illos fratribus conferre minimè teneretur, ſecundum communem opinionem omnium ſcriben.quam ſequitur,& citat Alex.conſ.cxliij.vol.ij.& Ripa.in d.l.in quartam. imò ipſe filius minime teneretur conferre fratribus expenſas factas ad gradum doctoratus ipſius adipiſcendum,quia quaſi Caſtrenſe id reputaretur,vt voluerunt Bald.Ang.Salyc.& Pau.Caſtr.in d.§.imputari.Bar.in d.§.nec Caſtrenſe,& iſta eſt communis opinio,cui inhæret etiam Ripa,in d.l.in quartam,nu.166.Coraſius,in d.l.filium,quem habentem,nume. 110. quamuis Ruinus ibi, & leuiter ſentiat contrarium.imò quoque ipſe filius equos,& arma à patre ſibi cōceſſa,vt ad bellum proficiſceretur, fratribus nullo modo conferre teneretur, ſecundum gl.& communiter Doct.in d.l.quæ pater.Bal.Ang.& Saly.in d.§.imputari,&Ripam, in d.l.in quartam,nu. 167.imò etiam expenſæ factæ à patre, vt filius ſcriptoriam apoſtolicam,vel non apoſtolicam,vel decurionatum adipiſceretur conferendæ fratribus non eſſent,cùm nec vendi,nec ad heredes tranſmitti poſſit, ſecundum aliquos doctores,in d.§.imputari, & Nicolaum de Vbaldis de ſucceſsio.ab inteſt.Contrarium verò ſenſere,vt conferendæ veniant huiuſmodi expenſæ Pau.Caſtr.& Iaſ.in d. §.imputari,& Ripa,in d.l.in quartam,nume.163.& iſta eſt communis opinio.

## OPINIO CXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Hereditatis paternæ vel maternæ petitio non præſcribitur xxx.annis.*
2 *Hereditatis petitio licet præſcribatur contra extraneum xxx.annis.tamen propter ignorantiam reſtituitur contra talem. præſcriptionem, non tamen contra maiorem.*

FILII non obſtāte præſcriptione, ſeu lapſu triginta annorū poſſunt agere,& agnoſcere hereditatem maternam, vel paternam ex capite, vnde legitimi,dato quòd excludantur præſcriptione à capite vn de liberi, vt per Bart.conſ.cxxviij. Alex. cæteróſque omnes,in l.licet. C.de iur.delib.& iſta eſt communis opinio,ſecundum eundem Alex. conſ.lxxxix.vol.ij.Corn.conſ.lxx.vol.iiij.Gozadi.conſ.lix.nu.7. & Dilectum,in tract.de arte teſtandi,tit.de acquirendē.vel repudianda hereditate,cautela vj.nu.2.quo ad extraneum verò ſi extat ignorantia reſtituitur aduerſus præſcriptionem triginta annorum,non autem maiorem,vt per Alex.conſ.cvj.vol.v.Fulg.conſ.lxiiij.Dec.conſ.ciij.& Dilectum cum aliis accumulatis per eum, in d.caute.vj.nu.3.vbi docet iſtam communem ſententiam fore.

## OPINIO CXXVIII.

FILIVS tenetur alere matrem, l.ſi quis à liberis.in princi.ff.de lib.agn.ſed non dotare.l.tutor,ſecundum.§.ſi.de adm.tut.Bal.& Ang. in l.iij.C.de præſcript.long.temp. Ange.& omnes communiter.in l.j. ff.ſol.matrim.

## OPINIO CXXIX.

FISCVS ſuccedens in bonis priuati per viam publicationis bonorum,ſiue alio modo, tenetur ea obligatione, qua tenebatur priuatus.tex.eſt in l.via conſtituti.§.ſi fundus.ff.de ſeruit.ruſt. prædio.& in l.cùm quidam. §.fiſcus.ff. de vſu.& in l.ſi marito.ff.ſolut.matr.idémque concludendum eſt in oneribus legatorum, & fideicommiſſorum, & reliquis omnibus, vt onera creditorum fiſcus ipſe ſubire debeat, quando bona vacantia ſibi referūntur.l.recuſare.§.ſi fiſco.ff.ad Treb. l.ſi Titio,vbi Bar.& alij.ff.de leg.ij.& l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante, & ibi omnes Doct.ff.de leg.j.et hoc certè ac tutè intelligendum eſt,vbicunque culpa heredis bona vacare, et ad fiſcum tranſuolare cœperunt,l.ſororem.C.de his, qui.vt indig.et d. §.ſi quis ante. et tenet Iaſ in l.eam quam,nu.13.C.de fideicommi.et Alex.in d.§.ſi fiſco, vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem. Contrariā verò partem, vt etiam ſi ſine culpa heredis ipſa bona vacare cœperint adhuc fiſcus onera ſubire debeat,et ſic vt teneatur legata, atque fideicommiſſa agnoſcere,tenet Salyc.in §.pen.per text.ibi.C.de cadu.tollen. vbi firmat hanc eſſe communem ſententiam.ſed ſi propter crimen. læſæ maieſtatis,vel aliud ſimile publicarentur bona teſtatoris,ille tam inteſtatùs,inteſtabilis decedit quoad legata,& fideicommiſſa,quàm quoad inſtitutiones.l.ij.per quam ita firmant ibi Bart.Alberi.Pau.Caſtren.Cuma.Alex.Iaſ.Ripa,& alij communiter.ff.de leg.j.

## OPINIO CXXX.

### SVMMARIVM.

1 *Diuiſio inter fratres ſorte vel iudicis officio facienda eſt.Canoniſtæ tamen contra putant quòd maior debeat diuidere & minor eligere, vt nume,2.quæ opinio de conſuetudine quidem,non autem de Iure Communi,procedit.vt numero 3.*

FRATRVM diuiſio,ſeu diuiſio inter fratres debet fieri ſorte, vel iudicis officio,& ſic in diuiſionibus fratrum ſortes mitti debēt, aut iudicis officio expediri,vt voluerunt Bart.& Ang.in l.j.C. de his qui ſe deferunt,libro decimo.Bald.in l.penult.in princ.C.commu.diuid.Leo Speluncanus,in practica artis notariæ,in for.inſtrumenti diuiſionis duorum fratrum,& Iaſ.latiſſimè,in l.j. num.39.ff. ſi certum petatur.in l.iiij.§.Cato.ff.de verb.oblig.& in l.ſi duobus, numer.7. C. com.de leg.in quibus locis deducit iſtam eſſe communem ſententiā, & demum cum opinione hac tranſeunt omnes Legiſtæ communiter.& nouiſsimè Ripa,in d.l.j.ff.ſi cert.peta.num.70.Canoniſtæ verò videntur aſſeuerare,concluderéque contrarium. videlicet, quòd maior natu facere debeat portiones,& minor eligere,vt latè hoc tractat Iaſ.in §.quædam.inſtit.de actiōn.Ang.in l.iij.in vlt.not.C.com.de leg. Bald.in cap.licet cauſam,de probatio.Ange.in d.§.quædam.Petrus de Vbal.in tracta de duobus fratribus,in vj.parte,quæſt.xij.numero 13. Picus,repet.in l.in quarta,verſi.ego dum aliās.ff.ad l.Falc.& Bald.in d. cap.licet,vbi dicit,quòd fortuna eſt Dei nutus nobis incertus, ſeu altera potius natura in cœlo caducorum dominium habens,& ob hoc nullo pacto debemus de ſuo officio immiſcere,ſed opinio hæc Canoniſtarum procedit de conſuetudine,non autem de iure communi,ſecundum Berthachi.in prima par.ſui reperto.in verſi.diuiſio, ſub nu. 7.& eſt veriſimum,vt apparet ex rationibus citatis per omnes memoratos Docto.& pro ſententia hac quòd maior natu diuidere debeat,minòrque eligere dicit facere text.in cap.j.de parochi. Afflic.in tract.de iure protomiſeos,in prin.ſub nume.45.faciūntque alia congeſta per Rigam,in d.l.j.num.70.

## OPINIO CXXXI.

FRATER tenetur alere ſororem etiam vterinam,l. qui filium.ō fin.vbi Bald.ff.vbi pupil.edu.deb.& gloſſ.in l.j.C.de alen.liber.ſed n cogitur eam dotare ſecundum communem opinionem, de qua per Ange.& Alex.in l.à filio.ff.ad Trebel.Fulgo.conſi.ccxxiij.Ant.de Bu Abb.& ceteros.in cap.peruenit.de arbit.& per omnes. præcipuéque Iaſ.& Ripam,in l.j.nu.83.ff.ſoluto matr.

## OPINIO CXXXII.

FRVCTVS prædiorum conſiſtentes in frumento, vino, oleo, & ſimilibus quæ ſunt de rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,nō cenſentur,ſeu præſumuntur durare vltra triennium.ſecundum gl.in l.j.C.ſi adue.vſucapio.cum qua ſentiunt omnes Docto.ibi,& Corne. conſulendo conſil.ciiij.num.25.& ſeq.vol.ij.vbi ſcribit iſtam eſſe cōmunem opinionem,vnde ſi quis ageret ad fundum,& fructus perceptos ex eo annis decē,pluribúſve tranſactis non debet petere ſuum aduerſarium condemnari ad ipſos fructus,verùm petere tenetur cōdemnari ad æſtimationem,quia non eſt veriſimile quòd extent.ſecundum gloſ.in d.l.j.quæ ad hoc allegatur per omnes Doct. teſte Paul. Caſtren.ibi num.4.

## OPINIO XXXIII

### SVMMARIVM.

1 *Furari victualia licet dummodo non excedatur ſufficiens quantitas.*
2 *Furari tempore neceſſitatis extremæ licet, ſi quis tamen ad pinguiorē fortunam venerit reſtituere debet.vt nume.3.*
4 *Alienam rem æquiualentem ſuæ licitum eſt furari aduerſario potentiori à quo quis ſuam habere non poteſt.*
5 *Creditor poteſt furtiuè accipere rem ſui debitoris.*
6 *Furtum in bonis meretricis impunè committi poteſt.*
7 *Furti actio non datur ex furto in domo in qua luditur,eo tēpore quo in ea luditur,perpetrato.*

FVRANS,ac ſurripiens cōmeſtibilia,& cibaria in extrema famis neceſsitate

neceſſitate conſtitutus,ſeu ſubtrahens nuditatis neceſſitate veſtimenta,vt quia infirmus eſt,& non poteſt quęrere victum,vel careſtia eſt, excuſatur à pœna furti tam in foro poli, quàm fori,dummodò ſufficientem non exceſſerit quantitatem,vt in c.diſcipulos.de conſecra. diſt.v.& in c.ſi quis.extra de furt.per Archi.d.in c.pœnale. xiiij.q.v.et ſic tempore neceſsitatis extremæ licitum eſt furari. et iſta eſt cõmunis opinio Doct.teſte Cagnolo in l.quæ propter neceſsitatem.nu.3.5.7.& 8.ff.de reg.iur.& ita tenet etiam Abb.in fi.& Ana. circa fin.in c.iij.de furt.& Ang.in l.ij.§.cùm in eadem.ff.ad leg. Rhod.de iact.Bonifac.de Vitel.in tract.malefici.in rub.de furibus, & latronibus.nu.29. Couarr.in regula peccatum. de reg.iur.lib. vj.in ij part.§.j.celeberrimus D. Cornelius Benincaſius Peruſinus,in tracta.de paupertate.q.vij.xj.ſpeciali.nu. 20 cum aliis ſeq.& Folleri. in pragmatica de cenſibus.in verb.Nicolaus epiſcopus.nume.118.in quibus locis infinitis prope authoritatibus approbant iſtam ſententiam, & fatentur communem eſſe, & aduerte, quòd neceſsitas extrema, tunc dicitur vbicunque periculũ vitæ imminet, cui aliter,quàm per iſtam acceptionem cibariorum ſubuenire non poteſt,vt per Tho.in xxij.q.lxvj.art.vij.ſed iſte fur, qui propter ineuitabilem neceſsitatem aliena ſubtraxit, licet prædicta licitè ſurripuerit, tamen ſi ad pinguioré fortunam peruenerit,reſtitutionem ſubtractorum bonorum facere tenetur,ſecundum Abb.& omnes Canoniſtas communiter, in c.ſi quis.extra de furt.& Cagnolum in d.l.quæ propter neceſsitatem. nume.8.alios quamplures relatos per Couarruuiã loco de quo ſupra, vbi explicat iſtam eſſe communem ſententiam.Item licet alicui rem alienam furari æquiualentem,quando rem ſuam occupatam ab aduerſario opuleuti,et potenti aliter habere non poteſt, vt poteſt,vt eſt gloſ.in c.ius gentium.prima diſt.et ita tenet Inno.in c.cum olim,el primo.nu.8.de reſtit.ſpol.Alex.conſ.cxxxv.nu.1.vol.j.Fely.in c.quoniam. nu.13.de ſimo.et in c.ij.de ſponſal.in fi. Afflicto in conſtitutio. Neap.lib.j.rubr.vij.nu.36.Marſi.in ſing.clxxviij.et in ſua practica criminal. in §.conſtante.nu.36.et ſeq.et Foller.in d.loco.nu.216. et Cotta in memoriali,in ver.dolum bonum.circa fi.vbi tenet quòd creditor poteſt furtiuè accipere propria authoritate rem ſui debitoris.et idé firmat Marſil.in d.§.conſtante.nu.37. ſimilitérque furtum impunè poteſt committi in bonis meretricis,vt voluit Marſil.in repet.l.vnicæ.C.de rapt.vir.nu.48.et 52.nec non ex furto perpetraro per quoſcunque tempore quo luditur in domo in qua luditur, non datur nec conceditur aliquo modo actio furti.l.j.§.prætor ait.ff.de aleat. et not.Grammati,deciſ.xl.nu.6.et Foller.in pragmat.de cenſibus.in rub.Nicolaus.num.211.vbi recitat alios caſus,in quibus furtum eſt punibile.

## OPINIO CXXXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fur poteſt tam ciuili quàm criminali actione conueniri.*
2 *Quadrupli pœna contra furem non eſt permiſſa in foro conſcientiæ.*
3 *Fur de iure canonico tenetur tantùm de reſtitutione ſimplici, non dupli,vel quadrupli.*
4 *Fur tenetur ad æſtimationem rei peremptæ furatæ, etiam ſi non ſua culpa perierit.*

FVRTA ita,& taliter leges,& iura abhorrent,vt contra fures actiones ciuiles,ad vtilitatem priuatam,& criminales pro bono publico inducere curauerint, & ſic aduerſus fures, ciuiles & criminales actiones competunt.l.licitatio.§.quòd illicitè.ff.de public.& l.fi.ff.de fur.& per Deci. conſ.cccccxx.ſiquidem contra fures agitur aliquando petendo pœnam dupli,& aliquando quadrupli.§.dupli.& §.quadrupli.inſtit.de act.ideoque ſi aliquem furem condemnari contigerit ad mortis pœnam vigore ca,regni,incipien.ad hoc quod noſtrorum, iudex in eodem iudicio,inſtantia, & ſententia condemnare debet, et tenetur ipſum accuſatum de furto,ad pœnam mortis, & ad rei furtiuæ reſtitutionem, vt eſt cautum.in c.regni.ſi de furto, & ante dictum c.voluit gl.et Bar.in l.interdum.§.qui furem.ff.de furt.et Inno.in c.cùm oportet,extrà de excuſ.aliter iudex ipſe tenetur de ſuo proprio. Caue igitur cùm eris iudex in caſu iſto in iudicando diffiniendóque negetia ne erres,verùm prædicta pœna quadrupli in foro conſcientiæ non eſt permiſſa,ſecundum gl.in c.fraternitatis.duodecima quæſtione ſecunda,quam ſingularem eſſe ſcripſit Iaſ.in l.vt vim.nu.22.ff.de iuſtitia et iure.et Matthe[illegible].ſing.xxiij.et hinc Bal.in l.poſt deciſionem,C.de furt.dixit quòd fures in foro poli duntaxat ad reſtitutionem bonorum furto ſubtractorum tenentur, et iſta eſt communis opinio,teſte Gomeſ.in §.ex maleficiis.nu.14.inſtit.de acti.et dato quòd res iſta furto ſubtracta, et iniuſtè occupata abſque culpa furis, ſeu violenti occupatoris perierit,nihilominus fur tenetur ad æſtimationem dictæ rei peremptæ,etiam in foro conſcientiæ, et animæ,ſecundum Tho.ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſimaſecunda,articulo ſexto.Sylueſt.in verſ.furtum.§. xvj.gl.Anchar.in v.oppoſ.et Couarruuias,in reg.peccatum.de reg.iur. libro vj.vbi in ſecunda parte. §.vj.nu.1.et ſeq.declarat iſtam opinionem, et explicat cum ea omnes ibi communiter tranſire.

G

## OPINIO CXXXV.

### *SVMMARIVM*

1 *Gloſſæ opinio in iudicando & conſulendo obſeruanda eſt.limit.vt nu. 3.*
2 *Gloſſæ authoritas omnes alias authoritates excellit.*
3 *Gloſſæ nihil allegantí fides non eſt adhibenda.*
4 *Gloſſæ authoritas non eſt neceſſaria,ſed magiſtralis.*
5 *Doctoris authoritas in ſcribendo probabilis tantùm eſt non neceſſaria.*

GLOSSÆ opinio communis cenſetur, & ab ea in iudicando, conſulendóque iudices recedere non poſſunt, ſecundum Iaco. Butrig. in l.j. qui pro ſua iuriſdict. et Bald.in l. quanquam. C. de ſent. quæ ſine certa quanti. et in l. hereditas. C.depoſit.imò gl. ſolet eſſe talis, tantæque præeminentiæ,et authoritatis,vt abſque dubio aliquo omnes alias authoritates antecellat, ſecundum Bart.in l.vt vim.nu.octauo.ff.de iuſtit.et iure. Abb.in cap.j.de conſtitut. Bertran.conſilio cxv.nu.24.volumine ſecundo. Zaſ.conſilio,tertio,numero ſexageſimotertio,libro ſecundo,Iaſ.numero trigeſimoquarto,Dec.eodem numero.et Claud.Aquen.in lectur.prima,nu.334.in d.l.vt vim:ſed hoc non eſt ſimpliciter credendum opinionem gloſſæ fore communem, et ſequendam,quia gloſſæ nihil alleganti fides adhibenda non eſt,ſecundum Bart.in l.nemo.C.de ſent.et argumento.l. illam, C.de colla. eius enim authoritas non eſt neceſſaria,ſed magiſtralis, vt per Ioan. Andr.et alios communiter, in c.ij.de reſcrip.et opinionem iſtã quòd doctoris authoritas duntaxat probabilis ſit, et non neceſſaria dicit communem fore,potnítque pro regula cum ampliatio. et limitatio. Petrus Duennas in regula lxvj.authoritas doctoris, et hoc vberius, ac commodius ſcripſimus,et docuimus in primo libro communium opinionum,in verſicu.iudex in iudicando non poteſt recedere, circa finem.

H

## OPINIO CXXXVI.

### *SVMMARIVM.*

*Homicidium defendendi cauſa feciſſe ſi quis confiteatur, capitaliter puniri debet,niſi defenſionem probauerit. Alij contra vt nu.2. quorum tamen opinio non obſeruatur.vt nu.3.*
4 *Confeſſus delictũ cum qualitate,niſi qualitatẽ illam probauerit tenetur.*
5 *Dolus præſumetur in delictis.*

HOMICIDIVM deponens ſeu confitens commiſiſſe ad ſui defenſionem,et ſic ſe defendendo niſi probet defenſionem habetur pro confeſſo homicidium, debétque capitaliter puniri, ſecundum gloſſ.et Panormit.in c.cùm veniſſet,extrà de conſtitut. Bart.in l.Aurelius. §.idem quæſiit.ff.de liber.legat.Bal.et cæteros in l.j.C.de confeſ.Bald.Franciſc.Aret.et Alex.in l decem.ff.de verborum obliga. Io. de Imol.et Roma.in l.j.§. ſi quis ſimpliciter. eodem tit. et Boer.poſt alios innumeros congeſtos per eum deciſio. clxiiij.numero decimo, cum aliis ſequent. vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem, et ſequitur et ait in praxi obſeruari Aretin.in tract.maleficio. in verſicul.comparent dicti inquiſiti,et partim negant. poſt princip. Contrariam verò partem tenuerunt Abbas Sicul.in capitulo auditis.et ibi Felyn.de præſcript.Decius in capitulo cùm venerabilis.de excep. Marſil.ſingular.clxxxv.confeſſio inquiſiti. Thom. Ferrat. caute.v.Iaffredus deciſio.ccclx.dicens, Tiraq ıell, in tractatu de pœnis temperandis,cauſa x ij.numero ſeptimo,et ſequenti. Grammatic.deciſione quinta,numero decimotertio,et ſequenti. et Capicius deciſione clv. numero vndecimo. Maranta in tractatu iudiciorum. in ſexta parte, verſiculo confeſſio.numero vigeſimonono,et alij citati per Boerium in dicta deciſione clxiiij. numero decimo,et ſequent.videlicet, quòd ſi de homicidio aliter non conſtat in proceſſu,ſed reus captus, et inquiſitus de ·onit ſe patraſſe homicidium ad ſuam defenſionem, tunc non punitur quidem pœna mortis, verùm alia mitiori pœna defenſione non probata.et prædictam Abbat.opinionem Doctorum præcitati eam ſequentes appellant limitationem.et licet Decius in dicto capitulo cùm venerabilis. et Boer.in dicta deciſione clxiij. numero decimo,cum aliis ſeq.conentur opiniones iſtas ad veram conſonantiam,et cõcordiam reducere, et diſputando admitti poſſe huiuſmodi

concordia opinionum per eorum optimas rationes,iura non leuia, & auctoritates omnium Modernorum,nihilominus caue ne incidas in ſcyllam credens euitare charybdim,fretus fortaſſe opinione iſta vltima,quam tanquam periculoſam nunquam obſeruari vidimus:nam Bal.ſignanter conſuluit conſi.ccxlv.dauan:i di voi, vol.ij. confitentẽ delictum,etiam cum qualitate,puta quòd occidit ad ſui defenſionẽ, niſi qualitatem probauerit,puniri,in delictis enim præſumitur dolus l.j.C.de ſicar.& l.j.C.de iniur.& pariter per confeſſionem factum eſt notorium ergo puniri debet maleficium,ne delicta impunita remaneant.ideoque ob hæc noli diſcedere à præmiſſa Bar ſententia communi in actu practico,quam communem fore aſſeuerant ferè omnes contrariæ opinionis auctores in memoratis locis.& Iaſ.in l. vt vim. ff.de iuſtit.& iure.nu.13.

## OPINIO CXXXVII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Homicidium committens propter minas ſibi factas,non eſt punilis,dummodo minans ſolitus ſit executioni mandare minas ſuas,limit.vt nu.4.*
2 *Minans alicui mortem,poteſt in illo actu impunè occidi.*
3 *Expectare quis non tenetur donec vulneretur,ſed licet præuenire.*

HOMICIDIVM commiſſum à Titio per ſolas minas emiſſas contra eum,eſt licitum,nec aliquo modo eſt punibile,imò excuſatur iſte homicida,quando huiuſmodi perſona erat ſolita veriſimiliter tales minas executioni mandare,aliàs ſecùs:& ſic ille, qui ipſi Titio mortem minatur,poteſt in illo actu occidi impunè,nã expectare nõ debet ſe vulnerari,percuti,aut occidi,ita voluit Bald.in l.j.C. quando liceat ſine iudi.vindi.Ang.in l.quemadmodum.ff. de inoffic. teſtam. Ioan.de Ana.in c.penult.de homi.Abb.in c. cauſa matrimonij. ff. de offic.deleg.Ang.Areti.in §.ius gentium. inſtit.de iure naturali gent. & ciui.Cyn.in l.j.C.vnde vi.Marſil,in ſua pract.crim.in §. diligenter. nu.87.Iaſ.in l.vt vim.nu.14.ff.de iuſtit.& iur.vbi ſcribit iſtam eſſe cõmunem opinionem,quam ſequitur quoque Petrus Duennas in regula cxcij.nu.4.poſt alios innumeros relatos per eum.& Corſet.in ſingu.in verſi.metus.vbi teſtatur etiam de communi,& declarat eã procedere ſolummodo de iure ciuili,non autem de iure canonico & diuino.meliusque apertius & latius interpretatur,& audacter communem fore exprimit Petrus Duennas,in dicta reg.cxcij.nu.4. & Ioan. de Amicis conſi.cxvj.nu.4.& ſeq.

## OPINIO CXXXVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Homicidium præſumitur commiſſum, ex eo quòd quis dixit, ſumam vindictam de te,ſi poſtea interfectus inuentus ſit, & minans ſolitus ſit minas ſuas exequi:& hoc caſu pœna ordinaria imponenda.Contra alij vt nu.2.nempè quòd ordinaria pœna non locum habeat,ſufficit tamen talis præſumptio ad torturam,vt num.3.*

HOMICIDIVM commiſſum eſſe præſumitur ex eo ſolummodo,quòd quis dixerit ſumam vindictam de te & præſertim hoc procedit,ſi is ſolitus erat minas executioni mandare,& ſic præſumptio hæc ſufficeret ad imponendam pœnam ordinariam, vbicunque ille qui minatus fuerat interfectus,occiſusque reperitur, ſecundum Imol.cum aliis relatis per eum,in l. fi.nu.10.ff.de heredib. inſtituen. vbi firmat iſtam communem opinionem fore.Contrariam verò partem,videlicet,vt huiuſmodi preſumptio,ſeu probatio non ſufficiat ad imponendam pœnam ordinariam homicidij ſequitur,atque ait communiter teneri Anania,in c.j.nu.vij.de maledicis.& Doct. omnes in in l.j.C.de his,quibus vt indignis:& cum hac opinione tanquam veriori,atque mitiori libenter concurrimus,eſt bene verum quòd præmiſſum indicium,& præſumptio ad torturam ſufficeret in præſenti caſu,ſecundum eundem Ananiam,vbi ſupra teſtantem hanc ſententiam communiter receptam eſſe.

I

## OPINIO CXXXIX.

IMPEDIMENTVM, ac caſus fortuitus probari debet ſolo iuramento, concurrente optima qualitate perſonæ iurantis,arbitrio iudicis, vt voluerũt Spe.in tit.de appella.§.nuncver.quis ergo Ant.Imo.& reliqui omnes in c.querelã.de procurat.Bar.Paul.caſt.Iaſ.nu.j.&ſeq.in l.quod diximus ff.ſi quis cautionibus,vbi vocat iſtam ſententiam cõmunẽ eſſe,quã ſequitur etiam,& citat Marc.Ant.Bauer.in tract.de virtute iuramenti,dec.liij.in limitatione quarta.

## OPINIO CXL.

IMPVBES ante legitimam ætatem etiamſi ſolenniter religionem profiteatur profeſsio eſt nulla, cap. primo. de regu.in ſexto. & præſertim procedit hoc quoque ſi puer etiam diſcretus foret ac doli omnino capax,, ſecundum gloſſ. communiter approbatam in capit. poſtulaſti.de regul.quam ſequitur Abb. in cap. ſignificatum. eodem titul.idemque notat Cardin.in clemen. fin.de ætate & qualitat, quæſtione tertia, Abbas in capit. atteſtationes.de deſponſat. impub. Syluestr. in ver.religio.ij.quæſt.xij.& in ver.religio.iij.q.ij.Caietan. in ſũ in materia voti. §, ex parte autem vouentis. in verſiculo.imperfectio autem ætatis,

## OPINIO CXLI.

INIVRIAM,ac violentiam remittens ſimpliciter in inſtrumento pacis,ſeu remiſſione iniuriæ nõ cenſetur damna, & intereſſe remitere & ſic in remiſſione iſta ſimplici iniuriarum.vel mortis.non venit aliquo pacto remiſsio intereſſe pecuniarum. ſecundum gloſſ. in §.final.inſtitu.de iniur.Dyn.in l.ſi vnus.§.ſi ante.ff.de iniur.Bartol. Bald.& Angel.in l.ſi tibi.§.quædam.ff.de pact.Boer.deciſio.lij.num.6. & Ioan.deAmicis conſil.lxxxviij. numer.14. vbi ſcribit iſtam eſſe cõmunem opinionẽ:vnde cautè agere diſcat homicida,aut delinquens vt in inſtrumento pacis expreſsè & ſpecificè remittatur ibi intereſſe,& damna aliàs nihil agit: nec remiſſa,intelliguntur damna prædicta,ſecundum Bald.in d.§.quædam,& refert Ioa.de Amicis,in dicto conſilio lxxxviij.num.14.

## OPINIO CXLII.

INGRATITVDINEM licet committat ille,cui eſt beneficium collatum,in perſonã prælati conferentis ipſum beneficium, non poſſet Prælatus ea ex cauſa collationem reuocare,vt voluerũt Io. And.& omnes communiter,teſte.Abb.in cap.fina.num.9.de donatio ſiquidem collatio beneficij,non poteſt dici donatio,ex quo Prælatus illam fecit potius ex neceſsitate officij, quàm ex liberalitate, & iſtam opinionem communem quoque Ripa in l.fin.num. 158.& ſeq. C de reuocan.donatio:

## OPINIO CXLIII.

### *SVMMARIVM.*

*Inimicitia capitalis, non eſt ſufficiens indicium ad torturam hæc magis communis vt num. 3. Alij contra vt numero 2.*

INIMICITIA capitalis ſola,ſimplex.& de per ſe tanquam remota.ac remotiſsima à facto non facit indicium ad torturam, ſecũdum Bald.in capit.literas.de præſumpt,& conſil. ccccij.quidam fuit. in princip.volumi.iij.Ray.& Ioan. de Imol. in l. fin ff. de heredibus. inſtitu Gandi. in tracta maleficio in rubr. de queſtionibus in verſic. quæ debeant præcedere queſtiones Ang. in dicto tract. maleficio. in ver.fama publica.& ibi Auguſt. in additio. Ioan.de Amicis conſulendo conſi.lj.num.6.& ſequ.Marſi.in pract.crimi. in §. diligenter. num. 69. cum tribus aliis ſeq. & in l.j.§. præterea, nume. 24. & ſequ. ff.de quæſtio.& Grammati.in voto, xxx. nume.20.& in voto xxxiiij. num. 1.& 7.& in conſil.crimi.iij.num.5,& 16.in quibus locis meminit iſtorum opinionem eſſe magis communem. In contrariam verò partem inclinauerunt Ang.in l.fin.ff.de quæſt.Spec.& Io. And.in addit, in tit.de præſumpt.in §.ſpecies.verſ.ſed pone.Ro.in l.j. §.hoc reſcriptũ.ff.ad Syll.& Calcan. conſil. lxij.in Chriſti Saluatoris. & Mar. Ant. in tract.de indi.nu.177.vbi firmat iſtam eſſe communem ſententiam videlicet, quòd ſi quis reperiretur occiſus in aliquo loco, & haberet Titium inimicũ ibi, præſumeretur tunc ab ipſo inimico interfectus, et poſſet torqueri ſine aliis indiciis,ſed prima opinio videtur magis communis,æqua,rationabilis,& vera.imò Aug.in dicta add.Ang.pietate,optimisque rationibus ductus protulit magnum verbum,quòd ob inimicitiam duntaxat capitalem præcedentem nunquam aliquẽ ad torturam poneret,& Marſil.in d.§.diligenter.& in d.§.preterea,retulit opinionem Ange.Spec.& ſequacium eſſe iniquam, & periculoſam,prout & fatua,diuinatiua,& periculoſa nimis in hoc & in alio ſeculo,iudicio meo,& probat fortiſsimis argumẽtis Marſi.in præcitatis locis,quibus nulla adaptari poteſt reſponſio, vnde habẽdo ipſe veritatem ante oculos amplector totis viribus opinionem Bart. & communem,ne redditurus eſſem rationem in die iudicij vniuerſalis deponendo manum cum maxima,irretractabili, & irreparabi iactura aliena in re ſic alta, profunda,& dubia,quæ ſoli Deo clareſcit.

## OPINIO CXLIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumenta antiqua inter alios confecta,plenè probant de confiniis dominio,& iuriſdictione,de quibus fit eis mentio.*

1 *In ſtrumēta antiqua dicuntur à quorū receptione centum anni cucurrerunt.*

3 *Inſtrumenta publica inter illas partes inter quas confecta ſunt plenè, & in eorum præiudicium probant.*

INSTRVMENTA antiqua inter alios ſcripta,ſeu confecta in quibus fit mentio aliquem locum eſſe de iuriſdictione,diœceſi,territorio,vel diſtrictu plenè probant,non ſolùm confinia antiqua, ſed etiam dominium,& poſſeſſionem rerum particularium, ſecundum gl.in c.ſi Papa.in ver.prolata.de priuil.in vj.Abb.in c. ſuper eodem. nu.3.de paro.gloſ. & Abb.in c.cū olim.in ver.inſtrumenta. de cenſi. & in c.cū cauſam.& ibi Fely.& Deci.de probat.Bald.Salyc.Alex.& Iaſo.nu.4.in l.cum aliquis.C.de iure delib.Barb.cō.vj. vol.ij.& in c.ex literis.in fin.de prob.Guid.Pap.conſi.lxxxviij.nu.2.Corn.conſi.cccxxxiij.nu.9.vol.j.Iaſ.conſi.lxxxj.nu.2.& conſi. cxiiij.nu. 5.vol.j.Soc.conſi. lxv.nu.7.& conſi.lxxxvj.& clxvj.vol.j.Dec.conſi.xlij.nu.7.& ſeq. & cōſi.ccccxxviij.nu.4.& ſeq.Pari.de Put.in c.quia in materia.de fini. feu. Crauet.conſi.liiij. nu. 11.& in tract.de antiq.tempo.in j.part.in princ. nu.71.& 74.Pariſ.conſi.ciiij.nu.23.cum aliis ſeq. vol. j. & iſtam opinionem explicant eſſe communem Laurentius Syluanus conſi. lvij. nu.9.& ſ. q.& plerique ex memoratis Doct.quam limitat & declarat in aliquibus caſibus non procedere Crauet.in tract.de antiquita tempo.in d.j.part.nu.74.num aliis ſeq.Sed aduertendum eſt,quòd inſtrumenta antiqua dicuntur à quorum receptione cucurrerunt centum anni,vt habetur per Bertran.conſi.clix.in fin.& conſi.clxxj.nu.8.volu. ij.cum aliis latè citatis per Laurentium Syluanum in d.conſi.lvij. nu. 10.& ſeq.vbi aſſerit contrarium,quòd tempus quadraginta annorū dicitur antiquum,vbi citat alios eiuſdem ſententiæ.item àduertendū eſt quòd regulariter inſtrumēta publica inter partes ipſas,inter quas conficiuntur probant,& ſic ad earum præiudicium tantum inducūt plenam probationem,ſecundum glo in d.l.cum aliquis:quam ſequūtur omnes Doct.ibi,& præſertim Iaſ.nu.4.vbi recitat iſtam eſſe communen opinionem,& ſequitur Guido Pap.q.cxciij.& Barb.in d.c. ex literis.nu.39.poſt medium.

## OPINIO CXLV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum productum abſque indictione vel ſimilibus, nihilominus probat contra producentem.*

2 *Inſtrumentum producens,illud approbare cenſetur,nec releuat illum proteſtatio,quòd in parte tantum pro ipſo faciente producat.intellige vt nu. 3.Contra ali vt nu.4.*

INSTVMENTVM in iudicio producens abſque indictione ac conſule,vel abſque aliis ſimilibus ſolennitatibus,& ſic non ſolenne,cenſetur illud,ac omnia in eodem contenta ex huiuſmodi productione approbare,atque cōfiteri,quoad fidē ꝓbatoriā,vt cōtra ipſum ꝓducētē fidēfaciat,ſecūdū Bal.in l.alia.C.de his quibus vt indig.Ang.cō. cxxxij.Alex.conſi.clxxxiiij.vol.vij.Fel.& Dec.nu.90.& 95. cū aliis per eum,in c.venerabilis.de except.& Crauet.in tract.de antiquita. tēp. in j.part.nu.118.vbi oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionē atque refert Doct.tranſeuntes cum contraria parte.& adeò inſtrumētum producens illud approbare cenſetur,quòd minimè releuat proteſtatio ſi aſſeueret ſe illud producere in parte, & partibus pro ipſo producente facientibus tantum,& non aliter,nec alio modo,& maximè quando aduerſarius huiuſmodi proteſtationi non conſenſerit. & ideò poteſt ex eo condemnari,ſecundum Inno.in c.cum olim. ext de cenſi.Bart.in l poſt legatum.ff.de his quib.vt ind.Bal.in l.j. C. vt quæ deſunt aduo.Ferrarien.in ſua pract.papienſi.in for. productio. inſtrumen.§.in illis.nu.1.& ſeq.Iaffredum dec.ccccviij.& ſi pars dicat. Deci.in d.c.cum venerabilis.nu.99.& ſeq.Craue.in d.j.part.ſui tracta.de antiquita tempo.nu.138.& ſeq.Nattam conſi.xxxj.nu. 3. & Ruinum conſulendo conſi.cxxxvj.nu.4.vol.iiij.hocque non ita generaliter, atque ſimpliciter intelligendum eſt in omnibus inſtrumentis, verùm in eis duntaxat.quæ ſunt communia,ſeu quæ pars producere tenetur puta,quoniam in libello actoris narrata fuere.ita Alexa.in d.l.j. C. vt quæ deſunt aduo.et conſi.cxxiiij.circa fi.vol.vij.In contrariā verò partem videlicet,quòd huiuſmodi inſtrumentum quantumuis propriū produci poſſit in parte,ac ꝓ parte reprobari,cinlinauit Fel.in d.c.venerabilis.& in c.imputari.in fi.inſtrumen.cum aliis citatis per eum, vbi concludit iſtam communem ſententiam fore,et preſupponit Ruinus etiam in d.con.cxxxvj.nu.4.& refert Crauet.in d.j.part. tract. de antiquit.tempo.nu.146.

## OPINIO CXLVI.

Inſtrumentum,ſeu ſcripturam minus ſolemnē etiā cōtinentem capitula ſeparata reus contra quē producitur poteſt eā acceptare in parte,& in parte non ſecūdū Bar.in l.quædam.§.nummularios,ſub nu.2. ff.de eden,Ang.con.ccciiij.Rom.con.cccxlvj.Gemin.con.ix.in fin.vol. ij.Guido Papæ dec.liij. pone ego ſum.nu.2.et Craue.cum aliis citatis per eū,in tract.de antiquit.tēp.in j.part.nu.134.vbi cōcludit iſtā veriorē,cōmunēque opinionē fore,atque limitat in tribus caſibus.

## OPINIO CXLVII.

Inſtrumenta de nouo reperta poſſunt produci poſt concluſionem in cauſa,atque poſt citatos litigantes ad audiendam ſententiam,præcipueque ſi productor iuraret ea nouiſſimè reperta extitiſſe,necprius è in ipſius cognitionem veniſſe,facta tamen diligenti perquiſitione, ſecundum Bart.nu.3.Bald.in lectura antiqua.Ang Fulg.Iaſ. in repet. nu.58.Caccialup.Curt.nu.67.Purpura.nu.8.in l.admonendi.ff. de iureiur. Ab.et Imo.in c.cum dilectus.de fide inſtru.Mattheſil. not. lvij. Felin. in capitu.paſtoralis.numero nono.de except.et Ripam in dicta lege admonendi.nume. 48.vbi iſtorum opinionem communem eſſe perhibet,et communē pariter oſtendit.et in practica obſeruari inibi Curt.et Lanfran.in c.quoniā contra.c.ix.de inſtrument.productione. nu.36.de probatio.et ſequitur etiam,ac de iure procedere pluribus manifeſtat Roderi.Suares in allegatione,quinta, et ita obſeruatur in regno Neapolitano vt inſtrumenta quandocunque etiam poſt cōcluſionem produci,et recipi poſſint,teſte Annibale Cauenſe in ſcholiis ad ritus magnæ curiæ vicariæ in ritu exordiente,item quòd in quacūque cauſa ciuili,quæ in dictis curiis.et Maranta,in tract. iudiciorum, in vj.par.in viij,actu de inſtrumentorum productione.nu.27.

## OPINIO. CXLVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum productum ſi negetur à notario confectum,vel is qui cōfecit notarius eſſe nō probat,niſi productor haberet literas teſtimoniales ſuper eo,vt nu. 2.vel per teſtes idoneos de eo docere poſſet.vt nu.3.*

Inſtrumētū publicum productum de longinquis ac valde remotis partibus,in aliquo iudicio,ſi negetur illud eſſe à notario confectum, ſeu negetur qui confecit eum eſſe notarium, tunc illi inſtrumento ſtandum non eſt,et ſic aduerſario præſente et contradicente,huiuſmodi inſtrumentum nullam fidem facit pro ipſo producente, ſecundum Spec.& Ioan.And,in addi.ibi.in §.reſtat.intitu.de inſtru.edi.ver. quid ſi produxit.Ci.Bal.et Sal.in l.cōparationes.C.de fide inſtru.Lanfra.in c.quoniam contra.c.ix.de inſtru.productione,ſub nu.14.de proba.Dec.cum aliis copioſè deductis per eū in c. ſi ſcriptura.nu. 52. de fide inſtrumē.vbi ſcribit iſtā cōmunē opinionē.& Boe.etiā dec.xxxvj. nu.10.et refert Marſil.in l.ſi quis nē q.nu.138.ff.de q.Licet ipſe ibi cōtrariū aſſeueret.Sed tale inſtrumentū indubitàter ac plenè probaret vbicunque productor ipſe portaret ſecū literas teſtimoniales habentes ſigillū,et alia requiſita,et confectas per officialē regentē ciuitatē, vel per ciuitatem ipſam,et facientes mentionem,ac fidem de tabellionatu,moribus,et vita illius notarij,qui confecit tale inſtrumentū, et hoc modo dabitur plena fides ipſi inſtrumento producto de partibus remotis,ſecundum Bal.et Ang.in d.l.comparationes. Cagnolū cum aliis relatis per eum,in l.ſi librarius.nu.57.ff.de regu.iuris. Anch. et Fel.in d.c.ſi ſcripturam.et ibi etiam Dec.nu.52.et ſeq.vbi refert opnionem iſtorum obſeruari in practi.atque in toto orbe ſimiliter obſeruari atteſtatur Marſil.in d.l.ſi quis ne q.nu.144.et obſeruatur etiā in Regno Neapo.teſte Afflicto,in conſtitutio.inſtrumentorum robur. q.ix.ob ritum magnæ curiæ vicariæ inchoantem item ſeruat dicta curia ꝙ inſtrumentis confectis extra regnum nō creditur,vbi de hac eadē obſeruantia in regno facit mētionē Annibal Cauenſis in ſuis ſcholiis.Cæterùm vbi productor huiuſmodi inſtrumenti in partibus longinquis celebrati careret literis teſtimonialibus officialium loci, vbi confectum eſt ipſum inſtrumentum,tunc poſſet docere per teſtes idonros de tabellionatu ipſius notarij,& inſtrumentum,probato tabellionatu notarij prædicti faceret plenam fide n,aliàs ſecus,vt voluit copioſè,et doctè ſacrum regium conciliū Neapolitanum, teſte afflicto in dec.cclj.per totam.

## OPINIO CXLIX.

IVDAEVS cojens cum chriſtiana ſine matrimonio,non vi,nec ſtupro,nec adulterio,habenſque carnalem copulam cum ea nō pœna mortis,ſed alia arbitraria,et ſic extraordinaria punitur, ſecundum Oldra.qui ita conſuluit conſi.cccxxxiij.et ſequitur Barba.conſil. lxiij. vol.iiij.Dec.in c.primo,nu.61.in prima lectur.de conſtitu.et in capitulo conſuluit,el tertio.numero 13.de appellationib.Alexand. conſilio xcix.viſa.vol.vj.Marſi.conſi.cj.Paul.Grilan.in tract.de pœnis omnifariam coitus illici.quæſtione.xij.numero. 6. et ſequenti. et Boerius

decision=

dec.cxvj.nu.5.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem,&Couarruuias cum aliis relatis per eum in epito.de matrimonio,in ſecunda part.cap.vij.§.xj.ſub nu.3.quæ communis abſque dubio procederet quidem ſecundum anteſignatos Doctores,ſi chriſtiana, cum qua fornicaria copula habita fuerat,erat meretrix,quoniam tunc iudæus puniendus veniret pœna extraordinaria arbitrio iudicis:& ita conſuluerunt per optimas rationes,ac non ſpernenda fundamenta. Petrus de Vbaldis Peruſinus conſi.xxix.factum ſic proponitur , Honofrius de Peruſio conſi.xxxviij.circa hoc dubium,& Franciſcus de Placentia conſi.lxxxiiij.in Chriſti nomine amen,quæ conſilia reperiuntur inter cõſilia criminalia diuerſorũ,collecta per Io.Bapti. Zilettũ,in primo vol.& alij conſulentes relati per Grilandum vbi ſuprà, & ita voluit quoque Marquardus de Suſannis,in tract.de Iudæis,& infidelibus,in ſecunda part.c.iij.nu. 2.cum aliis ſeq.vbi plenius per diſtinctionem,quàm alius quem hucuſque viderim reſoluit quæſtionem præmiſſam.imò in fortioribus terminis conſuluit Alex.in d.con.xcix. iudæum adulterium committentem cum chriſtiana meretrice non fore adulterij pœna puniendum.

## OPINIO CL.

IVDÆI habent filios in poteſtate,& ſic filij eorum ſunt in poteſtate parentum,ſecundum Bal.in l.item qui in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui,vel alie.iu.Doct.omnes in c.ij.de conuerſi. infide. Cardi. in clem.j.in fin.de iudi.Alex.in l.multum intereſt.ff.de verborum oblig.in conſi.xcix.nu.6.vol.vj.& conſi.xiij.nu.2. vol.vij. vbi citat iſtam eſſe magis communem opinionem.& Pariſi.conſi.ij.vol.iiij.& ſequitur Abb.in c.fin.de conuerſi.in fid.Fely,in c.iudæi,el ſecundo. de iud. Dec.in c.conſuluit,in ſecundo notab.de appella.& Cotta in memoria li.in ver.vſuræ trientes,ante fi.& quamuis contrarium aſſeuerauerit Afflict.deci.clj.nu.4.& 9.ob hoc igitur nouiſſimè Rodericus Suares in ſuis allegationibus,in l.ix.titu.de los pleytos.nu.7.ſeq.& Ioan. Bapt.Bouius in tractat.de ſtatut.vrb præſcripr.in titu.cont.om.cred. gl. xix.nu.55.& ſeq.Marquardus de Suſannis in tract.de iudæis,& infidelibus,in iij part.c.iiij.nu.9.& ſeq.& dicit eã audacter cõmuniorem & veriorẽ reſpondetque cõtrariis omnibus,prout ante eum fecit Alex.conſi.lxxj.vol.ij.& de hoc non eſt mirandum,quia ipſi iudæi communi iure Romano vtuntur.tex.eſt in l.iudæi.C.de iudæis.& ita conſuluit Corn.poſt Fulgo.& Alex.con.cxiiij vol.j.& ponit Iaſ.in l.ſi inſulam.iij.not,ff.de verb.obl.& Fel.in c.j.de conſtitu.

## OPINIO CLI.

IVDÆORVM filij infantes,vel paruuli non poſſunt inuitis parentibus cogi ad fidem ſuſcipiendam,& ſic ad baptiſmum ipſum,ſecundum gl.in c.iudæorum.xxviij.q.j.Cardi.in clem.j.in fin. de iudæ. Io.Andr.Abb.Ioan.de Ana.Fely.& omnes in c.ſicut.eod.tit. de iudæ. & Calderi.conſi.iij.in tit.de iud.quorum opinionem ſcribit eſſe magis communem Pariſi.conſi.ij.vol.iiij.& ſeq.tn contrariam vero partem inclinanerunt Ioan.Andr.in d.c.ſicut.& Afflict.dec.clj.poſt alios Canoniſtas,& Tgeologos relatos ibi per eũ,ſcilicet,quòd filij paruuli iudæorum ad baptizandum aofferri poſſunt abſque patris conſenſu,dummodò hoc fiat pro ſaluandis pueris ipſis,non autem fiat pro compellendis parentibus eorum ad fidem.ſed de opinione iſta nonnihil dubitauit Ab.in d.c.ſicut,prout per rationes citatas per eum, & per alios tenentes communem dubitari contingit,ideò,ne te decipiant ſequentes iſtam partem vltimam noli diſcedere in conſulendo,& iudicando à communi præmiſſa,quam non leuibus fundamentis:ſequitur etiam Marquardus de Suſannis in trac.de iudæis,&infidelibus,in iij.par.c.ij.nu.vij.& dicit veriorem,& magis communem plurimumque declarat.

## OPINIO CLII.

IVDEX. Pœnæ capitis appellatione in dubio de pœna mortis non intelligitur,& ſic ſi iudex aſſereret in ſententia diffinitiua condẽnatoria,Titium condemnamus in pœna capitis,ſeu pœna capitali, non veniret plectendus pœna mortis iſte reus,ſed alia mitiori,ac minori pœna,& per conſequens exilij perpetui, quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur,ſecundum gl.in l.vnica.C. ne chriſti.mancip.poſt Azonem ibi in ſumma,quã gl.dicit ſingularem Imol. in l.ij.ff.de publi.iudic.Iaſ.in l.tranſigere.C.de tranſactioni.nu.9. Anani.& Fel.in c.qualiter,il ij.§.licet.nu.xxxviiij.ij.de accuſatio. & Marſil.cum aliis ſignatis per eum,in practica criminali.§.opportunè,numero quadraſimo:vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem,& admonet iudices,quòd in ſententiis capitalibus vltimi ſupplicij proferendis apponantur illa verba,ſcilicet quòd taliter moriatur, & animus ſeparetur à corpore.

## OPINIO CLIII.

### SVMMARIVM.

*Ius patronatus poteſt quadraginta annorum ſpatio præſcribi contra patronum.*

2 *Ius patronatus etiam populo acquiri poteſt per præſcriptionem.*

IVS PATRONATVS præſcribi poteſt aduerſus patronum quadraginta annorum curriculo, ſecundum Federic, de Senis. conſi. ccxxxiiij. in ſecundo dubio.Io. And. in c. querelam. de elect. Dec.conſ.cxxxiij. & nonnullos alios Docto. congeſtos per Rochum Curt.in tracta.de iurepatron.in verſic.ipſe vel.is à quo,quæſt.xxxvj. Paul.de Cittadinis.in tract.de iurepatr.in iij. part.in v. cauſa acquirendi ius patronatus.in q.j.& per Balb.in tract.preſcriptionum.in ix. q.j.par.prin. præcipuéque in ſecunda concluſione, in quibus locis ſequitur opinionẽ hanc, atque profitentur eam eſſe magis communem, ac magi. veram. & Ripa quoque in li.ij.de legib.c.ij. nu. 13.& ius patronatus hoc acquiritur etiam populo ex præſcriptione.vt voluit Ioan.And.in d.c. querelam. cuius ſententiam audacter affirmat obſeruari in practica ibi Abb. imo Deci.in c.cum venerabilis. de exceptio.nu.140.ait communem fore.

## L

## OPINIO CLIIII.

LEGATVM eſt acceſſorium teſtamenti , non autẽ pars.ſecundum gl.n rub.ff.de leg.j.cum qua ſentiunt Cyn. Alex.Soc.nu.6. Iaſ.num. 4.& ſeq. Ripa nu. 6.ceterique communiter ibi. vt meminit D.Pontanus Peruſinus inibi.nu,6.vnde cautè loquuta eſt d. gl. ſecundum præcitatos docto. non appallans legata partem teſtamentorum,ſed acceſſorium quid ad teſtamenta. quippe cùm teſtamenrum poſſit abſque legatis valere.vt l.j.§.qui neque legaturus.ff. de hered. inſtitu ſequitur ergo quod non eſt pars. l.malum.ff.de verbo.ſigni.

## OPINIO CLV.

LEGATVM alicui factum de re alteri obligata etiam pro æquiualente quantitate valet & tenet. atque heres illam luere tenetur. etiamſi teſtator rem obligatam fore ignoraſſet ſecundum gloſſ.in l. prædia.C.de fideicõmmiſ.& in §.ſed ſi rem,inſtitu.de leg. Alex.& Iaſ. cum aliis quamplurimis ſignatis per eos,in l.ſi res obligata nu.13. ff.de leg.j.vbi præſupponunt iſtam opinionem communem eſſe.

Contrarium verò aſſeruere Pau. caſtren. Fulg.& Iaſ.d. l.prædia, Neguſantius de Fano,in tractatu de pignoribus par.iij.principi.primo membro,ſub numero vigeſimonono,& iſta eſt communis opin. ſecundum Soci.in l.j.§.per ſeruum corporaliter,numero ſecundo.ff. de acqui.poſ.ſed prima opinio gloſſæ verior,communiòrque apparet:atque eam in actu practico ſequendam fore ſuademus.

## OPINIO CLVI.

LEGATVM vxori per maritum relictum ſub conditione ſi caſtè,honeſtéque vixerit,poſt eius mortem per ſecundas nuptias non amittit legatum ipſum,nec eo priuatur aliquo modo,ſecundum Bart in l.mulier.§.cùm proponeretur.ff ad Trebellia.cuius opinionem cõmunẽ eſſe appellat Claudius ibi , & ſequitur Euerhardus in topicis in contrariam verò partẽ quòd vxor priuetur legato præmiſſo,ſi poſt mortem mariti nupſerit inclinauit magna cohors ſcribentium,& eorum opinionem communem eſſe conſtat,teſte Ioã. Dilecto,in tracta. de arte teſtandi,tit.v.caut.xxxix.nũ.4.& Bermon.de publicis concubi. ſed ne erres,ſciáſque quid conſulendum,iudicandum ve ſit caſu eueniente,ſuper præſenti conflictu opinionum inhæreas diſtinctioni in hoc traditæ per Iaſ.in l.ſi.C.de indi.viduitate,& per Alex.& Ang.in d §.cùm proponeretur.

## OPNIO CLVII.

LEGITIMA ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis, cùm hæc bona vigore primogenituræ acquiſita,ac obtenta primogenitus habet præcipua,nec recognoſcit aliter ab hereditate patris,nec ab ea proueniunt aliquo modo,ſecundum Tiraquel. cum aliis citatis per eum,in tractat.primogenitorum queſt.v.& lv.& iſta eſt communis opinio,teſte Pariſi.conſi.xvij.nu.30.vol.ij.& hinc eſt.quòd minimè conferẽdum eſt aliis fratribus illud quod ad primogenitum iure primogenituræ peruenit,vt voluit Bal.in repeti.l.cunctos populos.C.de ſum.trin.& fide catho. quia hoc proprium lucrum eſſe apparet, vt per eum ibi,& in auth. ex teſtamẽto C.de collatio.& refert, atque ex aliis comprobat Tiraq.in d.tractat.primogeni.q.lj.

OPINIO

## OPINIO CLVIII.

LEGITIMATVS ab Imperatore in feudis ſuccedere poteſt ſi ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit,& ſic ipſe legitimatus ad effectum ſuccedendi in feudo,huiuſmodi legitimatio facta per Imperatorem valida erit,eritque capax in ſucceſſione ipſius feudi, ſecũdum gl.Bal.Iaco.Aluaro.Cardi.Mediolanen.& cæteros communiter in c.naturales,in titu.ſi de feu.fuerit controuer.Bald.in l.eam quam. C.de fideicom.Ioan.And.in c.lator,ex.qui filij ſint legi.& Soci.conſi. iij.vol.ij. Clarus cũ aliis congeſtis per eũ,in tractat de feud.q.lxxxij. & Curti.Seni.conſi.lxv.nu.1 in quibus locis oſtendunt iſtorum opinionem communem fore,& ipſe Curti.ibi,ſub num.15. conſulendo eam limitat,atque declarat,& Clarus etiam in d.q. lxxxij. ver. et hæc quidem.imò ſecundum ſcriben.communiter,in d.c.naturales ſufficeret expreſſio in legitimatione ipſa,videlicet,quod tales filij in feudis ſuccederent,licet minimè exprimeretur ad talia feuda , ſed hoc non procederet vbicunque eſſemus in maximis dignitatibus, tunc quippè in eis legitimati non ſuccederent,niſi ſpecialis mentio facta extitiſſet,voluit Martinus Laudenſis,in cap.j.de natura feu.& Bal. in d.l. eam quam.

## OPINIO CLIX.

LEGITIMATIO filij naturalis,quæ impetratur viuente patre.optimè expeditur abſque alicuius citatione,præſertimque accedente ipſius patris cenſenſu,quoniam poteſt liberè pater bona propria diſtribuere,ideò iniuriam nulli facit,ſi proprium filium conſentiat à princ pe legitimũ fieri,ſecũdũ Bar.& cæteros omnes,in l.Gall, §.in fi.ff.delib.&poſth.Bal.in l.j.C.de inof.dona.& cõ.lvj.vo.j.Ang.cõ. lxxxiiij.Ancd.cõ.ccccvj.& in c.j.de ſucceſ.ab inteſt.Ioa.And.Ant.Cal, Card.Abb.& omnes,in c.per venerabilem, ex.qui filij ſint legit. Federi.de Sen conſi.lvij.Dec.conſi.cccxxxviij.& opinionem iſtorum oſtendit communem eſſe idem Deci.conſi.lv.& conſi. ccclxvij. Boeri. dec.cxxij.Tiraq.in l.ſi vnquam,in verſi.ſuſceperit,nu.53.C.de reuocã. donatio.& copioſius poſt alios relatos per eum,in tract.res inter alios acta,ſub ſecunda limitatione,quæ quidem ſententia communis procedit,etiam,ſi filius legitimus efficeretur quo ad feuda in præiudicium agnatorum,vt conſulendo reſpondit Albert.Brunus conſi.j. cũ aliis docto.qui ſe ſubſcripſerunt d.conſi.

## OPINIO CLX.

LEGITIMATVS abſque præiudicio proximorum,legitimorũque heredũ nihil penitus petere poteſt,niſi aliquid ei in teſtamento relictum foret,& ſic ab inteſtato ſuccedere nequiret in præiudiciũ ab inteſtato vẽientiũ vigore clauſulæ ſine præiudicio vẽientiũ ab inteſtato appoſitæ in legitimatione,ſecũdũ Bal.cõ.clxxiij.in fin.vol.j.Anch.cõ.ccxlij.Pau.caſt.cõ.ccxxij.in fi.Cuma.cõ.xcviij.Fulg.cõ.xvj.&Deci.cum aliis compluribus ſignatis per eum conſi. cccxciij.num.1.vbi oſtendit iſtam communem opinionem eſſe,cui quidem inhæret quoque conſulendo doctiſſimè per plures rationes Iaco.Mandel.conſilio vij.nume.1.cum aliis ſe qu.vbi pariter præſupponit iſtorum ſententiam communem fore.

## OPINIO CLXI.

LIS inchoata coram ordinario non transfertur ad rationalẽ Cæſaris, ſi fiſcus litigatori ſucceſſerit,& ſic inſtantia cepta cũ defuncto non tranſit aliquo modo in fiſcum,quia fiſcus ipſe habet iudices pro proto s..ſi conſtante.§.fin.ff.ſo u.matri.per quẽ text.ita firmauere Bar. ibi,Ant. Abb.& cæteri,præſertimque Barba.nu.44.& 51.&Deci. nu. 29.34.et ſeq.in c.quia,de iudic.vbi exiſtimat iſtam communem opinionem fore.Contrarium cerò ſenſere,videlicet.quod in ius rei conuenti poſt litẽ conteſtatam ſuccedens fiſcus cau ſa ipſa finienda ſit coram Cæſaris rationali,non autem coram alio iudice ordinario cepti iudicij Iac.de Are.et Bal.in d.l.ſi conſtante.§.fi.Io.de Imo.in l.ſi eum hominem.ff.de fideiuſ.et Curti.Iun.in l.heres abſens.ff.de iudic.nu. 2.vbi firmat iſtorum ſententjam communem eſſe,tamen prima pars communior,veriorque apparet,et ſecundam eam tutè, ac optimo quidem iure ſuadente iudicari per doctiſſimos , grauiſſimoſque viros vidimus.

## OPINIO CLXII.

LOCARE poteſt operas ſuas liber homo in perpetuum ſecundũ gl.Bar.Sal.et cæteros omnes,in l,antiquitas.C de vſufr.Spe.in tit. de loca.§.poſtquã ver.quid ſi loc aui.Imo.in c.ij.ex depign.Br.in l.ſtipulationes nõ diuidũtur.q.viij.ff.de ver.obli.et Ripa,in l.obligatio.generali,nu.10.et ſeq.ff.de pigno.vbi eexplicat iſtam opinionem eſſe cõmunem,approbet,declarat,et ampliat.In cõtrariã verò partẽ inclinauit gl.in l.poſt cert.C.de lib.cau.Dyn.in l.Titio centum.§.ij.ff. de.condi.& demon.& Laurentius Syluanus conſi.xxxiiij.nu.11.ſed ego veritatis memor ſequor primam ſententiam communem, tanquam veriſsimam.

## OPINIO CLXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Ludus connumeratur inter delicta.*
2 *Ludi qui ſint permiſſi vel prohibiti.*
3 *Doctores ludentes ad dados ſunt infames.*
4 *Ludo quæſita, in foro poli & conſcientiæ non neceſſario ſunt reſtituenda ante iudicis condemnationem.Limita,vt nu.6.8. & 9.*
5 *Ludo quæſita conſuetudine nemo tenetur reſtituere, nec ad ſoluendam pœnam lege ſtatutam tenetur.intellige vt nu.6.8.& 9.*
7 *Ludo quæſita tutius eſt pauperibus communicare.*
9 *Ludens cum aliquo qui non habet adminiſtrationem liberam tenetur quod lucratus eſt reſtituere,non tamen victo ſed adminiſtratori, vt num.10.*
11 *Ludens cum talibus ſcienter committit furtum.*

LVDVM inter alia crimina ac delicta connumerat, text. in § illud vero in procœmio digeſtorum,& Grãmati.deciſio. xj. nume.6. & qui ludi hodiè liciti,permiſsique ſint legibus ſecularibus, & itidẽ qui prohibiti reperiantur, et quibus pœnis ludentes puniãtur, conſtat in l.j.ff.de aleæ vſu.et aleat.et in authẽ.alearum vſus, C.de relig. et ſumpt. fune.et in capit. inter dilectos. de exceſsi. Prælat. ibi glo.& Abb.nu.8. et ipſemet,in c.clerici.il ſecundo.de vita,et honeſt, clerico et ponit omnes fere ludos apertiſsime tam licitos quàm prohibitos ac eorum pœnas Marcus Ant. Blancus,in practi.crimi.in rub.ſeu titũ.ludo etiam committitur homicidium,nu.1.cum aliis ſeq.in regno verò Neap.ludentes continuò ad taxillos , & ad aleas,inter perſonas infames habentur,& à teſtimonio repelluntur, & ad aliquod officiũ publicum minimè admittuntur , vt in conſtitutione mores diſſolutè viuentium,vbi And.de Iſernia dicit, quòd doctores ludentes ad dados ſunt infames,quæ conſtitutio maximè fuit cõdita ob aduocatos & doctores,qui propterea ab eorum officiis amouentur, nam turpis vita agitur propter ludum,ſecundum Hoſtien.in tit. de exceſſ.prælat. imò in regno ipſo officiales,& judices omnes,vt primùm eorum officium aſſumunt in locis deſtinatis emittunt banna,ac proclamma,vt ludere nullus audeat ad taxillos,ſeu ad alium ludum ſub determinata pœna,cùm hoc in republica chriſtiana ſit maxima pernicies & tũc vigore dictæ admonitionis publicè factæ,eadem pœna puniũtur inſpicientes ludere,ſeu commorantes cum ludentibus, ſicuti ludentes ipſi.vt voluit Bal.per illum text.in authen.interdicimus, in prin.C. de epiſc. et cleri.quẽ ſequitur Bertachi.in ſuo reperto.in verſi.iurans et licet Marſi, ſin,dlij. ſæpius in ciuitate noſtra.non auſus fuerit hoc firmare nihilominus ipſe opinionem Bal.tanquam veriſſimam amplector, et in regno efficiuntur infames,non ſolum lodentes ſed tenentes etiam aleas,et taxillos , et aliis accommodantes ludendum. vt habeatur in d.conſtitutione mores diſſolutè viuentium. Sed homiſſis deſcendo in præſentiarum ad vtiliora, frequentioraque in practica,et pono hic,quòd quæſita ex ludo in foro poli.& conſcientię neceſſariò non ſunt reſtituenda ante judicis condemnationèm, ſecundum Thom.de Aquino,in ij.ij.q.xxxij. articu.vij.ad ſecundo, & ibi Caietanus Io, Maior,in iiij.ſententiarum diſtinct.xv.quæſtio.xiiij. et Palludanus ibi.quęſtio.iij.articu.v.gl.in pragmat ſanct.titu.de ſpectaculis,in verſicu.ludibria,et Adria.in iiij.ſententia tract.& in c.quia in ſuperioribus,de reſtitu.et Io.Medina de reſtitu.quæſtio.xxj.& Canoniſtæ admittunt hoc omnes communiter in cap. pen. de vita,& honeſtate clericorum , et ſic opinio iſta approbatur communiter à Theologis , et Canoniſtis , imò conſuetudine quamuis ludus licitus fieri nequeat propter blaſphemias,fraudes.& tot mala, & inconuenientia,quæ ex eo oriuntur,tamen conuetudo ipſa excuſare poteſt victores ad reſtituendum bona ludo quæſita & per conſequens vt non teneantur ad reſtitutionem faciendam predictorum , nec ad ſoluendum Thom. de Aquil.in d.articu. vij.Cardina.& Imo.in cap. clerici.de vita.& honeſta, cleri. Caccialupum.in tracta.de ludo quæſtio.xvij. & Paridem de Puteo.in tracta. de ludo.numero 33. & 49. & Soci.Iuni.conſilio.lxviij.num.103.volumi.iij.quorum opinionem meminit eſſe communem Barba.conſi.lxv.illud in medium, libr. iiij. Adrian d.c.quia in ſuperioribus,& Roccus Curti.in cap,fi.de conſi. ſuet.in j.ſectio.in tit.ſub,rub.incip.& ſtante doctrina,nu.15.& ſequẽ & hæc cautè intelligi debent,vt victores non teneantur quæſita ex ludo in animæ iudicio reſtituere,vbi in eo ceſſaret omnis dolus,& fraus quod fatentur Tho. de Aqui. & omnes præallegati docto. vnde non ceſſante fraude, ſed potius interueniente , & concurrente in ludo eo caſu quippe in foro animæ abſque iudicis condemnatione debet fieri reſtitutio omnium lucratorum mediante dicta fraude , ſecundum præcitos omnes doctores vno ore , & iſta eſt communis opinio, teſte Pariſ.de Puteo,in dict.tractat.de ludo,numero vigeſimo ſeptima

cæterùm

cæterùm ob temporis iacturam fruſtrà factam,& ob peccatum mor tale commiſſum in ludo ipſo,& alia inconuenientia ex eo exorta,admoneo victores omnes,vt pecuni m ludo quæſitam pauperibus erogare debeant,nam ſecundum communem opinionem omniũ docto. citatam per Rocchum Curt in d.c.ſi.animæ tutius foret pecuniã ipſam elargiri inter pauperes,& hoc ſuadet quoque pro animæ ſalute exequendum fore Imo.in d.c.clerici,Stephanus Coſtæ, in tracta. de ludo,in iiij.articu.principali,nu.5.ſed omnia præmiſſa interpretatur nõ procedere vbi quis ob nimiam lucri cupiditatẽ adduxerit,ſeu attraxerit vehementibus precibus,& opprobriis Sẽproniũ eo inuito, ac penitus renitente ad ludum,tunc in foro conſcientiæ iſte quæſita ex ludo tenetur reſtituere,ſecundum ſanctum Thom. de Aqui. in ij. ij.q.xxxij.articu.viij quem omnes communiter ſequuntur,& præſertim Caietanus,in d.arti.vij.canoniſtæ frequentiſſimo omnium conſenſu,in d.c.clerici,& Alciat.in lib.Parergon.c. xvj. interpretaturque ſimiliter omnia hæc non habere locum vbicunque ludentes,qui pecuniam amiſerunt non habebant adminiſtrationem liberam rerum in ludo appoſitarum,quemadmodum eſt ſeruus filiusfamili. monachus,furioſus,prodigus,& alij iis ſimiles,tũc lucratio,ſeu acquiſitio hæc facta eſt ipſo iure nulla,& qui vicit,velit,nolit,tenetur reſtituere lucrata nõn tamen luſori perdenti,ſed adminiſtratori,ſecundum glo. & docto.omnes,in d.c.clerici,& Theologos omnes in locis præcitatis,Ioan.And.& Inno.in c.quia plerique,de immuni.eccle. Caccialupum,in d.tracta.de ludo.q.x.nu.43.& Pari.de Puteo,in eodẽmet tractat.de ludo,nu.26.cum iij.ſequen.& Bolog.in l.ſingularia,nu. 46. ff. ſi cer.peta.quia ludens cum talibus ſciẽter committit furtum,tanquã accipiens pecuniam alienam arg.l.ſeruus cuiuſdam,vbi tex.nu.ij.Bal. in rub.C.de condi.ob turp.cauſam.

## OPINIO CLXIIII.

LVDOS omnes,præterquam ludum propriæ virtutis,Imperator propter blaſphemias reprobauit,et penitus inhibuit,in authen.alearum vſus.C.de relig.et ſumpt.fune.dicens,quòd multis lachrymis prodiit,quòd declaratũ extitit per Hoſti.in ſumma de exceſ.præla.et docto in c.clerici,de vit.et hone.cle.et Ioan.Bernar.Diaz.in pract.crimi.in titu.aleatores.cap.lviij.et Gramma.dec.xj.nu.7.nam aliqui perditis ſubſtantiis deſperati veneno ſe occidebant,aliqui laqueo ſe ſuſpendebant,et aliqui proprio chyrographo diabolo ſe viui dederunt, et nonnullos homines ob blaſphemiam terra abſorbuit, et fulgure perierunt,ſecundum Canoniſtas ibi,et in c.inter dilectos,de exceſ.prælat.et denique,in d.ſumma Hoſt.luſores appellat paganos propter canonis tranſgreſſionẽ,imò luſores ob ſubſtantiam eorum in ludo perditam imagines Dei,et ſanctorum percutiunt, et euenit miraculum hoc in ciuitate Aquilæ annis ſuperioribus,quòd luſor quidam amiſſa in ludo quadam pecuniarum quantitate,vti deſperatus percuſſiit cum mucrone imaginẽ ſacratiſſimæ virginis in quadam eccleſia extrà dictæ ciuitatis mœnia poſitã,et ex illa percuſſione,ſeu vulnere profluit ſtatim miraculosè maxima ſanguinis effuſio,quemadmodũ profluxit aqua de fonte viuo,et percuſſor iſte vix egreſſus eccleſiã prædictam repentiua,ac improuiſa morte præuentus cecidit in terram, et obiit,et ſic intemerata virgo ſolum Deum habuit vltorem,et hodie ſimiliter in dicta eccleſia,quæ nuncupatur ſancta Maria pontis Rodij,apparent euidentiſſima ſigna ſanguinis,& percuſſionis prædictæ,& iſti tales percuſſores imaginis Dei,&ſanctorum capitaliter ſunt puniendi,vt latè probat Angelus.in leg.ex ſenatu. ff. de ſica. Marſi. in ſua practica,crimina.§.et quia, numero 25. et Paris de Puteo in tracta. de ludo. nu.61.et ſeq.vbi refert ſe ita aliàs conſuluiſſe,ac fuiſſe deciſum in ſacro regio conſilio Neap.Grilandus,in tract.de ſortilegiis,quæſt.xj.nu.18.et ſeq.ideoque præcauendum eſt à ludo ab omnibus,tam laicis,quàm clericis,nam dicta cõſtitutio authen.alearum vſus ſeruanda eſt,etiam inter clericos,et perſonas eccleſiæ ſubiectas, ſecundum gl.et doct.omnes communiter,in d.c.clerici , vt fatentur Stephanus Coſtæ,in tract.de ludo,in iij.articu.principali,nu.8. et Paris de Puteo,in tract.de ludo.

## OPINIO CLXV.

### SVMMARIVM.

1 *Mutuum datum ludenti,repetitur actione mutui.Limi.vt nu.2. & 3.*

LVDENTIBVS mutuum factum à tertio,ſeu extraneo non ludente,nec eos receptante in domo ſua repetere poteſt,et ſibi conceditur actio mutui,ſecundum gl.et Iaco.But.in l.fin.ff.de aleator.Ioan.de Imo.Abb.et omnes,in capitu.clerici.de vita,et hone.clerici. et iſta eſt communis opinio,ſecundum Moder.ibi,quam ſequitur,etiam et citat Paris de Puteo,in tracta.de ludo,nu.18.Caccialup.in eodẽmet tracta.de ludo.q.viij.nu.33.et Spte hanus Coſtæ,in d.tract.de ludo in vj.articu.princi.nu.1.et ſeq.ſi verò mutuans pecuniam, ludum vel ludentes ipſos receptabat in domo ſua,tunc quippè mutuum hoc repetere non poſſet.ſecundum Io.And.Imo. Abb.et cæteros Canoniſtas,in d.c.clerici,et opinionem iſtorum profitetur eſſe communem Caccialupus,in d.tractat.de ludo.q.viij.nu.33.item,quando mutuum fieret ludenti à colluſore,eo caſu quoque ex eo agi non poſſet. ſecundum gl.in l.ſi quis cùm ſciret.ff.pro empt.et in l.quòd ſi minor.§.pen. ff.de minor.Imo.Abb.et alios,in d.c.clerici,et Legiſtas,in d.l.fin.ff. de aleator.et opinionem hanc dicit approbari cõmuniter à do .t.vtriuſque cenſuræ Caccialupus,in d.q.viij.in princip.et ſequitur Gramma. dec.xl.nu.3.et ſeq.

## OPINIO CLXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Tranſactio in ludo facta non tenet.*

2 *Luſor non tenetur colluſori,etiam ſi inſtrumento publico obligatus eſſet,concord.nu.4.*

3 *Luſor à colluſore repetere poteſt ſolutum.*

4 *Inſtrumentum ludi cauſa confectum nullius valoris eſt.*

IN ludo tranſactio facta non valet,neque tenet,ſecundum docto. omnes,et Abb.in c.clerici de vita,et honeſtã.cleri.Stepha. Coſtæ,in tract.de ludo,in v.articu.prim.nu.2.cum aliis ſeq.Pari.de Puteo.in allegato tracta.de ludo, num.21.et Caccialupum in eodemmet tract. in viij.q.nu.34.quia ibi lis eſſe non poteſt,ſed euidentiſſima calumnia,quæ inducere nõn debet litem,vbi non eſt.l.in ſumma.ff.de condi.indebi.et opinionem iſtam retulerunt eſſe communem doct.mentionati,in d.trac.imò ſi ludens ipſe ſe obligaret colluſori ex cauſa ludi per inſtrumentum publicum minimè teneret obligatio,et inſtrumentum hoc non ſortiretur effectum,et denique denegaretur ei actio,et ſi ſolutum aliquid foret vigore prædictæ obligationis vſque ad quadraginta annos repeti poſſet,tex.eſt,in authen. alearum vſus. C.de religio.et ſumpt.funer.et ita in cauſa cuiuſdã militis refert ſe obtinuiſſe Paris de Puteo,in d.tracta.de ludo,nu.21. ac fuiſſe deciſum, declaratumque in ſacro regio Neapolita.inſtrumentum hoc cauſa ludi celebratum nullas vires habere,nec aliquo modo valere,et ſequitur quoque Caccialupus,in d.q.vij. nu.34. Aliam concluſionem de ludo intorno alle ſcommeſſe,vide infrà in opinio.pactum.

## M

### SVMMARIVM.

## OPINIO CLXVII.

*Malæ fidei præſumptio tollitur xxx.annorum ſpatio.*

MALA fides præſumpta triginta annis purgatur, atque extinguitur,et ſic præſumptio malæfidei tollitur triginta annorum curriculo, ſecundum Bar.in l.cùm quærebatur,in fin.C.vnde vi. Alex. con.vj.vol.j.et con.clj.nu.7.vol.ij.Afflict.deci. xl. nu.12.Panor.in c.ſi diligenti,de præſcriptio.Bar. in l.Celſus,nu.17.vbi etiam Claudius,num.31.et Io.Fran.Balbus,in iij.par.nu.41.ff.de vſucapio.Iaſ.con.lvij. vol.j.et in §.ſed iſtæ,nu.100.inſtitu.de actio.Dec.con.cclxvij.et con.dlviij. in fi. Curti. Seni.conſi.lxxxij.Curt.Iun.conſi.lij.numer.2. et ita conſuluit Crauet.conſilio cxlvj.Ruinus conſil. clvj.numer.10. volumi.ij.conſilio xxxiiij.numero 10.volu.2.et con.cxviij.nume.4.vol. iiij. Soc.Iun, con.cxv.nu.30.vol.i.et eidem opinio.inhæret quoque Couar.in relectione,c.poſſeſſor,in ij.par.§.nu.3.de reg.iur.in vj.et Iaco.Menoc.in trac.recuperandæ poſſeſſionis remedio xij.nu.70 cum aliis compluribus in illis locis relatis per eos,in quibus apertè oſtendunt iſtam opinionem communem eſſe poſt Claudium,et Balbum,in d.l.Celſus.

## OPINIO CLXIX.

### SVMMARIVM.

2 *Vxor licet in venditione aliqua prædij dotalis confiteatur ſe vna cũ marito precium accepiſſe,nihilominus tamen maritus cenſetur totum precium accepiſſe,communior eſt,vt nu.3. Alij contra,vt nu.1.*

MARITVS,et vxor,fatentes in venditione prædij dotalis pariter illius precium recepiſſe,tunc profectò intelligitur partem illius, ad vtrumquenque coniugum perueniſſe,et ſic vbi vir,et vxor cõſtante matrimonio vẽdiderũt ſimul prædiũ alicui,quod ante inæſtimatũ in dotem fuerat ab vxore datũ viro,ſi ſolu.matrimonio morte ipſius

viri vxor repeteret dotis nomine precium fundi,vtique poſſet partẽ duntaxat virilem repetere ab heredibus,quaſi in hoc caſu intelligẽdum ſit,quòd partem precij virilem tunc ipſa vxor receperit, vt voluit Bar.conſilio cxxiiij.punctus quæſtionis.in prin.cumquo trãſeunt Bald.in l.mater tua.C.de rei vendi.Paul.caſtren.conſi.ccxcvj.& conſi.cccxl.in prin.vol.j.nouiſſi.& conſi.ccclxij.in fin.vol.ij.nouiſ. Curti.Seni.conſi.liij.& cæteri ſignati per Boëri.dec.xxiij.in princ.In contrariam verò partem,videlicet,quod in re hac non obſtante mulieris cõfeſſione,intelligatur vir omnem pecuniam adeptus inclinauere Specula.in titu.de obligat.& ſolutio.§.ante omnia,ver.ſed pone vir,& vxor.& Vber.de Bob.& Ioan.And.in add.ibi,Alber.cum aliis antiquioribus relatis per eum,Pau.caſtren.ſibi contrarius,& Bald.quoque titubanter,in authenti.ſi qua mulier,C.ad S.C.Velleia.vbi firmat ex huiuſmodi confeſſione vxoris non præſumi quicquam ad eam perueniſſe de precio rei venditæ,ſi id aliter non probatum fuerit, & præterea Salyce.inibi,& Imo.in l.cùm vir,& de vſucapi.& in c.cùm contingat,de iureiur.atteſtantur,ſecundum opinionem iſtam extitiſſe aliquando Bononiæ iudicatum,idemque tradit Roman.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur,ſoluto matrimonio.& Federi.de Senis conſil.ccxlj.& ſententiam hanc veriorem ait Ange.Areti.in §.eſt & aliud, inſtitutio.de donatio.refertque ſe conſuluiſſe apud Regium, in caſu, quo pater,& filius in eodem inſtrumento dotem recepiſſe pariter faſſi fuerunt,vt eſſet intelligendum illam totam perueniſſe ad ipſum patrem mercatorem,& ſecundum iſtam partem iudicauit ſacrum Regium concilium Neapolitanum,teſte Afflict,dec.ccix.& ſequitur etiam Boëri.in d.dec.xxiij.nu.7,Natta conſi,xxx.nu.1.& Crauet. conſulendo cum aliis quàm pluribus congeſtis per eum conſi.xcj.vbi oſtendit iſtam communem opinionem fore , & quòd hæc communis ſit,conſtat ex relatis etiam per Caſſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ,rub.iiij.§.viij.nu.4.Tiraq.in tract.de vtroque retractu.§. xxxj. gl.vnica,nu.4.& ſeq.& Caro.Moli.in tract.decõtractibus vſura.q.xxxviij.in princi.ideò ab opinione iſta tantorum patrum, tanquam communiori, tutiori. veorique & approbata in curiis,ac prætoriis tam illuſtribus erubeſcerem diſcedere.

## OPINIO CLXX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Matri dicenti filium non eſſe à tali patre natum,non creditur: ſiue hoc filio ſiue patri declaret.*

MATRI aſſeueranti filium non eſſe mariti , ſiue marito , ſiue filio declaret ſibi nequam credendum eſſet,ſecundum Bald.Floria. et Iaco.de ſan.Geor.in l.fi.§.fi.per tex.celebrem ibi.ff.de probatio.Cin. Ang.Alberi.Sali.in l.ſi vicinis.C.de nuptiis.Bar.in l.filium.ff.de iis,qui ſunt ſui.vel alie.iur.Marſi.in l.j.§.ad quæſtionem,in fi.ff.de quæſt.Alcia.in tract.de præſump.in reg.1.præſumpt.xix. Paleotum.in tract.de nothis,et ſpuriis. c.xxiiij.nu.1.et ſeq.Io.de Neuizanis inſua ſylua nuptiali,li.j.nu.50. etſeq.et copioſè Boëri.cum aliis congeſtis per eum,in dec.ccxcix.nu.4.cum aliis ſeq.vbi ampliat opinionemiſtam,atque oſtendit eſſe veram,et communem.

## OPINIO CLXXI.

MATER, vel frater aſſignantes,danteſque ſimpliciter in dotem rem propriam,ſeu communem,illam vtique donare ceſentur, etiam quòd alias adminiſtratores bonorum puellæ fuerint,ſecundum Cyn, Iaco.de Are.et Saly.in l.fi.C,de dot.promiſ.Bald.in l. Neſennius. ff.de neg.geſt.et iſtorum opinionem tuetur pluribus , et quidem optimis rationibus,ſequiturconſulendo,et demum magis verá,magiſque cõmunem eſſe inquit Iaco.Mandellus con.xij.nu.1.cum aliis ſequen,

## OPINIO CLXXII.

MATRIMONIVM. In matrimonio carnali verba non ſunt neceſſaria,etiam in iis,qui loqui poſſunt,ſed ſufficit,vt conſenſus contrahentium matrimonium aliquo ſigno exprimatur, ſecundum glo, Hoſt.Abb.cæteroſque communiter,in c.cùm apud,de ſpõſal.per tex, ibi,qui dicit,quòd ſolus cõſenſus ad cõtrahẽdum mairimonium ſufficit, exquo ſequitur quòd nõ requiruntur verba cõſenſum partiũ exprimentia,et opinionem iſtorum ſequuti fuere Faber.Ang.et Iaſo.in add.ad Porti.in §.nuptiæ,inſtitu.de patria poteſta.Alex,conſi.cxlvj.volu.v.et in l.de pupillo.§.meminiſſe,in fin.ff.de noui ope. nun. vbi exprimit ſententiam hanc veriorem fore , et communem inquit Ab,in d.c.cùm apud,et Boëri.dec,j.nu.18 ,et probat,ſequitur , atque comunẽ dicit Couar.in epito. de ſpõſalibus.ij,par.c.iiij.nu.1.et ſeq.et in relectio.c,quãuis pactũ.de pact.in prin.ſub nu.4.et ij,cõmunẽ præmiſſam doctiſſimè ac elegantiſſimè cõſuluitBoër.cõ.xl.nu.21.cũ aliis ſeq.vbi poſt alios conſulentes pro hac parte per eum ſignatos nihil intactũ reliquit pro dictæ opinion. clipeo : ideò tanquam ad vberrimum fontem caſu eueničte pro explenda eius ſiti quilibet ad d. conſi.xl.recurrere poſſet.

## OPINIO CLXXIII.

MATRIMONIVM tecum volo cõtrahre: vel volo ducere te in vxorem ſeu placet mihi te habere in coniugem: huiuſmodi verba efficiunt ſponſalia de futuro, & non de præſenti: & ſic ſolũ ſapiunt ſponſalia de futuro,ſecundum Ioã.And.& Abb.in c.ex literis,de ponſa.Alex.conſi.cliij.vol.v.in prin.& Afflict.in conſtitu. Neapol.lib. iij..tit.xix.Sylueſt,in verſi.matrimonium,ij.q.ix,Boeri.conſi.xl.nu.54. &.ſeq.& Couar.in epito.de ſponſalibus.ij.pãr,c, iiij.nu.4.vbi prę ſupponit iſtam eſſe magis communem opinionem: & eam concordat cum ſententia Cardi. in d.c. ex literis aſſerẽtis per verba præmiſſa contractum fore verum matrimonium.

## OPINIO CLXXIIII.

MATRIMONIVM inducunt verba hæc, habeo te in vxorem,vel promitto quod te in coniugem habebo,& per conſequens ex iſtis verbis matrimonium contractum eſſe cenſetur, ſecundum gloſ.Abb.& Præpoſit.in c.ex,parte.de ſpon.per tex.vbi,Abb.& Deci, in c.iurauit,de probatio.et opinonem iſtorum communem eſſe ſcribit Couaruuias in epito de ſponſalibus. ſecunda par. capit. quarto numero quinto licet ipſe , et malè cum aliis citatis per eum contrarium aſſeueret.

## OPINIO CLXXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium non niſi inter puberes contrahi poteſt. ſecus de iure canonico vt nu.2.*

3 *Sponſalia etiam inter impuberes contrahi & celebrari poſſunt.*

MATRIMONIVM non poteſt niſi inter puberes.contrahi.c.puberes,et c.fi,de deſpõſ.impub,ideo de iure ciuili maſculus, niſi maior ſit decimoquarto anno,quo pubes eſſe incipit, matrimonium ipſum contrahere non poteſt,fœminæ vero ſi ſint viripotentes etiam ſi duodecimum annum non exceſſerint poſſunt conttahere. §. maſculi,inſti.de nupt. de iure verò canonico non ſit differẽtia, quia dummodo apti ſint ad procreandum,annorum numerus non attenditur. concluditur ergo ex iſtis vtiliter, mulierem contrahentem matrimonium non completo duodecimo anno,matrimonium non conualidare.et ſic ad validitatem ipſius matrimonij, requiritur mulierem cõpleuiſſe xiiij.annos, niſi conſtaret viripotens, vt quia extitiſtet ab alio cognita:aliter non cõpleto duodecimo anno matrimonium contractum non valeret,nec teneret aliquo modo ; ſecundum Abb.in c.atteſtationes.et in c.continebatur in fin. de deſp.impub.et iſta eſt communis opinio.,teſte Alex. de Neuo.in conſi.primo,nu.9. et ſequen. vbi illam ſequitur conſulendo. ſed in ſponſalibus contrahendis non ita ætas matura, vt ad matrimonium exigenda eſt. nam contractus ſponſaliorum annum ſeptimum ita completum exigit, vt inceptus minime ſufficiat,et ſic iura canonica requirunt ſeptem annos completos in contrahentibus ſponſalia prædicta.c.literas.et c. ſeq.de deſponſa.impub.et notat Couarru.in epi.j.de ſponſalibus.c.ij. nu.2.et ſeq.primæ par.vbi hoc latius declarat,

## OPINIO CLXXVI.

MEDICVS carens publico ſalario non debet ab ægrotis ac infirmis ſalarium recipere , niſi poſtquam eos curauerit, et ſanauerit, et ſic ab ipſo infirmo recipiet mercedem ſuam in fine curæ, non autem in princip. ſeu in medio ipſius. ſecundũ Spec.in tit.de ſalariis §.nũc autem verſi.fin. Bart.in l.archiatri.per illum tex. C,de profeſſo. et medi.lib.x.Canoniſtas omnes. in cap. ptopter. de locato. Petrum Duennas,in regula.lxiij.aſſeſſori.num. 1.Ripam,in tracta.de peſte,in tit.de remediis ad curandam peſtem. num.127. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. ſed hoc deridet Zaſius in §.tripli, inſtit.de actio. in fin. dicens. quod ſi verũ foret medici non induerentur tam ſplẽdidis, et purpureis veſtibus qui ſemper rubeas veſtes habẽt.ſiue moriatur,ſiue ſanetur infirmus æqualiter triumphant.in regno verò

Neapol.habemus.conſtitutionem, incip. quia nunquam ſciri poteſt ſcientia medicinæ. in tit. de medicis. diſponẽtem medicum teneri bis in die infirmum viſitare,et ſemel in nocte ad ipſius infirmi requiſitionem, et recipere debet ſolummodo per diem medium tarenum auri,ſi non egrederetur ciuitatem,vel caſtrum, ſi verò viſitaret infirmum extra ciuitatem,recipiet ab eo per diem tres tarenos cum expenſis infirmi,vel cum expenſis ſuis tarenos quatuor.

## OPINIO CLXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Melioramenta in re feudali non debentur domino.*

2 *Vaſalli heres non tenetur expenſas cum fructibus perceptis compenſare, ſed melioramentorum expenſæ ipſi integraliter reſtituendæ ſunt.*

3 *Melioramenta feudi æſtimanda ſunt non, ſecundum ædificij integri & conſiſtentis, ſed diruti, valorem, Alij contra vt nu.4. ſecus tamen eſt in emphiteuſi, vt nu.5.*

5 *Melioramẽta in emphiteuſi debentur de integro non de diruto ædificio.*

MELIORAMENTA facta in re feudali non pertinent ad dominum reuertente ad eum feudo finita inueſtitura feudali per curſum temporis, per lineam finitam, vel aliter, abſque tamen dolo, vel culpa ipſius vaſalli, ſed tenetur ad æſtimationem eorum, ſi velit ea retinere, vt eſt caſus, & ibi omnes in c.j.§.ſi vaſallus, in tit. hic finitur lex & cætera, in vſibus feud. & not. Brunus conſi.cvj.nu.2, Cagno. in l.ij. nu.175. C.de pactis inter empt.& vendi. & Aluaro. in c.j.§.ſi quis de manſo.num.6. ſi de inueſtitu, feud, fue. controuer. vbi inquit cum iſta concluſione docto. omnes tranſire, & Curti. Iuni. conſi.clxv.nu.1. Nec expenſas tenetur heres vaſalli cum fructibus perceptis compenſare, ſed melioramentorum expenſæ integraliter ſibi reſtituendæ ſunt, ſecundum Bald. & Ang. in l.inſulam.§, fructus.ff, ſolut, matrimo. & in l. emptor.ff.de rei vendi. per gloſſ. ibi, Felyn. in c.cum cauſa, de re iudicata, & Iaſ. in l.domos, in ij.no.ff.de leg.j. & Soci. Iuni. conſi.cl.num.23, vol.primo, & iſta melioramenta reſtituenda ſunt, ac veniunt æſtimanda, non ſecundum ædificij incorrupti, & conſiſtentis valorem, & ſic dominus non tenetur ad æſtimationem ædificij integri ipſorum melioramentorum, ſed ædificij diruti, vt voluit Bald. in dicto §.ſi vaſallus, nume.4. in l.in fundo iij. not. de rei vendi. & in authen. excipiatur. C, de bo. quæ liber. Ruinum conſilio xxiiij. nume.10. volumine primo, & Beroum, in quæſtio.xcvj. ſub nu.4. vbi meminit iſtam eſſe magis communem opinionem. In contrariam verò partem, tanquam æquiorem inclinauit Iulius Clarus, in tract. de feud. q.lxxxviij. verſi. ſed quæro, videlicet, quòd dominus teneatur ad æſtimationem ædificij integri, & non ad illud, quòd cõſequi poſſet ex ruina illius, vbi deridet Beroum atteſtantem contrariam opinionem communem, nihilominus profiteor ipſum Beroum veritatem dixiſſe atteſtando de dicta communi, cum qua tanquam veriſſima intrepidè tranſeo, imò credo ipſum Iulium Clarum allucinatum eſſe talia proferendo, dum allegauit Bal. in locis præmiſſis concludere quod ſolutio fieri non debeat de precio ruderum, ſed ædificij integri, & tamen Baldus firmat expreſſè cõtrarium, vt ſuprà oſtendimus, eſt bene verum quòd Berous, in cap.j, nume.36, & ſequen. de in integrum reſtitu. firmat cõtrariũ in emphyteuſi, videlicet, quòd eccleſia teneatur ſoluere melioramenta vtiliter, & neceſſario, & non aliter facta in ipſa emphyteuſi ad rationẽ, ſeu valorẽ integri ædificij, non autem diruti, & hoc expreſſè voluit Bal. loquens in emphyteuſi, in d.§, ſi vaſallus, prope finem, & in d.§. ſi quis, de manſo. poſt medium, nam emphyteuſis datur, conceditúrque ad meliorandum, leg. prima. C. de iure emphyteu, vnde ſi quis exportare melioramenta ipſa teneretur, facta præcipuè ex pacto, naturáque contractus, iniquum foret abſque dubio aliquo, vt eſt textus cum gl. in d. capite primo, de integrum reſtitu. vt probat ibi Berous, & ſic in hoc caſu procedere poſſet opinio Iulij Clari & aliorum relatorum per eũ & non in feudo, & materiam ipſam melioramentorum, vide latè, & vtiliter declarantem Ant. Neguſantium, in tracta. de pignori. & hypothecis, in iiij. membro. v. partis, nu.8. cum aliis ſequentibus, & Beroum in d.c.j.nu.22. cum aliis ſeq.

## OPINIO CLXXVIII.

MINOR litigans cum conſanguineo compromittere tenetur abſque ſolennitatibus, & ſic ad compromittendum compelli poteſt ſtante ſtatuto, quòd cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti, vt voluerunt expreſſẽ, & eleganter Ange, Pau, caſtren. Alexan. & Iaſ. in l.ſi plures.ff.de pactis, quam legit ipſe Iaſ. in l.& ſuum.§.hodie, eo.titu. & hoc idem firmarunt optimis quidem rationibus Bald. Saly. Areti. Pau, Caſtren. Alex. & Iaſ. in l.fin. C.de integ. reſtitu. vbi iſtam opinionem veram eſſe aſſeuerat. & licet Bart. conſi.xl. quæritur an ſtatutũ affirmet, teneátque Contrariũ, videlicet, quòd ſtatutũ de cõpromiſſis non liget minores, tamen primam ſententiam ex relatis authoritatibus com. fore nõ ignoramus, quam ſequitur etiam, declarat, atque ab omnib. contrariis tuetur Marc. Antonius Blancus, in tract. de cõpromiſſis. q.iij.nu.39. cũ aliis ſeq. & pro hac parte commu, conſuluit pariter doctiſſimè Alex. conſ.ccliiij. vol, vj. & vocauit Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintẽdis decſ.xx, nu.11. cũ aliis ſeq. & obtinuit Alex. vt ipſe receſſuit, in d.l.ſi plures.

## OPINIO CLXXIX.

MINORES vigitiquinque annis, & maiores xviij. arbitri eſſe



poſſunt de voluntate partium ſi vellent. ſecùs ſi nollent, & ſic ad aſſumendum arbitriũ inuiti compelli nequirent aliquo modo, ſecun. gl. & omnes Legiſtas vno ore, in l.quidã conſulebant, ff.de re iudi. per tex. ibi, vbi Alexan. recitat iſtam eſſe cõmm. opin. Legiſtarum. & Are. in §. pen. numero 17. inſtitu. de exce.

In contrariam verò partem, videlicet. quòd minor.xx. annis arbiter eſſe non poſſit, & eius ſententia non valeat inclinauerunt gloſ. Abb. & cæteri omnes Canoniſtæ communiter in cap. cum vigeſimum. de offi. deleg. Spec. in tit, de arbitris, §. poteſt. verſi. item minor, Hoſtien. in ſum. de arb.§.ij. Alex, & Ioan. de Ime. in d.l.quidam. Lanfran. in tract. de arbitris, §, hactenus, & Bapti. de ſanct. Blaſio. in trac. de arbit. q.ix. & opinionem iſtam Canoniſtarum inquit veriorem eſſe Alexand. in d. l.quidam, & Marcus Ant. Blãcus, in tract. de compromiſſis q.ij.nu.22. par.xxxv. vbi eam ſequitur, declarat, & denique ab omnib. contrariis veriſſimis reſponſionib. ſuis tutam derelinquit, ideò eidem tanquam tutiori, ac veriori libenter inhæremus.

## OPINIO CLXXX.

### SVMMARIVM.

2 *Impubes doli capax obligatur, iuramento & ita contractus per eum iuramento firmatus tenet, Alij contra vt nu.1.*

MINORIS quatuordecim annis contractus non firmatur iuramento, & ſic pupillus doli capax nulliter contrahens, etiam quòd iurauerit huiuſmodi iuramẽtum contractum non firmat, quia auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. non procedit in pupillo doli capace, ſed in pubere, & non in impubere, vt voluerunt gloſſ. Pet. de Bellaperti, Cy. Butr. Bal. Ang. Odofre. Saly. Fulgo. & Iaſo. nu.10. ibi, vbi ſimul cum aliis ſcriben. recitant iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarum, quam ſequitur quoque Federi. de Senis conſil.xxx. Paul. caſtren. in l.qui iuraſſe, ff, de iureiu. & Alciat. in c.cùm contingat, num. 141, de iureiu. vbi profert vtile, & magnum quidem verbum, iſtorum opinionem magis communem fore, atque eam limitat Afflict. cum aliis ſignatis per eum deciſio.cccxxij. num.3.

Cæterum contrarium aſſeruit Bart, in d.auth. ſacramenta puberũ, videlicet, quòd minor quatuordecim annis, maior autem capacitate obligetur iuramento, & d.authen. ſacramenta puberum habeat locũ in pupillo doli capace, vt mediãte iuramẽto tenaciter obligetur quẽadmodum pubes eſſet, & cum Bart. ſenſere Hoſtien. Ioan. Andre. & Ioan. de Imo, & cæteri omnes, in dicto cap. cùm contingat, Archid. in cap. quamuis de pactis, in vj. Panormitan. conſilio centeſimooctauo volume ſecundo. Decius in l.pupillum, ff, de re iudic, Ioann. Mau. in tractat. de reſtitut. in integrum cxij. Salycet, & Paul. caſtren. in dicta authen. ſacramenta puberum, vbi aiunt iſtorum ſententiam procedere de iure canonico, & veriorem præſupponit Alexand. in d.l. qui iuraſſe, & ſecundum eandem vocauit ſacrum regium concilium Neapolitanum, teſte Afflicto, in d.deciſi.cccxxij. nu.1.2.3.4.&,5, & in deciſi. cccxciij. ſub nu.10, ideò ob obſeruantiam iuramenti, & fauorem animarum, & propter deciſiones ſacri concilij Neapolit. quæ ſub nomine regis proferuntur, ſuccedúntque loco imperialis interpretationis vt poſuimus, in prima par. in opinio. Iudex in iudicando cum hac vltima communi, & veriſſima canoniſtarum libenter concurrimus.

## OPINIO CLXXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Molendinum inferius quando poſſit impedire ne fiat molendinum in parte ſuperiore fluminis.*

2 *Flumina publica vel priuata quæ ſint, & quod ſpecies, remiſſiuè.*

MOLENDINVM habens in parte inferiori fluminis vtrum poſſit impedire volentem facere molendinum in parte ſuperiori ipſius? tunc diſtinguendum eſt, ſecundum omnes Doct. communiter, in l.ſi quis ex argentariis, §. ſi intium, ff. de eden. & in l.manifeſtè, C. de ſer. aut flumen illud ſuper quo molendinum eſt ædificatum priuatũ eſt, aut publicum; ſi priuatum eſt. vtriuſque partis, & hoc caſu ſi vna pars vult de nouo ſuo molendinum ædificare, vt ſibi principaliter cõmodum afferat, & proſit, & quippè tunc poteſt licitè ipſum facere in ſuo abſque impedimento alterius partis molendinum habentis in parte inferiori, & ſic ea inuita, ſi verò vult conſtruere molendinum, vt noceat principaliter parti prædictæ, quæ præuenit in ædificando, & hoc caſu, abſque dubio nõ poteſt, nec audiendus eſt. quando verò flumen eſt publicũ, eo caſu, vel dicta pars in parte inferiori molendinum habens licitè illud ædificauit, & tunc altera pars volens cõſtruere nouũ molendinũ audienda non eſt, imò poteſt licitè ſuum aduerſariũ impedire in vſu dicti noui molẽdini, ne ſibi auferatur, ac diminuatur lucrũ, & emolumentũ ipſius aquæ ductus præoccupati, aut d.

pars habens molendinum in parte inferiori illicitè ædificauit,& tunc non poſſet impedire alteram partem volentem nouum molendinũ construere in parte ſuperiori dicti fluminis,ſecũdum Dyn. Old.Ray. Bald.num.2.Iaſ.num.21.& Ripam,nu.26.cum aliis ſeq.in l.quo minus,ff.de flumi.vbi explicant iſtam eſſe veram,& communem opinionem,& eandem ſequitur,& citat Papien.in ſua pract.in for.libel.in actio.confeſſ.numer.7.& ſequentib.Ruinus conſi.cxcj.nume. 3. volu. primo & conſi.xcviij.num.12.volu.iiij.cum aliis relatis per eum, & Curti.Seni.conſi.xxxiij.num.2.& ſeq. & declarat,& latè interpretatur Ripa,in d.l.quo minus,nume.23, cum aliis ſeq.ſed quænam ſint flumina publica,& quæ priuata,& quot ſpecies fluminum reperiantur,vide Iaſ.declarantem,in d.l.quo minus,num.37.& Ripam, num. 1.& Curti.Seni.in d.conſ.xxxiij.nu.1.& Cæpol.in tracta.ſeruit.rustico.prædio.in tit.de fluminibus,cap.trigeſimoprimo,num.1.cum aliis ſequen.& in cap.ſequen.

## OPINIO CLXXXII.

### SVMMARIVM.

*Molendinum conſtruere ſi quis incepit,etiam ſi non abſoluerit, nihilominus poterit prohibere alium conſtruere volentem aliud molendinum.*

MOLENDINI opus,ſeu æquæ ductus incipiens ædificare, ac præoccupare,licet illud non perfecerit,ac compleuerit cenſetur ius ſibi acquiſiuiſſe,vt poſſit prohibere alium conſtruere volentem aliud molendinum,ſeu opus, & ſic iſto caſu potior videtur cauſa, & conditio præoccupantis,& ſola operis inchoatione acquiritur ei ius ob quod aliis præferatur,ſecundum Bart.in l.quo minus,num.10.cũ duobus ſeq.ff.de flumi.Bal.in l.item pilli.in iiij.q.ff.de reru.diui.Cæp. in tract.ſerui.ruſti.præd.in tit.de ſerui.aquæductus,c.iiij. num.44. & ſeq.Iaſ.num.54.& Ripam, nu.47.cum aliis ſeq.vbi aiunt iſtam opinionem eſſe communem,& eam latè declarant, & in aliquibus caſibus limitant,

## OPINIO CLXXXIII.

MONETA,ſeu pecunia promiſſa,ſi in totum ſimul ac in perpetuum reprobaretur vtique æſtimatio eius ſoluenda foret in noua pecunia,& ſic mutata pecunia ipſa conſideraretur bonitas,quæ erat tẽpore contractus, atque ſolueretur æſtimatio monetæ antiquæ,ſecundum Bartolum in lege Paulus,la prima ſub numero ſexto.ff.de ſolut. Pet.& Cy.in lege minorum,C.in qui.cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſſa. Ioannes Andreas Abbas Ant.& Imo.in capitulo quanto, de iureiurando Curti.in lege quod te,ff.ſi certum petatur Roma.& Socinus in lege cum quid,eodem titulo vbi recentiores,præſertimque Bolognetus numero 69.& ſeq.exiſtimant iſtam eſſe communem opinionem,& Boeri.deci.cccxxvij.nu.12,

## OPINIO CLXXXIIII.

### SVMMARIVM.

*Moneta ſi diminuatur in pondere vel liga,periculum ſpectat ad debitorem,ita vt teneatur ſoluere valorem prioris moneta non diminuta.*

MONETA non diminuta,aut mutata in totum, ſed diminuta ob diminutionem ligæ,vel ponderis tunc periculum ſpectat,ac pertinet ad debitorem qui valorem prioris monetæ ſoluere tenetur,ſecũdum Bartolum in lege paulus,ſub numero ſexto ff.de ſolutio. Oldra, conſilio ccl.Abbas Sicu.aliòſque Canoniſtas communiter,in capitu. quanto,de iureiur.Soci.Purpura.& cæteros, in l.cum quid,ff.ſi cert. peta.& Boeri.deciſio.cccxxvij.numero decimotertio vbi oſtendit iſtã opinionem communem eſſe vtriuſque aulæ, & ſequitur Oldra.conſilio trigeſimoprimo & ccl.Specu. in titulo de oblig. & ſolu.§. nunc aliqua, in fine & ibi Ioannes Andreas & Baldus in addit. Aretin. conſilio vndecimo Afflict.deciſione xc.ſub numero primo & ſequen. Abbas conſilio lvj.volumine ſecundo,Imola in clemen.fi.de decimis. Corn. conſilio cclxxxvij. numero quarto volumine primo conſilio clxxxj. numero 71. volumine ſecundo & conſilio cccxxj. numero duodecimo volumine tertio Socinus conſilio ccxcviij.volumine ſecundo And.de Iſer.& Afflict.numero decimoquinto & vigeſimo in titulo quę ſint rega.verbo monetę,in vſi.feudorũ:Guido Papę deciſio.ccccxciij.numero primo Baldus in lege tertia numero quarto. C. cõmunia de leg.& in l.illud,C.de ſacroſan.eccle.q.fin.Bert.cõſ.clxviij. cclxj.&cccxij.vol.i.&Crauet.cõſ.xlvij.nu.6.cũ aliis ſignatis per eũ,vbi atteſtatur de cõ.& ita debet intelligi deciſ.Neapol. præcitata cxciiij. teſte Petr.de Benintẽdis deciſ.xlix. ſub nu.2.quoniam ex tali ſolutione nõ eſt,facienda deterior conditio creditoris,ſecund.Ferrarien.in practi.Papien.in for.libelli,in actio.hypothecaria.§.relaxandũ, ſub nu.2.

## OPINIO CLXXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Moneta ſi non diminuatur vel mutetur in pondere vel liga,ſed in valore tantum,vel æſtimatione per principem facta,tũc ſi quis obligatus ſit ſoluere tot ſcuta in duro periculum ad creditorem pertinet.*

2 *Dotis deterioratio,ſi contingat ob variationem in bonitate extrinſeca, tunc tempus ſolutionis,non autem contractus,reſpici debet.*

MONETA, pecuniave non diminuta, vel mutata, ſiue aucta in pondere,aut liga,ſed in valore,æſtimationéque ex conſtitutione principis tunc illius pœcuniæ periculum, ac incõmodum,commodúmve pertinet ad creditorem,& ſic volens ſoluere ſcuta in auro ſecundum formam obligationis nulla habetur conſideratio valoris augmenti, aut detrimenti,ſed numeri tantum ſecundum Zaba.Anchara.& Imo. in clemen.ij.de decim.Soc.Alciat.circa fi.aliòſque,in l.cum quid,ff. ſi cert.peta,& Boeri.deciſi.cccxxvij.ſub num.13. vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem,& ſequitur Rota Bononienſis,teſte Petro de Benintend.deciſi.xxxix.ſub nu.1.& Bolognet. in d.l.cum quid,ſub nu.74.faciendo etiam mentionem de communi præmiſſa.& hęc idem concludendum eſt in dote,nam deterioratio[2] dotis contingens ob variationem in bonitate extrinſeca,vt quia valor duntaxat ſit alteratus remanente eadem argenti bonitate,tunc tempus ſolutionis,nõ autem contractus attendi debet,ſecundum Bar.in l.Paulus,in fi.ff. de ſolut.Bal.conſil.cxxxvij.& ccccxxiiij.vol.ij.& in l.cùm quid,ff.ſi cer.peta.& Aret.conſi.xj.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem,& Boeri.deciſio.cccxxvij.ſub nume.4.

## OPINIO CLXXXVI.

### SVMMARIVM.

*Moneta diminuta vel mutata eo temporis ſpacio quo debitor fuit in mora,periculum ſpectat ad debitorem moroſum.*

MONETA mutata,variatâque poſt moram debitoris,tunc ipſe debitor quantitatis moroſus ſoluere teneretur æſtimationẽ quanti plurimi à tempore moræ prædictæ, ſecundum Bar.ſub num. 6. & ſeq.aliòſque omnes in l.cùm quid.ff. ſi cert.peta.& in l.quod te,cod. titu.Curti.in tract.monetę,Laud.in tract.de moneta,& Boeri.deciſio. cccxxvij.ſub nu.4.& 13.vbi iſtam opinionem limitat,& communem eſſe aſſerit,& ita determinauit Rota Bononienſis in facti contingentia,teſte Petro de benintendis deciſio.xxxix.in fin.

## OPINIO CLXXXVII.

MONETA variata,ſeu mutata,tunc tempus ſolutionis,non autem contractus attendi debet,& ſic ſi mutuaui,vel in dotem dedi libras centum Bononienſes,vel centem vncias Neapo.in aureis,& poſtea contingat quòd præcium,ſeu valor ipſorum aureorum augeatur vel diminuatur,hoc caſu debitor teneretur ſoluere aureos in illa æſtimatione,quæ currebat tempore contractus,ac fieri poſſet ſolutio in ea,quæ tunc eſt,quoniam creditor cenſetur æſtimaſſe illos aureos in illa ſumma,& per conſequens omne commodum in ipſa pecunia ita & taliter appreciata contingens pertinet ad ipſum debitorem,vt voluerunt Bart.nu.10.Bald.Angel.Alberi.Alex.Paul.Caſtr.Alciat.& cęteri recentiores,in l.cùm quid,ff.ſi cer.peta.vbi Bolognetus,nu.74.atteſtatur iſtorum opinio.communem eſſe,& ſequitur etiam Ferrarien.in practi.papien.in for.libelli,in actio.hypothecaria,§. relaxandum, ſub nu.3.& Boer.cum aliis ſignatis per eum deciſ.cccxxvj.nu.10.

## OPINIO CLXXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Moneta minuta vel minor,ſolui poteſt de conſuetudine,pro moneta groſſa vt vocant &c, ita cõſuetudo loci potiſſimũ ſpectanda eſt in ſolut.vt nu.2.*

MONETA, ſiue pecunia minuta de conſuetudine ſolui poteſt pro ducatis,& econuerſo,quamuis moneta non ſit in obligatione,ſecundum gl.notabilem,in l.ſi quis argentum,in princ.C.de dona.Bar. in l.ſi qui ſtipulatus fuerit decem.ff.de ſolu.Curt.Iuni.conſi.xxiiij.nu. 5.& Brun.in tracta.de aug.monet.ij.limitatio.quę quidem conſuetudo in hoc ſeruanda eſt.Bar.& Imo.in prin.in l.Paulus,ff.de ſolutio. & iſtam tradit eſſe generalem conſuetudinem Ioan.de Plate. in lege j. C. de arge.pre.lib.x.& Rube.conſi.cxlvij.nu 1.& ſic inter partes ſemper tacitè cenſetur actum,vt ſecundum conſuetudinem loci ſoluatur ipſa pecunia,vt per Afflict.in tit.quę ſint regalia,in ver.monetę,nu.21.

in vſi,feud.& iſtorum opinio communis eſt,teſte Curtio, in memorato conſilio xxiiij.num. 5.

## OPINIO CLXXXIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Monetarum valorem ſolus princeps abſq́; populi conſenſu mutare poteſt.*
2 *Moneta tantum valere debet formata quantum in maſſa. Alij contra vt num.3.*

MONETARVM valorem[1] ſolus princeps abſque populi conſenſu mutare poteſt,ſecundum Ioan.Fabri.in auth.hoc niſi debitor,C.de ſolutio.& inſt.quib.mod.tollitur obligatio. in princip.& Boer.cum aliis congeſtis per eum deciſ.cccxxvij.nu.6.& ſeq.vbi deducit iſtam opinionem communem fore,& ipſa moneta debet tantum valere formata quantum in maſſa, & ſic tantum in pondere, quantum in valore eſſe debet,& expenſa debet fieri de publico, ſecundum Bart. in l.qui falſam,ff.de falſis,& in l.ij. §.mutui datio. ff. ſi cert.pet.Imol.in l.Paulus.ff.de ſolut. Soci.in l.cùm quid,ff.ſi cert.pet. Brunum,in tracta.de mutatio.monetarum,in princ.& Afflict.deciſi. xc.num.4.& glo.in l.j.ff.de contrahen.empt.

In contrariam verò opinionem inclinarunt,quòd imò de iure debet detrahi expenſa cudendi,& quòd minus ponderis ſit in ea,quàm valeat.Innoc.& Abb.in c.quanto,Curr.& Zaſ.in d.§.mutui datio, & Cagnolus,in l.ij.C.de pactis inter empt.& vend. q.lxxiiij. nu.213.& 214.ſed prima opinio gl.Bart.ſequaciúmque obſeruatur vbique.

## OPINIO CXC.

MORS ficta,& ſic ciuilis naturali morti nunquam æquiparatur,niſi in caſibus à iure expreſſis,ſecundum gloſſ.in ca. ſuſceptum, de reſcrip.lib.vj.& in c.placuit xvij.q.j.Alex.num.5. & ſeq.& Coſta, par.ij.in prin.in l.Gallus,§.& quid ſi tãtum,ff.de lib.& poſth.Vincen. Hercul.& Ripam.nu.11.in l.ex facto,§.ex facto,ff.ad Treb.Fel.in c.in præſentia,nu.55.de probatio,Socin.in l.cùm auus,nu.103. cum aliis ſeq.ff.de conditio.& demonſt.& Boeri.deciſi.cccxxiij.ſub num.6.vbi exiſtimat iſtorum opinionem communem fore,& Io.Bapt. Bouius, in tract.de ſtatutaria vrbis præſcriptione,tit.de eodem habente apodiſſas,cap.cij.gloſſ.xij.num.2,& ſeq.

## OPINIO CXCI.

MVLIERES duæ ſe mutuo vt viri ſubagitantes,ac actum venereum,ſeu libidinem earum exercentes , & in ſimul corrumpentes pœna vltimi ſupplicij puniri debent,l.fœdiſſimã,in princ.ſecundum vnã lecturã gloſæ,quam ſequitur ibi Saly.C.de adulter.Cyn. Albe.et Saly,in l.cùm vir.eod.tit.Ang.in tract.maleficiorum, in verſ. che hai adulterato la mia donna,in verſi.quæro,quæ ſit pœna ſtupri , num. 53.et Carreri.in practi.crimi.in §.circa verſic. circa quartum itaque quibus ex cauſis excuſetur homicidium, nu.303.& opinio iſtorum nullam habet dubitationem,et eſt communis,ſecundum Criminaliſtas variis in locis,et ita deciſum extitit in curia Burdegalenſi in facti contingentia,teſte Boerio deciſio.cccxvj.num.14.

# N

## OPINIO CXCII.

NEGATIVA, quando eſt fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret,ſiue ageret, ſiue exciperet,Bar.in.l.in illa ſtipulatione nu.5. quam legit cum l. hoc iure & ibi poſt Alexa.Iaſo. nu.14. latiſsime qui etiam fatetur opinionem Bar, communiter teneri. ff.de verbo. obliga. Bar.in l. ſi per alium.§.docere, nu.2.ff.ne quis eum qui in ius voc.j.& ibi not Gemini.de confeſ.lib.vj.Inn.& Ioan.And in c. ſuper his,de accuſat.& Corne.conſi.cccxl.vol.j.nu.3.& Iaſ.in l.qui ſe obtulit.§.condẽnandum,nu.7.ff.de re iud.

## OPINIO CXCIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nominis proprij mutatio in liberis hominibus impune fieri poteſt, dummodo fiat abſque fraude.*
2 *Nomen bonum habere bonum eſt.*
3 *Accurſius extulit nomen ſuum.*
4 *Nomen bonum comitatur bona præſumptio.*
5 *Nomen turpe fugiendum & cauendum eſt.*



6 *Iudæus baptizatus retinens nomen ſuum Iudaicum cenſetur approbare Iudaiſmum.*
7 *Inquiſitio ſi fiat contra aliquem, tunc debet poni nomen, agnomen & cognomen,delinquentis.*
8 *Inſignia poſſunt aſſumi ad placitum ſicuti nomina.*
9 *Inſignijs & armis etiam alienis vti licet, modo fiat abſque alterius præiud. & o.fallit inſignijs dignitatis vt nu.10.*

NOMINA propria imponuntur ad beneplacitum,l.ſi quis in fundi vocabulo,ff.de leg.j.& mutari poſſunt quandocunque,ceſſante tamen fraude,& ſic iſta nominum mutatio liberis hominibus impunè cenſetur permiſſa,dum tamen fiat ſine fraude,vt ſuprà l.j. cùm ibi nota.C.de muta.nomi.& firmat. Sebaſtianus Brant.in expoſitionibus titulorum iuris ciuilis,& canonici,ſuper titulo de muta.nomi. Franciſcus Marci.deciſi.ccxj.nu.3.Boſſius,in pract.crimi.in tit.de mutatione nominis.gl.in l.ij.C.de conſti.pecu. & in d.l.ſi quis, vbi eam ſequũtur omnes Doct.& ſequitur quoque Alex.& ait eſſe cõmunem in rub.nu.7.ff.ſolut.mat.& Boniſacius de Vite.in tract.malefic.in rub. de pœna mutantis ſibi nomen,nu.1.cum aliis ſeq.vbi declarat,quando liceat mutare ſibi nomen,& quando, & quomodo puniatur nomen propriũ, pronomen & agnomen ſibi mutans doloſè,vel in fraudem,& aduerte hic ad vnum valdè not.quòd non ſequitur,talis vocatur Peruſinus,ergo eſt de Peruſio,& ideò repræſaliæ conceſſæ Bononiæ contra Peruſinos,ſi vnus qui vocetur Peruſinus reperiatur, ſeu commoretur Bononiæ , non poſſunt tunc exerceri dictæ repreſaliæ contra iſtum Peruſinum,niſi ſubeat munera Peruſina per ſe , vel per alium,quoniã non poteſt appellari municeps.l.j.ff.de municip.& per Bart.cum quo ſentiunt omnes,in rub.ff.ſolu.mat.& Alex pariter ibi, nu.9.cum aliis ſeq.vbi aſſeuerat iſtam eſſe cõmunem opinionem, & d.Pontanus Peruſinus,nu.35.cum aliis ſeq.item nota,quòd bonũ eſt habere bonum nomen.C.de ſum.trinit.& fide cath.l.j.§. hanc enim legem, & vide gl.in proœ.cle.& prouer.xxij.hinc Accur. gloſator extollebat nomen ſuum,ex eo ꝙ occurrit contra tenebras iuris ciuilis, vt ipſe inquit in l.facta,§.ſub cõditione,ff.ad Trebel. & hinc quoque eſt,ꝙ ex bono nomine oritur bona præſumptio,& ecõuerſo ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio,ſecundum Cardi.et alios.in c.grauis, ex. de depoſi.& Clariſſimum d.Tobiam Nonium Peruſin.virum nuſquam ſatis laudatum ſuper ſuis interpretationib.inſtitutio.in tit.quibus modis re contrahi oblig.nu.41.quia nonnulli modicæ fidei credunt illud fuiſſe impoſitum ex inſpiratione diuina,& ſic ſæpe euitãt tales, ſicut experientia docuit,& hinc refert Io.And.in c.cùm ſecundum apoſtolum,de præben.vxorem ſuam Milantiam dixiſſe,ꝙ etiam ſi nomina deberent emi,deberent capi pulchra,& bona:& inter pulchra nomina poſt nomina apoſtolorum poſſent poni illa,de quibus, in c.iij.& in c.tanta,de ſimo.& per Fely.in proœm. decretaliũ,in verſ. Gregorius,& per Ang.Aret.in tract.maleficio.in verſic.fama publica, & ſimilia, qualia recitat Franc. Sabba vel li ſuoi ricordi vel ricordo. cxiiij.oue aduertiſce gli padri,& madri à porre à lor figliuoli nomi di Santi,& Sante,acciò nelle calamità poſſano ricorrere à loro per ſoccorſo,& biaſma quelli padri che pongono nomi di gentili,& pagani, di beſtie,& altri nomi corrotti,& ſtroppiati à lor figliuoli,il qual capitolo mai ſi deuerebbe leuar di mani di padri & madri, affine che con la lettione di ſi bello & vtile diſcorſo,non fuſſino ſcarſi di porre nomi di Santi à lor figliuoli,& quòd cauere debeamus à nomine turpi tenet gl.in l.aut facta,§.danda,ff.ad Trebell.Iaſ.in d.rub.ff.ſol.mat. & Dec.in c.j.de iudi.imò ꝙ peius eſt,ſecundum Franc. Brun.in tract. malefic.de indi.& tortu.poſt Io.And.relatũ ibi per eum,quando inter torquendos reperiretur vnus habens turpe nomen , vtputa Spezza Croce,Scalabrino,Falamiſcha,Garbuglio, Malacoccia,Fericolo,Fracaſſo,Cane,Maſtino,& ſimilia nomina,tunc incipi deberet ab eo,qui eſſet huiuſmodi nominis,& hoc refert, approbat, & ſequitur Marſi. in pract.crimi.in §.expedita,nu.52.& Carrerius poſt alios quamplures congeſtos per eum in ſua pract.crim.in l.obſeruare curabis.num. 185.& nomen turpe eſt demum tantæ infamiæ ꝙ ſi Iudæus effectus chriſtianus retineret nomen iudaicũ,ac eo vteretur poſt baptiſmũ aſſumptum argueret abſque dubio retentionẽ affectus, et ipſe iudaiſmum approbare cenſeretur,vt voluit ita conſulendo Crauet. conſil. lxxiij.nu.13.et ſeq.et aduerte hic vltimo loco,ꝙ quando fit inquiſitio contra aliquẽ debet poni nomen,agnomen,et cognomen delinquentis,et rei inquiſiti,ne corruant inquiſitio ipſa, citationes,et banna ex ea prouenientia,ſecũdum Ang.Aret.in d.tract.malefi. in verſ.Caium Sẽpronij,in prin.nu.1.cũ aliis ſeq.vbi hoc limitat,et optimè declarat. Et quatenus ſuperius docuimus,quòd nomina aſſumũtur ad placitũ, dic etiam,quòd ſicut nomen,ita et inſignia quis aſſumere poteſt,ſecundum Panor.et alios communiter,in c.dilectæ.de exceſſib.prælat. et quòd licitum ſit vti inſigniis,et armis alienis,dum tamen non tendat in alterius præiudicium,tenet etiam Barto.in tracta. de inſign.et armi.et Bald.in l.j.C.quæ res vendi poſſunt,ſed inſignia dignitatis ſi non habet illam dignitatem aſſumere non poſſet,aliàs eſſet falſarius,l. eos,et quòd ibi not.ff.de fal.facit,c.j.de cleric.non ord.miniſt.

## OPINIO CXCIIII.

### SVMMARIVM

1 *Notarij regulariter poſſunt eſſe in fames.*
2 *Notariatus officium dicitur vile.*
3 *Notariatus officium clerici exercere non debent.*
4 *Notariatus officium exercens nobilis amittit priuilegia nobilitatis ſua.*
5 *Notariatus officium exercens clericus in ſacris ordinibus conſtitutus amittit beneficium.*

NOTARIVS Infamis poteſt eſſe notarius, excepto notario principis. Bar. in l.j.C.de manda.prin.& Ang.conſ.cclxxxiiij.quia notarius principis habet dignitatem, & retinet primum locum, ſeu honorem inter notarios, vt late deducit, & probat Boeri. deciſi. ccxxij. nu. 13.ſed.notarij regulariter acta inter priuatos recipientes poſſunt eſſe infames. ſecundum gloſſ. in l.pedius.ff.de arb. Iaſ. in rub. C.de procuratoribus.nu.6.& Bart.vbi.ſupra.quorum opinionem ſequitur, & dicit crebriori calculo receptam per Docto.Boeri. in dicta deciſi. ccxxij.numer.7.& nono. & hoc non mirum. nam officium notariatus dicitur vile.Oldr.conſi.lxxv.& Boeri.in præcitata deciſi.ccxxij.nu. octauo. et ideo clerici officium tabellionatus exercere nequeunt, c. ſicut.ne cleric.vel mona.quoniam eſt vile,et ſeculare, ſecũdum Abb. ibi,et hoc plene explicat,et declarat.Ioan.Bernard.Diaz.in practi.crimi.cano.in capitulo.53.imo quod peius eſt,Nobilis exercens tabellionatus officium perdit priuilegia nobilitatis, ſuæ ſecundum Guid. Papæ,in q.xc.et ita voluit conſulendo. Crauet.conſ.clxiij. per totum. et clericus pariter in ſacris ordinibus conſtitutus exercendo officium hoc perdit beneficium.

## OPINIO CXCV.

### SVMMARVM.

1 *Notarius quis eſſe non preſumitur, niſi probetur verus titulus. Fallit in inſtrumentis antiqnis, vt num,2. Alij contra vt num.3.*

NOTARIVS quis nõ præſumitur,etiam ſi conficiat inſtrumenta, niſi probetur verus titulus tabellionatus, ſecundum Inno.in c.veniens,de verb.ſigni.Bal.in repeti.rub.de fide inſtru.Bar.et Alex.l. ſciendum, ff. de verb. oblig. et opinionem hanc ſequuntur etiam: et communem eſſe perhibent Alciat. in tractat. de præſumpt. reg. iij. præſumpt.xiij. numero 15. Deci. in cap. j.nu. 55. de fide inſtrumen. Boeri.deciſio xxxvj. numero 7.et ſequen.et copioſe Crauet. in tract. de antiquitate tempo. in 3. parte. num 18. Sed hoc limitatur non procedere in inſtrumentis antiquis.ſeu antiquiſsimis,in is enim opus non eſt probare, quod notarius, qui ſcripſit fuerit tabellio.cæterum propter antiquitatem temporis ille præſumitur, ſecundum Inno.in d.c.veniens,Ancha.conſ.ccxiij.Bald. in l.cõparationes. C. de fide inſtrumento.et in auth. quas actiones,in fine.C.de ſacroſan.eccle.Ant. de Butr.Abb. Deci.numero 44.cum aliis.ſeq. et cæteros in d.cap.j.de fide inſtrumen.Alexan.conſi.cj. volu. vij.Boeri. cum aliis relatis per eum,in d.deciſio.xxxvj,numero 10,& late etiam Crauet.in memorato tracta.de antiquita.tempo.in prim. parte numero 316.& latius.in iij.parte.numero.18. cum aliis ſeq.vbi præſupponit iſtorum opinionem magis communem fore,ſacrum vero conſilium Neapolit.teſte Afflict.deciſio.ccxlv. per totam. Contrarium determinare cenſetur, videlicet. quod inſtrumentum confectum præteritis.annis circiter. lxxx.requirat notariatus probationẽ,aliter non probet,ſed ſi tempus centum annorum tranſactum eſſet, tunc quippe producens inſtrumentum ex huiuſmodi ſpatio decurſo centum annorum non teneretur probare notariatũ,vt docte declarat & reſoluit Crauet. in d.iij, part.numero.18.cum aliis ſequent,

## OPINIO CXCVI.

### SVMMARIVM.

1 *Notorium allegandum & opponendum eſt, ſed non neceſſe eſt probare. Contra alij vt numero 2.*
3 *Notarium ſi ex actis appareat, opus eſt vt iudici neceſſario conſtet,*
4 *Notorium neceſſario requirit ſententiam.*
5 *Notorium quod dicatur & quotuplex.*

NOTORIVM allegãdũ.& opponendum eſt, ſed.non probãdũ,ſecundũ gloſſ. in clemẽt.appellãti de appella.quã dixit ſingularem Abb.ibi.Fran. in cap.j.de appellat.in vj.Barba. in cap.j.de offici,ordi. Iaſo.in l.ſi vero.§.qui pro rei.nu.12.ff,qui ſatiſda.cog.& commendat Rocchus Curti.in cap.fin. de conſuet. quæſt, iij.circa fin.relectionis. & Marſi.in repeti.rub.C.de prob.nu.120.& ſequuntur eã Doct.communiter teſte eodem Marſi.in l.j.§.ſi quis,nu.24.ff.de queſtio,

In contrariam vero partem inclinauit gloſſ. j. in cap.ij.vt lite non conteſta.quàm ibi communiter comprobarunt omnes ſcriben.vt refert Iaſon.in d.§.qui pro rei, num. 12. & licet notorium probatione aliqua non egeat,nihilominus vbi ex actis aliquid apparet eſſe notorium,opus eſt,quòd iudici neceſſariò conſtet,vt iudici notorium eſſe, nec ſufficit quòd oppoſitum fuit eſſe notorium, ſecundum Bald.in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, Cyn.& Bald.in l.ea quidem, C.de accuſ. & Angel.in l.j. C.qui & aduerſus quos,& iſtorum ſententiam ſcribit eſſe communem Iaſo. in dicto §. qui pro rei, numero decimotertio qui videtur contradicere Felyn.in c.ordinem, num.2.de reſcript.et Iaſo.in l.ait prætor,§.ſi damnetur. ff. de iureiur. aſſerendo notorium, quod conſtat ex actis neceſſariò allegandum non fore,cæterùm hoc non concedendum, neque admittendum eſt tanquam falſum, nam in appellatione ab interlocutoria expreſsio cauſæ nominatim requiritur pro forma, ideoque non ſufficeret appellantem in genere cauſas proponere facta relatione ad acta proceſſus,et ita in ſpecie hæc interpretantur Angel. et Alexandr. in l.vbi autem,§.illud,ff.de verb.oblig.Franc.et Deci.in cap.conſuluit, il ſecundo,de appellat. Rota Rom.deciſ.vij.in nouis, Brunus in tract.de formæ implemento, et Deci.in cap. vt debitus,numero 10. cum tribus ſequent.et iſta eſt communis opinio,vt conſtat ex congeſtis per Marantam,in tract.iudiciorum, in vj.parte iij. partis,in ij.actu.num. 141. et aduerte hic quòd ſuper notorio ſententia eſt ferenda, et ſic notorium neceſſariò requirit ſententiam ipſam, ſecundum Bald. in l. cùm fratrem, C. de his quibus vt indignis.Ang.in l.libertas, §.fin.ff.de ſtatu hominum,et omnes ſcribentes. in dicto §.qui pro rei, et gloſſ. in cap.euidentia, de accuſat.quam dixit communiter approbari Marſi. in d.rub.C.de prabation.num.244.in fin.d.numeri,ideo inoleuit cautela,vt iudex pronunciet factum de quo agitur eſſe notorium,vt not. Abb.in cap. ad noſtram de iureiur.et Card.in clem. paſtoralis, de re iudic.xvij.nota, et quod dicatur notorium, et quotuplex ſit latè declarat Iaſo. in dicto §. qui pro rei. Decius conſilio centeſimononageſimoprimo.in cauſa,et Socinus conſilio octuageſimotertio, volumine quarto,et quamplura alia notabilia memoratu digna circa materiam notorij ponit Marſil.in dicta rubrica de probation,num.216. vſque ad num.248.

## OPINIO CXCVII.

### SVMMARIVM.

1 *Nullitas ſententia opponi poteſt vſque ad 30.annos.intellige vt num.2.*
3 *Nullitate oppoſita in iudicio incidenter per modum exceptionis ſummaria non requirentis altiorem indaginem,executio impeditur.*
4 *Attentata pendente lite ſuper nullitate ante omnia reuocanda ſunt. Alij contra,vt num.5.*
6 *Nullitas quando dicatur incidenter tractata?*
7 *Nullitas ſi incidenter tractetur,tunc deſerta appellatione, poterit iterum cauſa nullitatis proponi non obſtante deſertione.*
8 *Nullitas principaliter propoſita dignoſcitur vbicunque dico ſententiam nullam.*
9 *Nullitas ſi ſimul cum appellatione proponitur principaliter, & appellatio deſeratur,non amplius locus eſt proſequendi nullitatem. Alij contra vt num.10.qua & authori magis probatur.vt num.11.*

NVLLITAS ſententiæ perpetuò opponi poteſt vſque ad triginta annos,licet ab ea appellatum non fuerit,aut appellatio ipſa deſerta ſit,ſecundum gloſſ.in cap.vnde quæritur xxxv. quæſt.ix. Bald.in l.ſcire oportet,§.fin.ff.de excuſ.tuto.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſſ.et in cap.ſæpe,de appellat. Angel. in l. ſicut, C. de præſcrip.xxx. vel xl.anno.Alexand.conſilio lix.volumine iiij. Socinus conſil.x,volu. iiij.Iaſo.in l.ij.in fin.prin.ff.de ſeriis,& conſi.xxj.vol.j.& Corn.conſilio cccij.volu.j.& hoc quòd nullitas vſque ad xxx.annos.poſſit proponi, & allegari,& non vltra,procedit quotieſcunque non vertitur periculum animæ,aliàs poſſet perpetuò agi,vt declarat Specu. in tit.de ſenten.§.iuxta,in fin.Bald.in d.l.data opera,Saly.in l. ſi præſes,C.quomodo & quando iud.Card.in clemen.j.q.xiiij.de re iud.& Philipp.in ca. dilecto,de appellat.& hinc colliguntur,proueniuntq;complures vtiliſsimi effectus,qui cum practicis nõ paruæ admodum vtilitatis quotidie eſſe poſsint, eos ponere conſtruimus, primus igitur effectus hic adducitur iſte,quòd nullitate oppoſita in iudicio incidenter per modum exceptionis ſummariæ non requirentis altiorem indaginem ad impediendam executionem ſententiæ,tunc quippe abſque dubio aliquo executio ipſa impeditur,vt voluerunt Bart.Alexan. Iaſ.& Ripa poſt alios in l.iij.§.condemnatum,ff.de re iud.Bald. in l. ab executore, num.7. C.quorum app.non recipiun.Afflict.deciſ.cclxxiij.diu eſt,& Vantius cũ cæteris citatis per eum,in tract.de nullitatibus,in c.quot, & quibus modis nullitas proponi poſsit,nu.32. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.Secundus effectus quoque adducendus, nõ minoris vtilitatis primò iudicabitur,& videtur iſte,quòd ea,quæ fuerunt attentata pendẽte lite ſuper nullitate ſunt reuocãda ante omnia,

ſecundum

ſecundum Bar. in l.j.nu.18.C. quando prouo. non eſt neceſſe,quem ſequuti ſuntPaul.ca tren.& Alex.in d.§.condemnatũ.Salv.in l.1.C.ne liceat tertio prouo.& Iaſo.in l.j.num.1.C.de bono. poſſeſ. ſecundum tabu.Contrarium vero aſſeruerũt.Inn.& Bal.in c.cum in iure,de offi. deleg. videlicet, attẽtata pendente nullitate non eſſe ante omnia reuocanda,licet nihil debeat nouari pendente nullitate:idemque voluit Ang.& Imo.in.§.condemnatum.Rota in deciſi.cclxxx.in nouis,Vitalis,in tract.clauſularum,c.nullitate pendente,& francus.in d.c,dilecto q.x. vbi ait opinionem iſtam eſſe veram,tametſi prior ſententia Bar. mihi communis videtur,ac frequentiori ſuffragio interpretantium probata. idcirco reor eam tutiorẽ eſſe, & ſeruandã fore. Adducitur, modo etiã tertius effectus. verum pro eius reſolutione adnotandum eſt quomodo nullitas principaliter, aut incidenter in iudicio tractetur,ſiquidem hoc paſsim practicis contingit. Nullitas igitur, vt iſte tertius effectus demõſtretur, dicitur incidenter tractata , vbicunque condemnatus ſimpliciter appellauit: tunc etenim deſerta appellatione ipſa poterit iterum cauſa nullitatis non obſtante deſertione proponi,ſecundum Bar.nu.10. & Imo,nu. 16.in l.ſi expreſsim, ff.de appella.Panor.nu.9.& Francum,q. lviij.in dicto cap. dilecto,& Soci.in d.conſi x. quoque omnes fatentur nec de hoc quiſquam hactenus dubitauit principaliter vere nullitas propoſita dignoſcitur vbicunque dico ſententiam nullam eſſe,& ſi qua eſt appello tunc iſtam nullitatem principaliter nõ incididenter deductam fore voluerunt Bar. nu.1.& Imo.in d.l.ſi expreſsim, Iacob.Butrigar.in l.j C.quando prouo non eſt neceſ.Anchara.in clemen.j.de appellatio. Iaſ.in l.prima,ff. de iuſti.& iure. & in l. Titiæ textores, §.j. ff.de leg. j.& Franc. in d.c, dilecto,q.xlviij. et lviij. quorum opinio communis eſt,teſte Deci.ibi, Alex.conſi.ij.vol.iij num.14 et Sebaſtiano. Vãtio. in d.c.quot modis nullitas proponi poſsit,nu.12. vbi explicat alios modos,quibus nullitatis cauſa principaliter in iudicium deducitur, habetque hoc effectum iſtum maximi momenti , quod quando nullitas ſimul cũ appellatione principaliter proponitur,et deſeratur appellatio,tunc appellatione ipſa deſerta non eſt vlterius locus proſequendi nulltatem, quaſi ſit vna et eadem inſtantia nullitatis,et appellationis,ſecundum Inn. in d.c. ſæpe Bal.in l.qui teſtamento,ff,de excuſat. tuto.Cuma,in d.l.ſi expreſsim,Salyc. in d.l.prima C. quando prouoc. non eſt neceſ.et ita in cauſa ſua propria conſuluit Io.de Amicis,conſ.vj.nu.19.cum aliis ſequen. vbi numero t igeſimoquinto , præſuponit iſtam eſſe communem opinionem.

Contrariam vero ſententiam quod in caſu hoc, non ſit præcluſa. via nullitatem ipſam probandi,et proſequendi,tenuere Bartol.in dicta l.ſi expreſſim. numero decimo, et ibi Imol.numero decimoſexto. Abb. numero nono. et Franciſcus quæſtione quinquageſima octaua in dicto capitulo dilecto,Alberic,Brun.in conſi.quinquageſimo,num, octauo,vltimæ impreſsionis.Soci,in dicto conſil.decimo,et Grãmatic conſilio ciuili, clxv. vbi profert hoc magnum et vtile verbum. ita obtinuiſſe in ſacro regio concilio Neapolitano, et iſtam opinionem ſequitur quoque Natta, conſilio tricenteſimoſeptimn , numero tertio,cum aliis ſequentibus et Couarruuias in ſua practica. cap. vigeſimoquarto.circa fin. vbi inquit communem ſibi apparere,et ita his diebus in facto obtinui.ideo huic vltimæ ſententiæ tanquam communi inhæreo.

## OPINIO CXCVIII.

NVNCIATIO fieri permittitur aduerſus abſentes, etiam inuitos,et ignorantes, textus eſt in l.j. nunciatio,in fin.ff,de noui ope, nunciatione, et ipſa nunciatio facta contra abſentes,ſeu ignorantes valet,et ligat eos,quoad effectum patientiæ præſtandæ per eos in demolitione facienda, nihilominus ratione ignorantiæ et abſentiæ eis in hoc ſubuenitur,vt demoliri facere expenſis ſuis propriis nõ teneantur, ſed expenſis ipſius nunciantis, ſi vellet opus demoliri,vt ſentiunt gloſſ.Bartolus Angelus,Paulus Caſtrenſis, Rapha.Imo. Roma. Alexand.et reliqui omnes. et vt ita dixerim totus mundus , in dicto §. nuntiatio.

## OPINIO CXCIX.

NVNCIATIO ſi fieret in loco,vbi nemo penitus reperiatur valet, et tenet abſque dubio aliquo, et dominus non teneretur ad aliquid,niſi poſt eius ſcientiam,ſecundum gloſſam communiter ab omnibus approbatam,in verſicu.factum.in lege de pupillo.paragrapho nunciationem. ff. de noui operis nunciatione, cum qua concurrunt ibi Paul. Caſtrenſis et Roma. in lectura , etiam in additionibus ſuis nouis, Paul.Caſtrenſis, in lege prima paragrapho nunciatio. eodem tit.dubitet de veritate memoratæ gloſſæ aſſerens paſſum eſſe dubium,nihilominus communis opinio eſt cum ipſa gloſſe,à qua in actu practico,ſecundum eum tutum nõ foret recedere, et ſic effectualiter cum ea reſidet.



O

## OPINIO CC.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus ad factum non poteſt ad illud compelli ſi ſuccedat obligatio ad intereſſe.Fallit ſi iuramentum interueniat vt nu.2.quod tamen non habet locum in herede iurantis.et nu.3.*

4 *Iuramẽti vinculum ex parte iurantis eſt perſonale,nec obligat heredes.*

OBLIGATVS ad factum,licet compelli ad factum ipſum nequeant, cùm ſuccedat obligatio ad intereſſe.l.ſtipul.non diuiduntur. §. Celſus.ff. de verb.oblig.& l.ſi quis ab alio.ff.de re iudi. nihilominus interueniente iuramento poſſet præciſ. compelli ad factum præmiſſum , ſecundum gloſſ.in l.ſi pecuniam.in verſic. quia iuraſti,ff.de condi.ob cauſam,Bald.in l.j.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt,& in prælud.feud.D: ꝺt.in l.ſi quis major. C.de tranſact.& Alex.conſil. 37.volum.ij.vbi dicit iſtam eſſe communem ſententiam,& ſcribẽtes omnes hoc idem aſſeuerant,in rub.de iureiur.ſed hoc non procederet in herede iurantis cùm ipſe non poſſit precisè ad factum compelli , verùm liberaretur ſoluendo intereſſe . quia iuramenti vinculum ex parte iurantis perſonale eſt,c.veritas.de iureiur. idcirco non ligabit heredem.ita notat Bald.in dict. prælud.feud.

## OPINIO CCI.

*SVMMARVM.*

1 *Seipſum occidens criminis reus,non habens heredem,punitur in publicatione bonorum.Contra alij:vt num.2.& 3. Limit.vt num.7.*

3 *Reus criminis ſeipſum poſt litem ſuper eum conteſtatam occidens, eius bona non ipſo iure,ſed per ſententiam publicari debent,*

4 *Seipſum occidens vltra hoc quod bona eius publicantur, etiam cadauer eius furca ſuſpendendum,non ſecus ac ſi alium occidiſſet.*

5 *Seipſum occidentis bona fiſcus rapere non poteſt,niſi probet quòd metu pœnæ ſe occiderit.Si tamen de crimine accuſatus vel in eo deprehenſus eſſet,heredes tenentur eius innocentiam probare ſi velint obtinere bona eius,vt num.6.*

7 *Vaſſallus ſeipſum ſi occiderit,heredes eius non ideò priuandi ſunt feudo.*

OCCIDENS ſeipſum alicuius criminis , ſceleriſve reus exiſtens,punitur in publicatione bonorum,niſi heredem haberet. l.fi.& toto tit.ff.de bonis eorum,qui ſibi mortem conſci.& tenent Iaco.de Rauen.& Pet.de Bellapert in l.ij.C.qui teſt.fac.poſ.& Io.Igne.cũ aliis relatis per eum.in l.j.§.ſi tibi.nu.109.ff.ad Syllanian.In contrariam vero partem,vt ſuſpectus de crimine vel accuſatus,vel in crimine deprehenſus,ſi mortem ſibi conſciuit,hodie eius bona non venirent publicanda,inclinarunt gloſſ.in l.j.§.j.in verſic. aduerſus. ff.de iure fiſci. & Bart.in l.j.§.fi.ff.de bon.dam.& in l.j.§.fin,ff.de bon,eor.qui ante ſent. mor.ſibi conſciuer. ver auth.bona damnatorũ.C.de bon.damna,cum ſimil.& bona iſta delinquentis circa ſeipſum lite ſuper eo conteſtata non ipſo iure,ſed per ſententiam publicari poſſunt,& debent,l.in fraudem.§.eius bona.& §.ſeq.ff.de iure fiſci, gl.& omnes communiter, & ibi Bolog.in ſecundis interpretationibus.in l.ij.C.qui teſta.face poſſ. & Bart.in l.iij.§.fin. ff. de bonis eorum, qui mor. ſibi conſci. & vltra pœnam publicationis bonorum imponendam delinquenti prædicto circa ſeipſum , cadauer eius furca etiam ſuſpenditur. & ſic punitur quemadmodum ſi extraneum occidiſſet,ſecundum Rom. & Iaſ.in d. l.ij.per text.ibi,& Carrerium latè declarantem,in practica crimi.in §. homicidij.nu.123.cum aliis ſequent.vbi hoc duobus modis ampliat, Sed iſte occiſor ipſiuſmet,niſi extitiſſet de crimine accuſatus,nec in eo deprehenſus,verùm de crimine ipſo tantum ſuſpectus,tunc fiſcus, vt bona rapiat , teneretur probare mortem conſciuiſſe metu pœnæ, non tamen impatientia doloris,ſecundum Petr. & Cyn.in l.ij. C.qui teſtamen.fac.poſſ,Bart.& alios communiter, in l.fin .§.fin.ff.de bonis eorum,qui ante ſenten,Bald.in l.fin.C.de iure fiſci.lib. x.& Ioan.Ign. in d.§.ſi tibi.num.62.

Contrarium verò reſpondendum eſſet,vbicunque erat accuſatus, vel in crimine deprehenſus,& poſtea ſibi mortem conſciuit tunc ob hanc præſumptionem,& veluti fictam confeſsionem quæ eſt contra ipſum , onus probandi eius innocẽtiam reuertitur ad heredes ipſius, vt bona mortui tueantur,ita voluit Platea,in dicta l.fi.C.de iure fiſci. & Bart.vbi ſuprà.

Contrarium tamen, vt etiam hoc caſu onus probationis fiſco incumbat voluit Ioan.Igne.in dicto §.ſi tibi.num.62. Cæterùm in actu practico tutum non foret diſcedere à ſententia Plat. & Bart.tanquam veriori.Sed præmiſſa limitantur non habere locũ in vaſallo occidente

ſeipſum,qui ob hoc feudo priuari non debet, ſecundum Bald.in c.j. quibus modis feud.amit. & Iac.de feud.in verſi.dictique vaſalli promiſerunt il primo, nu.19. vbi ait cæteros doctores tranſire cum iſta opinione, quia delictum hoc non concernit Domini offenſionem, ideò non debet nec poteſt vaſallus ob illud nec eius heredes feudo priuari.

## OPINIO CCII.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinibus ſacris inſigniri nullus debet ante legitimam ætatem, poterit tamen interim in ordine ſuſcepto miniſtrare, vt numero 2. Ampli. vt num.3.*

2 *Ordinatus ad ſacra ante legitimam ætatem, vel abſque ordinarij ſui licentia, vel ab alieno Epiſcopo, hodie ipſo iure ſuſpenſus eſt, & celebrans incurrit irregularitatem, vt nu.5.*

ORDINARI, promoueri, ſeu inſigniri ſacris ordinibus nemo poteſt ante legitimam ætatem, concilio Tridentino, ſeſsio.xxiij.ca.xj. & ſequent.ac iure Pontificio diffinitam, in clem.generalem, de ætat. & qualit.vbi glo.inquit, in verſ.obſeruantiam, ſuſceptum ac promotum ad ſacros ordines ante ætatem legitimã, non poſſe ordines iſtos exercere, niſi accedente ipſius legitima ætate, qua quidem accedente impedimentum ceſſat, ideóque poterit iſte in ordinibus ſuſceptis miniſtrare, ac eorum vſum exercere, & ſequitur Archid.& Præpoſit. in c.placuit.lxxvij.diſtinct.Imol.in d.clem. generalem.nu.8.Henricus in c.conſultationi.de temp.ordi. & omnes Canoniſtæ communiter, per illum textum, in ca.vel non eſt compos. eod.tit.& ordinatus iſte, ſeu ante legitimam ætatem promotus minimè eſt ſuſpenſus ipſo iure, verum veniret, vel foret ſuſpendendus. text.eſt clarus, & rotũdus, in d.c.vel non eſt compos, quem ita intellexêre, ac interpretati ſunt Archid.Cardin.& Præpoſit.in d.capitulo placuit. Florentin.in tertia parte, titulo decimoquarto. capitulo decimoſexto.§.decimoquinto. Henric.in d.c.conſultationi.et Alber. Trotus de vero et perfecto clerico. libro ſecundo.cap. decimoſeptimo.quorum opinionem recitat eſſe communem Præpoſit.in d.cap. placuit.& Card.in d.c.vel non eſt compos in fine.

Cæterùm hodie ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ordinatus abſque ſui ordinarij licentia, et abſque literis dimiſſoriis ab alieno Epiſcopo, eſt ipſo iure ſuſpenſus, & celebrans interim efficitur irregularis à ſolo Pontifice abſoluendus, & beneficio iure permitente priuari poteſt, vt habetur in extrauag. Pij II. exordiente, cùm ad ſacrorum ordinem, quam refert Syluest.in ſua ſumma, in verſ.irregularitas.in §.decimo quæritur.& Rebuffus, in tracta.de beneficiis, in ſecunda parte, tit.de cleric.ad ſacros ordines malè promotis, gloſſa quarta, & extrauag. iſtam obſeruari iuſſit Leo X.in ſuis regul.cancellariæ, in regula vigeſimaſecunda, & Paulus III.in regu. vigeſimatertia, & celebrans in hoc caſu contra determinationes Pontificum, & Conciliorum irregularitatem incurrit, ſecundum Abb.in capitulo ſi celebrat. de cleric. excommunica. miniſt.& iſtam ponit eſſe communem opinionem Io.Bernad.Diaz.in pract.crimi.canonica.c.xxij.poſt medium.

P

## OPINIO CCIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutor vel Curator poteſt tranſigere de iniuria vel morte patris pupilli: etiam ſi mors notoria ſit.*

2 *Minor annis poteſt tranſigere de iniuria vel morte patris abſque tutoris vel curatoris authoritate, neque poſtea locus eſt reſtitutioni in integrum, vt nu.3. intellige vt nu.6.& 7.*

3 *Minor non reſtituitur contra tranſactionem de iniuria vel morte patris.*

4 *Pax magnum bonum eſt, & nihil ea glorioſius.*

5 *Pacis cauſa tolleranda ſunt mala.*

6 *Pacem habere à minore abſque decreto iudicis an ſufficiat?*

PACEM facere poteſt tutor, vel curator de iniuria, & morte patris pupilli, etiam ſi mors notoria foret, ſecund m C.vn.in l.j.C.de integrum reſtitutio.Bal.Alber.Salyc.Paul.Caſtrenſis.num. 2.& omnes communiter, in l.pactum curatoris. C.de pactis.Ang.in l.ſi non conuitij.C.de iniur. Bald.in rubr.de treug.& pac. & in l. iuſiurandi. ff.de iureiur.Ant.de Butr.in c.j. de treug.& pace.Abb. conſilio xxxix. volu.j.& ita conſuluit Io.de Amicis, conſilio lxxxviij.numero 1.cum aliis ſequentibus, vbi ſententiam iſtam late cõprobat, & ait eſſe communem, & Franc.Turzanus quoque in opinionib.communibus, opinione xxxij.tutorem & curatorem, imò pax poteſt fieri promitti, & ſtipulari à minore abſque tutoris, vel curatoris authoritate, nec ei conceditur aliquo pacto in integrum reſtitutio aduerſus pacem, ſecundum Dy.in l.diuus.in apoſtil.ff.ad Syllani. Io.de Amicis, in d.cõſ. lxxxviij.nu.1.& ſeq.& Paul.Caſt.conſ.cxcj.vbi ponit an pax facta per minorem rumpi poſsit per eum fa tum maiorem, tiam læſus non dicitur ob multas rationes aſsignatas per præcitatos Do.& hac potiſſimum, quia pax adeò grande bonum eſt, vt in rebus humanis nihil glorioſius, nihil delectabilius, aut vtilius audiri, concupiſci, poſsiderive ſoleat, vt inquit Auguſt.in lib.de ciuita. Dei, & refert Alber.in l.j. in prin.C.de cadu.tol.vbi alia multa ſcribit de pacis laudibus.& Iac. Nouel.in pract.crimi.rubr.fi.nu.31.Imò pro pace ipſa mala tolleranda ſunt, ca.j.ecce.xxiij.q.iiij.& c.hæc quippe.iij.q. vj.& hoc de plano procedit, ſi ipſe minor feciſſet pacem, & iuraſſet non contrauenire, tunc quidem per iuramentum tenaciter obligatur. ſecundum Bald. in c.j.de pac.iuramen.firm.ante verſ.quærit ergò gl.nũquid ſi minor, & licet hoc abundè comprobatum ſit per citatos Doct.poteſt pariter confirmari per Euangelium dicens, ſi dimiſeritis peccata eorum, dimittet, & vobis pater veſter peccata, & delicta veſtra, & è contra c. qui emendat.cum ſeq.xlv.diſtinct.nihilominus intelligũtur præmiſſa cum grano ſalis in rancore, vel quòd tangatur ex remiſsione vindictæ, ſin autem propter aliquod intereſſe pecuniarum minoris, quod poſſet conſequi ex perſecutione iniuriarum, tunc quippè reſtitutio ipſa peti poſſet, & arbitror eam concedendam fore, l.j.& ij.C.ſi aduerſus tranſ.& per And.de Iſer.conſtit. obſcuritatem, de reſtit.mino. & per Lucam de pen.C.vt public.letic.lib.xij.Sed an ſufficiat pacem haberi à minore abſque decreto iudicis, vide Bal.& Saly.declarantes, & decidentes, in d.l.pactum curatoris.Bald.in l.j.ff.de pact.& in dict. rubr.de treugu.& pac.Specul.in tit.de homic.& Iacob. Nouel.in ſua pract.crim.in rubr.fi.incip.quoniam vt docet experientia, nu.18.

## OPINIO CCIIII.

PACEM haberi, impetrari. ac obtineri ſufficit ab interfectore, vel occiſore à maiori parte heredum & valet ſecundum Flor.in l.per fundum.ff.de ſerui.ruſtic.præd.Anchar.in c.ij.de iure patro.Par.Ang. Paul.Caſtr.Ruin.& cæteros Moder.in l.iiij.§.Cato. ff.de verb. oblig. Ange.in tract.maleficior, in verſi.comparent quæſiti in termino defenſionis, Boer.deciſ.cxxj.nu.3.Franciſ.de Aret. in l.pro herede.§.fin. ff.pro herede.vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem, et æquã conſulendo ait Io.de Amicis, conſ. lxxxviij. nu.6.7.et 8.et iſta maior pars heredum quomodo, et qualiter intelligatur declarant omnes præcitati Doct.et optimè Io.de Amicis, in d. conſ.lxxxviij.nu.6.

## OPINIO CCV.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum de retrouendendo factum infra certum tempus vel abſque temporis præfinitione, durat triginta annorum ſpatio poſtea vero obſtat præſcriptio, vt nu.2. Amplia vt nu.3.*

4 *Præſcribendi facultati renunciari non poteſt.*

PACTVM de retrouendendo factum infra certum tempus, vel abſque aliqua temporis præfinitione, et ſic quandocunque, ſeu in perpetuum, et in infinitum, cenſetur triginta annorum ſpacio terminatum, et venditor rem venditam reſtituto precio venditionis poteſt infra præmiſſum tempus redimere, vt voluit Ang.conſ.lv.Signo. conſ.cxxxix.Faber in l.notiſsimi.nu.14.per illum text.C.de præſcrip. xxx.vel xl.anno.Alex.cõſ.ccxxviij.vol.vj.Zaſ.conſ.xij.nu.75. Afflict.in tract.de iure protomiſeos, in verſ.licet autem.ſuprà diximus, nu.20.et ſeq.Ruin.cõſ.lxxxiiij.nu.14.vol.j.Balb.in tract.præſcrip. in iij.q.quartæ par.quintæ par.prin.et Boer.deciſ.clxxxij.nu.1.2.et 3.vbi ait opinionem iſtam fore veriorem, et communiter obſeruari, et ſequitur etiam in deciſio.ccclj.nu.6.et ſcribit quoque communem Purpura. in l.petens.nu.40.C.de pact.ſimul cum aliis ſcribentibus ibi, Cauar. in lib.variarum reſolutionum, lib.j.c.ix. nu.1. poſt alios multos relatos ibi per eum, et Follerius ſuper pragmat.de cenſibus in verſ.inſtrumento gratiæ pro conſimili precio.num.16.et ſeq.et copioſè etiam Cephal.conſilio xl.numero 2.ſed tranſactis xxx.annis præſcriptio dicti temporis obſtaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo, ſecundum omnes Docto.præcitatos, et opinio hæc procedit pariter, ſi huiuſmodi pactum redimendi eſſet iuramentum, ac dictum expreſſè vt venditor ſemper, et non obſtante quacũque præſcriptione, etc. quia facultati præſcribendi renũciari nõ poteſt, quin præſcribi poſsit xxx.annorum curriculo, vt in ſpecie voluit Ange.in d. conſ.lv, quem ſequitur Felyn.in capitulo cùm acceſsiſſent.nu.27.extra de conſt.Iaſ.

num.10.Dec.num.7.Iacobinus Claud.Aque.num.5.& Curt.Iun.nu. 13.in d.l.petens.& Dec.conſi.clxiiij.non fuiſſet propoſiti mei,& Boer. in d.deciſ.clxxxij.num.7.vbi ponit iſtam opinionem eſſe magis communem,& Tiraquel.in lib.ij.de retractu.§.j.gloſſ.ij.nume.1.& 7.vbi congerit alios quamplures huius ſententię,& Couarruuias ſimiliter, in d.c.ix.nu.7.& Cepha.conſil.xliij.ſub.num.12.

## OPINIO CCVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pactum nudum non parit actionem,limita vt nu.2.Contrarium,nu.3.*

4 *Pactum nudum parit actionem etiamſi iuramentum non interuenerit ſed ſaltem fides data ſit.*

5 *Fideiuſſor ſoluens quod nudo pacto tantum promiſſum erat à principali, repetere poteſt ſolutum.*

PACTVM nudum de iure ciuili non producit actionem.l.iuriſgentium.§.igitur nuda.ff.de pact.Ang. conſil.cxcix.ſuper puncto & Couarruuias in c.cùm in offic.nu.10.poſt medium,de teſta.&Iaffredus deciſio.cccxc.de ſtricto iure tam ciuili,quàm canonico in foro contentioſo ex pacto nudo non datur actio,& iſta eſt communis opinio,prout ſcripſimus latè in j.par.in opinione pactum nudum, de iure ciuili quæ vtiliter limitatur,interpretatúrque non procedere,quando pactum nudum iuramento præſtito confirmatur,taliter quòd tunc etiam iure ciuili actionem producit ſecundum communem opinionem apparentem ex congeſtis per Iaſo. in d.l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.nu.21.& Moder.in l.ſi quis maior.C. de tranſact.Felyn.in c.j.de pact.& ibi Fortuni.nu.25.& eiuſdem ſententiæ fuerunt Ant.& Abb.in c.cùm contingat.nu.31.de iureiur.Mattheſila ſingul.xxxvj. Cuma.Roma. Alex.& Galiaula,in rub. ff. de verb.oblig.And.ab Exea,in tract.de pact.in iiij.part.nu.422.& ſeq.&Alciat. in d.c.cùm contingat numer.245. qui audacter aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem ſed nu.242.fatetur contrariam partem,ſaltem iure ciuili magis communem fore,& idem teſtatur Iaſ.in d.l.ſi quis maior.nu.23.Salyc.& Corne.in auth. ſacramenta puberum.q. xiij.C ſi aduerſus vendit. & idem poſuimus,in d.opinio.pactum nudum.de iure ciuili poſt prin.& dato citra verum præiudicium quòd ampliatio hæc vera eſſet,ampliatur mirabiliter,vt habeat locum, etiamſi in pacto non interueniat iuramentum,ſed ſolum fuerat data fides,iuxta.c.penult.de iureiur.& ampliationem præmiſſam poſuit Afflict.deciſio.ccclxxxix.ſuper dubio tangente,vbi recenſuit ita fuiſſe iudicatum in ſacro regio concilio in cauſa Marini Medici, & Bactimi Taurellæ,& regulam,ſeu communem prædictam,in principio poſitam quòd nudum pactum minimè de iure ciuili producat actionem ampliat.in quindecim caſibus Exea,in d.tracta.de pact. & in ſexagintaſeptem aliis limitat.in iij.parte,nu.cclxxiij.cum infinitis ſeq. vſque ad fin.d.tractatus,ſed aduerte hîc ad vnum valdè vtile, quod ſi fideiuſſor ſoluit,quòd pacto nudo promiſſum eſt à principali, repetere poteſt ab eo tantundem,excuſatúrque,licet exceptionem pacti nudi non oppoſuerit,ex quo erat verecundia,ac pudor eam opponere,ita Salyc.in l.placuit. C.de iudic. Iaſ.in d. §. ſed cùm nulla. in tertia limitatio.& in lege fideicommiſſum.ff.de conditio.indebit. Abb.conſ.lx.vol.j.& Crauet.conſ.vj.nu.82.

## OPINIO CCVII.

PACTVM quòd ſcriptor ſtet in compedibus donec ſcripſerit librum ac opus perfecerit valet,& tenet ſecundum glo. in l. ſtipulatio.§.opus autem factum.in verbo ſine.ff.de oper.noui nun. & Bolo. ibi in ſecundis interpretationibus,& Spec.in tit.de renun.& concluſio.§.j.verſ.item eſt beneficium,& d.gloſ.inquit communiter approbatam Imo.in cap.ſecundo de pig.& Alex.in l.ſtipulationes non diuiduntur,nu.29.in fi.ff.de verb.oblig.Licet eam reprobet ibi, & ſic ſecundum iſtos Doct. vbicunque ſcriptor ipſe promiſiſſet in certo loco commorari,& librum præciſè ſcribere,tunc certè pactum valebit quòd poſſet cogi præciſè ad ſcribendum,& poni in compedibus,nec liberaretur præſtando intereſſe,quia videtur electa induſtria perſonæ,tamen quicquid gloſ.ſuadeat contrarium explicat teneri communiter per Doct.Alex.in l.quia tale.et l.ſequen.§. eleganter.nu.6.in fi.ff.ſolu.matri. in l.ſtipulationes commodiſſime.et in l. ſtipulationes non diuiduntur.nu.29.poſt medium.ff.de verb. obligat.cum concord.ibidem per eum ſignatis,et Ripa in l.obligatione generali.nu.9.ff.de pignorib.et iſta opinio,licet cõmunis ſit & eam ſequatur Alexand.in dictis locis,nihilominus ipſe Alexand. in dicta l.ſtipulationes nõ diuiduntur,dicit eam veriorem fore, prout veriſſimam reperio,et veritate ductus eã ſequor, ſed dato citra veri præiudicium,quòd vera eſſet opinio dicta gloſſa veniret profectò limitanda,niſi ſcriptor ipſe promoueretur ad aliquam dignitatẽ,vt not. Bald.in l.nec patronus.in iiij.oppo.C.de ope.libert.et in l. vnica.C. de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.

## OPINIO CCVIII.

PACTVM quòd ab arbitri ſententia appellari poſſit valet, & tenet,vt voluerunt Ioan.And.& cęteri omnes,in cap.cùm dilectus.de arbitr.Anton.Imol.in cap.quintauallis.de iureiuran. Dyn. Barb.Bart. Bald.& Alexand.cum aliis ſignatis per eum, numero 20. & Ripa.nu. 86.in l.nemo poteſt. ff. de legatis primo. vbi profitentur iſtam communem opinionem fore.

## OPINIO CCIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Solutionem non,niſi mediante inſtrumento probari debere vel poſſe,ſi ita inter partes conuenerit, tale pactum non valet. Alij tamen contra, vt num.1.*

PACTVM initum inter partes,quòd ſolutio probari non poſſit,niſi mediante inſtrumento,valet & tenet,ſecundum Bald. conſilio xxxiij.volum.j.Alber.poſt alios quam plures,in l.ſi quis in conſcribendo.num.12.C.de epiſc.& cleric.& Fulgoſ.conſil.cxx. & conſil.ccviij. & Auguſt.Beroum,in cap.ſicut.nu.80.de probationib.

In contrariam verò partem,videlicet,quòd pactum hoc,vt ſolutio probari nequeat,niſi per ſcripturam, non valeat, inclinarunt gloſſ.& ibi Ang.in §.propterea.in authen.vt ſine prohi.ma. debit.Spec.in tit. de probationib.§.videndum.verſic.ſed pone. Hoſtien. in Summa, de renununcia.§.quæ poſſunt.verſi.quid de pacto.Ioan.Andr.Ant.Imol. & Abb.in cap.ſi diligenti.de foro compet.ſuper gl.j.Bart.& Angel.in authent.iubemus.C.de iud.Cyn.in l.penult. C. de pact. & Afflict. in proœ.conſtitu.q.xij.& iſta eſt communis opinio,teſte Anto.de Cana. in tract.de exec.inſtru.quæſt.xxxvj.num.75.Imol.in dicto cap. ſi diligenti.Marſil.in repeti.rubr. C.de probationib.num.44.cum aliis ſequentibus.& Follerio in pragmatica de cenſibus , in verſi. quæ quidem exequutio nullo falſitatis, nu.57.& ſeq.in quibus locis congerunt alios Doct.eiuſdem ſententiæ,& ego eam tanquam veriorem,& communiorem ſequor.

## OPINIO CCX.

Pactum expreſſum factum ab ingrediente monaſterium in profeſſione ipſa regulæ manachis,quod liceat ſibi retinere proprietatem aliquorum bonorum,vitiat in totum religionis ingreſſum,& ſic profeſſionem emittens reſeruata ſibi proprietate bonorum nihil agit,& ex hoc denique vitiatur in totum actus,ſecundum gloſſ.in cap. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. & alios congeſtos per Iaſon. in authent.ingreſſi.numero.33.C.de ſacroſanct.eccleſ.quorum opinionem ſequitur Deci.in cap.cum M.Ferrarien.numero 67.de contu.& Alciat.in l.j.§.ſed ſi mihi Pamphilum.num.19.ff.de verb. obligat.vbi pariter ait iſtam eſſe communem ſententiam, & totum mundum ita tenere fatetur.Anton.de Butr.in dicto cap.cùm M.& magis communem præſupponit Barb.conſil.ij.vol.j.& eandem amplectitur,tuetur, fulcitúrque, & ſcribit communem Andr. ab Exea in tract. de pact.in tertia parte.num.150.

Contrariam verò opinionem, videlicet quòd pactum , ob quod monachus reſeruauit tempore ingreſſus ſibi bona,non valeat , ſed tamen ingreſſus,& profeſſio valida remaneat tenuerunt gloſſ. in dicta authent.ingreſſi, & alij innumeri relati per Iaſon. ibi,num. 30. & 37.vbi tranſit cum iſtorum opinione & exprimit communem eſſe, et ſequitur quoque Ripa, in dicto cap. cum M. tamen quicquid Doctor.iſti ſuadeant, & teneant ob hoc difficile foret obtinere in actu practico contra primam opinionem relatam, quam, tanquam communiorem, & ſuſtentabiliorem ſequendam eſſe in iudicando,conſulendóque ſuadeo.

## OPINIO CCXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Promiſſio ſub dubio fortunæ euentu facta tenet.*

2 *Dubius euentus non facit contractum illicitum.*

3 *Opiniones illæ tenendæ ſunt,quas prudentes commendarunt.*

4 *Caſus incertus & dubius licitum facit quod alias reprobatur.*

PACTVM, conuentio,ſeu promiſſio facta ſub futuro fortunæ, vel conditionis euentu,videlicet,ſi nauis ex Aſia venerit,ſi Martinus fuerit creatus Pontifex hoc anno,vel ſi Gregorius non moriatur intra menſem,promitto darę centum, ſiue aliæ ſimiles conuentiones, quas nos Itali appellamus ſcommeſſe , teſte Stracca , in tractatu de mercatura.in fine primæ partis,in tit.de ſponſion.in princip.num.1. & ſeq.& Hiſpani Apuæſtas ſunt validæ.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit.

ff.de

ff.de verb.oblig. quoniam dubius euentus non facit contractum illicitum.text.eſt,& ibi Paul.de Caſtr.in l.in naue.ff.locat.& Alex.in l.à Titio.ff.de verb.obligat.vbi ſcripſerunt tales conuentiones à futuro fortunæ euentu pendentes omninò eſſe licitas,& validas,& ſequitur Ioan.de Ana.in cap.nauiganti.de vſur. Marian.in cap. inter dilectos. quæſt.vj.de exceſ.prælat.& ita deciſum,ac determinatum extitit Florentiæ in facti contingentia,ſecundum Paul.de Caſt.in d.l.à Titio.& ſic conſuluit quoque Deci.conſil.cxv.nu.2.& ſequen.vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem, & idem fatetur, ſequitúrque Paris de Puteo,in tract.de ludo.num.36.& ſeq.quamuis Paul.Caſt.in l.ſi quis cum debitore.ff.de iureiur. aſſeuerauerit quod euenerat Florentiæ quæſtio de vno,qui decem promiſerat ſi die ſequenti plueret, & ob hoc requiſitus in ea quæſtione conſuluere noluit,& penitus recuſauit,& Caccialupus,in tract.de ludo.quæſt.iiij.num.23.cum aliis ſeq. minimè auſus fuit dictam quæſtionem terminare,aſſerẽdo ibi,quòd in hoc intelligere cuperet opinionem prudentium laicorum, quia intellexit in ſcholis publicis à quodam clariſſimo iureconſulto,quòd opiniones illæ tenendæ ſunt,quas prudentes commendarunt, Sanctus verò Thomas de Aquino, in ij. quæſt. xxxij. artic. vij. ſequutus eſt communem prædictam, vbi concludit quòd poſſum promittere centum ſi plura puncta à fortuna habueris,quàm ego,& dictum hoc referunt,& amplectuntur Imol. & omnes Canoniſt. communiter in cap.penult.de vita & honeſt.cleric.Barb.conſ.lxv.lib.iij.& Afflict.deciſio.ccclxxxix.ſuper dubio,nu.3.& ſeq.licet &malè Stracca. in d.tit. de ſponſion.in verſi.quæritur an ex ſponſione.num.1.& ſeq.ſenſerit contrarium. caſus enim incertus, ac dubius licitum reddit, & facit quod aliàs reprobatur.d.cap.nauiganti,& facit quod notat Cyn.Bal. & alij.in l.ſi ab actione.C.de vſur.& iſta eſt vera, & communis opinio Legiſtarum, Theologorum, & Canoniſtarum, & ab ea in iudicando,conſulendóque recedendum non eſt,ſecundum Dec. in dicto conſil. cxv.nu. 4. & obligati ſecundum tenorem dictarum conuentionum tenaciter ſoluere tenentur abſque dubio aliquo, vt firmarũt omnes Doct.præcitati,imò in foro conſcientiæ quæſita ex pacto, & contractu prædicto neceſſariò non ſunt reſtituenda in foro,ac in iudicio conſcientiæ,ſecũdum omnes Theologos,communiter tractantes caſum iſtum,quos recenſuimus ſuprà,in verſic.ludum. inter alia crimina,poſt modum.

## OPINIO CCXII.

PAPA non poteſt de aliquo crimine accuſari,conuinci,ac damnari,etiam ſi delictum notorium & ſcandaloſum foret,& ipſe incorrigibilis eſſet, niſi de crimine hæreſis veræ, propriæ, & vbicunque dubius eſſet in fide,ac in tenui articulo fidei etiam erraret, iuxta c.j. de hæretic.cum l.ij.C.eod.tit.& hoc tenuerunt glo.in can.ſi quis pecunia.lxxviij.diſtinct.& in can non nos.xl.diſtinct.Imo in ca. licet.de elect.& Præpoſit. in can.ſi Papa.xl.diſtinct,aſſeuerans iſtam eſſe communem opinionem omnium Theologorum, & idem profitentur Modern.in cap.at ſi clerici.de iudi. & Ioan. Nicolaus Arelatanus, in tract.de hæretic.in duodecimo notabil.num.1.et ſeq.

Contrarium verò voluit audacter,et expreſſe gl.in d.c.ſi Papa.quando Pontifex in crimine notorio, et ſcãdaloſo eſſet conſtitutus,quam inquit ſingulare Barb.in d.c.at ſi clerici nu.151.et ſeq.Panor.in tract. de conſil Baſil.Rom.conſi.dxxiij.et Bellame.in d.ca.ſi Papa. Zabar.in tract. de ſchiſmate. verſi. quintus modus.in fi.et Pan.in ſua diſputa. exordiente.Epiſcopus.vbi ait quod totus mundus approbat d.gloſſ. Sed quæſtionem iſtam diffinire,ac determinare ob varietatem Doct. non auſus fuit Ioan.Nicol.Arelatanus in loco præcitato,ipſe verò ne permaneam vt pecus ante tonſorem ſequor primam opinionẽ omnium Theologorum communem omiſſo omni multiloquio, et eam comprobarem veriſſimis rationibus,tamen certè antiquorũ ingenia ita fuerunt illuſtria,ꝙ nullum nobis relictum eſt ocium dicendi nouã,vnde curioſi poterunt videre rationes,et fundamenta vrgentiſsima,veriſsimáque citata per d.Doct.hanc partem amplectentes.

## OPINIO CCXIII.

Papa cum mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo,includitur beneficium,quòd vacabat tempore datæ,ſecundum gl. in clem.j.de conceſ.præben.in verſic.notitia.nam beneficium ipſum, quòd tempore datæ vacabat,vacauit quoque in futurum antequam eſſet alteri collatum,et hoc verum eſt abſque diſtinctione aliqua, et per conſequens ſiue Pontifex ſciuerit beneficium vacare,ſiue non,et cum d.gloſſ.ſentiunt ſimpliciter,et indiſtinctè Canoniſtæ omnes; et idem voluit gloſſ.in cap.ſi poſtquam.de elect.lib.vj.communiter approbata,cum qua etiam tranſit Imol.in l.ſi ita legatum eſſet.de condi.et demonſtrat.et in l.hoc articulo.de heredi.inſtituen. Lap.et Dominic.in cap.ſi propter.de reſcript.in vj.et Soc.in l. hæc conditio.§. fin.de condi.et demonſt. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,quamuis aliqui aliter ſenſerint,de quibus ibi per eum,et Alex. in l.Titius.§.Lucius.de liber.et poſthum.

## OPINIO CCXIIII.

### SVMMARIVM.

*1 Papa non habet iuriſdictionem in terra regis,quoad temporalia.*
*2 Papa non poteſt legitimare in terris Imperij,quoad prophana.*
*3 Imperator non poteſt legitimare in terris Eccleſiæ.*
*4 Legitimatio vt teneat,neceſſariò requiritur perſonam, & bona eſſe in terra legitimantis.*

PAPA in terris regis non habet iuriſdictionem quoad temporalia:vt in cap.per venerabilem. §.rationibus. et ibi Innoc. et cæteri qui filij ſint legitimi,et Hoſtien.Ioan.And.et alij,in cap.cauſam.il ſecundo. eod.tit.et hinc eſt quòd Pontifex in terris imperij quoad prophana legitimare non poſſet,nec Imperator in terris eccleſiæ,ſecundum præcitatos Doct.ideò ad hoc,vt teneat legitimatio hæc, neceſſariò requiritur perſonam, bonáque eſſe in territorio legitimantis, ſecundũ opinionem Bald.in l.eam quam.C.de iure aureor. annulor. Abb.et omnium communiter, in d.cap. per venerabilem. Anchar.in cap.j.de ſponſal.et conſil.cccxx.quam ſequitur,et limitat Ægid. Boſſius:in pract.crimin.in tit.de Principe,et priuilegiis eius,num.183.et Corn.cum ſignatis per eum conſil.ix. num. 4.volum. iiij. et conſil.j. num.9.volum.iij.vbi oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam, et Ægidius pariter vbi ſuprà,et copioſius cum aliis congeſtis per eum Couarruuias in epito.in ij.parte cap.viij.§.viij.num.14.et ſeq.vbi refert alios Doct.&.omnes in contrariam partem inclinantes.

## OPINIO CCXV.

### SVMMARIVM.

*1 Pater & filius ſimul confitentes dotem recepiſſe, vnuſquiſque tenetur pro dimidia parte.*
*2 Maritus & vxor ſimul confitentes dotem,vel precium rei dotalis recepiſſe,tunc totum precium præſumitur ad manus mariti perueniſſe.*

PATER & filius confitentes in eodem inſtrumento recepiſſe dotem,vnuſquiſque tunc tenetur pro dimidia,& ad quemlibet pro dimidia iſtam dotem intelligitur perueniſſe, & quilibet ipſorum pro rata tenetur,ſecundum Dyn.Bartolus Baldus Imola et Alexand. in lege ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſſimo.ff.ſoluto matrimonio. Baldus in principio et Innocen.in lege ſi cõſtante eodem titu.Rom. Imola et Alexand.in lege eos.§.cùm in tabulis.per text. ibi.ff.de duobus reis.et iſtorum opinionem meminit eſſe communem idem Alexand.in addi.ad Bartol.in lege duobus.§.primo eodem titulo. et approbat,et communem inquit quoque Boerius deciſio. vigeſimatertia numero decimo et ſequitur Ruinus conſilio quinquageſimotertio numero decimoſeptimo poſt medium volumine ſecundo Sed vbicunque maritus,et vxor confiterentur habuiſſe precium rei dotalis venditæ tunc totum precium ad manus ipſius mariti perueniſſe præſumeretur,vt per Bald. in authentic.ſi qua mulier. C.ad Velleia. Baldus nouellum in tractat. de dote in ſeptima parte priuilegio primo et Crauetius conſilio xcj.numero vndecimo in quibus quidem locis iſtam opinionem communem eſſe perhibent.

## OPINIO CCXVI.

PATER poteſt remittere iniuriam factam filio, etiam ex lege Cornelia deſcendentem eo inuito, et ſic patri competit actio iniuriarum,et remiſſa per eum iniuria filio facta non datur amplius actio eidem filio imò ea.remiſſio præiudicat ſibi et fratribus,vt voluerunt gloſ. Iac. de Aretin. Bartolus Angelus et Albericus in lege ſed et ſi vnius.§.filiofamilias.ff.de iniuriis,per illum textum et iſtorum opinionem approbat,dicit eſſe communem,et limitat in quatuor caſibus Boeri.deciſio.cxx.numero primo ſecundo tertio et ſexto: Paris de Puteo in tracta.ſindicatus in ver.compoſitio.capitulo fin.nu.6. et ſeq.Ioannes de Amicis conſilio lxxxviij.adeò quod pax,et concordia facta per patrem cum iniuriantibus filium rite dicitur facta,et nocet filio ac aliis conſanguineis, à quibus omnibus rata haberi debet, pro quo facit textus in capitulo quintauallis,ibi pro offenſa, quam filiæ ipſius et inquit Baldus in prin.de iureiuran.et Iaſ.in l.in perſona ff.de pact.et facit optimè deciſio Capellæ Toloſ.ccxlj.cùm ibi congeſtis.ſed aduerte quod ſi pater remiſiſſet iniuriam factam filio, mater tunc poſſet accuſare abſque dubio aliquo,ſecundum Salic.in l. vxor. C.qui accuſa.non poſſ.et Aflict.in conſtitut.Neapoll.exordiente ſummo periculo,in ix.nota.et Folleriũ,in pract.criminali. in ſecunda par. ij.partis,in verſic.audiantut exceptiones proponendæ per eos,nu.20 vbi aſſerit ſe ita vidiſſe iudicari.

OPIN

## OPINIO CCXXV

### *SVMMARIVM.*

1 *Filium vendere vel pignori dare licet patri propter oppreſſionem famis Limit. in filio presbytero, vt nume. 2. & in patre captiuo. vt nu. 4.*
3 *Filius venditus à patre, poteſt agere contra patrem ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
4 *Pater captiuus non poteſt filium in ſui locum dare obſidem.*
5 *Filius tenetur potius liberare à morte. ſubuenire patri quã filio proprio*

PATER poteſt vendere filium vel pignori dare etiam inuitũ propter neceſsitatem, & oppreſsionem famis. l. ij. & ibi glo. Bal. & omnes. C. de patribus, qui fi. diſtra. & voluit quoque glo. in ca. iij. alias ſi quis ex defurtis, Inno. & Abb. in c. nónne. de præſumpt. Bar. in l. qui filios. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. Bal. nu. 4. & Abb. nu. 7. in c. ex reſcripto. ex. de iureiu. Ioan. de Amicis conſil. cv. nu. 3. Imo. in l. j. num. 6. ff. de vulga. Bald. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. vbi inquit glo. in dicta l. ij. eſſe ſingularem. & communiter approbatam, & receptam aſſeuerat Couarruuias, in lib. iij. variarum reſolutio. cap. xiiij nu. 4. in ij. nota. & Ripa, in l. obligatione. ff. de pigno. nume. 13. & ſic hoc caſu duntaxat patri licitum, permiſſúmque eſt proprium filium vendere, ſeu pignori dare, ne mendicitatis prætextu fame pereat, quoniam legitur Nehemiæ, cap. v. quòd populus fame oppreſſus ait, filij noſtri, & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis, accipiamus pro precio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus, vt refert Tiraq. de tracta. conſang. §. xxvj. gloſ. j. numero 15. ſed hoc non procedit in filio presbytero, quia ob famen eum vendere non poſſet pater, ſecundum Hoſt. & Ioan. And. in c. iudæorum, de æta. & quali. quos ſequuntur omnes cõmuniter ibi. Ioan. de Ana. in d. c. iij. Marſi. ſingu. cj. Gerard. ſing. vltimo nume. 16. Riminal. in rub. quibus aliena non licet, nume. 158. in inſtitutio. & Couarruuias, in d. c xiiij. nume. 4. in v. nota. vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem, & Marſil. in repeti. rub. C. de fideiuſſo. nume. 143. & iſte ſic venditus à patre poteſt agere contra patrem, vt eum redimat, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, & per conſequens ceſſante paupertate. ſecundum Bald. in d. c. ex reſcripto, in fin. quem ſequitur Fel. in c. cum dilecta, de reſcrip. Deci. in l. quæ propter ff. de regu. iuris, & Marſil. in d. ſing. cj. in fi. & in l. vnica. nu. 32. C. de rap. virgi. item limitatur non habere locum præmiſſa communis ſententia in patre captiuo, cui loco ſui permiſſum non eſt filios obſides dare ſecundum Cyn. Saly. & cæteros communiter, in d. l. ij. & Ripam in d. l. obligatione, nume. 14. & ſeq. vbi ait opinionem iſtam communem fore, & ſequitur, & declarat, ſed filius (aduerte hic vtiliter) haberet vnum ſolum panem tempore oppreſsionis famis, haberétque filium & patrem vtroſque morientes ob neceſsitatem, tũc debet prius & potius ſubuenire patri, quàm filio, & ſic illum panem dare tenetur patri, vt fame prius filius, quam pater pereat, ſecundum Cyn. Alberic. Saly. et Ange. in l. ij. C. de patri. qui fili. diſtra. et Io. de Amicis. in d. conſi. cv. numero primo et ſequen. vbi replicat iſtam eſſe communem opinionem, et ita circa hoc ſemel interrogatum fuiſſe.

## OPINIO CCXVIII.

PATER donans filiam ac ſtipulans ei dotem profecti etiam reddi, ſi abſque filiis decederet relicto dicto patre matre, fratribus, & ſororibus, tunc ſolus pater ſuccederet excluſa matre fratribus ipſis, & ſororibus, & ſic ſolus pater admittitur in dote prædicta, ſimul ac in aliis bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiáque paterna prouenientibus, ſecundum Bar. nu. 36. Io. de Imo. in fin. Roma. Iaſ. nu. 105. cum aliis ſeq. & Hercula. in fin. in l. poſt. dotẽ. ff. ſol. matri. Bar in auth. itaque, nu. 2. C. communia de ſucceſsio. et conſi. xviij. in fin. Bald. et Ange. in l. quod ſcitis. §. ſin autem. C. de bonis quæ liber. Roma. cõſi. xl. Abb. conſi. lxxv. in fi. volum. ij. Ancha. conſi. cccxlix. Guid. Papæ conſi. 50. Bald. conſi. xxxvj. & cvj. vol. ij. Alex. conſ. cl. vol. ij. vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem, & Crauet. conſi. clxxvj. num. 1. cũ aliis ſeq. idémque firmat Boer. deciſio. cxcij. ſub nu. 5. Rubeus conſi. lxxix. qui pro iſta parte conſuluit, & Tiraquel. in tracta. de retractu conſanguineorum. §. xiiij. nu. 12. dixit opinionem præmiſſam receptam eſſe apud gallos, & ratio aſsignatur iſthæc, nam in bonis à linea paterna quæſitis pater ipſe preferendus eſt, omnibus in ſucceſsione ab inteſtato: vt eſt tex. ſecundum vnam lecturam, ſeu intellectum, in d. §. ſin autem quẽ approbat ibi gl. Bar. Ang. Pau. caſtren. Alex. in addi. Bald. & Pariſi. in ad. Bar. vbi exprimit magis cõmunẽ fore, idémque aſſeuerat Alex. in d. conſi. cl. ſed quando bona proueniunt à matre, vel latere materno, tũc mater ipſa, ſeu parentes ex parte matris in bonis filij preferuntur. vt voluerunt omnes doct. præcitati. In cõtrariam vero ſententiam. ſ. quod pater. & mater debeant æqualiter ſuccedere inclinauerũt Cy. Ray. Bal. ſibi cõtrarius. Saly. Fulg. & per Corne. per tex. i. ibi in authen. defuncto. C. ad Ter. Dy. in d. auth. itaque. Cuma conſi. cxxij. cõſulendo, Capr. etiã cõſ. xxxiiij. & Corn. conſi. xciiij. vol. j. & cõſ. clxv. vol. iiij. eiuſdémque opinionis fuerũt Nico. de Vbal. in tracta. de ſucceſ. ab inteſt. in ij. par. & alij congeſti per Tiraq. in d. §. xiiij. nu. 13. & Couarruuias in epitom. in iiij. lib. decretalium. in tit. de ſucceſſio. ab inteſtato, nu. 1. poſito poſt tit. de teſtamen. & partẽ hanc fatetur ex ſeipſo indicio meo cõmunem eſſe Bal. in d. conſi. xxxj. vel xxxvj. vol. j. & retulit Couarru. vbi ſuprà, tamen quicquid iſti docto. ſuadeant fatuum foret in actu practico recedere ab opinione præmiſſa Bar. & ſequacium, quæ communis quidem, vera, rationabilis, & æqua apparet ex ſupra relatis, ac eam limitat Couarru. in d. tit. de ſucceſſio. ab inteſta. nu. 2. in fin.

## OPINIO CCXIX.

PATER hodie in aduentitiis filio ſuo efficaciter obligatur, & ſimiliter filius poteſt patri obligari, cũ materna, & aduẽtitia quærere valeat, & inter ſe tenaciter, atque efficaciter obligantur, ſecundũ Bal. Sal. Pau. caſtrẽ. & Corne. in l. iubemus. §. in ſupradictis. C. ad Treb. gl. Bar. Caccialupum, nu. 39. & Iaſ. nu. 37. in j. lectu. in l. frater à fratre. ff. de condi. vbi oſtendit iſtam communem opi. fore, & ei inhæret quoque Alex. conſi. clxxxv. nu. 6. lib. vj. & Crotus, in l. ſi conſtante, in ſecũda repeti. nu. 120. ff. ſolu matrimo.

## OPINIO CCXX.

PATER habens filios, ingrediénſque religionem non perdit vſumfructum aduentitiorum, & maternorũ, & ſic vſusfructus acquiritur monaſterio per totum tempus vitæ ipſius patris, ſecundum gl. Cyn. Bar. nu. 42. Alberi. & Roſel. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. gl. Bal. Fulgo. Pau. caſtren. & corn. in authen. idem eſt. C. de bonis quę lib Inn. Deci. nu. 256. & ſeq. et Auguſti. Beroum, nu. 529. et ſeq. in c. in præſentia, de probatio. Spe. in titu. de ſta. mo. §. j. q. xlvij. imo. in l. cum filio. ff. de leg. j. Cæpol. conſi. xxij. num. 4. et cum opinione hac pariter concurrunt profitendo eam communem eſſe Alex. conſi. cxxxix. vol. ij. nu. 5. Soc. cõſi. x. vol. j. num. 20. Gomeſ. in l. xlviij. tauri. nu. 8. Pinel. in l. j. par. nu. 49. C. de bon. mater. et Crot. in l. Gallus. §. et quid ſi tantu. nu. 30. ff. de libe. et poſthu. et ita iudicatũ extitit in curia parla. delph. teſte Guid. Papæ deciſi. dcxv. ſi vſufructuarius. cum Cõtraria verò opinione, videlicet, vſumfructum ipſum ſtatim conſolidari cũ ſua proprietate, reuertique ad filium, atque in totum extingui tranſiuere Martinus Silenianus Cyn. et Dyn. in d. authen. idem eſt, et ibi etiam Saly. et Iaſ. nu. 48. in d. authen. ingreſſi. Marſi. ſingu. dclxviij. Riminal. in §. j. nu. 128. inſti. per quas perſo. ius nob. acqui. et Couarru. in c. ij. nu. 8. de teſtamen. vbi cum aliis relatis per eum oſtendit iſtã eſſe communem opinionem, quam tanquam æquam, atque optimis rationibus vallatam per memoratos docto. ſequi non erubeſcam.

## OPINIO CCXXI.

PATER vſumfructum bonorum, quem in filij ſui bonis habet non perdit aliquo pacto per monachiſmum, vel clericatum ipſius filij, et ſic vſusfructus bonorũ, quæ filiofamilias clerico, ſeu monacho effecto acquiruntur ipſi patri competit, ſecundum Spe. in tit. de ſta. mo. §. j. verſi. quæritur, Abb. in c. cõſtitutus, de in integ. reſti. Saly. Fabrum, et Iaſ. nu. 48. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. Imo. in c. quia ingredientibus, de teſtamen. Deci. nu. 246. et ſeq. et Aug. Beroũ, nu. 525. cum aliis ſeq. in cap. in præſentia, de probatio. et iſtorum opinionem ſequuntur etiam cum aliis ſignatis per eos, atque communem eſſe perhibent Couarru. in c. quia nos, nu. 2. de teſtamen. et Vaſquius, in tract. de ſucceſſionum proceſſu, titu. qui teſtari non poſ. li. j. §. j. numero 41.

## OPINIO CCXXII.

PATER eſt legitimus adminiſtrator iure hodierno in dote profectitia filiæ, licet cum ea nullam communionem habeat, & queritur in huiuſmodi dote patri vſusfructus, et ſic dicitur vſufructuarius, ſecundum gl. communiter receptam ab omnibus doct. in l. cùm dos. ff. de pact. dota. Soci. et Moder. in l. ij. §. quod ſi in patris. ff. ſolu. matri. et iſta eſt communis, et vera concluſio, ſecundũ Curti. Iun. cõſ. clij. nu. 3.

## OPINIO CCXXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pax non ideò rumpitur quod forte poſtea noua rixa ſuperueniat, idem in treuga, vt nu. 3.*
3 *Treuga non dicitur rupta propter nouam cauſam ſuperuenientem.*

PAX non dicitur rumpi ex noua cauſa ſuperueniente, et ſic pax ipſa ex noua occaſione, ſeu rixa, rupta non cenſetur. l. qui ſeruũ. ff. de ver. obli. doct. no. Bar. quoque. Ang. et Alex. in l. qui inſulam. ff. de ver. obli. Bal. in c. j. in princ. de pac. tenen. Roma. Alex. et cæteri, in l. ſemel

mora.

mora.ff.ſol.matri. Ant.& Imo.in c.cum inter P.de renun.Abb. &Fel. 2 in c.j.ex.de treug.& pace,Pariſ.conſ.clxiiij.et ſeq.vol.iiij.et iſtorum ſententiam deducit eſſe communem Alex.in d.l.qui inſulam , et Petrus de Benintendis deciſio.lxv.nume.2.Secus verò,in treuga,quæ quippè ex noua cauſa rumpi videtur.ſecundum Vincentium,et Fely.in d.c.j. de treug.et pa.Io.And.in add.Spec.in rub.de treug.et pa.circa fin.Archi.in c.hij qui.xxiiij.q iij.Iaſ.cum aliis ſignatis per eum,in d.l.qui ſeruum,et iſtam opinionem inquit de conſuetudine obſeruari Imo. in d.l.qui ſeruum.cum aliis congeſtis per Petrum de Benintendis , in d. deciſio.lxv.nu.3.et communem eſſe conſtat ex aſſertione Alex. in d.l. qui inſulam,num.4.et de iure ſcribit procedere Iaſ.conſ.lxx. nume.5. volu.ij.Sed pro parte contraria,videlicet,quod ex noua cauſa treuga rupta non dicatur,ſicut pax ipſa conſuluit Corne. conſilio clxxv. et ſeq.volu.j.et Rota Bononienſis per plures rationes,& authoritates ita determinauit, teſte Petro de Benintendis,in d.deciſio. lxv. nu.4. cum aliis ſeq.& in effectu hæc vltima opinio quòd treuga ex noua cauſa nõ rumpatur verior eſt.

## OPINIO CCXXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pace vel treuga ab vna parte rupta,non licet alteri parti ſimiliter rumpere impune. Alij contra vt nu.2.*

3 *Pacem iuramento firmatam frangens occidendo vel vulnerando,pœna mortis naturalis puniendus eſt.*

4 *Treuga comprehenſum offendens,treuga ipſa durante,puniri debet amputatione manus.*

PAX,vel treuga facta.ac rupta vna parte, & terminis ſic ſtantibus alteri parti non licet illam rumpere ſine pœna,& incurſione illius,adeò quod ipſam pacem,ſeu treugam rumpere nó poteſt,nec debet impunè, ſecundum Archi.in c.illi vigeſimaquarta quæſtio.iij.Io.And.in add.Spec.de treuga,& pace,Ang. Pau.Caſtren.et vtrunque Raphaelẽ in l.qui ſeruum.ff.de verbo.obli. Bal.in rub.de treuga,et pa. Ange. et Imo.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.ob.Io.And.Ant.et Fel.in c.peruenit,il ij.de iureiu.Marſi.conſi.xxj.volu.j.et ita in terminis conſuluit Maria.Soci.conſi.xxvij.Ianuenſium dux.In contrariam verò partem inclinauit Abb.in d.c.j.de treug.et pa.quod impunè ille,cui eſt fracta pax, aut treuga poſſet eandem frangere,quia illam non frangit ſed fractã inuenit,et licet aliqui docto,inhæreant Abb.ſententiæ,tamẽ quicquid iſti ſuadeant opinio Archid.et ſequacium eſt communis, et de conſuetudine potius,quàm de iure obſeruatur,teſte Rapha.in d.l.qui ſeruum:et eam ſequendam fore in iudicando,conſulendóque tanquam communem,et tutam hortamur.Et aduerte quòd pacem iuramento firmatam frangens occidendo,vel vulnerando pœna mortis naturalis puniendus eſt.c.j.§.ſi quis hominem, de pace tenen.vel violatoribus.Item offendens aliquem de comprehenſis in treuga,treuga ipſa durãte puniri debet in pœnam amiſſionis manus.§.coges. auth. de mand.princip.ita quòd punitur in ipſo membro, cum quo deliquit,auth.omnes peregrini,C.communia de ſucceſſio.et d. §.ſi quis, et ita tenet Bonifacius de Vitellinis,in tract.maleficiorum,in rub. de treuga.nu.5.et ſeq.circa fi.d.tract.

## OPINIO CCXXV.

PIGNVS prætorium quod capitur ob rei non comparentis contumaciam,cùm non reperiatur tempus præfixum in iure, quando vendi debeat,et poſſit,ideò relinquitur arbitrio iudicis infrà quãtum tempus tale pignus vendi poſſit,ſecundum docto. omnes, in l.cum proponas.C.de bon.auctor.iudi.poſ.Bar.et alios,in l.ſi finita.§. Iulianus.ff.de dam.infec.Alex.et Iaſ.in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudi. et Iaſ.in l.debitoribus,nu.4.in fi.eo.tit.vbi ponit iſtam eſſe communẽ opinionem,et Neguſantius in tract. de pignor.et hypo. in v.parte.j. membri nu. 8. et aduerte quod pignus prætorium illud dicitur. quod datur per iudicem in cõtumaciam rei ex primo decreto: ſequuta tamen immiſſione.vt eſt tex.et ibi not.Bar.in l.nen eſt mirum ff. de pigno.actio.

## OPINIO CCXXVI.

1 PIGNVS conuentionale, quando aliud non conuenitur inter partes creditor debet expectare biennium à tempore moræ numerandum prius quam illud alienet, et ſic elapſo biennio illud vendere poteſt tex.eſt in l.ſi.§. ſancimus C.de iu.do. impe.et hoc firmant gl. et omnes communiter in l.debitoribus. ff.de re iud, et iſtorum opinionem ſequuntur tuentur.et dicunt eſſe communem ibi Alex.nu.6. et 27.et Iaſ. nu. 5.et ſeq.et licet in aliquibus caſibus inter ſe conueniant pignus conuentionale,et pretorium vt late explicat et interpretatur Neguſantius.in tract.de pignori,et hypoth.in iij.par.ij.membri nu.29.cum multis ſeq.tamen ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale ,et pretorium vtiles, veras, et neceſſarias, et pignus hoc conuentionale conſtituitur inter abſentes,et contrahitur quoque quibuſcunque verbis,etiam abſque ſcriptura.item conſtitui poteſt de nocte,et in multis aliis caſibus relatis,et plene probatis per Neguſantium,in dicto tracta. de pignori.et hypo.in iij.part.j.membri,nu.2.cum aliis ſeq.

## OPINIO CCXXVII.

POLLICITATIO,quæ eſt vnius promiſſio abſenti, non præſenti facta,de iure canonico actionem & obligationem inducit. & ſic iure iſto actio oritur,& conceditur ex pollicitatione.text.eſt in capitu.iuramenti.xxij.quæſtio v.& concluſio hæc probatur,ſecundũ Abb.ibi in c.qualiter.de pact.quàm latè tuetur Fortu.in l.j & ſeq. ff. de pact.ſed Panor.titubanter,& parum ſibi conſtans,in c.inter vniuerſas,de elect.voluit Contrariũ quod iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur,cuius opin.ſequuntur Iaſ.in l. iuriſgentium §.ſed cum nulla.ff.de pact. & in rubr. ff. de verborum obligat. ibi Gaiiaula,& Alcia.nu.7.cum opinione hac tranſeunt,& explicant eã eſſe communem,& ego ſequor tanquam veriſſimam prout in eandem ſententiam inclinaui in prima par.in opinione pactorum genera tria reperiuntur.in iij.ampliatio.

## OPINIO CCXXVIII.

POLLVTIO nocturna dormientis,& ſomniantis,ſola,& de per ſe non eſt peccatum mortale,nec veniale,etiam quòd procedat à praua vigillãtis cogitatione , ab ingluuie,ſecundum Thom.de Aquino,in ſecunda ſecundæ.q.cliiij.arti.v.ſed vbicũque pollutio hæc dormientis haberet ortum à cauſa,occaſione,& culpa ipſius, tunc ratione culpę eſſet peccatum mortale,vel veniale,ſecundum Thom.de Aquino,in d.articulo quinto,Ioannem Maiorem in quarto ſententiarum,diſtinct.nona,quæſtio.ſecunda,Paluda.in quarto ſententiarum diſtinct.nona,quæſtio.iij.& Thom.de Aqui.ibi q.iiij.Floren.in iij.par. tit.xv.cap.ſexto,§.decimo,& Theologos omnes communiter & Canoniſtas,in c.teſtamentum,ſexta diſtinct.& Caieta.in ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſimaquarta,vbi ait quod nocturna pollutio eſt peccatum.vbi quis data opera ita,& taliter dormit quod polluatur, & hinc eſt quod ob huiuſmodi pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem ſacerdos debet eo die abſtinere à celebratione miſſarum de conſilio,ſed vbi culpa eſſet mortalis, tunc neceſſariò,& de præcepto deberet à dicta celebratione abſtinere vt voluerunt. Thom.in tertia parte,quæſtio.octuageſima, articulo ſeptimo, & in aliis locis præcitatis.Flor.in d.§.x.Palud.in d.quæſtio.iij. & ibi Thom. quæſtio.quarta,Sylueſt.in verbo euchariſtia,tertia quæſtio. decima. & eſt tex.& ibi glo.in verſi.humiliter,in d.c.teſtamentum. cæterùm Paluda.in d.q.tertia.declarat hoc procedere cum grano ſalis,& tenet ſacerdotem non incurrere peccatum mortale celebrando,ac ſe communicando poſt pollutionem nocturnam ortum,ſeu principium habentem à culpa mortali.etiam intra decem horas præmiſſa prius debita,& requiſita contritione,et confeſſione dictæ culpæ,& opinionem iſtam Paluda.ſequitur Syluest.in loco præmiſſo,& Ioannes Maior.in d.quæſtio.ſecunda,ego verò in caſu hoc admonerem ſacerdotes omnes,vt ſi commodè fieri poſſet abſtinerent eo die à communione propter maximum honorem præſtandum ſacramento ſacroſanctæ euchariſtiæ.

## OPINIO CCXXIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſione vnius fundi apprehenſa non ideò cenſentur alij quoque apprehenſi etiam ſi concurrat animus acquirentis vt nume.2.*

2 *Hereditariarũ rerũ aliqua poſſeſſa non ideò cenſentur reliquæ etiã poſſeſſæ Alij contra vt nu.4 .ſed malè vt nume.5.*

POSSESSIO,In pluribus fundis poſſeſsio vnius apprehenſa,aliorum fundorum poſſeſsio apprehenſa non dicitur, ſecundum gl.in verb.quamlibet,communiter receptam ab omnibus,in l. iij. de acqui.poſ.quod in rebus hereditariis præſertim procedit,in quibus, ſi apprehenſa reperiatur aliquarum rerum poſſeſsio cętere res nondum apprehenſæ abſque dubio aliquo poſsideri non dicuntur,vt voluerunt Dyn.& Ancha.in c.j.de reg.iur.Alexand.poſt alios, in d.l. iij. quod,& Iaſ.inibi pulchrè tradidit dicens apprehenſione poſſeſsionis vnius prædij nequaquam acquiri poſſeſsionem aliorum prædiorũ etiam concurrente animo acquirere volentis.l.prædia.de acqui.poſ. allegãſque Bald.in l.ij.C.de ſeruit.& aqu.& Ang.in l.licet.C.de acquiren.poſ. ſubiungendo,hæc procedere non ſolum,quando plures res diſtinctæ ſeparatæque forent,verùm etiam ſi plures ſub vniuerſitate iuris,puta hereditatis continerentur,nam & eo pariter caſu per apprehenſionem poſſeſsionis vnius rei hæreditariæ aliarum rerum poſſeſsionem non contineri.In contrariam verò ſententiam inclinarunt docto,antiqui,quos recitat And.de Iſer.qui tenere in caſu,quo plures res tit.vniuerſali quæſitæ eſſent,vnius rei apprehẽſione,etiam

aliarum

aliarum poſſeſſionem apprehenſam dici, exemplificando de rebus hereditariis.per gl.in l.reſtituta.ad Trebell.& ita iudicatum eſſe,ſicut Aluar.in c.j.verſ.quæro ab extrà in tit.quid ſit inueſti. ex dicto Andr. de Iſer.latius tract.ſup.& opinioni huic inhæret quoque Tiraquel.in tract.de retractu conſanguineorum.§.xxxvj.gl.tertia.num.2. 3.& 11. in tit.ſeu rubr.iuriſdictionis in cuius territorio bonum acquiſitũ ſit. ſed parum,aut nihil obſtant ea,quæ Aluar.& And.de Iſer.ſuper antiquorum opinione tradidit,quia ipſemet And.eam opinionem reprobat.& ait malè ſecundum eam eſſe iudicatum,allegando l.qui abſenti.§.fin.de arquir.poſſ.quam antiquorum doctrinam, etiam Dyn.& Ancha.in d.c.j.reprobarunt.ideóque remoto omni dubio,tutè,& libenter poſſumus ſequi communem pręmiſſam, quòd ex apprehenſione aliquarum rerum hereditariarum aliæ res, quæ non eſſent apprehenſę poſſideri non cenſeantur.

## OPINIO CCXXX.

POSSESSIONIS probatio non ſufficit in deciſoriis petitorij iudicij, ſed tituli quoque probatio requiritur,vt voluerunt Pet. Cyn.Bald.Alberic.& Sal.in l.non ignorat. C. qui accu. non poſ.Bart. Cyn.& Bald.per text.ibi in l.non nudis.C.de probatio.& Iaſ.in l.neque poſſeſſio.C.de teſta.& iſtorum opin.communis eſt,licet & malè Deci.conſil.liiij.& Fel.in c.per tuas,ex.de probat.teneant oppoſitum.

## OPINIO CCXXXI.

POSSESSOR bonęfidei fructus ſuos faciens,eos cum expenſis melioramentorum compẽſare tenetur,c.ad noſtram de rebus eccleſię non alienandis.l.ſumptus.ff.de rei vend.& l.inſulam.§.fructus. ff.ſol.matr.ideóque ſi colligeret, ſeu perciperet tot fructus qui melioramentis ipſis ęquiualerent, vtique tunc rem reſtituere teneretur abſque aliquorum melioramentorum ſolutione,ſecundum iura memorata,& no.& limitat Berous,in c.j.nu.41.& ſeq.de in integ.reſtit. quòd quippè in tantum procedit, ſecundum communiter doct. vt ſi quis bonęfidei poſſeſſor eſſet virtute tituli iniuſti,& nulli,adhuc haberet locum diſpoſitio,d.l.ſumptus,cum aliis ll. præcitatis,videlicet, quòd melioramenta ipſa cum fructibus compenſarẽtur, ita declarat Felyn.cum cęteris congeſtis per eum,in c.cum cauſa,ex. de re iud.& Anton.Neguſan.in tract.de pign.in iij.membro v.par. nu.12.

## OPINIO CCXXXII.

POSSIDENS prior per conſtitutum,pręfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem,quia poſſeſſio eſt vera, licet modus ſit fictus,ſecundum Bart.& cęteros omnes communiter.in l.ab emptione.de pact.Iaſ.in l.quoties.C.de rei vendi.Deci.in l. contractus. ff.de reg.iur.& Iaſ.conſil.vj.num.2.vol.iij.

## OPINIO CCXXXIII.

POSITIO impertinens,que aliàs reiiciẽda eſt,ſi cum alia coniuncta foret,efficeretur abſque dubio aliquo pertinens,& admitti deberet.ſecundum Io.And.& omnes,in cap.fin. de confeſ.in vj. Bald.in l.ſecunda.§.quòd obſeruari.C.de iu.ca.Alb.Iaſ.numero decimonono & Ripam,numero vigeſimoſecundo.in l.quo minus.ff.de fluminib, vbi explicat iſtorum opinionem communẽ eſſe.

## OPINIO CCXXXIIII.

### SVMMARIVM.

*1 Præſcriptio currit contra creditorem non intendentem hypothecariam contra tertium poſſeſſorem.*

*2 Impedimentum non remouens ſi poteſt,non excuſatur aliquo modo.*

PRÆSCRIPTIO currit contra creditorem habentem hypothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis, vt per Decium in cap. cùm inter, numero vigeſimotertio.de exception.& Socin.Iun. conſilio decimoſeptimo, numero decimotertio & conſilio centeſimodecimoſeptimo,per totum.volumine primo. vbi docẽt communiter reprobari Alexand.conſilio quinquageſimooctauo,volumine quinto.aſſerentem contrarium.quoniam, cùm quis impedimentum remouere poteſt,& non remouet non excuſatur aliquo modo,& cum hac opinione communi incurrit quoque Alexand. ſibi contrarius conſilio ducenteſimouigeſimo,volum. ſexto. nam, vt ipſe inquit creditor eſt in culpa,cùm non egerit ad diſcuſſionem principalis, ſed pro prima parte multa accumulauit Tiraquel.in tract.de pręſcrip.in glo.vij.ipſe verò inhęreo ſententię communi,tanquam veriori per cap.quę ſcribunt Socin.in d.conſiliis,& Deci.vbi ſuprà.

## OPINIO CCXXXV.

### SVMMARIVM.

*1 Princeps reuocans aliquid ex conceſſis, non cenſetur reuocaſſe quod ob precium conceſſum eſt.*

*2 Princeps tenetur ex quaſi contractu.*

*3 Princeps in contractibus videtur vti iure priuati.*

*4 Princeps motu proprio reuocans conceſſum ob precium,vel quòd aliàs tenetur obſeruare,ſingitur circumuentus eſſe,ita vt probatio in contrarium non admittatur.*

*5 Princeps ſi aliqua motu proprio conceſſit, eadem in eum retorqueri non poſſunt. Limit.vt num.6.*

PRINCEPS reuocans facultates ſub quibus formis,& clauſulis,non reuocat ob hoc conceſſas recepto precio, & in vim pacti, nam reuocaret conuentionem quod non poſſet, ſecundum Bald. in l.qui ſe patris.C.vnde libe.Roma.conſi.cclij.nu.3.Anchara.in c.j.nu. 8.de conſt.lib.vj.Abb.in c.nouit.nu.25.ibi quia illud trãſiuit in quaſi contractum,quo etiam princeps obligatur de iud.Fely.in c.quę in eccleſiarum,nu.51.de conſt.Dec.conſi.cclxxxvj.nu.6.conſi.ccxcij.nu. 7.& conſi.dclxxxix.nu.5.& ſeq.& Curt.Iun.conſi.clxxiiij.nu.24.& 33. vbi ſcribit iſtam opinionem eſſe communem,& Pariſ.quoque conſ. lxxxij.nu.49.& ſeq.& num.52.vol.j. & ratio aſſignatur iſta,ſiquidem princeps in contractibus videtur vti iure priuati,vt per Paul.Caſt.in l.digna vox.C.de legib.Roma.conſi.ccccxxxvj.nu.17.& ſeq..Iaſ.poſt alios in l.traditionib.C.de pac.& Deci. in d.conſ.cclxxxvj.nu.6 imò ſi princeps ipſe motu proprio reuocat ea,quæ tenetur obſeruare, fingitur circumuentus,adeò quòd contrarium probari nõ poſsit, quaſi ſit præſumptio iuris,& de iure,vt per Dec.conſi.dlxxxviij. num.19.& prædictæ communi ita comprobatæ accedit hæc altera opinio communis ſimilis,videlicet,quòd in illis rebus,quæ motu proprio principis apparent alicui conceſſa abſque dubio aliquo in eum retorqueri non debent,& ſic retorquutio fieri nequit, quando conceſsio eſt facta motu proprio,ſecundum gloſſ.communiter approbatam,in l.j. in verbo decernetur.ff.quod quiſ.iuris, quàm ſequitur, & recitat eſſe cõmunem Iaffredus Lanfran.in deciſ.ccclxviij. in his quę motu proprio,ſed hoc limitat,& declarat Felyn. in cap. ij. de mutuis peti. vbi ponit multos caſus,in quibus fit retorquutio etiam,quando conceſſio motu proprio eſſet facta,& vnum caſum poſuit quoque Iaſ. in l. fin.numero decimotertio.C.de indic.vidui tol.

## OPINIO CCXXXVI.

### SVMMARIVM.

*Principis literis & verbis narratiuis credendum eſt, vbicunque princeps ſe in iis fundauerit.*

PRINCIPIS literis ac priuilegiis,continentib.ſeu atteſtantib. aliquem commiſiſſe delictum,ſuper quib. ſe fundet poſtea donando bona illius,ſtandum eſt & ſic iſta aſſertio atque narratio principis,eſt ſufficiens probatio delicti,ſecundũ Tancre.Io.And.& Abb.in c.cùm oporteat,ex.de accuſ.& in add.Spec.in tit.de inquiſitione.§.nunc tractemus,verſi.hoc autem notandum,& Barba.conſ.xlvj.vol.j. In contrariam verò partem,videlicet, quòd aſſertioni principis non ſtetur, ſiue fides adhibeatur ſuper crimine commiſſo incuinauit conſulẽdo Deci.cum aliis ſignatis per eum conſ.ccccx. ſub nu.8. cum aliis ſeq. & Curt.ſen.conſ.xlix.ſub nu.94.Sed primam opiniõnẽ mihi ſequendam fore conſtitui,cui inhæret quoque Ægidius Boſsius,in pract.crimin.in tit.de principe,& priuilegiis eius,num.80.& ſeq.vbi oſtendit iſtam opinionem Tancre.& aliorum veriſsimam, & cõmunem fore, quoniam verbis narratiuis ipſius principis credendum eſt, vbicunque in eis princeps ſe fundat,clement.j.de probation. Alexan.conſil. xv.volum.v.Aretin.conſil. antepenul.& Felyn.in cap.cùm in iure,de offic.deleg,& in cap.nonnulli.§.j.de reſcrip.

## OPINIO CCXXXVII.

### SVMMARIVM.

*1 Priuilegium poteſt concedere Papa vt religioſi à decimarum præſtatione eximantur,etiamſi ab aliis poſſideantur,ut num.2.*

*3 Priuilegium de non præſtandis decimis perditur ſi per xxx. vel xl. annos continuos priuilegiatus non vtatur illo priuilegio.*

*4 Priuilegium quando continet actum reiterabilem, non poteſt illi præiudicari niſi ſpatio.xxx.vel xl.annorum.*

PRIVILEGIVM poteſt concedere pontifex,per quod religioſi à decimarũ præſtatione eximantur,text.eſt in c.ad audientiam, c.ex parte,il primo.& il ſecundo,c.ex multiplici,c.dilecti, & c.ſuper, de deci.

de deci. & docuimus ſupra in opinione conſuetudo non ſoluendi decimas circa fin.& poteſt pōtifex per huiuſmodi priuilegia eximere eos,liberareque à præſtatione ipſa decimarū, etiam ab aliis poſſeſſarum dummodò de hoc mentionem faciat.text.eſt clarus & apertus, in c.dudum,de priu.& ibi Inno.Card.Ant.Abb.& alij,& Oldra.conſ. cclxviij.ſed ſi priuilegium hoc per xxx.vel xl.annos cōtinuè,pacificè, & abſque lite aliqua ſeruatum non ſit,& ſic decimæ poſt impetrationem priuilegij huius ſolutæ ſint in dicto tempore,& ſpatio,tunc per actum,conſuetudinem,& vſum contrariū perditur,& omninò extinguitur prædictum priuilegium conceſſum,text.eſt in c.accedētibus, de priuil.& ibi gl.quæ alias opiniones contrarias,tanquam erroneas reprobat,& glo.ipſam ſequuntur Inno. Card.Ant.& alij cōmuniter ibi,& in c.cùm acceſſiſſent,de conſtit.vbi Fel.multa congerit, & hoc idem voluit Alex.conſi.xxxiij.in princip.volum.v.qui ex mente And. de Barulo,in l.ij.C.de iis,qui mu.ſpon.ſub libro x. determinat,quòd quando priuilegium actum reiterabile continet ei nullo pacto præiudicari poteſt,niſi ſpatio xxx.vel xl.annorum,& ſic opinio iſta communis eſt,& indubitata quidem,tam ex relatis authoritatibus,quàm ex omnibus Doct.vtriuſque iuris conſulentibus,& iudicantibus variis in locis,& ita fuit concluſum,licet in alio propoſito in Rota Bononienſi,teſte Petro de Benintendis deciſ.xiij.ſub.num.9.

## OPINIO CCXXXVIII.

PRIVILEGIVM conceſſum patri pro ſe, ſuiſque filiis, & filiabus non cōpetit filiæ nuptæ,& ſic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit,ſecundum Bart.Ang.Ioan.de Plate.& cæteros,in l.quoties.C.de priuileg.ſchola.lib.xij.Felyn.in c.nouit,de iudi. Corſetum, in ſin.in verſi,priuilegium,Barb.in c.propoſuiſti.de foro competen. Roma,& Iaſ.in l.cùm quædam puella.ff.de iuriſd.om.iud.& Ripam in reſpon.ij.lib.j.de reſ.num.2.vbi perhibet iſtorum ſentētiam communem eſſe,idémque firmat Hierony.Cuchalon,in add.ad Deci. in l.fœminæ.ff.de reg.iur.quamuis ibi Dec.& malè,num.83.& ſeq.contrariam partem ſuſtineat,vt latius docuimus ſuprà,in j.parte in opinio.cxxvj.incip.priuilegium conceſſum alicui.

## OPINIO CCXXXIX.

PROCVRATOR accedēs de partibus valde remotis in aliquod iudicium cum inſtrumento mandati, petēnſque creditum ſui principalis, atque exhibens mandatum ipſum in iudicio prædicto, licet aduerſarius excipido opponeret de procuratore incognito, ac non eſſe illū in mandato deſcriptū,nihilominùs præſumitur ſecund. Cyn.Bald.& Saly.in l.ſi qua per calumniam,C.de epiſc.& cler.Ang. in l.comparationes,in fin.C de probat.Abb.in c.coram,de offic.deleg.Imol.in clemen.j.de procur.Felyn.in cap.ſecundo , de teſtib. Alciat.in tract.de præſumptio.reg.j.præſumptio.xxxiij. numero ſecundo,& Marſil. cum aliis accumulatis per eum, in l.ſi quis ne quæſtio, numero 143.ff.de queſtio.& iſta eſt communis opinio,præcipuéque ad præſumptionem inducendam pro producente,vt onus probandi transferatur in aduerſarium opponentem non eſſe illum,de quo in mandato fit aſſertio.quamuis Felyn.in d.cap.coram,ab hac communi ſententia,& veriſſima recedere non erubeſcat.

## OPINIO CCXL.

PRODIGVS notorius,ac manifeſtus poteſt contrahere,obligare, & alienare antequam ſibi expreſſè interdicatur à iudice administratio bonorum, & ſic prodigus ipſe notoriè ante interdictam bonorum adminiſtrationem contrahere valet,ſecundum gloſſ.Bart. Bald.Angel.Paul.caſtren.& Roman.in l.is,cui bonis. ff. de verborum oblig.Bald.in cap.ex parte,de conſuet.Imol.Anchar.& cæteros omnes Canoniſtas.in cap.ſecundo,de teſtam. Bart.Bald.Angel.Imol. & Aret.in l.is,cui lege.ff.de teſtam. & iſta eſt communis opinio,vt referunt Caſtren.Alexan.Aretin.& Iaſ.in dicta l.is,cui bonis,& magis communem inquit Boer.in conſuet.Biturig.§.viij.in fin.& Aufre.in addit. ad quæſtio. Toloſa. ccclxij,& Carolus Molineus, in addit. ad Deci.in l.furioſi ſuper litera,E, ff.de reg.iuris.

## OPINIO CCXLI.

PRODIGVS delinquens poſtquam ei bonis interdictum fuit puniri ob tale delictum commiſſum non poteſt, & ſic ad mortem naturalem propter facinus commiſſum damnari nequit aliquo pacto poſt bonorum interdictionem ſecundum communem opinionem relatam per Carol.Molineū,in add.ad Dec.in l.furioſi ſuper litera,A, ff.de reg.iur.In contrariam verò ſententiā,videlicet,vt prodigus ipſe delinquēdo ſubeat pœnas à lege definitas, ſicut quilibet alius delinquens inclinauere gl.Bart.num.14.Bald.num.7.& Saly.num.5.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi,Tiraquel.poſt leges connub.gl.iij.nu. 147. Bart.nu.6.Ripa.nu.33.& Iaſ.nu.17.in l.is,cui bonis. ff.de verb.oblig. vbi firmat iſtorum opinionem communem fore, adeò quòd prodigus ipſe, etiam ad mortem condemnari poſſet,vt voluerunt Bald.in l.furioſum,circa fin.C.qui teſtam.facere poſſ.Ange.in l.Fulcinius.§. adeò.ff.ex quib.cau.maio.Aret.in d.l.is,cui bonis,in fin.Dec. nu.6.& Cag.nu.13.in d.l.furioſi,vbi ſcribit iſtam eſſe comm.opinionem.

## OPINIO CCXLII.

### *SVMMARIVM.*

*1 Promiſſio adulatoria non obligat.*
*2 Seruire de vento licitum eſt.*
*3 Interrogatus an velit donare talem rem, ſi reſpondeat, non ſolùm illam ſed quæcunque habeo, vel quicquid placet &c. non obligatur per talia verba,*
*4 Aduocati qui magnatum promiſſionibus nullam fidem adhibent, cautè agunt.*
*5 Iuramentum iocosè prolatum obligat ſaltem ad veniale peccatum.*
*6 Iuramentum temerarium quatenus obliget,remiſſiuè.*

PROMISSIO facta per verba generalia,& adulatoria non inducit obligationem aliquam,ſecundum Ant.Io.de Imo.Abb.& cæteros per illum text.in c.cùm veniſſent,de inſtit.quia verba hæc non ſunt appicciccatoria,cùm licitū ſit ſeruire de vento,vt per præcitatos doct.& Alex.in l.ita ſtipulatus, la grande.ff.de verb.oblig.nu.5.& ſeq. & Afflict.in tract.de iure protomiſeos.§.j.num.9.& hinc eſt,quòd ſi poſtulo à Titio vis dare,ſeu donare mihi talem rem,& ipſe reſpondeat non modò rem iſtam,ſed etiam quęcunque habeo,& quicquid tibi placebit,tunc profectò ex iſtis verbis generalibus non naſcitur obligatio,& petens ex huiuſmodi reſponſione non poſſet ſe fundare aliquo pacto, etiam ad petendam illam rem ſolam, cùm promiſſio prædicta per illa verba nulla reddatur.d.ca.cùm veniſſent per quem text.ita voluit Bald.in concluſionibus iuris.Rom.in rub. ff.de arb.& Alex.in d.l.ita ſtipulatus.nu.5. cum aliis ſignatis ibi per eū, & Fran. Curt.Iun.in l.ea quæ commendandi.ff.de contrahen.empt. & And. ab Exea,in tract.de pactis,in j.parte, num.271. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& quod hæc communis ſit conſtat pariter apertiſſimè ex congeſtis per Alex.in d.l.ita ſtipulatus,num.5.ideò ob hoc cautè agunt aduocati,qui nullam fidem adhibent promiſſionibus magnatum,vt eis ſuadet Io.And.in add.Specu.in tit.de aduoc.§. hic dicendum,& refert Afflict.in d.§.v. num.9. quoniam pluſquam ſimplices cenſentur illi,qui ſuaſionibus credunt.ſecundum Bald.in l.j.in princ.C.ne filius pro patre.Et licet verba animo iocandi prolata non ſint in conſideratione nec obligent,nihilominus iuramētum iocosè prolatum obligat ſaltem ad veniale peccatum, glo.in c.nam. §.fin.xxv.diſtin.An autem iuramentum temerarium obliget venialiter,vel mortaliter,dic vt per gloſſ.& Arch.in can. Archidiaconum Florentinum,alias incipit,Florentinum, lxxxv, diſtinct, & per Abb. in cap.j.de iis quæ fiunt à maiori parte cap.

## OPINIO CCXLIII.

PVBLICANTVR etiam hodie bona dānatorum ad mortē naturalem ſecundum gl.Bart.& alios,in l.eius qui.§ ſi cui,ff.de teſta. Alexan.Corneum,Deci.& reliquos omnes in l.ij.C.qui teſtam.facere poſſ.Bart.in l.j.ff.de bonis damnat.& iſta eſt communis opinio ſecūdum Io.Igneum.l.j. §.qui ſibi,nu.93.ff.ad Syllan.Spe.in l.ſi cognatis ff.de reb.dub.Deci. & Cagnolum in l.ſeruitutem. ff.de regul.iuris & Ioan.Cephalum copioſè conſil.lxxix.numer.4.vbi cum cæteris ſignatis per eum,num.8.cùm aliis ſeq.videtur reſpondere contrarium.

R

## OPINIO CCXLIIII.

RATIFICATIO,quæ fit tempore,quo actus nihil operatur propter lapſum temporis non valet,quia inuenit obſtaculum in medio,quod quippè impedit, ne tempora,ſeu extrema coniungantur,ſecundum doctrinam Bald.in l.fin.C.ad Maced.communiter approbatam ibi à Doct.& ab Alex.cum cæteris citatis per eum in l.j.C.qui ad mi.& à Gomeſio in reg.cancellariæ ſuper reg. de annali poſſeſſore. q.xlvj.in princip.vbi meminit de iſta communi ſententia,& ſic ratificatio ipſa debet fieri tempore habili,ad hoc vt valeat,vt per Doct.

## OPINIO CCXLV.

RESTITVTIO in integrum ex ignorantia probabili,etiam maioribus concedenda eſt,ſecundum gl. fin.cæteros, præſertimque Iaſ.in l.ij.C.de iur.emphyt.Spec. in tit.de locato.§.nunc aliqua.q. xv. & ſeq.

& ſeq.Bar.in l.Aemilius.de mino. Deci.conſilio cccccIxiiij.nu.19.Fel. in c.vigilanti.de præſcrip. Afflict.deciſi.xxxvij.in princ.& cccxxix.per totum.Bar.cæteróſque communiter in l.cùm filius.§.in hac.ff.de ver. oblig.Craue.conſ.cciiij.nu.22.& conſ.ccxxv,nu.7.Ruin.conſi.cxxxix. nu.14.& 17.vol.ij.conſ.xxvj,num.19.& 32.vol.iij.& Balb.in tract.de præſcript.in iiij.par.v.partis prin.q.xxix.vbi cum áliis copiosè relatis per eum perhibet iſtam communem opinionem fore.& Grammati. quoque deciſ.lij. nu,5,& ſeq. & ſic non tantùm minoribus ex iuſta ignorantia, verùm etiam maioribus, vt ſuprà docuimus ipſa in integrum reſtitutio ex clauſula generali venit concedenda.

S

## OPINIO CCXLVI.

### *SVMMARIVM.*

*1 Scientia etiam ſola, licet neque conſenſus neque factum ſcientis ſubſecutum ſit, punitur in crimine læſæ maieſtatis, Alij tamē contrà, vt nu.2.*

*3 Bartoli animam ſepultam eſſe in infrno, dixit Bald,&c.*

*4 Filius ſciens aliquem velle occidere patrem ſuum, non tamen reuelaus, punitur vt parricida.*

SCIENTIA ſola in crimine læſæ maieſtatis ob delicti atrocitatem,& immunitatem non ſequuto aliquo conſenſu, conſilio & facto eſt punibilis, ideò vaſallus ſciens maleficium cōmitti contra perſonā principis ſui,vel contra patriam, & id non propalans, ſeu reuelans incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur vti rebellis, ſecundum Bart.in l.vtrum.ff.ad leg. Pompe.de parric. Aug.& ibi Aug. in addit.in tract.malefi.in ver.tu hai tradito la tua patria,in ver.quod crimen.nu.10.Salyc.in l.quiſquis.C.ad leg.Iul,maieſt.Ang.in §.publica.in fi.inſtit.de public.iudic.Afflict.in c.j.§.& bona committentium. nu.103.in tit.quæ ſint regal.in vſib,feud.Calca.conſ.ij.quod autem. Deci.in l.culpa caret.nu.9.ff.de reg.iur.Mart. Laud.in tract.de crimi. læſæ maieſt.q.xiij. Abb.& Fely.in c,j.de offic.deleg.& in practica opinionem iſtam ſeruari dicit ibi Felyn.& Ang.in locis præcitatis,& ſequitur Bertach.in ſuo reperto.in ver.ſcire.in verſ.xiiij.vbi meminit ſe feciſſe decapitari quoſdā ex ſola ſcientia tractatus non releuati contra ſummum Pontificem.& Aug.in d.additio.ad Ang.refert quoque aliàs ſe feciſſe vnum potentem dominum decapitare hac de cauſa. & Deci.in d.c.j.nu.35.aſſeuerat quòd ita obſeruatū extitit Florentiæ, dum ipſe legebat Piſis contra Renatum de Patiis,qui ob non reuelationem factam coniurationis contra rempublicam fuit decapitatus, & infinitos decapitari vidit Bononiæ Barba.per iſtā Bart, ſententiam vt ipſe teſtatur in d.c.j.nu.26.& eandem opinionem declarat Io. Cephalus conſ.lxxv.nu.6.28.cum aliis ſeq.& conſ.ſeq.nu,60.cum cæteris ſeq.vol.j. Sed contrariam partem tenuerunt nonnulli Doct.congeſti per Fely.in c,quanto,de ſenten.excommun.& in c.de cætero.de re iudi.vbi titubanter fatetur opinionem Bart,in praxi non obſeruari,& nimis rigoroſam eſſe ait Gigas in tract,læſæ maieſt.lib.iij.in tit, de pluribus & variis quæſtionibus.q. ij.& Caſſaneus in conſuetud, Burgundiæ. rubr.j.nu.32.& iniquiſſimam appellat Marſil.in ſingul, clxiiij.nemo debet ſe ſubmittere. & crudelem commemorat Barb.in d.c.j.nu.62.& Bal.conſi.ſuo incip.cùm quædam allegata ſint,qui originaliter reprobauit conſulendo Barto.& protulit ibi quædam fatua verba,quòd iudices ſequētes Bart,doctrinam omnes ſunt homicidæ, quod anima Bart.ob hoc ſepulta eſt in inferno, nihilominus ſpretis verbis Bald.tanquā vanis,& mordacibus, ipſe ſequor opinionē Bart. quem tueri non poſſe ob temporis anguſtiam multum crucior, cæterū iudicio meo, eius felix benedictáque anima ob huiuſmodi opinionem non patitur detrimentum,nec afflictionem aliquam apud inferos,aquieſcit in pace,et quieſcet in æterna ſecula,prout in hoc propoſito atteſtatur, & commemorat Franciſ. Boſcius Decanus Senenſis in cap,j.nu.93.de offic.deleg. & opiniones iſtas conatur concordare diſtinguendo Aug.Berous in d.c,j.ſed opinio ipſa Bar.eſt communis, teſte Alciato,licet ſub dubiis verbis, in l.bona fides, nu,20.ff.depoſi, et in l.iiij.§,Cato,nu,25.ff.de ver.oblig,et in effectu communis,et veriſsima eſt,obſeruatúrque in practica, vt patet ex relatis apertiſſimè: quæ quidem communis procedit quoque in filio,qui ſciens aliquem occiſurum patrem ſuum et non reuelans, licet non ſit delicti particeps punitur,vt parricida,ſecundum Bartolum in dicta lege vtrum; quare anima Bart.crucietur apud inferos non video rationem, cum ex ſententia philoſophi diis, et parentibus non poſſumus reddere æquale, imò in fundamentis naturæ Deus per potentiam ſuam non poſſet producere Socratem, vel Platonem non concurrentibus patre et matre,vt habetur ſecundo Phyſicorum Ariſtotel, textus commen,xxvj,quamuis Theologi putent Deum glorioſum ſupplere vices cauſarum particularium,vt patuit in Adam, nec obſtat ratio Baldi in dicto conſilio, quòd non reperitur lex, quæ dicat, quòd quis propter ſolam ſcientiam mori debeat,quia reſpondeo quòd tranſcendunt fines legum criminis atrocitate ex deductis per Bart.in d.l.vtrum.& hoc in terminis tenent Abb.in ca.j.de reſtitu.ſpoliat.& Domini in can.negligere.xj.q.vij.

## OPINIO CCXLVII.

SCHOLARIVM,vel profeſſorum appellatione veniūt Doctores:vt latè per Abbatem,& Felyn.in procem. Gregoria. Barba.in c.ex literis num,9.de conſtitu.& Iacobum Mandellum conſi.xxvij. num.6,ſed appellatione ipſorum ſcholarium,aut ſtudentium vtique non veniunt ſcriptores aliquo modo ſecundum glo. ſingularem,in clemen.j.de elect.Ant.cæteróſque omnes,& preſertim Barba.nume 13.in c,ex re ſcripto,de locato,vbi iſtam eſſe comm.opin. exiſtimat.

## OPINIO CCXLVIII.

### *SVMMARIVM.*

*1 Sententia nocte lata non valet.Fallit vt num.2.*

*8 Sententia ſi ex cauſa nocte feratur,debent adeſſe tria luminaria.*

*4 Magiſtratus perſonæ non debent de nocte ambulare per plateas.*

SENTENTIA lata de nocte.quaſi extra tempus ſtatutum à lege prolata,& quando poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur non valet, ſecundum glo.Bar.Abb.Bald Ang,Pau.caſtren. Alex.& Iaſ. qui aſſeruit opinionem iſtam eſſe communem in l non minorem. C.de trāſact.& in l.more.vbi gloſſ.& alij.ff.de fer.& Iaffredus in deci.ccccxij. vbi ſcribit quoque iſtorum ſententiam eſſe communem,& ſequitur glo.Ang.& omnes in §.omnis.inſtitu.de verb,obliga.vbi ipſe Ange. inquit opinionem præmiſſam Bart.ſeruandam fore,& quod recedēs ab ea litem ſuam faceret,& inquit communem,declarat & ſequitur pariter ſubtiliſſimus & celeberrimus in legendo:& conſulendo hac tēpeſtate D.Thobias Nonius Peruſinus in d,§, omnis, nu.22.et ſeq. et Maranta in tracta.iudiciorum in vj.par.iij.et vltimæ partis,in j.actu nu.91,In contrariam verò partem incliuauit Hoſtien. in ſumma de iudic.§.qualiter et glo.et Butr.in. c.conſuluit,extrà de offi.deleg. quorum opinio procederet abſque dubio,quando ambæ partes eſſent præſentes,et non contradicerent,quando vltima dies inſtantiæ et iuriſdictionis expiratura eſſet,aut quando accederet expreſſus partium conſenſus,ſiue quando iudex negociorum multitudine impeditus de die pronunciare non potuiſſet,aut quando conſuetudo in loco vigeret:vt nocturno tempore ſententia feratur,et ſic in omnibus iſtis caſibus prædicta Hoſtienſ.opinio procederet,et ſententia lata de nocte valeret et teneret,prout communiter declarant Doct.in locis præcitatis.et Canoniſt.in dicto cap.conſuluit.vbi Fely, Io.And. in addi.Spec.de ſent.§.iuſta.in verſ.de nocte. Iaſ,in d.l,non minorem & Iaffredus in d.deciſ.ccccxij.vbi meminit de iſta communi,& prædictas limitationes,ſeu declarationes & alias quāplures poſuit vberius vtilius, ac diſtinctius quā alius,quē hucuſque viderim D. Tho. in d.§.omnis.et aduerte ad præmiſſorum declarationem, quòd nox. dicitur quando tenebræ ſunt ſuper terram, adeò quòd homo de facili non cognoſcitur.ca.ſi perfodiens, extrà de homic.quem text.ad hoc citat Ang.in l,j.C,de cuſto.reo.declarat.Bal.in d. l.more.in prin. et refert Deci.conſi.ccliiij.in caſu in fin.et aduerte etiam,quod quādo ſentētia ipſa fertur de nocte in dictis caſibus tria luminaria adeſſe debent ſecundum Bart.Ang.et omnes in d.§.omnis.et ego tam in cauſis ciuilibus quàm criminalibus: multoties in regno dum eram in iudicandi poteſtate conſtitutus,impeditus de die nocte protuli ſententias, tribus tamen luminaribus accenſis, et ita vidi obſeruari multis vicibus me patrocinante,quamuis iudices non teneātur,nec cogi aliquo modo poſſint ad pronunciandum de nocte de iure cōmuni,nam magiſtratibus temporibus verſpertinis in publicū eſſe non conuenit l.ij.§.deinde cum eſſet.ff.de orig.iur.ſed cauſas audiētes matutino,mox meridie, et demum veſpere,id eſt,ante noctem ſedere debent.§.ſedebunt.in auth.de iudic.et hoc idem in regno ſancitum reperio in conſtitutione baiulos,diſponente,quòd omnes iudices à mane vſque ad veſperas præter neceſſarias horas comeſtionis et ſomni ſui copiam omnibus præſtare teneantur.

## OPINIO CCXLIX.

### *SVMMARIVM.*

*1 Sententia peritorum in arte aliqua,durat donec ſuperueniant peritiores,& non tranſit in rem iudicatam,ideóque perpetuò ab ea appellare licet:ſi tamen appellatio interpoſita eſt,tunc currit & perit inſtantia vt aliis iudiciis,& poteſt ipſa ſententia exequi,vt num.2.*

*3 Sententia peritorum in aliqua arte,ab vtraque parte electorum,tenet, neque retractari poteſt.*

Sententia expertorum peritorúmque in arte, vt ſunt Medici, obſtetrices, extimatores, ſimiles qui de credulitate iurant,et non de

veritate,nunquam tranſit in rem iudicatam,ita quòd perpetuò ab ea poſſunt appellari,ac poſſunt retractari,reuocarique ipſa ſentẽtia poſt tempus datum ad appellandum,ſi ſuperueniret dictum aliorum magis peritorum,qui contrarium dicerent,quòd prædicti imperitè extimauerunt,& iudicauerunt, ſecundum Io.Andr.in addi.Spec.in tit. de homicid.§.fin.ver.ſed pone.Bald.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſolu. matr.Ange.in l.quòd ſi mancipium.ff.de ædil. edict.Ant.& omnes in cap.propoſuiſti.de probatio.Iaſ.in l.admonendi.ff. de iureiur.Barb.& Deci.nu.42.cum aliis ſeq.in d.c. propoſuiſti. Maran.in tract.iudiciorum.in vj.par.in j.actu.nu.141.& Marſil.in l.j.in fi. aliàs ſi quis vltrò. ff.de quæſtio.nu.55.vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Ioan.de Amicis conſi. cij.vbi nu.4.pariter dixit iſtam communem ſententiam fore,prout aſſeruit quoque Grammat.c ſi. ciuili.cxviij.nu.2.& Cagnolus in reg.conſilij.ff.de reg.iur.nu.32.ſed ſi appellatio interpoſita extitiſſet ab hac ſentẽtia expertorum vtique curreret,& periret inſtantia appellationis vnius anni circulo,quemadmodum in cæteris iudiciis,& poſſet ipſa ſententia exequi, vt in c. ex ratione.de appel. & ita conſuluit Grammat.in dicto conſilio ciuili.cxviij.item interpretatur dicta communis non habere locum, vbicunque experti aſſumpti forent accedente ambarum partiũ conſenſu,tunc quippe ſententia iſtorum retractari nequit, ſecũdum Iaſ. in d.l.admonendi.& Marantam vbi ſuprà.

## OPINIO CCL.

Sententia,qua iudex ſimpliciter pronũciauit,prout in conſilio ſapientis , ſeu conſultoris continetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum,valet,& tenet propter relationem factam ad illud conſilium, ſecundum Pet.Cy.& Bald.in l.j. C.ſi aduer.lib.Ang.in l.qui ſe dicit.ff.de iudi. Abb.& Deci.in c.cùm venerabilis. de exceptio.num. 142.& Maratam in tracta.de iudi.in vj.par.iij.par. nu.126.ſuper primo actu,in quibus locis recitant iſtam eſſe communem opinionem. Hoc verò limitatur non procedere vbicunque iudex diceret in ſententia pronuncio in omnibus,& per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa,tunc profectò huiuſmodi ſententia non valeret aliquo pacto , ſi quidem certificatio nulla fit per relationem ad acta eiuſdem inſtantiæ,ſecundum Ang.& Imol.in l.ſi conuenerit. ff.de re iu ic.Spec.in tit.de ſent.præla.§. qualiter.verſi.ſed ſi iudex.vbi pariter Io.Andr.in add,hoc firmat Ang.& Iaſ.in §.curare. nume.37.inſtit.de actio.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,fallitque ſimiliter præmiſſa communis non habere locum , quando iudex formaliter aſſereret pronuncio abſolutionem,vt in conſilio, hoc enim caſu,cum iudex ipſe futuri temporis verbis vtatur non valet ſententia, ſecundum Barto.in d.l.j.C.ſi aduer. lib.& Deci.in d.c. cùm venerabilis.vbi nu.144.præſupponit iſtam eſſe communem opinionem.Sed ſi iudex diceret in ſententia , condemno ſi eſt probatum aliter abſoluo , hoc caſu abſque dubio valet ſententia iſta, ſecundum Ang.in d.§.curare. & ibi Iaſ.nu.39.qui explicat opinionem hanc communem fore.

## OPINIO CCLI.

Sententia lata ex probationibus priuilegiatis,ſicuti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & in multis aliis caſibus,quod eſt contra l.omnibus.C.de teſtib.cum ſimilibus , nunquam tranſit in rem iudi.intantum quod perpetuò, ſempérque apparẽtibus veris probationibus reuocari poteſt, ſecundum Inno.in c.tua nos.extr.de cohabi.cleri.& mulie.Bar.Rom.Alex. Iaſ.& omnes in l.admonendi.ff.de iureiu.Ang.in l.ſub ſpecie C.de re iu di. Ant.Imol.Cæteróſque Cano.in c.propoſuiſti.de prob. Panorm. in c.ex tuarum.de purg.cano. Deci.in d.c.propoſuiſti.nu.44.& Io.de Amicis conſilio cij.nu.4.vbi exprimit iſtam eſſe communem ſententiam & ſequitur,ac limitat Maranta, in tract.iudiciorum, in vj.par.in j.actu.nu.146.vbi.num.130.cum aliis ſeq.refert xxiiij. caſus,in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam.

## OPINIO CCLII.

Sententia lata ex præſumptionibus non tranſit in rem iudicatam, vt habetur in l.ſi qui adulterij.C.de adul.ſecundum communem intellectum,de quo per Fely.poſt alio. ,in ca.propoſuiſti. ext.de proba.

## OPINIO CCLIII.

SERVITVTIS titulum à domino habens,licet non poſſit probare per inſtrumenta, ac teſtes, poteſt tamen illum titulum probare ex longa poſſeſſione; vnde in caſu iſto allegans ad probandum titulũ pro coniectura tituli ſe vſum fuiſſe illa ſeruitute domino ſciente,& patiente decem,vel viginti annis, debet obtinere in cauſa,ſecũdum gl.& Flor.in l.ſeruitutes. ff. de ſeruitut. Inno.& Abb.in c.ſi diligenti.de præſcrip.Inno.Ant.et Abb.in fin.in c.peruenit.de cenſ.gloſſ. Bart.Fulg.et Flor.in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſuris.Bar.in ſua diſput.exordiente quædã mulier.Ang.Aret.in §.æque.inſtitut.de actio. Bar.& Imol.in l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arc.& Paul.Caſt.in d.l. ſeruitutes vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarum,& Caniſtarũ,quod omnes refert Felyn.in c.de quarta.de præſcrip. & idem firmat Cæpol.in cautela cviij.incip.in præſcribenda ſeruitute.

## OPINIO CCLIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Simonia ſi commiſſa eſt pro ordine ſuſcipiendo,tunc ſimoniacus ſuſpenditur tam a ſuſcepto quam aliis ordinibus.*
2 *Beneficium per ſimoniam adeptum amittitur.*
3 *Simoniacus hodie ipſo iure priuatus eſt beneficio.*
4 *Simoniacus hodie ipſo iure & facto eſt excommunicatus.*

SIMONIA commiſſa in ordine ſuſcepto,non dat,neque præbet aliquo modo executionem huius ordinis,imò impedit executionem omnium aliorum,& ſic ſimoniacus iſte eſt ſuſpenſus ab ordine per ſimoniam ſuſcepto,& ab aliis ordinibus,ſecundum tex.in c.præter.§.verum.xxxij.diſt. Inn.& omnes in c.tanta.de ſimo. Hoſtienſ.in ſumma.tit.de ſimon.§.qua pœna.Sylueſt.in ver.ſuſpenſio.q.vij.Archi. in c.ordinationes.j.q.j.Iuno.& Abb.in c.per tuas.il ſecundo, nu.5.de ſimo.quorum opinio communis eſt , vt per ſcriben.in c. ſi quis.eod. tit.in d.c.tanta.& hoc procedit quoque in ſimonia commiſſa in beneficio , videlicet quòd ſimoniacus iſte eſt ipſo iure priuatus beneficio,ſecundum Præpoſ.in c.preſbyter.j.q.j.& in c.ſtatuimus.in ead.q. & licet opinio hæc olim per aliquos Docto.dubia redderetur:hodie tamen per conſtitutiones modernorum Pontificũ ſimoniacus ipſo iure beneficio eſt priuatus, teſte Felyn.in c.in noſtra.de reſcrip.& in cap.ij.eod.tit.imò concilio Conſtantienſi fuit facta determinatio ita clara,perſpicua,& aperta.vt nõ accidat amplius vllo pacto circa hæc dubitare,vt conſtat in extrauaganti exordiente.multa, vbi Martinus Papa ita inquit : ſacro approbante concilio declaramus,quòd ordinati ſimoniacè ab executione ſuorum ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi,electiones, aut poſtulationes,confirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacè eccleſiarum,monaſteriorum,dignitatũ, perſonatuum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque deinceps factæ, nullæ ipſo iure,nullúmque per illas ius cuicunque acquiratur, nec promoti,confirmati,aut prouiſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem , tanquam iniuſtè ablatorum, teneantur ſtatuentes inſuper quòd dans , & recipiens ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat,etiã ſi pontificali, aut cardinalatus refulgeat dignitate.item in alia extrauaganti facta anno ſecundo ſui pontificatus,in c.damnabilem,confirmat omnes excommunicationes,ſuſpenſiones, priuationes, & interdicta, & alias cenſuras latas à ſummis pontificib.contra ſimoniacos,quos incurrere vult ipſo facto omnem ſimoniacum occultum,vel manifeſtum vbicunque ſimoniam commiſerit,cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi epiſcopatus,aut cardinalatus, aut quauis alia eccleſiaſtica, vel temporali præfulgeat dignitate, dictarum excommunicationum,ſuſpenſionum,& pœnarum abſolutionem ſibi reſeruãs, niſi in mortis articulo , nec vult quòd virtute conceſſionis indulti, aut cuiuſcunque facultatis abſoluendi conceſſæ, vel concedendæ à ſede apoſtolica,poſſint abſolui,niſi ſpecialiter de peccato ſimoniæ authoritatem abſoluendi contineant,hoc idem ſtatuit Eugenius in alia extraua.inci.cum deteſtabile, excommunicatos tam in ordine quàm etiam in beneficio, & abſolutionem reſeruat ſibi, & ſucceſſorib.ſuis præterquam in morte,nec vult (ſicut & Martinus,) quòd poſſint abſolui , niſi mentionem faciant de ſimonia, & ſic omnes ſimoniaci in ordine,et beneficio,et omnes meditatores,procuratores,et conſentientes ſunt excommunicati,quoniam vt ait Paul.ad Rom.qui talia agunt digni ſunt morte , non ſolùm qui faciunt,ſed etiam qui conſentiunt facientibus : & ideò ſcriptum eſt, nemo aſſumat ſibi honorem , niſi vocatus a Deo , tanquam Aaron.& ſimoniacus per dictam extrauagan.cum deteſtabile.Eugenij,ſeu Pauli ij.in tit.de ſimonia,eſt excommunicatus ipſo iure,& ipſo facto : vnde hæc verba poſita ibi contra ſimoniacum canonem inducunt latæ , non autem ferendæ ſententiæ,ſecundum gl,in c.pœnis.de reg.iur.in vj,& in c.quemcunque.de hæret.in vj.Iaſ.in l.ij.C.de iure emphyt. & Abb. in c.ij. circa fi.de foro comp. vbi recitat iſtam eſſe commuẽn opinionem, idémque fatetur Caſſadorus in deciſ.j.nu. 2.4.5. in tit.de ſimonia,proferendo quoque hoc vtile,& magnum verbum quod ita in curia Ro. tempore ſuo interpretata fuit de extrauag.cum deteſt.

## OPINIO CCLV.

SODOMITA occultus,etiam peracta pœnitẽtia eſt,ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinis,& celebrando interim ante pontificis diſpenſationem irregularitatem incurrit ac irregularis efficitur, ea quidem irregularitate,quæ à ſolo Papa ſit delebilis, ſecundũ Spec.

in tit.de diſpenſatione.§.iuxta propoſitionis.num.17.Hoſtien.& Io. And.in ca.niſi cum pridem.§.j.de renunt.Archid.Domini.& Pręposi. in c.de his in ij.50.diſt.Aret.& omnes in d.cap.niſi cum pridem.§.j. & in c.fin.de temp.ordina.& Soc.in cap.ad audientiam. num.27. de homicid.& Bertachinum,in tract.de epiſcopo.in j.parte ij.lib.quæſt. xxx.& Cæſarem Lambert.in tract.de iure patron.in j.part. lib.ij.q.ix. artic.xviiij.num.4.vbi iſtorum opinionem tuetur ab omnib.ferè contrariis.& fatetur eſſe communem. & huiuſmodi nefandum crimen committentibus,pœna etiam ſtatuta eſt,quòd deponantur,& in monaſteriũ detrudantur,vt in c.clerici.de exceſſ.prælat.ideóque eccleſiaſtici iudices tales ſodomitas poſt depoſitionẽ ob huiuſmodi canonis diſpoſitionem perpetuis carceribus,& obſcuris includere conſueuerunt,in quibus miſerrimam mortem ipſam exoptando vitam agunt, niſi fuga eos liberaret,& nonnulla alia tractãtia de huius nefandi criminis grauitate traduntur per Afflict.in conſtit.Neap.lib.iij.rub.xli.. nu.10.Lucam de Penna in l.iij.C.de exactor.& exceptor.lib.xij.Pariſ. conſi.clxiij.lib.iiij.& per Cæſarẽ Lambert.in d.artic.xviij.ſed hodie epiſcopis licitum,permiſſúmq; eſt diſpenſare ſuper omnib.irregularitatibus,& ſuſpẽſionib.ex delicto prouẽientibus,excepta ea,quę ex homicidio voluntario oritur,& ſic quilibet epiſcopus in ſua diœceſi delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos per ſe,aut vicariũ ſuũ in foro conſcientiæ gratis abſoluere poteſt,in quibuſcunque caſibus occultis,etiam ſedi apoſtolicæ reſeruatis, impoſita pœnitentia ſeculari, vt expreſſè videtur ſtatutum in concil.Tridentino,in ſeſsio.xxiiij.c.vj.

## OPINIO CCLVI.

Sodomiæ crimen iuſtam,& legitimam cauſam præbet diſſoluẽdi matrimonium quo ad thorum:vnde ob hoc nefandum ſcelus contra naturam peti poteſt ſeparatio thori abſque aliquo dubio,& maritus dimitti debet.c.omnes accuſationes.xxxij.q.vij & notat Bald. Anto. Abb.& Ana.in c.maritis.de adult.Syluest.in ver.diuortiũ.q.vij.Afflic. in conſtitu.repudium.nu.2.rub.cliiij.lib.iij.& Caſſa.in conſuet.Burg. rub.vj.§.iij.& nu.6.opinionem iſtorum cõmunem dicit Barb.conſil. lxiiij.volum.j.Abb.in d.c.maritis.& Lambert.in tract.de iurepat.in j. part.ij.lib.q.ix.art.xviij.in fin.Sed gl.in d.c.omnes.in verſ.ſodomita.& Innoc.in c.j.de adult.diſſentiunt ab iſta communi abſque aliqua ratione militante in iure.ideò ſequor communem,tanquam veriſsimã, cui videtur inhærere Hieron.in epiſtola ad Damaſum,vel ad Amandum preſbyterum.iij. epiſtolarum tomo, & apertiſsimè Ambr.j.ad Corin.c.vij.dum aſſerit,aut quærat vſum vxoris interuertere,quibus profectò verbis innuere videtur vxorem poſſe petere coniugij diuortium , ac ſeparationem quoad thorum , ſi à viro ad vſum contra naturam tẽtata fuerit,quod etiam Barb.aſſerit,in d.conſil.lxiiij.quẽ ſequitur Dec.in l.j.num.8.C.de ſecund.nupt.

## OPINIO CCLVII.

### *SVMMARIVM.*

*1 Solitum inducitur per actum vnicum.*
*2 Conſuetum exigit binos actus.*

SOLITVM inducitur ex vnico actu,ac ex vnica vice.l.Mella. §.ſed & ſi alimenta.de ali.& ciba.leg.& ibi Bart. Curt.Iun.conſil.xix. num.4.Ang.& Paul.caſtren.in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iudex.& Gozadi.cum aliis ſignatis per eum conſil.liij.num.5.vbi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam.Conſuetum verò exigit ſaltem binos actus,vt tradit Dec.conſil.ccxxij.num.10.conſi.ccccxlj. num.11.in l. vt liberos.num.11.C.de collat.& in c.j.de conſuet.

## OPINIO CCLVIII.

### *SVMMARIVM.*

*1 Spoliatus beneficio non eſt ante omnia reſtituendus,ſi ei obiici poteſt notorius tituli defectus.*
*2 Prædo in beneficio eccleſiaſtico reſtituendus eſt ante omnia,fallit vt nu.3.*
*4 Spoliatus non eſt reſtituendus ante omnia,quando ex reſtitutione illa irreparabile damnum ſequi poſſet.*

SPOLIATVS beneficio non eſt aliquo modo reſtituendus, ſi contra eum obiiciatur notorius tituli defectus.cap.ad decimas.de reſtit.ſpolia.in vj.tenet & firmat Inno.in c.conſtitutus.de filiis preſbyt.Præpo.in c.ij.iij.q.j.Domi.in d.cap.ad decimas. Henric.in c.cùm veniſſent.de inſtit.Anton.& Franch.in vij.differentia,in cap.bonæ.de appel.in vj.Imol.& Abb.in cap.in literis.nu.2.& 18.de reſtit.ſpoliat. idem Abb.& Aretin.in cap.ſi conſtiterit.de accuſat.& Caſſadorus in deciſio.iij.num.4.& ſeq.in tit.de reſtitut.ſpoliat.qui fatetur iſtam eſſe communem opinionem.& Gomeſ.in reg.de annal. poſſeſ. q.lviij.ſed ipſemet in reg.de non iudican.iuxta form.q.v. meminit quandoque in Rotæ prætorio prædictam Innoc.ſententiam communem reprobatam fuiſſe,ipſe verò ſpreta aſſertione iſta friuola non diſcederem à dicta communi,tanquam in iure veriſſima,imò eam totis viribus ſequendam fore in iudicando,conſulendóque ſuadeo,& huic opinioni Inno.& ſequacium inter alia vnum fundamentum obſtare videtur, videlicet quòd prædo in beneficio eccleſiaſtico reſtituendus foret ante omnia.d.c.in literis.cui quidem fundamento realiter reſponderi poteſt non habere locum hoc,quando conſtaret in iudicio ſpoliatum eſſe prædonem , tunc certè negari ei debet omninò reſtitutio, ſecundum Innoc.& Imol.ibi.& Corſet.in tract.de excellentia regis. q.lxxij. item ſpoliatus minimè reſtitueretur ante omnia , quando ex huiuſmodi reſtitutione irreparabile damnum ſequi poſſet. ſecũdum Paul.caſtren.Alex.& Iaſon.in l.ij.C.de edic.diui Adrian.tol. Legiſtas omnes,præſertímque Alex.& Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acquir.poſſeſ.& Iacob.Menoch.cum aliis per eum congeſtis,in tract.recuper.poſſeſ.in primo remedio.num.279. & ſeq. vbi fatetur iſtam eſſe coommunem opinionem & optime declarat.



## OPINIO CCLIX.

### *SVMMARIVM.*

*1 Sportulæ in foro eccleſiæ non debentur.*
*2 Iudex eccleſiaſticus,ſi habet beneficia ſufficienter,non poteſt à litigantibus exigere ſportulas.Limit.vt num.4.*
*3 Delegatus habens ſufficientes reditus,non poteſt exigere ſportulas.Limit. vt num.4.*
*5 Sportulæ de iure ciuili in foro ſeculari recipi poſſunt.*
*6 Libelli plures ſi porrigantur,de ſingulis ſportulæ ſoluendæ ſunt.*
*7 Sportulæ vnicæ tantùm pro libello cumulato ſoluendæ ſunt.*
*8 Sportulæ etiam arbitris ſolui debent.*
*9 Sportulas pauperes neque iudici neque arbitro ſoluere tenentur.*

SPORTVLÆ ſolui non debent de iure canonico in foro eccleſiaſtico,& ſic hoc iure clerici ad ſolutionem ſportularum non tenentur.c.cùm ab omni.de vita & honeſta.cleric.& hinc eſt,quòd iudex eccleſiaſticus ordinarius habẽs beneficia ſufficientia,non poteſt à litigantibus petere ipſas ſportulas,ſecundum Io.And.Panor.& cæteros cõmuniter in d.c.cùm ab omni.per tex.ibi. Similitérque iudex delegatus habens ſufficientes reditus minimè ſportulas recipere poſſet,ſecund.Abb.in d.c.cum ab omni.& Corſet.in ſing.in verſ.ſportulæ.Sed ſtante conſuetudine in contrarium,tunc profectò de neceſſitate huiuſmodi ſportulæ ſoluendę forent,vt voluerunt Spec.in tit.de ſalar.§.j.ver.ſi verò ordinatius.Imol.in l. Pantonius aliàs ſi vni, de re iudic.gl.& Bart.in auth.offeratur.in verſi.ſportulis.C.de litis conteſt. gl.Io.Fabri,& omnes in §.tripli.inſtit.de action.& ibi etiam Iaſ.num. 46.qui oſtendit iſtam eſſe magis commun.opin.& licet Roma.ſing. clxxx.aſſeueret ſententiam gl.& Io.And.in clemen.ſtatutum.de elect. contrariam videlicet,quòd talis conſuetudo non valeat,eſſe communem,nihilominus eum reprehendit Corſet.in d.ſing.in ver.ſportulæ: & in effectu præmiſſa opinio Spec.cenſetur magis communis,obſeruatúrque in practica,teſte Io.Bur.de Nigris,in extraua. Clemẽtis vij. de vita & honeſta cler.nu.32.quæ reperitur in fi.ſui repertorij ſuper capitulis regni.De iure verò ciuili in foro ſeculari ſportulę recipi poſſunt per iudicẽ. l.cum clericis.& auth.ibi poſita,vbi oẽs ſcriben.not. C.de epiſc.& cler.& §.ſportularum.auth.de ſan.epiſco.Ideò ſi plures libelli porrecti in iudicio eſſent,tunc tãquam pro pluribus ſportulæ ſoluerentur,ſecund.Bald.in l.edita.in repet.Paduana.verſ.xv.quęritur quomodo cognoſcimus.C.de eden.Cæterum aduerte,ꝙ pro libello cumulato non ſoluerentur,niſi vnicæ ſportulæ.vt per Bald.elegãter, in c.ad vltimum.in arg.illius tex.de cauſa poſſeſ.& propriet.ſubdentem ibi ꝙ abſque dubio aliquo verum foret,ſi reſpiceret vnicum intereſſe.Debéntque ipſæ ſportulæ ſolui etiam arbitris, ſecund.Bart.in l.fin.nu.2.per text.ibi.C.de principibus agentiũ in rebus.lib.xij.Spec. in tit.de arbitr.in §.ſequitur.Flo.in l.ſed & loci.§.in iudicio. ff.fin.reg. Alber.per text.ibi,in l.Labeo.§.ait prætor.ff.de arbit. Marcum Anto. Blancum,in tract.de compromiſsis.q.viij.nu.22.& Io.de Arnono in commentario ſeq.vbi oſtendit hoc procedere quoque de iure regni Neap.Sed tales ſportulæ ipſi iudici,ſeu arbitro per pauperes litigãtes ſolui non debent.ſecundum gl.Henric.Boic.& cæteros in d.c.cùm ab omni.in ver.præter.Marc.Ant.Blanc.in d.quæſt. viij.ſub num.22.Io. Anton.de Nigris,in dicta extrauag.Clement.ſepimi , numero trigeſimotertio.vbi luculenter,& doctè more ſuo interpretatur. & Ioan. de Arnono in commentario trigeſimo. cùm hodie in regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ.

## OPINIO CCLX.

STATVTVM in partibus Tuſciæ loquens de inteſtato,habet

locum in pupillo,propter communem vſum loquẽdi in Tuſcia,& ſic ſtatutum hoc diſponens,quòd mater filiis inteſtatis,vel ab inteſtato non ſuccedat,de verbi proprietate in pupillo, qui propriè inteſtatus non decedit,locũ habet,& per conſequens mater ad hereditatẽ ipſius pupilli defuncti nõ admittitur,ſecund.Bart.in l.j.ff.de ſuis & legi.per text.ibi,quẽ ait interpretationem huiuſmodi,ſeu extenſionem facere ex communi vſu loquendi,& licet magna altercatio ſit ſuper hoc d. Bart.per ea,quæ latè tradit Alex.in l.generaliter.C.de inſtit.& ſubſtit. vbi ponit duas opiniones principales, & latiſſimè per Deciũ conſil. cccclxvj.vbi refert & ponit duas communes. & conſil.ccccclxiij. nu. 2.vbi inquit magis communem opinionem Bart.in d.l.j. & vberius per Curt.Iun.conſi.cxxxiiij.per totũ.& nu.5.tamẽ quicquid ſit,quãdo Deci.& alij inferunt cõtra Bart.videntur ſe fundare ex diuerſitate rationis vnius caſus ab altero,ſed ratio diuerſitatis aſſignari nõ poteſt:& ideò Corn.cõſi.cccxviij.ex pluribus videtur.nu.7.vol.j.firmat, quòd omnes fatentur,quòd apparenter cõmuni vſu loquendi, talia ſtatuta,etiam correctiua,extendantur,& quòd cõmunis vſus loquendi ampliet.& reſtringat diſpoſitionem,& ſic opinio Bart.ex rationibus, & auctoritatib.congeſtis per præcitatos Doct.in locis præmiſſis videtur verior & communior,& eam ſequor,prout eam quoque ſequitur,fulcit,&ab omnib.cõtrariis tuetur Ruinus conſil.50.nu.2.7.& 12.vol.iij.vbi profert hoc magnum,& vtile verbum, ꝙ re vera communis opinio non eſt in contrarium,vt præſupponit inaduertenter Alex.in d.l.generaliter,& ei inhæret etiam Boer.conſi.xxxiiij.num.1.

## OPINIO CCLXI.

*SVMMARIVM.*

*Nocte aliquid delinquens,non incidit in pœnam conſtitutam de in die delinquente.*

Statutum diſponens,quòd delinquens in feſto beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri,non comprehendit delinquẽtem, ſeu vulnerantẽ,in nocte, quæ ſubſequitur feſtũ beatæ Virginis, quia nox ipſa,quæ ſequitur huiuſmodi feſtiuitatem non comprehenditur ſub die præcedenti:& ſic delinquens non venit puniẽdus aliquo modo duplici pœna,nec ſub diſpoſitione huius ſtatuti comprehẽditur, vt tenuit per optimas rationes conſulẽdo Federi.de Senis conſ.xliiij. factum tale eſt,quem ſequũtur omnes ſcriben.in l.more Romano.ff. de Feriis.Fely.cum aliis citatis per eum in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtit.in c.ſi perfodiens.in ij.notab.& c.conſuluit.de officio delega. in quibus locis ipſe fatetur iſtam eſſe communem opinionẽ.& idem teſtatur Cotta,in memoriali,in verſ.diem,circa fin.

## OPINIO CCLXII.

Statutũ requirens ad probationẽ alicuius negocij teſtes optimos, vel optimæ famæ,& conditionis,tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari,atque probari,vt voluit Ang.in l.ij. §. diem.ff. quemad.teſt.aperi.Marſil.ſing.clxxxvij.qualitas oppoſita poſt mediũ. Petrus de Moncada cum aliis ſignatis per eum,in tract.de teſtib.nu. 392.cum aliis ſeq.quem fecit ad perficiendum tractatum Ioan.Croti. qui morte præuentus ſuũ tractatũ de teſtib. perficere nequiuit:ideò iſte tractatus Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti:& eandem opinionem ſequitur,tuetur,& magis comm. ac veram eſſe refert Alciat.in tract.de præſumpt.in iij.reg.præſumpt.ij.num.10.

## OPINIO CCLXIII.

Statutum factum,conditúmque in odium,ſeu præiudicium certæ perſonæ,non poteſt dici nullum, ſecundum Dec.in c.cùm omnes.in j.lect.num.15.cum aliis ſeq.de conſtitutio.& in c.conſuluit.el iij.nu. 32.de appellat.vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem contra Abb.ibi contrarium aſſeuerantem.& de eadem communi contra Abb.facit mentionem Curt.Iun.etiam in l.ij.num.7.ff.quod quiſque iur.& in l.fin.num.25.C.de edicto diui Adria. tollen. cæterum opiniones iſtas ad realem concordiam reducere nititur Aret.in rub.nu. 7.de conſtitut.& licet de nullitate ſtatuti huius conditi in præiudiciũ particularis perſonæ dici nequeat,tametſi ab eo appellari poteſt, atque permittitur ſecundum Bart.in repet.l.omnes populi.num.53. ff.de iuſt.& iur.Iaſon.in l.j.num.3.& ſeq.ff.de legib.Ripam in j.libro reſponſorum.c.xxij.num.4.& Dec.in d.c.cum omnes. in j. lect.num. 15.in quibus locis ponunt hoc pro regula cum ampliationibus, limitationibúſque quamplurimis.

## OPINIO CCLXIIII.

Statutum de compromiſſis faciendis inter coniunctos valet,& tenet,atque ob publicam vtilitatem inductum eſt.ſecundum Bart.Bal. & Paul.caſtr.in j.conſtit.codicis.Bart.in l.ambitioſa. & Alex.in addit. ibi.ff.de decret.ab ordin.faci. quorum vtique opinionem approbat, limitat à contrariis quibuſcunque tutam derelinquit , & denique communem eſſe,atque contradictorẽ habere nullum fatetur Marc. Anto.Blancus,in tract.de compromiſſis,in j.q.num.1.& ſeq.

## OPINIO CCLXV.

Statutum diſponens quod cauſæ inter affines compromitti debeant,vltra quòd valeat,ac publicæ vtilitatis occaſione inductũ ſit, vt in præcedenti opinione docuimus,nihilominus eſt etiam fauorabile,vt voluerunt Bald.in l.affinitatis.C.communia de ſucceſſ.Fulgo. in l.iiij.§.prætor.ff de in ius vocand.Bald. Paul.caſtren. Roma.Salyc. Corn.Dec.& cæteri in l.qui ſe patris.C.vnde liber.Roman.& Salyc. l.j.C.vnde vir & vxor.Iaſon in l.de quibus.ff.de legibus.Anchar.conſulendo conſil.clviij.Alex.conſil.ccvij.in princ.volum.vj. Socin.conſ. iiij.in fine.volumine primo.Cuman.conſilio quinquageſimo.& Marcus Anton. Blancus in tract.de compromiſſis. in prima quæſtione. num.3.& ſeq.vbi citat complures alios eiuſdem ſententiæ,reſpondet contrariis ferè omnibus,eam limitat.ac ſimul magis communem fore inquit,& ei pariter inhæret,atque profitetur communem Petrus de Benintendis deciſ.xxj.ſub num.23.

## OPINIO CCLXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Ceſſionarius gaudet iure & priuilegio creditoris veri & credentis.*

2 *Ceſſionarius poteſt petere executionem per ſtatutum conceſſum,non minus ac vetus creditor,intellige.vt num.3.*

STATVTVM executionem paratam perſonalẽ inſtrumenti guarentigiati concedens,ſeu permittẽs creditori principali mentionato,ac in inſtrumento deſcripto,prodeſt quoque ceſſionario creditoris prædicti,vt ipſe etiã poſſit vigore iſtius ſtatuti petere executionem inſtrumenti contra debitorẽ obligatum,ſecund. Io.And in add. Specu.in tit.de ceſſio.actio.ſub rub.Iacob.Butri. Bal.Salyc. Rom. & Dec.in fin.in l.j.ff.ſi cert.pet.Ang.conſi.xxxviij.Cyn.Bald. & Alex.nu. 24.in l.ſi ſic.ff.de legat.j.Salyc.in l.ſi à creditore.C.de action.&oblig. Benedict.de Blas.in tract.de inſtrum.guarentigiato,in j.part. principali,q.ix.Paul.caſtr.& Alex.num.9.in l.poſtulante. ff. ad ſenatuſconſ. Trebel.vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionem,& Ioan. Bapt.Bouius etiam in tract.de ſtat.vrb.præſcrip.tit.contra omn.cred. gl.xix.num 48,& ita conſuluit Roma.conſi.cxlij. & ſic petere poſſet executionem dicti inſtrumẽti ceſſionarius,ſicut poſſet creditor principalis,ſiquidem tranſit ius in ceſſionariũ cum priuilegio ſuo inſtrumento cohærente,ſecundum præmiſſam communem ſententiam,& ob hoc certè in regno Neapol. ceſſionarius inſtrumentum vndique liquidum poſſet præſentare,ſecundum formam ritus magnæ curiæ vicariæ,inci.itẽ quòd ſi debitores,aut debitrices,in tit.de inſtrumentis,& eorum præſentationibus, vt voluit gloſator ibi,& Maranta ſub dubiis,& irreſolutis verbis,in tract.de iudiciis,in vj.part.prin.in verſ. propoſui in principio huius ſeptimæ partis,nu.9.nihilominus practica cõtrarium obſeruat in regno,teſte Bologneto,in d.l.j.ff.ſi cert.pet. nu.59.per rationẽ ibi aſſignatam per eum,& expreſſè firmat,ac optimè probat Afflict.in conſtitut.eos qui ſcienter,nu.14.rub.lv.lib.iij.& quòd hoc fieri,& admitti nequeat videtur colligi planè ex deductis, ac notatis per Bald.& Salyc.in l.per diuerſas.q.x. C.manda.vbi tenet quòd vbicunque ex ſtatuti,vel inſtrumenti forma,ac diſpoſitione capi,& excommunicari poſsit debitor ad inſtantiam creditoris nulla citatione interueniente,tunc equidem hoc fieri,ac peti non poſſe per ceſsionarium,ſicut creditor poterat vigore inſtrumenti prędicti,niſi in primis,& ante omnia cõſtet de ceſsione,& eius iuribus.& ſic neceſſariò apparere debet ante executionem faciẽdam,audito & citato prius debitore,iſtum eſſe verum ceſsionarium,& ſequitur Ang.in d. l.poſtulãte.Rom.in d.conſi.cxlij.in fi.Alex.cõſi.x.v. & conſi.ccccxliij. vol.j.Barb.conſi.xv.lib.j.& iſta eſt communis opinio vt conſtat ex citatis per Boer.deciſ.x.vbi meminit ita fuiſſe notatum, ac deciſum in ſacro Burdegalenſi ſenatu,& ſequitur Marſil.in l. ſi quis ne quæſtio, nu.8.ff.de quæſti.& in ſing.xxvj.vbi inquit hoc in actu practico plusries obtinuiſſe,ideò non mirandum eſt de aſſertione facta per Bologuet.in d.l.j.ſed contrarium obſeruari vidiſſe teſtatur Cotta in memoriali,in ver.heres cenſetur eadẽ perſona cum defuncto poſt medium.

## OPINIO CCLXVII.

*SVMMARIVM.*

*Ciuitas ſtatutum condens de eleemoſina aliqua facienda poteſt idem ſtatutum rurſus reuocare,etiam poſt acquiſitionem eccleſiæ factam.*

STATV

STATVTVM conditum per ciuitatem de præſtanda eleemoſina eccleſiæ quolibet anno, poteſt reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſiæ, ſecund. Cyn, Imo. Alex. num. 5. & Iaſ. nu. 9. cum aliis ſeq. in l. non amplius. §. j ff. de leg. j. Fulgo. & Pau. Caſtren. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccleſ. Salv. in auth. Caſſa in v. quæſt. eo. titu. Deci. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. nu. 231. & ſeq. vbi etiam Felyn. in quæſtion. xii. oſtendens iſtam eſſe communem opinionem. In contrariam verò partem videlicet, quòd ciuitas eleemoſinam. quæ vigore huiuſmodi ſtatuti religioſis dari cõſueuit reuocare nequeat, inclinarunt Bart. in d. l. priuilegia, num. 3. Gem. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. in cap. j. de conſtitu. in vj. Roma in auth. ſimiliter. in ix. ſpeciali. C. ad l. fal. Caccialup. in rep. l. admonendi. ff. de iureiur. & Ant. Franciſ. de Doctoribus in ſcholiis ad Alex. in d. l. non amplius. §. j. in litera, C. vbi fronte aperta atteſtatur iſtorũ ſententiam veriorem fore, que ſecundum eam conſuluiſſe apud partes Germaniæ collegium Paduanum. tamen ſpreta opinione hac cõcurro cum prima Cyn. & ſequacium aſſertione communi, cui videtur inhærere Iaſ. etiam cum aliquo moderamine conſi. j. volu. j. prout facit, in d. l. non amplius. §. j. numero decimoquinto. Alex. conſi. cclx. volumine ſecundo. Calcan. conſi. xij. & Ægidius Boſſius. in pract. crimin. in titu. de principe, & priuilegiis eius, num. 222, vbi pariter meminit de communi opinione.

## OPINIO CCLXVIII.

STATVTVM prohibens alienationem in forenſem valet, & tenet, ſecundum Bart. in l. fin. C. de ſacroſanct. eccle. Bald. & Ang. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. Bart. Ange. Imol. Alex. Iaſ. & cæteros omnes communiter, in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. Alex. conſil. liij. volumi. iij. & conſi. cxxvj. volumi. v. Io. And. Anchara. Domi. & Frãcum. in cap. fin. de immun. eccleſ. lib. vj. Ruinum conſil. xlix. circa fin. volumi. iij. & Tiraquel. cum aliis copioſè ſignatis per eum ita tractat. de vtroque retractatu in præfatione nu. 14. Deci. conſi. dclxj. nu. 1. & Ripam, nu. 79. in d. §. diui, vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem & huiuſmodi ſtatutum prohibens vendere extraneo, aut forenſi non ſolum tenet vt ſuprà, ſed fauorabile eſt etiam tanquam principaliter conditum ob publicam vtilitatem, vt poſſidentes ipſi bona immobilia ad onera grauari poſſint, atque exactio illorum facilior fit, ſecund. Alex. conſ. cxvj, volumi. vj. Paul. Caſtren. conſi. cccxlij. Signorolũ conſi. 21. num. 3. & 5. & Ripam iu reſponſo. ij. nu. 11. & in d. §. diui, num. 79. 80. 102.

## OPINIO CCLXIX.

STATVTO, vel conſuetudine induci poteſt quòd valeat captatoria voluntas, vt alter pro altero teſtetur, & ſic captatoria voluntas vltima per ſtatutum ipſum approbari poſſet, ſecundum Ang. in l. captatorias. ff. de hæredi. inſtit. Alexan. Socin. Ripam, & alios, in l. ſecũda. ff. de vulg. in princ. qui cum Iaſ. perbibent iſtam communem opinionem fore, & ſequitur Alex. in l. captatorias. C. de teſta. mili. & Couarruuias, in cap. cùm tibi, num. 13. de teſta.

## OPINIO CCLXX.

### *SVMMARIVM.*

*Mandans aliquod maleficium fieri, non tenetur vt ipſe delinquens, ſi pœna in perſona delinquentis, & non in rem ſtatuta ſit.*

STATVTVM puniens maleficium, an extendatur ad mandantem? dic. quòd ſtatutum diſponens per verba in rem concepta, vt puta pro homicidio perpetrato, vel pro furto, ſit pœna mortis, tunc etiã mandans tenebitur ea pœna, ſed ſi in perſonam loqueretur ſtatutum ipſum, puta ſi homicidium commiſerit, tunc mandans non propriè homicidium feciſſe videretur, ſicque pœnam ordinariam non ſubiret. verum aliam mitiorem ſecund. Bart. in l. aut qui aliter. §. fin. nu. 3. ff. quòd vi, aut clam. Deci. nu. 3. & ſeq. & Cagnolum. num. 2. in l. is dam num dat. ff. de regul. iur. Iaſ. cum aliis congeſtis per eum, in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 82. ff. de vſuca. & Carrerium copioſè in ſua practi. crimi. in. §. circa igitur tertium, de homicidio commiſſo. nu. 59. in quibus locis audacter firmant iſtam communem opinionem fore. ſed huiuſmodi diſtinctio, tanquam verbalis à pleriſque reiecta eſt, & ſic, vt vtroque caſu pœna ordinaria teneatur firmat eſſe communẽ ſententiam Gandinus, in rub. C. de tranſacti. & in rubr. de pœnis, ipſe verò primæ ſententiæ Bart. & ſequacium, tanquam mitiori, veriori in puncto iuris, & communiori inhæreo.

## OPINIO CCLXXI.

STATVTVM diſponens, vt per iudicem in certis cauſis nulla iuris ſolennitate ſeruata procedi poſſit, tunc quippè etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere poſſet ipſe iudex, ſecundum Bart. num. 3. Bald. & Ang. in l. mulieris. C. de teſt. militis. Rom. in Rub. de arbitr. quæſt. xvij. Bart. & Bald. in l. j. ff. de mili. teſta. Bart. in l prouinciarũ C. de feriis, & Ancha. in clem. ſæpè, de verb. ſign. quia hæc feriarum obſeruatio inducta iure humano cenſetur, Contrariam verò partem firmauere Imo. & Roma. in l. ſi cum filiusfam. ff. de dona. per d. clemẽ. ſæpè, cum ibi nota. Alex. numero 4. & ſequen. in d. lege milites, & Tiraquel. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio. clvj. tamen quicquid Docto. iſti ſuadeant, ob hoc igitur in actu practico nullo modo recedendum foret à prima opinione Bar. & ſequacium, quæ vera, communiſque ex relatis apparet.

## OPINIO CCLXXII.

STATVTVM, ſeu lex generaliter loquens non videtur comprehendere dotem, ac bona dotalia. l. fin. C. de iure dot. vbi Saly. Iaſ. in l. j. iij. nota. ff. ſolut. matrim. in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. Bald. Nouellus, in tract. dotis, in vj. part, priuileg. xlvij. Goza. conſi. xliij. nume. 11. & ſequen. Ruin. conſi. lxj. num. 3. volum. iij. & Neguſantius, in tra. de pignoribus, in viij. part. primo membro, ſub num. 23. vbi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam, atque Decio contrarium aſſeueranti reſpondet.

## OPINIO CCLXXIII.

STATVTVM loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & ſic procedit quoque in ipſo creditore ex legato vt per Deci. nume. 26. Curti. Iuni. num. 69. & Iaſ. num. 46. in l. j. ff. ſi certpeta. vbi docet iſtam communem opinionem fore, attento communi vſu loquendi, & Alex. inibi, numero trigeſimoſeptimo & quadrageſimo. & Socin. numero quadrageſimotertio, præterea ſtatutum hoc extenditur quoque ad creditores ius hypothecæ habentes, ideóque debet etiam legatarium comprehendere, qui habet tres actiones, ex teſtamento, rei vendicationem, & hypothecæ, vt not. Guid. Papæ deciſio, ccclxxxvij.

## OPINIO CCLXXIIII.

STATVTVM diſponens quòd credatur iuramento damnũ paſsi, vel creditoris, non procedit in fauorem forenſis vt per Deci. cõſi. cccccl. num. 8. & Pariſ. conſi. xij. nu. 26. volum. iij, vbi dicit iſtam cõmunem opinionem fore, quod quidem procedit etiam ipſe forenſis ſolueret onera merè realia. vt per Alex. conſi. iij. aliàs xlj. vo. vij. ſed ſtatutum hoc latius interpretati fuimus, in prima parte in opinione ccxcij. exordiente ſtatutum quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſsi.

## OPINIO CCLXXV.

### *SVMMARIVM.*

*Teſtator non poteſt in teſtamento prohibere ne pareatur ſtatuto ciuitatis vel loci.*

STATVTVM diſponens quòd teſtamenta inſinuentur, aliàs non habeant firmitatem aliquam, tunc ſi teſtator prohiberet in ſuo teſtamento illud inſinuari deberè profecto ex defectu huiuſmodi inſinuationis teſtamentum ipſum non valeret, quia teſtator prohibere nequit inſinuationem à l. municipali requiſitam, ſecund. Bart. nu. 8. & omnes in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. cuius opinionem communẽ eſſe ſcribunt ibi Iaſ. in ſecunda lectu. numero. 41. Io. Anniba. numero. 272. & Rip. nume. 47.

## OPINIO CCLXXVI.

STERILITAS, exiguitas, vel damnum intolerabile, per quod concedatur mercedis atque penſionis remiſsio: ſtabitur opinioni vulgi, ſecundum gloſſam in lege ſi vno, in principio ff. loca. & in lege licet. C. eodem titulo. cui inhæret Cardi. & Antonius in capitulo propter ſterilitatem, de locato aſſerens iſtam eſſe communem opinionem, et idem ibi fatetur Barba. numero vigeſimoquarto ſcribens ſententiam Bartoli contrariam, in lege ſi merces. §. vis maior. ff. de locato, numero quarto communiter ab omnibus reprobari, licet ipſe concludat. vt hoc iudicis arbitrio relinquendum, ſeu definiendum ſit, et cum eo caſu eueniente ſemper in conſulendo, iudicãdòque tanquam tutè, atque rectè agens concurrerem.

T

## OPINIO CCLXXVII.

TESTAMENTVM monachi ritè conditum ante ingreſſum monaſterij, vtique non rumpitur nec irritatur, & ſic illud monachus poſt profeſſionem deſtruere, mutare, aut reuocare nequit, ſecũdum Ang. & Imo. in l. j. ff. de teſta. Ant. Butri. Abb. num. 61. & Augu. Beroum. num. 513. cum aliis ſequen. in cap. præſentia, de probatio. & Iaſ. in auth. ſi qua mulier. ſub num. 27. cum cæteris ſeq. C. de ſacroſan. eccle. vbi exiſtimat iſtam opinionem veriorem eſſe, atque communem dicit Dilectus, in tract. de arte teſtan. titul. iij. de liberis inſtituen. cautela ix. nu. 1. & ſeq. & Vaſquius, in tract. de ſucceſſionum proceſſu, titulo. qui teſtari non poſſ. lib. j. §. j. num. 52. In contrariam verò partem inclinarunt Bar. Bald. & Paul. Caſtren. in d. auth. ſi qua mulier, Deci. in d. cap. in præſentia, num. 249. cum aliis ſeq. & Vaſquius vbi ſuprà. Tamen reiecta ſententia hac Bart. & ſequacium inherendum eſſe puto in actu practico communi præmiſſæ, cum qua ſentit etiam Rubeus conſil. 155. & Couarru. in cap. ij. de teſta. num. 9. & Clarus in tract. de teſta. lib. iij. quæſt. xxviij.

## OPINIO CCLXXVIII.

TESTATOR venditionem prohibens, omnem aliam alienationem cenſetur prohibere tam in vltima voluntate quàm inter viuos. l. pater. §. fundum. ff. de leg. ij. gloſſ. in l. ij. C. pro empt. Bart. & cæteri omnes, in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. & ibi Ripa & Alciat. in q. viij. vbi firmat iſtam ſententiam communem eſſe, & Socin. quoque conſi. xliij. volumine tertio.

## OPINIO CCLXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtem falſè deponentem, iudex punire poteſt etiamſi non ſit in ipſius iuriſdictione. Amplia vt nu. 2. Contra alij vt num. 3.*

4 *Clericum iudex laicus non poteſt propter periurium punire, ſed tenetur eum remittere ad iudicem eccleſiaſticum.*

TESTEM exemptum à iuriſdictione iudicis, coram quo falſum teſtimonium depoſuit, poſſet ipſe iudex illum punire de huiuſmodi periurio ac falſitate text. eſt, in l. nullum. C. de teſti. & l. ij. & ibi Bal. C. de ſportulis, & Marſi. latè, in l. j. §. præterea, nu. 27. ff. de ſicariis, quódque procedit etiamſi iudex eſſet delegatus, qui quippè poſſet vti eadem punitione, ſecundum Bart. & cæteros, in d. l. nullum, & in cap. ſuper his de pœnis, & notant gloſſ. in l. quæſitum. ff. de teſti. & in clem. j. de offi. deleg. Abb. & Deci. in cap. præterea, eod. titu. & Spec. in titu. de teſte, j. verſi. quid de delegato. Aliqui verò Docto. non modicæ authoritatis, & præſertim Bald. inclinauere in contrariam ſententiam, in l. diuus Pius. ff. de falſis, per text. ibi. vbi probatur hæc incidentia crimina in iudicio puniri non poſſe ab eo, qui caret ordinaria iuriſdictione, Tamen prima opinio vera eſt in delegato principis, & ſecunda ſententia in delegato inferioris à principe, & cum hac diſtinctione ſenſerunt Io. And. in add. Specul. in d. §. j. verſi. quid delegato. & ſic delegatus inferioris à principe non poteſt teſtem in caſu præmiſſo punire ſed tenetur eum remittere ad iudicem ordinarium. & eandẽ diſtinctionem ſequuti fuere Panor. & Anania in cap. j. de crimine falſi, Felyn. in d. cap. præterea, Iaſ. & cæteri omnes, in l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. deleg. Marſi. in d. l. j. §. præterea, num. 27. & Marcus Antonius Blancus in tractat. de compromiſſis, in quæſt. viij. in verſi. teſtes num. 14. & denique conſtat apertiſſimè frequentiori iuris vtriuſque interpretum ſuffragio eſſe receptam, ſed in clerico deponente coram iudice laico falſum ex communi opinione docuimus ſuprà in opinio. clericus productus. non poſſe per iudicem laicum puniri, ac eſſe remittendum ad iudicem eccleſiaſticum.

## OPINIO CCLXXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Fœminæ poſſunt eſſe teſtes in cauſis matrimonialibus. Amplia vt numero 2. & 3.*

4 *Teſtes eſſe poſſunt in cauſa matrimoniali, pater, mater, ſoror, & reliqui cognati.*

TESTES eſſe poſſunt fœminæ, ac eorum teſtimonium admittitur, & recipitur in cauſis matrimonialibus, ſaltem quando de matrimonio ipſo probando agatur, text. eſt in cap. ſuper eo, il ſecundo, de teſtib. & ibi tradit. Abb. in iij. not. & omnes. Henric. in cap. quoniam, eod. titu. & iſta eſt communis opinio, teſte Soci. Iuni. conſi. xxix. num. 8. & conſi. xxxj. num. 13. vol. ij. & ita conſuluit Boer. conſi. xl. num. 58. cum aliis ſequen. & hoc ampliatur ſimiliter procedere quamuis tractetur de matrimonio ſeparando, ſecun. Abb. in d. ca. ſuper eo. num. 3. not. Deci. conſi. clxiij. ſub num. 11. & conſilio cccxlij. num. 1. Socin. d. conſi. xxxj. num. 18. & Zaſius not. conſi. ij. iij. iiij. & v. lib. ij. Ampliatur quoque hoc, & interpretatur vtiliter, quòd parentes in eadẽ met cauſa matrimoniali, ac coniugali ad teſtimonium admittuntur. d. cap. ſuper eo, vbi hoc explicant Imo. Abb. Henric. Felyn. Aretin. conſi. xiij. & Pariſi. conſi. lv. num. 28. & conſi. lviij. volu. iiij. ideóque apparet patrẽ, matrem, ſororem, & reliquos cognatos ad teſtificandum admitti in cauſa coniugali, ac matrimoniali, arbitrio tamen iudicis, qui cautè perpendet quanta iſtis teſtibus fides adhibenda ſit, ex qualitate cauſæ pendentis, & ex cognitione pari ſeu diſpari perſonarum, quod notat Hoſtien. & Felyn. poſt alios relatos per eum, in d. cap. ſuper eo. Lanfran. in cap. quoniam, verſ. teſtes, num. 49. de probatio. Aret. conſilio lxxxij. Soci. conſi. xvij. volu. j. & Alciat. in tract. de præſumptio. regu. j. præſumptio. ij. num. 4. & opinionem iſtam ſequitur quoque, & inquit eſſe communem Soci. in tracta fallentiarum, in reg. ccccxxvij. incipi. teſtes parentes pro liberis. num. 6. & ſcripſimus latè ſuprà, in j. part. in opinio. teſtificari, vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio.

## OPINIO CCLXXXI.

TESTES ante litem conteſtatam produci non poſſunt, & producti eorum dicta non recipiuntur aliquo modo. ſed benè poſt conteſtationem litis prædictæ, cap. quoniam frequenter. vt lite non conteſta. vbi hoc firmant, & tenent Ioan. Andr. Inno. Ant. Butrig. & Imo. Bar. in l. de ætate, num. 3. ff. de mino. & Lanfran. in cap. quoniam contra, in verſi. teſtes, num. 53. & ſequent. de probatio. vbi fatetur iſtorũ opinionem eſſe communem, & eam approbat, & vtiliter limitat, in xiij. caſibus Socin. in tractat. fallentiarum, in reg. 242. incip. lite non cõteſtata, & pleniſſimè Lanfran. in loco præmiſſo.

## OPINIO CCLXXXII.

TESTES admittuntur pater, & mater ad probandum ſuper ætate filiorum, non ob hoc faciunt plenam, nec ſemiplenam probationem, ſed aliqualem præſumptionem, & inſtructionem iudici, ſecundum gl. in l. etiam. ff. de probatio. Ioan. And. in addi Spec. in §. j. in titu. de teſti. Bart. in l. de ætate. ff. de dam. infecto. & Socin. in tracta. fallen. in reg. ccccxxvij. exordiente teſtes parentes pro liberis, nu. 8. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Lanfran. in cap. quoniam cõtra, in verſi. teſtes, num. 59. poſt medium, de probatio. Aliqui verò Docto. aſſeruerunt contrarium, quos recenſuimus in prima part. in verſi. teſtificari, vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio in ij. limit. poſt prin

## OPINIO CCLXXXIII.

TESTES nulliter recepti per iudicem: poſſunt, & debent iterũ examinari, etiam poſt publicationem, ſecundum gloſſ. Card. Floren. Ancha. Ant. Io. Ligna. & Imo. in Clem. ij. in verſ. ritè receptis. de teſti. gloſſ. fin. in cap. cùm cauſam, ex eod. titu. vbi idem voluit Hoſtien. Ioãnes And. in fin. Bald. Ancha. Ant. & Imol. Specu. in titu. de teſte. §. j. ver. quid ſi idem teſtis, & ſeq. & ibi pariter Ioan. Andr. in add. Bart. & Bal. in authen. at qui ſemel. C. de probatio. Bar. in l. qui per ſalutem, in fin. ff. de iureiuran. & Alex. ibi. num. 2. qui præſupponit iſtam eſſe comm. opinionem, & Iaſ. qui latè hoc proſequitur, Imo. in cap. per tuas, de teſti. Fely. in c. in literis, de offi. deleg. & Iaſtredus Lanfrancus deciſio. ccclxxxiiij. quando examen teſtium eſt nullum, & ſcripſimus in j. par. in opinio. teſtes poſſunt regulariter produci vſque ad publicationẽ in cauſa, in prima limitatio. vnde ſi teſtis ipſe culpa iudicis minus rectè examinatus ſit, & eius receptio etiam poſt publicationem teſtiũ iterum examinari poſſet, ſecùs autem culpa partis id factũ fuit vt per gloſſ. in dicto cap. per tuas, & ibi Imo. Panorm. & omnes alij communiter. Angel. & Iaſ qui alios citat, in ſexto notab. in l. ſi quis ex argentariis. de æden.

## OPINIO CCLXXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Monachi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.*

2 *Clerici & Monachi nequeunt in iudiciis teſtes recipi & examinari abſque ſuperioris eorum licentia.*

3 *Monachus in cauſa Monachi teſtis adhiberi poteſt.*

TESTES Monachi, ac fratres minores poſſunt adhiberi in teſtamento, in quo eorum monaſterium heres inſtitutum ſit, & ſic in hoc

teſtamento

teſtamento,& in alio:in quo fieret legatum,ſeu donatio monaſterio pro fabrica eccleſiæ eſſent monachi,fratréſque mendicantes ipſi idonei teſtes,cap.inſuper,ext.de teſtib.& ita voluerunt gl.in §. cogitandum,in verſic.teſtes,in authen.de monachis,Specu. in tit.de teſte.§. j.verſic.quid de monacho,& Ioan.And.ibi,in addit. Bart.in l.in tantum.§. vniuerſitatis, circa fin.ff.de rerum diuiſio. & in ſua minorica Bald.per text.ibi,in cap.nuper,de teſtib. Franc.Aret.conſil.clx. longa eſt iſta concluſio,Ac. & Bald.in repeti.l.primę.C.de ſacroſanct.eccleſ. quæſt.iij.tertiæ part.Ferrarien.in ſua pract.Papien.in form.iuramenti teſtium,num.32.& ſeq.vbi meminit ita conſuluiſſe Ang.Peruſinũ, Franc.de Ramp.& Bart.de Saly. ac obtinuiſſe in contingentia facti, & opinionem iſtorum ſequuntur quoque,aiúntque indubitatam eſſe de iure canonico,Fab.Aret. & grauiſſimus Iureconſultus D. Thobias Nonius,num.7.& ſeq.in §.ſed neque heres,inſtitu.de teſtam.vbi eam tuetur,atque optimè declarat.item monachus, ac frâter minor poteſt eſſe teſtis in iudiciis,ſecundum gloſſ.in d. §. cogitandum, ſed hoc falſiſſimum apparet , præſertímque de iure canonico, vt ext.de cleri.& mona.per totum,& ſic tam monachi,quàm clerici in iudiciis teſtes recipi,examinaríque nequeunt abſque ſuperioris eorum licentia,vt firmauit Specu.in d.verſic.quid de monacho, Alberic.in auth. ſi dicatur.C.de teſtib.Lanfranc.in ca.quoniam contra,in c.viij.de teſtibus.num.87.de probat.& Io.de Amicis conſi.lxxvij. nu.17.& ſeq. vbi conſuluit quòd de licentia prædicta debet apparere in actis, aliter monachus examinatus nihil probat ſecundum eum, & eſt veriſſimum. & ſimiliter ipſe monachus in cauſa monachi teſtis adhiberi poteſt,ſecundum gloſſ.in d.§.cogitandum.& ita ſe habet communis obſeruantia,& conſuetudo,teſtę Nata,in repet. §.ex imperfecto. ſub num.181.ſubdente ibi.quod eſt valde rationabilis , nam ſolent à teſtatoribus adhiberi,tanquam legaliores ſub ſpe quod eorum voluntates non reuelent.

## OPINIO CCLXXXV.

*SVMMARIVM.*

*1 Teſtis interrogari non debet ſuper interrogationibus,per quas eorum turpitudo detegitur,nec tenetur ad tale interrogatorium reſpondere.*
*2 Teſtis poteſt interrogari an ſit inimicus litigantis , & tenetur ſuper eo reſpondere.*
*3 Teſtis tenetur ſuper omni interrogatorio reſpondere,per quod eius turpitudo non manifeſtatur.*

TESTES interrogari non poſſunt ſuper interrogationibus, per quas eorum turpitudo detegitur,nec tunc reſpondere tenentur, can.quis aliquando.§.non tibi dico,de pœnitentia.diſtin.j.nam teſtis interrogari nequit,an commiſerit homicidium,ſecundum glo.in c.j. de exceptio.in verſic.confeſſi.vbi refert nuſquam vidiſſe hoc fieri, & hoc non mirum,ſiquidem iniqua,atque iniuſta eſt huiuſmodi interrogatio,etiamſi crimen publicum ſit & teſtis infamatus appareat, vt per Imo.& Felyn.num.10.in ca.cùm cauſam,il primo,de teſtib.poſt Inno.in c.ij.de confeſſ.& quamuis,circa iſta fuerit interrogatus teſtis, & reſponderit,nihilominus parum,aut nihil prodeſſet, ac reuelaret, quoniam erit repulſandus,& ſimul repellendus à teſtimonio,ſecundum Bald.in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiur.in fin.Henric.Aret.& alios,in cap.inquiſitionis.§.tertiæ,de accuſatio.alios verò caſus circiter xxvij.in quibus quis interrogationibus reſpõdere non cogitur,recenſuit Lancel.Conrad.in pract.ſeu tract.de decurio. lib.j. cap.ix.de prætore.§.ij.tit.de interrogatione.num.5.cum aliis ſeq.ſed ex iudicis officio paſſim interrogatur teſtis, num ſit conſanguineus, & cuius ætatis,& pariter interrogari permiſſum cenſetur an ſit inimicus litigantis,nam inimicitia ſine culpa,turpitudinéque ipſius teſtis contingere poteſt,vt firmauerunt gloſ. Ioan.And.Henric.Felyn. & cæteri cõmuniter,in d.§.tertiæ.De his verò,ex quibus nulla ipſius teſtis turpitudo apparet interrogari poteſt,ac reſpondere tenetur,ſecundum gloſſ.in ca.quærendum.ij.quæſt.vj. & in d.ca. cùm cauſam, in verſi.de cauſis, quam ſequuntur Abb. & omnes communiter, vt recitant Felyn.ibi nu.10.& Alex.in d.§.idem Iulianus.

## OPINIO CCLXXXVI.

*SVMMARIVM.*

*1 Infamis infamia facti non poteſt adhiberi teſtis in cauſis criminalibus, mixtis vel grauibus ciuilibus,nec etiam in cauſa ingratitudinis,ſecus in ciuilibus vt num.2.*

TESTES eſſe non poſſunt infames infamia facti,& ſic omninò à teſtimonio repelluntur,ſecund.Doct.omnes variis in locis iuris noſtri,& Alber.Roſa.in tract.de teſtibus, in §.conſequenter, nu.7.& ſeq.vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem in negocio criminali,mixto,vel ciuili graui, & in cauſa ingratitudinis, de quibus per Socin.in regula ccccxv.& ſeq. & pariter aſſerunt nihil probare. Sed in ciuilibus admittuntur, vt copioſè docuimus, in hac ſecunda parte.in opinione teſtis eſt idoneus infamis,eſt benè verum quòd eis diminuitur de fide,vt ſi viles perſonæ ſint,etiam eis fides non adhibeatur abſque tormentis,ſecundum Bar.in l.cunctos populos, num. 12.C.de ſumma trinit.atque voluit poſtremò Abb.in cap.teſtimoniũ, num.6.de teſt.& Iaſ.in l.prætor.§.cogentur, num.7. ff.de eden.teſtes ipſos de facto non fore omni exceptione maiores.

## OPINIÒ CCLXXXVII.

*SVMMARIVM.*

*1 Meretrix in cauſa criminali non poteſt eſſe teſtis.*
*2 Concubina non poteſt teſtificari in cauſa amaſij ſui.*

TESTES eſſe non poſſunt meretrices in cauſis criminalibus, ſecundum glo.in l.iij.in verſ.lege Iulia,ff.de teſtibus,Inn.in cap.cum P.Manconella,de accuſat.Cardin.Alex.in cap.tanta,de ſimon.Marſi. in pract.crimin.in §.diligenter.num.139.& Iaſ.in l.cunctos populos, in ij.lect.num.54.C.de ſum.trin.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem.& ita conſuluit Alex.conſil.xj.vol.j.& Franciſcus de Placentia conſil.lxxxiiij.nu.8.poſito inter conſilia crim.diuerſorum collecta per Io.Bapt.Zilettum.in j.vol.& huic ſentẽtiæ inhæret quoque Lancellotus Conradus,in pract.ſeu tract.de decurionibus, lib.j. cap. ix.de prætore.§.ij.num.17.ſimilitérque concubina in cauſa ſui amaſij minimè ad teſtificandum admittitur,vt voluerunt Bald.& Saly.in l.etiam,in fin.C.de teſt.& Bald.in cap.in literis,de teſt. licet, & malè. Ang.ſenſerit contrarium,in l.ij.§.ſi vir.ff.ad Silla.

## OPINIO CCLXXXVIII.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes ſimpliciter deponentes Titium poſſediſſe decem annis,ſi non addant,tali die inchoatis & tali completis,nihil probant.*

TESTES deponentes Titium poſſediſſe decẽ annis,nullámque mentionem facientes determinatam de quibus non probant præſcriptionem,niſi deponant de eodemmet tempore,& eiſdemmet annis, vnde allegans ipſam præſcriptionem ad fundandum eius intentionem, articulare atque probare debet,quod decem annis poſſedit inchoatis tali die , & completis tali tempore,aliter teſtes deponendo quòd poſsidere viderunt decem annis ipſum Titium,nec ſpecificent, ac oſtendant de quibus annis abſque dubio nihil probant,quia ignoratur an voluerunt deponere de eiſdem annis,an de aliis, ſecundum Bart.in l.Celſus.ff.de vſucapio.num.27.& 29.cui inhærent Bald.in l. fin.C.de edic.diui Adri.tollen.Aret.inſtitu.de vſucap.in princ.Bald.& Ang.in l.ſuper longi.in fin.C.de præſcrip.longi tempo.Alex.conſil.lj. circa fin.& conſil. lxxij. volum.j. & copioſè Balbus cum aliis relatis per eum,in rep.poſita,in fin.ſui tractatus,de præſcript. d.l. Celſus,q, vj.num.18.cum aliis ſeq.vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem,& Lanfrancus quoque in cap.quoniam contra, de probatio.in cap.viij.de teſtibus.num.94.

## OPINIO CCLXXXIX.

TESTES quinque omni exceptione maiores requiruntur neceſſariíque ſunt ad probandum felloniam , ſeu ingratitudinem contra vaſallum,text.eſt in ca.j.quòt teſtes ſunt neceſſ.ad proban.&c.quẽ quidem text.non fore authenticum,neque ſeruari aſſeuerat cum aliis relatis per eum,Molin.in conſuet.Pariſ.de feud.§.x.ſed illum text.eſſe authenticum,haberéque plenam fidem,ſicut cæteræ leges, atque pro lege ſeruari voluerunt omnes Doct.vt inquit Iacobi.de feud. in verſic.dictique vaſalli,il primo.num.55. & ait eſſe communem ſententiam omnium Bertran.conſil.cxv.num.31.volum.v.

## OPINIO CCXC.

*SVMMARIVM.*

*Teſtificari contra clericum non poteſt in cauſa criminali qui non eſt,vel propter defectum corporis eſſe non poteſt clericus.*

TESTIFICARI in criminalibus negotiis contra clericum non poteſt,qui tale vitium corporis patiatur,quod à promotione,& ſacerdotio repellat,& ſic mutilati membris, ſeu corpore in teſtes aduerſus clericos non admittuntur,ſecund. Abb.antiquum Fely. Deci. cæteróſq;,in c.j.de excep.& omnes in ca.ipſi Apoſtoli,vbi à Gratiano

Fabiani

Fabiani decretum adducitur.ij.quæſt.vij. ſcripſit Fabianus Papa epiſtola.ij,ad epiſcopos orientales non fore teſtem idoneum in criminali cauſa contrà ſacerdotem eum qui clericus non ſit, nec clericus eſſe poſſit,& opinionem iſtorum ſequitur quoque Bald.in ſua margarita,in verſic. mutilari, & Marſil.in pract.crim.§ nunc videndum, num.52.& communem eſſe ſcribunt Felyn.& Deci.in d.cap.j.

## OPINIO CCXCI.

TESTIBVS duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm centum deponentibus de ſpontanea voluntate ; & ſic potius creditur duobus teſtibus affirmantibus metum in actu illarum fuiſſe,quàm centum dicentibus libere actum geſtum,ſecundum Innoc. & omnes Canoniſtas,in cap.ſuper hoc,de renun. Bal.in l.obſeruare, §.proficiſci,in viij.quæſt.ff.de offic.proconſ.Ang.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.vnde vi,Abb.in ca.j.de his,quæ vi, metúſve cauſa fiunt.Corſet.in ſing.in verſic.mille teſtes , conſulentem ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando,quam communem eſſe inquit Deci. cap.fin.de appell.& patet apertiſſimè quoque iſtam fore cõmunem ſententiam ex congeſtis per Pariſ.conſil.cxxxviij. num.8. volu.iiij.& Alciat.in tract.de præſumpt.in reg.iij.præſumpt.vij.num.4.

## OPINIO CCXCII.

### *SVMMARIVM.*

*1 Cardinalis duobus teſtibus conuinci poteſt.*
*2 Pontifex & Cardinales,quãtum ad conuincendum de crimine,ad paria.*
*3 Teſtes duo requiruntur ad condemnandum Papam.*

TESTIBVS duobus cõuinci poſſunt Cardinales,ſicut & Pontifex duorum teſtimonio condemnatur, ſecundum Abb.in cap.per tuas,in fin.de maior.& obed.Rom.in repet.auth. ſimiliter. C.ad leg. falcid.in xxxiiij.priuilegio vltimarum voluntatum. Dec,num,2. cum aliis ſeq.& omnes,in cap.at ſi clerici,de iudi.vbi Auguſtinus Berous aſſerit,num.8.& ſeq.iſtam eſſe magis communem opinionem , licet ipſe,& malè,ſenſerit contrarium,& cum communi præmiſſa videtur concurrere etiam omnes Theologi,præcipuéque Augu.de Anchona in tract.de poteſtate eccleſiaſtica, in v.quæſt .articuli.v. concludentes, quòd quantum ad conuincendum de crimine inter ſummum Pontificem,& cardinales nulla differentia cõſtitui poſſit,ideò omnes iſti,aut duobus,vel tribus teſtibus cõuinci poterunt, & hoc quoque voluit Felyn.poſt quamplures congeſtos per eum,in d.c.per tuas, & poſtquam oſtendimus apertiſſimè Cardinales duorũ dicto conuinci poſſe , adde quod duo etiam teſtes requiruntur ad condemnandum Papam,prout latè ſcripſimus,in prima parte.communium opinionum , in verſiculo teſtes duo ſufficiunt ad condemnationem cuiuſcũque delinquentis.

## OPINIO CCXCIII.

### *SVMMARIVM.*

*6 Teſtificari poſſunt pro vniuerſitate,illi qui ſunt de vniuerſitate, ſi vtilitas in communi peruenit. Alij ſecus & contrà,vt nu.1.2.3.4.5.& 7.*

TESTIBVS vniuerſitatis an plene credatur?in hoc reperio varias Doct.opiniones,& in primis Bald.conſ.cccclxviij.qualiter,nu, 6.volu.iij.tenet quod ſi teſtes non ſentiunt commodum,vel incommodum immediatum poſſunt pro ſua communitate deponere,&ſecundum eum ita Doct.communiter ſentire videntur,& idem firmat Rom.conſil.vij.nu.4.& Gerard.ſing.xxiiij.vtrum ciuis,vbi diſtinguit, aut non litigatur principaliter de vtilitate ſpectante ad ciues,& ſunt idonei teſtes,text.eſt in §.legatarius,inſtit.de teſta.aut quæſtio eſt ſuper re principaliter ſpectante ad commodum,vel incommodum ciuium,& non ſunt idonei teſtes,l.omnibus. C. de teſta.& opinionem iſtam ſequuntur complures alij relati per Couarr.in ſua pract.c.xviij, num.4.& meminit cõmunem eſſe.Altera fuit opinio Fulg.in conſil, clxxiiij.vbi dicit,& concludit communem eſſe opinionem,quòd teſtes de vniuerſitate in cauſæ ſuæ vniuerſitatis admittantur ad teſtificandum , quando ex victoria nullum ſunt habituri commodum, idémque voluit Corn.conſil.cccxxxiij. num.27.lib.j. ſubdens ibi hoc vtile verbum quòd non conuenit inſtare,an ſint integri,ſicut alij. Aliam etiam reperio ſententiam Lanfr,in ca. quoniam contra,in verſi. teſtium,num,121.de probat.quod ſi illud ſuper quo litigatur ſingulorum commodum concernit,vtputa ſi verſatur lis ſuper nemore,in quo quilibet accipere poteſt ligna pro vſu ſuo, & detinere animalia ad paſculandum,& tunc vnus de vniuerſitate non poterit pro ea teſtificari,& idem firmat Bertran.conſil.lj.num.1.volum.ij.Pariſ.conſil, xxvij.num.98.& conſil.ciiij.num.135.vol.j.& Grammat. conſulendo conſilio ciuili.lxvij.num. 1.& ſeq.vbi explicat ita in ſacro Regio ſenatu Neap,obtinuiſſe,& Affl.deciſ.ccccxl.vbi refert fuiſſe determinatũ, in d.ſacro concilio , in caſu præmiſſo nullam eſſe faciendam vim in teſtibus vniuerſitatis,& iſta eſt communis opinio. teſte Couar. in d. c.xviij.ſub,nu 4.vbi hoc latè explicat, & Petro de Benintendis deciſ, lxx.vniuerſitas caſtri regumagni. num.7.& ſeq.atque de eius veritate,& interpretatione latè ſcripſimus,in pri.par.opin. teſtes de collegio,vel vniuerſitate ſeculari non probant pro ea,per totam. Alia vero fuit opinio Gui.Pap.conſil.cxciiij.in fin.vbi voluit illos de vniuerſitate poſſe pro eorum vniuerſitatibus deponere , licet reportarent commodum in vniuerſo per not.Cyn.& Doct.in l.parẽtes.C.de teſt. & hoc idem expreſſè firmat Marſi.in l,j.§.ſeruum municipium,nu.1. & ſeq.ff.de quæſt.vbi aſſerit omnes Doct.tenere illos de vniuerſitate poſſe teſtimonium ferre in cauſa ſuæ vniuerſitatis, quia nullus de vniuerſitate dici poteſt deponere in cauſa propria,cùm aliud ſit vniuerſitas,& aliud ſinguli de vniuerſitate & ſequitur quoque Dec.cõſ. cccxliij.num.4.& communem eſſe aſſerit,& Couar.vbi ſuprà.Poſtremò,& vltimò in alia opinione fuit Alex,conſ.xcix.num.16.lib.v.quẽ ſequitur Capic.deciſ.cliij.nu.6,quod teſtes de vniuerſitate in nemorum litibus admittantur ad perhibendum teſtimonium,quando daciariis aliquid pro lignis ſoluunt,& ſimiliter Alex.conſ.lxviij.nu.16, vol.ij.firmat,quòd vbicũque in cauſa vniuerſitatis eſt quæſtio de molendino,ſeu de aliis rebus quarum vtilitas in communi peruenit, & tunc homines illius erunt idonei teſtes,& eiuſdem ſententiæ fuit Io. de Amicis conſi.viij.nu.25.& ſeq vbi nu,30.ſcribit iſtam eſſe veram, communémque opin. Et ſic magis communis & vera opinio eſt ꝙ teſtes de vniuerſitate poſſunt pro ea teſtimonium ferre,quando vtilitas in cõmuni peruenit,& quamuis & malè.contra iſtã cõmunem Cepol.in tract.ſeruit.ruſt.præd.in tit.de iure paſcẽdi.nu.11.& ſeq. & Grãmat.in d.conſi.lxxvij.nu.2.poſt alios cumulatos per eũ aſſeuerent ꝙ prædicti teſtes vniuerſitatis non ſentientes cõmodum, vel incommodum,in ſpecie probent pro ea.tamen eis non plenè credendũ eſt, nec erunt idonei teſtes,& in ſententia hac videtur reſidere Couar.in d.c.xviij.ſub num.4.cum quadam admonitione,quã ipſe facit iudici ſatis tuta,ſed ſuaſio iſtorum Doct.parum,aut nihil me mouet ad diſcedendum à memorata communi,quæ eſt veriſſima,& eam ſequendam fore in iudicando,& conſulendo,prout ei inhæret Dec.in d.cõſ. cccxlij.nu.4.ac fatetur carere difficultate atque diſcrepantia.Ioan.de Amicis,in d conſil.viij.num.30.& ita determinauit quoque Rota Bononienſis,teſte Petro de Benintendis.in d.deciſ.lxx.in fi.

## OPINIO CCXCIIII.

### *SVMMARIVM.*

*1 Teſtis vnicus nihil probat. Limit. vt num.2.*
*3 Clericatus & tonſura probari debent literis.*
*4 Clericatus non probatur ex eo,quòd Pontifex beneficium conferendo in ſua bulla aliquem nominat clericum.*

TESTIMONIVM vnius teſtis regulariter non eſt admittendum c.licet vniuerſis.c,veniens.& c.in omni negotio.de teſti.& l.vbi numerus.ff.de teſti.& vnus teſtis minimè probat,etiam quòd ſit præclaræ authoritatis,& dignitatis,can.ego ſolis,ix.diſtinc.glo.in c.ſicut, de ſenten.excõmuni.de qua meminerunt Abb.in c.eccleſiis.de maio. & obedien.Fely.in c.poſt ceſsionem.de probat. et notat Iaſ.in repet. l.admonendi.ff.de iureiur.nu.189.Abb.et omnes.in cap. conſtitutus. de appellatio.et ponit pro regula cum aliquibus fallentiis, Socin.in tract.fallen.in reg.ccccxxiij.teſti vni:hoc verò limitatur nõ procedere in probanda prima tonſura,namq; prima tonſura probari poteſt vnius teſtis teſtimonio, vbi de alterius præiudicio non agatur , ſecundum Bald.et Fely.in d.c.licet vniuerſis.Iaſ.in d.l.admonendi.nu.128.Marſ. in l.j.§.idem Cornelio.nu,4.poſt medium.ff.de quæſt. et Gerardum ſing.xlix.ſecus autem eſſet,vbi tractaretur de iuriſdictione iudicis declinanda ex cauſa clericatus:vel eſſet quæſtio, et lis ſuper beneficio, ſeu eſſet controuerſia inter iudicem eccleſiaſticum,et ſecularẽ ſuper iuriſdictione in clericum exercenda, tunc quippè plenè per ſcripturam,vel per duos teſtes probari oportet,ſecundum Bald.Alberi.poſt Cyn.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.et cler.et ita hoc limitant interpretantur,et declarant etiam Afflic.in conſtitu.Neapolitana,tit. iij.nu.12.Rebuffus,in pract.benefic.tit.de forma literarum tonſuræ, num.34.et aduerte hîc.ꝙ regulariter clericatus , ac tonſura probari debet literis,et ſcripturis,vt per tex.vbi Iacob.Butrig.in d.l.ſi qua per calumniam,et tradit Fely.et omnes.in d.c.poſt ceſsionem.Rebuffus. in d.tit.de forma literarum tonſuræ,nu.22.et Grammat. deciſ.lxxxj. num.1.et 4, Cæterum,vbi opponitur , et allegatur ſcripturam fuiſſe amiſſam,et perditam,hoc caſu poteſt probari per teſtes l.teſtium.C. de teſtib.l.ſi ſolennibus.C.de fide inſtrum. gloſſ.communiter recepta ab omnibus.in c.ſi iudex laicus.in verſ.fecerit. de ſenten. excom. in vj.et notat Guid.Papæ.q.cccclxxiiij. et Rebuffus in d.tit.de forma

literarum

literarum tonſuræ,nu.25.& licet tonſura,ac clericatus probari poſſit literis facientibus mentionem de ordinatione ipſa clericali,nihilominus hoc non procedit in bulla, ac litera Pontificis,in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam,nam clericatus non probatur ex eo,quod Pontifex beneficium conferendo in ſua bulla nominet ipſum clericum,ſecundum Ioan.Andr.in c.non licet.de reg.iur.in mercu.Calderi.& Anto. de But.in d.c.poſt ceſſionē. Panor.in c.dudum.de præſump.Afflict.loco,de quo ſuprà.Ancha. & Franc.in d.c.ſi iudex.& Grammati.d.deciſio.lxxxj. nu.3.& ſeq.poſt alios cumulatos per eum,vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionē.

## OPINIO CCXCV.

TESTIMONIVM dicens in cauſa criminali,ſi ex eo mors illata,ſeu ſecuta fuerit,etiam præmiſſa proteſtatione efficitur irregularis,ſecundum Fely.poſt alios.in c. poſtulaſti.de homicid.glo.ad hoc optima,quæ in laico loquitur, in c.j.lj.diſtinct.& in clerico gl.in c.teſtimonium.xj.q.j.& notant,& firmant etiam Abb.in c.de cætero. de teſtib.& ibi Fely.vbi hæc eſt cōmunis opinio omnium Doct.& idem notat Crotus,in tracta.de teſtib.nu.69.

## OPINIO CCXCVI.

### *SVMMARIVM.*

*Mutus ſciens ſcribere,poteſt ferre teſtimonium.*

TESTIMONIVM dicere poteſt mutus ſciens ſcribere:ſecūdum glo.in c.teſtes per quancunque ſcripturam,in verſicul.quæ nouerunt,& viderūt poſt prin.iij.q.ix.Spec.in tit.de teſte.§.nunc tractādum,verſi.quid de muto.Bonifa.in tract.maleficio.in rub.de teſtibus, & qui repelluntur a teſtimonio.nu.57.& iſta eſt cōmunis opinio,teſte Præpoſit.in c.cùm apud.de ſponſalib.& Ripa,in l.j.nu.34. & 37. ff.de verb.oblig.& eam ſequitur Marſi.in l.de minore.§.plurium quoque,nu.8.ff.de quæſtio.cum aliis relatis per eum,& diximus licet in alio propoſito.in j.Par.in opinione,teſtis non poteſt tradere in ſcriptis dictum ſuum poſt princip.

## OPINIO CCXCVII.

### *SVMMARIVM.*

*Teſtis citatus poteſt cogi per iudicem ordinarium ad dicendum teſtimonium.ſecus in arbitro.*

TESTIS citatus,& relatus,nolens dictum ſuum deponere in termino ſibi præfixo,poteſt per iudicem ordinarium cogi ad deponendum,non autem per arbitrum,ſecundum Alberic.in l.ſi quando. C. de teſtib.& per conſequens iudex ſecularis teſtem iſtum debet & poteſt tranſacto termino ei conceſſo compellere ad ferendum eius teſtimonium imponendo ei mulctam.l.iij.§.exigere.ff. de tab.exib. vel captis pignoribus ad inſtar tutoris nolentis & recuſantis ſatiſdare:vt in §.ſciendum.in titu.de ſatiſda.tut.& ita voluerunt Cyn.Bar.Bal.An. Alberi.& alij in d.l ſi quando,quorum opinionem ſequitur quoque, declarat,& inquit eſſe communem Lanfran.in c.quoniam contra,de probatio.in verſic.teſtes,nume.31.& declarat ſimiliter Barto.in d.l. ſi quando,nume.5.6.& 7.in regno verò Neapol.obſeruatur contrariū nam teſtes vocati per iudices delegatos venire recuſantes, tranſacto termino eis præfixo,in tertia parte eorum bonorum mobilium fiſco applicanda condemnantur:vt habetur in conſtitutio. in pecuniariis litibus omnibus.& hoc procedit certè in ciuilibus cauſis, ſed in criminalibus teſtes iſti maiori pœna condemnari debent,eiuſdem conſtitutionis determinatione,ante fin.

## OPINIO CCXCVIII.

### *SVMMARVM.*

2 *Pater ſpiritualis admittitur ad teſtificandum pro filio ſpirituali, Alij contra vt num.1.*

3 *Filius ſpiritualis an poſſit eſſe teſtis in cauſa patris ſpiritualis,remiſſiuè.*

4 *Baiolinus non poteſt eſſe teſtis quandiu nutrit.*

TESTIS non eſt idoneus pater ſpiritualis in cauſa filij ſui ſpiritualis ſecund.Bald.& Alex.in l.generaliter.ff.de in ius voc.Fulgo.in l. v.§.prætor ait.eod.titu.Saly.in lege.teſtis idoneus.ff. de teſti.Francus in c.j.de cogna.ſpiri.lib. ſexto,Afflict.in conſtitutio. Neapol.exordiēte,mores diſſolutè viuentium. verſiculo. xxx.& Bertrandus, conſilio clxxviij.nu.13.volu.ij.

In contrariam verò partem videlicet, quòd pater ſpiritualis non repellatur à teſtimonio inclinauerunt Bart.conſi.xcij.in quæſtion.vertente inter dominū Simonem.Bald.Saly.reuocando ſententiā in melius.in l.parentes.C.de teſti.Ioan. Ana.in c.cùm dilectus.de accuſa.alter Alberic.in tractat.de teſti.in prima par.primæ par.Franc.Areti.in c.cùm oporteat.de accuſatio.Roma.Alexand. ſibi contrarius Soci. & Iaſ.in d.l generaliter.Corne.conſi.lxj.viſa copia proceſſus.volumin. iij.Ioan.Plat.§.teſtes inſtitu.de teſt.Alexand.conſi.xlij.conſil.cxxv.volumi.iiij.& conſil.clxxxvj.volumi.vij. Fely.in cap.cùm nuncius de teſti.Cæpol.cauſarum ciuilium conſilio v.Iaſ.in l.cùm apertiſſimi.C.de iudi.& in §.pœnales.inſtit.de actio.Salyc.& Flo.in d.l.teſtis idoneus. Aufrer.in tract.de reprobationibus teſtiū in litera,p.verſic.pater ſpiritualis.Orian.in repet.c. quoniam contra.in materia teſtium, de probatio.Bertrand.ſibi contrarius conſi.ccc.circa fin.volumi.ij.Benedic. in c.Rainutius.in verſic.& vxorem nomine Adelaſiam.nume. 767. de teſtamen.Cotta.in memoriali, in verſiculo commater. poſt princ. & Ruinus conſilio lxxxj.numero decimonono,volumi.tertio,& iſtorum opinionem non me latet eſſe magis veram,magiſque communem,vt atteſtatur illam pariter ſequendo Alex.de Neuo,conſi. vigeſimo,nume.7.Et aduerte quòd licet pater ſpiritualis,ſecundum dictā communem ſententiam repellendus non eſſet à teſtimonio ferendo, tamen eius fides non foret vſquequaque integra,ſecundum Fulgoſi.conſil.xj.emphyteute.Alex.conſi.ccxxxvij.vol.vi.Bertrachi.in ſuo repertorio.in ver.compater.verſ.xiiij.Dec.dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis,in c.cum ſpeciali.de appel.Alciat.in l.j.in prin. C.de in ius vocan.aſſerentem iſtum teſtem non fore omni exceptione maiorē, & Ripam.in l. admonendi.nu. 181.ff.de iureiur.& hoc veriſsimum exiſtimo,& ſemper obſeruaui in cauſis ciuilibus,& criminalibus,& ſæpiſsimè obſeruari vidi in actu practico. ſed quid è contra an filius ſpiritualis pro patre ſpirituali poſsit eſſe teſtis,vide Fely.declarantem in d.c.cùm nuncius.in ver.& in quantum.item Baiolinus non poteſt eſſe teſtis quandiu nutrit,poſtea verò eius teſtimonium admittitur. ſecundum Bal.in l.parentes,C.de teſti.& Lanfran.in d.c.quoniam.in ver.teſtes,nu.61.vbi ait iſtam eſſe communem opinionem.

## OPINIO CCXCIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtis improbatis & leuioribus moribus præditus, idoneus eſt in cauſa ciuili.*

2 *Infamia teſtis probatur etiam per teſtes non iuratos.*

TESTIS eſt idoneus infamis infamia facti,hoc eſt improbatis, & leuioribus præditus moribus in cauſa ciuili ſecundum glo.in lege tertia. §.duæ cauſæ.ff.ad Carbo.& in c.teſtimonium.de teſti.in verſ. in hoc caſu,& vtrobique Doct.ſed non foret iſte teſtis dignus tanta fide,quanta reliqui integri teſtes,ſecundum glo.& Bart.in l.j.C.de ſūma trini.Bar.in l.Caſsius.ff.de ſenatoribus Marſilius in ſingu.cix.infamis.& Abb.in d.c.teſtimonium.dicentem arbitrio iudicis relinquendum eſſe quantum ex hoc fides teſtis prædicti diminuatur,quod inquit communiter receptum ab omnibus ſcribentibus Lanfran.de Oria.in capitulo quoniam contra de proba.in ver.teſtes,numero 74.& ibi Benedi.Vadius,in add.& de iſtis teſtibus infamibus de facto ponit aliqua exempla Orianus loco de quo ſuprà.& infamia iſta aduerte,imò nota perpetuò, quod probatur ac verificatur etiam per teſtes nullo modo iuratos,ſecundum gloſſam in capitulo tua.in verb.teſtimonio.de coha.cle.& mulie.Bal.in ſuo reperto.in ver.infamis.& Marſil.in d.ſing.cix.in fin.

## OPINIO CCC.

### *SVMMARIVM.*

*Teſtis iurans die iuridica poteſt examinari die feriata.*

TESTIS iurans die iuridica,& deponēs die feriata valet,& tenet eius teſtimonium,ſecundum Spec.in titulo de feriis. §.ſequitur ver.quid ſi ſciuit.gloſſam ſingularem in clementina iudices.de offic. delegati Albericus in lege iuriſiurandi.C.de teſtibus : Baldus in lege ſi quando eodem titulo Lanfran.in capitulo quoniam contra de proba.in capitulo octauo de teſtibus.numero 15.& Angelus in lege dāni infecti.ff.de dam.infec.vbi profert hoc magnum verbum ita ſeruari in curia,& in toto mundo,prout atteſtatur etiam Albericus de Roſa.in tractatu de teſtibus,numer. centeſimoquadrageſimooctauo & ſic obſeruat praxis quoque in regno vigore ritus magnæ curiæ vicariæ exordientis.item quòd ſi teſtes producti.in dicta curia,diſponentiſque,teſtes iuratos die non feriata poſſe examinari die feriata, & notat Maranta.in tractatu iudiciorum in ſexta parte in ſexto actu,de teſtium productione,numero quarto & ſeptimo & in nono actu eiuſdem vj.par.nu.32.

OPINIO

## OPINIO CCCI.

### SVMMARIVM

1 *Nuncio publico creditur, eiuſque relationi ſtatur quoad citationem.*

2 *Nuncius ſi referat citatum dixiſſe ſe nolle comparere, quamuis citatus per tale reſponſum cenſeatur verè contumax, vt num. 2. tamen reſponſum illud debet probari per teſtes, vt num. 3. Alij contra, vt nu. 4.*

NVNCIO publico plenè creditur, eiúſque relationi ſtatur quoad citationem. c. cùm parati. vbi gloſſ. & omnes. de appel. & latè ſcripſimus ſuprà in prima par. in verſic. nuncius. ſed hoc non procederet. vbicunque nuncius aſſereret citatum per eum dixiſſe, nolo venire ad iudicium, nec ad iudicem accedere, tunc quippè iſte citatus ob huiuſmodi verba prolata, & ob relationem per nuncium factam cẽſetur verus, & manifeſtus contumax, capit. venerabilibus. §. ſecus. de ſenten. excommuni. in vj. & notant Cardi. & alij, in clemen. vnica de dolo, & contu. q. viij. & Abb. in c. cùm parati, de appellatio. tamen citati prædicti reſpõſio debet per teſtes probari, nec ſufficit ſola ipſius nuncij relatio, vt dicatur contumacia manifeſta, ſecundum gloſſ. in d. §. ſecus. in verſic. in iudicio. quam ſequuntur ibi Domi. & Franc. Bal. & Imo. in d. c. cùm parati. & Iaſo. in l. properandum. §. & ſi quidem. nu. 9. C. de iudi. & iſta eſt communis opinio. In contrariam vero partẽ, videlicet, quòd memorato nuncio referenti citatum dixiſſe nolle venire credendum ſit, inclinarunt Cardi. in d. clemen. vnica. quæſt. viij. Præpoſ. Abb. & Deci. num. 45. in d. cap. cum parati. & Felyn. qui alios huius ſententiæ refert, in c. ad petitionem, numero 20. de accuſa. ſed quicquid iſti ſuadeant, ob hoc non foret diſcedendum à præmiſſa communi, quæ veriſſima, ac tutiſſima redditur ex relatis per Iaſo. in dicto. §. & ſi quidem, & iſta communis opinio videtur conformis cõſtitutioni regni Neapol. citationis literæ, in qua diſponitur non foreſtandum dicto nuncij iurati, niſi fiat intimatio, ſeu notificatio citationis coram duobus, vel tribus teſtibus, vnde hoc iure vtimur, & ſeruamus hodie formam dictæ conſtitutionis, vt per nuncium fieri debeat relatio ſe citaſſe Titium talibus teſtibus præſentibus, videntibus, & audientibus, aliter ſibi non crederetur.

## OPINIO CCCII.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. Fallit vt nu. 2.*

4 *Exceptio quod teſtis ſit excommunicatus vel infamis. non retardat examinationem, ſed reſeruanda eſt in finem iudicij, niſi pars obiiciẽs vellet exceptionem incontinenti probare vt nu. 5.*

TESTIS eſſe non poteſt excommunicatus, & ſic à teſtimonio repellitur c. veniens il ſecundo, de teſti. & c. decernimus de ſenten. ex commu. in vj. & tenent omnes Docto. in c. intelleximus. de iudi. & c. teſtimonium de teſti. & Ruinus conſi. vij. nume. 15. volumi. v. & Lanfran. in c. quoniam contra. de probatio. in verſicu. teſtes, nume. 76. vbi ait iſtam opinionem eſſe indubitatam, & communem. Sed hoc fallit non procedere in crimine hæreſis, quia tunc teſtes excommunicati, & criminis ſocij admittuntur in inquirenda hæreſi, c. in fidei de hęre. in vj. cum declaratione ibi tradita. & per Ioannem Franciſcum Ponzinibium, in tracta. de lamiis, num. 84. concluſio xxj. fallit etiam prædicta communis nõ habere locum, vbicunque excommunicatus eſſet abſolutus, tunc enim poſt abſolutionem impetratam à dicta excommunicatione poteſt eſſe teſtis, ſecundum Deci. in d. c. teſtimoniũ, & iſtam inquit eſſe communem opinionem Lanfran. in d. c. quoniã, in verſicu. teſtes, nume. 76. ſed ſi opponeretur teſtem productum per partem eſſe excommunicatum, vel infamen, ob hoc igitur non retardaretur eius examinatio, verùm exceptio hæc reſeruanda eſſet in fine iudicij, ſecundũ Specu. in titu. de teſti. §. j. verſicu. quid ergo ſi præmiſſa deiiciens, vbi hoc ipſe limitat, niſi pars obiiciens exceptionem huiuſmodi vellet incontinenti eam probare, quia eſt audiendus, ſi habet probationes in promptu, ſecundum plura citata ibi per eum, ideò optimè pro cautela tradit Follerius, in practi. crimi. in fragmentis. titu. de excommunicatis, nu. 228. & circa fin. dictæ practi. quòd ſi teſtes allegati fuerint excommunicati in iudicio abſolui debeant, & hæc omnia poſuimus etiam ſuprà, in opinio. excommunicatus non poteſt eſſe teſtis.

## OPINIO CCCIII.

### SVMMAARIVM.

1 *Inimicus non poteſt teſtificari contra inimicũ. amplia vt numero 2. & 3. Limit. vt nu. 4.*

5 *Inimicus non capitalis quamuis contra inimicum pro teſte admittatur minus tamen fidei ipſi quàm reliquis habetur.*

6 *Inimicus capitalis quis dicatur remiſſiue.*

TESTIS eſſe non poteſt inimicus contra inimicum ſuum. l. iij. & ibi Barto. Alexand. & cæteri. ff. de teſtibus. l. prima. §. quæſtionum. ff. de quæſtio. §. ſi verò dicat odioſum. authent. de teſti. & ibi not. & in authen. ſi dicatur, in fi. C. de teſtib. Bertrand. in tract. de reprobatio. teſtium, in verſic. Ermaphroditus, num. 60. Ferrarien. in ſua pract. Papienſi, in forma iuramenti teſtium. §. proteſtante, nume. vndecimo & ſeq. Melchior de Facinis de Padua conſil. lxxxij. nu. 4. & ſequen. volu. j. poſito inter conſil. criminalia diuerſorum collecta per Ioan. Baptiſtam Ziletum, Marſil. in l. j. §. præterea. nu. 1. ff. de quæſtio. & Ripa, in c. j. de iudi. nu. 15. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opini. & hoc adeò verum eſt, atque procedit. quod inimicus etiam reconciliatus, à teſtimonio repellitur contra inimicum, & ſic ſuſpicio inimicitiæ non tollitur per reconciliationem, quoties ea nuper contigerit, quoniam non ſtatim poſt reconciliationem eſt idoneus teſtis, qui paulò antè erat inimicus ideò expectandum eſt, vt amicitia ſit longo tempore confirmata, & obliuioni tradita omnia inimicitiarum veſtigia, tex. eſt & ibi glo in c. accuſatores. iij. q. v. in verſi. inimicitias Anan. & Fely. in c. per tuas. de ſimonia. Ro. ſing. cccxix. Anania. conſ. cxvij. volu. j. & ibi Bologninus in add. Inno. Abb. Anania. & Fely. nu. 4. in c. cùm oporteat. de accuſatio. Iaſo. in l. apertiſſimi. de iudi. Maranta. in tracta. iudiciorum in vj. par. in ij. actu. de appellatione. nu. 64. Marſi. in d. §. præterea. num. 4. Crauet. conſi. ix. nu. 6. & conſi. lxxiij. num. 13. Iacobus Nouellus, in tracta. ad defenſam. in rub. an indicia pro reo danda ſint incip. ſolet communi ſententia dici, nu. 43. & ſeq. & complures alij ſignati per Tiraq. in tracta. de cauſa ceſſante. in ij. par. limitatio. xvj. nu. 7. ex quibus conſtat iſtam communem opinionem fore. ampliatur quoque præmiſſa quòd in crimine læſæ maieſtatis, ſimoniæ: hæreſis, aliorúmque enormiſſimorum delictorum, inimicus ad teſtificandũ minimè admittitur, vt voluerunt Spec. in tit. de accuſa. §. j. Bar. in l. in quæſtionibus. ff. ad le. Iuliam maieſta. Bal. in l. in his. §. j. in fi. ſol. matri. Roma. in l. ſi verò. §. de viro. eod. titu. Alex. conſi. cxxvij. in fi. vol. iiij. Abb. in c. inquiſitionis. §. tertiæ. de accuſa. Crauet. in d. conſilio nono ſub numero ſexto. & Marcus Antonius Blancus, in pract. crimi. in rubr. incipien. poſtquam vidimus quæ indicia ſunt ciuilia, nu. 19. & hoc per text. in c. per tuas. quem communiter omnes citant pro ſingulari, teſte Marſi. in d. §. præterea. ſub numer. primo. licet ipſe ibi alleget alterum text. ſimilem. in cap. cum P. ext de accuſatio. & aduerte quòd præmiſſa iura diſponentia inimicum recipi non poſſe in teſtẽ veniunt intelligenda procedere in inimico capitali, non autem in inimico non capitali, nam iſte inimicus admittitur quamuis minus fidei ſibi adhibeatur, ſecundum Innocen. in dicto capit. cum oporteat & Cyn. Bald. Alber. & cæteros. in dicta authen. ſi dicatur. vbi Salycet. allegat rationem, quoniã pro leui inimicitia de facili quis mentiri nõ cenſeretur quemadmodum pro graui, & iſtorum opinioni inhærent Alberic. de Roſa. in tract de teſtib. in princ. ſub nu. 18. & Bertran. in d. tracta. de reprobationib. teſtium, nu. ſexageſimo, in quibus quidem locis eam exprimunt com. fore. & quis dicatur inimicus capitalis, & quib. modis probetur capitalis inimicitia, vide Canoniſtas declarantes, decidentéſve, in d. c. cùm oporteat. Barto. & Bal. in dicta authen. ſi dicatur. Ant. Butrig. in c. veniens, il 2. de ſponſa. Fely. in c. quoties de teſtib. Alberi. in l. penult. in princ. ff. ſoluto matrim. Ancha. conſi. ccxlvj. Alexan. conſi. xcix. vol. j Corne. conſi. 101. volu. ij. Ioan. de Amicis conſi. cxix. num. x. Mantua. in conſi. 27. num. 31. volu. primo. Socinus. Iuni. conſilio lxxiij. numer. 14. volum. iij. Pariſi. in conſilio liij. nume. 65. volumine iiij Grammati. conſi. crimin. xlvj. nume. 5. Pari. de Put. in tract. ſindica. in verſicu. ſuſpicio. Anton. Roſel. in tract. de teſti & Crotum, in tract. de teſti. num. 97. & Marſil. in d. §. præterea. numero ſeptimo, cum aliis ſeq.

## OPINIO CCCIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis dicens quod Titius poſſederit octo annis, & plus non ideò probat de decennio, & ideò adiectio, & plus nihil operatur.*

TESTIS deponens Sempronium poſſediſſe octo annis, & plus tunc quippe huiuſmodi adiectio, plus, ad minuſculam partem, id eſt, ad quartam partem annorum trahenda non eſt, & ſic illa adiectio, & plus, tanquam incerta nihil operatur, & ob hoc præſcriptio decem annorum impleta non eſt, ſecundum Barto. numero 5. & Fulgo. in l. cum furti. ff. de in litem iu: an. Iacob. de Arena, Cyn. Odoffred. Iacob. Butrig. Bald. Areti. Paul. caſtren. Fulg. & Ferdinandum Vaſquium, in l. ſi quis in ſuo, C. de inofficio. teſtamen. numer. 3. vbi oſtendit iſtorum opinionem communem fore, & ſequitur cum aliis inumeris relatis per eum, & communem pariter ſcribit Bald. in repet. legis Cel-

ſus

ſus quæſt.vj.numero 14.& ſequen.ff.de vſucapio.poſita,in fin.ſui tractа.de præſcript.Nata, in rep.cle.ſæpe.de verbo.ſigni.Aret. conſilio ciiij. Alex.conſil.cviij.volum.ij.Imol.conſil.lxxxiij. in fin. & conſi.cv. in fin.& Card.conſi.cvij.et ſcripſimus latius ſuprà.in j. par.in opinio.ccclxxvii .teſtis deponens per dictionem,licet & mal. idem Barto.in d.l.ſi quis in ſuo,nu.2.ſenſerit contrarium,quem omnes communiter reprobarunt,teſte Vaſquio ibi,nume,3.

## OPINIO CCCV.

### SVMMARIVM.

*Teſtis deponens Titium poſſediſſe à decem annis citra non ideò probat poſſeſſionem longi temporis.*

TESTIS productus ad probandum de continua poſſeſſione,deponens Titium poſſediſſe à decem annis citra,non probat poſſeſſionem longi temporis,nec præſcriptionem,quia non concludit, cùm vna die poſſidere potuiſſet,& verificata foret eius depoſitio, ſecundum Hoſti.Ioan.And.Fely.& cæteros omnes Canoniſtas, in c. licet cauſam de probatio.per text.vbi Bar.in l.Celſus.nu.23.ff.de vſuca. Bal.in l.indicia.in fi.C.de rei vendic.& in l.falſus.C.de fur.Alex.cõſi. cx.in fi.vol.j.Bald.& Iaſo.C.de tranſac.Ferrarien.in ſua practi.Papié. in forma reſpon.rei cõuenti.in §.præſcriptionis,nu.21.Alex.in ſcholis ad Bar.ſuper verſ.ſed circa.in d.l.Celſus.& Balbum ibi, in rep.q. vj.ſub num.9.& ſeq.vbi præſupponit iſtorũ opin communem eſſe.

## OPINIO CCCVI.

### SVMMARIVM.

1 *Depoſitiones teſtium ita interpretanda ſunt,vt euitetur falcitas.*
2 *Depoſitiones teſtium ita interpretata vt euitetur vel periurium nihil probant,etiamſi inter ſe concordatæ ſunt.*

TESTIVM falſitas vt excludatur,lex præſumit varietatem loci,& temporis ſecundum Bal.in l.Imperator.ff.de ſtatu. hominum, Salyc.in l.tutela.C.de reſtitu.in integ. Alexand.in l.iuriſgentium. §. quod ferè.ff.de pact.& conſi.lxx.volu.j.imò ſi aliquod verbum aptũ ſit falſitatem importare,ad excludendum falſitatem iſtam interpretatio fit,vt non importet ſecundum Bar.in l.gerit.ff.de acquir.heredi.& Bald.in l.j.C.de ſacroſan.eccle.& in l.errore.C.de teſta.ideòque ne committatur falſitas,maxima ſubtilitas adhibenda eſt.l. fin. et ibi Bald.C.de fideiuſ.et ſic fieri poteſt,teſtes debent reduci ad concordiam c.cùm tu.de teſti.et l.ſed et ſi poſſeſſori.et ibi Iacob.Butr.ff. de iureiu.et Bart.in l.j.in fi.C.de vſufru.et Alex.in l.diuortio. num.6.et ſeq.ff.ſolu.mat.cæterum aduerte,quoniam iſti teſtes reducti ad concordiam non probant,ſed duntaxat concordia ipſa tollit cauſam per iurij,ſeu falſitatis,ſecundum Barto.in d.l.j.C.de vſufru.nume.18. et But.in l.cum de ætate.ff.de probatio.Deci.et Zaſium,in l.ij.§.creditũ ff.ſi cert.peta.et Legiſtas omnes,in d.l ſed et ſi poſſeſſori.et Canoniſtæ ferè omnes.in d.c.cùm tu.dicunt magnum verbum,quòd Legiſtæ communiter hoc tenent,et hoc idem audacter fatetur Alberi.in tract.de teſtibus.in fin.nu.16.et ſeq.Hoſtien.verò aſſeruit contrariũ, videlicet,tales teſtes probare,et idem videtur concludere Barto. in rubr.C.ſi ex fal.inſtru.vbi tenet quod etiam teſtis impropriè,ſeu impropriè loquens probat, quorum opiniones concordare nituntur cum communi iſta Legiſtarum Butr.et Imol.in d.c.cùm tu.et Alberic.in d.tracta.de teſti.in fin.et Bolognet.in d.§.creditum.nume. 16. et ſeq.et caſu quo tibi non placeat conſonantia,vel concordia hæc, noli diſcedere à dicta communi in conſulendo,etiam iudicando,quę in iure veriſſima eſt,et nullam habet dubitationem.

## OPINIO CCCVII.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtium examinationem ad perpetuam memoriam actor petere non poteſt niſi dubitetur de morte nel abſentia eorum vt num.2.Alij contra vt numero 3.*
4 *Teſtes ſi examinentur ad perpetuam memoriam pars aduerſa citari debet.Limit.vt nu.4.*

TESTIVM examinationem ad æternam rei memoriam actor petere non poteſt,quando actoris vice fungitur,et agit de præſenti, ſecundum Canoniſtas omnes communiter,in c.Albericus,et in c.ſignificauit.de teſti.et in c.quoniam frequenter,in prin vt lit.non conteſta.et Legiſtas in lege.ſi diletum.ff.ad leg.Aqui.et Corne conſilio, cxix.vol.ſecundo,et conſilio clxxxij. eiuſdem vol.Bart. verò in auth. ſed ſi quis C.de teſtibus.firmauit,vt actor ipſe,etiamſi non ſit in ſua poteſtate agere,petere examinationem teſtium non poſſit,niſi dubitetur de morte,vel abſentia eorum,et ſic quod adſit timor mortis,aut abſentiæ diutinæ.& cum eo ſentiunt Ange.& Bald.ibi,et Fely.in d.c. ſignificauit et hoc ait relinquendum eſſe iudicis arbitrio Alexand.de Neuo,conſilio quadrageſimoquarto,numero quinto,et ſeq.vbi docet iſtam communem opinionem fore.Sed contrarium expreſſè,videlicet quòd,quando non eſt in poteſtate actoris agere omnes teſtes recipi debeant,firmauere gloſſ.et Abb.in d.c.ſignificauit.Ioan.Andr. in add.Specu.in titu.de teſte.§.nunc tractemus.Salyc.in d.auth.ſed ſi quis.Imo.in d c.quoniam frequenter.et Capicius deciſio.cxxiij.num. ſexto,et ſequen.vbi appellat iſtam ſententiam æquiorem,communio rémque fore,et aduerte,quòd citatio partis non requiritur vbi agitur de examinatione ipſorum teſtium ad perpetuam rei memoriam,ſecundum Hoſtien.Ioan. And Fel.in d.c.quoniam frequenter cæterùm hoc haberet quando timeretur potentia aduerſarij,ſeu aliqua alia iuſta cauſa concurreret,ſecus autem ſi nulla cauſa adeſſet,tunc enim deberet pars citari in huiuſmodi examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam ſiquidem regulariter in tali examinatione debet interuenire ipſius partis citatio.ita probat tex.in d.c. ſignificauit et not. glo.Innoc.et Abb.in d.c.Albericus, et Maria Soci.in repeti. rub. de dilatio.in ver.xiij.

## OPINIO CCCVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Tortura repeti non debet abſque nouis indiciis. Alij non ita vt num.2.*
3 *Iudices debent cauere à repetitione torturæ tanquam ab igne.*
4 *Tortura inferri non debet ex indicio remoto à facto.*

TORTVRA,ſeu quæſtio abſque nouis indiciis repeti non poteſt,nec debet ſecundum communem ſcholam Bart.et aliorum,in l. vnius.§.reus.in prin.ff.de quæſtio.Dyn.in tract.de quæſtio.ver.quid ſi aliquis fuit ſemel tortus.Ange.in tract.maleficiorum.in ver.fama publica,iij.q.in materia torturæ.Salv.in l.ij.in fin.C.de cuſto.reorum Bal.in l.milites.C.de quæſtio.Abb.in c.cùm in contemplatione de reg.iur.Guid.de Surzaria.in tract. de indiciis.et tortura,in prin.num. 57.cum aliis ſeq.et ibi Bologninus,in add.Alex.conſi.v.volum.j. nu. 4.vbi exprimit eſſe communem opinionem.et Carrer.poſt alios cõgeſtos per eum,in ſua practi. crimi.in princ.nume.189.vbi eam in tribus caſibus limitat,et Afflict.in conſtituti.Neap.ſi damna clandeſtina,et Paris de puteo,in tract.ſindicatus in ver.tortura.il tertio,de repetitione torturæ voluerunt repetitionem ipſam torturæ arbitrariam eſſe,et ita communiter obſeruatur,prout aſſeuerant Docto.pręcitati.et Carreri, vbi ſuprà,ſed à repetitione torturæ nouis indicijs iudices omnes debent cauere,ſicut ab igne,teſte Guid.de Suza.in d. tract.de indiciis,et tortura,num.59.licet tam in regno,quam alibi audiui inanis gloriæ contrarium obſeruent repetendo torturam ex primis indiciis contra communem theoricam præmiſſam, et non abſque modico præiudicio eorum conſcientiæ,de quibus rebus ſic geſtis die iudicij reddituros fore rationem non dubito.item tortura inferri non poteſt ex indicio remoto a facto, ſecundum Bartolum et omnes communiter,in l.fi.ff.de quæſtio.Gandi.in tractat.maleficiorum.in rub.de quæſtio.et tormen.et Ioan.de Amicis conſilio cxxvij. numero vigeſimoſexto, vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem.

## OPINIO CCCIX.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier non poteſt contrauenire tranſactioni iuratæ,licet vltra dimidiam iuſtæ eſtimationis læſa ſit. Alij contra,vt num.2.ſed malè, vt nu.3.*

TRANSACTIONI iuratæ per mulierem factæ,in qua appareat enormiter læſa,ac decepta vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis futuræ litis,nullo modo contrauenire poſſet,quia iuramentum hoc omninò aufert remedium.l.ij. C.de reſcin.vendit.ſecundum glo.Inno.Vincen.Ioan.And.et Ancha.in c.cùm cauſam.de emptio.et vend. Abb.conſil.xij.volu.ij.Spec.in titu.de empt.et vendit.§.nunc dicendum.ver.quid de tranſact.glo.in l.Lucius.§.fi.per illum text.ff.ad Trebel.Bald.in rub.ex.de tranſ.Ang. in l.in ſumma.ff.de condi.indebit. Cyn.Bald.et Saly.in iij.q.in l.ij.C.de reſcin vendit. et opinionem iſtorum recitat eſſe veriorem Alexand.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verborum oblig.et conſilio xij.ſuper præmiſſo themate.volumine.j.communem eſſe inquit,ac in actu practico ab ea non fore recedendum, et communem præmiſſam citauerunt quoque nonnulli lij Docto. quos recenſuimus. in primo libro communium opinionum.in ver. mulier omni iuri,quod habet in bonis paternis poſt medium.

In contrariam verò partẽ,videlicet,quod remediũ,d.l.ij. procedat quoque

quoque in tranſactione iſta,conſiderato futuro litis euentu, inclinauerunt Anton.de Butr.Card.& Imol,in d.c.cùm;cauſam.Calde.conſ. iij.in tit.de tranſact,& Anan.conſil.xxxiij, circa primum. in ij. dubio. Ray.Bart.Angel.Imol,& Paul.Caſtren.in d.l.Lucius.§.fin. Bart.Imol. Paul.Caſtren,& Roma.in d. l. ſi quis cum aliter. & opinionem hanc magis communem,& æquam eſſe meminit Fabianus de monte, in tract.de empt.& vendit.in viij.quæſt.& Dec.conſil.cciij.& ita ibi conſuluit cum aliquali tamen moderatione, concordia, ſeu diſtinctione relata per eum,& conſil.ccclxxix. num.9. cum aliis ſeq. & conſil.dlj. numero ſexto, verùm primam opinionem negatiuam faſſus eſt magis communem Pariſi.conſil.nonageſimoſexto,numero ſexageſimoprimo.cum aliis ſeq.volum.j.vbi ſic conſuluit,& Iacobus Mandellus etiam in patrocinio,ſeu conſil.j.nu.17.cum aliis ſeq. & Zaſius conſil. xviij.num.16.volum.j.& ſecundum eandem opinionem contra Bart. & ſequaces notauit quoque ſacrum regium concilium Neapolitan. teſte Afflicto deciſio.ccxx.numero 2. & quia deciſiones ſacri concilij Neapol.quæ proferuntur ſub nomine regis in dubiis caſibus ſuccedunt loco imperialis interpretationis,de qua in l.fin.C.de legi.vt per Afflict.deciſio,clxix,dicta cauſa.meritò ſequor priorem partem negatiuam,quæ in effectu eſt magis communis,ſecundũ Pariſi.in d.conſil, xcvj.& magis vera,ſecundum Afflict,in d.deciſio.ccxx.num.3. & Zaſium,d.conſil.xviij,num.16.& Cotta in memoriali,in ver.venditor læſus.vbi profert hoc vtile verbum, quod inuitis dentibus Corne. in conſi.ſignatis per eum faſſus eſt iſtam communem ſententiam fore,

## OPINIO CCCX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tyrannum principem eius vaſalli intollerabiliter oppreſſi, iuſtè & licitè poſſunt occidere,intellige vt num.3.*
2 *Tyrannum occidere meritorium eſt,intellige,vt num.3.*

TYRANNVM principem eius vaſalli intollerabiliter oppreſſi poſſunt iuſtè,& licitè occidere,vt tenet,& latè probat Pari.de Puteo, in tract.ſindicat,in princ.& Carrerius,in pract.crimin.in §.circa,il ſecundo,num.84.cum aliis Regnicolis ſignatis ibi per eum,imò meritorium eſt ipſum principem tyrannum interficere,ſecundum Tho.de Aquino,in ſecunda ſecundæ artic.pen,cuius opinionem,tanquam periculoſam reprobant Aug.de Ancona. in tract. de poteſtate eccleſiaſtica.q.liiij.artic.iiij.Fely. in c.cum nobis.ex.de præſcrip. num.7. circa fin.d.nu.& communiter omnes Doct.ſecundum Cęſarem de Perinis, in addit.conſtitutionum regni Neap. in conſtit, inchoante ſi damna clandeſtina patientibus, in tit.de homicidiis, & damnis clandeſtinis. in fin.& contra ſententiam iſtam Thom.fuit deciſum etiã in concilio Conſtantiæ,teſte Felyn.in d.c.cum nobis.verùm quod tyrannus impunè & licitè interfici poſſit latiſſimè probauit,& optimis,& ferè infinitis rationibus,& authoritatib. conſuluit Cataldinus de Boncompagnis de viſſo,in conſil.lv.num.15.cum multis aliis ſeq. quod conſi. reperitur inter conſilia criminalia diuerſorum,collecta per Ioan.Bap. Zilettum,in j.vol.quod certè procederet in tyranno,qui per vim dominatur,nullum ius habens ad illius reipublicæ regimen,hoc equidẽ caſu poſſet à priuato occidi, vbi nullum aliud ſubeſſet remedium ad illam tyrannidem tollendam,vt notat Caieta.ij.ij.q.lxiiij. artic.iij.etiã veneno,& proditoriè,ſecundum Fabrum, & Angel.in §. ius gentium inſtitu.de iur, nat. gen. & ciui.ſed ſi tyrannus eſſet verus reipublicæ princeps iure ſucceſſionis,aut electionis,tunc ob eius tyrannidem à priuato occidi non poſſet,imò hæreticum eſſet aſſerere hoc licere,vt tradit Alphonſus à Caſtr.lib.de hæreſi.verſi.tyrannus.& Dom. Soto, lib.v.de iuſt.& iur,q.j.artic.iij.

V

## OPINIO CCCXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Venari licet in fundo alieno,auibus & canibus,non autem laqueis,foueis, & ſimilibus actibus fraudulentis.*
2 *Captum in fundo alieno,fit capientis,non domini fundi.*

VENARI licet recreationis cauſa,etiam in fundo alieno,auibus et canibus,non autem laqueis foueis;retibus;et cæteris ſimilibus artib.fraudulentis,præterquàm in occidendis,capiendiſque beſtiis nociuis,prout ſunt leones,apri, et ſimiles c.j.§.nemo retia.de pace tenenda,vbi Aflict. Præpoſitus,et alij hoc expreſſè firmant,et eſt cõmunis opinio, et ſic aucupatio, ſeu venatio capta in agris alienis efficitur capientis,nec domino fundi illam reddere tenetur, ſecundum gloſſ. in l.diuus Pius.ff.de ſerui.ruſti. præd.et in l.iij.de acqui. rerum domi.et Ange. Areti.in §.feræ igitur,ſub nu.j.inſtitu.de rerũ diuiſio.vbi ait gloſſ.communiter ab omnibus receptas eſſe,idémque firmat Franciſcus Marci,deciſio.dxxx.nume.decimoquarto,in prima parte, vbi hoc copioſè declarat, ponítque plures venationis ſpecies, numero primo,cum cæteris ſequen.

## OPINIO CCCXII.

VENDENS rem valentem decem pro quatuor deceptus cenſetur vltra dimidiam iuſti pretij in vno tantum nummo,& ob exceſſum vnius nummi vltra dimidiam prædictam: ſibi totũ, ac integrum iuſtum pretium ſupplendum foret,ſecundum glo.in verſic.dimidiam Abb.in ij. notab.& cæteros,in c.cum cauſa,ext.de emption.& vendit. Bald.q.xij.Salyc.Paul.Caſtren.num.2.& ſeq.in l.ij,C,de reſcind.vend. Anchar.in repet.c.canonum ſtatuta,de conſtitut.Cæpol.in tract.de ſimulatione contractu.num.28.& ſeq.Abb.Ant.Burg.& Aug.Beroum, ſub num.16.in c.cùm dilecti,de empt. & vend. vbi perhibet iſtorum opinionem communem eſſe, idémque fatetur Tiraquel. in tract. res inter alios actas,in 50.limitatione.

## OPINIO CCCXIII.

### *SVMMARVM.*

*Vendita re alicui à duobus,cum pacto de retrouendendo,ſi vnus ex venditoribus rem repetat vigore pacti,tunc emptor non tenetur vni illi in partem reuendere,neque cogitur diuidere contractum.*

VENDITA re vni à duobus cum pacto retrouendendi, tunc quippè alter ex venditoribus,data pretij parte non admittitur ad recuperationem partis, & ſic promittens rem retrouendere duobus, à quibus eam emerat,non cogitur vni vendere partem,quia contractũ ipſum diuidere non cogitur,ſecundum Bart.Ang.Paul.Caſtren.in l.ſi quis aliam,de ſolutio.Bart.Alex.& Lancel,Dec.in l.cui vſusfructus.de vſufruct.lega.Bald.in l.fin.Gozad.Bonon.& Cagno. q.xij. in l.ij C.de pact,inter empt.&vend.Io.Plateam,in l.fi.C.de Agrico.& cenſit.lib.xj. & Franc.de capite liſta,in l.j.in fin.C.quando non pet.partes, Franciſ. Aret.in l.cùm ſeruus,de acq.hered. & conſil.vj.& conſil.cxxx. Fabianum,in tract,de empt.& vend.in ij.q.vij.prin.quæſtionis, Bertachi.in ſuo repert.in ver.obligatus,in verſic.cxxv. Iaſ. in l.ſi duo patroni, de iureiur.& in l.ſtipulationes non diuiduntur,num.20.& ſeq.de verbo. oblig.vbi ait ita omnes Doct.tenere,& ſic tenendum eſſe in iudicando,& cõſulendo,Soc.in l.j.§.ſed & quoties.iij.not.ad Trebel. & conſ. cc.vol ij.& conſil.cxxv.& conſil.xvj.vol.iiij.vbi oſtendit iſtam eſſe claram deciſionem,nec vllum ſcribentium reperiſſe,qui ei aduerſetur,& in hanc partem inclinat quoque Corne.conſil.lj.num.5. vol.ij. Alex. conſil.cxliiij.vol.vij,Paul.Caſtr.conſi.ccxxj.vol.j.nouiſſi. Bald.conſilio xxxij.vol.ij.Dec.in l.eius qui,§.quas vero not,penult.ſi cert.pet.Ruin. in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,nu.38.& ſeq.& conſi,lxxxij.nu.4. volum.j.& conſil.xlvij.volum.iiij.in fin.Mart.Baſcoletus in ſuo arbore,diuidui,& indiuidui,nu.58.dicens iſtam eſſe communem opinionem,Bertrand.conſil.xlj.vol.iij.& eandem ſententiam appellat pariter communem Alexandrinus conſil.xc.in princip.Alciat.in l.iiij.§.Cato num.57.idémque approbat Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ Pariſi.conſi.xxxiij.nu.42.vol.ij.Boer.deciſ.ccxlj. & copioſè Tiraq. in tra.ct de vtroque retractu,gloſſ.j.§.xxiij.

## OPINIO CCCXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Venditio infra dimidium iuſti pretij non valet.*
2 *Venditio ad ſubhaſtationem facta reſcinditur remedio l.ij.C.de reſcind. vend.ſi infra dimidium iuſti pretij facta ſit. Alij contra,vt nu.2.*

Venditio vltra dimidiam iuſti pretij facta non valet,l.ij. C. de reſcind.vend.vbi Doct,Bald.conſi.cviij.& ccclxxxvj.vol.j.& Corn.conſ. lvj.conſuluit,lxvj.circa,& ccj. viſis,vol.iij.& conſil. cclxxxiij. copioſè, vol.iij.ſed hoc non procederet, quando venditio facta eſſet ad publicum incantum,et ſic ad ſubhaſtationem, ſecundum Ang.in l.j. C.de præſcrip.xxx,ann.et in repet.l.ſciendum.ff.de verb,oblig.et Afflictum in tract.de iure protomiſeos,in §.ij.ſub num.19.

In cõtrariam verò partem,videlicet,quod remedium,d.l.ij. habeat etiam locum in re vendita ad ſubhaſtationem inclinauerunt Bart, in d.l.j.C,de præſcript.xxx,anno,Roma,et cæteri omnes,in l.ſi quis cum aliter,ff.de verborum oblig.Socin.in tractat.fallent.in reg. ccccxxxvj. incipien. venditio vltra dimidiam, numero 3,et iſtorum opinionem fatentur eſſe magis communem Alexand.conſi.cxvij.circa fin.vol.vij. Crauet. conſilio xxix. num.4.et Modern.in d.l.ii.et Franciſc. Turzanus in ſuis opinionibus communibus opinio.clij. quamuis,fallítque

regula

regula præmiſſa in vndecim aliis caſibus, quos eleganter poſuit Soci.in d.reg.ccccxxxxvj.per totam.

## OPINIO CCCXV.

### SVMMARIVM.

*Vendito aliquo fundo prope flumen publicum, ad menſuram, tunc ripa vel littus fluminis non venit menſurandum, ſed cedit emptori, nec computatur in pretio.*

Vendito prædio ad menſuram, vt decem videlicet ſoluantur pro quolibet iugere, pertica, ſeu cuppa, tunc ripa fluminis publici, cui prædium hoc venditum inhæreret non veniret menſuranda, nec cõputanda in pretio, & menſura, ſed cederet emptori, niſi aliud expreſſè eſſet inter contrahentes dictum, ſeu conuentum, ſecundum Bar.in tract.de fluminibus, vel tyberiadis, nu.quarto, cum aliis ſeq. Bald.in rub.ff.de rerum diuiſio.Fab.in tract.de empt. & vendi.in vj.q.princi. verſ.circa quartum membrum.Areti.in §.riparum.inſti.de rerum diuiſio.Contrariam verò partem tenuit Vberius de Bobio, Rav. & Cy. in l.riparum, ff.de rerum diuiſio. & Iaſ.in l.quominus, ff.de fluminibus, num.70.cum aliis ſeq. Cæterùm quicquid iſti Doct.antiqui, ſimul cum Iaſo.ſuadeant, ob hoc tamen non recedo à prima opinione Bart.imò eam ſequor, tanquam communem, prout communem eſſe explicat Alexand.conſi.cxx.vol.3. & Iaſ.in d.l.quominus, vbi inquit, num.72. durum fore in actu practico ab ea recedere, & inibi Ripa, nu.73.cum aliis ſeq.fatetur eſſe communem, amplectitur, & ampliat in vno caſu, & in duobus aliis limitat, & ſequitur pariter Hieronymus Brixianus, in tractat.de finibus, cap.xxiij.Follerius in pragmatica de cenſibus, in rub.dummodò annuus cenſus huiuſmodi, num.7.& ſeq.& Bald.in d.l.riparũ, vbi refert, & reiicit ſententiã dictorũ antiq.

## OPINIO CCCXVI.

### SVMMARIVM.

*Fundus certus ſi in genere venditus ſit in ſuis finibus, certo pretio, & poſtea mentio fiat numeri iugerum, ſi poſtea minus vel plus in menſura inueniatur, periculum & lucrum erit emptoris.*

VENDITOR vendens terram incipiendo exprimere ipſam ſpeciem, ſeu corpus determinatum in contractu venditionis, ſcilicet terram iugerum quinquaginta, dato quòd poſtmodum adiiciat menſuram, vel numerum, tamen venditio dicitur facta ad corpus & ad ſpeciem, non autem ad menſuram, quæ hoc caſu cenſetur facta enũciatiué, tranſitoriè, & demonſtratiuè, ſed non taxatiuè, & reſtrictiuè, & profectò venditio iſta regulatur à menſura, ex quo in illa venit id quod eſt demonſtratum per cõfines appoſitos, licet excedat numerũ, & menſuram expreſſam, & hoc totum commodo dicti emptoris cedit, & ſic vbicunque precium eſt vnicum pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, tunc totus fundus intra confines deſignatus venditus intelligitur, eſto quòd menſura expreſſa minus in ſe habeat, ſecũdum Oldr. conſ.cxcvij.in fi. Ioan. And. in add. Spec.in tit.de emp.& vendi.§.ſciendum, in fi.Bald.in rub.C.de contrahen.emp.q.xxiij. Saly.in l.qui fundum, §.qui agrum, ff. de contrah.emp. in l.ij.C. eo tit. Inno.& Ioan.de Imo.et ceteros, in c.ij.de.donat.Bart.et Paul.Caſtrẽ. in l.Iulianus, §.ſi Titius, ff.de actio.empt.Ioan. de Ana.conſi.xcviij.Alex.conſ.cxxxiij.vol j.conſ.cxx.et cxxvij.vol.ij.et conſi.viij.vol.iij.Cor conſ.lix.vol.iiij.& Parſi.conſi.lxiiij.nu.31.& ſeq.vol.j. poſt alios multos congeſtos ibi per eũ, & iſta eſt communis opinio, teſte Deci.cõſ. cccxlvij.nu.1. & ſeq. Pariſ.in loco præcitato, Hierony. Brixiano, in tract.de finib.c.lxxxviij. per totum, & præſertim, nu.6. & Benuenuto Stracca, in tract.de mercatura, in tit.de nauibus, in iij.par.num.6.& ſecundum eam iudicauit ſacrum regium conſilium.Neapo.teſte Afflict.deciſio.lxviij.& conſuluit Pariſi.in d.conſi.lxiiij.nu.31. cum aliis ſeq.vbi tollit omnia contraria, licet Rota Bononienſis parum, aut nihil animaduertens determinauerit Cõtrarium, teſte Petro de Benintendis, in deciſ.xxx.& eandem ſententiam cõmunem limitauit Stracca, in d.tract.de nauibus in allegaro.nu. 6.cum aliis ſeq.

## OPINIO CCCXVII.

### SVMMARIVM

1 *Venditor cauens de ſuo facto tantùm, tenetur nihilominus etiam de facto ſui authoris vel anteceſſoris.*

2 *Alexander pater veritatis.*

VENDITOR promittens factum ſuum tantùm in venditione, ſi tractu temporis res empta euinceretur ex facto ſui authoris, tunc profectò teneretur ipſe venditor de euictione, & ſic de facto ſuorum authorum, prędeceſſorum, & heredum teneretur, quoniam per dictionem huiuſmodi taxatiuam non videtur factum authoris



excludi, ſecundum gloſſ.in verb.intereſt.Bart.Bald.Saly.Pau.Caſtren. & cæteros.in l.ſi ſeruus, la ij.ff.de cõdictio.furtiua, & ibi etiam Alexand.in add.ad Bar.Cy. Bal.& Saly.in l.fi.C.de actio.empt. Areti.in §.fin.inſti.de empt. & vendi. Anchar.conſi.lxxxiij.in nomine Domini, amen.Paul.caſtrenſ.Iaſ.num.9.& Roma.in l.ſtipulatio.iſta, ff.de verb. oblig. vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur quoque poſt alios ſignatos per eum Boer.deciſi.lxvij.num.3.cum aliis ſequen.vbi deducit iſtam eſſe communem ſententiam, limitat, & ait ita in Bordegalenſium ſenatu deciſum extitiſſe, & licet ob dictionem taxatiuam in his verbis promitto pro facto & dato meo tantũ, operetur, vt venditor de euictione extranei non teneatur, non facit tamen quominus teneatur pretium reſtituere, vt conſuluit pater veritatis Alexand.conſi.clxxxviij.ſi vẽdo, & hoc perpetuò diſce ad practicam, ſiquidem multi dicerent oppoſitum.

## OPINIO CCCXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Viuere præſumitur quilibet vſque ad centum annos. Alij contra vt nu. 2.*

3 *Carolus Molineus hæreticus appellatur.*

VIVERE quilibet præſumitur vſque ad centum annos, l.fin. §.& nobis, C.de ſacroſanct.eccleſ.& l.an vſuſfructus, in fin.ff.de vſufructu, gloſſ. Bartolus & cæteri, in lege ſecunda. §.ſi dubitetur, digeſt. quemad.teſta.aper Bartol.Ang.Imo.& Roma poſt glo in l.ſed & ſi de ſua, ff.de acq.hered. Ferrarien.in ſua practi. Papien.in for.libelli, quo petitur heredi.ex teſta.§.poſſidebat, num. 2. & Deci.conſi.cciiij.num. 4.& conſi.dlxxv.num.10.vbi recitat iſtam eſſe communem regulam, & opinionem.

In contrariam verò partem inclinauit conſulendo Gome. conſi. cxix num.8, vol.j. Deci titubanter, in l.ſi emancipati, C.de collat. & Alciat. in tract.præſumptio.in reg.j.præſump.xliiij. qui eam limitat, & declarat, & Ruin.conſi clxxxix.num. 14.vol.j.Pariſi.conſi.lxxxvj.nu. 20.cum aliis ſequen. vol.iiij.& Couarruuias in ſuis reſolutionibus, lib.ij.cap.vij.num.6. poſt alios ſignatos ibi per eum Zuchar.in l.fin. numero 200.C.de edic.diui Adri.tol.& Franciſ.Coſcius, in capitulo j.de conſtitutio.numero 23.& ſequent. & iſtam vltimam opinionem ſequebatur ætatis noſtræ monarcha & Iuriſconſultorum princeps præceptor meus d.Rainaldus Rodulphus Peruſinus, dum publicè interpretabatur, d.l.ſi emancipati, qui oculis (vt aiunt) linceis omnia arcana, recondita, & abſtruſa iura intuebatur, & penetrabat, prout in ſuis lecturis imprimendis facilè dignoſcitur, forſan in breui temporis curriculo, tamen eius opinionem, & ſequacium, tanquam in iure non veriorem & rationabiliorem omninò reiicio, & ſequor primam ſententiam, gloſ.& Bart.communem, quia amicus Plato, amicus Socrates. ſed magis amica veritas, & caue ne te decipiat Corne. conſil. ccxl.num 9. & ſequent.volum j.vbi temerè dicit iſtam gloſam, & Bar. opinionem iure non probari, & illam ait inſolentes et vulgus tenere imò præcauendum eſt potius ab aſſertione Caroli Molinei hæretici atteſtantis à ſemetipſo in ſcholiis ad Alexand.conſil.j.num.42.volum. v.opinionem iſtorum contra communem his temporibus crebriorem fore.et aduerte quod hoc tempus centum annorum ſtatutum à Legiſtis vitæ hominis eſt etiam nimis breue, nam ante diluuiũ ætas hominum erat prolixior, vt in Adam, et Eua primis parentibus, qui vixerunt. annis dcccccxxx. Seth.dcccccxij.Enoch.dcccccv.Caam.dcccccx. Malael.cccxcv.Iaphet.dcccclxij.Mathuſalem.dcccclxix.vt habetur per Auguſtinum, capitul. xv.de ciuit.Dei.ſed poſt diluuium Deus conſtituit tẽpus breuius, vt tradit Ioſeph.de antiquita.lib.j.c.v.et viij.Licet quoque illo tempore ſatis longius eſſet tempus vitæ mortalium, vt habetur, Ganeſ.c.xj.et hoc ſiquidem ante diluuiũ homines erant religioſi, et ab ipſo Deo facti, et pabula oportuniora eis erant præparata, ideò tantorum annorum curriculis viuebãt, deinde ob virtutes, glorioſáſque vtilitates, quas iugiter perſcrutabãtur, id eſt, aſtrologiã, geometriámve, Deus eis amplius viuendi ſolatia condonauit, quæ nunqnam antea diſcere potuiſſent, niſi ſexcẽtis vixiſſent annis: per tot enim curricula magnus annus impletur.hæc ibi Ioſephus, adducens authoritates tam Græcorum, quàm Caldęorum, ac Aegyptiorum, et idem firmat, c.xiiij.eiuſdem lib.et quòd tempore Moſis poſitum fuit per Deum tempus vitæ hominis annorum cxx.et poſt, tempore Dauid annorum.lxx.et in potentatibus lxxx.Pſalm.lxxix.quamuis ex loço Geneſeos præcitato ſcriptum ſit, non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, nam caro eſt, erúntque dies illius cxx. ſic etiã ante tempus Moſis erant anni cxx. et in declinationem deflexit vita hominis, cùm habeatur eccleſiaſtici.xviij. numerus dierum hominũ, vt multum centum anni, prout apud Legiſtas ſtatutum eſt, et docuimus ſuprà ex communi opinione.dum ergò tempus habemus operemur bona, Chriſtóquæ adhæreamus, cui vero Deo laus, gloria, et gratiarum actio debetur in ſempiternum, amen. et ſi quid boni dictum extitit ipſe altiſſimus princeps Deus fuit reuelator.

amen.& ſi quid boni dictum extitit ipſe altiſſimus princeps Deus fuit reuelator.

## OPINIO CCCXIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vxor non poteſt ſecundo marito plus relinquere quàm vni ex liberis primi matrimonij, ampliatur in legato, vt num. 2.*

3 *Vxor ſi moritur ſine liberis, tunc maritus ſecundus poteſt tantum capere ex teſtamento quantum vnus ex liberis primi matrimonij.*

Vxor non poteſt ſecũdo marito ſuo relinquere de bonis ſuis vltra quàm relinquat vni ex liberis ex primo matrimonio genitis, l. hac edictali, C. de ſec. nup. & ibi Doct. ideò non valet legatum, quatenus vxor plus leget ſecundo coniugi, vt per Bal. conſi. cv. quædam domina vol. ij. Abb. conſi. cxvij. videtur primo, vol. ij. Fulgo. conſ. xcvij. Antonius tranſiens & Alexan. conſi. clviij. circa primum, vol. v. ſed ſi mulier moreretur abſque liberis, maritus ex ſecundo matrimonio, tunc poſſet percipere duntaxat quantum percipit vnus ex filiis primi matrimonij ſecundum communem opinionem Docto. quam allegat, & ſequitur Alex. conſ. cxliiij. num. 9. volum. v.

## OPINIO CCCXX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vxori ſuperſtiti tenentur hæredes mariti ſtatim tradere immobilia, ſed mobilia intrà anni ſpacium tradere liberum habent.*

2 *Heredes mariti poſſunt retinere fructus mobilium intra anni ſpatium à morte eius receptos, intellige vt nu. 3. & 4.*

3 *Heredes mariti tenentur alere vxorem ſuperſtitum viduam ſi non habeat aliàs vnde viuat: ſecus ſi nubat intra annum luctus, vt num. 4.*

VXORI heredes mariti defuncti iure dotis bona immobilia ſtatim tradere tenentur, mobilia verò intra annum, l. vnica, §. exactio. C. de rei vxo actio. not. in cap. iij. de dona. inter vir. & vxo. & fructus ipſorum mobilium efficiuntur abſque dubio aliquo ipſorum heredum nec illos poſt anni dilationem cum bonis mobilibus reſtituere tenẽtur, ſecundum glo. & omnes communiter, in l. diuortio, ff. ſol. matr. gloſſ. & cæteros omnes, in d. §. exactio. & licet Paul. caſtren. ſenſerit cõtrarium, in d. l. diuortio, & eius opinionem Alex. ibi, num. 18. veriorẽ eſſe docuerit, atque illam ſatis conſtanter defenderit. Zaſi. lib. ij. reſpõſorum, cap. iij. nihilominus ſpretis prædictorum Doct. ſuaſionibus primæ ſententẽtiæ ipſius gloſſ. & communi tanquam tutiſſimæ in iudicando, conſulendòque libenter inhæremus. ſed interim, dum mobilia dotis non reſtituuntur, vxor vidua ab heredibus mariti alenda venit. ſi ipſa non habeat, vnde ſeipſam alere poſsit, iuxta glo. Barto. & reliquos communiter, in d. §. exactio, gloſſ. & cæteros omnes, in d. l. diuortio, in princ. vbi Alex. iſtam opinionem communem eſſe demonrat, atque eam ait æquiorem eſſe Abb. conſi. xxxix. vol. ij. idémque tenent Cyn. & Doct. in l. fi. C. de bonis mater. Zaſi. in d. c. iij. in fi. quamuis, & malè Paul. caſtren. in d. l. diuortio, & Abb. in d. conſi. xxxix. inclinauerint in Contrariam partem, ſi verò vidua ipſa intra annum ad ſecundas nuptias conuolaret, ſeu tranſiret, tunc quippe hæredes primi mariti minimè tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimenta præſtare. vt voluerunt Cyn. d. l. fin. Ferrarienſis, in practica Pabien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, ver. ac etiam alimenta, & Iaſo. in §. fuerat, num. 25. inſtitu. de actio.

**FINIS.**

COMM

# COMMVNES OPINIONES EX BENEDICTI DE BENEDICTIS DE CAPRA I.C. PERVSINI, CONCLVSIONIBVS, REGVLIS, ET tractatibus ordine alphabetico collectæ

* *
*

## A

ABBAS, & non Epiſcopus,in Monachos habet iuriſdictionem & correctionem,etiam ſi via ordinaria iudicialiter ageretur.hanc magis communẽ teſtatur Benedictus de Benedictis de Capra.reg. lxxxiiij.nu.2.& 3.idque etiam procedere dicit in Abbate confirmato,nec dum cõſecrato aut benedicto,quia etiam ante benedictionem recipit iuriſdictionem,ſecundum communem opinionem ibid.num. 16.vide infrà in verbo Monachus,vbi fallentias aliquot pro communibus opinionibus receptas inuenies.

ACTOR vniuerſitatis,vel Sindicus ſi in cauſa ſuccubuerit perinde atque procurator,defenſor, atque negotiorum geſtor prouocare tenetur.l.ſi actor,& ibidem gloſſ.in verbo poſſunt.C.de appellat.quod ſolemniter & communiter teneri aſſerit Bened.Cap.reg.lxv.num. 11. vide infra in verbo Procurator,vbi inuenies,quod procurator qui tenetur de omiſſis,teneatur etiam appellationem proſequi perinde atque generalis negotiorum geſtor,vt voluit Ioannes Andreas in capitulo non iniuſtè.de procurat.& illam communiter teneri refert ibid. Capr.numeo 33.

ALIENATIO, vel donatio rei legatæ ex voluntate teſtatoris facta,inducit legati ademptionem,niſi aliud de mente legantis appareat.gloſſ.& Barth.in l.rem legatam,ff.de adimend. legatis.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de legatis iij,§.ſi rem,& ibid.glo.inſtit.de legat. quod etiam procedit,licet dicta alienatio vel donatio voluntaria ſit nulla, nec ſuum ſortiatur effectum,ſatis eſt enim eam demonſtraſſe. Nam ea quæ à mera voluntate dependent,licet per tranſlationem non ſortiantur effectum,vtilem tamen ademptionem faciunt. Bart.in l.etſi .ff. de adimend.legat.& in l.plane.ff.de legat.j.Quod intellige de actibus inter viuos,qui etſi nulli ſunt,inducunt legati reuocationem.l.legatũ, §.fi.ff.de adim.leg.gloſſ.& Barth.in l. iij. §.minor,ff.de fundo inſtruct. Secus autem eſt in vltimis volũtatibus,quare per contrariam inualidam voluntatem non inducitur legatorum ademptio,ſecundum Bart. in l.ſi iure.& Cyn.in l.in noſtram.in fi.C.de teſtamentis.Bar,in l.quæſitum,§.ſi quis.ff.de fundo inſtruct.quia in vltima voluntate non cenſetur quis habere voluntatem reuocandi primum , ſi ſecundum non valet,quod in actibus inter viuos ſecus eſt,per text.apertum.in l.cum dominus.§.filiusfam.ff.de pecul.legat.& l.ideo.ff. de adimend. legat.l. l.ſi legatum,ff.de legat.j.Bart.in l.fi.ff.de auro & arg.legato.& ita communiter teneri refert Bened,Cap,reg. cviij.num.13. Alienatione autẽ voluntaria licet legatum reuocatum vel ademptum cenſeatur, vti dictum eſt,id tamen inter alia fallit,quando ex rei famliaris neceſſitate fieret,quo caſu non creditur teſtator animum legatum reuocandi habuiſſe,vt dicit glo.in l.iij.C.de legat.& in §.ſi rem inſtit.eod.tit.& Bart in l.rem legatam.ff.de de adimend. leg.argum.l.j.ff.de tutel.& rationibus diſtrahend.l.cum plures.§.cum tutor.ff.de admin.tutel. quod verum eſſe,& communiter teneri ibid.num.21.refert Bened.Capra.

ANNVS cœptus licet in magiſtratibus gerendis pro completo habeatur,iuxt.l.ad rempub.ff.de munerib.& honor.tamen in iudicib; regulariter annus debet eſſe completus,c.cùm in cunctis.de elect.c.ad noſtram,de regular.c.ſignificatum,& ſimilibus ibidem in gloſſ.allegatis,& c.identatibus,in prin.de elect.lib.vj.c.vnico.de ætat.& qualit.eodem libr.vj.quod Arch.& D.Floria.in c.fi.de iudic. regulariter obtinere dicunt niſi contrarium in iure reperiatur expreſſum, & videtur ſentire gloſſ.d.l.ad tempub.in verbo fauoris cauſa.aut niſi ageretur de fauore,quo caſu annus cœptus pro cõpleto habebitur.niſi diuerſum in iure ſit expreſſum,vt voluit gloſſ.magna in l.iij.§.minorem,ff.de minorib.Et ſi fauor ſuadeat de momento ad momentum fiet anni computatio,vt voluit Archid.in d.c.fi,ſecus ſi eſſet odiũ.vt voluit.d.gloſſa. in d.l.iij.§.minore. ff.de minoribus, quam communiter teneri aſſerit Bened.Cap.reg.xxxj.nu.27.vide plura infrà in verb minor.

Annus infra quem heres legata exoluere tenetur,niſi velit priuari falcidia & omnibus emolumentis hæreditariis,licet computetur à die monitionis per iudicem factæ. Auct.hoc amplius,c.de fideicom.& ibidem Barto.c.nos quidem de teſtamen.gloſſ.in Auct.de hered.& falcid.§.ſi quis non implens,idque communiter teneri refert Bened.Capra.reg.cx.num.22.id tamen fallit ſi per teſtatorem aliud tempus intra quod volũtatem ſuam explendam iuſſiſſet præfixum ſit,tunc enim hoc ipſum à iure præſtitutum erit attendendum,per not.in l.ſtatulib. §.hærede.ff.de ſtatulib.l.fi.§.ſin autẽ. C.de iure delib.prout voluerunt Anch.Innoc.c.Nicol.& communiter Doct.in d.c. nos quidem de teſtamentis. quem ad ibidem nu.28.refert idem Bened.de Capra.

APPELLARE iuxta communem Doctorum ſententiam licet procurator teneatur,tamen ſecundum aliam etiam communiter receptam ſententiam eandem proſequi non tenebitur,niſi initio vſque ad finem vtriuſque inſtantiæ proſequendam ſuſcepiſſet, aut niſi generaliter ad omnes cauſas,aut etiam ad vtramque inſtantiam,aut procurator in rem ſuam conſtitutus fuiſſet,aut ab interlocutoria prouocaſſet,aut aliter ſtatuto vel conſuetudine receptum eſſet,vt refert Benedict.Capra,regula lxv,numero 30.& ſequent.Qua de re infrà plura vide in verbo procurator.

Appellare confeſſus & conuictus non poteſt,ij. quæ vj.cap.ſunt quorum l.ij.C.quorum appellat.non recip.idque procedit non tantũ in ciuilibus ſed etiam in criminalibus,iux.not.in gloſſ.d.l.ij.& ita communier teneri refert Bened.Capra.in tractatione notorij,poſt reg.lxv. poſito iiij.memb.prin.num,113.niſi allegaret aliquam iuſtam cauſam contra ipſam confeſſionem & probationem,quo caſu in arbitrio Iudicis relinquitur an deferatur appellationi vel procedatur ad executionem.gloſſ.d.leg.ij.& in lege.abſtinendam.C.quorum appellat.non recipiuntur.

ARBITRI poteſtas perinde atque iuriſdictio,licet ipſe iuriſdictionem non, ſed tantùm notionem habeat,l.ait prætor,ff.de re iudic. poteſt prorogari,cùm dependeat ex conſenſu partium,et voluit gloſſ. & Innoc.in cap.P.& G.de offi.delegat.& ita communiter teneri refert Bened.Cap.in tractat.materiæ prorogationis , ſtatim poſt regul. liij. poſito,numero 42.

Arbitri ſententia ſiue laudum , ſi compromiſſo adiecta ſit clauſula , vt ſtetur ſententiæ pœna ſoluta , vel ſimili,puta rato manente pacto,ſiue tacita, ſiue expreſſa emologatio interueniat,vt ſeruatur iuxta communem Doctorum ſententiam,et refert Bened.Cap.regul.lxxj.nume.9.vide infra in verbo compromiſſum.

AVXILIVM, vel opẽ præſtans delinquenti,licet teneatur ratione qualitatum quæ inſunt tempore delicti,ratione loci,temporis vel perſonæ,inquantum delinquitur in plus,ſicut & ipſe delinquens, vt not.Bart.in l.is qui opem,ff.de furtis. id tamen inter alia fallit in caſu l.Raptores.C.de rapt.virg.vt dicit Bart.d.l.is qui opem, & Canoniſt. communiter in cap.j.de officio delegat.ſimiliter fallit quando in præſtante opem adeſt qualitas quæ augeret pœnam , iuxta l. qui ſeruo, ff. de furtis,vel quando propter qualitatem principali inhærentem augeretur pœna præſtantis opem,cui talis qualitas non inſit.vt l.vtrum,ff. ad l.Pompe. de par.ſecundum Petrum de Anchar.in cap,cùm quis de ſentent,excom.lib.vj.& communiter Canoniſtæ d.c.j.de off. deleg.& refert.Bened.Cap.regul.lxxx,num.43.& ſeq.

Auxilium præſtat quando quis vt principalis delinquit & conſociis æquè principaliter delinquentibus auxiliatur, vt fit cùm plures ſimul delinquunt,& vnum ac idem delictum committunt,& tunc quilibet in ſolidum vt principalis tenetur,l.vulgaris.§,penul,ff.de furtis. l.ita vulneratus,ff.ad l.Aquil,Aut committunt plura ac diuerſa delicta, & tunc quilibet poteſt teneri vt principalis,in eo quod ipſe fecit,& vt opem præſtans in eo quod fecit ſocius,iuxta l.qui ſeruo,§.ſi duo.ff.de furtis.& ibidem Bartolus,& notat in clementina prima. de pœnis. & ita cum Bartol.communiter Doctor.ſentire refert Benedi.Capr. reg. lxxx.numero 52.

B

BANNITI de præterito ſi conſtitutione noua inducatur indulgentia ac remiſſio pœnæ modò tantum ſoluatur,tantundem ſoluendo liberantur à pœna,vide infrà Conſtitutio.

Bannitus pro pecunia ex diſpoſitione ſtatuti ita expreſſè ſtatuentis, non poteſt occidi, quia cùm nulla iuſta cauſa ſubſit,ob quàm mors infligi poſsit,tale ſtatutum non tenet.Communem refert Bened. Capra. reg.x.num .23.vide infrà ſtatutum.

Bannitus ſi conſuetudo vel ſtatutum diſponat,quòd poſsit impunè offendi & occidi, iuxta communem poterit offendi & occidi..vt refert Bened.Capra concluſ.xj.num.14.vide infra ſtatutum.

BENEFICIIS, præbendis,aut gratiis pluribus in eadem Eccleſia,nulla appoſita clauſula emanantibus,tunc ſi ad idem expreſſè, vel tacitè referantur,ſecunda collatio non valebit propter ſurreptionem.Si autem non referantur ad idem beneficium, putà ſi mandetur prouideri vtrique de præbenda de proximo vacatura, tũc aut ſecunda gratia emanat prima pendente,& propter pendentiam & grauamen iuxta communem ſimiliter non valebit.Aut ſecunda emanat, prima executioni iam mandata,& iuxta receptam Docto. ſententiam ſimiliter non valebit,quod Bened.Capra.reg.lij. num,22. & ſeq.affirmat procedere. etiam ſi ſecunda emanaſſet motu proprio, qua de re vide infrà in verbo Gratiæ.

Beneficiorum permutatio ad hoc vt fieri poſsit requiritur, quod beneficia ſint ſua,aut habeant ius in eis,prout exprimitur in cap.vnico,de rerum permut. lib. vj. & ita communiter teneri refert Bened. Capra.in tract.permutationis beneficiorum,poſt concluſion.ſiue reg. lxxxviij. poſito,numero vigeſimono, & verius eſt quòd expectantiam in beneficiis habentes, pro quibus ſunt affectæ præbendæ, vel habentes ius ad rem,non poſsint ea permutare,vt tenuerunt Do.Petrus de Peruſio,& Do.Floria.in cap. quæſitum, de rerum permuta,& Imola in capitulo exhibita,eodem titulo,licet Frederic.in tractat.permutationis,quæſtione xiij. contrarium teneat. Cæterùm ſi haberent ius in ipſis beneficiis,& ſic ius in re poterunt permutare,licet poſſeſſionem non habeant,ſufficit enim quòd titulum habeant, per quem beneficia eorum efficiantur,iuxta not.per Innocent.in capitulo inter cætera de præbend.& in capitulo ſi tibi.& cap.fin.eodem titulo lib.vj. & d.cap.vnico,de rerum permutatione, quòd ibidem num.30, communiter teneri refert Capra.

Beneficiorum,ſiue præbendarum,permutatio licet ſecundũ quoſdam inter canonicos eiuſdem eccleſiæ ſine authoritate ſuperioris fieri poſſe dicatur,modò non diuerſo,ſed eodem iure cenſeantur,vt voluit Inno.in capitulo quæſitum,de rerum permut. l. vnum ex familia, ff.de leg.ij.Tutius tamen,imò neceſſe eſt vt fiat eo quoque caſu cum authoritate ſuperioris,propter connexitatem quam habet præbenda & Canonica,ſecundum Hoſtienſ.Ioan.And.Petrum de Peruſio.& do. Anton.d.cap.quæſitum,& capitulo cum M.de conſtit.& Io.de Ligna, ſecundum quod refert in cap. fin.de rerum permutat. Petrus de Anchara.Idque procedit quando fieret permutatio de ipſis præbendis, hoc eſt,de titulis ipſarum præbendarum, quia cùm ſint ſpirituales, non poterit fieri permutatio,ſine ſuperioris authoritate,ſecùs autem ſi permutarentur præbendæ,hoc eſt,prædia præbendarum,quia cùm illa conſiſtant in temporalitate, fieri poteſt earum permutatio inter canonicos eiuſdem eccleſiæ ſine authoritate ſuperioris, & ita procedere poſſet opinio Innocentij, ſecundum Floria. in dicto capitulo quæſitum.cuius diſtinctio ſatis rationabilis eſt, ſecundùm Innocen. in capitulo exhibita.de rerum permutat, cum qua reliquos communiter tenere refert Benod.in d.tract.permut.poſt regul.lxxxviij.poſito, numero 31.

Beneficium curatum habens poteſt id cum habente ſimplex vel non curatum,permutare,& vice verſa.prout tenuit Ioan.de Ligna.ſicut refert Petrus de Anchar.in cap.exhibita, de rerum permutatione, Sufficit enim quòd ambo ſint intitulata,licet qualitates ſint diuerſæ. capitulo vnico.de rerum permutatione..lib.vj. & cap. cùm olim, eodem tit.Innocen.d.cap.exhibita,idem voluit Petrus de Peruſio in cap. quæſitum.de rerum permutatione. & ita teneri communiter refert. ibidem num.36.Bened.Capra.

Beneficia curata duo ex diſpenſatione habens, non poterit vnum ex iis cum alio curato permutare, & ſi faciat,vacabit illud quod ſibi remanſit, cùm diſpenſatio facta ſuper duobus Curatis, de primis intelligatur,per not.in cap.j.& ij.de fili. preſbyt.lib.vj.& clem. ſi plures, de præbend. Secùs autem erit ſi permutet cum ſimplici, cùm illud cum alio curato retinere poſsit,ſaltem ex diſpenſatione Epiſcopi, iuxta notat in cap.dandum.ij.de elect.capitulo literas. de conceſſ. præbend.ſecundum Inno.cap. exhibita,de rerum. permut. quod placuit Petro de Peruſio.d.cap.quæſitum, cæteros tranſire infert ibidem numero 40.Capra.

Beneficiorum permutatio licet regulariter fieri nequeat ſine conſenſu & authoritate ipſorum permutantium,cùm inuiti à ſuis beneficiis auelli aut transferri nõ poſſint ſiue Epiſcopi,Prælati vel alij inferiores beneficiati fuerint,iux.notat.per Ioan.And.in. c.quæſitum. de rerum permutatione id tamen inter alia fallit,ſi permutatio per Papam fieret quia poteſt etiã inuitos ſine omni cauſa pro libito ſuo auellere,atque transferre,per notat.in cap.propoſuit.de conceſſ.præbend.ſecundum Innoc.d.capitu.exhibitá.de rerum permutatione,& not.in c.cum veniſſent,de Iud.& ita communiter teneri refert Bene, Capra.d.tracta permut.num.43.Aut,ſi ex legitima cauſa per Epiſcopum aut eius ſuperiorem fieret,quia ex legitima cauſa poſſunt prælati vt alij beneficiati etiam inuiti per ſuperiorem auelli,prout notatur in c.niſi cùm pridem.§.propter ambitionem,de renunciat.& not Freder.in tract.permut.quæ.xxx.Argumẽto.c.nouit.de his quę fiunt. Quod tamen inferior à Papa ſine conſenſu capituli facere non poterit niſi ita præſcripſerit,vt ſine c.ſolus id poſſit iux.not.in c.iij.de cõſuetu.lib.vj.voluit Frede in d.tractat de permutatione,q.xxv.& Petr. de Anchar,& Imol.d.c.exhibita.vt vtrunque communiter teneri refert.Bened,ibidem,nu.44.quia ex quo ius auctorizandi in eccleſiis ſibi ſubiectis eſt dignitatis & iuriſdictionis & non ordinis,præſcribere id poterit iuxta c.audiens,de præſcrip.prout voluit ipſe Petrus de Peruſio in d.c.quæſitum,de rerum permutatione,cum quo cæteros quoque communiter tranſire refert tract.eodem numero ſeptuageſimoſecundo.Benedict.

Beneficiorum permutatio quoniam collatio eorum ad ſolum Epiſcopum ſpectat.licet ſede vacante.à cap.perfici nequeat,poterit tamen ab eo recipi reaſſignatio ex cauſa permutationis, cũ poſſit beneficiatos priuare,& ſic renuntiaiiones recipere,per not.in clem.vnica de rerum permutatione,quem Epiſcopus poſtea creatus perficere poterit,prout voluit Prtr.de Peruſio.in cap.quæſitum, & Inno. in c.exhibita,eod.titu.cum quibus cæteros Doctores tranſire ibidẽ num.77.refert idem Capra.

Beneficia eccleſiaſtica quocunque modo vacant per reaſſignationem licet generaliter permutari poſſint.c.quæſitum,de rerum permutatione,c.vnico.eod.tit.lib.vj.& clem.vnica.eod.tit.id tamen inter alia fallit quando talia beneficia fuiſſent per Papam generaliter reſeruata,vel ſpecialiter proprio motu,quare tunc ſine ſpeciali mandato Papæ permutari nõ poſſunt,quia inferior à Papa in his quę ſibi Papa generaliter vel ſpecialiter reſeruauit intromittere ſe non poterit,per id quod habetur in cap.vt noſtram,de appellat.& in extrauag. dudũ, & extrauag.execrabilis.Aliàs ſi ſit facta ſpecialis reſeruatio,non proprio motu,ſed ad impetrationem alterius,cùm non ſit perinde fauorabilis & amplianda,atque prædicta generalis & ſpecialis facta proprio motu,c.ſi pluribus de præbend.li.vj,non impediet ipſam permutationem,ſicut nec eam impediet literæ Papæ expectatiuæ, prout hebetur in d.c.vnico,& hoc fuit de mente Frider.in conſi.cxij.ſecundum Petrum de Anchar.& Innoc.in d.c.exhibita eodem tit.de rerũ permutatione,cuius opinionem communiter approbari refert Bened.Capr.in d.tract.permut.num.83.& præcedentibus

Beneficia in quibus dum vacant locum habet optio ſiue poteſtas optandi,non poſſunt permutari niſi ob vtilitatem eccleſiarum,non autem ob vtilitatem permutantium,iuxt.cap.fin,de conſuetud.lib.vj. & voluit Lapus in Addit.ſuis ad xxviij,quæ.Frider.in tract.permutationis,dicens,id procedere,niſi conſuetudo optandi diſponeret ſuper ipſis beneficiis ex cauſa permutationis vacantibus,quare tunc attenditur ipſa conſuetudo,per d.capitu. fin.& capitul. dilectus, de conſuet.quod ſecutus eſt Imola in capitulo exibita, de rerum permutatione,cum quibus reliquos tranſire refert in tract. permutat numer. 89.idem Benedict,Capra,

Beneficiorum permutationem ſe procuraturum per pactum aſtringens illicitè facere videtur,ſecus ſi ſine pacto voluntatis de permutatione facienda permutauerit,quòd licitè fieri poteſt, vt tenet Imol.in cap.exhibita de rerum permuta, allegans Fridericum d.tracta,quæſtio.xxxviij.& ita communiter teneri ibidem nume. 118 & refert Benedict.Capra.

Beneficiorum inæqualitas ſola,niſi aliæ ſufficientes coniecturæ fraudis concurrant nõ reddit permutationem inualidam,vt tenet Io Monach,& Ioannes Andreas in capit.vnico de rerum permuta.libro ſexto,& capitu.ij.de renunciat libro ſexto,& Frideric.in tract.permutationum,quæſtione vltima,cum quibus reliquos tranſire communiter refert. Benedict. Capra. in tractat. permut. benefic.poſt regul. lxxxviij, poſito,numero 121.& not.in capit.quia veriſimile. de præſumptionibus,lectorem relegans.

Beneficij curati apprehenſione,aut ſi per acceptantem ſtet, quò minus poſſeſſionem apprehendat,licet primum beneficium ipſo iure vacare cenſeatur;quia habens curatum,aliud recipiẽdo, cenſeatur primum pro derelicto habere,gloſſ.in capitulo de multa.de præben. id tamen inter alia fallit quando acceptaſſet ſecundum beneficium curatum ſine licentia ſuperioris beneficij primi,quare tunc licet vacet primum quò ad ſe,non tamen vacat quò ad ſuperiorẽ,d.cap.de multa,& ibidem gloſſ.& notat in capit.admonet.& capitulo, quo

in dubiis.de renuntiatio. quare non poterit vt vacans impetrari, niſi ſuperior ipſam renunciationem expreſſam vel tacitam ratam habuerit,iuxta nota.in cap,ſi tibi abſenti.de præbend.lib.vj.& Imola,in cap. ex ore.de his quæ fiunt à maior.parte. cap. quod communiter teneri contra gloſſ.d.cap.de multa.refert Benedict,Capra,regula xc,num.46. & licet nonnulli argumento.cap. ſuper hoc.de renunciat. ſimiliter id fallere putant,quoniam primum beneficium erat pingue , & ſecundum tenue, ea tamen opinio ſecundum Capram , ibidem num. 62 communiter reprobatur,quare ſibi imputare debet acceptans tenue, iuxta nota.lxxiiij.diſtinct.quorundam.

Beneficium curatum,vt ſit atque cadat ſub conſtitutione, capituli de multa. de præbend.& extrauag. execrabilis. eodem titulo, non ſat eſt quod curam habeat temporalem,ſed requiritur quod habeat perpetuam,vt innuit dicta extrauag. execrabilis,in fine, quòd etiam voluit Innocent.dicto cap.de multa.quod in clementi. vnica, de officio Vicarij.communiter tenent Modern.& Oldrad. conſilio cxv. quos ſequitur Imol.& doct. Nico.dicto cap.de multa.inde Nicolaus ibidem refert,quòd acceptans ſecundum beneficium,temporalem curam tamen annexam habens,non perdat primum, vt refert Beendict. in regul.xc.numero 69.Similiter intra alia fallit,quando ſecundum beneficium eſſet curatum,habitu tamen & non actu, quare ad hoc, vt locum habeat,pœna,dict,capit.de multa. requiritur vt actu & non habitu tantùm curatum ſit,prout voluit Hoſtien.in cap.quare nõnulli. de cleric.non reſident.argumento l.nomen. §.habere.ff.de verbo.ſignific,& nota per gloſſ.& Archidia.in cap.licet cano.de elect.lib.vj.& Paul.de Leatza.in clemen.vnica.de offic. vicar. idem tenuit Frideric, conſil.cxxxij. & ita communiter teneri refert Benedict. in reg,xc.nu, 76,addens periculum animarum quod Canones perpenderant non videri ſubeſſe,niſi actu & habitu ſit beneficium curatum, ſecundum Do.Anto.d.cap.de multa.Et licet Innoc.& Abb.ibidem teneant contrarium, tamen idem Cap.nu.78. à communi non eſſe recedendum ſuadet.

Beneficium ſimplex non habens annexam curam, nec dignitates, ſi eiuſmodi ſunt, vt reſidentiam non requirant, prout habetur xv. quæſt.j,cap,quia.& not.cap.j.de conſuetud. & cap,cùm omnis.de cõſtitut. non perditur per acceptationem ſecundi, neque etiam primo renuntiare videtur,vt ſentit gloſſ. in capit.clericos.& ibi Innocen. de cleric.non reſident.et ita communiter teneri refert Benedict, regula xc.num.92.quod licet regulariter verum ſit,tamen fallit quando plura eiuſmodi beneficia habens non deſeruiet neque per ſe, neque per ſubſtitutum, iuxta not. in cap.cùm omnis. in fine.de conſtitut. quod verum eſt.niſi valde exilia eſſent.iuxta not.in cap.cum te, de ætate et qualitate,prout voluit Do.Anton.in clem. gratiæ, de reſcriptis.quem ſequitur Imol.in d.cap. clericos. cum quibus cæteros tranſire di. reg. xc.nu.99.refert Benedict.Capra.

Beneficia omnia etiam ſimplicia regulariter requirunt reſidentiam continuam,prout voluerunt in cap.clericos.de cleric. non reſident. Innocent, Hoſtien. Ioannes And.do. Anto. & communiter Doctor. excepto do. Floria.niſi aliud conſuetudine, priuilegio vel ſtatuto inductum ſit,vnde per acceptationem,ſecundi continuam reſidentiam, requirentis videbitur primo renunciatum, & vacabit primum:ſecũdum Innocent.ibidem refert Benedict.Cap.reg.xc.nu.108.

Beneficia ſiue priuilegia Papæ, vel Principis latiſſimè ſunt interpretanda.l.fin,ff.de conſtit. l.ſi quando. C. de bonis vacantib. lib.x.& ibidem Barto l.j.§.initio.ff.de officio præfecti vrbis.capit.cùm dilecto. de donat in fin,& ibidem gloſſ.cap.olim,& ibidem glo.de verb.ſignific.Quare ſi Papa vel princeps ex bonis vocantibus,domum,caſtrum vel ciuitatem conceſſerit, cenſetur conceſſiſſe,etiam ſi id non exprimatur cum omnibus titulis,pertinentiis atque acceſſoriis ſuis, argumento dictorum iurium,& ibidem per Bartolum.quod communiter Doctores ſequi refert Benedict,Capra.regu.cij.nu.3.& ſequent.

Beneficium in tertij præiudicium expreſsé conceſſum quoties publica verſatur vtilitas,licet valeat l.ſecunda.§.ſi quis à principe,& ibidem notat, ff.ne quid in loco publico.l.item ſi verberatum.§.fi.ff.de re iudic.l. Lucius.ff.de euict.l.ſi quis ſepulchrum ff.de relig.& ſumpt. funer.ſecundum gloſ.in l.fi.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam. idque procedit etiam ſi non vertatur publiba vtilitas, & læſio non ita magna ſit.l.ij.C.de precib.Impe.off. & Bart.d.l.fi. & Inn.in c.cùm dilecti. de donation. l.ſi quando.C.de bon.vacant.lib.x. Bart.in l.ſed vt reprobari.§.fi.ff.de excuſatione tutorum. tamen vbi publica vtilitas non vertitur & de graui alterius præiudicio ageretur,priuilegium alteri conceſſum non valeret, ſecundum gloſſ.in dicta l.ij. C.de precibus Imperat. offerend. & gloſſ.in dicta l.fina.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam.& ibidem Bart. quod communiter teneri refert Benedict. Cap.regu.cij.num.12.

Beneficia principum licet regulariter latè ſunt interpretanda, id tamen fallit ſi contra ius conceſſa ſint, iuxta not.in cap.cùm olim.de verborum ſignific.& cap ſi canonici,de offic.ordi.libro vj.ſecundum domi. Nicol. in cap.Rodulphus.de reſcript. quia vt dicit Archid.& Dominic. in capit.quamuis.de præbend.lib.ſexto, omnia excedentia ius commune,ſtrictè ſunt interpretanda, præſertim cùm de præiudicio tertij agatur, xxij,quæſt.ij.capit.hoc tamen.capit tua.de Decim.argumento, l.ij.§.meritò,§.ſi quis.ff.ne quid in loco publico, ſecundum Bartol.in l.ſi quando.C.de bonis vacan.libro decimo.Innocen. Abbas, & Ioannes Andreas, in capit.cùm dilecti.de donation. Barth.in l.ſi finita,§.ex hoc edicto .ff.de damno infecto.& in l.fin.ff de conſtitu.principum.Compoſt.in capit.cauſam, quæ.de reſcript.capit. cæterùm.de vſu Pall,& ita per Canoniſtas & Legiſtas,modò non calumnioſè fiat interpretatio cap.in iis.de priuilegiis.capit.fina.de trãſlatione prælat.communiter teneri refert regul.cij.nume.16. idẽ Benedict Capra.Similiter inter alia quoque id fallit,ſi latè interpretãdo priuilegium aut beneficium inutile efficeretur, tunc enim vt ſuſtineatur,ſtrictè interpretandum eſt, ſecundum Ioannem Andream,& Petrum de Anchara. in dicto capit.olim.de verbor.ſignific. & Barto. in dicta l. fina. de conſtitutio.princip.per gloſ.l.ſæpe.ff.de offic. præſidis.qæam communiter Doct. approbare ac ſequi refert tbidem numero 11.Bnedict,Capra. Similiter fallit in litteris à principe impetratis ad lites,in quibus ſtrictè facienda eſt conceſsionis interpretatio, tanquam odioſis, cùm detrahant ordinariæ iuriſdictioni, ſecundum Ioan.And.in cap quamuis.de præbend.libro ſexro,cap,Rodulphus.de reſcriptis.capit.cauſam,quæ.& ibidem gloſſ.& communiter Doctor. eodem titu. Bart.in l,fin.ff.de conſtitut.princip.ſicut ibidem numero 30.refert idem Capra.

Beneficium ſimplex reſidentiam continuam requirens, licet acceptatione ſecundi ſecundum Inno.in dicto cap.clericos. & cap.ex tuæ,de cleric.non reſiden.quem in dicto cap.clericos.ſequitur Petr.de Peruſio, Petrus de Anchara, & Calde,ipſo iure vacat,adeò, vt poſsit ſine alia priuatione alteri conferri, tamen curia ſeruat aliam opinionem, quòd non vacat primum per acceptationem ſecundi,in beneficiis ſimplicibus, etiam reſidentiam requirentibus, vt refert ibidem Calde.quam curiæ opinionem videtur quoque tenere Ioan. And.in addit.ad Spec.in tit.de cleri.non reſidentibus argumento,cap.referẽte.cap.præterea.vt capit.ad hoc.de præbend.quæ.in ſimplicibus perinde atque in curatis, dignitatibus & perſonis per cap.de multa.de præbend.non videntur correcta.l,præcipimus.C.de appellatio.quod & originaliter tenuit Oldrad.conſilio clxxxv,Innocen.do. Antonius, do.Flor.& do. Nicola.in dicto capitu.clericus.& Petrus de Anchara, dicto capitulo,de multa,et veriorem dicit Benedict. Capra,regula xc, numero 113,cùm in natura pœnali, et correctoria non fiat extenſio, prout communiter notatur in l.ſi verò §.de vno.ff.ſolu.matrimo, et Auct, quas actiones,C.de ſacroſanct.eccleſi. et in clemen,j.de electio. quare non eſt eadem ratio in ſimplicibus, quæ eſt dignitatibus, perſonatibus, vel curatis beneficiis.ſecundum Innoc.dicto cap.clericos. iuxta not. in gloſſ.xxj.quæſt,j.cap.relatio.et Lapum in allegat.cxvj. et ita communiter teneri,ibidem refert Benedict.Cap.

BIGAMIÆ pœna locum non habet quoties matrimonium non tenet. nec aufert matrimonium inualidum priuilegia clericalia: etiamſi cum vidua cõtrahatur,ſed tamen habet locum quoties nuptiæ tenent, & ſic in vero bigamo,vt cap.vnico.de bigamis.lib.vj. ſecundum Ioan.Andr.cap.Ioannes.de cleric.coniugat.quod cõmuniter teneri refert Benedict.Capra.regula xcvij.numero 83.

Breuiloqua vel reciproca ſubſtitutio,quære verbum Subſtitutio.

## C

CANONICI,Licet in eccleſia ſtatutus ſit certus numerus canonicorum,& per Papam confirmatus, poſſunt,modò in confirmatione non fuerit appoſita clauſula Decreti, vltra conſtitutum numerum aliquem voluntariè recipere, & tenet receptio,quia poteſt tali fauori renunciari,prout voluit gloſſ.in cap.dilecto. in verbo clauſula. de præbend. & communiter à Canoniſtis teneri refert Benedict. Cap. concluſio ix.nume.66. Quod etiam obtinet,quamuis appoſita ſit in confirmatione clauſula Decreti, modò facultates eccleſiæ ita excreuerint vt poſſit noua præbenda creari, quia poterunt canonici non obſtante dicta clauſula, vltra numerum præſtitutum aliquem ſibi cõfratrem recipere, prout voluit Hoſti. & Ioannes Andreas, in dicto capit dilecto.de præbend. & communiter teneri teſtatur idem Benedict.Capra,ibidem nume.68.Idem quoque obtinebit,licet facultates non excreuerint modo tamen ille qui receptus eſt non procurauerit ſe recipi contra iuramentum, ſed ſpontè receptus fuerit, vt tenet in dicto cap.dilecto. Petrus de Peruſ.do. Anto.eo.Floria.& eo Nicol.& ita còmuniter teneri aſſerit idem Benedict.Capra,ibidẽ nu.74.&76.

Capitulum poteſt facere ſtatutum ſeu conſtitutionem ſuper ſpectantibus ad ipſum Capitulum,etiam ſine conſenſu Epiſcopi, ſecundum gloſſ.in cap.j.de his quæ fiunt à maior.parte.cap.in verbo.conſtitutum, in fine,per illum textum, ex quo ibi., de Epiſcopo non fit mentio,cúm qua gloſſ.còmuniter Doct.dicit tranſire Benedict. Cap.

conclusiu regu.ix.nume.1.iuxta nota.in cap.conſtitutionem, de verbo.ſignificatione, lib.vj. & ea quæ not.in cap.fin.de his quæ fiunt à maior.part.

Capitulum non poteſt ſtatuere ſuper his quæ tangunt ſtatum generalem Eccleſiæ, vel iura Epiſcopi, ſine conſenſu eiuſdem, vt voluit gloſſ.communiter approbata in cap.cùm omnes.de conſtitu. & cap. cùm conſuetudinis. de conſuetu.refert Bened. Cap.regul.ix.nu.3. & ſeq.vbi idem, ex not.in cap.requiſiuiſti.de teſta. & ibidem Innoc. in cap. edoceri.de reſcriptis, obtinere dicit. Si ardua ſint ſuper quibus vult aliquid ſtatuere, quod tamen vtrobique fallit, ſi capitulũ ex priuilegio.vel alio iure ſpeciali poſſet iuxta not.in cap.ſuper quibuſdam. de verb.ſignif. ſecundum Imol.d. cap.de his quæ fiunt à maior.part. cap.ibidem.nume.5.& regula xciij.num.16.in fine.

Capitulum non poteſt ſtatuere in præiudicium abſentiũ,niſi ſubſit rationabilis cauſa, & eoſdem vocauerit, & ex vocatis concurrãt duæ partes, vt voluit gloſ.in cap.j.in verb.conſtitutum.de his quæ fiunt à maior.part.cap.cùm qua communiter tranſire Doct.aſſerit Benedict. Cap.reg.ix.nu.7.& ſeq.accedit quod notat Inn.in cap.veſtra.de locato.& voluit Floria.d.c.j. & Inno.& Io. And.in c.tn noſtra.de iureiur. & in c cùm in eccleſiarum.de conſtit.vide infrà Vniuerſitas.

Capitulum ſeu vniuerſitas iurans ſeruare ſtatutum, & id quod in ſtatuto continetur ſi contraueniat, tollit quidem ſtatutum ſed periurium incurritur, vt voluit Io.And. & d.Ant.in cap.cùm in cunctis.de his quæ fiunt à maior.par. Pau. & Lignan.in clem. vt profeſſores, de regularibus, &.ita communiter teneri aſſerit Bened.Cap.regul.ix.nu, 94.Secus ſi ſimpliciter iurant ſeruare cõtenta in ſtatuto, quia vtrũq; tollatur ſtatutum. non tamen incurritur periurium, vt voluit Petrus de Peruſ. & Floria.in c.dilecto.de prebẽd.vt refert idem Bened. Cap. ibidem num.95.& ſeq.

Capitulum vel maior pars eius,vno etiam contradicente,non poteſt ſtatum eccleſiæ alterare vel dirimere,vt clerici in cõmuni viuant, ſi ante ſeparatim viuebant.c.quod omnes, de reg.in lib.vj.cap.ij.de verb.ſignific.lib.vj.d.Nicol.in cap.quoniã de vita & honeſtate cleric. & ita communiter tenetur.Bened.Cap.regu,xciij,in fin.

CAVSÆ criminales, tametſi iure canonico indiſtinctè delegari poſſunt,iuxta communem,id tamen fallit, quoties electa eſt induſtria perſonæ, quia tunc ſubdelegare iure canonico non poteſt delegatus,etiam à principe datus,Iure autem ciuili delegatus cauſas criminales ſubdelegare non poteſt,niſi datus fuiſſet à principe,imò ordinarius inferior principe eaſdem delegare non poſſet, communem refert Bened.Cap.reg.lxxvj.nu.2.5.& 13.vide infrà Crimen.

Capitulum vacante ſede,poteſt authoritatem præſtare in permutatione beneficiorum, quorum collatio ſpectat ad ipſum, vel ad ipſum & epiſcopum, iuxta ea quæ habentur in c.his quæ.de maior. & obedient.& c.vnico.ne ſede vacante,lib.vj.quando autem ad ſolum epiſcopum ſpectat collatio,licet capitulũ non poſſet perficere ipſam permutationem,tamen poterit recipere reſignationem ex cauſa permutationis, quam poſt creatus epiſcopus perficiet, prout voluit Petr. de Peruſ.in c,quæſitum. de rerum.permut. & Inn.in c.exhibita.eod.tit. cum quibus cæteri cõmuniter tranſierunt,vt refert Benedi. in tract. permut.poſt.reg.lxxxviij.poſito.num.77.

Capitulum ſi vná cum epiſcopo teſtamenti exequendi pot.ſtatem obtineat, mortuo epiſcopo, licet non ſuccedat in executione, tamen ſuccedit in executionis compulſione:vide infrà verſ.Executores.

CASTRO conceſſo in feudum iuriſdictio & pertinentiæ cum eodem conceſſa creditur,per,l fin. ff.de cõſtitution. princip.l.ſi quoniam. C.de bonis vacantib.lib.x.& ibidem Barth.l.j.§.initio.ff.de officio præfect.vrbis.cap.cùm dilecti.de donatio.& ibidẽ gloſ.fin. & gloſ. in capit,olim.de verb.ſignic. & ita communiter teneri refert Bened. Capra,regul.cij.nu.3.

CARCERARI aut detineri licet à priuata perſona ob crimẽ, delictum,vel debitum, & ſic ob cauſam ciuilem vel criminalem liber homo non poſſit,nec debeat, vt patet ex not.in l.ob æs. & Auct.imò C.de oblig.& act.tamen quando quis reperitur in fragrenti crimine, quod capitalem vel corporalem pœnã indicat, poterit à priuata perſona capi, & ad viginti horas,& non vlterius detineri, intra quas ad iudicem deduci debet.l.capite.v.ff.de adulte, & ibidem notat.& cap. cùm non ab homine.de iudiciis, Barth.in l,cum eo.ff.ad legem Iul. peculat.& ita communiter teneri refert Bened.Cap.reg.lxxv.nu.10.

CIVITATIS vel vrbis appellatione,cùm idem ſint,l.præſumptio.c.de opere public.l.ſingulorum.C.de ædi.priuat.ſecundum Barr. in l ij.ff.de verb.ſignific.& in l.ſed & reprobari.§.fin.de excuſat.tutorum,regulariter quod muris cingitur,continetur.l.nam quòd liquidè.§.penult.ff.de pœn.legat.& ibidem gloſſ.& Bart.per text.in cap. Ciuitas. de ſentent.excommu.lib.vj. & ibidem Bal.glo,in cap.ſi ſtatutum.in verb.ciuitatibus.de reſcript.lib.vj. Petrus de Anchara,in cap. fœlicis.de pœnit.libro vj. quòd procedit etiamſi adiiciatur nomen proprium illius ciuitatis vel vrbis,vt puta.ſi.diceretur,vrbs vel ciuitas Peruſia, quæ cenſetur magis demnoſtrandi, quàm ampliandi cauſa adiectum..argumento, l.ſi communis ſeruus. ff.de ſtipulatio. ſeruorum,& ibidem Azo.ſi tamen nomen proprium præponeretur, dicendo Peruſina ciuitas, amplianci cauſa id adiectum videtur, & ideò continentia ædificia includit,vt tenuit Azo & Rainerius, quos ſecutus eſt Barth.in l.ij. & d.§. fin.& Bald.in d.cap. Ciuitas.licet Accurſ.d.l.ij.in gl.j.non putet referre an præ vel poſtponatur, contra dict. l.nam quod liquidè, §.ſi ita legatur.ff.de pœn.legat. ſed malè, quia Azonis ſententia communiter tenetur.vt refert Benedict. Cap. regu.cj.numero 4. Accurſij.opinio in ciuitate vel vrbe Romana locum habet,quare ſiue præponatur ſiue poſtponatur,vtroque modo continentia includantur, l. vt Alphenus.l.ædificia.l.qui continentibus. ff.de verborum ſignific. Quod tamen inter alia multa in Principum beneficiis, in quibus appellatione ciuitatis etiam territorium continetur,fallit iuxta l.j.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfact.vrbis,& ibidem notat.in vrb.commiſerimus,quòd voluit quoque Barth.d.l.ij.& in l.fin. ff.de conſtitution. principum, per l.ſi.quoniam. C.de bonis vacantibus.lib.x. & ibidem Bart. & in l.ſi finita.§.ex hoc edicto.ff.de damno infect.quod ſimiliter communiter teneri refert, ibidem numero 15 Benedictus Capra.

Cæcus non alia forma quàm quæ præſcripta eſt,in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtamentum facerè poſſunt.teſtari poteſt, niſi ſtatuto expreſſo aliter diſponeretur,quia ſtatuto,poteſt talis ſolennitas diminui, vt voluit Bart.in l.ſi quæramus.ff.de teſtament.quod verum eſt,ſi ſtatutum expreſſé diſponeret de teſtamento cæci, aliàs cùm ſimpliciter diſponeret,quod teſtamentum valeret coram quinque teſtibus, non extenderetur ad teſtamentum cæci, prout voluit Bald.d.l.ſi quærimus.cum quo reſidet Imol.in c.quum ingreſſa.de teſta. & ita communiter teneri refert Bened.Capra regula ciij.nu.25.

Ciuitate à Papa vel Principe in feudum data,non tantum iuriſdictio,ſed etiam caſtra, & villæ,quæ dictæ ciuitati ſubſunt, vel de eius dictrictu comitatu ſunt,conceſſa cenſentur, quum Principum beneficia latiſſimè veniunt interpretanda, & ſimiliter caſtro conceſſo, omnis iuriſdictio & pertinentiæ cum eodem conceſſa ducuntur,per l.fin.1.de conſti.princip.l.ſi quoniam.C.de bonis vacant.lib.x,& ibidem Barth.l.j.§.initio.ff.de offic.præfect. vrbis.c.cùm dilecti. de donat. & ibidem gloſ.fin. & gloſ.in cap.olim.de verb. ſignifi. quod à Doctor.communiter teneri refert Benedict.. Cap. regula cij, numero tertio.

Ciuitatis appellatione licet aliqui in beneficialibus Diœceſim venire putauerint, tamen contraria opinio, quod non contineatur,vt ſtricta ſit in eiuſmodi facienda, ciuitatis vel Diœceſis interpretatio, tenent Hoſtienſ.Io.Ant.& d.Nicol.i c. Rodolphus de reſcriptis.iuxta gloſ.notabilem,in c.cepimus.de ætate & qualitate Compoſtel. in cap.Abbatem.de reſcript.Archid.in cap.quamuis.de præben.lib.vj.& glo.in c.vnico,in verb.Diœceſis.& ibidem Io. Monach.de rerũ permut.& Laudanus in clement. ne Roma.de elect. & in clem.vnica.in princip.de ſequeſtrat.& ita communiter teneri.refert,ibid.nu.29.idẽ dicendum eſt in odioſis & reſtringibilibus,quod iuxta dicta iuta cõmunitet quoque teneri refert.de regula cij.numero trigeſimoprimo Bened.Cap.

CITATIO per edicta regulariter non eſt permiſſa, niſi in caſibus ſpecialibus à iure expreſſis,prout notatur in clem.de iud. Et in iis in quibus permittitur citatio per edictum,debet eſſe trina,ſicut & illa quæ fit ad domum,iuxt.not.in gloſ.xxiij.quæſt.iiij.de illicita.l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex,vbicunque à iure exigitur trina denunciatio,ſiue citatio per edictum, non ſufficiet vnica peremptoria, prout voluit d. Ant.Petr.de Peruſio, & d.Nicol.in cap. ex tuæ,de clericis non reſidentibus, Io.Andr. in tit.de cler.non reſid. in iij.quæſt. & ita communiter teneri refert Bened. Capt.regu. xcj. num.33.quod ſecundum Imol.d.c.ex tuę. maximè procedit quando talis citatio per edictum fieret ad finem pœnæ imponendæ, prout voluit gl.ſingularis in clem.j.in verb.tutor.de vita & honeſtate cleric. regula xcvj. num.81.Capr.

CLERICVS debitor ſi aufugiat cum pecunia aut re creditoris laici,poterit ab eodem capi & ad iudicem eccleſiaſticum duci, communem refert Benedict. Cap.regu.lxxv.numero 7.qua de re vide infrà in verb.debitor.

Clericus licet ſecundum multos ludum qui ex induſtria ingenii conſiſtit,exercere non poſſit,contraria tamen opinio verior eſt cõmunior,,vt refert Bened.Capr.regul lxxxvj.vide infrà Ludus.

Clericus perinde atque eccleſia ſtatuto generali laicorum vti poteſt,maximè ſi ſit fauorabile,quoniam in generali ſtatuto non denotatur ſuperioritas, ſicut in ſpeciali, communiter receptum dicit Benedict. Capra,regula decima quinta numero 35. vide infrà in verbo Statutum.

Clerici & perſonæ eccleſiaſticæ,licet generaliter ad ſubeunda munera perſonalia iuſta,qualia ſunt quæ exhibent corporali obſequio alienis ſumptibus,et abſque erogatione proprii patrimonii cogi nõ poſſunt ſiue ſordida ſint,ſiue non,vt videtur velle Ancha.in cap.j.de immunit. eccleſiaſtic. libro ſexto. l.placet.C.de epiſcop.et cleric. capit.non minus,de immunit.eccleſiarum,et ibidem per Innocen.cap.

ied

ſed nec procuratores,ne cleric.vel monach.l.generaliter.C.de epiſco. & cleric.id tamen inter alia quoque fallit quando clerici haberent bona & poſſeſſiones à Principe,quia tunc ad onera perſonalia qualia ſunt Angaria & Parangaria tenentur,vt not.in cap.non minus.per Innocen.& per d.Antonium,quod communiter teneri refert Bnedict. Capra,regula xcvj.num.21.ſimiliter fallit in oneribus cuſtodiæ ciuitatis,quum non ſolum quando ciuitas eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ,ſed etiam generaliter in omnibus ciuitatibus quæ oppugnātur ab hoſtibus fidei,ad cuſtodias compelli poterunt,vt not.in c.peruenit.de immunit.eccleſiaſtic. & per Franciſc.de Ramporibus, in capitulo quanquam.de cenſibus & ita communiter intelligi,dicto capitulo per notata contra Ioannes Andream refert ibidem num. 23. Benedict.Capra.

Clerici licet regulariter etiam contra Turcas & Saracenos non aliis armis quàm lachrymis,ieiunio & precibus pugnare debeat,iuxta notat.xxiij.quæſtio.viij.cap.j.& ſequent.id tamen fallit,vbi imminet periculum ſuæ ipſius perſonæ,nec aliter euadere poſſint, quum tunc ſine irregularitatis pœna quilibet offendere armis poſſit clericus,per notat.in clementina Si furioſus.de homicidio.& in lege vt vim.ff.de iuſti.& iure ac ita communiter teneri refert regula xcvj.numero 29.Bened.Capr.

Clerici in caſibus quibus tenentur ad onera & contributionem laicorum,nunquam ad eam cogi aut compelli poterunt per iudicem laicum,ſed debet fieri executio per eccleſiaſticum,de cuius foro ſunt vt voluit Innocen.& poſt eum Ioannes Andr.in cap.de immunit.eccleſiarum.Bald.in l.ad inſtructionem.C.de epiſc.& cleric.Matth. de Roma.in clemen.vnica.de immunit.eccleſi.& ita communiter teneri,regul.xcvj.nu.79.refert idem Capra.Et ſi iudices laici moniti ſemel non deſiſtunt,incurrunt excommunicationem,capit.quoniam.de immunit.eccleſ.idque odio tyrannnorum,& fauore eccleſiæ alias trina monitio requiritur,clement. prima de vita & honeſtate clericorum, ibidem.

Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus,in habitu & tonſura non incedens,ſi faciat actum clericatui contrarium,puta ſi vxorem, ducat,arma ſumat,aut ſimilia enormia committat,aut ſeſe iis immiſceat,perdit priuilegium clericale.cap.vnicè.de vita & honeſta. cleric. lib.vj.& tenuit D.Anto.in cap.ex literis.eodem tit.& ibidem Imo.Innoc.in cap.j.de apoſt.facit quod not.in cap.j.de cleric.coniug.libro vj.& ita communiter teneri refert Benedict.Cap.regul.xciiij. nume. 11.& 17.Si non autem faciat actum clericatui contrarium,tunc licet in habitu & tonſura non incedat,tamen non perdit priuilegium 17. quæſt.iiij.cap.ſi quis ſuadente.& cap.ſi quis ſuadente diabolo,de pœnis.nec priuilegium fori,niſi poſt trinam monitionem non ceſſit,per ea quæ not.in cap.ſi laicus.de ſenten.excommunic.lib.vj.quod ita cōmuniter teneri ac practicari refert ibidem numero duodecimo. Benedict.

Clericum in habitu,& non tonſura incedentem enormitatibus ſeſe immiſcentem & in iis perſeuerantem,etiam non monitum, ſcienter percutiens vel offendens,etiam ſi priuatus ſit non patitur pœnā. clemen.ſi quis ſuadente Diabolo,de pœnis,aliás ante trinam monitionem id faciens incurreret pœnam prout voluit Io And.& Imola, cap.ex literis.de vita & honeſtat.cleric.& in cap.contingit.& ibidem gl.de ſenten.excommunic.& prælectā.in cap.perpendimus,eod.tit.cū quibus alios tranſire refert Bened.regul.xciiij. numero fina.

Clerici vilia,non ſordida artificia,exercentes.moniti, ſi non deſiſtant,licet careant priuilegiis clericorum,vt ſupra, id tamen fallit ſi occultè talia exercerent,prout notat in clement.j.de hæretic.per textum,in cap.j.de vita & honeſta.cleric.& ibidem Paulus de Leazar. quem communiter Doctores ſequi refert Benedict.reg.v.nume.7.ſimiliter fallit in exercente talia prohibita per tertium & non per ſe, vt not.d.clement.j.de hæreti.& dicta clement.j.de vita & honeſtate, & ibidem Paulus de Leazaris,quem ſimiliter Docto.communiter ſequuntur.dicta regul.numero 8.refert ibidem Capra.

Clericorum bona,ex beneficiis obuenientia licet immunia ſint à collectis,tamen ſi cum fratre communia habeat clericus,non poterit obtentu ſui priuilegij vniuerſa bona à collectis eximere,ſed ſoluet frater pro rata:quod procedit etiamſi frater clerico in fraudem partem ſuam,aut omnia bona vel maiorem eorum partem donet,Spec.tit.de cleric.coniugat.§.j.verſi.ad huius autem.l.ij.C.quando & quibus appel.l.omnes,§.Lucius,ff.quæ in fraud.credit.l.j.& ij.C.de repud.& in cap.ex literis.de vita & honeſta.cleric.communiter tenuit Benedict. Capra,regula xcvj.accedit.l.ſicut,§.ſuperuacaneum.ff. quibus mod. Pign.& Hypoth.ſoluitur. & Imola capit.ex literis.de vita & honeſta cleric.quod communiter teneri refert Benedict.regul.xcvj.nu.9.

Clerico,etiamſi beneficium teneat quod reſidentiam non requirat,non licet vagari,quinimò ob delictum vagationis tali beneficio priuari poteſt.vj.quæſt.j.c.non oportet.& capit ſeq.prout voluit poſt Hoſti.Io.And.in c.ex tuæ.de clerico non reſidente,quod procedit etiamſi conſuetudo ſit,quod ſine cauſa vagari liceat,Talis enim conſuetudo cùm ſit irrationabilis,& contra bonos mores, & tendat in læſionem eccleſiæ,non valet,cap.j.de conſuetudine.Io.And.poſt Ho. & Inn.d.cap.ex tuæ.& ita vtrunque communiter teneri refert Bene. Cap.reg.xcvj.nu.8.& 45.

Clericus vel prælatus,licet ex probabili ac iuſta cauſa ſe regulariter abſentare non debeat,iuxt.not.in c.relatum.& c.inter quatuor.de cleri.non reſidente,prout voluit in d.c.ex tuæ.eo.tit.Inno.& Hoſt.tamen inter alia fallit, ſi ſe abſentaret ex iuſta cauſa cum licentia ſuperioris etiam inferioris epiſcopo prout notat.d.c.relatum.& ibid.Inn. Hoſti.& Ioan.Andr.& gl.in c cū ex eo.de elect.lib.vj.& not.d.c. inter quatuor.& ita communiter teneri refert.reg.xcj.nu.11.idem Bened.

Clericus abſens à beneficio ſine cauſa,vel ex cauſa ſine licentia ſuperioris,vel cum licentia finita cum cauſa,abſque requiſitione,ac monitione regulariter priuari beneficio non debet,prout voluit Innoc. & Gaſp.de Calder.in c.ex tuæ.de cleri.non reſid.& ita communiter teneri refert.regul.xc.nu.29.idem Capra,quod licet fallat.in monito tempore licentiæ redire ſub pœna priuationis,iuxta not.in c.ex parte.eod.tit.ſecundum Imol.in d.c.ex tuæ.id tamen limitatur non ſolùm in parato, ſed iuſta ex cauſa impedito redire vt ſentiunt Hoſtien. & Ioan.And.in c.clericos.de præbend.ſed etiam ſi in loco beneficij ſuperueniſſet peſtis,quia quantumcunque abſens monitus redire ad reſidentiam non tenetur,vt videntur.d.c.celricos.velle,Hoſt.& Io. And.accedit quid quod not.Barth.in l.ſed ſciendum.ff.ad Trebellia. & ita communiter teneri refert,ibidem nu.22.Cap.quod verum eſt, niſi eccleſia,pateretur ob defectum miniſtrotum,defectū cultus,quoniam ob defectum talem reuocari poteſt licentia ex iuſta cauſa conceſſa quo caſu ſi monitus non redeat,priuari poteit beneficio.

Clericus abſens,quando ſcitur vbi eſt,ſi poteſt commodè requiri ſeu citari,erit perſonaliter citandus,ſine requirendus etiam ſi ſit extra prouinciam,c.ex parte.de cleric.non reſident.prout voluit in c.ex tuæ eod.tit.Inn.Calde.Floria.& communiter tenetur vt refert regul.xcj. nu.28.Bened.per not.in c.Roma.de for.competen.§. contrahens. lib vj.& ipſa requiſitione commodum tempus erit aſſignandum,ſecundum loci diſtantiā & perſonæ qualitatem d.c.ex parte & c.inter quatuor.de cler.non reſid.Sin autem commodè,requiri aut citari non poteſt,quum ſit vltra mare,perinde citabitur atque is qui ignoratur vbi ſit,puta tribus edictis prout patet.d.c.ex.tuæ.nec ſufficiet vnum peremptorium pro omnibus,nam licet Citatio per edictum regulariter permiſſa non ſit niſi in caſibus,ſpecialiter à iure expreſſis prout notatur in clem.j.de iudic.tamen in his caſibus quibus permittitur Citatio per edictum debet eſſe trina perinde atque illa quæ ſit ad domū, iuxta not.in gl.xxiij.q.iiij.c.de illicita.& l.tres denunciationes.C.quo modo & quando Iudex.quia nec hoc caſu ſufficiet vnica peremptoria,ſicut etiam vnica non ſufficit vbicunque à iure requiritur trina per edictum,prout voluit D.Ant.Pet.de peruſ.& D.Nico.,d.c.ex tuæ & Io.And.in addit ad Specul.tit.de cleric.non reſidente,in iij.quæſt. & ita communiter teneri refert Bened.ibid.nu. 33. quod ſecundum Imol.d.c.ex tuæ.maximè procedit quando Citatio illa fieret ad finē pœnæ imponendæ, iuxta gl.notab.et ſing.in clem.j.de vita honeſt. cler.cui accedit tex.et gl.c.j.de milite et vaſallo qui contumax eſt,in vſibus feud.id tamen fallit quando Iudex ſecularis clericum ad contributionem debitam cogeret poſt vnicam monitionem,quia incurreret excommunicationem,vt communiter teneri refert Benedictus Capra regul.xcvj.nu.8.

Clericus abſens reuocatus, licet propter contumaciam in non reſidendo,beneficiis reſidentiam non exigentibus priuari non poſſit, nec in talibus locum habeat,cap.ex tuæ.de clericis non reſidentibus, tamen ſi cum ipſa abſentia concurrat vagatio,poterit talibus beneficiis propter delictum vagationis priuari.vij.quæſt.j.cap.non oportet, prout voluit Innoc.& Ioan.And.d.c.ex tuæ.et ita communiter teneri refert reg.xcj.nume.45.Bened.Capra quod contra clericos ac beneficiatos,vagantes per totum mundum eſt notand.ſecundum Imol.dicto cap.ex tuæ.

Clerici abſentis ac contumacis beneficium licet ad hoc, vt alteri conferri ſiue ad ipſum eligi poſſit regulariter neceſſaria ſit ipſa priuatio,ita vt ſententia priuatiua poſt ipſam contumaciā ſequatur,iuxta textum in c.inter quatuor.de clericis non reſident.Io.And.in c.qualiter in c.ex parte,eod.tit.id enim inter alia fallit,quando certum eſſet quod ipſe clericus abeſſet ſine iuſta cauſa,et citatus vel monitus non rediret.quia tunc alteri conferri poterit,ſecundum Hoſt.et Io.And. d.c.qualiter.cum quibus cæteros tranſire refert Benedict. Capr.reg. xcj.nu.mero 51.

Clericus licet regulariter non poſſit deſeruire per vicarium in beneficio,ſiue ſit eccleſia parochialis iuxta c.extirpandæ.§.quia vnus.de præbend.ſiue ſit perſonatus,ſiue dignitas.c.ex parte.de cleric.non reſident.ſiue ſit præbenda,iuxta c.penultim eo.tit.ſiue aliud quoduis beneficium,etiam xx.ſolidorum.vt in c.quærente.eod.tit.gl.et Ioan. And. poſt Hoſt.d.c.extirpandæ:§.quia vero.id tamen inter alia fallit, ſi conſuetudo vel conſtitutio eccleſiæ ferat,vt quis per vicarium poſſet deſeruire,ita deſeruiendo beneficium, et eius fructus in abſentia percipere poſſet.prout tenent Alan.et Goffrid.in cap. quia nonnulli. de

de cleric.non reſident.vt poſt Innoc.Io. And.d.c.extirpandæ.§. quia verò.& ita cõmuniter teneri refert Bened.Capr.reg xcij. nu.29.quod eſt verum, modò vicario ex fructibus tantum relinquatur, vt inde ſe ſuſtentare poſſet , alias non valeret,iuxta capitul. prim. & fine.de conſuetudine.

Clericus licet ex conſuetudine vel conſtitutione eccleſiæ, etiam non deſeruiendo per vicarium fructus in abſentia ex beneficiis reſidentiam non exigentibus,percipere poſſet,iux.not,in c.cùm omnes. de conſtitut.ex beneficiis tamen reſidentiam exigentibus,ſi idem ſine iuſta cauſa conſuetudine,vel conſtitutione induceretur,non valeret,tanquam irrationabilis & eccleſiæ oneroſa, iuxta not.in C.& ff. de conſuetud.& not.per Hoſti.in d.c.cùm omnes & communiter teneri ibidem d.reg.xcij.nu.31.refert idem Bened.

Clerici regulares debent communiter & ſimul viuere atque ſtare, vt patet ex gloſ.in d.c.quoniam.de vita & honeſt.cleric.& in c.cùm ad monaſterium.de ſtatu regularium,quam communiter approbatã refert Benedi.Cap.reg.xciij.nu.3.

Clericus exercens poſt vnam monitionem,cauponariam vel ſtabulariam,ſi eſt coniugatus,perdit priuilegium,c.vnic.de vita &honeſtate cleric.lib.vj.quò ad res & perſonas,nõ coniugatus verò quo ad res tãtum,&ſi monitus relinquat prohibita illa munera non coniugatus,modò clericaliter incedat,reaſſumit priuilegia etiam quò ad res.coniugatus non item clemen.j.de vita et honeſtate cleric. et ibidem Donzelus,et Matth.de Roma.quod communiter teneri refert Bened.reg.xciiij.nu.5.

Clericus in ſacris conſtitutus non poteſt matrimonium contrahere,et ſi contrahat non tenet,quod etiam procedit licet ab officio foret depoſitus,quia per depoſitionem ab officio,non eximitur à voto continentiæ.c.vnico.de cleric.coniug,lib,vj.cap.ij. in fi.qui clerici vel vouent.ſi diſtinct.cap.clericorum. adeò vt ne quidem degradatus,vtcunque degradatio tollat priuilegium clericale, prout notat,c. ij.de pœnis.poſſe matrimonium contrahere cùm retineat characterem.j.quæſt.j,cap.quod quidem ſecundum Innoc.dicto.cap.ij.et do. Ant.in cap.Io.de cleric.coniug. quod communiter teneri refert Benedict.Capra reg.xcvij.nu.14.quod quidem fallit in ordinato ad ordines in pupillari ætate,necdum doli capace,quia ei non imprimitur character,et propterea ſi poſtmodum vxorem ducat, tenebit matrimonium per not. in cap.vnico,de cleric. per ſaltum promot.et in j. quæſt.j.c.ſi quis eorum.ſecundum Imol.d.c.Ioannes.de cleric.coniu. et ſimiliter communiter teneri ibidem nu.17.refert Capra.

Clericus coniugatus licet per contractas nuptias non deſinat eſſe clericus,cùm retineat characterem ſecundum Ioan.Andr. in rubr. de cleric.coniug.vt notat in cap.vxoratus.et in cap.placet.de conuer. coniugat tamen regulariter cenſetur et habetur pro laico,et nõ pro clerico,vt videtur probari in cap.vnico.de cleric.coniugat.lib.vj. in fine quod verum eſt,ſi aut bigamus ſit,aut non incedat in habitu et tonſura,aliàs enim ſi quis clericum vxoratum non bigamum, et incedentem in habitu et tonſura percutiat,incurrit pœnam:clemen.ſi quis ſuadente diabolo.de pœnis,et vij.quæſt.iiij.cap.ſi quis ſuadente diabolo.vt voluit gloſ.in cap.vnico.de cleric.coniugat. lib. vj. quam cõmuniter approbatã refert regul.xcvij.nu.24. Benedict, vbi nũ.ſeq. addit talẽ retinere priuilegiũ fori ex concilio Pariſienſi,tã in criminalibus quã ciuilib.in reliquis autem pro laico haberi,gloſ.d.ca.vnico.

Clericus coniugatus beneficium ſeculare retinet et habere poteſt c.ad audientiam.de præſcript.Eccleſiaſticũ autem maius qualia ſunt curata,dignitates,vel perſonatus, non poteſt habere:c. Sanè,et ibidẽ notat de cleric.coniugat.niſi ex diſpenſatione Papæ id ei concedatur vt voluit Ioan.Andr.in cap. Ioannes.de cleric.coniugat.et D.Florian. quod Docto.communiter ſequi refert Benedict.Capr.regul.xcvij.nu. 34.iuxta not.capit.j.et capit.diuerſis.eodem titu.et capit.de multa. de præbend.Eccleſiaſticum verò ſimplex poteſt clerico ſine diſpenſatione,ex miſericordia ſi pauper ſit,in ſtipendium,non autem in titulum concedi, dummodo id fiat propter vtilitatem eccleſiæ,ex eius ſeruitiis cauſatim xxxij.diſtinct.cap.ſi qui.et xij,quæſtij.cap quia tua.ſecũdum Floria.in dicto cap.Ioannes.et id quoque communiter teneri iuxta not.in cap.cùm M.de conſtitu.et cap.clericus. de vita et honeſt.cleric.et Ioan.de Imo.in cap.j.de cleric.coniugat.refert ibidem numero 37.et licet in titulum tale ſimplex beneficium eccleſiaſticũ habere non poſſit,cap.ij.de inſtit.cap.diuerſus,de cleric.coniugat poteſt tamen eſſe ex diſpenſatione Papæ,ſicut ſecundum Floria. dicto, capit.Ioannes communiter teneri refert ibidem num.40.Bened.cũ et in ſimplicibus beneficiis diſpenſari poſſit. vt voluit d.capit.Ioan. Abbas,per xxxij.diſt.cap.ſi qui verò,et xij.quæſtione j. cap.quia tua, et Goffrid.cum Philip.in cap.cùm decorem,de cleric.coniug.Specul. in titulo de bigamis.§.tunc dici poteſt,verſ.xxv.et Hoſti in c.ſanè. j. j.et in cap.diuerſis,et ibidem D,Anto.de cleri.coniugatis.Idem cum Petro de Peruſ.in dicto.c.Ioannes,et communiter teneri refert ibidem numero 41.quod licet ſecundum iura allegata, in gloſſa capitulo primo de clericus coniugat.procedere dicti Doctores locis allegatis putent,niſi inde ſcandalum naſceretur,quo caſu epiſcopus diſpenſare ſuper talibus pluribus beneficiis per clericũ vxoratũ habendis non poſſet,tamen contrarium in iis verum,epiſcopum diſpenſare non poſſe,verius tamen & ſecundum Modernos magis communiter teneri in d.cap.Ioannes,Ægidius.Imol.Floria. & D. Nicol. in d. cap.diuerſis,per not.in cap.cauſam de præſcriptionibusrefert ibidem numero 43.Bened.Capr.

Clericus contrahens matrimonium licet perdat beneficium eccleſiaſticum,& ipſo iure vacat,etiamſi contraxerit ſponſalia per verba, de preſenti,abſque copulatione,& nota per Doct.c.j.de clericis coniugat.vt voluit Ioann.And.in c.Ioannes,quæſtione viij.eodem tit.idque adeo verum eſt,etſi mulier ante copulam ingrediatur monaſterium,quod inuito poſſit iuxta c.ex publico,de conuer.coniugat. ipſe clericus ſine noua collatione ad illud beneficium reuerti non poſſet ex quo ita contrahendo eidem renunciauit,per ea quæ habentur in cap.ex tranſmiſſa,de renuncia.& voluit Vincen. in d.cap.primo, de clerico cõiugat.& Speculator d.titu.in ff.vt tenuit Ioan.And.d.c.j.ſimiliter communiter teneri refert Benedict.ibidem numero 51.argumen.eorum quæ not.capitulo vnico,eod.titulo lib.vj.& in clem.gratiæ,de reſcript.tamen ſententia priuationis contra ipſum lata,neque ipſi contra ſponſam,neque ſponſæ contra ipſum proderit,quia res.inter alios acta,cap.quamuis de re iudic.cum ſimil.quod etiam procedit etiamſi matrimonium contractum per clericum ob conſanguinitatem non teneret vt voluit Ioan.And.d.c.j.communiter quoque teneri refert ibidem nu.53.Bened.quia tale matrimonium inducit impedimentum publicæ honeſtatis,iuxta not.in clem.j. de conſang. & affinit,id tamen inter alia fallit,ſi matrimonium non teneret ratione minoris ætatis,quia tunc beneficium non vacat,quia tale matrimonium non valet vt matrimonium,ſed vt ſponſalia de futuro,iuxt,not in cap.i.de ſpon. lib.vj.ſicut enim per ſponſalia de futuro nõ ſoluitur matrimonium carnale præambulum,iuxt. notat.in cap.ex literis, de ſponſalib.ita viciſſim non ſoluitur coniugium ſpirituale argumento eorum,quæ not.in l.ea quæ.& l.imperatores,§.idem reſcripſerunt.ff ad municipal.& hoc tenet Ioan.And.in dicto capitulo primo de cleric.coniug.& Domini de Rora,deciſio.xxiiij.incipit,item ſi impetrãs quod communiter teneri ibid.nume.56.refert Bened.Cap. quæ omnia nu.60,de clericis in minorib.conſtitutis & coniugatis accipienda dicit,quia non poteſt ſeruire beneficio & vxori,quia non bene cõueniunt c.diuerſis,de cleri.coniug.

Clericus in ſacris conſtitutus vxorem ducens,non intelligitur ipſo iure priuatus beneficio,ſed venit priuandus per ſententiam, ſicut voluit gl.c.j.de clerici coniugat. quod ideò receptum eſt,quia matrimonium non tenet,quod ſecus eſt in clerico in minoribus ſacris cõſtituto,quia ex quo in ſacris conſtitutus non obligatur vxori poterit inſeruire beneficio.vt voluit D.Anton, & Imola, dicto capi.j.quam opinionem licet communem & tutiorem,& de qua in iudicando & conſulendo in praxim recedi non debeat,ibidem numero 61.dicat Bened.Capr,contrarium tamen quod clericus in ſacris conſtitutus, perinde atque is qui minoribus conſtitutus eſt contrahendo nuptias ipſo iure perdat beneficium,veriorem aſſerit ſicut d.cap.j.tenet Petr. de Peruſ.& poſt eum D.Nicol.& glo.ibidem argumento eorum,quæ notantur in c.ex tranſmiſſa ,de renunciat.& c.j.de apoſtil.& per Bar. Brixienſ.ca.quanto,de tranſlatio.prælat.

Clericus coniugatus debet ferre tonſuram, ſi eſt beneficiatus,vti à contrario ſenſu colligitur ex c.Ioannes de cleric.coniugat.ſin minus non poterit cogi vt tonſuram deferat.niſi in contrarium ſtaret conſuetudo ſecun.Ioan.Andr.d.cap.cùm Ioannes,cũ quo cæteros Doct. communiter & paſſim tranſire refert Bened,reg.xcvij.nu.66.

Clericus coniugatus deferens habitum & tonſuram,licet regulariter gaudeat priuilegio fori tam in criminalibns quàm ciuilibus, c. ſi quis ſuadente Diabolo,xvij.quæſtione iiij.& non aliis priuilegiis, vt patet ex c.vnico.de cleric.coniugat.libro ſexto,id tamen inter alia fallit ſi clericus diu ſine habitu ac tonſuta inceſſiſſet, ac longo poſt tempore habitum & tonſuram reaſſumpſiſſet ſicuti Paduæ in quadã diſputatione deciſum refert Bened.ibid.nume.nonageſimoſexto, iuxta not.in ca.ſi.de vita & honeſtate cleric.& Ioan.Monach. d.c.vnico, & notat,in clem.j.eod.tit.de vita et honeſtate clericorum quod tamẽ ibidem Doctoribus communiter diſplicuiſſe aſſerit,vtcunque æquũ videatur,ne priuetur quis niſi perſeueret argumẽto eorum quæ notat in c.clericus ſi tonſuram.de vita et honeſtate clericorum,ſecundũ Ioan.Andr.c.Ioannes,de cleric,coniugat.

COMPROMISSVM ſi fiat cum clauſula quod ſtetur laudo,pæna ſoluta vel cum clauſula rato manente pacto.vel ſimili,tunc ſecundum gloſſ.c.dilecti,de arbitris ſtandum eſt ſententiæ vel laudo, etiamſi pœna ſoluta fuiſſet,quod procedit ſiue emologatio expreſſa,ſiue tacita intereeniat,iuxt.gl.in l.ij,ff.de arbitr.l.cùm antea,et ibidem Odoffred.et Azo.C.de arbitr,quos ſequitur Cyn.ibidem et Baldus in l.ait prætor.ff,de re iudicata, et Imola in d.c. dilecti filij.quorum opinionem contra Iacob Baldri.Martium de Fario.et Iacob de, Rauenna,tanquam communiter ſequendam,aſſerit Bened.Capr.reg lxxj.numero 9.

**COLONI**, ſi tanta fuerit ſterilitas vt deductis expenſis ac ſumptibus nihil reportarint, totius penſionis remiſſionem reportant. ſecundum Hoſtien. Ioan. Andræam. Anton. & Imola. in cap. propter. de locato. Aliàs ſi vltra ſumptus factos dimidium vel amplius, dimidio eius quod reportare ſoliti ſunt, collegerint, non conſebitur ſterilitas, nec fit mercedis remiſſio. Sin autem minus dimidio collegerint, tunc pro rata fiet remiſſio, & rectè tenet ibid. Imola contra Hoſtien. Ioan. And. & D. Anto. Bened. ibidem l. illud, §. minus, ff. de tribut. act. & ita communiter teneri refert Benedictus Capra, reg. octuageſimaoctaua nu. quadrageſimonono, & ſequen.

CEDENS bonis etiamſi renũtiauerit beneficio ceſſionis, carcecerari non poteſt, l. j. C. qui bonis, ced. poſſ. prout voluit gloſſ. communiter approbata, in cap. lator. de pignorib. quia huic beneficio ſecundum benigniorem, & magis communem Doctorum ſententiam renunciari non poteſt. vtcunque contraria opinio videatur de iure verior, Specul. in tit. de renunciatione & concluſ. §. j. verſicu. item eſt beneficium quare etiam ſecundum Floria. in d. c. lator. magis communis erit ſequenda. quam tenuit Richard. Malum. vt refert & ſequitur Barto. in l. alia. §. eleganter, ff. ſolut. matri. & Bal. d. l. j. quod verum eſt, niſi cedens diſſipaſſet omnia bona in fraudem, aut ſi ſciens ſe non ſoluendo debitum contraxiſſet, quia tunc tenet renuntiatio, vt refert ibidem ex Bartolo. Bened. Capra. reg. lxxv. nu. 26. & 29.

COMPENSATIO ſterilitatis licet ſecundum Innocent. in c propter. de locato. ſit facienda cum vbertate ſeu fertilitate præcedẽtis vel ſequentis anni proximi, & immediati, & nõ mediati, ſiue interpellati, contraria tamen ſententia, quod fiat compenſatio ſterilitatis cũ vbertate anni mediati & interpellati verior eſt, vt voluit Hoſt. in ſumma tit. de locato, §. quæ actiones, verſ. ſit autem, & verſ. ſeq. & rationabilior ſecundum Imolam in d. cap. propter, eodem titul. cum qua alios communiter tranſire refert Bened. Capra. regul. lxxxviij. numero 52. quod verum eſt, quando ambo anni continentur ſub vna ac eadẽ locatione, aliàs ſecus, etiamſi vtraque locatio fuiſſet facta de re eadẽ, & inter eaſdem perſonas, prout vult Bald. in l. licet C. locati. & Imol. dicto cap. propter, quia ex quo locationes ſunt ſeparatæ vel diuerſæ de vna ad aliam, vel de vnius anno ad alteriusannum argumentari aut inferri non licet argumento. l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli, ff. de minoribus & voluit Imola in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit.

Computatio anni in magiſtratuũ & iudicum officiis quemadmodum facienda ſit, vide ſuprà Annus.

CONDEMNARI licet nemo ſine accuſatione debeat; idque regulariter procedat, non tantum in publicis, ſed etiam priuatis criminibus gloſſ. in l. tertia. C. de iis qui accuſ. non poſſunt, gloſſ. in l. ij. §. ſi publico, ff. de adulteriis, l. fin. ff. de accuſat. tamen inter multas alias fallentias quando iudex generali inquiſitione contra malefactores, & eorum receptatores procedit, & aliquem culpabilem reperiat, poteſt per ſpecialem inquiſitionem contra ſuſpectum & culpabilem procedere ſine accuſatore, & eundem punire, capitul. qualiter & quãdo, de accuſation. l. congruit, ff. de offic. præſid. l. quarta. ff. ad l. Iul. repet. Bene. Capra. reg. lxxiiij. num. 9.

CONDVCTOR & locator ſi reſpectiuè poſt impletum conductionis tempus taceant, cenſentur conſenſiſſe & reconduxiſſe, cõmunem refert Bened. Capra. reg. lvj. nu. 8. vide infrà in verbo locatio, & habent quoque remedium l. ij. C. de reſcind. vendit.

CONFESSVS & conuictus non poteſt appellare, idque tam in criminalibus quàm ciuilibus cauſis, communiter receptum eſſe refert Bened. Capr. in tract. notorij, poſt reg. lxv. poſito quarto membro princip. numero 113. niſi iuſtam cauſam contra confeſſionem & probationem allegaret, quo caſu in arbitrio iudicis relinquitur an procedere, vel appellationi deferre velit, ibidem numero, 114. vide ſuprà Appellatio.

CONSTITVTIO noua ſi diſponat quod ſtatim à tempore publicationis lex ligabit, quó ad irritationem actus, nõ autem quò ad hoc, vt contraueniens incurrat pœnam, cùm non ſit in culpa, vt patet in capitulo. cognoſcentes, de conſtitution. prout voluit gloſſ. in clem. ad noſtram, in verbo extunc. de hæreticis, quam communiter approbatam refert Bene. Cap. coactus, ſiue reg. v. numero quarto.

Conſtitutiones extrauagantes ſtatim atque in corpus iuris relatæ ſunt ligarunt, cùm & antea etiam ligabant, vt voluit gloſſ. in d. capitulo cognoſcentes. de conſtit. Paulus de Leazar in procemio clement. quem ſequuntur D. Anton. & Imola. cum quibus cæteri quoque trãſierunt, vt teſtatur Bened. Cap. reg. v. nu. 7.

Conſtitutiones inferioris à Principe, puta circa ſtatuta alicuius loci vel collegij, cùm de iis in iure tempus determinatum, quàm citò videlicet ligent, non reperiatur, relinquuntur arbitrio iudicis, vt voluit Hoſtien. in ſum. titul. de conſtitut. in verſic. quoniam conſtitutio, & Ioan. And. in capitu. de conceſſ. prebend. lib. vj. Bartol. in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure. Bald. in l. leges ſacratiſſimæ, C. de legibus, & ita Modernos communiter tenere dicit Bened. Capr. conclu. v. numero decimooctauo.

Conſtitutio noua, etiamſi in ea dicatur. quod ad præterita trahatur, non tamen trahetur ad decisa per ſententiam licet ab ea eſſet appellatum, vtque ea adhuc penderet, niſi aliud expreſſè in ea caueretur, vt eſt text. in Auct. vt cum de appellat. cognoſ. circa prin. accedit gloſſ. in capitulo licet Canon. de electione. lib. vj. & in l. ſancimus C. de ſacro. eccleſi. & in clementina diſpendioſam. de iudic. & hoc voluit Bartolus in dicta l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure ita communiter teneri refert Bened. Capr. conclu. ſexta, nu. 7.

Conſtitutiones nouæ quæ referuntur ad præterita præſumuntur calumnioſæ & iniuſtæ, niſi emanauerint ex certa ſcientia, vt eſt tex. in l. penul. C. de Decurionibus, lib. x. cap. final, vt titul. penultim. & ibidẽ per Ioan. Andream, quem Modernos communiter ſequi refert Benedictus Capr. ibidem reg. ſexta, nume. decimoſeptimo.

Conſtitutio noua ſi concordat cum iure antiquo trahitur ad præterita, niſi habeat annexam inductionem noui iuris, nam tunc quò ad illud non trahitur ad præterita. l. ius ciuile, ff. de legibus, quod etiam voluit Bartolus in dicta l. omnes populi, & Imola capitulo quoniam, de conſtitution. & ita communiter teneri dicit Benedictus Capra. reg. vj. num. 43.

Conſtitutio noua inducens indulgentiam ac remiſſionem pœnæ, puta ſi dicat quod quicunque bannitus fuerit ſoluendo, tantum à bãno liberetur, trahitur quoque ad bannitos de præterito, l. cùm lex. ff. de legibus, & ibidem Bartol. & Bal. id voluerunt, quod etiam ſequitur Floria. & Imo. in dicto capitulo quoniam, & ita communiter teneri de conclu. ſexta nu. 47. refert Benedictus Capra.

Conſtitutio noua, ſi diſponat quod inſtrumenta confeſſionatã mandẽtur executioni, nec opponi poſſit aliqua exceptio, niſi ſolutionis, tunc tale inſtrumentum factum quoque ante ſtatutum illud, mãdabitur executioni, nec poterit opponi exceptio quę competit poſt factum ſtatutum. Secus ſi ante. vt voluit Bartol. in dicta l. omnes populi, ff. de iuſtit. quem ibidem communiter ſequuntur DD. vt teſtatur Bened, Capr. d. reg. vj. num. 52.

Conſtitutio noua, ſi diſponeret ſuper actu ſucceſſiuo habente plures partes, puta ſi diſponeret ſuper ordinatoriis iudiciis, vel rationibus edendis, ſuper adminiſtrationibus, quia tunc emanans poſt actũ inchoatum ſed non perfectum concernet actum de præterito quò ad partes futuras. licet non quò ad præteritas, vt voluit gloſſ. in capitulo licet, Canon. de elect. lib. vj. & in clem. prima, de teſtament. & Bartolus in dicta l. omnes populi, per l. ij. ad fin. C. de iura. calum. & l. cõtractus. C. de fide inſtrumẽtorum, & hæc eſt communis opinio, ſecũdum Bened. Capram, concluſ. ſexta. numero 53. idque contra decretalem, d. c. quoniam, quæ indiſtinctè loquitur, ſed ibidem D. Nicol. & Canoniſtæ cum communi opinione tranſeunt, vt refert d. reg. vj. numero 56. idem Bened. Capra, & num. ſequen. communem procedere dicit, niſi partes ita ſint connexæ, quod non poſſunt à præteritis ſeparati, quia tunc ad ipſas non trahentur. vt voluit gloſſa in dicta clemẽtina prima, de teſtament. Benedict. Capra. ibidem nu. 57.

Conſtitutio noua, ſi reſpiciat finem, puta ſi diſponat quod vir lucretur tertiam partem dotis vxoris decedentis in matrimonio, locum habebit, etiamſi vxor ante conſtitutionem nupta, poſt talem conſtitutionem decedat, vt voluit Bar. in d. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. cum quo communiter Doctores tranſire dicit Bened. Capr. reg. vj. num. 58. licet addat id non procedere ſine dubitatione, ſecundum Imo. in d. c. quoniam, vbi idem communem dicit, ſi ſtatutum puniat illum qui extraxit gladium extra ciuitatem certa pœna, quia talis cõſtitutio ligabit etiam illum qui ante ipſam incœpit extrahere ſed poſtea perfecit, vt voluit D. Ant. d. c. quoniam, refert ibidem nu. 59. Bened. Capra quod tamen verum intellige niſi prius incepiſſet extrahere, ſed caſu impeditus deſtitiſſet. & poſtea extraxiſſet, vt voluit Hoſtiẽ. & poſtea Ioannes Andreas in capitulo ſecundo. de conſtitution. per l. Cæſar, de public. ibidem numero 60.

Conſtitutio noua, diſponens circa executionem actus, habet locũ in executione quæ fit poſt ipſam conſtitutionem, etiamſi fiat ex actu de præterito, gloſſ. notat. in capitul. vt ij qui. de ætat. & qualit. in verbo in poſterum, & gloſſ. in clement. prima, de teſtamen, ſecundum D. Anton, in dicto cap. quoniam, id communniter teneri ac in practica obſeruandum iuxt. gloſſ. mag. in clementin. de ætat. & qualitat. & gloſſ. in clemen. ſecunda. de vita & honeſt. cleric. dicit ac refert. Bened. Cap. reg. vj. nume. 72.

Quod quidem procedit niſi executio ſit acceſſoria nec commodè ab actu de præterito ſeparari poſſit vt exemplo declaratur ibidem numero 73. vel niſi conſtitutio noua diſponatur circa executionem, ſub certa ratione, quia ſi ratio locum in executione de qua tractatur non haberet, nec habebit locum in ea talis conſtitutio, vt eſt tex. iuncta gloſſ. in clement. prima, in verb. maturam. de teſtament. ſecundum D. Anto. in dicto capitulo quoniam, de conſtitut. quem ibidem ſequi Imola. Bened. Capra ibidem num. 75.

Conſtitutio, vel lex poſitiua præcipiens vel vetans ad fauorem Dei, vel publici commodi emanans, ſuper eo cuius contrauentio de ſe aliàs generabat peccatum mortale, non tollitur per con-

ſuetudinem

ſuetudinem,etiamſi à principio non recipiebatur, communem refert Benedictus Capra,reg.decimaquarta,numero decimoquinto,vide infrà verbum Lex.

Conſtitutio à principio recepta per conſuetudinem contrariam, modò rationabilis ſit,& lx.annorum ſpatio præſcripta ſit,iure Canonico poteſt tolli.de iure autẽ ciuili ſufficit quòd ſit obſeruata per longum tempus decem annorum,prout voluit Cyn.in l.ij.C.quæ ſit lon. conſuetudo,quem ſequitur in capitulo primo.de treuga & pace,& cõmuniter teneri dicit Bened.Cap.reg.xiiij.nu.14.& 17.

Conſenſum & ratihabitionem ratione coniunctionis, concurrente ſcientia & patientia,lex præſumit interueniſſe,& communiter teneri refert Benedictus Capra,reg.lv.numer. 20.vide infrà Ratihabitatio Taciturnitas,& reg.quinquageſimaſexta,numer.31.& 33.

Conſuetudo dat iuriſdictionem contentioſam,l.fi.& ibidem Barto. ff.de aqua pluuio arcenda,& habet vim legis,l.prima.§.denique.ff.eodem titul.capitu.cum contingit,& ibidem gloſſ.& communiter Doct de foro competenti refert.Bened.Capr.reg.lxxxiiij.num.24.

Conſuetudo contra bonos mores,& in læſionem eccleſiæ tendens vt ſi permittatur clericis ſine cauſa vagari, etiamſi beneficium reſidẽtiam non exigat,tanquam irrationabilis non valet in cap.j.de conſuetud.et in cap.ex tuæ,de clericis non reſidentibus, voluit Hoſtien. & Ioan.Andr.quòd communiter teneri teſtatur Bened.Capr.reg.xcj. nu. 8.&reg.xcii.nu.31.

Conſuetudo diſponens ſuper decimis,earum quotam diminuendo vel in totum tollendo,qua laici contra clericos vel eccleſiam ſe tueri volunt non valet,nec laicos excuſat,vt voluit gloſſ.in cap.in aliquibus de Decimis,& 16 quæſtione ſeptima, capi.quicunque,& Innocent.in rubr.de decimis,quod communiter per Canoniſtas teneri refert Benedictus Capra.reg.xcviij.nu.13.vide infrà Decimæ.

Conſuetudo de iure ciuili inducitur per tempus lõgum,decem annorum prout voluit D.Ant.& Imola in cap.fin.de conſuetudine,& ita communiter teneri dicit Benedictus Capra. reg.xiij.numero 15. quod verum eſt,non ſolùm ſi conſuetudo ſecundum,aut præter ius,ſed etiã ſi inducatur contra ius,l.diutina,ff.de legibus,et notat in rub.C.quæ ſit longa conſuetudo,& in l.prima,& ſecunda,C.eodem titul.et ibidẽ Cyn.quod & Bartolus tenuit in l.de quibus,ff.de legibus,Capr.regu. xiiij.numero 17.vbi dicit quod canones xl.annorum requirant,Ad cõſuetudinem igitur inducendam quamuis ſufficiat lõgum tempus decem annorum,idque procedat ſiue ſecundum,præter,aut etiam contra ius, inducatur,ſiue cauſam continuam vel quaſi,titulum,vel non habeat,id tamen fallit quando ipſa conſuetudo verſatur circa reſeruata Principi,tunc enim ad deducendum requiritur tantum tẽpus cuius memoria in contrarium non extet,non ſolum iure Canonico,vt in c. ſuper quibuſdam,§.primo,de verborum ſignificatione,ſed etiam iure ciuili,l.hoc iure.§.ductus aquæ,ff.de aqua quot.vt voluit Imola,& D. Nicol.dicto capitul.fin.de conſuetudine.quòd etiam communiter teneri affirmat idem Benedictus Capr.d.reg.xiij. num.28.ſimiliter fallit quando conſuetudo induceretur circa res eccleſiaſticas, quia tunc ad eam inducendam requiritur vtroque iure tempus quadraginta annorum,iuxt.Auct.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſi.quæ eadem Auct canonizata eſt,xlvj.quæſtione tertia,& ita ſentit gloſſ.in dicto capitu. fin.& ibidem Compoſtell.& Ioan.And.cum quibus cæteros communiter tranſire refert idem Bened.Cap.ibid.nu.30.

Conſuetudo vel deſuetudo non tollit legẽ poſitiuam præcipiẽtem, vel prohibẽtem aliquid ad honorem Dei, vel commodum publicum, cuius contrauentio generabit peccatum mortale, etiamſi a principio non recipiebatur communem refert Benedictus Capra reg.xiiij.num. quinto vide infrà in verbo Lex.

Conſuetudo ſicut nec ſtatutum tollens præcepta moralia iuris diuini,aut contra ea aliquid ſtatuens non valet,communem refert ex gloſſ. communiter approbata in cap.cum tanto,de conſuetud.Benedictus Capr.concluſ.11.num.6.vide infrà Statutum.

Conſuetudo quæ expreſſè approbatur à iure.ſine omni dubio rationabilis eſt,vt patet ex glo. in c.fi.in verbo Rationabilis,de conſuetud.& in iurib.in ea allegatis,in qua omnes concordare refert Bened Capr.concluſ.xij.nu.5.

Conſuetudo quæ expreſſè reprobatur à iure,eſt irrationabilis, vt vult gloſſ.in d.c.fi.de conſuetud.in fi.gloſſ.ibidem allegatis,in quo cõtradictorem nullum inueniri teſtatur idem Benedi.Capr.regula. xij. numero ſexto.

Conſuetudo quæ neque expreſſè appprobata,nec reprobata à iure inuenitur, relinquitur arbitrio iudicis, ex bono & æquo æſtimanda præſertim ex fine ipſius conſuetudinis rationabilis, vt dicit Hoſt. d.c. fi.quem ſequitur Io.And.in c.j.de conſuetud.& communiter Doct.in d.c.fi.de conſuet.accedit,c.de cauſis de offi. delegati,refert ac ſequitur idem Bened.Cap.reg.xij.nu.7.& ſeq.

Conſuetudo,ſi appareat,nec apparere poſſit iudici de fine ipſius,an videlicet tendat ab bonum publicum,tũc iudex debet conſiderare an ius approbet vel reprobet ſimilem conſuetudinem:primo caſu rationabilis,ſecundo autem irrationabilis habebitur vt voluerunt d. cap.fi. Hoſt. Ioan.Andr.& Franciſ.Vercellenſis, cum quibus cæteros tranſire affirmat idem Bened.Capr.reg.xij.nu.14.

Conſuetudo vel ſtatutum reducens pœnam homicidij vel alterius ſimilis delicti in pecuniariã,irrationabilis videtur,& non valet,quemad.in d.c.fi.de conſuet tenet etiam Abbas Henricus Beuh. D. Anton. Petrus de Anchara & communiter ſcribentes vt refert ac ſequitur idem Bened.Cap.reg.xij.numero 15.

Conſuetudo reprobata non tantùm intelligitur ſecundum gloſſ. in clement. ſtatutum in verbo conſuetudine de elect. et in clement. ſi vna.in verbo decernimus,de reb. eccleſ.de præterita,ſed etiam de futura,ſecundum Petrum & Cyn. in l.ij. quæ ſit long. conſuetud. argument.l.in fraudem. §.fin.cum l.ſequen. ff.de teſtament militum,quod etiam ſequitur Paul.& Lapus,d.clem.ſtatutum,& Barto.in l.ſi mihi & tibi,ff.de legat.j.& Imola in d.c.fi.de conſuetudine. quod & verius eſſe & commmuniter teneri teſtatur Bened.Cap.reg.xij.nu.24.

Conſuetudo ſi præcedat legem,ſeruatur lex quæ ſequitur, l.j.C. ne fideiuſ.dotium dentur,l.iij. §.Diuus & ibidem communiter DD.ff.de ſepulchro violato,quod verum eſt quando lex quæ ſequitur cõſuetudinem,expreſſè derogat ipſi conſuetudini vel quoniam de mente condentis ipſam legem hoc conſtat,quo caſu tollet,aliàs non tollit lex ipſam conſuetudinem,præſertim ſi rationabilis ſit, vt eſt caſus in c.i.de conſtitut.lib.vj.ſecundum Io.And.in d.c.fi.de conſuetud. quod etiam Canoniſtas communiter tenere Bened.Capr.per dictũ capitulum fin. ibidem nu.25.& ſeq.

Conſuetudo rationabilis vt inducatur,requiruntur tot & tales actus vt verſimiliter tranſeant in noticiam populi,vel maioris partis,qua in re cùm certa doctrina dari nequeat id totum relinquetur arbitrio iudicis argumẽ.c.de cauſis.de officio delegat.quam opinionem ſecundum Imolam & D. Nicolaum commu.eſſe affirmat Bened. Cap.reg. xiij.nu.9.qui volunt etiam quod vnicus actus non ſufficiat ad inducẽdam conſuetudinem,quod ſimiliter communiter teneri ibidem nu. 10.refert ac ſequitur idem Bened.cap.quia iura videntur ponderare frequentiam actuum,vt l.j.C.quæ ſit long.conſuetu.l.an in totum,C. de ædif.priuat.dicens id procedere,ſiue actus ſit ſucceſsiuus,vel habeat cauſam ſucceſsiuam,ſiue non,vt tenuit Gulιel.Ioan.de Imola.& cõmuniter Doct,tenere Bened.Cap.ibidem nu.12.refert,quia ex vnico actu etiã cauſam ſucceſsiuam habente, non poteſt bene colligi tacitus conſenſus populi,quod velit in poſterum ſemper idem fieri.

CONTRACTVS bonæ fidei,cui dolus dat cauſam,ipſo iure iuxta communem Doctorum ſententiam eſt nullus, niſi deceptus vellet eundem valere,aut niſi dolus ſit velatus,aut ſi à tertia perſona fuerit adhibitus,refert Benedictus Capra,reg. lxxxvij.numero, 35. et ſeq.vide infra Dolus,

Contractus venditionis in quo quis vltra dimidium iuſti precij decipitur,vtcunque circa precium naturaliter liceat contrahẽtibus ſe decipere, l,item ſi precio, §,quemadmodum,ff. locati,etiamſi in vno nummo vltra dimidium iuſti precij deceptus,vel reſtituto precio, vel ad ſupplementum iuſti precij, arbitrio decepti ex contractu illo agitur,l.ij.C.de reſcind.vend.et ibidem gl. cũ qua ibidẽ communiter reſident Bart.Bald.Salicet. Angelus,et communiter,Docto.contr.Petrum et Cyn.refert Bened. Cap. reg.lxxxvij.nu.62.idque obtinet in omnib. contractibus bonæ fidei,et ita communiter teneri ex Bart.et aliis ibidem nu,73.74.75,refert Bened.Capra,vide infra Remedium:

Contractus ſi appareat originalẽ cauſam longe aliam fuiſſe quàm venditionis ſpecimen, puta ſi centum nomine mutui petenti cum oblatione pignoris reſpondeatur non detractari mutuũ, ſeu inſtrumentum ſub forma mutui vel pignoris confici,ſed potius cum ac pro eodem precio poſt certum tempus id reddi velle,præſumitur ſimulatus, ac in fraudem vſurarum factus, maxime ſi mediocre pretium interuenerit,vt voluit Hoſt.et Ioan.Andreas in capitulo ad noſtram, de emptio.et vendit.argumento,l.quamuis,§. ſi cum eſſem.ff.ad Velleian.Bal.in l. iij.C. plus Valer.quod agitur, et ita communiter teneri refert Benedict. Capr. reg. lxxxvij. numero 166. Sin autem non appareat originalem cauſam fuiſſe aliam, tunc ſi pactum de reuendendo pro maiori precio,aut etiam pro eodem,cui tamen aliud pactum, puta de computandis in ſortem fructibus, fuerit adiectum aut mentio facta, ſi concurrat precij paruitas præſertim in homine fœnerari ſolito,contractus ſimiliter præſumitur iuxta receptam Docto.ſententiam ſimulatus,vt refert ibidem num.167. 169, 173. Bened,Capra, vide infrâ pactum.

CRIMINALES cauſas delegatus ſecundum leges regulariter non poteſt ſubdelegare,l.à iudice.C.de iud.l.j.C.qui pro ſua iuriſdictione,& ita communiter teneri refert Bened. Capra, reg. lxxvj. num.2.niſi ſit delegatus Principis,vt tenet gloſſ. in d l.j, quam ſequitur Bart.& Gulielm de Cuneo in l. j. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdictio.& Specul.in tit, de iudic. delegato,§.ſequitur per totum, idque communiter contra Marti. Sillim, teneri refert d. reg. lxxxvij. num.3.Benedictus Capra, verùm ſecundum ius Canonicum, cauſæ criminales indiſtinctè delegari poſſunt,vt tenet gloſſ.in cap.quod ſedem,de officio ordinar. clement. vnica,de officio delegati. in verbo ciuili

ciuili,in fin.& capitulo illud.xxiij.queſt.iii.accedit capitulo venerabili,de officio deleget.& ita communiter a Canoniſtis contra Vincent & Hoſt.teneri,refert Benedictus Capra regul.ſeptuageſima ſexta,nu. duodecimo,quod tamen fallit in delegato ratione induſtriæ perſonæ quia iuxt.Can.ſubdelegare etiam à principe datus,nõ poteſt per text. in capitulo quoniam, §.is autem, de offic.delegat.l.inter artifices, ff. ſolu.matri.l.vnica,§.ne autem,C.de cad.tollend. & vult Paul de Leazaris in d.clem.vnica.

CVLPÆ generaliter ſumptæ quinque eſſe ſpecies dicit gloſ.in capitulo vnico ,de commodat.cum qua communiter concordare Bar. in l.quod Nerua.ff.depoſit. & Imola,& D. Nico.in d.capit.vnico, refert Bened. Capr.reg.lxxviij.num.6. & ſunt latiſſima, latior,lata,leuis,leuiſſima.

Culpa latiſſima,vt eſt dolus verus & manifeſtus,iuxt.l.ſi ex cauſa, §.mulier, & ibid.gloſſ.ff.de petit.heredit. ita culpa latior eſt dolus præſumptus ex indiciis veriſimiliter dolum præ ſe ferentibus,iuxt.l.ſi procuratorem, §.dolol.dolo.ff mandati, d.l.quod Nerua,& Bald.in l. pignus,C.de pignorat.act. & Imola.poſt Flor.in d.capitulo vnico,& ita quoque cõmuniter teneri refert reg.lxxviij.Bened.Capra,nu.12.

Culpa lata licet non ſit dolus, ſed dolo comparatur, l.j.verſ.culpa lata,ff.ſi menſ.falſ.modũ dixer.l.is cu §.ſi heres, verſ.dolum, & ibidẽ gloſ.ff.ſolut.matr. Id tamen inter alia fallit, quando agitur de infamia irroganda,quæ ob dolum non autem ob latam culpam, irrogari ſolet,§.ſuſpectus, inſtit.de ſuſp.tuto. & ibid.glo.l.j.ff.ſi menſor.falſ. mod.dix.gloſſ.in l.actionibus,ff.de in litem iurand. & l.quod Nerua. ff.depoſ.& ita communiter teneri refert ibidem num.3 ;.idem Capr. quod procedit niſi ob dolum irrogaretur infamia ipſo facto, tunc enim lata culpa dolo æquiparatur, iuxt.tex. & gloſ.in l.liberorum,§. notatur. ff. de iis qui notantur infamia lxxxv. Similiter fallit quando ageretur de pœna ſanguinis,ſeu corporali imponenda,quia nec tunc lata culpa æquiparabitur dolo,l.in lege,ff. ad l.Iul.de ſicar. quod etiã voluit gl.in d.§.ſuſpectui,inſtit.de ſuſp.tutor,& d.l.j.ff.ſi menſor.& d. l.in actionibus,&Imola in capitul.ſedens,de depoſito.quod etiam ſimiliter teneri dicit ibid.nu.36.Benedictus Capra.

Culpa latiſſima ſiue dolus ab allegante regulariler eſt probandus, exceptis actibus qui ſunt de genere prohibitorum, vt communiter teneri dicit Bened.Capra reg.lxxviij.nu49.infrà Dolus.

## D

DEBITOR ſi aufugiat cum pecunia aut re creditoris,poteſt ab eo capi & ad iudicem duci, l.ait prætor ſi debitorem,ff.quæ in fraudẽ credit.quod procedit etiamſi clericus eſſet: quia creditor captum ad iudicem eccleſiaſticum ducere poterit, prout notatur in capit.cùm non ab homine. de iudiciis, Bart.in l.cum eo,ff.ad l.Iuliam peculatus, & ſic communiter teneri refert Benedictus Capra, regula ſeptuageſimaquinta,numero ſeptimo.

Debitor ſuſpectus de fuga,licet à iudice vel eius authoritate, etiãſi in diem obligatus ſit nec dies venerit,ad hoc vt creditorem ſecurum faciat, modò de ſuſpicione fugæ conſtet capi poſſit, l.hæc autem,ff.ſi cui plus quàm per legem Faleid.Ioan.Andreas,in cap.lator,de pignoribus, gloſ.in fin.C.de feriis,id tamen fallit quando eadem ſuſpicio tempore contractus in debitore reſediſſet,ad hoc enim vt capi poſſit, oportet quòd ipſa ſuſpicio poſt contractum ſuperuenerit, prout notatur,l.ait prætor,§.ſi debitorem,ff.quæ in fraudem creditorum,& in l.ſi creditores,ff.de priuileg.credit, & ibidem Doctores communiter tenere refert Bened Cap.d.reg lxxv.nu,17.

Debitor cedens bonis non poteſt carcerari,l.j. C.qui bon.ced.poſſunt. gloſ.in capitul.lator. de pigno.quam communiter approbatam refert Bened.Cap.reg.lxxv.nu.26. cui beneficio iuxta benigniorem & magis communem vt ibidem nu.vigeſimonono, idem Capra aſſerit,renuntiari non poteſt.

Debitor non ſuſpectus de fuga licet capi ſiue carcerari regulariter non debeat,l.prima. C,qui bon,ced.poſſunt,l.j.C.de execu.rei iud.& l.ait prætor, §.ſi debitorem, ff.quæ in fraudem creditorum,id tamen inter alias multas fallentias quoque fallit,quando debitum deſcendit ex crimine,tunc enim poterit carcerari etiamſi clericus ſit,ad effectũ ſub quæſtionibus de veritate inquirendi,& ad ſatiſfactionem compellendi,capitulo primo,de depoſito. & ibidem gloſ.in verbo quæſtionibus,& communiter ſcribentes aut niſi in iudicio cõdemnatus intra tempus à iure præfixum ſoluat,aut ante illud tempus facta diſcuſſione omnium bonoram, etiam nominum debitoris nõ ſoluendo reperiatur, iuxta l. ſecundam, & fin. C,de execut.rei iud. & not.in capitulo quærenti,de officio delegat,l.à diuo Pio, §.in venditione, ff. de re iud.quia tunc capi poterit atque carcerari, prout voluit gloſ. notab. & ſingularis in l.tertia, §.penult.ff.de ſuſp, tuto. & dicta l.prima.C.qui bonis cedere poſſint & ita communiter quoque teneri ibidem notat refert Benedictus Capr. regul.lxxv. numero 20. & 22. quod poſtremum ſimiliter fallit in clerico:muliere: item debitore in domo exiſtente vel bonis cedente,qui carcerari non debent, ibidem numero 23.

DECIMÆ non ſolùm prædiales ſed etiam perſonales,non tam de humano, quàm de diuino iure ſunt, tex.apert.in capitulo tua.de decimi. vt Deutero. capite duodecimo , in prin.ſecundum Innoc.in rubr.de Decimis,quem ibidem ſequitur D. Nicol. pro quo facit gloſ. decima quinta,quæſtione ſeptima, capitul.quicunque quam ibidem ſequitur Archid. & gloſ.fin.notabilis, & communiter approbata in capit.in àliquibus,eodem titul.de decimis.quæ opinio ſecundũ Martinum capit.ij.eodem titul.libro ſexto tutior eſt, quicquid dicat Archid.16.quæſti.prima,capitulo, Decimæ. & pro maiore parte Theologi,præcipuè mendicantes,illud verum eſſe quòd præceptum de ſoluendo,ſit de lege diuina & morali,ſed præceptum de quota ſoluẽda, eſſe eccleſiæ conſtitutionem,& poſſe aliam quotam terminari, refert Bened.Capr.reg.xcviij.num.2.& 19,

Decimæ ſecundum communem Doct.ſententiam integræ debentur,vt voluit Innocent.in rubr.de decimis,admirans quoſdam nouos concionatores qui oppoſitum tenerent,ſicut refert Ioan.Andreas,in c.quo prior.de reg.iur.lib,vj.pro quo facit vt ex dictis quatuor Doctorum eccleſiæ colligi poteſt,ſolutionem etiam quotæ decimarum eſſe de præcepto euangelii, vt apparet ex dictis Auguſti.xvj. quæſt.j. c. Reuertimini, & xvj,q.vij. cap maiores.Ambroſ.eadem quæſt .cap. quicunque.Hiero.di.xvj.quæſt.j.c.apoſtolicis.et Grego.ead.quæſt.j.c. peruenit.et ideò non ſoluentes decimas integraliter, eſſe in periculo damnationis, ſecundum communem Canoniſtarum opinionem,de qua per D.Anto.in c.parochianus,de decimis,et D.Nicol.in rubric.& cap.in aliquibus adeò, qui ſecundum eum proferens verba, ob quæ auditores retraherentur ab earum ſolutione eſſet ipſo iure excõmunicatus & quaſi ſuſpectus de hæreſi.clemen,& de pœnis refert Benedict.de reg.xcviij.nu.3 & 6.

Decimarum quota, licet conſuetudine tolli aut minui non poſſit, & laici contra clericos prætextu talis conſuetudinis à decimarum ac quotæ ſolutione non excuſentur, vt voluit gloſſ. D.Anto.D.Nicol.in c.in aliquibus,de decimis,& xv.quæſt.vij.c.quicunque, & Inn. in d. rubr.de decimis,et ita communiter per Canoniſtas teneri refert Bened.Cap.reg.xcvij.nume.13.et19. quia præceptum de ſoluendis decimis ſit morale et diuinum : id tamen fallit inter alia quando conſuetudo non tolleret ipſas decimas ſed diſponeret quòd ſoluantur certæ menſuræ,vel corbes, pro decima ſiue colligatur ſiue non, quia talis conſuetudo valebit ratione multitudinis, & ita intelligi poteſt text,in d.c.in aliquibus,in fin.ſecundum Ioan.And.& D.Nicol, vt afferſt Capr.ibidem numer.16.addens,id facere pro Venetis qui non in vita ſed in morte ſoluunt decimas,ſecundum D.Nicol.d.c.in aliquib.

Decimas prædiales quilibet poſſeſſor, etiã clericus vel epiſcopus, tenetur ſoluere illi eccleſiæ in cuius parochia ſita ſunt prædia,vt voluit Ioan.Andr.poſt Hoſtien.in c. Nouum. de decimis,iux. not.xvj. quæſt.j.c. Laicus.idque non tantùm pro prædiis propriis, vt voluit gloſ.in d.c.nouum.ſed etiam pro prædiis eccleſiæ,quia eccleſia quoque tenetur ad decimas prædiales ipſi eccleſiæ in cuius parochia prędia ſita ſunt, etiamſi talia prædia pro dote ipſi eccleſiæ aſſignata eſſent,prout notatur in c.j.de cenſib.vt vult D.Nicol.in d.c.nouum. & ita communiter teneri refert Benedictus Ca.pra.reg.xcix.nu.3.idque procedit niſi eccleſia priuilegio,conſuetudine, aut compoſitione, & tranſactione cum eccleſia inita excuſaretur à præſtatione talium decimarum,iuxt,c.ex parte,c.ad apoſtolicæ.& c.ex multiplici,de decim.

DECRETORVM compilatio per Gratianum facta,dici poteſt autenthica,ex quo liber ille fuit approbatus per Papã,licet Ioan. Andreas, Floria.Imola.in c.ij.de reſcriptis, Imola.in cap.fin.de feud. negant de hoc conſtare, dato tamen quòd conſtaret, dicendum eſt. quod & communiter tenetur: Quod compilatio illa fuit approbata, non quò ad Gratiani dicta,niſi in quantum ſint magiſtralia, rationabilia.& iuri non contraria,quia & illa obſeruanda ſunt, cum quibus videtur pertranſire D. Nicol. d.c.ij.ſicut in ſimili notatur per Bart.de dictis Hypocratis,& aliorum magiſtrorum,l.j.ff.ſi cert.petatur, refert Bened.Cap,concluſ,ſiue reg.vij.nu.4.Quare nec leges canonibus cõtrariæ à Gratiano decretis inſertæ maiorem vim obtinent, quã ſi in volumine Iuris ciuilis relictę eſſent,iuxta coumunem quam ibid,nu. 5.refert idem Bened, Cap.qua de re vide infrà in verbo Lex, & in verbo Reſcriptum.

DEFENSOR qui non ad plenam cauſam ſed tantùm allegandam cauſam àbſentiæ admittitur, perinde atque procurator ad certum tantùm actum datus, non tenetur appellare,l. libero.§.fin.ff.de neg.geſt.ſecundum Bart.in l.inuitus,C.de procurat,l.maritus, C.eodem,& c.non iniuſtè,& ibid.Goff.Ioan.Andreas & poſt eos D.Anto. ita communiter teneri refert Bened.Capra,reg.lxv.nu.17. & ſequen.

DEGRADATIO ab inferiore Epiſcopo neque verbaliter neque actualiter fieri poteſt, capitulo degradatio in pr.de pœnis, c. tranſmiſſam.de elect.& Doct.communiter teneri refert Bened.Capr. in capit. at ſi clerici de iudiciis,reg.lxxxiiij.nu,37.plura infrà nu,22.

DELEGATI plures ſi ſint dati cum clauſula,vos vel alter,tunc altero ſubdelegante, collega non tenetur admittere ſubdelegatum catum,etiam abs collegà impedito,quocuuque etiam impedimento ap.cùm plures;de offic.delega.lib.vj.Si verò ſint dati cum clauſula; quòd ſi non omnes,vel quòd ſi ambo.& tunc collega ſubdelegare. volens impeditus eſt perpetuo impedimento,tunc,licet ſubdelegare poſſit,c.fi.de offic.deleg.&c.ſi pro debilitate,eodem tit.tamen collega talem ſubdelegatum ſimiliter non tenebitut admittere cum purificata ſit clauſula data tali impotentia,vt voluit gloſſ.in c.coram, de offi.deleg.& ibid.Goffr.& Ioan.And.& ita communiter teneri argumento,c.quod ſuper iis.de voto.dicit ac ſequitur Bened. Capr.reg. xxix.nu.12.& ſeq.

Delegata iuriſdictio poteſt prorogari de loco ad locum,modò partes conſentiant,cap.ſtatutum,§.in nullo,de reſcriptis,lib.vj.quam extra dubium apud omnes communem refert Bened. Capra,in tract. prorog.poſt concluſ.liij.poſito nume.62.qua de re plura vide infrà in verb.Iuriſdictio.

Delegatus non poteſt cauſas criminales ſubdelegare.niſi à principe datus eſſet,iure ciuili.Iure canonico autem poteſt eas delegare indiſtinctè,niſi electa fuiſſet induſtria perſonæ,quo caſu iure Canonico ſubdelegare eas non poſſet,licet datus fuiſſet à principe. Ordinarius quoque inferior principe cauſas criminales ſubdelegare non poteſt niſi in caſu abſentiæ vel infirmitatis,communes refert Benedictus Capt.reg.lxxvj.nu.2. 3.5.& 13.vide infrà Ordinarius.

Delegatus iudex ferens ſententiam nullam,dicitur functus officio ſuo,& neceſſe eſt recurri ad delegantem,niſi fuiſſet nulla quia non ſeruaſſet formam mandati,quo caſu iterum poſſet pronuntiare,In eo enim qui alieno iure habet poteſtatem indiſtinctè,lata ſemel ſententia licet nulla,finitur poteſtas præterquam in beneficiis principum, in quibus per actum nullum non expirat poteſtas delegata,ſecundũ communem opinionem,vt refert Benedictus Capra.reg. xxvj. num. 12.& 49.vide infrà in verb.Iudex.

Delegati iudices licet habeant iuriſdictionem ſeu habitum iuriſdictionis inſolidum,cùm ipſa iuriſdictio ſit indiuiſibilis,xxiiij. quæſt. prima.c.loquimur.tamen exercitium,ſicuti ordinarij non habent inſolidum, cùm vnus ſine aliis eandem exercere vel cognoſcere non poſſit,ſed debent ſimul cognoſcere vt patet ex ca.prudentiam,de off. deleg.& ſi aliter fieret,factum non teneret,c.cauſam matrimonij, de off.deleg.& c.vno delegatorum, & c.cum cauſa,eod.tit.l.duo ex tribus,ff.de ar.iudic.quod tamen fallit quando dati fuerint delegati ad vniuerſitatem cauſarum,quia tunc perinde atque ordinarij iuriſdictionem habent inſolidum , licet exercere ſine fraude non poſſint, argument,l.j.§.fi.ff.quis & à quo.& hoc voluit gloſſ.in l.j.ſi vni alius ff.de re iudic.quam ſequitur Bart.ibid. & in l.j.§.ſi plures,ff.de exercitor.& D.Floria. in dicto cap. prudentiam. cum quibus communiter Doctores aſſerit tranſire Benedictus Capra, regu.xxvij,numero vigeſimoprimo, & ſequent.per ea quæ notat Bald. in l.à iudice,C.de iudic.licet dubitationem aç reſtrictionem id habere ibidem Capra teneat quem vide.Similiter fallit quando dati eſſent cum clauſula, quòd ſi non omnes,&c.vel cum clauſula alternatiua,videlicet.vt omnis,vel duo,vel alter,tunc enim ſi vnus ſolus procederet, valeret, gl. in c.cùm plures,de off.delegat.lib.ſexto,l.qui res,§.area,in fi.ff.de ſolut.idem Capra ibidem.nu.vigeſimoquinto, & ſeq.

DIOECESIS appellatione licet plerique velint in beneficialibus venire quoque ciuitatem,& econtrà ciuitatis appellatione Diœceſim.contraria tamen opinio communior eſt,vt tenent Hoſtien.Io. Andræas,& D.Nicolaus in capitulo Rodolphus de reſcriptis iuxt.gl. notabil.in c accepimus de ætat.& qualitate Compoſtel.in capitulo. Abbatem.de reſcriptis.Archidia.in capit.quamuis de præbend. libro ſexto,gloſſ.in capitulo vnico.in verbo Diœceſis,& ibidem Ioan.Monach.de rerum permutatione,lib.ſexto. Laudanus in clement,ne Romani,de elect.& clem.vnica,in princ.de ſequeſtrat.quia in eiuſmodi ſtrictè accipitur ciuitas vel eius appellatio nec venit Diœceſis vel econtrà & communiter teneri refert Benedictus Capra,reg.cij.nu.vigeſimonono,& nu.trigeſimoprimo,dicit per d.iura idem eſſe in odiis & reſtringentibus,idque communiter quoque teneri.

DIVISIONEM qui vulgò ita faciendam dicũt,vt maior partem facere,minor verò eligere debeat,falluntur ſecundum Bart.in l. j.C.de iis qui ſe deferunt quod exceptis caſibus in quibus id pro priuilegio concederetur verum eſt,quia Bart.ibi non loquitur de minore.xxv.ann.ſed minore ratione ætatis,relatione ſcilicet facta ad maiorem natu,quod communiter teneri refert Benedictus Capra regul. cix.num.16.

Diuiſionem autem vrgere aut ad eam ſocium vel coheredem maiorem prouocare,licet minor non poſſit,l.ſi pupillo.ff.de rebus eorũ, l.penultim.C.de prædiis minorum,id tamen niſi ipſe ad eã prouocet aut ei eandem facere expediat,& communio damnoſa ſit,aut niſi fructus diuidere velit quod facere poteſt,l.prima,gloſſ.d.l.pen.& Bartol in l.iubemus,& ibidem Cyn.& Baldus.C.de ſacroſanct.eccleſi. Bald. in l.j.ff.de rebus eorum.& id communiter teneri refert reg.cix. nu. 19.& Benedictus Capra.

DELINQVENS mandato alterius,mandato expreſſè vel tacitè reuoeato,ex tali delicto mandans non tenetur, vti communiter teneri refert Benedictus Capra, regula viij.numero nono vide infrà Mandatum.

Delinquenti opem vel auxilium præſtans,licet teneatur ratione qualitatum quæ inſunt delicto puta ratione loci,temporis,vel perſonæ,quæ delictum exaggerant & augent,perinde atque ipſe delinquens.id tamen fallit inter cætera etiam in caſu,l.raptores,C.de rapt. virg.& communiter tenetur,Similiter fallit, quando in præſtanre opem adeſt qualitas quæ aggrauat pœnam, & quando propter qualitatem delinquenti inhærentem pœna præſtantis opem cui talis qualitas non ineſt augeretur.vt communiter teneri refert Benedict.Cap. reg.octuageſima,num.44.& 48.vide ſuprà Auxilium.

DEGRADATIO licet auferat priuilegia clericalia,prout notatur in capitulo ij.de pœnis. tamen non tollitur character & votum continentiæ,quare degradatus non poterit matrimonium contrahere,j.quæſt.j.vt notatur ſecundum Imolam dicto capitulo ij. & D. Anto.in capitulo Ioannes,de cleric.coniugat. multò minus depoſitus ab officio.lxxxj.diſt.capitulo dictum.vt notatur capitulo j.qui cleric.vel vouent.communem refert Bened.Cap.reg.xcvij.nu.14.

DENVNTIATIO litis motæ niſi venditori aut donatori fiat debito tempore,emptor vel donatarius aut vaſallus aduerſus vẽditorem,dominum,donatorem non agit,iux.gloſ.in capitulo ſi venditori,de emptione & venditione,l.emptor fundi,l.actore,C.de euiction.nec ſatis eſt eos ſcire litem ſibi motam fuiſſe, nam tametſi ad finem certificandi illis denuntiare non ſit opus,tamen quò ad aliũ finem,nempe vt veniant ac ſe defendant,& probationes producant omnino opus eſt denuntiatione,vt voluit Bartol.in l.denuntiaſſe. §. quod tamen,& in l.non ſolùm, §.morte,ff. de noui operis nuntiat. Idem tenent Bald. & Ang.in l.abſente,ff.de procurat.et D.Petrus Floria.et Anto.in c.fin.de empt.et vendit per l.ſi parentes,l.cùm ſucceſſores,C.de euict.l.ſi rem,§.fi.ff.eodem tit. quam ſententiam Bened. Capr.reg.lxxxvij.num.227.et veram et communiter teneri affirmat, etiamſi venditor vel donatarius iuraſſet defendere,cúm hoc caſu iuramentum nihil addat conttactui.ſed eundem dũtaxat roboret,iuxta l.fin.C.de non numerara pecu.Benedict.ibidem numero 231. vide infra.Venditio,vbi dicit ita practicari et communiter obſeruari.

Diuiſionis placitum ſiue contractus,perinde atque alij bonæ fidei contractus.ſi per eum quis vltra dimidium ſuæ partis decipiatur. admittit remedium,l.ij.G.de reſcinden.vendit.vt voluit gloſſ.in l.maioribus,C.communia vtriuſque iudicij.et gloſſ.in capitulo cùm dilecti,de emptione et venditio.et ita communiter tenetur, prout notatur in dicta l.ſecunda.C. de reſcinden.venditi.et ibidem per Baldũ, vt in l.ſi quis cum aliter,ff.de verborum obligationib.et ibidem per Bartolum,qui ibidem vult,quòd etiam locum habeat in ſtipulatione quæ non nouandi animo interponitur contractui bonæ fidei,vt refert Benedictus Capra,regula octuageſimaſeptima, numero ſeptuageſimo ſeptimo.

DOLVS licet regulariter ab allegante ſit probãdus vt concludit Ioan.Monahus in capitulo ſcienti. de regul. iur. libro ſexto.per l.quoties §.qui dolo, ff.de probat gloſſ. final.& notabilis in capitulo ſedes. de reſctiptis. id tamen inter alia quoque fallit in actibus. qui ſunt de genere prohibitorum.in quibus præſumitur Dolus,vt l. falſus.§.qui alienum. ff.de furtis & notatur in l.prima. C.ad l. Cornel. de ſiccaris. et in communiter teneri refert Benedictus Capra.regula ſeptuageſimaoctaua. numero. quadrageſimonono. vide ſupra. Culpa.Alias Dolus perſpicuis indiciis. quę facti qualitatem concernant,probandus eſt,l.dolum.C.de dolo.

Dolus quando dat cauſam contractui bonæ fidei,vt puta ſi tibi habenti pulcherrimum corpus iuris non aliàs venditúro alius perſuaſerit,vt ſibi venderes ex eo quod de proximo noua publicanda eſſet compliatio,tunc venditio vel contractus ipſo iure nihil valebit,l.et eleganter,ff.de dolo,l.tertia,ff.pro ſocio,gloſſ.in l.Dolo,C.de inutilibus ſtipulat.duodecima quæſtione ſecunda,c.quiſquis epiſcopus:et capitulo cùm vniuerſorum,de rerum permutat. gloſſ.in capitulo cũ dilecti,de empt.et venditio.et ibidem Hoſtien. Ioannes Andreas, Imola.et D.Nicola.et ita communiter contra Petrum de bella pertica,Docto.tenere refert Benedictus Capra,regula octuageſimaſeptima,numero trigemoquinto,quod tamen fallit in dolo velato vel incluſo ſub metu,Item fallit, ſi deceptus vellet nihilominuscontractum valere, aut adhibitus ſit in ſpiritualibus quia in iis dolus contractum non viciat , pro bono dolo habetur iuxta capitul. dudum,de conuerſ.coniug.et lege prima.ff.de dolo. vt eſt ibidem numero quadrageſimooctauo. et ſequen. Si quis tamen dolo non vnius,ſed omnium Monachorum inducatur ad ingrediendum monaſterium,tenet quidem ingreſſus,ſed nocebit.dolus quò ad eius bona,quæ non monaſterio, ſed eius heredibus et conſanguineis acquiruntur.ſecundum Innocent. in dicto capitulo dudum,per capitulum conſtituit. xx. quæſt , iij. cum quo communiter tranſeunt Doctores,

Ioan.

Io.Andreas,& Imola in capitulo præterea,de offic. delegat quod verum eſt quando principaliter ob auaritiam & bonorum auiditatem quis omnium Monachorum dolo inductus eſſet ad ingrediendum monaſterium,vt refert ibid.Capra,numero quinquageſimo. Item fallit,ſi dolus à tertia perſona adhibitus ſit,quia tenet contractus, licet deceptus contra tertiam illam perſonam,de dolo agere poſſit ad intereſſe,dicta l.& eleganter,§.de dolo, gloſſa.in capitulo cùm dilecti, de emptione & venditione.& id communiter teneri refert Bened. Capr.numero 59.

Dominus aut pater licet contractus filij & ſerui etiam non ſuo nomine geſtos ratos habere poſſunt, vt ex eo in ſolidum obligentur,& communiter teneri refert Benedictus Capr.nu.decimoſeptimo & vigeſimoquarto, tamen ſi alius filij vel ſerui contemplatione negotia peculiaria geſſerit, vel ſi ratum habeant, non vt pater,vel dominus, ſed tanquam alius vel tanquam pater,& alius,vel dubitetur quomodo vel qualiter ratũ habuerint,non obligabuntur vltra peculij vires, quia hiſce caſib. ratihabitio nihil operatur nec retrotrahitur, vt cõmuniter teneri refert Bened.Cap.reg.liiij.nũ.6.22.24.& ſeq. Qua de re vide infrà verbo Pater,& Ratificatio.

DVBIO in iure ſuborto ſi opiniones & ſententiæ variant,ſtatur deciſioni iuris canonici, ſi per illud caſus deciditur.Ad Papam enim ſpectat decidere opiniones,etiã inter legiſtas,ciúſque deciſioni etiam in foro ciuili eſt ſtandum, ex quo Imperator non determinat contrarium,vt not.in c.Raynutius, de teſt.per Bart.in l.præſcriptionem. C.ſi cont.ius vel vtilitatem publ. & ita communiter teneri refert Ben.Capra concl.ſiue reg.quarta.nu.18.

## E

ECCLESIA ſicut & clericus poteſt vti ſtatuto laicorum generali & fauorabili, quia in eo non perinde atque in ſpeciali ſuperioritas continetur,communem dicit Bened. Capr.regu.xv. nu.35.vide infrà verbum Statutum.

Eccleſia perinde atque clericus vel quilibet alius poſſeſſor prædiorum tenetur ad decimas prædiales, ipſi eccleſiæ in cuius parochia prædia ſita ſunt,etiamſi talia prædia ipſi pro dote aſſignata forent, prout notatur in c.j.de cenſibus,& xvj.q.j.c.laicus,ſecũdum D. Nicolaum in c.notiuum, de decimis,quod communiter teneri refert Bened.Capra reg.xcix.num.3. quod licet regulariter verum ſit,tamen fallit ſi vel priuilegio vel conſuetudine,vel tranſactione cum eccleſia inita excuſetur, iuxt.tex.in c. ex parte,c.ad apoſtolicæ,cap.ex multiplici,eod.tit.de decimis,ibidem nu.ſeq.Capra.

Eccleſia licet ſit mater omnium fidelium. xxj.q.ij.c.qui abſtulerit: tamen non ſemper veniet appellatione coniunctarum perſonarum, quia ſecundum communem Docto.ſententiam,in capitulo nonnulli,de reſcriptis, iura permittentia aliquid coniunctis,intelliguntur de coniunctis,ratione ſanguinis,& non de eccleſia,quæ largo modo dicitur coniuncta, quemadmodum refert Bened,Capra reg.xvj.numero decimoſexto, quod licet verum ſit, ſi tamen eccleſiæ pro anima aut ad pias cauſas res aliena ignoranter legetur, valebit legatũ,perinde ac ſi coniunctæ perſonæ factum eſſet,ſaltem quò ad æſtimationem, & ita communiter tenere vtroque iure ibidem numero decimooctauo,refert ibidẽ Benedictus Capra per not.in l.cùm alienam, C.de legat.quod procedit, niſi res legata eccleſiæ foret, quia tũc ſiue ignoranter,etiam coniunctæ perſonæ, vel ad pias cauſas relictum ſit non valeret,ſecundum Innoc.cap.filius,de teſtam.cuius opinionem Petrrus Anchara.Imol..& D.Nicolaus.ibidem communiter teneri.& difficilè eſſe ab ea recedere fatentur,vt refert ibidem numero vigeſimo Benedictus.

EMERE rẽ alienam,aut vendere ſuam,licet nemo inuitus cogi poſſit,l.inuitum.C.de contrahend.empt.l.nec emere. C.de iure deliberer.id tamen inter alia multa quoque fallit, quando res ad victum ſpectans authoritate publica deſtinatur ad vendendum, tempore enim Careſtiæ coguntur habentes victualia ne indigentes famæ pereant,ad illa vendenda,l.j.C.de epiſcopa.aud. Bart.l.prima.§.cura carnis, ff.de offic.perfect.vrb.etiam minus iuſto precio.l.iij. §. quæſita deinde.ff.ad l.Rhod.de iact.idque contra gloſ. in l.annonam,ff.de extraordin.crimin. communiter teneri, & in practica obſeruari, refert Benedictus Capra regul.lxxxvij.numero vigeſimoprimo. Secus eſt ſi neceſſitas non ita vrgeret, licet enim & tunc ad vendendum cogi poſſint, non tamen minoris quàm iuſto precio, & tenet Bartolus in d.§.cura carnis.

EMPTOR de euictione cõtra venditorem non agit,niſi ſibi litẽ motã,& vt veniat ad ſe defendẽdum,ac probationes producendum, & debito tempore denuntiauerit, etiamſi venditor controuerſiam moueri ſciuiſſet, tametſi enim ad finem certificandi, eo caſu non ſit neceſſaria denuntiatio, tamen ad alium finem, puta, vt defendat ſe, & probationes producat,opus eſt denunciatione,vt voluit Bartol.in l.denunciaſſe,§,quod tamen,ff.de adulteriis,& in l.non ſolùm,§.morte,ff.de noui oper.nunciat.Bald. & Angel.in l.abſentem.ff. de procurator.& D.Petrus,D.Floria.& D.Anton.in cap.fi.de empt.& vendit. per l.ſi parentes,l.cùm ſucceſſores,C.de euict.l.ſi rem,§.fi.ff. eodem tit.quod verius eſſe ac communiter teneri refert Bened.Capra reg. lxxxvij.num.127.qua de re plura vide infra in verbo Venditio.

Emptore,re euicta per ſententiam à non ſuo,ſed per prorogationem ſuam effecto iudice ſimiliter de euictione contra venditorem non aget.iuxt.glo.l.ſi dictum,§.ſi compromiſſio,ibi,nulla neceſſitate cogente,ff.de euict.& ibidem Barto.cum quo cæteri cõmuniter tranſeunt,vt refert Bened.Cap.reg.lxxxvij.nu.246.

Emptor in genere tenetur facere precium rei in genere venditæ venditoris,non autem venditor tenetur facere rem venditam emptoris,ſed ea euicta tenetur ad ſpeciem,l.ex empto.in prin.ff.de act. empto quod verum eſſe.& communiter teneri refert Bened.Cap.reg. cvij.numero 3.

EPISCOPVS poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum ſuorũ prælatorum etiam habentium ordinariam iuriſdictionem,quod verum eſt,ſi voluerit per ſe dictas cauſas cognoſcere cùm ſit iudex ordinarius de ſua diœceſi,vt tenuit Bartol.Brix.in gloſſ.Can.in capitulo 50.diſtinctio.vndecima quæſtione j.capitulo,de perſona. & capitulo qui reſiſtit,& octaua diſtinction.capitulo quæ contra.in fin.argumento.l.fin.ff.de iuriſdictio.omni.iud.quod etiam tenuerunt Hugo. Tancred.Vincent.Laurent.Philipp.& Goffred.& Hoſt.in cap.paſtoralis,de off.ordinarij. cum quibus videtur ibid. reſidere D. Nicol. & ita communiter teneri aſſerit Ben.Capr.rég. xxxiij.nu.4. fallit, niſi prælatus inferior ordinarium epiſcopum præueniſſet per citationem partis,quo caſu cùm impedire non poſſit,ſecundum Bonaguidam in capitulo,cùm ab eccleſiarum,de off.ord.quem ſequitur Ioannes Andreas in dicto cap.paſtoralis,cum quo ibidem reſidet D. Nicol.& cõmuniter Doct.& ibidem nu.5.refert idem Capra Similiter fallit quãdo conſuetudo aliud induceret.ſed ſi priuilegium aliud diſponeret, vel ſi prælatus inferior ſit regularis,vel ipſius iuriſdictio eadem eſſet cum Epiſcopi iuriſdictione,vel ſi ex longæua conſuetudine ſeu præſcriptione iuriſdictionem haberet,quod poſtremum verum eſſe,& communiter teneri & procedere dicit ibidem Capr,nume. 19. & ſequen.quando videlicet expreſſè præſcriptum foret priuatiuè, cùm in dubio nunquam priuatiuè,ſed accumulatiuè præſcriptum eſſe cenſeatur,prout ſentit Ioan.Andr.in d.ca.paſtoralis,& id notandum dicit.quia licet contrarium verius videtur,id tamen ita in practica obſeruari ibidem nu.vigeſimotertio,Capra aſſerit.

Epiſcopus in Monachos etiamſi iudicialiter ad pœnam legis procederetur,non habet iuriſdictionem.ſed Abbas,niſi conſuetudine aliud obtinuiſſet,aut Abbas notoriè correctionem negligeret,aut tale crimen Monachus commiſiſſet ob quod poſſit degradari, quo caſu Epiſcopus etiam per viam inquiſitionis contra eundem, & non Abbas,procederet,communem refert Benedictus Capra.lxxxiiij. nume. 24.28.& 37.vide infrà Monachus.

Epiſcopus poteſt ius auctorizandi ſine conſenſu capituli ex quo dignitatis & iuriſdictionis,& non ordinis præſcribere,iuxt.cap.audiẽs, de præſcrip.prout voluit Petrus de Peruſio,in d,capit.quæſitum, de rerum permutat,cum quo cæteros communiter tranſire refert Benedictus Capra in tractat permutationis beneficiorum, poſt regulã lxxxviij.poſito num.72.

Epiſcopus ſi præſcripſerit ius auctorizandi,ita vt ſolus collationẽ habeat,tunc licet capitulum ſede vacante non poſsit perficere ipſam permutationem,tamen poterit recipere reſignationem ex cauſa permutationis factam,quam pòſt creatus epiſcopus perficiet. prout voluit Petrus de Peruſio in capitulo quæſitum, de rerum permutatio. & Imol.in capitulo exhibita.eodem titulo cum quibus reliquos Doctores communiter tranſire refert Benedictus Capra.in tractatu permutationis.numero 77.

Epiſcopus licet non tantùm ſuper beneficiis pluribus ſimplicibus differentibus,in eadem eccleſia obtinendis.ſed etiam vt quis habeat in vna eadémque eccleſia dignitatem ſiue perſonatum & canonicatum cum præbenda diſpenſare poſſit,cùm tunc numerus canonicorum non interrumpatur,iuxt.not.per gloſſ.in c primo, de conſuetu. libro ſexto,tamen ſuper pluribus beneficiis vacantibus ſimplicibus ſingulis reſidentias exigentibus habendis,in eadem eccleſia,non poterit diſpenſare,ſed Papa,gloſſ.& Ioan.And.in c.literas de præbend. libro ſexto,quia tunc numerus canonicorum mutilaretur,quod communiter teneri refert Benedict.Capr,reg,xc.numero 143.in diuerſis autem eccleſiis ſecus eſt,quia de pluribus licitè diſpenſare poterit, prout voluit Hoſtien. in capitulo ſuper inordinata de præbend.& Ioan.Andream.D.Anton.& Imola.in capitulo cum iamdudum,eodẽ titulo,Benedictus Capra.dicta regula.nonageſima,numero centeſimoquadrageſimoquarto.

Epiſcopus licet ſecundum quoſdam in beneficiis ſimplicibus à clerico coniugato in titulum detinendis diſpenſare poſsit,vt voluit

Abbas in capitulo Ioannes de cleri.coniugato.per xxxij.diſtinct. capitulo ſi qui verò,& duodecima quæſtione.capitulo quia tua.& Gofredus & Philipp.in capitulo cùm decorem,de cleri coniugat.& Speculat in titul.de Bigamis.§.nunc dici.verſiculo xxv.& Hoſtien. in capitulo Sane.& capitulo diuerſis,de cleri coniugato.& ibidem D.Anto.qui idem cum Petro de Peruſ. in d. c.tenet,& ita communiter teneri,niſi ſcandalum immineret, tametſi diſpenſare in iis epiſcopus non poſſit,referat Bened. Capra.reg.xcvij.num .quadrageſimoprimo tamen contrarium,quod epiſcopus in iis diſpenſare non poſſit, verius videtur,& per Moderniores,puta Ægid.Imola. Floria.& Nicolaum in dicto capitulo Ioannes,per dictum capitulum diuerſis, magis communiter teneri ibidem numero quadrageſimotertio refert idem Capra quia cum coniugatus clericus præterquam in duobus caſibus de quibus ſuprà in verbo clericus. habeatur pro laico,& nõ eſt capax beneficij eccleſiaſtici in titulum ex diſpenſatione epiſcopi, prout notatur in capitulo cauſam,de præſcrip. quia quòd laicus habeat beneficium,eſt contra ius commune,dicto capitulo diuerſus,& capitulo primo,de cleric.coniugat.& ibidem gloſſ.maior in fin.cõtra quod epiſcopus diſpenſare non poteſt niſi in caſibus expreſſis à iure,ſed ſolus Papa, prout notat. in capitulo dilectus, de tempor. ordinandorum.

Epiſcopus perinde atque quilibet alius poſſeſſor prædiorum eccleſiæ in cuius parochia prædia ſita ſunt decimas prædiales ſoluere tenetur , idque non tantûm pro prædiis propriis, ſed etiam pro prædiis eccleſiæ,cùm eccleſia quoque ad decimas prædiales teneatur,eccleſiæ in cuius parochia prædia ſita ſunt,etiamſi prædia illa eccleſiæ pro dote aſſignata forent,prout voluit gloſſ. & Ioan. Andreas poſt Hoſtien.in capitulo nouum,de decimis,vt notatur in capitulo primo de cenſibus,idem voluit D.Nicol.dicto capitulo nouum,& ita communiter teneri,niſi priuilegio conſuetudine,aut tranſactione cum eccleſia inita,excuſetur,capitulo ex parte,capitulo ad apoſtolicæ,capitulo ex multiplici,de decimis refert Benedictus Capra.regula nonageſimanona,numero tertio.

Epiſcopus loci in quo teſtator natus eſt,cenſetur legitimus executor teſtamenti,iuxt.communem ac receptam opinionem, de qua infrà in verbo executor.Si verò natus eſt teſtator in vna,in alia autem ciuitate domicilium habeat tempore quo deceſsit,tunc ſi omnia ſua ſecum tranſtulit epiſcopus domicilij,ſin in loco natiuitatis ſiue originis ſint,epiſcopus originis.Si denique in vtroque loco habeat,vterque epiſcopus,poterit diſtribuere ſin in alterutro epiſcopus ſub quo ſunt,Sin in neutro,epiſcopus originis.& ſi de origine non apparet. epiſcopus domicilij,exequetur,qua de re vide Caprá. in tractat.executionis,vlti voluntat,memb.viij. numero quinquageſimoſeptimo, & ſequent.

EVICTARE per ſententiam, licet emptor de euictione contra venditorem non queat agere,niſi eidem debito tempore nempe ante concluſionem vtriuſque inſtantiæ,vt veniret ad ſe defendendũ denunciauerit,gloſſ.in capitulo ſi venditori,de empt. & vendit.l. fundi, C.de caut.id tamen fallit inter alia,ſi emptor & venditor in eodẽ iudicio ſimul ab eo qui rem euicerat, conuenti fuiſſent:tunc enim emptor etiamſi non denunciauerit venditori de euictione, rectè eũ conuenire poteſt, iuxt. gloſſ.ſing.& in leg.ſi dictum,§.ſi præſente,in verbo poſsit.ff.de euictionib.quam ſequitur Bal.in l.fi.C.de ſentent. & interlocut.omnium iudic.& cum ea Doctores communiter tranſire affirmat Benedictus Capra reg.lxxxvij. numero 228.plura de hac re vide infra Venditio.

Euicta re per ſententiam arbitri emptor contra venditorem de euictione non rectè agit,l.ſi dudum,§. ſi compromiſero, ff. de euict. niſi compromiſſum eius voluntate aut ex neceſsitate fieret, puta ex forma ſtatuti vel alio iure,ad hoc fuiſſet coactus emptor.quia ceſſante ratione dicto §.ſi compromiſero emptor perdens cauſam coram arbitro neceſſariò agitatam rectè agit contra venditorem,de euictione, vt voluit D.Petrus,et D.Floria & Imola.in capitulo fin.de emp. & venditione, iuxta not.in lege ſi fideiuſſor,§.ſi neceſſariò.ff.qui ſatid cogantur.l.fi.C.de iudic.capitul.ab arbitris,de offic.delegat.libro ſexto,& idem volunt Barto.& Bald.in dicto §.ſi compromiſero, & ita communiter teneri refert Benedictus Capra regu. octuageſimaſeptima numero 244.

Euicta re per ſententiam à iudice non ſuo , ſed per prorogationẽ effecto latam,venditor ſimiliter emptori de euictione non tenetur, iuxta glo.& Bartolum in lege ſi dictum,§.ſi compromiſero, ff.de euictionib. in verbis nulla neceſſitate cogente.cum quib. Doctores cõmuniter tranſire refert Benedictus Capra,regula octuageſimaſeptima numero 246.

Euictio licet regulariter in re aliena legata,tradita & euicta contra heredem locum non habeat.gl.& Bartol.in l.ſi domus,§.de euictione,& lege qui concubinam,§.ſi heres,ff.de legat.primo Cyn.Bartolum.& Bald.in l.cùm alienam.C.de legat.Anchar. & Imola in capitulo filius.de teſtament. id tamen fallit,niſi legantur res alienæ in genere ex natura ſeu qualitate ipſius rei,l.qui concubinam,§.ſi heres, ff.de legat.iij.& ibidem gloſſ.& Bartolus quia tunc hæc res legantis ſi à euinceretur,tenebitur heres de euictione quia obligatus in genere,tenetur facere rem accipientis,l.ſi à ſubſtituto.§.heres,ff.de legat. primo l.ex empto.ff.de act.empti,quod verum eſſe & communiter teneri refert Benedictus Capra reg.cvij. numero tertio,vt autem legatarius de euictione agere poſſit contra heredem,in caſibus quibus ei id permittitur,neceſſe eſt,vt ei denunciet litem motam ante litem à ſe conteſtatam,quia non tam de damno vitando quàm lucro captando tractatur ſecundum gloſſ.in l.rem,§.finali ff.de euicti.& gloſ. iunct.text.l.ſi concubinam.§.ſi heres.ff. de legat.tertio & ibidem Dyn & Bartolum.Cyn.in l.emptor.C.de euicti.quod communiter teneri refert, dicta regula octuageſimaſeptima, numero vigeſimoquinto. idem Capra.

EXECVTOR teſtamenti vel vltimæ voluntatis,quilibet deputari & hoc officium exequi poteſt, quia iure repelli aut prohiberi non poteſt,adeo vt non tantum laici, licet ſint filiifam. ſine licentia patris perinde atque procuratores eſſe poſſunt, capitulo cui generaliter,§.decur.libro ſexto.Zabarell. & Bartholum. in capitulo religioſus. de teſtament libro ſexto, ſed etiam clerici , & ſic Papa, Epiſcopus,Archiepiſcopus,primates,Cardinales,Abbates,& aliis beneficiis præſidentes, non tantùm ad pias cauſas poſſunt eſſe executores ſecundum Speculat.titul.de inſtrum.editione,§.nec.vero,verſicul.de Epiſcopo autem, & Bartolum. dicto capitulo religioſus.ſed etiam vt tenent alij ad non pias cauſas vt ibidẽ refert Specul.quod verum eſſe patet, ex capitulo,Ioannes. de teſtamentis , vt dicto cap. religioſus quod & tenere Paul.& Anto.in clemen. vnica eod. tit. idem & idem Anton.d.c.Ioannes.Quinimo & collegiũ poteſt eſſe executor. vt tenuit Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epiſc.& cleri.vnde tametſi regulariter quilibet poſsit eſſe executor , & tale officium acceptare, quemadmodum communiter teneri refert. Bened. Capra.in tractat execut.vltimarum voluntatum,ad finem regularum poſito, membro ſecundo.numero tertio. id tamen inter alia fallit in fratribus mendicantibus,præſertim minoribus, quia etiam ad pias cauſas circa quas vertitur litigium,aut rerum adminiſtratio,executores eſſe nequeunt, Clementina exiui de Paradyſo.de verborum ſignificatione.Si tamen adminiſtrationi annexa ſint quæ ſolo verbo poſſunt expediri,& cõſentire,vt commodè ſeparationem patiantur,poterit tale officiũ.quò ad illa adimplere mendicans ſiue minorita, xc. diſtincti. capitul.non ſatis.argumento l.vtile.ff.de reg iur. quodq; dicto capitulo. religioſus. videtur quoque tenere Bartholom.Nanius de Peruſi & Franciſ.Zabarel.cum quibus cæteri communiter tranſeunt & ibidem, numero vndecimo refert idem Capra.Similiter fallit in bannitis & damnatis qui per bannum & condemnationem perdiderunt bona. quæ ſunt confiſcata,ſecundum Bartolum dicto capitulo,Religioſus,quòd etiã vult.Bald.l.id quod pauperibus.C.de epiſ.& cleri.quia hi niſi ad actũ nudi miniſterij,puta quoad declarationem vel executionem aliquam faciendam non poſſunt eſſe executores,l.ex facto.§.ex facto.& ibidẽ. Iacob. de Arena.& Bartho.ff.ad Trebell.idem in l.cùm pater.§.hereditatem,ff.de legat.iij.& Bald.l.id quod pauperibus.quod communiter teneri ibidem,nu.20.refert Capra.

Executricem teſtamenti licet gloſſ.in l.tutela. ff.de tutelis, & gloſſ. in capitulo religioſus de teſtam.libro ſexto,dicant mulierem eſſe nõ poſſe verius tamen eſt,quod & conſuetudine obſeruatur, ſecundum Gulielmum Durandum in Specul.in titulo de inſtrumenti editione. §.nunc verò.verſiculo quod de muliere.executricem eſſe poſſe,iuxt. gloſſ.in l.vnica.§.pro ſecundo,C.de caducis tollendis,quod etiam tenet Baldus,in l.à filio in patr.ff.de aliment.& cibat.leg.& Ioannes An. in addi ad ſpeculatorem,d.§.nunc verò.quod de muliere,& Bald.in l. id quod pauperibus C.de epiſ.& cleri.dicit quod fœmina poteſt eſſe executrix,non ſolùm in negotiis,ſed etiam in iudiciis ad pias cauſas cùm habeat ſuo nomine actionem.Leges enim quæ repellunt mulieres à limine iudicij loquuntur quando non ſuo nomine habent actionem.& volunt fungi nudo miniſterio.l.qui aliena.§.quanquam,ff.de negociis geſt.ſecundum Bald.ibidem cum quo cæteros communiter tranſire refert ibidem.nu.45.Bened.Capra.

Executores teſtamentorum vniuerſales.quales ſunt illi qui dantur teſtamento per quod inſtituuntur pauperes, vel teſtator iubet bona ſua inter pauperes diſtribuere,per ſuos executores,nullo inſtituto herede,vim ac nomen heredum obtinent,vt videtur velle Specul.in tit.de inſtrument.editione.§.nunc vero verſ.ſed potes,& verſicu.& ſcias quòd ſequitur Barth. in l.alio. ff.de aliment, & cibar.legatis & Bald. in l.ſi quis ad declarandum , C.de epiſcopis & clericis vt notatur in cap.tibi, de teſtamentis. quod communiter teneri refert.Ben.dictus Capr.in tract.execut. vlt. voluntatum. membro iiij. numero quarto.

Executor teſtamento datus. non tantum cogendus eſt ſuſcipere tale officium,vt dixit Bald.in l.nulli.C. de epiſcopis & clericis.vt tenuit Azo.in ſumma,eod. titu.ſpecul.titu.de inſtrumento.editione.§. nunc vero. verſiculo. hoc etiam hodie niſi exequatur , perdit quod ei teſtamento quacumque contemplatione relictum fuerit. Anch.

de heredibus

de heredibus, & Falcid.§.in omnibus coll.j.& ibid.§.Si qui.in vltima quæſt.notat Iacob.de Beluiſo,ſecundum Bal.in l.prima. ff.de legat.ij. argumento,l.primę,neſcimus,& l.ſeq.ff.de excuſ.tutor.quod communiter teneri refert Bened.Capr.in tract.exec.vltim. volunt.memb.iiij. num.1 ,non tamen priuandus eſſet ſubſtitutione pupillari,cùm per eam ſuccedatur pupillo, non teſtatori, idem tenet Ang. d.l.j.ff.de leg. ij. Quod eſt verum quando talis executor poteſt officium acceptare, & exequi,aliàs verò non,puta ſi erit frater minor,quia relicto cuius capax eſt non priuatur, iux.l.ab adminiſtratione,C.de leg.ſecundum Bartolum.

Executor merus cui pro executione teſtamenti nihil fuit relictum, non cogitur tale officium acceptare,vt tenet Specul.tit.de inſtr.edit. §.nunc verò,verſ.hoc etiam quare,vt refert ibidem Io.Andr.in addit. idem tenuit Iaco.de Arena. Iaco.de Beluiſo.in Auct. de eccleſiaſt.titulis,§.ſi quis ædificatorem , coll.ix.& Barthol. in capit. religioſus de teſtam.libro ſexto , idem tenuit Dyn.& poſt eum Barto. l.prima.ff.de legat.ſecundo , per l.tertiam.§. tamen etſi,C.de arbitr.& l.ſi quis ſepulchrum , ff.de relig. & ſumpt.fune. quia cùm hoc officium ſicuti procuratorum priuatum ſit,ad id nemo inuitus compellitur,l.filiusfam.§.inuitus, ff.de procurator.l ij.§.quæritur.ff.de curat.bonis dando.quod dicta l.iij.videtur quoque tenere , Bal.& D.Ant.in c.locum de teſtamentis,quod communiter teneri refert Bened.Capra.in trac. execut.vltim.volunt.membr.quarto,nu.17.

Executor teſtamentarius ſi ei aliquid teſtamento relictum ſit cogitur cauſatiuè tale officium acceptare,aliàs priuatur relicto iuxt.Auct. de hered.& falcid.§.Si quis autem non adimplens,coll.j. Quod ſi moram vertat priuatur ſimiliter,et transfertur relictum lucrum cum poteſtate exequēdi in legitimum executorem,l.licet teſtator,C.de epiſ. & cler.quòd verum eſt, ſi executor tale relictum & officium non acceptaret, Aliàs ſi acceptaſſet , & monitus intra anni curſum non adminiſtrat priuatur relicto,iuxt.Auct.hoc amplius,C.de fideicommiſſis. Si autem bis fuerit monitus incontinenti perdit,ſi relictum ſit ad pias cauſas aliàs non,in lapſo anno,vt tenuit Iaco.de Belui.in d.Auct. de hered.& falcid.§.ſi quis autem, quem videtur ſequi Bald.in Auct. Hoc amplius.C de fideicommiſ.imò & tunc actione ex teſtamento conueniri poteſt vt exequatur, & tale officium acceptet , vt videtur tenere Specul.in d.§.Bal.in l.j.ff.de leg.ij.in qua reperitur ordinarius proceſſus, ſicut in cæteris actionibus,niſi ſi ad pias cauſas eſſet deputatus,quia tunc ſummariè procedi poſſit,vt videtur tenere Specul.in d.§.nunc verò,verſic.ſed quæritur, & Bald.in l.j.C de ſacroſ.eccleſ.& in l.hereditas,ff.de petit. heredit. hoc communiter teneri refert Bened.cap.in tract.execut.vlt.vol.memb.iiij.nu.42.

Executor teſtamento deputatus , cui teſtator centũ legauerit,quæ poſt aliquod tempus reſtitui voluit,cenſetur potius legatarius quàm nudus executor,l.ſumptus, ff.de donat.inter virum & vxorem , Bartholo l.ſi quis Titio , ff.de legat.j. licet etiam nudus miniſter cenſeri poſſit,ex eo quod nullum commodum percipit,tamen ex teſtamento contra heredem & poſſeſſores, vel hypothecam ſuo nomine agere & procuratorem conſtituere poteſt ante litis conteſtationem. vt ſentit Baldus l.id quod pauperibus,in vj.quæſtion,C.de epiſ.& cleri, & Specul.in tit.de inſtrumenti edit.§.nunc verò, verſic.ſed quo iure, quod ex Baldo d.loco,omnes communiter teneri refert Bened.in tractat.vltimæ volunt.memb.vj.nu.5.

Executor teſtamenti merus ac nudus, vel etiam mixtus,dummodò verus executor ſit,non poteſt agere contra heredes,licet bona recipere & diſtribuere poſſit, l.Lucius, §. Mæuia,ff.ad Trebell.quia ad rem diſtribuendam non vt perceptor neque vt legatarius,neque vt fideicommiſſarius venit,vt voluit gloſſ.l.ſi quis Titio, ff.de legatis ij. Quod procedit etiam ſi teſtator dicat , facio talem meum executorem,ad complendum omnia legata mea,vt tenuit Specul.in titulo de inſtrumenti editione,§.nunc verò , verſiculo notandum quoque eſt, & hoc communiter teneri refert in tract.execut.vltim. volu.membr. ſexto. numero vndecimo. Capr.quod tametſi regulariter eſt verum, tamen inter alia fallit in executoribus,ſeu miniſtris deputatis ad pias cauſas,iſti enim habent actionem ad exigendum relictum, ſecũdum Specul.§.nunc verò,verſ.& ſcias, quod tenet Iacob.de Arena,in trac. ſuo de execut.Cyn.in l.id quod pauperibus.C.de epiſc.& cler.Ioan. Andr.in addit.ad Specl.dicto §.nunc verò, verſic.& ſcias,& verſicu, ſed quòd iure , Bartolus dicta l.ſi quis Titio,& Baldus dict.l.id quod pauperibus,& l.nulli,C,de epiſcop.& cleric. idque hoc communiter teneri refert Capra,

Executori nudo ſiue mixto,ſi heres ſine ſatiſdatione ſoluerit non liberatur , ſed poterit ab illis conueniri quibus res ab executoribus erant diſtribuendæ,ſi eorum interſit,& ſi executores conueniunt,heres ita ſine exacta cautione ſoluens nihilominus non liberabitur, quod tamen ſi exegiſſet,eandem illis cedere ſufficeret,iux.gl.in l. Firmio.§.j.ff.quand.dies legat.ced.communiter approbatam,vt refert in tract.execu.vlt.volunt.membr.vj.nu.81.Capra.

Executores generales,ſiue vniuerſales,cùm loco heredis habeantur,niſi aliter ſatisfacere poſſent, poterunt quò commodius diſtributionem perficiant alienare vt tenuit Barth.in l.Alio.ff.de aliment.& cibar.legat.cum quo cæteri Doctores communiter tranſire refert ibidē.nu.85.ibidem Capr.iux.l.ſi quis ad declarandũ.C.de epiſc.& cler.

Executores qui habent poteſtatem vendendi à lege nihilominus tenentur requirere partem.l.à Diuo.§.ſi venditorem ff.de re iudicata iuxt.not.in l.ab executione.C.quorum appell.& ibidem per Cyn.ſecundum Barthol.in l.alio.ff.de aliment.& cibar.leg.& poteſt heres vēditionem,offerendo precium neceſſarium pro legatis,vel cauēdo intra terminum ſe daturum impedire.l.iij.C.de iure domin. impetran. & licet heres executioni vel diſtributioni interuenire poſſit etiam ſi executor nolit.l.legatum.ff.de vſu & vſuffruct.l.nulli.C.de epiſ.& cleric.ſecundum Spec.tit.de inſtrum. editio.§.nunc verò,verſi. Quod ſi heres dicit,quod eſt verum,& ibidem dicit Ioã. And.in add.ad Spec. niſi heres minaci vultu legatarios quib.vſuræ et malè ablata,reſtituenda ſunt,terreret,tamen executor poteſt diſtribuere herede abſente, vel contradicente,vel etiam venire vel adeſſe nolente , cùm executor fungi debeat ſuo officio , & ſecundum ſuam non heredis conſcientiam diſtribuere, vt patet. dicta l.nulli,ſecundum quod poſt Iacob.de Arena.ibidem voluit Bald.quod communiter teneri refert ibidem, numero.113.Capra.

Executores teſtamenti poſſunt vendere & alienare ſine bannimētis,ex quo alienant ex mandato heredis,ad ſimilitudinem procuratoris cum libera,qui etiam ſine bannimentis alienare poteſt.l.j.ff.de rebus eorum,& l.prima.Cod.quando Decret.opus non eſt.Bald.in l. & ſi ſine.ff.de minoribus,quod communiter tenet Barth.dicta l.& ſi ſine.& l.alio.ff.de aliment.& cibar.leg.refert in tract.vlt.vol.memb.vj. nu.117.idem Capra.

Executores teſtamentorum deputati ad diſtribuendum incerta & malè ablata,poſſunt liberè diſponere & diſtribuere,etiã abſque diœceſani interuentu ſiue conſenſu,& eo irrequiſito, ſicut & ipſe teſtator potuiſſet.c.cùm tu.De vſuris,xiiij.quæſt.xvij.cap.pen.& ſe .argumento.cap.religioſus,de teſtamen.libro ſexto,vt notat.Ioann.& Ber. cap.cùm ſit,de Iudæis.vt videtur velle Arch. dicto cap.religioſus. dicens,quòd epiſcopi de hoc ſe non debent intromittere, niſi in defectum,vbi non eſt aliquis à teſtatore præpoſitus,quod notat Hugo in cap.pudenda,xxviiij.quæſt.j.& refert Ioan.And.d.cap.religioſus, quã Archidiacon.opinionem,vt ſimpliciter veram non attento,quod cõtrarium æquitatem habere videatur, ſequitur Paul.in clement. j. de priuileg.et clemen.dudum.§.ſi verò de ſepult.et Ioan. Cald. vt refert in dicto cap.Religioſus,Laurent.remittens ad not per Lap.in capitulo primo,de pœnit.et Baldus in l.nulli. de epiſcop.et clericis eandem tenuit et Frider.de Senis in quadam diſputatione vt refert Angel. in diſputatione quæ incipit,Aſtenſis miles,quam communiter teneri refert ibidem nume.123.idem Capra,quod eſt verum ſi teſtator ſit Iudæus aut infidelis,quia cùm ſit de diſtributione ſuſpectus ,non poterit diſtribuere , nec executorem deputare, ſed ad epiſcopum ſpectat diſtributio,vt notat Hoſtienſ.in capitulo,cùm ſit. de Iudæis, niſi obſtaret conſtitutio Synodalis.

Executoribus pluribus datis,omnes agere exequi & cõueniri poſſunt,etiam ſi vnus ſolus in manibus omnia bona haberet.nec poſſunt inter ſe adminiſtrationem diuidere in præiudicium agere volētium. ſecundum Ioan.Andr.in addit.ad Speculatorem.tit. de inſtrumenti editione,§.nunc verò,ver.ſed nun quid,per c.religioſus, de teſtamen. lib.vj.Argumento.l.ij.ff.de adminiſtratione tutorum.quod licet regulariter ſit verum,inter alia tamē fallit quando alter eſſet abſens,quia tunc alij etiam eo non vocato nec expectato, quoniam longe abeſt, exequi poſſunt : ſecundum gloſſ.communiter approbatam. in dicto capit.Religioſus,aliàs non,item quia vocandus & expectandus eſſet vſque ad perfectionem termini præfixi,quo elapſo,alij exequi poterunt.dict.gloſſ.communiter approbata vt referr Capr.in tract.execut. vltim.volunt.memb.vj.numer.181.Similiter fallit quando certa executio & diſtributio eſſet facienda,vt ſi teſtator legauit certo pauperi certam quantitatem,quia tunc vnus ſolus poſſit exequi,& valet,licet malè faciat ſocios non requirendo,aliàs ſi diſtributio eſſet tacita, ſecùs eſſet,vt vult Speculat.tit.de inſtrumen.editione,§.nunc verò,verſic.quid ſi plures,quod etiam Iacob.de Arena.tenet,vt refert Bald.dicta l.nulli.C.de epiſcop.& clericis, & communiter tenetur vt refert ibidem,numer.185.idem Capra,quod eſt verum quando executores ſunt ſimpliciter deputati, quia tunc vnus ſine alio exequi nequit,niſi in caſibus ſpecialiter expreſſis.

Executores à iuſſu iudicis,vel epiſcopi infra annum exequi tenētur. aliàs in epiſcopum vel alium legitimũ executorē poteſtas exequendi transfertur,ſicut videtur velle Innocen.in capitul.vos quidam,& gl. in capitul.ſi heres iuſſa,De teſtamentis.& Iacob.de Arena in tractat. execut.per textum,in Auct.Hoc amplius,Cod. de fideicommiſſis,idque vtroque iure procedit.l.nulli.C.de epiſcop.& cleric. quod quoque verum in capitul.religioſus,de teſtament.libro ſexto,tenere Bartolus quod ex Baldo in lege id quod pauperibus. C.de epiſcopis & clericis communiter teneri refert Capra in tractat. execut. vltim. volunt.memb.vij.nu.2.

Executoribus currit annus, non tantùm à die monitionis, ſed à die ſcientiæ & potentiæ exequendi, vt tenet Bald. dicto capitulo, Religioſus. capitul. nos quidam, de teſtamen. niſi conſuetudine aliter contra conſtitutionem Epiſcopi interpretandum ſit, quod erit ſeruandum argumento l. ſi quis ignota. §. fi. cum l. ſequen. ff. ad Syllan. quod Bald. quoque in l. id quod pauperibus videtur tenere, Dicens annũ ignoranti non eminere, etiam ſi conſtitutio ad hæc non emanet de iure communi, quod communiter teneri refert in tractat. ex. vlt. volunt. membro vij. numero octauo, Capra, quod licet regulariter ita procedit, tamen inter alia fallit, quãdo ipſe Epiſcopus terminum anni prorogaſſet, quia tũc lapſo anno, poteſtas exequendi in ipſum non trãſfertur, vt videtur velle Bald. in l. nulli. C. de Epiſcop. & cleric. dicens, talem terminum prorogari poſſe. Idem tenet Barth. in dicto cap. Religioſus, per nota. in l. j. ff. de re iudic. cum quibus cæteros tranſire ibidem, nu. 12. refert Bened. Capr.

Executores teſtamentorum tenentur reddere rationes, heredibus præſentibus legatariis, cùm eorum interſit. l. prima, cum Auct. ibidem poſita. C. ſi vt ſe hereditat. abſti. vt videtur velle Speculat. titul. de inſtrum. edit. §. nunc verò, verſi. ſed an ſimplex, imò tenetur quoque legatariis quib. integrè ſolutum non eſt, eaſdem reddere, vt tenet Iaco. de Arena. in tract. execut. per l. fi. C. de auct. præſtan. vt refert Io. And. ibidem, in addit. ad Specul. cum quo communiter tranſire, Doctor, refert idem Capra in dicto tractatu. vltima volunt. membro octauo, numero 8.

Executores gratiarum exceptione ſibi oppoſita, quæ aut ſolam poteſtatem eorum, aut ſimul etiam gratiam reſpiciunt, ſi pronunciant ſe non executores, ob id non cenſebitur extincta gratia, etiam ſi non appelletur, licet poteſtas eorum dicatur extincta, iuxta gloſſ. notab. in cap. ſi ſibi, de conceſ. præbend. libro vj. quam tanquam communiter approbatam tenendam eſſe dicit Bened. Cap. regul. xxij. num. 25. addens rationem, qua contra rationes in contrarium adductas. d. gloſſ. ſaluari poſſit, quia (inquit) quando fertur ſententia ſuper acceſſorio, ratione deducti per modum cauſæ, quod continget principale negocium, non videtur obſtare exceptio rei iudicatæ, ſi poſtea principaliter in iudicium deducetur, vt not. per Innocent. in c. cum cum eccleſia, de cauſa poſſ. argumento. l. Si quis cum totum, §. ſi ancillam. ff. de except. rei iudic. ibidem nu. 26.

Executor teſtamenti legitimus eſt Epiſcopus loci in quo originem traxit teſtator, iuxt. l. nulli. C. de epiſcop. & cleric. quod videtur tenere Specul. d. tit. de inſtrumenti edit. §. nunc verò. verſ. quid ſi Epiſcop, & Bartholo. Nanius in c. Religioſus, de teſtam. lib. vj. & Io. And. in c. Ioannes, de teſt. & communiter tenetur, quod tamen ſua recipit limitationes, de quibus vide Benedict. Capr. in tract. execut. vlt. volunt, memb. viij. numero quinquageſimoſeptimo, & ſeq. purà ſi alibi natus alibi domicilium & bona habeat.

Executor datiuus, largè loquendo licet is, dicatur, qui datur à teſtatore, vel lege; ſtrictè tamen loquendo datiuus cenſetur ille qui datur per hominem viuentem & per iudicem vel alium iuriſdictionem habentem. lviij. diſtinct. §. fi. l. iij. ff. de aliment. & cibar. legat. l. j. & tertia. ff. de tuto. & curat. dand. ſecundum Barth. Nanium d. c. Religioſus, quod videtur velle quoque Specul. d. §. nunc verò, verſic. datum, cum quo cæteros communiter tranſire refert ibidem, numero 103. Capra.

EXEQVENDI poteſtas ſicut communiter ſpectat ad Epiſcopum & capitulum, tunc licet mortuo Epiſcopo poteſtas ad capitulum non transferatur, capit. poſtulaſti. de conceſ. præbend. capitulo fi. de ſupplend. neglig. prælat. vt tenet in addit. ad Speculat. Io. Andr. titulo de inſtrumenti edit. §. nunc verò, verſic. Item circa legitimos, tamen poteſtas exequendi quam habuit capitulum viuo Epiſcopo remanet apud ipſum, & in ea ſuccedit, cap. vtrum. ne ſede vacant. & poſito quod dicatur quod non ſuccedat in executionem, tamen ſuccedit in executorum compulſione quæ iuriſdictionis eſt, ca. is, quem, de maior. & obed. vt vult ibidem Ioan. And. in cap. Ioannes. in verbo, Diœceſanus. de teſtament. vbi dicit, quod licet negetur capitulum in officio legitimæ executionis ſuccedere, tamen ſuccedit in iuriſdictione compellendi, licet non ſuccedat in miniſterio conferendi, vt notatur, in cap. primo, ne ſede vacant. & capit. verum de for. competen, cum quo Doct. communiter tranſire refert Benedictus Capra in tracta. execut. vlt. volunt. membr. viij. numero quadrageſimooctauo, ſed Epiſcopo exiſtente infirmo vel abſente, capitulum exequi vel adimplere non poterit, argumento, c. quia diuerſ. de conceſ. præbend.

Exequi teſtamentum, mortuo, vel abſente, vel infirmo Epiſcopo, licet Archiepiſcopus non poſſit, niſi ob negligentiam Epiſcopi cum in certis duntaxat caſib. habeat iuriſdictionem in ſuos ſuffraganeos, iux. c. paſtoralis, de offic. ord. inter quos iſte caſus non eſt, Auct. de eccle. tit. §. ſi autem ſe. collat. ix. c. quæ diuerſitatem. c. poſtulaſti, de conceſſ. præbend. tamen iudex ſecularis prædictis caſib. rectè poteſt adimplere, & exequi vltimas voluntates, deficiente Epiſcopo ad quem primo loco ſpectat executio. l. hereditas, in fin. ff. de petit. hered. l. tertia, in princip. & §. j. ff. de aliment. & cibariis legat. l. nulli, §. cum autem. C. de epiſcopis & clericis, & dicta Auct. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi quis ædificationem. & §. ſi verò ſemel. & §. ſequenti, collatione nona, quod videtur tenere Vber. vt refert Speculat. dicto titulo de inſtrumenti edit. §. nunc verò, verſiculo ſed nunquid iudex. quod Bartholomeus Nanius dicto capitulo, religioſus tenet, per l. præſtans. C. de trans. l. j. & fin. C. de epiſ. audient. cum quibus reliquos tranſire in tractatu ex. vltim. volum. membr. viij. numero quinquageſimotertio, refert Capra.

EXCEPTIO ad proceſſum obiecta, concernens merita cauſæ circa quam actor ſe non fundat, & eſt exceptio litis finitæ, debet per excipientem probari, quia reus excipiẽdo fit actor, ſecùs ſi etiam ipſe actor ſe circa eam fundaret, quia tũc ipſi actori incumberet probatio, iuxt. l. ij. ff. de probat. & plenius notatur, in cap. Bonæ. ij. de cler. vnde ſi aliquis conueniretur quia hic contraxit, & ipſe declinando iuriſdictionem excipiat ſe non contraxiſſe, actor deberet probare, vt voluit Innocent. in capit. ſuper literis, de reſcript. & in cap. Romana. §. contrahentes, de for. competent. libro vj. Iacob. Butrig. in l. præſcriptionem. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam, & ita communiter contra Bart. & Gulielmum de Cuno, ibidem rectè teneri affirmat Bened. Capr. reg. xliiij. nu. 21.

Exceptiones certæ ſi reſcripto aut ſtatuto tollantur in ſpecie ſubiuncta generali clauſula, tunc non ſolùm expreſſæ, ſed etiam omnes aliæ ſimiles ſublatæ cenſentur iuxta communem. Sin autem generaliter reſcripto aut ſtatuto omnes exceptiones, præter talem & talem tollãtur, omnes aliæ quantumuis rationabiles cenſebuntur quoque iuxta communem ſublatæ, niſi exceptio opponẽda, drouenìat ex alio reſcripti aut ſtatuti capite, aut nullitas cauſetur ex defectu iuriſdictionis, aut imploretur officium iudicis, quia hæc non obſtante reſcripto, aut ſtatuto opponi poſſunt, niſi in illis vlterius diſpoſitum reperiatur, vt refert Benedict. Capr. reg. lj. nu. 10. 19. & 22. vide infrà in verbo Reſcriptum.

Exceptio nullitatis licet opponi non poſſit, Reſcripto aut ſtatuto volente, ne contra inſtrumenta vllæ exceptiones, præter talem opponantur, tamen exceptioni nullitatis & ſic iuriſdictionis, putà ſi inſtrumentum nullum aut falſum dicatur, iuxta communem Doct. ſententiam rectè opponi poterit, quemadmodum refert ac ſequitur reg. lj. numero decimonono, idem Benedictus Capr. Qua de re, vide infrà quoque in verbo Reſcriptum.

EXCOMMVNICATVS ex obligatione ſua in quam conuenerat, vt niſi intra præſtitutum diem ſolueret excõmunicatus eſſet, ipſo non veniente aut ſoluente, etiam ſi impeditus fuiſſet, excõmunicatus cenſebitur, iuxta text. expreſſum in cap. venerabilibus. §. idem eſt, de ſentent. excommu. libro ſexto, Videtur enim tunc iudex ſe referre ad contumaciam veram vel præſumptam, iuxt. not. in l. fi. ff. de reſtitut. in integrum, & capit. cum Bertholdus. de re iudic. ſed ſtatim atque conſtiterit, de impedimento, ſine difficultate veniret abſoluendus, vt voluit innocent. & communiter tenetur, iuxta. not. in cap. ſecundo, de teſtibus cog. & in cap. Odoardus. de ſolut. idque ſedere refert Benedictus Capra in concluſione dependente & ſequente tractatum ſuum prorogationis poſt regul. liiij. numer. vigeſimoprimo, quando excommunicatio foret contra certam perſonam. Aliàs ſi contra meritam perſonam, putà contra non ſoluentes collectam vel cenſum infrà certum tempus, tunc excommunicationis ſententia non niſi nolentes ſoluere, & non impotentes, ligabit: quia verba generalia ciuili modo intelligenda ſunt, argumento l. ſi tamen. ff. de ſeruitut. & c. ei cui. de præben. libro ſexto, quam ſenten. de impotentibus improbat idem Capra, nu. 23. putans eoſdem quoque excommunicatos, ſed oſtẽſa ſua penuria ſine difficultate abſoluẽdos, quæ vide ibid.

Excommunicationis ſententia non poteſt eſſe in ſuſpenſo, quãdo lata eſt purè, nam aut ſtatim ligat, aut ſtatim nulla eſt. c. paſtoralis, de appel. & not. ix. q. ij. c. j. nec à tempore actus geſti ligat, ob ſubſecutam ratihabitionem, quæ tamen in eo caſu operatur, vt ex illo ex tunc ligetur cùm ratũ habetur, non autẽ ex tunc cum negocium geſtũ fuit, quòd in excõmunicationis ſentẽtia ſpeciale eſt. c. licet. de ſent. exc. lib. vj. ſecundum Ioan. Andr. in gl. c. cum quis, eod. tit. lib. vj, cum quo cæteros tranſire refert Benedict. Capr. reg. lxxx. nu. 72.

Excommunicato communicãs ſcienter in caſibus à iure non permiſſis, nec in conſequentiam caſus permiſſi, etiam ſi per metũ participet, incurrit minorem excommunicationem, iuxta c. ſacris, De his quæ vi. quod locum habet non ſolùm, ſi participet in crimine, quo caſu etiam maiorem, excommunicationem incurrit, cap. ſi concubina, de ſentent. excommu. ſed etiam ſi communicet extra crimen, putà in locutione, conuiuio vel ſimilibus, propter quod incurrit minorem excommunicationem, prout voluit in d. cap. ſacris, Hoſtieſ. & Innoc. quod ſecundum Io. Andr. ibidem communiter tenetur, vt refert Bened. Capra lxxxj. nu. 8.

Excommunicato ſcienter communicans, licet ſecundum communem opinionem non incurrit mortale peccatum, ſed tantum veniale. Abb. & Io. And. in c. Sacris. De his quę vi. quemad. refert Benedict. Cap. reg. lxxxj. nu. 14. id tamẽ fallit, quãdo quis in contẽptu clauiũ, vel

ſpetioris,vel frequentius communicaret.aut particeps eſſet criminis aut communicaret in diuinis,aut ſi excommunicatus quis ſit cum cōmunicantibus & participibus,vt ibidem,num.ſeq.eſt videre.

Excommunicatus cùm dubitatur an ſententia excommunicationis valeat nec ne,licet tunc in actibus in quibus illi non præiudicatur,tutius ſit eum vitare,in aliis autem extraiudicialibus,vbi eius prę iudicium vertitur tutius eſt eum cum proteſtatione admittere, tamē ita admiſſus puta ad electionem ex futuro euentu pēdetur.Item eius vox & quod ipſe fecit valet ſecundum diſtinctionem gloſſ.in cap.ſolet.§.in ſecunda.de ſentent.excommun.lib.vj.& ibidem vult Innocēt & Ioan.And.& ita communiter teneri refert Benedictus Capr. reg. lxxxij.num.28.& 21.vide infrà Suſpenſus.

Excommunicatus licet ſecundum quoſdam teſtari non poſſit,iuxt. gloſſ.in cap.decernimus.de ſentent excommunic.& ibidem Ioan.An Garzi.Hoſt.& Petrus de Vndalla,idque ob periculum communicationis cum excommunicato,Auct.de priuileg.dot.hæret.mul.non præſtan.§.antepenult.& quia actus legitimi ei interdicuntur,d.cap.decernimus.& ſimilis deportatio habetur qui eſt inteſtabilis,l.cuius eui,§.j.fforum de teſtament,vt tenuit quoque Ioan.Monach,Cardinal. in cap.quanquam,de vſur.libro ſexto.tamen contraria opinio quam tenet Innocent.in cap.cum voluntate.de ſenten.excommunic.quem ſequitur Archidiac.in cap.pia.de excep.libro ſexto,& ibidē Petrus Ancha & Abb.Bellon.dicto ca.decernimus.& ibidem Ioā.And.Beluiſ.in auct.de ſanctiſ.epiſcop.§.omnibus verior eſt,& magis communis, vt refert Capr.regul.ciij.nu.174.vide.infrà Teſtamentum.

EXTENSIO in materia pœnali & correctoria ex identitate, rationis non eſt facienda,prout communiter notatur,in l.Si verò, §.de vno.ff.ſolut.matrim.Auct.Quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.& clemen.j.de elect.refert Benedictus Capra.regul.xc.nu.112.

Exemplaris ſubſtitutio.infrà ſubſtitutio.

## F

FALCIDIAM ac Trebellianam licet heres inuentariū conficiens poſſit regulariter detrahere Auct.de heredibus & Falc.§.ſi verò non fecerit inuent.collat.j. id tamē,inter alia fallit,quando teſtator detractionem alterutrius prohibuiſſet. Auct.Sed cùm teſtator.§.ſiverò expreſſum.C.ad l.Falcid.Bart.et Imol.in l. Marcellus.§.quod autem.ff.ad S.C. Treb.quos cōmuniter ſequuntur canoniſtæ,in c.Raynaldus.de teſtam.ſicut refert Bened,Capra reg.cx. nu.3. Similiter fallit ſi legatum factum aut relictum eſſet ad pias cauſas.vel pro redemptione captiuorum,quia, nō detrahetur Falcid. aut Trebelliana. Auct.de eccleſ.tit.§. ſin autem. collat.ix.quod et voluit Domin.Anton.in dicto capit.Raynaldus,communiter ab vtriuſque iuris Doctoribus, tenetur, per not.in cap,ſi pater,de teſtamen. libr.6, & Bald.in l.id quod pauperibus,C.de epiſcop.et cleric.quemadmodū quidem,nu.quinto,refert idem Capr.

Falcidia licet in eo quod pœnæ nomine per iudicis condemnationem poſt ſpecialem affectionem decedit vel accreſcit non detrahatur.l.cùm pater,cum l.ſeq.ff,ad l.Falcidiam,tametſi pœnæ nomine iuſſu teſtatoris relictum ſit,putà vt legatario contradicente alteri detur, tunc quia non tam pœna quàm legatum ſit,rectè detrahetur , prout voluerunt Innocent.Anchar.& Abbas dicto cap.Raynald.de teſtamē. quos ibidem Ioan.Andr.& Domin.Ant,ſequuntur quòd communiter quoque teneri ibidem refert,Benedictus Capra,nume.13.Falcid.non ſolùm non detrahitur niſi heres infra annum à die monitionis per iudicem facta legata exoluerit,ſed nec vllum ex teſtamento emolumentum capitur gloſ.in cap.Raynaldus de teſtamen.Bartol,in Auct.Hoc amplius.C.de fideicommiſſis.cap.ſi heredes.cap.nos quidem de teſtamentis,gloſſ.in Auct.de heredibus & Falcid.§.ſi quis non implens. quòd communiter teneri ibidem,numer,22.refert Capr.quod eſt verum,niſi aliud tempus infrà quod voluntati ſatisfaciendum ſit teſtator præfixerit,quia illud tunc obſeruabitur iuxt.l,ſtatulibero.§,herede ff.de ſtatu libeto.l.fin.§.Sin autem.C.de iure delibe.prout d. cap. nos quidem.voluerunt Anch.Imol.D.Nicol.& communiter Doctores, vt ibidem numero,28,refert Capra.

FEVDVM ſi irrequiſito domino alienetur,ſiue nouum ſit, ſiue antiquum,ad dominū reuertetur.gloſſ.in c.j.§.j.de ſucceſ. feud. quod procedit etiam ſi alienatum fuiſſet ſaluo iure domini,prout voluit Bald,in cap.j.§.fin.Quæ ſit prim.cauſa beneficij amitt.idem Bald. in l,ij.C.de iure emphyt.iuxt.text.c.ex parte tua,de de feud. & id ex Bald, verum & cōmuniter teneri refert Benedict.Capr. regu.lxxvij.nu.35.

Feudum ciuitatis vel caſtri vacantis, per Papam vel Principē conceſſum,perinde vt etiam alia quælibet beneficia latiſſime venit interpretandum,ita vt etiam ſi id expreſſum non ſit tam iuriſdictio quàm caſtra,pagi,vel villæ,quæ ſubſunt tali ciuitati vel caſtro,aut in eius diſtrictu & comitatu ſita ſunt,conceſſa cenſeantur, argumento l.fin. ff.de conſtitutio,lege.ſi quando & ibid.Bartol.C.de bonis vacantibus lib.x.l.j.§.initio.ff.de offic.præfect.vrbis.cap.cùm dilecti,in fin.& ibid gloſſ.de donat.& gloſſ.in capi.cùm olim.de verborum ſignific.quod Barto.& Doctores in prædict.locis communiter tenere refert Bened. Capr.reg.cij.numer.3.

FIDEIVSSOR tutoris qui patitur nomen ſuum apud acta ſcribi niſi præſens contradicat,perinde iuxta communem tenebitur ac ſi ſtipulatio interceſſiſſet vt refert Benedictus Capra. reg,lvj. num. 18.vide infrà Tutor.

FILIVSFAMILIAS licet cum patris conſenſu.exceptis caſtrenſibus vel quaſi teſtari non poſsit.ſecundum Ioannem Andream, in cap.ſi pater,de teſtamen libro ſexto.quia teſtamentum cùm ſit publici iuris non poteſt pendere ex alieno arbitrio.l.vlla inſtitutio. ff.de hered.inſtit.l.receptum.ff.communia prædiorum.l.captatorias. C. de teſt.milit.cum quo videtur reſidere Zerzell.Ioann.de Fantiniis Anch Imol.in cap.licet,de ſepultur.libro ſexto,& Bald.in l.prima. C. de ſacroſanct.eccleſ.& ita communiter teneri refert Benedictus regul.ciij. nume.62.concerdant tamen communiter in eo quod patris conſenſu mortis cauſa donare poſsit pro anima,quia donatio talis ſapiat naturam contractus l.ſecunda,in princ.de dot.prεleg.Benedict.ibidem, nume.57.nec deſunt qui eum pro anima quoque teſtari poſſe contēdunt,inter quos Frider.de Senis,Imol.Domini .Bart. & Bal. ibidem numerat.idque per diuerſitatem iuris ciuilis & Canonici conciliari poſſe putat,ibidem.

FOEMINA tametſi,ſecundum gloſſ.in l.tutela.ff.de tutelis, & gloſſ.in cap.Religioſus,de teſtamen.lib.ſexto.executrix teſtamenti eſſe de iure nequeat,verius tamen eſt, quod & conſuetudine obſeruatur,ſecundum Speculat titul.de inſtrumentorum editione.§.nunc verò,verſicul.quod de muliere,& ibidem Ioānes Andreas.in addit.quod de iure eſſe poſsit,iuxta gloſſ.in l.vnica.§. pro ſecundo. C.de cad.toll. quod Bald.l.filio in prin.ff.de alimen.& cibar.legat.et in l id quod.pauperibus.C.de epiſcop.& cleric.ſequi videtur, vbi dicit quòd fœmina non tantùm in negociis ſed etiam in iudiciis ad pias cauſas cum ſuo nomine habeat actionem,poſsit eſſe executrix,nam leges quæ repellunt fœminas à limine iudicij loquuntur,quando non ſuo nomine habeant actionem,ſed nudo volūt fungi miniſterio,iuxta l.qui aliena.§, quanquam.ff.de nego,geſt.cum quo cæteros tranſire refert Benedict. Capr.in tractat execut.vltimarum voluntatum,memb.ſecundo,num quadrageſimoquinto,poſt regulas poſito.

FORENSIS cōtra pœnam ſtatuti aliquid quod & legibus prohibitum inuenitur dāmnantis,non meretur ex cap. iuſtæ ignorantiæ reſtitutionem,communem refert Benedictus Capra.concluſio.quinta,nu.35.vide infrà Statutum, quia eſt in ſupina ignorantia. Idem ſi ſtatuto prohibita ſunt quæ etiam in vicinis locis prohibita inueniuntur,ibidem num,37.& in verbo Statutum.

FRVGVM ſterilitatis vnius anni cum vbertate præcedentis vel ſequentis anni,etiam interpellati & mediati,compenſatio iuxta probabiliorem,veriorem,& communem Doctorum ſententiam,facienda eſt vt voluit Hoſtien.in ſumma titul.de locato.§.quæ actionis verſic. ſit,autem.ſecundum Imolam dicto capitulo, propter, quod verum eſſe ac procedere refert Bened.Capra regul.88.num.52.quando anni ſterilitatis & fertilitatis cōprehenduntur ſub vna,ac eadem locatione ſecùs autem ſi ſub diuerſis locationibus contineretur,non obſtante quod vtraque locatio inter eaſdem perſonas,ac de iiſdem prædiis,facta foret,vt voluit Baldus in l.licet.C.locati,& Imol. in dicto capitul. propter eodem titul.ex quo enim ſeparatæ atque diuerſę ſunt,non licet de vna ad aliam referre Argumento l.final,ff.de calumniat.l.Papinianus exuli.ff.de minoribus,vt vult Imol.in capitul.per venerabilem Qui filij ſint legit.

Frugum vbertas vnius anni per caſum fortuitum,vltra duplū vel dimidium eius quod percipi conſueuit,proueniens,perinde augmētum penſionis parit atque ſterilitas diminutionem,vt voluit Ioannes Andreas in capitu.propter,de locato.& gloſſ.in l,ſi merces. §.vis maior.ff.locati.quam ſequuntur communiter Doctores contra Cynum vt refert Benedictus Capra reg. octuageſimaoctaua, num. 57. & ſequent.vide ſupra Penſio.

FVRIOSVS vel mēte captus,licet non poſsit teſtari,ne quidē ad pias cauſas.l.furioſ.C.qui teſt.fac poſ. capitulo fina. ff.de ſucceſ. ab inteſtato,idque procedit etiam ſi ſtatuto contrarium diſponeretur,nam cùm talis defectus à natura proueniat, non poteſt per ius poſitiuum tolli,per id quod dicitur,in §.ſed naturalia,inſtitut.de iur. nat.gent.& ciuil.tamen ſi dilucida interualla habuiſſet, ita vt vel ante defectum mentis vel reueniēte ſana mente,teſtatus doceatur valebit teſtamentum d.l.furioſum.& l.j.§.exigit,ff.de bonor poſſeſſion. ſecundum tabulas l.prima.C.de ſacroſanct.eccleſ.quod verum eſt,ſi ante ſuperuenientem furorem teſtamentum perfeciſſet.quia ſuperueniente vel recurrente ante perfectionem furore,etiamſi ad pias cauſas teſtaretur nil valeret, vt voluit Petrus Ancharan. cap. quia ingeſſa,de teſtamen.ſecundum quem teſtamentum imperfectum ne quidē inter liberos valebit.et not.in l.fina.C.famil.erciſ.l.ſi his.l.ex ea. §. de teſtam.quia fauorabilior eſt cauſa filiorum quàm eccleſiarum,xv ij.

quæſtio.iiij.capitu.fin.l.& not in l.ſi quis ad declarandum.C.de epiſ. & clericis & ita ſecundum Imolam dicto capit.ingreſſi,de quo per Bartolum,dicta l.in teſtamento.ff.de fideicommiſſ. libert.communiter teneri refert Benedictus Capra reg.ciij.num.15.

Furioſo perinde atque mente capto, modò furor breuis ac freneſi ſimilis non ſit,exemplariter ſubſtitui poſſe, dicit Imola,in capitulo, Raynutius de teſtament.per textum,& gloſſ.l.final.§.primo. Cod.de curat.furioſ.& l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtitutionibus. l. ex facto,verſicul.nam etſi furioſo.ff.de vulgar.& pupill.quod cōmuniter teneri refert Benedictus Capra in tractat. ſubſtitutionum poſt regulas poſito ſpecie tertia,numero quadrageſimoprimo.

## G

GESTA per procuratorem reuocatum & certioratum licet regulariter non valeant,nec domino præiudicent.c.ex inſinuatione,cap. in noſtra, de procurat.id tamen fallit ſi eiuſmodi reuocationem ignoraſſet iudex vel aduerſarius,aut ſi aliter quàm per viam inſinuationis reſciuiſſent,vti cōmuniter,adhibita tamen Bartoli diſtinctione,teneri refert Benedictus Capra regula quinquageſimaoctaua, numero tertio,& regula quinquageſimanona,nume.ſecundo,tertio, & ſexto, quod tamen fallit,ſi per procuratorem,iudicem,vel aduerſarium malicioſe fieret quo minus intimatio ad eos vel alterutrum eorum perueniret,& ita communiter teneri refert ibidem numero decimo. Et ſi ſoli iudici,non etiam parti certioratum eſſet,geſta poſt reuocationem ipſo iure nulla eſſent.quia iudex ſcientiæ contra perſonam non legitimam ſententiam tuliſſe diceretur.Si autem ſolij parti, tunc ope exceptionis geſta infringerentur,& id ſimiliter communiter teneri refert ibidem numer.trigeſimoquinto Capra,vnde de his allegationibus infrà Procurator.

GRATIARVM executores ſi oppoſita ſibi exceptione, quæ non tantùm eorum Poteſtatem,ſed etiam ipſam gratiam reſpiciat,ſe incompetentes,vel non eſſe executores pronunciarint,gratia non extinguitur,etiam ſi appellatum non ſit,licet omiſſa appellatione corū poteſtas extincta cenſeatur iuxta,gloſ.notab.in capitulo,ſi ſoli.de cōceſ.præbend.libro ſexto,communiter approbatam,vt refert ac ſequitur Benedictus Capra regula vigeſimaſecunda, numero vigeſimoquinto,& ſequent.vide ſupra in verbo Executor.

GRATIÆ plures ſi quando emanent in eadem eccleſia nulla appoſita clauſula.tunc ſi ambæ referantur ad idem beneficium expreſſe,vel quò ad mentem,ſecunda gratia non valebit propter ſurreptionem.c.ad audientiam,de reſcript.c.ex parte prima, de offic. delegat. aut non referuntur ad idem beneficium ſaltem quò ad mentem.putà ſi mandetur prouideri vtrique de præbenda proximé vacatura, & tunc aut ſecunda gratia emanat prima pendente.& non valet propter ipſam pendentiam & grauamen,in quo communiter concordare Doctor.affirmat Benedictus regul.lij. numero trigeſimotertio Aut prima executioni mandata emanat ſecunda,et iuxt. communē. opinionem ſimiliter non valebit quoque ſecunda, quod videtur procedere & ibidem,numero vigeſimoquarto,dicit idem Capr. etiam ſi ſecunda emanet proprio motu,vt not.in capitulo,motu proprio,de præbend.libro ſexto,& hoc tenet Ioan.Cald.& Dom.Anton.in capitulo mandatum,de reſcript.Bened.Capr.nu.25.

## H

HERES ex delicto defuncti, etiamſi ex ipſo delicto nihil ad eum peruenerit,& lis cum defuncto non fuerit conteſtata, dummodo alia bona defuncti ad eū peruenerint,iure canonico tenetur, & ideo poterit cōpelli vt hoc ex bonis defuncti ſatisfaciat vt voluit gloſſ.in capitul.Parochiano, de ſepult.& gloſſ.prima.quæſt.iiij.§.item pacto. glol.in capitul.in literis.de raptoribus.& gloſ.xiiij. quæſtion.ij.capit. ſanè.& xij.quæſtion.ij.capitul.epiſcopus qui filios & xvj.quæſtion.ij. cap.ſi epiſcopus.& ita communiter teneri refert Benedictus Capra regula ſexageſimaſeprima,num.1.& 10.quod maximè procedere dicit,quando defunctus fuiſſet confeſſus,ſeu penituiſſet,ac fuiſſet abſolutus,licet verius ſit quod communis procedat etiam ſi defunctus non penituerit,vt eſt ibidem videre.nume.15.

Heres legantis res alienas licet regulariter de euictione non teneatur,iuxta not.in l.cùm alienum.Cod.de legatis., & in capitulo, filius de teſtament.id tamen inter alia fallit,quando legaretur res aliena in genere ex natura ſeu qualitate ipſius rei.l.qui concubinam.§.ſi heres ff.de legat.tertio.& ibidem gloſſ.& Bartolus,quia ſi tunc legatario res euinceretur,tenetur de euictione heres,cùm obligatus in genere teneatur rem facere accipientis.l.ſi ſubſtituto.§. heres.ff.de legat. primo,argumento.l.ex empto.in princip.ff.de action.empti.quod verū eſſe & communiter teneri refert Benedictus Capra regula centeſima ſeptima.numero tertio quod verum eſt,niſi legaretur quid incerti ex pluribus certis,putà vnus ex pluribus ſeruis quia illud legatum æquiparabitur legato ſpeciei.l.in ratione.§.diligenter & §.ſequen.ff.ad l.Falcidiam.Quo caſu tamen ad hoc,vt heres de euictione teneatur, legatario incumbit,vt ante litem abs ſe conteſtatam,cùm magis de lucro captando quam de damno vitando videatur ſollicitus.litē motam legitimè denunciet ſecundum gloſſam,in capitul.ſi rem.§. fin.ff. de euict.& gloſſ.in l.qui concubinam.§.ſi heres.ff.de legatis iij.& ibidem Dynum,& Bartolum,quod ſequitur Cyn.in l.emptor.C.de euict. & Domin.Nicolaus conſilio quod incipit videtur primo dictū.& illa communiter teneri refert.nume.25.Bened.Capra.

Heres niſi infra anni tempus legata integraliter ſoluerit licet nō tantùm Falcidia,ſed etiam commodo priuatur ſecundum gloſſam.in cap. Raynaldus in verbo legitimum, de teſtament. & Auct.hoc amplius.C.de fideicommiſſ.& capitul. ſi heredes, de teſtament. qui annus incipit currere à die factæ monitionis,per iudicem dict.Auct.hoc amplius.& ibidem Bartolus,capitul.nos quidem de teſtamentis. glo. in Auct.de hered.et Falcid.§.ſi quis non implens,& ita communiter teneri refert Benedictus Capra regula centeſimadecima,numero vigeſimoſecundo,id tamen inter alia fallit,niſi aliud tempus à teſtatore foret præfixum ad implendam eius voluntatem,quia tunc illud eſſet attendendum,per notat.in l.ſtatulibero.§.heredi.ff.de ſtatuliberis. l.final.§.ſin autem C.de iure deliberandi.prout voluit dicto capitul. nos quidem.Petrus de Ancharan.Imol.Domin.Nicol.& communiter Doctor vt refert ibidem,nu.vigeſimooctauo Benedictus.

Hæres inſtitutus moriendo ius deliberandi ad ſuum heredem,iuxta formam.l.cum antiquioribus.C.de iure deliberandi.tranſmittens, ſi eius heres ex iure deliberandi velit hereditatem adire excluditur ſubſtitutus,ſicut notabiliter voluit Bartolus in l.prima,ff. de vulg. et pupill.ſubſtit.per l.ſi pater.et l.cum proponas.C.de hered.inſtit.argumento.l.ſi quis filium.§.primo.et §.cum principio.ff.de acquirendi. hered ſecundum Imolam in capitulo,Raynutius de teſtament.quod ſequitur Bald.dicta l.cum antiquioribus,et in l.cùm proponas,et ita quicquid dicat dicta l.prima Angelus,communiter teneri refert Benedictus Capr in tractat.ſubſtitut.poſt regulas poſito.ſpecie.j.nu.46.

HEREDITATIS vel legatorum priuatio non ob quam uis, ſed tantùm ob grauem iniuriam inducitur per not in l.tertia.ff.de adimend.legat ſecundum Imolam capitulo,Raynutius de teſtamentis.& ita communiter teneri refert Benedictus Capra in tractat.ſubſtitut.poſt regul.poſito, ſpecie ij.numero 134.

HOMO liber licet ob cauſam ciuilem vel à criminalem priuata perſona capi aut detineri non poſſit.tamen inter alias multas fallentias,ſi quis in flagranti crimine ob quod pœna capitalis vel corporalis infligi poſſit,reperiatur poterit capi,ac detineri ad viginti horas,intra quas ad iudicem deducendus erit,communem refert Benedictus Capra reg.ſeptuageſima quinta,numer. decimo,vide ſuprà in verbo Carcer.

## I

IGNORANTIA facti proprij licet non ſit probabilis non excuſat l. quanquam. ff. ad Velleia.l.item quæritur.§.ſi falſo.ff.locati.capitul. ab excōmunicato de reſcrip.& vtrobique not.id tamen fallit inter alia ſi factum proprium valde intricatum eſſet,ita quod de facili memoriæ mandari non poſſit,eo enim caſu probabilis eſt,& toleratur l.emptor.§.Lucius.ff.de pactis l.fideicommi.& ibidem Barto, ff.de confeſſ.& Bartol.in l.ſi quis.ff.de nouationibus.gloſſ.in capitu. excommunicato.de reſcrip.& ibidem cōmuniter Canoniſtæ tenent. vt Bartol.in l.non fatetur.ff.de confeſſ.vt refert Benedictus Capra regula ſeptuageſimanona,nu.ſecundo.

INFAMIA ob dolum non autem ob latam culpam irrogari ſolet.§.ſuſpectus,inſtitut.de ſuſpect.tut.& ibidem gloſſ.in l. prima.ff.ſi menſor falſ.mod.dix & gloſſ in l.in actionibus.ff.de in litem iurand. & l.quod Nerua.ff.depoſiti,& ita communiter teneri refert Benedictus Capra,regula ſeptuageſimaoctaua,nu.33.quod verum eſt,niſi ob dolum irrogaretur infamia ipſo facto, tunc enim lata culpa dolo æquiparatur,iuxt.tex.& gloſſ.in l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui not.infam.vide ſuprà Culpa.

INFANTES & furioſi dilucida interualla habentes,& ſimiles perſonæ in quibus non cadit delictum,ſi eorum nomine committatur delictum tempore infantiæ & furoris,non poteſt id vbi maior factus fuerit vel ad mentem redierit ratum habere:ad hoc enim vt ratihabitatio poſſit operari,id eſt retrotrahi et mandato comparari,requiruntur extrema habilia,tempus verò quo actus geſtus,vt ratihabitionis,quare & communiter Doctor.concludunt.ſecundum Ioannē Andream,et Domin.Nicol.in capitu. primo,de conuerſi.infid. vxorē poſt mortem mariti in ipſius mortem nō potuiſſe.machinari nec machinationem ratam habere.ſi furioſa extiterit,vt dicit Benedict.Capr

regula quinquageſimaquarta numero ſexageſimo, vide infrà Ratihabitio,ex quo multos caſus ſimiles decidi poſſe dicit.

IMPVBES ſiue pupillus licet teſtari non poſſit,vt ne quidem ad pias cauſas.l.qua ætate.ff.de teſtamen.capitu ſi pater,de teſt.libro ſexto,ſecundum Imol.in capitul.quia ingreſſa,eodem titulo, etiam ſi ſit ſagax & malitia ſuppleat ætatem, idque ob defectum naturalem, qui ſecundum Ancharan. dicto capitulo, qui ingreſſo. ſtatuto tolli nequit,tamen ſtatuto diſponente,quod talis pubertati proximus ac ſagax teſtari poſſit,obtinebit teſtamentum,quia talis defectus,ſecũdum Bart.in l.ſi quæramus.ff.de teſtament.ſtatuto tolli poteſt, vt tenet ibidem Angel. per id quod habetur,in d.l.ſi.C.de teſtament.milit.cum quibus Doctor.communiter tranſire refert Benedictus Capra regu'c.iij.numero.30.

INIVRIA non quælibet,ſed grauis inducit priuationem legati vel hereditatis.l.tertia. ff.de adimend. legat. ſecundum Imol.in capitulo Raynutius, de teſtament. & ita communiter teneri refert Benedictus Capra in tract. ſubſtitut. poſt regul. poſito, ſpecie ſecunda,numer.134.

INSTITORIS reuocatio vt valeat & efficax ſit,fieri debet publicè & palàm,in loco vbi præpoſitus eſt,aliàs per eum geſta tenerent in præiudicium domini.l.ſed ſi pupillus. §.pr ſcribere.ff.de inſtitut.ſecundum Ioannem Andream,ex mente domini ſui,in cap. ex parte Decani.& ibidem Domin.Nicolaus de reſcript,quod etiam voluit Martinus Silliman.& refert Lauda.in clemen. vna de renunt. & Bartol.in l.vna.C.de ſatiſdat. & ita communiter teneri refert Benedictus Capra regula quinquageſimaoctaua,nu.24.

INSTRVMENTA confeſſionata mandãtur executioni,nec opponi poteſt aliqua exceptio præter ſolutionem, ſi ſtatuto id inducatur,idque etiam in inſtrumentis ante tale ſtatutum factis locũ habebit,iuxt.communem ac receptam Doctor.ſententiam, vt refert Benedictus Capra regula ſexta,numero quinquageſimo ſecũdo,qua de re vide ſuprà Conſtitutio.

Inſtrumentum publicum ſi ſtatuto inducatur, quòd ſine libello executioni mandari debeat,contra Bartoli ſententiam,iuxta receptã Canoniſtarum opinionem non ligat clericos, & firmat Benedictus Capra regula dcimaquinta, numero qnadrageſimoprimo. Qua de re vide infrà in verbo Statutum.

Inſtrumentò,ſi ſtatuto inducatur ne vlla exceptio obiiciatur,pręter talem aut talem,nulla alia exceptio iuxta communem obiici potetit,niſi ex alio capite ipſius ſtatuti proueniret, aut inſtrumentum falſum eſſet,quia tametſi exceptio nullitatis cenſeatur quoque ſublata,tamen exceptio nullitatis proueniẽs ex defectu nullitatis,& ſic iuriſdictionis,iuxt.communem Doctorum opinionem eſt admittẽda.Similiter poteſt contra inſtrumentum tale implorari officiũ Iudicis,non obſtante tali ſtatuto, quemadmodum refert Benedictus Capra regula quinquageſimaprima,numero decimonono,& vigeſimoſecundo,vide infrà in verbo ſtatutum.

INTERPRETATIO omnium excedentium ius cõmune ſtrictè eſt facienda, vt dicunt Archi.& Dominic.in cap.quamuis, de præbend, lib.vj.Domin. Nicol.in cap.Rodolphus.xxij.quæſt.ij. cap. hoc tamen.& cap.tua, de decimis.idque præcipuè cùm de præiudicio tertij agitur,argumento.l.ij.§.meritò,& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publico,ſecũdum Bart.in l.ſi quãdo. C.de bonis vacãt libro decimo.Innocent.Abb.& Ioan.And.in cap.cum dilecti, & donat.& Bart.in l.ſi finita.§.ex hoc edicto.ff.de damno. infect. & in l.ſi. ff.de conſtit.princip.Compoſtel.in cap.cauſam quæ de reſcript. cap. cæterùm.de vſu pallij, quod per Canoniſtas & Legiſtas communiter teneri refert Benedictus Capra regul.cij.numero decimoſexto,& numer. ſeq.monet interpretationes non calumnioſè eſſe faciendas. iuxt.cap.in iis de preuileg.& cap.fin.de tranſlat.prælatorum.

IVDEX ſecularis mortuo epiſcopo, vel abſente, vel ægroto, quia legitimus eſt teſtamenti executor,iux.communem poterit exequi, et vltimam voluntatem adimplere, de qua re vidé ſupra in verbo Executores.

Iudex ſequendo in iudicando conſcientiam ex actis informatam contra propriam priuatam cõnſcientiam, non peccat. propriam eĩ deponere poteſt non ſolùm in abſoluendo, ſed etiam in condemnandò. vt voluit gloſſ. in cap. j.de off. ordin. et Bart. in l.Illicitas.§. veritas.ff.de off.præſid.cap.ſi ſacerdos.de off. ordin. cap.paſtoralis.§. quia vero.de offic. deleg.vbi Imol.hanc communem dicit.et tametſi Benedictus Capra regula trigeſimaſecunda, numero octauo. ita communiter ſecundum Theologos et Canoniſtas excepto Calderino et Dom.Anton.teneri aſſerit. id tamen dicit fallere in cauſa criminali,ſi non in abſoluendo,ſaltem in condemnãdo,quia ibi tractatur de executione irreparabili. quod & Domin.Nicolao dicto capit. primo. de offic. ordin. placet. Similiter fallit in iudice ſupremo qui, non ligatur iuribus poſitiuis, quare veritatẽ ſequi debet argumento eius quod habetur. in l.j.in fi.ff. de quæſtionibus. vt dicit Cyn.l.j.C. vt que deſunt. id fallit quoque ſi contrarium eſſet planè notorium, aut iudex vt priuatus certiſsmam haberet conſcientiam, quam ſequendo acta deponere non poſſet,quo caſu ne contra conſcientiam peccet, à iudicando abſtinere potius debet de ,quibus ſingulis, nu. 9.& ſeq vſque ad finem regulæ ipſum conſule Capram.

Iudex habens conſcientiam priuatam & non ex actis informatã, cõtra reũ, etiam ſi accuſator nil probet, non debet eundem abſoluere definitiuè, prout dicit Bal.in c.paſtoralis.§.quia vero.de off.deleg.ſed tantũ ab obſeruatione iudicij. ſecun.D. Ant.in c.j.de off.ord. quod procedit quando non fuiſſet aliquis terminus ad probandum accuſatori aſsignatus. aliàs quando fuiſſet aſsignatus accuſatori terminus probandi, nec probauit, tunc ſecundũ cõmunem tenetur ipſum reum definitiuè abſoluere, iuxta not. in l.properandũ. §.j. C.de iud.& Imo.d.c.j. de off.ord. quod ibidẽ videtur ſequi.D.Nicol vt refert idem Benedict.Capr.regul.xxxij.nu.32.& ſequent.

Iudices remoti conſenſu actoris & rei literis impetratis ſiue reſcripto poſſunt dari vltra vnam vel duas dietas, quod cõmuniter teneri & in practica obſeruari refert.Benedictus Capra regul. quinquageſimatertia,numero decimotertio, vide infra Reſcriptum.

Iudex ſi forma ſtatuti diſponatur, vt teneatur cõmittere cauſam conſilio ſapientis, ſi partes vel aliqua ipſarum id velit, valet& tenet, modo iudex habeat iuriſdictionem & poteſtatem ab ipſis ſtatuentibus, ſecus autem ſi à ſuperiore niſi & is tale ſtatutum confirmaſſet quo caſu ſimiliter teneretur ad obſeruantiam ſtatuti, cõmunem refert Benedictus Capra regula vigeſimaoctaua, numero trigeſimoſexto,& ſequent.vide infra in verbo Statutum, per id quod habetur in clement.ne Romani.de elect. & ſtante tali ſtatuto,ſi iudex dicat, pronumtio ſecundum conſiliũ quod dicit reum abſoluendum, valebit talis ſententia, non ſolùm ſi conſiliũ redditum ſit ſuper interlocutoria, vt tennuit Ioannes Andreas,in additio.ad Speculatorem, tit.de excep..§.viſo.verſic.porrò,ſed etiam ſi ſit redditum ſuper definitiua,vt tenuit Cyn.in l.prima.C.ſi aduerſ.libert.licet Bartolus, ibidem & Ioan.And in dicta addit. aliud voluerit.ſed male, cùm verba ſententiæ intelligi debeant ſecundũ mentẽ conſulentis,quæ talis fuit vt abſolui debeat. Argumento capit.intelligentia, & capitul.in his, de verborum ſignificatione,ſecun.Imolam,in capit.ſi pro debilitate. de off.delegat.cum quo communiter recentiores tranſire refert Benedictus Capra,regula 208.nu.39.vbi ex Imola monet,tutius eſſe vt iudex pronuntiet ſic pronuntio ſecundum formam conſilij & ſic abſoluo vt in eo continetur.de quibus,in l.j.§.ſi quis ita .ff. de verb.ſig.

Iudex vt quis ſi aut eſſe poſsit,an ſufficiat annum ante quem iudex eſſe nequeat iam cœptum eſſe,an oporteat eum eſſe completum,vide ſuprà in verbo Minor,& Bened.Capra reg.xxx.num.22.&.ſeq.

Iudex licet neminem regulariter ſine accuſatore condemnare debeat,tamen inter alias multas fallentias, quando generali inquiſitione contra malefactores procedit,& aliquem ſuſpectum ac culpabilem reperiat,poterit ſpeciali inquiſitione contra eundem procedere, & criminis conuictum punire,communem refert Bened. Capr.reg. lxxiiij.num.9.ſupra Accuſator.

IVDICES ordinarij plures conſtituti tam in temporalib.quàm ſpiritualib,habẽt iuriſdictionem & exercitium inſolidum,adeò quòd, quilibet eorum iuſdictionem datam exercere poſſit, prout vult gl.in cap.prudentiam,de offic.deleg.per capitulum,loquitur. xxiiij.q. j. & cap.j.de iure patron.& l.ſi libertus.ff.de bonis libert.in fin.& l.viæ.ff. de ſeruit.l.ſi ſepuchrũ.C.de religioſis.l.j.§.ſi vſusfructus. ff.ad l.Falci. quam communiter teneri aſſerit Bened.Capra reg.xxvij.nu.4.quod tamen fallit,ſi iuriſdictio ordinaria daretur pluribus non vt ſingulis, ſed vt collegio, quia tunc collegium & non ſinguli dicantur habere iuriſdictionem,in cap.irrefragabili.de officio.ordin.vt not.per.glo.in c.vt officium,de hæret.lib.vj.vt voluit Inno. & Io.Andr. in cap.prudentiam,de offic deleg.& Bart. in l.ſi vni, aliàs Pomponius. ff. de re iudic.& id ſimiliter cõmuniter teneri dicit ibidem,nu.5.idem Bened. Capra.Similiter fallit quando aliud reperiretur expreſſè in iure cautum,vel aliud eſſet dictum per dantes plures ordinarios. Item ſi ipſi ordinarij ſimul incepiſſent exercere iuriſdictionem, vel ſi procederent circa actum per quem finiretur eorum iuriſdictio,aut ſi daretur vnus ordinarius,vt ex eius perſona deſcenderet ad plures.vti exemplis ac legibus ſiue iuribus declarat ibidem num.ſeq. idem Bened. Capra,vide verbum Delegatus.

Iudex ſi parte abſente procederet vel procedere poſſet,poteſt de facto ex officio pro ea ſupplere,non ſolùm in cauſa appellationis,ſed etiam in cauſa principali,modò abſentia vera ſit, nec in hunc finem procurata,prout vult gl.in ca.bonæ.de poſtul.prælatorum.l.fin. C.de appellat.Auct.quod ſemel.C.quomodo & quando iudex.& per Bart. in l.iiij. §.hoc autem iudicium.ff.de damno infect.quam opinionem communiter teneri aſſerit Bened.Capr.reg.xvij.num.10.

Iudex in pœnis ordinariis temperandis ante ſententiã ſi animaduerterit eas iuſta de cauſa temperari aut moderari poſſe, ſua poterit ſequi conſcientiam,vel ſuo duci ſenſu.iuxt,not.in l.aut facta. §.fin.ff. de pœnis.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infamib. & in l.etſi ſeuerior.§.pœna. C. eodem tit. quod ſequuntur Innoc.& Ioanes Audr, in cap.primo. de conſtitut.per gloſſ. in cap.inquiſitionis de accuſat.

& ita

& ita communiter teneri teſtatur Benedictus Capra reg,decimaoctaua, numero vigeſimoquinto.

Iudex licet in ſui arbitrio commiſſis liber ſit à regulis iuris poſitiui,non tamen liber eſt à regulis iuris & æquitatis naturalis.ſiue iuriſgentium,quòd locum habet, etiam ſi verba quantumcumque latiſſima ipſi iudici committerentur,vt voluit Bartolus in extrauag.ad reprimẽdum,in verſic.videbitur.& Dom.Anto.in cap,primo,de cõſtit.dicens:quòd quantumcunque detur liberum arbitrium nihilominus non poterit de iure lædere partem contra iuſtitiam & æquitatem,licet omittere poſſit ſolemnitates iuris,vt voluit gloſſ,notabilis,in clem.ſæpè,in verb.Defenſio, de verborũ ſignificatione, & plenius de his per Dom.Antonium & Imolam. dicto capitulo primo, & Bartol.dicto verſicul. videbitur, & ita communiter teneri refert ac ſequitur Benedictus Capra regula decimaoctaua,numero trigeſimo tertio.

Iudex ſi ad eius iuriſdictionẽ declinãdam opponatur ei exceptio talis quæ ſugillat vel lædat ipſius exiſtimationem & famam, non poteſt tanquam ſuſpectus de competentia cognoſcere,iuxta ea quæ not.Ioannes Andreas,in capitulo,pia.de except.libro ſexto,quod voluit Bartolus. in l.quidam conſulebat. ff.d re iudic. & ita contra Innocent.in capitulo, cùm ſuper. de offic.delegat. Doctores communiter tenere aſſerit Benedictus Capra regula decimanona,nu. 12.

Iudex non cognoſcet de ſua iuriſdictione, quando exceptio quæ contra iuriſdictionem opponitur pariter concludit in incidenti ſicut & in principali,& ſi opponatur quod non poſſit eſſe iudex, quia furioſus aut impubes ſit,non poteſt cognoſcere vtrum ſit iudex, quẽadmodum voluit Bartolus, in l.quidam conſulebant. ff.de re iudic. quod ſequitur Domin.Nicolaus in cap.Supereſt.d offic.delega.cum quibus communiter Doctores tranſire dicit Benedictus Capra regul.decimanona,numero decimoſexto.

Iudex ſi opponeretur exceptio de totali fundamento iuriſdictionis,putà quod non ſit poteſtas,aut epiſcopus, &c. non poteſt ſuper eo cognoſcere,quia habet affectionẽ ad cauſam quodammodò propriam ſicut voluit Innocent. in capit.cæterùm,de iudic.& Bartol.in l.ex ſentẽtia.ff.de teſtament.tutel.quos ſequitur Domi.Nicol.in cap. ſuper eo.de offic. & poteſt.delegat. & ita communiter teneri aſſerit Benedictus Capra regul.xix.numero decimo ſeptimo.

Iudex alioquin ſuſpectus niſi recuſetur, poterit cognoſcere, prout voluit Bald.et Angel.in l.ſecunda.ff.ſi quis in ius vocat,nõ ierit.quos communiter ſequuntur doctor.vt refert Bened. Capr. reg.xix.nu.42.

Iudex per reſcriptum falſum deputatus, obiecta falſi reſcripti exceptione, non poteſt de ea cognoſcere, an ipſum reſcriptum ſit falſum,vt de iuriſdictione ſua,Innocent.cap.ſuper eo.de offic. delegat, argumento cap.ſua.de officio vicarij,et tot.titu. C.ſi à non compet. iudice.faber enim falſi reſcripti ſicut non potuit facere iudicem in principali,ita etiam nec in incidenti,ſecundum Ioan.Andream dict. cap.ſuper eo.vnde quandocunque conſtabit reſcriptum eſſe falſum, omnia agitata eius vigore nulla declarabuntur,etiam ſi non appelletur,prout voluerunt in dicto capitulo,ſuper eo.Innocent. et Ioan. Andr.argumento eorum quæ notant in cap.ſecundo, de dilat.quod Bartolus et Legiſtæ communiter in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vtilitatem pub.ſequuntur. Idem tenuit Ioannes de Lignano,et Domin. Floria. in dicto capitulo, ſuper eo.propter dubium dicatur habere iuriſdictionem,argumento l.Barbarius.ff.de off.præt. et eſſe in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis,quod tamen verum eſſe negat Benedictus Capra regul.xix.numero quadrageſimonono, eò quod Iudex delegatus non vtatur ſua,ſed delegantis iuriſdictione,vt dicta l. Barbarius,vbi tamen addit quod Domin. Anton.in dicto cap. ſuper eo teneat primam opinionem, cum quà ibidem videretur tranſire Bald.Imola.et Domin. Nicolaus, et eam expreſſè tenet idem Baldus in dicta l.præſcriptione, quam etiam veriorem, et communem dicit dict.regul.decimanona.numero quadragaſimonono,idem Benedict. Capra,tentans,nunc.ſeq.prædictorum condordiam,vtſi reſcriptum ſit omninò falſum,quo caſu faber illius etiam ſi voluiſſet,non potuit dare iuriſdictionem, et tunc procedat dictum Innocent.et ſequac. in d.cap.ſuper eo.aut reſcribens poterat dare iuriſdictionem,ſed reſcriptum dicitur falſum,ex eo quia falſum expreſſum, vel verum tacitum ſiue prætermiſſum eſt,et hoc doloſè per ſub et abreptionem, et tunc procedat opinio eiuſdem Innocent.in dicto capitulo ſecundo,de dilatio.et Bartol.et ſequa.et eo caſu licet iudex in eo datus, poſſit de qualitate precum cognoſcere,prout dicitur in d.l.ſuper eo. in fin.tamen facta fide de hoc,non poterit cognoſcere de ipſo negotio principali.vigeſimaquinta diſtinct.cap. et ſi legibus, Benedictus Capra ibidem,nu.quadrageſimo ſeptimo,vſque ad fin.regu.xix.

Iudex delegatus impedimẽtis à iure gentium vel poſitiuo introductis oppoſitis,inhabilitatur,et quantumcumque toleretur in ipſo officio, nihilominus poterit contra eum de ipſis impedimentis et eorum quolibet opponi,prout notatur,in l.Barbarius. ff. de offi.prætoris.et hoc voluit Innocent,in capit.ſciſcitatus,de reſcrip.et ita cõmuniter teneri dicit Benedictus Capra regul.xx.numero trigeſimo. Quod in ordinario locum habere non poteſt,quia quandiu in offic. toleratur contra eum non poterit de talibus impedimentis opponi viij.quæſt.iiij.cap.nonne & cap.cum ſuper.de off.delegat.ſecundum Innocent.Compoſtel.Ioan.And.& Petrum dicto capitulo,ſciſcitatus refert ibidem Benedictus Capra, ibidem numero trigeſimoprimo, vide ſuprà Delegatus.

Iudex in præparatoriis aut ordinatoriis iudicij ſiue litis, tenetur ſequi & ſeruare conſuetudinem loci,vbi proceditur, ſecundum Ioã. Andr.in Rubri,de conſuetudine,vbi rectè hãc eſſe communem opinionem dicit,per l.ij.in fin.ff.de teſtibus,quod verum eſt, modò cõſuetudo ſit rationabilis,aliàs ſecùs,prout notatur,in c.conſtitutus.de fideiuſſor.quod ſecundum Imol.in d.Rubric.de conſuetud.extenditur,& locum quoque habet in teſtamentis, vt notatur,in l. ſecunda. C.quæ ſit longa conſuetudo,vt refert Benedictus Capra regu.xxiiij. numero 1.& ſequent.

Iudex quando præfigitur tempus inſtantiæ terminandæ à iure cõmuni,non poteſt cauſam vel actum ſine vtriuſquè partis conſenſu expedire, poſt tempus iure non valet, quod per ipſum iudicem fit poſt tale tempus.l.properandum.§.j. C.de iudic.quia perempta inſtantia,per ipſum iudicem acta ſunt.l.ij.ff.iudicat.ſolui. vnde ſentẽtia poſteà lata reperitur ſine inſtantia, & ideò non valet.l.probatam.C. de ſentent.nec corrigitur diſpoſitio,d.l.properãndum,per cap.venerabilis,de iudic.non dato aduerſarij dolo aliiſne legitimis impedimentis.quæ ibidem & cap. iurgantium de reg.iur.libro vj.conſiderantur,vnde contraria opinio deſtruitur,quod ſi rectè conſideretur, in dicto cap.venerabilis,tenent Innocent. Philip. Gofred,Ioan.And. & Petr.de Anchar.ita vti,ſecundum Benedictum Capram communis dicitur regul.xxv. nu.decimoquinto & decimonono.

Iudex delegatus ſi ſententiam nullam tulerit non poterit amplius cognoſcere,aut ſe intromittere,quia ſemel functus eſt officio.l. qualem.in fin.ff.de arbitris,ſed recurritur ad ſuperiorem qui eũ dedit, iuxta l.ſi vt proponis,j.C.quomodo & quãdo iudex prout voluit Innocent.& Andreas.in dicto capit. de cauſis,de officio.delegat. quod communiter teneri dicit Bendeictus Capra regul.vigeſimaſexta, numero 12.fallit tamen ſi fuiſſet nulla,ex eo quod non ſeruaſſet formã mandati,quia tali caſu iterum poſſit pronunciare,prout voluit Baldus & poſt eum Dom.Nicolaus.in dicto cap.de cauſis.per l.quod tamen de arbitris. Similiter fallit quando talis ſententia nulla,fuiſſet lata ſuper cauſa matrimoniali,vel beneficiali,quo caſu delegatus ſẽtentiam nullam poteſt reuocare, emendare aut aliam dare,ſi ex ſententia euidenter deprehenditur iniquitas, prout voluerunt Domini de rota deciſio.cccxlj.quę incipit.Item dubitatur ibidem,numer. ſequent. & numero quadrageſimo nono, dicit communem non procedere.præterquam in beneficiis principum,

Iudex ordinarius lata ſententia,licet nulla,ſi ab ea eſt appellatum non poteſt eam reuocare vel emendare.Si verò non fuerit appellatũ & nulla ſit,ob ob turpitudinem,& ſordes ipſius iudicis, tunc ſimiliter non ipſe, ſed ſuperior reformat ſententiam, prout communiter tenent Legiſtæ per l. abſentem. Cod. quomodo & quando iud. vt plenius ibidem notatur,& refert Benedictus Capra,regul.vigeſimaſexta,numero decimooctauo,aut fuit nulla non alia de cauſa: quàm ex turpitudine ac ſordibus iudicis,& tunc poterit iudex ordinarius iterum pronũciare,& definire cauſam.l.præſes. C.quomodo & quãdo iudex,vt voluit Innocent.in cap.de cauſis, de offic.deleg.vt ſecũdum Doctorem Anto.ibidem communiter tenent Legiſtæ,de quo tamen vt dicit Benedictus Capra. regul.xxvj. numero 19. dubitari poſſit, nam licet Iacobus de Arena & poſt eum Cyn.in dicta l.ſi vt proponis.C.quom.& quand.iudex,hoc tenuerunt, tamen alij Legiſtæ aliud tenent,vt voluit Bartolus in d.l.ſi vt proponis, & in lege ſi expreſſum.ff.de appellat.

IVRAMEMTTM quo ſinguli de collegio vel corpore iurauerunt ſeruare conſtitutiones vel ſtatuta, non impedit quò minus collegialiter illa per eos ad quos pertinet tolli poſſint, Arctat enim iuramentum ſingulos ad obſeruationem quandiu durant ſtatuta, & non vlterius,ita contra Archidiac.& Ioã.Monach. & Bartol.tenet Ioan.Andreas, in capitulo primo, De his quæ fiunt à maior. part. capit. vbi communem dicit & refert ac ſequitur Benedictus Capra concluſio.ſiue regula nona,nu.38.vide infrà Statutum.

Iuramentum præſtitum ſuper contractu ſolenniter inito, tollit beneficium reſtititionis aduerſus eundem,l.prima.C.ſi aduerſ.vẽdit. vbi Bartol.Bald.& communiter Doctores ita tenent,iuramentum enim interpoſitum ad fauorem priuatum etiam contra legem principaliter ob commodum priuatum editam ſeruandum eſt, modò id ſine interitu ſalutis æternæ fieri poſſit,per not.in cap.ſi verè,de iureiurand.&c.venerabilem,de elect. & in Auct. Sacramenta puberum. C.ſi aduerſ. vendit. refert Benedictus Capra regul. lxxxvij. numero 116.et 118. quod tamen inter alia fallit quando ex contractu illo iurans enormiſsimè et vltra dimidium iuſti precij leſus eſſet:quia tũc iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.cap.ſi Chriſtus de iureiurand.et not in Auct. Quoties. C. de nupt.ex qua enormiſsima

læſione

læſione apparet de dolo re ipſa.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.obligationib.meritò dicitur talem læſionem eſſe iuſtam cauſam petendi,& reſpectiuè concedendi abſolutionem à tali iuramento,vt voluit Domin.Ant.in c.cùm contingat,de iureiurand.& Domin.Nicolaus,ibidem & Petrus de Anch.in c.canonum ſtatuta. vndecima quæſtio,in princip.de conſtitutio.& ita communiter teneri refert ibidem numero centeſimovigeſimooctauo.Idem Benedictus Capra, qui numero ſequent.dicit id procedere,licet quis renuntiaſſet enormiſſimæ læſioni,quia id præſumitur potius ex conſuetudine notarij.quàm voluntate ſiue conſenſu contrahentis,vti paſſim fit,poſitum eſſe, qui eiuſmodi ex formulariis ſcribunt,vt dicit D. Nicol.c.cum contingat,vide infrà Minor..

Iuramentum contractui adiectum nihil addit contractui,ſed intelligitur ſecundum naturam illius contractus eundem firmare, ac roborare.l.final.C.de numer.pecun.quod ita obſeruari & communiter practicari,refert Benedictus Capra regul.lxxxvij.nu.231.

Iuriſdictio ſiue ordinaria ſit,ſiue delegata,poteſt prorogari de re ad rem,ſiue de cauſa ad cauſam,iuxta.c.cùm olim,de offic,delegat.l. de qua re.ff.de iudic.& gl.in c.P.&G.de offic.delegat.Quod procedere & communiter teneri dicit Benedictus Capra.in tractat. prorogationis ſtatim poſt conclu.ſiue regulam quinquageſimamtertiam poſito,numero quadrageſimonono,quando talis iuriſdictio prorogaretur ad rem,ſeu cauſam ſimilem,quia ad diſsimilem non procederet prorogatio,vti ibidem latius exemplis explicatur, quia de ciuili ad criminalem vel contra,item de cauſis mercantiæ ad alias cauſas. diſsimiles non procederet prorogatio,vt voluit Imo.in c.de cauſis.de offic,delegati.& Ioan.And.in d.c.P.& G.accedit id quod notat Cynus, in l.prima.C.de iuriſdict.omn.iudic.& l.teſtam.C.de teſtamentis,Bened.ibidem,nu.50.

Iuriſdictionem de caſu ad caſum ſiue ſub certa conditione,ante cõditionis illius euentum non poſſe prorogari communiter contra Inno.in capit.prudentiam,de offic.delegat.teneri affirmat, ibidem numero quinquageſimoquinto,Benedictus Capra,cùm ante euentum conditionis iudex nullam habeat iuriſdictionem aut habitum aut actum ſiue exercitium iuriſdictionis,argumento l. cædere diem.ff.de verb.ſignifi.ſecundum Imo.in d.c.P.& G.

Iuriſdictio ordinaria licet poſsit de perſona ad perſonam prorogari,iuxt.l.primam.& ſecundam.ff.de iudiciis, Delegata tamen etiam ad vniuerſitatem cauſarum contra glo.dicta l.prima,vtcunque quaſi ordinaria cenſeri.poſſet.iuxt.tex.capitul.P.& G. indiſtinctè loquentem ad alias perſonas prorogari non poteſt,quod ſecundum Domin.Nicol.ibidem communiter teneri aſſerit Benedictus Capra in dicto tractat.prorogationis,numero quinquageſimonono, quod verum eſt, niſi delegata iuriſdictio ſiue ad vnam ſiue ad vniuerſitatem cauſarum prorogaretur ad perſonas quas contingeret illa cauſa,licet nõ eſſent in reſcripto expreſſæ,putà,ſi ageretur de iure prælationis, in aliqua re,quia tantũ ad tales perſonas fieri poſsit prorogatio,vt voluit Bal. in l.ſi quis ex conſenſu.C.de epiſcop.audient.Argumento l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffic.teſtamen.l.à ſententia.ff.de appellat.& ibid.nu.ſequẽti.refert Capra.

Iuriſdictio delegata licet poſsit prorogari de loco ad locum dummodò partes expreſſè conſentiant.vt eſt text.in c.ſtatutum.§.in nullo de reſcrip.lib.vij.niſi eſſet concessa ex priuilegio cũ limitatione, quo caſu vltra limites ipſius priuilegij prorogari non poſsit ſecundum Hoſtien.Ioan.Andr.Imo.& D.Nicolaum in c.excommunicatis.de offic.legat.tamen ordinaria iuriſdictio de loco ſuæ iuriſdictionis ad locũ alterius iuriſdictionis ſeu territorij,vt videlicet ordinarius ibi cognoſcat,fieri non poteſt,quia ibidem ordinarius habetur pro perſona priuata,argumento.l.iij.ff.de offic.præſid.vt voluit Iacob.Butrig.l.j.C.de iuriſd.omn.iud.& Bath.in l.j.ff.de iudic.quod communiter teneri,per cap.excommunicatis.de offic.leg.& ibidem D.Nicol. refert Bened. Capr.in d.tract.de prorogatione,nu.ſexageſimotertio, quod ſecundum Bal.in l.ſi quis ex conſenſu.C.de epiſcopali audient. procedit,ſi iudex alterius iuriſdictionis id ſciret ac prohiberet,aliàs ſi non prohiberet ſecus eſſet.Prorogatio ordinariæ iuriſdictionis quoque de loco in quo ordinarius ſolitus erat habere tribunal ad alium locum exiſtentem intra ſuam iuriſdictionem fieri poteſt,argumento.l.ſi cũ dies §.arbiter.ff.de arbitris.l.ſi vt proponis.C.quomodo,& quando iudex Benedict.Cap.ibid.

Iuriſdictionis prorogatio non ſolùm in ſpiritualibus, modò in habentem similẽ iuriſdictionẽ fiat.c.P.et G.de offi.deleg.ſed etiam crimin.etiã ſi ſunt meri et mixti imperij,modò ſimiliter fiat in habentẽ ſimilẽ iuriſdictionẽ ac imperiũ,ꝓcedit.l.vnic.C.vbi de crimi.l.vnica.de iuriſd.omniũ iudicũ, et hoc voluit Inn.in c.de cauſis,de offi.dele.et ita cõmuniter teneri refert d.trac.progationis, poſt regulã liij. poſito,nu.lxxviij. idẽ Cap.dicẽs ibid.nu.lxxvij.id procedere tãtũ quò ad præiudiciũ prorogãtis,nõ autẽ quò ad præiudiciũ reipub.vel ꝓprij iudicis,cũ eorũ nõ poſsit fieri ꝓgatio,ſecundum Gulielmum, in l. vnica,et Bal.in l.ſi quis ex conſenſu C.de epiſcop.audient.vt refert ac ſequitur D.Nico.l.in d.c.P.et G.

Iuriſdictionem contentioſam conſuetudo dat,quia habet vim legis,vt communiter teneri refert Bened. Capr.regu.lxxxiiij. num.24. vide ſuprà Conſuetudo.

IVS diuinum poteſt lege vel ſtatuto diſtingui atque declarari, ad hoc vt euitetur peccatum,vti patet ex eo quod iure diuino conſtituitur,vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum,id eſt,omnis probatio,quia in teſtamentis lex,vt falſitas ceſſet,plures teſtes exigit, communem aſſerit Bened.Capra,reg.x.num 30.vide j.verbum Lex.

IVS naturale vel gentium poteſt ſtatuto vel lege ad alicuius præiudicium,modò iuſta cauſa ſubſit,limitari atque reſtringi,et ſi dubitetur vtrum iuſta cauſa ſubſit vel non, in dubio id pro ſtatuente præſumitur,adeò vt probatio in contrarium non admittatur, ſimilem communem refert Benedictus Capra,dicta regula.x.numero 39, vide infrà in verbo Lex.

IVS ciuile ſiue poſitiuum, non ſolùm Papa et Imperator, ſed quilibet inferior princeps,populus,et vniuerſitas ſecularis, merum ac mixtum imperium habens,contrariis latis legibus,aut ſtatutis,tollere poteſt,ſed ſi id faciat non ſimpliciter tollendo ius in commune, ſed ad aliquorum duntaxat præiudicium, tollendo videlicet ea quæ eis iure ciuili cõpetunt,tunc ius ex quo quæſita eſt actio, non tranſiuit in contractũ,aut priuilegium,et poſſunt,modò conſtet de mente ipſius Papæ,principis,vel ſtatuentium, quod videlicet alteri præiudicare voluerint in ipſo iure poſitiuo,quia in dubio non præſumitur principem velle tollere alterius ius, niſi concedat dilationem.l. quoties. C. de precibus Imper. offer. vel niſi emanet ſecunda iuſſio, aut niſi opponatur clauſula non obſtante tali lege; vt de iis notatur per Cyn.et Barth.in l.fin.C.ſi contra ius vel vtilitat.public.et per Canoniſtas communiter,in cap.Nonnulli.de reſcriptis. et cap. ſi quando de offic. deleg.et in cap.vnico.de exceſſ.prælato. Refert ac ſequitur Benedictus Capra,reg.x.numero quadrageſimotertio,et ſequent. et numero quinquageſimoſexto et ſeq.

## L

LAICI ſi ſunt de terris Eccleſiæ,viuere debent ſecundum Canones,& non ſecundum leges ciuiles,etiam ſi ſint infideles.ca.ſi duobus,& ibid. notat.de appellat. not.in cap. quod ſuper his, de voto & voti redemptione, ita communiter à Doctor.d.cap.Si duobus,teneri,refert Bened.Capra,concluſio.ſiue regul.iiij.num.10.

Laicorum ſtatuto generali fauorabili, cum in eo non denotetur ſuperioritas,ſicut in ſpeciali,Clericus vel Eccleſia vti poteſt, & communiter teneri aſſerit Bened.Capra,reg.xiiij.num.35.per ea quæ not. Bald.in l.omni.C.de ſacroſanct.eccleſ.

LEGATVM rei alienæ ſcienter factum, licet valeat, & heres vel redimere, vel eius æſtimationem præſtare,debeat. §. non ſolùm, inſtitut.de leg.& ibidem,gloſſ.l.cum alienam.C.eodem titulo,tamen ſi teſtator habebat ius in re vel partem ipſius rei, tunc ius aut partem quod habebat tantum legare videtur, & non totam rem.l.ſerui elect.§.fin.ff.de legat.j.ſecundum Dom.Nicol.in capit. filius.de teſtamentis, quod eſt verum,niſi res legata inter heredem & teſtatorem erat communis, quo caſu tota debebitur, ſecundum Barthol. dicta l. ſerui electione. §. cum fundum niſi dixiſſet: Lego tibi fundum meum: quo caſu de ſua tantum, & non heredis parte ſenſiſſe videbitur,ſecundum gloſſam, & Bartol. dict. §. cum fundum, quod eſt verum, niſi poſt legatum factum de parte teſtator neceſſariò per adiudicationem redemiſſet aliam partem heredis,quo caſu totum quoque deberetur.per l.Iulianus.§.idem Celſus.ff.de action.empt.ſecundum Barth.ex mente Iacobi de Arena in d.§.cũ fundum.aliàs ſi ſponte aliam partem redemiſſet,ſecùs eſſet, quia pars poſteà redempta,legato non cedit,ſecundum Dyn.Iacob.de Arena,& Barth.in d.§.cum fundũ.cum quib.cæteros Doct.reſidere refert Ben.Cap.reg.cv.nu.12. Legatum rei alienæ ignoranter factum, licet regulariter non valeat, ſecundum glo.fin.in fin.c.filius.de teſtament. per text. §.non ſolum. verſ.quod autem. inſtit.de legat.ibid. gloſſ. id tamen inter alia fallit quando legaretur res aliena coniunctæ perſonæ,quia valebit. l.cum alienam.C.de legat.& gl.in d.c.filius.& glo.d.§.non ſolùm,verſ.quod autem.& ita communiter teneri refert.Bened.Capr.reg.cvj.num.22. & 26.Quod eſt verum,niſi de tali legato alia perſona æqualiter vel magis coniuncta eſſet grauata,quia tunc legatũ ignoranter coniunctæ perſonæ factum non valeret,vt voluit Bald.poſt gl.d.l.cum alienã. Argumento l. non ſolùm ff.de ritu nupt.& l.cum pater. §. cunctis.ff. de leg.niſi ex cauſa limitata ac certa putaſſet rem legatam rem ſuam, putà ex cauſa emptionis factæ à pupillo vel adulto ſine debita ſolennitate,quia tunc ſimiliter non valebit relictũ coniunctæ perſonæ ignoranter factum,vt voluit gl.in l.ſi domus.§.de euictione. ff.de leg.j.ſecundum Imol.in d.c.filius.Similiter fallit quãdo legata fuiſſet res aliena ignoranter pro anima:vel ad pias cauſas,quia valebit ſaltẽ quò ad æſtimationẽ,quia nulla videtur arctior coniunctio quàm animæ quæ

etiam

e iam omnibus rebus eſt anteferenda,l.ſancimus.C.de ſacroſanct.ecclesi.xij.q.j.c.præcipimus.c.Matthæus.de ſimonia. eccleſia enim cenſetur mater omnium fidelium,vt q.ij.c.quia abſtulerit.idque cõmuniter vtroque iure receptum eſſe tract.ibidem.num.18.& 20. Bened. Capr.niſi res legata fuerit eccleſiæ,ſecundum communè ibid.nu.20.

Legato rei alienæ tradito ac euicto,licet legatarius contra heredẽ legantis de euictione regulariter agere non poſſit.gl.&Bart.in l.ſi domus.§.de euictione,& l.qui concubinam.§.ſi heres,ff.de legat.j.Cyn. Bart.& Bald.in l.cum alienam.C.de legat.Petr.Anch.in c.filius.de teſtament.Id tamen fallit,ſi legatum rei alienæ in genere ex natura ſeu qualitate ipſius rei relictum foret,gl.& Bart,in l.qui concubinam.§. ſi heres.ff.de legat.iij.quia tunc heres teneretur de euictione,quia obligatus in genere tenetur rem accipientis facere,l.ſi à ſubſtitutio. §. heres.ff.de lega.j.l.ex empto.ff.de act.empt.& vend.quod verum eſſe, & communiter teneri refert Bened.Capr.reg.cvij.nu,5,

Legatarius vt contra heredem de euictione rei legatæ agere poſſit,neceſſe habet,cùm magis de lucro captando quàm de damno vitãdo certet,vt ei litem motam ante litis conteſtationem denuntiet, vt veniat ad ſe defendẽdum,ſecũdum gl.in l.ſi rem.§.fi.ff.de euict.& gl. in d.l.ſi concubinam.§.ſi heres.ff.de legat.iij.& ibidem Dinús,& Bart. quod ſequitur Cin.in l.empt.C.de euictionib.& Dom.Nicol.in quodam conſi.incip.videtur primo dictam legatariam,& ita communiter teneri ibidem circa finem,aſſerit idem Benedict.Capr.

Legato rei alienæ alienato,niſi aliud de mente teſtatoris appareat,inducitur regulariter legati ademptio gl.& Bart.in l.rem legatam ff.de adimen.legat.gl.in §.ſi rem.inſtit.de legatis quod vſque adeò verum eſt,vt licet per pignorationem rei legatæ non videatur facta eiuſdem ademptio,dicto §.ſi rem.& l.iij.C.de legat.tamen ſi res legata per teſtatorem pro tanto pignorata ſit vt non ſit veriſimile ipſum luiturũ, eiuſmodi pignoratio habebitur pro alienatione,& cenſetur facta ademptio l.qui habebat.ff.de legat.& ibid.Bart.in dicta l.rem legatam, in fi.argumenro.l.legata.ff.de ſupp.legat per ea quæ not.Bal.in l.manumiſsiones . ff.de iuſt.& iur.& ne voluntas.c.de fideimmiſſ. quod communiterr teneri refert reg.cviij.numero tertio Bened.Capr.

Legatum à teſtatore alienatum,etiam ſi alienatio nulla ſit, & nullũ ſortiatur effectum,inducit eiuſdem reuocationem , ſatis enim eſt eã demonſtraſſe.Nam ea quæ à mera voluntate dependent,licet per tranſlationem non ſortiantur effectum vtilem tamen ademptionem faciunt in actibus inter viuos , Bartolu.in l. etſi. ff. de adimend. legat. l.planè.in princ.ff.de legati.tertio gl. in §.ſi rem.inſtitu. de lega. quia actus inter viuos etiam ſi nulli ſint, legati reuocationem inducunt.lege legatum.§.finali ff. de adimend. legat.l.tertia §. rumor.& ibidem gloſſa. & Barto.ff.de fundo inſtruct.l. cùm dominus. §.filiusfamil.ff.de pecul.legat.l.& ideò.ff.de adimend.legat.j.Bart.in l. fin.ff.de aur.& argent, legat.quod ita communiter teneri refert ibidẽ d.reg.cviij nu.13.Bened.Cap.Secùs autem in vltimis voluntatibus, quia per inutilem ſiue nullam diſpoſitionem legati ademptio non inducitur,nec videtur quis animum reuocandi teſtamentum habere, ſi ſecundum non valet.Bar,in l.quæſitũ.§.ſi quis.ff.de fundo inſtruct, l.ſi iure.l.ne noſtram.ibid.Cyn.& Barth.C.de teſtament.

Legatum licet per alienationem ademptum cenſeatur , id tamen inter alia fallit,quando alienatio fieret ex rei familiaris neceſsitate.§. ſi rem.& ibidem gl.inſtit.de legat.& l. rem legatam.in ibid.Bar.ff. de adimend.legat.argumento l.primæ,in princ.ff.de tutel.& ration. diſtrah.l.cum plures.§.cum tutor.ff.de adminiſtrat,tutel.non enim creditur teſtatorem animum reuocandi legatum habere,quoniam rei familiaris neceſſitate ductus,vel coactus id vendit,vt dicit gl.in l.iij.C. de legat.quod verum eſſe & communiter teneri refert ibid, numer, 21.idem Bened.Capr.

Legata licet regulariter non adita hereditate ex teſtamento non debeantur ſecundum Speculatorem,in titulo de teſtamentis in princi. ver.pone quod nullus,quia ad hoc vt teſtamento relicta debeantur regulariter neceſſaria eſt hereditatis aditiõ,gl.in l.eam quam,& ibidẽ Barto.C.de fideicommiſsis.per l.nemo.ff.de regulis iuris.l. proximè. ff.de iis,quæ teſtamento delentur,id tamen inter alia fallit.quando legata fuiſſent ab inteſtato repetita debebuntur ab inſtituto ſi adiuit. Sin ſecùs debebuntur,à venientibus ab inteſtato,nã cum ab inteſtato repetuntur,videntur venientes ab inteſtato rogati vt illa ſoluant, quod ſecundum Bart.in l.j.C.de iure codicillor.communiter tenetur per l.j.& ij.C.de iur.codicil.refert Benedi.Capr.reg.cxj.nu,5. Similiter fallit inter alia quando hereditas non poteſt adiri ex teſtamento, ex eo quod teſtator errauit inſtituendo eum quem filium putabat, cùm non eſſet,quia legata ſimpliciter relicta debebuntur à venientibus ab inteſtato,etiam non adita hereditate ex teſtamento , vt dicit Bart.& in l.eam quam.C. de fideicom.ſecundum lecturam Azonis, quam veriorem & communiter receptam refert ibide. nu.18,Capr.

Legata teſtamento nullo ob cauſam præteritionis vel exheredationis,nihilominus debentur,quia licet quoad heredis inſtitutionem teſtamentum corruat,cætera tamen firma manent.Auct.ex cauſa.& ibidem gl.& Bart.C.de liberis præteritis,quod eſt verum, niſi primum teſtaẽmtũ validũ ſit,& ſecũdũ ex cauſa præteritionis heredũ,inualidũ tunc enim ex ſecundo non,ſed ex primo,debebuntur legata.Licet autem teſtamento ex cauſa præteritionis vel exheredationis nullo,legata ex condictione d.Auct.ex cauſa. Hugo.& Cyn.petenda p tent.cõtraria tamen opinio.quod dicta legata ex teſtamento debeantur , & petenda ſint verior eſt,& communiter tenetur.ex Bart.in l.j.C. de iure codicil.l.ita tamen,§.quoties,ff.ad Trebellianum.& in d.Auct. vbi idem Petrus Anchar.Dyn.Iacob.de Rãuenna,& Iacob.Butrig. & Ange.in conſi.quòd incipit,Berta habens,virum,ſicut refert ibid. nume. 15.Bened.Cap.non obſtante quòd Bart.in l.ſi iure,verſi.qui declarationem.in contrarium ponat.

Legata teſtamento nullo ob cauſam præteritionis filij iam nati, licet vti dictum eſt debeantur,tamẽ ſi pater ignoranter filiũ quẽ mortuum credebat,aut poſthumum,cùm vxorem prægnantem ignoraret præteriit,legata per Auct.ex cauſa,C.de liber.præterit.quæ hoc caſu locum non habet,ſed incorrectis manentibus iuribus antiquis non debentur ſecundum Bart.in quodam ſuo conſilio,quod incipit , Factum eſt tale Cecchus.& conſi.quod incipit, Omne illud quòd aliàs conſului.& conſi.quod incipit,Lapus fecit teſtamentũ, & in d. Auct. ex cauſa,verſi.nunc ad q.propoſitam.& in l.filio præterito,verſ.ij. eſt vidend.ff.de iniuſto teſt.& in l.tale pactum,§.pater.in fi.ff.de pact.& ibid.gl.& in l.j.ff.iure codici quòd communiter teneri refert ibid.nume.15.idem Capr.quòd licet nu.ſeq.procedere dicit,etiam ſi appoſita ſit clauſula ſi non valet iure teſtamenti.&c.ſecundum Bart.in l.ſ.ff.de iure codici..pro quo collegium Peruſinum conſuluiſſe aſſerit Ange. in l.fi.ff.eod.t.t.tamen idem Bar.in d.conſ. Factum eſt tale Cecchus. concedit & dicit omnes Doctores communirer tenere.Si dictum ſit in teſtamento.Si non valet iure teſtamenti,&c.porrigi clauſulam ad caſum præteritionis poſthumi , & antiqua iura per d. Auct.ex cauſa corrigi,& ſic rupto agnatione poſthumi teſtamento,legata etiam nõ adita hereditate deberi,per l.ſi ita ſcripſiſſet,ff.de legatis ſecundo,lege,ſi ita ſtipulatus fuerim.§.j.ff.de verb.oblig,quòd dicta Auct.ex cauſa.Cyn.& Din.tenent.& Bart.in l.qui filiabus.in fin.princip,ff.de leg. j.quam opinionem,vt refert Bart.in l.j.ff.de iure codicil. tenuit quoque Beluiſo,qui declarat omnes Docto.ſui temporis ita ſentire,quod communiter teneri refert nu,18,& ſequenti,idem Capra.quum adiecta ſunt verba futuri temporis,ſecus ſi præſentis,quem tamen articulum adeò dubium dicit,vt indigeat cæſarea,declarat,ibidem num.42. & 43.Bened.Capr.

Legata regulariter hereditate non adita non deberi.de quo ſuprà dictum,præter alia etiam fallit fauore libertatis,ſecundum gl.& Barto. in l.eam quam C.de fideicommiſſ.per tex.gl.& Bart.in l.in teſtamento.& in lege Anton.ff.de fideicommiſ. libertat.& Bartolu. in l.fideicommiſſ.§.quoties,ff.de legat.tertia & gloſſam in lege. generaliter. §. ſi quis , verſiculo . ex teſtamento.ff.de fideicommiſ. libert. lege. penult.ff,de his quę in teſtamẽt.delẽt.& licet cõtrariũtenuerint vltramontani,&eã iuxta l.cũ quaſi,§.fin.ver.quãquã.&lege generaliter,§.ſi quis,verſi.ex teſtamen.ff.de fideicommiſ.libert.d.nunc veriorem putent,priorem tamen opinionem ob tot gl.authoritatem,communiter teneri ibid,nu.46.refert Bened.Capr.quod maximé procederet, ſi in teſtamento etiam aliàs nullo,ratione imperfectæ voluntatis, eiuſmodi legatum ab inteſtato repetitum foret,per clauſulam.Si non valet. &c.aliàs ſi nullum eſſet ratione omiſſæ ſolennitatis,tunc etiamſi tatalis cluſula adiecta non foret,omnes conſentiunt legatas libertates deberi per tex.& glo,inſtitu.de eo cui libertatis cauſa. Ioannes Andreas in addit,ad Speculat,titu.de inſtrument.editione.§.nunc autem aliqua.verſi.ſed pone,Capra ibidem nu.quinquageſimo. Præterea fallit dicta regula,hereditate non adita legata non deberi ſecundũ Barto , & Odefrid,dicta lege.eam quam.in caſu Auct. ſi captiui, C. de epiſcopis & clericis , vbi ſcriptis, heredibus negatur ſucceſsio ſi neglexerint captiui redemptionem , quia licet ex teſtamento hereditas non adeatur,firma tamen nihilominus manent legata,gloſſ. in Auct.vt cum de appellat.cog.§.ſi vnum,collatione octaua,& communiter teneri teſtatur ibidem numero quinquaſimoquinto Capr.Similiter fallit dicta regu.ſecundum Odofred.quem ſequitur Bart.in caſu Auct.liberi,C.de epiſcop.audient.quoties curam furioſi negligentes eius hereditate priuantur,& nihilominus hereditate non adita,legata debentur,prout voluit gl.d.Auct.vt cum de appellationibus,§.ſi quis de prædictis.& §.ſequen.& communiter tenetur,vt refert ibidem nume.quinquageſimoſexto idem Capra.Similiter fallit dicta regula quãdo teſtator prohibuiſſet detrahi Falcidiam,quia tunc hereditate non adita,nihilominus legata debebuntur,per tex.in Auct. de heredi. et Falcid.§.ſi verò expreſſum,ſecundum Bart.Petr.Anch.& Bal.in d.l. eã quam,C.de fidecõmiſ.& Iac.de Beluiſo.& d,§.ſi verò expreſſum.Bar. in lege nemo.§.j.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.& in lege cum teſtamenti.& in lege cum teſtator,§.ij,c.ff.ad leg.Falcid.& ita communiter teneri refert ibidem nu.18.Capra.Similiter fallit in legatis ad pias cauſas,quæ etiam non adita hereditate ex teſtamento debentur. Ioan.Andr.in additio.ad Spe.tit,de inſtrumenti editione,§.nunc verò aliqua.ver.ſed pone.Bal.in l.j.C.de ſacr.eccle. argumento l. miles ita.

§.j.ff.

§.primo ff.de teſtament mil.quod tenuit Petrus Anchar. & Dominus Nicol. in capitulo relatum de teſtament. Baldus dicta lege eam quã & licet Bartolus dicta lege prima,C. de ſacroſanctis eccleſiis, & lege eam quam. vacillet,Imo.dicto capitul.relatum contradicat id tamen ita communiter teneri refert ibidem numero .62. Capra.quod verũ eſt,niſi tale relictum ad pias cauſas nominatim iniunctum eſſet certo heredi quia tunc non tranſit ad alium cum onere ſed opus erit aditione argumento l.qui xl. ff. ad Trebellia. & Baldus, dicta lege eam quam.& Bart.in lege.Mercell.ff.ad Trebel.ibid.Capra.

Legata ad certum vſum deſtinata regulariter in alium conuerti non poſſunt, clement.quia contingit de religioſis dom. l. prima, ff. de adminiſtratione tut.vel curat. argumento capitul. terti, cap. ſuggeſtum.& ibdem gloſſ. de appellatio. vigeſimaſecunda quæſt.ij.cap. is autem.xlij.diſtinctione.capitulo licet.cap.inrer corporalia.de tranſlatio.epiſcopi. Auct.quan.oporteat epiſcop.§. ſi vero hoc non fieret. vt ibidem gloſſ.in verbo,hæc adimplenda.collatio.prim,argumento leg. liberto. §. Lucius.ff.de an.legat. ſecundum Speculat. titu.de inſtrumenti edit.§. nunc aliqua,verſi.quod ſi quis. & ita communiter teneri aſſerit Benedictus.Capr.reg.cccxxj. numero quarto, quod tamen inter alia fallit in relictis ad certum vſum,quia poſſunt per Legatum à latere vel epiſcopum, quatenus conſentiat heres defuncti, in alium vſum pium conuerti,ca.nos quidem.& ibid.Nicol.de teſtamen. & hoc voluit Lapus in clemen. ij.de religioſis domibus.& per not.à Vincent.& Ioan. Andr.in cap.fi.de teſtament.quos ſequitur d. clement.ii.Aegid.Bellam.Cardinal & D.Nicol. & communiter teneri d.reg.cxij.num.9.refert.idem Capra. quod eſt verum quando non poſſet diſpoſitio teſtatoris ſpecificè adimpleri, aliàs Papa etiam herede conſentiente eam commutare non poſſet & ne quidem in alium pium vſum magis fauorabilem.quia teſtatoris voluntas pro lege eſt ſeruanda.xiij.quæſtio.ij.cap.fi. Auct.de nuptiis §.diſponat,cap.tua de teſtament, cap. fi. cap. cum Matthæus. de celebrat. miſs. & eius mandatum ad vnguem,nec in plus aut minus exequendum.Argumento cap.cui de ſacerdot.de præben. libro. ſexto,cap. cum dilecta de reſcript.l.diligenter,ff.mandati. & Lap.d. clem.ij. & ibidem Floria.& Imola. quod contra Ioan. Andr.& Dom. Anton. communiter teneri refert Benedict.Capra ibidem num.21.& 24. Hæc. tamen limitata ſunt quando teſtator prouidiſſet,quod ſi legatum de iure aut de facto adimplere nequiuit,quod tunc legatum ad heredem reuerteretur, quo caſu legatum ad certũ quempiam vſum relictum, ſi in illum voluntas teſtatoris non impleretur ex authoritate ſuperioris non poſsit in alium vſum conuerti,cùm teſtator ad heredem videre diſpoſuerit, ſecundum Bar. in l, liberto.§. Lucius & ibidem gloſſ.ff. de ann. legat. quod Azonem ſenſiſſe .d.§. Lucius, Bart. aſſerit,& ita communiter teneri refert,ibid,in fi.idem Capr.

Legatum Titio cùm plures eſſent relictum, licet ob incertitudinem perſonę regulariter vitiatur,Bart.in l.ſi ita fuerit, ff.de reb. quia heres non cogitur ſolurere, niſi apareat, de quo teſtator ſenſerit, l.quidam,ff.eod,tit.& ibid.Bart. id. tamen fallit in legatis ad pias cauſas.Auct.de eccleſ.titulis,§.ſi.quis in nomine.coll.ix.& cap.iudicante & fi.et ibidem Ioan.And. Anto. Imola,et D. Nicol. de teſtam. et ita communiter teneri refert Benedict,Capra reg.cxiij.nu.3.

Legatum relictum monaſterio ſanctæ Mariæ, ſi non apparet de quo ſenſerit teſtator,tunc ſi in ciuitate vel territorio in quo ciuis vel incola eſt,non inueniatur tale monaſteriũ,debebitur eccleſiæ Cathedrali, domicilij teſtatoris, Aut. ſi plura inueniuntur eius nominis monaſteria; tunc ſi vnũ eſt in ciuitate,alterum in ſuburbiis vel territorio ciuitatis dabitur monaſterio ciuitatis, ſi teſtator habitauerit in ciuitate.Contra ſi ambo in ciuitate vel ſuburbiis vel ciuitatis territorio ſint, tunc dabitur Monaſterio exiſtenti in parochia ipſiius teſtatoris.Ioan.And.& Imola.D.Nicolaus cap. iudicante. de teſtamentis.Argumento l.quæconditio,§.fi.ff.de condi.& demon.& ibidé Bart.& Auct.de eccleſ,tit.§.ſi quis in nomine,quod voluit Cyn.l.j.C. de ſacroſanct.eccel.& ita cõmuniter teneri refert Bened.Capr.d.reg. cxiij.num.7. Sin auté ambo ſint in eadé parochia, tunc ei debebitur à quo recepit aliqua obſequia,vel merita,ſi nõ recipit,vel de vtroque recepit obſequia,tũc ei,in quo magis cõuerſatur debebitur,ſi pariter cõuerſat⁹,pauperiori dabitur. Si æquali paupertate laborãt.epiſcop⁹ poterit gratificari aſſignãdo vni vel diuidendo inter ipſa monaſteria pro ſuo arbitrio,Argumento l.ſi,quis ſeruũ ff.de leg.ij. Argumento.l. qui ſemiſſes,ff.de vſuris.Auct.de eccleſiaſticis ti.§.Si quis in nomine, Argumento.l. Titio.ff.de leg.j.c.j.de paroch.c.quoniã. de decimis. & d.c.iudicãte.poſt Hoſt.voluit Io.And.& tenuit ſpeculat. in tit. de inſtrumen.edit.§.nũc vero aliqua,ver.quid ſi aliquid.quod d.c.iudicãte Petrus Anchar.Imola.& D. Anto. placuit, & ita communiter teneri ibid.nu.11. referi. idem Cap. Argumento d.c. quoniam. & d. cap.j.

Legatum licet ob incertidudinem loci regulariter vitietur.arg.l.ſi domus ff.de leg.j.not.l.generaliter.ff.eod.tit.l.iij.§. ſi.quis inſulam.ff. de eo quod cert.loco.l.qui inſulam. l.ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig. id tamen fallit.in legatis ad pias cauſas, maximè concurrente fauore vltimæ voluntatis.quia talis teſtatoris diſpoſitio,ſi mandet monaſterium extruere non declarato loco, in quo conſtruendum ſit. iuxt. not.in l.in teſtamento.l.legatum.ff.de condit.& demonſtr. l.quidam eod.tit.l.ſi cui,ff.de an.legat.gloſſ.Lauren.& Tancred. Goffrid. Inno. Hoſt.Ægid.Ioan.And.Floria.& Imola.in cap.nos quidem.de teſt.& ita communiter teneri refert reg.cxiij.num.14.Capr.

Legatum generis quod habet certos terminos ſola hominis deſtinatione vt fundus,nõ valet,ſin autem habeat certos terminos hominis facto vt domus valebit,& erit electio heredis, in l.quod in rerum.§.j.l.ſi domus.in princ.ff.de legatis j.quod eſt verum, niſi teſtator non haberet aliquas domus,vel aliquid de illo genere,de quo legatum fecit,quia tunc nullum erit,ptout notatur d.l. Si domus.& à Doctor.ibid.communiter teneri refert Bened. d.reg. cxiij. num.26. Sin autem legatum generis habeat certos terminos natura, vt homo,equus,tunc ſecundum omnes legatum generaliter valet, vt refert ibidem,num.29.Capra.

Legatum dotis meriti ſicut valet l.cum poſt.ff.de iur.dot.l.ſi filiæ. ff.de leg.iii.ita quoque legatum cauſa ſtudij in aliqua facultate meritum valebit,quia æquiparantur ſecundum Bart.& alios in l.j.ff.ſol. matr.Argumento.l.Stichus.ff.de leg.iij.quod communiter teneri refert Bened.Capra.reg.cxiij.nu.49.

Legata niſi præſtentur infrà annum à die monitionis per iudicem factæ, licet Falcidia & omni emolumento priuatur heres, ſecundũ gloſſ.in cap. Raynaldus. in verb. Legitimam, de teſtament. Bart.in Auct.hoc amplius, C.de fideicommiſſis. c.ſi heredes. c.nos quidem, de teſtam,gloſſ.in Auct.de hered. & Falcid. §.ſi quis non implens,& ita communiter teneri refert Bened. Capr.reg.cx.num.12. id tamen inter alia fallit,ſi teſtator aliud tempus intra quod voluntatem ſuam adimplere vellet,præfixiſſet, nam tunc illud erit attendendum iuxt. notat.in l.ſtatulib.§.herede ff.de ſtatulib. l.fin.§.ſin autem, C. de iure deliber.prout voluerunt Anchar.Imola.D.Nicolaus & communiter Doctores.d.c.nos quidem,de teſtament.quemadmodum ibidem nu. 28.refert idem Bened.Capra.

Legatorum vel hereditatis priuatio non ob quamuis, ſed graué duntaxat iniuriam inducitur per not.in l.iij.ff.de adimend. legat.ſecundum Imol.c.Raynutius,de teſtam.& ita cõmuniter teneri refert. Bened.Capra in tract.ſubſtitut.poſt reg.poſito,ſpecie ſecũda,nu.144.

Leges per Gratianũ decretis inſertæ non ſunt canonizatæ,nec habent maiorem vim in foro Canonico,quàm ſi in volumine iuris ciuilis eſſent relictæ.Io.And.D.Floria.Imol.& D.Nicol.in c.ij.de reſcr. & Imol.in c.ſi.de feud.& ita cõmuniter teneri dicit ac refert Bened, Capra.reg.vij.nu.5.quantum videlicet in canonibus reperietur contrarium.Gratianus enim ponendo in volumine Decretorum legem Canonib.contrariam,canonem tollere, vel corrigere non potuit,ſecundum Ioan.And.& D.Floria.& gl.in c.j.de reb.eccleſ.non alienan. Bened.Capra.ibid.vide ṽ.Decreta. Quod tamen fallit ſi lex eſſet incorporata in canone,authoritate Papæ, quo caſu eandem vim quàm Canon obtinebit,vt eſt text.notab.ij.q.j.cap.in primis, iuncta glo.& xviij.q.iiij.c.Si quis ſuadente.& hoc voluit Io And.in d.c.ij. & gloſſ. ibid.communiter approbata,vide ſupra Conſtitutio.

Legum determinationi in foro eccleſiaſt. plerunque ſtatur, niſi diuerſum iure canonico conſtitutum reperitur,vti patet & communiter notatur,in cap.j.de noui operis nunciat. refert ac ſequitur Benedictus Capra,concluſio.ſiue reg.ix.num.16.

LEGITIMA poteſt ſtatuto vel conſuetudine non ſolùm diſtingui & determinari,in quib. reb. debeat,vt per D.Floria. & Imol. in cap.Rayunut.de teſtam. ex iſto text.ſed etiam augeri vel diminui poteſt,prout diſputando tenuit Richar. Malumbre. quem ſequitur Cyn.in l.ſancimus.C.de nupt. quod etiam tenuit Dyn. & poſt eum Ioan.Andr.in cap.indultum.de reg.iur.lib.vj.Bart.in l.Titio centum, §.Titio. ff.de condit. & demonſtr. idque ſequitur Rota Deciſ. xviij. incipit. Item fuit dubitatum, & communem dicit Benedict. Capra reg.viij.num.2.& licet Richar.& plerique alij teneant in totum tolli non poſſe,tamen idem Bened.Capra ibid.num.7. contrarium decidit,cùm ſit quota à iure ciuili inducta, l. Papinianus. §. quarta.ff.de inoffic.teſta.& Auct.Nouiſſima.C.eod.tit.

LEX vel conſtitutio quæ præcipit vel prohibet in fauorem Dei, vel ad commodum publicum,ſi emanat ſuper eo cuius contrauentio aliàs de ſe generabit peccatum mortale, non tollitur deſuetudine, etiamſi à principio recepta non ſit, per id quod habetur in cap. fin.de conſuet.& Ioan.Calderi.in cap.j.de treuga & pace,quod communiter teneri refert Bened.Capra reg.xiiij.num.5. vide ſupra verbum Ius, vel Conſtitutio.

Lex fin.C.de inſtit.& ſubſtit.non loquitur de tacita vulgari,ſed de tacita pupillari, prour ipſam communiter intelligi refert Benedict. Capra in tract.ſubſtitut. poſt reg.poſito,num.99.ſpecie. j. quem intellectum etiam ſecundum Imol.in cap.Raynut.de teſtament. meliorem eſſe teſtatur ibidem.

Lex vel ſtatutum poteſt diſtinguere vel limitare ius diuinum ad hoc,vt peccarũ excludatur vel euitetur, vt patet in eo quod diſponit ius diuinum,quod in ore duorũ vel triũ teſtium ſtet omne verbum, id eſt,

iã eſt,omnis probatio,nam per legem vel ſtatutum poteſt tale ius interpretari & diſtingui exigendo quandoque plures teſtes,vt falſit⸗s, & ſic peccatum ceſſet,iuxt.l.hac conſultiſſima,C.de teſtam.l. fi. C.de fideicom.& ibidem Cynus,quod notat in c.cùm eſſes.de teſtamentis vt voluerunt D.Anto.& Imo.in c.quæ in eccleſiarum.deconſtit.& ita communiter teneri aſſerit Benedict.Capr.reg.x.nu.24.

Lex vel ſtatutum contra ius naturale ſiue gentium non tollendo ipſum ſimpliciter,ſed diſponendo in præiudicium alicuius emanâs, ſi dubitetur an ſubſit iuſta cauſa vel non,præſumitur ex iuſta cauſa emanaſſe,& ſic pro principe vel ſtatuente,adeò quòd non admittitur probatio in contrarium,prout voluit Cynus in l.fin. & ibidem communiter Legiſtæ.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam,& idē Cyn. in l.Reſcripta.C.de precib.Imper. off. argumento clem.j. de probat. clem.paſtoralis,de re iudic.Bened.Capr.reg.x.nu.39.Quod tamē fallit quando princeps vel ſtatuens diſponeret contra id ad quod eſt obligatus,puta contra contractum ſuum,vel ſi ſtatueret reſpectu nō ſubiectorum,quia non præſumeretur pro ſtatuente.Similiter fallit quando ex facto vniuerſitatis vel principis ſtatuentis timeretur ſcandalū eueniticium,quo caſu pro ſtatuentibus non præſumeretur, vt voluit Innoc.in c.inquiſitioni,de ſenten.excommunicat. quem ſequitur D. Nicol.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtitut.cum quibus cæteros quoque tranſire ibidem numero 42. refert ac ſequitur Benedict. Capr. quid ſit iuris,ſi contra ius ciuile quid diſponatur vel ſtatuatur, vide ſuprà in verbor I V S.

Liberis legitimis tantum,niſi in adoptantis vel arrogantis poteſtatem tranſeant,non poteſt pupillariter ſubſtitui,l.cùm adoptiuus, C. de adopt.prout voluit Bart.in lege prima,ff.de vulg.& pupill. & Imo. in c.Raynutius,de teſtam.cum quibus cæteros tranſire refert Benedict.Capr.in tractatu ſubſtitutionum poſt regulas poſito,ſpecie ij.nume.vigeſimoſexto.

Literæ ſurreptitiæ ad litem vel etiam ad beneficia contentioſa impetratæ,non ſunt prorſus nullæ,ſed iuriſdictionem confirmant, licet exceptione,elidi poſſunt,ſecundum communem.Sed literæ gratioſæ ad beneficia ſine lite conſequenda,ſi ſunt ſubreptitiæ,iuxta communem ſunt omninò nullæ,vt refert Benedict.Capr.regu.xliij. nu. 2.12. 14.& 22.vide infrà Reſcriptum & Surreptio.

Locator & conductor ſi reſpectiuè taceant,poſt exactum tempus locationis & conductionis videntur per conſenſum tacitum relocaſſe & reconduxiſſe,iuxt gl.Bart.& alios in leg.Item quæritur,§.qui impleto, ff.locati,& gloſſ.in capitulo qui tacet.de regulis iuris lib.vij.& ita communiter teneri refert Bened.Capr.reg.lvj.nu.8.

Locationis & conductionis contractus perinde atque emptionis & venditionis admittit remedinm,l.ſecundæ,C.de reſcind. venditio. ibi quis vltra dimidium iuſti precij foret deceptus,quia ſimilis eſt emptioni,lege ſecunda,lege.item ſi precio,§.fin.ff.locati,vt voluit Ioan. Andreas in capitulo cum dilecti,de emptio.& venditio. & ita communiter teneri refert Benedic.Capr.regul.lxxxvij.numero ſeptuageſimoquarto,ſecundum Imo.ibidem.accedit quod notatur per gl.in l. in venditione,ff.de bonis auct.iud.poſſidend.

Lucrum quod quis ex reprobo ludo nactus eſt,reſtituere tenetur ſecundum gl.in l.fi.ff.de aleat.quæ communiter tenetur, vt refert Bened.Capr.reg.lxxxvj.nu.53.

Ludenti mutuās,modò nec colluſor nec ludus illicitus ſit.quia nō ſtatim conſumpturo mutuas,ſed ei qui ludendo poterat vincere, habet repetitionem,ſecundum communem opinionem.Azonis in ſumma titu.de religio.& ſumptib.fun.Bart.in l.ſi quis cū ſciret,ff. pro empto.Bal.& Salicetus in lege alearum vſus,C.de religio.& ſumpt,fun. Dom.Floria,in lege prima,C.eodem titulo,gl.in lege finali,§.fin.ff.de aleat.& ita practi. procedere,iuxta id quod not.in lege prima, C.qui pro ſua iuriſdictione.& verius eſſe refert Benedict.Capr.regul. lxxxvj.numero ſexageſimoquarto.Colluſori enim ob præſumptam fraudem in odium denegatur repetitio ſeu actio, gl. in lege quod ſi minor.§.penultimo.ff.de minoribus,& gl.lege ſi quis cùm ſciret. ff. pro emptore.& ibidem Bart.argumento l.ſecundæ,ff.quarum rerum actio.non detur.gl.in l.j.ff.de aleat.lege penult.C.eo.tit.& iſtud voluerunt Dom.Floria.Inno.D.Nicol.in c.cleric.ij.de vita & honeſt. cleric. & communiter teneri teſtatur ibid.Bened.Capr.nu.72.

L V D V S qui cōſiſtit in ingenio & induſtria, prout eſt ludus Schachorum,licitus & permiſſus reputatur,& in hoc neminem diſſentire refert Benedict. Capr. regula.lxxxxvj. numero tertio addens, ſecundum Dom.Flori.& D.Nicol.Imolam.in capitu.clerici,ſecundo,de vita & honeſtat. clericorum. quod ex eo quis lucratur licitè retinere poſſe argumentor legis finalis C. de relig. & ſumpt. fun. & id ſimiliter communiter ibidem refert,& licet multi teneāt, quod talis ludus clericis licitus non ſit,idque propter deſiderium & cupiditatem lucrandi & voluntatem proximum ſpoliandi, blaſphemiam, & ſcandalum. Contraria tamen opinio quam tenuit gloſſam.in Auct. interdicimus, C. de ſanctiſſim. epiſcop.& Innocent. in capitulo lator.de homicid.& Archid. poſt Laurent. in capitu. epiſcopus.xxxv.diſtinct. Odefred. Albert.de Roſat. Fulgoſ. d. Auct. interdicimus.Vincent.Ioannes Andreas,Dominus Floria.Imol & Dominus Nicolaus in dicto capitulo clerici, verior & communior eſt, cùm non fortunæ viribus, ſed tantùm ingenij acumine ac induſtria ludus peragitur. Quod verum eſt niſi dolus alterutrius interueniſſet,quia tunc ludus neque licitus eſt, nec quod quis per dolum lucratus,retinere poteſt,ſed reſtituere tenetur,iuxta legem primam.ff. de dolo,& lege prima,ff.de crimin.ſtellionat.& iſtud voluit Domin. Floria & Imola dicto capitulo clerici.& ſimiliter communiter teneri refert ibidem,numero ſexto:Capra aut niſi vltra aureum lucratus fuiſſet,qui ad reſtitutionē eius quod plus lucratur teneretur.l.finali, aliàs alearum vſus.C.de religioſ.& ſumpt. fun. quod verum eſt, niſi conſuetudo in contrarium eſſet, quæ licitum faceret vlterius ludi. quia ſecundum Baldum & Salicetum,ibidem,derogaretur dictę legi finali,vt poſſit licitè vltra aureum ludi,quod communiter teneri ibid.num.13.& 53.ex Ioan.And.Calderic.Petr. & Imola d.cap.clerici,refert idem Benedictus, addens tamen ibidem hanc communem vix contra clericos ſuſtineri poſſe.

Ludus taxillorum & tabularum,cui & alearum ludus conformis eſt,cùm partim ingenio partim in fortuna conſiſtat,& ſic miſtus eſt, parificantur,& communiter à pari iudicantur per Doct. excepto Io. Andr.vt refert reg.lxxxvj.num.34.47.Capra.& licet clericis his ludis interdictum ſit,poſſunt tamen laici iis vti vſque ad ſummam vnius aurei.glo.in.l.fin.de aleator. l.alearum vſus. C. de religio. & ſumpt. fun.& ita communiter tenetur Bened.ibid.num.41.

## M

MANDATO reuocato iudice vel aduerſario ignorāte,per procuratorem geſta tenent ac præiudicāt domino, etiamſi aliunde quàm per viam intimationis à domino iudex vel aduerſarius reuocationem factam reſciſſet,quod communiter teneri refert Ben.Capr.reg.lviij. nu.3.ſeq.& reg. lix.numero 23.& ſequen. vide infrà procurator, Reuocatio.

M A N D A N S delictum,eo non ſecuto,niſi atrox crimen fuiſſet,non tenetur,eo autem ſecuto,ſi expreſſè reuocaſſet mandatum, ſimiliter non tenetur.Sin tacitè,puta ſi mandatario ſignificaſſet,nulla reuocationis mentione expreſſè facta, ſe in gratiam cum inimico rediiſſe,vel parentelam cum eo feciſſe ſimiliter non tenetur, modò aduerſario tale mādatum notum feciſſet.l.iij.ff.de opt. legat. per not. in cap.cùm audientiam.de homicid. & in cap. cùm quis.de ſentent. excommun.lib.vj.& ibidem Petrus Anchar.et Canoniſt.communiter in cap.mulieres,eod.tit.et Guliel.de Cun. quem ſequitur Bart.et reliqui Legiſtæ communiter in l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.ff.de cond. cau.dat.vt refert Bened.Capra reg.lxxx.num.9.

M A N D A T A R I V S delinquens, licet perinde punitur atque mandans principalis, lege non ſolùm. §. ſi mandato.et ibidem Bart.ff.de iniuriis.id tamen fallit inter alia niſi iuſtè ſe excuſet,et veriſimiliter putauerit ſe non delinquere : vt notatur per gloſſ.in l.in rem.§.lignum.ff.de rei vendicatio.quod ex idētitate rationis in multis,vt communiter tenetur,verificari poteſt, niſi mandāti neceſſariò tanquam filius, ſeruus, vel ſubditus paruerit in leuioribus delictis, nam in atrocioribus non excuſatur.l.ſeruus.ff.de oblig. et action. l.ſi cum dies.§.in compromiſſo,ff.de arbitris.prout vult gl l.in.liber homo. ij.ff. ad legem Aquil. quam communiter approbatam recenſet Bened.Capra.reg.viij.num.24.et 26.

M A T R I M O N I V M et ſponſalia licet exigant verba, et expreſſum conſenſum,eorum qui nuptias et ſponſalia contrahunt,tamen iuxta communem opinionem liberi præſentes ac tacentes,parentibus eorum nomine contrahentibus conſentire creduntur, vt refert Benedict.Capr.reg.quiquageſimaſexta,numero trigeſimoſeptimo.et ſicut in contrahendis expreſſus,et non per præſentiam ac taciturnitatem inductus conſenſus requiritur; quod ibidem numero 53.communiter quoque teneri refert ibidem Bened. Capra, vide infrà Sponſalia.

M I N O R contrahens et iurans non venire contra,ratione minoris ætatis,ſi eſt deceptus vltra dimidinm iuſti precij,non præiudicat iuſiurandum ei in beneficio.l.ſecundæ.C.de reſcind.vendit.ſed tantum in benenecficio reſtitutionis in integrum,ratione ætatis,vt volūt gl.in l.ſciendum.ff.de verborum obligationibus,et gl.in d.c.cum cauſa.Ioan.Andr.Card.Hoſtien,in c.cùm contingat.de iureiurand.Cyn. dicta lege ſecunda,C.de reſcind.vendit.Salicet. in Auct. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditio.Baldus in l.ſi duo patroni.§. Iulianus.ff.de iureiurand,et id communiter teneri teſtatur Bened. Capr. regula octuageſimaſeptima,nu.centeſimotrigeſimooctauo. Et tunc quò ad illud remedium d.l.ſecundæ.non habet neceſſe petere abſolutionē,quia iuramētū nō ſolū quando ſpecificè in vno interpoſitū, ſed etiam quando generaliter præſtitum eſt,potius reſtringendū quā extendēdum eſt,ad hoc vt minus obliget iurantem ; iuxt. notat. in

cap.ad noſtram.ij.de iureiurand.& cap. primo eodem titulo. libro vj. Quare contrahens & iurans non venire contrà, ratione læſionis vltra dimidium iuſti preci;,ſibi tantum præiudicabit in remedio dictæ l.ſecundæ,& dicti capituli cum cauſa.ſed non in beneficio reſtitutionis in integrum. nam quando quis habet duo remedia,& in vno ſpecialiter renunciat non præiudicat ſibi in alio,vt tenuit Petrus de Bella pertica.& Io. Andreas & Imola dicto capitulo cum cauſa. de emptio.& venditio.vt Salicet.in d. Auct.ſacramenta puberum.& iſto caſu ſic iurans quò ad beneficium ætatis, non habet neceſſe petere aliquam à iuramento abſolutionem, cùm ſuper eo non intelligatur iuraſſe,& hoc ſimiliter communiter teneri refert Benedictus Capra reg.lxxxvij.nume. 141.& numero ſeq.addit, ſi minor ratione ætatis & læſionis non contrauenire iurauit, præiudicat ſibi in vtroque, & hoc caſu cenſibitur vt maior,quare iiſdem caſibus quibus maior poterit relaxationem iuriſiurandi impetrare, & eandem facilius conſequi.Bart.Salicet.dicta Auct.ſacramenta.& Bal.dict.l ſecunda,& Imol. d.c.cum cauſa.argumento.l.ſecundæ,§. ſed videndum. de ſucceſſorio edicto. Sin autem ſimpliciter iurauit non contrauenire, ſi appareat quòd voluerit ſe reſtringere ad beneficium ratione ætatis, tunc tantum ſibi præiudicabit quò ad beneficium reſtitutionis & non quò ad in lege ſecunda,vt voluit Salicet.d.Auct.& Imo.d.c.Bartol.& Bal. dicta lege ſecunda argumento.l.prim.C.ſi maior factus.ibidem nu. 144.& ſeq.Sin non appareat,tunc ſiue de beneficio fuerit certificatus, ſiue non, tamen ad euitandum periurium, ſibi in vtroque præiudicaſſe videtur,& quod ſatis ſit eum in genere facultatem contraueniendi abs ſe abdicare voluiſſe,iuxt.not.in cap.fin.de maiorit.& obedient,& D.Nicol.d.c.cum cauſa,de empt. & venditio,vt notat in c.iuuenis,de ſponſalibus. quod tanquam verius cõmuniter per Modernos teneri etiam in practica,refert Bened.Capr ibid.nu.160.

Minorem quòd vulgò dicitur in diuiſionibus eligere, maiorem autem partem facere debere, falſum eſt, ſecundum Bart.in lege prima, C.de his qui ſe deferunt.lib.xj.exceptis caſibus quibus id minoribus pro priuilegio concederetur,quia Bartol.ibidem non loquitur de minori xxv.annis, ſed minore ratione ætatis, relatione ſcilicet facta ad maiorem natu,quod communiter teneri refert Benedict. Capra reg. cix numero 16.

Minor licet non poſſit diuidere,nec ad diuiſionem ſocium vel coheredem prouocare.l.ſi pupillorum. de rebus eorum.l. penult. C.de prędiis minorum,id tamen fallit inter alia quando ipſi minori diuiſionem facere expediret, puta ſi ſocium haberet rixoſum & contumelioſum.l.iubemus.ij.& ibidem Bartol.C.de ſacroſanctis eccleſiis, & ita communiter teneri refert Benedictus Cap.ibidem numero decimonono. Similiter fallit, ſi res communis ipſi minori foret damnoſa.Cyn.Bart.& Bald.d.lege iubemus.quod etiam communiter teneri ibidem numero vigeſimo refert idem Benedict.Capr.Similiter fallit in fructibus quos indiſtinctè diuidere poteſt, ſecundum Barto. d.l.iubemus.& Bald.in lege j.ff.de rebus eorum. & id quoque communiter teneri refert ibid.nu.21.Bened.Capra.

Minor xviij.maior autem xiiij. annorum,ab alio quam à principe iudex dari non poteſt, etiam ſi partes conſentiant, vt probatur ſecundum gloſſam in capitulo cùm vigeſimum. de offic.delegat.quam communiter approbatam affirmant Capra regu. trigeſimaprima,numero decimotertio, contra gloſſ.in l. cùm prætor.§.non autem.ff.de iudic.& lege,quidam conſulebat.ff. de re iudic. Sin à principe detur aliud erit,vt ibidem numero decimoquarto dicit, quo caſu non ſufficeret annus vltra xiiij.iam cœptus iuxt.l.ad rempubli. ff.de muner. & honor.ſed requiritur vt ſit completus, iuxta c. cùm in cunctis.de electio.c.ad noſtram,de regulis iuris, cap.ſignificatum.cap. identitatib.in princ.de electio.libro ſexto,capitulo vnico.de ætat.& qualitat. ídque ſecundum Archid.& D.Florian. regulariter verum eſt,niſi contrarium reperiretur in iure expreſſum,aut fauor aliud ſuaderet, quia quando de fauore agitur annus cœptus habetur pro completo, niſi aliud iure reperiatur expreſſum,vt voluit gloſ.magn.in l.tertia.§. minorem.ff.de minoribus,vide ſuprà Annus.

Minor xxv.annorum regulariter non poteſt eſſe procurator pro alio in iudicio,cap.qui generaliter.§.finali de procura.lib.vj.l.minor. ff.eod,tit.gl.in l.exigendi.eod.tit.gl.in c.non iniuſtè, eodem tit. quod etiam tenent citramonta. maximè Iac.Butrig.& Bart.dicta lege minor.& eam opininionem dicit approbatam & communem Benedic. Capra reg.ſexageſimaprima, numero ſecundo,quod tamē in iudicio voluntario poſſeſſorio ſpiritualibus / cauſis fallit,in quibus non tantùm pro ſe,ſed etiam pro aliis eſſe poſſit, fallit ſimiliter ſi mandatum ſuſcipiens iuraſſet non contrauenire vel reſtitutionem petere, aut quando contra minorē non oppugnaret ætas legitima,aut ſi ex parte actoris haberet mandatum, quia poſſit in iudicio vt procurator eſſe.nec reſtitueretur dominus ſi inde læderetur, vt ibidem,numero tertio & ſeq.vſque ad fin,reg.videre eſt,ſibi enim dominus imputare deberet,quod talem elegiſſet.

Minor xv.annorum,maior autem xvij.an.licet ſecundum Hoſt.& Io.Andr.in c.non iniuſtè.de procurator.poſſit eſſe in iudicio, per ea quæ habentur.in §.iuſtè,inſtit.qui ex quibus cauſis manu.qui ex hoc videntur velle,quod iudicium agitatum cum minore procuratore alterius,non ſit nullum,iuxt.gl.in lege exigendi.C.de procura.vbi Bar. idem quoque tenere videtur, & gl.in lege ita demum. C.eod.titu.de procu,& ibid.Bal.vt in lege licet.C.eod.& Petr.de Anch.in c.qui generaliter.de procur.lib.vj. Contrarium tamen videntur velle Bart.& gl.in lege minor.ff.eod. ex eo quia non habet perſonam legitimam ſtādi in iudicio pro ſe,ergò multò minus pro alio,vnde videtur quod iudicium ſit nullum,& exceptio quandocunque opponi poſſit, iuxt. not.in ca.in noſtra.de procur.& hoc tenet in dicto c. non iniuſtè.Do. Ant.& Imol.quibus accedit quod not.Bart.in l.filiusfamiliâs.§.veterani.ff.de procur.idem tenet Dominicus in c.qui generaliter.de procur.lib.vj & ita communiter teneri,refert per Modernos Bene.Capr. reg.lxj.nu.9.& 10.

Monachus licet nomine proprio neque agere neque conueniri poſſit,cùm non habeat proprium,& ne Cappam quidem, quam monaſterij nomine detinet,quare nec reſtitutionem ablatæ ſuo nomine petere poteſt,prout notat xij.quæſt.iij.c.nolo,& ca.non dicatis.de ſtatu monach.id tamen inter alia fallit in cauſa criminali,quia poteſt Abbatem malum accuſare, expenſis monaſterij, gl.in ca.ex parte, de accuſat. perinde atque Abbas accuſatus vel remotus ſe monaſterij expenſis defendit,atque tuetur,ſecundum Alanum & Vincen.& Io. And.d.c.ex parte, cum quibus cæteros communiter reſidere refert Bened.Capr.reg.lxxxv.nume.3. Similiter fallit inter alia ſi monachus agere vellet pro cauſa ſuæ electionis, quia id poteſt quoque expenſis monaſterii.quod procedit quando eligeretur in prælatum monaſterii cuius eſt monachus, aliàs ſi in prælatum alterius,non poteſt agere ſine licentia ſui prælati,prout notatur in c.ſi religioſus.de elec. lib.vj.et ita quoque cõmuniter teneri refert ibid. num.4.idem Capr.

Monachi clauſtralis correctionem, ſi agatur in forma iudicij,licet Innocen.Hoſt.Abb.Io.And,Collector & Aegid.Bellamer. in c.quāto. de offic.ordin.videantur tenere ad Epiſcopum & Abbatem pertinere per gl.in c.de perſona.xj.q.j.& gl.xviij.q.ij c.j,quod voluit Hug.ibid. et communiter videri,tamen contraria opinio ſcilicet iuriſdictionem ſiue correctionem etiam in grauioribus criminibus ad ſolum Abbatem,paucis quibuſdam exceptis pertinere, non ſolùm ſi agatur ad correctionem iuxta regularia inſtituta,ſed etiam ſi agatur ad pœnam iuris et via ordinaria verior eſt per c.ea quæ.de ſtatu monachorū.et ibid.gl.c.reprehenſibilis.in fi.de appellat.c.corripiantur. xxiiij.q.iij.c. Abbates.xviij.q.ij.c.quæ ab eccleſia.de offic. ordinar. et gl.in c.quanto.eod.tit.gloſſ.in c.experientiæ.xj.quæſt.j.gl.in c.pen de offic.ordin. gloſſ.in c.de perſona.xj.quæſt,j. gl.in cap.paſtoralis de offi. ord.et ita in d.c.quanto.tenuerunt Laurent. Vincent.Philip.et Goffred,et Do. Nicola.in c.cùm contingat.de for.competen.quam firmat Ioānes de Ligna.in clement.ne in agro.de ſtatu monacho.cuius dicta Aegidius Bellamer.ibidem approbat, et hanc vt communem tenendam aſſerit Benedict.Capra regul.lxxxiiij,numero ſecundo et tertio, et numero 16.dicit hoc procedere,etiam in Abbate confirmato, necdum conſecrato,quia etiam ante benedictionem ſtatim poſt confirmationem recipit iuriſdictionem,iuxt.not.in c.tranſmiſſam.et c. venerabilem.de elect.gloſſ.in clement.ij.de ſtatu monachorum, et hoc tenent,d.cap. quanto,Hoſtienſ.D,Anto.Imol,D, Nicol,et communiter Doctores, quod tamen inter alia fallit,quando in contrarium extaret conſuetudo, tunc enim cùm iuriſdictionem etiam contentioſam det,eſt ſeruanda,Bart.in l.fi.ff.de aqua pluuia arcend.c.cùm contingat.et ibidē gloſſ.et Doctores communiter, de foro competent. Item in notoriis actu permanentibus, nam in his Abbatis negligentia excuſari non poteſt actu tranſeuntibus, ſed Epiſcopus corrigit et punit ſuos,cap. Romana.§.notoria,de cenſ.lib.vj.cap.ſuper eo, de cohabitatione cle. et in c.dilectus.de appellat.c.cùm tu.de vſur.Item fallit quando ageretur ſuper crimine,ob quod ſequi poſſit degradatio, tūc enim non Abbas, ſed Epiſcopus cognoſcet et corriget monachum,quia inferior Epiſcopo non poteſt actualiter nec verbaliter degradare ,ca.degrad.in prin.de pœnis,c.tranſmiſſam. de elect.et doct. communiter, in c.at ſi cler.de iudic.quod procedit etiam ſi per viam inquiſitionis procederet,vt refert Bened.d.reg.lxxxiiij.nu.24.28.et 27.

Monachus clauſtralis ſimplex in ciuilibus conuenire non poteſt, cùm non habeat proprium xij q.j.c.nolo.et c.non dicatis.de ſtatu monachorum,et ibidem notatis, ſibi enim imputare debet qui contrahit impudenter cum monacho,et hoc tenuit Inno.et Hoſt.in c.quāto.de offi.ord.Lignan.in cle.ſecunda,de ſtatu monach.et D.Nicol.in c.cùm contingat, de foro competenti, et capitulo ſi quis contra.de foro competen.et ita communiter teneri refert Benedict.Cap.regu. lxxxiiij.nu.44. Quod tamē fallit quando monachus de licētia Abbatis eſſet in ſtudio, quoniam tunc videtur conceſſa poteſtas contrahendi in iis ſine quibus commodè in ſtudio verſari non poſſit,vt no. in c.ex parte.de accuſ.quia obligatur monaſterium ex mutuo vſque ad probabilem ſummam,gl.in c.non dicatis.ij.q.j. Archid.in c.vt periculoſa.ne clerici vel monachi.et Innocē.in dicto capitulo quanto. et D.Nicol.d.ca.cùm contingat.et d.c.ſi quis contra. et communiter

tenetur quod monachus tali caſu agere & conuenire poſſit, quo tamen caſu, cùm Abbas monaſterium defendere teneatur, non poterit eſſe iudex, neque enim par eſt partem iudicem eſſe, c.nullus.iiij.q.iiij.& ideò conuenietur monaſterium coram epiſcopo, ſecũdum D. Nicol.d.cap.ſi quis contra.aut ſi ſit adhuc in remotis coram rectore, vel iudice ordinario ſtudij vel loci.vt dicit Imo.d.c.quanto.argumento. l.ſi longius.ff.de iud.vt refert Bened.ibidem nu.49.& ſeq. Quod tamen non procedit quando monachus ſine licentia Abbatis verſaretur in ſtudiis, quo caſu cùm monaſterium non obligetur, corã Abbate erit conueniendus, quia ceſſat ſuſpicio, vt tenet Inno.& D.Nicol.d.c.quanto.& Archid.in c.vt periculoſa. Ne clerici vel monachi. & Ligna.d.cle.ij.& ita quoque communiter teneri refert ibid.nume. 52.idem Bened.Cap.

Monaſterium ſi quis aſtu inductus ingrediatur licet ingreſſus non obſtante calliditate illa ac dolo teneat, tamen quò ad bona ingredientis non acquirẽtur monaſterio, ſed relinquuntur eius heredibus, iuxta communem doctorum ſententiam, quod verum eſt quando principaliter ob auaritiam & bonorum auiditatem ſeductus fuiſſet, non ab vno ſed toto monaſterio, ad vitam & ſuperſtitionem monaſticam, refert Bened.Cap.reg.lxxxvij.nu.50.vide ſuprà Dolus.

Monaſterium poſt teſtamentum abs ſe factũ ingrediens, quod nil poteſt habere proprij, vt eſt ordo medicantium, quia ciuiliter cenſetur mortuus, bona ſua ſtatim poſt ingreſſum ad inſtitutos teſtamẽti, ſicuti teſtamento non facto deuoluerẽtur ad venientes ab inteſtato, cap.vnico.& ibidem Lapus.de relig lib.vj.quia hoc caſu mors ciuilis comparatur morti naturali, & eundem operatur effectum, iuxta notata in lege prima, & ibidem Bart.ff.de teſtam.vt Canoniſtæ.d.c.vnico, & clem.exiui.de verb.ſig.& ita communiter teneri refert Bened. Capr.regula centeſimatertia nu.31. Si verò monaſterium proprium habere poſſit, tum ſi minus legitima relinquatur mortuo teſtatore monacho, ad ſupplementum aget, Sin nihil relictum ſit, rumpitur teſtamentum inſtar poſthumi natiuitate.l.j & ij.ff.de lib. & poſthum.l. poſthumos.C.de bonorum poſſeſſione cõtra tab. & ibidem gl. quod cõmuniter ſimiliter teneri ibid.nu.43.refert Bened.

Monitio ſiue inquiſitio iudicialis, quoties requiritur, licet ad hoc vt pœna ipſo iure incurratur, trina eſſe debeat, vel vna pro omnibus peremptoria, vt tenet Bal.in Auct.Item nulla communitas.C.de epiſcop.& cler.vt not.in c.conſtitutionem.de ſent.excom. lib.vj.gloſſ.in clemen.j.de vita & honeſt.clericorum, tamen id fallit in caſu illicitæ exactionis per iudicem Laicum contra clericum factæ, quia ſufficeret ad hoc vt excommunicationem incurrat, vnica competente termino facta, idque ſecundum Hoſt.& Io.Andr.in c.non minus.de immun.eccleſ.odio Tyrannorum & eccleſiæ fauore, communiter teneri refert Bened.Cap.reg.xcvj.nu.81.

Monacho inſtituto herede, cui ſubſtitutũ ſit vulgariter, repudiante hereditatem, Abbas cum conuentu, vel monaſterium, ipſo monacho inuito poteſt adire hereditatem, & ſubſtitutum excludere quod non tam vigore iuris, quàm ex æquitate canonica procedere, dicit Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſcopis & clericis, & in lege prima, C.qui admitti ad bon.& Inno.& Io. Andr.in ca.præſentia.de probat. Imol. in c.Raynutius.de teſtam. Franc.de Ramponibus.in l.poſt aditam, C. de impub.& aliis ſubſtitutionibus.Larto.in l.j.ff.de vulg. & pupill.& ibidem Imola, & communiter Canoniſt.d.c.in præſentia.& ita communiter teneri refert Bened.Cap.in tract.ſubſtit.poſt regulas poſito, in prima ſpecie.nu.61 & 63.

Mutuans pecuniam ludenti, licet id iuxta veriorem & communiorem Doctorum opinionem repetere poſſit, id tamen inter alia fallit in colluſore, quia lex præſumit dolum interueniſſe, & in eodẽ ad reſtituendum compellit, quemadmodum refert Bened.Cap.regu. lxxxvj.nu.72.vide ſuprà Ludus.

Mulier poteſt eſſe executrix, non ſolùm in negotiis ſed etiam in vltimis voluntatibus ad pias cauſas, vt dicit Bald.in lege id quod pauperibus.C.de epiſcop.& clericis.Leges enim quæ repellunt mulieres à limine iudicij loquuntur, quando non ſuo nomine habent actionem, ſed volunt fungi nudo miniſterio, iuxta l.qui aliqua.§. quanquam.ff.de negot.geſt. ſecundum Baldum ibidem, cum quo cæteros tranſire refert Bened.Cap.in tract.executionis teſt.memb.ij.num.45. vide ſuprà Fœmina.

Munera ſiue onera perſonalia miſta, qualia ſunt illa quæ exhibentur corporali obſequio, alienis ſumptibus, abſque erogatione proprij patrimonij, vt dicit Innoc.in capitulo non minus.de immun. eccleſ. Bartolus in lege reſcripto.§. ſciendum. ff.de muneribus & honoribus.laicus cogi poteſt præſtare, & ſimiliter ciuis in loco in quo eſt ciuis, etiam ſi alibi domicilium habeat, ſubire debet.lege Incola iam, ff.ad municip. lege ſecunda, C.de muneribus & honoribus libro decimo, vt tenuit Dynus & Oldradus quos ſequitur Bartolus dicta lege reſcripto.§.ſciendum, & ita communiter teneri refert Benedictus Capra regula nonageſimaſexta, numero decimoquarto. Licet autem clerici regulariter ad tale cogi nequeant, id tamẽ inter alia fallit ſi habeant poſſeſſionem à principe quia tũc ad onera perſonalia tenentur, vt ſunt Angaria & Parangaria, vt notat.in capitulo non minus de immunitate eccleſiarum per Innocentium & Dominũ Antonium, & ita communiter teneri ibidem numer. 21.Benedict.refert.

MVTVS & ſurdus natura licet teſtari non poſſit, lege diſcretis. C.qui teſtamenta facere poſſunt, tamen ſi ex accidente mutus vel ſurdus ſit, & ſcribere norit, teſtari poterit, etiamſi ſtatutum diſponeret quod poſſit teſtari, niſi id à principe cui hoc ſolum reſeruatum eſt, haberet, lege ſi mutus, ff.de teſtam.lege prima.§. de qua re.ff.de poſtul. quod voluit Bart.in l.ſi quæramus.ff.de teſtam.& Imol.in d.c.quia ingreſſa.eod.titu.Surdus verò, ſi idem non mutus, rectè teſtari & codicillari poterit, dicta lege diſcretis.l.mutum.& ibidem not.ff.de legatis tertio, quod cõmuniter teneri refert Benedict.Capr.reg.ciij.num. 22.

Muto ac ſurdo, cùm teſtari nequeat, perinde atque furioſo ac prodigo pater exemplariter ſubſtituere poteſt, cùm enim eadem iuris ſit ratio, æquum eſt permiſsionem legis ad caſum ſimilem quoque extendere, iuxt.l.Gallus, §.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthm. prout voluit Bart.poſt Gulielmum de Cuneo, & Ravner.in l.ex facto. ff. de vulga.& pupil.& Bald.in lege humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtitutionibus, quod communiter teneri ſecundum Imol.in cap. Raynutius.de teſtamentis.refert Benedict.Capr.in tractat ſubſtitut. poſt regulas poſito in ſpecie iij.nu. quadrageſimoſexto.

## N.

NEGOTIORVM geſtor qui vniuerſaliter procurat negotia alicuius, cũ de non geſtis teneatur, non minus quàm procurator, Syndicus, atque defenſor à ſententia contra ſe lata non ſolùm tenetur appellare, lege ſi pupilli.ff.de negotiis geſtis, idque ſecundum Nicol.in gloſſ. cap. non iniuſte.eo.titu.communiter teneri refert Benedict.Capr.regul.ſexageſimaquinta numero decimo.ſed etiam appellationem proſequi, Ioannes Andreas, Anton.& Imol. in cap. non iniuſtè de procur.& id ſimiliter communiter receptum ibidem numer. trigeſimotertio, aſſerit Capra.

NOTORIVM & manifeſtum ex probatione iudicialiter facta inducitur.cùm in iudicio probatum ſit probatio firma & notoriũ quemadmodum communiter teneri refert Benedictus Capr.in tract notorij poſt regul.lxv.poſito, membro j.prnicip.nu.47.

Notorij qualitas, vbi exigitur ſolùm ratione proceſſus. & non ad fundandam poteſtatem iudicis, tunc ſi iudex velit procedere via ordinaria, et iuris ordine obſeruato ſufficit quod allegetur, per not. gl. in clement. Appellanti.de appellationibus, cap.accedens.ij.vt lite nõ conteſt.Sin via extraordinaria procedere velit, tunc debet ſe reformare de ipſo notorio.oportet enim quod ſit notorium, et de ipſo iudici conſtet prout voluit gloſſ.ij.quæſt.j.§.quando autem.et cap.ad noſtrã. ij.de iureiurando.lege ea quidem.C.de accuſatio.et quæ ibi notantur et ita à Legiſtis communiter teneri refert Benedict.in tractat.notorij, in iiij.membr.princip.nu.ſexageſimoſecundo, quam informationẽ poteſt facere, vt ibi habetur, de ſimplici et plano, parte non monita, neque teſtibus iuratis per not.in cap.Bonæ.j.de electio.vt voluit Innoc.cap.interpoſita, de appellat.

Notorium licet releuet ab onere probandi ipſum factum notorium iuxt.gloſſ.in clement Appellant. de apellatio.Bald.in Auct.qui. ſemel, C. quando & quomodo. tamen non releuat ab onere proponendi ſiue allegandi, cùm neceſſe ſit quod allegetur prout notatur in lege.Si adulterium cum inceſtu §.idem pollioni.ff.de adulter.& ita Legiſtas communiter tranſire refert. ibidem in tractat, notorij, iiij. membr. princip. numero ſeptuageſimoſeptimo Benedictus Capr & numero ſequenti.adiicit, Etſi à partibus non allegetur, poterit iudex ſupplere, modò ſub petitione includatur, ca. Bonæ.j.de electio.l.j.C vt quæ deſunt aduocátis.

Notorium ſi habet in ſe incluſam ſententiam iuris, licet tunc quò ad effectum iuris non ſit neceſſaria alia ſententia, cùm æquipolleat ſententiæ, nam eo ipſo quod quis eſt in notorio delicto ſit ſuſpenſus, vt poſſit ab eo recedi, nec celebrare debeat, prima, quæſtione prima, per totum, & notat.in capitulo niſi cum pridem, de denunciatio. & capitulo finali, de cohabit.cleric.& mul.hunc enim effectum imprimit ipſa notorietas à principio abſque alia ſententia.tamen quò ad alios effectus imprimendos requiritur ſententia, vt notat. in capitulo ſicut.de cohabit.cleric.& mul:& ita communiter Doctores tenere refert Benedict.in tractat.notorij.poſt regul.lxv poſito, iiij.membr. princip.numero octuageſimoquinto.Similiter quando notorium non habet in ſe incluſam ſententiã requiritur ſententia, prout notat.in Auct vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.§.neceſſitatem, vt ita communiter Docto.tenere ibidem numero ſequen.refert idem Bened.Capr.

Notorium, ſicut etiam fama, per teſtes ſaltem duos, probari poteſt, prout voluit gloſſ.notab.ſecunda quæſtione prima, in §.quando autẽ & ita communiter Docto.& Rota deciſio cccxxviij.incipit item ſic

tra,teneri refert Bened.in d.tract.notorij,vj.memb.princip.nu.7. Ipſi autem teſtes ad hoc vt probent notorium, debent cauſam ſui dicti et am nõn interrogati reddere,prout voluit Io.Andr.in add.ad Spec. in tit.de notorio crim.§.fi.vt not.in c.cùm cauſam.& ibidem Innoc. & Moder.de reſtit.& Baldus in l.ſolam.C.de teſtibus, & ita ſimiliter communiter teneri refert ibid.nu.10.

Nullitatis exceptio, tametſi reſcripto aut ſtatuto diſponente, ne vlla exceptio contra inſtrumentum poſſit opponi, non admittatur, tamẽ ſi cauſetur ex defectu nullitatis & ſic iuriſdictionis, puta ſi opponatur quod inſtrumentum falſum aut nullum ſit, iuxta communem Doctorum ſententiam, rectè opponetur, vt refert ac ſequitur Bened.Capr.reg.lj.nu.vigeſimoſecundo qua de re vide infrà in verbo Reſcriptum.

O

OBSIDES populi Romani,& ſic hodie in bellis contra infideles dati aut recepti.teſtari non poſſunt.lege obſides.ff.de teſtamentis.Secus ſi ciuitas vel princeps ciuitati vel principi obſides dederint,aut ab his receperint,quia tales nihilominus teſtari poterunt, ſecundum Bart.& Doctores in dicta lege obſides.per notat.in c.ex reſcripto.de iureiurando.& ita communiter teneri refert Bened. Capra reg.ciij.numero 203.

Obreptio ſeu res furtiua & clancula in totum vitiat ſcripturas, qua de re vide infrà verb.Surreptio & Reſcriptum.

Opinionibus inter Legiſtas variantibus, ſtatur deciſioni iuris Canonici,quia etiam ad Papam pertinet decidere opiniones repugnantes, eiúſque deciſioni ſtatur etiam in foro ciuili, ex quo Imperator non determinat contrarium ſuprà in verbo Dubium.

Ordinarius ſententiam abs ſe nulliter latam à qua fuit appellatum,non poteſt reuocare,aut emendare, quam, etiam ſi appellatum non ſit,& nulla fuerit ob turpitudinem & ſordes ſuas,ſimiliter non poterit emendare,ſed ſuperior,prout communiter tenent legiſtę.Secus erit ſi nulla ſit alia de cauſa quã ex ſordibus & turpitudine, quia tunc ordinarius poterit ſuam ſententiam reformare,vt communiter teneri refert,Bened.Capra reg.xxvj.numero 18.& 19.qua de re vide ſuprà in verbo Iudex.

Ordinarij plures ſiue dentur in ſpiritualibus ſiue in tẽporalibus, iuriſdictio videtur data inſolidum vt etiam exercitium, vt patet in lege vna.ff.de officio.conſul.& notat.in lege ſi vni.alias Pomponius, ff.de rę iudicata, capitulo ſecundo, de arbit.libro ſexto, communem refert Benedict.Capra numero quarto, vide ſuprà in verbo Iudex & verbo Delegatus.

Ordinarius inferior à principe, cauſas criminales delegare non poteſt,ſecundum leges,lege prima.ff. de officio eius cui mand.iuriſdict.& ibidem gloſſ.& Doctores communiter tenent, vt notat.in lege imperium.ff.de iuriſdictio.omniũ iudic.niſi in caſu abſentiæ, quia tunc poteſt eas delegare quò ad cognitionem.nõ autem quò ad executionem,lege prima.ff.de offi.eius cui mandat.eſt.Si tamen inſignis eſſet delegatio, & mora periculum afferre poſſit ſecundũ Bartolum ibidem, etiam executio delegata cenſeri poſſit,idem obtinet in caſu infirmitatis.iuxta l.quæſitum.ff.de re iudic.Iure autem Canonico indiſtinctè tales cauſæ delegari poſſunt, gloſſ. in capitulo quod ſedem. de offi.ord.& cle.vnica.de offic.deleg.D.Anto.& D. Nicol.& Canon. communiter in capitulo quod ſedes.de offiic.iud.ordin.quod tamen fallit in delegato ob perſonæ induſtriã, quia is etiam à principe datus ſit,iure canonico ſubdelegare non poterit cauſas criminales,iux. capitulum quoniam.§.is autem,de offic.deleg.& lege vnica.§.ne autem.C.de cad.toll.l.inter artifices.ff.de ſolut.iure ciuili delegatus cauſas criminales delegare non poteſt.lege à iudice.C.de iudic.lege prima.C.qui pro ſua iuriſdict.& ita communiter tenetur niſi delegatus eſſet principis,is enim tales cauſas ſubdelegare iure ciuili poteſt.Bar. dicta.lege prima,& Guliel.de Cuno.in lege prima.ff.de offi.eius cui mandat.eſt iuriſdict.& Specul.in titu.de iudic.delegat.§.ſequitur per totum,idque ſimiliter communiter teneri,refert Bened. Capr.regul. lxxvj.nu.2.3.5.& 13.

P

PAPA & princeps ſupremus poſſunt ſententias non ſuo nomine,& ſic planè nulliter latas, ex plenitudine poteſtatis ratificare ac confirmare,iuxta communem,vt refert Bened.Cap.reg.liiij.nu. 33.vide infrà in verbo Ratihabitio.

Papa & princeps in dubio non præſumuntur ius tollere niſi concedatur dilatio,aut ſecunda iuſſio emaneat,aut opponatur clauſula non obſtante tali lege,&c. idque communiter receptum refert Bened.Cap.reg.x.nu. 56.& ſeq.



vide ſuprà in verbo Ius.Papa poteſt etiam opiniones legiſtarum cõtrarias aut variantes decidere ſuprà in verbo Dubium.& verb.Opin.

Papa poteſt pro libito ſine omni cauſa transferre epiſcopos & permutare,vt notatur in capitulo propoſuit de conceſ.præbend.ſecundum Imol.in capitulo exhibitam.de rerum permutatione, & not.in capitulo cùm veniſſent.de iudiciis.& ita communiter teneri refert Bened.in tract.permu.poſt reg.num.88.poſito num.43.

PACTVM de retrouendendo pro maiori precio contractui adiectum,facit præſumi contractum ſimulatum & vſurarium, prout voluit D.Floria.& Dominus Nicolaus in cap.ad noſtram. de emptio. & venditio.iuxt.not.in capitulo illos vos.de pignor.& ita communiter teneri refert Bened.Cap.reg.lxxxvij.num.167.

Pactum de reuendendo eodem precio,ſi concurrat cum alio pacto,puta de computando fructus in ſortem ſimiliter præſumi facit contractum cui adiectum fuit pignoraticium & vſurarium,iuxt.dict. capitul.illo vos D.Floria,& D.Nicol.dicto capit.ad noſtram. quia de natura emptionis eſt,vt faciat fructus ementis.nec teneatur eos in ſortem computare, cùm id ſit de natura pignoris. ſecundum Imolam ibidem.argumento,l.ſecundæ.C.de in ius vocan.& ita communiter contra D.Anton.in dicto caiptulo illo vos.teneri refert ibidem Benedictus Capra,nu. centeſimoſexageſimooctauo.Sin autem non concurrat tale,aut ſimile pactum,ſed precij paruitas,ſeu modicitas, tunc ſimiliter contractus præſumitur pignoraticius ac ſimulatus,præſertim ſi conſuetus ſit vſuras exercere,ita contrahens,iuxt.not. dicto capitu.illo vos.quod & Archid.xiiij.quæſtione tertia.capitulo plerũque.& D.Anton.dicto capitulo ad noſtram. ſenſiſſe videntur.& ita quoque paſsim teneri refert Bened.Capra ibidem nu.13.

PATER vel dominus,ſi liber homo negotia geſſerit peculiaria filij vel ſerui contemplatione,per ſequentem ratihabitionem tenetur ad id tamen, ad quod prius quoque tenebatur,puta ad peculij quantitatem,lege ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de negotiis geſtis.ſecundum gl. in cap.ratum de regulis iuris,libro ſexto,cum qua communiter Doctores tranſire refert Benedictus Capra,regula quinquageſimaquarta,numero ſexto,id quod verum eſt, cùm pater vel dominus ratum haberet contractum non vt pater vel dominus, ſed vt alius,vel vt pater vel dominus & alius,vt ſi dubitaretur qualiter ratum habuerit. Differt enim cùm pater vel dominus facit aliquid vt pater. vel dominus,vel vt pater vel dominus tanquam alius lege ſi pater. §. qui duos.ff.de opt.legat.ſecundum Dyn.Card.& Zanzel,Zabarel.in dict. cap.ratum.cum quibus cæteros ſentire,refert ibid.numero vigeſimo ſecundo idem Capra.alias enim pater & dominus contractum filij, etiam non ſuo nomine factum ratum habere poſſunt,& obligantur inſolidum,idque communiter teneri ex Dyn.Card.Zanzel.dicto cap. ratum refert ibidem num.17.& 24.idem Capra.

PENSIONIS ſiue mercedis remiſsio ob ſterilitatem magnã colonis concedi ſolet,quæ tamen ſterilitas non ex eo quod ne quidem ſemen recollectum foret erit metienda,cum prata vineæ,olineta,pomaria & ſimilia ſeri non ſoleant,ex quibus tamen multum fructus reportant agricolæ,ſed potius ex communi vſu loquendi & vulgi opinione æſtimanda venit,argumento.l.j.§.j.ff.de flumin.l.cum de Lanionis.§.aſinam.ff.de fundo.inſtru.c.ex literis.de ſponſal. Vnde ſi dicãt ſe bonas meſſes ac vindemias habuiſſe annus fertilis,ſin malas & omnes ſuas operas perdidiſſe,& vix ſemen recollegiſſe,dicant,annus ſterilis reputabitur.vt placuit Goffredo & communiter Doctorib.ſecun.Ioan.And.in c.propter.de locato.& cõduct.vt refert Benedict.Capr.regu.octuageſimaoctaua.num.8.& 9.vbi etiam numero ſecundo dicit opinionem æſtimantium ſterilitatem ex eo quod ne ſemen quidem recollectum ſit, communiter reprobatam eſſe vide infrà Remiſsio.

Penſionis remiſsio quemadmodum ob caſum fortuitum ac ſterilitatem impetrari,ita ob vbertatem fructuum vltra duplum vel dimidium eius quod conſueuit recolligi caſu fortuito ac inſolito obuentum,penſionis augmentum in duplum vel pro rato impetrari ſolet, prout voluit in cap.propter de locato.Ioan.And. iuxt. notat.in lege prima, de fund.reipu.l.fi.C.de omni agro deſert.libro vndecimo.et gloſſ.in l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati.& ibid.Bart.quam cõmuniter excepto Cyn.qui contrarium tenuit in l.legem. C.locati ſequuntur Docto.& benè,quia contrariorum eadem debet eſſe diſciplina,l.etſi contra.ff.de vulgari et pupill. Vnde ſi impetu aquarum omnia molendina deſtructa ſint vno excepto,vnde conductor multum lucratus ſit vltra duplũ vel dimidium eius quod conſueuit percipere,poterit peti ab eo augmentum penſionis.ſecundum Imolã in d.c.vt refert ex Bart.Benedict.Capra reg.lxxxviij.num.57.& ſeq.

PERMVTATIONIS contractus cùm ſimilis ſit emptioni, ſi quis vltra dimidium iuſti precij decipiatur,admittit remedium l.ij. C.reſcind.vendit.vt contractus arbitrio læſi vel reſcindatur,vel precium ſuppleatur.l.ſin.ff.ex quibus cauſis,in poſſeſſ. eat.l.permutatione,C.de rerum permutat.& ibid.Bald.& Salicet et Ioan.Andr.in c. cũ dilecti.de empt.& vendit. & ita cõmuniter teneri teſtatur Benedictus Capr.regu.octuageſimaſeptima nu.ſeptuageſimoquinto,idque

procedere dicit in permutatione rerum corporalium,non autem rerum ſpiritualium.& permutatione beneficiorum,ex quo titulus nõ habetur ex parte ſuperiori,cap.j.de rerum permuta.lib.ſexto,ſecundũ Petrum de Anchar.& D.Ant.in c.cum cauſa.de empt.& venditio.

Permutatio beneficiorum fieri nõ poteſt niſi ab iis quorum ſunt, autqui ius in iis habent,c.vnico.de rerum permutat.libro ſexto, & ita communiter teneri refert Benedictus Capra,in tractat.permutat. poſt regul. octuageſimamoctauam poſito numero 29. Quare expectantias habentes in beneficiis pro quibus affectæ ſunt præbendæ & ita ius ad rem non poſſunt permutare ſecundum Petrum de Peruſ.& Floria.in cap.quæſitum.eod.tit.& Imol.in cap.exhibita.eod.tit. licet contrarium teneat Frideric.in tractat.permutat.quæſtio.xiij.Sed ij qui ius in ipſis beneficiis,& ſic ius in re habent,poſſunt permutare,licet poſſeſſionem non teneant.ſufficit enim quod titulũ habeant per quem beneficia eorum effecta ſunt,prout notat Innocent.in ca. inter cætera.de præbend.& not.in capitulo ſi tibi,& capitulo finali eodem tit.lib.vj.& d.c.vnico.& ita communiter teneri refert ibidem numero 30.idem Capra.

Permutatio præbẽdarum eiuſdem eccleſiæ inter canonicos eiuſdem eccleſiæ,ſi diuerſo iure cenſeantur,vt ſi vna deputata ſit officio cantoris,alia annexum habeat ſacerdotium,non poſſunt permutari ſine authoritate ſuperioris,Sin autem eodem iure cenſeantur,nec diuerſis annexa fuerint officiis,tunc aut permutatio fit de ipſarũ præbendarum titulis,qui cùm ſint ſpirituales,ſimiliter non poterunt ſine authoritate ſuperioris permutari,iuxta notat.in cap.quæſitum.de rerum permutatione.Aut fit permutatio præbendarum, id eſt, prædiorum præbendis aſſignatorum,quæ conſiſtunt in temporalitate,& poteſt fieri ſine authoritate ſuperioris,& ita ſecundum Dominũ Florianum procedit opinio Innocen.in dicto cap. quæſitum. cuius diſtinctionem Imola ſatis probabilem dicit,in cap.exhibita. de rerum permutatione,cum qua reliquos communiter tranſire refert Benedict.d.tractat.permutat.num.31.

Permutatio beneficij curati poteſt fieri,cum beneficio ſimplici,ſiue non curato & econtrà,prout tenuit Ioan.de Lignano,vt refert Petrus de Anchar.in capit.exhibita.de rerum permutatione.Sufficit enim quod ambo ſint intitulata,licet qualitates ſint diuerſæ,iuxt.cap. vnicum eodem titulo,libro ſexto.& in capitulo cùm olim. eodem titulo,ſecundum Imolam.Idem voluit petrus de Peruſ.in dicto capitulo quæſitum,& ita communiter teneri refert ibidem numero trigeſimoſexto.Benedictus Capr.Habens ex diſpenſatione duo curata beneficia,non poteſt permutare cum habente ſimiliter curatum, quia diſpenſatio facta ſuper duobus curatis intelligitur de primis: quare ſi permutetur,vacabit,illud quod remanſit,iuxt.not.in c.& ij.de filiis præſbyt.libro ſexto.& Clement.ſi plures de præbendis.Secus eſt cũ permutet cum habente ſimplex quia illud retinere poteſt, ſaltem ex diſpenſatione Epiſcopi,cùm alio curato , prout notatur in capitulo dudũ.ſecundo,de electio.c.literas.de conceſſ.præbend.ſecund. Imolã d.c.exhibita.& Petrus de Peruſio,dicto capitulo quæſitum.cum quibus reliquos tranſire refert Bened.Capra ibid.numero 46.

Permutatio beneficiorum licet fieri non poſſit ſine authoritate & conſenſu ipſorum permutantiũ cum inuiti non poſsint auelliã ſuis beneficiis, ſiue ſint epiſcopi,ſiue prælati,ſiue alij inferiores clerici beneficiati:vt notatur in c.quęſitum.de rerum permutatione.Id tamen inter alia fallit,quando permutatio fieret per Papam,qui poteſt etiã inuitos pro libito ſine cauſa transferre,& auellere,per not. in c.propoſuit.de conceſ.preb.ſecundum Imol.in c.exhibita.de rerum permutatione,et c.cùm veniſſent.de iudiciis.& communiter teneri ibidem refert Bened.nu.quadrageſimotertio.Similiter fallit quando legitima ſubeſſet cauſa,quia tunc etiam inferior Papa puta epiſcopus vel eius ſuperior permutationem facere, ac prælatos etiam inuitos transferre poſsit,iuxta nota.in cap.cùm pridem,§.propter malitiam. de renuntiatione,& ibidem Innocentius.argumento.c. nouit. de his quæ fiunt à prælatis.Frideric.in tractat.permutat.quæſtio.tertia.quod tamen ſolus ſine conſenſu capituli facere nunquam poſſet,niſi id ita præſcripſiſſet, vt notat. capitulo tertio, de conſuetudine libro ſexto, & cap.cùm ex eo.de electio.libro ſexto,vt voluit idem Frideric.in dicto tractat.de permutat.quæſtione vigeſimaquinta,vt Petrus de Anchar.& Imola in dicto cap.exhibita.& vtrumque communiter teneri refert ibidem numero quadrageſimoquarto Benedictus Capra.Ex quo enim ius authorizandi in eccleſiis ſibi ſubiectis eſt dignitatis & iuriſdictionis,& non ordinis,rectè præſcribitur,iuxt.cap. audiens. de præſcriptione.prout voluit Petrus de Peruſio,in dicto capitulo quæſitum.de rerum permutatione,cum quo cæteros quoque communiter tranſire refert ibidem nu.27.idem Capra.

PERMVTATIO beneficiorum quando collatio ad ſolum Epiſcopum ſpectat, licet ſede vacante per capitulum perfici nequeat poteſt tamen recipere reaſſignationem ex cauſa permutationis factã cùm poſſit beneficiatos priuare,& ſic renũtiationes recipere,per no. in cle.vnica.de rerum permutatione,quã epiſc.poſtea creatus poterit perficere,prout voluit Petrus de Peruſio,in capit.quæſitum. eodem titulo.de rerum permutatione,cum quibus reliquos tranſire refert Benedictus Capra ibidem numero ſeptuageſimoſeptimo , non obſtante quod Frider. in tractat. ſuo permutat. aliud ſentire videatur, quæſtione xxxvj.

Permutationem beneficiornm inæqualitas ſola non reddit inualidam,niſi aliæ coniecturæ ſufficiẽtes concurrant,& fraudem arguãt vt voluit Ioan.Andr.in capit.vnico. de rerum permuta.libro ſexto.& Frideric.in tracta permutat.q.fin.cum quo reliquos reſidere refert ibidem num.121.Bened.Capr.

Permutatio quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum licet regulariter,modo per reaſſignationem vacaret fieri poſſet,cap. quæſitum de rerum permutatione,cap.vnico.eodem titu.libro ſexto.& clement.vnica.eodem tit.Id tamen inter alia fallit,ſi per Papam talia per reaſſignationem vacantia beneficia:generaliter reſeruentur, vel ſpecialiter proprio motu,quia tunc ſine ſpeciali mandato Papæ permutari non poſſunt,quia inferior in iis ſe intromittere non poteſt,per notat.in cap.vt noſtram.de appellat.& in extrauagant.Benedict.Dudum. & extrauagant. execrabilis.Aliàs ſi ſpecialiter Papa ad partis inſtantiam ſiue impetrationem,& non motu proprio reſeruationem eorum feciſſet,ceſſante fauore nõ impediret illorum permutationem ſicut nec ipſam impedirent literæ Papæ expectatiuæ,prout habetur in dicto cap.vnico ſecundum Petrum de Anchar.& Imola in ca.exhibita.de rerum permutatio.cuius opinionem communiter approbatam ſcribit Benedictus ibidem,nume.83.

Permutatio beneficiorum in quibus habet locum optio,ſiue poteſtas optandi,cùm vacaret,fieri non poteſt,capitulo finali. de conſuetudine,libro ſexto,niſi fieret ob vtilitatem eccleſiarum, quia tunc tanquam fauorabilis admittenda,ſecus ſi ob vtilitatem ipſorum permutantium,quia tunc tanquam odioſa reſtringenda,eritque locus optioni,vt voluit Lapus in addit.ſuis ad Frideric.in tractat. permutationis,quæſtione trigeſimaoctaua dicens,id procedere niſi conſuetudo optãdi diſponeretur ſuper ipſis beneficiis ex cauſa permutationis vacantibus,quia tunc eſſet attendenda ipſa conſuetudo.d.cap.fi.& cap. cùm dilectus eod.tit.quod Imola in cap.exhibita.de rerum permu.cũ quibus cęteros tranſire ibid.num.89.refert Capra.

Permutatio ſuperioris authoritate facta,licet videatur permiſſa,iuxt. not.in cap.quæſitum.de rerum permutat.tamen conuentio vel pactum per quod quis ſe aſtringit ad procurandam permutat.tanquam malum ſpecimen præ ſe ferens illicitum cenſetur.iuxta not.in d.cap. quæſitũ.cui accedit id quod Frideri.d.tractat.de permut.quęſt.xxxviij. ſecundum Imol.in cap.exhibita.de rerum permu.tradit,& ita communiter teneri refert ibidem numero 118.Capra.Secus tamen eſt ſi ſine pacto voluntatem permutandi manifeſtaret quia id licet, iuxta gloſſ.in clement.j.eod.tit.

PERSONÆ miſerabiles actu licet trahere poſſunt laicos ad iudicem eccleſiaſticũ,iuxta diſtinctionem quam tradit gl.Inno.Io.And. D.Floria.Imola & D.Nicolaus in cap. ſignificantibus.de offic.delegat.& in cap.ex tenore.& cap. licet. de foro competent. tamen ipſæ perſonæ miſerabiles rectè trahuntur ad iudicem ſecularem,nec poſſunt declinare forum,iuxt.l.vnicam C.quand.imper.inter pupill.& viduam.nec poterit iudex eccleſiaſticus ſecularem compellere, vt propter perſonam miſerabilem det dilationes breuiores,vt dicit d.c.ſignificantibus.Ioan.Andr.Et ſi ab ipſo ſeculari grauentur, non poterunt appellare ad iudicem eccleſiaſticum,cùm gradatim ſit appellãdum.ij.quæſt.vj.ca.antiquorum,quod placet quoque Innocentio dicto cap.ſignificantibus,& communiter teneri dicit Benedictus Capra regul.xxx.numero trigeſimoquinto,licet alij ſecundum Ioannẽ Andr.& Imola ibidem aliud tenuerint, quorum opinionem Capra procedere putat,quãdo non reperiretur iudex ſecularis ad quem recurri poſſit,aliàs ſecus,iuxt.d.communem ibid.num.36.

Perſonæ coniunctæ appellatione,quoties iura aliquid permittunt coniunctis, veniunt tantùm ſanguine coniuncti, prout communiter notatur per Doctores in capitulo nonnulli.de reſcriptis.nam licet eccleſia ſit mater omnium fidelium,duodecima,quęſtione ſecunda.capitulo qui abſtulerit.hoc tamen caſu coniunctarum nomine non veniet,quia largo tantùm modo dicitur coniuncta perſona,quod licet verum ſit,tamen ſi eccleſiæ pro anima,vel ad pias cauſas legatum rei alicuius ignoranter relinquatur, perinde ac ſi coniũctæ perſonæ factum eſſet,valebit,quod communiter teneri iuxt.not.in l.cùm alienũ C.de lega.refert Benedictus Capra regul.cvj. numero decimooctauo,quod verum eſt,niſi res eccleſiæ eſſet,quo caſu coniunctæ perſonæ,vel ad pias cauſas relictum,non valebit,ſecundum Innocentium in c.filius.de teſtam.quem Anchar.Imola & Dominus Nicolaus ſequuntur,& hanc opinionem communiter teneri fatentur, dicentes in practica difficulter contra eandem obtineri poſſe,quod & Bartolus tenet in lege apud Iulianum,§.fin.ff.de legatis primo,vt ibidem num,20.idem Capra.

PIGNORIS datione rei legatæ à teſtatore facta,licet legatũ reuocari non cenſeatur,§.ſi rem.inſtitutio.de legat.lege tertia.C.eodem tit.tamen ſi pro tanto,& non pluris res pignorata fuerit,ita vt veriſimiliter

veriſimiliter ceſſet ſpes reluitionis, pignoratio eiuſmodi habebitur pro alienatione,& céſebitur res legata adempta ſiue reuocata, iuxta legem qui habebat, in princip.ff.de legatis tertio,& ibidem Bartolus. Item Bartolus in lege rem legatam,in fine.ff.de adimend. legat.argumento.l.legata.in fin.ff.de ſuppellect.legat.vt not. Baldus in l. manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure, in lege voluntas. C.de fideicommiſſis,& ita communiter teneri refert Ben.Capr.reg.cviij.nu.3.

Periurij cauſa etiam inter laicos non eccleſiæ, ſed imperij terris ſubieſtos, ad præſcriptum iuris Canonici,corámque iudice eccleſiaſtico tractanda eſt,gloſ.in c.cùm ſit.& ibidem D.Ant.Nicol.Innoc.& alij communiter in c.nouit, de iudic.refert Ben.Cap. concluſ.quarta numero vigeſimotertio.

POENÆ conuentionali promiſſæ parti vel arbitrio in foro pœnitentiali, non eſt locus,vnde non eſt iniungenda pœnitenti per confeſſores,vt ſatisfaciat de pœna iuxta caſum notabilẽ in c.fraternitatis.duodecim.q.ij. ſecundum Goffredum,& Io.Andr.in c.dilecti filij.de arbitris,quod communiter teneri refert Ben.Cap.reg.lxx.nu.3.

Pœna conuentionalis appoſita contractibus, modò in fraudem vſurarum appoſita non ſit, poteſt etiam iuxta veriorem opinionem à clericis exigi, aliàs ſi in fraudem vſurarum appoſita nullo modo exigi poterit, prout voluit glo.in c.dilecti filij.de arbit. & Imol.in c. ſuam. de pœnis.& ita communiter teneri ibidem refert Benedictus, numero vigeſimoſeptimo. Si verò dubitetur an in fraudẽ vſurarum appoſita ſit, tunc ſi apponatur dationi quãtitatis,videtur in fraudem appoſita,per ea quæ habentur in lege. Iulianus.§. idem Papinianus. ff.de actio.emptio. & lege cùm allegans. C.de vſuris. Sin opponatur dationi ſpeciei vel facti præſtationi, non præſumitur in fraudem appoſita,lege Lucius.ff.de actio.emptio.l.ij.& ibid. Docto.ff.de verborum obligationibus,& dicta lege cùm allegas. & vtrobique Doctor. communiter tenent. Similiter Canoniſt. in c.dilecti filij.de arbitris. refert Bened.ibid.nu.29.quod poſterius tamen fallit,quando ob obligationem factam ad ſpeciem vel facti præſtationem præceſſerit obligatio dandi pecuniam,quia tunc in dubio præſumitur facta in fraudem vſurarum,et id communiter teneri ibidem nu.31.refert,prout voluit Io.Andreas in addi.ad ſpeculatorem,in tit.de obligationibus, §.j.& Dy.& Bar.in l.cùm ſeruus.§.de re condi.ff.de cond.& demonſt. ídque obtinere dicit non tantũ in conſueto fœnerari, ſed etiam iuxta veriorẽ& communiorẽ opinionẽ,in non conſueto,prout tenet Imo. in d.cap.dilecti filij. dicens hanc opinionem veriorem & in practica obſeruandam,ex quo communiter tenetur,per not.in capitulo primo,& capitulo in innitaris,de conſtitut.Benedictus dicta regula lxx. ibidem numero 34.

Pœnas ordinarias iudex ante ſententiam, ſi animaduertit iuſta de cauſa eaſdem moderari poſſe,poterit ex ſuo ſenſu & ſecundum ſuam conſcientiam temperare,communem dicit Benedict,Capra reg.xviij. nu.25.vide ſuprà in verbo Iudex.

Pœnæ plures ſi reperiuntur impoſitæ diuerſis legibus tunc prouiſio legis nouæ,etiam municipalis non tollit in dubio prouiſionem legis antiquæ imponentis aliam pœnam,prout communiter tenetur ſecundum notat. in l.quoties. ff. de obligat. & action. & in capitulo felicis.de pœnis.libro ſexto.& ibidem Ioannes Andreas, Bartolus in l.j.ff.de vi bono.rapt.& D. Nicol.in c. illis autem.de offi.deleg. refert Bened.Cap.reg.lxviij.nu.3.

Pœnæ plures pro eodem delicto regulariter imponi non poſſunt. l.ſenatus.ff.de accuſationib.l.ad ſenatus.de iureiurando, capitulo at ſi clerici.de iudic.gloſſa in capitulo felicis.§.per hoc.de pœnis.libro vj.& id communiter teneri,refert Benedictus Capra regula lxix.numero primo,quod verum eſt,niſi ob enormitatem criminis vna pœna non ſufficiet, aut niſi noua conſtitutione pœna à priore diuerſa imponeretur, aut niſi vtraque ſit pecuniaria, aut ſi vna ad intereſſe priuatum, altera ad vindictam tenderet, &c. de qua re vide ibidem numero ſequenti.

PRÆLATVS inferior habens iuriſdictionem ordinariam,ſi Epiſcopum per citationem partis præuenerit, vel ſi conſuetudine priuilegij obtinuerit, regularis ſit,aut præſcripſerit,aut eandem cum Epiſcopo iuriſdictionem obtineat. non poterit ab Epiſcopo tãquam ſuperiore & ordinario,per totam ſuam Diœceſin impediri, aliàs ſecundum communem ac receptam Doctorum ſententiam Epiſcopus de cauſis ſubditorum ſuorum prælatorum etiam ordinariam iuriſdictionem habentium,cognoſcere poteſt, vt refert Ben. Capra regu. xxxiij.nu.4.& ſequenti,qua de re vide ſuprà in verbo Epiſcopus.

Prælati ſucceſſor, prædeceſſoris contemplatione eccleſiæ geſtum, licet ratum habere poſſit, eò quod eccleſia ſemper duret,nec vnquam moritur, capitulo liberti.ij.xij.quæſt.ij.l.annua.§.ſi.ff.de annu. legat.Auct.licentia.C.de epiſcop.& cleric.tamen ſi tanquam priuata ac ſingularis perſona prædeceſſor quid geſſiſſet,non poſſet ratum habere,ſecundum Dyn. Ioannes Andr.Zenzell.& Bald.in cap.ratum. de reg.iur.libro vj.& ita communiter teneri refert, Ben.Capr.regu. liiij numero 50.idque procedit,ſi expreſſerit, id abs ſe tanquam ſingulari perſona geſtum, ſiue id aliqua præſumptione in contrarium oſtendi poſſit, quod verum eſt, niſi ipſi prælato ſucceſſit eccleſia tunc enim idem quod in herede dicendum eſt, ſecundum Dynũ & Ioannem Andream ibidẽ,& procedunt hæc in ſucceſſoræ prelaturæ, & non in Canonicatu,cùm in iuribus Canonici ſuccedat eccleſia & eius capitulum,licet alius in præbenda,ſecundum Innocentium,in c. quod ſicut.de elect.& ibid.gl.in ver.propter bonum. quem ſequitur ibid.D.N c.& communiter Canoniſtæ & Bar.in l.bonorum.circa fi. ff.rem ratam hab.& Bald.in l.generaliter. C.de reuoc.don. vt recenſet ibid.nu.54.idem Capra.

PRÆSENTIA & taciturnitas mea quãdo ſit actus in re mea, qui me inuito fieri poſſit, imò ne quidem ſubſcriptio mea tanquam teſtis ad illum actum,mihi preiudicabit,vt communiter teneri refert Bened.Cap.reg.lvj.nu.15.& 47.vide infrà Taciturnitas.

Præſens ac tacens ſi præceſſerit actus ſiue contractus de cuius natura ad illud quod ſit eo præſente & tacente tenebatur, habetur pro conſentiente.l.iij.C.de acquir.poſſeſ.& ibid.gl.Barto.Bal.Sali.& communiter Legiſtæ,& Bar.in d.l.quæ dotis.ff.ſol.matr. refert Ben. Cap. regu.lvj numero 30.

Præſens ac tacens actui qui per coniunctum ſit, cenſetur fieri de eius conſenſu,niſi proteſtetur,vt communiter teneri refert Ben.Cap. reg.lv.nu.20.& reg.lvj.numero 31.&ſequenti.vide infrà Ratihabitio, & Taciturnitas.

Præſentia & taciturnitas in iis quæ reſpiciunt præiudicium tertij, cuius ad nos cura & ſollicitudo ſpectat non inducit conſenſum, ſimiliter cõmunem etiam in actibus qui contradicenda impedire poterant,niſi taciturnitas longo tempore duceretur, quia tunc videretur conſentire, vt refert Ben. Capr.d. reg.lvj.nu. 54.& ſeq.vide infrà Taciturnitas.

PRINCEPS, Papa & alij merum ac mixtum imperium,& ſic authoritatem legis aut ſtatuti condendi habentes,in dubio non præſumuntur ius tertij quod nondum in contractum vel priuilegium tranſiuit,tollere,velle,niſi concedatur dilatio, aut ſecunda iuſſio emanet aut apponatur clauſula non obſtante tali lege, vti communiter receptum teſtatur Bened.Capr.reg.x.nu.56.& ſeq.qua de re vide ſuprà in verbo Ius.

Princeps ſupremus & Papa poſſunt ex plenitudine poteſtatis ſententiam non ſuo nomine, & ſic prorſus nulliter latam, ratam habere & confirmare, quia ſubſtantialia proceſſus mutare poſſunt,ita vt ratihabitio eorum retrotrahatur, & mandato comparetur, quemadmodum communiter teneri refert Bened.Capr.reg.liiij. numeto 33. vide infrà Ratihabitio.

PRIVILEGIA principum licet regulariter latiſſimè ſint interpretanda.l.fi.ff.de conſt.id tamen inter alia fallit,ſi contra ius concederetur,quia tunc vt odioſa ſtrictè interpretanda ſunt,iuxta not.in c.olim.de verb.ſign.& c.ſi canonici.de offi.ord.lib.vj.ſecundum Do. Nicol.in c.Rodulphus.de reſcript.nam vt dicunt Archid. & Domin. in c.quãuis.de præbend.lib.vj. Interpretatio omnium excedentium ius commune naturaliter ſtrictè eſt facienda.xxij.q.ij.c.hoc tamen.& c.tua.de Decimis.& id præcipuè quando tractatur de præiudicio tertij argumento.l.ij.§.meritò.& §.ſi quis à principe. ff.ne quid in loco public.Bar.in l.ſi quando.C.de bonis vacantibus.lib.x. & Inno.Abb. & Io.And.in c.cum dilecti.de dona.Bar.in l.finita.§.ex hoc edicto. ff. de damno infecto.& in l.ſin.ff.de conſtitu.princip.Compoſtell.in ca. cauſam quæ,de reſcrip.& c.cæterum.de vſu Pallij,quod communiter Canoniſtas ac Legiſtas tenere refert Bened.reg.cij.nume.16.addens tamen non calumnioſè interpretanda eſſe.c.in iis,de priuileg.& cap. fin.de tranſlatio.prælatorum. vide ſuprà Beneficium. Similiter fallit quando latè interpretando priuilegium ſiue beneficium efficeretur inutile,tunc enim ſtrictè interpretandum foret,ſecundum Io.Andr. et Petr.de Anch,in dicto capitulo olim. et Bart.dicta lege final.per l. ſæpe.et ibid.gl.ff.de of.præſidis.quam communiter ſequuntur doct. vt ibid.nu.21.refert idem Capra.

Priuilegium iuxta veriorem ac receptiorem Doct. ſententi.non ſtatim à die conceſſionis factæ, ſed demum à die notitiæ ipſius priuilegiati,vires aſſumit,vt patet ex c.j.de conceſſ.præben.lib.vj.et ita communiter teneri aſſerit Capra concluſ.ſine reg.v.nu.9.

Priuilegium poſterius non præiudicat reſcripto, cuius vigore lis iam cœpta ſit, quò ad illam litem, niſi faciat mentionem de proceſſu cauſæ illius. Aliàs lite necdum cœpta priuilegium poſt reſcriptum impetratum præiudicat, cùm poſſit priuilegiatus opponere de iure ſuo,in prima citatione,quod verum eſt,niſi priuilegium in fraudem ad ſupplantandum reſcriptum impetraſſet. iuxta communem, vt refert Bened.Cap.reg.xl.nu.12.vide infrà in verbo Reſcriptum.

Priuilegia Papæ vel principis latiſſimè ſunt regulariter interpretanda.l.fin.ff.de conſtitutio.l.ſi quando. C.de bonis vacant.libro x.et ibidem Barto.capitu. porrò.ca.paſtoralis. in his.de priuileg. capitulo ad audientiam.de decimis.in fine. Quare ſi domum vel aliam poſſeſſionem bonorum vacantium conceſſerint, intelliguntur cum ſuis iuribus et pertinentiis conceſſiſſe, vt caſtro conceſſo in feudum omnis iuriſdictio cum eodem conceſſa.videtur, vt ciuitate conceſſa,

caſtra et villæ quæ ſubſunt ciuitati, & ſunt de eius diſtrictu vel comitatu, conceſſa videbuntur, etiam ſi id expreſſum non ſit, dicta lege final. & d.l.ſi quando. & l.j.§.initio.ff.de offi.præfect.vrb.c.cum dilecti. de donat.in fi.& ibid.gl.fi.& gl.in c.olim. de verb.ſign.quod communiter teneri refert Benedictus Capra reg.cij.nu.3.

Priuilegia in tertij præiudicium expreſsè conceſſa, licet quoties vtilitas publica non vertitur, valeant.l.ij.§.ſi quis.& ibidem notatur. ff.ne quid in loco publico.l.fi.C.ſi contra ius & vtilitatem publicam. idque procedit etiam ſi ceſſat publica vtilitas, & diſpendium tertij non ita magnum ſit.l.ij,C.de precib,imperat.offeren.Innocen.c.cùm dilecti.de donat.tamen vtilitate publica ceſſante, ſi cum graui præiudicio tertij conceſſum fuerit, non valebit, ſecundum gl.& Bart.in d. l.fin.& gloſſ.dicta l.ij,C.de precib.& ita communiter teneri refert d. reg.cij.numero 12.Bened.

PROCVRATORIS reuocati & certiorati geſta quam diu iudex vel aduerſarius reuocationem ignoret, valent & tenent & domino præiudicant.l.vna.C.de ſatiſda.& ibid. Bart.l.ſi procuratorem. ij.ff.de procur.gl.in c.mandato.eod.tit.l.diſpenſatori.l.eius.ff.de ſolu. §.rectè.inſtitut.de mandato,gl. Inno.& Imol.in dicto c. mandato.de procuratoribus, & ita communiter teneri aſſerit Bened.Capr.regu. lviij.numero tertio, quod etiã procedit ſi iudex vel pars aliter quàm per viam intimationis reuocationem reſciuerit ab ipſo domino, vt vult Goffred.Hoſt.& Io.Andr.de mandato, quòd communiter teneri ſecundum D.Ant.ibid.nu.4.& 29.refert ibidem Bened. Capra idque contra regul.c.cum qui certus.de reg.iur.lib.vj.adhibita tamen Bart. diſtinctione. lege quidam. §.ex quo.ff.de adminiſtratione tut.quam communiter ibidem receptam dicit Benedictus, quoniã non ad notificandum tantùm, ſed etiam ad incitandum vel prohibendum requiritur intimatio ſiue denunciatio, quo caſu ſola ſcientia non ſufficiet.l.denunciaſſe.ff.de adulter. idque obtinet ſiue reuocatio poſt vel ante litis conteſtationem fiat, & communiter teneri argumento.ca. tranſlato.de conſtit.& gl.in cap.in noſtra.de procur.act. quæ videtur velle quod licet procurator non fuiſſet ingreſſus iudicium, tamen reuocatio debuiſſet peruenire ad aduerſarium, quod verum eſt, & ſimiliter communiter tenetur, quando notitia mandati perueniſſet ad aduerſarium, ſecundum glo.notabilem, & communiter approbatam in capitulo ſecundo, de procurator. libro ſexto. ſecus ſi talis notitia ad eum perueniſſet, refert ibidem numero duodecimo, & ſequent. Benedict.quam ſimiliter communiter eſſe ibidem refert.Fallunt prædicta nec procedunt in procuratore generali ad cauſas vel ad negocia, non ſolùm reſpectu cauſarum, vel negotiorum, ſed etiam perſonarum & tribunalium, quia ſatis eſt quod ipſe procurator certioretur, excuſatur enim & ab onere intimandi releuatur ob incertitudinem, & contrahenti vel colligenti cum eo conſulitur, quia poterit agere contra ipſum procuratorem reuocatum, & reuocationem occultantem.l.falſo procuratore. ff.de conditio.ob cauſam.l.plautius.ff. de procurator.c.per tuos.de arbitris.quod voluit Martinus Sillimannus, quem refert & ſequitur Guliel.de monte Lunduno in clement. vnica, de renunciatio. & Bartol.in l.vnica. de ſatiſdat.& Do. Nicol.in rubric.de procurator. cum quibus cæteros tranſire refert Benedict. Capr.ibidem nu. 17.reg.lix.nu.2.

Procuratoris reuocati & certiorati geſta licet domino non præiudicant.gl.in c.ex inſinuatione.& in c.noſtram.de procuratoribus.tamen ſi dominus poſt reuocationem geſta tacitè vel expreſsè rata haberet, quod facere poteſt, etiam poſt ſententiam latam in fauorem vel contra procuratorem, in ſui præiudicium, et tenerent.l. iij.§.falſus.ff.rem ratam haberi.l.licet.ff.de iudic.l.ſæpe.ff.de re iudi.gl.in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep.rei iudicatæ, idque etiam inuito et contradicente aduerſario, vt approbant Bart. Bald. et Ang.in dicta lege licet.et Imol.in dicta lege ſæpè.idque communiter teneri contra vltramontanos aſſerit Benedictus Capra regula lviij. numero vigeſimoſecundo.

Procuratorem fines mandati egredientem, qui ſcit, nec contradicit, videtur conſentire et ratum habere.gloſ.in c.cùm olim.et ibidem D.Nicolaus.Hoſt.Io.Andr.D.Floria.et Imol.et commmuniter doct. de officio deleg.vbi Imola id quoque ad extraiudiciales actus extendit per l.fin.C.quod cum eo.vt refert Bened.Cap.regula lv. numero ſecundo, et ſequenti.

Procuratoris reuocati geſta, ipſo procuratore, iudice, vel aduerſario, reuocationem ignorante, licet valeant. tamen ſi per ipſum procuratorem, iudicem, vel aduarſarium, malitiosè fiat, quò minus reuocationis intimatio ad eos vel ad alterum ipſorum perueniat, non valebunt.gl.in clem.vna.de renunciat.et ibid.Laud.cum quo communiter tranſeunt doct.vt refert Ben.Cap.reg.lix.nu.10.

Procuratoris reuocatio in his quæ requirunt perſeueranti conſenſus, nec ſine iuſſu præſentis domini ſortiri poſſunt effectum, ſiue intimetur et perueniat ad notiã partis ſiue nõ, ſemper impediet actũ. gl.et Rayn.de Fargiis in clem.vna.de renunc. Imola in cap.ex parte Decani.de reſcript.l. quod noſtrum.de regulis iuris. capitulo finali. de procuratoribus libr.ſexto.l.ſi pœnituit.ff.de diuortiis.vbi ſecũdum Baldum ponderari debet præſentiam cõſenſus, & non domini præſentia, quæ loco cum ſit circunſcripta, non poteſt eſſe vbique quemadmodum mens & animus, idque communiter teneri refert Benedictus. Capr. regu. lix. numero vigeſimo. quod tamen numero.24. fallere dicit in reſignante beneficium reuocato mandato. propter ſuperioris reuerentiam, quæ ea ratione illuderetur.quod verum eſſe & communiter teneri d.clementina vna. de renunciatio.ibidem nu. trigeſimoſecundo dicit.

Procuratoris reuocatio iudici tantum intimata ignorante aduerſario, poſtea geſta ipſo iure reddit nulla, quia iudex ſciẽter ferret ſententiam contra perſonam non legitimam.glo.in l.vna. C.de ſatiſda. vbi Bartol.& Doctores.& gloſſ. final. in l.ſi.procuratorem.ij.ff.de procuratoribus.& ita communiter teneri dicit Benedictus.regul.lix numero 15. argumento. capitul. ſi duobus. de appellation. aliàs ſi perueniſſet ad notitiam aduerſarij, ope exceptionis fungi poſſunt.d. l.vnica.C.de ſatiſd.vti gloſſ.& Bartolus.

Procurator minor vigintiquinque annis pro alio eſſe iuxta communem non poteſt. vt refert Benedictus Capra. regula lxj.num. 2.& 3.vbi vide fallentias ſupra in verbo Minor.

Procurator pro quo dominus ſatiſdedit licet præciſè non teneatur defendere dominum, & ne quidem ſi ipſe procurator ſatiſdederit de iudicato ſoluendo vtrunque & ob rem non defenſam committatur ſtipulatio & domino teneatur ad intereſſe. l. non cogendum. ff.de procuratoribus. §. mandatum, inſtitutio, de mandat. & notat per Innocentium in capitulo conſtitutis. de procuratoribus. tamen ſi dominus præſente & non contradicente procuratore ſatiſdediſſet, præciſè defendere teneretur. gloſſa & Bartolus in l. filiusfamilias.§. finali.ff. de procuratoribus. gloſſa in clementina prima. & ita Paulus de Leazaris.Zenzell. & Stephan. eodem titul.gloſſ.& Barto. in l.ſed & hæ.§.preter.ff. eodẽ.& ita communiter teneri refert Benedictus Capr. regu.lxiij.numero 2. Idem eſt, ſi ſuſcepiſſet procurationem litis periturę quia tunc cogetur litem cõteſtari. ſecundum Ioã. Andream in. capitul. accedens. de procuratoribus. & Doctores in dicta clementina prima. eodem titul. iuxta textum & gloſſam in l. metus.§.fina.lege metus.l.ſed etiam.ff.eodem titu.& id communiter quoque teneri ibid.numero.fin.refert Benedictus.

Procurator licet ſecundum gloſſ.in cap.cùm olim Abbas, de officio delega. poſſit prorogare cauſam de tempore ad tempus, contrarium tamen verius eſt, iuxta cõmunem opinionem, vt voluit Goffred. d.cap.olim.& ibidem Abbas & Inn.in cap.de cauſis, de officio deleg. quod & Barto.voluiſſe videtur in l.qui Romæ. §. Callimachus. ff.de ver.obli.D.Nicol.d.c.cùm olim.quod procedit niſi procurator haberet generale mandatũ cum libera adminiſtratione, & poteſtate, aut ſi talis prorogatio eſſet parui præiudicij, niſi fieret in cõmodum domini, aut ſi dominus ſciuit prorogationem factam, nec contradiceret, iis enim caſibus prorogatio de tempore ad tempus procederet, vt refert Bened.Capra reg.lxiiij.num.6.& ſeq.

Procurator ſiue generaliter ad omnes cauſas, ſiue ad vnam litem perſequendam conſtitutus ſit, à ſententia contra ſe lata tenetur appellare.l.inuitus.& ibidem gloſſa.& Bartol.. cccccxxij. C. de procuratoribus quod regulariter atque communiter procedere dicit Benedictus Capra reg.lxv.num.7.& 27.aliàs tenebitur domino actione mandati ad intereſſe, iuxta l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.mandati.l. liberto §.fina.ff.de negotiis geſtis.Aut domino denuntiare, ſe in cauſa ſuccubuiſſe, ad hoc vt ipſe poſſit appellare, nam hoc caſu ſi non appellet, modò denunciet excuſabitur. alterutrum enim tenetur facere, etiam ſi dominus reſciuerit eum ſuccubuiſſe, vt eſt textus & gloſſ.in dicto cap.non iniuſtè.verſic. vel poteſt dici, vt tenet Ioannes And.& communiter teneri ſecundum D.Nicolaum ibidem refert Benedict. ibidem num.14, quod etiam procedit licet ex actis conſtet facere malam cauſam, quia tutius ſit vt appellet vel denuntiet, quod communiter teneri num.15.aſſerit idem Benedictus, quod verum eſt in procuratore ad totam cauſam, non autẽ ad certum aliquem actum conſtituto, ibidẽ num.ſeq.Idem obtinet in defenſore, negotiorum generali geſtore, & actore, &c.

Procurator ad certum actum tantum datus, puta ad recipiendum libellum vel audiendam ſententiam, non tenetur appellare, quia eius mandatum eouſque non ſe extendit vno enim conceſſo, aliud prohibitum cenſetur.l.maritus.C.de procur.ſecundum Goffr. Ioannem And.& D.Nicolaum in capi.non iniuſtè.de procurat.Idem eſt in defenſore, qui non ad plenam cauſam, ſed duntaxat ad allegandam abſentiam admiſſus fuit.iuxta l.liberto.§.final.ff.de negot.geſtis. ſecundum Bartolum in l.inuitus in ſecunda lectura.de procuratoribus. & vtrumque communiter receptum affirmat Benedictus Capra regula ſexageſimaquinta, num.17.& ſequenti.

Procurator ſi ob paupertatem in ſcriptis non appellauerit excuſatur, cùm nõ potuerit ſoluere aduocato & ſcriptori, nec arctatur ad appellandum viua voce, cùm ſit in ſua electione, ſecundum gloſſ.& Hoſtien.in ca.non iniuſtè. de procurato.& ibid.Goffred.& D.Nicol. & ita communiter teneri refert Benedict.Capr.regul.lxv.numero 21.

Idem

Idem ſi ob iuſtum metum iudicis, partis, vel ſtatuti appellanti imponentis pœnam, non appellauit, quia ſimiliter excuſabitur ſecundum gloſſam & Hoſtien.d.c.non iniuſtè.& D.Nicol.in capit.fin.de appellationib.idque communiter teneri aſſerit ibidem num. 24. Benedict. Idem ſi infirmitate impeditus non appellarit, Hoſti.d.c.non iniuſtè. licet autem ob paupertatem metum ac infirmitatem, ob omiſſam appellationem excuſatur procurator, ita quoque ob non factam ex tali impedimento denunciationem excuſari poſſe videbitur.vt ibidẽ numero 27.ex lege, illud.ff.ad legem Aquil.Benedictus Capr.

PROCVRATOR licet appellare teneatur, non tamen appellationẽ proſequi tenetur.Doct.in l.inuitus.C.de procurat. Canoniſt. in ca.non iniuſtè.eod.titu.vbi Imol.communem dicit, quemadmodũ refert Benedict.reg.lxv.nu.30.iuxta l.ſi actor.C.de appellatio. Quod tamen fallit, ſi in ſua fide ſuſcepiſſet cauſam ad finem vſque proſequendi, aut niſi ad vtramque inſtantiam fuiſſet conſtitutus, aut niſi generaliter ad omnes cauſas, aut in rem ſuam conſtitutus fuiſſet, aut niſi ab interlocutoria appellatum eſſet, aut ſi cõſuetudine aliter obtinuiſſet, iis enim caſibus appellationem proſequi procurator teneretur, vt ibid.num.31.& ſequen.recenſet idem Bened.

Procurator licet in appellatione ab interlocutoria etiam ſi ad vnã tãtum cauſam datus ſit tenetur appellationem proſequi, cùm veniat incidenter ad ipſam cauſam principalem.l. ad rem mobilem. & l.ad legatum. ff. de procuratoribus. & in l. procurator. in fine principij ff. de oper. noui. nunciat. capitulo non iniuſtè. de procurator. id tamen fallit, ſi cauſa deberet tractari in loco remoto, quia tunc procurator ne abſtrahatur à propriis negotiis, non tenetur proſequi ad cauſam appellationis, argumento.l.ſancimus.C.de aduocat.diuer. iudic.ſecundum Fulgoſ.& Salicet.in l.inuitus. C.de procur. idem tenuit Io.And.poſt Imo.in dicto ca.non iniuſt.de procur.& ita ſimiliter paſſim receptum eſſe aſſerit Bened.Cap.regul.lxv.num.36.& 37.

Procurator eo caſu quo non tenetur appellationẽ interpoſitã proſequi, neque poteſt eam ſi vellet proſequi vt procurator, ſed vt quilibet alius, de nouo poteſt admitti, ſecundum glo.& Bart.in l.ſi actor. C.de appellation.vnde ſi velit interuenire pro reo, pro quo fuit procurator, poterit interuenire ſatiſdando de iudicato ſoluendo, l.minor ff.de procurato.Sin pro actore, tunc ſi eſt coniuncta perſona poterit appellationem proſequi cauendo de rato, prout voluit Bart. d.l.ſi actor.& ita communiter Cyn.Rayn.& Doct.in l.inuitus. C.de procuratoribus.tenere affirmat Benedictus Capra regula ſexageſimaquinta, num.42.& 46.

PROBATIO exceptionis cõcernentis merita cauſæ ad proceſſum obiectæ, circa quam actor ſe non fundat, incumbit excipienti, iuxta regul.affirmanti & non neganti incumbit probatio, quia reus excipiendo fit actor, ſecus eſt ſi etiam ipſe actor ſe circa exceptionem talem merita cauſę reſpicientem fundaret, quia ipſi incumberet probatio, & non reo, vtputa, ſi aliquis conueniretur eò quod hic contraxiſſet, & ipſe declinando iuriſdictionem, exciperet ſe non contraxiſſe, actori incumberet probatio hîc contractum fuiſſe, & ita contra Bart.& Guliel.de Cuneo communiter obtinere aſſerit Bened. Capr. reg.xliiij.num.21.vide ſuprà Exceptio.

Probatio iudicialiter facta, non ſolùm inducit manifeſtũ.cap.cùm olim.de verborum ſignificatio.cap.ſuper quibuſdam.eodem titu. gl. in cap.veſtra.de cohabita.cleric.& mul ij.quæſtio.j.ca.manifeſta. Sed etiam inducit notorium, cùm in iudicio probatum, ſit probatio firma & notorium.cap.quæſitum.de tempor.ordin.cap.euidentia.de accuſatio.xxviij.quæſtio.j.cap.cum in ſumma.Innoc. cap. conſtitutus. de filiis presbyter.Archid.in cap.j.de litis conteſtatione.Ioan.Andr.in c. quam pernicioſum.in verb.conſtitut.de vſur.& Ioãnes Calder.dicto. cap.veſtra.& ibidem D.Anton. ita communiter à Doctoribus teneri in cap.dudum.ij.de elect.affirmat, quemadmodum refert Bene. Cap. in tractatu notorij poſt lxv. regula, primo membro princip.numero quadrageſimoſeptimo.

PROROGATIO poteſtatis arbitri, perinde atque cuiuſlibet aliæ iuriſdictionis, licet arbiter non tam iuriſdictionem quàm notionem habeat, poteſt prorogari, cum dependeat ex conſenſu partium, communem dicit Bened.Cap.in tract.prorogationis, ſtatim poſt concluſ.ſiue reg.liij.poſito.nu.40.vide ſuprà in verbo Arbiter.

Prorogatio iuriſdictionis, tam delegatæ quàm ordinariæ, poteſt fieri de re ad rem, ſiue de cauſa ad cauſam, quod cõmuniter teneri ac procedere refert Bened.Cap.in tract.prorogat.poſt regul.liij. poſito nu. 49.quando prorogatio fieret ad rem vel ad cauſam ſimilem. ſecus ſi ad diſſimilem, nam à cauſis ciuilibus ad criminales, vel contrà, non poteſt fieri prorogatio. De caſu autem ad caſum ſiue ſub certa conditione, ante conditionis euentum, iuxta communem non fit prorogatio, vt ibid.firmat Bened.num.55. vide ſuprà in verbo Iuriſdictio.

Prorogatio iuriſdictionis ordinariæ, licet de perſona ad perſonam fieri poſsit, tamen delegata etiam ad vniuerſitatem cauſarum vtcunque ordinaria videri poſsit, ad alias perſonas iuxta communem non poteſt porogari, niſi cauſa illa contingeret perſonas ad quas prorogaretur, quia tunc iuriſdictio delegata ad tales perſonas, licet in reſcripto non fuerint expreſſæ, prorogari poſſet, vt in dicto tractat. prorogat.num.59.& ſeq.refert idem Capr. Qua de re ſimiliter vide ſuprà in verbo Iuriſdictio.

Prorogatio iuriſdictionis delegatæ de loco ad locum ſemper procedit.dummodò partes expreſſe conſentiant, niſi ex priuilegio cum limitatione eſſet conceſſa, quo caſu nõ licet egredi limites huius iuriſdictionis. Similiter prorogatio ordinaria de loco in quo ordinarius ſolitus eſt retinere tribunal, ad alium locum exiſtẽtem intra ſuã iuriſdictionem, fieri poteſt, ſed non ad locum alterius iuriſdictionis, quemadmodum communiter tenetur, quia ordinarius ibidem pro priuata perſona cenſetur, quod verum eſt, quãdo iudex alterius territorij id ſciret ac prohiberet, aliàs ſecus, quemadmodum refert ac ſequitur Bened.Capr.in dicto tract.prorogatio.num.61. qua de re vide ſuprà in verbo, Iuriſdictio.

Prorogatio iuriſdictionis nõ tantùm in ſpiritualibus modò ad habentem ſimilem iuriſdictionem fiat, fieri poteſt, cum nuſquam de iure prohibitum inueniatur, ſed etiam in criminalibus etiam meri ac mixti imperij in habentem ſimile imperium fieri poteſt, ídque communiter receptum teſtatur Benedictus Capra in dicto tractatu prorogat.num.79.addens num.ſequen. id procedere tamen quò ad prę iudicium prorogantis, cùm in præiudicium reipubli. aut proprij iudicis non procederet prorogatio, vide ſuprà Iuriſdictio.

Prorogationem cauſæ de tempore ad tempus per procuratorem fieri poſſe communiter teneri refert Bened.Capra, reg.lxiiij. num.6. & ſeq.fallentias vide ſuprà in verbo Procurator.

PRIVATIO hereditatis vel legatorum non ob quamlibet, ſed duntaxat ob grauem iniuriam inducitur, iuxta nota.in l.iij. ff.de adimend.legat.Et Imol. in c.Raynutius.de teſtamen.quod communiter teneri refert Bened.Capra in tractatu ſubſtitutionum poſt regul. poſito in ſpe.ij.num.104.

PRODIGVS cui bonis interdictum eſt ſicut nec furioſus teſtari non poteſt, etiam ad pias cauſas, ex quo bona alienare non poteſt, prout notatur in l.is cui bonis.& l.ſi ita quis, §.ea lege ff.de verborum obligationibus.vt voluit Barto.in l.ſi quæramus.ff.de teſtam. Bald.in l.j.C.de ſacroſanct.eccleſ.quod tamen ſublimitatur, quando patiens defectum mentis, iuris præſumptione eſſet à ſtatuto habilitatus ad teſtandum, cùm per ſtatutum habilitari poſſit, ex quo talis prohibitio procedit ex diſpoſitione iuris, per id quod habetur in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.vt voluit Bart.in d.l.ſi quæramus.& ita communiter teneri refert Bened.Capra.reg.ciij.num.11.

Prodigo exemplariter, perinde atque furioſo ſubſtitui rectè poteſt, prout tenuit Bart.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.quia vt ipſe ibidem dicit, prodigalitas procedit ex quadam amentia, propter quam prouidetur & à lege vt detur ei curator in vita, ergo eadẽ ratione prouidetur in morte, vt eidem poſſit ſubſtitui, quod etiam tenuit Bald.in l.humanitatis.C.de impuberum & aliis ſubſtitu.id verum dicẽs, niſi demẽtia vel prodigalitas ſimulata ſit, idem videtur tenere Imol. in c. Raynutius.de teſtamentis.cùm teſtari non poſsit, per no. in l.ſi conſtante.in princ.& l.ſi vera.§.de viro.ff.ſol.matr. & ita communiter teneri, licet Guliel.de Cuneo d.l.ex facto. & Aug. ibidem aliud voluerint, refert Bened.Capr.in tractat.ſubſtitut.poſt regulas poſito in ſpe. iij.numero quadrageſimoquarto.

PVPILLVS ſiue impubes, licet quidem ad pias cauſas teſtari poſsit, l.qua ætate.ff.de teſtament.cap.ſi pater. eodem tit.lib.vj.idque procedat etiam ſi ſagax ſit, & malitia ſuppleat ætatem.Imol.cap.quia ingreſſa.eod.tit.tamen ſi ſtatuto induceretur quod talis pupillus ſagax teſtari poſsit, contrà Petr.de Anchar.d.cap.quia ingreſſa. teſtamẽtum valeret, quia ſtatuto talis defectus tolli poteſt, vt voluit Bart.in l.ſi quæramus.ff.eod.tit.quod ibidem ſequitur Angel.per id quod habetur in l.fin.C.de teſtam.milit.cum quibus Docto.communiter tranſire refert Bened.Capra reg.ciij.num.30.

Pupillaris ſubſtitutio, vide infrà Subſtitutio.

## Q

QVARTAM Falcidiam vel Trebellianam, licet heres inuentarium conficiens regulariter detrahere poſsit auct.de heredib.& Falcid.§.ſi verò nõ fecerit inuentarium.coll j. id tamẽ inter alia fallit quando teſtator id expreſſè prohibuiſſet auct.ſed cùm teſtator.C.ad l.Falcid.& ibidem Cyn. & dicta auct.de hered. & Falcid. §.ſi verò expreſſum. Bart.& Imola in l.Marcellus.§.quod autem.ff.ad Trebellian.quem ſequuntur Canoniſtæ communiter in cap.Raynaldus.de teſtament.Similiter fallit quando legatum eſſet factum ad pias cauſas, vel pro redemptione captiuorum, vt auct.de eccleſia.titulis.§.ſin autem.collat. ix.quod ſecundum Dom.Anton. in dicto cap.Raynal. tam in Falcid. quàm Trebelliana, ab vtriuſque cenſuræ Doctorib. communiter teneri refert Bened.Capra.reg.cx.num.3.& 5.per nota in ca.ſi pater de teſt.in libro vj.d.l.Marcellus. §.quod autem.ff.ad Trebel.& Bald.in l.

id quod

id quod pauperibus.C.de epiſcop.& clericis.

QVARTA Falcidia licet ratione delicti,& ſi heres cancellaſſet teſtamentum,ne legata præſtaret,aut ſi negaret rem hereditariam eſſe,vt conuincatur de mendacio,non detrahatur.l.ſi tacitum.l.beneficio.l.hereditatem.§.final.ff.ad legem Falcid.ſecundum Vincentium & Ioannem Andream in capitulo Raynaldus.de teſtamen.& ibidem gloſſ.final.id tamen intelligendum & accipiendum eſt, vt procedat in eo quod aufert vel quod acceſſit pœnæ nomine propter iudicis condemnationem,vt in illo non detrahatur Falcidia.l. cùm pater. ff. ad legem Falcid. vel propter ſpecialem affectionem,vt l.ſequen. eodem titul.Secus autem ſi pœnæ nomine iuſſu teſtatoris relictum ſit, vt contradicentibus legatariis aliis reliquiſſet, quia non merè pœna eſt,ſed potius legatum.prout voluit Innocen. capi. Petrus & Abbas. & dicto cap.Raynaldus.quod ſequitur ibidem Ioannes Andr.ſecundum D. Anto. ibidem,quia heres poterit detrahere Falcidiã ſecundum D.Nicolaũ ibid.quod cõmuniter teneri ibid.nu.3.refert Bened.

Quartam Falcidiam licet heres non detrahat,niſi infra annum, à die monitionis per iudicem factæ,legata integraliter exoluat,imò omnibus emolumentis ex teſtamento priuatur.gloſſ.in capitul. Raynaldus,in verbo Legitimum, de teſtamentis. & Barto. in authentic. hoc amplius.C.de fideicommiſſ.& c.ſi heredes.de teſtamen.cap.nos quidem. eodem titulo.& gloſ.in authentic.de heredibus & Falcid.§. ſi quis non implens.collatione prima,quod ita cõmuniter teneri refert Benedictus Capra regul.cx.nu.22.id tamen inter alia fallit quando aliud tempus à teſtatore, intra quod volũtas eius explenda veniret,eſſet præfixum,nam tunc illud erit attendendum, argumẽto eorum quæ not.in l.ſtatulibero.§.herede.ff.de ſtatuliber.l.fina.§.ſin autem.C.de iure deliberandi.prout voluerunt in dicto capi. nos quidẽ Anchar.Imol.D.Nicolaus & communiter Doctores ſicut refert ibidem num.28.Benedict. Capr.

R

RATVM habere non poſſum quod meo nomine geſtum non eſt, at ſi quod meo nomine geſtũ eſt ratum habeam, ratihabitio retrotrahetur, & mandato comparabitur & perinde obligor ac ſi mandaſſem, vt dicit Dynus in capitul. ratum. & capitulo ratihabitio.de regu.iur.libro ſexto.cum quo reliquos tranſire refert Benedict. Capr. regul.liiij.numero 2.idque procedere communiter refert in iudiciis & contractibus vel quaſi,& vltimis voluntatibus, ibidem numero 7.8. & ſequen.fallentias vide ibidem num.17.& ſequen.Pater enim & dominus etiam in præiudicium ſuum ſine ſuo conſenſu facta rata habere poſſunt,& princeps vel Papa ſimiliter ſententiam non ſuo nomine nulliter latam ratificare poſſunt. Imò quilibet actum non tam ratione formæ quàm contemptus nullum,ratum habere poteſt.Heres quoque iura quæ ſine agnitione defuncti tranſmittuntur,rata habere poteſt.Succeſſor prælati quoque ratum habere poteſt, multas alias fallentias vide ibidem per tot. regul. num. 17.23.29.30.34.44. 47.55.60.& ſequenti. Licet autem verius videtur id delictis perpetratis ſine iuſſu aut mandato,ratihabitionem nõ mereri pœnam, ſic nec mandans tenetur de mãdato, quoties principalis aliàs erat facturus,vt notat Iacob.Buirigar.lege prima.§. primo. ff.de eo per quem fact.quia tunc mandatum nec opem nec cauſam dedit delicto.tamẽ communis opinio eſt in contrarium,ſecundum Bald.in l. obſeruare. §.final.ff.de offic proconſul.quam Dyn.Card.Zenzel.in capit.ratificatio.de reg.iur.lib.vj.& Ioan.And.& glo. in cap.quam ſit.de electjon. libro ſexto,tenere refert Benedictus Capra ibid.num.14.

RATIFICANTIS actum,non comprehendit ſtatutum diſponens de veto actu hominis.l.ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff.de negotiis geſtis. vbi ſi homo liber geſſit negotium peculiare filiifamiliâs, vel ſerui ipſorum contemplatione ſequens ratihabitio patris vel domini nihil operatur,quia per ratihabitionem non tenentur vltra quantitatem peculij,ad quam prius quoque tenebantur, dict. §. ſed ſi ego. verſicu.nam & ſeruum.iuxta gloſſam in capitul.ratum.de regu.iuris, libro ſexto,cum qua communiter ſcribentes tranſire affirmat Benedict.Capra regul.liiij.num.6.22.24.idque ideò, quia eorum nomine geſtum non fuerat,vbi ponit aliquot limitationes.nu.17.& ſequent.

RATIHABITIO retrotrahitur & mandato comparatur, ſi Papa vel ſupremus princeps ex plenitudine poteſtatis ſententiã nõ ſuo nomine,& ſic prorſus nulliter latam,ratam habeat & confirmet. ij.quæſt.j.cap.in primis.& iij. q.vj.cap.hęc quippe, quia poſſunt ſubſtantialia rei ex plenitudine poteſtatis mutare.l.vnic.in prin.C.de rei vxor.actio.ſecundũ Inno.& D.Nicol.in capitul.prudentiam. de offic. deleg.quod cõmuniter teneri refert idem Bened. d.regul.liiij. nu. 33. & 41.etiam in maleficiis.idem regu.viij.num.69.& ſeq.

RATIHABITIO eſt conſenſus ratione coniunctionis concurrente ſciẽtia & patientia eius,cuius negotiũ geritur, præſumitur argu.l.ſi ſeruus. ff. de donat.inter virum & vxorem, ſecundum gloſſ. in lege qui patitur.ff.mandati.& Bartolus in dicta lege quæ dotis.ff. ſoluto. matr. lege non ſolùm. §. qui alieno,ff.de procuratorib. & ita communiter teneri refert Bened.Capr.regula lv.numero 20. ſimiliter ſi alius actus concurrat cum ſcientia & patientia, præſumitur.de quo infra in verbo Taciturnitas.idem regul.lvj.num.31.

Ratihabitio ad hoc vt poſſit operari,id eſt retrotrahi,& mandato comparari,requiruntur extrema habilia. videlicet temporis quo actus eſt geſtus,& temporis ratihabitionis prout determinauit Ricardus Malumbrę .in quadam diſputatione,de qua per Ioannem Andream in capitul.ſine culpa.de regul.iuris,libro ſexto.& in Mercurialibus,& plenius per Bartolum in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.& in l.bonorum.ff.rem ratam haberi.gloſſ.Ioann.And.D. Antonius & Doctores in capitul.primo,de conuerſ.infidel.ſicut refert Benedictus Capr.regul.liiij.numero 60.dicens eos ita communiter cõcludere quemadmodum in infante & furioſo dilucida interualla habente,ac ſimilib.in quibus non cadit delictum ſi eorum nomine tẽpore infantiæ vel furoris delictum committeretur per eoſdem, illud poſtquam infans maior factus eſt, vel furioſus ad mẽtem redierit ratum habere non poſſit,ita poſt mortem mariti in ipſius mortem nõ potuiſſe machinari nec quò ad machinationem ratum habere vxorem furentem capit.ſi quis viuente.xxxj.quæſtione prima,quo ad deciſionem multorum caſuum dicit ibid.notandum vide quoque reg. lxx.num.72.vbi ſimile quoddam ponit.

Ratihabitio quod ad retrotractionem nihil agit aut operatur,quãdo fuiſſet ſolùm defectus executionis ſeu exercitij iuriſdictionis in actu,cum in habitu adeſſet, & ſi procõſul antequam prouinciam introiſſet,mandaſſet & delegaſſet cauſam.tunc enim nihil agit, ſi poſtquam ingreſſus eſt dationem illam ratam habeat.de officio proconſul.quod ſecundum glo.in ca.ratihabitio.de regul.iur.lib.vj.communiter teneri refert Bened.Capr.regul.liiij. in fine.

Reciproca ſiue breuiloqua ſubſtitutio,vide infrà ſubſtitutio.

REMEDIVM l.ij.C.de reſcinden. vendit & vtrum deceptus vltra dimidium iuſti precij etiam ſi in vno tantum nummo vltra deceptus ſit,ex contractu,vel ad reſciſſionem contractus precio reſtituto vel ad precij iuſti ſupplementum agat,non tantùm in emption. & venditio. iuxta communem,ſed etiam in quibuſcunque bonæ fidei contractibus locum habet ſecundum gloſ.in dicta lege ſecunda. & Barto.ibidem argumento.l.in contractibus.ff.ex quibus cauſis maior.& l.iunioribus.ff.commu.vtriuſque iud.gloſſ.in cap.cùm dilecti, de empt.& ven.& ita communiter quoque teneri refert Benedi.reg. lxxxvij.num.62.73.& ſequen.quod verum eſt,niſi ſciuiſſet læſus non pluris valere,aut niſi renunciaſſet beneficio d.l.ij.aut quod pluris valeret donaſſet.qua de re vide ibidem numero 95.& ſequenti.Debet autem in remedio alternatiuè concludi, vt contractus reſcindatur, & ſic res alienata reſtituatur,vel vt ſuppleatur iuſtum precium,vt tenet Hoſtien.& Ioan.Andr.dicto capi.cùm dilecti.& glo.in cap. cum cauſa.de empt.& vendit.vt ſequitur ibidem D.Anto.& hanc opinionem cùm vtrumque ſit in obligatione,communiter Canoniſtas approbare refert ibidem num.111.Bened.Capr. In foro autem ciuili ſeruanda eſt gloſ.l.ij.C.de reſcind.venditio,quæ vult ſimpliciter peti reſtutionẽ rei,& ſic reſciſſionem contractus,quòd tantum eſt in obligatione & precium ſuppleri in facultate ſolutionis, quam opinionẽ tenuit Cyn.et Bal.ibid.communiter Legiſtæ,vt refert Bened.ibid.nu. 113.licet melius dicat vt in vtroque foro ſecundum Bart.alternatiuè concludatur,in d.l.ij.C.de reſcin.ven.

REMISSIO penſionis vel mercedis,licet colonis regulariter ob ſterilitatem et alios caſus fortuitos concedi ſoleat,de quibus in l.ex conduct.§.j.ff.locati.cap.propter.eodem titul ſterilitas tamen ex communi vſu loquendi agricolarum, et opinione vulgi metiẽda eſt. argumen.l.j.ff.de flum,l.cùm de Lanionis.§.aſinam. ff. de fundo inſtr. ca.ex literis.de ſponſal.Vnde ſi dicant optimas meſſes et vindemias habemus,annus fertilis,ſin dicant nihil valent meſſes,nec vindemia, operas omnes perdidimus,vix ſemen recolligetur,annus ſterilis reputabitur.quæ opinio Goffrido & communiter Doctor.placuiſſe videtur ſecundum Ioan.Andr.d.c.propter.vt refert Bened.Capr. reg. lxxxviij.nu.89.Qui numero 2.ibidem dicit opinionem eorum qui ſterilitatem ex eo metiuntur,quod ne ſemen quidem recolligatur cõmuniter reprobatam eſſe,quod fructus etiam ex pratis, vineis, oliuetis & aliis qui non ſeruntur capiantur.Vt autem remiſſio penſionis fiat in totum,oportet caſum vel ſterilitatem eſſe tantam,quòd illo anno deductis impenſis & ſumptibus nihil fuerit recollectum,ſecundũ Hoſtienſ.Ioan.Andr.D.Anton.& Imol. in dicto cap.propter. argumento.l.illud.§.minus.ff.de tributo.& id ita communiter teneri refert ibid.num.49.Benedict.Aliàs ſi deductis ſumptibus dimidiũ eius quod percipere conſueuit collegit,nihil remittitur nec reputatur ſterilitatis.Sin minus dimidio collegerit tunc pro rata fiet remiſſio,vt rectè tenet Imol.d.c.propter contra Hoſt.Io.And.& D.Anto.

RENVNCIATIO ceſſionis bonorum facta,iuxta beniguiorem et magis communem Doct.ſententiam,non tenet, niſi debitor diſſipaſſet omnia bona in fraudem creditoris, aut niſi contraxiſſet ſciens ſe non eſſe ſoluendo,vt illud tacuiſſet. lege j.ff.quæ in fraudẽ

creditorium.l.pen.ff.de iure dotium,vt refert ac ſequitur Bened.Cap. reg.lxxv.num.26.& 29.vide ſuprà Ceſsio.

RESCRIPTA ſecundum Canoniſtas non vitiantur: licet in iis non ſit expreſſa clauſula, ſi preces veritate nitatur, quia ſubintelligitur, vti expreſſum eſt & communiter ab iis tenetur in c.ij. de reſcriptis. Secus eſt ſecundum Legiſtas in l. vniuerſa. C. de diuerſis reſcript. quæ lex inſerta quoque eſt xxv. quæſtione ſecunda, capit. dicenti. Sed quia illa canonizatio Gratiani,& non Papæ eſt, in foro Canonico ſeruabitur decretalis dict.cap.ij.in foro autem ciuili ſeruabitur d.l. vniuerſa. & hoc ex quo d. l. vniuerſa ſic per Gratianũ Canonizatæ reperitur contrarium.d.c.ij.ſecundum Ioa.And.& D.Flor. refert ac ſequitur Ben.Cap.concluſ.ſiue reg.vij. nu.7. & ſeq. vide ſupra in verbo Decretum,& Lex.

Reſcriptum quandocunque conſtabit eſſe falſum, omnia agitata eiuſdẽ vigore declarantur nulla, etiam ſi non appelletur, prout voluerunt in ca.ſuper eo.de offic.& poteſtate deleg.accedit quod notatur in c.ij.de dilationib.quod Bart.& communiter legiſtæ ſequuntur in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vtilitat.publicam,& Ioannes de Lignano,et D.Floria in d.c.ſuper eo refert Bened.Cap.reg.xix nu.47.

Reſcriptum regulariter expirat morte illius contra quem conceditur re integra,ſicut finitur mandatum morte mandantis c.relatũ. de offi.deleg.et c.gratum.et cap.licet eodem titu. c.fin.de reſcriptis, lib.vj.glo.in cap.ſignificauit.eo.titu.quam communiter docto. ſequi refert Bened.Capr.reg.xxxiiij.num,2 quod tamen fallit ſi quis ſuccederet in vitium,aut ſi emanet ſecundum reſcriptum contra ſucceſſorem,aut ſi res eſſet facta litigioſa,aut ſi in reſcripto mẽtio facta fuiſſet de ſucceſſore,de quibus ibidem nu.ſeq.vide eundem Capram.

Reſcriptum impetratum pro perſona vel contra perſonam, licet non tranſeat ad vel contra ſucceſſorem ſingularem,niſi ſuccederet in vitium,aut niſi emanet ſecundum mandatum, aut res litigioſa eſſet, vt ſupra dictum,tamen tranſit in,vel contra vniuerſalem ſucceſſorem ſecundum communem opinionem,cum cenſeantur eadem perſona l.ſi.C.de hered.inſtitu.l.mortuo.ff.de fideiuſ.quod verum ſi tempore conceſſionis in rerum natura fuerit contra quem impetratur, aliàs non valet.l.Paulus.ff.quæ ſentent.ſine appell.reſcind.refert Ben,Capra reg.xxxv.nu.16.& ſequent.

Reſcriptis duobus ſpecialibus concurrentibus,ſi primus impetrãs fuerit negligens,tum qui pręſentando valebit,ſecundum reſcriptum primo præferendum ſecuta citatione iuxt.c.vt debitus,de appellat. Sin autem non fuerit negligens,ſed ob id quod copiam iudicis impetrati habere non potuit impeditus,debet expectari primus annus modò fuerit proteſtatus de impedimento,& non amplius iuxt.cap. ſin autem,c.plerunque,de reſcript.cum qua diſtinctione docto.communiter tranſire ibidem ex Imola affirmat Bened.Capr.reg.xxxix.nu.16 & ſequen.Licet Ægid.cap.ſin autem,contra Imol.ſentiat proteſtationem non eſſe neceſſariam,quos idem Capra ita conciliat, vt Ægidij ſententia procedat quando infrà terminum infrà quem actus fieri debebat,quis ſe vult excuſare,propter impedimẽtum,quando autẽ poſt terminum,ſecundum Imolam requiritur quod in termino fuerit facta proteſtatio,iuxt.cap.ſi iuſtus. de appella.& ibidem not. & in c. ad audientiam,de cleric non reſident.& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſa.& ibidem nota.per Bartol.ff.de noui operis nunciat.

Reſcriptis ita à diuerſis impetratis,ſi annus elapſus ſit,cum tunc primò impetrans præſumatur negligens præualebunt ſecundę literæ: vt apparet ex c.plerunque,de reſcriptis,quod non tantùm procedit quando ipſæ literæ ſecundæ prius,ſed etiam quando ſimul aut eodẽ tempore,fuerint præſentatæ poſt annum,etiamſi vterque fuiſſet negligens intra annum,prout in dicto capi.plerunque Gofred.Hoſt. & Ioan.And.& ita contra Innocen.ibidem, cõmuniter teneri dicit Bened.Capra.reg.xxxix.numero 27. & ſequen. nume.31. vbi addit.ſecundas literas etiamſi ſecundo loco poſt annum pręſentatæ fuerint, nihilominus primis præferri, quia poſt annum ſecundæ habent efficaciam,quare non Poſſunt per primas veluti extinctas ac mortuas præueniri,vti ſecundum Imo. ex d. cap.plerumque patet: quod verũ eſt,ſi ſecundus impretrans non fuiſſet in dolo,aliàs quando fuiſſet in dolo. tacendo ſcienter primas:præualebũt primæ etiam poſt annum. quia elidentur ſecundæ replicatione doli;quod obtinet non ſolum ſi primus fuit negligens, & ſic in culpa, ſed etiam ſi fuiſſet in dolo in non vtendo: modo data primarum non ſit vitioſa, ſed ſecundarum: ſecundum Hoſt. & Io.And.d.c.plerumque, iuxt.not.in c.ſuper literis de reſcript. & ita communiter, ſecundum Do.Bened. Capr, d. regu. xxxix.nu.35.id verum docens: quando primæ literæ non fuerunt de communi conſenſu impetratæ: aliàs ſi vtraque pars neglexit vti per annũ,ſi poſt annũ altera pars impetret literas,nõ valebunt,niſi de primis cõmu.conſenſu impetratis, mẽtionẽ faciant c.cæterũ.de reſcript.

Reſcripto nõ preiudicat priuilegiũ poſtea impetratum ?lite iam cœpta ac inchoata, vigore illius reſcripti, quo ad illam cauſam, niſi faciat mentionem de proceſſu,iuxta c.cauſam.ij.de teſt.& c.ſi vt lite pendente.& ibidem Innocen.Secus ſi lis non erit vigore reſcripti inchoata, quia tunc reſcripto præiudicat, cùm poſſit priuilegiatus opponere de iure ſuo in prima citatione,iuxt.c.cùm olim.de priuileg. argumento.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.quod verũ eſt,niſi priuilegiatus impetraſſet in fraudem ad ſupplantandum reſcriptum,argumento.c.ſuggeſtum.de app.ſecundum.Hoſt.in d.c.j.de reſcript.cum quo tranſeunt Io.And.D. Ant.ac ſimiliter Imol.& communiter doct.qui tamen dicit quòd ad hoc vt impediatur priuilegium,non requiri citationem fuiſſe factam vigore reſcripti,& ſic litem inchoatam ſed ſufficere quòd ſit facta commiſſio, vt voluit gl.in clem. ſecunda,vt lite pend.refert Bened.Capr.reg.xl numero decimo & ſequen.vbi in fine addit, id procedere in reſcriptis ſiue literis ad lites,in beneficialibus autem ſequendum eſſe.c.conſtitutus, & c.ex literis,de reſcript.

Reſcriptum ſurreptitium non eſt nullum ipſo iure,ſed ope exceptionis annullandum, quia ſi non opponatur,valebit proceſſus per tale reſcriptum agitatus, ſecundum communem ,etſi hæc exceptio non admittatur,ſecuriùs ac iuſtius eſt,vt inde appelletur. Nam licet contra tales literas ſurreptio opponi poſſit iudices tamẽ habent iuriſdictionem per talia reſcripta, quare ſi nõ admiſſa exceptione procedatur,valere videtur proceſſus,niſi prouocetur,quod communiter ſequuntur docto. quod verum eſt, niſi etiã reſcriptum obreptitium eſſet,aut acceſſoriè veniret ad gratiam, quia tunc ſicut ſurreptio vitiaret gratiam,aut niſi ſurreptio haberet originem à cauſa fundante nullitatem de per ſe, quibus caſibus non tantùm ope exceptionis ſed ipſo iure annullaret reſcriptum,quod poſtremum communiter teneri aſſerit Bened.Cap.reg.xlj.nu.1.7.9.& 16.vide infrà Surreptio. Benedi. Capra regula xlij.numero44.& regu.xliiij.nu.2.

Reſcriptum primum ſi directo ad alterius impetrationem reuocetur, tunc valebit proceſſus ante reuocationis notitiam agitatus, ſecundum Imol.D.Floria.& D.Nicol.in c.cæterùm, de reſcriptis,ca. audita.de reſtit.ſpoliat. Videtur enim tunc ineſſe clauſula illa,ſi videlicet impetrans eo vti voluerit, & communiter teneri refert Bened. Cap.regul.xlij.nu.11.15. Niſi in talibus literis reuocatoriis appoſita ſit clauſula Decreti, vel alia verba, per quæ appareat quòd princeps voluerit mutare, & tunc quicquid fuerit agitatum per primos iudices, quia tunc proceſſus eſt ipſo iure nullus, etiam data ignorantia, ſecundum D.Nic.argumento.c.j.& ibid.not.de conceſs. præb.lib.vj.

Reſcriptorũ data pluralitate ſi primi & ſecundi iudices non concordẽt,& tunc corã iudicibus corã quibus ſecũdo loco literæ præſentatę ſunt, ſolùm opponitur de aliis literis primò loco pręſentatis, nec aliqua pars petat procedi, ſecũdùm formam c.paſtoralis,de reſcrip.nec proceditur, ſecundũ formã.d.c.paſtoralis.Et illi ſoli coram quibus de ipſis opponebatur, poterunt ſuper exceptione oppoſita cognoſcere & definire.c. ſuper literis de reſcript. & ſi male diſtiniatur,poterit appellari.c.ſignificauerunt ,de except.vt dicit in d.ca.paſtoralis,Io.And.poſt Inno.& communiter tenetur vt refert idem Capra d.reg.xlij.nu.42. Sin autem.corã vtriuſque iudicibus non ſolùm opponatur de viribus reſcriptorum,ſed etiam petatur procedi ſecũdùm formam.c.paſtoralis, ſecundum illud erit procedendum, vt dicit ibidem poſt Inno.Io.Andr.Si tamen iudices forma.d.c.paſtoralis non obſeruata, procedant, iuxta communionem niſi appelletur valebit proceſſus,vt refert ibid.nu.44.& ſeq.ibem Ben.Capr.

Reſcriptorum concurſu ita dato, iudices de literarum dubiis ex iuriſdictione delegata cognoſcunt, prout tenuit Franciſ.Vercel.in d. c.poſtoralis,de reſcript.quia talis poteſtas acceſſoria eſt ad principalem, argumento.c,acceſſorium.de regul.iur.lib.vj. quam opinionem communiter teneri, & D.Ant. eandem ſequi refert ibidem.num.46. idem Bened.Capr.

Reſcriptum conceſſum contra ius per Papam aut principem,ita demum valet ſi in tali reſcripto apponatur clauſula derogatiua nominatim & ſpecificè, iuxt.gl.in c. nonnulli.de reſcript.vt communiter tenetur,aut ſaltem per verba æquipollentia, puta non obſtante tali conſtitutione,Aut ſi in reſcripto ponatur factum ita vt appareat de certa ſcientia ipſius principis, ſecundum Goffred.d. c. nonnulli. refert Bened.Cap.reg.xlvj.nu.2.

Reſcriptũ per quod dantur iudices meriti, puta ſi dentur illi quos Imperator elegerit, ipſo iure non valet, vt eſt caſus in ca.ad hæc,de reſcrip.ſecundùm lecturam communiter approbatam, quòd verum intellige,niſi detur tale reſcriptum ex rata ſcientia,prout voluit gloſ. ibidem refert ac ſequitur Bened.Cap.reg.xlviij.nu. 2.

Reſcripto ſi certæ exceptiones in ſpecie tollantur, ſubiecta clauſula generali,tunc non ſolum expreſſæ viderentur ſublatæ, iuxt.gloſ. in c.ex parte.de offi.iud.delegati.ſed etiam omnes alię ſimiles expreſſis,vt voluit Hoſt,& poſt eum Io.Andr.& D.Nicol.d.c.ex parte. per id quod habetur in c.quid ad agendum,de procur.lib.vj. Bartol.in l. ſed & ſi quis,§.quæſitum.ff.ſi quis caution. & ita communiter teneri refert Bened.Cap. regu.lj.nu. 10.quod extenditur ad renuntiationes exceptionum, vt ſtatuta tollentia certas exceptiones; qua de re vide no.in c.ſedis,de reſcrip.

Reſcriptum ſeu ſtatutum generaliter tollens omnes exceptiones præter talem & talem, omnes alias quantũuis rationabiles tollere videtur, quare vltra ſpecificatas nulla alia exceptio etiã ſit rationabilis,

erit

erit admittenda vt no. Barto. in l. j. §. primo ff. quod vi aut clam. Cyn. & Bald. in l. ita pudor. C. de adulter. qui idem eſſe dicunt in ſtatutis. diſponentibus, quod cõtra inſtrumentũ non admittatur aliqua, exceptio: niſi talis, quia tunc omnes aliæ vidẽtur reiecte etiã ſi ſint rationabiles, quibus accedit quod notatur in cap. item cũ quis, de reſtit. ſpoliat. & ita communiter teneri refert. Benedictus Capra regula l. numero decimonono quod tametſi generaliter verũ ſit, fallit tamen quando exceptio veniret ex alio capite ſtatuti, quia poſsit opponi. vt tenuit Baldus & Cyn. dicta lege. ita pudor. Aut ſi opponeretur quod tale inſtrumentum non ſit inſtrumentum vt dicit Bartolus dicto §. primo quia ex quo euacuat qualitatem inſtrumenti. poteſt opponi, accedit quod notabiliter vult, gloſſ. in. clemen. prima de ſequeſt. poſs. & fructu. Quod quantumcunque exceptio nullitatis tollatur tali ſtatuto, tamen nõ cenſeatur ſublata exceptio nullitatis proueniẽs ex defectu iuriſdictionis vt notat Bald, in l. prima C. de condictio. indebit, & ita communiter teneri refert idem Capra ibidem. numero 22. Fallit ſimiliter ſi imploretur officium iudicis, quia id licet, nõ obſtante tali ſtatuto argumento. l. plane. ff. de petit. hered. quod eſt verum, niſi ſtatutum vltra diſponat Capra. ibidem nu. 24.

Reſcripto de conſenſu partium recte dantur iudices remoti, vltra vnam vel duas dietas, cum enim ex ſuo facto & voluntate trahuntur partes ad iudices remotos vltra vnum aut alteram dietam, non habet locum conſtitutio. capitulo nonnulli, ſecundum gloſ. Innocentius, & D. Nicolaus ibidem. de reſcript. & capitulo ſtatutum. §. cum vero. & ibidem. de Archidia. eo. titu. vt vtrobique communiter tenent Doctores. quod etiam in practica obſeruari refert Benedictus Capra regu. 53. numero decimotertio & decimonono. Tametſi autem ſublatis dict. conſtitutionibus, dicto capitulo nonnulli. & capitulo ſtatutum. per clauſulam generalem derogatoriam, aut æquipollentia verba, videatur reſcripta indifferenter impetrari poſſe non ſolum vltra vnam aut alteram dietam, ſed etiam vltra tres vel quatuor dietas, ita vt quis extra ſuã Diœceſin ad remotiſsimas partes in iudicium trahi poſsit, ſecundum docto. Antonius in d. c. nonnulli. cuius opinionem veriorem in iure tenet ibidem Imola. tamen contrarium tenuit Franciſcus. Vercellenſis argumento, capitulo ſedes. de reſcriptis, Innocentius capitulo ij, eo. tit. libro vj. cum quo ibidem reſidet Ioannes. Andreas cuius opinionem in practica ſeruari & cõmuniter teneri affirmat, dicta reg. liij. nu. 16. & 19. idem Bened. Cap. quia vt ibidem dicunt Petrus de Anchar. & Imola non ſit veriſimile, quod Pontifex per generalia verba derogatoria voluerit quem extra ſuam Diœceſin ad remotiſsimas partes trahi, Argumento. c. cum in multis. de reſcrip. lib. vj. vt autem rem vniuerſam ab quo vti dicitur intelligas, lege totam regulam.

REVERENTIA. ſiue dignitas & coniunctio ſanguinis quę habet reuerentiam, ſola non inducit diſſenſum ex taciturnitate. vt communiter teneri refert Bened. Capr. regu. lvj. numero 33. & 37. vide infrà Taciturnitas. nec ſola dignitas aut reuerentia eſt cauſa reducendi actionem, quod metus cauſa Bartolus in l. metum. C. quod metus cauſa, ibidem.

REVOCATIO procuratoris niſi parti ac iudici intimetur, dominum non releuat, quo minus ex geſtis procuratoris abs. ſe reuocati et certiorati teneatur, vt communiter receptum refert Bened. Cap, regu. lviij. nu. 3. et ſequen, et nu. 29. Et numero 24 dicit reuocationem inſtitoris non aliter valere, quam ſi publice ac palam in loco, vbi præpoſitus eſt tabernæ, fiat, vt ſimiliter communiter teneri ibidẽ refert vide ſuprà Procurator et Inſtitor.

Reuocatio procuratoris in iis quæ non poſſunt ſortiri effectum ſine præſenti iuſſu domini, vt eſt domini tranſlatio, et ſimilia, quæ tempora executionis requirunt perſeuerantiam conſenſu vt nuptiarum contractus &c. nihil intereſt peruenerit in noticiam procuratoris vel partis nécne, quia actus neutro caſu valebit. cap. fin. de pro curat. lib. vj. l. ſi pœnituit. ff. de diuortiis, ponderatur in præſentia cõſenſus, & non domini, quæ diuerſæ ſunt, animus enim domini, vbique præſens eſſe poteſt. ſed corporalis præſentia circumſcribitur loco, & ſic non poteſt eſſe vbique, & communiter teneri refert Bened. Capr. reg. lix. nume. 21.

Reuocatio procuratoris ſoli iudici & non parti intimata, reddit geſta ipſo iure nulla, quia tunc tunc iudex ſcienter contra perſonam non legitimam diceretur ferre ſententiam, aliâs ſi ſoli parti intimata foret ope exceptionis, infringerentur geſta, communiter teneri refert Bened. Capr. reg. lix. numero 35. ſuprà Procurator.

Reuocatio in actibus inter viuos inducetur etiam per alienationem nullam, quæ ſuum ſortitur effectum, nam ea quæ à mera voluntate dependent, licet nullum ſortiantur effectum per tranſlationem, vtilem tamen ademptionem faciunt, Bart. in l. etſi. ff. de adimend. legat. in l. plane. ff. de leg. j. glo, in §. ſi rem, Inſtitu. de legat. l, legatum. §. ſin. ff. de adimend. legat. lege iij. §. minor. & ibidem Barto. & gloſ. ff. de fund. inſtruct. l. cùm domini. §. filiusfa. ff. de pecul, legat, Bartolus in l. finali. ff. de ann. legat. quod communiter teneri refert Capra regula cxviij. numero 13.

S

SENTENTIAM non ſuo nomine, & ſic prorſus nulliter latam, Papa vel ſupremus princeps ex plenitudine poteſtatis ratificare ac confirmare poteſt. communem refert. Bened. Capr. reg. liiij. nu. 33. vide ſupra Ratihabitio.

Sententia nulla lata pro non citato, licet ſecundum communem & veriorem opinionem contra gloſ. in l. properandum. §. ſin autem. in verbo. contraditionem. C. de iud. ab eo ratificari non poſsit, ſecundũ gl. in l. quæſitum. & ibid. Bar. ff. de re iud. & gl. in l. furioſo. ff. eo. tit. ibid. Bar. & gl. & Bar. in l. ea quæ. C. quomodo & quando, vt cõmuniter teneri dicit Ben. reg. liiij. nu. 41. id tamen fallit in iudiciis ſummariis & criminalibus ſecundum Bart. in extrauag. ad reprimendũ Bal. l. obſeruare. §. fi. ff. de offi. procon. & in l. accuſatorib. C. de accuſat, ibid. nu. 42. & ſeq.

SERVITVS præſente ac tacente vicino impoſita non præſumitur eo conſentiente impoſita fuiſſe, iuxt. communem, vt refert. Bened. Capr. reg. lvj. nu. 48. infra Taciturnitas.

SPONSALIA & matrimonia licet requirant verba & expreſſum conſenſum eorum qui contrahunt ſponſalia vel nuptias. c. ſi inter. c. tuæ. de ſponſal. Si tamen parentes nomine liberorũ præſentium ac tacentium contrahant, preſumuntur conſenſiſſe, quia ſufficit taciturnitas liberorum, ſecundum Bald. in l. fi. C. de impub, et aliis ſubſtit. et ita communiter teneri fert Ben. Capr. regu. lvj. nu. 37. et ſeq. iuxt. c. vnicum, de ſponſalibus lib. vj. Inno. in c. j. de matri. cõtract. cont. interd. eccleſ. et ibid. Bernar. D. Ant. Arch. Alan. Vincent. Goffred. Vercell. d. cap, vnico. Bal. et Petrus de Ancha. et quemadmodum contrahendis ſponſalibus, ita etiam in diſoluendis, requiritur expreſſus et non tacitus per præſentiam et taciturnitatem inductus conſenſus. l in eo iure. §. deinde. ff, de action. empt. iuxt. gl. c. qui tacet. de reg. iur. li. vj. cõmuniter approbatã vt refer. ibid. nu. 53. idẽ Cap.

Sponſalia de futuro ſicut non ſolum matrimoniũ carnale præambulam prout notat. in cap. ex. literis. deſponſalibus. Ita pariformiter non ſolum coniugium ſpirituale præambulum. argumento eorum quæ notatur in ſimili, in l. ea quæ. & l. Imperatores. §. idem reſcripſerũt. ff. ad municipal. et hoc tenuit Io, And. in c. j. de cleric. coniugat. et Domini de Rota. deciſ. xxiiij. incipit. Item ſi impetrans, quod cõmuniter teneri refert Ben. Capr, reg. xcvij. nu. 56, vnde licet clericus cõtrahens nuptias vel ſponſalia de præſenti etiam abſque copula. beneficium eccleſiaſticum iuxt. communem Doctorum ſententiam amittat, etiamſi contractum ob conſanguinitatẽ non teneret, vt voluit Io. And. d. c. j. clericis cõiugat. tamen tẽpore minoris ætatis cõtractum non valebit, nec beneficium amittitur, quod ſecundum Io. And. et Dominos de Rota. d. deciſ. xxiiij. communiter teneri ibidem refert Ben.

STATVTVM ſi diſponat quod contra inſtrumetum non admittatur exceptio, niſi talis et talis, tũc omnes aliæ exceptiones quãtumuis rationabiles iuxta communem opinionem videntur reiectæ, quod licet regulariter verum ſit, id tamen fallit, ſi exceptio illa proueniret ex alio capite ipſius ſtatuti, aut ſi diceretur inſtrumentũ nullum eſſe, quia tametſi exceptio nullitatis cẽſeatur quoque ſublata excepto nullitatis, proueniens ex defectu nullitatis, & ſic ex defectu iuriſdictionis, iuxta communem. Aut ſi imploraretur officium iudicis quia tunc hæc non obſtante ſtatuto licite peraguntur, vt refert Bened. Capr. regu. lj. nu. 19. & 22. vide ſuprà Reſcriptum.

Statutum loquens ſiue diſponens de vero actu hominis, non cõpræhendit actum ratificantis. l. quid ergo. ff. de infamibus, ſecundum Bald. in, cap, ratum de regu. iur. libro vj. cap. cum quis. de ſenten. excommunica. libro vj. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de negot. geſt. & gloſſ. in dicto capitu. ratum, cum qua communiter tranſire Doctores refert Bened. Capr. regu. liiij. nu. 6. ſupra in verbo Ratihabitio.

Statutum iuratum in quo eſt clauſula hæc: Non intendentes quod præſtitum impediat ipſos ſtatuentes, quo minus poſsint illud etiam nuda voluntate, & ſine cauſa tollere, poteſt ſine metu periurij. mutari & tolli, vt voluit Io. And. in cap. j. de iis quæ fiunt à maiore part. cap. cui accedit. c. cum tu. de conſtitu. & ita cõmuniter teneri aſſerit Bened. Capra concluſ. ſiue reg. ix. nu. 35. vide ſupra Iuramentum.

Statutum iuratum tendens ad vtilitatem ſeu præiudicium tertii. licet non impediat reuocationem. nec contra ſtatuentes incurrant periuriũ, cũ ſublato ſtatuto, ſublatũ intelligatur iuramentũ iuxta veriorẽ & cõmuniorẽ ſententiã Doct. ſupra in verbo Iuramentũ Tamẽ id fallit, quando talia ſtatuta tranſiuiſſent, in contractum, quo caſu amplius in preiudiciũ tertij. tolli non poſsint per not. in l. quod ſemel, & ibidem Bar. ff. de decret. ab ordi. fact. idem in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. et notant communiter Canoniſtæ in cap. quæ eccleſiarum, de conſtitu. et in capitulo primo de probation. ſimiliter fallit, quando talia ſtatuta fuiſſent approbata per ſuperiorem, aut ſtatuentes, per ſe vel eorum Syndicum legitime ac ſpecialiter conſtitutum nõ ſolũ ſimpliciter ſeruare, ſed etiã non reuocare iuraſſent aut niſi ſtatutis appoſita fuiſſet clauſula, quod non poſsint tolli. quibus

caſibus

caſibus ſi fiat reuocatio periurium incurritur,vt prolixè refert ac cōprobat Benedictus Cap.concluſ.ſiue reg.ix.nu.quadrageſimoquinto & ſeq.& nume.94.

Statutum diſponens quòd Bannitus pro pecunia poſſit occidi,nō valet,quia non ſubeſt iuſta cauſa propter quam mereatur mortem, iuxt.ea quæ notat Hoſtien.in cap.fi.de conſue,& Ioannes And.in addit.ad Speculat.titu.de conſtitut.& gl.notabilis.iiij.quæſtio.j. capi. in ſumma,quam ſequuntur D.Anto.et Imo.in capi.quæ in eccleſiam,de conſtitu.quam id ita apertè dicentem communiter probari aſſerit Bene.Cap.concluſ.ſiue reg.x.nu.23.

Statutum perinde atque lex poteſt diſtinguere ac limitare,non ſolum ius naturale ſiue gentium,ſed etiam ius diuinum,vti communiter receptum refert Bene.Cap.reg.x.nu.24.& 30.vide ſuprà in verbo Lex.Ius ciuile autem, ſiue poſitiuum in totum tolli poteſt.de qua re vide ſuprà in verbo Ius.

Statutum recens factum quàm citò liget cùm in iure non reperiatur expreſſum,relinquitur iudicis arbitrio communem refert Bene, Cap.concl.v.nu.18.vide ſuprà Conſtitutio.

Statutum ſi damnet factum à iure damnatum,imponendo nouam pœnam,forenſis cùm eo caſu cenſeatur in ſupina ignorantia eſſe, nō meretur beneficium reſtitutionis in integrum,vt tenent communiter Legiſtæ,præſertim Cin.& Barto.in l.prima C.de ſum. trinita. per l.vulgaris.§.ſi quis.ff.de furtis,refert Bened.Cap.concluſ. quinta, nu, 34.Idem obtinet quando ſtatutum damnat factum communiter dānatum per loca propinqua, ſicut eſt,extrahere victualia &c. debuit enim interrogare de conditione & qualitate loci , quia qui cum aliquo cōtrahit non debet ignor.&c.l.qui cum alio.ff.de reg.iur.In lata enim fuit culpa,non indagando ea quæ erant perquirenda, Bal. in l. tertia.C.de naut.fœnor quod voluit D.Anto.& Imo.in c.ſecundo de conſtitu.& ita communiter teneri affirmat Bene.Cap.ibid.nu.xxxvij. vide ſuprà in verbo Lex.

Statutum ſi diſponat,quod inſtrumenta confeſsionata mandentur executioni,nec aliqua exceptio niſi ſolutionis opponi poſſit,tunc inſtrumenta quoque ante tale ſtatutum facta,habebūt tale priuilegiū ſecundum communem opinionem quam ponit Bene. Cap. concluſ. vj.nu.36.& ſeq.& nu.57.qua de re ſuprà in verbo Conſtitutio.

Statutum diſponens ſuper actu ſucceſſiuo,habente plures partes, emanans poſt actum inchoatum,ſed nondum perfectum , concernit actum inchoatum de præterito,quò ad partes futuras,niſi partes de futuro ita ſint connexæ,vt à præteritis non poſſint ſeparari,communem refert Bene.Cap.concluſ.vj.nu.53.& ſequen.& nu.57.qua de re ſuprà in verbo Conſtitutio.

Statutum nouum reſpiciens finem,reſpicit præteritum à quo finis dependet,ſecundum communem opinionem,quam refert ac exemplis illuſtrat.Ben.Cap.reg.vj.nu.58.& ſeq.qua de re vide ſuprà in verbo Conſtitutio.

Statutum ſicut nec conſuetudo contra præcepta moralia iuris diuini de quibus in gl.ca.fin.de conſuet.& Cano.non eſt. §.is itaque. vj.diſtin.non valet,vt vult gl.communiter approbata in c. cùm tacitè de conſuetudi.vt refert Ben.Cap.reg.xj.nu.5.

Statutum vel conſuetudo ſi diſponat quòd Bannitus impunè offendi & occidi poſſit,ſecundum commuuem opinionem valebit , quia tunc offenſio vt homicidium committitur tanquam à miniſtro legis vel iuſtitiæ iuxt.l.amiſsione.ff.de capitis diminut.l.crimin.ff.de relig. & ſumpt.prout voluit Ioan.Andr.in addit.ad Speculato.titu.de conſtitu.pro quo facit quod habetur xxiij.quæſtio.v.& quod no.per Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& per D.Ant.in c.fi.de cōſuetudi.vbi dicit hoc procedere in bannito pro crimine vel delicto.Refert ac ſequitur Bene.Cap.reg.xj.nu.14.

Statuto generali Laicorum poſtquam in eo non perinde atque in ſpeciali ſuperioritas denotetur,clericus vel eccleſia modò fauorabile ſit,vti poterit,ita communiter teneri affirmat Bened.Cap.reg.xv. nu 35.ex iis quæ not.Bal.in l.omni.C.de ſacroſ.eccleſ.

Statutum diſponens quòd inſtrumentum publicum debeat ſine libello mandari executioni,licet Bar.in l.prima.C.de ſum.trini. voluerit quod liget quoque clericos,tamen eius opinionem ibidem impugnat Bald.& communiter damnatur per Canoniſtas ,ſecundum D. Anto.in capitulo eccleſia S.Mariæ.de conſtitut. quem ſequitur ibidem Ioan.de Lignano.refert ac comprobat Bene.Cap.reg.xv.nu.41.

Statutum per quod diſponitur quod iudex teneatur committere cauſam conſilio ſapientis,ſi partes vel aliqua ipſarum hoc voluerit,& quod teneatur illud requirere,& ſequi,valet & tenet,prout voluit Ioan.Andreas in addit.ad Speculato,in tit.de requiſitione conſilij,§.primo,verſicul.vt autem,& hoc communiter,de cōſuetudine ſeruari dicit Bened.Cap.reg.xxviii.nu.36,argumento.l.ſi conuenit, vbi Barto. quoque idem videtur tenere.ff.de re iudicat,vt in l.j.§. ſi plures.ff.de executio.act.quod procedit,vt voluit Ioan.Andreas in d. additionibus,quando talis iudex haberet iuriſdictionem & poteſtatem ab ipſis ſtatuentibus,aliàs ſi haberet à ſuperiore,non poſſent ipſum arctare ad requirendū,vel ſequēdū conſiliū,niſi eſſet à ſuperiore cōfirmatū illud ſtatutū argumento.c.cùm inferior.de maior.et obedient.

STERILITAS vnius anni in locationibus prædiorum ruſticorum compenſanda venit cum vbertate præcedentis vel ſequentis anni,etiam mediati ſiue interpellati,iuxta veriorem & communem Doctorum opinionem,vt voluit Hoſtien.in ſumma ſua,titu. de locato.§.quæ actiones.verſi.ſit autem,& Imo. in c. propter. eodem titu. quod verum eſſe, & communiter teneri refert Bened.Capr.reg.lxxxviij.nu.52.Modò annus ſterilitatis & annus vbertatis ſub vna ac eadem locatione contineantur,ſecus autem ſub diuerſis locationibus, etiam de eadem re,ac inter eaſdem perſonas factis,ſicut vult Bald.in l.licet,C.locati.& Imo.d.c.propter.

Sterilitas ſicuti penſionis remiſſionem,modo infrà dimidium eius quod percipi ſolet accidat,colonis tribuit,qua de re ſuprà in verbo.Remiſſio,ita viciſſim vbertas magna vltra dimidiū eius quod percipi conſueuit,locatori augmentum penſionis tribuit , prout voluit Ioan.Andr. in cap.propter.de locato,iuxt.not.in l.j.C.de fundo Reipub. l. fin. C. de omni agro deſerto. libro vndecimo et gloſſ. in l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati.& ibidem Barto.quam communiter reliquos Doctores,excepto Cin.qui contrarium tenuit in l. legem. C. locati ſequi refert Bened.Capr.regu.lxxxviij.numero 57. & ſequent. & bene.cùm contrariorum eadem ſit ratio & diſciplina, iuxta l. etſi contra.ff.de vulgari & pupilla.vnde ſi impetu aquarum omnia molendina fluminis,vnico excepto deſtruantur,cuius occaſione conductor vltra dimidium eius quod conſueuerat lucratus ſit,fiet mercedis augmentum,pro rata,ſecundum Imo.d.c.propter.

SVBREPTIO in literis ad lites impetratis non vitiat eas ipſo iure,ſed ope excepti.vt tenent Goff.Inn.Philipus Petr. & Abb.in c.cæterùm,de reſcript.adeò quòd ſi non opponatur exceptio ſubreptionis,valebit proceſſus vigore talium literarum agitatus. cùm detur per eas iuriſdictio,cùm quibus reſidet Ioan.Andr.Imo.& D.Nicol.ſecundum Imo.eſt communis opinio,quæ optimè probatur in c. ſi autem,& c.plerūque.eo.tit.de reſcriptis,vbi patet,quod valeret poſt annum,ergò à principio non ſunt nec dici poſſunt nullæ, cùm aliàs non conualeſcerent iuxt.c.non firmatur,de reg.iur.lib.ſexto,iuxta c. vt debitus,de appellationib.Vnde ſi procedatur reiecta tali exceptione,valebit proceſſus,ſecundum Imo.ibidem communiter ſequuntur Doct.cùm reiectio exceptionis dilatoriæ non reddat proceſſum nullum ſi non appelletur:iuxt.cap.ex parte ſecundum et cap.cum dilecti de, appellatio.quod,ſecundum Lignanum in dicto cap.cæterum procedit quando primus impetrans incipit coram ſecundis iudicibus:et poſtea coram eis procedat.Aliàs ſi excipiat et petat vt arbitri ſecundum tenorem.cap.paſtoralis:de reſcript.eligantur,nec amplius compareat non tenebit proceſſus agitatus per ſecundos iudices,cū nec primi nec ſecundi habeant poteſtatem procedendi per ſe,et licet multi contra hanc opinionem clament.Imola tamen D.Nicol.et communiter Moderni eam ſequuntur:quorum dictum procedit,quando ageretur ſubreptione vnius reſcripti,quo caſu non ſufficit excipere. ſed oportet quoque appellare.Secus ſi ageretur de præualiditate plurium reſcriptorum,tunc enim ſufficiet quod primo impetrans compareat coram ſecundis iudicibus vt recipiat de primo reſcripto et petat arbitros eligi ſecundum formam dict.cap.paſtoralis,quo caſu nec primi nec ſecundi iudices habent poteſtatem procedendi de per ſe, vnde non poſſunt exceptionem reiicere,licet tutius ſit quod excipiens proteſtetur quod nō intendit comparere coram eis,ſed procedere ſecundum formam,d.c.paſtoralis. Quā de re re vide Benedictū Capr.regu.xlij,et xliij.

Subrepio licet regulariter in reſcriptis ad lites non ipſo iure,ſed ope exceptionis tantū vitiet reſcriptum,id tamen fallit vbi cōcurreret obreptio,aut acceſſoriæ eſſent literæ ſurreptitiæ ad gratiam aut haberent originem à cauſa per ſe fundante nullitatem,quod poſtremo D.Anton.et Imola tenent in cap.primo de reſcript.lib.ſexto et communiter teneri dicit Bened.Capr.regu.xlj.num.1.7.9.et 16.vide ſuprà Reſcriptum,quia tunc ipſo iure vitiarent.

SVBREPTITIAE literæ contentioſæ vel ad lites datæ conferunt iuriſdictionem, licet exceptione elidi poſsint prout voluit, gloſſ. in cap. ad audientiam, in fi. de reſcriptis, et ita communiter tenetur,ſicuti notatur in ca.ceterum, et in cap.cumdicta.eodem titu. Quod tamen fallit ſi ab excommunicato extra excommunicationis vel appellationis articulum fuiſſent impetratæ. cap.primo,de reſcript libro vj. Aut ſi literæ eſſent quoque obreptitiæ, vt voluit Innocentius in cap.cum dilecti.eodem tit. et ibidem Ioannes Andreas, et D. Anto.Literæ enim obreptitiæ, id eſt furtiuæ,effugiunt ſecundum ipſos plenam ac deliberatam conſcientiam Papæ vel Principis. Aut ſi literæ à non habente poteſtatem datæ eſſent, cap.ſua.de. offi, vicarij. Aut ſi eſſent proſus falſæ.Innocencius in cap. ſuper literis.de reſcrip doloſa enim ſubreptio vitiat in totum literas, aut ſi ceſſante ſubreptione Papa vel Princeps nullo modo conceſsiſſet literas quia in totū vitiantur.vt dicto capit. ſuper literis.Idem obtinet in literis beneficialibus ſi contentioſæ ſint ad beneficia conſequenda prout voluit Compoſt.quem ſequitur Ioannes Andreas in dicto capi.ad audientiā

& not.in c.poſtulaſti.eo.titu.de reſcript.vt refert Bened. Capr. regu. xliij.nu.2.14.& 22.

Subreptitiæ literæ ad gratiam & beneficia non contentioſæ, ipſo iure non valent,vt patet ex d.cap.ad audientiam,& ibidem gl.in cap. ad aures.c.conſtitutus,& ibidem Inno.de reſcript.Compoſtel.in capitulo ſuper literis.eodem titulo.argumento.clemen.primæ de præbendis,& ita communiter teneri vtrobique dicit Bened.Cap. d. reg. xliii.numero 11.& 12.

Subreptio regulariter non inducitur ex taciturnitate concernente tantùm merita cauſæ,nec poteſt contra reſcriptum ob talem taciturnitatem de ſubreptione opponi,puta ſi taceatur exceptio peremptoria,niſi obiiciens offerat ſe in continenti eam probaturum iuxt.communem, ſimiliter not. in capitulo primo de reſcript.lib.vj.& Imo.in cap.ſuper literis.eo.titu.vt refert Ben.Capr.reg.xliiij. numero 9. vide infrà Taciturnitas.

Subreptio in vno ex alternatiuè narratis,vitiat totum reſcriptum, ſecundum Vincent.quem ſequitur Ioan.Andr.in cap.conſtitutus, de reſcrip.accedit quod in c.ſedes,& in c.inter cæteras.eo.tit.de reſcript. & c.ſi eo nomine.eo.tit.li.vj.& ita cõmuniter teneri refert Ben. Cap. regu.50.nume.1.

Subreptio in non alternatiuè narratis,aut reſpicit vtrumque,& tũc neutrum poteſt adimplere,aut concernit alterum tantùm, & tũc aut illud eſt connexum alteri,& vtrumque vitiatur,quia ratione connexitatis ſubreptitium in parte cenſetur ſubreptitium in totum, & totum propter ſubreptionem vitiatur,vt vult gloſſ. in capitul. conſtitutus,de reſcriptis,quam communiter approbatam affirmat. Bene. Capr.reg.50.nu.3.

SVBSTITVTVS ad hoc vt ex ſubſtitutione vulgari admittatur, requiritur quòd inſtitutus aut nolit,aut non poſſit,eſſe heres, quãdiu inſtitutus adire poteſt nõ poteſt,ſuccedere ſubſtitutus. l. quãdiu. ff.de adquir.hereditate.Vnde ſi heres inſtitutus decedat,& decedẽdo ius deliberandi ad ſuũ heredẽ iuxta formam.l.cũ antiquioribus. C.de iure delib.tranſmittat,ſubſtitutus excluditur , ſi heres inſtituti ex iure deliberandi velit adire,ſicut notabiliter voluit Barto.in l.j.ff. de vulga.& pupil.per l.ſi pater.C.de hered.inſtit.l. cùm proponas.C. eod.titu.argumento.l.ſi quis filium.§.j.§.cum principio.ff.de adquiren.hered.ſecundum Imo.in cap.Rainutius,de teſtamen.& Bal.d.l.cũ antiquioribus.d.l.cum proponas,& ita contra Ang.in d.l.j.cõmuniter teneri refert Bened.Capr.in tract.ſubſtitutionum poſt regulas poſito,ſpe.j.nume.46.

SVBSTITVTIO à ſubſtitutione vulgari tacita, puta in pupillari compræhenſa,perinde atque ab expreſſa poteſt incipere,et effectum aſſumere teſtamentum,cùm etiam ad eius confirmationẽ nõ requiratur aditio,licet in pupillari requiratur,prout voluit gl. & ibidem Guliel.de Cuneo,Bartol.& Baldus in l.lex Cornelia.Barto.et Angel.in l.j.et l.ſi pater captus.ff.de vulga.et pupilla,per l.neque.§.fin.ff. de teſtament.milit.et l.pen.ff.de ventr.inſpicien.idque contra gl. in l.apud Iulia.§.idem Iulia.ff.ad Trebell.communiter teneri refert Bene.Cap.in trac.ſubſtitutio.regulas inſequente in j.ſpec.nume. octuageſimotertio.

Subſtitutio vulgaris expreſſa,licet regulariter ſub ſe contineat pupillarem tacitam,l.iam hoc iure.ff.de vulga.et pupilla.l.fin.C. de inſtitutio.et ſubſtitu.et ibid.Bald.Barto.l.j.ff.de vulgar.Imol. in c. Rainutius.de teſtamentis,id tamen inter alia fallit, quando ſupereſſet mater pupilli,tunc enim licet contineat pupillarem,tamen non habet effectum,nec admittitur ſubſtitutus contra ipſam matrem,prout voluit gl.in l.precibus.C.de impuber.et aliis ſubſtitut.et gloſ.d.l.fin.C.de inſtitu.et ſubſtit.Barto.l.ij.et in l.Centurio.ff.de vulga.et pupilla. et ibidem Bald.quod ſequitur Imo dicto. cap. Rainutius , de teſtamentis. Anchar.et Floria.in cap.ſi pater.de teſtamen.lib.ſexto. Vnde ſequitur etſi mater repudiet hereditatem,vel moriatur antequam pupilli hereditatem adeat,quod non venientes ab inteſtato,ſed ſubſtitutus admittitur,qui non veniret ſi à principio per. exiſtentiam matris non contineretur,argumento.l.quod ab initio.ff.de regu.iur. quod communiter teneri,licet contradictione non careat,refert Bene.Capr. in tract.ſubſtitutionum,poſt regulas poſito ſpe.j.nu.nonageſimo tertio idque contra gl.dicta l. Centurio.quæ habet quod non contineat pupillarem tacitam,cùm mater eſt in medio.quam ſequuntur Petrus et Cinus,dicta l.precibus.Aug.dicta l.prima,et Bal.alibi ſibi contrarius. Idem ferè ſpecie.ij.nu.124.Similiter fallit quando eſſet in medio pater vel auia,tenens locum matris,quia tunc vulgaris expreſſa in effectu non continet pupillarem tacitam,ita vt eos excludat , prout voluit Bart.in l.ij.ff.de vulg.et pupilla.per not.in l.ij.§.ſi mater.ff.ad Tertullia.et in l.nepotes.C.de ſuis et legitim.Ben.ex Imo.d.c.Rainutius communiter teneri refert ibidem numero 94.idẽ Capra et licet Bartol.dicta l.ſecunda,idem putet eſſe,quando ſupereſſet frater pupilli vtrinque vel ex patre tantùm coniunctus,vt videlicet contra ipſum non admittatur ſubſtitutus,Butrigà.et Bal.in l.precibus.C.de impub. et aliis ſubſtitutio.contrarium tenent dicentes fratrem per tacitam pupillarem excludi,quod ſequitur Imola.in capitulo. Rainutius , de teſtament.quia illis perinde atque matri non debetur legitima, et ita communiter teneri refert d.ſpe.ij. nu.95,idem Cap.

Subſtitutio vulgaris expreſſa,facta in caſu voluntatis vel per hæc verba:Si heres non erit,licet ſecundum quoſdam non tollat ſuitatem tollit tamen neceſſitatem,et facit de ſuo et neceſſario voluntarium, vt voluit gl.in l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffic.teſtamen.quam omnes communiter ſequi teſtatur Bene.Cap.in tract. ſub poſt regulas poſito,ſpecie j.nu.105.

Subſtitutio pupillaris non tantùm naturalibus ét legitimis liberis in poteſtate noſtra conſtitutis,ſed etiam legitimis tantùm, vt ſi ſuper adoptionem vel arrogationem noſtræ poteſtatis ſiant, fieri poteſt,aliàs ſecus.l.cùm adoptiuus.C.de adoptionibus , prout voluit Barto. in l.ij.ff.de vulga.et pupill. et Imo.in c.Rainutius, de teſtamentis, cũ quibus cæteros communiter tranſire refert Ben.Cap.in trac.ſubſtitut. poſt reg.poſito,ſpe.ij.nu.26.

Subſtitutio pupillaris directa tametſi non poſsit niſi impuberi fieri,cum pubes ipſe teſtari poſſit.Barto.d.l.ij.ff.de vulga.et pupil.cap.ſi ter.de teſtam.lib.vj.id tamen inter alia non tantùm in milite, ſed etiã fallit,quando hoc ſtatuto vel conſuetudine inductum eſſet , et poſſint directò etiam poſt pupillarem ætatem ſubſtituere , prout voluit Bal.d.l.ij.quod tametſi verum ſit,non poterit tamen pater directè ſubſtituere filio,poſt pupillarem ætatem ad xx.annos accidentem,quitũcunque ſtatutum diſponeret minorem viginti annorum teſtari non poſſe,cùm non reperiatur iure cautum,prout Bar.et Bal.d.l.ij.et Imo, in c.Rainutius.de teſtam.cum quibus cæteros communiter ſentire ibid.refert Bene.Cap.nu.31.

Subſtitutio pupillaris licet expiret ſi ante mortem teſtantis in poteſtate eſſe deſinat,per emancipationem,aut adoptionem factam ab auo materno,aut ingreſsionem religionis. Bart.d.l.ij.l.cùm adoptiuus.C. de adopt.l.in coherede.§.cum filiæ.ff.de vulg.et pupil.Bal. Auct.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccleſia.Barto.in l.in pupillari.ff.de vulg.et pupil.tamẽ ſi exeat poteſtatem per adeptionem dignitatis,aut ſpes ſit quod iure poſthumi reincidat in poteſtatem non expirat pupillaris ſubſtitutio, iuxt.not.in Auct.de dignitatib.in §.illud.coll.vj.prout voluit Bar.in d. l.ſecunda et Imola.dicto.capitulo Rainu.per id quod habetur l. lex Cornelia , cum quibus cæteros Docto. ſentire refert ibidem nume.47.idem Capra.

Subſtitutio pupillaris licet non aliter valet quàm ſi pater ſibi prius fecerit teſtamentum,iuxt.l.j.§.prius.ff.de vulga.et pupill.et ibidem gl.et Bar.Imo.in c.Rainutius.et not.in l.ſi quis cum.§.fi.ff.de vulgar. et pupill.et ibidem gl Bar.Imo.in c.Rainutius.et not.in l.ſi quis cum §.finalis. ff. de vulgari. et pupillar. tamen miles poteſt ſubſtituere ſibi nullum faciat teſtamentum , iuxt.lege miles ita. §. finalis ff. de filio etiamſi ſi teſtament.militum. quod verum eſt , ſi teſtamentum ſolenne fecerit,aliàs ſi minus ſolenne faciat,poterit quidem filio pupillariter ſubſtituere,et tenebit ſubſtitutio dummodò ſubſtitutus ſit de liberis,quia inter eos valet teſtamentum , etiam minus ſolenne.l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtamentis. Secus autem ſi ſubſtitutus ſit extraneus,per not.d.§.ex imperfecto.quod dicta l.ij.voluit Bart.et Imo.d.c.Rainutius.quod communiter teneri refert.Ben. Cap.ibid.nu.50.

Subſtitutio pupillaris etiamſi teſtamentum ex cauſa præteritionis vel exheredationis rumpatur,hodie manet firma,per Auct.ex cauſa,et ibid.gl.et Bar.C.de liberis præterit.vt not.gl.et Doct.in l j.ff.de vulg.et pupil.et hanc communiter teneri refert ibid.nu.54.nu.69.

Subſtitutio pupillaris ad hoc vt valeat requiritur quod teſtamẽtũ patris non tantum morte confirmatũ,ſed etiã ex eo hereditas adita,ſit l.ij.ver.adeo.ff.de vulg.et pupil.l.eã quã.C.de fideicommiſ.quod procedit etiãſi ſit adita ex vulgri tacita compræhenſa in pupillari.Bar.et Ang.d.l.ij.et Bal.in l.fi.C.de inſtit.et ſubſtit.et ita communiter teneri refert ibid.nu.60.Ben.Cap.licet aũt ſit regulariter verũ fallit tamẽ in teſtamento militis et ſubſtitutio.ad pias cauſas factis,vt ibid. Capra.

Subſtitutio pupillaris omninò tacita , qualis eſt quæ continetur ſub vulgari expreſſa,fit per hæc vel ſimilia verba:Si filius meus heres non erit talem ſubſtituo vel talis ſit heres , quia tunc ex iuris diſpoſitione talis ſubſtitutio continet tacitam pupillarem,prout voluit Bart.in l.ij.ff.de vulgar.& pupillar.& Imola c.Raynutius. de teſtamentis.per l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil. quod communiter teneri refert ibidem Benedictus Capra.num.83.

Subſtitutio pupillaris inter alios effectus quoque habet, vt quos teſtator inſtituendo poteſt facere ſuos & neceſſarios heredes, poſſit ſimiliter ſubſtituendo ipſi pupillo filio,ſuos & neceſſarios facere.l. ſed etſi plures.§.quos poſſum.ff.de vulg.& pupill.quod eſt vtile pro tranſmiſſione hereditatis , quæ fit ad quoſcunque ratione ſuitatis, iuxta not.in l.ventre.ff.de acquirend. hereditate. l. apud hoſtes.C.de ſuis & legit.prout voluit d.l.ij.Bart.& Imol.d.c.Raxnutius.cum quibus cæteros tranſire refert ibid.nu.102.Beed.Capra.

Subſtitutio pupillaris expreſſa hunc effectum quoque habet vt excludat matrem & quoſcunque alios aſcendentes præteritos etiam quos ipſe filius præterire non potuiſſet.iuxta l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſtamen.l.precibus. C.de impub. & aliis ſubſtit.quod

ſit.quod tenuit Dyn.l.ſecunda,ff.de vulg.tenendo.quod eos quoque excludat à legitima.c.ſi pater.de teſt.lib.vj.quam Dyni opinionem licet Iac.de Aren.Ricard.Malumbre,& Guli.de Cuneo.per l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtitutionibus.aliter ſenſerint,communiter teneri refert ibid.nu.104.Capra.quia d.l.humanitatis.non de pupillari ſed exemplari loquatur.

Subſtitutio pupillaris omninò tacita non excludit matrẽ & aſcendentes,ſiue in parte inſtituta ſit, & coheres filij facta.l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.ſiue inſtituta non ſit in aliqua parte.l.precibus.C.de impu.& aliis ſubſtit.vt tenuit Bart.d.l.ij.ff.de vulg.& pup. quod ſecundum Imol.in c.Raynutius.cõmuniter teneri refert ibid.nu.111.Ben.Cap. Similiter talis ſubſtitutio pupillaris tacita non excludit patrẽ ipſius pupilli:vt d.l.ij.tenuit Bar.& Imola d.c.Raynutius.quod cùm eadem ſit ratio quæ in matre.cõmuniter teneri refert Bened.Cap.ibid.num.112.vt Imola dicit ſi pupillus ipſe decedat ſuperſtitibus ipſo patre & matre,quod ambo venient ab inteſtato ad hereditatẽ ipſius pupilli,iuxt.Auct.defuncto.C.ad Tertul.quod ſecundum eum in auia quoque locum habet,vt ipſa nõ excludatur per tacitam pupillarẽ,prout etiam tenuit Bal.d.l.ij.& communiter teneri,cùm auia ſuccedat in locum matris,argumento l.nepotes.C.de ſuis & legit.refert ibid.num.114.& licet Bar.idem eſſe putet cum Guliel.de Cun.idẽ eſſe in fratre pupilli vtrinque ex linea paterna tantũ coniuncto.argumento.l.cum acutiſſimi.C.de fideicõmiſ.tamẽ Iacob.Butrig.& Bald.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtit. contrariũ tenuerunt,quod non extẽdatur ad fratrẽ,ex linea paterna vel vtrinque coniunctũ, argumẽto.l.iij.& l.fi.C.de interdictis.quod voluit etiã Imola d.c. Raynutius.& ita communiter teneri teſtatur ibid.nu.120.ibid.Capra.

Subſtitutio pupillaris tacita licet non excludat matrem & alios aſcẽdentes, id tantùm verũ eſt,niſi appareat de contraria mente teſtatoris ſaltem præſumpta,puta ſi ad ſecunda vota tranſeat,non petito tutore,aut inhoneſtam amicitiam luxuriãdi cauſa inſcio teſtatore contraxerit,aut aliã grauem iniuriam , vt voluit Bart.l.ij.ff. de vulg.& pup.argumento l.iij.ff.de adimen. legatis gl.notabilis.l.fideicommiſſum.C.de fideicommiſsis.Imola d.c.Raynutius.Bal.in l. precibus.C.de impu.& aliis ſubſtit.gl.l.ſororem.l.hereditas.C. de his quib.vt indig.l.j.ff.eod.tit.& ibid.Bart.& communiter teneri refert ibidem nu.134.137.Bened.Capra.

Subſtitutio exemplaris vt fieri poſsit , inter alia multa requiritur quoque vt ſit mente captus cui facienda eſt.l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.l.humanitatis. C.de impub.& aliis ſubſtit.& ibid. Bald. qui idem eſſe dicit in furioſo,vt exemplariter ſubſtitui poſsit, quod ſecundum Imolam in c.Raynutius.de teſtamentis.per textum & gloſſam in l.fi.§.j.C.de curat.furioſ.communiter tenetur,quemadmodũ refert Benedictus Capra in tractatu ſubſtitutionum , poſt regu.poſito. ſpecie iij.nu.41.Quod Imola quoque ad prodigum extendit , iux. notata.in l.ſi conſtante.in princip. & l.ſi verò.§.de vino.ff. ſoluto matrimonio, & ita communiter contra Ang.dicta l.ex facto. teneri refert ibidem nu.quadrageſimoquarto idem Capra. Quod Imola loco præallegato ad mutum & ſurdum qui teſtari non poſsint extendit.vt ei quoque poſsit exemplariter ſubſtitui,cùm eadem ſit ratio,& prouiſio legis ad caſum ſimilem ſeſe extendat.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth.prout voluit Bart.poſt Guliel.de Cuneo.& Rayn.in d.l.ex facto.& Bald.in dicta l. humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtit.& ita communiter teneri,ibidem,nu.46.refert idem Capra.licet Iacob.de Aren.Cyn.& Ang.dicta l.ex facto.& Io.Andr.d.c. Raynutius.vt ex Imola ibidem videre eſt,aliud voluerint.

Subſtitutio exemplaris impuberi ac in poteſtate conſtituto à patre fieri nequit , cùm pupillaris hoc caſu præualeat,argumento l.qui habet.de tutel.& hoc voluit Bartolus poſt Guliel.de Cuneo.in l.ex facto.ff.de vulgari & pupillar.& Bald.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtit.qui dicit cùm iſta ſubſtitutio ſit ſubſidiaria,non poteſt fieri niſi adulto , id eſt maiori , vel minori in poteſtate non exiſtenti, quam opinionem Imola in dicto capitulo Raynutius. veram & communem eſſe dicit,licet Angel,dicta l.ex facto.teneat oppoſitum,& licet pater filio impuberi mente capto,in poteſtate ſua exiſtenti,exemplariter ſubſtituere non poſsit,tamen poterit eidem emancipato ſicut mater exemplariter ſubſtituere , quod ex Imola dicto capitulo Raynutius.de teſtam.communiter quoque teneri refert ibid.Bened.Capra numero 50.& 51.

Subſtitutio exemplaris vt procedat , requiritur inter alia quod mente captus poſt mortem teſtatoris efficiatur ſui iuris , ſic vt non reincidat in poteſtatem alterius , perinde atque in pupillari idem requiritur.l.qui in poteſtate.ff.de teſtamen.vt voluit Barto.dicta l. ex facto.& Bald.dicta l.humanitatis. cum quibus cæteros communiter tranſire refert Bened.ibidem nu.64.

Subſtitutio exemplaris licet non poſſit fieri præterito neque exheredato,poterit tamen fieri inſtituto in minus quàm legitima ex quo poteſt ad ſupplementum agere,iuxt.l.omnimodo.C. de inoff.teſtament.prout voluit Bart.l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. quod communiter teneri,eſto quod Angel.dicta l.ex facto.aliud voluiſſe videtur ob fauorem ſubſtitutionum,per capitu. fi.de re iudic.& æquum eſſe refert Bene.Capra ibidem,nu.73.

Subſtitutio exemplaris expreſſa continet in ſe tacitam vulgarem perinde atque expreſſa pupillaris,& licet Imola in capitulo Raynutius.velit ex eiuſmodi tacita vulgari niſi teſtamentum aliter confirmatum ſit,hereditatem adiri non poſſe,per l.eam quam.C.de fideicommiſs.tacita comprehenſa in exemplari teſtamentum poſſit aſſumere vires,& habere effectum ſicut & vulgari tacita comprehenſa in pupillari,prout communiter teneri refert ibidem num.82. Idem Capra referens ſe ad relata ſub prima ſpecie ſubſtitutionum. circa primum effectum vulgaris,& ſub ſpecie 2.circa iij.membrum.

Subſtitutio vulgaris expreſſa, perinde exemplarem tacitam ſicut & pupillarem tacitam in ſe continet,imò aliquando tam exemplarẽ quàm pupillarem tacitas ſub ſe complectitur, puta ſi fieret pupillo dementi & in poteſtate conſtituto,nam licet duo ſpecialia concurrere non poſſint quandò procedunt ex eadem cauſa.l.j.C.de dot.promiſſ.tamen quando ex diuerſa cauſa procedunt,concurrere poterũt.l.ſingularia.ff.ſi cert.petatur.Imola in c.Raynutius.de teſtament.dicit quod caſu prædicto ſi filius decedat in pupillari ætate,continebitur exẽplaris tacita,prout voluit Bart.l.ex facto.ff.de vulgar.& pupil.& Bal.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſti.& Imol.d.c.Rayn.cum quib.cæteros communiter reſidere refert ibidem nu 104.Cap.

Subſtitutio exemplaris ad alterutro parente facta,licet trahitur ad omnia eius bona,vndecunque quæſita,ſicut & pupillaris ſubſtitutio, per l.ſed etſi plures.§.ad ſubſtitutos.& Bart.l.ex facto.ff.de vulgar.& pupillar.Bald.l.humanitatis.C.de impube.& aliis ſubſtitut.id tamen fallit ſi fiat à parente legitimo tantum puta adoptatore vel arrogatore,quia tunc tantum trahitur ad bona ipſius ſubſtituentis.l. ſi arrogator.ff.de adoptio.& d.l.ſed etſi.Sin autem ſubſtitutio exemplaris ab vtroque parente,patre & matre facta ſit,tunc ſubſtitutus a patre habebit paterna,ſubſtitutus à matre materna bona,ſed aliũde veniẽtia ſubſtituti inter ſeſe diuident,argmento.l.ex facto.ff.de heredib.inſtiuendis,prout voluit Bart.poſt Nico.de Mattar.dicta l.ex facto.ff.de vulgar.& pupillar.quod etiam procedit,licet mente captus in patris poteſtate fuerit,quia hoc caſu non attenditur vinculum patriæ poteſtatis dicta l.humanitatis.quod verius eſt ſecund Imol. Contra Dy.& Guliel.de Cuneo in d.l.ex facto.tenentes ſubſtitutum à patre indifferenter omnia bona auferre.in ca.Raynutius.de teſtament. & ita communiter teneri teſtatur Bened. Capra,in tract. ſubſtit.ſpe.iij.numero 119.dicens ea procedere,ſi pater ante filium decedat, alias non,quia filio manente in poteſtate ſubſtitutio à matre facta corruit l.qui in poteſtate.ff.de teſtamentis.

Subſtitutio exemplaris informata à iure accreſcendi,aut cum eo vnita,perinde atque pupillaris,etiam non agnita tranſmittitur.l.qui primo.ff.de acquirenda hereditate,prout voluit Bald.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtitu. quod communiter teneri refert Benedictus Capra.ibid.numero 129.

Subſtitutio exemplaris expirat ſi mens ſana redierit,& perdurauerit vſque ad mortem,quia ſicut in teſtamento quod quis ſibi facit inſpici debet an impedimentum ceſſauerit in vita ipſius teſtantis,ita quoque in teſtamento quod quis facit alteri vt pupillo vel furioſo,inſpici debet an impedimentum ceſſauerit in vita eius cui facta eſt ſubſtitutio,vt voluit gloſſ.magn.l. ſi arrogator.ff. de adoptionib.ſecundum Bartolum l.ex facto.ff.de vulga.& pupillar.& Imol.in capitulo Raynutius.de teſtamentis.ac ita communiter teneri refert ibidem numero 140.quod eſt verum,ſi verè ceſſauit morbus,alias ſi fuit occcultus & velatus ſub vmbra quietæ mentis, aut etiam ſi fuit interpolatus interuallis ſanæ mentis,poſt recurrat,etiam ſi expiraſſet ſubſtitutio,inde reconualeſcit,vt voluit Bald.in l.humanitatis.C.de impub.& aliis.& Bar.d.l.ex facto.

Subſtitutio exemplaris licet interrumpatur per natiuitatem filij legitimi & naturalis ipſius dementis.l.fina.Auct.licet. C.de natura.lib.id tamen inter alia fallit,quando talis filius naturalis & legitimus ipſius dementis poſt ſubſtitutionem factam natus,decederet non tantùm ante mortem aui vel auiæ ſubſtituentis,ſed etiamſi decedat poſt mortem quidem ſubſtituentis,ſed tamen ante mortem ipſius filij,id eſt,patris, cui facta eſt ſubſtitutio,cùm vtroque caſu reconualeſcat ſubſtitutio,ſecus autem ſi poſt vtriuſque mortem decederet, prout voluit Bald.in l.humanitatis.C.de impub. & aliis ſubſtit.& Imola in capitulo Raynutius.de teſtamentis.argumento legis poſthumus.ff.de iniuſt.teſtamento & argumento.l.ſecunde.C.de poſthu.heredi.inſtituen.cum quibus cæteros communiter tranſire,ibidem nu.152.refert Benedictus Capra.

Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproqua,cùm nõ ſit ſubſtitutionis ſpecies,ſed alias ſubſtitutiones ſub ſe contineat , inter alia requirit, quod inter ipſos ſibi mutuo ſubſtitutos ſit paritas ſiue æqualitas,ita quod in perſona cuiuſque poſſit pariter ac æqualiter ſubſtitui, quia ſubſtitutio reciproca plures ſubſtitutiones coniũgit,& copulat.l.iam hoc iure.l.Lucius.ff.de vulg.& pupill.l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſtit.vnde vt plures comprehendat vulgares requiritur vt ſingulis

vulgariter poſſit ſubſtitui, & ſimiliter vt plures compræhendat pupillares aut exemplares, requiritur vt ſingulis pupillariter aut exemplariter poſſit ſubſtitui, vt voluit Bar. dicta l. Lucius, & Baldus in l. in teſtamento. C. de teſtam. milit. & Imola in c. Raynutius. de teſtamen. Aliàs verò ſi inter ipſos non ſit paritas, ita vt vnus pubes, alter impubes, vel vnus in poteſtate, & alius non, tunc licet ſubſtitutio reciproca compræhendat vulgares, tamen non comprehendit pupillares, etiam in perſona eius cui potuit pupillariter ſubſtitui, vt voluit Bart. d. l. Lucius. & Bal. d. l. in teſtamento. & Imola d. cap. Raynutius. quod communiter teneri refert Benedictus Capra, in tract. ſubſtitut. poſt regu. poſito ſpe. iiij. num. 15.

Subſtitutio reciproca poſtea facta, vt contineat vulgarem, requiritur quòd omnes filij ſint inſtituti, aliàs ſi partim inſtituti, partim vel ambo exheredati ſint, tunc licet talis ſubſtitutio reciproca poſtea facta, compræhendat pupillarem, cum exheredato poſsit pupillariter ſubſtitui. §. non ſolum. Inſt. de pupillar. ſubſtitutio. tamen non continebit vulgarem, cùm non poſsit exheredato vulgariter ſubſtitui. iux. l. j. ff. de vulg. & pup. vnde non comprehendit vulgarem, etiã ex perſona ipſius inſtituti, ex quo vniformiter vtique nõ potuit vulgariter ſubſtitui. l. iam hoc iure. & Bal. d. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. quem ſequitur Imola, dicto capitulo Raynutius. & hoc communiter, licet Guliel. de Cuneo. & Raynerius aliud voluerit, teneri refert ibidem nu. 21. idem Ben. Capra.

Subſtitutio reciproca ſi fiat teſtamento, non comprahendet ſubſtitutiones fideicommiſſarias, quia ſubſtitutio directa regulariter non obliquatur. gl. in l. qui plures. Bart. l. Lucius. ff. Bald. & Ang. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Bal. in l. in teſtamento. C. de teſtam. mil. quod ex Imol. in ca. Raynutius communiter teneri refert Bened. Capra in tractat. ſubſtitutionum. ſpecie iiij. numero 32. quod eſt verum, niſi teſtamentum fiat hiſce verbis. Vos inuicem ſubſtituo vulgariter, pupillariter, exemplariter, & per fideicommiſſum, quia ſecundum Bald. dicta l. teſtamento. & Imola, dicto cap. Raynutius. continebit præter vulgarem, pupillarem & exemplarem, etiam fideicommiſſariam ibidem nu. 34. & ſequenti.

Subſtitutio reciproca ſi facta eſt codicillis, continebit duas fideicommiſſarias tantum, l. Scæuola. ff. Ad Trebellia. l. hereditatem. C. de codicil. & Bar. dicta l. Lucius. & ita communiter teneri refert ibidem numero 31. Benedictus.

Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproca, ſi verbis generalibus continet ſubſtitutiones expreſſas, licet tunc hoc reſpectu dicantur tacite, gl. & Azo. & Bart. l. Lucius. & gl. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. & gl. pen. in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſti, tamẽ cùm generaliter dicantur expreſſæ, ipſa ſubſtitutio reciproca in quantum continet pupillarem, excludit matrem, ex quo verbis generalibus eam expreſsè continet, vt voluit Bart. d. l. Lucius & Ang. d. l. iam hoc iure. & Bal. d. l. in teſtamento. C. de teſtamen. milit. & Imola c. Raynutius. de teſtam. & ita communiter teneri refert ibidem nu. 35. idem Capra. Secus autem, ſi pupillarem omninò tacitam complecteretur, quia tunc non excludit matrem, ſecundum Bart. d. l. Lucius.

Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproca in dubio refertur ad omnes pariter, ita vt omnes veniant non ſeruato ordine, licet fuerit inter aliquot ſubſtitutos ſanguinis cõiunctio, Vnde ſi teſtator 4. habẽs filios, duos ex prima reliquos ex ſecunda vxore, eóſque heredes inſtituat, & ſibi mutuo ſubſtituat, tũc vno mortuo, vel repudiante, non veniet alter, vtrinque coniunctus ſolus, ſed omnes ſuperſtites pariter, vt tenuit Dynus. l. coherede. §. qui diſtinctos. Bartolus & Raynerius l. Lucius. Baldus & Angelus. l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari. per l. & periculo. ff. de legatis ſecundo, quia coniunctio ſanguinis non eſt attendenda, ex quo non inducit ius accreſcendi. l. re coniuncti. ff. de legatis tertio. Bald. in l. in teſtamento. C. de teſtam. milit. quod communiter tenetur nu. 36.

Subſtitutio reciproca propter ſuperuenientem inæqualitatem, non ceſſat in perſona alterius in quo non ſuperuenit inæqualitas, prout voluit Azo. & Gulielmus de Cuneo, dicta l. Lucius. ff. de vulgari & pupillari. per l. eadem. §. primo, ff. de duobus reis. Vnde ſi facta ſit inter duos filios, quorum vnus duodecim annorum alter anniculus ſit, non expirabit in perſonam anniculi, licet alter ad pubertatem peruenerit, quod communiter teneri ibidem, numero quadrageſimoprimo refert idem Capra. idque procedit non ſolum ſi talis inæqualitas perueniat poſt mortem, ſed etiam in vita ſubſtituentis, prout tenuit & notat Raynerius dicta l. Lucius. argumento. capituli. cùm Marthæ. de celebratione miſſæ. & l. ſi fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de legatis tertio. l. rem lega. ff. de adimend. legat. ibidem numero ſequenti.

Subſtitutio reciproca licet propter ſuperuenientem inæqualitatem non eſſet in alterius perſona in quo non ſuperuenit inæqualitas, vti dictum eſt, tamen ſi non naturaliter, ſed facto hominis voluntario ſuperueniret, puta ſi teſtator duos filios impuberes inſtituat, ac eoſdem ſibi mutuo ſubſtituat, & deinde vnũ ex iis voluntariis emancipet, tunc ſubſtitutio reciproca, quo ad vtriuſque perſonam expirabit, prout voluit Gulie. de Cuneo. Ray. & Bart. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupill. Secus autem ſi neceſsitate coactus alterutrum emancipaſſet, iuxt. gl. in §. fin. inſtit. quibus modis ius patr. poteſt. ſoluit. quia tũc non expiraret ſubſtitutio pupillaris reciproca, in perſona ipſius remanentis in poteſtate, argumento. l. ſecundæ, l. alteri. ff. de adimend. lega. l. fin. de accept. Imol. in c. Raynutius, de teſtam. quod tametſi Baldus, etiam ſi voluntariè emancipauerit, idem eſſe putat, l. in teſtamento. C. de teſtam. mil. argumento. l. fi. ff de duobus reis. l. tribunus. §. fi. ff. de teſta. milit. communiter teneri refert ibidem nu, 50. & 52. idem Cap.

Subſtitutio compendioſa directis verbis facta cenſetur quum verba de eorum natura ſonant, quod de manu propria quis accipiat, & propria authoritate, iuxt. not. in l. Titia cum teſtamento. §. primo. ff. de legatis ſecundo, l. eam quam. & ibidem glo. C, de fideicommiſsis. in verbo directis. quod etiam voluit Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. Floria. & Imola in ca. Raynutius. in fin. de teſtamentis. quod in effectu ſequi videtur Bald. in l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. & ita communiter teneri refert in tract. ſubſtitut. quinta ſpecie. nu. 24. Benedictus Capra. Aliàs ſi verba ſonant vt quis capiat de manu alterius non directa ſed obliqua erunt, prout vult Barto. d. l. Centurio, Capra ibidem numero 29.

Subſtitutio compendioſa verbis communibus ſeu indifferẽtibus, id eſt, quæ poſſunt habere vtrũque ſenſum, tam directum quàm obliquum, ita vt manu propria, vel de alterius manu accipere liceat, facta cenſetur. Si teſtator vſus ſit verbis ſubſtituo, perueniat, deueniat, redeat, deuoluatur, reuertatur, ſuccedat, & ſimilibus. Angel. & Barto. in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupilla. Bald. l. C. de ſacro. eccleſ. Imola capitulo Raynutius. de teſtament. Ioan. Andr, capitulo licet. de ſepult. libro ſexto, quod communiter teneri refert Benedictus, ibidem numero trigeſimoſecundo.

Subſtitutio compendioſa à milite impuberi facta, ſi impubes decedat intra pupillarẽ ætatẽ, valebit vt pupillaris ſubſtitutio ſi ſit talis cui pupillariter ſubſtitui poterat adeò ꝙ ipſe ſubſtitutus accedat ex pupillari iure cõmuni, etiã ſi mater ſit in medio, iux. gl. in l, precibus. C. de imp. & aliis ſubſt. Si verò decedat poſt pupillarẽ ætatẽ, nec mater ſit in medio, valebit iure directo, ex priuilegio militari, & ſic iure ſpeciali, iux. l. Cẽturio. ff. de vul. & pup. Aliàs ſi mater eſt in medio, valebit fauore matris iure fideicõmiſſi, iux. gl. l. precibus. & l. Cẽturio. quod eſt verũ, niſi fuerit facta per verba directa ciuilia, puta ſi dictũ fuerit: Quãdocunque filius meus deceſſerit talis ſit heres, vel talẽ inſtituo, quia tunc valebit vt directa, etiam poſt pupillarem ætatem licet mater ſit in medio, vt tenuit Bar. Bal. & Ang. d. l. Centurio. Franciſcus de Ramponibus, & Do. Florian. in cap. Raynutius. de teſtament. ſin autem facta fuerit per verba directa non ciuilia, vel communia, matre exiſtente, locus erit fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, iuxt. l. de precibus. prout voluit Bar. d. l. Centurio, & licet gl. ibidem videatur velle, quod etiam ſi per verba directa ciuilia ſit facta ſubſtitutio, quòd poſt pupillarem ætatem quoque matre exiſtente, valeat ſubſtitutio fideicõmiſſaria, quod Imola quoque d. cap. Raynutius. videtur ſequi, tamẽ Bart. d. l. Centurio. aliud ſentit, cuius opinionem tanquam veriorem modernos communiter contra gloſſas ſequi refert Bened. Capra. nu. 48.

Subſtitutio compendioſa à milite per verba communia facta, non tantùm vulgarem, ſed etiam directam, etiã poſt aditam hereditatem, continet, ſi fiat puberi valebit iure directo ex priuilegio militari, etiam ſi mater ſit in medio, iuxta gloſſ. d. l, precibus. Sin impuberi per verba communia fiat infra pupillarem ætatem, valebit vt pupillaris, ſed poſt eam ætatem, ſi mater non ſit in medio, valebit iure directo, propter priuilegium militis. Si verò mater ſit in medio, tunc poſt pupillarem ætatem valebit iure fideicommiſſi, iuxt, gl. Bart. dicta l. Centurio. & gloſſ. l. precibus. Imola in dicto capitulo Raynutius. quod communiter doctores quoque tenere refert ibidẽ numero 51. idem Benedictus Cap. de compendioſa ſubſtitutione plura require ſuprà, & hîc ordine proſequere.

Subſtitutio cõpendioſa per verba directa puberi à pagano facta, ante aditã hereditatẽ comprehendit vulgarẽ. Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. D. Ant. in c. Raynutius. de teſt. poſt aditam verò hereditatem non cõpræhendit directã ſubſtitutionẽ, cùm paganus nõ poſſit directò ſubſtituere, poſt pupillarẽ ætatẽ, & poſt aditã hereditatem. §. extraneo. inſtit. de pupil. ſubſti. quod eſt verũ, niſi demẽti vel furioſo ſubſtituat, quia cõprehendit exẽplarẽ. l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſti. Sed ipſa cõpendioſa facta puberi non demẽti, cõpræhendit fideicõmiſſariã quantũcunque facta fuerit per verba directa, iuxt. l. ſcæuala, ff. ad Treb. & voluit Bart. ibid. & Ang. d. l. Cẽturio. idque benignitate, non de rigore iuris, vt doct. cõmuniter velle refert Be. Cap. in tract. ſubſtitutionũ poſt regulas poſito ſpeci. v. nu. 55. quã ibidẽ vt æquam & communiorem, in practica obſeruandam dicit, per. not. in gl. in verbis ciuilibus. de vulg. & pupil.

Subſtitutio compendioſa à pagano per verba directa impuberi cui pupillariter ſubſtitui poteſt facta, potentia ſeu aptitudine compræhendit, ſiue apta eſt cõpræhendere, non tantùm vulgarem ſi vulgariter ſubſtitui poteſt, ſed etiã pupillarẽ, adeò quod ipſi ex pupillari

ſubſtit

ſubſtitutione,modò in pupillari ætate deceſſerit, ſuccedatur,etiam ſi mater ſit in medio.l.precib.C.de impub.& aliis ſubſtitu.in quo gl.& doct.communiter conuenire refert ibid.numero 57.idem Capra.Sed ſi decedat poſt pupillarem ætatem, gl.iur.ciuilis & canonici concordant in hoc communiter, quòd dicta ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem annulletur, vt neque iure directo, neque fideicommiſſario valeat, gloſſa.l. Centurio. l.in pupillari.l. verbis ciuilibus. ff.de vulgari & pupillari.& dicta l. precibus.& in §. qua ratione inſtit.de pupillar.ſubſtitutione.& gl.in c.Raynutius.de teſtamentis.in verbo ſubſtitutionis, & in c.ſi pater.eodem tit.libro ſexto.in verbo abſque deductione,idem tenet in dicto capitulo Raynutius.Innoc.& communiter doct.vtriuſque Iuris nemine diſcrepante,vſque ad Io.And.licet aliqui,quos recenſet Cyn.d.l.precibus.tenuerint contrarium, quos ſecutus eſt Ioannes Andreas vt refert ibidem numero 58.idem Capra,& num.66.

Subſtitutio compendioſa a pagano impuberi per quæcunque verba directa ſiue ciuilia vel non ciuilia, aut etiam communia facta infra pupillarem ætatem valebit vt pupillaris, ſed poſt pupillarem ætatem valebit vt fideicommiſſaria, ſecundum Io.Andr.in c.ſi pater. de teſt.libro ſexto,& c.Raynutius eod.tit.quod & d.c.capitulo Raynutius.Dominus Antonius dicit Florentinos practicari & hodie Canoniſtas Modernos communiter ſequi refert ibidem num.64.Benedictus Capra quod pugnat cum precedenti communi, ita vt dubia ſit quæſtio,dicit tamen præcedentem opinionem veriorem videri,& magis communem,per l.verbis ciuilibus.ff.de vulg. & pup.vt refert ibid.nu.66. Capra.

Subſtitutio compendioſa à pagano per verba directa impuberi facta,licet regulariter infra pupillarē ætatem, etiam ſi mater ſit in medio, vt directa pupillaris valeat, poſt eam verò ætatem, euaneſcat,vt etiam in vim fideicommiſſi non valeat, vt tenent communiter gl.iuris ciuilis & Canonici.l. verbis ciuilibus.l.in pupillari. ff.de vulgar.l. precibus.C.de impuber. & aliis ſubſtitut. & capitulo Rvnutius.de teſtamentis.capitulo ſi pater.eodem titulo.libro ſexto,id tamen inter alia fallit quando in dicta ſubſtitutione eſſent diſtincta tempora, vt ſi dictum eſſet: Quandocunque filius meus deceſſerit in pupillari ætate,vel poſtea, talis ſit heres.quia tūc cēſentur duæ ſubſtitutiones, vna pupillaris,& alia compendioſa,poſt pupillarem ætatem,prout voluit gloſ.dicta l.verbis ciuilibus.quam ſequitur Bart.& communiter doctores.propter quod difficile eſſet in practica tenere contrarium, licet alia opinio quod ſit nulla, quam tenet gl.in dicto §.extraneo.de iure defendi vt verior poſſit, vt voluit Imola d.c.Raynutius.vt refert ibid.nu.71.Benedictus,licet autem Iacob.de Aren.in l.precibus.idem exiſtimat eſſe quando in ipſa cōpēdioſa ſubſtitutione apponitur dictio geminata,vt ſi dicatur: Quandocūque filius meus deceſſerit,talis ſit heres eò,quòd dictio illa ſit diſtributiua,nec vnicam ſed plures ſubſtitutiones,perinde ac dixiſſet:Quandocunque in pupillari ætate, & poſtea deceſſerit, continet, argumento.l.ſicut in annis.ff. quibus modis vſus amit.gl.tamē.d.l.precibus.& Bar.d.l.Centurio.ff.de vulg. per l.Stichum.§.ſtipulator.ff.de verb. oblig. contrarium tenet, quod Imola dicto capit.Raynutius. communiter teneri dicit,vt refert ibidem numero 71.& numero 105.Benedictus Capra. Similiter fallit quando ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba directa fuiſſet facta impuberi extra poteſtatem ſubſtituentis conſtituto, puta à patre filio emancipato vel à patre aut extraneo, quia tunc etſi non valeat vt directa, etiam infra ætatem pupillarem,ex quo eidem directo ſubſtitui non potuit,valebit iure fideicommiſſi,prout voluit gloſſa in l.verbis ciuilibus.& ibidem Bartolus idem in l. Centurio. ff.de vulg.& pupillar.quod licet gloſſ.in §.Extraneo.inſtit.de pupilla. ſubſtit.aliud voluerit,communiter teneri refert ibidem numero 72. idem Capra.

Subſtitutio compendioſa extraneo facta, quē poſtea teſtator loco filij adoptet,iure directo valere non debet,ex quo à principio valeret iure fideicommiſſi, & licet ſecundum Imolam in cap.Raynutius.de teſtamentis & Bart.in l.ſecunda.§.ſed etſi extraneum. ff.de vulgar.& pupil.placuit. infra pupillarem ætatem iure directo quoque valere, idque defenſari poſsit,vt iure forte verius ſit, tamen ex quo alia opinio communiter tenetur, illa in practica erit ſeruanda, vt refert ibidem numero ſeptuageſimoſecundo idem Capra. Tametſi autem nonnulli quoque fallere id putent, quando in ſubſtitutione compendioſa à pagano impuberi facta, appoſita fuit conditio, ſi ſine liberis, cum tunc etam ſi facta ſit per verba directa,fideicommiſſaria ſemper futura ſit, ſic vt etiam infra pupillarem ætatem vt fideicommiſſaria valeat,iuxta gl.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſt.cùm illa verba ſine liberis non poſsint conuenire impuberi, qui non poteſt habere liberos,& ſic puberi in quo iure directo non,ſed iure fideicommiſsi,valet,etiam infra pubertatem facta cenſeri poſsit ſecūdum Bar. in l.Centurio.ff.de vulg.& Iac.de Aren.in l.precibus,C.de impub.& aliis ſubſtit.gl.in capitulo Raynutius.& ibid.Inno.de teſt.iuxta l.Scæuola.ff. ad Trebellian.§.extraneo. inſtit.de pupillari ſubſtitutione.tamen contrarium tenuerunt alij Doctores communiter dicētes,quòd conditio ſine liberis non immutet naturam ſubſtitutionis,quia tacitè etiamſi non exprimatur, ſubintelligitur iuxta l. cum annus.ff.de conditio.& demonſtratio. l.cùm acutiſſimi.C. de fideicommiſsis.vnde talis expreſsio nihil operatur, ex quo tacitè ineſt. l.tertia. ff.de leg. primo.cap.ſi pater.de teſt.libro ſexto.vbi verba illa ſunt,& nihilominus infra pupillarem ætatem valebit, iure directo, vt & pupillaris directa,vt refert ibidem numero ſeptuageſimotertio ibidem Benedictus Capra. Similiter fallit inter alia quando ipſa ſubſtitutio compendioſa fuiſſet facta à pagano ipſo impuberi per verba directa non ciuilia,quia tunc quoque valet vt pupillaris, infrà pupillarem ætatem, adeò quod ſubſtitutus pupillariter ſuccedit,etiam ſi mater ſit in medio,iuxta cap.ſi pater.de teſt.libro ſexto, in quo omnes communiter conueniunt,ſed poſt pupillarem ætatem,non euaneſcit,ſed valebit vt fideicommiſſaria, prout voluit Ioannes Andreas dicto cap. ſi pater. Bart & Bald.in l.Centurio.ff.de vulgar.& pupillar. Anton. & Floria. cap.Raynutius.de teſtamen.quorum opinio æquior eſt, vt dicit ibidem Imola.& de iure Canonico verior,quia talem verborum ſubtilitatem non conſiderat.cap.dilecti.de iudic.cap.præterea.de verborum ſignificatione.ſicut ibidem numero ſeptuageſimoquinto, refert ibidem Benedictus Capra.

Subſtitutio compendioſa à pagano per verba merè obliqua, puta per verbum reſtituat,det,vel ſimile facta,ſemper eſt fideicommiſſaria & impropriatur vt fideicommiſſum valeat ſecundum omnes,vt refert ibidem numero.76. Capra. Imò continet ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem,iuxta l.coherede.§.cum filiæ.ff.de vulgar. & pupillari. Et hæc ſubſtitutio matrem vel alios venientes ab inteſtato non excludit,nec excludit à legitima neque Trebelliana, quia detrahuntur,niſi teſtator id prohibuerit, vel niſi reſtitui deberet pauperibus, vel ad pias cauſas, prout communiter teneri ſecundum notat. l. Marcellus. §.quod autem.ff.ad Trebellianum.& Auct.Sed cum teſtator.& Auct, ſimiliter C.Ad l.Falcidiā. cap.ſi pater. de teſta. libro vj. refert ibidem num.78. idem Capra.

Subſtitutio compendioſa hiſce verbis à pagano facta:ſi filius meus quandocunque deceſſerit,bona mea dentur pauperibus, omni tempore erit fideicommiſſaria, ex quo facta eſt per verbum merè obliquum,dentur,vt voluit Bartol.l.Centurio.ff.de vulgar. vnde Epiſcopus poterit bona accipere & dare pauperibus,etiamſi teſtator id prohibuiſſet,quia cohibere non poteſt.Auct. de eccleſiaſticis titulis. §.ſi quis autem.& Auct. licentiam. C. de epiſcop. & cleric. quod voluit Bart.d.l.Centurio.cum quo tranſit ibidem Bald. & Aug. idem tenet Imo.d.c.Raynutius.de teſtam.& Bart.communiter ſequi Doct.refert ibidem num.80.idem Capra.

Subſtitutio compendioſa à pagano facta per verba communia in Codicillis omni tempore erit fideicommiſſaria. l.Scæuola. ff. ad Trebellia.quia codicillis directo ſubſtitui nequit.l.hereditatem.C.de codicillis. teſtamento autem puberi vel etiam pupillo cui pupillariter ſubſtitui nequit,puta emancipato, aut extraneo facta. ſimiliter omni tempore fideicommiſſaria erit, & iure fideicommiſſi valebit, cum nullo tēpore valere poſſit iure directo ex quo prædictis directò ſubſtitui non poteſt. l. verbis ciuilibus.ff.de vulgar.& pupillari. §.extraneo.inſt. de pupillari ſubſtit.iuxt.not. l.Scæuola. ff. ad Trebell.& l.generaliter. §.fin. C.de inſtit.& ſubſtitut. & ita communiter teneri refert ibidem numero nonageſimooctauo.Capra.

Subſtitutio compendioſa à pagano impuberi cui pupillariter ſubſtitui poteſt, communibus hiſce verbis:ſi filius meus deceſſerit vel quandocunque deceſſerit,talem ſubſtituo, facta, cùm verba illa poſſint intelligi & verificari ſiue decedat viuo patre,ſiue poſtea, vel ſiue decedat poſt teſtamentum ante mortem. ſiue poſtea, continet vulgarem ſubſtitutionem,quæ verificari quoque poteſt, etiamſi inſtitutus poſſit eſſe heres. l. Thais. §. Sponde. ff. de fideicommiſſis liber. quod tenuit Bald.in l.precibus. C.de imp.& aliis ſubſtit.idem videtur tenere Bartol.in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupilla. ſi rectè ponderetur,quod ſequitur Imola in capitulo Raynutius.de teſtamen. & ita citra dubitationem communiter teneri refert ibidem numero 103. Benedictus Capra.

Subſtitutio compendioſa verbis communibus impuberi cum deſtinatione temporum ſiue ætatum à pagano facta,puta ſi dixerit;Si filius mox deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, talem ſuſtituo, valebit iure directo, infra pupillarem ætatem, quia propter diſtinctionem temporum cenſentur fuiſſe duæ ſubſtitutiones, vna pupillaris, & alia fideicommiſſaria,vt vult gloſſ.mag.in fi.d.l.precibus.& procedit etiamſi mater ſit in medio, prout vult Imola dicto c.Raynutius.quòd communiter teneri ibidem,num.104.refert idem Capra. licet autem Iacob.de Arena.& Cyn.in d.l.precib. idem eſſe dicunt,ſiquidem ſine diſtinctione temporum & ætatum,modò cùm dictione diſtributiua quandocunque facta ſit argumento.l.ſicut in annos.ff.quibus mod.vſus amittit.Bart.tamen l.Centurio. ff. de vulg.& pupillari.d.l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtit.& Bald. l. ſi quis ad declinandam,iij.concluſ.C.de epiſc.& cler. & Doctores communiter contrariū tenent,vt refert ibid.nu.71.& 105.idem Capra. Quia dictio

diſtributiua non inducit pluralitatem diſpoſitionum,niſi fiat expreſſio temporum, l.Stichum,§.ſtipulatio.l.pluribus. cum ibid.not.ff. de verb.obl.ibid.nu.106.

Subſtitutio compendioſa per verba communia à pagano impuberi facta omni tempore eſt fideicommiſſaria, & ſic valebit etiam infra pupillarem ætatem hiſce verbis facta: Si filius meus deceſſerit, talem ſuſtituto. quam opinionem tenuerunt glo.in l. Centurio.ff.de vulg.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtit. & in ca.Raynutius.in verbo,vel ſubſtitutionis, de teſta.in c.ſi pater in verbo,abſque deductione,eo.tit.lib.vj.quam d.c.Raynutius. ſequuntur Inno.& Hoſtien. & Archid.in d.c.ſi pater.Azo.in ſumma de impub.& aliis ſubſtit.Similiter Dyn. Rayner. & Beluiſo , quem ſequitur Bald.d.l.Centurio, dicens communem eſſe , & ſecundum eam Doctores conſuluiſſe, quam communiter tam à Canoniſtis quá Legiſtis teneri refert ibid. nu.107.Bened.Capra.

Subſtitutio compendioſa à pagano facta per verba communia in re vel quantitate certa,non trahitur ad directam ſubſtitutionē,nec per conſequens ad vniuerſa bona, iuxt.not.in l.lege.§.generaliter.ff. ad Trebell.& Auct.vt cum de appellationibus.§.aliud quoque capitulum.coll.viij. prout voluit Bart.l. Centurio.ff.de vulg.Imol c.Raynutius.de teſtam. quod procedit etiam ſi in tertia vel dimidia parte bonorum facta eſſet ſubſtitutio , quia & tunc cenſetur in re certa facta.l.non amplius.§.fi.ff.de leg.j.l.ſi ſeruum.§.fi.cum l. ſeq.ff.de legat. iij.Quinimò etſi facta ſit in tertia vel dimidia parte hereditatis , non trahitur ad directam ſubſtitutionem,ſi vnus tantùm fuerit ſubſtitutus,prout voluit Bart.d.l.Centurio.quam ſequitur Imol.d.c.Raynutius, cum quibus cæteros communiter tranſire refert.ibidem nu.1. Benedictus Capra.

Subſtitutio compendioſa vulgaris pluribus inſtitutis facta ſuper toto,alterutro tantùm mortuo ſubſtitutus non admittitur, ſed coheres tanquam prædilectus.l.quidam teſtamento.ff.de vulg.& pupilla. vt voluit Bald.l.pen.C. de impub.& aliis ſubſtit. & Angel.in l.heredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.licet autem pluribus facta ſimpliciter & non ſuper toto , alterutro mortuo ſubſtitutus regulariter admittatur,argumento.d.l.quidam teſtamento.à contrario ſenſu , quia verba ita ſonant,à quibus verbis in dubio non eſt recedendum,iuxt. l.non aliter.l.ille aut ille.§.cùm in verbis.ff.de legatis tertio,ſicut dicta l.penult.Bald.& d.§.cùm ita. Cng.quoque placuit,id tamen inter alia fallit , quando ipſi inſtituti eſſent de liberis,& ipſe ſubſtitutus extraneus,quia nec tunc veniet ſubſtitutus,niſi exiſtat conditio in perſona vtriuſque,quia attenta mente teſtātis videtur in dubio coheres tanquam magis prędilectus, anteponēdus ſubſtituto minus prędilecto. l.pluribus.§.j.ff.de condit.& demonſtr.argumento.l.cùm auus.ff.eod. tit.l.cum acutiſſimi.C.de fideicommi.l.ſi is,qui ducenta.§.item ſi pater.ff.de rebus dubiis,quod voluit Bald.d.l.pen.& Ang.d.§.cùm ita. & Imola d.c. Raynutius.& ita communiter teneri refert Benedictus Capra ibidem num.159. Idem eſt ſi ſubſtitutio compendioſa vulgaris copulatiuè aut pluribus inſtitutis per verba ſimplicia,etiam ſi heredes non erunt,talē ſubſtituto. quo caſu verba illa vim copulatiuæ habent , quia ſubſtitutus non admittitur , niſi in vtriuſque inſtituti perſona exiſtat conditio, prout voluit Bart.& Angelus in l. heredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell,cùm non ſit verum, quod vno non exiſtente herede,ambo videantur non heredes.l.quamuis,& ibidem Bal. C.de impub. & aliis ſubſtitut. quod communiter teneri ibidem nu. 166.refert Benedictus Capr.Idem eſt ſi ſubſtitutio compendioſa vulgaris pluribus inſtitutis ſub nomine collectiuo fiat,puta ſi dicatur:Si vterque,vel ſi neuter non erit heres,vel ſi ambo in tali ætate,vel ſine liberis deceſſerint talem ſubſtituo, vt locus ſit ſubſtitutioni, requiritur quod in vtriuſque perſona exiſtat,Bald.& & Bart.l.pen.C.de impub.& aliis ſubſtit. Angel.dicto §.cùm ita.& dicta l.quamuis. Imola dicto §.cùm ita.quod communiter teneri ibidem numero 170.refert Benedictus Capra.

Subſtitutio compendioſa pupillaris vel exemplaris, pluribus filiis inſtitutis ſimpliciter facta,vt quia dictum ſit : Si tales filij mei deceſſerint in pupillari ætate , vel non ſanæ mentis, vel copulatiuè puta ſi dictum ſit:Si Titius & Caius filij mei deceſſerint in pupillari ætate, vel non ſanæ mentis,talem ſubſtituo.ſubſtitutus non admittitur niſi vterque ita deceſſerit.l.pater filio.§.fina.ff.ad legem Falcidiam.l.pen. C.de impuber.& aliis ſubſtitutio.quod voluit Barto.& Ang.in l.heredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.& ibidem Imola dicēs per dictam l.penulti. id procedere non tantùm ſi ſubſtitutus ſit extraneus , ſed etiam ſi ſit de liberis , maximè quando ad inuicem eſſent ſubſtituti. Cæterùm ſi vltimus decedat in pupillari ætate vel non ſanæ mentis, admittitur non tantùm ſubſtitutus ad portionem vltimo loco decedentis ex ipſa ſubſtitutione,tam ex mēte quàm in verbis ipſius ſubſtituentis , ex quo conditio extitit in perſona vtriuſque, ſed etiam ad portionem primo loco mortui.Imò ſi extat tantùm conditio in perſona ipſius vltimi , admittitur ſubſtitutus ad portionem eius ex quo non ſupereſt alius inſtitutus , argumento.dictæ l.penultim.& dict.§. cùm ita. puta ſi ſuperſit filius primi decedentis tempore quo vltimus decedit,vt voluit Imola dicto §.cùm ita. cuius dictum procedit, quando talis ſubſtitutio fuiſſet facta per verba ſimplicia,vel copulatiuè , quia tunc cùm talis pluralitas reſoluatur in ſingularitatem ex quo tendit ad diuerſos effectus, cùm cuilibet de per ſe videatur facta pupillaris vel exemplaris ſubſtitutio , argumento.l.falſa.§.finali.ff.de conditio.& demonſtration.vt ibidem notat. per Bartolum.quod in dicto §.cùm ita ſecundum Bartolum velle videtur & ſequitur Baldus dicta l.penultima. C.de impube.& aliis ſubſtitutionibus quod communiter teneri ibidem numero centeſimo octuageſimotertio,refert Bened.Capr.vbi tamen adiungit, quòd ſi ſubſtitutio facta ſit ſub nomine collectiuo,quòd tunc attentā verborum ſignificatione, ſubſtitutus non admittitur,etiam ſi conditio exiſtat in perſona vltimi , ſed requireretur vt conditio exiſtat in perſona vtriuſque , iuxta dictam l.penult.ibidem.

SVRDVS ac idem mutus natura,licét teſtari nō poſſit.l.diſcretis.C.qui teſtam.facere poſſ.tamen ſi ex accidenti ſurdus ac mutus factus ſit,poterit teſtari,modò ſcribere norit , idem eſt ſi mutus tantùm ſit, ſcribere neſciēs, teſtari non poterit.licet ſtatuto induceretur vt mutus ſcribere neſciens , teſtari poſſit, niſi id à principe cui hoc ſeruatum eſt haberet.l.ſi mutus.ff.de teſta.argumento.l.j.§.de qua re. ff.de poſtul.& Bar.in l.ſi quæramus.ff.de teſt.Imo.in c.quia ingreſſa. eo.tit.Surdus vero non mutus rectè teſtari ac codicillari poterit, d.l. diſcretis. l. mutum. & quæ ibidem notantur. ff. de legat. iij. ídque communiter teneri refert Bened.Capra.reg.ciij.nu.22.

Surdo & muto qui teſtari nequit, exemplariter ſubſtitui poterit à patre,perinde atque mente capto ac prodigo,cùm eadem ſit iuris ratio,atque prouiſio legis etiam ad caſum ſimilem ſe extendat.l. Gallus.§.& quod ſi tantum.ff.de liber.& poſthum.prout voluit Bart.poſt Guliel. de Cuneo.& Raynerius in l.ex facto. ff.de vulg. & pupill.& Bal.in l.humanitatis.C.de impube.& aliis ſubſtit.& ita communiter ſecundum Imol.in c.Raynutius.de teſta.refert Bened.Capr.in tract. ſubſtitutionum,poſt reg.poſito in ſpe. ij.nu.46.

SVSPENSI à ſpiritualibus , vel eccleſiaſticis, circa ea quæ ab ijs exercentur abſque ordine ſeu ordinis officio , vt ſi elector ab eligendo,collator à conferendo,ſuſpendatur,contra interdictum eligendo vel conferendo,non incurrunt irregularitatem , vt voluit Innocen.& Hoſt.in c.fi.de exceſ.prælat. Io. Calder. in c.ſi celebrat.de clericis excommunic.ſecundum Innoc.& Anchar.& ca.j.§. caueant.de ſentent.excommunicat.libro ſexto, cum quibus cæteros ſentire refert Benedictus Capra,reg.lxxxiij.num.3. Quando autem ſuſpenſi à ſpiritualibus circa ea quæ exercentur ratione ordinis vel officij ordinis,contra interdictum faciunt , irregularitatem incurrunt.vt dicit Io.Monach.& poſt eum Io.Andr.d.§.caueant.

Suſpenſus à iuriſdictione licet eam exercendo contra interdictum, irregularitatem non incurrat,cùm exerceat ſine executione ordinis, tamen ſi exerceat eam exercendo illud quod habet admixtum ordinis miniſterium, puta ſi abſoluat excommunicatum cum ſoleunitate,de qua xj.quæſt.iij. cap.debet.& c. ſeq. tunc irregularitatem incurrit,vt tenuit Innoc.& Hoſtien.in cap. tacita.de exceſſ.prælat.quos ſequitur Petrus de Anchar.in §.caueant. cum quibus reliquos tranſire refert Benedictus Capra.regula lxxxiij. numero 20. vide ſuprà Excommunicatus.

SYNDICVS vel actor vniuerſitatis perinde atque generalis negotiorū geſtor, cùm de omiſſis obligetur , tenetur non ſolum appellare,ſed etiam appellationem proſequi, vtrinque communiter receptum eſſe dicit Bened.Cap.reg.lxv.nu.11.& 33. vide ſuprà Actor.

## T

TACENS ac præſens, licet quando alienaretur res ſibi obligata ex taciturnitate cenſeatur pignoris remiſſionem facere,ac conſentire.l.ſi hypothecas.C.de remiſſ.pig.& ibidem gloſſ.argumento.l.fideiuſſor.ij.§.pater.ff.de pig.& ibidem. bona gl.& gl.in l.Caius. ff.de pign. act.& gl.in l. ſæpe.ff.de re iudic.tamen quādo alienaretur res ſua,id eſt fieret actus qui in re eius fieri poſſit ſe inuito , præſentia & taciturnitas eius,vt ne quidem ſubſcriptio vel teſtis non præiudicaret argumento d.l. ſæpe.§. cur autem.ff.de re iud. ſecundum d.gloſſas communiter approbatas,vt tenet Bartolus in l.quę dotis.ff.ſoluto matri. Dom. Nicol.in cap.nonne.de præſumpt. refert Capra regula lvj.num.15.& 47.

Tacens ac præſens ſi præcedat contractus vel obligatio de cuius natura ad illud quod eo præſente & tacente tenebatur tuuc præſens & patiens,non habetur pro conſentiente,vt cōmuniter teneri refert Bened.Capr.reg.lvj.nu.30.vide ſuprà Præſentia.

Tacens ac præſens actui qui per coniunctum fit, cenſetur fieri de eius conſenſu , vnde ſi non contradicat, ſibi præiudicat, & communiter tenetur quando coniunctio in ſe reuerentiam haberet , vt tunc potius diſſenſum,ſecundum Bar.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matr.per text.

in l.

in l.j.§.quæ onerandæ.& ibid.glo.ff. quarum rerum actio non detur, & l.pen.ff. de pact. contrarium tamen communiter tenetur, nam licet coniunctio ſanguinis habeat in ſe reuerentiam, tamen non facit præſumi,c.vnico.de ſponſ.impub.lib.vj.refert Bened. Capra reg.lvj. nu.31.& ſeq.& reg.lv.nu.2.

Tacens ac præſens in imponenda ſeruitute,non cenſetur conſentire,l.inuitum.ff.de ſeruit.vrban.præd.ſecundum glo.in c is qui tacet. de regulis iuris.libro vj.& gloſſ. in l.ſi filiusfam.ff.de procurat.ídque communiter probari refert Benedictus Capra, regula quinquageſimaſexta.nu.38.

TACITVRNITAS & præſentia in iis quæ reſpiciunt præiudicium tertij, cuius ad nos ſpectat cura & ſollicitudo,non inducit conſenſum.l.iij.C.de Auct.tutor.vbi text.& gl. ſecundum gl.& Bart. in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.cum quo cæteros tranſire aſſerit Bene. Cap. reg.lvj.nu.54.quod procedit ſecundum eundem ibidem niſi taciturnitas longo tempore duraret, quia tunc videretur conſentire.l.qui aliena.ff.de acqui.hæred.& l.filius.C.de petit.hæred.Bart.in l.gerit.in fi.ff.eod.tit.ídque obtinet etiam ſi fieret actus qui contradicendo poterat impediri.l.ſicuti.ff.de arbit.l.tunc autem.ff.de re iud. refert Benedict.ibid.nu.55.

Tacitúrnitas concernens tamen merita cauſæ, etſi taceatur exceptio peremptoria,regulariter non inducit ſubreptionem, nec poteſt de tali taciturnitate contra reſcriptum opponi.c.j de reſcri.lib.vj.niſi exceptio illa notoria eſſet,aut annexam haberet iudicis competentiam,aut talis eſſet peremptoria, quæ perimeret gratiam aut literas. Aut niſi illam obiiciens offerret ſe incontinenti probaturum, iuxt.l. iij.§.ibid.ff.ad exhib. Sed hoc poſtremum communiter non tenetur per not.in d.capitulo j.& Imol.in c.ſuper literis.eod.tit.vt refert Bened.Capra reg.xliiij.nu 9.

Taciturnitas, & patientia concurrente ſcientia, & coniunctione ſanguinis,præſumptione legis inducit conſenſum & ratihabitionem iuxta communem vt refert Bened.Cap.reg.lv.nu.20. ſuprà Ratihabitio,& reg.lvj.nu.31.Bart.in l.inuitus.C.de procur.

Taciturnitas & patientia coniuncta alij actui ſine contradictione aut proteſtatione, inducit conſenſum & ratihabitionem, ſecundum Imol.in ca.cum olim de offi.deleg.& Bart.in l.quo enim.§.Iulianus. ff.rem ratam haberi. Rot. Deciſ.cccxx.incipit, Item ſi impetrans, & ita communiter teneri teſtatur ibd.Capr.nu.30.

Taciturnitas conductoris & locatoris impleto tempore cõductoris,inducit tacitum conſenſum, vel relocationem & reconductionem. l.item quæritur.§.qui impleto.vbi gl. Bart.& alij.ff.locati.& gl.in c.is qui tacet.de reg.iur.lib.vj.quod communiter teneri refert Ben.Cap. reg.lvj.numero 8.

TESTARI licet quilibet poſſit, etiã ſi pauper ſit, & bona non habeat,cùm hæreditas ſine bonis eſſe poſſit,per no.in l.ſi quæramus. ff.de teſtaB.l.hæreditas.ff.de petit.hered.l.hereditas. ff.de verbor. ſig. id tamen inter alia fallit in furioſo,vel mentecapto, vel ſimilem defectum à natura patiente, ita vt ne quidem ad pias cauſas teſtari poterit.l.furioſum.C.qui teſt. fac.poſſunt. cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſta, quod procedit etiam ſi ſtatutum contrarium diſponeret, nam cùm talis defectus proueniat à natura per ius poſitiuum,tolli non poteſt. §.ſed naturalia, inſt.de iur.nat.gent. & ciuil.vt voluit Bartol.dict.l.ſi quæramus. Quod etiam locum habet, ſi talis defectus ex iuris præſumptione vel diſpoſitione proueniat, vt contingit in prodigo cui bonis interdictum eſt,quia nec talis teſtari poterit,ex quo bona alienare non poſſit,prout not.in l.ſi ita quem.§. ea lege. ff.de verborum obligationibus.vt hoc voluit Bartol.dicta l.ſi quæramus. quæ tamen limitantur quando patiens defectum mentis,iuris præſumptione eſſet à ſtatuto habilitatus ad teſtandum, quod fieri poteſt quando prohibitio talis procederet ex diſpoſitione iuris,per id quod habetur in l.omnes populi.ff.de iuſtit.et iur. vt voluit Bartolus dicta l.ſi quæramus.et ita communiter teneri refert Benedictus Cap.reg.103.num. vndecimo et 30.

TESTAMENTVM furioſi et mentecapti, ante furorem vel per dilucida interualla recurrente ſanamente factum, licet valeat, l. furioſum.C.qui teſt.face.poſ.c.fi.de ſucceſ. ab inteſtato.l.j.§. exigit.ff. de bon.poſ.ſecundum tab.Bald.l.j.C.de ſacroſan. eccleſ.tamen ſi ante perfectionem teſtamenti ſuperueniſſet furor vel mentis defectus, non valebit,etiam ſi tenderet ad pias cauſas, vt voluit Petr.de Anch. in c.quia ingreſſa,de teſtam.quia ſecundum eum non valet teſtamentum imperfectum etiam inter liberos, vt not.in l.fi.C.de famil.erciſ. ideóque multò minus ad pias cauſas, vt not.in l.in his.l. ex ea. ff.de teſtam.fauorabilior enim eſt cauſa filiorum quàm eccleſiarum. xvij. q.iiij.c.fi.vt not.in l.ſi quis ad declinandum.C.de epiſc.et cleric.quod ſequitur Imol.d.c.ingreſſa. et in cap.relatum.j.de teſtamentis. ídque communiter teneri refert ibidem, nu.15.Bened.Cap.de quo vide Bartolum.dicta l.ſi his.

Teſtamentum natura muti ac ſurdi.licet non valeat, id tamen fallit ſi ex accidente talis eſſet,quia modò ſcribere nouerit, teſtari poterit.l. diſcretis.C.qui teſt.face.poſſ.Idem eſt ſi mutus tantùm ſit,et ſcribere ſciat, aliàs ſecus, quia ne ſtatuto quidem induci poteſt,vt mutus neſciens ſcribere,teſtari poſſit,niſi hoc à principe cui ſoli id reſeruatum eſt,habeat.l.ſi mutus.ff.de teſtament.argumento.l.j.§.de qua re.ff.de poſtul.vt voluit Bartolus in l.ſi quæramus. ff.de teſtament. & Imola in capitulo quia ingreſſa. eodem titulo. Surdus verò, ſed idem non mutus, rectè teſtatur, dicta l.diſcretis, & codicillos facit.l.mutum.& ibidem not.ff.de legat.iij.quod tamen communiter teneri refert Bened.Cap.reg.ciij.nu.22.

Teſtamentum cæci non ſeruata ſolennitate.l. hac conſultiſſima.C. qui teſtamentum facere poſſunt,non valet niſi per ſtatutum expreſsè aliter diſponeretur, cùm per ſtatutum talis ſolennitas poſſit diminui,vt voluit Bartolus in l.ſi quæramus. ff.de teſtament.quod verum eſt,modò id expreſsè circa cæci teſtamentum diſponeretur,aliàs ſi ſimpliciter ſtatutum diſponeret, quòd teſtamentum cum quinque teſtibus valeat, ad cæci teſtamentum non porrigitur, prout voluit Baldus in d.l.ſi quæramus.cum quo reſidet Imol.in capitulo quia ingreſſa.de teſtamen.& ita communiter teneri teſtatur Bened. Capra, ibidem num.25.

Teſtamentum pupilli vel impuberis etiam ſagacis ad pias cauſas factum licet non valeat.l.qua ætate.ff.de teſtament,capitulo ſi pater. de teſtament.libro ſexto.ſecundum Imol.in dicto capitulo ingreſſa, eodem titulo, tamen valebit ſi ſtatuto induceretur, vt eiuſmodi impuberis ſagacis & cuius malicia ætatem ſuppleret,teſtamentum valeret.ídque contra Anch.dicto capitulo quia ingreſſa,ſecundum Bar. in l.ſi queramus.ff eodem,vbi vult quod talis defectus ætatis ſtatuto tolli poſſit,quod ſequitur ibidem Angelus per id quod habetur, in l. fin.C.de teſtament.milit.cum quibus Doctores communiter tranſire refert ibid.nu.30.Bened.Capra.

Teſtamẽtum eius qui poſt ingreditur religionem quæ proprium habere non poteſt, vt eſt ordo mendicantium, valet,ac ſtatim poſt ingreſſum veluti per mortem ciuilem confirmatur, bonáque eius deuenient ad eos quibus teſtamento reliquit, mors enim ciuilis ex hoc inducta eundem effectum habet in teſtamento quem habet mors naturalis,prout notatur in l.j.ff.de teſtam.& ibid.per Bart.& Canoniſtas in cap.vnico.de relig.domib. lib.vj.& in clementi. Exiui.de verborum ſignif.quod communiter teneri refert ibidem numero, trigeſimoſeptimo idem.Capra.

Teſtamentum eius qui poſt ingreditur religionem quæ in communi proprium habere poteſt, ſi tempore teſtamenti non cogitauit de ingreſſu, per ingreſſum, quia tacitè videtur mutare voluntatem ſuam, ingrediendo cor,quo bona requiruntur monaſterio.Auct.ingreſſi de ſacroſanct.eccleſ.Si verò cogitauerit de ingreſſu, tunc licet gloſſæ communiter dicant,quòd ſi ad ea reliquit,rumpatur teſtamentum,quippe cùm monaſterium loco filij habeatur,gl.in c. præſentia. de probat.& in Auct.de ſanctiſ.epiſcop,§.ſed hoc præſenti, coll.ix.tamen ſi monaſterium fuerit inſtitutum in aliquo, tunc monaſterium vtitur fruitur relictis aliis ad vitam, quo mortuo redibunt ad inſtitutos teſtamento,ac confirmabitur eius morte teſtamentum vt voluit Bart.in l.j.ff.de teſtament. & ſi monaſterio minus legitima relictum ſit,ad ſupplementum agere poteſt.iuxt.not.in Auct. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct.eccleſ.& in l.omni modo.C.de inoffi.teſta, Si verò monaſterio nihil relictum ſit, tunc monaſterium loco filij habetur, & rumpitur teſtamentum, tanquam nato poſthumo,l.ij.de lib.& poſthum.l.poſthumos.C.de bon.poſſ.cont.tabul.& ibid,gloſ.quod communiter teneri ibidem nu.39.& 43.refert Capr.

Teſtamentum filiifamilias, etiam conſenſu patris factum, in aliis quàm caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio, non valet, Io, Andr.in c.ſi pater,de teſtam.Zerzell.Io,de Fanticiis,Anch. Imol. Dominc.in c.licet.de ſepultura,quia cùm teſtamenta ſint publici iuris, non debent dependere ex alieno arbitrio,l.iſta inſtitutio.ff.de heredit.inſt.l.receptum.C.communia prædiorum.l.captatorias.C.de teſt.mil.Bart.in l. qui in poteſtate.ff.de teſt.& in l.ſeruum.C.qui teſt.fac.poſ.& Canoniſt.d.c.licet.de ſepultura.lib.vj.quod communiter teneri ibid.nu.62. refert Bene. Et licet doct.vtriuſque cenſuræ varient, ac filiusfam.ſaltem pro anima cum patris conſenſu teſtari vel codicillari poſſit, in eo tamen communiter concordant, quod mortis cauſa pro anima donare poſſit,quia donatio illa ſapiat naturales contractus,l.ij.in pri. ff.de dot,prælegat.& ibid.nu.57.refert idem Capra.

Teſtamentum condemnati ad mortem naturalem, etiam ſi poſt ſententiam manus iudicis effugerit, ne quidem ad pias cauſas valet. l.abſentem.ff.de pœnis.l.qui vltimo.& ibid. Bart.ff. eo.tit. Io.Andr.l. quanquam,de vſur.lib.vj. Imol.in l.quia ingreſſa.ca.filios.de teſtam, quod etiam procedit ſi teſtari vellet de bonis liberis ac aliis perſonis.iuxt.Auct.bona damnatorum.C.de bon. damnat.reſeruandis.ſecundum Imolam dicto c.quia ingreſſa,quia in illis prout communiter tenetur damnatus teſtari non poſſit, niſi in ſententia id illi cauſa cognita fuerit reſeruatum,per l.ex militari.ff.de teſtamen. militari,in aliis bonis poſt ſententiam condemnato venientibus ſi de delicto pœniteat,ad pias cauſas teſtari ac diſponere poterit, iuxt.l.j.C.de ſacroſanct.eccl.ſicut refert ibid,nu.109.Bened.Capr.

Teſtamentum damnati ad mortem, in abſentia ex forma ſtatuti, ſecundum ius cõmune factum valet, ſed factum ſecundum formam ſtatuti non valet, vt not. in l. eius qui. §. j. & ibidem per Bald. ff. de teſta. & Petr. de Anch. in c. quanquam. de vſuris, lib. vj. quod communiter teneri refert ibid. nu. 110. Benedictus Capra.

Teſtamentum condemnati ad mortem ciuilem, ſiue perdat libertatem, ciuitatem & bona, ſiue retẽta libertate ciuitatem & bona tamen perdat, iure ciuili non valet. l. quidem. C. de bonis dam. l. deportatorum. C. eod. tit. quia cùm tales perdant, ea quæ ſunt iuris ciuilis, vt d. l. quidam. & teſtamenti factio ſit iuris ciuilis. l. teſtamenti. ff. de teſtament. argumento. l. eius. §. ſi cui. ff. eod. tit. non poſſunt teſtari, etiam ſi vellent teſtari de bonis quæ remanere debent liberis & aliis perſonis, ſecundum præſcriptum Auct. bona damnatorũ. C. de bonis damnat. ſicut ſecundum Imol. in c. quia ingreſſa. de teſtamentis. communiter teneri refert ibidem nu. 120. Bened. Capr. quod verum eſt, niſi taliter condemnatus ad mortem ciuilem, ad pias cauſas ex eiuſmodi bonis teſtari aut diſponere vellet, quod poteſt, per id quod habetur in c. cùm eſſes. & in c. relatum. de teſtam. ſicut voluerunt Bart. & Bal. in l. j. C. de ſacroſ. eccleſ. quod in relictis ad pias cauſas ceſſat omnis ſolemnitas iuris poſitiui cùm ſufficiant ſolemnitates iuris gentium, cum quibus communiter tranſire ſcribentes refert ibidem numero 122. idem Capra.

Teſtamentum excommunicati licet multi iux. gl. in c. decernimus. de ſent. excom lib. vj. & ibidẽ refert Io. And. dicant non valere, quam ſequutur ibid. Hoſt. Garzias, & Petr. de Vndella, idque ob periculum communionis cum excommunicato, quæ eſt fugienda, Auct. de priuil. doti. hæretic. mulier non præſtand. §. antep. coll. viij. cùm ei interdicti ſint actus legitimi. d. c. decernimus. & ſimilis deportatio videatur, qui eſt inteſtabilis. l. eius cui. §. j. ff. de teſt. Stephanus Prouincialis in quadam diſputat. ſua per Auct. vt cum de appel. cognoſ. §. generaliter. coll. viij. per quem textum Hoſt. in ſum. de teſtam. §. quis ſit effectus. verſ. & prodeſt hoc notare, colligit quòd nec heres inſtitui poſſit, quod tenuit Io. Monach. Cardin. in c. quanquam de vſuris. lib. vj. quibus accedit quod nec arbiter eſſe poſſit. l. pedius. ff. de arbitris, &c. Contraria tamen opinio quam tenuit Innoc. in c. cum voluntate. de ſent. excom. excommunicatum teſtari poſſe, dicens, vt ſecutus eſt Archid. in c. pia. de excep. lib. vj. & ibid. Petr. Ancha. Abbas & Bellamera. d. c. decernimus. & ibidem Io. Andr. priorem opinionem mutando. & Iaco. de Beluiſo in Auct. de ſanctiſſi. Epiſcopo. §. omnibus. coll. ix. verior eſt, & magis communiter tenetur, quemadmodum refert Bened. Capr. d. reg. ciij. nu. 174. quia excommunicatus poteſt contrahere & donare. d. c. cum voluntate. ergò & legare, cùm legatum ſit donatio, l. fin. C. de legat. & inſtit. eodem titulo. in princip. quod eſt verum, niſi excommunicatus foret ob hæreſin, vel crimen, quod inteſtabile eſſet, capitulo excommunicatus. §. credentes de hereticis. nec eſt verum quòd ſimilis ſit deportatio, ſed relegato, prout voluit gloſſa in capitulo paſtoralis. de appellatio. qui teſtari poteſt, vt tenuit Frideric. de Senis, conſilio lxxx. & cxxiiij. quem ſequitur dict. cap. decernimus. Petrus Anchar. & Dominic. Bald. in l. prima. C. de ſacroſanct eccleſ. Rota deciſione xix. incipit, item quod accept. & procedit etiam in publicè excommunicato, & communi ter teneri ibidem numero 18. & 189. refert Benedict.

Teſtamentum obſidis populi Romani, id eſt, eius qui ex infidelibus apud Chriſtianos obſes ſit, vel contra, non valet. l. obſides. ff. de teſtamẽt. aliàs obſes pro vna ciuitate vel principe, ad aliam vel alium teſtari poteſt, ſicut dicta l. obſides. vult Bartolus & doctores vt not. in c. ex reſcripto. de iureiur. & ita communiter teneri refert Benedic. Capra d. reg. ciij. nu. 203.

Teſtamentum eius qui incertus ac dubius eſt de ſuo ſtatu non valet. l. de teſtament. ff. de teſtament. & licet Bald. in l. j. C. de ſacroſ. eccl. id dicat procedere, etiam ſi ad pias cauſas factum eſſet, quod ſequitur etiam Anchar. c. quia ingreſſa. de teſtam. Bartol. tamen d. l. j. C. de ſacroſ. eccl. contrarium tenet quoad pias cauſas factum valere ſuſtinet, per id quod habetur in l. ſi militari. §. ſi miles. ff. de teſtam. milit. quod verius videtur, cùm tale impedimẽtum à iure ciuili inductum, non debeat piis cauſis nocere, per id quod habetur in c. cùm tibi. de teſtamentis. quod etiam tenet Imol. dict. capitulo quia ingreſſa. cum quibus cæteros quoque Doctores reſidere refert Benedidctus ibid. numero 206.

Teſtamentum ſi patitur defectum in his quæ ſunt de ſubſtãtia vel eſſentia eius, etiam adiecta clauſula, ſi non valet vt teſtamentum, valeat, &c. non poteſt in ius codicillorum reſurg re, puta ſi eſſet nullum ratione volũtatis imperfe æ, vt quia antequam impleretur deceſſiſſet teſtator. l. fideicommiſſum. §. j. ff. de leg. iij. l. ex ea ſcriptura. ff. de teſtament. ſecundum Bart. l. j. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſt. & in l. j. ff. de iure codicillorum. & hoc voluit gloſſ. communiter approbata in l. eam quam. C. de fideicomm. Secus autem ſi pateretur defectum ſolemnitatis, quia tunc clauſula operabitur, licet enim in teſtament. ſeptem teſtes rogati requirantur, clauſula tamen codicillaris adiuncta, efficeret vt quinque etiam non rogati ſufficiant, l. finali. C. de codicillis: vt refert Benedictus Capra. regul. cxj. numero trigeſimotertio et numero quinquageſimo.

Teſtamentum iure ciuili ſeptem exigit teſtes. l. ſi vnus. l. hac conſultiſsima. & l. fin. C. de teſtamen. niſi iure Canonico, quo caſu quinque, aut inter liberos, aut à milite fiat. quo caſu ſi in actu belli fiat duo teſtes ſufficerent. d. l. hac conſultiſsima. d. l. ſi. l. diuus. lucius ff. de teſtament. milit. Iure autem Canonico in relictis ad pias cauſas duo teſtes idonei in vtroque foro ſufficient. In relictis verò extra pias cauſas in terris eccleſiæ ſubiectis, ſimiliter duo teſtes cum presbytero parrochiali ſufficiunt, ſed non in foro ciuili, vbi ſeptem requiruntur teſtes, quemadmodum concludit Ioannes Andræas in cap. cùm eſſes. de teſtament. quem in effectu ibidem & in cap. relatum. eodem titulo ſequũtur Petrus Peruſinus, Petrus Ancharanus, & D. Floria. cuius opinionem communiter teneri, ac in practica obſeruari, & conſuetudine roborari, argumẽto. l. minime. ff. de legibus, refert Bened. Capr. reg. ciiij. nu. 2. & 8. refert Bened. Capr. idque Bart. Bald. & Legiſtas in l. j. C. de ſacroſ. eccle. ſequi. dicit.

Teſtamentũ perinde ex tacita ſubſtitutione, puta in pupillari compræhenſa, atque ab expreſſa, poteſt incipere, & effectum aſſumere, quod & ipſa non requirit aditionem ad eius confirmationem, licet pupillaris requirat, ſicut voluit gl. in l. lex cornel. & ibi Guliel. de Cuneo. Bart. & l. Bal. & l. ſi pater captus. ff. de vulg. & pupil. Ang. & Bart. l. j. eod. tit. per l. neque. §. ſi. ff. de teſt. milit. & l. pen. ff. de ventr. inſpiciẽ. idque contra gl. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Treb. communiter teneri refert Bened. Capr. in tract. ſubſtitutionum, poſt regulas poſito, ſpe. j. num. 83.

Teſtamentum vſurarij manifeſti tametſi non ſecuta cautione de reſtituendis malè ablatis regulariter non ſolùm cum ipſa manifeſta contritionis ſigna apparent, quò ad relicta ad pias cauſas valebit, vt conſuluit D. Anto. Butrig. & Petrus de Anchar. per l. j. C. de ſacroſan. eccleſi. quod prius voluit Lapus in alleg. cxxv. quem ſequitur Dominic. in cap. quanquam. de vſuris. & communiter tenetur, ſed etiam tam quoad relicta certis perſonis, pro reſtitutione certarum vſurarũ malè ablaturum, quam quò ad relicta pauperibus Chriſti, pro incertis vſuris aliis malè ablatis, quia tunc quò ad illam quantitatem ſimiliter valebit eius teſtamentum vt ſentit Io. And. d. c. quãquam. & Lapus d. alleg. cxxv. quod verum eſſe & communiter teneri refert Ben. Capr. d. reg. ciij. num. 165. & 167. quando de eiuſmodi vſuris & malè ablatis aliter quàm per confeſſionem teſtantis conſtaret, aliàs ſecus. quia magis ſpeciem aut vim relicti quàm inſtitutionis haberet. ſecund. Petr. de Anchar. d. c. quanquam.

Teſtamentum vſurarij manifeſti licet ante præſtitam cautionem de reſtituendis ablatis factum, etiam ad pias cauſas, non valere, nec poſt præſtita cautione & ſatisfactione reconualeſcit. cap. quanquam. de vſuris. lib. vj. Bald. l. j. C. de ſacroſan. eccle. gloſſ. in clem. j. in verbo Manifeſtus. de ſepultr. & ibid. Paul. de Leazar. Bald. in l. ſi hereditas. C. de teſtamento militis. & ita dicto cap. quanquam. contra Ioan. Andr. tenuerunt Garzias, Ioan. Monach. Lapus. Abb. & Ioannes de Lignano. & ita communiter tam per Legiſtas quam Canoniſtas teneri refert Benedict. Capr. regu. ciij. num. 141. tamen contrariam opinionẽ quam tenuerunt Nicolaus de Matarellis in quadam diſputatione Bart. in l. filio præterito. ff. de iniuſto teſta. & Ioan. And. Ioan. de Fant. & Bal. ſibi contrarius Petrus de Anchar. Dominicus, Ægid. Bellamer. & Guliel. de Pontolino in d. cap. quanquam. magis æquam & communem, à quo in iudicando & conſulendo non ſit recedendum dicit ibidem num. 154. Bene. quod eſt verum, niſi vſurarius facto teſtamẽto, ac præſtita cautione redierit ad vomitum & occultè exercuerit vſuras, quia teſtamentum tunc vitiabitur ſecundum Ioan. de Ligna. Franciſc. de Zaberel. & Paulus de Leazar. d. clem. j. de vſuris. & Laurent. de Florent. in tractat. vſura. quæſt. ccvj. Lapus, Anchar. & Dominic. in d. cap. quanquam. Bald. in l. executorem. C. de execut. rei iud. & in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. Frideric. de Senis. conſi. vij. Anchar. & Imola in cap. quia ingreſſa. de teſtament. quod communiter teneri ibid. num. 159. refert Bened. Capr.

Teſtamenti executores, vide ſuprà Executores.

TESTES tametſi de notorio perinde atque de fama deponere notoriũmque probare poſſint, iuxt. receptam Docto. ſententiam, adhæc tamen vt probent, debent etiam non interrogati rationem dicti ſui reddere, quod ſimiliter communi calculo receptum eſſe teſtatur Bened. Capr. in tractat notor. poſt regu. lxv. poſito in ſexto membro, principal. num. 7. & 10. vide ſuprà Notorium.

TRANSACTIONIS contractus licet ſecundum Bar. in l. ij. C. de reſcindend. vendit. & in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. ſignificat. quando quis vltra dimidium iuſti precij decipitur tranſigendo, admittat remedium vtriuſque legis. tamen ſecundum gloſſ. in capitulo cum cauſæ. de empt. & vendit. quam tenent ibidem Ioan. Andreas, Petrus Anchar. & Imola. item Tancred. & Vincent. in ca. ad noſtram. cod. titul. & Specul. tit. de empt. & vendi. §. nunc videndum reſtat. verſi. quid de tranſactione. itẽ Dinus in l. Lucius. §. ſi. ff. ad Trebell. Guliel. de Cuneo. in l. ex cauſa. C. de vſuc. pro emptore. Petrus et Cyn. d.

Cyn.d.l.ij. C.de reſcind.vend.Bald.in l.ordo.C.de except.rei iud.et in l.j. §.j.ff.de tranſact.et in l.j. C.com. de legat. contraria opinio quod iure in tranſact.non ſit locus d.l.ij.C.de reſcind. vendit. verior videtur,et communiter teneri refert Bened.Capra.reg. lxxxviij. numero 89.et ſequen.

TRELLIANAM vel falcidiam heres inuentarium conficiens licet detrahat, Auct.de hered.et Falcid.§.ſi vero non fecerit inuentar. coll. j. id tamen inter alia fallit, ſi teſtator detractionem alterutrius fieri prohibuiſſet, Auct. ſed cum teſt.§. ſi verò expreſsim C.ad l.Falcid. et ibidem Cyn. Barto.et Imol.in l. Marcellus. §.quod autem. ff. ad Treb.quam communiter ſequuntur Canoniſtæ in cap. Raynald.de teſtament.vt refert Bened.Capra. reg.cx. nu.3.Similiter fallit ſi pro redéptione capitiuorum, vel ad pias.cauſas legatum aut relictum quid foret,quia tunc non detrahitur Trebelliana aut Falcidia, Auct.de eccleſiaſt.titu.§.ſin autem.coll.ix.quod ſecundum Anto. in d.cap.Raynald. communiter ab vtriuſque iuris interpretib. tenetur,per not.in ca.ſi pater.de teſtam.lib.vj.et Bald.in l.id quod pauperib.C.de epiſc.et clericis, quẽadmodũ ibidem nu. 5.refert idẽ Capr.

Trebelliana vel Falcidia licet non ſolùm non detrahitur, cùm infra annum à die monitionis per iudicem factæ,à ſolutione relictorũ ceſſatur ſed etiam omne emolumentum ex teſtamẽto amittitur.iuxta glo.in d.ca.Raynald.Bart.in Auct.hoc amplius.C.de fideicom.glo. in Auct.de heredib.et Falcid.§.ſi quis non implens.cap.ſi heredes.ca. nos quidem.de teſtam.et communiter teneri ibidem num. 22.refert idem Capra. id tamen fallit ſi teſtator aliud tempus, intra quod voluntati ſuæ ſatisfaciendum foret,præfixiſſet,nam tunc illud obſeruaretur,iuxt.not.in l.ſtatu libero.§.herede.ff.ſtatu lib.l.fin.§. ſin autem. C.de iure deliber.prout in d.cap.nos quidem,voluerunt Anchar. Imola,D.Nicol,et communiter Doctores, vt ibidem num. 28.refert idem Capr.

TVRPITVDINEM propriam allegans in his quæ concernunt peccatum,et ſic animæ periculum,auditur per ea quæ habentur in c.tertio loco. de præſumpt. et c.ex tenore,et ibidem per gloſſ. de conceſſ præbend.et in ca.lator.c.conſanguinei. de re iudic. glo.in c.inter dilectos.de donat.quod communiter teneri aſſerit B.Cap.regu.xxiij.num. ij. Idem obtinet ſi quis alleget turpitudinem ſuam in his quæ concernunt fauorem eccleſiarum,quia tunc allegans eandẽ auditur,iuxt.cap.cum ſuper.de confeſſione.l.vnde Neratius.et l.ſeq. ff ad l.Aquil.et cap.ſi quis presbyterorum,de rebus eccleſ.non alien. xxxv.quæſtio.ix.cap.quod quis commiſit. gloſſ.in dicto capitulo inter dilectos.et ita communiter teneri ibidem numero 3. affirmat idem Bened.Capra. Quod tamen vtrobique ſecùs habet, ſi quis ad proprium commodum contra alium principaliter agendo, et ius agendi fundando ſuper turpitudine.id tentaret,quo caſu allegans ſuã ipſius turpitudinem non audietur d.ca.inter dilectos.et d.cap.ex tenore.et per totum titu.ff.et C.de condict.ob turpem cauſam.D.Ant. in cap.cum ſuper.de conceſſ.præbend.Barto.in l.iuſiurandum. §.fin. ff.de iureiur.cum quibus cæteros.Doctores communiter tranſire teſtatur ibidem num.4.idem Bened.Capra.

TVTORIS fideiuſſor:qui præſens ac tacens patitur nomen ſuum ſcribi apud acta,ſine contradictione, perinde tenetur ac ſi ſtipulatio interceſsiſſet.l. cum oſtendimus. §. fin.ff.de fideiuſſ.tutor.et. cura. ibidem glo. et Bartol.Din,in cap. qui tacet de reg. iur. libr.vj. et D.Nicol.in cap. nonne.de præſum.et ita communiter teneri refert Bened.Capra,reg.lvj.nu.18,

V

VASALLVS alienãs feudum irrequiſito domino: cadit feudo ſiue nouum ſiue paternum ſit, quod procedit etiam ſi ſaluo, iure domini illud alienaſſet. cõmunem refert Bened. Capr.regul lxxvij.nu.35.vide ſupra Feudum.

VENDERE quis cogi poteſt præſertim tempore Careſtiæ, res ad annonam ſpectantes, etiam minoris quam iuſto pretio, idque ne indigentes pereant, cõmunem refert Benedictus Capra regula lxxxvij. numero 21.vide ſupra Emptio.

VENDITIO infra dimidiũ iuſti precij,facta.aut reſcindetur. aut arbitrio venditoris ad ſuplementum iuſti pretij agitur.cõmunem refert Bened.Capra.regul.lxxxvij.nu.62.vide ſupra Contractus.

Venditioni ſi maior iurauerit nõ contrauenire,non auditur ſi poſt dicat ſe læſum vltra dimidium iuſti prætij. ſecus ſi minor iurauerit quia licet beneficio ætatis non vtatur, tamen vtitur beneficio iuris cõmunis,niſi ſuper vtroque iuraſſet,gloſſ.dicta l.ſecunda.C.de reſcin. vendit.et glo.in cap.cum cauſa.de empt.et vendit.vbi Ioan. Andreas. opinionem de maiore communem eſſe dicit, refert vt Bened.regul. lxxxvii.nu.114.et 118.138. et ſeq. Quod tamen fallit, niſi metu extortum ſit iuramentum:vel etiam contractus ſuper quo interpoſitũ fuit,vel ſi contrahens dolo inductus fuiſſet,aut ſi mulier aut ruſticus iuraſſet, poteſt enim tunc peti abſolutio de qua re vide ibidem numero 120.et ſequen.

Venditionis contractus ſi appareat originalem cauſam fuiſſe mutui, puta ſi peterẽ abs te certam quantitatem mutuam,cum oblatione pignoris,et dixeris,te quidem mutuare,non tamen inſtrumentum in forma mutui vel pignoris conficere: ſed emere velle, ac pro eodem precio intra certum tempus id reddere velle, præſumitur ſimulatus ac in fraudem vſurarũ factus, preſertim ſi modicum precium interuenerit,vt voluit Hoſt.Ioan.Andr.cap.ad noſtram.de empt.& vendit Argumento l.quãuis.§.ſi cum eſſem ff.ad Vellei.Bald.l.iij.C.plus valet quod agitur.& ita communiter teneri teſtatur B, Capra. reg.lxxxvij. nu.166.Sin autem non appareat originalem cauſam fuiſſe mutuum tunc ſi fuit pactum de reuendendo pro maiori pretio preſumitur contractus pignoraticius, ſimulatus ac vſurarius.prout voluit d.c.ad noſtram D.Floria.& D.Nicol.iuxt not.in c.ille vos.de pigno.& ſimiliter communiter teneri ibidem.num.167.refert.

Venditio facta ſub pœna de reuẽdendo pro eodẽ precio,ſi cõcurrat aliud pactum,puta de computando fructus in ſortem, præſumitur pignoraticius & ſimulatus,c.ille vos de pignorib.D. Floria. & D. Nicol.in c.ad noſtram.de empt.& vendit. quia de natura emptionis eſt vt faciat fructus emptoris, nec teneatur eos in ſortem computare,quia id ſit de natura pignoris,ſecundum Imola. ibidem argumento.l.ſecunda C.de in ius vocand.& ita communiter contra. D.Arch in dicto capitulo ille vos.teneri refert Bene.Cap.reg.lxxxvij.numero 168.& ſeq.Sin autem non concurrat tale vel ſimile pactum,ſed paruitas precij cum pacto de reuendendo quandocunque venditori placuerit,tunc contractus præſumitur fœneraticius, ſiue pignoraticius ac ſimulatus, idque maximè ſi emptor ſit conſuetus exercere vſuras, iuxt.not.in d.c.ille vos.& videtur voluiſſe Arch. xiiij. quæſt.iij. c.plerunque.& D.Anto.d.c.cùm noſtram.& ita communiter teneri teſtatur ibidem num.173.idem Capra.

Venditor licèt re per ſententiam euicta regulariter emptori de euictione teneatur.l.qui rem.l.non dubitatur.C.de euict.id tamen inter alia fallit,quando emptor vel omninò non,vel non debito tempore,venditori denuntiaſſet,glo.in c.Si venditori.de empt. & vendit. l. emptor fundi.& l.auctore.C.de euict.Debitum autem tempus eſt,vt conuentus qui oneroſo titulo rem habet, ante concluſionem cauſæ principalis vel appellationis,cùm adhuc omnia iura eadẽ ſalua ſunt, denunciat venditori,qui autem lucratiuo titulo rem detinet,id facere tenetur ante litis cõteſtationẽ,adhoc,vti de euictione agere poſſit contra donatorem.Bart.& Dynus.l.ſi concubinam.§.ſi heres.ff.de legatis.iij.Ioan.And.in c.fi.de empt.& vendit.Cyn.in l.quoniam. C. de euict.quod quidem verum eſt, niſi remiſſa ſit, vt paſſim fit in inſtrumẽtis denunciandi neceſſitas,iuxt.l.Herennius. ff. de euict.aut niſi venditor ſciuiſſet,tunc enim denunciare non tenetur glo.in l. empt. C.de euict.verùm ad finem certificandi,quia qui certus eſt, amplius certiorari non debet,l j.in fi.ff.de act.empt.tamen ad alium finem puta,vt veniat ad defendendum & producendum probationes omninò venditori denunciandum eſt,vt voluit Bart.in l.denunciaſſe.§. quod tamen.ff.de adult.& in l.non ſolùm.§.morte.ff.de noui oper.nunciat. Idem cũ Bal.& Ang.in l.abſentẽ.ff.de proc.&D.Petrus.Floria.& Ant. c.fi.de emp.& vẽ.per l.ſi parẽtes.l.cùm ſucceſſores.C.de eui. l. ſi rẽ.§. fi.ff.eod.titu.& ita communiter teneri refert Bene.Capr.reg. lxxxvij. num.227. vt verius eſſe dicit, aut niſi venditor & emptor in eodem iudicio eſſent ſimul conuenti, ab eo qui rem euicit, tunc enim et ſi emptor venditori aliter non denunciauerit ſuperatus tamen agere poterit de euictione contra venditorem.ſecundum gloſſ.ſingularem in l.ſi dictum.§.ſi preſente in verbo poſsit. ff.de euict.quam ſequitur Bald in l. ſi.C.de vſur.re iudic.& in l. ſi. libera,C.de ſentent. & inter locut.omnium iudi.& cum ea communiter Doct.tranſire aſſerit Bened Capra reg.lxxxvij.nu.228.Aut niſi venditor vltro ad defenſionẽ veniret vel iuraſſet defendere, quia nec tunc denunciatione opus,et ea omiſſa re euicta,venditor conueniri poteſt,vt videtur velle Ioan. Andr. & Anton. Imola. & D. Nicol.in ca. breue de iureiurando et Spec.in tit.de Aduocato.§.j.verſi.Quid ſi is qui iurauit quod poſtremum tamen ſecundum gloſſ.d.cap.breue.et in c.cupientes,§.Si vero de elect.lib.vj. in verbo contempſerit.non videtur verum in noſtro caſu cum iuramentum nihil addat contractui ſed contractum roboret.vt intelligatur ſecundum naturam contractus l.ſi.C.de non nu. pecu.quod ita practicari et communiter obſeruari refert ibid.Bened numero.231.

Verbis directis ſubſtitutiones compendioſæ factæ cenſentur eſſe de natura eorum vti verba ſonant quod quis manu vel authoritate propria accipiat.iuxta notat in l.Titia cum teſtamento.§.j.ff.de legat ij.l.eam quam. et ibid. gloſſ. C. de fideicom. in verbo Directis quod voluit Bar. in l.Centurio. ff.de vulg.et pupill.ſubſt. Flor.et Imol.in c. Raynutius.in fi.de teſtam. Quod videtur quoque velle Bal.in l.ſi.C.de ſacroſanc. eccleſ.et ita communiter teneri refert Bened.Cap.in tract. ſubſtitutionum. poſt reg.poſito ſpecie v.nu.24.

VNIVERSITATIS tam eccleſiaſtice quam ſecularis, duæ

partes

partes in negotiis explicandis præſentes eſſe debent.l.nulli. l. planè, ff.de decret.ab ord.faciend.glo.in c. in verb.conſtitutum.de his quę fiunt à maio.part.cap. & hoc etiam ibidem voluit Goffred. Philipp. Ioan.And.Hoſt.& communiter Doct.licet aliud voluerit,gloſ.in cap. ſide maiori. & obed.& Alan. & Guliel. Naſo.in.d. c.j.vbi dicit quod ſtetur maiori parti.verum cum iure ciuili rectè probetur quod duæ partes debeant eſſe præſentes. in d.l.plane. & l. nulli. non immerito ſtabitur iure ciuili, ex quo iure Canonico non reperitur aliter ſtatutum,ſecundum Imolam d.c.j.vt patet.in c.j.communiter per omnes, quare requiritur vt duæ partes de vocandis ſint præſentes.vt voluit d.c.j.Ioan.And.& Innoc.in c.cum nobis.de elect.vt refert ac ſequitur Bened.Capr.reg.ix.nu.14.& 16.Vide ſupra Capitulum.

Vniuerſitas vel capitulum vt poſsit aliquid legitime ſtatuere. requiritur vt ſit legitime coadunata & conuocata,per id quod notatur in c.j.& ij.de noui oper.nunciat.& Innoc.in c.j.de maior.& obed. & vtroque iure: tam ciuili, quàm Canonico ſufficit vocatio generalis,iuxt.not.in l.Aliud.§.refert.ff.de reg.iur.& Bart.in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur.& communiter notatur d.c.j.&.ij.de noui,oper.nunciat.& c.fi.cap.de conceſſ.pręb end,lib.vj.quod tamen in electionibus collationibus, receptionibus, vel quando Canonici ceſſare voluntà diuinis, vel quando ſtatutum tenderet in præiudicium abſentium, fallit,gloſſ.in c.præſentium.in verbo ipſorum de teſtib.lib.vj.cum in eccleſiis,de præbendis.eod.lib.c. quamuis. de offic. ordin. & ibidem gloſſ.in verbo euocandi. lib.vj.refert,ac ſequitur Bened.Cap.concluſ. ix.num.16.& ſeq.ſuprà Capitulum.

VOLVNTAS. Amera voluntate dependentia licet in actibus inter viuos nullum ſortiantur effectum,vtilem tamen reuocationem ſiue ademptionem inducunt Bart. in l. etſi.ff.de adimend.legat.& in l.plane,in princ.ff.de legat.j.gloſſ.in §.Si rem.inſti.de legat.l.legatum §.fi.ff.de adimend.legat.l.iij.§. minor.vbi gloſſ. et Bar.ff.de fund. inſtruct.l.cum dominus.§.filiusfam.ff.de pecul.legat.l.et ideo.ff.de adimend.legat.l.ſi.legatum. ff.de legat.j. Bar.in l. fi.ff. de aur. et argent. legat.ſecus autem eſt in teſtamentis,quia per ſecundum inualidatum non cenſetur reuocatum primum, Bart.in l.ſi iure.Cyn.in l.noſtram in fi.C.de teſtam.l.quæſitum.§. ſi quis.et ibidẽ Bart.de fund.inſtruct. communem refert Capr.reg. cviij.nu.13.

VSVRA ſiue pœna conuentionalis appoſita contractui, modo in fraudem vſurarum appoſita non ſit, etiam à clericis exigi poteſt. alias ſecus,et ſi dubitetur vtrum in fraudem vſurarum appoſita ſit, tunc ſi appoſita reperiatur dationi,quantitatis. cenſebitur in fraudẽ appoſita.ſin dationi ſpeciei vel facti præſtationi,ſecus.niſi præceſſerit obligatio. dandi pecuniam, quia tunc in dubio etiam in fraudem vſurarum facta preſumitur,quod communiter receptum refert.Benedictus Capra.regula ſeptuageſima numero 27.29.31.et 34. vide ſupra in verbo Pœna.

Vſurarius manifeſtus,licet ante præſtitam cautionem de reſtituendis iniuſtè ablatis ne quidem pro anima,aut ad piam cauſam teſtari poſſit,& ſi teſtetur non valebit teſtamentum , etiam ſi poſt mortem ipſius aut ipſo viuo pœnitente ac contrito ex interuallo præſtaretur cautio,non reconualeſcet teſtamentum, c.quanquam. de vſur.lib.vj. gloſ.in Clemen.j.in verbo manifeſtos.& ibidem Paul.de Leazaris.de ſepulturis. Bald. in l.j. C.de ſacroſan. eccleſ. & in l.ſi hereditas. C.de teſtam.milit.argumento.l.ſi filius.l.ſi quæramus. l.qua ætate. l.eius.§. j.ff.de teſtam.quod contra Ioan.And. d.cap.quanquam, tenent Garzias,Ioan.Monachus,Lapus.Abbas,& Ioan. de Laga.& ita communiter tam per Legiſtas quàm Canoniſtas teneri refert Bened. Capr. reg.ciij.num.141.Contrariam tamẽ opinionem quam tenuit Nicol. de Matarellis & Bart.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſtam. & in d.c. quanquam.Ioan.de Fandit.Ioan.And.Bald.Petrus Anchar.Dominic. Ægid. Bellamer. Guliel.de Pontele. magis communem dicit, nec in iudicando & conſulendo ab ea recedendum.ibidem num.154. quod ſecundum Ioan.And. Ligna. Franciſ.de Zabarell.& Paulum de Leazaris, in clement.j.de vſuris procedit ſi poſt factum teſtamentum,& præſtitam cautionem ad exercitium vſurarum etiam occultè non redierit, quod tenuerunt quoque Laurent.de Florent. in tractat. ſuo. de vſuris,lib.vj. & Bald.in l.executorum.C.de execut. rei iudic. & in l.j.C.de ſacroſan.eccleſ.Anchar. & Imol.in cap. quia ingreſſe.de teſtam.Frider.de Senis conſi.vij. & ita communiter teneri refert ibid. num.159.Idem Capra.

Vſurarij manifeſti teſtamentum non præſtita cautione factum licet regulariter vti dictum eſt non valeat.tamen quando in ipſo manifeſta ſigna contritionis apparent,valebit eius vltima voluntas,non tantùm quò ad relicta ad pias cauſas, vt conſuluit Anton. Butrio. & Anchar.per l.j. C.de ſacroſanct. eccleſ. vt voluit Lapus allegat. cxxv. quem ſequitur Dominicus in c.quanquam.et communiter tenetur, ſed etiam quò ad relicta certis perſonis pro reſtitutione vſurarum,et malè ablatorum vel quò ad relicta pauperibus Chriſti , pro vſuris et malè ablatis,quia tunc quò ad talia relicta valebit eius teſtamentum, vt ſentit Ioan.And.d.cap.quanquam,et Lapus d.alleg.cxxv.quod verum eſt,et communiter tenetur,quando aliter de eiuſmodi vſuris et malè ablatis non conſtaret quàm per aſſertionem vel confeſſionem ipſius teſtantis,aliàs ſecùs, quia magis vim ac ſpeciem relicti, quàm reſtitutionis haberet,ſecundum Anch. d.c.quanquam.vt refert ibid. num.263.et 167.Idem Capra.

*FINIS.*

# COMMVNES OPINIONES EX IVLII CLARI ALEXANDRINI, I. C. CELEBERRIMI LIBRO QVINTO SENTENTIARVM RECEPTARVM, NVPER in lucem edito, collectæ, & ordine Alphabetico diſpoſitæ, per Raymundum Pium Fichardum Francofurtenſem. I. C.

## A

ABIVRANS hæreſin, ante ſententiam latam modò non fuerit alias quoque de hæreſi accuſatus, & poſt pœnitentiam in eam relapſus, non ſolùm euitat pœnam mortis, ſed etiam confiſcationem bonorum, licet ipſo iure à die commiſſi, delicti ſit impoſita. Hanc communem eſſe Doctorum opinionem atteſtatur Pariſ.conſ.clxxxv. & ſeq.lib.iiij.Ita refert Iulius Clarus Alexandrinus in lib. v. ſententiarum, §.Hæreſis.verſic.ſed quæro.in fin.

ABORTVM cauſans, percutiendo nimirum mulierem prægnantem, ita vt illa abortum faciat, debet puniri pœna vltimi ſupplicij, ſi dolus adfuerit, magis communem dicit Boſſ. in tit.de homicid, num.6.Alij tamen diſtinguunt, dicentes, ſi partus fuerit animatus, tunc puniendum eſſe cauſantem pœna homicidij, ſin verò non fuerit animatus, puniendum pœna extraordinaria.Et hanc eſſe communem teſtatur Blanc.in prac.crimin.nume.33.Clar.lib.v.ſentent.§.fin, q.lxviij.verſ.abortum.

ABSENS non poteſt propter crimen vel delictum quod ipſi abſenti imputatur, diffinitiuè condemnari, Com. dicit Ant.Gomeſ. ſuper l.lxxxvj.Tauri, numer.1. nam de iure communi contumax nõ poteſt à iudice haberi pro confeſſo & conuicto, & licet Iacob. de Aretio tenuerit, quòd quando crimen eſt liquidatum inter præſentes, poteſt eo caſu ferri ſententia contra abſentem, tamẽ contra eum eſt communis Doct.opinio, vt dicit Bal.in l.quamuis, la j. num. 1, C. de adult.& Boſſ.in titu.de requi.reis.num.1.in fin.& quod etiam de iure Canonico non poſſit contra abſentem, lite non conteſtata, deueniri ad condemnationem, neque etiam ad teſtium receptionem, communem dicit Abbas in cap.veritatis, nume.20.& 27.de dolo & contum.adeò vt etiam in tali caſu abſentiæ teſtes non poſſint recipi ad perpetuam memoriam, vtcunque ſenes, valetudinarij, vel in longinquas partes receſſuri ſint illi teſtes, com.atteſtatur Gomeſ.in d. l.lxxxvj.Tauri.num.4.Intellige, tamen hæc omnia, quando ageretur de pœna corporis afflictiua.nam ſi tantùm veniret pœna relegationis, vel ea minor, imponenda, eo caſu poſſet abſens condemnari, communem dicit Bald. in l.abſentem. in fi. C. de accuſat.Salicet.in dicta l.abſentem. nume.14.quem refert pract.Conradi.num.7. verſ. quartò excipio.Boſſ.in d.tit.de requir.reis.num.1.Clar. lib. v. ſent.§, fin.quæ.xliiij.in princ.de conſuetudine tamen Italiæ, Galliæ & Hiſpaniæ, tam in foro ciuili quàm canonico, contrarium obſeruari, dicit, teſte Gandin.de malefic.rubric.quid agendum reo abſente.Ioan. Fabr.in l.cunctos populos.de ſumm.trin.Ant.Gomeſ.in l.lxxvj.Tauri.numero 8.& Ripa in c.j.num.77.de iudic. Clar, ibidem verſiculo licet autem.

ACTA facta in iudicio ciuili, non faciunt fidem in criminali. Comm.dicit Felin.in c.at ſi clerici, nu.26.de iudic.Ripa.in l.ij.numero 40.C.de edendo, quem refert practica conradi, numero 10. in fin. Diaz. reg. x. Intellige tamen vt procedat, quantum ad hoc vt plenè probent.Clar.d.§.fi.quæſt.liiij.verſ.Item ſi producantur.

ACCVSARE poteſt quilibet qui non eſt expreſſè de iure prohibitus, communem regulam eſſe dicit Anto.Gomeſ.c.j. delictorum.nu.31.Clar.d.§.fin.quæſt.xiiij.in prin.

ACCVSATIO eſt delatio alicuius criminis ad vindictã publicam, legitima interueniente ſubſcriptione, ita communiter definire Doct.dicit Felin.in rubric.de accuſat.num.3.quem refert Gigas de crim.læſ.maieſt.quæſt.nume.4. Marian. in d. Rubrica de accuſat. nu.1.Claro tamen non videtur ſufficiens, lib. v.ſen.§.fi. q.xij.in prin.

Accuſatio officiũ iudicis potius cenſetur eſſe quàm actio. Cõ.atteſtatur Berous in Rubr.de accuſat.nu.7.in fin.Clar.d.libr.v.§.fi.quęſt. xij.verſ.Item quæro.

Accuſatio debet fieri in ſcriptis. Commu.d.Cardin. Alex, in ca.de accuſatione.verſ.ponitur etiam ij.quæſt.viij.Clar.d.§.fin.verſi. quæro quæ ſit.

Accuſatio criminalis tollitur præſcriptione viginti annorum.l. quærelam.C.de falſis.& ita com.teneri dicit Abb.in c.cum haberet. num.4.de eo qui duxit in matrim.Card.Alex.in cap. de accuſatione, verſ.Item opponi poteſt.Boeri.deciſ.xxvj.num.7.Ant. Gomeſ. ſuper l.lxxvj.Tauri.num.5.Marſil.conſi.cxvij.num.40. Idem dicendum eſt de inquiſitione, nempè quod poſt lapſum xx. annorum iudex etiam non amplius ex officio contra reũ procedere poſſit, ita contra Gloſ. in d.l.quærelam communiter teneri ait Iaſ.in l.j.nu.8.in fin.ff.de iuriſdict.omn.iudic.Balb.de præſcription.in iiij.quæſt.quartæ quæſtionis principalis.quæſt.ij.num. 3. Iafred.deciſ.cccclxxxvj. Nota tamen quod licet criminalis actio ex inquiſitione præſcribatur xx. annis, tamen omnes actiones ciuiles quæ ex crimine deſcendunt, durant vſque ad xxx.annos.Com.dicit Igneus in l.in cognitione. num.185. ff.ad Sylleian.Clar. d.§.fin.q. lj.in prin. Fallit prædicta communis in crimine adulterij, quia illud quinque tantùm annorum ſpatio præſcribitur.per tex.in l.mariti.§.hoc quinquennium.ff.de adult.Clar.d. quæſt.lj.verſi.poteſt autem.

ACCVSATOR licet non idoneus ſit ad accuſandum, nihilominus tamẽ ſi pars de eo nihil oppoſuerit, valet proceſſus. Anan. c.j.d.nu.2. de accuſat. Areti.c.j.nu.21.in fi.quẽ refert practica Conradi.nu.14.Clar.d.§.fi.quæſtio.xiiij.verſi.ſed pone.

Accuſator non probans accuſationem præſumitur calumniari. Com.dicit Abbas.in cap.calumniam.num.2.de pœnis.per glo. in c. ij.in verb.calumniandi.de calumnia.communiter approbatum, vt teſtatur Apoſtil.ad Ang.de malefic.in verb.& ad quærelam.nu.7.Clar. d.§.fi.quæſt.lxij.verſi.dixi ſuprà, Et licet accuſator prius iurauerit de calumnia, tamen nõ excuſatur à tali præſumptione, Com.dicit, Abb. in d.c.calumnia, Alexan.in l.properandum, §.ſin autem vtraque, nu. 21.C.de iudiciis, Salic.in.l.qui crim.num.14.C.qui accuſ.poſſ.Si tamen accuſator in tali caſu habeat aliqua euidentia indicia pro ſe, vt famam, vel auditũ à fide dignis, &c.excuſabitur ab illa præſumptione.Comm.dicit Abbas conſi.lxxviij.num. 1, verſi.venio nunc. libr.j. quem refert Practi.Conradi, numero 17.Clar.ibi.verſic.ſed quid. & ſequen.

Accuſator tenetur de iure ſe ſubſcribere ad pœnã talionis [illegible]m. dicit Bertr.conſi.cclxvij.in prin.lib.iiij.Duẽnas reg.xxvij.in prin.Marian.in c.ſuper his, num.19.de accuſat, Hodie tamen de cõſuetudine non obſeruatur iſta ſolennitas ſubſcriptionis.Boſſ.in tit.de inquiſitione.numero 14.Didac.lib.j.reſolut.Duennas d.reg.xxvij, verſi.eſt tamen notandum.maximè de iure ciuili.nã de iure canonico adhuc neceſſaria eſt huiuſmodi ſubſcriptio.vt dicit Cardin.Alex. in cap. libellorum.in fi.ij.quæſt.viij.Et notandum, quod etiam maritus accuſans vxorem de adulterio, tenetur ſe ſubſcribere, Com. dicit Anan. in c.cùm dilectus.nume.24.de calumniato, Clar.d.§.fin.quæſt.xij.ver. dixi quoque, & ſeq.

Accuſatore mortuo, poterit quiuis alius accuſationem proſequi, dummodò compareat intra triginta dies, vel etiam poſt xxx. dies, ſi velit de nouo accuſare principaliter, per ſe, admittitur intra tempus à lege accuſationi præfixum, ita declarat Bart.in l.libellorum.§.fi.nu. 6.ff.de accuſat.& eſt communis vt dicit Ant.Gom.lib.delictorum.c. j.num.36.Clar.d.§.fi.quæſt.lj.verſi.quinimò.

ADVEN-

ADVENTITIA bona,in quibus pater habet vſumfructum non veniunt in confiſcatione bonorũ filiifamilias. Com.dicit Curt. ſenior in conſi. lix.num.12.Bart.in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus,numero 12. ff.de damno infect.quem ſequuntur communiter Doctor. vt dicit Pariſ.conſi.clvij.num. 1.lib. iiij.quem refert Didacus,libro iij. reſolut.c.num.7.verſi.ex his patet.Clar.d.lib.v. §.ſi.quæ.lxxviij.verſi. ſed quid in aduenticiis.

ADVLTERIVM de iure ciuili neque ex parte viri neque ex parte mulieris dicitur,quando vir coniugatus coit cum ſoluta,ideo que pœna adulterij non poſſunt puniri:hanc indubitatam Doctorũ ſententiam dicit Roland.conſi.lxxiiij.num.12.lib.j.Hanc etiam communem dicit Caccialup.in rep.l.ſi qua Illuſtriſs.num.58.C.de Orſician.Didac,ſuper iiij.Decret.num.16.in fi.& quod talis coitus appelletur Stuprum,colligi videtur ex text.in l.j.C.de adult. De iure autẽ Canonico, vbicunque maritus vel vxor habet rem cum alio quàm cum propria vel proprio coniuge,appellatur adulterium,can.nemo. xxxij.quæſt.iiij.cum ſimil.Refert Clarus libr. v. ſent. §. Adulterium. verſic.tribus.

Adulterium non committit vir cognoſcens carnaliter mulierem nuptam quæ ante matrimonium fuit meretrix,& poſt matrimoniũ perſeuerauit in vita meretricia.ſecùs ſi ab illa vita ceſſaſſet & honeſtè cum viro vixiſſet Ita communiter obſeruari dicit Ang.in l.ſi vxor.§. ſed & in ea.num. 1.ff.de adult.& in l. ſi ea.C.de adul.quem refert Ana.in c.j.num.6.de Adult.& Rimina.conſi.xvij.nu. 20. Refert Clar. lib.v.§.Adulterium.verſ quæro nunquid.

Adulterium hodie priuatum crimen eſt.quia non niſi certis perſonis eius accuſatio permittitur,per tex.in l.quamuis.ij. C. de Adulter.& hanc communiter approbatam dicit Fulgoſ.conſi.cxxxv.num. 2.& Ant.Gomeſ.l.lxxx.Taur,nume.49.Clar.d. §.adulterium, verſic. eſt autem.

Adulterij cauſa eſt communis fori, ita quod in ea poteſt tam eccleſiaſticus quàm ſecularis iudex procedere.Com. atteſtatur Alciat. in c.j.num. 18.de offic.ordin.Didac.ſuper iiij.Decret.num. 20.Si tamen ad ſeparationem thori tantùm agatur, tunc ſolus eccleſiaſticus iudex cognoſcit,com.dicit Deci.conſ.ccxij.nume.2.Didac ſuper iiij, decret.nu. 8.Clar.d.lib.v.§.ſi.q.xxxvij.verſi.quæro nunquid.

Adulterij pœna de iure diuino ſecundum legem Moſaicam erat pœna mortis, tam in maſculo quàm fœmina. genus autem mortis erat lapidatio. Exod.cap.xx. Deut.xxij. De iure autem Canonico Laicus adulter vel adultera excommunicatur. cap. intelleximus. de adul.& fœmina in monaſterium detruditur,& ſi maritus nolit eam recipere,cogitur ibi toto tẽpore vitæ ſuæ permanere. c. gaudemus. de adult.Clericus autem propter adulterium deponitur,& in monaſterium toto tempore vitæ ſuæ detruditur.communem dicit Grillan, de diuer.crim.lib.iij.quæſt.ij.nu. 1.& quæſt.vj.num. 11.Diaz.in pract. crim.cano.cap.lxxix.quem refert Duennas.Regul.cj.in ij.limit.De iure autem ciuili magna eſt varietas,nam de iure Digeſtorum videtur magis communis eſſe quod adulter olim puniretur tantùm pœna deportationis.vt atteſtatur Cuma.conſi.cliij.num.2.Marſi.in pract. crim,§.opportunè,num.40.Didacus ſuper iiij.Decret.num.16.At ſecundum ius Codicis omnes conſentiunt quod punitur adulter pœna vltimi ſupplicij.per tex.l.quamuis.ij.C.de adult.& hanc communem dicit Alex.conſi.xiij.nu.3.lib.vij.Cuman.conſi.cliij.num.1.Sed hodie ſecundum ius authenticorum pœna illa cõmutata eſt in fœminis,propter ſexus fragilitatem,vt nimirum adultera virgis cædatur,& in monaſterium detrudatur, & ſi intra biẽnium maritus eam non receperit, cogitur habitum monachalem ſuſcipere, & ibi perpetuò manere,textus eſt in Authen.ſed hodie.C. de adulter.& hanc communem dicit Imol,in l.cùm mulier.num.18.ff.ſolut.mat.In maſculo autem firma manet diſpoſitio.d.l.quamuis.quod ſcilicet puniatur pœna vltimi ſupplicij.ita communiter teneri dicit Imo.in c.tuæ nu.1 [illegible] procur.& Alexand.in conſi.xiij.num.3.quem refert Rolan, conſi.lxxiiij.num.8.& conſi.xxxv.num.3.lib.ij.Sed quicquid ſit ſecũdum iuris communis diſpoſitionem,hodie videmus in omnibus ferè prouinciis pœnam mortis commutatam eſſe in pœnam pecuniariam.& ita cõmuniter obſeruari ex ſtatutis Italiæ atteſtatur Anan.in c.fin.poſt num. 11.de colluſ.deteg.quem refert Tiraquel.de leg.connub.leg.xiij.num.23.& in Gallia quoque adulteros non puniri dicit Ioan.Fabr.in l.conſuetudinis.C.quæ ſit longa conſuet. Vide Boer.in deciſ.ccxcvij.numer.26.& deciſ.cccxvij.num. 13. Hæc omnia refert Clar.in lib.v.ſent.§.adulterium.verſ.ſed quæro,Poteſt autem propter crimen nõ ſolùm agi ad ſeparationẽ thori, ſed etiam ad dotis & donat.propter.nupt.priuationem.Com.dicit Bermond.de concub,nu, 32.refert idem clarus d.§.adulterium.verſic.alia quoque.

ADVLTERVM cum vxore depræhenſum, licet aliqui dicant quod nullo caſu liceat marito eũ interficere,tamen ſi vilis perſona ſit adulter,licet marito illum in domo propria occidere. Com. atteſtatur Pariſ.conſi.cliij.nume.12.lib.iiij.Soci.Iun.conſ.xxxiiij.lib. ij.Et ſi adulter ille clericus ſit,maritus eum percutiendo,non incidit in pœnam can. ſi quis ſuadente.xvij quæſt.iiij.Comm. dicit Anton, Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri.nume. 55. Secus tamen eſt in ſponſo per verba de futuro,Didac.ſuper iiij.decretal.num.12.Clar.d.lib.v.§.homicidium.verſi.ſed quid dicendum.Et hæc quidẽ procedunt in foro contentioſo,nam in foro conſcientiæ non licet neque patri filiam, neque marito vxorem,vel etiam adulterum depræhenſum,occidere. Com.dicit Didac.ſuper iiij.Decretal.num.8.& ſeq. quæ tamen opinio Claro non placet.d.§.Homicidium.verſic.ſed hæc quidem.

Adulterum in domo propria cum filia vel vxore depræhenſum, licet quidem ipſi patri & marito occidere, vt dictum eſt,alteri tamẽ eum ita repertum occidendum mandare non poſſunt, Comm.dicit Auguſt.ad Ang. de malefic.in ver.Che hai adulterato.quem refert Gram.ſuper conſtituti.Regni nume.9.Claud.in l.vt vim vi.ff.de iuſt. & iur.num.124.Roland.conſi.xxxiiij.nume.29.libr.ij.Proprio tamen filio mandari poſſe,Com.dicit Didac.ſuper iiij. Decretal.num.5.Ant. Gomes ſuper l.lxxx. Tauri.nume.61.Clar.in d.lib. v.§.Homicidium. verſ.Dubium eſt nunquid.

ADVLTERA non ſolùm dotem amittit, ſed etiam bona paraphernalia.Com.atteſtatur Boer.Deciſ.cccxxxviij. nume.2.Didacus ſuper iiij.Decretal.Bermon.de concubin. nu.43.refert Clar.lib.v ſen. §.adulterium.verſ.Adde.

Adultera quæ dotem amiſit,non poterit eam recuperare.licet poſtea declaratum ſit,quòd matrimonium in quo commiſit adulteriũ, propter conſanguinitatem vel aliud legitimum impedimẽtum nullum declaratum fuerit.Com.dicit Bald.Nouel.de dote,in vndecima part.in §.hactenus.numero 36.quem refert Didacus ſuper iiij.decretal.numero 1.Anto,Gomeſ.in l.lxxx.Tauri.numero 58.verſ.ij. refert Clar.in lib.v.§.adulterium.verſ.ſed quid.

Adultera vxor amittit dotem,& maritus eam lucratur Com.dicit Alexand.conſi.clxxxix.numero 10.li .vj.licet Bart.in l.mulier.§.ſocer ff.de adul.tenuerit,quod maritus non lucretur dotem niſi prius eã criminaliter accuſauerit.ſed malè,vt ibid. Apoſt.Clar.ibid.ver &ſcias.

Adulteram vxorem dimiſſam recipere cogitur maritus,ſi poſt ſeparationem factam fornicatus ſit Com.dicit Abb.in capitulo ex literis,numero 11.de diuort.& ad hoc cogi poteſt non ſolùm officio iudicis,ſed etiam per actionem vxoris.ita communiter teneri ait Felin.in cap.lator numer.nono verſi.limita ij.de re iudicat.refert Clar. d.§.adult.verſi.facta.

Adulteram vxorem,etiã thori ſeparatione facta maritus nihilominus alere tenetur,nõ enim ideò deſinit eſſe vxor.Gom.dicit Car. Alex.in capit.ex parte.verſi.ſed operepræcium. de ſponſal.Clar.d.§. adulterium.verſi.facta.

Adulteram vxorem maritus propria authoritate,ſine declaratione Epiſcopi expellere poteſt,Com.dicit Barb.in Apoſtill.ad Abbat.in c. ſi,numero 6.de adult.refert Clarus libro v.ſent.§.adulterium verſi. alia quoque.

AFFECTVS & conatus puniuntur de iure communi, licet non ſit ſequutus effectus.Comm.opin.dicit Ioannes de Lignan.conſilio xx.numero decimoquinto,inter cõſilia criminalia diuerſorum. lib.j.Ctõra,quòd non punitur affectus niſi ſecuto effectu, cõmunem dicit Barb.conſilio xxxiij. libro ſecundo, vt illum refert Apoſtill.ad Deci.in l.non vult heres,numero quarto, de regulis iur. Gram.voto viij.numero 15.Et quod hæc poſterior opinio generali conſuetudine approbetur,atteſtantur communiter Doct.& dicit Ang.in l.j.§.ſi. numero tertio.ff.quod quiſque iuris.& conſi.xxxiiij.numero primo, quem refert Maranta in ſuo ſpeculo numero 54. Imò dicit Catald. de ſynod.quæſt,cxcviij.quod hæc generalis cõſuetudo non indigeat probatione. Hæc tamen poſterior opinio non habet locum in delictis atrociſsimis. Comm.dicit Felinus in capitulo primo.poſt.num. 9.verſiculo limita ſecundo de offic.delegat.Didacus in clementina ſi furioſus,numero ſexto.Boer.de ſeditioſis,in vij.præſuppoſito.nume. 42.Idem atteſtatur Igneus l.j.§.occiſorum,numer. 41.ff.ad Syllcian. Sed ſecundum generalem conſuetudinem etiam in hoc caſu mitius agendum eſt, & minus punitur qui actum non perficit,licet peruenerit ad actum proximum,vt Commun.teneri dicit Marſi.conſi.cv. numero primo.Afflict.ſuper iij.part.conſtitutio. rubri.xxiiij.in princ. numer. 15.Bertrand.conſilio ccxxviij.numero ſexto. libro vij.Grammat.vot.viij. Hæc Clar.d.libro quinto,§.fin.quæſt.xcij.per tot.vbi tamen concludit, ſe credere quòd iudex in practica poſsit adhærere cuicunque voluerit opinioni,inſpecta nimirum facti & perſonarum qualitate,ſemper tamen in mitiorem partem inclinandum.

AGGRESSOREM occidens defendendo ſe,nunquam tenetur de occiſo communem dicit Grammat.in conſi.lvj. numero.7. ſed debet mitius quàm pœna capitali puniri.idem atteſtatur Socin. Iuni.conſilio cxvij.numero 17.libro tertio Clarus lib.v.ſentent.§ Homicidium.verſiculo ſcias tamen.Vide plura infrà in verbo Inſultatus & Inſultans.

ANIMAL irrationale ſi delictum aliquod commiſit, vt hominem interficiendo,&c.de iure communi non debet puniri pœna mortis,quia merum imperium non exercetur in belluas.Commun. dicit Sapia in lege imperium nu.6. ff.de iuriſdi.omnium iudicum.

De

De conſuetudine tamen in multis locis contrarium ſeruatur, vt atteſtatur Guido Pap. deciſ. ccxxxviij. Si animal. Sed hæc conſuetudo Claro non placet, niſi in vno caſu, quando ſcilicet homo cum beſtia carnaliter commiſcuiſſet, quia tunc etiam lege diuina cautum reperitur, vt ipſa beſtia cum homine occidatur. Exod. xxj. Clar. d. lib. v. §. fi. quæſt. xcix. verſic. quæro etiam.

ANTIQVITAS delicti facit vt pœna mitigetur, vt ſi ante decem annos commiſſum eſſet, nam eo caſu non debet puniri reus pœna mortis, ſed mitiori. ita ex l. ſi diutino. ff. de pœnis, Doctor. & communiter deducere ait Didacus libro ſecundo, reſolut. capit. nono numero ſecundo, verſicul. primum poſſe. & Antonius Gomeſ. capitulo primo delict. numero octauo. & ſuper l. lxxvj. Tauri numero ſexto Afflict. deciſione cclxxvij. Clar. libro quinto ſentent. §. fin. quæſt. lx. verſic. præterea poteſt,

APERIENS literas alienas, vt illas offendat aduerſario falſum committit, Communem dicit Auguſtin. ad Angel. de maleſi. in verbo Falſario, num. 10. quem refert Pract, Conradi. in princip. Clar. libro v. ſentent. §. falſum. verſic. operiens.

APPELLATIO vnius in criminalibus prodeſt etiam correis, comm. dicit Aug. ad Angel. de malefic. in verbo præſente Caio. num. 33. Clar. d. §. fi. quæſt. xciiij. verſic. quæro nunquid.

Appellationi in cauſa criminali non eſt deferendum, quando reus confeſſus & conuictus eſt, idque non ſolùm in quinque illis criminibus, nempe homicidij, venefici¹, adulterij, maleficij, & vis publicæ, de quibus Doctor. communiter concordant in l. ij. C. quor. appellat. non recip. vt atteſtatur Igneus in l. & ſi certus. in princ. num. 19. ff. ad Sylleian. ſed etiam generaliter in omnibus aliis. vt atteſtatur Imola in l. fin. §. iuſſus. num. 8. ff. de appellat. Butriger. in tract. de notorio. articul. iiij. numero 56. Duennas regul. clvj. in fin. Dec. in capitulo cum ſpeciali, §. porrò. num. 4. de appellat. Et licet reus fuerit confeſſus tantùm, & non conuictus, nihilominus ſi confeſſionem illam non reuocauerit, non defertur appellationi, ſed poteſt iuſtè morti tradi, communem dicit Didacus in quæſt. xxiij. verſic. ſecunda concluſio. Bald. in l. j. num. 10. verſic. interdum autem. C. ne ex delicto defunct. quem refert. Aug. ad Angel. de maleſi. in verb. præſente Caio. numero 21. & Apoſtill. ad deciſion. Toloſa. clxxvj. & hoc procedit tam de iure ciuili quàm Canonico, communem atteſtatur Boſſ. in titulo de appellatio. num. 27. Baldus tamen in l. ſecundum. C. quorum appellatio. non recip. num. 11. dicit ad hoc vt poſſit reiici appellatio requiratur vtrunque, vt ſcilicet confeſſus & conuictus ſit, & hanc dicit communem opinionem Antonius Gomeſ. cap. xiij. delict. num. 31. etiam ſi ageretur de crimine læſæ maieſtatis. refert Xuares in ſuis repetit. num. 5. in fi. Clar. d. lib. v. §. fin. quæſt. xciiij. in princ.

ARBITRIVM iudicis in maleficijs debet reduci & reſtringi ad ius commune, niſi quò ad modum procedēdi, & aliqua leuia. communem dicit Alber. in tertia parte ſtat. quæſt. xxxij. Item quæro. num. 1. Clar. lib. v. ſentent. §. fin. quæſt. xxxj. verſic. arbitrio. non enim cenſetur remota cognitio ſed ſubtilitas, ſecundum Cataldi. de ſyndicat. q. cix. & Amad. de ſyndic. num. 145. Clar. ibid.

ASSASINVS eſt ille, qui aliquem Chriſtianum occidi pretio mandat alteri, ſiue infideli ſiue Chriſtiano. communem dicit Aretin. conſilio clxiij. numero decimoſeptimo, quem refert Plaza libro primo delictorum. cap. xix. numero 2. Capic. deciſ. clv. Clar. lib. v ſent. §. Aſſaſſinium, in princ.

Aſſaſſinus licet confugiat ad eccleſiam, non tamen ibi tutus erit, nec gaudebit eius immunitate, ſed poterit inde extrahi per quemcunque iudicem ſecularem. communem opinionem dicit Plaza. in capit. xix. num. 24. Clar. d. §. Aſſaſſi, verſic. Item licet.

Aſſaſsinium vt probetur, non requiruntur tam claræ probationes vt aliàs in criminalibus, ſed ſufficiunt probabilia argumenta. communem dicit Boſſ. in tit. de conuictis. num. 55. & in tit. de indiciis. num. 201. quod atteſtatur Plaza. in cap. xix. num. 16. Clar. d. §. Aſſaſsinium, verſiculo præterea.

ATROCIA & atrociſſima delicta quæ ſint, regulā certam dari non poſſe, ſed ſtandum arbitrio iudicis, communem dicit Alciat. in capitulo cùm non ab homine. num. 28. de iudic. Villalobos in communes opiniones, ſub litera D. num. 56. Alij tamen ex pœna diiudicandum aiunt. eámque communem dicit Socin. conſil. clvij. num. 5. lib. ij. cui addendum conſilium Barbat. xlviij. lib. ij. & Dec conſil. lxv. Clar. in lib. v. ſent. §. j. verſic. ſunt, vbi ſubdit aliquot delicta atrocia & atrociſſima in ſpecie.

AVXILIVM ferens delinquenti, eadem pœna puniendus eſt qua principalis delinquens. Comm. dicit Corn. conſil. viij. in litera A. lib. iij. quem refert Dec. in cap. j. num. 12. de offic delegat. relatus per Crauet. conſi. ccxx. num. 12. verſic. ſed arguitur. Socin. conſil. clxxxviij. num. 7. verſic. ſi diceremus. lib. ix. quem refert pract. Conrad. num. 4. Bologni. conſil. v. verſicu. ij. de hoc. & hoc etiam ſi manum malificio nō appoſuerit, prout communem eſſe atteſtatur Decius in loco præallegato. Alij verò dicunt, quod, Aut auxiliator dedit immediatam cauſam delicto, & punitur eadem pœna, Aut verò non fuit immediata cauſa delicti, & puniendus eſt mitiori pœna extraordinaria. & hanc opin. dicit comm. legiſt. & canoniſt. Soc. in dicto conſil. clxxxviij, vt illum refert Didac. in repet. clemen. ſi furioſus, numero ſecundo, & Plaza. libro j. delictorum. cap. xvj. num. 2. in fine. Ita etiam tenere communiter Doctor. atteſtatur Practica Carret. numero 69. Quinimò etiamſi propter aliquam qualitatem veniret principali delinquenti imponenda maior pœna quàm auxilianti, adhuc eſſet auxiliator eadem pœna puniendus, dummodò tempore commiſsi delicti ſciuiſſet illam qualitatem aggrauantem delictum, & hanc dicit eſſe communem opin. Pract. Conradi. num. 6. Et poſterior opinio æquior videtur, nam proculdubio minor eſt culpa auxiliantis quàm principalis, & conſequenter mitius etiam videtur puniendus. Et dicit Salicet. in l. vnica. num. 24. C. de raptu virgin. quòd hanc rationem ponderarunt Theologi & Canoniſtæ, & quod opinio Bartoli, quàm iudices imitantur, occidit animam. Hæc Clar. dicto libro quinto. §. fina. quæſt. xc. in princip. vbi tamen ex ſua mente aliam quoque facit diſtinctionem longam. vide ibidem.

Auxilium præſtans poſt commiſſum delictum nō dicitur verè auxiliator, vt dicit Bartolus in l. iij. §. ſi quiſquam. ff. ad Sylleian. & eſt communis opinio vt atteſtatur Auguſtinus ad Angelum, de malefic. in verbo, & Andream. numero 5. & ideò regulariter non eſt puniendus ea pœna qua principalis, ſed mitiori & hanc eſſe frequētiori calculo receptam dicit Plaza lib. j. delict. c. xvj. nu. 15. Clar. d. §. fin. quæſt. xc. verſic. aut verò.

## B

BANNITVS de iure communi non poteſt impunè offendi Communem dicit Claud. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure in lectu. numero 8. & in repet. nume. 17. Albericus in quarta parte, quæſtione xvj. circa finē Clarus libro quinto Sententiarum. §. Homicidium. verſic. Plerumque etiam.

Bannitus impunè occidi poteſt, ſi ita per ſtatutum permittatur, quia tale ſtatutum valet. Communem dicet Alexand. conſilio ij. circa finem, lib. ij. quem refert Decius conſilio cccxxvij. numero 3. Anton. Gomeſ. ſuper leg. lxxvj. Tauri. num. 15. Fabius in Practica arbitr. numero 39. Et hoc procedit etiam in foro conſcientiæ, ſecundum magis communem, vt ſentire videtur Alexand. in dicta l. ſi plagij. nu. 2. quem refert Gomeſ. ſuper Inſtit. de actionib. in principio num. 54. Clar. d. §. homicidio. verſic. Plerunque etiam.

Bannitus impunè occidi poteſt, etiamſi ſtatutū tantùm loquatur de impunè offendendo, & non expreſſe de occidendo. Communem dicit Iaſon. in lege in ſuis. numero 26. ff. de liber. & poſth. Alciat. de verbo. ſignific. libr. ſecundo, verſic. præter igitur. Alberic. in quarta parte ſtat. quæſtione xviij. in fine. Gandinus. de maleficio. in titulo de mult. quæſtione numero 38. in fine. Clarus, dicto §. Homicidium verſiculo eſt tamen.

Bannitus cenſetur factus hoſtis ciuitatis, à qua bannitus eſt, & ei indictum eſſe bellum. Communem dicit Cornæus conſilio ciiij. verſiculo His tamen, lib. primo, Clarus dicto §. Homicidium. verſic. ſtante hoc ſtatuto,

Bannitus etiam proditoriè interfici poteſt, Ita tenet. Decius, in c. quæ in eccleſiarum. nume. 14. in fine, de conſtitut. & ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in titu. Banniti quid amittant. numero 1. vbi etiam dicit, quod liceat eos occidi facere per pecuniam, & ſic per aſſaſſinium. Contrariam tamen ſententiam quod non licet, tenet Mantua. conſi. cc. libro ij. num. 29. vbi dicit quod prædicta Decij opinio communiter reprobatur Igneus in l. iij. §. ſi ex ſtipulatu. numero 54. ff. ad Sylle. Clarus tamen dicit primam ſeruari ſed ſi quis fidem expreſſè dediſſet bannito, de non offendendo putat Clarus eum decapitandum, quia etiam hoſti fides ſeruanda ſit. dicto §. Homicidium. verſiculo, ſed an licebit.

Bannitus qui gratiam habuerit à principe, ſed tamen nō ſit cancellatus de albo bannitorum, impunè offendi poteſt. Communem dicit Iaſon, in lege ſi creditoris. numero. 2. & ſequent. C. de fideicōmiſſis. Boſſ. in titulo Banniti, quid amittāt, numero 3. Marſil. ſingulari cccxl. Blancus, in practica criminal. numero 165. in fine. Angel. in l. filio quem, in princ. ff. de liberis & poſthu. vt eum refert Alexand. in eadem lege in principio num. 6. & ſequent. Contrà verò quòd occiſor teneatur curioſè inquirere an bannitus gratiam habeat necne tenet Cepolla, conſi. xxxix. crimin. Nellus de Bannitis in prima parte. tertij temp. quæſtio. ſecunda, vbi dicit Doctores communiter tenere contra Blancum. Et licet hæc opinio Claro quoque æquior videatur, tamen Alexand. in dicta l. filio. dicit priorem magis communiter approbari, modò nulla culpa ipſi offendenti aſſcribi poſſit. Clarus dicto §. Homicidium. verſiculo, Item quæro pone.

Bannitus ſi proteſtetur quod habeat gratiam, & tamen fidem de eo aliter non fecerit, nihilominus occidi poteſt. Communem dicit Ripa in capitulo cum M. numero 56. de conſtitut. Marſil. conſil. lv. nu.

5. in fine Gozad.conſilio lxj.numero 9.Clarus dicto §.Homicidium. verſiculo,ſed quid ſi bannitus.

Bannitus non poteſt impunè occidi, ſi bannum eſſet nullum,& occidens de eo notitiam haberet,Communem dicit Alexand.conſi. lxxvij.numero 5.libro tertio, quem refert Gomeſ.Arias ſuper lege lxxiiij.Tauri.numero 55,& practica Conrad.in viij.ampliatio.& Blācus in practica criminal.numero 96.in fine.Marſil.conſil.x.numero 16.Si verò occidens non habebat notitiam illius nullitatis, debet puniri pœna extraordinaria.Commu.dicit Vantius de nullit.nume. 44.Clarus tamen putat talem in totum excuſandum.d.§.Homicidiū verſic.maior eſt.

Bannitus pendente appellatione à ſententia banni non poteſt impunè offendi,Com.dicit Socinus in lege iij.§.ſi ſeruus.verſi. primá concluſio.ff.de acqui.poſſ.& Iaſ.ibidem Imò nec eo quoque tempore infrà quod appellare licet offendi poteſt.Com.dicit Blanc. in pract.crimi.num.108.& ſeq.Apoſtil.ad Felin.in c.quærenti.nu.2. de offic.Delegat.Clar.d.§.Homicidium.verſic.ſucceſſiuè.

Bannitus captus per familiam officialis non poteſt impunè occidi.communem dicit Afflict.ſuper ij.parte.conſti. regni rub.iij. nume, 51.Ant.Gomeſ.ſuper l.lxxvj.Tau,num.17.verſic.item adde, Alberi. in iiij.parte ſtat.q.xxxvj. Ang.de maleſi in verb. fama publica.nume.58, Clar.d.§.Homicidium.verſ.quæro etiam pone.

Bannitus etiam extra territorium ex quo bannitus eſt impunè occidi poteſt.Bald.in l.cunctos populos. num.9.C, de ſumma Trinit. & hanc commun.dicit Gomeſ.in cap.ij. §.ſtatuto.num.42. de conſtit.in ſexto.Boſſ.in titulo Banniti quid amittant.nnmero ſexto intellige tamen ſi occidens vel offendens caperetur in territorio illo vbi tale ſtatutum de offendendo vigeret,vt in dicta l.cunctos, loquitur Bald.& Mell.de Bannit.in ij.parte ij.temporis, quæſt.lvij, quem refert Iaſon, in l.fina.numero vigeſimoſecundo de iuriſd.omnium iudic. Cagnol, in eadem l.fin.num, 18.Marſi.conſilio lvij. num.35. Cardin.d.§. Homicidium.verſic.vlterius quæro.

Bannitus ſi defendendo ſe occideret aggreſſorem ſuum, debet puniri,quia illi non licet ſe defendere. Communem dicit Claud. in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.in lect. nume.23.quæ tamen opinio Claro dura videtur.d.§.Homicidium.verſ.in hoc etiam.

Bannitum dominum vaſallus non poteſt impunè offendere,communem dicit Alberic.in quarta parte ſtatutorum. quæſt. xxvij. quem refert Cepol.conſil.crimin.v. verſicu.ſeptimo.Clar.d.§.Homicidium, verſic.ſed quæro in fin.

Bannitum patrem filius impunè occidere poteſt. communem dicit Marſil.in l.j.§.præterea.nu.33.ff.de quæſtion. Gomeſ.in §.rurſus, num.22.inſtit.de action.Berous in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtit, num.114.quæ tamen opinio (vt quidem meritò) Claro non placet.d, §.Homicidium.verſ.ſed hîc quæro.

Bannitum is quoque impunè occidere poteſt , qui cum eius inimicus eſſet antequam banniretur pacem cum eo fecit , etiamſi promiſiſſet,tunc eum non offendere ſub pœna. communem dicit Alex, in l.qui ſeruum.numero 2.verſic. in text,ibi intereſt. ff.de verborum oblig.quem refert Iaſ.ibi numero 5,Nouell.in pract.crimin num.54. Ripa in l.fin,num.86.C.de reuocand, donat. Clar.d.§. Homicidium, verſic.quæro,aliquis fecit.

Bannitum occidens quem ignorabat eſſe bannitum,gaudet nihilominus priuilegio ſtatuti de offendendo bannito. communem dicit Nell.de Bannit.in ij.parte,ij.tempor. quæſtio.xxv.quem refert Decius conſilio cccxxvij,numero 4.Si tamen ſtatutum etiam præmium promitteret occidenti bānitum, tunc talis occidens non mereretur præmium.Hanc limitationem communiter teneri dicit Afflict. in Rubr. iij.ſuper ij.parte.conſtit.regni,numero 53,Clarus in d.§.Homicidium verſic.fuit etiam,

Bannitam mulierem,ſtante ſtatuto quod banniti offendi poſſint, non licet adulterare. communem atteſtatur poſt Bald. in l.fin. poſt num.4.C.ſi contra ius vel vtilit.pub. Decius in cap. quæ in eccleſiarum.de conſtitut.num.16.quem refert Gigas.de penſion. quæſt.xviij, num.2.& Anton.de Padilla in l.tranſigere.nu,73.C,de tranſact. Clar. d.§.Homicidium.verſ.ſed an ſtante.

BIGAMVS de iure communi,ſecundum magis communem opinionem,punitur pœna ſtupri,nempè publicatione dimidiæ partis bonorum.Ita conſuluit Alexand.conſil.clxv,lib.vij.& fit inſuper infamis.text.in l.ſecunda.C.de inceſt.nupt.& ita commun.teſtatur Anton. Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri.numero 27 refert Clarus libro v.ſent.§.fornicatio.verſ.dicitur etiam , vbi ponit etiam exempla de quadrigamo & quinquigamo.

BLASPHEMIA eſt,omne conuitium , contumelia , maledictum prolatum in Deum vel ſanctos. communem dicit Auguſt.ad Angel.de maleficiis.in verb.verba iniurioſa.numero 13. quem refert Pract.Conradi.num. 5.Didacus in repet.cap.quamuis.nu.8.de pact, Clar.d.lib.v,§.Blaſphemia,in princ,

Blaſphemiæ pœna de iure diuino eſt pœna mortis.Leuit.xxiiij. De iure autem Canonico cogitur ad publicam pœnitentiam ante fores Eccleſiæ faciendam,modo & forma, poſita in cap.ij de maled. quæ tamen pœna in clericis non habet locum. Et ita communiter teneri atteſtatur Abb.in dicto cap.ij.num,8.quem refert Simancas.de hæret. cap.viij.num. 12. De iure ciuili autem eſt pœna mortis. per textum authent.vt non luxur. contra nat.in fine, & ita concludere Doctores affirmat Iodocus in practica crimin. cap.lxj.num. 26. Sed hæc pœna de conſuetudine ( proh dolor ) hodiernis temporibus ob defectum religionis & iuſtitiæ non ſeruatur, vt dicit Lucas de Penna in l.omnes,verſiculo ſecundo quæritur.C.de delator.libro decimo. concordat Zaſius,conſilio decimonono, numero 37.lib. primo. hanc tamen Clar.dicit peſſimam conſuetudinem.Clar.lib.v.ſentent.§.Blaſphemia verſic.ſed quæro.

BONA alienata per delinquentem ante confiſcationem , ſi appareat fraude factum,valet quidem alienatio,ſed à Fiſco poſtea reuocatur.communem dicit Picus in l.poſt contractum. numero 11.ff.de donat.quem refert Boſſ.tit.de bonor.publ.num.43. Fiſcus tamen tenetur eo caſu emptori præcium reſtituere.communem dicit idem Picus,vt eum refert dict.Boſſ.dicto tit. num. 45. Clar.d.§.fin. q.lxxviij. verſic.ſolet etiam.

Bona alienata per delinquentem poſt commiſſum delictum , in caſu quo bona ipſo iure & facto publicantur,tunc alienatio eſt ipſo iure nulla,neque opus eſt reuocatoria. communem dicit Picus in l. poſt contractum.num.37.ff.de donat.verſic.circa ſecundum tempus. Sed ſi alienatio facta eſſet titulo oneroſo,& in caſu quo bona non venirent ipſo iure publicanda,tenet alienatio,neque reuocantur alienata,niſi appareat contrahentem fuiſſe participem fraudis.communiter per omnes teneri ait Angel.in l.ſi quis. num.4. C, de bon. proſcript, Picus d.l.poſt,num.38.Clar,d.§.fin.quæſt.lxxviij.verſi.Cæterum.Qui verò ſint illi caſus in quibus bona ipſo iure confiſcantur , vide eundem Clar.in dicta quæſt.lxxviij.verſi.Multa.Et prædicta etiam omnia locum habent,etiamſi alienatio poſt accuſationem facta, ſit lite conteſtata ſiue non.communem dicit ibidem Picus. num.39. in princip, verſic.circa quartum.Alienatione autem facta poſt ſententiam latam tunc ſi per appellationem fuerit ſuſpenſa ſententia,valet quidem alienatio,ſed poſtea ſecuta confirmatione ſententiæ,officio iudicis reuocatur,ſi verò non fuerit per appellationem ſuſpenſa, alienatio nihil valet.communem dicit Picus dicta l.poſt numerum 39. verſic. quintum.Nota verò quod in caſibus in quibus valet alienatio , ſed per fiſcum reuocari poteſt poteſt, non licet fiſco ſtatim poſſeſſores rerum emptarum ex poſſeſſione eiicere, ſed debet actionem reuocatoriam intentare,vt ordinariè de ipſa reuocatione cognoſcatur.communem dicit ibidem Picus,numero quadrageſimotertio. Clarus dicta quæſt, lxxviij.verſic.ſi verò.

Bona prohibita alienari , non veniunt in confiſcatione. communem dicit Rubeus conſilio xcviij.num.1.& conſil.cliiij.num.2. idque ſecundum Bart,in l.Imperator.num.1.ff.de fideicommiſſ.liber.quem ſequuntur communiter Doctores.vt dicit Socinus Iunior , conſilio lxxvij.numero decimoquinto,libro ſecundo.Grammatic. deciſio. cv. num. 31.Contrariam verò communem dicit Alciat. conſil. dcclxxiij. numero primo ſed prior communior.Clar.dicto lib.v.§ fin.q.lxxviij. verſic.Item quæro.

Bonorum confiſcatione facta,filiis delinquentis debet relinqui & reſeruari legitima. Ita conſuluit & oſtendit eſſe magis communem opinionem Roland.conſil.xcvij.num.29.lib.ij. Si tamen bona eſſent materna,filiis nihil debetur per text.l.de bonis maternis. C.de bonis præſcript.& hanc concluſionem indiſtinctè approbare Doctores dicit Auguſt.ad Angel.de malefic.in verb.eius bona.num.28. Clar.d.q. lxxviij.verſic.videndum.

## C

CADAVERA damnatorum non debent deponi de furca neque ſepeliri , niſi habita licentia à Principe, ita Doctor.communiter declarare,in tit.ff.de cadauer. punit.ait Anto.Gomeſ.cap.xiiij.delictorum num.8.De iure tamen canonico poſſunt ſepeliri,per text. can. quæſitum.xiij.quæſt.ij.Clarus dicto libro quinto. §.fin. quæſt.centeſima. in principio.

Cadauera punitorum poſſunt dari medicis ad faciendam anatomiam,habita tamen prius licentia à principe vel ſenatu , quamuis in iure non deciſum reperiatur , tamen ita practicari atteſtatur Bertachin.in verb.Cadauera.numero quinto. & refert Anton. Gomeſ.cap. xiiij.delictorum.in fine, quòd anno. 1550. Carolus quintus Imperator perquiſiuit votum Vniuerſitatis Salmaticēſis,an hoc liceret facere, & Vniuerſitas reſpondit quòd ſic.refert. Clarus dicto §.fin. quæſt. centeſima.verſic.quæro.

CALVMNIATOR poteſt propter calumniam in proceſſu vſam etiam in eadem ſententia & vno contextu condemnari,abſolutoria tamen accuſati debet ordine præcedere , & ſucceſſiuè non diuertendo ab eo,condemnatio calumniantis accuſatoris ſequi. communem

munem dicit Salicet.in l.j. nu.3.C.de Calumnia. Clar.d.§.fi.quæſtio. lxij.verſic.ſed quæro.

CAPTVRA rei accuſati non ſtatim debet fieri poſt porrectam accuſationem, ſed habita prius aliquali informatione per iudicem. Communem dicit Blanc.de indiciis nu.6. Ang.de malefic.in verb.iudex commiſit quod Caius.nu.4.Boſſ.in tit.de capt.num.3.Xuares in vol.allegat.nu.5.Et licet Nouel.in pract.crimi.num.7, dicat communem eſſe,quod debeant præcedere legitima indicia,tamen quia reus hoc modo facilè fungam ordinare, & iudicem facilè eludere poſſet, verior & tutior eſt prima opinio. Debet autem talis informatio capi ex qualitate perſonæ & delicti, aliter enim procedendum eſt contra nobilem vel diuitem,qui non præſumitur de facili fugere,quàm contra pauperem & vilem perſonam, & ideò fortiora indicia haberi debent ad incarcerand .m perſonam nobilem & inſignem, quàm pauperẽ. Quoties igitur reus iudici ſuſpectus videtur de fuga & de delicto,poterit meritò capi.refert Clar.dicto lib.v.§.fi. q.xxviij. verſiculo ſcias autem.

Captura perſonalis poteſt etiam ipſi parti offenſæ cõmitti, dummodò non habeat annexam cognitionem, & fiat ſine armis & reſiſtentia.Communem dicit Cagnol.in l.non eſt ſingulis.nu.6.de regu. iur.Clarus d.§.fi.q.xxviij.verſ.ſolet autem,

CARCERATVS cognoſcens carnaliter carceratam quæ ſit meretrix,non propterea puniẽdus eſt.Communem dicit Boeri.deciſ. cccxvij.numero 10,& 14.Clar.libro v.ſentent.§.Fornicatio.verſiculo cum carcerata.

CAVTIO de non offendendo non præſtatur niſi ad inſtantiam partis.Communem dicit Pariſ.conſi.clxviij.nu.10.lib.iiij. Clar.lib.v. ſent.§.fi q.xlvij.verſ.ſed nunquid.vbi addit ſe plerunque vidiſſe contrarium ſeruari.

Cautio de non offendendo præſtanda eſt,etiam ſi pars petẽs cauſam dederit inimicitiæ. Communem dicit Ripa.in rub de iudic.nu. 14.verſ.præmiſſa.Ant. Gomeſ.c.xij.delictorum.nu.14.Clar,d,§.fin,q. xlvij.verſic.ſed pone quod.

Cautio de non offendendo durat xxx.diebus tantum,ita communem dicit Alberic in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic.præſid.nu. 4.Alij verò dicunt quòd tempus hoc relinquatur arbitrio iudicis,& hãc communem eſſe dicit Ripa in rub.de da,inf.ct.nu.23.quẽ refert Plaza,capitulo ſeptimo. libro primo delict. numero quarto. Clar.d. quæſt.xlvij.vbi addit ab hac poſteriore opinione non eſſe in practica recedendum.

Cautione de non offendendo præſtita, ſi non ſeruetur, tunc pars prior læſa poteſt non ſeruantem cautionem impunè offendere.Communem dicit Alex.in l.cùm proponas.nu.6. C.de pact.& Alex.conſi. cxv.nu.7.lib.iiij.Decius conſ.cccLxxx.nu.3.Pariſ.conſ.clxiiij.num.23. lib.iiij.Claud.in d.l.cùm proponas,nu.6. Cephalus conſi.xxxv.num. 27.lib.j.& hoc etiam ſi apposita ſit clauſula,quod pœna toties committatur quoties contra factum ſit,& hanc communem atteſt. Alex. in d.conſi.cxv.nu.8.Petrus Bellus de re militari.nu.52.Clar,d.quæſt. xlvij.verſ.ſed quoniam.

Cautio ſeu promiſſio facta de non offendendo,ſub aliqua pœna, ſi poſtea ex noua rixa ſuperueniente vnus eorum alterum offendat, non dicetur pœna commiſſa,Communem dicit Corneus in conſil. xlij.in litera B. Alexand,in l.qui inſulam. numero 4.de verborum obligationib, Pariſienſ.conſilio clxv.numero 26.libro iiij. refert Trig. in practica crimin.cap.xiiij.numero 6.in fin, Socin. Iunior, conſ.ciij, numero 7,lib.iij. Bald.in cap,j.in princip.num.2.de pace tenenda. Ita quoque conſuluit Roma,conſilio cclviij.Mantuan.conſil.clxix.lib, j.Intellige tamen quando appareret de noua cauſa veriſimili,& quãdo ille qui offendit nõ dedit occaſionem cauſæ vel rixæ nouæ. Clar, d.§.fi.quæſt.xlviij.verſic.quæro nunc.

CITATIO in criminalibus debet fieri de ſpeciali commiſſione iudicis,aliàs eſt nulla.Communem dicit Ripa in cap.j.numer.86, de iudic,quem refert Pract.Conrad nu 5.Blanc.de indiciis.nu. 534. et ita ſeruari de conſuetudine,dicit Bald.in fin.nu.4,C.de exhib.reis Clar,d.§.fin,quæſt.xxxj,verſic.vnum autem.

Citatio debet habere inſertam cauſam propter quã citatur reus. Com.dicit.Imo in l.inter accuſatorem nu.2.in fi.de publ. iud.quem refert Menchia controuerſ.vſu.freq.c.xxiiij.nu.12.et ita etiam quotidie practicari atteſtatur Fell.in ſua practica crimi.nu.2.Clar.d.quæſt, xxxj.verſ.nunc quæro.

Citatio non debet fieri ſub pœna confiſcationis bonorũ,in criminalibus,licet aliàs iudex tam in ciuilibus quàm in criminalib. poſſit reo cõminari pœnã. Communẽ eſſe contra Bal.in ca.ij.in primis verbis.de teſti.cogen.dicit Cagnol.in l.vnica in princ,nu.93.ff.ſi quis iudi.non obtemp. Et quod talis pœna cõfiſcationis bonorũ hodie non ſit in vſu atteſtatur And.Iſern.quem refert Afflict.in c.j.in verb.condemnatorum.nũ.30.quæ ſint regal.et Nata conſi.ccxl.nu.2,Roland. conſilio xlvij.numeero 46,libro ſecundo. Clar. d.quæſt,xxxj. verſic. Item quæro nunquid.

Citatio non de neceſſitate continere debet tenorem inquiſitionis ſeu libelli, ſed ſufficit vt reus in ea citetur,vt compareat ad reſpondendum inquiſitioni contra eum formatæ,occaſione talis delicti Com.dicit Marian.in repet.c.qualiter & quando.nu.212.in fi.de accuſa,Blanc.in pract.crim.nu. 22.Contrarium tamen de conſuetudine cõmuniter teneri in practica,teſtatur idẽ Mariã.in d.loco.& Ang. de maleſ.in verb. Iudex commiſit.numero tertio Clarus d. q. xxxj. verſ.quæro nunquid.

Citatio vnica peremptoria ſufficit etiam in criminalibus communiter contra Cyn.in l.j.verſ.quarto quæro.C.de requir.reis.teneri dicit Felin.in c.conſuluit,numero 15.verſ. quarto fallit.de offic.deleg. quem refert Boſſ.in tit,de ſentent.nume.4.Blanc.in practic.crimi.nu. 19.Alexand,in l.contumacia.nu.34.ff.de re iudic.Afflict.deciſ.cclxxxix.nu.7.Clar.d.quæſt.xxxj verſ.quæro modo.

Citatione non legitimè facta, totus proceſſus, qui ſubſequitur, ipſo iure nullus eſt.Com.atteſtatur Rolãd.cõſ.lxviij.nu.14. lib.idque non ſolum locum habet in quocunque iudice,ſed etiam in ipſo Principe.nam & ipſe non poteſt de ordinaria poteſtate procedere contra aliquem non citatum.Com.dicit Corſetus in repertorio Abbatis,in ver,Princep,vel Papa.Soc.inter conſ.Curtij Senioris conſ.xx.nu.4.& ſequen.etiamſi delictum ſit notorium.Idque verũ eſt, etiamſi reus eſſet Principis ſubditus.Com,ait Soci.conſ.lxxxvj.nu.19.verſ. capio ſententiam.lib.iij.& conſil.clxiiij.nu.16.in fi.lib.ij.& conſ.cclxvj. nu. 45.eo.vol.& conſ.cxx.nu.10.lib.iij.Et licet aliqui tenuerint,quòd hoc non habeat locum in ſententia excommunicationis declaratoria,tamen magis cõmunis eſt,quòd etiam quando iudex declarat aliquem incidiſſe in aliquam excommunicationem vel pœnam ipſo facto,requiritur citatio,etiam in ſententia cenſuræ & interdicti ita tenet Gl. ab omnibus aprobata in clem.præſenti. in verb.conſtiterit,de cẽſib. vt dicit Socin.in d.conſil.xx.nu.16.in fi.Ripa in l.is cui bonis nu.26. de verb.oblig. Hanc etiam communem dicit Decius in ca.repræhenſibilis.poſt numerum 2,de appellat.refert Clar dicto libro quinto.§. fina.quæſtione xxxj,in princip.& ſequent.verſ.

Citatus per iudicem eccleſiaſticum ad ferendum teſtimonium ſub pœna excommunicationis,ſi non comparuit,neque aliquem excuſatorem miſit,& ita fuit excommunicatus,poſtea verò comparẽs & legitimum impedimentum prætendens,non cenſetur legitimè excommunicatus,ideóque abſoluendus eſt.modo,de legitimo conſtet impedimento.Communem dicit Felin.in cap.cum ſuper.nu.7.de teſtib.Foller.in Pract.crim.canon.nu.38.Hæc tamen concluſio. in puncto iuris non tranſit ſine difficultate,ex quo ſtante iuſto impedimẽto,quum non ſit dolus neque culpa,non deberet dici excommunicatus,vt Felin.ibidem,ſed nihilominus ſubdit.quod non auderet cõtra prædictam communem conſulere.Clar.d.lib.v. §.fin. quæſtione xxvj.in fine.

Citari poteſt reus per literas iudicis,etiam ſi in alio territorio ſit, modo tamen ſub eodem Præſide prouinciæ.Com. dicit Aret.conſil. cxxxv.Iaſo in lege finali numero 24.de iuriſ.om iudicũ.quem refert Marſilius in eadem l.finali numero 34,Marc.deciſ. cccc,j.Contrariũ vero tenent communiter Canoniſtæ,vt atteſtatur Areti. in conſilio præallegato Angelus dicta lege finali numero ſexto Follerius in practica crimi.numero vigeſimoſeptimo In practica tamẽ iudices ſemper citant reos in alio territorio per literas ſubſtantiales, vt atteſtatur Boſſ.in titu.de citat.num.24.à qua practica non eſt recedendũ, vt ait Clar.in d.q.xxxj.verſ.poſſet fortè.

CIVILIS cauſa,vel ciuile iudicium dicitur,quando pro crimine agitur ad pœnam parti applicandã,quando verò agitur ad pœnam fiſco applicandã,tunc cauſa dicitur criminis,ſecundũ gl. in l.iij. in.princ,in,verb,Centum aureorum,ff.de ſepulchr.violat.quam communiter à Doct,approbatã dicit Io.de Platea.in l.ij.in fi.C.de his qui ex publi.rat.lib.x.quem refert Gomeſ.Inſtit.de action.in princip.nu. 18.relatus & ipſe per Cephal.conſi.cxlj.nu.21.lib.j,Clar,d.lib.v.§.finali verſ.quarta.

CLERICVS à ſuo iudice eccleſiaſtico non debet incarcerari niſi prius conſtet de delicto,pro quo detinendus eſt, nam niſi conſtet de delicto,incidit,iudex in pœnam excommunicationis,ita communiter teneri ait Corn.conſil,cccxxv.Item requiritur quòd ſit fugitiuus,communem ait Corn,d.conſil.cccxxv.Clar,d,lib,v. §. fina.q. xxviij.verſ.quæro nunquid,

Clericus an quis ſit nec ne, ad iudicem eccleſiaſticum pertinet cognoſcere. Com.dicit Ripa in capi.decernimus.num. verſ.ſed corã quo de iudic.Didac.in pract.quæſt.xxxiij.nu.1.Clar. d.§.fin. quæſt. xxxvj.verſ.regulariter.

Clericus beneficiatus contrahendo matrimonium amittit beneficium,etiamſi matrimonium ratione conſanguinitatis eſſet nullũ. Communem dicit Imo.in c.Ioannes.nu.24.verſ.quarto caſu,de cler. coniug.An verò ipſo iure amittat,aliqui dicunt communẽ eſſe quòd non,vt Euerard.conſil.cxj.verſ.in contrarium tamen alij contra dicunt communem quod ſic,vt Didac.ſuper iiij.decretal.nu.4.& menchiaca.lib.iij.de teſta.§.xxij.nu.45.in fin.Alij diſtingunt,dicentes.Aut matrimonium de iure valet,& priuatur ipſo iure,aut nõ valet.& tũc

non priuatur ipſo iure.& ita communem eſſe dicit Bermond.de con cubin.quæ & Claro magis placet.in d.§.fi.q.lxxiij.verſi.clericus.

Clericus citatus à iudice ſeculari,ſi non cõpareat & alleget ſe clericum,non ob id mulctandus eſt.Ita communiter tenere Canoniſtas contra Barto.& alios in l.non videtur.j.ff.de iudic. te?atur Cauenſis ſuper ccxxxv.ritu magnæ curiæ. nu.11.Clar.d.§.fi.q.xxxvj. verſicu.eſt autem.in fine.

Clericus concubinarius priuandus eſt beneficio,& tenetur ad reſtituendum fructus perceptos. Communem dicit Bello.conſi.lvj.nu. 3,vt illum refert Villalobos in com.opin.in tit.C.nu.85.Clar.d.§.fornicatio.verſ.& in primis.

Clericus coniugatus non propter coniugium perdit priuilegium fori eccleſiaſtici,dummodò cum vnica tantùm,eaque virgine,matrimonium contraxerit.& habitum clericalem , tonſurámque deferat. Com.ait Didac.pract.q.xxxj.nu.7.verſ. prima igitur.& ideò talis clericus non poterit in criminalibus à iudice ſeculari,Intellige,dummodò abſtineat à negotiationibus & armis.Com.dicit Bertrand.conſil. xiij.nu.5.lib.viij.Clar.d.§.fin.q.xxxvj.verſ.quæro.& ſeq.

Clericus coniugatus ſi ante tempus commiſſi criminis non incedebat in habitu & tonſura, poſtea verò aſſumpto habitu & tonſura ſtatim commiſit crimen, nihilominus gaudet priuilegio clericorum. Com.dicit Didac.q.pract.xxxj.nu.7.verſic.Quinto potiſſimum.Alex. conſi.viij.nu.4.lib.j.conſil.cxlix.nu.7. lib.vj.quem refert Marſ.ſingul. cccclxxx.Clar.d.§.fi.q.xxxvj.verſ.Sed hîc quæro.

Clericus delinquens , ſi veriſimiliter eſt ſuſpectus de fuga, poteſt capi vt Epiſcopo ſuo conſignetur. Com.dicit Alciat.in d.c.cùm non ab homine.nu.63.de iudiciis.Clar.d.§.fi.q.xxviij.verſ.ſi verò.

Clericus non coniugatus, ſi non deferat habitum & tonſuram,nihilominus gaudet priuilegio fori,nec poteſt à iudice laico puniri.c.ſi iudex laicus de ſenten.ſecus in coniugato.ſi tamen clericus non coniugatus,poſt trinam admonitionẽ adhuc incedat ſine habitu & tonſura,tunc in omnibus reputatur pro laico.Clericus verò coniugatus eo ipſo quod non defert habitum & tonſuram etiam nulla facta monitione,amittit priuilegium fori. Ita communem eſſe opin.ait Didà. pract.q xxxij.nu.1.& ita communiter practicari dicit Imo.in c.fi.nu. 7.verſ.aduerte tamen.de vita & honeſta.cler.Licet Alex.de Neuo con ſi.lix.nu.4. dicat non eſſe verum quòd ita ſeruetur.refert Clar.d.§.fi. q.xxxvj.verſ.Hæc autem. Et nota ſi dicta monitio ſit generalis in Synodo & vnica , æquiparatur trinæ monitioni, Com.dicit Alexander de neuo conſilio lx.numero decimoquarto. Talis enim monitio habet vim conſtitutionis.Clar.ibid.

Clericus non coniugatus,non deferens habitum & tonſuram,non amittit priuilegium fori, niſi prius ter monitus fuerit,etiam ſi ſe immiſceat enormibus. Com.dicit Roland. conſilio quarto.numero 31. referens id atteſtari Alexand.in conſilio viij. libro j. Menchiaca libro tertio.de teſtam.§.xxij.numero 63. Clar.dicto §.fin.quæſt.xxxvj.verſ. quæro modò.Dicit tamen ibidem in princip.ſecundum Doct.magis communiter ex cap.perpendimus. de ſentent.excomm.colligi videri quod talis ſacerdos amittat priuilegium fori. Et quòd talis immiſcens ſe ſeuis perdet omne priuilegium atteſtatur communem eſſe, Alex. de Neuo in conſ.lix. Alij tamen dicunt quòd quidem non requiratur monitio, ſi talis ſe immiſceat ſeuis & enormibus,ita tamen ſi non ſolum ſe immiſcuerit , ſed etiam diu perſeuerauerit.& ita tanquam magis communem obſeruari aſſerit Aufrer.in repet.clem.j.de offic.ord.in prima reg.nu. 27. quem refert Boſſ.in tit.de for.compet. nu.132.Pract.Conrad.in xix.limit.Didac.pract.q.xxxij.nu.2.verſ.tertio,his erit.Boerius quoque deciſ.lxix.num.16.& ſeq.dicit hanc opinionem,quòd non requiratur monitio,tanquam magis communem obſeruatam fuiſſe in clerico qui occiderat ex propoſito quendam Barbitonſorem & dicit Chaſſ.ſuper conſuet. Burgun. num.55.quòd vidit hanc opinionem communiter obſeruari, refert Clar.d.§.fin.q. xxxvj.verſ.quæro modò.per totum.vbi tandem pluribus aliorum recitatis opinionibus, concludit quod clericus ſiue in ſacris,ſiue in minoribus conſtitutus,qui dimiſſo habitu clericali aliquod enorme delictum committit,etiam nulla monitione præcedente. amittit priuilegium fori,& poteſt à iudice laico puniri , à qua opinione putat neque conſulendo neque iudicando recedendum eſſe.

Clericus condemnatus pro enormi homicidio , licet aliqui dicant quod non ſtatim ſit tradendus curiæ ſeculari, ſed debeat expectari quod ſit incorrigibilis,vt communem eſſe dicit Areti.in c.cùm non ab homine,de iudi.nu.80.quem refert Deci.in ca. at ſi clerici.de iud. nu.258.Diaz.in pract.crim.canon.c.xc.relatus per Didac.lib.ij. reſolu.cap.xx.nu.7.Foller.in pract.crim. nu.45.Boſſ.in tit.de foro compe. nu.141.in fin. Contrariam tamen opinionem , quòd ſcilicet clericus pro enormi homicidio,aut alio delicto tradendus ſit iudici ſeculari, dicit magis communem Guliel.de Benedict.poſt tertiam partem repet.capitulo Raynutius.in quæſt.de homicid.numero 40.in fi.quem refert Didac.in loco præall. Monachiaca.de teſt.lib.iij.§.xxij.num.52. Pract.Carrer.nu. 59.hæc opinio ſeruatur in practica, vt ſcilicet clericus propter homicidium proditorium , vel aliud enorme & grauiſſimum delictum degrauatus , tradatur Curiæ ſeculari non expectata incorrigibilitate,in facto quandoque ſeruatum fuiſſe refert Deci.in d.c.at ſi clerici.Diaz in d.c.xc.quem refert Foller. in pract.crimi. cano.& ſe ita alios practicaſſe refert Aug.& Ang.de malef.in verb.& ibi caput.nu.43.Clar.d.§.fi.q.xxxvj.verſ.Pariter.

Clericus qui ſuſtinet excommunicationem per annum, priuatur beneficio.Communem atteſtatur Felin.in c.j.nu.8. de iud.quia videtur ſuſpectus.de hereſi Clar.d.§.fi.q.lxxiij.verſ.item clericus.

Clericus effectus miles ſecularis,amittit beneficium.Communem atteſtatur Imol.in c.fi.nu.6.de cleri.non reſident.Barb.conſ.xj.verſic. præterea facit.lib.j.quem refert Gigas, de penſio.q.lv.num.2.nam eo ipſo quòd ſecularem militiam aſſumit videtur renunciaſſe clericali. Clar.d.q.lxxiij.verſ.item Cl ricus.

Clericus excommunicatus, eſt ipſo iure priuatus fructibus beneficij.Com.dicit Ripa in c.j.nume.27.de iudic.& licet clerico qui fuerit propter crimen depoſitus aut ſuſpenſus exhibenda ſint alimenta ex reditibus ſui beneficij , tamen clerico excommunicato etiam egeno & pauperi nihil datur. ita frequentiſſimo omniũ conſenſu receptum eſſe ait Didacus libro tertio reſolut.capitulo xiij. numero 8. hæc tamen omnia intellige , ſi iuſta ſit excommunicatio,ita refert Clar.d.§. fi.q.lxxiij.verſ.pariter.

Clericus qui non dicit officium , neque incumbit horis diuinis, priuandus eſt beneficio.& tenetur etiam reddere fructus perceptos. Com. dicit Bellon. conſi.lvj.nu.3.Clar.d.§.fina.quæſt.lxxiij.verſiculo pariter.ſub fin.

Clericus non debet deponi propter graue crimen. Comm.dicit. Sylua.de beneficio.numero quarto.Clar.d.§.finali , quæſtione lxxiiij. verſic.regulariter.

Clerici participantes ſcienter cum excommunicatis à Papa ſunt excommunicati,ad incurrendam tamen hanc excommunicationem, quinque requirentur:primò ,vt participent, ſecundò,vt ſcienter, tertiò,vt ſponte,quartò,quòd in diuinis,quintò,quòd talis ſit à Papa nominatim excommunicatus.Com.atteſtatur Summa Sylueſt.in verbo Excommunicatio.in ſexta excommunicatione.Et hæc eſt maior,non minor excommunicatio. refert Clar.in dicto §.fin. quæſtione lxxvij. verſic.clerici qui.

Clericus ſecularis dimittens habitum, ſi eſt beneficiatus , dicitur apoſtata,ſi verò non eſt beneficiatus, non dicitur apoſtare, ſed relinquere habitum.Com.atteſtatur Anan.in c.tuæ.nu.11.de apoſta.Clar. d.§.fi.q.lxxviij.verſ.apoſtata.in fin.

Clericus factus poſt commiſſum aliquod delictum ſi abſque fraude ſuſcepit ordinem eccleſiaſticum , liberatur & eximitur penitus à Iuriſdictione iudicis laici & relinqui debet puniẽdus iudici eccleſiaſtico,frequentiori Doct.calculo receptam opinionem ait Plaza lib.j. delict.c.xxxv.nu.1.Si autem ordinem in fraudem aſſumpſiſſet,vt ſcilicet ſe eximeret à iuriſdictione iudicis laici , tunc non liberatur,ſed poteſt contra eum per iudicem laicum procedi. Communem dicit Imol.conſ.cxix.nu.1.Didac.pract.quæſt.xxxij nu.4.verſi.ſecunda concluſio. Plaz.in loco allegato.nu.1. Benè verũ eſt quòd hoc caſu non poterit puniri corporaliter à iudice laico , ſed tantùm in confiſcatione bonorum , aut pœna pecuniaria, & ſic remanet ſubditus ratione cauſæ & bonorum,non autem reſpectu perſonæ,& ita communiter teneri dicit Aufrer.in d.clem.j.in reg.j.nu.19.de offic.ordin.quem refert Didac.in d.q.xxxij.num.4. verſic.tertia concluſ. & Nunius,de los Corrigidores.verſ.imò fortius.Plaza in d.c.xxxv.nu.3.Boſſ.in titu.de pœnis.nu.38.pract.Conradi.verſ.vltimo fallit.Iudices tamen ſeculares hanc opinionem non obſeruant. Refert Clar.d.§.fi.q.xxxvj.verſ. Sæpenumero.

Clericus & laicus ſi ſimul committant idem delictum , tunc ne cauſæ continentia diuidatur, etiam laicus mittendus eſt ad iudicem eccleſiaſticum cum clerico correo.Communẽ opinionem dicit Gomeſ.in c.j.nu.47.in fi.de reſcript.in ſexto. Boſſ.in tit.de foro compet. nu.116.in fin. Sed hoc in practica non ſeruari dicit Igneus in l.j.§.ſi quis in villa.nu.27.ff.ad Syll.idem atteſtatur.Rebuff.in reper.auct.habita priuileg.cvj.& Ant.Gomeſ.c.x.delictorum, nu.6.in fin.& plures alij quos refert Didac.pract..q.xxxiiij.nu.1.in fin.& ab hac communi obſeruantia non eſſe recedendum, ait Clar.d. quæſt. xxxvj.verſiculo Euenit plerunque.

Clericus etiam ſi depoſitus ſit , non tamen poterit tradi curiæ ſeculari,niſi ſit incorrigibilis. Communem dicit Abb. in ca.at ſi cleric. nu.37.verſ.& ſic reſidet.de Iudiciis. Si verò ſit incorrigibilis,tunc poteſt Iudex laicus etiam abſque traditione facta illum punire.Communem dicit Alexand.de Neuo conſi.lix.nu.28.quinimò ibidem,nume. 30.dicit communem opinionem eſſe quod etiam abſque degradatione poſſit clericum talem punire , dicens quod hãc quoque communem eſſe atteſtatur Butrius in d.c.cùm non ab homine. Clar.d.q. xxxvj.verſ.Dixi etiam.

Clericus qui epiſcopum calumniatus eſt,licet deponendus,& iudici ſeculari tradendus ſit,tamẽ id non aliter procedit, niſi etiam incorrigibilis ſit , per gloſſ.in fin.in cap.cùm non ab homine. de iudi.

commu

communiter approbatam, vt ait Abb.in c.at ſi clerici.de iudic.num. 37. Summa Syluestrina,in verb.degradatio.q. ij. Ang.quoque cõmuniter dicit,de maleſ.in verb.& ibi caput.nu.42. Diaz. in pract.crimi. canon.c.cix.Clar.d. q.xxxvj.verſ.Hinc infertur.

Clericus non eſt degradandus niſi pro tribus criminibus, ſcilicet Hæreſis,falſi commiſſi in literis apoſtolicis, & conſpirationis in proprium epiſcopum.Communem ait Guliel.de Benedict. poſt tertiam partem repetitionis c.Rainutius.in q.de homicid.num.3.& ſequent. quem refert Foller.in pract.crim. canon.nu.23. in aliis autem quantumcunque grauibus ſufficit ſola depoſitio. adeò ſi etiam occidiſſet ſummum Pontificem,& paratus ſit ſe corrigere non debet degradari ſed in perpetuos carceres detrudi,vel in monaſterium. Cõmunem dicit Boſſ.in tit de for.compet.nu.136.Sed quicquid ſit de iure, contrarium obſeruatur in practica.Refert Clar.dicto §.fina.quæſt. xxxvj. verſ.Scias etiam.

Clericus incedens in habitu & tonſura, non amittit priuilegium fori,quãtumcunque grauia crimina committat,& illa reiteret, in eiſque perſeueret. Communem dicit Boſſ.in tit.de for.compet.nu.134. Clar.d.§.fi.q.xxxvj.verſ.cæterùm.

Clericus licet per principem fuerit ad aliquod officium ſeculare admiſſus,& in ipſo officio aliquid deliquerit,non tamen poterit à ſeculari iudice puniri,etiam ſi in minoribus tantùm ordinibus conſtitutus eſſet. Communẽ dicit Aufrer.in cle.nu.25.de offic.ordin.quem refert Didac.in pract.qu.xxxiij.numero 6.addit tamen ibidem. quòd non ſeruetur in practica.refert Clar.dicto §. finali.quæſtione xxxvj. verſ. Quæro pone.

Clericus qui à iudice ſuo eccleſiaſtico iudicatus eſt reus criminis læſæ maieſtatis non actualiter, ſed verbaliter tantũ degradandus eſt. Communem dicit Curt. Iun.conſ.clix.nu.1.Et quamuis Abbas in c. at ſi clerici.de iudiciis.in fi.putauerit,quòd deinde etiam iudici ſeculari tradendus ſit,tamen cõmunis opinio videtur eſſe in contrarium, vt ait Boſſ.in tit.de for.compet.nu.137.& in tit.de crim. læſæ maieſt. nu.86. refert Clar.d. §.finali. quæſtione xxxvj. verſiculo quæro nunquid clericus.

Clericus non debet propter aſſaſſinium actualiter & ſolenniter degradari. Com.dicit Lamber.in c.j.q.xj.nu. 88. de heret.in vj. Dias in pract. crimi.canoni.cap.xcj.quem refert Pract. Conradi.verſ.xviij. fallit requiritur tamẽ ſententia declaratoria,per quam iudex pronuntiet ipſum eſſe aſſaſſinum. Com.dicit pract. Carrer.nu.11.Capic.deciſ.cxij.nu.2.qua declaratione ſic facta, non requiritur alia ſententia, per quam imponantur pœnæ ſolitæ,ſed ſtatim incurrit illas ipſo iure & facto,ita tenere communiter docto. Alex.conſ.clxvj.nu.5.libro vij.Clar.d.§.fi.q.xxxvj.verſ.Sed quæro,tu ſcis.

Clericus propter crimen Aſſaſſinij tradendus eſt curiæ ſeculari, non expectata incorrigibilitate. Comm. dicit Guliel. de Benedict.in quæſtio.de homic. quam poſuit poſt repet. c.Rainutius,quem refert Plaza libro j.delict.cap.xix.numero 26.Clar.d.§.fin.quæſtione xxxvj. verſ.quæro etiam.

Clericus qui ſit verè incorrigibilis, poteſt per iudicem ſecularem abſque vlla degradatione puniri etiã ſi in ſacris conſtitutus ſit.Com. atteſtatur Cidac.pract.q.xxxij.nu.2.verſi. ſecundo eſt annotandum. Et quando Clericus incorrigibilis non poteſt puniri ab eccleſia,poteſt ipſo iure comprimi à iudice ſeculari abſque alia degradatione. Com.dicit Arett.in c.cùm non ab homine.nu.39.de iudic.quem refert Diaz.pract.crimi.canon.c.cxxxj.Clar.d.§.fi.q.xxxvj.verſ.Succeſſiuè quæro.An verò ſuper huiuſmodi incorrigibilitate requiratur declaratoria? Reſpondet Feli.in d.c.cùm non ab homine.de iudi.num. 10.quòd poteſtas quæ datur iudici ſeculari ſuper clerico incorrigibili,non exercetur, niſi declaretur prius qualitas incorrigibilitatis, & dicit quòd communiter colligitur ex omnibus dictis doctorum, cũdem refert & ſequitur Diaz in pract.crimi. canon. c.cxxxj.Boſſius autem in tit.de for.comp.nu.132.dicit, quòd clericus non incedens in habitu,poſt trinam monitionem dicatur incorrigibilis Si verò incedat in habitu, & primò depoſitus, ſecundò excommunicatus, tertiò anathematizatus,& adhuc in contumacia perſeueret, ſimiliter dicatur incorrigibilis,qua forma ſeruata,dicit quòd abſque alia declaratione efficitur fori ſecularis,ſubdens quòd ita docto.communiter teneant refert Clar.d.q.xxxvj.ſed quæritur.

Clericus propter ſimplicem fornicationem non incurrit pœnam depoſitionis,ſed ſolummodò ſuſpenſionis.Communiter tenetur per gl.in c.maximus,in verb.remoueamur.lxxxj.diſt.& docto.communiter in c.at ſi clerici.de iudi.& in ſpecie Imola.nu.11.& Feli.num.14. Contrariam verò communem dicit Aretin.in c. cùm non ab homine,de iudi.ſed priorem veriorem eſſe tradit Clarus lib.v.ſent.§. fornicatio.verſ.ſed quæro quòd tamen limitaretur in fornicatione quæ haberet inſignem deformitatem,prout communem atteſtatur Menchiaca lib.iij.de teſt.§.xxij.nu.48.& ſeq.

Clericus fornicator notorius ipſo iure ab officio ſuſpenſus eſt. Com.dicit Abb.in c.cùm non liceat, nu.4.de præſcript. refert Clarus lib.v.ſent.§.fornicatio.verſ.ſeq.quæro,in fin.



Clericus homicida, non eſt ipſo facto priuatus titulo beneficij, nec perdit ipſo iure beneficium,ſed venit priuandus per ſententiam Com.Anan.in c.inquiſitionis,nu 3.de accuſat.Corſet.in ſuis ſingularibus in verb.ſententia.verſi.clericu Diaz.in pract.crimin.canonic. cap.lxxxviij.refert Clar.lib.v.§.homicid.verſic.de iure.

Clericus poteſt etiam capi à familia iudicis ſecularis,non vt puniatur,ſed vt iudici eccleſiaſtico tradatur.Com.dicit Feli.in c.ſi verò nu.4.de ſenten.excom.Imò poteſt etiam à quocunque laico capi,in flagranti crimine,communem dicit Aretin.in c.cùm non ab homine,de iudiciis.Clar.d.§.fi.q.xxviij.verſi.ſi verò.

Clericus non poteſt renunciare exceptioni, quod non teneatur comparere coram iudice ſeculari in criminalibus.Commu.doct.opinionem eſſe in c.ſi diligenti de foro compet. atteſtatur Boër. ſuper conſuet.Bituricen.Clar.d.§.fi. q.xxxvj.verſi.ſecundo infertur.Et hæc exceptio tantæ eſt efficaciæ,vt etiam à ſe proponatur,ita vt clericus per iudicem ſecularem citatus non teneatur comparere,vt exceptionem illam alleget.Com.dicit Feli. in c.veniens,de accuſat. Intellige, niſi in citatione talis cauſa exprimeretur propter quam teneretur coram iudice laico comparere,vt quia eſſet Vaſallus &c.Clarus d.q. xxxvj.verſi.Eſt autem.

Clericum cum armis prohibitis ex forma ordinationum & proclamationum principis ſecularis repertum,poteſt iudex ſecularis vel eius familia ſpoliare illis armis prohibitis,& talia edicta ligare etiã clericos magis comm.dicit Clar.d.§.fi q.xxxvj.verſ.vlterius allegans. Didacum.in pract.q.xxxiij.nu.7.& Plazam.lib.j.delict.c.viij.nu.26.

Clericum inſultantem,inſultatus pro defenſione corporis & vitæ, licitè occidere poteſt,neque ſolum ab ipſo inſultato,ſed etiam à quolibet alio ratione defenſionis propinquorum vel etiam extraneorũ, occidi poteſt.Com.dicit Abbas,in c.ſi vero.j.nu.11.de pœnit.quem refert Didacus lib.ij.reſol.c.x.nu.8.verſic.Quartum ſi eiuſdem,& tenent Canoniſt.indiſtinctè,vt dicit Claud.in l.vt vim.nume.85.refert Clar.d.§.Homicidium.verſi.præterea etiam.

Clericum defendendo percutiens,non incidit in excommunicationem,etiamſi defendendo modum excedat,commu.dicit. Socin. inter conſ.Curtij ſenioris conſi.xx.nu.41.verſ.cõfirmatur predict.gl. in c.ſignificaſti.ij.in verb.tutelæ.de Homic.Clar.d.verſ.præterea in fi.

Clericum in adulterio cum filia nupta pater depræhendens, poteſt citra pœnam c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.percutere.Commu.dicit Bermond.de concub.nu.5.in fi.

Clerici debent abſtinere à negotiationibus.Communiter firmare doctores in c.fi.de vita & honeſt.ait Alex.de Neuo.conſi.lx.nu.4.Cl. d.§.fi.q.xxxvj.verſi.Hæc verò.

Clerici regulariter torqueri poſſunt,communem dicit Abb. in c. poſt ceſſionem de reg.iur.idque non ſolùm locum habet in vulgaribus clericis.ſed etiam in presbyteris,vt communem dicit Abb.in c. cùm in contemplatione.nu.6.de reg.iur.Boſſ.de indit.nu. 103.Intellige tamen de clericis diffamatis & ſuſpectis de crimine,& ita communiter teneri dicit in Apoſtillis ad Bar.in l.fi.nu.5.in verb.ſpecialia. ff.de q.Felin.in c.vniuerſitati.nu.2.de ſent.excom.Marſi.lv. Simancas de hæretic.c.lxiij.nu.27.Duennas reg.cix.in tertia limit.Boſſ.in tit.de indit.nu.35.Clar.d.§.fi.q.lxiiij.verſi.ſed an clerici.

COGITATIO ſola non facit vt quis puniri poſſit. Communem dicit Bolencus in repet.l.capitalium,§.famoſos.nu.79.& ſeq.ff. de pœnis,etiam ne in crimine læſæ maieſtatis quidem, niſi ad aliquẽ actum exteriorem proceſſum fuerit,vt omnes tenere inquit Foller. in pract.crimi.num.70.De iure tamen Canonico in aliquibus caſib. etiam ſola cogitatio punitur,vt in hæreſi.vt dicit Bal. in l.ſi quis nõ dicam rape.nu.1.C.de epiſ.& cler.Clar.d.§.fin.q.xcj.per tot.

COMMITTENS delictũ pro quo à lege impoſita ſit aliqua pœna pecuniaria,ſoluenda fiſco vel parti,nõ tenetur illam ſoluere in foro conſcientiæ.comm. Berous in c.j.nu.232.& ſeq.de conſtit.Gomeſ.in §.ex maleficiis,nu.14.Inſti.de action.Didacus ſuper iiij.decretal.Menchiaca in prima parte de teſt.§.x.nu.662.Clar.d.li.v.§.fi.quæſtio.lxxx.verſic. Sed hic.

CONATVS ſiue attentatum ad delictum committendum,etiamſi effectus non ſit ſequutus,de iure communi punitur,vt communem dicit Ioan.de Lignan.conſi.xx.nu.15.inter conſi. crimi. diuerſ.lib.j.contra quòd non puniatur niſi ſit ſecutus effectus,Com.dicit Barbat.conſi.xxxiij.lib.ij.vt illum refert Apoſtill.ad Dec.in l.non vult heres.nu.4.de regu.iur.Grammat. vot.viij.nu.15. & ita quoque conſuetudine per totum mundum approbatum eſſe dicit Ang.in l. j.§.fi.nu.3.ff.quod quiſque iuris,quem refert Maranta in ſuo ſpecu. nu.54.Aliqui tamen dicunt in delictis attrociſſimis conatum puniri,vt Com.dicit Feli.in c.j.nu.9.de offi.delega.& Boer.de ſeditioſ. in vij.præſuppoſ. nu.2.Sed certe etiam hoc caſu mitius de conſuetudine punitur,vt dicit Com.Marſi.conſ.cv.nu.1.Gram.voto.viij.vt illũ refert didacus in clem. ſi furioſus,verſi.verùm circa.refert Clar.d.§. fi.q.xcij.per tot.

Conatus licet regulariter nõ puniatur niſi ſequatur effectus,tamẽ in crimine aſſaſſinij hoc fallit.cõ.Didac.in repet.clem.ſi furioſus ver.

ſecundo proponitur. Ang.conſi.xiij.incip.in q.præmiſſa. Clar.§.aſſaſſinium,verſi.Scias etiam.

CONCVBINA vel alia mulier ſoluta cum presbytero concumbens non dicitur committere adulterium,ſed ſimplicem fornicationem,comm.dicit Caccialup.in repet.authen,ſi qua illuſtris.nu.31. C.ad Orfici.Clar.lib.v.ſent.§.fornicatio.verſi.cum presbytero.

CONCVBINATVM de iure ciuili non eſſe improbatum, com.dicit Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.nu.13.ff.ad Trebell.quē refert Io.de Garon.in rub.C.de ſecund.nupt.in pœna xxviij. verſicu, ex qua concluſione.Bermon.de concubin.nu.2.Socinus in l.cū Auus num.65.verſic.magis tamen.ff.de condict.& demonſtra,Contrariam autem:nempè quòd concubinatus hodie ſit reprobatus,etiam à iure ciuili,dicit communiter teneri Alex.ſibi contrarius,conſi. lix.nu.4.li.iiij.Felinus in c.cùm ſit generale.nu.13.de foro compet. Ripa in l. fi, num.58.C.de reuoc.donat.Didacus ſuper iij.decreta.in part.j.c.iiij. prout illum refert Nunius delos corregidores, nu.1.in fi. Clarus tamen qui hæc refert,putat in puncto iuris veriorem eſſe priorem opinionem,nempè quòd non ſit concubinatus de iure ciuili prohibitus, lib.v.ſent.§.Fornicatio,verſi.& imprimis.

CONFESSIO à reo ſponte facta,etiam ſi facta ſit ſuper proceſſu nullo, nihilominus reus ex illa condemnari poterit ſecundum doctrinam Inno.in c.qualiter & quando.ij. de accuſ.communiter approbatam,vt dicit Alex.in l.inter ſtipulantem.§.j. in fi.ff.de verb.obli. & Iaſ.ibidem,nu.11.Marſil.in l.j.§.diuus.num.10. ff.de q.& conſ.xliiij. nu.7.& conſ.cxxx.num.2. Alex.conſ.xix.nu.3.libro vij.Io.Arno.commentario.cxx.ita etiam communē dicit Marſ.ſing.ccj. Foler.in pract. crim.nu.56.& Anto.Gomeſ.c.xij.delictorum, nu.8.Intellige quando nullitas non procederet ex defectu iuriſdictionis,ita colligi ex mente omnium doct.atteſtatur Gomeſ.in dicto loco. Clar. d.§.fin. quæſt.lv, verſ.item poſſet.

Confeſſio extraiudicialis non ſufficit ad plenam probationem, com. dicit Paris.de puteo de ſynod.c. v.Alber.in l.quoniam, nu.1.ff. de infamibus , niſi facta eſſet parte aduerſa præſente & acceptante. com. dicit Berous in c.at ſi clerici.de iudic. nu. 142. & numero 143, ſufficeret tamen talis confeſsio ad torturam.refert Clar.dicto §,q.lv, verſic.j.ij.& iij.

Confeſsio facta in tormentis,ſi legitima indicia non præceſſerint, & ſeruanda non fuerint ſeruata,talis confeſſio eſt ipſo iure nulla,nec poteſt confeſſus ex ea condemnari,etiam ſi in ea perſeueret. cōmunem dicit Alex.in l.qui in aliena.§. Celſus.nu.12.de acq.hered,quem refert Iaſ.in d.§.Celſus.nu.38.& conſ.clxxxviij,nu.2,lib.j.relatus per pract.Conrad.in limit.xxj, Brun.de indi. & tortur. Bertrand.conſilio ccxxvj.nu.5.lib.ii.Marſil.in l.j.in prin.de quæſt. Gomeſ. c.xv.delictorum,nu.25. Foller.pract.crimi.nu.1.& videtur tex.in l.pen.de quæſt. ſecundum lecturam,quem Bart.& omnes ſequuntur,vt dicit Alexād. de Neuo.conſ.lxxxv ,nu.9,& licet Pariſ.de put.de ſyndicat.c.ix.num. 2.dicat ſecùs eſſe ſi ratificet confeſsionem expreſsè ad bancum iuris, qui tunc habeatur tanquam ſi à principio ſponte confeſſus eſſet,tamen id contra communem eſſe dicit Hipp. Rimal.inter conſ.diuerſ, conſ.cv.nu.16.verſ.obſtat etiam,vbi oſtendit contrariam magis communem eſſe.Clar.d.§.fi.q.lv.verſ.ſi verò.

Cōfeſsio ipſius rei facta in iudicio ciuili,præiudicat illi in iudicio criminali. com.dicit Areti.in c.cauſam quæ.nu.17.& ſeq.de teſtibus, quem refert Boſsius in tit.quomodo procedatur per excep.nu. 4.& in tit.de pluribus vid.nu.17.Public.ſuper conſuet. Aluer.nu.11.refert Clar.d.lib.v.§.fi.quæſt.liiij.verſiculo ſed quid ſi.addit tamen contrariam opinionem ſibi magis placere , ſed nihil pro eius confirmatione allegat.

Confeſsio in tormentis vt valeat , requiritur vt reus in illa perſeueret,& illam ratificet extra tormenta in banco iuris. communem dicit Boer.in deciſ.clxiij.nu.18.Bru.de indiciis & tortur.nu.3.Abb.in c.cùm in contemplatione.nu.7.de regul.iur.Idque procedit ſiue talis confeſsio facta ſit præcedentibus indiciis ſiue non. communem teſtatur Pract.Carer.nu. 196.& talis ratificatio non debet fieri incontinenti,quia tunc præſumeretur durare metus tormentorum , ſed expectandum eſt ſpacium vnius diei.& hanc communem dicit Anton. Gomeſ.c.xiij delictorum, num.24.alij tamen dicunt in hoc ſtandum eſſe arbitrio iudicis,& ita communem dicit Simancas de hæret.cap. lxiij.nu.41. Clar.d.§.fi.q.lxiiij.verſ.Ceterum.& ſeq.

Confeſsio iudicialis facta coram iudice non competente , non valet in vim iudicialis confeſsionis,niſi facta eſſet parte aduerſa præſente & acceptante. com.dicit Aret.conſ.xxvj.in fi.Alex.l.iij.§.ſeruus.nu. 3.ff.de iureiur.quem refert Capic.deciſ.clxxix.nu.1.in fi.& ideò non ſufficit ad probationem ſed ad torturam.refert Clar.d.quæſtio.lv.verſic.ij.& iij.

Confeſſio non abſoluta vel pura,ſed cum qualitate adiecta:ſi confeſſus habeat præſumptionem contra ſe,poteſt pro parte acceptari & pro parte ſperni.ita vt confeſſus homicidium defenſionis cauſa feciſſe,habeatur ac ſi ſimpliciter abſque illa qualitate confeſſus eſſet, ita vt ex illa condemnari poſſet, niſi confeſſus qualitatem adiectam probaret.Hanc Bar.deciſionem dicit communiter approbatam Iaſ. in l.vt vim.nu.13.de iuſt.& iur.quem refert Boſſ.in titu.in d.confeſſ. nu.19.& Menchiaca lib.iij.de teſt.§.xxiij.nu.23.Thomas Ferrat. cautel.v.Petr.Calephalus,inter conſi.crimi.diuerſ.conſi.lxxxviij.nu.2.lib. ij.Pract.Carr.nu.163.& ſeq.Hanc etiam communem dicit Boër.deciſ.clxiiij.nu.10.Alciat.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.nu.76.de verbo.obli. Blanc.in pract.crimi.Menchiacha controuerſ.illuſt.c.ij.nu.8. Malè igitur Marſi.conſ.cxxxvj.nu.31.& num.44.dixit opinionem contra Bar. eſſe magis communem,refert Clar.d.§.fi.q.lv.verſi.poſſet.

Confeſſio procuratoris facta in iudicio ciuili,non præiudicat reo in criminali. commu.dicit Berous in c.qualiter & quando,nu.91. de accuſat.Clar.d.§.fi.q.liiij.verſi.ſed quæro.

Confeſſio rei extorta à iudice cum promiſſione impunitatis.facit vt poſſit reus condemnari.Ita communem eſſe dicit Apoſtil.ad Dec. in l.ea.eſt natura.de regu.iur.nu.7.Plaza in lib.j.delict.c.xxxvij. nu.7. & ita tenuit Cyn.in l.preſenti.C.de iis qui ad eccleſ.confug.& Alcia. in l.natura,in fin.de verbo.ſign. Contrariam verò.ſcilicet quod non poſſit reus condemnari, com. dicit Cagnol.in l.ea eſt natura.de reg. iur.num.18.& idem atteſtatur Remigius de immunit.eccleſ.fallentia xxvj.Sed priorem magis communem dicit Boſſ.in titu. de confeſſio. per tortur.num.12,quæ & Claro communior videtur, ſed poſterior æquior. Clar.d.§.fi.quæſtio lv.verſi.circa ſecundum.

Confeſſio rei minorannis valet , etiamſi ſine authoritate curatoris facta ſit Ita communiter practicari dicit Baldus in l.j. nume. 59. C.de confeſſ.quem refert Pariſ.de Buteo de ſynodo.num.7. Ang.de maleſi.in verbo comparuerunt & confitentur totum,nu.8. ſubdens ridiculum eſſe,ſeruare,contrarium.Clar d.q.lv.verſi.vlterius.

CONSANGVINEORVM vel cognatorum defenſionem ſuſcipere licet,adeò vt in ea defenſione inſultantem liceat interficere. comm. dicit Gram.conſ.lxviij.nu.4.Pet.Calefact.inter conſi.crimi.diuerſ.conſi.lxxxix.nu.10.lib.ij.Imo & extraneorum defenſionem ſuſcipere licet com. dicit Decius in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.nu.32.Alci. conſi.ccccclxxv.Clar.lib.v.ſent.§.Homicidium.verſi.Item locum.

CONSILIVM dans alicui vt delinquat,eadem pœna puniendus qua principalis delinquēs,intellige tamen,ſi ille delinquens aliàs illud non facturus fuiſſet,niſi aliquis ei conſuluiſſet. communem dicit Imola in cap.primo de offic.delegat.numero 9.Decius in l.conſilij.numero 4.de reg.iur.Berous in cap.primo de offic.delegat.Duennas reg.cxlix.Plaza libro primo delict.Boer.deciſ.cclxij.num.Boſſ.in titulo de mandat.ad Homicid.Taëg.in pract.crimin.cap.xj.num.7.& hoc non ſolum in conſultore obtinet,ſed etiam in exhortatore.communem dicit Alber.in l.ob hæc verba.in fi.de is qui not.infam.Clar. in d.§. fi.q.lxxxviij.per tot.

CONSVETVDO vt Clerici poſſint conueniri in criminalibus,coram iudice ſeculari, non valet. communem ait pract. q.xxxj. num.5.Clarus d.lib.v. §.vlt. q.xxxvj.verſic.ſed ea retenta.

CONTVMACIA non dicitur delictum propriè & de per ſe.communem dicit Felin.in cap.ex literis.numero 27. de conſtitut. quem refert Foller.in pract.crimin,numero 7. Ex quo infertur, quòd ſtatuta loquentia de delictis ſeu maleficiis , & de condemnatis ſiue bannitis ex delictis,vel maleficiis,vt non comprehendant bannitos vel condemnatos ex contumacia,& hoc communiter tenere docto. dicit Bald.in conſilio cxciij.libro ij. idem atteſtatur Alexander in l. ſi mora.numero 13. ff.ſoluto matrim.quem refert Roland. conſil.xlv. numero 66.libro.primo. concordat Claud. in l.ſi mora.numero 18. Auguſt.ad Angel.de malefic.in verb.qui Dominus iudex videns,numero 26. Alciat. conſilio ccclxij. numero 6. Claro tamen hæc communis non placet. Sed ſi talis contumacia ad mixtum haberet contemptum Iudicis. eo caſu contumacia diceretur delictum, & poſſet ex ea contumax criminaliter puniri.quam communem dicit Claud. in d.l.ſi mora.numero 19.ſecundum gloſſ.in l.vnic.§.fin.in gloſſ.magna.in fin.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.refert Clarus in lib.v.ſent. §.j.verſic.penult.& vlt.

CRIMINALIS cauſa dicitur quando agitur ad pœnam fiſco applicandam.comm.dicit Ioan.de Platea,in l.ij.in fin. C.de iis qui ex pub.rat.lib.x.Cephal.conſil.cxlij.num.21.lib.j.Zaſ.conſil.xix.num.1, lib.j.Clar.lib.v.ſent.§.fin.quæſt.j.verſic.quarta.

Criminales cauſæ ſi non ſint meri & mixti imperij, poſſunt delegari,ſed ſi ſint meri & mixti imperi ,tunc quidem à principe poſſunt delegari,ſed iudex ordinarius non poteſt eas delegare,commun.dicit Dec.in l.j.de offic.eius,num,28.& Curt.numero ibidem, nume, 21. & eſt ratio,quia cùm huiuſmodi cauſæ cenſentur ſpecialiter conceſſæ,maioribus magiſtratibus cenſetur electa induſtria perſonæ eorum & ita communem eſſe atteſtatur Claud.in d.l.j.in princ.num.2.Clar. d.lib.v.§.fin.quæſt.xlj.in princ.

CVSTOS carcerum,ſi carceratus per eius negligentiam aufugerit,punitur capite ſi carceratus detinebatur pro crimine capitali, ſed ſi detinebatur pro crimine non capitali, punitur arbitrio iudicis iuxta modum culpæ.commun.dicit Boſſ.in tit. de carcere. num.10. refert Clar.d.§.fin.q.lxviij.verſic.cuſtos.

D

DAMNATVS publico iudicio fit infamis,ſi proceſſum ſit via ordinaria,per accuſationem,l. infamem,de public.iudic. Si autem per inquiſitionẽ proceſſum ſit aliqui dixerunt non fieri infamem, & ita communem eſſe dicit Calder.conſi.j.de pœnis.Sed contrariam,quòd etiam tunc fiat infamis communem dicit Ang.in l.ea quidem numer. 28. C.de accuſat.quæ opinio etiam Claro placet intellige ſi condemnatio facta ſit ſuper inquiſitione contra reum præſentem,& auditis ſuis defenſionibus alias ſecus, vt communem dicit Viuius in communibus opinionib.in verbo.Infamia iuris Clarus dicto §.finali quæſt. lxxij.verſi.Damnatus,

DECRETVM concedens liberationem ſeu indulgentiam delictorum,vel diſponens quod banniti cancellentur de banno,nõ trahitur ad delicta vel banna futura.Commu. dicit Imol.in c.fi nu.11. de conſtitu.Clar.d.lib.v.§.fi.q.lix.verſicu. ſucceſſiuè quæro.

DEFENSIO bonorum & rerum quoque admittitur, non minus ac corporis & honoris.ita vt pro defenſione rerum ſuarum licet alium interficere.commu.dicit Pract.Careri.nu.29.& 30.Claud. in l. vt vim.ff.de iuſt.& iur.nu.43.& ſeq. Decius ead.l.vt vim.nu.31.Iaſo. ead.l.vt vim.nu.23.quem refert Diaz. reg.dvij.Didacus in repet. clemen.ſi furioſus.nu.6.Plaza.lib.j.delict.c.xxviij.nu.25. Plot.in repet.l. ſi quando,num.109.Menchiaca controuerſ.illuſtr.cap.xviij.nume.5. Nam bona & res vitæ æquiparantur vt dicit gl.in l.Aduocati. C. de aduocat.diuerſ.iud.prout illam refert & communiter approbatam dicit Plaza in d.c.xxviij.verſi.adnotanda vtique.Clar.dicto §.homicidium verſi.Hæc autem.

Defenſio conſanguineorum licita eſt,ita vt ſi quis auxilietur fratri ſuo,& interficiat alium cum eo rixantem,non incidat in pœnam homicidij.commu.dicit Grammat.conſi.lxxxix.inter conſil.crimin. poſito lib.ij.nu.10.Clar.d.§.homicidio.verſ.Item locum.

Defenſio corporis proprij contra inſultantem,etiam Iure Canonico permiſſa eſt commu.dicit Nicol.in concord.glo.c.lvj.Didacus in repet.clemen.ſi furioſus,num.1. Clarus.dicto libro.v.§.homicidium, verſi.Excuſatur.

Defenſionem allegatam vt quis probet,non neceſſe habet vt iſta neceſſitas defenſionis in ſpecie probetur, ſed ſufficit quòd ſimpliciter probet ſe feciſſe ad ſui defenſionem. communem atteſtatur Pract.Carer.numero 126.quem refert Plaza in libro primo delictorum,cap.xxviij.numero 20.Decius in l.vt vim.ff.de iuſt. & iur.num. 17.& ab hac opinione dicit Clarus non eſſe recedendum,licet Menchiaca in capit.xxviij.numero 6.illuſtr.controuerſ. dicat contrariam receptiorem,refert Clar.dicto.§.Homicidium,verſi.ſed quomodo.Et ad probandum aliquem fuiſſe in periculo vitæ,ſufficit probare,quòd eius aduerſarius veniebat armatus contra eum,ita tenet gloſſ. in l.j. in verbo Moderatione.C.vnde vj.quam dicit communiter approbatam Bertrãdus in conſilio cxxviij num.3.Claud.in l.vt vim.ff.de iuſt. & iur.numero 54.Gramm.conſilio lix.numero nono.Riminal.conſilio xiij.numero 39.Plaza in dicto capi.xxviij.numero 15.Non enim tenetur quis expectare quòd ab alio prius percutiatur, ſed ſi quis ipſi mortem minetur,poteſt ipſe ſtatim minantem percutere,commu. dicit Bartolus,inter conſilia crimin.diuerſ.conſilio xcvij. numero 21. lib j.Ioan.de Amicis,conſ.cxvj.nu.5.Refert Clar.d.verſ.ſed quomodo,

Defenſionem quoque extranei ſuſcipere licet,ita vt ſi quis alium inſultantem occidat,non incidat in pœnam homicidij ordinarij.commu.dicit Decius in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.numero 32.verſi.ſubiicit Alciat.conſi.ccccl xxv.Barto.in d.l.vt vim.numero ſeptimo. & in l.ſi quis in ſeruitute,numero tertio.ff.de furt.Clar.dicto §. homicidium, verſicu.Item locum.

Defenſione honoris ſui cauſa licet alium occidere, nam periculũ famæ æquiparatur periculo vitæ,l.iuſta.ff de manu.vindict. communem teſte Bolenco in repet.l.capitalium.§.famoſos, numero 161. de pœnis,refert Clar.dicto §.homicidium,verſic.idémque.

DEGRADATIO in clerico reo criminis læſæ maieſtatis,nõ debet fieri actualiter ſed verbaliter tantùm.commu. dicit Curt.Iuni. conſilio clix.nume.primo.Clar.d.lib.v.§.fin. quæſtio, xxxvj.verſiculo quæro nunquid Clericus.Similiter quoque propter aſſaſſinium non debet Clericus actualiter & ſolenniter. degradari,communem dicit Lambert.in c.quæſtio.xj.numero 88.de hæret.in vj.Dias in pract.crimi.canon.cap.xcj.Didac.libro ſecundo,reſolut.c.xix. numero vigeſimoſexto.Pract.Conrad,verſiculo xviij.fallit.Clar.d.§.fi.quæſtio.xxxvj. verſi.quæro,tu ſcis.

Degradatione verbaliter tantum facta,iudex laicus nullam adhuc habet in eum poteſtatẽ,niſi etiam illi tradatur, ſed ſi actualiter facta, eſt,tunc poteſt eum iudex ſecularis punire abſque aliqua traditione commu.dicit Alciat.in c.cùm non ab homine,de iudic. numero 108. Clar.d.§. fin.quæſtio.xxxvj.verſi.ſcias autem.

DELEGARI cauſa criminalis meri & mixti imperij,à iudice delegato ab inferiore quàm principe,non poteſt, & licet Nebius de los corregidores.dicat communem eſſe(vt eum refert Villalobos in comm.opin.litera D.numero trigeſimoquarto)quòd poſt litem cõteſtatam poſſit delegari,Clarus tamen non credit verum eſſe,negando Nunium id dicere.d.§.fin.quæſtio.lxj.verſi.ſi verò. In delegato verò principis magna eſt docto.controuerſia.ita vt Pau.Caſt.in l.vnica C.qui pro ſua iuriſd.dixerit magis communem eſſe quòd poſſit delegare,vt eum refert ac ſequitur Vantius de nullit.nume.vigeſimoſexto.Contra verò Alber.in l.j.de officio eius,numero 21.dixerit magis communem eſſe quòd non poſſit,vt Iaſ.ibidem numer. 64.verſiculo Contra viam,eum rectè dixiſſe putat,prior tamen opinio magis cõmunis eſt,ſed poſterior æquior videtur Claro.dicta quæſt.xlj.verſic. in delegato.vbi addit Boërium in deciſ.vj.in fin.dicere,eam etiam in Francia ſeruari.In caſu tamen quòd merum & mixtum imperium poſsit delegari,poterit delegatus procedere vſque ad vltimum ſupplicium,vt commu.dicit Alciat.in cap.quòd ſedem. numer.83.de offi.ordina.maxime ſi periculum eſſet in mora,vt in ſigni latrone.vt cõmunem eſſe dicit Curt.Iunio.in dicta.l.j.num.ſexageſimoquinto, de offic.eius.Clar.dicta quæſtio.xlj.verſicu.ſed nunquid.

Delegari cauſæ criminales à iudice ordinario non poſſunt,intellige quæ ſint meri,ac mixti imperij,& in ordinario inferiore qua princeps.comm.dicit Decius in l.j.ff.de offi.eius.numer.26.& Curt.Iun. ibidem,nu.21.quia cenſetur tunc electa induſtria ipſius perſonæ, vt commu.dicit Claud.in d.l.j.nu.2.Clar.d.§. fi.q.xlj.

DELICTVM commiſſum in offenſam Principis dicitur publicum.ita refert ex Ant. Gomez.c.j.delictorum. Clar.lib.v.§.j. ver.ij.

Delictum non probatur per inſtrumentum.Communẽ dicit Boer. in c.atſi clerici.nume.14.de iudic.Curt.Iun.in authen. ſi quis in aliquo,num.trigeſimoquarto, verſic.quarto aduerte.C.de edendo.& dicebat Dynus quod hæc opinio tenetur & ſeruatur pro euangelio, quem refert Gandin.de maleſ.in titu.de pœna.numero decimoquinto.Intellige quando crimen.conſiſtit in facto ſeparato ab inſtrumento,vt homicidium,furtum,adulterium,&c.ſed ſi crimen conſiſteret in animo,prout eſt hæreſis,vtique per inſtrumentum in quo aliquis aſſereret aliquid hæreticum,poſſet crimen ipſum probari.itẽ ſi quis ratificet per inſtrumentum delictum commiſſum ab alio vel ſi aliquis faceret inſtrumentum contractus vſurarij, poterit delictum vſuræ probari per inſtrumentum.Hæc Clar.d.lib.v.§.fin.q.liiij.in prin.

Delictum omne quod principaliter fit in offenſam Dei,dicitur publicum,& quilibet de populo poteſt accuſare. communiter tenent doct.in l.Manichæos.C.de hæreti.teſte Anto.Gomeſ.in c.primo delictorum,nu.primo,vt refert Clar.in libro v.ſent.§.j.verſi.j.

Delictum quod committitur faciendo grauius reputatur quàm quod committitur omittendo,communem eſſe dicit Alber.in l.præſcriptione,verſi.Item ex prædictis.C.ſi contra ius vel vtil.publi.& in eadem l.Iaſon.nume.9.quem refert Antonius de Padilla in l.tranſigere.nu.107.C.de tranſactio.Clar.in lib.v.ſent.§.j.verſ.Eſt etiam.

Delictum ſine dolo commiſſum vel extra propoſitum & intentionem ipſius delinquentis,meretur mitigationem pœnæ,ita vt reus nõ debeat corporaliter puniri.Ita poſt Barto.in l.quid ergò.§.pœna grauior,poſt numero 11.de iis qui not.infamia.dicere omnes ſcribentes atteſtatur Cepolla.in d.conſ.xxxvj.verſ.& poſtremò.Clar.d.§.fin. quæſtio.lx.verſi.ſunt etiam.

Delictorum alia eſſe merè Eccleſiaſtica,alia merè ſecularia, alia cõmunia.Item alia nominata,alia innominata,vt ea diſtinxit Barto.in l. nunquam plura. nume.quarto.ff.de priuat.delict.communiter approbatum,dicit Blanc.in pract.crim.nume.111.Clar.lib.v.§.j.verſ. habes.

DELINQVENS confugiens ad ſtatuam principis, non debet inde auelli.Commu.dicit Remig.immunit.eccleſia.ampliatione. Clar.dicto §.fin.quæſtio.xxix.in fin.

Delinquens debitor poteſt quandocunque dare de bonis ſuis inſolutum ſuis creditoribus.Communem dicit Picus in l. poſt contractum,numero 41.ff.de donat.Clar.dicto §.fin.quæſtio.lxxviij. verſic, ſcias etiam.

Delinquens permutans bona aliqua poſt delictum,vel vendens,ſi bona permutata,vel precium venditorum reperitur in bonis conſiſcatis,non debent moleſtari poſſeſſores eorum bonorum quæ delinquens alienauit communem dicit Quemada.quæſtio.fiſcali.ſeptima, Clar.dicto §.fi.q.lxxviij.verſi.contingit.

Delinquens poteſt non ſolùm à iudice loci vbi deliquit,ſed etiam à iudice domicilij ſui tempore commiſſi delicti,puniri.communem dicit Salicet.in l.prima. numero tertio. C. vbi de crimin. agi oport. Gramma.conſilio xxvij.numero 6.Afflict. ſuper tertia part. conſtitu. Regni. rubri. lv. numero 38. idque non ſolum ſi reperiatur in loco domicilij, ſed etiamſi abſens ſit,tũc enim citari poteſt,vt comm.dicit Abb.in cap.fin.numer. quadrageſimoprimo,de foro compet.Clar.d. §.fin.q.xxxix.verſi.ſortitur.

Delinquens regulariter non poteſt nec debet de ſociis interrogari,per text.l.fin.C.de accuſat.& eſt communis.vt dicit Ioan.de Amicis.conſilio xxvij.numero primo,præterquam in quibuſdam crimi-

minibus propter eorum immanitatem exceptis, quæ recenſet glo.in d.l.fin.quos tamen caſus Auguſtinus ad Angel. de malefic. in verb. & Sempronium,numero 5.dicit non ſufficere,quia etiam alij tradun tur per ſcribentes.Bart.autem in l.repeti.§.j.ff.de quæſtio.diſtinguit, dicendo:Aut agitur de crimine quòd principaliter committitur in proprium commodum,vt monetam falſam cudere,furari,&c.& tũc interrogare licet de ſociis, aut agitur de crimine quòd committitur tantùm in offenſam & odium alterius,vt eſt homicidium,&c. & tũc non poteſt delinquens etiam contra ſe cõfeſſus interrogari de ſociis & dicit Auguſtinus ad Angelum de malefic.in verbo. fama publica. num.106.quòd hodie aſſeſſores cõmuniter videntur obſeruare hanc doctrinam Bartoli,Salicet.tamen in d.l.fin.inter alia tandem ita conſuluit,quòd in iis criminibus quæ regulariter non ſolent committi abſque ſociis, delinquens poſſiti nterrogari de ſociis , & hanc communem dicit Anton.Gomeſ.cap.xij.deli. num.16.in fin.& dicit Boſſ. in tit.de indic.num.374.quòd illæ conſiderationes Saliceti ſeruantur in practica.Alij verò dicunt,quicquid ſit de iure,hodie de conſuetudine non ſeruari,ſed delinquentes in omni caſu interrogari de ſociis, vt atteſtatur Blancus de indiciis,num.374.Fulgoſ. conſil. clxxiij. nu. 2.Practica Caſoni,numero 6.& numero 9.Nota tamen,ſi delinquens interrogetur de ſociis,non facit indicium ad torturam,ſed ad inquirendum tantùm,communem dicit Publica.ſuper conſuet.Aluer.numero 3.Hæc Clarus in dicto §.fin. quæſt. xxj. verſicu. Dictum ſocij. de vltima tamen communi, vide plura in d.quæſt.xxj. verſicu.ſi verò & verſic.ſucceſſiuè.

Delinquens ſi confugiat ad ſacerdotem portantem ſacram eucharistiam in manibus,gaudet immunitate ac ſi ad eccleſiam confugiſſet. communem dicit Gomeſ.in §. pœnales,numero 50. Inſtitut.de action.Cagnol .in l.vinum.liiij.ff.ſi cert. petat,Didac. in cap.xx.lib.ij. reſolutio.numero ſexto.Remig.de immunit.eccleſia. Anton.Gomeſ. capitulo decimo delictor. numero primo. Clarus dicto §. fin.quæſt. xxx.verſic.vltimo quæro.

Delinquẽs ſi perſequatur à familia ſui iudicis in aliud territorium, & ibi captus fuerit, non debet ab illo iudice qui capturam ordinauit retineri,ſed relaxari & dimitti:Ita communem dicit Barbat. conſilio xxvj.in fin.lib.j.quem refert Boſſ.in tit.de captura. nume. 34. & idem Boſſ.in tit.de fauoribus defenſionis,num.7. ita etiam practicari atteſtatur Antonius Gomeſ.cap.ix.delictor.nume.5.non enim hoc caſu attendi debet principium ſed finis. contrarium tamen in facti contingentia deciſum fuiſſe, refert Pariſ.de puteo.de ſyndicat. c.iiij. num.2.Clar.d.§.fin.q.xxix.in fine.

DENVNCIARE delictum alicuius ad acta poſſunt officiales,licet ſint plurimum pauperes & viles perſonæ,& quandoque etiam infames. Communiter obſeruari teſtatur Angelus de maleficiis. in glo.necnon & ad denuntiationem.numero 4. quem refert Cardi. Alexand.in dicto capitulo de accuſat.verſiculo ſecundo quæro. ſecunda quæſt.viij.Marian.in repet.cap. qualiter & quando , numero 81.& Pract.Conradi.nume.9. Et eiuſmodi denuntiantis dictum ſufficit ad inquirendum.communem dicit Boſſ.in tit.de denuntiat. numero 2.Clarus d.§.fin. quæſt.vij. verſic. primo & ſecundo.Si tamen abſoluatur reus , tunc denuntiator ratione calumniæ condemnandus eſt in expenſas.commun.dicit Alber.in l.ſancimus, numero 6. in fin.capitulo de iudic.quem refert Gratus conſilio xcvij.numero lib. primo.Clarus ibidem verſic.vlt.

DEPRÆHENSIO in crimine,non facit plenam probationem,ſed hoc tantummodò operatur,vt reus poſsit torqueri.communen ait Alber.in l.defenſores,numero ſecundo. C.de defenſor.ciuit. Clarus dicto §.fin.quæſt.viij.verſic.primo. Nihilominus tamen poterit puniri abſque lata ſententia,vt communiter approbatum dicit Boſſ.in titulo de denuntiat.numero decimo. Clarus idem verſiculo quæro an quando.

DICTVM vel depoſitio rei alicuius criminis de correis facit indicium contra nominatos correos ad inquirendum,vel ad inquiſitionem fundandam. communem dicit Roman. in l. & ſi certus, in princ.ff.ad Sylle.quem refert & ſequitur Auguſtinus ad Angelum de maleficiis,in verb.fama publica.num.31. Grammat.conſil.xxj.nume. 10.& conſil.lxvij.in fin.& Ioan.de Amic. conſil.xxvij.nu.5. & Nouel. in pract.crimin.num.19. & hæc concluſio procedit ſiue delinquens ſponte,ſiue etiam interrogatus à iudice, ſocium illum nominauerit, idque tam in criminibus exceptis, vt communiter docto. tenere ait Blanc.de indiciis.num.389.quem refert Villalobos in ſuis commun. opinio.in litera. C.num.293.Et licet Ruin. conſil.cxlvij. num.1.in fi. lib.v.dicat communem eſſe quod in caſibus non exceptis nullum faciat indicium ad inquirendum,neque ad procedendum,ſiue ſponte, ſiue ad interrogationem iudicis dixerit,quem refert & ſequitur.Roland.conſil.lxxiij.num.2. lib.j. tamen contrariam magis communem eſſe putat Clar.d.§.fin.quæſt.xxj.verſic.retenta.Ad formandam tamẽ inquiſitionem,non eſſe ſufficiens indicium ait Decius conſi.clxxxix. num.9.quem refert.Pract. Conradi.in princ. Et quod talis in caſibus non exceptis non admittatur in teſtem,dicit Roland.conſil.xvj.nu.7. lib.j.ſecùs in exceptis,idem Roland.eod. conſil.num.2. Quod etiam tale dictum non ſit ſufficiens indicium ad torturam, tam in non exceptis,quàm exceptis caſibus , communem dicit Boer. deciſ.cccxix. num.1.quem refert Roland.d.conſilio xvj. nume.17.Grama.voto.vj. num.7.Villalobos in commun.opin.in litera C.nume.152. Roland. conſil.lxxiij.nu.20.Facit tamen aliqualem præſumptionem, vt communem dicit Boer.d.deciſ.cccxix.nu.4.Ideóque ſolum dictum mandatarij non facit indicium ad torturam contra mandantem, niſi alia concurrant.communem dicit Pariſ.de Put.de Syndicat.in verbo Tortura.vt eum refert Nouell.in pract.crimin. num. 31. & ſeq.Clar.d.q xxj.verſic.ſi verò,& ſequentibus.

DILATIONES in iudiciis criminalibus dandæ ſunt duæ accuſatori,& tres reo.per text.in l.fin.ff.de feriis,& licet textus ille videatur loqui in cauſis capitalibus tantùm,nihilominus intelligi debet,vt procedat in quibuſcunque cauſis criminalibus,ſecundum gl. magnam.ibidem quam communiter obſeruari dicit Bald.in ead.l.fi. in vltimis verbis. ita etiam de conſuetudine obſeruari communem atteſtantur,ibidem Angel.num.1.& Paul.caſtr.num.3.Alex.num.2x. Iaſ.num.50.ſecundum Canoniſtas autem materia dilationum eſt in arbitrio iudicis,vt dicit communem Alex.in l.ij.num.8.ff.de re iudic. Clar.d.lib.v.§.fin.q.xlviij.verſic.quæro.

DISPOSITIO authen.bona damnatorum.C.de bon.damnat.extenditur etiam ad collaterales , licet corpus vnde ſumpta eſt, nullam mentionem faciat de collateralibus.comm. dicit Aret. in l.eius qui.§.ſi cui,verſic.ſed quæritur.ff.de teſt.quem refert Cagnol. in l.ea ſola deportationis.num.7.ff.de reg.iur.

Diſpoſitio authen.bona damnatorum.C.de bon.damnat. non corrigit indiſtinctè iura antiqua,ſed tãtummodò in illis caſibus, in quibus pœna confiſcationis eſt impoſita in conſequentiam alterius pœnæ,& ideò in illis in quibus à lege antiqua eſt expreſſè impoſita pœna confiſcationis bonorum,non ſunt correcta iura antiqua.commu. dicit Bart.in l.j.nu.3.ff.de bon.damna.quem refert Boer.deciſ.cclxiiij. num.15.Clar. d.§.fin.q.lxxviij.in princ.

Diſpoſitio c.j.de homicid.in vj.non ſolùm locum habet in certo illo hominum genere qui aſſaſsini appellantur,ſed in omnibus homicidiis.commu.atteſtatur Boſſ.in tit.de mandato ad homicid.num. 16.Refert Clar.lib.v.ſent.§.Aſſaſsinus,in prin.Et extẽditur illa diſpoſitio etiam in epiſcopũ aſſaſsinum.comm.dicit Soc.in conſiliis Curtij ſenioris,conſ.xx.nu.43.verſ.omitto poſtremo.Clar.ibid.ver.quæro.

DOCTORES non debent torqueri.Ita tenent omnes,vt ait Pariſ.de Puteo.de ſyndicatu. num. 9. & ita communiter teneri atteſtatur Pract.Carrerij.num.180. verſic.excipiuntur. Et licet aliqui dicant illud de conſuetudine non ſeruari tamen communis eſt quòd talis conſuetudo de iure nihil valet,& ideò non eſt obſeruanda,vt dicit Carrer.in loco alleg.quem refert Duennas regul.cxc.in ampliat. iiij.hanc etiam communem dicit Boſſ.in tit.de indiciis. numer.111. Clar.dicto §.fin.quæſt.xliiij.verſ.quæro an Doctores.

DOMINVS non tenetur pro delictis famulorum comm.dicit Curt.Iuni.in l.j.nu.13.C.de ſer.fugit.non enim debet culpa ſeruorũ vel quomodocunque ſubditorum nociua eſſe domino vt communem dicit ibidem Curt.Intellige niſi dominus teneret in domo viros notoriè ſceleſtos,ita totam iuris ſcholam ſentire dicit Plaza.lib.j.delict.cap.xiiij.nume.1.& 3. Tenebitur tamen dominus,ſi famulus eius occaſione,vel eo ſciente aliquid faciat, quia cenſetur feciſſe eius voluntate commu.dicit Curtius ſenior conſilio xlj. nume.10.Gram. conſil.crim.viij. De delictis verò quæ famulus facit domino inſcio, & prohibere non valente,dominus non tenetur.commun.dicit Cagnol.in l.culpa caret.numero13.de regul.iuris.Clar.dicto §.fi.quæſt. lxxxvj.verſic.hinc infertur.

DOMINA cum ſeruo ſuo concumbens,capite punitur,ſeruus autem flammis conburitur.l.penul.C.de mul.quæ propr.ſer.ſe iunx. commun.dicit Anton.Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri.nume.23. Non tamen econtrà ſi ancilla rem habeat cum domino,punitur,imò remuneratur.vt eſt text.in l.fina.C.comm.de manumiſſ. Clar.lib.v.ſent. §. fornicatio.verſicu.Mulieris.

DORMIENDO crimen committens excuſatur,qui non cenſetur tunc compos mentis,Intellige tamen quando aliàs ei dormiẽti talia euenire non ſolerent,nam ſi aliquando ipſi ſoleret contingere vt ſi à lecto ſurgeret.& enſem euaginaret,vel ſimilia faceret, tunc ſi ipſe non præcauiſſet claudendo hoſtium,diceretur eſſe in culpa, & puniendus eſſet pœna extraordinaria.com.dicit Didac. in repe.clem. ſi furioſus.nume.6.Plaza lib.j.delict.cap.xxxj.nume.3. & ita quoque tenet Bart.in l.penult.ad l.Pompe.de parricid. Clar.dicto §.fin.q. lx. verſic.quæro etiam.

DOS mulieris nubentis in caſu à iure prohibito,ſcientis tamen factum,licet errauerit in iure matrimonium carnali copula fuerit conſummatum,applicatur fiſco.com.dicit Abbas in cap.& ſi neceſſe,nu.7.de donatio.inter virum & vxor. prout illum refert Bello.cõſi.lxxxiiij.nu.3.& ita tenet gloſſ.in l.final.in verb.nupſit.ff.de condit. ſine cauſa.Clar.d.§.fin.q.lxxx.verſ.dos mulieris.

Dos mulieris ſimul cum reliquis bonis confiſcatur,ſi delictum cõmiſſum fuerit per eam ſoluto matrimonio.com.dicit Nellus de bannit.in j.par.ij.temp.q.xxviij. quem refert Auguſt.ad Ange.de malefic. in verbo & eius bona.nu.29.Conſtante autem matrimonio bona vxoris non publicantur,niſi in quinque caſibus. comm. dicit Anton. Gomeſ.ſuper l.lxxviij.Tauri.nu.1.& eſt text.in l.quinque legib. ff. de bon.damnat.& in illis caſibus ſimul cum aliis bonis etiam dos confiſcatur.comm.dicit Nell.in loco præallegato,quem refert.Boſſ.in tit. de bon.publ.nu.73.Clar.d.§.fina.q.lxxviij.verſ.quæro ſi bona.

D V O vnum & eundem vulnerantes,temporis tamen interuallo, ità vt vulneratus moriatur,tunc ſi primum vulnus non erat letale, ſed tamen incertum an vulneratus ex eo moriturus eſſet,primus tenetur de vulnerato, alter de occiſo.ſi verò erat indubitatum quòd ex primo vulnere euadere non poterat, tunc etiam primus tenetur de occiſo.comm.dicit Boer.deciſ.cccxxiij.nu.10.Didacus in repeti. in cl. ſi furioſus.nu.4.de homicid,Plaza.lib.j.delict.c.xij.nu.8.Blanc.in prac. crimin.nume.96.refert Clar.lib.v.ſentent.§.Homicidium verſicu.Sed quid ſi reus probet.

Duæ ſemiplenæ probationes licet in cauſis ciuilibus iunctæ faciant plenam probationem.tamen ſecùs eſt in criminalibus,vt com. dicit Gratus conſil.xlvij.nume.7.lib.ij.quem refert Simancas de hæret.cap.50..nu,1.Contrariam verò communem dicit Albert. in l.ij.§. fin.nu,2.ff.de excuſa.tuto.Alij verò dicunt quòd ſi ſint plura indicia, quorum quodlibet in ſua ſpecie perfectum ſit, ſufficiunt ad condẽnationem,aliàs ſecus ſecundum doctrinam Bal.in l.ſi quis ex argentariis.§.j.nu.4.ff.de edendo quam Doctores communiter ſequi dicit Bertrand.conſil.cxxxvij.in fin.lib.ij.in ſecunda part.& conſ. clxiiij. in fin.lib.vij.refert Clar.d.§.fina.quæſtion.lxiij.verſicul. tu ſcis.

## E

EBRIETAS excuſat in delictis non quidem in totum neque à culpa,ſed à dolo tantum, & ideò ebrius delinquens extraordinaria pœna , non ordinaria puniendus eſt.Ita com.eſſe dicit Menchiaca cõtrouerſ.illuſtr.c.xcvj,num.31.Plaza.lib.j, delict. cap.xxx. num.1. refert Clar.d.lib.v.§.fin.quæſt. lx.verſic.præterea quæro. addit etiam eum qui ebrietatis calore blaſphemauit , mitius puniendum,ſecundũ Abb.antiquum.in ca.ij.de maled.quem Doct. communiter ſequi teſtatur Gram.ſuper conſtitu.regni, numero 6.Imò dicit etiam ibid. Clar.ſe credere eum qui ſine culpa inebriatus fuerit, vt ſi ſocij ipſo inſcio ſal in vinum coniecisſent , tam à culpa quàm à dolo excuſandum nihil tamen allegat.

Eccleſia habet immunitatẽ,ita vt in ea nemo perſonaliter capi debeat.com.dicit Maranta in ſpec.ſuo.nu.29.& delinquentes fugientes ad eccleſiam conſequuntur immunitatem.comm.dicit Gomeſ.inſtit. de actionib.in princ.nu.67.& hanc pro regula ponunt omnes Canoniſtæ & legiſtæ,vt ait Remig.de immunitat.eccleſ.in regula. Hæc autẽ immunitas in duobus conſiſtit,primũ,vt qui eò confugit,violẽter extrahi non poſſit,ſecundò,vt licet nõ violenter extractus,ſed ab ipſo epiſcopo vel abbate ſpontè traditus fuerit,non poſſit amplius ex eo delicto condẽnari ad mortẽ vel pœnã corporalẽ,ſed pecuniariã tantũ.Ita cõm.eſſe dicit Abbas in c.inter alia.de immunitate eccleſiarum.nu.8.magis etiam com.d.Summa Angelica in §.immunitatis. nu.16.ſed hanc poſteriorem partem immunitatis hodie non eſſe in vſu atteſtatur Remigius de immunitat.eccleſ.Prædicta verò immunitas locũ habet etiam in eccleſia conſtructa quidem,ſed nondũ conſecrata,vt com.d.Remigius de immunitate eccleſiarum & Didacus in q.20.nu.lib.ij.reſolution.Idem eſt etiã in eccleſia interdicta,com. dicit Summa Ange.in verb.immunitas.q.xxvij.honos enim qui eccleſiis debetur ob dei reuerentiam præſtatur.quæ propter hominũ culpam ceſſare non debet.Idem quoque dicendum eſt de Eccleſia deſtructa,ſub ſpe tamen reædifficationis. vt com.dicit Remigius in loco præallegato.in ampliat. 20.Secùs tamen dicendum eſt de oratoriis ptiuatis,licet in iis diuina celebrentur vt Commu.atteſtatur Abbas in c.final.nu.4.de conſil.& Remig.de immu.nu.10.quia talia oratoria omni die poſſunt de voluntate domini ædium commutari,ita vt quod hodie oratorium,cras camera ſit.Cæterum non omnes gaudent illa immunitate,Latrones enim viarum,depopulatores nocturni & homicidę qui ex inſidiis interfecerunt, non merentur illam immunitatem.commu.dicit Igneus in l.j.§.ſubuenitur.nu,107.in fin.ff. ad Sylle,nu.117.Remig.de immu.Et licet de iure ciuili.etiam raptores virginum.homicidæ & adulteri, excludantur ab illa immunitate per text.§.quòd ſi delinquentes authent.de mandatis princ.tamen textus ille corrigitur per ius canonicum,ita vt illi rei gaudeant immunitate, vt communem atteſtatur Summa Angel. in §. Immunitas numero 17.& ſumma Syluęſtrina.§.immunitas tertio. in principio quæſtion. numero ſecundo & hanc diſpoſitionem Iuris Canonici etiam conſuetudine approbari atteſtatur Ioannes. Fabrica.§.ſed hoc tempore. numero ſecundo de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.Alexan., conſilio cxlv.numero 4.libro vij.numero 11.Boſſ.in titul.de captura numero 21.In ſpecie verò de raptoribus virginum quòd gaudeant immunitate.com. dicit Henricus Boich.in capitul.eccleſiæ, de immunit.eccleſ.Didacus dicta quæſtio.xx.numero 8.& quamuis aliqui diſtinguant.an delictum ſit commiſſum ſtimulo naturali vel non,tamen eorum opinio communiter damnatur,vt ait Alexand.conſil.cxlv.nu. 9.An verò talis immunitas etiam illis proſit qui in ipſa eccleſia delinquunt.comm.eſt.quòd non. vt dicit Angelus de Caſtro inter conſil Pauli de Caſtro patris ſui, conſil.ccccl viij.numero 1. in fi.libro ij. Pract.Milei.numero 21.& Cardinalis tenuerit,quòd ſic,tamen communis opinio eſt contra illum,vt atteſtatur Remig.de immun.eccle. fall.iij.numero 5.Intellige tamen hanc communem de illis qui delinquunt ſub ſpe immunitatis,ſecùs in aliis,vt communẽ dicit Remig. ibidem nume.3.Adde quòd delinquens in vna eccleſia aufugiat ad aliam non tamen gaudebit immunitate, vt commun.dicit Remig. ibidem fall.xj. numero 2. Hæc omnia refert Clarus in d.lib.v. §.fin. quæſt.xxx. per totum.

E F F R A C T O R E S eccleſiarum cum ſpoliatione, ſunt excõmunicati.cap.conquæſti.de ſentent.excom, ad hoc tamen vt locum habeat diſpoſitio.d.c.conquæſti.non ſufficeret ſola effractio ,neque ſola ſpoliatio,ſed requiritur vtrunque.com.dicit Remig.de immunit. eccleſ.fall.xxxiij.Clar.d.§.fin.quæſti.lxxvij.verſi.Effractores.

E P I S C O P V S negligens non poteſt niſi à ſummo Pontifice deponi.com.dicit Abb.in c.excommunicatus.j.in fi.de hæret.Clar.d. §.fin.q.lxxiij.§.prælati.

Epiſcopus non poteſt delegare laico cauſas criminales clericorum, commu.atteſtatur Ripa in c.decernimus.num.34.de iudic. Amplia vt etiam non poſſit etiam ſi laico adiungere vellet clericum & ita vtriſque ſimul delegare.comm.dicit Decius in d.c.decernimus numero 5. in fin.quem refert Rolandus conſilio iiij.numer.4.libro primo Amplia ſecundo quod epiſcopus etiam clerico coniugato tales cauſas nõ poſſit delegare.comm,dicit Ripa in d.c.decernimus.numer.64. Fallit d.communis in Pontifice,quia ille ex pleniſſima poteſtate ſua poſſet tales cauſas etiã mero laico committere,per gl.in c.benè quidem in verbo,præter.xcvj.diſtinct.quam totus mundus ſequitur, vt ait Berous quæſt.vij.nu.1.Non tamen poſſit conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos.vt com.dicit Menchiaca li.iij.de teſtam.§.xxij.numer.60.

Epiſcopus non poteſt in criminibus communis fori laicos perſonaliter capi,aut carcerari facere,aut punire,ſed poteſt tantummodò cõtra eos procedere per cenſuras.commu.Ioan.Andr.in additi.ad Specul. vt illum refert Foller.in pract.crimin.canon.nu.52.& ſequen.Aufrer.in tract.de poteſtate eccleſ.ſuper laicis.nu.1. quem refert Didac. Pract.quæſt.x.num.2.Hanc etiam com.dicit Menchiac. lib.iij. de teſtã.§.xxij.& licet ibidem dicat eundem ferè eſſe numerum contrariũ tenentium:tamen Clarus à dicta cõmuni dicit eſſe nõ vllo modo recedendum.In clericis verò aliud eſt,nam epiſcopus poteſt illos capere & in carcerem mittere,etiam ſine auxilio brachij ſecularis.comm. dicit Didacus in dicta quæſt.x.num.2.verſic.quartò non eſt.Clar.dict. lib.v.§.fin.q.xxxvij.verſic.vnum tamen .

Epiſcopi palatium licet communis ſit quòd de iure non minus ac ipſa eccleſia gaudeat immunitate,vt nemo inde extrahi debeat propter delictum,vt teſtatur Didacus libro ſecundo reſolut.ca.xx. nume. 5.in fin.& Remig.de immunit.eccleſ.in xv. ampliatione, etiam ſi in eo nulla capella conſtructa ſit vltra xl.paſſus ab eccleſia diſtet.Tamẽ in praxi forenſi per frequentem vſum contraria opinio recepta,nẽpè quòd non gaudeat tali immunitate,niſi ſit conſtructum intra dictos xl.paſſus ab eccleſia,vt atteſtatur Didacus ibidem,Clarus dicto. §.fina.quæſt,xxx.verſic.ſcias tamen.

Epiſcopi licet de iure deberent pœnas pecuniarias quas à clericis delinquentib.exigunt,applicare cameræ, & non ſuæ tamen de conſuetudine hodie ſeruatur contrarium, vt comm.dicit Didac.li.ij.reſolutio.c.ix.num.11.Foller.in pract.crim.Canon.num.14.Gomeſ. Arias ſuper l.vij.Tauri.nu.75.Clar.d.§.fin.quæſt.lxxx.ver.In hac autem.

E X A M I N A N D O reum in cauſa criminali,iudex poteſt illi deferre iuramentum de veritate dicenda. communem dicit marſilius in lege quęſtiones habendæ numero 72.ff.de quæſtione quem refert Pract.Conradi in principio & Gomeſ.capitulo primo delict. numero 65. Et licet videatur dicendum quòd nemo teneatur ad propriam turpitudinem detegendum.lege alias.de regulis iuris & ita etiam teneri in Francia atteſtetur Marcus deciſ. dclxxvj.Tamen magis communis eſt in contrarium vt dicit Clarus d.libro quinto §.finali q.xlv. verſ.ſed quæro.addit tamen ſibi hanc practicam nunquam placuiſſe, quia ſit manifeſta occaſio periurij.

E X C E P T I O quòſt quis vigore ſtatuti bannitum licitè occiderit,vel offenderit, impedit litis conteſtationem. communem Gandin.de malefic.in titul.verum procurator.numer.15. Clar.lib.v.ſent. §.Homicidium.verſ.ſciendum.

E X C I P I E N S contra perſonas teſtium,non debet ſimpliciter opponere quòd ſint infames,periuri,ſed debet ſpecificare locum & tempus

& tempus commiſſi delicti & circunſtantias.comm.dicit Boer.deciſ. cccxxj.num.2.Clarus d.§.fin.q.iiij. verſic.j.

Excipiens contra teſtem aliquem quòd ſit infamis, periurus, &c. non tenetur probare quod communi omnium opinione habeatur & reputetur pro tali,ſed ſufficit ſi probet,quòd infamis ſit ex tali cauſa vel tali crimine.Ita contra Bart.in l.j.numero 4. C.de teſtam.magis communem eſſe atteſtatur Alexander conſilio clij num.16.lib.v. quem refert Crottus de teſtibus.numero 4.in fin.Clarus dicta quæſt. liij.verſ.Sed nunquid.

Excipiens contra teſtem de aliquo crimine,ſi non probet,tenetur actione iniuriarum,comm.dicit Boſſ.in tit. de iniur. nume.21. generaliter enim obiiciens alicui crimen aliquod in iudicio,ſiue agendo,ſiue excipiendo,ſi illud probat,non tenetur.vt in hoc omnes conuenire dicit Boer.conſil.iiij,num.37.in fin.ſi verò non probat, tenetur.communem dicit Boer.ibidem in fine. num.37. Clarus d. §. fin. quæſt.liij.verſic.Caueant.

EXCOMMVNICATVS non poteſt accuſare, cum non poſſit ſtare in iudicio,receptiſſimam Doct.ſentẽtiam dicit Plaza.lib. j.delictor.c.xliiij.num.10.quę quidem locum habet etiam in foro ciuili,licet enim iure Canonico introductum ſit vt excommunicatus non poſſit ſtare in iudicio, id tamen etiam in foro Cæſareo obſeruandum eſt.Clarus d.lib.v.§.fin.q.xiiij.verſ.quæro nunquid.

EXCVSATOR audiendus eſt pro reo etiam ſine mandato, communem dicit Cardin. Alexand. in can. ſi quando, numero 21, ij.quæſt.vj.Et licet Bart.in §.ad crimen. num.18. l.penult. de public. iudi. diſtinguat, an excuſator proponat excuſationes neceſſarias, vt infirmitatem, carcerationem,&c. vel probabiles tantum,vt quia itinera non ſint tuta, &c. quam etiam opinionem dicit eſſe communem Rubeus in eodem §.ad crimen.num.201.& num.212.in fin.tamen prior opinio Claro magis placet tanquam æquior.d.§.fi.quæſt. xxxiij.verſic.ſed nunquid.

Excuſator comparens vt tantùm excuſèt abſentiam rei, non tenetur fideiubere vel ſatiſdare,ſecùs ſi etiam defenſionem ſuſciperet, communem dicit Alber.in §.publicè. l.ſeruum quoque. ff.de procurat.num.12,in fine,Rubeus in §.ad crimen.l.penul.ff.de publi.iudic. Menchiaca controuerſ.vſu freq.c.xvij. num.8.Clarus d. quæſt.xxxiij. verſic.quæro nunquid.

Excuſator eſſe poteſt etiam pater vel Dominus pro filio & ſeruo ſi compareant pro ſuo intereſſe. communem dicit Riminal.conſil.xiij. num.1.Alex.de Neuo.conſil.xc.num.2.Cepolla conſilio crimin.lxxv. in princ.Item vxor pro viro, princeps pro ſubdito, ciuitas pro ciue, &c.commun.dicit Boſſ.in tit.An in crimin.iudic.num.17.Clarus dicta quæſt.xxxiij.verſic.vltimo.

Excuſator in omnibus & quibuſcunque criminibus,in quibus poteſt contra abſentem procedi, admittitur, ſi non proponat aliquas defenſiones rei,ſed tantummodò alleget eius abſentiam. commun. atteſtatur Alberic.in §.publicè.l.ſeruum quoque.ff.de procuratorib. num.16.Idem ſi alleget infirmitatem vel carcerationem in alio territorio,vel alia impedimenta, propter quæ reus non poſſet etiam ſi vellet perſonaliter comparere.nam ad proponendas huiuſmodi exceptiones quilibet admittitur.communem dicit Marian. in cap.veniens.numero ſexageſimoſeptimo.de accuſation.Imò etiam in omnibus caſibus,in quibus abſens poteſt diffinitiuè condemnari ſit admittendus excuſator abſolutè, etiam ad probandam eius innocentiam,vt dicit eſſe magis communem Aretin. conſilio cxlvj. numero decimoſexto.Marſil.conſilio xxxix.numero trigeſimo. Practic.Conradi.in vigeſimaſeptima limita.Hanc etiam magis communem dixit Cepolla.conſilio crimin.lj. circa medium. Iaſon in l.hi qui. numero ſeptimo. C.qui teſtamenta facere poſſunt. Rubeus in §.ad crimen, num.172.Gomes Arias ſuper lege lxxiiij. Taur.numero quadrageſimonono.Nouell.in tractatu ad defenſam.numero decimo.Alexander conſilio iiij.numero primo, & ſequent.libro ſexto. Hanc etiam communem eſſe tam legiſt.quàm canon.dicit Cepol. conſilio crim. xlvij.in fi.Gram.conſil.ciuil.xxxvij.numero decimo.& rationem huius concluſionis allegant Doctores,quia iudex debet omnibus modis veritatem indagare,& ex officio perquirere de innocentia rei,etiam nemine petente,vt cõmunem dicit Alber.in l.iij.C.de his qui ad eccleſ.confug.ita relatus per Brun.conſilio feud.lxix. numero ſecundo.Aretin.conſilio cxlvj.Marſil.in dicto conſilio ſexageſimo.numero vigeſimoſecundo.Eadem igitur ratione dicendum videtur, vt quòd poteſt Iudex à ſeipſo facere, idem etiam ei facere liceat, iſto excuſatore aut quolibet alio ſubminiſtrante teſtes & indicia, ex quibus rei ipſius detegatur innocentia.& ita commun. eſſe dicit Gratus conſil. xcviij.numero 8.lib.j.Hæc omnia Clarus d.lib.v.§.fin.quæſt.xxxiij.in princip.& verſic.ſeq.

EXECVTIO ſententiæ capitalis differenda eſt,quando reus alium de aliquo crimine accuſaſſet,donec iudicium accuſationis ab eo cœptæ perficiatur.communem dicit Imola in l.is qui reus. num. 24.ff.de public. iudiciis. Angelus ibidem numero 17. in fin. Clarus tamen putat difficile poſſe obtineri in practica. in dicto §. fin.quæſt. xcvij.verſiculo eſt etiam.

Executio ſententiæ capitalis differenda eſt,quando officialis cui à principe mandatum eſſet aliquem decapitari vel ſuſpendi,videret illud mandatum principis eſſe iniuſtum,debet enim tunc principi reſcribere.comm.dicit Carer.in pract.crim.num.110.Clarus. d.quæſt. xcvij.verſic.Item eſt differentia.

Executio ſententiæ capitalis impeditur,ſi condemnatus aufugiendo è manibus ſatellitum & amplectetur ſacerdotem portantem ſacram euchariſtiam.communem dicit Gomeſ.in §. pœnales numero quinquageſimo.inſtitut.de actionib.idque contra gloſſam in capitulo quæſitum.xiij.quæſtione ſecunda.Item impeditur executio ſi condemnatus dicat ſe ante commiſſum delictum feciſſe votũ de ingrediendo in religionem, tunc enim ſuper hoc ſtandum eſt eius iuramento.comm.dicit Viuius in comm.opin.in verb. Ordo eccleſiaſticus,& Plaza.lib.j.delict.c.xxxv.num.6.Item impeditur ſi condemnatus obuium haberet Cardinalem qui imponeret pileum ſuum cardinalitium ipſi reo.comm.dicit.dict.Gomeſ.in d.§.pœnales.num.50. inſtitut.de action.Item impeditur,ſi poſt condemnationem appareret de innocentia rei.comm.dicit Marſil.pract. crimin.§.opportunè. num.7.Gram.conſil.crimin.xvj.num.23.Hoc tamen caſu iudex non debet reum abſoluere,cùm enim ſententia lata iam functus ſit officio ſuo,nihil amplius poteſt,ſed debet ſupercedere & principi reſcribere.Ita comm.dicit Anton.Gomeſ.ca.viij.delict.num.4.Hæc omnia Clar.d.§.fin.q.xcviij.per totum.

EXHORTANS aliquẽ vt committat delictum, tenetur de delicto,intellige ſi delinquens non fuiſſet aliàs commiſſurus.comm. dicit Alber.in l.ob hæc verba in fin.ff.de his qui not.infam.Clar.d.§. fin.quæſt.lxxxviij.in fine.

## F

FALSI crimen etiam propter aliud inſtrumentum quàm teſtamentum alicui imputatum,cenſeri publicum.commun.dicit Aretin. in §. Item lex Cornelia,ante nume. 1. Inſtit.de pub. iud.& Rubeus conſil.xij.num.2.tenuiſſe Azo.item glo. &Doctores in l.j.ff.de publ.iud.refert Clarus lib. v.ſenten.§.j.verſ.iij.

Falſi ſuſpicio non habetur pro veritate,ita communiter tenetur contra Archid.in can.in memoriam.xix.diſtinct.atteſtatur Gratus cõſil.lx.numer.16.libro ij.

Falſo inſtrumento ſcienter vtens,mitius punitur quamuis qui fabricauit vel fabricari fecit.commu.dicit Salice.in l.vteris.num. 4,C. de fid.inſtrum.Refert Clar.lib.v.ſenten.§.falſum.verſ.vtens.

FALSITAS commiſſa in ſcriptura quæ deficiebat in forma & circa ſubſtantialia, non facit committentem reum criminis falſi. communem dicit Alber.in ij.parte ſtatutorum, quæſt. cxlvij. Socin. cunſil.ciiij.num.3.Clar.ibidem.

Falſitas dici non poteſt illud quod iuuatur primordio veritatis. comm.dicit.Foller.in pract.crim.num.35.Clar.ibid.ver.præterea.

Falſitas per partem in cauſa commiſſa circa acta ipſius cauſæ,facit vt cauſa amittatur.comm.dicit Alex.in l.diuus. nu.6. quem refert Didac.in repetit.c.quamuis.numero 6,verſic. Item punitur.& Pract. Conradi.num.31,Boer. deciſ.ccxcj.num.2. Vantius de nullitatib.nu. 141.Ruin.conſilio xv.numero 3.lib.v.ſecùs ſi circa teſtes aut inſtrumenta commiſſa ſit,vt dicit comm. teneri Decius in cap. cum venerabilis,num.21.de exceptionib. & licet aliqui dicant hoc locum habere quando cauſa ſit contra fiſcum,tamen magis communis eſt etiam ſi ſit cum priuato,vt teſtatur Ruin.dicto conſi.,xv.num.3.lib,v. Refert Clar.lib.v.ſent,§.falſum.verſic.item propter.

Falſitas quæ nemini præiudicat, non facit committentem reum criminis falſi.commun.dicit Alexand.conſi.cxlv.verſic.confirmo per id.Barbatius conſil.lij.num.4.lib.iij.Socin.conſil.ciij, num.1.& 2.lib. j.Clarus ibidem verſi.Item excuſatur.Talis tamen falſitas non excuſabit à pœna extraordinaria,prout comm.dicit Plott. in repetitio.l.ſi quando.num.721.Clarus ibid.in fine.

Falſitas ſine dolo cõmitti non poteſt.comm.ait Socin.Iunio.conſ. xxxix.num,83,lib.ij.Clar.lib.v.§.falſum.verſic.excuſatur.

FAMA cum vno teſte, non probat plenè in criminalibus, niſi ſint aliæ coniecturæ vel adminicula.commun.dicit Crott.in tract.de teſtibus.num.102.& generaliter fama etiam ſi iuncta ſit cum alia ſemiplena probatione,non ſufficit in criminalibus ad plenam probationem.per gloſ.in ca.veniens.j.in verb.illorum.de teſtib,quam communiter approbatam dicit Decius conſi.ccx.in fine.Marſil.in l.de minore.§.plurimum.num.55.de quæſt.Clarus dicto §.fin.quæſtione ſexageſimatertia.verſic.fin.

Fama debet vt minimũ per duos teſtes probari. & quod per duos teſtes tantum probari poſſit.communẽ dicit Salicet.in l.ea quidem. C.de accuſat.in ſexta charta.ver.venio ad ſepti...um, vt illum refert Decius conſilio cclxxij. num. 4. & in hoc omnes concordare dicit

All eric.

Alberic.in dicta lege ea quidem.numer.24.idque ſecundum gloſſ. l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſtibus.Debent tamen teſtes illi de fama deponentes reddere ſufficientem cauſam ſcientiæ,aliàs non probant.Cõmun.dicit Simancas de hæretic.capit.lxiij.numero 16. Corn.conſil. ccxxxij.in litera D.lib.& conſil.ccxvj.in litera H.libro tertio Debent item dicere quòd audiuerunt à maiore parte populi,aliàs non probant,& ideò dicit Bartolus in l.de minore.§.plurimum. numero 19. ff.de quæſtio.quòd non ſufficit teſtes dicere quòd publicè audiuerint,quia poteſt eſſe quòd audiuerint in loco publico, ſed tamen à paucis,vel etiam ab vno tantum,igitur requiri quòd dicant,ſe audiuiſſe à maiore parte populi.& ita communiter teneri affirmat Imo. in l.heredes palàm.in princ.numero 1.ff.de teſtamen. quem refert. Alexand.conſi. ccxij.numero.5.libro ſecundo,& conſi.xx. numero 4. libro iiij.Corn.conſilio lxxxiiij.libro primo,& conſil.lxviij.libro ij.& conſilio ccciij.libro ij.vbi dicit ſe obtinuiſſe contra Benedictũ Capram,in cauſa eius propria.Hanc etiam communem dicit Alexand. conſi.cxxiij.numero 3.libr.vij.Soc.conſi.liiij.numero 27.libro iiij.Deci.conſilio xxxvij.nume. 10.verſic.tertius teſtis.Bertran.conſi.lxxiiij. nume.10.libro octauo.Socin.iunior conſilio lxix. numero 24.libro primo.Gram.conſi.crim.xxvj.numero 14.Card.Alexand.in cap.cùm in tua circa finem,de ſponſalib.Decius in cap.j num. 35.de appella. & conſilio cxxxiij.numer.4.in fin,& conſilio ccx.nu.9.Curt.ſen.conſi.lxxxij.nu.9.Craueta conſil.xlj.num 4.& conſi.cclxij. nu.5. & licet Bal.in c.literas.num.2.de.præſumptionib. teneat contrarium, atque etiam Caſſa.d.deciſ.iij.num.7.de probat.atteſtetur opinionem Baldi ſeruari in practica,& communem obſeruantiam eſſe contra Bartol. ſimiliter etiam Calcan.conſi.viij.num.11.dicat communem opinionem eſſe contra Barto.imò etiam Alexand.ſibi contrarius dicat in conſi.cij.num.17.lib.vij.videri quòd magis communiter damnetur opinio Bart.Tamen propter maiorem numerum doctorum videtur mihi Fichardo magis communis opinio Bartoli,de iure,ſecus fortè apud quoſdam in Practica,Præterea debent etiam teſtes deponentes de fama nominare eos à quibus audiuerint,aliàs enim non probant. com.dicit Alex.conſil.100.nume.4.verſicul. ſextus teſtis.libro primo.ita etiam magis communem eſſe dicit Aretin.in cap.cùm oporteat.nu.58.verſi.communiter tamen de accuſat. Et hoc procedit etiam ſi non interrogentur,tamen ſi non etiam nominauerint eos à quibus audierunt non probant:ita ſeruari atteſtatur Ioannes Andreas in d.c.cum oporteat.de accuſati. vt illum refert Marſill.in d.§. plurimum,num.50.& conſil.lxxvj.num.22.& Gram.conſi.crim. xlij. num.19.& voto.xxxiiij.nume.14.debet enim fama habere originem à perſonis honeſtis & fide dignis non autem à maleuolis,vel improbis,niſi ageretur in cauſa turpi,vt de geſtis in lupanari,tunc etiam lenoni & meretricibus fides habenda,cum honeſtæ perſonæ illuc nõ veniant.Poſtremò debent etiam tales teſtes de fama deponentes, ſcire quid ſit fama,aliàs nihil probant. communem dicit Marſil.in d, §.plurimum.nu.104.& ſeq.Hæc omnia Clar.d.§,final.quæſt.vj.verſi. ſciendum,cum ſex.ſequentibus.vbi tandem dicit,famæ probationẽ difficilimam.eſſe,ita vt ad eam rectè probandam vix ſufficerẽt teſtes qui eſſent iuriſperiti.d.quæſt,vj.verſ.poſtremò ſcias.

Fama in criminalibus etiam ne ſemiplenè quidẽ probat,ſecund.gl, in c.veniens.j.in verb.illorũ.de teſtib.quam cõmuniter approbatam eſſe dicit Berous in c.qualiter & quando.nu.78.de accuſat.Decius in d.c.veniens.j.nu.25.vt illũ refert Blancus de indic.nu.313.& dicit Salicet.in l.ea quidẽ.nu.133.de accuſa.quod ita ſe habet communis practica quẽ refert & ſequitur atteſtans ita ſe habere cõm.opin.Bertrã. conſ.cxxvj.nu.11.lib.vij.Clar.d.§.fin.q.xxj.verſic.fama ſola.poſt prin.

Fama ſola abſque aliis adminiculis,non eſt ſufficiens indiciũ ad torturã. com.dicit Iaſ.in repet.l.admonendi.nu.207.ff.de iureiur.quẽ refert Crauetta conſi.xlj.nu.6.Marſil.conſi.iij.nu.4.in fin.Blanc.de indiciis.nu.413.& Duennas reg.ccc.in princ.Foller.in pract.crim.nu.38. Crottus in tract.de teſtib.nu.147.Marſ.in l.de minore.§.plurimũ.nu. 30.ff.de quæſtionib.& ſingul.xcvij.Carer.pract.crim.nu. 111. quem refert Plottus in repet.l. ſi quando.nu.891.& licet alij atteſtentur cõtrariũ de conſuetud.ſeruari,vt Gandin.de malefic.in verb.fama publica.nu.41.& Carauita ſuper l.xlj.ritu magn.cur,nu.8,& Brunus de indiciis nu.32.Ioann.Andr.ad Specul. in titulo de not.crim.§.fama. in verb.veniens.quem refert Pari,.de Puteo de ſyndicat.c.nume.2.& Marſi.conſi.nu.16.tamen Clarus dicit ſe ſemper vidiſſe dictam communem obſeruari.d.§.fin.quæſt.xxj.ver.fama ſola.

Fama ſola ſufficit ad hoc vt poſſit formari inquiſitio contra ſubditum, communem.dicit Cardinal.Alex.in cap.de accuſat, ij.q.viij. in fine.Si verò reus non eſt ſubditus, tunc ſtat in arbitrio iudicis, vt commun.dicit Martianus in cap.qualiter & quando. extrà de accuſat.nume.19.Clar.d.§.fin.quæſtio.vj.verſ.Item quæro.

FIDEIVSSOR in cauſa criminali, ſi is pro quo fideiuſſit poſtea imputatus ſit de alio crimine,& bannitus,tunc ille fideiuſſor datus in prima cauſa non tenebitur illum conſignare ſub pœna in fideiuſſione contenta.imò ſequuta condemnatione contra reum remanet fideiuſſor liberatus , nec tenetur illum amplius præſentare. Commun.dicit Albert.in quart.part.ſtat. quæſt.lxiiij & Boſſ.in tit.de carcer.fideiuſſ.relaxan.nu.41. Clar.d.§. fin.quæſti.xlvj.verſ.quæro.

Fideiuſſor in prima inſtantia,regulariter non tenetur in ſecunda, ſed lata ſententia expirat eius fideiuſsio. communem dicit Boerius deciſ.cccxv.nu.1.Pari.conſi.clxxj.num.30.lib iiij.Clar.d.§.final.quæſtio.xlvj.verſi.ſis tamen.

FILIVS occidens patrem,ſuccedit quidem patri,ſed fiſcus ab eo aufert hereditatem tanquam ab indigno comm. dicit Butr.conſi.lxiij.neque admittuntur nepotes ex illo filio ad ſucceſſionem,vt cõtra Bald.in l.ſi quis inceſti.numero 4.C.de inceſt.nupt. communiter teneri ait Boer.deciſio.xxv.numero 8.& 17.Clar.libr.v. ſentent.§.homicidium.verſi.Priuatur etiam.

Filius poteſt facere pacem de patre offenſo mortuo,etiam ſi non velit eſſe heres patris.Comm.Iaſo.in l. ſi filius qui patri.ff.de vulgar. nu.21.Villalpand.ſuper l.xxij.cap.xlj.numer.7. Boer.deciſ.cxxj.num. quarto,in fin.quem refert Anton.de padilla.in l.tranſigere.C.de trãſactionib.nume.62.nam ius faciendi pacem non eſt hereditarium, vt Communem dicit Ruin.in.repetitio.§.Cato.nu.102.Clarus dict. §.fin.quæſtione quinquageſimaoctaua.verſ.quæro nunc.

Filiusfamilias poteſt accuſare alium criminaliter etiam ſine conſenſu communem dicit Hieronym. poſt Angel.de malefic.in verb.& ad quærelam.numero 81.quem refert Carauita ſuper ccj.tit.magn. curiæ.Anton.de Tremo.in addition.ad Bonac.in practic.Exceptionum in rubric.quibus modis ſuo nomine ani.numero 133.& Areti.conſilio cxxxviij.& licet gloſſa in lege finali.§.neceſsitatem. in verb.imponenda.C.quæ liber.tenuerit,quòd non. Imò etiam Practic. Carer. numero 108.atteſtatur illam gloſſ.opinionem eſſe magis communẽ, tamen veritas eſt in contrarium,& gloſſ.illa communiter reprobatur.vt dicit Cardinal.Alexand.in capitul.de accuſatione.verſicu.Item ſecundum aliquos,ſecunda,quæſtione octaua.& dicit Clarus,ſe nũquam vidiſſe in practica ſuper hac opinione dubitari.dicta lege finali quæſtione decimaquarta.verſ.ſed quid.

Filij naturales tantùm admittuntur ad accuſandum de morte patris,& præferuntur cæteris conſanguineis,receptiſsimam omnium ſententiam eſſe dicit Plaza in capitul.xlj.numero 5.Si verò eſſent ſpurij adulterini vel inceſtuoſi non admittuntur.Communem dicit Felinus in capitul.nonnulli.§.ſunt & alij.nu.quinquageſimooctauo,de reſcriptis.Sed ſi certũ patrẽ agnoſcerent,non eſſent ab accuſatione repellendi. comm.dicit Petrus Bellus de re militari.nu.ſexageſimoquarto.Clar.dicto §.final.quæſt.decimaquarta,verſic.quæro an filij.

Filij naturales & ſpurij poſſunt pacem facere pro offenſis factis eorum matribus,etiam patribus quando ſunt certi. Comm.dicit Petrus Bellus de re milit.numero 64.Clarus dicto §.finali quæſti. lviij. verſic.ſcias autem.

FISCVS ad quem peruenerunt bona alicuius, ſi ea capit tanquam bona confiſcata,tenetur ad onera legatorum & fideicommiſſorum,et creditoribus hereditariis, quaſi heres,et habetur loco heredis Comm.dicit Crauetta conſi.cclxv.nu.7.et ſic tenetur perſoluere omnia debita condemnati,vt communem eſſe dicit Alber.in l. actione.§.publicat.ff.pro ſocio.Sed quando capit bona vt vacantia,eo caſu non tenetur ad legata,neque ad fideicommiſſa.ita communiter receptum.atteſtatur Ripa in l.ex facto.§.ex facto.nu.6.ff. ad treb. At ſi deferuntur ad fiſcum ex ſucceſſorio edicto, ſcilicet deficientibus aliis ſucceſſoribus,tunc licet Salic.in l.vnica.§.pe. num.29. C.de caducis tollend.ſecutus Baldum in l.eam quam.nu.5.in fin.C.de fideicom.dixerit communem eſſe quòd etiam tunc teneatur fiſcus.Contrariam tamen,quòd non teneatur,communem dicit Claud.in l.recuſare.§.ſi fiſco.num.3.ff.ad Trebe.& hanc magis communem atque in practica obſeruari dicit Clar.d.§.final.q.lxxviij.verſi.ſed an.

Fiſcus an habeat bona delinquentis tacitè obligata vel hypothecata,licet aliqui ſimpliciter dixerint quòd non,& ita communẽ aſſerat Sali.in l.ſi quis poſt.num.6.C.de bon.præſcript.& Boſſ.in tit. de bon.publico.numer.81.Clarus tamen ita diſtinguendum dicit. Aut loquimur ante delictum commiſſum,& tunc certum eſt quòd non habet in eis aliquam hypothecam,vt communem dicit Butrig. conſi.lxj.nu.3.& Picus in repetitio.l.poſt contractum.nume.40.ff.de donation.Aut loquimur poſt delictum commiſſum,antequã inchoatum ſit iudicium criminale,& ſimiliter dicendum eſt, quòd nullam habet hypothecam,vt communem dicit Alex.in l.reſcriptum.in princip.nume.8.ff.de pact.Aut loquimur poſt ſententiam, & dic.quòd à die latæ ſententiæ habet fiſcus bona delinquentis hypothecata , vt comm. dicit Auguſt.ad Angel.de malefic.in verb.Dictum Sempronium nume.11.Hæc.Clar.d.q.lxxviij.ver.final.

Fiſcus præfertur creditoribus delinquentis ex delicto. etiam in pecuniariis,non tamen præfertur eius creditoribus ex contractu. commun. opin.atteſtatur Didacus lib.j.reſolut.cap.xvj.num.8. Clar. d.q.lxxviij.verſic.vbi.

Fiſcus ſi alicui ſuccedat,quocunque caſu bona ad illum deferantur,nunquam tenetur vltra vires hereditarias etiamſi non confecerit inuentariũ. com.dicit Iaſon in l.ſcimus. in princip.nu.1.C.de iur.

delib.

iur.delib.Apoſtill.ad Abb.in cap.j.in fin.in verb.Hereditarias.de ſolution.Clarus d.q.lxxviij.verſic.vnum ſcias.

FORNICATIO cum meretrice, non eſt de iure ciuili punibilis.comm.dicit Ange.in l.ſi vxor.§.ſed & in ea.num.1.ff.de adulter. adeò vt ſi quis etiam per vim meretricem ſtuprauerit non puniri debeat,vt communiter teneri contra Bald.dicit Alc.conſi.ccccIxix. num.1.Clar.lib.v.ſent.§.fornicatio.in princ.

FRATER fratrem occidens, priuatur ſucceſſione hereditatis fraternæ,& præfertur fiſcus.adeò, vt ne filij fratricidæ ad eam hereditatem admittantur,comm.dicit.Barb.conſil.viij.lib.iij. in dubio j. Clarus lib.v ſentent.§.homicidium.verſic.puniatur etiam.

FVGA delinquentis, in caſu quo ſuſpiciones non ſufficiunt, ſed plena probatio requiritur, probat tantùm ſemiplenè cõtra fugientẽ. comm.dicit Ripa in l.admonendi.num.168.ff.de iureiur.& ideò facit in eo caſu ſufficiens indicium ad torturam.ita comm. dicit.Iaſ.in d. l.admonendi.num.158.quem refert Duennas reg.cccxc. in princ. & Blanc.de indic.num.278.& Gomeſ.Arias ſuper l.lxxiiij. Tauri. num. 18.intellige tamẽ de ea fuga quæ ſit ante formatam inquiſitionem, vel aſſumptas informationes,talis enim fuga verè arguit conſcientiá delicti commiſsi.comm. dicit Boſſ.in tit.de indiciis. num.49. ſi quis igitur fugiat poſt tranſmiſſam inquiſitionem, vel informationes aſſumptas per officium.talis fuga non eſt ſufficiẽs ad torturam.comm. dicit Blanc.de indic.num.281.Ripa in d. l.admonendi.nu.168. vt illum refert Siman.de hæret.ca.lxiij. nu.19. Ant.Gomeſ.ſuper l. lxxvj. Taur.nu.12.Ant.de Padil.in l.tranſigere.nu.3.C.de tranſ.Hoc autem locũ habet ſolummodò in cauſis capitalibus,nam in nõ capitalibus, ſi cum fuga concurrat publica fama,ſemper facit indicium ad torturam,ſiue ſit ante ſiue poſt accuſationem.In capitalibus autẽ quando ſumus poſt accuſationem,nunquam facit indicium ad torturam, vt magis communem atteſtatur Ioan.de Amicis conſil.xxxvij. nu.5. & conſil.cxxxj.num.3.Notandum autem ſi is qui aufugit poſtea citatur ſpontè comparet,tunc fuga præcedens nullum contra eum facit indicium neque etiam leue. comm. dicit Ioan. de Amicis conſil. lxxxv.num.8.& conſi.vij.nu.19.ſecundum Bar.in l.quid ſi fugitiuus, §.j.de ædilitio edict.Clar.d.§.fin.q.xxj.verſi.fuga delinquentis.

Fuga facit plenam probationem contra fugientem,ſi à carcerib. auffugerit,videtur enim fateri delictum Comm.dicit Ripa in l. admonendi.num.170.de iureiur.Cato Saccus in eadem l. numer. 81. quẽ refert Duennas.reg.ccclxxxix.in limit.ij. Ideóque talis habetur pro confeſſo & conuicto.per l.in eos.ff.de cuſtod.reor.& Com.dicit Boer. deciſ.ccxv.nu.9.Ant.Gomeſ.c.ix.delictor.nu.11.Intellige tamẽ de eo qui iuſtè carceratus eſt,vt communem dicit Andr.de Beſet.in repet.l.j.nu.59.C.de ſacroſanct.eccleſ.nã ſi indebitè & non ſeruato iuris ordine carceratus ſit,tunc propter talẽ fugam etiam cum fractione carceris,non punitur,neque habetur pro confeſſo.Communẽ dicit Rolan.con.vij.nu.47.libr.primo,& poteſt talis carceratus licitè auffugere.vt communiter receptum eſſe ait Didacus lib.primo reſolut.ca.ij.num.11.quem refert Duennas regula cccxciij.in limit. iiij.neque tenetur redire ad carceres. etiam ſi iuraſſet ſe rediturum ſecundum gloſſ.in clement. paſtoralis in verb. per violatam de re iudic. quam dicit eſſe ab omnibus receptam Didac.in dicto capit. ij.nu.7.Plaza.libr.primo delict.capit.xxiij.num.ſexto,ſubdens quòd Doct.communiter addunt,quòd reus qui veriſimiter eſt inuiſtè dãnandus,tenetur fugam arripere ſi poteſt.Item intelligenda eſt hæc concluſio,vt procedat in eo qui auffugit ex carceribus publicis, ſecùs enim de priuatis.vt Com.dicit Boer.deciſ.ccxv.num.13.Notandum quoque ſi fugiens ſtatim ad carceres redeat,non ſit puniendus tanquam fugitiuus,vel effractor.vt Boer.communem dicit deciſio. ccxv.num.18.& 19.hæc.Clar.d.d.xxj.verſic.iij.

FVR excuſatur ſi propter extremam neceſsitatem furetur.com. dicit Marian.in cap.ſi quis propter.num.12.de furt.Cagnol.in l.quæ propter neceſsitatem.num.3.ff.de reg.iur. quem refert Benincaſ.de paupert.num.22.Clar.d.§.furtum.verſic.Quandoque.

Fur manifeſtus dicitur etiam ille,quem aliqui viderunt furari,licet non deprænenſus ſit in vel cum furto. per gloſſ.in l.fur manifeſtus. ff.de furt.in verb.deprehenſus.quàm communiter approbatam dicit Alber.in ead.l. Clar.lib.v.ſent.§.furtum.verſic.j.

Fur non tenetur niſi ad reſtitutionem rei furatæ,in foro conſcientiæ.comm.dicit Gomeſ. in §.ex maleficiis. num. 14. inſtit. de action. quem refert Benincaſius de pauper.num.9. Clarus dicto §.furto verſiculo pœna autem.

Fur præſumitur eſſe ille in cuius domo res furtiua inuenta eſt,intellige ſi ſit malæ famæ,ſecùs ſi eſſet bonæ famæ.comm.dicit Auguſtinus ad Ang de malefic.in verb. & veſtem cœleſtem. num.19. nec tamen talis præſumptio eſt ſufficiens ad pœnam, ſed benè ad torturam,refert Clar.d.§.furtum.verſic.ſed nunquid ille.

Fur pro tribus furtis debet furca ſuſpendi. comm.dicit Cepoll.in auct.ſed nouo iure.C.de ſerui.fugit.num.84.& 85.

Fur pro vno tantum furto,licet magnum ſit, non debet ſuſpendi. commun.dicit Angel.de Vbald.in conſil.lxxj. num. 21. inter conſilia criminalia diuerſorum poſitò.lib.ij. & Gregor. Lopez, quem refert Anton.de Padilla in pract.vt dicit Aret.in auct.ſed nouo iure. C. de ſeruis.fugit.nu.4.quem refert Chaſſen.ſuper conſuet.Burgund.num. 15.& Roland.conſi.lj.circa fin.lib.j.& dicit Caccial. in l.cùm ſeruus. ff.de condict.cauſ.dat.quod vidit quendam qui commiſerat furtum mille ducentorum aureorum,qui euaſit pœnã mortis,& fuit ſolummodò punitus pro primo furto.Clarus d.§.furtum.verſic.Sed an.

Fur ſi furetur creditori ſuo à quo ſolutionem recipere non poterat,excuſatur,modò non excedat ſummam debitam. commun. dicit Didacus lib.j.reſolut.cap.ij.num.15.verſic. quarto eodem. Clar.d.§. furtum.verſic.excuſatur.

Furem vt liceat occidere illi cui furatus eſt,requiritur ſi nocturnus ſit vt fiat pro defenſione corporis vel rerum,ſecundò quod occidẽs prius clamet,tertiò quòd eum non cognouerit, neque habeat teſtes qui potuerint cognoſcere, vel contra eum deponere, quartò quòd eum non potuerit capere. hæc omnia requiri ſecundum cõmunem atteſtatur Bolencus in repet.l.capitalium.§.famoſos. num.164. ff.de pœn.Pract.Iodoc.ca.78.num.2.Si verò diurnus ſit licet illum interficere,ſi telo ſe defendat.comm.ait Bolencus in d.l.capitalium.num. 165.Alex.conſil.cxxxviij.num.9.lib.vj.refert. Clar.d.lib.v. §.homicidium.verſic.vlt.eſt.

FVRATVS aliquid tẽpore neceſſitatis non tenetur illud ſi ad pinguiorem fortunam venerit reſtituere,in foro contentioſo. com. dicit Summa Silueſtr.§.furtum.quæſt.v.quem refert Didac.in repet. in cap.peccatum.Sed in foro conſcientiæ teneretur reſtituere. com. dicit Marian.cap.ſi quis.propter de furt.& Beninca.de paupert.num. 37.Clarus d.§.furt.verſic.Sed vidi.

FVRTVM in re magna dicitur graue delictũ.comm.dicit Abb. conſil.xxv.num.1.in fin.lib.j.Clar.d.§.furtum.verſic.quæro an.

Furti pœna de iure communi non eſt pœna mortis. comm.dicit Gomeſ.in §.ex maleficiis,num.12.inſtitut.de action.Et licet in cap.j. §.ſi quis quinque ſolidos.de pace tenend.videatur cõſtitutum quòd pro furto quinque ſolidorum quis debeat ſuſpendi,tamen illud intelligendum ibi eſt, quando cum furto concurrebat violatio pacis. comm.dicit Gomeſ.in d.§.ex maleficiis.num.2.& 3.Et quod illa pœna in omnem caſum hodie de conſuetudine non ſeruetur,atteſtatur Gandin.de malef.in tit.de furib.num.10.Bald.in d.§.ſi quis quinque. nu.1.& in auct.ſed nouo iure nu.3. C.de ſeruis fugit.Notandúmque eſt quòd Pariſ.de Puteo in tit.de ſynod.num.5.dicit, quòd proles illius Federici conſtituentis illud cap.& alij reges ſucceſſiuè qui illam conſtitutionem ſequuti ſunt,malam vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit.refert Clar.lib.v. ſent. §.furtum verſic.Sed quæro quæ ſit pœna.

Furta duo prius extra territorium cõmiſſa,cõputantur ad tertium in territorio commiſſum,ad hoc vt pro tertio furto ſuſpendatur fur, ſi ſtet ſtatutum quòd quis pro tertio furto ſuſpendatur.ita Modernos communiter tenere ait Cepol.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer. fugit. num.89.in fin.Clar.d.§.furtum.verſi.Sed pone ſtat ſtatutum.

Furta duo præcedentia,etiamſi fur per gratiam ſuper iis abſolutus fuerit,nihilominus erunt computanda ad tertium commiſſum.com. obſeruari atteſtatur Chaſſen.ſuper conſuet.Burgund.num.23.quem refert Didacus lib.ij.reſolut.cap.x.num.2.circa fin. Clar.d.§.furtum. verſic.ſed quid ſi.

Furta tria vt dicantur,debent eſſe diſtincta tam tempore,quàm rẽ. comm.dicit Cæpol.in auth.ſed nouo iure.C.de ſeru.fugit.num.105. Clar.d.§.furtum.verſic.vnum tamen.

FVRTIVA res ſi non extet, ſtatur iuramento domini cui res furata eſt,quò ad æſtimationem.commun.dicit Pariſ.conſil.cix.num. 30.lib.iij.& atteſtatur Boſſ.in tit.de rapin.num.37. Clar.d. §.furtum. verſic.item contra.

Furtiuam rem dominus cui furata eſt poteſt cum authoritate iudicis in aliorum domibus perquirere. communem dicit Auguſt. & Ang.de maleficiis,in verb.Et veſtem cœleſtem.num.34.Pract.Conradi.num.10.Papo.lib.xxiij. titulo ſexto. Areſt.iij. & ita magis communiter in practica tenetur.

Licet alij dicant contrariam communem,vt Abb.in cap. qui cum fure.num.6.de furt.quem refert Pract.Conrad.d.num.20.Clar.lib.v. ſent.§.furtum.verſic.quæro nunquid.

FVRIOSVS non debet puniri de his quæ ante furiam perpetrauit.communem dicit Iaſon.in l.furioſum.C.qui teſtament. facere poſſunt,num.8.& in l.ex facto.num.30.de vulgar.& in l.ſi ſeruum.nu.7.ff.ſi ex noxal.cauſ.agatur.quem refert Gomeſ. Arias ſuper legem xlv.Tauri.num.2.Ripa.in d.l.ex facto.num.73.Didacus in repet.clement.ſi furioſus.numero 2.Pract.Carer. numero 14.Cagnol. in l.in negotiis,numero 3.ff.de reg.iur. Menchiac. controuerſ. illuſt. cap.xcvj.num.31.Duennas reg.clix. Clar.dicto §.fin.quæſt.lx. verſic. item quæro.

FVSTIGATIONIS pœna,non dicitur pœna capitalis.communem dicit Marant.in ſuo ſpecul.num.5.Bart.in l.tranſigere. C.de tranſact.Clar.d.§.fin.q.lxx.verſic.eſt etiam.

## G

GRATIA à principe vel Senatu impetrata non facit vt impetrans, hereditatem ſibi tempore banni delatam, ſed propter ipſius incapacitatem ad alios in proximiore gradu tranſmiſſam, recuperare poſſit, quia princeps non cenſetur velle auferre ius alterius. ita communem dicit Boſſ. in tit. de remed. ex ſola clem. prin. num. 15. Clarus dicto §. fin. verſic. ſed quæro pone.

Gratia alicui cuius bona ad fiſcum delata ſunt conceſſa à principe vel ſenatu, non ſe extendit ad bona illa à fiſco alienata. Communem dicit Felinus in cap. inter quatuor. numero 5. de maior. & obed. Nellus de bannitis in prima parte iij. temp. quæſt. v. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 72. & ſequen. quem refert Plottus in repet. l. ſi quando. num. 9. in fin. Boſſ. in titu. de remed. ex ſol. clem. prin. nu. 11. Ex cauſa tamen princeps poſſet aliquem etiam ad illa bona reſtituere. communem dicit Rubeus conſi. cliiij. num. 6. Poſſet tamen etiam talis reſtitutus agere ad precium rerum venditarum, non autem donatarum, & ita quatenus fiſcus factus eſſet locupletior. communem atteſtatur Nellus in dicta parte vndecima. temp. iij. quæſt. vj. licet ibi ſubdat, quòd apud eos non ſeruetur. Clarus dicto lib. v. §. fin. quæſt. lix. verſic. Item quæro.

Gratiæ factæ à ſtatutis vel decretis, non detrahuntur ad delicta futura. communem dicit Imo. in cap. fin. num. 11. de conſtit. Si tamen aliquis deliquerit ſub eiuſmodi decreti gratioſi, non eſt illi indulgendum. Guliel. de Bened. in ij. part. ca. Raynutius. num. 115. & in iij. par. num. 38. vbi dicit quòd vidit Toloſæ quendam decapitari, qui ſub ſpe & confidentia habendi gratiam à Rege alium occiderat, & de hoc ante delictum ſe iactitauerat, quòd pro decem aureis deinde gratiam obtinuiſſet. cùm autem in ſupplicatione dictum homicidium non expreſſiſſet, fuit iudicatum gratiam per eum obtentam fuiſſe ſubreptitiam. Notandum autem eſt, quòd in generali conceſſione gratiæ non intelligitur crimen falſi quoque remiſſum, ſed requirit propter enormitatem ſuam ſpecialem remiſſionem. ita communem dicit Nellus de bannitis in iij. par. ij. temp. q. xij. quem refert Apoſtill. ad Ang. de malefic. in verb. & ad quærelam. num. 80. Clarus d. §. fin. quæſt. lix. verſic. fortius dico, cum ſequen.

## H

HÆRETICVS propriè dicitur, quando quis de articulis fidei, vel de ſacramentis Eccleſiæ aliter ſentiret quàm Romana eccleſia, ita communiter tenere Doctores Boſſ. in tit. de hæreticis. num. 1. Alij verò quos & Clarus ſequitur, dicunt etiam illos hæreticos dicendos, qui habent peruerſum dogma, vel gignit nouas opiniones falſas, aut veteres falſas. & ab Eccleſia damnatas ſequitur, vt ſi quis aſſerat ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, aut periurium non eſſe mortale peccatum, & ita communiter Doctores tenere atteſtatur Bellon. conſil. lxxvij. num. 6. ſecundum gloſſ. in clement. vnic. de vſuris. & Franc. Squillacen. in tract. de fide Cathol. cap. xiiij. Clarus lib. v. ſent. §. hæreſis in princ.

Hæreſeos vt quis conuinci poſſit, ſufficiunt duo tantùm teſtes. communem dicit Anan. in ca. excommunicamus. §. adiicimus. nu. 1. de hæret. Crauet. conſi. cclxij. refert Clarus libro v. ſentent. §. hæreſis. verſic. habet etiam.

HÆRETICVS pœnitens euitat quidem pœnas de iure hæreticis impoſitas, nihilominus tamen ad perpetuos carceres condemnandum, tam Legiſtas quàm Canoniſtas communiter tenere ait Igneus in l. j. §. quum dominus. num. 32. ff. ad Sylle. Clarus dicto §. hæreſis. verſic. ſed quæro.

Hæreticum occultum, id eſt, qui corde tantùm deuiat à fide Catholica non tamen verbo aut facto aliquod ſignum hæreſis oſtendit, non incidere in pœnas hæreſeos, omnium fere Theologorum receptiſsimam eſſe ſententiam atteſtatur Simanc. de hæret. cap. xlij. num. j. & ſeq. quia de occultis non iudicat Eccleſia. refert Clar. d. §. hæreſis. verſic. quæro an occultus.

Hæretici bona de iure communi confiſcantur. communem dicit Brunus conſil. feudal. xiij. nu. 17. Clarus d. §. hæreſis. verſi. Item Bona. Idque obtinet etiamſi haberet filios Catholicos & orthodoxos, vt communiter teneri ait Pract. Carer. num. 140. & Simancas de hæret. cap. ix. num. 2. Clar. ibidem verſic. & ſcias.

HERES non vindicans mortem defuncti, antequam adiret hereditatem, priuatur hereditate, & ſuccedit fiſcus, per l. heredem. ff. de his quibus vt indignis. & l. j. C. eodem. Hodie tamen de conſuetudine nõ obſeruatur illa pœna, ita atteſtatur Foll. in pract. crim. Canon. num. 32. & ſequen. Imò quotidie heredes remittunt occiſoribus defuncti, & cum eis pacem faciunt. eſſet enim illa lex nutritiua peccati. Ita refert Clarus d. §. fin. quæſt. lxxix. verſic. Item quando.

HEREDITAS per metum alicui relicta, aufertur ab illo quem defunctus propter vim vel metum inſtituit, & applicatur fiſco. Communem dicit Boſſ. in titulo. de his qui prohib. aliq. teſtam. numero quarto. Intellige, niſi defunctus haberet heredes in gradu proximiores vel æquales inſtitutos, tũc enim illi ſuccederent, non fiſcus. Ita tenere Doctores teſtatur Chaſſ. ſuper conſuetu. Burg. verſicu. xxvij. Clarus dicto §. fin. quæſtio. lxxix. verſic. fin.

HOMICIDA ſimplex. id eſt, qui caſu, ſine culpa & dolo, nulla animi deliberatione ex interuallo præcedente, aliquem interficit, gaudet immunitate eccleſiæ. Communem dicit Didacus libro ſecundo reſolut. cap. xx. numero ſeptimo, in fin. Si verò factum eſſet cum animo deliberato, & concurreret etiam qualitas proditionis, talis homicida proditorius non gaudet immunitate. vt Communem dicit. Didacus in dicto cap. vigeſimo, numero ſeptimo. Anton. Gomeſ. cap. decimo, delicto. numero ſecundo. Igneus in l. j. §. ſi dominus. numer. ſeptimo. ff. ad Sylleian. Clarus dicto libro quinto. §. fin. quæſtio. xxx. verſi. ſcias tamen. Si autem cum animo quidem deliberato, ſed tamẽ non proditoriè factum eſſet homicidium, alij dixerunt talem homicidam non poſſe extrahi ex Eccleſia, & ita communem dicit Alex. conſil. cxlv. numer. 4. 6. 11. lib. vij. vt illum refert Pract. Conrad. Blanc. in pract. crim. numero 26. Contrariam tamen, ſcilicet quòd poſſit extrahi magis communem dicit Didacus in dicto cap. xx. numero ſeptimo, & licet ipſemet ibi videatur ſequi opinionem Abbatis, tamẽ ſubdit, quòd propter Doctorum authoritatem, & eorum communem opinionem ſæpiſſimè tales homicidæ ab eccleſiis extrahantur, & ita etiam iudicatum fuiſſe atteſtatur Guido Papæ deciſi. cxj. Io. Gall. quæſtio. clxxij. §. per arreſtum. Papo. lib. j. titu. j. Arreſt. xviij. Boer. deciſio. cix. numero ſeptimo. Mayner. in l. nemo de domo. numero vigeſimo. ff. de reg. iur. Pract. Pap. in forma inquiſitionis. in verb. hæc eſt quædã inquiſitio. numero 31. & hæc opinio etiam Claro magis communis videtur. in dicta quæſt. xxx. verſi. punctus eſt.

HOMICIDIVM animo deliberato committens, non eſt tutus immunitate Eccleſiæ, magis communem dicit Clarus dicto §. Homicidium. verſic. ex propoſito.

Homicidium commiſſum ſine dolo, & ſine animo occidendi, mitius punitur quàm quòd dolo committitur. Communem dicit Cepolla cõſilio crimin. xxxvij. Clarus refert. lib. v. ſentent. §. Homicidiũ. verſi. Culpa dicitur.

Homicidium non lata culpa, quæ dolo æquiparatur, ſed leui aut leuiſſima, commiſſum, non debet puniri criminaliter. Communem dicit Boſſ. in titulo quomodo procedatur per action. numero 38. nam talis culpa æquiparatur caſui, vt ſi quis proiiciendo lapidem in turbam, hominem aliquem interfecerit. punitur pœna extraordinaria. Communem atteſtatur Menchiaca controueſ. illuſt. capit. xix. nu. 22. refert Clarus dicto §. homicidium. verſic. culpa dicitur.

Homicidij pœna hodie eſt pœna mortis, tam in nobili quàm ignobili. Communem dicit Boſſ. in tit. de homicid. num. 109. & ita in practica receptum ait, Bolenc in repet. l. capitalium. §. famoſos. nu. 64. ff. de pœnis Clarus dict. §. Homicidium. verſic. ſed quæro quæ ſit.

HONORIS ſui defendendi cauſa licitum eſt aliquem interficere, cum periculum famæ æquiparetur periculo vitæ. lege. iuſta. ff. de manumiſſ. vindict. Communem dicit Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famoſos. numero 167. ff. de pœnis. & ideò ſi immineat periculum alicuius iniuriæ perſonalis poterit, quis licitè aggreſſorem interficere, ita dicit Bartolus in l. prima. numero octauo. C. vnde vi. Angelus in l. ſi quis aggreſſorem. numero ſecundo. C. de ſiccar. Marſil. conſilio lxxxj. numero decimoſexto. refert Clarus libro quinto ſenten. §. Homicidium. verſi. Idémque.

HOSPES tenetur hoſpitibus ſuis ſi eorum alicui aliquid furatum ſit ex valiſia. & ſtatur tunc iuramento hoſpitis aſſerentis, quòd ſibi aliquæ res furto ſubtractæ ſint ex valiſia. Communem dicit Iaſ. in l. in actionibus. num. quadrageſimoprimo. ff. de in litem iur. quem refert Pariſ. conſi. lxxiiij. nu. vndecimo & ſequen. libr. primo, & Dias regula. clxxxvj. & Phanu. de in lit. iur. numero 62. & licet alij contrarium teneant, vt Bart. in l. j. §. fin. numero quinto. ff. ſi famil. furt. fec. dic. & Alexand. ibidem. in Apoſtill. tamen magis communem eſſe cõtra Bart. dicit Clarus libro nonó ſent. §. furtum. verſic. pro complemento. Vbi addit, non eſſe neceſſe vt hoſpes aperiat valiſiam caupoui, vt ſciat quæ res ſint in valiſia: quicquid dicat gloſſ. in l. prima. §. fi. in verb. naui. ff. naut. caup. ſtabul. nam illam cõmuniter reprobatam dicit Iaſon. in dicta l. in actionibus. numero 43.

## I

IGNORANTIA in delictis excuſat à dolo. communem regulam dicit Cæpolla conſilio ciuili. xviij. numero quinto. Alij verò dicunt, ſi fuerit ignorantia conſtitutionis vel decreti abſque culpa, tunc proculdubio excuſat reum ad omnem pœnam euitandam. & hanc

commune

communem dicit Gratus,conſil.xlix.num.35.lib.ij.quem refert Plottus in repet.l.ſi quando num.858. Clarus autem addit, ſi delictum quod punitur per conſtitutioné vel decretum,prohibitum ſit etiam de iure communi,eo caſu ignorantiam non excuſare, referendo ſe ad quæſt.lxxxv.verſic.ſecundus caſus.§.fin.d.lib.v.vbi dicit hanc Bartoli diſtinctionem communiter receptam,hæc Clarus in d.§.fin.q.lx. verſic.quæro nunquid.

IMMVNITAS Eccleſiæ,adeò ſe extendit, vt ſi aliquis condemnatus ad ſupplicium ducatur, & tranſeat per eccleſiam vel cœmiſterium, non poſſit inde violenter extrahi.communem atteſtatur mig.de immunitat.eccleſ.in xxx.fallent,& ita ſe vidiſſe in facto iudicari affirmat Chaſſ.ſuper conſuet.Burgund.numero 121. quem refert Boer.deciſio cx.numero octauo. Clarus dicto §.fin.quæſtio.xxx. verſic.ſcias autem.

INCENDIARII locorum ſacrorum ante denunciationem abſoluuntur ab Epiſcopo,ſed poſt denunciationem,ſolus Papa abſoluit.Communem dicit Summa Sylueſt.in verb.Excommunicatio.vij.Clar.d.§.fin.quæſt.lxxvij.verſic.incendiarij.

INCESTVS etiam committitur.carnaliter cognoſcendo monialem.ita communiter concludere Canoniſtas dicit Bermond. de concub.num.2.in fin.Clarus d.lib.v.ſi. Inceſtus.verſic. ſed nunquid.

Inceſtus etiam committitur ſi mulier rem carnalem habeat cum Clerico in ſacris conſtituto.communem dicit Grillandus de diuerſ. crim.lib.iij.quæſt.vlt.vt illum refert Pract.Carrer.num.11.Clarus tamen ait id dici ſimplicem fornicationem.dicto lib.v.§.Inceſtus.verſ. ſed nunquid,in fin.

Inceſtus pœna, eſt pœna mortis, communem dicit Grilland. de diuerſ.crimin.libro iij.numero quinto vt illum refert Pract. Conrad, numero 15.quod verum eſt ſi inceſtus committatur cum alia pœna fornicationis, puta adulterium vel ſtupra.ſecundum gloſſ. in l. ſi adulterium cum inceſtu.in princ.ff.de adult.quam communiter approbatam dicit Grilland.in loco præallegato.& Bermond.de concubin.verſic.Sum modò. De iure autem canonico in clerico eſt pœna depoſitionis.communem dicit Didac.ſuper iiij. Decret.numero tertio.Si verò inceſtus committatur contrahendo inceſtas nuptias,tunc punitur iuxta formam authen.inceſtas nuptias.C.de nuptiis. Cuius diſpoſitio hodie non eſt ſublata ex diſpoſitione authen. bona damnatorum. C.de bon. damn. communem dicit Boerius deciſ. cclxiiij. numero duodecimo.Imò contrahens tales nuptias ipſo iure amittit dominium bonorum ſuorum, abſque ſentẽtia declaratoria.communem dicit Bermond.de concub. numero vndecimo, & ſeq. An verò diſpoſitio dictæ authent.locum tantùm habeat in nuptiis inceſtis de iure Ciuili tantùm,vel etiam inceſtis de iure Canonico.Alij dixerunt quòd in vtriſque,.& ſic communem dicit Dec.conſil.clviij. numero 1.quem refert Dias in pract.crim.canon.ca.lxxviij.& Pract. Conrad, num.9.Didac.ſuper iiij.Decret.num. 18.Bellon.conſi.lxxxiiij.Alij verò contra,quòd in illis tantùm,quæ de iure ciuili inceſtæ ſunt,& hãc communiorem & probabiliorem dicit Foller.in pract.crimin,canon. numero nonageſimoquinto. vbi etiam ait Decium deceptum eſſe, quod dixerit.Abbatis opinionem communem,refert Clarus dicto §. inceſtus. verſic. ſed quæro quæ ſit pœna cum duobus ſequentibus, & notandum eſt,quòd ibidem in verſicu. quæro. dicit idem Clarus quando plures ſint Doctores ex vtraque parte qui atteſtantur communem,tunc ante omnia recurrendum eſſe ad conſuetudinem tanquam optimam legum interpretem.

Inceſtum per ignorantiam committens excuſatur, communem dicit Bald, Nouell,de dote in part.j,vndecimæ partis,nume.8. Didacus ſuper iiij.Decretal.num.22, Imò etiam pœna amiſsionis bonorum non habet locum vbi in contrahentibus fuiſſet ignorantia iuris vel facti.etiam ex cauſa & lata culpa,vbi dixit Bart.in l.ſi adulterium cum inceſtu.in princip.numero vndecimo.ff.de adulter.quam communem atteſtatur Didacus in loco dicto.numero 32, Clarus lib.v.§, inceſtus.verſic.excuſantur.

Inceſtas nuptias bona fide à principio contrahentes ſi deinde detecta ſit conſanguinitas, & contrahentes eo non obſtante perſeuerauerint in matrimonio, non dicuntur incidiſſe in pœnas inceſtus, ſecundum gloſſ.in clemen.vnic.in verb.ſcienter.de conſangui.quam Doctores approbare ait Didac.ſuper iiij.Decretal.num.19. Clarus d, §.inceſtus,verſic.Sed pone,

INDICIVM debet probari per duos teſtes. ita concluditur ex gloſſ.in l.fin.in verb.vel indiciis. C. famil. erciſcundæ, quam Doctores communiter ſequi dicit Angel.de caſtro inter conſil.criminal, diuerſ.conſilio nonageſimoquarto,numero vigeſimoſexto.libro primo.Socin.conſilio quinquageſimoſecundo. numero ſecundo. libro quarto.Michellus patrocinio.xlvj.num,13. Intellige ſi illi teſtes non deponerent de viſu ipſius maleficij,ſed aliquo actu remoto vel etiam proximo ipſi maleficio.ita dicit communiter intelligendam dictam gloſſ.in l.fin.Socin.conſil.liiij. num,2.lib,iij.Marſil. conſil.lix. num.6. Si verò teſtis deponeret de ipſo delicto & de viſu,tunc etiam vnicus talis ſufficeret,& faceret indicium ad torturam. ita communiter approbari.dicta glo.dicit Roland.conſil.vij.num.3.lib.j. & ita communiter ſeruari dicit Albe.in l.ſi quis.C.ad legem Iul.Maieſt.numero j. Cepoll.conſil.crimin.xl.in iiij.dubio.Et hanc diſtinctionem dicit eſſe canonizatam in iudiciis & in ſcholis.Alciat.conſil.ccccl v.numero 1. Clar.d.§.fin.quæſt.xxij.per tot.

Indicium in materia criminali propriè appellatur quòd plus ſit quàm ſimplex præſumptio,& minus quàm ſemiplena probatio. ita Doctores communiter tenere teſtatur Corn.conſ,101.in litera L.lib. ij.Clarus d.l.v.§.fin.q.xx.in princ.

Indicia & præſumptiones contra accuſatum licet ſint indubitatę, tamen non debet propterea aliquis condemnari. communem dicit Decius conſil.clxxv.num.8.verſic.præterea etiam.Marſil,in rubr. de probat.num.237. in fin. Nouell.in practica crim. nu. 34. Alij tamen dicunt ſi agatur ad pœnam pecuniariam.quòd poſsit reus ex indiciis indubitatis etiam criminaliter condemnari. & ita communem atteſtatur Gratus.conſil.cxxxvj. numero vigeſimoſecundo. libro primo. ſecùs ſi agatur de pœna corporali. Alij dicunt quod neque pecuniariam neque corporalem pœnam iudex ex eo caſu imponere poſsit, vt tenet Innocent.in cap.quia veriſimile. numero ſecundo. de præſumpt.quem dicit communiter ſequi Doctores.Marſil, in l. prima.§. diuus Adrianus.num. vigeſimoquinto ff.ad Legem Corn. de ſiccar. Cauenſ. ſuper ritu magnæ curiæ. cclxxiiij. numero decimoquinto. Palac.Ruuios in allegatione hæreſeos.§.xj.& Iacobi.in rubr.de probat.numero ſeptimo.prout illos refert Plaza. libro j. delict. cap.xiiij. numero tertio in fin.Duennas regu. ccciij.in med. Alij verò dicunt quòd quidem corporalis pœna non poſsit imponi, ſed pecuniaria tantùm. & ita communem eſſe teſtatur Carer.in pract.crim. numero quinquageſimoſexto, idem atteſtatur Boſſ. in titulo de conuictis. numero 34.& ſeq.affirmans quòd ita ſeruetur in practica, & quòd iſte eſt communis ſenſus Doctorum Alij dicunt totum contrarium, quòd ſcilicet reus ex indiciis indubitatis ſit condemnandus, neque pœna mitiganda, & ita atteſtari videtur Bellamera, deciſ. dclxxxix. verſic.ad vndecimum dico.Idque maximè procedere in delictis occultis,& difficilis probationis,& tractatibus ſecretis,& in quibus veritas clarius haberi nõ poteſt.ita communiter teneri atteſtatur Pract. Carer.verſic.ex quibus,Refert Clarus,lib.v. ſentent, §.fin. quæſt.xx. verſic.ſcias tamen.

INFAMIS infamia iuris,tam de iure ciuili quàm canonico, repellitur ab accuſatione criminali. communem dicit Hieronymus poſt Angelum, de malefic.in verb.& ad quærelam, numero vigeſimotertio,infamis autem infamia facti de iure canonico repellitur ab accuſando,ſed de iure ciuili admittitur.& ita communiter teneri dicit Berous in cap.primo.numero quadrageſimoquarto.de accuſat.& Hieron.in prædict. loco.Clar,dicto libro quinto. §. fina. quæſt.xiiij. verſic.ſecundus caſus.

Infamis non ſolum repellitur à teſtificando in criminalibus,ſi ſit infamis infamia iuris,ſed etiam ſi infamia facti ſit infamis, communem dicit Alber.in tract.de teſtibus,lib.§.conſequenter. numero ſeptimo,quem refert pract.Conradi.numero decimoquinto. ſi tamen veritas aliter haberi non poſſet,tunc probaret,ſed cum tortura communem dicit Aretinus cap.primo,numero 40,de accuſat. Clarus dicto §.fin.quæſt.xxiiij.verſiculo Item infamis.& quod nullus infamis probet niſi cum tortura,id eſt,vt prius torturam patiatur, communem dicit Boſſ.in titulo de tortur. teſt. numero tertio. Clarus dicto §.fin,quæſt.xxv.in princ,

INIMICVS capitalis repellitur ab accuſatione. communem dicit Angel.de Malefic.in verbo.& ad quærelam.numero 36.& ibid. Hieron.Apoſtillator.Boer.in cap.j.de accuſat.num.47.quæ autem dicatur capitalis inimicitia,relinquitur arbitrio iudicis.Clarus d.§,fin, q.xiiij.verſic.vlterius dixi.

Inimicus quis dicatur,ſtatur arbitrio iudicis.Ita dicit Ioan. And. in cap.cùm oporteat.de accuſat.& eum communiter ſequi Doctores, refert Marſil. in l.j. §.præterea. numero quinquageſimotertio, ff.de quæſtionibus.pariter etiam quæ ſit inimicitia capitalis, relinquitur arbitrio iudicis.ita tenere omnes Doctores, dicit Felin.in cap.repellantur,numero tertio de accuſat,Clarus dicto lib.v.§ fin.quæſt.xxiiij. verſic.item quæro.

Inimicus ſi ſit capitalis, repellitur à teſtificando in criminalibus. communem dicit Aretin.in cap.cùm oporteat.de accuſat.num.19.de accuſat.& Anan.ibidem.num.6.& Felin.ibidem num.8.Leuis igitur inimicitia non facit aliquem repelli, vt communem dicit Alber, in auct,ſi teſtis.numero tertio,C,de teſtibus.Clarus dicto §.fin. quæſt. xxiiij.verſic.item quæro,Et nota quòd etiamſi capitalis inimicus reconciliatus ſit,nihilominus repellitur à teſtificando,vt atteſtatur communem eſſe.Felin in d.cap.cùm oporteat.numero 10.& 12. item Didacus pract.quæſt,xviij.numero 3 Plottus in repet. l.ſi quando. numero 880, Aliqui etiam ad hoc vt talis reconciliatus repelli poſſit, requiri vt nondum ſit lapſum triduum à die reconciliationis, & ita communem eſſe dicit Sigiſmun.conſil.feud.xlvj.num.27.refert Clarus d.q. xxxiiij.verſi.ſed quid ſi.

INIVRIA præſumitur ſemper iniuriandi animo facta, niſi probetur contrarium.communem dicit Socin.conſi.cxlvj. numero ſeptimo.verſicu.circa tertiam.lib.hanc etiam communem dicit. Pariſ.conſilio cxlix.numero decimonono.libro quarto.Clarus dicto libro quinto.§.Iniuria,verſiculo quæro nunc.

Iniuriam alicui dicens quæ vera ſit,licet Curtius Iun.in l.fin.numero tertio.ff.quod quiſque iur.ſimpliciter dicat communem eſſe quòd teneatur actione iniuriarum,tamen magis communis eſt vt diſtinguatur an interſit Reipublicæ quòd illud delictum ſciatur,tunc enim non tenetur,per l.eum qui nocentem.ff.de pœnis.Si verò non interſit reipublicæ,vt ſi quis ſit cæcus,claudus,&c.& tunc iniurians tenetur vt communem dixit Alex.in l.ij.in princ.numero ſexto.ff.de liberis & poſthumis.Plaza.lib.primo delict.cap.j.numero tertio.Neceſſe tamen eſt vt illud crimen quod Reipub.intereſt.vt ſcitur,probetur,aliis iniurians tenebitur,vt communem dicit Boër.conſil.iiij.numero 46.& 48.& etiamſi tale crimen fuerit oppoſitum in iudicio excipiendo,puta contra teſtes vel huiuſmodi.De iure tamen Canonico iniurians ſemper tenetur & licet vera ſit non excuſatur quia debet procedere charitatiua monitio,vt communem dicit Alexand.de Neuo.conſi.lxxxij.numero quinto,in fin.Clarus dicto libro quinto.§.Iniuria.verſi.item quæro.

Iniuriarum actio tollitur per lapſum anni.per gloſſ.in l.ſi non conuitij.C.de iniur.quam dicit communiter approbatam Rúinus conſi.xxj.numero quint.libo.iiij.Hanc etiam communem dicit Plaza. lib.j.delict.cap.vj.in fin.Intellige in actione iniuriarum criminali,nam ciuilis eſt perpetua.vt communem atteſtatur Balb.de præſcriptionibus in iiij.part.iiij.quæſt.principalis quæſtion.j.numero tertio.quem refert Roland.conſil.xxxix.numero decimoquinto, lib.ſecundo.Et ille annus infra quem licet agere actione iniuriarum eſt continuus,vt cõmunem dicit Cuman.conſil.lxxiiij.numero quinto.Curt.Iun.in l.j.in prin.numero vigeſimo.ff.quod quiſque iur.Clarus in dicto lib.quinto.§.Iniuria verſi.Tollitur autem.

Iniuriarum actione damnatus ſit infamis non ſolùm in attroci iniuria ſed etiam pro modica,vt communem dicit Felin.in cap.cùm te.numero nono.de re iud.Corſet.de minimis.in ij part.verſiculo xxvj.quem refert Pract.Conr.numero vigeſimoprimo.Clarus dicto lib.v.§.Iniuria.verſic.item condemnatus.

INIVRIANS ſi dicat ſe pœnitere,aut ſe dixiſſe calore iracũdiæ,aliqui dicunt communem eſſe quòd non ſit puniendus,vt Ioan.Arno.epito.lviij Quum ſit communis.Sed Clarus non credit eſſe cõmunem,iuxta ea quæ dixit in lib.v.§.fin.quæſtion.lx.verſ.eſt etiam.& quæſt.xvj.verſi.Item quæro, & quæſt.lx.verſi.fuit quandoque. teſte Aufre.deciſ.ccccix.quem refert Mantua.conſi. lxxvij.lib.ij.Hæc Clarus dicto lib.v.§.Iniuria.verſi.fin.

Iniurians ſi proteſtetur ſuper iniuria,vt ſi dicat,Tu mentiris,ſaluo honore tuo,&c.talis proteſtatio non releuat,ſecundum Bár.in lege.ſi quis extraneus in princ numero.tertio de acquir.hered.Guido Pap.deciſ.ccccl xv.Si verò ſubeſſent coniecturæ per quas talis proteſtatio adiuuaretur,quòd ſcilicet non habuiſſet animum iniuriandi.tunc talis proteſtatio prodeſſet.Communem dicit Socinus conſilio cxviij.numero 5. in fin. libro primo Oldra. conſilio liij. numero 3. Clarus d.lib.v.§.Iniuria.verſi.Sed pone.

INQVISITIONIS remedium id eſt,quando iudex ex officio proceſſum inſtituit contra reum criminalem licet ſecundũ magis communem ſit extraordinarium,idque tam iure ciuili quàm canonico.vt dicit Alciat.in cap.j.num.14.de offic.ordin.Hieron.in Apoſtil.ad Angel.de malefic.in verb.hæc eſt quædam inquiſitio.num. 17.& ideò pars accuſare volens præferenda ſit iudici inquirenti,vt communem eſſe dicit Alber.in iij.part.ſtat.quæſt.lvij.Bald.in additt.ad ſpecul.in tit.de ſentent.vt eum refert Boſſ.in titu.de inquiſit.numer.19.Tamen ex conſuetudine præſentis temporis hæc omnia ceſſant, propter quam hodie permiſſum eſt iudici in quocunque caſu procedere ex officio,& ſic per inquiſitionem.prout atteſtatur Gandin.de maleſ.in titu.quomodo cognoſ.de maleſ.per inquiſit.numer.ſexto.verſi.ſed hodie quem refert Bald.in l.ea quidem.numero 44.C.de accuſat.Guido de Suzar.de malefic.in rubrica qualiter fiat inquiſitio.Boſſ. in titu.de inquiſit.numero.octauo.Blanc.de indi.num.quinto,& ita ex conſuetudine remedium inquiſitionis non minus erit ordinarium quàm remedium accuſationis.Clarus dicto lib.v. §.fin.quæſt.iij. ver.Debes autem.& ſequentibus.

INSIDIATOREM licet præuenire & interficere, Cõmuniter approbari dicit Plaza.libr.j.delictorum.cap.xxj.nume. 12. Clarus dicto lib.v.§.Homicidium.verſi.poteſt etiam.

INSVLTATVS non ſolum ipſum inſultantem licitè occidere poteſt,ſed etiam alium non offendentem,ſi ab illo inſultante ſe aliter defendere non poterat,niſi iſtum interficeret.communem ait Decius in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.num.9.verſic.& quod delictum.ſecũdum glo.in l.ſi familia,in verb.poterat.ff.ſi famil.furt.feciſ.dicat. Clar.lib.v.ſentent.§.Homicidium.verſi.Adde.

Inſultatus poteſt inſultantem licitè occidere, etiamſi fugiendo ſe ſaluare poterat.communem dicit Iaſon.in l. vt vim.ff.de iuſt. & iur.numero 38.& ibid.Decius numero 35.Pract.Carer.numero 131.Riminal.conſi.xliiij.numero 12.Ioan.de amic.conſilio lxxxvij. numero 5.Boſſ.in titu.de homicid.nume.86.Et quod inſultatus non teneatur fugere etiam ſi ſine periculo poſſet,dixit Alexand.conſi.cix.nu.12. li. ſeptimo,Alex.de Neuo inter conſi.crim.diuerſ.conſi. lxxvij. numero 7.lib.j.Clarus dicto §.Homicidium.verſic.atque adeò.

Inſultatus ſi ne interficeretur,oppoſuit Caium quendam mediatorem & ille Caius ab inſultante interfectus ſit,non tenetur de homicidio.communem dicit Corſet.in ſingular.in verb.Metus, vt illum refert Pract.Carer.numero 174.relatus & ipſe per Plazam in lib.j.delictorum.ca.xxviij.numero 26.Clar.dicto.verſi.Adde.

Inſultantem cum baculo,non licet percutere cum gladio,ſi inſultatus aliter ſe defendere poſſit.communem dicit Grammat.conſi.lx.nu.2.& 3.Clarus dicto §.Homicidium.verſic.ſcias tamen.

INTERPRETATIO & diſtinctio inſtrumenti ſemper per iudicem ita facienda eſt, vt falſum euitetur. communem dicit Curtius Iunior in lege ſingularia.numero trigeſimoſexto.ff.ſi certum peta.Cepolla.conſil.crim.xxij.verſic.Et quod hoc ſit.Clarus lib.v.ſen. §.falſum.verſi.Item debet.

IRA quæ ex iuſta cauſa prouenit,non quidem excuſat in totum ſed facit vt delinquens mitius puniatur,vt in viro occidente vxorem repertam in adulterio,ſin verò non proueniat ex iuſta cauſa,tunc in nihilo excuſat.communem eſſe atteſtatur Menchiaca illuſtr.controuerſiarum.cap.xviij num.29.Alij tamen ſimpliciter dicunt,quòd factum calore iracundiæ non ſit punibile.vt Iaſ.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.prim.num.1.ff.de iureiur.Abb.in cap.ij.de maled.quẽ Doctores ibid.ſequuntur,vt dicit Gram.ſuper conſtit.Regni.nu.5.Refert Clarus d.§.fin.quæſt.lx.verſicu.Eſt etiam.

IVDÆVS blaſphemans non poteſt puniri per iudicem Eccleſiaſticum,ſed debet iudex ſecularis ſuper tali blaſphemia cognoſcere.communem dicit Alex.in quodam ſuo conſil.quem refert Socin.conſi.cxix.numero 16.verſi.vnde ponderandum.lib.iiij.Iudæi enim ſunt de foro ſeculari.Si tamen Iudex ſecularis in eo puniendo eſſet negligens,tunc licebit iudici eccleſiaſtico Iudæum punire magis communem dicit Alexand.conſi.xcix.numero 15.lib.vj.Refert Clarus libro quinto ſent.§.Blaſphemia.verſi.Sed pone.Plura de Iudæis blaſphemãtibus.vide eod. §.in princip.

Iudæus cognoſcens carnaliter mulierem chriſtianam non quidem pœna mortis.ſed tamen alia mitiore,puniendus eſt.com. atteſtatur Boèr.deciſ.cccxvj.num. 3.quem refert,Didacus ſuper iiij.Decret.nu.3.erit ergò puniendus pœna extraordinaria arbitrio iudicis,citra mortem,& dicit Alciat.conſilio ccccl viij.num.1.quòd Doctores magis cõmuniter ſentire videntur,quòd debeat puniri pœna pecuniaria,ita etiam in facti contingentia conſuluit Alex.conſi.xiij.lib.vij.Corn.conſi.cvij.lib.j.Oldradus autem in conſi.ſuo vlt.dicit,quòd vidit iudicatũ quòd,cuidam Iudæo amputarentur virilia.& Clarus qui hæc refert,dicit quòd vidit quendam Iudæum condemnari ad triremes per dicennium, cum tamen mulier illa eſſet publica meretrix.Hæc omnia intellige ſi eſſet ſimplex ſcortatio,ſed ſi etiam eſſet adulterium, non debet eſſe melioris conditionis Iudæus quàm Chriſtianus.refert Cl.in lib.v.ſent.§.fornicatio.verſic.cum Iudæus.

Iudęus committens adulterium cum muliere Chriſtiana,in ciuitate vbi ſtatutum ſit quòd adulterium puniatur pœna pecuniaria,nõ poteſt puniri pœna iuris communis quæ eſt pœna mortis,ſed pœna ſtatuti.communem opinionem eſſe dicit Bermond.de concubiu.nu.32.& nu.40.& ita conſuluerunt Angel.in conſi. cxiiij.licet primò.& Alex.conſi.xcix.lib.vj.Barbat conſ.lxiij.lib.iiij.Refert Clarus lib.v.ſen.§.adulteriũ.verſ.pone, ipſe tamen putat talem Iudæum ad triremes perpetuò condemnandum.ſecùs verò,ſi cum Iudæa adulteratus eſſet tunc enim meritò communem obſeruandam eſſe putat.

Iudæus fugiens ad eccleſiam non debet gaudere eius immunitate communem dicit,Marſi.in l.ex S.C.num.ſeptimo,& ſequen.ff.ad Legem Corn.de ſiccar.quem refert Remig.de immunit.eccle. in xviij.fallentia.Aliqui tamen tenuerunt contrarium,vt Dida.libro ſecundo.reſolutio.capitulo xx.numero 11.verſic.xxxj.ſed malè Clarus d.lib.v.§.fin.quæſt.xxx.verſi.prætereà quæro.

Iudæus qui poſt commiſſum delictum ſuſcepit ſacrum baptiſma, non poteſt poſtea pro eo delicto puniri,per gloſſ.in can. quòd autẽ,in verb.pœnitentis.xxxij.quæſt.j.dicit Ferrar.cautela xxiiij.num.quarto,hanc eſſe communem Theologorum opinionem,vt refert Viuius in lib.communium opinionum.in verb.Accuſari poteſt Iudæus.Intellige vbi non apparet quòd ſacrum baptiſma in fraudem ſuſceptũ ſit.Contrariam autem communem atteſtatur Ioan.de Anan.in ca.de his.nume.6.quem refert Ruin.conſi.xiij.nume.3.lib.v.vbi tamen ſubdit in arbitrio iudicis eſſe,vt eligat contrariam tanquam mitiorem & æquiorem.Bene verum eſt autem,quòd in omnem caſum, licet talis Iudęus liberatus ſit à pœna temporali,non tamen erit liberatus à reſtitutione & emendatione damni,ad quã tenebatur ante ſuſceptũ baptiſma,vt ab omnibus probatũ dicit Ruin.d.conſ.xiij.nu.2.libr.v.

IVDEX eccleſiaſticus, ſi aliquem condemnauit,& poſtea remittat illum iudici ſeculari puniendum,tunc iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui facto coram iudice eccleſiaſtico,ſed poteſt de nouo cognoſcere. comm.dicit Felin.in c.at ſi clerici,in prin.num.14. de iudic.quem refert Afflict.ſuper j.part.conſt.regni.rub. xxvij. numero 32.& Curt.Iun.in l.magiſtratib.nume.4.de iuriſd.omnium iud.intellige in illis criminibus quæ non ſint merè eccleſiaſtica,ſecùs enim eſt in hereſi & ſimilib.vt com.dicit Cagnol.in l.cùm quædam puella. in princ.nume.33. ff.de iuriſdict.omn.iudi.Et licet Legiſtæ teneant contrarium,vt comm.dicit Imola.c.j.nu.19.de offic.ordin. quem refert Carrer.nu.63.& eandem communem legiſtarum dicit Menchiaca in j.part.de teſtam.§.vj.nu.16.verſ.denique.Pract. Iodoci.c.61. nu. 54.Tamen communis opin.Canoniſtarum eſt in contrarium,vt dicit Berous in d.c.xliij.ſi clerici.nu.79.& ſeq.de iudic.Boſſ.in tit.de hered. nu.35.Simancas de hæret.c.xxxvj.nu.3.Imò quòd etiam iudex ſecularis non poſſit hoc caſu commutare pœnam pro crimine hæreſeos. com.dicit Boſſ.in d.tit.de hæret.nume.37.Si verò eſſet crimen ſeculare vel mixtum,non tenetur ſecularis iudex præſtare auxilium epiſcopo,ſi fiat ſibi fides de proceſſu.comm. dicit Alciat. in c.j.nu.119.de offic.ordin.Clar.in d.§.fin.quæſt.xcvj.ver.quæro etiam.

Iudex excedens modum conſuetum in torturam tenetur de ſyndicatu,ſecundum opin.Bart.communiter approbatam vt inquit Marſil.in pract.crim.§.expedita.num.89.in fin.& ſi forte reus moreretur & iudex dolo exceſſiſſet modum torquendi,tenebitur de homicidio ſi verò ex culpa,tenebitur ſecundum modum culpæ.comm.dicit Bel. conſ.lxxxiiij.num.12.ideò rectè faciunt qui iubent notarium in acta inſcribere qualitatem & quantitatem torturæ,& communiter ſeruari teſtatur Ant.Gomeſ.c.xiij.delictorũ.nu.6.verſi.ſi verò iudex.Clarus d.§.fi.q.lxiiij.ver.iudex autem.

Iudex in cauſa criminali,poteſt propter paupertatem rei pœnam pecuniariam mitigare & diminuere,ſi mulcta ſit fiſco debita,nec tenetur illam commutare in pœnam corporalem. comm.dicit Menchiacha controuerſ.illuſt.capitulo xxiiij. numero 15. refert Clar.d.§. fin.q.xcv.ver.Hæc autem.

Iudex in cauſis criminalibus qui primam ſententiam tulit, debet in cauſa appellationis citari,quando proceſſit ex officio.comm.dicit Crauetta ſuper ritu.cclx.magn.curiæ.nu.14.alij.verò dicunt ſimpliciter quòd iudex ille vel ſyndicus fiſci cuius intereſt,citandus ſit,vt dicit Ange.de malef.in verb.præſente Caio.num.27.quod ita vidit practicari.Clarus verò dicit ſe nunquàm vidiſſe citari iudicem.niſi ageretur etiam de condemnando ipſo iudice propter ſordes vel iniuſtitiam,ſed in fiſco cuius interſit,benè verùm eſſe quod citari debeat. Clar.d.§.fin.q.xciiij.ver.quæro nunc.

Iudex in caſu quando pœna committitur arbitrio iudicis, poteſt tunc etiam imponere pœnam mortis,hanc gloſſ.opinionem in §.in ſumma in verbo extraordinaria.inſtitut.de iniur. communem dicit. barbat.conſi.xj.nu.6.lib.j.Alciat.conſi.ccccIxxij Maranta in ſpecu.nu. 53.Papo.lib.xxiiij.tit.x.arreſto.ij.Decius in c.ex literis.nu.14.de conſtit.Bolenc.in repet.l.capitalium.§.famoſos.nu.29.de pœnis.Illam tamen gloſſ.limitatur procedere,quando delicti qualitas aut circunſtãtia talis ſit,vt de iure communi vel conſuetudine eſſet pro eo delicto pœna mortis imponenda,aliàs enim ſecus,ita cõmuniter eum limitari atteſtatur Afflict.ſuper ſecunda part.conſtit.regni.rubr.x. nu. 22. & hanc eſſe communem opin.dicit Alexan.conſilio cxxj.in fi.lib.vij. Crauetta conſi.cc.xx.nu.14.& conſi.ccxxiiij.nu.2.Decius in d.c.ex literis.Gram.conſi.xxxix.nu.8.Anton.de Padilla.in l.tranſigere. nu.27. C.de tranſact.Contra verò quòd iudex non poſſit arbitrari pœnam mortis,communem dicit Felin.in c.inquiſitionis.de accuſat.vt illum refert Villalpand.in repeti.l.xxij.cap.ix. nume. 4.Afflict.deciſ.cclxxvj. nu.6.Pract.Carrer.nume.112.Gramma.conſilio xlviij.nu.2.Chaſſ.ſuper conſuet.Burg.nu.2.Menchiacha controuerſ.vſu frequent.c.xxxix. nu.26.Clar.d.§.fin.q.lxxxij.verſicu.ſed quæro.

Iudex iudicare debet in criminalibus ſecundum acta & probata etiamſi ſciat veritatẽ eſſe in contrarium.commun. dicit Didacus libr. j.reſolut.c.j. nu.9.idque in tantum procedit,vt etiamſi ipſe tanquam priuatus ſciret aliquem eſſe innocentem,tamen ſi ex probationibus crederet bona conſcientia illum condemnari poſſe,poterit eum condemnare,ita communem dicit Imola.in clem.paſtoralis.3. quia verò. nu.49.de offic.delegat.& c.j.nu.13.verſi.ſi autem.Menchiaca. controuerſ.illuſt.c.xiij.nu.1.& c.xiiij.num.5.in fin.poſſet tamen Iudex hoc caſu inſtare apud ſuperiorem vt ipſe exoneretur ab huiuſmodi iudicio,& cauſa alteri delegetur,vel poteſt etiam ipſemet cauſam alteri delegare,vt Communem dicit Imola.in d.§.quia verò.nu.49. in fin. quæſtio.lxvj.verſic.ſcias autem.

Iudex malè iudicans ex imperitia,tenetur arbitrio iudicis. comm. dicit Boſſ.in tit.de officialib.corrupt.pecun.nu.22.Clar.d.§.fin.quæſt. lxxxiij.ver.Iudex.

Iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum ad reſtitutionem vel ad damna partis, niſi quando illum condemnat per ſuam propriam confeſſionem,ſecùs ſi per fictam,vt ſi ex contumacia condemnaret.nam officium iudicis non deſeruit niſi veræ confeſſioni. comm. dicit Rolan.conſ.xxx.nu.18.Clar.d.lib.v.§.fi.q.ij.verſi.& hæc.

Iudex maleficiorum non poteſt de reſtitutione rei furtiuæ cognoſcere niſi incidenter,idque ſiue per modum accuſationis,ſiue per modũ inquiſitionis procedatur.com.dicit Boſſ.in tit.de decreto Mediolã. nu.51.Clar.d.§.fi.q.ij.ver.& hæc in fi.

Iudex non poteſt offenſum vel læſum cogere ad quærulandum vel accuſandum.ita tenet gloſſ.in l.ſi quis homicidij.in verb. coges. C.de accuſat.quæ frequenti Doctorum conſenſu,probatur,vt ait Didac.libro primo,reſolut.capit.xj.in fine.Et licet Bartol.in l.in eum.numero 1.ff.de accuſatio.tenuerit quòd ſpecialiter in crimine homicidij heres poſſit cogi à Iudice ad porrigendum querelam ſiue accuſationem de homicidio commiſſo in perſonam eius cui ſucceſsit, tamen contra eum eſt cõmunis opinio,vt atteſtatur Salicet.in dicta l.ſi quis homicidij numero 10.Hieron.in Apoſtill.ad Ange.de Malef.in verbo & ad quærelam.numero 57.Clar.dicto §.fina.quæſtio.xv. verſiculo Item quæro.

Iudex poteſt etiam ex officio repellere accuſatorem non legitimũ, etiamſi accuſatus non opponat.communem dicit Oldrad.conſi.xxxiiij.numero 1.Clar.dicto libr.v.§.fin.quæſtio.xv.in prin.

Iudex poteſt etiam in criminalibus tanquam ſuſpectus recuſari. gló.in capitulo qualiter & quando.verſicul.item ſi ille,de accuſatio. quam dicit communiter approbatam, Cardin.Alexand.in cap.de accuſat.verſiculo venio ad ſeptimum,ſecunda quæſtio.viij. & ita etiam communem dicit Maria.in d.c.qualiter.numero 78. Clarus dicto §. fi.q.xliij.in princ.

Iudex poteſt publicare edictum & promittere premium ei qui delinquentem capiat & tradat. communem dicit Albericus in quarta parte ſtatuto.quæſtio.xlviij.quem refert Auguſtinus ad Angelum de Malefic.in verbo fama publica.numero 75.Clarus dicto §.fina.quæſt. xxix.ver.ſed quid ſi delinquens.

Iudex qui facit aliquem iniuſtè torqueri,capite puniendus eſt ita communem dicit Marſil.in l.quæſtionis modum.numer.73.ff.de quæſtio.quem refert Sapia in l.j.in princip.num.7.ff.quod quiſque iuris & Apoſtill.ad Crottam de teſtib.numero 96.in verb.Modica.& Apoſtil.ac Riminal.conſilio ſexto,nnmero 18.Boſſ.in titu.de tortur.num. 31.Barbat.conſilio xlvij.lib.primo.Sed de conſuetudine non ſeruatur,refert Clar.d.§.fina.quæſtio lxviiij.in princ.

Iudicem ſuperiorem Papa non habet præter concilium generale, & ideo ſi de hæreſi accuſetur(vt quidem poteſt,ſed de nullo alio crimine,vt magis communem dicit Berous in capit.cùm veniſſent. nu. 31.& 43.de iudic.)concilium eſt iudex competens.Communem eſſe atteſtatur Card.Alexand.in can.ſi Papa xl.diſtinctio.Iaſon.in conſilio xcv.libro quarto.Clar.dicto §.fina.quæſtio.xxxv.verſi.j.

Iudicandum eſt ſecundum acta & probata. etiamſi iudici de veritate aliter priuatim conſtet.communem dicit Didacus libro primo reſolut.capit.j.numer.6.Imo.in clemen.paſtoralis.§.quia verò nume. 49.Clar.d.§.fin.quæſtio.lxvj.verſicu.Iudex.

IVRAMENTVM ſuppletorium non defertur accuſatori in cauſis criminalibus communem atteſtatur Alex. in l.iij.nume.12. ff. de iureiur.quem refert Simancas de hæreticis c.50.nu.2.Iaſo.in repet.l.admonendi.nume.224.ff.de iureiur.quem refert pract. Conra. numer.5.Dec.conſi.xxxvij.in fin. Gomeſ.Arias ſuper lege lxxiij.Tauri.Herculanus de probanda negatiua,numero 235.quod quidem ſine difficultate procedit in criminalib.criminaliter intentatis,vt communem eſſe dicit Marſil.in l.maritus,nume.12.ff.de quæſtion.Sed ſi eſſet ciuiliter mota,ſecundum aliquos locus eſſet iuramento, præſertim ſi non eſſet actio famoſa.Item ſi plus quam ſemiplenè probatum eſſet,& probitas partis accuſantis concurrat.tunc ſecundum quoſdã deferri poteſt iuramentum ſuppletorium,vt communem dicere videtur Curt.Iun.in d.l.admonendi.numero 67.quem refert Cephal. conſi.cxlj.numero 20.libro j.quæ tamen in practica vbi ageretur de pœna corporali etiã leui,nõ facilè admittẽda eſt.Cæterũ ſi agatur in cauſa criminali quæ haberet tantùm pœnã pecuniariam imponẽdam eo caſu poteſt deferri iuramentum ſuppletorium,& ita communem dicit Alexan.conſi.lxvj.nume.1.lib.j,quem refert Iaſ.in d.l.admonendi.nume.225.Marſ.in d.l.maritus.num.6.& Crotta in tract.de teſtib. nume.307.Practica Conradi.& Cephal.in d.conſi.cxlj. numero 20. hæc Clar.in d.§.fi.q.lxiij.in princ.

IVRISDICTIO poteſt etiam in criminalibus prorogari. communem dicit Paul.de Caſtro.in l.j.ff.de iudi.nume.20.Sapia.nu. 39.Curt.Iun.nume.37.Cagnol.nume.46.idque tam tacitè quam expreſſè,vt communem dicit Aretin.in c.ad petitionem.nume.15. de accuſation.Intellige quò ad præiudiciũ partis,non autem reipublicæ vel iudicum,& dummodò ille iudex in quem ſit prorogatio,etiã aliàs haberet iuriſdictionem in ſimilibus cauſis criminalibus.aliâs ſecùs.communem dicit Abbas in c.ſi diligenti.numer.14.de foro cõpe.imola.in c.P.G.nume.48.de offic.delegati. Si tamen per inquiſitionem ex mero officio procedatur,non habet locum prorogatio. communem dicit Socin.conſi.cviij.nume.21.lib.iiij.Petrus Calefatus

inter conſilia crimin.diuer.conſilio cij.numero 4.lib.j.& conſi. xciij. numer.25.lib.ij.Clar.d.lib.v.§.fi.q.xlij.in fin.

IVS adeundi hereditatem,ſi aliqua delata eſt delinquenti tempore confiſcationis,ſi tale ſit quod in extraneos tranſeat,etiam in fiſcum tranſit,ſecùs ſi neque ad extraneos heredes tranſire poſſet ,ita communem dicit Iaſo.in l.ſi quis mihi bona.§.ſeruus municipum.in fin.de acquiren.heredi.Ruin.conſi.xxiij.nu.2.23.& 26.lib.v.Clar.d.§.fin.quæſt.lxxviij.ver.ſepe contingit.

## L

LÆSÆ Maieſtatis crimen , non ſolum contra Papam & Imperatotem,ſed etiam contra Reges,Principes,vel ciuitates,quæ ſuperiorem non recognoſcunt.communem dicit Boſſ.in titu. de crimine læſæ maieſtatis, numero 51. Clar. dicto libro v.§.læſæ maieſtatis.verſicu.committitur. Imò committitur etiam contra principes & ciuitates ſuperiorem cognoſcentes,vt communem dicit Alex.conſil.xiij. numero 3,libr.vj,vt illum refert Roland.conſi.lxxxviij.nu.1.lib.ij.Barba.conſi.lxx.nu.24.lib.iiij.Alciat.conſi.ccccl vj.& licet Socin.conſi.cclxxv,nu.1.lib.ij.vt eum refert Ruin. conſi.iij. nu.12.lib.v.dicat quod diſpoſitio.l.quiſquis,non habeat locum contra committentes crimē contra tales principes & ciuitates inferiores,tamen Pau.de Caſ.in l.iiij.nu.6.in fi.C.de epiſ.aud.dicit de facto ſeruari vt tales cōtra inferiores committentes,puniantur de crimi.læſæ maieſtatis.& hoc dictum Pauli refert Brun.conſi.xxviij.numero 3.& Gigas in tractatu de crim.læſ.quæſtio.xxix.Ita etiam de conſuetudine in Italia ſeruari atteſtatur Cepolla conſilio crim.xvij.numero 19.quem refert Socin.Iun.conſil.cv.numero 25.libro tertio,& Boſſ.in loco allegato,numero 51.& ita etiam de facto ſeruatum fuiſſe refert Guido Papæ deciſ cccxliiij.Papo libro xxij.titu.primo.Arreſt.j.Et ſtante dicta opinione Alexandri, ita ſeruandum eſſet quò ad ipſum principalem delinquentem,licet quò ad filios aliud ſit nam diſpoſitio d.l.quiſquis.quatenus loquitur de filiis,non habet locum niſi in committentibus contra Imperatorem vel rempublicam Romanam.communem atteſtatur Gigas dict. tractat.quæſt.vigeſimatertia,numero 9.& dicit Alciat.in conſilio cccclxvij.numero 6.in fin.quod hæc concluſio eſt approbata indiſtinctè ab omnibus.Socin.conſi.cclxxv.lib.ſecundo.Hæc Clar.dicto §.læſæ maieſtatis.verſiculo dubium eſt.& verſiculo vnum tamen.

Læſæ maieſtatis crimen committitur etiam contra Cardinalem.cōmunem dicit Gigas in tractat.de crim.læſæ maieſta.quæſt.v.nu.1 ſunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ,& pars corporis ipſius.Cla.dicto §,læſæ maieſt.verſicu.quæro nunquid.

Læſæ maieſtatis crimen is non committit,qui delinquit cōtra principem cui non eſt ſubditus communem dicit Roland.conſilio quarto numero 1.Et ideò licet aliquo particulari iure,puta feudi vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius principis,ſi tamen ratione originis vel domicilij non ſit ei ſubditus,non dicitur committere contra eum crimen læſæ maieſta. communem eſſe dicit Gigas in tract. criminis læſæ maieſtatis quæſtio. lxviij. numero 2. refert Clarus dicto §. læſæ maieſtatis verſi.vidi quandoque vbi dicit ſe vidiſſe pluries in facto ita iudicari.

Læſæ maieſtatis crimen clericus non dicitur committere contra principem laicum in cuius terra natus eſt, licet originaliter dicantur eſſe de dominio & ditione illius principis,poſt clericatum enim reuera non poteſt dici ſubditus illius principis communem dicit Card. Alexand.in cano.in primis,§.de perſona.verſiculo non obeſt.ij.quęſt.tertia,quem refert Gomeſ.in §.rurſus.numero 24.inſtit.de action.Gigas in dicto tractat.de crimin.læſæ maieſtat,quæſtio.lxiij. numero 3. Clar.dicto §.læſ.maieſtat.verſicu.Hinc infertur.ſubiungens,quamuis de iure ita verum ſit,vt tamen ſibi clerici caueant,principes enim de facto ſeruare contrarium,& ita Florentię ſuſpenſum eſſe quendam Archiepiſcopum.

Læſæ mateſtatis crimen hoc præ aliis ſingulare habet,vt punitur etiam ſolus affectus vel conatus,licet effectus non ſit ſubſequutus.cōmunem dicit Boer.de ſeditioſis,præſuppoſ.vij.numero 42.Clar.dicto §.læſæ maieſtatis verſic. ſcias autem. Item quòd morte delinquentis hoc crimen non vt alia extinguitur,ſed poteſt etiam memoria defuncti accuſari & damnari ſi contra Imperatorem vel Rempublicam Romanam commiſſum ſit.non contra inferiores. communem dicit Boer.de ſeditioſis,pręſup.vj.num.20.& Alciat.conſilio cccclxvij. numero,Hoc tamen ius accuſandi & damnandi memoriam defuncti præſcribitur quinquennio, vt communem dicit Gigas in trac.de crimine læſæ maieſtatis quæſtio,vigeſimatertia numero primo. Et hinc infertur quòd rebellis impunè occidi poſſit,& tunc demum probari & declarari,quòd erat rebellis vt communem dicit Boſſ.in titul. de Hæreticis.numero 19,& in titulo de crim.læſæ maieſta.nume. 119. quæ tamen opinio Claro periculoſa videtur,vt quidem eſt Clar.dict, §.læſę maieſta.verſi.Hinc infertur.



LAICVS non poteſt accuſare clericum de aliquo crimine,niſi ſuam vel ſuorum iniuriam corporalem proſequatur.communem dicit gloſſ.in ſumma ſecunda.quæſtio.vij.Foller.pract.crim.can.numero 43.Imò laicus non admittitur,etiamſi crimen illud ciuiliter tantū proponere velit.Communiter dicit Felin.capitu.ex parte.numero 6.& ſequen.de teſtib.Si tamen in eo crimine verſaretur ius publicum, tunc quilibet laicus etiam extraneus poteſt accuſare clericum. ita DD.communiter tenere ait Ferret.conſilio clxxxiij.num.4.verſic.quinto corroborantur.Hæc Clar.dicto lib.v.§.fin. quæſtio.xiiii.verſic.propter.Nota tamen quòd prædicta cōmunis fallit in clerico parrochiano.nam talis poteſt prælatum ſuum denunciare & accuſare,vt communiter atteſtatur Aretinus in capitulo illa.numero ſeptimo de accuſ.Clar.d.§.fi.q.vij.

Laicus non admittitur in teſtem contra clericum in cauſa criminaliter intentata.communem atteſtatur Didacus pract.quæſtio.xviij.numero ſecundo verſiculo ſecundò illud Menchiaca.libro tertio,de teſtam.§.xxij.numero 73.Si verò cauſa eſſet ciuiliter intentata,admittitur laicus ad teſtificandum,ita concludere omnes D D.atteſtatur Ferret.conſ.clxxxiij.numero 5.verſiculo vltimo confirmatur.Clar. dicto §.fin.quæſtion.xxiiij.verſi.præterea quæro.

Laicus iudex,vel laici iudicis miniſtri,non poſſunt torquere clericū de mandato epiſcopi ſui.communem dicit Ripa.in c.decernimus.numero 39.de iudic.ſed quicquid ſit de iure communis obſeruantia eſt in contrarium vt,dicit Abb.in cap.vt famę.numero 8.de ſenten.excōmu.quem Diaz. pract. crimin. cano. capitulo cxvij. numero ſexto Foll. pract. crimin. cano. numero vndecimo Simancas de hæret. capitulo lxiij.nu.21.& licet Abb.ibid.dicat illā eſſe malam conſuetudi. tamen Card.Alex.contradicit eſſe bonam conſuetud.in c.illi qui.vij.quęſt.v.Clar.d.§.fi.quęſt.lxiij.ver.ſed hic quęro.

LEGATVM ſibi ſcribens in teſtamento alieno punitur pœna L.Cornel.de falſ.etiam in teſtamento nuncupatiuo.communem dicit Boſſius in titulo de his qui ſibi aſcribunt.numero tertio Bellonus conſilio lxxx.numero tertio Contrariam communem atteſtatur Anā. in capitulo accedens numero 6. de crim.falſ.ſed prior communior. Clar.lib.v.§.falſum.verſ.Aſcribens.

LIBELLVM famoſum legens & non ſtatim lacerans,punitur eadem pœna qua fabricator, ita communi conſenſu tenere D D. ait Plaza in lib.j.delict.c.iij.nu.2.Clar.d.lib.v.§.fi.q.lxviij.ver.libelli.

LVDVS regulariter eſt de iure prohibitus,per text.l.alearum vſus,C,de religioſis & ſumpt.fun.com.dicit Maluèt.de ludo taxillorū.nu.4.vt illum refert pract.Conrad.nu.1.in fin.& in facti contingentia conſuluit Corn.conſi.cj.lib.ij.Et hęc concluſio non ſolum locum habet in illis ludis,in quibus ſola ſors verſatur.ſed etiam in his,in quib.eſt mixtura ingenij & fortunæ vt taxillorum,tabularum & chartarum hi enim omnes ſunt prohibiti,vt atteſtatur Imola.in c.clerici.ſecundo,numero decimoſexto.de vita & honeſt.clerico.Vbi verò ſolummodò verſatur,ingenium,talis ludus eſt permiſſus,vt ludus ſcachorum vt Doctores dicere ateſtatur Roſell.de Roſell.inter conſi.crim.diuer.conſilio xlvj.nu.quinto.lib.primo Attamen etiam in illis ludis permiſſis non licet ludere vltra vnum aureum.per text.d.l.alearū vſus. Sunt tamen qui putent diſpoſitioni d.l.alearum.per conſuetudinem derogatum eſſe,quos refert Auguſt.ad Ang.de malefic.in verbo.Metitor de mali.dadi.numero quarto Clar.d.libro quinto.§.ludus.in prin. & verſiculo ſequen.

Ludere ad ſchachos etiam clericis licitum eſt.comm.dicit Abb.in c.clerici.ſecundo,de vita & honeſta.clerico.nu.4.Auguſti.ad Ange.de malef.in verb.Metitor de mali.dadi.nu.3.Clar.d.§.Ludus.

Ludenti mutuans,non poteſt repetere,per text.d.l.alearum vſus Sed quicquid de iure ſit,contrarium ſeruatur in practica,vt teſtatur Auguſt.ad Ange.de verb:Mititore.numer.15.& quòd talis conſuetudo valeat,communem dicit Didacus in repet.capit. peccatum.& eſt obſeruanda non ſolum inter laicos, ſed etiam inter clericos,vt magis communiter receptum eſſe dicit Didacus ibidem Clarus dicto §.Ludus.ver.Item mutuans.

## M

MALEFICIVM non ſolum committitur malè faciendo,ſed etiam malè dicendo,communis eſt contra Barto.in l.aut facta.in princ.numero 1.ff.de pœn.vt teſtatur Alexand.in Apoſtil. ibidem. quem refert Blancus in pract. crim. numero 41. vide Clarum in lib.quinto ſenten.§.primo verſiculo ſed quęro. vbi addit etiam illum malè facere,qui malè cogitat.

MANDANS aliquod delictum fieri,puniendus eſt in loco illo vbi factum eſt delictum,non in loco vbi mandauit.com.dicit Abbas in c.fin.numero 27.de foro compet.quem refert Probus in c.inquiſitores numero 5.in fin.de hęret.in vj.Pract.Conrad.in princip.Duēnas regula cccl xxviij.in tertia amplia:Plaza.libro j. delict.capitul.xv.

numero 17.Remig.de immun eccleſ.in fall. v.numero 3.& eſt ratio, quia mandans non tenetur ex m[illegible]dato.ſed ex delicto propter mandatum ſequuto.Clar.d.§.fin.q.[illegible]xxviij.verſi.Item quæro.

Mandans dominus poſt accept[illegible] iniuriam famulo vel cõſanguineo aliquid in aurem,& ille famulus vel conſanguineus paulò poſt aliquẽ interfecerit,tunc ille mandans tenetur de homicidio.com.[illegible]icit Plaza.libro primo,delict.capitul.xiiij.numero 5.verſicu.his ſanè præmiſſis.ſecundum Bartol.in l.ſi ventri. §.fina.numero 1.ff.de priuil. cred. Clarus tamen putat dominum non puniendum pœna homicidij,niſi alia coucurrerent,puta qu[illegible]d dominus ſolitus eſſe talia facere, & quòd iniuria eſſet talis pro qua veriſimiliter debuiſſet mandare illum occidi,& in dubio putat tutius eſſe torquere dominum,& etiam punire pœna extraordinaria potius quàm pœna mortis. Clar.d.§.finali quæſtione lxxxix.verſi.fina.

Mandãs famulo ſuo dominus iniuria ab aliquo affectus,vt eat,nec reuertatur donec ipſe(dominus)intellexerit noua de illo qui ipſum iniuria affecit,ſi poſtea famulus illum iniuriantem occiderit, præſumitur ex mandato domini feciſſe.communem dicit Boſſ.in titulo.de mandato ad homicid.numero quinquageſimo.Ruin. conſilio ſexto, numero 1.libro quinto.Chaſſen.conſilio lviij.numerò 8.hanc etiam communem dicit Auguſtin.ad Angel.de Maleficijs.in verb.& Sempronium.numero 42.quem refert pract.Conradi.in decima Ampliatio.Alexander conſi.xxviij.numero quinto.lib.quarto refert Plaza lib. primo delict.cap.xiiij.numero quinto. & capitulo xv. num. 3. Pract. Carer.numero 37.& ſequent.quem refert Didacus in repet.clemen. ſi furioſus numero 3.de homicid.Duen.regula cccvij.Et hæc opinio locum habet etiamſi iniuria facta ſit domino.vel etiam ipſi famulo. vt communem dicit Carer.ibidem numero 41.Clarus dicto §. fina. quæſtio.lxxxix.verſiculo ſed hic.

Mandans fieri homicidium,tenetur de homicidio propter mandatum : non autem ex mandato.communem dicit Marian.in capitulo propoſuiſti numero 2 .verſiculo non quæro.de foro competen.Boſſ. in titulo de foro competenti numero centeſimonono Clarus dicto §.finali quæſt.lxxxix.

Mandans non dicitur propriè facere,ſed interpretatiuè,communẽ dicit Vincentius Paleot. inter conſil.Alexand.conſilio lxv.numer.11. lib.iiij.Clar.d.§.fi.q.lxxxix.verſi.ſed quæro.

Mandans non punitur vt mandatarius,in caſu quo ſtatutum prohibens aliquod delictum fieri, loquatur tãtum in perſonã delinquentis,vt ſi dicatur ſi quis occid[illegible]rit,ſi quis vulnerauerit,quicunque homicidium fecerit, &c. ſecùs ſi loquatur tantùm in rem & ipſum delictum,vt pro homicidio ſit pœna mortis.Hanc doctrinam Barto.in l. ſed ſi vnius.§.ſeruus nu.2.& ſeq.ff.de iniuriis.& in l.aut qui aliter. §. fin. nu.3.ff.quod vi aut clam.communiter dicit approbatam,Decius in l.ſi quis id quod nu.38.& ſeq.ff.de iuriſd.omnium iud.& hanc etiam communem dicit Alex.in l.j.in princ.nume.23.ff.de verb.oblig. quem refert Auguſt.in verb.Sempronium.nume. 33.Boſſ.in titu.de pœnis.numero 14.Pract.Carer.nume.59. Plaza.lib.j.delict.c.j. nume. 8.& c.5.nume.22. Villapand.in reper.l.xxij.cap.lxvj. nume.6.Tæg. in pract.crim.cap.x.numero 20.Contrariam verò,ſcilicet,etiamſi ſtatutum in perſonam loquatur,nihilominus mandans vt mandatarius puniendus ſit,communem dicit Gandin.in titu.de tranſaction,in fin. quem refert Alber.in tertia part.ſtat.quæſt.xliiij.numero 15.ita etiam ſeruare iudices atteſtatur Pract.Carer.nume.qu[illegible] quidem opinio locum habet,ſi ſtatutum talem interpretationem à conſuetudine receperit.ſed abſque tali conſuetudine opinio Bartoli proculdubio eſt magis communis Hæc Clar.d.§.fi.q.[illegible]xxxix.ver.ſed quæro.

Mandans punitur eadem pœna qua punitur mandatarius ipſe qui delictum commiſit.Hanc doctrinam Bartoli in l.non ſolum.§.ſi mandato.numer.19.ff.de iniur.communiter dicit Curt.Iun.conſilio cxxxvij.numero 4.Co[illegible]a.in verb. Mandans homicidium.Gandin.de maleſ.in titu.de tranſact.& in tit.de pœnis,vt illum refert practi. Carer. numer.121.Iaſo.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit.nu. 16. de hered.Didacus in repet.clem.ſi furioſus Pract.Conradi.nu.vndecimo.Et hanc opinionem tanquam veriorem & communiorem dicit ſe vidiſſe ſeruari.Clar.d.lib.v.§.fi.q.lxxxix.in princip.

Mandans Titio vt Sempronium vulneret.Titius verò eum occiderit,licet aliqui dicant ſimpliciter communem eſſe quòd mandans non puniatur hoc caſu de homicidio,vt Decius conſi.cccclxxxij. nume.16.& conſi.dcxxij.in fin.ſecundum quam refert etiam conſuluiſſe Ant.de Roſel.Franc. de capitibus liſtæ. & Ang.de caſtro.inter conſilio crim.Cepollæ,conſilio xxxv.xxxvj.xxxvij.& xxxviij.Clarus tamen dicit quia vulnera non poſſunt dari ad menſuram,vt in prouerbio eſt,ita diſtinguendum.Si mandatum ſit percutere aliquem alapa vel baculo,& mandatarius occidat,tunc mandantem tantum pœna extraordinaria puniendum,& hanc communem atteſtatur Plaza.lib.j.deli. c.xv.nume.1.ſecundum quam etiam conſuluit Grammat.conſi.crim. xxx.Idémque eſſe ſi mãdetur,vt aliquis ſfriſetur,id eſt,vt facies cultello incidatur,vel vt famulus det alicui vnum ginoccum,vt in caſu Iaſo. conſilio cxviij.libro ſecundo Sed ſi mandatum ſit vt aliquis vulneretur,tunc mandans tenetur de homicidio,cùm nulla ferè pars ſit in toto corpore,præterquã facies,vbi non poſſint lethalia vulnera infligi. &hanc opinionem dicit communem Boſſ.in tit.de mandat.ad homi. numero 10.ſecundum quam etiam conſuluit Cepolla.conſilio crim. xxxiiij.Hæc Clar.d.§.fina.quæſtio.lxxix.verſi.pone.

MANDATARIVS excuſatur in delictis,propter mandatũ ſuperioris,modò id quòd facit non ſit de genere prohibitorum,ideò que operarij & fabri excuſantur de eo quòd operantur in re alterius ex mandato conducentis,ſecundum gloſſ.in leg.in rem.§.tignum.in gloſſ.in fin.ff de rei vendic.quæ in hoc communiter approbatur, vt ait Socin.conſil.liiij.nume.23.libro iiij.Iaſo.in l.de pupillo.§. nunciationem.numero.7. de oper.noui.nun.Hanc etiam communem dicit Boſſ.in titu.de mandato ad homicid.nume.12.Taeg.in pract.crim. c. x.num.36.Roland.conſi.liiij.nume.6.lib.j.Bald.conſi.cxliiij.libro j.cõſi.cccxiiij.lib.j.conſi.cccclxiij.libr.iij.& conſi.ccccxxxvj.lib.v.Si tamen illis operariis fuiſſet facta denunciatio ſiuè proteſtatio,vt ab opere deſiſterent,non excuſantur.comm.dicit Decius in l.velle non creditur. numero 3.de reg.iur.quem refert Taeg.in loco allegato.numero 47. & ſi tales operarij de nocte laboraſſent,non excuſabuntur.comm.dicit Plottus in repet.l.ſi quando nume.790.Intelligenda autem eſt ſupradicta deciſio de mandatario,in delictis atrocioribus mandatum ſuperioris nunquam excuſat.com.dicit Iaſo. conſi.cxxxvj.libr.j.quòd tamen ita intellige,vt nõ excuſet à pœna in totum,ſed in hoc vt mitius puniantur delinquentes.gl.in l.ij.in princip.C.de ſepulch.violat. quam DD.communiter approbant,vt atteſtatur Didacus ſuper iiij. Decretal.nume.7.in fin.Et hæc omnia de plano procedunt in mandato ſuperioris,ſimpliciter loquendo,ſed ſi mandans eſſet vir potens & ſeuerus erga eos quibus mandare poteſt,fortè in illo caſu excuſandus eſſet delinquens vt iudicatum eſt in curia Neapolitana,ita referente Grammat.voto xxxviij.Et ideò ſi princeps mandaret alicui vt aliquẽ occideret,a[illegible]t ſe curaturum illum ipſum cui mandat occidi,tunc talis mandatarius excuſabitur de iure ciuili.comm.dicit Corſet.in ver. Metus.ſing.incip.an operatur timor.quem refert Pract.Carer.nume. 174.Taeg.pract.in crimin.capitul.x.num.36.Idémque eſt ſi princeps mandet officiali vt aliquem ſine proceſſu ſuſpẽdi faciat,poterit enim mandatum illud officialis licitè & ſine peccato exequi.& ad hæc allegatur deciſio Cyni.quam communiter approbatam dicit Cagnol. in dicta lege velle non creditur.numero 10.de reg.iuris.Contrariam tamen communem dicit Pract.Carer.numero 110.& quòd non debeat exequi.ſed ſuperſedere,& principi reſcribere,magis communẽ dicit Taeg.in dicto capi.x.nume 38.Denique excuſatur etiam ille mãdatarius,qui deliquit ex mandato illius qui licitè poterat facere quod mandauit,vt ſi pater mandet alicui occidere filiam in adulterio depræhenſam,licèt ille mandatarius non ſit mandantis filius,neque ſeruus.com.conſilio crim.iiij. Carer.in Prac.numero.115. Hæc omnia Clar.d.lib.v.§.fin.quæſt.lx.verſi.Solet dubitari.

Mandatarij dictum non eſt ſufficiens contra mandantem,ita vt torturæ ſubiici poſſit mãdans,com.dicit Pariſ.Put.de ſyndicatu, in verb. Tortura,vt illum refert Nouell.in pract.crim.numer.31.& ſequen.& ita conſuluit Signorol.conſilio ccix. Clar.dicto libro v.§.final.quæſt. xxj.verſiculo ex hac.

MARITVS, qui vxorem adulteram dimiſit, nihilominus tenetur ſeruare caſtitatem,& ſi fornicetur,tenetur ipſam vxorem iterũ in conſortium recipere.communem dicit Abb.in capitulo ex literis. numero 11.de diuortiis,& ad hoc cogi poteſt non ſolum officio iudicis,ſed etiam ad actionem ipſius vxoris.ita communiter teneri dicit Felyn.in capit.lator.nu.9.verſiculo,Limita ſecundo,de re iudica.Clar. lib.v.ſent.§.adulterium verſi.facta.

Maritus vxorem ſi interficiat,tranſit lucrum dotis ad heredes vxoris.tanquam communem ſequitur Roland.in tract.de lucro dotis, quæſtio lxj.& diſtinctionem Bartoli.in l.fin.de his quibus vt indign. communiter reprobatam atteſtatur Ruin.conſil.xj.in fin.lib.v.Quod in tantum procedit,vt etiam iure vel conſuetudine permittente feciſſet,puta propter adulterium,tamen non lucrabitur dotem.ita contra Bartol.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.nume.5.ff.ſolu.matrim.communiter teneri atteſtatur Gomeſ.Arias ſuper legẽ lxxx. Taur.nu.1. Clar.d.lib. v.§.Homicidium.verſicu.priuatur etiam.

MATRIMONIVM cum conſanguinea contrahens ſub cõditione,ſi Papa diſpenſauerit,licet Aretin.in l.apud Iulianum.§. conſtat.de leg.j.dixerit communem eſſe quòd non teneat tale matrimonium,vt illum refert Didac.ſuper iiij.Decret.nu.7.Contrariam tamen nempe quod tale matrimonium poſſit contrahi,tenuit Ant.de But. in c.ſuper eo.quam opinionem de conſuetudine obſeruari atteſtatur Boer.deciſ.cclxiiij.nu.17.& ab ea non putat in practica recedendum eſſe.Clar.d.lib.v.§.inceſtus.ver.ſed quid.

MENDACIVM ſolum non eſt ſufficiens indicium ad torturam.comm.dicit Grammat.vot.xxx.numero 15.in fin.& Pract.Carer nume.119.Alij contrariam communem dicunt,vt Nouell.in tractat. ad defenſam.numero 5.Clarus.putat relinquendum arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonæ & rei ſuper qua eſt mendacium ſeu

variatio

variatio an. ſ. ſi talis , in qua veriſimiliter poſſit cadere obliuio, & an ſit circa ſubſtantialia negotij,& an in incõtinenti ſe correxerit, nã talis variatio diceretur potius emendatio quàm mendacium.tandem verò videtur magis inclinare ad primam opinionem quòd ſcilicet nõ ſit ſufficiens indicium, niſi aliquod aliud adminiculum concurreret. Clar.dicto §.fina.quæſtion.xxj.verſiculo Mendacium.

MENSIS,annus & dies debent in inquiſitione exprimi non minus quàm in accuſatione.com.dicit Alexand.in capitulo de accuſa tio.in fin.ſecunda,quæſtio. viij.Foller.practica crim. canon.numero 39.Boſſ.in titu.de inquiſit.numero 90.Ange.in l.ea quidem.nu.tertio C.de accuſ.& licet Bal.contrarium tenuerit,tamen opinio eius communiter non tenetur,vt in allegato loco dicit Alexander,quia inquiſitio eſt ſubrogata loco accuſationis,Clar.dicto §.fin,quæſt.xxxj,verſi. quod de anno,

MERETRIX non poteſt eſſe teſtis in criminalibus,com.dicit Iaſ.in l.cunctos populos.in ſecunda lectura nu.54. C.de ſumma trin. Pract.Conrad. numero 18. dicto §. fina.quæſtione.xxiiij. verſiculo item meretrix.

Merita alicuius delinquentis in Principem vel rempublic. quando que faciunt pœnam remitti(vel ſaltem mitigari)vt dicit gloſſ.in §.pla nè.in verb.ob meritum.Inſtit de iur.nat. gent.& ciuil. quam in hoc ab omnibus approbatam ait Gram.conſilio vigeſimonono.nu.40.ver ſicu.quod maximè debent autem talia merita probari.Clar.dicto §. fina.quæſtio.lx.verſiculo vtili etiam,

METVS aut vis excuſat in delictis.com.dicit Decius in l.vt vim, in ſecundo notab.ff.de iuſtitia & iur.vt illum refert Pract. Carer. nu. 173.ideóque ſi quis alium interficiat metu mortis, nõ eſt puniendus pœna homicidij,vt communẽ.dicit Bolenc.in repetitio.l.capitalium. §.famoſo.numero 200.ff.de pœnis.de quo etiam Clarus.dicto libro quinto.§.Homicidium.verſiculo excuſatur autem,& ſequen.Et hinc pro muliere quadam quæ per metum adulterium commiſerat,conſuluit Abb.conſilio quarto,libro primo.Clarus dicto §. fina.quæſtio. lx.verſicu.quæro modò.

MILITES licet olim non poterant accuſare,niſi ſuam vel ſuo rum iniuriam proſequerentur ,per l.non prohibentur.& l.crimine. C.de accuſat. quia milites ea tantùm curare debent quæ ad militiam pertinent.Tamen hodie milites noſtri temporis indiſtinctè admittũtur ad accuſandũ.com.dicit Nouell.in tract.ad defenſam.nu.32.Clar. dicto libro quinto.§.fina.quæſtio.xiiij.verſicu.quæro etiam.

Milites non poſſunt de iure torqueri,per text.in lege milites.C.de quæſtion.idque etiam militibus noſtri temporis obtinere.com. dicit Grilland.de quæſtionib.& tort.ſexta quæſtio.principali.nu.3.Boſſ. in titu.de indiciis.nu.104.Intellige tamẽ de illis ſtrenuis militibus,quos hodie Equites vocant,de capitaneis,ſeu ductoribus militum,ſecùs enim eſt de militibus priuatis,nam illi quotidie torquentur,& in hoc nemo dubitat, vt ait Boſſ.in loco allegato.num.108.Clar.d.§.fi.quæſtio.lxiii.ver.quæro etiam.

MINANTEM alicui mortem , ſtatim licet percutere.com.dicit Bartolus, inter conſil. criminal. diuerſ. conſilio lxxxviij. num.21. libro ſecundo.& conſilio lxxxix.num.3.eod.volu.Clar.lib.v.ſent.§.homicidium.verſi.ſed quomodo.

MINOR viginti annis repellitur ab accuſando,niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.Com.dicit Anto.de Tremo.in addit.ad Bonac.in pract.except.in rubric.quibus mod.ſuo not.ani.nu.6. verſicu. ad illos caſus.Abb.in c.primo.nu.10.de accuſatio.Si verò ſit maior viginti annis,licet minor vigintiquinque,tamẽ poterit indiſtinctè accuſare,etiamſi ſuam vel ſuorum iniuriam non proſequatur.comm.dicit Alexand.in l.de pupil.nu.8.ff.de noui oper.nunciatio. quam legit. cũ §.præcedent.qui incipit. Si in publico.Nouel. in tracta.ad defenſam. nu.13.Zanetin.in cap.j.de accuſatio.Salicet.in l.ſi cautiones.nu.3. C. qui accuſa.non poſſunt.Sed quicquid ſit de iure,conſuetudo indiſtinctè admittit minores ad accuſandum,dummodò xiiij. annos exceſſerint.Hæc.Clar.d.§.fi.q.xiiij.verſi.ſed quid.

Minores 14.annis non debent torqueri,receptam ſententiam ait Plaza.lib.j.delic.c.xxxij.nu.12.tex.in l.j.§.impubes.ff.ad Sylleian.Anã. in cap.j.nume.10.de delic.puer.Anton. Gomeſ.cap.j.delict. num. 67. Igneus in l.excipiuntur.nu.49.ff.ad Sylleian.Clar.dicto §.fina.quæſt. lxiiij.verſiculo quæro nunquid.

MONACHVS neminem poteſt in iudicio denunciare , niſi proprium Abbatem,extraiudicialiter autem,& ad pœnitentiam, poteſt quemcunque denunciare.communem dicit Abb.in c.ex parte. numero 6.de accuſatio.ſed hoc raro contingit in practica.Clarus d. §.fin.q.vij.verſi.Item quæro.

Monachus ſi occidatur vel offendatur,& habeat filium legitimum quem ante monachatum generauerit,tum ius faciendæ pacis vel remiſſionis,pertinet ad filium non ad monaſterium,ita communem dicit Boer.deciſ.cxxj.numero 9.quem refert Plaza.in c.vj.delict. nume. 16.& Carauita.ſuper cclxxv.ritu magn.cur.in fine.Contrariam verò communem dicit Alciat.in lege.iiij. §. Cato.numero 175.ff.de verb. oblig.quem refert Do.Anto.de padilla in lege transigere.numer. 38. C,de transactio.Clarus diſtinguendum putat an fiat offenſio reſpectu religionis,an reſpectu perſonæ offenſi tantum.& in illo caſu monaſterium,in hoc verò filium præferendum putat in dubio verò vtrumque admittendum,& hoc in caſu quo offenſus religionem profeſſus ſit aliàs enim ſimpliciter præferendum filium.& ita dicit ſe vidiſſe iudicari d.§.fi.q.lviij.ver.vlterius quæro.

MONASTERIVM tenetur pro Monacho qui deliquit aliquid,in tantum quatenus ad eum peruenit.comm.dicit Alber.in aut. ingreſſi.nu.2.in fi. C. de ſacroſanc.eccleſ.Clar.d.§.fi.ver.ſed nunquid.

Monachus habitum ſuæ religionis non deferens.incurrit pœnam excommunicationis.cap.vt periculoſa ne clerici vel monachi.in vj.Et licet aliqui dicant quòd ſi occultè deferat non incurrat pœnam excõmunicationis,ſecundum Archid.in d.cap.vt periculoſa cuius opinionem Claud.in repet.l.vt vim.num.99.ff.de iuſt.& iur.dicit Doctores communiter ſequi.Tamen cõtrariam, ſcilicet quòd monachus nihilominus incurrat excommunicationem, etiam ſi occultè habitum deferat.communem dicit Calcan.conſilio.cxxiij. numero.1. per glo. in clem.fin.in verb.Extrinſeci.de vita & honeſt.cler.quæ opinio Claro magis placet quam prior.ita tamen , niſi cum cauſa & licentia ſuperioris occultè habitum ferret.Clarus dicto.§.finali quæſtione lxxvij.verſi.Monachus.

MVLIER credens virum ſuum,qui longo tempore abſuit,mortuum,ſi certum nuncium de morte eius habuerit, vel fama publica ita fuerit, ſi nubat alteri debet excuſari , aliàs punitur de adulterio. commun.atteſtatur Anton. Gomeſ. ſuper l.lxxx. Tauri. numero 31. Clar,lib.v.ſent.§,fornicatio.verſi.ſed pone.

Mulier in cauſis criminalibus de iure ciuili teſtimonium ferre poteſt.comm,dicit Grammat.conſi.crim.xij.nume.17. Abb.in cap.quoniam.numer.2,de teſtib,Felin.ibid.num.1.& 8.Bertrand.conſi. cclix. nume.2.lib.iiij.Crot,de teſtib.nume.57,Gratus conſi.lvij.num.3. lib. ij.Duennas reg.ccccxv.in limit.ij.& ita quoque in practica ſeruari dicit Socin.conſi.liiij.numer.6.lib.iij.Idque procedit etiam in cauſis capitalibus,vt communem dicit Alexand.conſi.xj. nume.6.lib.j. Imola in l.qui teſtamento.§.mulier,circa fin,ff.de teſtam.Vitalis de malefic. in rubr.de teſtib.nume.37.De iure canonico autem non admittitur ad teſtificandum,vt communem dicit Blanc.de indiciis.numer. 351. Abb.in d.cap.quoniam nume.2,& Duennas in d. regu.ccccxv.in prin. Intellige tamen vt procedat in cauſis criminalibus criminaliter intentatis,tunc enim mulier de iure Canonico non admittitur ad teſtificãdum communem dicit Ioan.de Imola in d.§.mulier. circa fin.& Ioã. de Anan.in conſi.xvij.nume.decimoſexto,Pract.Conradi.numer.75. Secùs in ciuiliter intentatis.Clar.d.libr.quinto.§.fin.verſiculo quæro igitur,& ſequentibus.

Mulier quæ ſe proprio ſeruo ſubiicit,punitur pœna mortis cõmunem dicit Anton.Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri.nume.23.Non tamen econtra ſi dominus item rem habeat cum ancilla,punitur, l.fi.C.com. de manumiſſ.Clar.d.lib.v.§.fornicatio.verſ.Mulieris.

Mulieres non poſſunt de iure perſonaliter detineri in carceribus ſi nobiles vel aliàs honeſtæ ſint,per text.cap.mulieres.de iudic.in vj & eſt.com.vt atteſtatur Boer.in repeti l.conſentaneum.num.114.C.quo modo & quand.ſed quicquid ſit de iure, hodie mulieres de conſuetu dine indiſtinctè capiuntur,& in carceribus ſeparatis ponuntur,vt atteſtatur Imola.in cap.ij.numero 16.de pigno.quem refert Marian.de citat.artic.v.quæſtione xvij.verſiculo xvj.fallit.& Gramm.deciſ.xxxiij. numero 11.Blanc.in pract.crim.numer.47.Clar.d.§. fin.quæſtio. xxj. verſi.quæro igitur.

## N

NEGATIVA ſimplex & indeterminata eſt improbabilis.per gloſſ.in cap.bonæ.j.in verb.per rerum naturam.de elect.communiter approbatam vt atteſtatur Pariſ.in cap.quoniam contra. num. 8.de probat.nega.nume.127.ſi tamen coarctetur loco & tempore,tunc probatur vt affirmatiua, quando ſcilicet teſtes deponũt ipſam negatiuã, & reddunt rationem quòd non potuiſſet eſſe vel fieri,quin ipſi teſtes vidiſſent vel ſciuiſſent,ita dixit gloſſ.in §.ſi verò abſunt,in verb.& vidiſſe.auth.de hered.& Falcid.quam communem dicit & in practica obtinere.Felin.in cap.in noſtra.nume.8.in fin.de teſtib.ſecundum dictum Areti.vt ipſe refert.Ruinus.conſilio xcvij.circa fin.libro quarto,Simancas de hæret.capitulo vigeſimoſexto numero quarto:Caue bunt tamen teſtes ne eo ipſo quòd deponunt ſuper negatiua, dicantur ſuſpecti de falſo.ſecundum ea quæ tradit Clarus. in dicto libro quinto §.falſum verſiculo ſolet etiam.Hæc.Clarus d.§.fi. quæſt. lij.verſ.ſcias autem.

NEPOTES ex filio parricida,priuantur hereditate auita.ſuccedit enim patri parricida,ſed fiſcus aufert ab eo. hereditatem, tanquam ab indigno.ita contra Bald.in l.ſi quis inceſti.nume.3.C.de inceſt.nupt.communiter teneri ait Boer.deciſ.xxv. nume.8.& 17. Clar.

lib.v.ſent.§.homicidium.verſi.priuatur etiam idem obtinet in nepotibus ex fratre fratricidæ.vt ibid.Clar.

NOBILITATIS & dignitatis allegatio & probatio prodeſt delinquenti,ita vt in Pœna corporali imponenda,mitius puniri debeant nobiles vel in dignitate conſtituti,quàm plebeij.per gloſſ.in capitulo cum quidam de iureiur.quam communiter receptam dicit Didacus lib.ij.reſolut.capitulo ix.numero 3.Clar.d.§.fin.quæſt.lx.verſicu.prodeſt etiam.

NOCTE commiſſum dicitur illud delictum,quod commiſſum eſt ante ſolis ortum.communem dicit Alexand.in l.more.numero 5.ff.de feriis.Alij diſtinguunt,dicentes:Aut ſtatutum expreſſe determinat,quando dicatur dies vel nox,puta ad ſonum certæ campanæ, vel huiuſmodi,& tunc illud ſeruandum eſt.Aut non expreſſe determinat & tunc ſtandum arbitrio iudicis,& in dubio mitiorem partem ſequendam.& hæc opinio fuit Ioan.Andr.in capitulo ſi perfodiens.de homicid.quam tenent cõmuniter canoniſt.vt atteſtatur Auguſtin.ad Angel.de malefic.in verb.de nocte.numero 4.Clar.d.§.fin. quæſtione lxxxij.ſtatut.ix.verſi.quæro quomodo.

NOTARIVS inſtrumentum conficiens ſuper re illicita,extra caſus à iure permiſſos incidit in pœnam falſi.Bart.in l.j.verſi.venio ad tertiam.C.de petit.ter.ſubla.lib.x.cuius opinionem ab omnibus approbatam dicit Auguſt.ad Ang.de malef.in verb.falſario. numer.46. quem refert etiam Pract.Conrad.numero 10.in fin.Clar.dicto libr. V.§.falſum.verſi.adde.

Notarius negans ſe eſſe rogatum de inſtrumento,de quo reuera fuit rogatus,punitur pœna falſi.com.dicit Curtius Iun.in l.qui accuſare.nu.12.C.de edendo.Limita.niſi Notarius eſſet vir bonæ opinionis,& factum eſſet ante longum tempus Clar. d. §. Falſum verſiculo Item notarius.

Notarius non ſolum dicitur falſum committere,falſum inſtrumentum fabricando,ſed etiam ſi aliquid in inſtrumento apponat quod verum non ſit,puta ſi in inſtrumento mutui apponat verbum numerauit,cùm tamen tempore contractus nulla pecunia numerata ſit, vel ſi ſcribat.rogauit Titius,ſpopondit Menius,& probetur quo tempore confecti inſtrumenti Titius fuerit abſens: communem dicunt Docto.& in ſpecie Iaſo.in l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.& Decius ibidem. nume.33.item Curt.Iun.nume.36.non enim debet Notarius inſtrumentum conficere niſi de his quæ ſenſu corporis tunc percepit. ſecundum doctrinam Barto. communiter receptam in auct. ſi quis in aliquo.circa fi.C.de edend.Clarus libro quinto ſent.§.falſum verſiculo Notarius.

Notarius omittens apponere ſolennitates requiſitas in inſtrumẽto de quo rogatus eſt,incidit in pœnam falſi magis communiter teneri Cornæus conſil. liij.in litera G.libro quarto non tamen puniretur propter hoc niſi in caſibus à iure expreſſis.ſecundum communẽ, vt dicit Auguſt.ad Angelum de malefic.in verb.Falſario,in fin.Clarus ibidem verſiculo pariter.

NOTORIETAS licet iudici non ſolum viam aperiat ad inquirendum ſed etiam faciat vt poſſit vſque ad executionem procedere,iuris ordine non ſeruato,tamen hoc caſu obſeruandum eſt nõ ſufficere vt factum ipſum ſit notorium,ſed requiritur vt etiam qualitates ipſius facti ſint notoriæ,ſcilicet,quod nulla defenſio aut excuſatio competat Seio,quominus puniendus ſit pœna homicidij.comm. dicit.Colleg.Flor.inter conſi.Curt.ſen.xxj.nume.13.Tortus inter conſi.Ant.de Butr.conſi.vlt.nu.28.Clar.d.§.fin.q.ix.verſi. Sed aduerte.

NOTORIVM licet ſit delictum aliquod,iudex nihilominus debet aſſumere informationes.com.dicit Afflict.ſuper ij.part.conſtit. regn.Rub.x.nu.30.Clar.d.§.fin.quæſt.ix.verſi.item quæro in fin.

Notorium licet ſit delictum aliquod,nihilominus danda eſt reo copia indiciorum,& terminus defenſionis.com.dicit Ant.Gomeſ.cap.j. delictorum.num.4.Clarus tamen diſtinguit,dicendo,Aut reus proponit aliquam exceptionem vel defenſionem ad excuſandum delictũ & danda eſt illi defenſio.Aut fatetur nullam excuſationem habere,& non eſt illi danda & hanc practicam dicit ſeruari in toto mundo.Boſſ. in titu.de denunciat.numero 6.in fin.Clar.d.§.fin.quæſt.ix. verſiculo quæro etiam.

Notorium licet delictum aliquod ſit nihilominus ſuper eo debet fieri ſententia comm.dicit Marſil.in pract.crim.§.aggredior.nu. 133. Pract.Conrad.nu.4.& ita in praxi quoque receptum dicit Didac. in repet.cap.alma mater.nume 9.de ſentent.excom.in vj.Clar.d. §. fin. quæſt.ix.verſi.præterea quæro.

Notorium non dici poteſt delictum,quod excuſationem non habeat,niſi prius fuerit ſuper hoc cognitum & declaratum,per iudicem illud eſſe notorium,citato etiam ipſo reo.comm.dicit Aret. conſilio clxxij.quem refert Ferret.conſ.xxxj.num.5.& nume.35. Clar.d.§.fin. quæſtio.ix.verſicu.plus dicunt.

Notorium non ſolum id eſſe poteſt quod eſt facti permanentis, ſed etiam id quod eſt facti momentanei.com.dicit. Tort.inter conſi. Anto.de Butri.conſi.vlt.nu.27. Apoſtil.l.ad Ange.de maleficiis in verb. etiam per modum.nu.1.Clar.d.lib.v.§.fin.quæſt.ix.verſi.j.

Notorium probatur per duos teſtes.comm.dicit Salicet.in l.ea quidem.C.de accuſat.num.82.Clar.d.§.fin.q.ix.verſi.quæro nunc.

Notorium quod ſit delictum aliquod,debet iudici conſtare vt iudici,ex actis,non aliorum dictis.com.dicit Pract.Conrad.nu. 14.ideoque non ſufficiunt informationes à iudice extraordinariè aſſumptæ Clar.d.§.fin.quæſt.ix.verſi.item quæro,in fin.

Notorium ſi ſit delictum aliquod,nulla amplius requiritur eius delicti probatio communem dicit Alber.in l.ea quidem.C.de accuſat. nume.18.Claro tamen hæc opinio videtur valdè periculoſa,& dicit magnam eſſe differẽtiam an dicatur notoriè conſtare de crimine, vel dicatur conſtare crimen eſſe notorium.d.§.fin.quæſtione ix. verſiculo Item quæro.

Notorium ſi ſit delictum aliquod, nihilominus requiritur citatio ad ſententiam magis communem dicit Aretin. conſil.clxiij. nume.7. quem refert Boſſ.in titu.de denunciatione nume.9.in fin,& in titu. quomodo procedatur in crimine notorio,nume.6.ad aſſumenda verò indicia ſuper delicto notorio,non eſt reus citandus,quotieſcũque ex tali citatione reus inſtrueretur ad fugam,& hanc communem dicit Ferre. conſilio xxxj.numero 11.& licet Anton. de Butrig. in cap. cùm olim de re iudic.dixerit eſſe ſpeciale in papa,vt proceſſus per eũ factus in notariis abſque citatione valeat,nihilominus illud dictum communiter repræhenditur,vt dicit Barba.conſi.lxx.num. 14.lib. iiij. Si tamen notorium eſſet nullam defenſionem reo competere, eo caſu poſſet procedi ſine citatione,vt communem & veram eſſe dicit Coll.Floren.inter conſi.Curt.ſen.conſi.xxj.num. 15.Clar.d.lib.v.fin.q. ix.verſi.quæro nunquid.

## O

OBIICIENS alicui crimen aliquod in iudicio ſiue agendo,ſiue excipiendo,ſi illud probet non tenetur iniuriarũ, actione vt in hoc omnes conuenire dicit Boer.conſ.iiij.nume.37.Si vero non probet,tenetur,etiamſi excipiendo illud obiecerit vel oppoſuerit.comm.dicit Boer.in d.conſi.iij. nume.37.in fin.Clar.dicto.lib. v.§.fin. quæſtione liiij.verſi.Caueant.

OCCIDENS Titium cùm Sempronium voluiſſet, punitur pœna extraordinaria.com.dicit Alban.conſil.nume.1 & 2.Menchiacã illuſt.contro.cap.xcv..nume.32.refert Clar.lib.v.ſent.§.Homicidium, verſi.Dicunt.

OFFENDENS Cardinalem percutiendo,capiendo vel hoſtiliter inſequendo,excommunicatus eſt, ita vt poſſit ab omnibus impunè offendi communem dicit Boſſ.in titu.de hæretic.nume.29.Clar.d. §.fin.quæſtio.lxxij.verſicul.offendentes.

OFFICII adipiſcendi cauſa,ſi ſit officium temporale,non licet aliquid clam donare,ſed ſi aliqua oblatio fieret palam & principi, in quo ceſſat crimen ambitus,vtique liceret.comunem dicit Ana.in ca. j.numer.4.de ſimonia. Si autem oblatio illa fieret alteri quam principi,tunc non modo dantes aut offerentes aliquid pro officiis, ſed etiam ea petentes,puniuntur pœna infamiæ,& centum aureorum.per textum leg. vnic.ff.ad l.Iul.de ambit. Clar.d.lib.v.§.ſimonia. verſicu. præterea quæro.

OFFICIALIS qui durante officio ſuo multa acquiſiuit, in dubio non præſumitur de bonis fiſci acquiſiuiſſe, niſi aliter liquido probetur.com.dicit Deci.conſi.vj.nu.2.Bertrand.conſi.clj.nu.6.lib.vj. Clar.d.§.fin.q.lxviij.verſicu.Officialis!

Officialis regulariter durante officio non accuſari poteſt,niſi eſſet tale delictum propter quod puniendus eſſet officio,& ideò pro bannataria & furtis poteſt officialis etiam durante officio accuſari non expectato tempore ſyndicatus. communem dicit Boſſ.in titulo de offici.corrupt. pecun.nume.34.Clar.d.lib.v. §.fin.quæſt.xvj.verſiculo præterea quæro.

Officiali an aliquando reſiſtere liceat nec ne? licet aliqui abſolutè dicant quòd ſic, Tamen ſecundum gloſſ. in l. non videtur §. qui iuſſu, de regul. iur. quam communiter approbatam dicit Bolenc. in repet.l.capitalium.§.famoſos.nume.143.ff.de pœn.ita diſtinguendum eſt.Aut officialis procedit tanquam officialis vel iudex,& nullo modo debet ei reſiſti,niſi vellet inferre aliquod præiudiciũ irreparabile.Aut procedit eo modo quo ſolent procedere priuati,& tunc impunè licet ei reſiſtere.Et dicit Claud. in lectura l.vt vim.num.27. & 28.& in repet.nu.48.ff.de iuſti.& iur. quod ita omnes volunt,& in hoc omnes concordant.Clar.d.§. q.xxix.verſic.Sed hic.

OPERARII excuſantur fabricando vel operando aliquid in re alterius ex mandato conducentis.glo. in l.in rem. §. tignum.in fin.ff. de rei vendicat.quam in hoc communiter approbari dicit Soc.conſi. iiij.num.23.lib.iiij.& Iaſ.in l.pupillo.§.nunciationem.numero 7.ff.de nou.oper. nunt.hanc etiam communem dicit Boſſ. in tit.de mandat. ad homicid.num.duodecimo.ſi tamen illis eſſet facta denunciatio ſiue proteſtatio,vt ab opere deſiſterent,eo caſu nõ excuſarentur.com-

munem

munem dicit Decius in l.velle non creditur.numero 3.ff. de reg.iur. ſimiliter non eſſent excuſandi ſi de nocte acceſsiſſent ad laborádum, vel actum clandeſtinè feciſſent commun.atteſtatur Plottus in repet. l.ſi quando.numero 790.Clarus dicto §.fin.quæſt.lx.verſic.ſolet dubitari.circa princip.

OPPONENS aliqua crimina contra teſtes debet in promptu habere probationes,nam ſi non probet,tenebitur actione iniuriarum.comm.dicit Boſſ.in tit.de iniur.nu. 21.Clar.d.§.fin. q.liij.verſ. caueat. Aliàs verò ſi quis alicui in iudicio aliquod crimen obiiciat, ſiue agendo ſiue excipiendo, & probet illud,non tenetur, vt in hoc omnes conuenire dicit Boer.conſil.iiij.num.37.Clar.ibidem.

ORATORIA priuata,etiam ſi in iis diuina celebrentur officia, non gaudent immunitate eccleſiæ,vt delinquens in iis non capi poſsit.communem dicit Abb.in cap.fina.numero 4. de cenſibus. Remig.de immun.eccleſ.in xx.ampliat.Clarus dicto.§.fin.quæſt.xxx, verſic.ſed quid dicendum.

OCVLVM alteri viro quàm marito datū, facit vt mulier dotem amittat.comm.dicit Bell.in Rub.C.de edendo.nu.81. quem refert Didac.ſuper iiij.Decret. num.3.Bald.in cap.tuæ.nu.4.de procur. idem quoque eſt ſi ſaltem paſſa ſit ſibi manus alterius ad mammillas poni.refert Clar.lib.v.ſent.§.adulterium.§.Scias autem,

## P

PALATIVM Epiſcopi gaudet immunitate vt eccleſia , etiam ſi ſit ſeparatum ab ea vltra quadraginta paſſus.comm.dicit Didac.lib.ij.reſolut. cap.xx.num.5.in fin.Remig.de immun. eccleſ.in xv.ampliat. vbi ſubdit communem eſſe , quòd gaudeat , etiam ſi in eo nulla capella conſtructa ſit.Sed in praxi contrariū ſeruatur. ſcilicet quòd non gaudet immunitate,ſi vltra xl.paſſus ab eccleſia ſeparatim conſtructum ſit vt atteſtatur Didac.in loco prædicto.Clarus dicto §.fin, quæſt.xxx.verſic.ſcias etiam.

PAPA de nullo crimine accuſari poteſt,præterquam de hęreſi, communem dicit Zabarella in can.ſi Papa. xl.diſtinct, Gloſſ. tamen ibidem dicit,quòd ex quocunque crimine notorio , & ex quo ſcandalizetur etiam eccleſia,Papa poſsit accuſari,ſi admonitus ſit incorrigibilis, & illam communiter teneri dixit Abb. in cap. ſignificaſti, num.4.de elect.vt illum refert Card. Alexand. in dicto cap. ſi Papa, vbi dicit quòd dicta gloſſ. ſit canonizata per concilium Conſtant. & dicit Decius conſil.clj.numero 4.quòd illa gloſſ.communiter placuit Canoniſt. licet reprobata ſit theologis. ſimiliter dicit Synodia conciliis.circ. med. quod illa gloſſ. communiter ab omnibus ſit approbata Idem dicit Ioan.Brunell. poſt relectiones Didac.& Iaſ.conſ. xc.Simanc.de hęret.cap.xj.numero 12.Contra verò hanc gloſſ.communiter reprobar. dicit Berous in cap.cùm veniſſent.nu.4.de indic. Imò tractatus Abbat.ſuper concilio Baſilienſi, quia in eo d.gloſſam communiter teneri dixit,poſitus eſt inter libros damnatos in indice librorum prohibitorum tempore Pauli quarti edito , ſed poſtea in indice ſub Pio iiij.edito rurſum omiſſus. Clarus dicto libro v.§.fin. quęſt.xxxv.verſic.videndum.

Papa nullum iudicem habet niſi concilium generale. commun. dicit Card. Alexand.in cap.ſi Papa.xl.diſtinct,Clar, dicto §.fin.quęſt. xxxv.verſic.ſed retenta.

Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos.comm.dicit Menchiaca.lib.iij.de teſtam.§.xxij. nu. 60.Clar.d.§.fin.q.xlj.verſic.ſed quid.

PARRICIDIVM committit etiam is qui naturalem tantùm patrem vel matrem occidit.communem dicit Alex.in l.ij.num.10.ff. de in ius vocand.Villapand.in repet.l.xxij.cap.xlij.num.3.Plaza lib.j. delict.cap.xlj.num.5.& cap.xxij.num.12.conſideratur enim ſubſtantia filiationis non qualitas.Pract.Carer.num.134. Clar.libro quinto. §.Parricidium.verſic.quæro.

Parricidium etiam commiſſum intelligitur ſi vltra patrem aliquis ex aſcendentibus occidatur.ita frequentiore Doctorum calculo receptum ait Plaza lib.j.delict.cap.xxij.numero 3.Clarus dicto §.Parricidium.verſic.ſcias etiam.

Parricidium etiam committitur in fratre vel ſorore,aut alio tranſuerſali intra quartum gradum.per gloſſ.in l.j.in verb. pœna. ff.ad L. Pomp.de parricid.quam frequentius receptam eſſe dicit Plaza in ca. xxij.num.4.lib.j.delict.Clar.d.§.Parricidium.verſ.ſed quid.

PATER poteſt filiam depræhenſam in adulterio occidi facere etiam per aliquem qui non ſit filius vel ſeruus eius, & ille occidens tunc non tenebitur de homicidio comm.dicit Cepoll.conſ.crim.iiij. refert Pract.Carer.num.113.Clar.d.lib.§.fin.q.lx.verſ.ſolet.

Pater poteſt facere remiſſionem pro iniuria ſeu offenſione facta filio.communem dicit Boer.deciſ.cxx.num.1.quem refert Menchiaca controuerſ.illuſt.cap.xv.num.8. Villapand. ſuper l.xxij. cap. xxvj. num.1.in fin.Plaza.lib.j. delictorum. cap.vj. numero 21. Arius in l.j. C.de bon.matern.limita tamen,non procedere , quando iniuria facta eſſet à coniuncta perſona. tunc enim pater illam non poteſt inuito filio remittere.vt cōmunem dicit Arius in loco Allegato, Clar. d.§.fi.quæſt.lviij.verſic.quæro nunquid.

Pater non tenetur pro filio , & ideò ſi fuerit filius condemnatus pro aliquo delicto,non tenebitur pater ſoluere illam condemnationem, neque etiam ex legitima debita ipſi filio poſt mortem patris. communem dicit Imol.in cap.Rainutius.nu.42. de teſtam. Imò nec in peculio aduentitio executio fieri poteſt,ſecundum Bart. in l. ſi finita.§.ſi vectigalib.num.12.& ſeq.ff.de dam.infect.quem Doct.communiter ſequi atteſtatur Maranta in ſuo ſpecula. num.35. Si tamen filius faceret aliquid occaſione patris , & eo ſciente , præſumitur factum de eius voluntate.vt communem dicit Curt.ſen. conſi.xlj.numero 7.vbi conſuluit patrem teneri pœna extraordinaria de homicidio commiſſo per filium eo præſente & non prohibente. Clar. d. §.fin.q.lxxxvj.verſic.ſecundo infertur.

PAVPER non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali. communem dicit Socin.reg.cclxxxix.quem refert Pract.Conrad.numero 8.Ioan.de Amicis.conſi.xviij.numero 9.quem refert Roland. conſil.lxiiij.numero 34.libro ij. Intellige in paupere turpi perſona, ſecùs in perſona honeſtæ vitæ.bonæ conditionis & famæ. Clar.d.§. fin.q.xxiiij.verſic.quæro etiam.

Pauper qui minus quàm quinquaginta aureos in bonis habeat, regulariter repellitur ab accuſando.l.nonnulli,ff.de accuſat.Si tamen ſit bonæ & honeſtæ fidei & vitæ,& non ſuſpectus propter paupertatem,non repellitur ab accuſando ſecundum gloſſ.in d.l.nonnulli. quam omnes ſequi dicit Berous in cap.j.num.54. de accuſat. ſubdēs ab ea non eſſe neque conſulendo neque iudicando recedendum Clar.d.lib.v.§.fin.q.xiiij.verſ.ſed hic etiam.

PAX facta cum offenſo in criminibus in quibus de iure non eſt licita tranſactio,facit indicium contra facientem illam pacem,ad torturam.communem dicit Blancus de indic.numero 306. Clarus d.§. fin.quæſt.xxj.verſic.pax.

PECVNIARIAS pœnas poſſunt Prælati clericis pro delictis imponere.communem dicit Abb.in cap.vt clericorum.num.10. de vit.& honeſt.cler.Diaz in pract.crim.can.cap.cxxiiij.in fi. Felin.in cap.irrefragabili.§.j.num.11. de offic. ord. Et quamuis Epiſcopi deberēt de iure tales pœnas pecuniarias applicare Cameræ Romanæ, non ſuæ:tamen cum hodie de generali conſuetudine ipſimet habeāt fiſcum,vt dicit Franciſ.de Pauinis,quem refert Diaz in pract.crimin. can.cap.cxxxiiij.num.2.illi hodie de conſuetudine contrarium ſeruant,vt dicit Bald.in auth.bona damnatorum.num.1.C.de bon.proſcript.Barbat.conſil.xxij.num.12.lib.iij. Marcus deciſ.cccxxxix. num. 12.& hanc comm.dicit Didac.lib.ij.reſolut.ca.ix.num.11.vbi ſubdit, quòd licet hæc communis ſit,tamen non temerè permittendum,ad explendam epiſcoporum auaritiam,ſed vt ea quæ eorum fiſco delata ſunt,in pios vſus erogentur quod tamen Clarus dicit in paucis locis obſeruari.d.§.fin.q.lxxx.verſic.In hac.

PERCVTIENS epiſcopum iniurioſè,licet regulariter ſit excommunicatus,clemen.j.de pœn.tamen ſi quis propriæ defenſionis cauſa epiſcopum vel cardinalem offenderet , non diceretur temerè aut iniurioſè feciſſe,nec in pœnam.d.clem.incidiſſe,per gloſſ.in dicta clem.j.in verbo temerè & in capitulo felicis. in verbo percuſſerit. de pœnis.in vj.quas Doctores communiter ſequi dicit Socin.inter conſil.Curtij ſenior.conſil.xx.num.39.& num.49. Tortus in conſil.vlti. numero 12.colleg.Floren.inter conſil.Curt.ſeni.conſil.xxj. nume.8. vbi conſuluit pro ciuitate Florentina , in qua fuerat furore populi ſuſpenſus Archiepiſcopus Piſanus, & captus cardinalis Saluiatus, in quo caſu ſimiliter pro ciuitate conſuluit Aretin.conſilio clxv.& Socin.inter conſilia Curt.ſen.in dicto conſilio xx. & Tortus inter conſilia Antonij de Butrio in dicto conſilio vltimo,Clarus d.§.fin.quæſt. lxxvij.verſiculo percutientes.

PEREMPTA inſtantia, ſi reus de ea excipiat , accuſator non eſt amplius audiendus.commun.dicit Salicet.in l.qui de crimine.numero 8.C.de accuſat.quem refert Capic.deciſ.ccvj.num.4. Clar.d.§. fin.quæſt.lj.verſi.alia etiam.

PERICVLVM vitæ vt probetur , ſufficit probare quod eius aduerſarius venerit armatus contra eum,gloſſ.in l.j.in verbo Moderati. C. vnde vi. quam communiter approbatam dicit Bertrand. in conſil.clxxviij.num.3.Grammat.conſil.lix.num.9.Riminal.conſi.xiij. num.30.& conſil.xxiij.num.12.refert Clar. lib v. ſentent.§. Homicidium.verſ.Sed quomodo.

PERIVRVS clericus poteſt priuari dignitate obtenta,nec tamen eſt ipſo iure illa priuatus , ſed priuandus. commun. dicit Felin. in capitulo ex parte prima,num.2.& ſequen.de reſcript.Gomeſ.in §. item ſi quis.num.28. inſtit.de action. verum tamen eſt ſi talis clericus periurus inſtituatur in aliquo beneficio, nō valet inſtitutio ipſo iure.communem dicit Lambert. de iure patron. in part.j. lib.ij.q.ix. artic.xv.Intellige tamen,ſi ob illud periurium factus eſſet infamis. Clar.d.§.Periurium.verſic.item clericus.

Periurus non ſit infamis infamia iuris.communem dicit Felin.in cap. teſtimonium.num.20.de teſtib.quem refert.Pract.Conrad.verſiculo amplia etiam.Clar.d.lib.v.§.Periurium.in princip.

Periurus non poteſt de periurio puniri, ſi demonſtret quod tale periurium nulli præiudicauit,neque poterat præiudicare,nam eo caſu etiam ſi quis deliberatè peierauerit,non poteſt de periurio puniri in foro contentioſo,ſed habet in foro animæ ſolum Deum vltorem. communem dicit Iaſon.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.ij.num. 1.ff.de iureiur.Ioan.de Amicis.conſil.cix.in fin.Berous q.cxxxiiij. nu. 9.Clar.d.§.periurium.verſic.poteſt etiam.

Periurus repellitur à teſtificando. communem dicit Alber.in l.Lucius.numero tertio.ff.de infam.Gigas de crimin. læſæ maieſtat.quæſtione xj.numero primo:intellige autem de periurio ſuper iuramento licito,ſecùs de temerario & illicito,vt communem dicit Hoſtienſis.quem refert Abb.in cap.teſtimonium,num.7. de teſtib. Clar.d.§. periurium.verſic.repellitur.

Periuro nunquam defertur iuramentum ſuppletorium. communem dicit Socin.conſi.cxxxvj.nu.9.lib.j.quod eſt duplicatum in conſ. clv.lib.ij.Clar.in d.§.periurium.verſic.Item periuro.

PERIVRIVM non committitur ſine dolo.communem dicit Iaſo.in l.videamus.in princ.num.7.ff.de in litem iurand.Claud.in l.ſi quis maior.C.de tranſact.num.42.Cagnol.in ead.l. num.185.& ſeq.ideóque ſi probetur ſine dolo commiſſum,non punitur. Clar.d. §.periurium.verſic.excuſari.

Periurium non poteſt iudicialiter puniri in iurante, ſi iuramẽtum defertur in iudicio à parte parti.ſed habet ſolum Deum vltorẽ. communem dicit Boer.deciſ.cccv.num.4.verſic.quid dicendum. Clar.d. §.periurium.verſic.ſcias autem.

Periurium vt quis incurriſſe dicatur, requiritur vt veniat contra promiſſionem & contra iuramentum. nam ſi contra iuramentum tantùm,non ſit infamis,per gloſſ.in l.Lucius. §. quæro. in verbo debet autem.de his qui not.infam. quam dicit communiter approbatam Cagnol.in l.ſi quis maior.num.181.C.de tranſact.ideóque ſi aliquis cum iuramento aſſerit aliquid de præſenti vel præterito, quod falſum ſit,non efficitur infamis ex tali periurio commiſſo ſuper iuramento illo aſſertorio. Sed ſi promiſerit cum iuramento aliquid de futuro & illud non fecerit,tunc ex tali periurio commiſſo ſuper iuramento promiſſorio vtique infamis efficitur. cõmunem dicit Lanfranc.in repet.capituli quoniam contra.in materia teſtium. numero 106. Clarus dicto libro v. §. periurium. verſiculo primo ſub finem. Limita tamen,niſi propter difficultatem præſtare non potuiſſet promiſſum,vt communem dicit Gomeſ.Arias ſuper l. lxv. Tauri.nu.30. Clar.ibid.verſic.item excuſatur.

PLAGIARIVS punitur pœna capitis,l.quoniam.& l.fin.C.ad L.Flauiam de plag.Intellige tamen de eo qui ſolitus ſit talia committere.Nam ſi non ſolitus ſit committere,tunc diſtinguendum eſt: Aut enim habuit animum celãdi,& adhuc punitur vltimo ſupplicio.Aut non habuit animum celandi,& mitius puniendus eſt : Et hanc opinionem communiter teneri ait Bart.in l.penult.in princ. ff.ad L.Flauiam,de Plag.quem refert Anan.in cap.j.num.4. de furtis. Clarus d. §.fin.quæſt.lxviij.verſic.plagiarius.

PLVRES an poſſunt vnum ac eundem in eodem libello accuſare,ita diſtinguendum: Aut cuiuſlibet accuſantium intereſt ratione officij,vt ſi ſint plures tutores vel adminiſtratores, vel eorum interſit ratione communis iniuriæ,& poſſunt ſimul in eodem libello accuſare,non in pluribus. Aut nullius eorum intereſt, & non admittuntur ſimul,neque in eodem libello,neque in diuerſis,ſed vnus eorum eligitur qui ſit magis idoneus,ita communem eſſe dicit Hier. in apoſtil.ad Angel.de malefic.in verbo & ad quærelam, numer.65. vltimum tamen membrum de pluribus qui non habeant intereſſe, intellige vt procedat parte opponente,aliàs enim valet iudicium. vt communem atteſtatur Aretin.in capitulo olim.numero 10.Item intellige,vt procedat niſi illi omnes vellent vnum procuratorem conſtituere,tunc enim procurator poſſet nomine omniũ cauſam proſequi,vt tenet Innoc.in capitulo olim.de accuſat.deteg.quem communiter ſequi Doctores atteſtatur Imola ibidem,vt illum refert Anan. in ca. j.num.3.verſic.quid autem ſi plures,de colluſ.deteg.Aretin.in d.loco num.11.Clarus dicto lib.v.

Plures non poſſunt ex diuerſis delictis in eodem libello accuſari. communem dicit Roman.conſil.ccxl.num.1.quem refert Apoſtil.ad Angel.de malefic.in verbo & ad quærelam,numero 25. Clar.d.§.fin. quæſt.xiij.verſic.ſed nunquid.

Plures poſſunt ſimul in eodem libello accuſari quando agitur de eodem delicto à pluribus ſimul,vel ex eadem cauſa commiſſo.ita communiter contra glo.in l.qui pupillam. ff. de adulter. teneri dicit Marian.in cap.j.num.143.verſic.eſt ergo vera,de libell.oblat. Clar.d. lib.v.§.fin.quæſt.xiij.verſic.quæro nunc.

Plures vnũ vulnerantes,vnico tamen vulnere læthali,vt vulneratus moriatur,ſi ignoretur quis vulnus illud intulerit, omnes abſoluũtur à pœna ordinaria, et condemnantur pœna pecuniaria. communem dicit Boſſius in tit.de homicid.num.26.Natta.conſilio ccxl. numero nono,Riminal.conſil.xxiij. Idem eſt ſi plura ſint vulnera læthalia, & ignoretur ex quali mortuus ſit,communem dicit Roland.conſi.lxiij. numero decimo,lib.ſecundo.Angel.de malefic.in verb.& Andream, num.21.Alciat.de præſumpt.reg.iij.præſumpt.xliiij. numero quarto. Si tamen ex propoſito & deliberatè homicidium commiſiſſent,omnes tenentur pœna ordinaria homicidij. communem dicit Didacus in repet.clem.ſi furioſus.numero tertio. de homicid. refert Clarus. lib.quinto ſentent.§.Homicidium.verſicu. Alia etiam. Item ſi plura ſunt vulnera,& vulnerantes certi,tunc illi tantum qui intulerunt læthalia vulnera tenentur de occiſo.communem opinionem ait Didacus in d.repet. clement.ſi furioſus.verſiculo ſecundus caſus. Clarus d.§.Homicidium.verſic.vt verò.

Plura delicta eiuſdem generis committens,ſi id fecit ex interuallo plurib.pœnis eſt puniendus,pro numero delictorum ſeu vulnerum illatorum ſecundum gloſſam in l.nunquam plura.ff.de priuat.delict. in verbo occiderit, quod in hoc communiter approbatur, vt dicit Boer.deciſ.lxxxij.numero.Si vero eodem tempore commiſſa ſint,licet dicta gloſſ.dicat tunc vnica tantùm pœna delinquentem puniendum,tamen illa gloſſa communiter à Doctor, repræhenditur, vt dicit Socin.conſilio lxiij.numero 9. libro j. quam refert Plaza.libro j. delicto.cap.primo numero decimooctauo. ideóque tunc pœna debet ſimiliter pro numero delictorum multiplicari,quòd atteſtatur etiam Didacus lib.ij reſolut.cap.x.numero 8.Clarus d. §. fin.quæſtio. lxxxiiij.verſiculo ſcias etiam.

Plura vulnera vno ictu illata,vt cum bidente aut tridente,habentur & puniuntur pro vnico tantùm vulnere.communem dicit in ſecunda part.ſtat.quæſt.xxxviij.Viuius in lib.communium opinionum verſic.ſtatutum imponens.Clarus dicto §.fin. quæſt.lxxxiiij.verſicu. Hæc autem.vbi dicit Bartolum tenere,delinquentem etiam hoc caſu debere pro pluribus vulneribus puniri, & ita quoque ſe ſemper vidiſſe in practica obſeruari.

PLVRIES rem carnalem habens ex interuallo cum eadem vxore alterius,licet poſſit dici pluries adulterium commiſſum, non tamen niſi pro vnico adulterio debet puniri.communem dicit Didacus libro ſecundo reſolut.cap.x. nnmero octauo, & ita in facti contingentia conſuluit Barto.conſilio ccxij. ita quoque tenet gloſſ. in l. vulgaris,in verbo Fur erit.ff.de furtis.refert Clarus libro v.ſentent.§. adulterium.verſic.Sed pone.

POENA amputationis membri de iure Digeſtorum & Codicis fuit incognita.communem dicit Curt.Iun.in l.imperium,numero trigeſimoſeptimo.ff.de iuriſd.omnium iudicum,quem refert Do. Anton.de Padilla in l.tranſigere.numero octauo.C.de tranſact.Clar. d.§.fin.quæſt.lxix.in princ.

Pœna criminis læſæ maieſtatis, quæ per l. quiſquis. C. ad L. Iul. maieſt.etiam filiis delinquentium impoſita eſt,non ſe extendit ad filias.comm.dicit Gigas in tract.de crim.læſæ maieſt.q.xiiij. nume.15. Clar.d.lib.v.§.Læſæ maieſtatis.verſic.hæc autem.

Pœna criminis læſæ maieſtatis, etiam locum habet in filiis naturalibus tantùm,communem dicit Claud.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.num.11.ff.Ad Trebell.Auguſt.ad Angel.de malef.in verb.& hoc tradito.num.15.Cyn.in l.quiſquis.C.ad L.Iul.maieſt. Clar. d. §.læſæ maieſt.verſic.ſed nunquid.

Pœna criminis læſæ maieſtatis, ex l. quiſquis. C.ad L. Iul.maieſt. non ſe extendit neque locum habet in filiis natis vel conceptis ante delictum patris,ita tenuit Cyn.in d.l.quiſquis,& dicit eſſe comm. Alciat.conſil.ccccl xvij.numero 7.licet Claud.in l.ſi quis id quod.numero 14.ff.de iuriſd.omnium iudicum,& Gigas in tract. crim. læſæ maieſt.quæſt. v. numero. 2. contrariam communem eſſe dicant tamen Claro,prior tanquam mitior & benignior magis placet,in concepto autem poſt bannum ex hoc delicto patri datum, certum eſt, dictam pœnam locum habere,& ideo tali non eſt danda legitima,vt communem atteſtatur Boſſ.in tit.de crim. læſæ maieſtat. num. 138. Clar.d.§.læſæ maieſtat.verſic.fuit autem.

Pœna crim.læſæ maieſt.quatenus ad filios extenditur per l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſtat.etiam locum habet in nepotibus, Communem dicit Salicet.in ead.l.quiſquis.num. 12. quem refert Didac. lib.ij.reſolut.cap.viij.num.2.in fin.Notandum tamen quòd non extenditur niſi vſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſiuè.& vſque ad primum gradum deſcendentium ex fœminis,comm.dicit Salicet.ibidem quem refert Iaſ.conſil.cvj.num.3.lib. iiij.Clar.d.§.læſæ maieſt.verſic.Prӕterea.

Pœna criminis læſæ maieſtatis quò ad filios ex l. quiſquis. C. ad L.Iul.maieſtat.non ſolùm in patre committente, ſed etiam in matre committente locum habet.comm.dicit Ang.de malefic. in verbo & hoc tradito.num.12. vbi dicit,licet rarum videatur hoc in muliere, ſe tamen in facto vidiſſe Bononiæ,& eum refert Marſil.conſil.liij.nu. 8,Clar.d.§.læſæ maieſtat.verſ.quæro etiam.

Pœna criminis læſæ maieſtatis de qua in l. quiſquis. C. ad L. Iul. maieſtat.quatenus ad filios delinquentis,non habet locũ niſi quando

crimen

crimen illud commiſſum eſſet contra Imperatorem, vel Rempub. Romanam.comm.atteſtatur Gigas in tract.de crimin.læſæ maieſt.q. xxiii.nu.9.Alciat.in conſi.ccccclxvij.num.6.in fin.& ita quoque conſuluit Socin.conſil.cclxxv.Clar.d.§.læſ.maieſt.verſ.vnum tantum.

Pœna eadem qua Reus ſi conuictus eſſet puniendus fuiſſet, puniri debet qui in accuſatione defecit, etiam ſi perſona honeſtior ſit quàm accuſatus, comm.dicit Alber.in l.athletas,§.calumniator.num. 4.de his qui not.infam.Clar.d.§.fin.q.lxxxj.verſ.ſed pone.

Pœna raptus, de qua in l.vnic.C.de raptu virg.locum habet etiam in eo qui rapta conſenſerit, ſiue ab initio ſiue ex poſt facto. Comm. dicit Alber.in l. raptores, numero 2.C.de epiſc. & cler. Clarus dicto lib.v §.raptus.verſic.adde.

Pœna raptus non habet locum in eo qui raptam carnaliter non cognouit.communem opinionem dicit Boer. deciſ.cccxvj. nume.4. quem refert Didacus in repet.clem.ſi furioſus,num.8.contrariam verò communem dixit Iaſon, vt eum refert Boſſ. in tit. de rapt.mul.nu. 14.Clarus verò ita diſtinguit, Aut non cognouit quia non potuit,& puniendus eſt dicta pœna. Aut potuit ſed noluit, & non puniendus eſt.Clar.d.§.raptus.verſic.ſed quid ſi ille.

Pœna raptus non habet locum in rapiente publicam meretricem. communem opinionem dicit Anton. Gomeſ ſuper l.lxxx. Tauri.numero 45.& ita conſuluit etiam Cephal. conſil. cxl.lib.j. Clarus d.§. raptus.verſic.quæro nunquid.

Pœna raptus non habet locum in muliere rapiente virum.comm. dicit Grilland.de diuerſ.criminib.lib.iij.q.x.nu.23.quem refert Pract. Conrad.num.3.Pract.Iodo. capit.xcv.num.17. licet Marſil.in l.vnica num,223.C.de raptu virginum.contrariam commun. dicat, vt eum refert Anton.Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri.num.37. Claro tamen prior magis probatur.d.§.raptus.verſic.ſed pone,

Pœna raptus eſt vltimum ſupplicium, & aliæ graues pœnæ in l. vnica.C.de raptu virg.expreſſæ.comm.dicit Ant.Gomeſ.ſuper l.lxxx, Tauri.num 36.Clarus d.§.raptus.verſic.ſed quæro.

Pœna ſacrilegij de Iure ciuili eſt extraordinaria & arbitraria, ſecundum qualitatem rei, perſonæ, temporis & ſexus, ſemper tamen eſt capitalis.comm.dicit Salicet.in rub.C.de crimin.ſacrilegij. quem refert Boer.deciſ.ccliij,num.13.Bertach.in verbo ſacrilegium.num. 17.Clarus d.lib.v.§.ſacrilegium.

Pœna ſimoniæ eſt, vt notorius ſimoniacus in ordine ipſo iure ab officio ſuſpenſus ſit.comm.dicit Abb.in cap.cùm non liceat.nu.4.de præſcript.Clar.d.lib.v.§.Simonia.verſic.ſed quæro.

Pœna Sodomiæ, eſt pœna mortis, tã in agente quàm patiente per textum, in l.cùm vir nubit. C.de adult.& ita comm.dicit Socin. Iun. conſil.vij.num.3.Anton.Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri. nume.32.& licet illa lex videatur imponere pœnam gladij, tamen de conſuetudine igne comburuntur, vt dicit Angel.in eadem l.quem refert Afflict. ſuper tertia parte.conſtit.Regn.Rubr.xlij.in princip.numero 13.Pract. Iodoc.cap.xcvj,num,12.Papo.lib.xxiiij.titu.x.Areſt.vj, Clar.d.lib.v.§. Sodomia.verſic.ſed quæro.

Pœna ſtupri de iure Canonico eſt in clerico pœna depoſitionis, ſi cum virgine commiſſum ſit.comm.dicit Grilland. de diuerſ. crimin, lib.iij.quæſt.vij.numero 2.quem refert Dias in pract. crimin.canon, cap.lxxvij.Bermond.de concubina.numero 18.Practica Conrad. numero 15.In laico verò, vt eam dotet & in vxorem ducat, ſi ipſa & parentes conſentiant, ſi verò non conſentiant dotem tantùm dare tenetur.ſed ſi ipſe renuerit, tunc verberibus cæſus in monaſterium detrudendus.cap.j.& ij.de adulter.quæ tamen deciſio in terris eccleſiæ tantùm, non etiam in terris Imperij locum habet, vt communem opinionem dicit Anton.Gomeſ.ſuper l.lxxx.Tauri. numero 7.De iure ciuili autem non quidem imponitur Pœna mortis, ſed dimidiæ partis bonorum, cum relegatione, vt comm.dicit Bermond.in tract.de concub.numero 34.Sed quicquid ſit de iure, tamen de conſuetudine vel dotare vel in vxorem ducere, tantùm tenetur ſtuprator, & ita ſeruari in Practica atteſtatur Anton.Gomeſ.in allegat.loco.numero octauo. Intellige tamen hæc omnia ſi cum honeſta virgine ſtuprum commiſſum ſit, aliàs ſecùs, vt ſcribentes intelligere atteſtatur Pariſ. conſilio clx.numero decimoquarto, libro iiij.Clarus dicto libro. §. Stuprum. verſiculo, ſed quæro. Nota verò ſi puella dicat ſe virginem fuiſſe, & ſtuprator neget, quòd tunc in dubio præſumptio eſt pro virgine. ita comm.dicit Abb.in cap.num.5.quem refert Bermond.in d.tract.nu. 9.Clarus ibidem verſ.ſed pone.

Pœnæ impoſitæ viduis nubentibus intra annum luctus, licet hodie ſublatæ ſint, tamen non ſublatæ contra viduas libidinosè & luxuriosè viuentes. communem opinionem dicit Ioannes de Garion.in Rubrica.C.de ſecund.nupt.& conſequenter non ſunt ſublatæ in vidua intra annum illum ſtuprum committente, vt communem opinionem dicit idem Ioannes in authen.eiſdem pœnis.in tertio notabili, in C. de ſecund. nupt. & ideò talis vidua perdit tam ipſa quàm ſtuprator omnia ſibi relicta à teſtatore.& applicatur fiſco.vt communem opinionem dicit, item Ioannes in l.j.nu.58. C.de ſecund. nupt. Clarus d.lib.v.§.Stuprum.verſic.generaliter.

POENITENTIA in hæretico admittitur ſemper, etiam poſt condemnationem. Hanc magis communem opinionem dicit Boerius deciſ.cccxliij. numero tertio & quarto. Idem dicit Practica Carer.numero centeſimoquinquageſimo.Et licet aliqui dicant communem opinionem eſſe, quòd non admittatur pœnitentia, niſi ſtatim poſt deprehenſionem erroris ſponte ad Eccleſiæ veritatem redierint vt affirmat Grilland.in tract. de hæretic.quæſtione quinta, quem refert Simancas de hæretic.capitulo quadrageſimoſexto, numero octauo.tamen priorem opinionem ſeruari ait Boſſ.titulo de foro com. c. tenti, numero centeſimotrigeſimoſeptimo,& in titulo de hæretic.numero vigeſimo, idque etiam atteſtatur Cardinal. in cap. ad abolendam.de hæretic.& ita in facti contingentia cõſuluit Bertrand.conſilio ccxij. libro ſecundo in prima parte.Clarus libro quinto ſenten.§. hæreſis.verſic.ſed vſque.

PRÆLATVS non poteſt remittere iniuriam factam eccleſiæ.communem opinionem dicit Boerius in deciſio.centeſima vigeſima, numero quinto, vt illum refert Plaza, in libro primo delict. capitulo ſexto, numero vigeſimoprimo. Intellige tamen, quòd non poſſit ſolus, ſed cum conſenſu capituli poteſt, vt communem opinionem dicit Felin.in capitulo, contingit de ſententia excommunicationis, numero octauo, vt illum refert Foller. in practica criminal. canon. numero quinquageſimooctauo. Clarus dicto §.fin.quæſtione quinquageſimaoctaua verſic.præterea quæro.

Prælati inſufficientes debent deponi, ſecundum gloſ. in capitulo primo, in verbo, ſufficientem.de renuncia.in ſexto, quam communiter approbatam dicit Alciat. de præſumpt. in regula iij. præſumpt. xix. numero quinto. Epiſcopus tamen negligens non poteſt ab aliquo deponi, præterquam à ſummo Pontifice. communem opinionem dicit Abbas in cap.excommunicamus.j.in fine, de heretic. An verò Papa quoque propter inſufficientiam poſſit deponi? Dicunt quòd non.& ita receptum eſſe atteſtatur Gomeſ.in cap.j. num.215. de conſtit.in 6.Clarus d.§.fin.q.lxxiij.verſ.prælati.

Princeps poteſt omnes pœnas remittere, tam corporales quàm pecuniarias etiam per ſententiam & condemnationem inflictas, etiamſi talis ſententia in rem iudicatam tranſiuerit. Ita omnes indifferenter firmare, dicit Pariſ.conſil.j.numero 59.Clarus d.§.fin.quæſt. lix.verſic.& hæc quidem.

Princeps poteſt receptionem teſtium alteri committere in criminalibus, ſiue ſit eccleſiaſticus ſiue ſecularis, communem opinionem dicit Nunius, de los corregidores.verſicu. Decimo fallit. Clarus d.§. fin.quæſt.xxvj.verſic.vnum ſcias.

PRIVATA delicta ea ſunt, quorum accuſatio vel perſecutio regulariter non permittitur niſi parti læſæ, vt eſt furtum, damnum, iniuria, arborum furtim cæſarum, bonorum raptorum & huiuſmodi. communem atteſtatur Anton.Gomeſ. in cap.j. delictorum, numero nono, vt refert Clarus in libro quinto, ſentent.§.j. verſic.priuata. & hoc quidem dicit procedere de iure ciuili, ſecùs autem eſſe de iure Canonico, nam ſecundum illud omnia delicta eſſe publica, Hanc cõmunem opinionem eſſe refert idem Clarus in dicto §. primo.verſiculo hæc tamen.ex Hoſtien.& Anan.in cap, ſtatuimus, poſt numerum decimumnonum.de maled.& ita tenent gloſſ. & Canoniſtæ, in cap.infames.in verbo fures, vj.quæſt,j,& Bald.in rubrica. C.qui non poſſ.accuſar.numero decimo, in fine.Addit.tamen Clarus hodie potius adhærendum ſtatuto vel conſuetudini quæ viget in eo loco, in quo delictum commiſſum eſt.

PROCESSVS ſi formatus fuerit contra minorem xxv.annis, nullo ei prius dato curatore, ipſo iure nullus eſt.l. clarum, C. de author.præſtan.& communem dicit Boſſ.in tit.ſi aduerſus rem iud.numero vigeſimoſecundo, Roland.conſilio xxxj. numero primo, libro primo.Plaza libro primo delict.cap.xxxij, numero 12.in fine. Clarus d.§.fin.quæſt.50.in princip,

PROCVRATOR an poſſit in criminalibus admitti, quotieſcunque abſens diffinitiuè condemnari poteſt, magna eſt Docto. controuerſia.Nam Cyn.in l.reos, C.de accuſat.tenuit quòd ſic, cuius opinionem communem dixit Imola.in l.penul.§.ad crimen.de pub, iud.quam ſequti ſunt.Corn.conſi.xvij.lib. tertio.Ruin. conſil.cxviij. libro quinto, Cepolla conſil.crimin.xlvj.Marianus in cap.veniens.de accuſat.& alij multi.Contrariam verò, quòd etiam hoc caſu non ſit admittendus procurator, tenuit Rayn. in d.l. reos. cuius opinionem communem eſſe,& in practica indiſtinctè ſeruari, dicit Clarus dicto §.fin.quæſtione xxxij.verſiculo Hæc autem.Si tamen Procurator nõ defendere, ſed tamen cauſas abſentiæ proponere vellet, audiendus eſſet, vt non ſolum communem, ſed receptiſſimam eſſe opinionem atteſtatur Menchiaca controuerſ.vſu frequent. capit. decimoſeptimo num.2.Clar.ibidem in fine.

Procurator non ſolum in publicis criminibus non admittitur, ſed etiam in priuatis delictis.communem opinionem dicit Benedict. de Plumbino in l.penult.§.ad crimen.ff.de public. iudic. numero tertio. & Rubeus ibidem numero 10.121.& ſeq.Marianus in cap.veniens. numero vigeſimo,& ſequen.de accuſat. quem refert Boſſ. in titulo.

An in

An in cauſis criminalibus, numero primo, verſic. Prima igitur. Menchiaca controuerſia. vſu frequent. cap. xxxix. numero vigeſimoquarto, Ratio eſt, quia ſi reus condemnaretur in pœnam corporalem, executio non poſſet fieri in procuratorem, & ita iudicia criminalia redderentur eluſoria, communem opinionem dicit Alberic. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de Procurator. numero 18. Blancus in Practica crimin. numero 14. Clarus dicto §. finali. quæſtione xxxij. verſiculo j. & ſequen. Et hinc infertur, quòd dicta concluſio de procuratore non admittendo procedit tantùm quando veniret pœna corporalis imponenda, vt communem opinionem dicit Sapia. in Repet. l. imperium. numero quadrageſimoſecundo, ff. de iuriſdic. omnium iudic. Si autem ex iuris diſpoſitione non imponitur pœna corporis afflictiua, ſed pecuniaria tantùm, eo caſu admittitur procurator, communem opinionem dicit omnium tam legiſtarum quam canoniſtarum opinionem Marian. in capitulo veniens numero vigeſimoquarto. de accuſat. Menchiacha, in capitulo xvij. controuerſ. vſu freq. in fin. Imò etiamſi veniat pœna relegationis, vel alia ea minor imponenda, ſimiliter poterit interuenire procurator. communem opinionem dicit Benedict. de Plumbin. in d. §. ad crimen, numero vigeſimoquarto, & Rubeus ibidem numero 124. & ſequent. Idem atteſtantur ſcribentes in dicto cap. veniens. & in ſpecie Abb. numero decimooctauo. Anan. numero 18. Marian, numero 41, Berous, numero trigeſimoquinto. Cyn. in l. reos. C. de accuſat. Cepolla, conſilio crimina. lxxij, &. alij permulti, quos refert Clarus dicta quæſtione trigeſimaſecunda verſiculo, ex hac autem & ſequentibus.

Procurator poteſt in cauſis criminalibus interuenire, ſi veniret pœna pecuniaria, & non corporalis, imponenda. communem opinionem dicit Marian. in capitulo veniens. de accuſat. num. xxiiij. Menchiaca controuerſ. vſu freq. cap. xvij. in fine. Idem eſt ſi relegationis vel priuationis aut depoſitionis pœna, imponenda eſſet, dicit Abbas in dicto cap. veniens. numero decimooctauo, & Marian. num. quadrageſimoprimo, & ſequent. vide Clarum dicto §. fin. quæſtione trigeſimaſecunda, verſiculo. Cæterùm, & ſequentibus. Similiter poterit admitti procurator in caſu quòd ſtatutum dicat: ſi non ſoluatur pecunia infra certum tempus, quòd debeat imponi pœna corporis afflictiua, vt communem dicit Marianus in dicto capit. veniens. numero trigeſimoſecundo. Item ſi pro vulnere impoſita ſit pœna pecuniaria, ſed dubitetur, an vulnus ſit læthale, vt commun. dicit Alex. in l. prætor ait, in princip. num. 5. & ſeq. ff. de dam. infect. intellige ſub conditione tali, ſi Titius moriatur, procurator habeatur pro non admiſſo, quæ tamen opinio Claro non placet. d. quæſt. xxxij. verſic. vlterius quæro. & ſequent.

Procurator poteſt in criminalibus pro reo interuenire, ſi reus eſt præſens in iudicio, vel ex illa cauſa carceratus. commun. dicit Imola in l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iud. num. 18. & ſeq. Clarus tamen dicit, ſi reſpondendum ſit accuſationi, inquiſitioni, interrogationibus quæ fiunt à Iudice, ſiue in examine, ſiue in tortura, ſiue in aliis, ſimiliter etiam ſi ferenda ſit ſententia, procuratorem non poſſe interuenire, ſecùs in aliis actibus cauſæ, vt ad opponendas exceptiones, perducendum capitula, & ſimil. tunc enim tanquam quilibet defenſor pro carceratis admitti ſolet, & ita practicari dicit Angel. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. & in l. reos. C. de accuſat. Albert. in dicto §. publicè. num. 18. Blanc. in pract. crimin. num. 65. Clarus d. §. fin. quæſt. xxxij. verſic. idem quæro.

Procurator poteſt in criminalibus interuenire ad proponendas exceptiones dilatorias, ſeu declinatorias aut alias, quæ ante litis conteſtationem proponi ſolent. vt quod accuſator ſit infamis, excommunicatus, aut aliàs inhabilis ad accuſandum. communem dicit Benedict. de Plumbin. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. nume. 52. Intellige tamen, dummodò talis exceptio nihil ad ipſum crimen pertineret, aliàs ſecùs, vt ſi diceret ſe aliàs de illo crimine fuiſſe accuſatũ & abſolutum. communem dicit Rubeus in d. §. ad crimen. numero 214, niſi talis exceptio eſſet notoria. Nam tunc admittendus eſſet, vt communem dicit Nellus de bannitis, in ſecunda parte, ſecund. temp. quæſtione xiiij. Similiter ſi illa exceptio mixta & dubia eſſet, admittitur procurator, vt communem atteſtatur Berous in cap. veniens, numero 32. de accuſat. Clarus dicto §. fina. quæſt. xxxij. verſiculo pariter. vide Clarum in dicta quæſtione trigeſimaſecunda per tot. vbi hanc materiam, de Procuratoris admiſſione per plurimas quæſtiones latiſſimè tractat.

PRODIGVS non excuſatur de delictis, ſed punitur, vt quilibet alius. cõmunem opinionem dicit Cagnol. in l. furioſi. num. 13. ff. de reg. iur. Plaza. lib. j. delict. cap. xxix. num. 1. licet enim contrahendo non obligetur, tamen delinquendo obligatur, vt communem dicit Iaſ. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. num. 17. & Ripa, num. 53. quicquid dixerit gloſſa in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. quæ ab omnibus Doctoribus reprobatur, vt dicit Angel. in l. is cui bonis numero 7. Hæc tamen omnia intellige in delictis quę fiunt committendo, omnes fermè conſentiunt quòd prodigus excuſetur Clarus dicto §. fin. queſt. lxvj. verſic. vlterius quero.

PROHIBENS aliquem teſtari incidit in crimen falſi. Cõmunem dicit Boſſi. in titu. de his qui prohib. aliq. teſt. Clar. lib. v. §. falſum verſi. prohibens.

PROVOCATVS qui deliquit, regulariter non excuſatur. Communem dicit Boer. conſi. iiij. nume. vigeſimooctauo. Mitius tamen, quia in dubio præſumitur defendendi, non vlciſcendi cauſa, feciſſe. ita iura & Doctores dicere, ait Marſil. conſil. cxxxvij. numero 8. Clarus d. §. fin. q. lx. verſic. nunc quæro.

PVBLICA delicta ſunt, quorum accuſatio vel perſequutio permiſſa eſt cuilibet de populo. communem opinionem refert Clarus, libro v. §. j. in princ. allegans Gomez. cap. j. delictorum. poſt numerum quartum. Idque procedere ait ſecundum ius ciuile, nam de iure Canonico dicit omnia crimina eſſe publica, & ita communem eſſe ſecundum Anan. in cap. ſtatuimus. poſt xix. de maled. ibidem referentẽ Hoſtienſ. vide Clar. d. §. j. verſic. hæc tamen.

PVNIRI corporaliter nemo debet, niſi dolus interueniat, communem opinionem dicit Cepol. conſil. crimin. xxxiij. Neque ſufficit lata culpa, quia illa in criminalibus non æquiparatur dolo, vt communem dicit Iaſ. in l. in actionibus. numero vigeſimotertio, & numero vigeſimoſexto. ff. de in lit. iur. quem refert Blanc. in pract. crimin. num. 137. & ſequen. Nunius de los Corrigidores. in princ. Bermond. de concub. numero ſeptuageſimoprimo, Dias reg. cccccxl. Claud. in l. j. numero trigeſimotertio. ff. de legib. Idque non ſolum procedere ſi agatur de pœna mortis, ſed in quacunque alia pœna corporali. ſecundum gloſſ. in dicta l. in actionibus. in verbo Non etiam ob culpam, quem Doctor. ſequi atteſtatur Marſil. conſil. lxvij. numero quadrageſimo. Pro culpa tamen lata etiam puniri, dixit communem opinionẽ eſſe Maranta. in ſuo ſpecul. numero quinquageſimonono in fine, ſed mitiori, idque maximè. ſi culpa præceſſit delictum. vt communem opinionem dicit Anan. in cap. de infantibus. num. 4. de his qui fil. occid. Et quæ dicta ſunt de pœna corporali, etiam locum habent in pœna infamiæ, nam condemnatus propter culpam, non efficitur propter talem ſententiam infamis. communem opinionem dicit Roma. in dicta l. in actionibus. numero decimoſexto. Fama enim & vita æquiparantur. Clarus dicto §. finali. queſtione octuageſimaquarta verſiculo primo.

PVPILLVS propter defectum ætatis non poteſt teſtificari in criminalibus, ſed pubes factus, bene poterit de his teſtificari quæ vidit in pupillari ætate. communem opinionem dicit Calca. conſilio cx. numero octauo, verſic. nec obeſt. Igneus in l. excipiunt. numero trigeſimoſeptimo. ff. ad Sylle. Clarus dicto §. finali. quæſtione xxiiij. verſ. vidi quandoque, Intellige ſi teſtificetur de rebus quas vidit cùm eſſet proximus pubertati, vt communem opinionem dicit Alberic. de teſtibus in j. parte. §. videndum eſt. num. vndecimo. Item limita modò ferat teſtimonium de his rebus quas eo tempore intelligere poterat, alias ſecùs. Clarus ibidem.

Pupillam tutor vel curator carnaliter cognoſcens, punitur pœna deportationis & confiſcationis omnium bonorum. communem opinionem dicit Ant. Gomeſ. ſuper l. lxxx. Tauri. numero vigeſimoquarto. textus in l. vnica. C. ſi quis eam. cuius tut. fuer. refert Clarus lib. v, ſenten. §. fornicatio. verſic. cùm pupilla.

## Q

QVALITATE delicto adiecta non probata, licet delictum probatum ſit, ſi talis ſit qualitas, vt propter eam varietur effectus condemnationis, tunc pendente iudicio debet fieri detractio illius qualitatis, ad hoc vt poſſit ſequi aliqua condemnatio, alias ſi qualitas ipſa non fuerit probata, reus totaliter abſoluendus eſt, ſecundum theoricam Bart. in l. denunciaſſe, §. quid tamen. num. 2. ff. de adulter. quam tenent communiter Doctores, vt ait Corn. conſil. cxcvij. libro ſecundo. Marſil. in pract. crimin. §. quoniam. numero 52. & ſequen. Socin. Iunior. conſilio xxxvj. numero 2. libro ſecundo. Menchiac. controuerſ. vſu frequent. cap. xxxvj. numero 12. Sed quicquid ſit de iure. contrarium ſeruatur de conſuetudine, vt ſcilicet non probata qualitate, reus tamen condemnetur de principali delicto, de quo eſt conuictus & ita communiter ſeruari atteſtatur Bald. in l. ij. numero. C. de probat. quem refert Anan. in capit. continentiam. numero quinto. de clerico percuſſor. & Blanc. in practica crimin. numero ſeptuageſimoſexto. & ſequentibus & in ſpecie in curiis Delphina. ita ſeruari atteſtatur Guido Papæ deciſ. dcccliij. & ita pluries ſe vidiſſe ſeruari, quicquid dixerit Signorolus conſilio ccxlv. numero decimoquarto, dicit Clarus dicto §. finali quæſtione lxvj. verſiculo ſed quid.

Qualitates in lege vel ſtatuto expreſſæ, omnes, verificari debent, ad hoc vt imponi poſſit pœna illius legis vel ſtatuti, ſecundum doctrinam Ioan. And. in c. j. de homicid. in vj. quam dicit eſſe ab omnibus approbatam Tortus inter conſil. Anto. de Butr. conſil. vlt. nu. 1. in fine. Clar. d. lib. v. §. fin. q. lxxxv. verſic. vbi agitur.

QVÆLIBET cauſa, etiam iniuſta, excuſat à delicto, dolo & pœna. dicit gloſ. in l. plagij. in verbo iuſta. C. ad leg. Flaui. de plagiar. quam dicit eſſe communiter approbatam Ioan. de Amicis. conſilio lxxxiiij. numero 5. Boer. deciſ. clxviij. numero 11. Socin. Iun. conſilio xlv. numero 16. lib. Hanc etiam dicit eſſe communem regulam Decius conſilio clxx. numero 2. verſic. vltimo non obſtat, refert Gratus conſil. xxxviij. numero duodecimo. lib. 2. Iaſ. in l. ſi quis id quod numero trigeſimoquinto. ff. de iuriſdict. omn. iud. Curt. Iunior in l. j. numero 6. ff. quod quiſque iur. Blanc. in pract. crimin. numero 6. Boſſ. in tit. de decreto Mediolan. num. 19. quòd ita dicunt omnes qui ad pauca reſpiciunt. Clarus tamen ita diſtinguit. Aut loquimur in delictis in quibus dolus eſt de ſubſtantia, vt eſt falſum, periuriũ, & ſimil. & tunc ſiue cauſa iuſta ſit, ſiue iniuſta, excuſat, nam videtur ceſſare animus delinquendi Aut loquimur de delictis in quibus dolus non eſt de ſubſtantia, & tunc cauſa iniuſta excuſat quidem à dolo ſed non à culpa, ideóque punitur pro culpa, non pro dolo, ſed ſi iuſta ſit cauſa, excuſat etiam à dolo. Ita ſecundum omnes diſtingui debere atteſtatur Bald. in d. l. plagij. num. 2. C. ad leg. Flaui. de plagi. Clarus d. lib. v. §. fin. quæſt. lx. verſ. & generaliter.

## R

RADENS vel abradens inſtrumenta, vel literas principis, falſum committit. communem dicit Afflict. deciſ. ccccciiij. numero quarto. Clarus libro quinto. §. falſum. verſic. abradens.

RAPIENS meretricem non incidit in pœnam l. vnicæ. C. de raptu virg. comm. do. Ant. Gomeſ. ſuper l. lxxx. Taur. numero 45. & ita conſuluit Ceph al. conſ. cxl. lib. j. Clar. d. lib. v. §. raptus. verſ. quæro nunquid.

Rapiens virum mulier, non incidit in pœnam. l. vnicæ. C. de raptu virg. commun. dicit Grilland. de diuerſ. criminibus. libro tertio, quæſtione decima, numero vigeſimotertio, quem refert pract. Conrad. numero tertio. Pract. Iodoc. cap. xcv. numero decimoſeptimo. Contrariam tamẽ communem dixit Marſil. in dicta l. vnica. numero 223. ſed Claro magis placet prior opinio. dicto libro quinto. §. raptus. verſic. ſed pone.

RAPTOR cum rapta non poteſt contrahere matrimonium, de iure ciuili, per textum expreſſ. in l. vnica. C. de raptu virg. de iure verò Canonico benè poteſt. per textum. in cap. fin. de raptu virg. Et ita commun. atteſtatur Pariſ. conſil. clxx. num. 6. libro iiij. Ant. Gomeſ. in l. lxxx. Tauri. num. 43. vbi etiam ſubdit, quòd raptor propter tale matrimonium euitat pœnas à lege propter raptum impoſitas. Pœna tamen confiſcationis bonorum quæ applicatur fiſco temporali, locum habet contra raptorem, non obſtante tali matrimonio, etiam de iure Canonico, per gloſſam, in capitulo cum ſecundum. in verbo certóque caſu. de hæreti. in vj. quam communiter approbatam dicit Marcus deciſ. ij. numero tertio. Clarus dicto libro quinto. §. raptus verſic. quæro modò.

Raptor incidit in pœnam. l. vnicæ. C. de raptu virg. etiamſi rapta conſenſerit, ſiue ab initio ſiue ex poſt facto. communem opinionem dicit Alberic. in l. raptores. num 7. C. de Epiſcopo & cleric. Clar. d. §. raptus. verſic. Adde.

Raptor ſi raptam non carnaliter cognouit, non debet puniri pœna. l. vnicæ. commun. de raptu virg. C. dicit Boer. deciſ. cccxvij. num. 4. quem refert Didacus in repet. clement. ſi furioſus, num. 8. Alij, contrariam communem dicunt, vt Boſſ. in tit. de rapt. mulier. nume. 14. referens Iaſonem in quodam conſilio ita dixiſſe. Clarus tamen diſtinguit, dicendo. Aut non cognouit, quia non potuit, & nihilominus incidit in pœnam dict. legis. aut potuit, ſed noluit, & non incidit in pœnam. Clar. d. §. raptus. verſic. ſed quid ille.

Raptores etiam illi dicuntur qui non vi, ſed blandimentis & verbis deceptoriis, puellas libidinis cauſa abducunt. comm. dicit Berber. in ſuo viatorio. titulo de raptoribus in med. Intellige tamen, modò fiat ad effectum illas abducendi. & alio loco contra voluntatem ſuorum retinendi. Clar. d. lib. v. §. raptus. verſic. adde.

RATIFICANS delictum commiſſum, debet puniri. communem dicit Balbus in l. obſeruare. §. proficiſci. numero nono. ff. de offic. Proconſul. vt illam refert Auguſtin. ad Angel. de malefic. in verbo & Sempronium. numero trigeſimoſexto. Clarus tamen ita diſtinguit: Aut tale delictum committi ſolet principaliter propter libidinem ipſius delinquentis, vt eſt adulterium, ſtuprum, & huiuſmodi, & in talibus delictis non habet locum ratihabitio. ita tenuit gloſſ. in l. j. §. deieciſſe, de vi & vi armat. & hanc communem eſſe dicit Plaza libro primo, delictorum. capitulo decimooctauo, numero primo. Authen. principaliter committi ſolet ad offenſam & iniuriam alterius, vt eſt homicidium, & talia delicta poſſunt rata haberi per alium. vt communem atteſtatur Plaza ibidem, numero ſecundo, in fine, vt tamen ratificatio delicti obliget ad pœnam, duo requiruntur. Primùm, quòd delictum ſit commiſſum nomine ratificantis. Secundò, quòd ratificans ſciens ſuo nomine commiſſum, ratificet tanquam ſuo nomine factum. Ita dicit gloſſa in dicto §. deieciſſe, in verbo ratum habuero. & eſt communis ſententia, vt atteſtatur Aretinus conſil. clxiij. numero tertio, verſiculo circa primum. ita quoque tenet gloſſ. in Clement. vnic. in principio, in verb. rata. de pœn. quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Colleg. Florent. inter conſilia Curtij Senioris, conſilio xxj. numero ſexto. In dubio tamen ex eo quod quis ratum habet aliquod delictum, cenſetur ratum habere, vt ſuo nomine geſtum. Et ita dicunt Doctores, vt ait Salicet. in l. non ideò minus. nu. 31. C. de accuſat. & ſic opus eſt quòd ratum habens probet, quod non fuerit geſtum nomine ſuo. Hæc Clar. d. §. fin. q. lxxxvij. verſic. fin. Et nota quòd talis ratificans debet puniri in loco delicti, non in loco domicilij ſui, vt comm. atteſtatur Marian. in c. poſtulaſti. de foro cõp. num. 5. verſ. circa tertiam. vt refert Clar. d. §. fi. xxxviij. verſic. ſed pone.

REBELLIS impunè occidi poteſt, & tunc demum probari & declarari, quòd fuerit rebellis, & ita dixit Bart. in extrauagant. qui ſint rebelles, in verb. rebellando. num. 22. & eſt communis, vt dicit Boſſ. in tit. de hæreticis numero 29. & in tit. de crimin. læſæ maieſtat. numero 119. & ita ſeruatum fuit in Duce Vrbani, qui interfecerat Cardinalem Papienſem, ſuper quo caſu conſuluit Ruin. conſil. iiij. lib. v. & Ferret. conſil. xxxj. Sed Claro hæc opinio periculoſa videtur, & dicit quod non ita conſuleret amico ſuo. Clarus in §. læſæ maieſtatis. verſic. Hinc infertur.

REMITTERE tenetur reum vel delinquentem de iure communi, iudex originis vel domicilij, ad iudicem loci in quo delictum commiſſum eſt, ſi ille iudex domicilij requiſitus ſit à iudice loci delicti, ad effectum vt ibi accuſetur & puniatur. communem dicit Cepol. conſil. crimin. lix. Curt. Iunior. in l. heres abſens. §. j. numero 5. de iudic. Marian. in cap. poſtulaſti. numero 14. de foro compet. Practica Conrad. numero 12. Sapia dicta l. heres abſens. numero 10. Arian. in cap. ex his. numero 9. de furt. Si verò non ſit petita remiſſio, non tenetur iudex remittere. communem dicit Didacus pract. quæſt. xj. nu. 6. Et licet aliqui tenuerint quòd iudex requiſitus debeat prius cognoſcere, an ille qui petitur remitti ſit culpabilis de delicto pro quo imputatur, vt refert Cepolla. conſil. liiij. tamen illam opinionem praxis non admittit, vt atteſtatur Didacus in dicta quæſt. xj. num. 8. & contrarium tenent Doctores communiter, vt ait Imola in l. interdum, §. idem autem. verſic. nota argumentum. ff. de publica. Sed quicquid ſit de iure, hodie de conſuetudine non fit remiſſio communiter, vt atteſtatur Cyn. in authen. apud eloquentiſſimum: in tertio notabili. C. de fide inſtrumen. Bartol. in l. ſepulchri. numero 3. ff. de ſepulch. viol. quem refert Abb. conſil. xxiiij. num. 1. lib. ſeptimo. Grammati. conſil. xxviij. in fin. Public. ſuper conſuetud. Aluer. artic. j. num. 3. Gandin. de malefic. in rubr. de citati facien. nu. 8. Bald. conſil. cccxciii. lib. & conſi. ccix. in fine, libro ij. & conſil. ccxxxviij. lib. iiij. & in l. j. num. 2. in fin. C. vbi de crimin. agi oportet. Vital. de malefic. in rub. quid ſit accuſatio, num. 53. Iaſ. in l. à diuo Pio. §. j. nu. 2. ff. de re iudic. quem refert pract. Conradi. in limit. viij. Riminal. conſi. vij. num. 7. Marſil in pract. crim. §. opportunè. num. 35. & conſil. xxxij. num. 9. & conſil. xcix. num. 21. quem refert Roland. conſil. lx. num. 22. lib. ij. Grammat. deciſ. xxvj. numero 3. Berous in cap. de his. numero 29. de accuſat. Fulgoſ. conſilio cxlix. num. 2. Socin. Iunior, conſilio lxxvj. numero 7. libro. iij. Hoc tamen, quòd non fiat remiſſio, intellige procedere inter illos iudices qui non ſunt ſubditi eiuſdem principis; & hæc communis ſententia vtriuſque cenſuræ dicit Probus in Apoſtil. ad Ioan. Monach. in cap. inquiſitores. num. 8. de hæreti. in vj. Dicit etiam Chaſſan. ſuper conſuet. Burgund. num. 14. quod hæc ſit communis ſententia omnium tam iuris ciuilis quàm canonici. Et ait Didacus d. q. xj. num. 10. quod hæc ſententia communi totius orbis Chriſtiani vſu & praxi recepta eſt. Si tamen iudex requiſitus non haberet iuriſdictionem procedẽdi contra illum reum, & ita neque capiendi, tunc non habet locum remiſſio. comm. dicit. gloſ. in tit. de foro compet. num. 52. & ſeq. Clarus tamen dicit ſe ſemper vidiſſe contrarium ſeruari. Præterea obſeruandum quòd in leuibus delictis, non debet fieri remiſſio. vt communiter teneri dicit Abb. in d. c. fin. num. 15. de foro compet. quem refert Duennas in reg. cclxxviij. in Limitat. iij. & Didac. pract. quæſt. xj. nu. 7. verſi. octauo remiſſioni. Similiter non habet locum remiſsio, quando ageretur ciuiliter pro crimine, tum enim etiam de iure remiſsio non eſt facienda, ſiue leue ſiue grauiſsimum ſit crimen, vt commun. dicit Abb. d. cap. fin. num. 15. Hæc omnia Clar. d. §. fin. quæſt. xxxviij. verſic. eſt autem. cum ſeq.

Remittere iniuriam, ſeu pacem facere, nemo poteſt à iudice ſeu officiali cogi, vt comm. dicit Marſil. conſil. xcviij. num. 6. & hæc opinio Bald. in l. j. §. quies. num. 2. ff. de offic. præfect. vrb. æquitatis enim ratio nõ patitur, vt quis cogatur inuitus offenſam remittere præterquam in foro pœnitentiali, debet ergo iudex ſuadere, non cogere ſubditos, vt pacem faciant. Hæc Clar. d. §. fi. q. lviij. verſic. fin.

REMISSIO iniuriæ facta in foro conſcientiæ, non impedit quo minus remittens iniuriantem poſtea in foro iuridico accuſare poſsit, nam per talem remiſſionem non cenſetur ſublatum ius accu-

ſandi,

ſandi.commun.dicit Alexand.in l.ſi ſibi decem.§.quædam. num.1.ff. de pact.quem refert Didac.lib.ij.reſolut.cap.x.num. 6.verſic. Tertiò. vt conſtat,Pract.Conrad.num.32.Auguſt.ad Angel.de maleſic.in verbo comparet & produxerunt.num.27. quem refert Pract. Conradi. nu.33.Iaſ.in d.§.quædam nu.2.& ſeq.Igneus in l.diuus.nu.25.& ſeq. ff.ad Syll.Pet.Bellus de re milit.nu.128.Plaza.in d.cap.vj.nu.40.& eſt ratio,quia non tenetur quis ex præcepto Euangelico remittere niſi rancorem & odium.Hæc Clar.d.§.fi.q.lviij.verſic.ſed in propoſito.

Remiſſio ſi facta ſit delinquēti à parte offenſa,nihilominus adhuc poterit accuſari à tertio aliquo , modò ſuorum iniuriā proſequatur, vel aliàs ipſi competat ius accuſandi , vt quia crimen publicum ſit commun.dicit Felin.in c.de his.nu.3.de accuſat. Didac.lib.ij.reſolut. c.x.num.5.Curt.Iun.in l.tranſigere.C.de tranſact. num.34.Maranta in ſpec.num.61.Clar.d.§.fi.q.lviij.verſ.Sed pone.

RENVBENS vxor vel mulier,ſi certum nuncium de obitu mariti accepit,vel etiam fama publica interueniente probabiliter credere potuerit illum defunctum, excuſanda eſt, aliàs verò punitur de adulterio.commun.dicit Anton.Gomeſ.ſuper l.lxxx. Tauri.num.31. Clar.in §.fornicatio.verſ.ſed pone.

REVS delictum ſponte confeſſus , mitius puniendus quàm is qui probationibus conuictus eſt,argu.l.vnic. C.de his qui ſe def. Et hanc ſententiam communiter approbatam dicit Simanc.de hæretic. c.lv.num.6.quam etiam communem appellat Berous in cap.at ſi clerici.in princip.num.88.de iud.Sed iudices hoc non curant, vt etiam nunquam ſeruari vidiſſe atteſtatur Alberic.in l.j.§.quæſtioni.num.3. de quæſt.Clar.d.§.fin.q.lx.verſic.non deſunt.

Reus in criminalibus non tenetur vt in ciuilibus,edere iura & inſtrumenta fiſco.communem dicit Decius in l.ij.num.41.C.de edēdo. Et hoc non ſolum ſi cauſa ſit capitalis ſed etiamſi ſit merè pecuniaria,vt commun.dicit Ripa.in dicta l.ij. nume.22.C.de edendo.quod etiam dicit ex mente omnium Boſſ.in tit.de fiſco.num.11. Clar.d.§. fin.q.xxij.verſic.ſed hic.

Reo non debet dari terminus ad reſpondendum ſuper facto proprio,etiamſi petat tempus deliberandi. comm.dicit Auguſt.ad Ang. de maleſic.in verb.comparuerunt.num.6.vt illum refert Pract.Conradi.num.2.Et licet Alex. in l.j.nume.6.de edendo. dicat contrariam communem eſſe , tamen prior illa ſeruatur de conſuetudine, vt teſtatur Salicet.in authen.offeratur.num.6. C. de litis conteſtat. Caſtr. ibidem.num.5.& 11.vt refert Pract.Conrad.nu.5. Amad.de Syndic. num.184.Clar.d.q.xlv.verſic.ſed hic quæro.

Reus non eſt fideiuſſoribus relaxandus,regulariter quoties pro crimine imponitur pœna corporis afflictiua.comm. dicit Xuares,in vol.allegat.vbi copioſè de hac materia.Et huic opinio.applaudit conſuetudo,vt dicit Card.Alex.in can.quiſquis.ij.quæſt.viij. vbi verò nō agitur de pœna corporali , non debet reus carceribus mancipari. comm.ait Anton.Gomeſ.cap.ix.delictorum.num.8. Intellige vt procedat,modò offerat præſtare fideiuſſorem, aliàs ſi non haberet fideiuſſorem,debet in carceribus detineri,& ita ſeruari,dicit Clarus,d.§. fin.q.xlvj.verſic.in hac autem materia.

Reus non tenetur reſpondere,ſi non ſint aliqua indicia cōtra ipſum imò non tenetur reſpondere ſi non præcedat aliqua diffamatio.com. dicit Card. Alex.in can.de accuſatione ij. quæſt.viij. Idem dicit Aret. in cap.qualiter & quando.ij.§.debet.verſi.in foro autem.de accuſat. quem refert Dom.Ant.de Padilla in l.tranſigere.nu.5.C.de tranſact. Clar.d.§.fin.quæſt. lv.verſ.ſed pone in fine.

Reus poteſt etiam ex vnica confeſſione iudiciali ſponte facta,condemnari.communem dicit Brun.de indiciis & tortura. nu.21.quem refert Foller.in pract.crimi. num.39.& quod in tali cōfeſſione ſponte facta & ſine tormentis non requiratur ratificatio ſeu perſeuerantia confitentis , ſed quod ſtatim quòd eſt confeſſus crimen , debeat condemnari. comm. eſſe dicit Din.in l.ij.ff.de cuſt.reor. quem refert Guido Papæ deciſ.cccxxxix.Gandin.in tit.de quæſtion.nu.15.Iacob. de Beluiſo,in pract.crimin,in rub.de quæſtion. nu.97.Bald.in tract. de quæſtion.num.2.Vitalis de Maleſic.tit.quæ indicia.num.3.Imola. conſil.cix.num.1.quem refert Carer.in pract.crim.num.24.Marſil.in pract.crim.§. quoniam.num.18.& quod ita ſeruet conſuetudo,dicit Bart.in l.j.de cuſt.reor.quem refert Bald.in l.ſi quis ea.nu.2. de cuſt. reor.Licet autem gl.in l.j.ff.de quæſt.dicat quòd vna confeſſio ſpontanea non ſufficiat , ſed quòd requirantur tres, tamen gloſſam illam communiter non teneri dicit Salicet.in l.ij. C.de cuſtod.reorum.nu. 3. Si autem confeſſio facta eſſet in tormentis , vel metu,tunc reus non poſſet condemnari, niſi in ea perſeueret , illamque ratificet. vt communem dicit Boer.deciſ. clxiij.nu.18.Brunus de indic.& tortur. numero 3.& numero 21.idque ſiue indicia præceſſerint,ſiue non.vt communem dicit.Pract.Carer.num.196.Clarus d.§.q.lxv. verſ.fin.& q.lxiiij.verſ.cæterum ſi reus.

Reus regulariter non debet interrogari de ſociis,textus eſt in l.fin. C.de accuſat.& eſt communis omnium ſententia, vt dicit Ioan. de Amicis conſil.xxvij.num.1.Præterquam in nonnullis criminibus, in quibus propter eorum immanitatem permiſſum eſt, interrogetur, quæ dicuntur crimina excepta,& ea ponit gloſ.in d.l.fin.Clar.d.§.fin. quæſt.xxj.verſic.Dictum ſocij.

Reus ſi delictum ipſum confeſſus fuerit,nullæ ſunt amplius partes iudicis niſi condemnando, talis enim confeſſio contra eum plenè probat.Gomeſ.dicit Bart.in tract.de quæſt.C.quem tractatum tamen alij Gandino aſſcribunt.Idem dicit Gandin. in tit. de quæſtionibus,num.15.Item Guido Suzardis.de indic.& tortur.nu.44.quem refert.Pract.Conrad.Imol.conſilio cix.Pract.Milei.numero 17.Clar. d.§.fin.lxv.in princip.

Reus ſi examinetur ſuper informatione vel inquiſitione,& neget, tunc debent teſtes parte citata examinari ſuper veritate ipſius delicti. commun.dicit Card. Alex.in ca.de accuſatione.ij.q.viij. Clarus dicto §.fin.q.xlv.verſ.Cæterùm ſi reus.

Reus ſi in tortura illata conſtanter neget delictū cōmiſiſſe,& in ea negatione perſiſtat,dicitur purgaſſe indicia contra ſe exiſtentia,quaſi puram veritatem dixiſſe videatur, & ita ſeruatur,vt dicit Alberic.in rub.C.de quæſtionib.num.9. Idem in l.edictum. num.2. ff.de quæſt. dicit quòd communiter totus mundus ita tenet & ſeruat. quam refert Boer.deciſ.clxiij.num.12.Grammat.deciſ.viij.nu.9.& deciſ.xcvj. num.2.& Didacus pract.quæſt.xxiij. Pract.Caſoni.num.2. Hāc etiam dicit eſſe communem obſeruantiam Cepol.conſil.crimin.j. verſ.nec poteſt dici.Idque etiamſi delictum fuiſſet contra ipſum plenè probatum,vt dicūt aliqui ex prædictis Doctoribus. Debétque hoc caſu iudex facere inſcribi in actis qualiter tortura fuit moderatè adhibita.& indicia ſint purgata,& poſtea debet eum relaxare fideiuſſori.Et ita eſt communis practica & obſeruantia,vt dicit Marſil. in l. reperi. num.ff.de quæſtionib.& in Pract.crim in.§.quoniam. num.49.quem refert Anton. Gomeſ.ca.xiij.delictorum.nu.18. Carer.in Pract.crim. num.202.quem refert Simancus de hæret.c.lxiij.num.56. Clar.d.§. fin.q.lxiiij.verſic.illata reo.

Reus ſi moriatur ante executionem,ſi de crimine confeſſus,conuictus vel condemnatus ſit,iudex non debet executionem in ipſum cadauer facere,comm.dicit Sapia. in l.Imperium.num.7.ff.de iuriſd. omnium iudic.Curt.Iun.ibid.num.35.Igneus in l.j. §.ſi ſibi manus. num.46.& 54.ff.ad Sylleia.Boſſ.in tit.de accuſat. num.13. Sed quicquid ſit de iure,contrarium ſeruatur in practica,vt atteſtatur Igneus ibid.numero vigeſimoprimo & quadrageſimoſecundo. & Bald.in l. ſecundanda.C.qui teſta.facer.poſſ.quem refert Marcus deciſ.dcccciij. Imol.in l.defuncto.numero primo.ff.de publ.iud.Clarus d.§.fin.q.lj. verſic.Sed hic incidenter.

Reus ſi præſens in iudicio neget factum, non eſt vlterius examinandus, ſed recipiuntur teſtes , & ad vlteriora proceditur ad perfectionem proceſſus, communem dicit Marianus in capitulo qualiter & quando.de accuſat.numero ducenteſimoſeptimo , quæſtione ſeptuageſimaquinta. in fin. hodie tamen de conſuetudine in practica ſeruatur contrarium , vt teſtatur idem Marianus ibidem , & licet aliqui dixerint, quòd quando nulla præcedit diffamatio de crimine, non teneatur reus reſpondere,vt etiam Doctores communiter concludere atteſtatur Card.Alexand.in dicta Accuſatione ſecunda quæſtione tertia , nihilominus indiſtinctè ſeruatur quòd Reus teneatur reſpondere ſuper crimine ipſi iudici. Clarus dicto §.fina. quæſt.xlv. verſiculo ſcias autem.

Reus ſi velit confeſſionem ſuam ſponte factam reuocare, audiendus eſt , modò velit docere confeſſionem illam fuiſſe erroneam , & errorem probare. Ita communem dicit Aretinus in capit. cum delict.in vltimo verbo de accuſ. quem refert Boſſ. in titulo de confeſſ. numero ſexageſimo,& in titulo de defenſ. reorum numero quarto. Non tamen poteſt confeſſionem illam prorſus perimere & eneruare , ſed poteſt tantùm ſe excuſare , & aliquid deducere contra propriam confeſſionem,vt omnes dicere atteſtatur Boſſ. in dicto titulo de confeſſis, numero trigeſimoquinto. Et licet Salycetus in l.final. numero ſecundo.C.de probat.dixerit quòd indiſtinctè , proſit reuocatio, atque etiam Angelus de maleſic. in verbo , comparent,numero primo, dicat ſe vidiſſe practicari, tamen ſeruatur contrarium , vt nimirum nunquam admittatur reuocatio niſi probato errore. Hæc Clar.d.§.fin.q.lv.verſic.fin.

Reo danda eſt copia indiciorum,communem dicit Ripa in l.ſecunda.numero octauo.C.de edendo.& regulariter ſi procedatur contra aliquem per viam inquiſitionis,danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum,necnon etiam dicta eorum, ſi petat reus, publicanda ſunt ad effectum vt ſeipſum poſſit defendere,& ſuas exceptiones aduerſus eorum dicta & perſonas proponere,vt communiter tenere Doctores atteſtatur Cepolla conſilio crimin. ſexageſimoquinto.in fine,& conſilio ſexageſimoſexto.verſi.quinto probatur, Pariſius conſilio ſecundo,numero 155.libro quarto.Clarus dicto §. fin.quæſt.xlix.verſic.j.& ij.

Rixa ſedata,ſi vulneratus ex interuallo inſultum faciat in vulnerantem non videtur facere defenſionis,ſed vindictæ cauſa. communem dicit Cepoll.conſilio crimin.xliij. in princip. Clarus lib.v.ſent. §.Homicidium,verſic.ſcias tamen.

SACERD

S

SACERDOS benedicens ſecundas nuptias, eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio. capitulo primo, de ſecund. nupt. non tamen incurrit hāc pœnam ipſo iure, ſed eſt per ſententiam ſuſpendendus. communem atteſtatur Diaz. in pract. crim. can. capitulo ſexageſimooctauo, in fin, Cla. dicto §. fi. q. lxxv. ver. Sacerdos.

Sacrilegium, vt propriè commiſſum dicatur, duo requiruntur, de iure ciuili, primùm, vt ſit res ſacra quæ furata eſt, ſecundò, vt furata ſit in loco ſacro. commun. dicit Bartol. in l. diui. numero primo, ff. ad l. Iul. pecul. quem refert Grillan. de diuerſ. crimin. libro tertio, quæſtione. prima. nu. 5. Clar. dicto lib. quinto §. ſacrilegium. in princip. De iure verò canonico alterutrum ſufficit. Clar. ibidem.

Sacrilegij pœna de iure ciuili eſt extraordinaria, ſecundum qualitatem rei, perſonæ, temporis & ſexus, ſemper tamen eſt capitalis. comm. dicit Salicet. in Rubr. C. de crimine ſacrilegij. in fi. quem refert Boer. deciſ. ccliiij. nu. 13. & Bertachinus in verbo ſacrilegium. numero decimoſeptimo. Clar. dicto §. Sacrilegium, verſicu. ſed quæro.

Sagittam iaciens ſi ſit in vno territorio, & lædat illa ſagitta aliquē in alio territorio exiſtentem, tunc talis poterit puniri in vtroque territorio, erit tamen inter ipſos iudices vtriuſque territorij locus præuentioni. communem dicit Abbas in capitu. finali numero vigeſimoquinto, de foro competenti, quem refert Pract. Conradi Alb. in quarta parte. primi temp. quæſtione octaua. Clarus dicto §. fina. quæſtione xxxviij. verſ. Sed pone.

Sanguinem ſuum vnicuique licet redimere, & ideò de criminibus pro quib. irrogatur pœna ſanguinis licet trāſigere. per text. in l. tranſigere. C. de tranſactionibus. & ibi gloſſam. in verb. prohibitum, quæ ab omnibus approbatur, vt dicit purpurat. in dicta l. tranſigere, numero. decimoſeptimo, & illam communem appellat Curt. Iun. in eadem l, numero quarto. refert Don. Anton. de Padilla in eadem lege numero ſecundo. Mantua. ibidem. numero 18. Clar. d. §. fin. q. lviij. verſi. ſucceſſiuè, & ſequentibus.

Schiſmatici omnes ſunt excommunicati, capitul. de ſchiſmaticis. Si tamen duo vel tres electi in Papam de Pontificatu contendunt, & aliqui bona fide habent vnum illorum pro vero Pontifice, qui tamen leg timè non eſt electus, illi ſunt propter probabile dubium excuſandi, & ita ſentire omnes diuini & humani iuris peritos atteſtatur Simācas de hæretic. c. quinquageſimoſexto num. 6. Clar. dicto §. fin. quæſt. lxxviij. verſiculo. Schiſmatici.

Sciens delictum committendum, & non reuelans non ideò eſt puniendus. Ita Doctores vbique tenere atteſtatur Carauita ſuper quarto ritu magn. curiæ, numero ſecundo, & ita ſola ſcientia non eſt punibilis, neque tenetur quis obuiare delicto. etiam clamando vel reuelādo, Clar. d §. fi. q. lxxxvij. in princ.

Scommeſſæ: id eſt, cum certa ſtatuta pecuniæ ſumma, aliqui certāt inuicem an aliquid factum vel futurum ſit, &c. de iure licitæ ſunt. cōmu. dicit Decius conſilio cxv. nu. 4. quem refert Didacus in repet. ca, peccatū. dubius enim fortunæ euentus non facit contractus illicitos, Clar. d. lib. v. §. ludus. verſic. ſed quæro etiam.

Senectus non excuſat in delictis, facit tamen vt pœna mitigari poſſit. gloſſ. in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. & hanc frequentiore calculo receptam ſententiam ait Plaza. libro. primo, delictorum, capitulo xxxij. num. 13. Clar. d. §. fi. q. lx. ſucceſſiuè.

Senex decrepitus non debet tormentis ſubiici. communem dicit Paul. Grilland. de diuerſ. criminibus. lib. tertio. quæſtione ſexta, numero quinto, & ita colligitur ex textu. l. tertiæ, §. ignoſcitur. ff. ad. Syllaia, ſenex tamen non decrepitus bene poteſt torqueri, vt per Grammat, deciſ. trigeſimaquarta.

Sententia capitalis non debet ſtatim executioni mandari, ſed debet expectari decem dies à iure communi conceſſi ad appellandum, communem dicit Pariſ. de Put. de ſyndicat. numero vndecimo. Felyn. in capitulo quærenti. numero tertio. de officio deleg. quem refert Didacus. pract. quæſtion. vigeſimatertia. numero quarto, Boſſ. in titu. de Appellation, numero quarto. Sed quidquid ſit de iure, contrariū ſeruatur conſuetudine, vt atteſtatur Bartolus in l, qui vltimo. in fi. ff. de pœnis, Pariſ. de Puteo in loco allegato. Dias regul. cx. Pract. Foller. numero quinto. Clar. d. §. fi. quæſt. xcvj. in princ.

Sententia capitalis ſi vigore ſtatuti contra aliquem lata ſit, in caſu tamen quo neque à iure communi neque ipſo ſtatuto bonorum publicatio imponitur, tunc ex tali ſententia non venit confiſcatio in cōſequentiam, communem dicit Boſſ. in tit. Banniti quid amittant, num. 11. Clar. d. §. fi. q. lxxviij. verſi. ſed pone.

Sententia publicationis bonorum trahitur etiam ad bona ſita extra territorium confiſcantis. communem opinionem legiſtarum & canoniſtarum dicit Roman. Singul. dlxxij. quem refert Auguſt. ad Ang. de maleficiis in verbo, & eius bona, numero ſeptimo, in fine, relatus per pract. Conrad. Hanc etiam communem dicit Arno. Epito. ſeptuageſimaquinta, meminimus. Bona autem ipſa applicantur domino, in cuius iuriſdictione ſita ſunt. com. dicit Brun. conſi. xxxj. feudali, num. 16. Roland. conſ. lxxviij. numero decimoquarto, libr. ſecundo. Intellige tamen quòd hoc procedat, modò ille dominus habeat etiam ipſe ius confiſcationis bonorum, aliàs ſecùs, vt communem dicit Roman. d. ſingul. dlxxij. quem refert & ſequitur Afflict. deciſi. cclxxxij. numero. 16, Item intellige, modò confiſcatio fiat ſecundum ius commune, ſecùs ſi fieret ex ſtatuto vel lege ſpeciali, vt comm. atteſtatur Boſſ. de bō. public. nu. 62. Cephal. conſi. lxxix nu. 15. lib. j. Intellige etiam vt procedat de bonis immobilibus. nam bona mobilia non circumſcribuntur territorio, & ideò applicantur domino confiſcanti, etiam ſi extra eius territorium ſita ſint. Ita tenuit Bal. in l. mercatores. numero primo. C. de commerc. & mercator. Et licet idem poſtea in capit. j. num. 6. de pace tenenda, contrarium tenuerit, tamen prior eius opinio in d. lege mercatores, magis eſt approbata, vt dicit Carauita ſuper cxxxij. ritu mag. cur. nu. 3. & ſeq. quam tamen Clar. dicit ſe nunquam vidiſſe obſeruari. d. §. fi. q. lxxviij, ver. Sed hic quæro.

Seruus non poteſt condemnari in pœnam pecuniariam, comm. dicit Salic. in l. ij. nu. 4. C. de accuſat. & licet Bar. in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. tenuerit contrarium, tamen eius opinio communiter reprobatur, vt dicit Gregorius Lopes in l. x. in litera L. quem refert & ſequitur Plaza. lib. j. delictorum. num. 18. in fin.

Simonia eſt ex criminibus exceptis, etiamſi ſit commiſſa tantùm in beneficio, com. dicit Aret. in c. cum P. Manconella nu. 27. de accuſat. & conſequenter in ea locum habent quæ dicuntur de aliis criminibus exceptis. Clar. d. lib. v. §. ſimonia. ver. ſcias autem.

Simonia non eſt, ſi quis recipiat aliquid pro labore ſuo, vt pro ſacramento miniſtrando, dummodo non veniat in pactione rei ſpiritualis & ſit aliquid modicum, cōmunem dicit Card. Alex. in c. Iudices. verſ. in ea. Pro ſacramentis autem miniſtrandis, ita vt ipſa ſacramenta emātur, non licet aliquid dare, & hoc, tam ſecūdum ſacros doctores theologos, quàm Canonicos, vt dicit Foller. in pract. crim. cano. nu. 35. Cl. d. §. Simonia. ver. j.

Simonia vera non committitur, niſi concurrat pecuniæ vel rei alicuius exactio vel promiſſio, illa enim quæ precibus & gratia ſit, non eſt propriè ſimonia, niſi preces fiant illa mente & intentione, vt notoriè indignus præferatur digno. com. dicit Gomeſ. ſuper reg. canc. de triennali poſſeſſ. q. xij. Clar. d. lib. v. §. Simonia. in princ.

Simoniæ crimen, eſt merè eccleſiaſticum, ideóque Iudex ſecularis non poteſt de eo cognoſcere. gl. in c. cum ſit generale. in fi. de for. cōpet, quem DD. communiter ſequi dicit Anan. in cap. j. de ſimon. nu. 9. Clar. d. §. ſimonia. verſi. hoc crimen.

Simoniæ crimen non habet locum in curia Romana. comm. dicit Fely. in c. cùm veniſſent, de iudi. vt illum refert Apoſtill. ad Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò, nu. 53. de præb. videtur autem dicendum non committi in Curia Romana, quum ſit ibi præſente Pontifice tolerata, ſicut & crimen ambitus non dicitur committi in aula principis. Hæc Clar. d. §. Simonia. verſ. Item quæro.

Simoniam etiam Papa committere dicitur, ſi recipit aliquid pro collatione alicuius beneficij habentis adminiſtrationem ordinis, vel executionem clauium. com. dicit Fely. in c. j. nu. 2. de Simon. Alij ita diſtinguunt: Aut loquimur de ſimonia quæ prohibita tantùm eſt de iure poſitiuo, prout eſt vendere beneficia, & huiuſmodi, & non dicitur Papa committere ſimoniam. Aut de ſimonia quæ de iure diuino prohibita eſt, vt vendere ſacramenta: & tunc dicitur Papa committere ſimoniā. Et hanc diſtinct. dicit eſſe comm. Anan. in d. c. j. nu. ſeptimo quæ Claro magis placet. d. §. Simonia. ver. quæro etiam.

Simoniam non veram, ſed quaſi, committit, qui pecuniam recipit pro conceſſione licentiæ docendi. com. dicit Bertr. conſ. clvij. nu. 2. lib. v. Clar. d. §. Simonia. verſ. vlterius.

Sodomia non ſolum cum pueris & maſculis, ſed etiam cum mulieribus committitur & punitur. Ita tenuit Dec. in l. ſi qua mulier. nu. 9. C. de ſecund. nupt. & eſt communis vt atteſtatur Viuius in lib. com. opi. in verbo, Sodomiæ delictum: ideóque tam mulieres quā viri qui cū eis Sodomiā talē cōmittunt cōburendæ ſunt & refert Ant. Gomeſ. ſuper lege lxxx. Tauri. numero 33. quod in oppidò Talaueræ fuit cōbuſtus quidam qui propriam vxorem præpoſtera venere cognouerat Clar. d. lib. v. Sodomia. verſ. vidi.

Sodomiæ pœna, eſt pœna mortis, tam inpatiente quā agente. communem dicit Soc. Iun. conſilio vij. numero tertio, Anton. Gomeſ. ſuper l. lxxx. Tauri. numero trigeſimoſecundo, per tex. l. cum vir nubit, C. de adult. & quamuis illa lex videatur imponere pœnam gladij, tamen de conſuetudine ſodomitæ hodie igne conburuntur, vt dicit Angel. in d. l. cùm vir. Afflict. ſuper tertiam part. conſtit. regn. rub. quadrageſimaſecunda numero decimotertio. Clarus. dicto §. Sodomia, verſ. ſed quæro.

SODOMITA Clericus, etiam occultus, & peracta pœnitentia, ſuſpenſus eſt ab ordinis executione, & interim celebrans, efficitur irregularis tali irregularite, quæ non niſi à ſummo Pontifice remitti poteſt. Ita inter Doctores receptum eſſe atteſtatur Apoſtil. ad Diaz

in pract.crim.can cap.octuageſimo.Clarus dicto §.Sodomiæ.verſiculo.Item clericus.

SORTILEGII crimen eſt communis fori,ita vt tam ſecularis quàm eccleſiaſticus ſuper eo cognoſcere poſſit.communem dicit Nunius de los corregidores.numero primo,Clarus dicto libro quinto,§.hæreſi.verſiculo vlt.

SPOLIANTES Chriſtianos nauigantes,vel naufragium paſſos,ſunt excommunicati,hoc tamen non eſt latæ ſententiæ,ſed ferendæ.Ita communem dicit Summa Syluestrina in verbo excommunicatio.octauo,in vigeſima excommunicat.in ſecundo dubio.Clarus dicto §.fin.q.ſeptuageſimaſecunda.verſ.ſpoliantes.

STATVTVM diſponens quòd banniti pro debito pecuniario poſſent impune offendi, non valet, communem ait Dec.in dicto capitulo, quæ in eccleſiarum, numero decimoquarto verſiculo excipiuntur plures,Si tamen ex huiuſmodi ſtatuto aliquis bannitum occideret,videtur excuſandus,Clarus lib.v.ſent.§.Homicidium.verſiculo plerunque etiam.

Statutum diſponens quòd homicida ſit decapitandus, intelligi debet,dummodò homicidium dolo commiſſum ſit, non autem culpa, communem dicit Iaſ.in l.prima,numero ff.de legibus. Alciat.in l.magna negligentia.ff.de verborum ſignific.Clarus dicto §,fin.quæſtione octuageſimatertia,in princ.

Statutum imponens aliam pœnam quàm ius commune, ſeruandum eſt,nam per illam pœnam ſtatutariam tollitur pœna iuris communis. Hanc magis communem & à conſuetudine approbatam dicit Clarus in d.§.fin.quæſtione octuageſimaquinta,verſiculo debet etiam,allegans Baldum in l.data opera,numero decimonono,& C.qui accuſar.non poſ.dicentem,quod fatuus eſſet Iudex,qui aliam pœnam imponeret quàm ſtattuariam. Allegat itẽ Practicam Carrerij,numero decimoquarto. Decium in capit. de cauſis.de offic. deleg.Alciatus conſilio cccclij.numero quinto.Alber.in prima parte,ſtat. quæſtione octaua,numero decimo,in fin.Gandin. in titu.de aliquibus quæſtion. numero quarto,Grammat.conſil. xxxv. numero quinquageſimoſexto,qui omnes prædictam opinionem communem eſſe atteſtantur.Et licet Bart.in l.prima,numero primo,ff.de vi bonorum raptorum contrarium tenuerit nempè. quòd per ſtatutum imponens nouam pœnam,non intelligatur ſublata pœna iuris communis, quam opinionem communem dixit,Cyn.in l.qui ſepulchra. C. de ſepulch,violato. Angel.ibidem.Abbas in capitulo de cauſis.de offic.deleg.& Salicet.in d.l.qui ſepulchra.tamen priorem magis communem atteſtatur Blancus in pract.crimin.numero ſexageſimoprimo,& Anton, Gomeſ, lib. delict.cap.j.num,38,

Statutum laicorum diſponens, ne filij contrahant matrimonium abſque conſenſu patris,non valet.communem dicit Alexand.conſilio nonageſimoſeptimo,in fin.lib.j. Felin.capitulo primo, numero decimotertio de ſponſal. Curt, in conſilio xxvij. Decius in l.nuptias. ff.de reg.iur.& conſilio ccxxxj, numero ſecundo, & hanc magis communem dicit Clarus licet Bartolus in l.adiicimus.C.de murileg.libro vndecimo,tenuerit contrarium, ſed eius opinionem communiter non ſeruari atteſtatur Decius dicta l. nuptias, numero decimotertio,in fi. Dicit tamen Clarus, ſi de conſuetudine obſeruaretur opinio Bartoli,ab ea non fore recedendum,non quidem circa prohibitionem matrimonij,ſed bene circa pœnam priuationis dotis,vel aliam pœnam à ſtatuto impoſitam.Clarus dicto §.fin.quæſtione octuageſimaſecunda, ſtat.iij.verſic.ſed nunquid.

Statutum prohibens contrahi matrimonium cum forenſe,& contrahenti pœnam imponens,non valet neque quò ad prohibitionem matrimonij, neque quò ad pœnam impoſitam. communem, atteſtatur Curtius ſentent.conſilio xxvij.numero.tertio, quem refert Cotta in morab.verſiculo Statuto Mediolani & Laudæ. in fin. Clar. d.§.fin. quæſt,lxxxij:ſtat.iij.verſic,Hinc infertur.

Statutum prohibens exportari frumentum, carnes & ſimilia,ligat etiam forenſes.Communem dicit Albert. in ſecunda part. ſtat. quæſtione prima,numero decimotertio.Non tamen ligat portantem per tranſitum,Communem dicit Iaſon in l.cætera,§.ſed & ſi quis.numero vigeſimoprimo.ff.de legat. primo,Alber.in dicto loco.quæſtione tertia.Neque etiam comprehendit exportantem ad vſum proprium. communem dicit Alciat,in l.lege cenſoria.in verbo victus. ff.de verb. oblig.Iaſon dicto §.ſed & ſi quis numero ſeptimo.Imò.etiamſi talis poſtea mutet propoſitum,& vendat, tamen non incidet in pœnam ſtatuti.communem dicit.Alber.in ſecunda part.ſtat. quæſtione ccvj. Hoc vero ſtatutum locum etiam habet in exportante farinam,vt cõmunem dicit Ripa de peſte in rub.de remed.ad conſer.vbert.numero 75.& ita tenuit Bartolus.in l,quæſitum.§.illud.numero primo,ff.de legat.tertio.Et licet Alber.in ſecunda part.ſtat. quæſtione quinta,contrariam communem dicat,tamen Clarus dicit ſe ſemper vidiſſe ſeruari opinionem Bartoli.Et nota quòd ſtatutum hoc non ſolum operatur in deprehenſo exportante,ſed etiam in conuicto per teſtes.vt cõmunem dicit Ripa,in loco allegato,numero 104. vt illum refert Viuius in libr.communium opinio.verſiculo ſtatutum prohibens.Clar. autem dicit Ripam quidem ita tenere,ſed fateri,eſſe contra communem,vt etiam ipſi Claro videtur.Item nota quòd is contra ſtatutum hoc aliquid exportat,non ſolum amittit merces illas prohibitas, ſed etiam nõ prohibitas,quas cum prohibitis habuit.ſiue ſint ipſius portantis,ſiue alterius,qui tamen fuerit de ea ſciens & conſentiens. Ita communem dicit Boer.Deciſ.clxxviij.numero vigeſimoquinto. Alij vero dicunt quòd ſolum illicitæ perduntur,vt communiter ſeruari atteſtatur Albert.in loco allegato,quæſtion. quarta,numero quinto. quæ opinio Claro quoque tanquam mitior placet,maximè vbi verba legis vel ſtatuti non expreſſe aliud diſponerent.Hæc Clar.dicto §. fin.quæſtion.lxxxij.ſtat.vij.per tot.

Statutum prohibens ne ſoror nubat abſque conſenſu fratris, non valet.communem dicit Alexand.in conſil.xcvij.numero 5. Clar. d.§. fi.q.lxxxij.ſtat.iij.verſ.Item.quæro.

Statutum prohibens rem mobilem alienari in forenſem,ſub pœna,valet,communem dicit Albert.in ij.part.ſtat.quæſtion. ij. numero decimo.Barba.in rubr.de reb.eccleſ. non alien.Curt.ſentent. conſilio xxvij.numero octauo.Tale tamen ſtatutum non ligat clericos. communem dicit Barbat. conſilio xlvij.numero nono,libr.tertio.Felin. in cap.eccleſiæ ſanctæ Mariæ.numero 89 de conſtit.Clar. dicto §.fin. q. lxxxij.ſtat.in prin.& verſic.j.Non tamen per hoc ſtatutum videtur prohibita heredis inſtitutio.vt contra gloſſ.in l.j.in verb.loca ſui. C. non lice.habi.lib.xj.communiter teneri ait Ludouicus de Interramne.in l.peto.§.fratre.ff.de legat.ij.quem refert Fabia.de emptio.& vẽd. in vlt.quæſt.quæſtionis princip.numero vigeſimoſeptimo. Neque etiam hoc caſu cenſetur prohibita locatio.vt communem dicit Plott. conſil.cvij.numer.59.Et ſi teſtator rem immobilem alicui legauerit, tenetur heres eam,non obſtante hoc ſtatuto, ſoluere.communem dicit Alexand.in l.apud Iulianum.§.conſtat.num.14.de legat.j.Iaſo.ibidem numero 34.alienationem,non tamen prohibet præſcriptionem. vt communem dicit Alexand. conſilio primo, numero 23.libro iiij. quem refert plott,in repet.l.ſi quando,numero 266.Item per hoc ſtatutum non prohibetur quis cedere forenſi actionem ad rem immobilem,quia computatur actio inter immobilia.communẽ dicit Clau. in l.Gallus.§.videndum.numero decimo,de lib. & poſt.Item nota ſi quis contra hoc ſtatutum alienet.non cenſetur tranſlatum dominiũ in acquirentem.communem dicit Claud.niſi ita quis.§.ea lege.ff. de verborum obligationibus poſſeſſio tamen transfertur, vt ibidem Claud.Item nota quòd hoc ſtatutum habet ſolummodo locum in alienationẽ voluntaria,non autem in neceſſaria,vt communem dicit Albert.in ſecunda parte ſtat.quæſtione ccvj.Hæc omnia Clar. dicto ſtat.quinto,per tot.

Satutum puniens aſſultantem aliquem in domo.habet locum etiam contra aſſultantem in porticu domus.commun. dicit Albert. in ij.part.Statut.quæſt.ccviij.Auguſt.ad Angel.de malefic. in verb. fecit inſultum numero 3.Item habet locum etiamſi aliquis fuerit aſſultatus in domo quam habet cum alio communem,modò non eſſet cõmunis cum ipſo inſultante. communem dicit ibidem.Auguſt.nu.5. Clar.d.§.fin.q.lxxxij.ſtat.x.per tot.

Statutum quod pro homicidio imponit pœnam pecuniariã, non valet,comm.dicit Anan.in capit.fi.nu.1.de delict.puer.Dec.in cap.ij. nu.2.de conſtit.quem refert Public.ſuper conſuet.Aluer. nu. quarto. Didacus lib.ij.reſolut. cap.ix. num.2. Contrariam verò communem, dicit pract.Carer.nu.12.quam etiam tenuit Bartol. in l.j.numero decimo.ver.Vlterius quæro de Public.iud.Sed priorem magis communem dicit Clarus libro quinto.ſentent.§.Homicidium verſiculo ſed nunquid valet.

Statutum ſi prohibeat ne quiſquam cum bannito loquatur, tunc ſcribens ad eum literas,non incidet in pœnam ſtatuti. communem dicit Alciat.in l.j.in princ.nu.20.de verb.oblig.

Statutum ſi promittat præmium reuelanti ſeu denuncianti malefactorem,& veniat aliquis ex participibus delicti qui reuelet,tunc talis reuelans non gaudet beneficio ſtatuti,communem dicit Auguſt. ad Angel.de malefic.in verbo.Nec non ad denuntiationem,num.31. Angel.in l.quarta,§.ſi tibi.numero ſecundo,de condict.ob turp.cau. Anan.in capitulo qui cum fure,numero octauo:de furt.Clar.dicto §. fin.quæſt.xxvij.verſ.in multis.

Statuto diſponente,quòd ei qui ſponte confitetur delictum diminuatur pœna,licet tunc aliquis primò negauerit,poſtea tamen ſponte confeſſus ſit,nihilominus gaudebit beneficio illius ſtatuti, magis communem eſſe dicit Clarus dicto §.fin.quæſtion.octuageſimaſecũda,ſtat.nono,verſiculo fin.allegans Iaſon.in l.eum qui. ff.de iureiur. numero octauo.Bartolus tamen in eadem l.tenuit contrarium,cuius opinionem dicit communem Socin.in l.non fatetur, numero ſeptimo.ff.de except.quem refert Menchiaca lib.iij. de teſta.§.xxiij.nu.22. vbi tamen etiam poſtea refert Iaſ.& Felyn.atteſtantes communem eſſe contra Bartol.

Statuto prohibente ne quis arma deferat,& ſi quis cum armis inuentus ſit,debeat puniri,eo caſu,ſi quis arma detulerit,ſed non captus ſit,non eſt puniendus,com.dicit Alex.in l.j.in pri.nume.77. ff de

acquir.

acquir.poſſ.Ant.Gomeſ.in l.Tauri.xlv.nu.50.& licet Iaſ.in l.j.in prin. ff.quod quiſque iuris Contrariam communem dixerit,tamen priorem magis communem & veriorem dicit Clarus d.§.finali quæſtion. lxxxij.ſtat.vj.in prin.

Statuto ſi caueatur ne quiſquam bannito ferat auxilium nihilominus Aduocati & procuratores illi impunè poterũt patrocinari, videntur enim potius Iuris miniſterio quàm ipſo Bannito præſtare auxiliũ. communem dicit Targ.in pract.crim.c.xij.nu.25.Clar.d. §.fi.q.lxxxij. ſtat.ij.verſi.quæro nunquid.

Statuto ſi cautum ſit vt villa teneatur pro damno dato in eius territorio,tunc non ſtatur iuramento damnum paſſi,in probatione damni.communem .dicit Decius conſilio ccccx.numero decimotertio. Iaſon.in l.ſi quando,numero trigeſimoſeptimo.C.de vndevi.Bertran. conſilio ccxviij.libro octauo.Damnum verò ſi datum ſit in confinib. duarum villarum,tenetur vtraque.communem dicit Albericus in ſecunda parte ſtat.quæſtione lxxv.quem refert Afflict.ſuper j. conſtit. reg.rub.xxvij.numero 54.

Statuto ſi cui denegetur actio , vt in bannitis aliquando fit, & iis qui non ſoluerunt onera,& huiuſmodi talis non eſt admittendus neque ad accuſationem,neque ad quærelam,imò etiamiudex non poſſet hoc caſu contra delatum inquirere. comm.dicit Claud.in reper.l. vt vim,num.23.in fi.ff.de iuſt.& iur.Et licet Alex.in l.j.§.ſublata.num. 4.ff.ad Trebell.dixerit contrarium communem, Claro tamen placet opinio Claudii,quam etiam Bart.in l.non ſolum. §. quanquam. ff.de iniur.Cla.d.§.fin,q.50.verſic.poſſet etiam.

Statuta imponentia pœnam pro delictis,non ligant ſubditos delinquentes extra territorium,ſed delinquentes eo caſu puniendi ſunt ſecundum ius commune,vel ſtatuta loci delicti,niſi ſtatutum expreſſè loquatur etiam de delinquentibus extra territorium. Hæc eſt doctrina Bart.in l.cunctos populos .C.de ſumma trinit. num.47. & ſeq. quam communiter approbari dicit Socin.conſil.cccij.num. 4.in fin. lib.ij.Alex.conſil.cxj.nu.1.verſ.cum ſit.lib.ij. quem refert Pariſ.conſi. clix.num.6.lib.iiij.Ruin.conſi.lxxxiiij.in fi.lib.iiij. Boſſ.in tit de pœn. num.19.Felin.in c.à nobis.j,nu.6.de ſent.excom. Duennas reg. cxlvj. Clar.d.§.fi.q.lxxxv.verſic.Tertius caſus.

Statuta laicorum priuantia filiam dote , in caſu quo nubat indigno,abſque conſenſu patris, valent, neque de iure Canonico repeciuntur correcta,& ita ſeruari in practica atteſtatur Card. Alexan.in cap.j.de ſponſal.quem refert Pariſ.conſil.xxix.num.35.libro iij.quod conſilium omninò in hac materia videndum.Clarus d. §. fin. quæſt. lxxxij.ſtat.iij.verſ.fin.

S T V P R V M non probatur per teſtes domeſticos, ſed illi teſtes faciunt tantummodò indicium.comm.dicit Alciat.de præſump. reg.j.præſumpt.xxxix.num.4. vt illum refert Pract. Conradi,num.8. Clar.d.lib.v.§.ſtuprum.verſ.j.

Stupri pœna.vide ſuprà in verb.Pœna ſtupri.

S T V P R A T O R ſi dicat puellam non fuiſſe virginem, ipſa verò dicat ſe fuiſſe tunc virginem,in dubio præſumptio eſt pro virgine,donec ſtuprator probet contrarium.Com. dicit Abb.in c.j.nu. 5. de adult.quem refert Bermond.in tract.de concub.nu. 9.Clar. d.lib. v.§.ſtuprum.verſ.ſed pone.

S Y N D I C V S vniuerſitatis non poteſt aliquem accuſare nomine ſyndicario,ſed opus eſt vt accuſet ſuo nomine,ad vtilitatem tamẽ ipſius vniuerſitatis.Communis opinio eſt Legiſtarum,vt atteſtantur Doctores in cap.dilectus.ij.de Simonia.& in ſpecie Ioan.And.ſuper gloſ.pen.& Anchar.Henric.Bohic.& Anan. num. 19.quos referunt Aug.& Hier.poſt Ang.de malef.in verb.ad quærelam.nu.20.Sic etiã poteſt tutor accuſare ad vtilitatem pupilli,ſed tenetur ſe inſcribere nomine proprio,ſecundum communem opinionem,vt dicit Anan. cap.ij.nu.20.de calumniat.Villapand.ſuper l.xxij.cap.xxix.nu..3.in fi. Bald.tamen in l.j.num.35.C.de accuſ.tenuit indiſtinctè,quòd ſyndicus vniuerſitatis poſſit in iudicio capitali comparere pro ipſa vniuerſitate tã accuſando quàm defendendo,& ſubdit quòd ita tenent omnes Doctores.quæ opinio Claro magis placet,& dicit conſuetudinẽ videri illam approbare,addens,quòd contraria opinio poſſit procedere loquendo ſecundum diſpoſitionem iuris communis,ſecundum quam accuſans ſubiicitur pœnæ talionis,ſed poſtquam hodie pœna talionis ſublata eſt,dicit Clarus,ſe non videre cur ſyndicus non poſſit accuſare pro vniuerſitate.Hæc Clar.d.§.fi.q.xiiij.verſic.itẽ quæro.

## T

TERGIVERSATOR punitur pœna infamiæ,.& lib.v.auri.comm.dicit Marian. in rub.de calum.num.6.Clar.d.§.fin.q.lxxij.verſi.tergiuerſator , ibi etiam dicit Oldradum mortuum eſſe triſtitia propter hoc crimen.

T E R M I N V S parti ſtatui poteſt ad accuſandum, ita vt ſi in eo termino non accuſauerit, poſtea non ſit audiendus.commun.dicit Imola in cap.tuæ,circa fin. de procurat.& eſt practica communis, ſecundum Blanc.in practica crimin.numero quadrageſimoprimò.Clarus dicto libro quinto.§.fi. q.iij.verſic.& conſequenter.

T E S T I S deponens in iudicio contrariũ eius quod prius extra iudicium dixerat non dicitur falſarius.comm.dicit Alex.conſi.lxxiiij. nu.8.lib.j.Didac,in repet.c,quamuis.num.5.verſ.ſed & ſi quis.Si verò deponeret contrarium eius quod prius in alio, vel etiam eodem iudicio,depoſuerat, poterit tanquam falſarius puniri.comm.dicit Camerar.in ſuo conſil,Zabarel.num.3,Didac.lib.ij.reſolutionum.c.xiij. num.8.verſ.Cæterum,ibi tertium eſt. Clar.lib.v.§.falſum.verſ.Teſtis.

Teſtis deponens ſuper negatiua , quæ regulariter eſt improbabilis non poteſt puniri de falſo.comm.d.Boſſ.in tit.de defenſ.reorum. num.34.poſſet tamen puniri pœna extraordinaria propter temerariam aſſertionem.comm.dicit Cagnol.in l.vnic.num.38. ff.ſi quis ius dic,non obtem.Clar.lib.v.ſent.& §.falſum.verſ.ſolet etiam.

Teſtis eo ipſo quòd pecuniam accepit pro teſtimonio dicendo, poteſt puniri de falſo.comm.dicit Anan.cap.j.num.15.de falſis.Menchiaca controuerſ.vſu frequent.c.xxxvj.nu.6.Contrariam verò communem dicit Decius in ca. licet cauſam numero vigeſimo , de probat.conſilio clxxxix.numero 12.quem refert Boſſius in tit. de falſis. numero 168.& Viuius in commun.opin.verſic. Teſtium ſolam. ſed primam magis communem dicit Didacus in repet. cap. quamuis.licet dicat illam ſibi non placere.Clarus refert & diſtinguit , priorem veram ſi dubitetur an teſtis falſum dixerit,putat poſteriorem æquiorem.lib.v.ſent.§.falſum.verſi.Sed quid econuerſò.

Teſtis falſè deponens,ſi eius depoſitio aliàs nulla erat,vel nemini præiudicare poterat,non poteſt de falſo puniri.comm.dicit Alber.in ij.parte ſtatutor. quæſtione cxlvj. Cotta.in memorabilibus in verbo Mendax,Gandin,de malefic.in tit.de falſar. num.21. Clar.lib.v.§.falſum.verſic.Item excuſatur.

Teſtis in criminalibus debet reddere cauſam ſcientiæ. etiam non interrogatus,aliàs non probat,neque facit indicium.cõmm.dicit Bal. conſil.clxxxij.numero ſecundo, libro iiij.Nouell.in pract.crimin.numero decimoquinto Apoſtill.ad Felin, in cap. cùm cauſam, numero ſecundo de teſtibus.Intellige tamen de teſtibus qui ad offenſam deponerent , ſecùs ſi pro defenſione, vt commun. dicit Viuius in libro Communium opinionum.verſic.teſtes in cauſis. Clar.d.§.fin. quæſt. liij.verſi.præterea dixi.

Teſtis ſi falſum depoſuerit , etiam non iuratus , punitur de falſo, perinde ac ſi iuraſſet.Commun, dicit Alex.in l.Edi.§.cùm autem.nu. 6.de edendo.Clar.ibid.

Teſtis ſi neget ſe dixiſſe prout notarius ſcripſit, notarius verò dicat teſtem ita dixiſſe vt ſcriptum eſt.licet regulariter magis creditur notario quàm teſti tamen vt notarius vel teſtis puniantur de falſo, non creditur neque notario neque teſti. comm. atteſtatur Riminal. conſilio quinquageſimoſexto, num.12.lib.j. R.Clar.lib.v,ſentent §. falſum.verſ.pone.

Teſtis ſi ſit falſus in vno , tunc eius depoſitio in totum vitiatur. comm.dicit Alex.in l.ſi ex falſis.num.13.c.de tranſaction.& conſilio xxvij. numero 3.libro.ij.quem refert Decius conſil.cv.numero 3.Gratus conſil.ij.num.18.lib.ij.& hæc concluſio locum habet ſiue capitula ſuper quibus talis teſtis depoſuit , ſint ſeparata, ſiue ſint connexa, nam vtroque caſu eius teſtimonium tanquam vnicũ,& ſuper vnico iuramento fundatum nihil valet.comm.dicit Alber.in d.l.ſi ex falſis. num.5.C.de tranſact. & Alber.de teſtib.in iij.part. princip.nu.25. & ſeq.ſiue illud dictum falſum procedat,ſiue ſequatur alia dicta,vt com. dicit Socin.Iun.conſil.xlj.num.13.& ſeq.lib.ij.Clar.d.§.fin.q.iiij.verſ. ſed quæro. Intellige tamen prædicta procedere , quando teſtis falſum depoſuiſſet circa factum principale,vel qualitates ſubſtantiales, ſecùs ſi circa alia extrinſeca.Comm.dicit Alexan.conſil.lxxxviij.num. 19.lib.v.Socin.Iunior conſil.cij.num.6.lib.iij. Decius conſil.cv.num. 2.Alex.conſil.xlvij.num.v.libro ij.Hæc vero omnia procedunt quando teſtis vnus ab aliis de falſo conuinceretur . ſi verò teſtis ipſe modò hoc modò aliud, vel omninò contrarium dixiſſet , tunc ſi primò dixiſſet vnum extra iudicium,& poſtea aliud in iudicio,magis communis eſt quòd ſtatur ſecundo dicto in iudicio facto.contrà ſi primo in iudicio aliquid dixit, poſtea extra iudicium reuocauit , ſtabitur primo dicto in iudicio. At ſi in vno iudicio aliquid dixit, & in alio iudicio contrarium,tunc cùm vtrunque dictum ſit iuratum, poterit puniri tanquam falſarius.Aut contradixit ſibiipſi in eadem inſtantia, & non creditur neque primo neque ſecundo dicto. Aut teſtis dicit ſe non ita dixiſſe vt ſcripſit notarius , & tunc plus creditur notario. Clar.d.c.lv.verſic.ſcias tamen.cum ſeq.

Teſtis vt faciat legitimum indicium in criminalibus debet eſſe integer & omni exceptione maior.comm.dicit Ruin, conſil.cxlvij. nu. lib.quinto,& huiuſmodi teſtis ſufficit etiam ad torturam, vt comm. dicit Roman.conſilio cccclj.numero 4.Clar.d.lib.v.§. fina. quæſt.xxj. verſiculo vnus teſtis.

Teſtis vt falſus dici poſſit,ſufficit probare eum falſum dixiſſe,niſi pars dixiſſet eum corruptũ eſſe,& falſum dixiſſe, tũc enim vtrunque

tenetur probare.communem dicit Imola in l.Diuus. in gloſſ.in verbo corruptis,de re iudicat. Socin. Iun. in conſilio xl.numero nono. lib.ij.Menchiaca controuerſiarum vſu.frequent.capitulo xxxvj. num. decimo.Clar.lib.quinto,ſentent,§.falſum.verſicul.quæro nunquid.

Teſtis verba in dubio ita interpretanda ſunt,vt euitetur falſitas.cõmun.d.Curt.Iun.in l.vnic.in princ.numero nono,ff.ſi quis ius dicẽt. refert Clar.libr.quinto,ſentent.§.falſum.verſiculo ſolet etiam.

Teſti dicenti ſe precibus alicuius falſum teſtimonium perhibuiſſe,fides non eſt adhibenda.com.dicit Decius conſilio cix.numero octauo.verſiculo primò quia: quem refert Roland.conſilio decimoſexto numero ſeptimo,libro primo & Boſſ.in titulo de inquiſit. numero 42.Ruinus conſilio cxlvj.& cxlvij. libro quinto,refert Clarus libro quinto ſentent.§.falſum. verſiculo ſubornatus.addit tamen de conſuetudine obſeruari contrarium,vt nimirum per hoc procedatur contra ſubornantes ad inquiſitionem.

Teſti qui in ſua depoſitione falſum dixiſſe conuincitur,tanquam periuro,nulla fides eſt adhibenda.comm. dicit Alexand.conſilio clij. numero decimo lib.ſeptimo.

Teſtem poteſt iudex etiam poſt publicatas atteſtationes iterum examinare ſeu interrogare ſuper dicto ſuo obſcuro,idque poteſt facere ex officio ſed non tenetur facere ad inſtantiam partis.communem dicit Tyndar.de teſtibus libro primo.capitulo quarto numero ſexto. quem refert Pract.Conradi.numero 37.Aretin.in capitulo,cum clamor.in ſecundo notab.de teſtib.Clar.dicto §.fin.quæſtione.lxj.verſiculo.quæro nunquid.

Teſtes duo ſufficiunt ad conuincendũ aliquem de hæreſi.communem dicit Anan. in capitulo excommunicamus.§.adiicimus.numero primo de hæret.quem refert Simancas de hæret.in capitul.50. nume.5.& de hoc videndum eſt.conſil.Crauet.clxij.Clar.d.lib.v.§.hæreſis.ver.habet etiam.

Teſtes duo tantùm,ſi inter ſe contradicant,poterunt puniri de falſo.Hanc com.dicit Aret.conſilio lxxj.numero tertio quem refert Boſſ. in titulo de tortura teſt.numero 35.& in tit.de falſis.numero 20.R. Clar.lib.v.ſent.§.Falſum.verſic.conuincitur.quam tamen ipſe Clarus dicit ſe non credere quòd communis ſit.

Teſtes inhabiles aliquando admittuntur per torturam,& fiunt per torturam habiles,qui tamen aliàs non admitterentur. comm. dicit Boſſ.in titulo de tort.teſt.numero 3.refert Clarus dicto §.fi. quæſtione xxv.in princip.

Teſtes ſingulares non ſufficiunt ad plenam probationem præſertim in cauſis criminalibus,vt omnes ſcribentes tenere affirmat Marſil.conſilio j.numero 25. Et licet aliqui dixerint hoc procedere quãdo aliquod delictum in ſpecie probandum ſit,ſecùs ſi in genere,vt aliquem eſſe homicidam, adulterum, vſurarium,&c. tunc enim teſtes ſingulares ſuper diuerſis actibus deponentes,ſufficere ad concludentem probationem,vt com.dicit Alexand.conſilio xiij.numero 24.lib. vij.Alij tamen dicunt totum contrarium,quòd ſcilicet & hoc caſu nõ ſufficiant teſtes ſingulares,vt com.atteſtantur,Menchiacha in j.parte de teſtam.§.iiij.numero 45.& Ioan.de Amicis conſilio.cxxvij.numero primo,hancque veriorem dicit Clarus maximè ſi in ſpecie delictũ probari intelligamus tunc,cùm tractatur de aliquo puniendo criminaliter.vt etiam dicit Simancas de hæret.capitulo lxij.numero vigeſimoquarto.Imò ad probandam hæreſin,non ſufficiunt teſtes ſingulares,etiamſi forma concurreret,vt communem dicit Lapus in allegatione de hæreſi.§.duodecimo.Clar.d.§. fina.quæſtione quinquageſimatertia,verſic.dixit etiam.

TORNEAMENTA.& ſimiles iocoſi ludi,de Iure licitè fieri poſſunt à laicis com.dicit Socinus,conſilio decimoſexto, numero tertio,quinto,ſexto.lib.primo,vt illum refert Pract. Conrad.in princ. Clar.dicto lib.v.§.Ludus.verſiculo.Item quæro.

TORQVERI regulariter poſſunt omnes qui non reperiuntur expreſſè prohibiti,communem dicit Anto. Gomeſ.capitulo decimotertio,delictor.numero tertio.Clar.dicto §.finali.quæſtione lxiiij. verſ.vbi ſubſint.

TORTVRA inferri non debet.niſi præcedentibus indiciis,regulariter enim non eſt à tortura incipiendum.comm.dicit Zaſ.conſi. decimonono,numero trigeſimoprimo Bologn. in additio.ad tract. Guid.& Suzan.de tormentis.numero vigeſimonono,& hoc non ſolum procedit in leuibus,ſed etiam in atrociſſimis delictis,imò etiam in crimine læſæ maieſtat. vt comm. dicit Brun.de indic.ex tortur.nu. 6.quem refert Pract.Conradi,

Tortura non debet repeti ſi reus fuit ſufficienter tortus & nihil confeſſus,niſi ſuperueniant noua indicia.communem dicit Alex.conſilio quinto,numero quarto,lib.j. Brun.de indiciis.& tort.numer.60. Clar.dicto §.fin.quæſt.lxiiij.verſiculo vltimò videndum.

TRANSACTIO facta ſuper crimine poſt inſtitutã accuſationem ſeu inquiſitionem,etiam in caſu à iure permiſſo,non impedit quò minus iudex ex officio accuſationem proſequi poſſit.communẽ dicit Gandin.de malef.in titu.de tranſact.numero decimotertio,Practica Carer.nume.379.Villapand.in repet.legis vigeſimæſecundæ capitulo ſexto,numero quinto.Vital.de maleſi.in titul.de pace numero quarto.Intellige,modo delictum ſit tale,pro quo poſſit ex officio procedi.Alber.in ſecunda part. ſtat. quæſtione centeſimauigeſimaſeptima & licet Bartolus in l. tranſigere.numero ſeptimo. C.de tranſact.dicat, quò facta tranſactione ſuper crimine in caſibus à iure permiſſis,non poſſit deueniri ad condemnationem ſanguinis contra reum, & ita communem eſſe atteſtatur Curt.Iun.in eadem.l.tranſigere.numero vigeſimonono,nihilominus Clarus dicit contrariam magis cõmunem eſſe dicto §.fin.quæſtione quinquageſimaoctaua, verſiculo ſed punctus in med. Si tamen ſecuta abolitione per tranſactionem vel mortem accuſatoris,iudex vellet accuſationem proſequi, debet nouum proceſſum,& nouam inſtantiam inchoare.comm.dicit Ant. Gomeſ.capitulo primo delictorum. numero trigeſimoſexto. Aliqui tamen dicunt quòd per tranſactionem non dicatur perempta inſtantia,& quod ita iudex illam poſſit proſequi ſecundum Angel.in dicta lege tranſigere.numero ſeptimo,vt etiam de conſuetudine hodie ſeruari teſtatur Anto.Gomeſ.in dicto capitulo primo.Clar.dicta quæſt. lviij.verſiculo & ſcias.

Tranſactio non poteſt fieri niſi inter partes præſentes,niſi fortè aliquis interueniat,pro abſente cum mandato.com.dicit Alexand. cõſ. cxxxj.lib.iiij.Clar.d.§.fi.q.lviij.verſ.dictum.

Tranſactione ſimpliciter facta pro iniuria,vulnere vel morte, tunc non cenſetur facta etiam remiſſio intereſſe pecuniarij reſpectu damnorum & expenſarum,& in dubio cenſetur ſolummodò rancor animi remiſſus.communem dicit Didacus,libro ſecundo,reſolutio.capitulo x.nu.ſexto,Plaza.lib.primo delictorum.capitulo vj. numero 40. idque ſecundum gloſſ.in §.fin.verb.non reuocauerunt.inſtitut. de iniur.quam D D.communiter ſequi dicit Ioan.de Amic.conſil.lxxxviij. nu.14.Clar.d.§.fin.q.lviij.verſ.quæro modò.

TRANSIGERE in criminalibus cauſis,antequam accuſatio inſtituta eſt,de iure non licet, & ſi tranſactio facta ſit.nõ valet,& ille qui remiſit per pactum vel tranſactionem,poterit nihilominus accuſare.com.dixit Alexand.in lege tranſigere.nu.16.C.de tranſact.quẽ refert Pariſ.conſilio cl. numero quarto.lib.iiij.Villapand.in rep.legis vigeſimæſecundæ capitulo quarto numero primo Et tranſactio facta per proximiorem offenſi,non impedit quò minus alius in ſequenti gradu poſſit accuſare, vt commun.dicit Villapand.ibidem.Sed quicquid ſit de iure,de conſuetudine ſeruatur contrarium, vt dicit Clar. d.§.fi.q.lviij.verſ.ſed punctus.

Tranſigere licet ſuper crimine raptus.com.dicit Alex in l.tranſigere.C.de tranſact.numer.51.& ibidem. Curt.Iun.numero trigeſimoquinto.Item ſuper crimine inceſtus.vt com. dicit Boer.deciſ. xcj. numero ſecundo,& tertio.Item ſuper ſtupro, vt com.ait Coraſ. lib. ſecundo Miſcell.capitulo.j. numero quinto.Item licet tranſigere ſuper crimine falſi,per text.d l.tranſigere,quia nullum crimen eſt quod maiorem infamiam irroget quàm crimen falſi.& ideò eius pœna æquiparatur pœnæ ſanguinis,igitur,ſuper eo tranſigere licet, vt communem dicit Roman.numero ſeptimo,& Curt.numero 27.in d.l.trãſigere.Clarus dicta quæſtio.lviij.verſ.in aliis autem,cum duobus ſequent.& verſicu.ab hac autem.

Tranſigere licitum eſt non ſolum ſuper criminibus pro quibus ingeritur pœna ſanguinis per l.tranſigere.C.de tranſact.iiſque non ſolum publicis,ſed etiam priuatis(vt eſt furtum)ſi pro illis pœna ſanguinis impoſita ſit,vt com. dicit Villapand.in l.xxij.capitulo j.numer. 11.Anton.Gomeſ.capitulo iij.delictorum,numero 54.ſed etiam in illis pro quibus imponitur pœna mutilationis membri. vt atteſtatur. Curt.Iun.num.23.Purpur.nume.9.Alciat. numero 35.& Anton. de Padill.nu.8.& omnes in d.l.tranſigere.Item ſi imponatur pœna fuſtigationis,vt com.dicit Curt.Iun.in ead.l.tranſigere. numero 26. licet Rom.in ead.l.dicat contrariam communem, ſed altera mitior. Hæc Clar.d.§.fi.quæſtione lviij.verſicul.ſucceſſiuè,cum ſequentib. Et nota quòd in crimine adulterij non licet tranſigere,vt ſequitur.

Tranſigere non licet ſuper crimine adulterij.per l.tranſigere.C.de tranſactionib.idque propter frequentiam & immanitatem criminis vt communiter Doctores dicere ait Albert.in ead.l.tranſigere.nu.17. quam tamen rationem communiter reprobatam ait Coraſ.lib.ij.Miſcell.c.j.nu.2.Nota verò ſi impoſita eſſet pœna pro adulterio,tunc vtique licitum eſt tranſigere.ſecundum Bar.in d.l.tranſigere.nu.13.& ita communem atteſtatur Papo.lib.xxij.tit nono,arreſto duodecimo. Clar.d.quæſtione lviij.verſic.excipitur.Item tranſigere non licet,ſi agatur de amittenda libertate ſeu dignitate.per glo.in dicta.l.tranſigere,in verb.capitali.quam communiter approbatam dicit Curt. Iun. in eadem.l.numero 27.Item non licet quando agitur de crimine.pro quo venit imponẽda pœna perpetui carceris,vt com. atteſtatur Cur. Iunior ibidem numero vigeſimoſecundo. & ibidem Mantua. num. 37.quicquid in contrarium dixerit Abbas,in cap.primo,de colluſ. deteg.cuius opinio communiter reprobatur vt ait Anton.de Padilla in eadem l.tranſigere numero 15. Clar. d.quæſtione lviij. verſiculo Item quæro.cum ſeq.

Tranſigere non licet etiam priuatis delictis,in quibus non imponitur

ponitur pœna mortis.comm.dicit Purpur.in l.tranſigere.C.de tranſ. numero 120.Ant.de Padilla ibidem numero 104.Boſſ.in ti.de furt. numero 57.Clar.dicta quæſtione quinquageſimaoctaua verſiculo. Sed hic quæro.

Tranſigere ſi non licet, tunc nec gratuito paciſci licet.commun. dicit Ant.de padilla in l.tranſigere.C.de tranſ.nume.108.& Villap.in repet.legis xxij.cap.xviij. numero tertio.Clar.d.quæſtione lviij.verſicul.Scias etiam.

Tranſigere ſi per ſtatutum prohibetur tunc non ſolum cum principali delinquente, ſed etiam cum mandante non licet.communem dicit Gandin.in titulo de tranſact.& pact.in fi.Clar.d.quæſtione lviij. verſ.Vnum autem.

Trãſigere ſuper ludo non licet,quia cùm occaſione ludi lis eſſe non poſſit,pariter non cadit in illum tranſactio.commun.d.Abbas in capitulo clerici.numero decimoſexto,de vit.& honeſt.cler.Coſta de ludo.articu.v.numero primo,de conſuetudine tamen non obſeruatur. Clar.d.lib.quinto.§.Ludus.verſicul.fin.

TRANSIGENS accuſator ſuper crimine, etiam in caſibus permiſsis, incidit in pœnam. S C. Turpilian.& eſt commun. opinio vt dicit Curt.Iunior in l.tranſigere.C.de tranſact.quem refert Anto. de Padilla in eadem l.tranſigere numero quadrageſimoſexto, & ſic punitur non vt præuaricator,ſed vt deſiſtens.com.dicit Alex.in ead.l. tranſigere.numero decimo.in fin.

TRANSFVGI ad hoſtes propter periculum reuelationis ſecretorum,impunè occidi poſſunt.com.d. Claud.in lectura.l. vt vim. ff.de iuſt.& iur.nu.9. Clar.lib.v.ſent. §.homicidium.verſic.plerunque etiam Vide eundem in eodem.lib.§.fi.quæſt.lxviij.verſ.transfuga.

V

VAGABVNDVS poteſt puniri de delicto cómiſſo in quolibet loco in quo inuenitur. comm. dicit Bellamer.conſilio xj.Probus in Apoſtill. Io. Monach.in capitulo inquiſitores.numero quinto de hæret.in vj.Alber.in l.heres abſens.§. proinde. ff.de iud.numero 2. Didacus pract. quæſtione.xj. numero ſeptimo gloſſa in lege finali. C. vbi de crim.ag.opor.Clarus dicto libro quinto.§.finali quæſtione trigeſima nona,verſ.Cæterùm.

VALISIAM cauponi hoſpes aperire,& oſtendere quæ intus habeat, non tenetur.comm.dicit Iaſon.in l.in actionib.numero quadrageſimoprimo,ff.de in litem iur.numero 43.& ſi quid ex ea furatũ ſit,ſtatur iuramento hoſpitis contra Cauponem,com.d. Iaſ.in d.l.in actionib.numero 41,& Diaz.regu.clxxxvj.& Phanuc.de in lit.iur.nu. 72.Pariſ.conſi.lxxiiij.numero vndecimo & ſequen.lib.primo.Clar. li. v.ſentent.§.furtum.verſicul.pro complemento.

VENENVM dans morte non ſecuta,non punitur capite, ſed pœna extraordinaria.atteſt.magis communem Pract.Carer. numero 19.quem refert Didacus in repet.Clem.ſi furioſus num.11.de homicid.Clar.d.verſ.punitur.

Venenum dans.ſi mors ſecuta fuerit,punitur capite. comm.atteſtatur Plaza.lib.j.delict.capitulo xx.numero primo.Clar.lib. v.ſenten. §. homicidium,verſi.punitur.

VICARIVS prætoris,licet de cauſis criminalibus cognoſcere poſsit non tamen poteſt reo imponere vltimum ſupplicium,vel mutilationem membri.com.dicit Alber. in l.placet.numero tertio, C.de pedan.iud.Auguſt.ad Angel.in verb.hæc eſt quędam ſententia.in fin. gloſſ.in l.ij.C.de offic.eius qui vices alter.Si tamen talis vicarius deputatus ſit à principe in locum prętoris mortui vel abſentis,tunc vtique poterit vt comm.dicit.Marant.in ſpec.nu 20.& ſeq.Boſſ.in tit.de ſent. nu.22.Clar.d.lib.v.§.fi.quæſt.iiij.verſ.j.

VINCENS in ludo reprobato,tenetur lucrum victo reſtituere com.d.Caccialup.de ludo.nu.40.gloſſ.fin.ff.de aleat.quam omnes D D. indiſtinctè approbant,vt dicit Aug.ad Ang.de malef.in verbo Mętitor de mali dadi.nu.23.Sed de conſuetudine non ſeruatur,vt idem Auguſt.ibid.nu.17.& ideò talis conſuetudo excuſaret vincentẽ,quòd non teneretur reſtituere lucratum,dummodò in ludo fraus non interuenerit.vt communem atteſtatur Barbat.conſilio lxvj.numero ſeptimo lib.tertio quem refert Rochus de conſuet.nume.6.Clarus lib. v. §.Ludus.verſ.Item vincens.

VNIVERSITAS vel collegium poteſt accuſari & condemnari,comm.dicit Alber.in l.ea quidem.nu.15.C.de accuſat. & in l. ſi quis in tantam.Pariſ.conſi.xxj.num.30.lib.iiij.Sed nota,quod ad hoc vt ciuitas,vniuerſitas,vel collegium dicatur delinquere,& conſequenter puniri poſsit.non ſufficit quòd totus populus,vel omnes de collegio aliquid faciant,ſed neceſſe eſt,quòd præceſſerit ad id conſilij publici conuocatio,& eius deliberatio,vt dicit Bar.in l.aut facta.§.fi.nu. 6.ff.de pœn.& ita dicit comm.eſſe Abbas.in cap.dilectus.ij.nu.13.de Simonia.quem refert ſumma Syluest.in verb.Excommunicatio.vij.in xv.excom.iiij.dub.Tortus inter conſi. Anto.de Butrio, conſ.vlti.nu. 3.colleg.Flor.inter conſ.Curt.ſen.conſ.xxj. nu.5.in fi.Curt.Iun.conſ. clxxiiij.nu.36.& con.clxxxv.nume.9. Corne.conſilio ccxxiiij.lib. iiij. Et ſi deliquit vniuerſitas,non præuia conſilij deliberatione,non punitur tota vniuerſitas,ſed qui deliquerunt tanquam ſinguli.Clar. d. lib.v.§.fi.quæſtione xvj.ver.Vlterius quæro.

VNVM falſum teſtem producens,licet ſtatutum loquatur in plurali numero de falſos teſtes producentibus,punitur non minus ac ſi plures produxiſſet.Communem dicit Iaſo,in l.Gallus.§.quod ſi is.in ſecunda lectura.nume.2.ff.de lib.& poſth.& ita practicari dicit Ang. in l.prætor.§.homines.in fi.ff.de bon.rapt.Clarus libro v.ſenten.§.falſum.verſ.producens.

VSVRÆ prohibitæ ſunt de omni iure.Primum de iure naturali,vt communem dicit Didacus.libr.iij.reſolut.capitulo primo,num. quinto.Secundò de iure diuino,vt comm. dicit Didacus.ibidẽ. Tertiò de iure Canonico, tot.tit.extr.de vſur. Quartò de iure ciuili, per ius authenticorum,vt communem dicit Alber.in l.cunctos.numero 15.C.de ſumma trin.& fid. Cathol.Imola.in l.prima, verſ.& aduerte. ff.de ſolution.Abbas in capit.cùm ſit generale.numero 18.de foro cõpet.Iaſ.in §.omnes.numero 14.inſtit.de action.& l.cunctos populos. nu.47.Berous in rubr.de vſur.nu.82.Et licet Alciat.in cap.j.nu.78.de offi.ord.dicat communem eſſe,quòd lex ciuilis non prohibeat vſuras,tamen Clar.dicit prædictam eſſe veriorem & magis communem d.lib.v.§.Vſura.verſiculo ſciendum.

Vſurarum crimen eſt merè eccleſiaſticum.communem dicit Didacus ſuper iiij.Decretal.numer.19.Clar.dicto §.Vſura. verſicu.Hoc crimen.Vide ibidem plura.

Vſurarum pœna eſt de iure ciuili pœna infamiæ per l.improbum. C.ex quib.cauſ.infam.irrog.& hæc infamia irrogatur ipſo iure,ſecũdum gloſſ.ibid.quam communiter approbatam dicit Didacus in ca. iij.lib.iij.reſolut.num.1.Imò hac infamia notantur etiam illi,qui vſuras exercent intra modum à iure ciuili permiſſum, vt communem eſſe dicit contra d.gloſſam.Salic.in eadem.l.improbum.num.2.& Didac.d.cap.iij.nume.2. Gemin.conſilio lxxvij. numero quinto. Vnde infertur,quòd Vſurarius non poteſt eſſe teſtis.Clarus dicto §.Vſura. verſiculo punitur.

Vſuras nec Iudæis quidem licitas eſſe.communem dicit Curtius Iun.in l.eius qui in prouincia nu.quinto,ff.ſi cert.pet.Alex.de Neuo, conſil.100.num.1.9.& 13.& conſilio cj.numero 14.Clarus.d.§. Vſura.verſ.Hæc autem.

VSVRARIVS etiam dicitur,qui aliquando exercuit vſuras & poſtea deſiit,vt communem dicit Dec.in c.j.nu.22.de probat. Clar.d. §.vſura.verſ.vltimo referens ſe,ad §.Teſtamentum,q.vj.verſ.item quęro.libro.ſuo iiij.

Vſurarius manifeſtus dicitur non ſolum qui palàm & publicè exercet artem fœneratitiam,vel qui in iudicio confeſſus ſit ſe eſſe vſurarium,vt per Didacum,lib.tertio,reſolut.capitulo tertio,numero quarto,& gloſſ.in capitulo primo,verb.Manifeſtos.de vſur.in vj. ſed etiã is qui ſacerdoti confeſſus eſt,vt in præſentia teſtium,& mandet vſuras reſtitui,vt communem atteſtatur Socinus.conſilio cxxvij.numer. primo.libro tertio.Item etiam ille qui tanquam vſurarius in iudicio condemnatus eſt, vt communem dicit Didacus in dicto capitulo tertio.numero quarto.

Vſurarius poteſt criminaliter puniri,vt tenuit Butrig. in l.improbum.C. ex quibus cauſ.infam.irrog. quam dicit communem. Corn. conſilio xix.in litera G.lib.iij.Alciat.in cap.j.de offic.ord.nu.76.quem refert Didacus ſuper iiij.decreta.nu.19.lib.j. Et licet Rolandus conſi. lxxv.numero vigeſimonono libro primo dicat contrariam eſſe magis communem.& quòd Alciatus decipiatur.Tamen ſi recenſeantur authoritates,comperietur Alciatum rectè dixiſſe. Ita Clarus dicto libro §.v.Vſura.ver.& ex hoc.

VTENS falſo inſtrumento mitius punitur quàm is qui fabricauit vel fabricari curauit.communem dicit Salicet.in lege ſi vteris.numero quarto.C.de fide inſtrumentorum. Clarus libro quinto, ſent. §.falſum verſic.vtens.

VVLNVS an ſit læthale nec ne item an vulneratus deceſſerit propter vulnus vel propter malum regimen,medicorum eſt cognoſcere,quorum debent eſſe duo.communem dicit Pract.Conrad.nu.7. Intellige tamen ſi haberi poſſint,nam vbi vnicus tantùm medicus eſſet in loco,illius ſolius dictum ſufficeret.communem d.Anan.in capitulo ſignificaſti.numero 14.in fi.de homicidiis. Et tales medici debẽt deponere cum iuramento.comm.d.Crott.de teſtib.numero 227.verſic.quarto extenditur.quem refert Didacus.libro ij.reſolut.c.xiij. nu. 4.Tenentur tamen de credulitate tantùm,non de veritate iurare. cõ. atteſtatur Anan.d.ca.ſignificaſti num.3. de homicid.Si tamen medici dicerent vulnus eſſe mortale,& reus contrarium probare vellet,admittendus erit etiamſi ſententia ſuper eo lata ſit contra reum.comm.d. Afflict.ſuper prima parte conſtitutionum regni,rubr.xiij.nu.47.nam tales ſententiæ experitorum conſilio latæ nunquam tranſeunt in rem iudicatam Refert Clar. d.§.homicid.verſ.ſcias autem.cum duobus ſequent.An verò vulneratus ex vulnere deceſſerit nec ne Iudicis eſt ex

circunſt

circunſtantiis cognoſcere,vt ſequitur.

VVLNERATVS an ex vulnere inflicto deceſſerit vel non, ſtandũ eſt arbitrio iudicis,qui conſiderata qualitate & loco vulneris, & relatione medicorum, conſiderata etiam longitudine temporis quo vulneratus ſuperuixit poſt vulnus illatum,& aliis probationib. æſtimabit an ex ipſo vulnere,an verò ex alia cauſa deceſſerit.Ità D. D.communiter tenẽt,vt dicit Marſil.in Pract.crim.§.& quia.nu.16.& conſ.vij.nu.27.quem refert Apoſtil.ad Riminal.conſ. cclxxxj.ſub nu. 2.Clar.d.§.Homicid. ver.ſcias autem.in fi.Longitudo vero temporis quæ ſit reſpicienda ſit,vide in d.§.homicidium.verſic.Cæterum.

Vulneratus læthaliter,ſi mors ſuperueniat, vulnerans tenetur de occiſo. Comm d.Soc.conſ.clxxviij.verſ.pro cuius.Si tamen appareat de aliqua culpa vel negligentia vulnerati,vt ſi ruſticus in caput vulneratus iuerit ad laborandum in ſole,tunc vulnerans non tenetur de occiſo.Com.dicit Blancus in pract.crim.nu.96.Grammat.conſ.ij.Cla. lib.v.ſent.§.Homicidium.ver.quandoque.Item ſi ſuperuixerit quadraginta dies poſt vulnerationem,tunc enim ſecundum Medicorum ſententiam non præſumitur læthaliter fuiſſe vulneratus. Com.d.Riminald.conſ.cclxxxj.nu.2.Blãcus d.nu.121.Idem eſt,ſi vulneratus ambulauerit poſt vulnerationem per triduum Marſ.in l.ſi rixa.nu.56.ff. ad l.Corn.de Siccar.& & in pract.crim.§. & quia nu.16. & conſ. vij. nu.26.in fi.quem refert Ant.de Padilla in l.tranſig re.num.59. C.de tranſact.Ioan.Arno.in ſoliloquio.xxxix.proſperè quædam.Clar. d. §. Homicidium.verſ.Cæterùm.

Vulneratus ſi proceſſit de malo in peius,& intra breue temporis ſpacium mortuus eſt,eo caſu præſumitur mortuus ex vulnere. Hanc ſententiam ſequi omnes canoniſtas & legiſtas dicit Belong.in conſilio quinto,verſiculo ſecundo pro eadem, Si tamen quadraginta dies vixerit poſt vulnerationem , non præſumitur ex vulnere mortuus. Et ſi vulneratus poſt illatum vulnus ambulauerit per triduum, ſimiliter non præſumitur ex vulnere mortuus,vt ſuprà in proximo.verb. dictum eſt.Clar.dicto §.homicidium.verſiculo.Cæterũ ſi vulneratus.

VXOR tenetur ad maritum ſuum conuerſum ab hæreſi redire, niſi poſt ſeparationem ingreſſa ſit ordinem,vel poſtea adhuc ingredi velit,ſi modò ſeparatio eccleſiæ iudicio facta ſit.comm.dicit. Abb. in capitulo de illa,circa fin. de diuort.refert.Clar.lib.quinto,ſentent. §.hæreſis.verſic.Item propter.

Vxor tenetur alere virum bannitum de fructibus dotis,imò non ſufficiẽtibus illis fructibus dotis,tenetur etiam ex bonis paraphernalibus illum alere.communem dicit Gigas de crim.læſ.maieſt, quæſti. vigeſimaprima,numero quarto,quicquid dicat gloſſ.in l.ſi ſtipulata. in fin.verb.contra ſexus. ff.de donat.int.vir.& vxor. Clar. dicto libro quinto.§.fin.quæſtione lxxxij.ſtat.ſecundo,verſic.fin.

Vxorem verberare modò leuiter,& ex iuſta cauſa fiat,marito permittitur.communem dicit Alex.conſ.cxv.nu.4.lib.v.Clar.d.lib.v.§.fin. quæſt.lvj.verſi.poteſt etiam.

*FINIS.*

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD DE GRANADA